R-10752

D. AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

OPERVM, TOMVS VIII.

CONTINENS ENARRATIONES
IN PSALMOS:

Operâ THEOLOGORVM LOVANIENSIVM
ad MS. exemplaria castigatus.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Cataina.
M. C. N.



PARISIIS,

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

CENSVRA TOMI OCTAVI,

per ipsum BEATVM AVGVSTINVM, *in præfatione Psalmi* 118.

PSALMOS omnes cæteros, quos codicem Psalmorum nouimus continere, quod Ecclesiæ consuetudine Psalterium nuncupatur, partim sermocinando in populis, partim dictando exposui, donante Domino, sicut potui. Psalmū verò 118. non tam propter eius notissimam longitudinem, quàm propter altitudinem paucis cognoscibilem, differebam. Et cùm molestissimè ferrent fratres mei, eius solius expositionem, quantum ad eiusdem corporis Psalmos pertinet, deesse opusculis nostris, méque ad hoc soluendum debitum vehementer vrgerent, diu petentibus, iubentibúsque, non cessi, &c. Statui autem per sermones id agere, qui proferuntur in populis, quos Græci Homilias vocant.

PRAEFATIO CVIVSDAM

IN COMMENTARIOS AVGVSTINI, QVOS SCRIPSIT IN PSALMOS.

Abest in MS.

CVM non solùm diuinæ, verumetiam humanæ philosophia veritas doceat, nihil frustra & sine causa siue in Dei, siue in naturæ operibus esse factum, non parum eorum animos, qui singulorum rationem factorum conati sunt reddere, quæstio pulsauit, cuius rei causa & ad quid homo conditus sit. Ad quam dissoluendam & si multorum philosophorum ingenia sollicitè ac plurimùm laborauerint, nullus eorum tamen verā integrámque rationem reddere potuit. Quo factum est, vt à recto veritatis tramite deuiantes, in varios inexcusabilésque errores inciderint. Nec mirum. Qui enim rationem sui ignorabant, quo pacto cuiusuis alterius rationem scire poterant? Diuina autē scriptura ab hominis conditore inspirata, sola summam perfectámque factionis ipsius causam in lucem produxit: non modò generalem qua Dominus omnium vniuersa propter se operatus est, sed & (Eccl. 17. a) *in specie officij sui rationem, dignitatem, finémque demonstrans. Ita enim scriptum est, Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suā fecit illum. Et paulò post, Posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrēt operum eius. Quorum omnium hæc summa est, Deum idcirco hominem talémque condidisse, vt esset qui opera eius intelligeret, qui prouidentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem consummandi, potentiam conseruandi, sapientiam gubernandi, clementiam benefaciendi, & sensu admirari, & voce enarrare atque collaudare posset, hoc est, vt Deum factorem coleret. Quemadmodum itaque factus est mundus propter hominem vt ei seruiret, ita homo factus est propter Deum vt ei seruiret. Sic ergo mūdus idcirco factus est, vt fieret homo: homo verò ideo factus est, vt Deum factorem suum agnosceret: ideo agnosceret, vt amaret & coleret: ideo amaret & coleret, vt beatam immortalitatem pro mercede laboris caperet. Ideo autem præmio beatæ immortalitatis afficeretur, vt similis effectus angelis, summo & immortali Deo in perpetuum seruiret, & esset regnum æternū ipsi Deo. Hæc est summa rerum: hoc arcanum Dei: hoc constitutionis mundi mysterium: hæc conditi hominis ratio: hic vniuersarum cardo. Hoc qui nescit, si ipse homo sit nescitur. Hoc si philosophi tenuissent, in tot tam varios támque perniciosos errores prolapsi non fuissent. Hāc denique conditionis suæ rationē vt homo iugiter teneret, in præceptum sibi posita est, sancto legislatore Moyse attestante, & Iudaicum populum ita commonēte.* (Deut. 10. c) *Et nunc, inquit, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominū Deum tuū, & ambules in viis eius, & diligas eū, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiásque mādata Domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene sit tibi? Et post pauca, Dominum Deum tuum, inquit, timebis, & ei soli seruies. Neque istud prætereundum est, quod eadem quoque de causa non solùm conditus est homo, sed & hominis conditor factus est homo, Zacharia parente præcursoris Domini Spiritu sancto repleto, ita inter cætera vaticinante & dicente, Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum,* (Lucæ 1. g) *daturum se nobis: Vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati, seruiamus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Ecce testimonio tanti prophetæ idcirco etiam Deum propter hominem, hominem factū, imò & homini seruiuisse, vt & homo dignam sibi seruitutem rependeret. Indicta autem homini seruitus, licet multifariè interpretari, multis variisque modis Deo creatori exhiberi possit, nihil tamen aliud est quàm debitus Deo cultus, & hic non aliud quàm deuota ipsius laudatio. Summus enim, Lactantio Firmiano teste, colendi ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio. Quæ tamen ipsa, inquit, vt Deo sit accepta, & humilitate & timore & deuotione maxima opus est: ne quis fortè integritatis & innocētiæ fiduciā gerens, timoris & arrogātiæ crimen incurrat, eóque facto gratiam virtutis amittat. Vnde & sanctus Moyses postquam præmemoratum expreßit præceptum, subiecit, Ipsi* (Deut. 10. d) *adhærebis, ipse est laus tua: hoc est, quem solum laudare debes. Hæc est vera religio, hæc recta pietas, hæc debita Deo seruitus. Hoc est acceptabile iugéque sacrificiū, quo coli, placari, honorificari & glorificari vult Deus,* (Psal. 49.) *ipso per Prophetam cōtestante, & dicente, Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altißimo vota tua. Et in calce eiusdem vaticinij: Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Verùm quamuis ad hanc seruitutem omnes homines teneātur: quosdam tamen Dominus elegit, à quibus præcipuè & specialius coli atque laudari voluit. Vt in Veteri testamento populum Israëliticum, ad quem* (Deut. 7. a) *Moyses ita locutus est, Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Et iterum post multa,* (Deut. 26. d) *En Dominus, inquit, elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & gloriam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei tui. Sic & in Nouo testamento populum Christianum ad sui laudem & gloriam singulariter elegit, Apostolo Ephesiis hoc scribente, & ob id Deum benedicente & laudante: Benedictus, inquit,* (Ephes. 1. a) *Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ. Item quemadmodum in Veteri testamento ex electo populo sublegit sibi Dominus filios Leui, qui specialiter sibi in ministeriis tabernaculi seruirent, secundum quod ad Aaron locutus est, Ego, inquit,* (Num. 18. a) *dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israël, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius. Quos postea rex Dauid instituit, vt starent manè ad confitendum & canendum Domino,* (1. Par. 13. d) *similitérque ad vesperam, & cætera. Sic simili modo in Nouo testamento ex populo Christiano sublecti sunt clerici & sacerdotes, vt illi specialiter Domino seruiant: & virtutes eius enarrando, eum laudent & colant. Quod Petri Apostolorum principis authoritate comprobatur, ad eos sic scribentis,* (1. Pet. 2. b) *Vos autem genus electum regale sacerdotium, gens sancta populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Et sicut filij Leui certis temporibus & horis, laudibus diuinis deuotiùs insistebant, ita & clerici debent. Nam & clerici à sorte dicti sunt, eo quòd sint de sorte Domini: ipsum pro sorte & hæreditate sua cum filiis Leui in perpetuum possessuri, dummodo hic debito cultu & digna laudatione ei seruierint. Illud præterea cōsideratione dignum est, nec mysterio caret, quòd cùm tota scriptura diuinitùs inspirata, ad Dei laudem & gloriam ordinata & conscripta sit, tota etiam homini ad eius doctrinam & consolationem tradita, tota denique diuinis laudibus plena, vniuersa à quibus debita Dei laudatio sumi potest inducens, omnémque laudandi formā atque rationem exponens, sancta tamen Ecclesia quibusdam scripturis specialius atque frequentius in diuino cultu vti voluit. Nā sicut ex vtriusque Testamenti populis Dominus quosdā specialiter elegit, vt superius expositū est: ita & ex vtriusque Testamenti scripturis quasdam specialiter in cultu suo voluit frequētari, vtpote ex Veteri testamento librum Psalmorum, hac præsertim ratione, vt docto Dionysio placet, quia Psalmi per modum laudis comprehendunt quicquid in sacra scriptura continetur. Vnde & hic Psalmorum liber registrum est totius sacræ scripturæ, & consummatio totius Theologicæ paginæ. Quem & subsequens diui Augustini nostri prologus innumeris penè præconiis commendat & extollit. Hunc librum sacer canon inter cætera quæ sacerdotibus ad sciendum necessaria sunt, discendū commonet. Cùm enim intelligenter Deo psallendum sit, quomodo debitè Deo psallere potest, qui quid psallat ignorat? Iubet namque sanctus Psalmista noster, vt psallentes Deo intelligenter psallant. Quoniam rex, inquit,* (Psal. 46.) *omnis terræ Deus, psallite sapienter, hoc est intelligenter, vt alia litera habet. Quia verò hic liber tot & tam profundis mysteriis plenus est, vt à nemine sine reuelatione vel docto interprete poßit intelligi: ea de re magnus ille doctor Augustinus noster, deuotißimus Dei cultor, animarúmque salutis zelator ardētißimus, illius explanationi vigilanti studio insudauit: clausa quæque reserans, abscondita reuelans, mysteria pandens, obscura dilucidans, dubia definiens, vitia detestans, virtutes extollens, supplicia comminans, præmia promittens, pusillanimes confortans, præsumentes deterrens, perseuerantes coronans: ita vt nemo qui diligenter legerit, absque fructu discedat. Huic igitur operi studium impendant, illud frequenter legant, illius sensum teneant omnes qui in sortem Domini, vt illum debita seruitute laudent & glorificent, electi sunt: ne negligentes & ignari illam diuinæ comminationis vltionem experiantur, Quia tu* (Oseæ 4. b) *scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et illam adhuc terribilem, Dixi, semper hi errant corde: ipsi verò non cognouerunt* (Psal. 94.) *vias meas, quibus iuraui in ira mea, si intrabunt in requiem meam, & ita partem suam habituri sint cum hypocritis. Quin potius intelligentes & tenentes rationem qua conditi sunt, conditorem pro sorte hæreditatis suæ possideant, laudent & glorificent in secula seculorum. Amen.*

Præfationis finis.

Abestin MS.

IN LIBRVM PSALMORVM PROLOGVS.

2. Tim. 3. d

OMNIS scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docẽdum. Hac ipsa de causa à Spiritu sancto conscripta est: id est vt veluti ex communi quodã sanitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia propriis passionibus assumamus. Sanitas enim, inquit, compescit peccata magna. Alia nanque sunt quæ prophetæ tradunt, alia quæ historia: lex quoque alia, prouerbiorum etiã alia commonitio: Psalmorum verò liber quæcunque vtilia sunt ex omnibus continet. Futura prædicit, veterum gesta cõmemorat, legem viuentibus tribuit, gerendorum statuit modum. Et vt breuiter dicam, cõmunis quidam bonæ doctrinæ thesaurus est, aptè singulis necessaria subministrans. Veteribus nanque animarũ vulneribus nouit mederi, sed & recentibus velocissimũ solet adhibere remediũ, atque in actis perseuerantiã scit salutis adhibere: sed & vniuersis pariter passionibus subuenire, quæ dominationibus variis humanas animas angunt. Et hoc fit modulatione quadã & delectabili canore, humanũ animum ad pudicitiã prouocante. Quoniã quidem Spiritus sanctus videns obluctantẽ ac resistentem ad virtutis viã humani generis animum, & ad delectationes vitæ huius magis inclinari, quàm ad virtutis rectũ iter erigi, delectabilibus modulis cãtilenæ vim suæ doctrinæ permiscuit: vt dũ suauitate carminis mulcetur auditus, diuini sermonis pariter vtilitas inseratur, secũdum sapientes medicos, qui si quando vsus poposcerit, austeriora medicamenta ægris offerũt mortalibus: ne æger vtilitatẽ præ austeritate refugiat, & ora ac summitates poculi quo remediũ porrigunt, melle circũlinunt. Propterea ergo Psalmorũ nobis per modulos apta sunt carmina, vt vel ætate puerili, vel qui adolescentes sunt moribus, quasi cantilena quadã psallẽtes delectari videantur. Reuera enim animas illuminant ac mentẽ. Plurimi enim ex his qui in Ecclesiam cõmeãt, neque Apostolica præcepta facilè possunt, neq; prophetica vel liquidò discere, vel cũ didicerint retinere: psalmorũ verò responsa & intra domos, interdum etiã in populo publicè canũt: & sicubi quis quamuis fero ac rabidissimo furore raptetur, si fortè fuerit Psalmi, vt ita dixerim, carminibus incãtatus; continuò oĩs rabies ferocitatis eius abscedit. Psalmus tranquillitas animarũ est, signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationẽ cohibens, iracundiã reprimens, luxũ repellens, sobrietatem suggerens, amicitiã congregãs, adducens in concordiã discrepãtes, recõcilians inimicos. Quis enĩ vltrà inimicũ dicat eum, cũ quo vnam ad Deũ Psalmi emiserit vocẽ? Ex quo intelligitur, quia quod omniũ bonorum maximum est, charitatẽ Psalmus instaurat, coniunctionem quandam per consonantiã vocis efficiens, & diuersum populum vnius chori per concordiã consona modulatione cõsocians. Psalmus dæmones fugat, angelos ad adiutoriũ inuitat. Scutũ enĩ in nocturnis terroribus, diurnorũmque requies est laborũ, tutela pueris, iuuenibus ornamentũ, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor. Desertas habitare facit vrbes, sobrietatem docet: incipientibus primũ efficitur elementũ, proficientibus incrementũ, perfectis stabile firmamentũ, totius Ecclesiæ vox vna. Psalmus solẽnitates decorat, Psalmus tristitiã quæ propter Deũ est, mollit. Psalmus etiã ex corde lapideo lachrymas mouet. Psalmus angelorum opus est, exercituũ cælestiũ spiritale thymiama. O verè admirãdi magistri sapiens institutũ, vt simul & cantare videamur, & quod ad vtilitatẽ animæ pertinet, doceamur! Per q̃ magis necessaria doctrina nostris mentibus formatur. Pro eo quod si quã per vim & difficultatem aliquã animis nostris fuerint inserta, continuò dilabũtur. Ea verò quæ cũ gratia & dilectione suscipimus, nescio quo pacto magis residere in mẽtibus, ac memoriæ videtur inhærere. Quid autẽ est quod nõ discatur in Psalmis? Nõ omnis magnitudo virtutis, nõ norma iustitię, non pudicitiæ decor, nõ prudẽtię consummatio, non patientiæ regula, nõ omne quicquid potest dici bonũ procedit ex ipsis? Dei scientia, perfecta prænunciatio Christi in carne vẽturi, & cõmunis resurrectionis spes, suppliciorũ metus, gloriæ pollicitatio, mysteriorũ reuelatio. Omnia prorsus in his velut magno quodam & cõmuni thesauro, recondita atque cõferta sunt bona. Quem librũ propheta cùm multa sint organa musicorũ, huic tamen organo quod Psalteriũ appellatur, aptauit: de superioribus, vt mihi videtur, inspiratã Dei gratiam per Spiritum sanctũ docens. Quoniã quidem hoc solum organũ musicorũ, sonos de superioribus habere fertur. Cithara nanq; vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanũ habens, resultat ac resonat plectrũ. Psalteriũ verò harmonias de superioribus habere refertur aptas, & sonorũ causas desuper dare. Quo scilicet etiã per hoc nos doceamur, quę sursum sunt & quę superiora attendere, & quæ infirma, id est, vitia carnalia declinare. Sed illud arbitror profundius nobis ꝓphetica hac indicari ratione, ac per formã nos organi istius edoceri: quòd hi qui diligentes & apti, moderatique sunt moribus, facilè peruiũ ad superiora iter habeant. Sed videamus tandem, quid etiam ipsa Psalmorum indicent initia.

[DE TITVLO PRIMI PSALMI.

DIVERSA sunt genera prophetiæ: & proinde cuius hęc vox, vel in qua persona propriè dictum sit, aut cur titulũ non habeat, requiramus. Centũ itaq; & quinquaginta Psalmos esse, nulla dubitatio est: & qui Psalmus quotus sit, vel à quo recitatus sit, titulorum inscriptione ostenditur. Non enim oẽs Psalmi à Dauid editi sunt. Ipse enim Dauid ex omni populo quatuor principes Spiritu sancto mũdatos elegit, quorũ nomina sunt Asaph, Eman, Ethan, & Idithun: vt in quẽcunque diuinus spiritus intrasset, hymnũ Deo caneret. Dauid ergo solus nouẽ Psalmos ore proprio cecinit. Reliqui autem ab illis quatuor principibus iuxta titulorũ inscriptionẽ sunt dicti. Hic autẽ quia titulum sicut iam dixi, nõ habet, requirendũ nobis est, qua ratione inter cęteros solus nõ habeat tituli inscriptionẽ, vel à quo fuerit recitatus. Nam si Psalmographus secundũ & tertiũ & quartum & oẽs vel in numero redigere, vel causas singulorum ostẽdere potuit; cur nõ & huic titulũ imposuit, & vtrũ primus esset, ostendit? Sed quia hic Psalmus propriam vocẽ Dei loquentis inducit, ideo titulũ non habet, ne quid diuino eloquio præponeretur, aut primus diceretur: qui nõ primus, sed vnus est appellat⁹: & ideo prætitulationẽ habere non potuit, nec debuit, ne si habuisset vt primus esset, melior tantũ in ordine numeri, non authoritate iudicaretur. Aut ne, vt iã relatum est, aliquid præponeret, diuino eloquio Psalmographus, prętitulatione prępositа. Nam & præ cæteris potuisset intelligi, si primus dictus fuisset. Et ideo solus titulum non habet, vt perspicuum esset quantum inter cęteros emineret. Vnde iã animaduertere debet prudẽtia vestra, quanta vis, quanta authoritas, quanta ratio in hoc Psalmo versetur, cui nec titulũ ausus est scriba præponere, nec numerũ indicare: vt solum eum & vnum, potius quàm primũ ostenderet. Igitur quia fauente Deo, & vocis authoritas iam ostensa est, & tituli ratio demonstrata: superest, vt de ipso Psalmo tractemus.]

PSAL-

Psal. 1. a.

BEATVS vir qui non abiit in consilio impiorum.) De Domino nostro Iesu Christo, hoc est, homine Dominico accipiendũ est. Beatus vir qui non abiit in cõsilio impiorũ: sicut homo terrenus, qui vxori consensit deceptæ à serpente vt Dei præcepta præteriret. Et in via

Genes. 3. b.

peccatorũ non stetit.) Quia venit quidẽ in via peccatorũ, nascendo sicut peccatores: sed non stetit, quia eũ non tenuit illecebra secularis. Et in cathedra pestilẽtię non sedit.) Noluit regnum terrenum cum superbia. Quæ ideo cathedra pestilentiæ rectè intelligitur, quia non ferè quisquam est qui careat amore dominandi, & humanã non appetat gloriã. Pestilentia est enim morbus latè peruagatus, & oẽs aut penè omnes inuoluens: quanquã accommodatiùs accipiatur cathedra pestilẽtiæ, perniciosa doctrina, cuius sermo vt cancer serpit.

2. Tim. 2. c.

Deinde cõsiderandus est ordo verborũ, abiit, stetit, sedit. Abiit enim ille, cùm recessit à Deo. Stetit, cùm delectatus est peccato. Sedit, cùm in sua superbia confirmatus, redire nõ potuit: nisi per eũ liberatus, qui neque abiit in consilio impiorũ, nec in via peccatorum stetit, nec in cathedra pestilentiæ sedit. Sed in lege Domini

1. Tim. 1. b.

fuit volũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.) Iusto non est lex posita, vt dicit Apostolus. Sed aliud est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secũdum legẽ agit: qui est sub lege, secũdum legem agitur. Ille ergo liber est, iste seruus. Deinde aliud est lex quæ scribitur, & imponitur seruienti: aliud lex quæ mente cõspicitur, ab eo qui nõ indiget literis. Meditabitur die ac nocte: Aut sine intermissione intelligẽdũ est, aut die in lętitia, nocte in tribulationib. Dicitur enim: Abrahã

Ioan. 8. g. Psal. 15.

diem meũ vidit, & gauisus est. Et de tribulatione dicitur, insuper & vsque ad noctẽ emendauerunt me renes mei. Et erit tanquã lignũ quod plantatũ est secundum decursus aquarum.) Id est, aut secundũ ipsam sapientiã quæ dignata est hominẽ suscipere ad salutem nostram: vt ipse homo sit lignum plãtatum secundum decursus

Psal. 64. Matth. 3. c. Ioan. 7. f. Ioan. 4. b.

aquarũ. Potest enĩ & hoc intellectu accipi, quod in alio Psalmo dicitur, Fluuius Dei repletus est aqua: aut secũdum Spiritũ sanctum, secundũ quem dicitur, Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. Et illud, Qui sitit, veniat & bibat. Et illud, Si scires donũ Dei, & quis est qui à te aquam petit; petisses ab eo, & daret tibi aquã viuã: vnde qui biberit, non sitiet in æternũ, sed efficietur in eo

Apoc. 17. d.

fons aquæ salientis in vitam æternam. Aut secundum decursus aquarum, secũdum populorum peccata, quia & aquæ populi interpretantur in Apocalypsi: Et decursus nõ absurdè intelligitur lapsus, quod pertinet ad delictum. Lignum ergo illud, id est, Dominus noster, de aquis decurrentibus, id est, populis peccatoribus, trahens eos in via in radices disciplinæ suæ.

Fructum dabit.) Hoc est, cõstituet Ecclesias. In tempore suo.) Id est, postquã clarificatus est resurrectione & ascensione in cælũ. Tunc enim Spiritu sancto misso apostolis, & eis in fiducia sui confirmatis & directis in populos fructificauit Ecclesias. Et foliũ eius non deci-

Psal. 40. b.

det.) Id est, verbũ eius non erit irritũ, quia omnis caro fœnum, & claritas hominis vt flos fœni: fœnũ aruit, & flos decidit, verbum autẽ Domini manet in æternum. Et omnia quæcunque fecerit prosperabuntur.) Id est, quæcũque illud lignum attulerit, quæ omnia videlicet accipiẽda sunt fructus & folia, id est, facta & dicta. Nõ sic impij nõ sic, sed tanquã puluis, quẽ proiicit vẽtus à facie terræ.) Terra hic accipienda est ipsa stabilitas in Deo, secũdum quã dicitur, Dominus pars hæreditatis meæ, etenim hęreditas mea pręclara est mihi. Secundũ hanc dicitur: Sustine Dominũ, & obserua vias eius, & exaltabit te vt possideas terram. Secundũ hãc dicitur, Beati mites, quia ipsi hæreditate possidebunt terrã. Similitudo autem hinc ducta est: quia vt hęc terra visibilis exteriorẽ hominem nutrit & continet, ita illa terra inuisibilis interiorem hominẽ. A cuius terrę facie proiicit ventus impium, id est superbia, quia inflat. Quam cauens ille qui inebriabatur ab vbertate domus Dei, & torrẽte voluptatis eius potabatur, dicit, Nõ veniat mihi spes superbiæ. Ab hac terra proiecit superbia eũ qui dixit, Ponã sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ab huius terræ facie proiecit etiam eũ, qui cùm cõsensisset & gustasset de prohibito ligno, vt esset sicut Deus, abscondit se à facie Dei. Hanc terrã ad interiorẽ hominem pertinere, & inde superbia hominẽ proiici maximè intelligi potest in eo quod scriptũ est, Quid superbit terra & cinis? quoniam in vita sua proiecit intima sua. Vnde enim proiectus est, non absurdè se dicitur proiecisse. Ideo nõ resurgunt impij in iudicio.) Ideo scilicet, quia tanquam puluis proiiciuntur à facie terræ. Et bene hoc eis dixit auferri quod superbi ambiunt, id est, vt iudicent, vt hoc ipsum planius dictũ intelligatur sequenti sententia. Neque peccatores in cõsilio iustorũ.) Solet enĩ hoc modo repeti planius quod superius dicitur, vt peccatores intelligantur impij: & quod suprà dictũ est in iudicio, hic dictũ sit in consilio iustorũ. Aut certè si aliud sunt impij, aliud peccatores, vt quanquã omnis impius peccator sit, non tamen omnis peccator sit impius; Impij non resurgũt in iudicio: id est, resurgent quidem, sed non vt iudicentur: quia iã pœnis certissimis destinati sunt. Peccatores autem nõ resurgunt in consilio iustorum: id est, vt iudicent, sed fortè vt iudicentur; vt de his dictum sit: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, mercedem accipiet. Si cuius autem opus exustum fuerit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quoniam nouit Dominus viam iustorum.) Quemadmodum dicitur, nouit salutẽ medicina, morbos autem nõ nouit, & tamen etiam morbi arte medicinæ agnoscũtur: sic dici potest nosse Dominum viam iustorum, viam verò impiorum non nosse; non quia aliquid Dominus nescit, & tamen dicit peccatoribus, Non noui vos. Iter autẽ impiorum peribit.) Pro eo positum est, ac si diceretur, iter autem impiorũ non nouit Dominus. Sed planius dictum est, vt hoc sit nesciri à Domino, quod est perire: & hoc sit sciri à Domino quod est manere. vt ad scientiam Dei esse pertineat, ad ignorantiam verò non esse: quia Dominus dicit, Ego sum qui sum. Et, Qui est, misit me.

Psal. 15. Psal. 36. Matth. 5. a. 1. Cor. 8. a. Psal. 35. Esa. 14. d. Gen. 3. b. Eccl. 10. a. Psal. 2. 1. Cor. 3. d. Matth. 7. d. Exod. 3. d.

PSALMI II. ENARRATIO.

VT quid fremuerunt gẽtes: & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum: aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius?) Pro eo dictum est, vt quid, ac si diceretur, frustra. Non enim impleuerunt quod voluerunt, vt Christus extingueretur. Dicitur hoc ergo de persecutoribus Domini, qui & in Actibus apostolorum commemorantur. Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipsorum.) Quanquam & possit aliter intelligi, tamen aptiùs ex eorum persona accipitur, quos dixit inania meditatos: vt hoc sit, Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipsorum: demus operam vt non nos alliget, neque imponatur nobis Christiana religio. Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subiannabit eos.) Repetita sententia

Act. 4. c.

est. Nã pro eo quod est, qui habitat in cælis, subsequẽter positum est, Dominus; & pro eo quod est irridebit, subsequẽter positum est, subsannabit. Nihil horum tamen sapere oportet carnaliter, quasi aut buceis Deus irrideat, aut naso subsannet: sed ea vis accipienda est, quam de sanctis suis, vt futura cernentes, id est, nomen Christi & dominationẽ peruagaturam in posteros, & vniuersas gentes obtenturã, illos inania meditatos esse intelligant. Hæc enim vis qua ista præscita sunt, irrisio Dei est & subsannatio. Qui habitat in cælis, irridebit eos. Cælos, si animas sanctas accipiamus: per has eos vtique præsciens quid futurum sit, deridebit Deus & subsannabit. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.) Planius enim ostendens quomodo ad eos loquetur, dixit, conturbabit eos: vt in ira sua hoc sit, in furore suo. Iram autem & furorẽ Domini Dei non perturbationem mentis oportet intelligi, sed vim qua iustissimè vindicat subiectam sibi ad ministerium vniuersam creaturam. Præcipuè namque præuidendum est, & tenendum illud quod scriptũ est in Salomone, Tu autem Domine virtutum cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerẽtia disponis nos. Ira ergo Dei est motus qui fit in anima quæ legem Dei nouit, cùm eandẽ legem videt à peccatore præteriri. Per hũc enim motum, iustarũ animarum multa vindicantur. Quanquam possit ira Dei rectè intelligi etiam ipsa mentis obscuratio, quæ consequitur eos qui legẽ Dei transgrediuntur. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum ipsius.) Ex persona ipsius Dñi nostri Iesu Christi ista manifesta sunt. Siõ autem si speculationem, vt quidã interpretantur, significat, nihil magis quàm Ecclesiam debemus accipere: vbi quotidie intentio erigitur speculãdę claritatis Dei, sicut Apostolus dicit, Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes. Ergo iste sensus est, Ego autem constitutus sum rex ab eo super ecclesiam sanctam eius: quam montẽ appellat propter eminentiam & firmitatem. Ego autem constitutus sum rex ab eo. Ego, scilicet cuius vincula illi dirumpere, & iugum meditabantur abiicere. Prædicans præceptum ipsius. Quis hoc non sentiat, cùm quotidie factitetur? Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.) Quãquam etiã possit ille dies in prophetia videri, quo Iesus Christus secundum hominem natus est: tamen hodie quia præsentiam significat, atque in æternitate nec præteritum quicquam est, quasi esse desierit, nec futurum quasi nondum sit, sed præsens tãtùm: quia quicquid æternum est, semper est: diuinitus accipitur secũdum id dictum, Ego hodie genui te, quo sempiternam generationem virtutis & sapientiæ Dei, qui est vnigenitus filius, fides syncerissima & catholica prædicat. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.) Hoc iam temporaliter secundũ susceptum hominem, qui sacrificium sese obtulit pro omnibus sacrificiis, qui etiam interpellat pro nobis, vt ad totam ipsam dispensationem temporalem, quæ pro genere humano facta est, referatur quod dictum est, Postula à me: vt scilicet gentes nomini Christiano copulentur, atq; ita à morte redimãtur, & possideãtur à Deo. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam: quas † possideas ad earum salutem, & quæ tibi fructificẽt spiritalia. Et possessionem tuam terminos terræ.) Idem repetitum est. Terminos terræ, pro eo positum quod dictũ est, dabo tibi gentes: sed hoc planius dictum sit, vt omnes gẽtes intelligamus. † Possessionem autem tuam, pro eo quod dictum est, hæreditatem tuam. Reges eos in virga ferrea.) In inflexibili iustitia. Et tanquam vas figuli conteres eos.) Id est, conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negotia, & quicquid de peccatore limo contractum atque inolitum est. Et nunc reges intelligite.) Et nũc, id est, iam innouati, iam contritis luteis tegumentis, id est, carnalibus vasis erroris, quæ ad præteritam vitam pertinent, nunc intelligite iã reges, id est, iam valentes regere quicquid in vobis seruile atq; bestiale est: & iam valentes pugnare, nõ quasi aërem cædentes, sed castigantes vestra corpora, & seruituti subiicientes. Erudimini qui iudicatis terram.) Hoc idem repetitum est. Erudimini, pro eo quod dictũ est, intelligite. Qui iudicatis autem terrã, pro eo quod dictum est, reges. Spiritales enim significat qui iudicãt terram. Inferius enim nobis est, quicquid iudicamus: quicquid autem infra spiritalem hominem est, meritò terra nominatur, quia terrena labe fauciatum est. Seruite Domino in timore.) Ne in superbiã vertant quod dictum est, reges qui iudicatis terram.

Et exultate ei cum tremore.) Optimè subiectum est exultate, ne ad miseriam valere videretur quod dictũ est, seruite Domino in timore. Sed rursus ne idipsum pergeret in effusionem temeritatis, additum est, cum tremore: vt ad cautionem valeret circumspectãmque sanctificationis custodiam. Etiam sic potest accipi, Et nunc reges intelligite: id est, † & iam nũc me rege constituto, nolite tristes esse reges terræ, quasi bonum vestrum ablatũ sit vobis, sed intelligite potius & erudimini. Id enim vobis expedit vt sub illo sitis, à quo intellectus & eruditio vobis datur. Et hoc vobis expedit, vt non temerè dominemini, sed Domino omniũ cum timore seruiatis, & exultetis in beatitudine certissima & syncerissima, cauti & circumspicientes ne ab ea per superbiam decidatis. Apprehendite disciplinã: ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.) Hoc est quod ait, intelligite & erudimini. Nam intelligere, & erudiri, hoc est apprehẽdere disciplinã. Veruntamẽ in eo quod dicitur apprehẽdite, satis significatur præsidiũ quoddã atque munimentum esse aduersus omnia quæ obesse possent, nisi tãta cura apprehẽderetur. Nequãdo autem irascatur Dominus, cum dubitatione positũ est, non secundum visionem Prophetæ, cui certum est, sed secundum eos ipsos qui monentur, quia cum dubitatione solent cogitare iram Dei, quibus nõ apertè reuelatur. Hoc ergo sibi ipsi debent dicere, Apprehẽdamus disciplinã, nequãdo irascatur Dominus, & pereamus de via iusta. Iã verò irascatur Dominus, quomodo accipiendum sit, suprà dictum est: Et pereatis de via iusta. Hæc magna pœna est, quæ ab iis formidatur, qui aliquid dulcedinis iustitiæ perceperunt. Qui enim perit de via iustitię, cum magna miseria per vias iniquitatis errabit. Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.) Id est, cùm vindicta venerit, quæ impiis & peccatoribus prẽparatur, non solùm eos non attinget qui confidunt in Domino, sed etiam ad regnũ illis instruendum & sublimandum proficiet. Non enim dixit, cùm exarserit in breui ira eius, securi omnes qui confidunt in eo: tanquam hoc solùm inde habeant, quod non puniantur; sed beati dixit, vbi est bonorum omnium summa & cumulus. Quod autem positum est, in breui, hoc maximè significare arbitror, quia repentinum aliquid erit: dum hoc remotum & longè futurum peccatores existimabunt.

Sap. 12. c.

Act. 13. d.

Psal. 2.

Heb. 1. b.

Rom. 8. c.

al. postulauerit.

Apoc. 2. g. & 19. c.

al. possessionem tuam. al. etiam.

IN PSALMVM III. ENARRATIO.

Psalmus Dauid, cùm fugeret à facie Absalon filij sui.

HVNC Psalmum ex persona Christi accipiendum, persuadet quod dictum est, Ego dormiui & somnum cepi: & exurrexi, quoniã Dominus suscipiet me. Magis enim hoc ad passionem & resurrectionem Domini

Psal. 3.

2. Reg. 15. c.

mini congruenter sonat, quàm ad illam historiam qua Dauid scribitur fugisse à facie bellãtis aduersum se filij sui. Et quoniã scriptum est de discipulis Christi, Quãdiu cum eis est sponsus, non ieiunabunt filij sponsi: nõ mirum si filius eius impius signatur discipulus impius, qui cum tradidit: à cuius facie fugisse quanquã historiæ possit accipi, quando illo discedente, secessit cũ cæteris in montem: tamen spiritaliter, quando mentem Iudæ filius Dei, id est virtus & sapientia Dei deseruit, cùm eũ diabolus penitus inuasit, in eo quod scriptum est, Et intrauit diabolus in cor eius: bene accipitur à facie eius Christum fugisse: non quia Christus diabolo cessit, sed Christo discedẽte, diabolus possedit. Quem discessum, fugam esse in hoc Psalmo appellatum celeritatis causa arbitror: quod verbo etiam Domini significatur dicentis? Quod facis, citò fac. Loquimur etiam sic in cõsuetudine, vt dicamus, Fugit me, quod in mentẽ non venit. Et de homine doctissimo dicimus, Nihil cum fugit. Propterea veritas fugit mentem Iudæ, cùm eum illustrare destitit. Absalõ autem, sicut quidam interpretantur, in Latina lingua dicitur patris pax. Quod mirum videri potest, siue in historia regnorũ, cùm bellum aduersus patrem Absalon gesserit, siue in historia Noui testamenti, cùm traditor Domini Iudas fuerit, quãadmodum patris pax possit intelligi. Sed & ibi qui diligenter legunt, vident in illo bello Dauid pacatum fuisse filio: qui etiam magno cum dolore planxit extinctum, dicens, Absalon filius meus, quis dabit mihi mori pro te? Et in historia Noui testamenti ipsa Domini nostri tanta & tam miranda patientia, quod cum tamdiu pertulit tãquam bonum, cùm eius cogitationes nõ ignoraret, cùm adhibuit ad conuiuiũ, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commẽdauit & tradidit, quòd denique in ipsa traditione eius osculũ accepit, bene intelligitur pacem Christũ exhibuisse traditori suo, quamuis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideo Absalon patris pax dicitur, quia pater habuit pacem quã ille nõ habuit. Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me.) Tam scilicet multiplicati sunt, vt etiam de numero discipulorum nõ defuerit, qui numero accesserit persequentiũ. Multi insurgunt super me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in Deo eius.) Manifestum est quòd nisi desperarent resurrecturum, nõ vtique occiderent. Ad hoc valent illæ voces, Descendat de cruce si filius Dei est. Et, Alios saluauit, seipsum non potest. Ergo nec Iudas eũ tradidisset, nisi ex corũ esset numero, qui Christum contemnerent, dicentes, Non est salus illi in Deo eius. Tu autem Domine susceptor meus es.) Secũdum hominem dicitur Deo, quia hominis susceptio est verbum caro factum. Gloria mea.) Gloriam suam Deum dicit etiam ille, quem sic suscepit Dei verbum, vt simul cũ eo Deus fieret. Discant superbi, qui nõ libenter audiunt cùm eis dicitur, Quid autem habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et exaltans caput meum.) Mentem ipsam humanã hic accipiendã puto, quòd caput animæ nõ absurdè appellatur: quę ita inhęsit & quodãmodo coaluit excellenti supereminentiæ verbi hominem suscipientis, vt tanta passionis humilitate non deponeretur.

Voce mea ad Dominum clamaui.) Id est, nõ corporis voce quę cum strepitu verberati aëris promitur, sed voce cordis, quæ hominibus silet, Deo autẽ, sicut clamor sonat. Qua voce Susanna exaudita est. Et de qua ipse Dominus præcepit, vt in cubiculis clausis, id est, in secretis cordis sine strepitu oretur. Nec facilè quisquã dixerit hac voce minus orari, si nullus verborũ sonus reddatur ex corpore: quoniam & silentes cùm in cordibus oramus, si alienæ ab effectu orãtis cogitationes intercurrant, nõdum dici potest, Voce mea ad Dominum clamaui. Neque hoc rectè dicitur, nisi cùm sola anima nihil carnis, nihilque carnalium intentionum in oratione attrahens, loquitur Domino, vbi solus audit. Clamor autẽ etiam iste dicitur, propter vim ipsius intentionis. Et exaudiuit me de monte sancto suo.) Mõtem quidem ipsum Dominum per Prophetam dictum habemus, vt scriptum est, Lapidem præcisum sine manibus creuisse in magnitudinem montis. Sed hoc † ab ipsius persona nõ potest accipi, nisi fortè ita dicere voluit, de memetipso tanquam de monte sancto suo, me exaudiuit, cùm habitaret in me, id est, in ipso monte. Planius autẽ est & expeditius, si accipiamus exaudisse Deũ de iustitia sua. Iustũ enim erat, vt innocentẽ occisum & cui retributa sunt mala pro bonis, resuscitaret à mortuis, & digna persequẽtibus retribueret. Legimus enĩ, Iustitia tua sicut montes Dei. Ego dormiui & somnum cepi.) Non inconuenienter animaduerti potest, quod positum est, Ego, ad significandum quòd sua voluntate mortem sustinuit, secundum illud, Propterea me pater diligit, quoniam ego pono animam meam, & iterum sumo eam. Nemo eam tollit à meipso: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Non ergo, inquit, vos me tanquam inuitũ cepistis & occidistis, sed ego dormiui, & somnũ cepi. Et exurrexi, quoniam Dominus suscipiet me. Somnũ autem pro morte positum innumerabiliter Scripturæ cõtinent, sicut Apostolus dicit, Nolo vos ignorare fratres, de iis qui dormitionem acceperunt. Nec quærendũ est cur additum sit, Et somnum cepi: cùm iam dictũ esset, dormiui: Vsitatas enim habẽt Scripturæ huiuscemodi repetitiones; sicut in secũdo Psalmo multas ostẽdimus. Nonnulli autẽ codices habent, dormiui, & soporatus sum. Et alij aliter, quomodo interpretari potuerũt, quod Græcè positũ est, ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα. Nisi fortè dormitio morientis, somnus autem mortui accipi potest: vt dormitio sit qua transitur ad somnum, veluti est expergefactio qua trãsitur ad vigilationẽ. Ne pro inanibus sermonis ornamẽtis, repetitiones istas in diuinis libris esse arbitremur. Bene ergo accipitur, Ego dormiui, & somnum cepi, ego me passioni permisi, & mors consecuta est. Et exurrexi, quoniã Dominus suscipiet me. Hoc magis animaduertẽdum est, quemadmodum in vna sentẽtia & præteriti temporis verbum posuit, & futuri. Et exurrexi enĩ dixit, quod est de præterito; & suscipiet, quod est de futuro: cùm resurgere vtique nisi illa susceptione nõ posset. Sed in prophetia bene miscẽtur futura præteritis, quo vtrunque significetur. Quia ea quę vẽtura prophetantur, secundũ tempus futura sunt: secundũ scientiã verò prophetantium, iã pro factis habenda. Miscentur quoque præsentis tẽporis verba, quæ suo loco cùm occurrerint, tractabũtur. Nõ timebo millia populi circũdantis me.) Scriptũ est in Euangelio, quanta eum multitudo patientem & crucifixũ circumsteterit. Exurge Domine, saluũ me fac Deus meus.) Non dormiẽti aut iacẽti dicitur Deo, exurge: Sed moris est diuinarũ scripturarum personæ Dei tribuere, quod in nobis facit: non quidem vbique, sed vbi congruenter dici potest. Veluti cùm ipse loquitur, quãdo eius dono loquuntur Prophetæ vel Apostoli, vel quique nuncij veritatis. Vnde illud est, An vultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Nõ enim ait, eius quo illuminante, aut iubẽte loquor; sed prorsus ipsam locutionem illi tribuit, cuius munere loquebatur. Quoniã tu percussisti oẽs aduersantes mihi sine causa.) Nõ ita distinguendũ est, quasi vna sententia sit, Exurge Domine, saluũ me fac, Deus

Matt. 9. b.

Ioan. 13. c.

1. Cor. 9. d.

al. etiam.

2. Reg. 18. g.

Ioan. 13. c.

Matth. 16. c.

Matth. 27. e.

1. Cor. 4. b.

Psal. 141.

Dan. 13. c.

Matth. 6. a.

Dan. 2. g. al. ad ipsius personam.

Psal. 35.

Ioan. 10. c.

1. Thess. 4. c.

Matth. 27.

2. Cor. 13. a.

meus, quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi
sine causa. Non enim propterea saluum facit, quia per-
A cussit inimicos eius, sed potius ipso saluo facto, illos per-
cussit. Ergo ad id quod sequitur pertinet. Vt iste sit sen-
sus: Quoniam tu percussisti oēs aduersantes mihi sine
causa. Dentes peccatorum contriuisti.) Id est, inde cōtri-
uisti dētes peccatorum, quoniam percussisti omnes
aduersantes mihi. Pœna quippe aduersantium est qua
dentes eorum contriti sunt, id est, in irritū quasi in pul-
uerem perducta verba peccatorū dilacerantiū maledi-
ctis filiū Dei: vt sic accipiamus dentes, verba maledica.
Quibus dētibus dicit Apostolus, Si autē mordetis in-
Gal. 5. c. uicem, videte ne consumamini ab inuicem. Possunt &
dētes peccatorū, accipi principes peccatorū: quorum
authoritate quisque de societate rectè viuentiū præci-
ditur, & quasi in corporatur malè viuentib. His denti-
bus cōtrarij sunt dentes ecclesię, quorū authoritate ab
errore gentiliū variorumque dogmatum præciduntur
credentes, & in eā quæ Christi corpus est trāsferuntur.
Act. 10. b. His dētibus dictū est Petro vt mādūcaret mactata ani-
B malia: id est, occidendo in gentibus quod erant, & ttā-
mutando in id quod ipse esset. Et de his dētibus Eccle-
Cant. 4. b. & 6. b. siæ dicitur, Dentes tui sicut grex detonsarū ascendens
de lauacro, quæ oēs geminos pariunt, & sterilis non est
in illis. Hi sunt qui rectè præcipiunt, & quēadmodum
Matth. 5. b. præcipiunt ita viuunt. Qui faciūt quod dictum est, Lu-
ceant opera vestra corā hominibus, vt benedicant pa-
trem vestrū qui in cælis est. Horū enim authoritate cō-
moti, Deo per illos loquēti & operanti, homines cre-
dunt: & separati à seculo cui cōformati erāt, in Eccle-
siæ mēbra transeūt. Et ideo rectè isti per quos hæc fiūt,
al. quia. dentes dicuntur detonsis ouibus similes, † qui iam ter-
renarum curarū onera deposuerunt: & ascendētes de
lauacro, de sordiū seculi ablutione per sacramentū ba-
ptismatis, omnes geminos pariunt. Operantur enim
duo præcepta de quibus dictū est, In his duobus præce-
ptis tota lex pendet & prophetæ: diligentes Deum ex
Matth. 22. d. toto corde, & ex tota anima, & ex tota mēte, & proxi-
mum tanquā seipsos. In quibus sterilis nō est, quoniam
tales fructus reddunt Deo. Secūdum ergo istum intel-
lectum sic accipiendum est, Dentes peccatorū contri-
uisti, id est, in irritum adduxisti principes peccatorum,
percuti endo omnes aduersantes mihi sine causa. Prin-
cipes enim eum secundū euāgelicam historiā persecuti
sunt, cū multitudo inferior honoraret. Domini est sa-
lus, & super populū tuum benedictio tua.) In vna sen-
tētia & præcepit hominibus quid crederēt, & pro cre-
dentibus orauit. Nam, Domini est salus, cùm dicitur,
ad homines sermo dirigitur. Nec ita sequitur, & super
populum suū benedictio eius, vt totum hominibus di-
ctū sit: sed ad ipsum Deum oratio conuertitur pro ipso
populo cui dictū est, Domini est salⁿ. Quid ergo ait nisi D
hoc, nemo de se presumat, quoniam Dñi est saluos fa-
cere de morte peccati? Nā infelix ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Ie-
sum Christum Dominum nostrum. Tu autē Domine
benedic populum tuum de te salutem sperantē. Potest
Tractatio allegorica. & iste psalmus accipi ad personam Christi alio modo,
id est, vt totus loquatur: Totus dico, cum corpore suo:
1. Cor. 12. d. cui caput est secundum Apostolum qui dicit, Vos autē
estis corpus Christi & membra. Ergo ille caput est hu-
ius corporis. Propter quod alio loco dicit, Veritatem
Ephes. 4. c autē faciētes in charitate, augeamur in illo per omnia,
qui est caput Christus, ex quo totum corpus connexū
& compactum est. Loquitur ergo apud prophetam si-
mul ecclesia, & caput eius, inter procellas persecutionū
constituta per vniuersum orbem terrarū, quod iam cō-
tigisse scimus. Domine quid multiplicati sunt qui tri-
bulant me, multi insurgunt aduersum me.) Christianū
nomen exterminare cupientes. Multi dicunt animæ
A meæ, non est salus illi in Deo eius.) Nō enim aliter spe-
rarent posse se perdere ecclesiam latissimè pullulantē,
nisi ad Dei curam pertinere non crederent. Tu autem
Domine susceptor meus es.) In Christo vtique. Nā in
illo homine & ecclesia suscepta est à verbo quod caro
factū est, & habitauit in nobis, quia & in cælestibus nos Ioan. 1. b.
sedere fecit vnà cum illo. Præcedēte enim capite, mē-
bra cętera † cōsequentur. Quis enī nos separabit à cha- al. consequū-
ritate Christi? Rectè ergo dicit etiā ecclesia, susceptor tur.
meus es. Gloria mea.) Nō enī sibi tribuit quòd excel- Rom. 8. g.
lit, cùm intelligit cuius gratia & misericordia talis est.
Et exaltās caput meū.) Ipsum scilicet qui primogenitⁿ
à mortuis ascendit in cælū. Voce mea ad Dominū cla-
maui, & exaudiuit me de mōte sācto suo.) Hæc est ora- Psal. 76. & 141.
tio omnium sanctorum, odor suauitatis qui ascēdit in
conspectu Domini. Iam enim exauditur ecclesia de ip-
so monte, quod etiam caput eius est. Vel de illa iustitia
B Dei, qua & liberantur electi eius, & persecutores eorū
puniūtur. Dicat populus Dei etiā illud: Ego dormiui
& somnū cepi, & exurrexi, quoniā Dñs suscipiet me.)
Vt adiungatur & cohæreat capiti suo. Huic enī populo
dictū est, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & cō-
tinget te Christus. Quoniā de peccatoribus assumptus Ephes. 5. a.
est. De quibus generaliter dictum est, Qui autem dor-
miunt, nocte dormiunt. Dicat etiam, Non timebo mi- 1. Thes. 5. b.
lia populi circumdantis.) Circumuallantium scilicet
gentium, ad extinguendum nomen si possent vbicun-
que Christianum. Sed quomodo timerētur, cùm tan-
quā oleo sanguine martyrū in Christo ardor charitatis
inflammaretur? Exurge Domine, saluum me fac Deus
meus.) Potest hoc ipsi capiti suo corpus dicere. Illo enī
exurgente saluum factum est. Qui ascendit in altū, ca-
C ptiuam egit captiuitatē, dedit dona hominibus. Hoc Ephes. 4. b.
enim in prædestinatione à Propheta dicitur, quoadus- Psal. 67.
que ad terras Dominū nostrum, illa de qua in Euange-
lio dicitur, messis matura deposuit, cuiⁿ salus est in eius
resurrectione, qui pro nobis dignatus est mori. Quoniā Matth. 9. d.
tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa, dentes
peccatorū contriuisti.) Iā regnāte ecclesia, inimici no-
minis Christiani cōfusione percussi sunt: & siue male-
dicaverba eorū, siue principatus in irritū deducti. Cre-
dite ergo homines, quòd Domini est salus. Et tu Do-
mine, sit super populū tuū benedictio tua.) Potest etiā
vnusquisq; nostrūm dicere, cùm vitiorū & cupiditatū
multitudo resistentem mentem ducit in lege peccati,
Domine quid multiplicati sunt qui tribulāt me, multi
insurgunt aduersum me.) Et quoniam plerunq; coa- Tractatio
ceruatione vitiorum subrepit desperatio sanitatis, tan- tropologica, siue
quam ipsis vitiis insultantibus animæ, vel etiā diabolo moralis.
& angelis eius per noxias suggestiones vt desperemus,
operātibus, verissimè dicitur: Multi dicūt animæ meæ,
non est salus illi in Deo eius. Tu autem Domine suscep-
tor meus es.) Hæc enim spes est, quòd naturam hu-
manam in Christum suscipere dignatus est.
Gloria mea.) Ex illa regula, ne quis sibi aliquid tri-
buat. Et exaltās caput meū.) Siue ipsū qui omniū no-
strūm caput est, siue vniuscuiusq; nostrum spiritū, quòd
caput est animæ & carnis. Caput enim mulieris vir, & 1. Cor. 11. a.
caput viri Christus. Exaltatur autem mens cùm iā dici Rom. 7. d.
potest, Mente seruio legi Dei, vt cætera hominis pec- 1. Cor. 15. g.
cata subdantur, cùm iam carnis resurrectione absor-
betur mors in victoriam. Voce mea ad Dominum cla-
maui.) Voce illa intima & intentissima.
Et exaudiuit me de monte sancto suo. De ipso per
quem nobis subuenit, & quo mediatore nos exaudit.
Ego dormiui & somnum cepi: & exurrexi, quoniam
Domi-

Dominus suscipiet me.) Quis hoc non potest fidelium
dicere, recolens mortem peccatorū suorū, & donum A
regenerationis? Non timebo millia populi circumdā-
tis me.) Exceptis his quæ vniuersaliter ecclesia susti-
nuit & sustinet, habet etiā vnusquisq; tentationes, qui-
bus circumuallatus hæc dicat. Exurge Domine, saluū
me fac Deus meus.) Hoc est, fac me exurgere.
Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi sine
causa.) Rectè in prædestinatione dicitur de diabolo &
angelis eius: qui non solū in totum Christi corpus, sed
etiam in singulos quosque priuatim sæuiuut. Dentes
peccatorum contriuisti.) Habet vnusquisque maledi-
centes sibi: habet etiam vitiorum authores conantes
eum à Christi corpore præcidere. Sed Domini est
salus.) Cauenda superbia est. & dicendum, Adhæsit
anima mea post te. Et super populum tuū benedictio
Psal. 62. al. Hoc. tua.) † Hæc est super vnum quemque nostrum.

IN PSALMVM IIII. ENARRATIO.

In finem, Psalmus cantici Dauid. B

FINIS legis Christus ad iustitiam omni credēti. Hic
enim finis perfectionem significat, nō consumptio-
Rom. 10. a. nem. Vtrum autem omne cāticum Psalmus sit, an po-
tius omnis Psalmus canticum: an sint quædam cantica
quæ non possint dici Psalmi, & quidam Psalmi qui nō
possint dici cantica, quæri potest. Sed animaduertēdæ
1. Par. 15. c. & 16. a. Scripturæ sunt, ne fortè canticū lætitiam indicet. Psal-
mi autē dicuntur, qui cantātur ad Psalteriū: quo vsum
esse Dauid prophetā, in magno mysterio prodit histo-
ria. De qua re non est hīc disserendi locus, quia diutur-
nā inquisitionē & lōgam disputationē desiderat. Nūc
interim aut verba Dominici hominis post resurre-
ctionem expectare debemus, aut hominis in ecclesia
credētis, & sperātis in eo. Cùm inuocarem, exaudiuit
me Deus iustitiæ meæ.) Cùm inuocarē, exaudiuit me
Deus, inquit, à quo est iustitia mea. In tribulatione di-
Rom. 2. b. latasti mihi.) Ab angustiis tristitiæ, in latitudinē gau-
diorū me duxisti. Tribulatio enim & angustia, in om- C
nem animā hominis operantis malum. Qui autē dicit,
Gaudemus in tribulationibus: scientes quoniā tribu-
Rom. 5. a. latio patientiam operatur, vsque ad illud vbi ait: Quo-
niam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per
Spiritum sanctū, qui datus est nobis: non habet cordis
angustias, quamuis extrinsecus à persequentibus inge-
rantur. Mutatio autem personæ quod à tertia, vbi ait,
Exaudiuit, statim transeat ad secundā, vbi ait: Dilatasti
mihi, si nō varietatis ac suauitatis causa facta est: mirū
cur primùm tanquā indicare voluit hominibus exau-
ditū se esse, & postea cōpellare exauditorē suum. Nisi
fortè cùm indicasset quemadmodum exauditus sit in
ipsa dilatatione cordis, maluit cum Deo loqui: vt etiā
hoc modo ostēderet quid sit corde dilatari, id est, iam
in corde habere infusum Deū, cū quo intrinsecus col-
loquatur. Quod in persona eius qui credens in Christū
illuminatus est, rectè accipitur. In ipsius autē Domini- D
ci hominis persona quem suscepit Dei sapientia, nō vi-
deo quemadmodū hoc possit congruere. Nō enim ab
ea aliquando desertus est. Sed quemadmodū ipsa eius
deprecatio, nostræ potius infirmitatis indicium est: sic
etiam de ista repentina dilatatione cordis potest idem
Matt. 25. d. Dominus pro fidelibus suis loqui. Quorū personā sibi
imposuit etiā, cùm ait, Esuriui, & nō cibastis me: sitiui,
& potū non dedistis mihi: & cætera. Quare hīc quoq;
potest dicere, Dilatasti mihi, pro vno ex minimis suis
colloquente cū Deo, cuius charitatem diffusam habet
Psal. 4. in corde per Spiritū sanctū, qui datus est nobis. Misere-
Rom. 8. e. re mei, & exaudi orationē meā.) Cur iterū rogat, cùm
iā se exauditū & dilatatū indicauerit? An propter nos,
de quibus dicitur: Si autem quod non videmus spera-
mus, per patientiā expectamus, aut vt in illo qui credi-
dit perficiatur quod inchoatū est? Filij hominū vsque-
quò graues corde.) Saltē vsque in aduentū, inquit, filij
Dei vester error durauerit. Quid ergo vltrā graues
corde estis? Quando habituri finē fallaciarū, si veritate
præsente nō habetis? Vt quid diligitis vanitatē, & que-
ritis mendaciū?) Vt quid vultis beati esse de infimis?
Sola veritas facit beatos, ex qua vera sunt omnia. Nā
vanitas est vanitatū, & omnia vanitas. Quæ abundātia Eccl. 1. a.
homini in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole?
Vt quid ergo tēporalium rerū amore detinemini? Vt
quid tanquā prima, extrema sectamini, quod est vani-
tas & mendaciū? Cupitis enim permanere vobiscum,
quæ omnia trāseunt tanquā vmbra. Et scitote quoniā
admirabilē fecit Dominus sanctū suū.) Quem, nisi eū
quē suscitauit ab inferis, & in cælo ad dexterā collo-
cauit? Increpatur ergo genus humanū, vt ad eum se tā-
dem ab huius mundi amore conuertat. Sed si quē mo-
B uet coniunctio superaddita, quod ait, Et scitote: facile
est vt in Scripturis animaduertat huius locutionis ge-
nus familiare esse illi linguę, qua Prophetæ locuti sunt.
Nā sæpe inuenis ita cœptū, Et dixit Dominus ad illū, Ezech. 8. a.
Et factū est verbū Domini ad illū. Quæ iunctura coniun-
ctionis, cùm sententia non præcesserit, cui sequens
annectatur: mirabiliter fortassis insinuat, prolationem
veritatis in voce, cum ea visione quæ fit in corde, esse
coniunctā. Quanquā hīc dici possit, quòd superior sen-
tētia, Vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendaciū,
ita posita est, ac si diceretur, Nolite diligere vanitatē,
& quærere mendaciū. Quo ita posito, rectissima locu-
tione sequitur, Et scitote quoniā admirabilē fecit Do-
minus sanctum suum. Sed interpositū Diapsalma, ve-
tat istā cum superiore cōiungi. Siue enim Hebręū ver-
bum sit, sicut quidā volunt, quo significatur Fiat: siue
Græcū, quo significatur interuallum psallendi: vt Psal-
ma sit quod psallitur, Diapsalma verò interpositum in
C psallendo silentiū. Vt quemadmodum Sympsalma di-
citur vocū copulatio in cantādo, ita Diapsalma disiū-
ctio earū, vbi quædā requies disiunctę continuationis
ostenditur. Siue ergo illud, siue hoc, siue aliud quid sit,
certè illud probabile est, non rectè continuari & coniungi
sensum, vbi Diapsalma interponitur. Dominus Psal. 4.
exaudiet me, dum clamauero ad eum.) Hīc nos admo- Eph. 4. f.
neri credo, vt magna intentione cordis, id est, interno
& incorporeo clamore auxilium imploremus Dei.
Quoniam sicut gratulandū est de illuminatione in hac
vita, ita orandū pro requie post hanc vitā. Quapropter
aut ex persona fidelis euangelizantis, aut ipsius Domi-
ni sic accipiendū est: ac si dictū sit, Dominus exaudiet
vos, cùm clamaueritis ad eum. Irascimini, & nolite
peccare.) Occurrebat eīn, quis est dignus exaudiri, aut
quomodo nō frustra clamat peccator ad Dominum?
ergo irascimini, inquit, & nolite peccare. Quod duobⁿ
modis intelligi potest. Aut, etiam si irascimini, nolite
peccare: id est, Etiā si surgit motus animi, qui iam pro-
pter pœnam peccati nō est in potestate, saltem ei non
consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est se- Rom. 7. d
cundū Deū, vt mente seruiamus legi Dei, si adhuc car-
ne seruimus legi peccati. Aut, agite pœnitentiā, id est,
irascimini vobisipsis de præteritis peccatis, & vlteriùs
peccare desinite. Quæ dicitis in cordibus vestris.) Esa. 29. d.
Subauditur, dicite. Vt sit plena sentētia, quæ dicitis in Matth. 15. b
cordibus vestris dicite: Id est, nolite esse populus de
quo dictū est, Labiis me honorāt, cor autē eorū longè
est à me. In cubilibus vestris cōpungimini.) Hoc est
quod iā dictū est, in cordibus. Hæc enim sunt cubilia, Matth. 6. a
de quibus & Dominus monet, vt intus oremus clausis
ostiis. Cōpungimini autē, aut ad pœnitentiæ dolorē

refertur, vt seipsam anima puniens compungat, ne in
Dei iudicio damnata torqueatur: aut ad excitationē, A
vt euigilemus ad videndam lucem Christi, tanquā sti-
mulis adhibitis. Nonnulli autem nō Compungimini,
sed aperimini, dicunt melius legi. Quoniam in Græco
Psalterio est κατανύγητε, quod refertur ad illam dilata-
tionē cordis, vt excipiatur diffusio charitatis per Spi-
ritum sanctum. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & spe-
Psal. 50. rate in Domino.) Idem dicit in alio Psalmo, Sacrificiū
Deo, spiritus contribulatus. Quare non absurdè hic
accipitur ipsum esse sacrificium iustitiæ, quod fit per
pœnitentiā. Quid enim iustius, quàm vt suis vnusquis-
que peccatis, quàm alienis potiùs irascatur, seq; ipsum
puniens mactet Deo? An sacrificium iustitię opera iu-
sta sunt post pœnitentiam? Nam & interpositum dia-
psalma, non absurdè fortassis insinuat etiam transitum
de vita veteri, ad vitam nouam: vt extincto vel infir-
mato per pœnitentiam vetere homine, sacrificiū iusti-
tiæ secundū regenerationem noui hominis offeratur B
Deo: cùm se offert ipsa anima iam abluta, & imponit
in altare fidei, diuino igne, id est, Spiritu sancto cōpre-
hendenda. Vt iste sit sensus, Sacrificate sacrificium iu-
stitiæ, & sperate in Domino: id est, Rectè viuite, & spe-
rate donū spiritus sancti, vt vos veritas, cui credidistis,
illustret. Sed tamen, Sperate in Domino, clausè adhuc
dictū est. Sperātur autē quæ, nisi bona? Sed quia vnus-
quisq; id bonū vult à Deo impetrare quod diligit, nec
facilè inueniūtur qui diligant bona interiora, id est, ad
interiorē hominē pertinentia, quę sola diligenda sunt,
cæteris autē ad necessitatem vtendū, non ad gaudium
perfruendum: admirabiliter, cùm dixisset, Sperate in
Domino: subiecit, Multi dicunt, Quis ostendit nobis
bona? Qui sermo, & quæ interrogatio, quotidiana est
omniū stultorum & iniquorū, siue pacem & trāquillit-
atem vitæ secularis desiderantiū, & propter † peruer-
al. diuersita-tem. sitatē generis humani non inuenientiū: qui etiam cæci
accusare audent ordinē rerū: cùm inuoluti meritis suis C
putant tēpora esse peiora quàm prēterita fuerunt: siue
de ipsa futura vita, quæ nobis promittitur, dubitantiū
vel desperantium. Qui sæpe dicunt, Quis nouit si vera
sunt: aut quis venit ab inferis, vt ista nunciaret? Magni-
ficè igitur & breuiter, sed intrinsecus videntibus, ostē-
dit quæ bona quærenda sint: respōdens illorū interro-
gationi, qui dicūt, quis ostēdit nobis bona. Signatum
est, inquit, in nobis lumen vultus tui, Domine.) Hoc
Psal. 4. lumen, est totum hominis & verum bonū, quod non
oculis, sed mēte cōspicitur. Signatū autem dixit in no-
bis, tanquam denarius signatur regis imagine. Homo
Genes. 1. d. enim factus est ad imaginem & similitudinē Dei, quā
peccando corrupit. Bonū ergo eius est verū atq; æter-
num, si renascendo signetur. Et ad hoc credo pertine-
re, quod quidā prudenter intelligunt, illud quod Do-
Matth. 22. c minus viso Cæsaris numo ait, Reddite Cæsari quod
Cæsaris est; & Deo, quod Dei est. Tanquā si diceret: D
Quemadmodū Cæsar à vobis exigit impressionē imagi-
nis suæ, sic & Deus: vt quemadmodum illi redditur
numus, sic Deo anima lumine vultus eius illustrata at-
que signata. Dedisti lætitiā in cor meū.) Nō ergo foris
quærenda est lætitia, ab his qui adhuc graues corde di-
ligūt vanitatē, & quærunt mendaciū, sed intus vbi si-
Ephes. 3. c. gnatum est lumen vultus Dei. In interiore enim homi-
ne habitat Christus, vt ait Apostolus: ad ipsum enim
Ioan. 14. a. pertinet videre veritatem, cùm ipse dixerit; Ego sum
veritas. Et cùm loquebatur in Apostolo dicente, An
2. Cor. 13. c. vultis experimētū eius accipere qui in me loqtur Chri-
stus? non ei foris vtique, sed in ipso corde, id est, in illo
Matth. 6. a. cubili vbi orandum est, loquebatur. Sed homines tē-
poralia sectātes, qui certè multi sunt, nihil aliud noue-

runt dicere, nisi, Quis ostendit nobis bona? cùm verā
& certa bona intra semetipsos videre nō possint. Itaq;
consequenter de his rectissimè dicitur, quod adiūgit:
A tempore frumēti, vini & olei sui multiplicati sunt.)
Non enim vacat, quod additū est, Sui. Est enim & fru-
mentum Dei. Siquidē est panis viuus, qui de cælo des-
cendit. Est & vinum Dei. Nam inebriabuntur, inquit,
ab vbertate domus tuæ. Est & oleum Dei. De quo di- Ioan. 6. e.
ctum est, Impinguasti in oleo caput meum. Isti autem Psal. 35.
multi qui dicūt, Quis ostendit nobis bona? & regnum
cælorum intra se esse non vident: à tempore frumenti, Psal. 21.
vini & olei sui multiplicati sunt. Non enim multiplica-
tio semper vbertatē significat, & nō plerūque exigui-
tatē: cum dedita tēporalibus voluptatibus anima sem- Luc. 17. e.
per exardescit cupiditate, nec satiari potest, & multi-
plici atque ærumnosa cogitatione distenta, simplex
bonū videre non sinitur. Qualis est illa de qua dicitur,
Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animā, &
deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Sap. 9. c.
Talis anima temporalium bonorū decessione & suc-
cessione, id est, à tēpore frumenti, vini & olei sui innu-
merabilib⁹ cōplcta phātasmatibus sic multiplicata est,
vt non possit agere quod præceptū est, Sentite de Do-
mino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite il- Sapi. 1. a.
lum. Ista enim multiplicitas, illi simplicitati vehemēter
aduersa est. Et ideo istis relictis qui multi sunt, multi-
plicati scilicet temporaliū cupiditate, & dicunt, Quis
ostendit nobis bona, quæ non oculis foris, sed intus
cordis simplicitate quærēda sunt: vir fidelis exultat &
dicit, In pace, in idipsum, obdormiā, & somnū capiā.)
Rectè enim speratur à talibus omnimoda mentis alie-
natio à mortalib⁹ rebus, & miseriarū seculi huius obli-
uio, quæ nomine obdormitionis & somni decenter &
prophetice significatur, vbi summa pax nullo tumultu
interpellari potest. Sed hoc iam non tenetur in hac vi-
ta, sed post hnac vitam sperandum est. Hoc etiam ipsa
verba ostendūt, quæ futuri sunt tēporis. Non enim di-
ctum est, aut Obdormiui, & somnū cepi: aut, Obdor-
mio, & somnū capio: sed, Obdormiam, & somnū ca- Psal. 3.
piā. Tunc incorruptibile hoc induetur incorruptione,
& mortale hoc induetur immortalitate. Tunc abs- 1. Cor. 15. g.
bebitur mors in victoriam. Hoc est vnde dicitur, Si Osee 13. d.
autē quod non videmus speramus, per patientiā expe- Rom. 8. e.
ctamus. Quapropter congruenter vltimū annectit &
dicit, Quoniā tu Domine singulariter in spe habitare
fecisti me.) Hic non dixit, Facies: sed, Fecisti. In quo
ergo iā ista spes est, erit profectò etiā quod speratur. Et
bene ait, singulariter. Potest enim referri aduersus il-
los multos, qui multiplicati à tēpore frumenti, vini &
olei sui dicūt, Quis ostēdit nobis bona? Perit enim hęc
multiplicitas, & singularitas tenetur in sanctis. De qui- Sap. 2. b.
bus dicitur in Actibus Apostolorū, Multitudinis autē
credētiū erat anima vna, & cor vnū. Singulares ergo & Act. 4. f.
simplices, id est, secreti à multitudine ac turba nascētiū
rerū ac morientiū, amatores ęternitatis & vnitatis esse
debemus, si vni Deo & Dño nostro cupim⁹ inhærere.

IN PSALMVM V. ENARRATIO.

TITVLVS Psalmi est, Pro ea quæ hæreditatem
accepit.) Intelligit ergo Ecclesia, quæ accepit
hæreditatem vitam æternam per Dominum nostrum
Iesum Christum, vt possideat ipsum Deum, cui ad-
hærens beata sit, secundum illud: Beati mites, quia Matth. 5. a.
ipsi hæreditate possidebunt terram. Quam terram,
nisi de qua dicitur, Spes mea es tu, portio mea in ter- Psal. 141.
ra viuentium? Et illud manifestius, Dominus pars Psal. 15.
hæreditatis meæ & calicis mei. Dicitur & hæredi-
tas Dei vicissim Ecclesia secundum illud, Postula à Psal. 2.
me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Ergo
hære-

hæreditas nostra Deus dicitur, quia ipse nos pascit &
continet. Et hæreditas Dei dicimur, quia ipse nos ad-
A ministrat & regit. Quapropter vox ecclesiæ est in hoc
Psalmo vocatæ ad hæreditatē, vt & ipsa fiat hæreditas
Domini. Verba mea exaudi Domine.) Vocata inuo-
cat Dominum: vt eodem opitulante pertranseat ne-
quitiam seculi huius, & ad eum perueniat. Intellige
clamorem meum.) Bene ostendit quis iste sit clamor,
quam interior de cordis cubili, sine strepitu corpo-
ris perueniat ad Deum: quandoquidem vox corpora-
lis auditur, spiritalis autem intelligitur. Quanquā hoc
sit etiam exaudire Dei, non aure carnali, sed maiestatis
præsentia. Intende voci obsecrationis meæ.) Id est,
illi voci quam vt Deus intelligat, petit. Quæ qualis
sit, iam insinuauit cum dixit, Intellige clamorem meū,
intende voci obsecrationis meæ. Rex meus & Deus
1. sen. dist. meus.) Quamuis & filius Deus, & pater Deus, & si-
34. c. nō ergo. mul pater & filius vnus Deus. Et si interrogemur de
Spiritu sancto, nihil aliud respondendum est nisi quod B
Deus sit. Et cùm simul dicuntur, pater & filius & Spi-
ritus sanctus, nihil aliud intelligendum est quàm vnus
Deus: tamen regem filium solent appellare Scripturę.
Secundum ergo illud quod dictum est, Per me itur ad
Ioan. 14. a. Patrem: rectè primò rex meus; & deinde Deus meus.
Nec tamen dixit, intendite: sed, intende. Non enim
duos aut tres deos fides catholica prædicat, sed ipsam
trinitatem vnum Deum. Non vt eadem trinitas simul
possit aliquando pater, aliquando filius, aliquādo Spi-
ritus sanctus dici, sicut Sabellius credidit: sed vt pater
nō nisi pater, & filius non nisi filius, & Spiritus sanctus
non nisi Spiritus sanctus, & hæc trinitas non nisi vnus
Rom. 11. d. Deus. Quia cùm dixisset Apostolus, Ex quo omnia,
per quem omnia, in quo omnia, trinitatem ipsam insi-
nuasse creditur: nec tamen subiecit, ipsis gloria, sed
ipsi gloria. Quoniā ad te orabo Domine, manè exau-
dies vocem meam.) Quid sibi vult quod superius di-
xit, Exaudi, quasi in præsenti se exaudiri cuperet: nunc
verò dicit, Manè exaudies, nō exaudi: &, Ad te orabo, C
non ad te oro. Et deinceps, Manè astabo tibi & vide-
bo,) non adsto & video: nisi fortè superior eius oratio
ipsam vocationē ostēdit? Caligās autē inter procellas
huius seculi, sentit se non videre quod cupit, & tamen
sperare non desinit. Spes enim quæ videtur, non est
Rom. 8. e. spes. Intelligit tamen quare non videat, quia nondum
nox peracta est, id est, tenebræ quas peccata meruerūt.
Dicit ergo, Quoniam ad te orabo Domine: id est, quo-
niam tantus es ad quem orabo, Manè exaudies vocem
meam. Non ille es, inquit, qui possis videri ab eis quo-
rum ab oculis nox peccatorū nōdum recessit. Peracta
ergo erroris mei nocte, & discedētibus tenebris, quas
mihi peccatis meis feci, exaudies vocem meam. Cur
ergo superius non ait, exaudies: sed exaudi? An post-
quam clamauit, exaudi, & non exaudita est, sensit quid
oporteat transire, vt possit exaudiri? An & superius
exaudita est, sed nondum se intelligit exauditam, quia D
nondū videt à quo exaudita est. Et quod nunc ait, Ma-
nè exaudies: hoc intelligi voluit, manè intelligam me
esse exauditā? Qualis est ista locutio, Exurge Domine:
id est, fac me exurgere. Sed si hoc de resurrectione
Christi accipitur, illud certè nō potest rectè aliter ac-
cipi, Tentat vos dominus Deus vester, vt sciat si dili-
Deut. 13. a. gitis eum, nisi vt vos per illum sciatis, & vobismetipsis
manifestetur, quantum in eius amore profeceritis.
Manè astabo tibi & videbo.) Astabo quid est, nisi
non iacebo? Quid est autem aliud iacere, nisi in terra
quiescere, quod est in terrenis voluptatibus beatitudi-
nem quærere? Astabo, inquit, & videbo. Non est ergo
inhærendū terrenis, si volumus Deū videre, qui mūdo

cordo conspicitur. Quoniā non Deus volens iniquita-
tē tu es.) Iniquitas, malignitas, mendaciū, homicidiū,
A dolus, & quicquid huiusmodi est, ipsa nox est. Qua
transeunte fit manè, vt videatur Deus. Causam ergo
exposuit, quare manè astabit & videbit, quoniam non
Deus volens iniquitatem, inquit, tu es. Si enim Deus
esset qui vellet iniquitatem, posset etiam ab iniquis vi-
deri: vt nō manè videretur, id est, cùm iniquitatis nox
pertransierit. Non habitabit iuxta te malignus.) Id
est, non sic videbit, vt hæreat. Ideo sequitur,
Neque permanebūt iniusti ante oculos tuos.) Quia
oculi eorum, id est, mens eorum reuerberatur luce ve-
ritatis propter tenebras peccatorum: quorum consue-
tudine fulgorem rectæ intelligentię sustinere non pos-
sunt. Ergo & qui vident aliquando, id est, qui verū in-
telligunt, tamen adhuc iniusti sunt, non ibi permanent
amando ea quæ auertunt à vero. Gerunt enim secum
suam noctem, id est, non solùm consuetudinem, sed
etiam amorem peccandi. Quæ nox si transierit, id est,
si peccare destiterint, & ipse amor atque cōsuetudo fu-
gata fuerit, fit manè: ita vt non solùm intelligant, sed
etiā inhæreāt veritati. Odisti Domine omnes qui ope-
rantur iniquitatem.) Odium Dei ex illa locutione in-
telligendum est, qua odit peccator quisque veritatem.
Videtur enim quòd & illa odit, quos in se manere non
sinit. Non autem manent, qui eam sustinere non va-
lent. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.) Hoc
enim est veritati contrarium. Sed ne quis putet aliquā
substantiam vel naturam veritati esse contrariam, in-
telligat ad id quod non est pertinere mendacium, non
ad id quod est. Si enim hoc dicitur quod est, verum
dicitur. Si autem hoc dicitur quod non est, mendaciū
est. Ideo, inquit, Perdes omnes qui loquuntur menda-
cium: qui recedentes ab eo quod est, ad id quod nō est
declinant. Multa quidem videntur pro salute aut com- 1. sen. dist.
modo alicuius, non malitia, sed benignitate mēdacia: 38. ca. 1. 2. 2.
quale illarum in Exodo obstetricum quę Pharaoni fal- q. 2. si quæ-
sum renunciauerunt, vt infantes filiorum Israël non liber.
necarentur. Sed etiam ista non re, sed in dolo laudan- Exod. 1. d.
tur: quoniam qui tantū hoc modo mentiuntur, mere-
buntur aliquando ab omni mendacio liberari. Nam
in iis qui perfecti sunt, nec ista mendacia inueniūtur.
Quibus dictum est, Sit in ore vestro est est, non non. Matth. 5. f.
Quicquid amplius est, à malo est. Nec immeritò alio
loco scriptum est, Os quod mentitur, occidit animam: Sap. 1. e.
ne quis arbitretur perfectum & spiritalem hominem 22. q. 2. cap
pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur ne quis. 1.
anima, siue sua, siue alterius, debere mentiri. Sed quo- sen. dist. 38.
niam aliud est mentiri, aliud est verum occultare. Si- ca. 1.
quidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere: vt
si quis fortè vel ad istam visibilem mortē non vult ho-
minē prodere, paratus esse debet verū occultare, non
falsum dicere: vt neque prodat, neq; mentiatur, ne oc-
cidat animā suā pro corpore alterius. Si autē hoc nō-
dum potest, vel sola huius necessitatis habeat mēdacia,
vt etiam ab istis si sola remāserint, liberari mereatur: &
Spiritus sancti robur accipere, quo quicquid perpetiē-
dum est pro veritate, cōtemnat. Duo sunt omnino ge-
nera mendaciorū, in quibus non magna culpa est, sed
tamē nō sunt sine culpa: cùm aut iocamur, aut vt pro-
ximis prosimus mentimur. Illud primum in iocando,
ideo non est pernicioſissimum, quia non fallit. Nouit
enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictū. Secundū au-
tē ideo mitius est, quia retinet nonnullā beneuolentiā.
Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendaciū
quidē dicendū est. Tanquā, verbi gratia, si cui gladius
cōmendetur, & promittat se redditurum, cùm ille qui
commendauit popoſcerit: si fortè gladium suū repetat

furens,manifestum est tunc non esse reddendũ, ne vel
se occidat vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic
ideo non habet duplex cor, quia ille cui commẽdatus
est gladius, cùm promittebat se redditurum poscenti,
non cogitabat furentem posse repetere. Verùm autem
occultauit & Dominus,cùm discipulis nondũ idoneis
Ioan. 16. b. dixit:Multa habeo vobis dicere,sed nunc non potestis
1.Cor. 3. a. portare illa. Et Apostolus Paulus cùm ait, Non potui
loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalib⁹. Vn-
de manifestum est non esse culpandũ, aliquando verũ
tacere:falsum autem dicere, non inuenitur concessum
esse perfectis. Virum sanguinum, & dolosum abomi-
nabitur Dominus.) Potest hic rectè videri repetitum,
Psal. 5. quod ait superius, Odisti Domine omnes qui operan-
tur iniquitatem,perdes omnes qui loquuntur menda-
cium: vt virum sanguinum ad operãtem iniquitatem
referas, dolosum autem ad mendacium. Dolus enim
est, cùm aliud agitur,aliud simulatur. Et apto verbo
vsus est quod ait,Abominabitur. Solent enim abomi-
nati,dici exhæredati. Hic autẽ Psalmus pro ea est quæ
hereditatem accepit: quæ subiicit exultationẽ spei suę,
dicens, Ego autem in multitudine miserationis tuæ,
introibo in domum tuam.) In multitudine miseratio-
nis, fortasse in multitudine hominum perfectorum &
beatorum dicit:Quibus ciuitas illa constabit, quã nũc
parturit & paulatim parit Ecclesia. Homines autem
multos regeneratos atque perfectos, rectè dici multi-
tudinem miserationis Dei quis negat: cùm verissimè
Psal. 8. dictum sit,Quid est homo quia memor es eius, aut fi-
lius hominis quia visitas eum? Introibo in domũ tuã,
tanquam lapis credo in ædificium, dictum est. Quid
enim aliud domus Dei quàm templum Dei est,de quo
1. Cor.3.d. dictum est:Templum enim Dei sanctum est,quod estis
Ephes. 2.d. vos?Cuius ædificij lapis angularis est ille, quem susce-
pit coæterna patri virtus & sapientia Dei.
Adorabo ad templum sanctũ tuũ in timore tuo.) Ad
tẽplum,sicut prope tẽplum intelligimus. Nõ enim ait,
Adorabo in tẽplo sancto tuo:sed, adorabo ad templũ
sanctũ tuũ. Intelligendũ etiam est non de perfectione,
sed de progressu ad perfectionem dictum esse. Vt illud
3.s. lis.34. ea,his autẽ. perfectionẽ significet,Introibo in domũ tuam. Sed vt
hoc proueniat,prius adorabo,inquit,ad templum san-
ctum tuum. Et fortasse ob hoc addidit, in timore tuo,
quod magnum est præsidium procedẽtibus ad salutẽ.
Cùm autem quisque peruenerit, fiet in eo quod dictũ
1.Ioan.4.d. est:Consummata dilectio foras mittit timorem. Non
enim timent iam amicum,quibus dictum est,Iam non
Ioan.15.b dicam vos seruos,sed amicos:cùm ad id quod promis-
sum est,perducti fuerint. Domine deduc me in tua iu-
stitia propter inimicos meos.) Satis hic declarauit in
profectione se esse,id est,in profectu ad perfectionem,
nondum in ipsa perfectione,quando vt deducatur ex-
optat.In tua iustitia autem, non in ea quæ videtur ho-
minibus. Nam & malum pro malo reddere iustitia vi- D
Matth.5.g. detur,sed non est eius de quo dictum est, Qui facit ori-
ri solem suum super bonos & malos:quia & cùm punit
Deus peccatores,non malum suum eis infert, sed ma-
lis eorũ eos dimittit.Ecce,inquit,parturiit iniustitiam,
Psal. 7. cõcepit laborem,& peperit iniquitatem. Lacũ aperuit
& effodit eum, & incidit in foueam quã operatus est.
Conuertetur dolor eius in caput eius,& in verticẽ eius
iniquitas eius descendet. Cùm ergo punit Deus,vt iu-
dex punit eos qui legem prætereunt: non eis inferens
de seipso malum, sed in id quod elegerũt eos expellẽs,
ad complendam summam miseriarum. Homo autem
cùm malum pro malo reddit,malo voto id facit: & ob
hoc prior ipse malus est,dum punire vult malum.Diri-
ge in conspectu tuo iter meum.) Nihil manifestius est,
quàm id tempus eum cõmendare, quo proficit. Hoc
A est enim iter quod nõ terrarum locis peragitur, sed af-
fectibus animorũ.In conspectu,inquit, tuo dirige iter
meum. Id est,vbi nullus hominum videt: Quibus cre-
dendum non est laudantibus,aut vituperantibus.Non
enim vllo modo possunt de aliena conscientia iudica-
re,in qua iter dirigitur ad Deum.Ideo subiecit, Quo-
niam non est in ore eorum veritas.) Quibus vtique in-
dicantibus non est credendũ,& ideo intrò ad consciẽ-
tiam & ad Dei conspectum confugiendum est.
Cor eorum vanum est.) Quomodo ergo potest esse
in ore eorum veritas, quorum cor fallitur de peccato
& pœna peccati? Vnde reuocantur homines illa voce,
Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Psal. 4.
Sepulchrum patens est guttur eorum.) Ad voracita- Psal.13.
tis significationem referri potest,propter quam plerũ- Rom. 3.b.
que homines adulatione mentiuntur. Et mirabiliter
dixit,Patẽs sepulchrũ, quoniã semper inhiat illa vora-
B citas, non vt sepulchra quæ receptis cadaueribus mu-
niũtur.Potest & illud intelligi, quòd mendacio & blã-
da adulatione trahunt in se quos ad peccata illectãt:&
eos tanquã deuorãt,cùm in suã vitã cõuertunt. Quod
quibus cõtingit,quoniã peccato moriuntur, rectè illi
à quibus inducũtur,sepulchra patentia dicti sunt:quia
& ipsi quodãmodo exanimes sunt,vitam non habẽdo
veritatis. Et mortuos in se recipiunt, quos verbis mẽ-
dacibus & vano corde interẽptos in se cõuertũt. Lin-
guis suis dolosè agebant.) Id est,linguis malis.Nã hoc
videtur significare, cùm dicit suis. Mali enim malas
habent linguas,id est,mala loquuntur,cùm loquuntur
dolũ. Quibus Dominus dicit, Quomodo potestis bo- Matth.12.c
na loqui,cùm sitis mali?Iudica illos Deus. Decidant à
cogitationibus suis.) Prophetia est, non maledictio.
Non enim optat vt eueniat, sed cernit quid euẽturum
sit.Cõtingit autẽ illis,nõ quia videtur optasse,sed quia
tales sunt vt meritò cõtingat. Sic enim & quod postea
C dicit,Lætentur omnes qui sperant in te:per prophetiã
dicit, quoniã cernit esse lætaturos. Sic per prophetiã
dictum est,Excita potentiam tuam & veni:quoniã vi- Psal.79.
debat esse venturũ. Quanquã possit etiam hoc modo
accipi quod dictum est,Decidãt à cogitationibus suis:
vt magis bene ab eo optatũ credatur dũ cadunt à cogi
tationib⁹ suis malis: id est, vt iã nõ cogitent mala. Sed
vetat sic intelligi ꝙ sequitur, Expelle eos. Nullo enim
modo potest in bonã partem accipi, cùm quisque ex-
pellitur à Deo. Quapropter per prophetiam dictũ, nõ
per maleuolentiã intelligitur: cùm hoc dictũ sit quod
necessariò talibus euenturum est, qui in peccatis quæ
memorata sunt,perseuerare voluerint. Decidant ergo
à cogitationibus suis,dictũ est,decidant accusantibus
se cogitationibus suis, testimonium perhibente con-
scientia sua; sicut Apostolus dicit: Et cogitationũ ac-
cusantiũ seu defendentium, in reuelatione iusti iudicij Rom. 2. a.
Dei.Secundum multitudinẽ impietatum eorũ expelle
eos.) Id est,longè eos expelle. Hoc est enim secũdum
multitudinem impietatum eorum, vt multum expel-
lantur. Expelluntur ergo impij ab illa hæreditate,quæ
intelligendo & videndo Deum possidetur: sicut ex-
pelluntur morbidi oculi fulgore lucis,cùm illis ea pœ-
na est quæ aliis lætitia.Non ergo ipsi manè astabunt &
videbunt.Et tam magna pœna est ista expulsio, quàm
magnum præmium est illud quod dictum est,Mihi au-
tem adhærere Deo bonum est.Huic pœnæ cõtrarium
est,Intra in gaudium Domini tui:Quia huic expulsio- Psal.72.
ni simile est,Proiicite illũ in tenebras exteriores.Quo-
niam inamaricauerunt te Domine.) Ego sum, inquit, Matth.25.
panis qui de cælo descendi. Et,Operamini escam quæ Ioan. 6. c.
nõ corrumpitur. Et, Gustate & videte quàm suauis est Psal. 33.
Domi-

Dominus.Peccatoribus autem panis veritatis amarus
est.Vnde os vera dicentis oderunt.Ipsi ergo amarica-
uerunt Deum, qui peccando in eam ægritudinẽ deue-
nerunt, vt cibum veritatis quo sanæ animæ gaudent,
tanquam fellium sustinere non possint. Et lætẽtur oẽs
qui sperant in te.)Vtique illi quibus gustantibus suauis
est Dominus.In æternum exultabunt, & inhabitabis
in eis.)Ipsa ergo erit æterna exultatio, cùm templum
Dei fiunt iusti.Et erit gaudium ipsorum,ipse incolatus
eorum. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt no-
men tuum.)Tanquam cùm adest eis ad fruendũ quod
diligunt.Et bene in te, tanquam possidentes hæredi-
tatem, de qua titulus Psalmi est: cùm & ipsi sint eius
hæreditas, quod significat, inhabitabis in eis. A quo
bono prohibentur quos secundum multitudinem im-
pietatum eorum expellit Deus. Quoniã tu benedices
iustum.)Hęc est benedictio,gloriari in Deo, & inhabi-
tari à Deo. Ista sanctificatio conceditur iustis. Sed vt
iustificentur,præcedit vocatio:quæ non est meritorũ,
Rom. 3.c sed gratiæ Dei.Omnes enim peccauerũt & egent glo-
Rom.8.f ria Dei.Quos enim vocauit, hos & iustificauit. Quos
autem iustificauit,hos & glorificauit.Quia ergo voca-
tio non meritorũ nostrorum,sed beneuolentiæ & mi-
sericordiæ Dei est;subiecit dicens: Domine, vt scuto
bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.) Bona enim vo-
luntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram, vt
Rom. 8.f peccatores vocet in pœnitentiam. Et ipsa sunt arma
quibus expugnatur inimicus. Contra quem dicitur,
Quis accusabit aduersus electos Dei? Et, Si Deus pro
nobis,quis contra nos? Qui vnico filio suo non peper-
cit,sed pro nobis omnibus tradidit illũ.Si enim adhuc
cùm inimici essemus,Christus pro nobis mortuus est:
multò magis recõciliati,salui erimus ab ira per ipsum.
Hoc est inuictissimũ scutum, quo repellitur inimicus
desperationem salutis suggerens,multitudine tribula-
tionũ & tentationũ. Totus ergo textus Psalmi est ora-
tio vt exaudiatur,ab eo quod scriptum est, Verba mea
exaudi Dñe:vsque ad, Rex meus & Deus meus.Dein-
de intellectus eorũ quæ impediunt ad vidẽdum Deũ,
id est, vt se exauditũ esse cognoscat: ab eo ꝙ scriptum
est,Quoniã ad te orabo Domine, manè exaudies vo-
cem meam: vsque ad, Virum sanguinum & dolosum
Psal.5. abominabitur Dominus. Tertiò sperat se domũ Dei
futuram,& nunc ei appropinquare in timore ante cõ-
summationẽ quæ expellit timorẽ, ab eo quod scriptũ
est,Ego autem in multitudine miserationis tuæ:vsque
ad,Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ in timore tuo. Quar-
tò proficiente se atque promouẽte inter illa ipsa quib⁹
impediri se sentit,orat vt adiuuetur intrinsecus vbi ne-
mo hominũ videt, ne auertatur malis linguis, ab eo ꝙ
scriptum est,Domine deduc me in tua iustitia propter
inimicos meos:vsque ad, Linguis suis dolosè agebãt.
Quintò prophetia est,quæ pœna maneat impios,quã-
do iustus vix saluus erit: & quod præmium iusti adep-
turi sint,qui vocati venerunt,& donec perducerentur
viriliter omnia sustinuerunt, ab eo quod scriptum est,
Iudica illos Deus,vsque in finem Psalmi.

IN PSALMVM VI. ENARRATIO.

In finem,in hymnis de octauo.
Psalmus Dauid.

DE octauo, hic videtur obscurum. Nam cætera in
hoc titulo manifestiora sunt.Visum est enim non-
nullis diem iudicij significare,id est, tempus aduentus
Domini nostri quo venturus est ad iudicandum viuos
& mortuos. Qui aduentus, computatis annis ab Adã
post septem annorum milia futurus creditur: vt septẽ
annorum milia tanquam septem dies transeant: dein-
de illud tempus tanquam dies octauus, adueniat. Sed
quoniam dictum est à Domino,Non est vestrum scire
A tempora quæ pater posuit in sua potestate. Et De die
verò & illa hora nemo scit,neque angelus, neque vir- Act.1.b
tus,neque filius, nisi solus pater. Et illud quod scriptũ Matt. 24.d
est,Tanquam furem venire diem Domini: satis apertè 1.Thess.5.a
ostendit neminem sibi oportere atrogare scientiam
illius temporis,computatione aliqua annorũ. Si enim
post septem milia annorum ille dies venturus est,om-
nis homo potest annis computatis aduentum eius ad-
discere.Vbi erit ergo,quòd nec fili⁹ hoc nouit? Quod
vtique ideo dictũ est, quia per filiũ homines hoc non
discunt,non quòd apud se ipse non nouerit: sed secũ-
dum illã locutionẽ,Tentat vos Dominus Deus vester,
vt sciat:id est,scire faciat vos.Et, Exurge Domine: id Deut.13.a
est,fac nos exurgere. Cùm ergo ita dicatur,nescire fi-
liũ hunc diẽ,non quòd nesciat,sed quòd nescire faciat
eos quibus hoc nõ expedit scire,id est, nõ eis hoc ostẽ-
dat:quid sibi vult nescio quæ præsumptio, quæ annis
B computatis,certissimum sperat post septem annorum
milia diem Domini? Nos igitur quod nescire nos Do-
minus voluit, libenter nesciamus. Et quæramus quid
velit sibi iste titulus,qui scribitur de octauo.Potest qui
dem etiam nulla annorũ temeraria supputatione dies
iudicij octauus intelligi:quod iam post finem huius se-
culi accepta æterna vita, tunc non erunt animæ iusto-
rum obnoxiæ temporibus.Et quoniã omnia tempora
septem dierum istorum repetitione voluũtur: octauus
fortè ille dictus est, qui varietatem istam non habebit
Est aliud quod hinc non absurdè accipi potest, cur o-
ctauum dicatur iudicium, quod post duas generatio-
nes futurum est:vnam quæ ad corpus,alteram quæ ad
animã pertinet. Ab Adam enim vsque ad Moysen ge-
nus humanum vixit ex corpore,id est,secũdum carnẽ.
Qui etiam exterior & vetus homo dicitur,& cui vetus Ephes.4.e
testamentum datũ est: † vt quamuis religiosis, tamen al. cõ
carnalibus adhuc operationibus futura spiritalia præ-
C signaret.Hoc toto tempore quo secundum corpus vi- Rom.5.c
uebatur,regnauit mors,sicut Apostolus ait,etiã in eos
qui non peccauerunt.Regnauit autem ex similitudine
præuaricationis Adę,sicut idem dicit:quoniam vsque
ad Moysen accipiendum est,quousque legis opera, id
est carnaliter obseruata illa sacramenta,etiam eos ob-
strictos tenuerũt certi mysterij gratia qui vni Deo sub
diti erãt.Ab aduentu autem Domini,ex quo ad circũ-
cisionẽ cordis à carnis circuncisione transitũ est:facta
vocatio est,vt secũdũ animã viueretur,id est, secundũ Coloss. 3.b
interiorẽ hominẽ,qui etiam nouus homo propter re-
generationẽ dicitur morúmque spiritaliũ innouatio-
nem. Manifestum est autẽ ad corpus quaternariũ nu-
merum pertinere,propter notissima elemẽta quatuor
quibus constat:& quatuor qualitates,siccã,humidam
calidam,frigidã.Vnde quatuor etiam temporibus ad-
ministratur,verno,æstate, autumno,hyeme.Hæc sunt
D notissima. Nam de quaternario numero corporis tra-
ctatur etiã alibi subtilius, sed obscurius. Quod in hoc
sermone vitandum est, quẽ etiam minus eruditis ac-
commodatum esse volumus. Ad animum verò terna-
rium numerum pertinere potest intelligi, ex eo quòd
tripliciter Deum diligere iubemur: ex toto corde, ex
tota anima, ex tota mente. De quibus singulis non in Deut.6.a
Psalterio,sed in Euãgelio disputandũ est. Nunc ad te- Matt. 22.d
stimoniũ ternarij numeri ad animum pertinentis,satis
puto esse quod dictũ est. Peractis igitur numeris cor-
poris, ad veterẽ hominẽ & ad vetus testamẽtum per-
tinentibus,peractis etiã numeris animi ad nouum ho-
minem & ad nouũ testamentũ relatis, sicut septenario
numero transacto,quia vnũquodq; tẽporaliter agitur
quaternario in corpus, ternario in animũ distributo,

veniet octauus iudicij dies: Qui meritis tribuens quod debetur, iam nõ ad opera temporalia, sed ad vitã æternam sanctos trãsferet, impios verò damnabit in æternum. Quam damnationẽ metuẽs, orat Ecclesia in hoc
Psal. 37. Psalmo, dicens, Domine ne in ira tua arguas me.) Dicit
Rom. 2. a etiam Apostolus iram iudicij: Thesaurizas tibi, inquit, iram in die iræ iusti iudicij Dei. In qua se non vult argui, quisquis in hac vita sanari desiderat. Nec in furore tuo corripias me.) Corripias, mitius videtur. Ad emendationem enim valet. Nam qui arguitur, id est, accusatur, metuendum est ne in finem habeat damnationem. Sed quoniam furor plus videtur esse quàm ira potest mouere cur illud quod est mitius, id est, correptio, cum eo positum est quod est durius, id est cum furore. Sed ego puto vnam rem duobus verbis significatã. Nam in Græco θυμὸς, quod est in primo versu, hoc significat quod ὀργὴ, quod est in secundo versu. Sed cùm Latini vellent etiam ipsi duo verba ponere, quæsitum est quid esset vicinum iræ, & positum est fu
B ror. Ideo variè codices habent. Nam in aliis prius in-
4 sen. dis. 46. e. sed quæritur. uenitur ira, deinde furor: in aliis prius furor, deinde ira. In aliis pro furore indignatio ponitur, aut bilis. Sed quicquid illud est, motus est animi prouocãs ad pœnã
Sap. 12. e inferendam. Qui tamen motus, non tanquam animæ Deo tribuendus est, de quo dictum est, Tu autẽ Domine virtutũ cum tranquilitate iudicas. Quod autẽ tranquillum est, non est perturbatum. Non ergo cadit in Deum iudicem perturbatio: sed quod in eius ministris fit, quia per leges eius fit, ira eius dicitur. In qua ira, nõ solum argui se non vult anima quæ nunc orat: sed nec corripi, id est, emendari vel erudiri. Nam in Græco παιδεύσης positum est, id est, erudias. Arguuntur enim in die iudicij oẽs qui non habent fundamentum quod
1. Cor. 3. c est Christus. Emendantur autem, id est, purgantur, qui huic fundamento superædificant lignum, fœnum, stipulam. Detrimẽtum enim patiẽtur, sed salui erunt tanquam per ignem. Quid ergo iste orat, qui non vult in
C ira Domini vel argui vel emendari? Quid nisi vt sanetur? Vbi enim sanitas est, nec mors metuẽda est, nec verentis aut secantis medici manus. Sequitur itaque & dicit, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Dominè, quoniã conturbata sunt ossa mea.) Id est, firmamentũ animæ meæ vel fortitudo. Hæc enim ossa significant. Dicit ergo anima, fortitudinem suam esse turbatã, cùm ossa nominat. Neque enim credendum est, quòd habeat ossa quæ videmus in corpore. Quapropter, ad expositionẽ pertinet quod subiicitur, Et anima mea turbata est valde. Ne quòd ossa appellauit, corporis intelligerẽtur. Et tu Domine vsquequò? Quis nõ intelligat significari animã luctantẽ cum morbis suis: diu autẽ dilatam à medico, vt ei persuaderetur in quæ mala se peccando præcipitauerit? Quod enim facilè sanatur, non multum cauetur. Ex difficultate autem sanationis, erit diligentior custodia receptæ sanitatis. Non ergo tanquã crudelis Deus æstimandus est,
D cui dicitur, Et tu Domine vsquequò? Sed tãquam bonus persuasor animæ, quid mali sibiipsa pepererit. Nõdum enim tam perfectè orat hæc anima, vt ei dici pos-
Esa. 65. a sit, Adhuc loquente te dicã, Ecce assum. Simul vt etiã illud agnoscat, quanta pœna impiis præparatur qui se nolunt conuertere ad Deum: si tantam difficultatem
1. Pet 4 d conuertentes patiuntur. Sicut alio loco scriptũ est, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt?
Zach. 1. a Conuertere Domine, & erue animã meam.) Conuertens se, orat vt ad eam conuertatur & Deus; sicut dictũ est, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit Dominus. An ex illa locutione intelligendum est cõuertere Domine, id est, fac me cõuerti, cùm in ipsa sua conuersione difficultatem laborémque sentiret? Nam
A perfecta nostra conuersio paratum inuenit Deum, si-
Osee 6. a secũdũ. 70. cut Propheta dicit, Tanquam diluculum paratum inuenimus eum. Quoniam vt eum amitteremus, nõ eius
Ioan. 1. a absentia qui vbique adest, sed nostra fecit auersio. In hoc mundo erat, inquit, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Si ergo in hoc mundo erat, & mundus eum non cognouit, nostra immunditia non fert eius aspectum. Dum enim nos conuertimur, id est, mutatione veteris vitæ resculpimus spiritũ nostrum: durum sentimus & laboriosum ad serenitatem & tranquillitatem diuinæ lucis à terrenarum cupiditatum caligine retorqueri. Et in tali difficultate dicimus, Conuertere Domine, id est, adiuua nos vt perficiatur in nobis conuersio: quæ te paratum inuenit, &
B fruendum te præbentem dilectoribus tuis. Et ideo
Psal. 6. postquam dixit, Conuertere Domine, addidit, & erue animam meam: tanquam inhærentem perplexitatibus huius seculi, & spinas quasdam dilacerantium desideriorum in ipsa conuersione patiẽtem. Saluum me fac, inquit, propter misericordiã tuam.) Intelligit non suorum meritorum esse quod sanatur: quandoquidẽ peccanti & datum præceptum prætereunti, iusta damnatio debebatur. Sana me ergo, non propter meritum meum, sed propter misericordiã tuã. Quoniã non est in morte qui memor sit tui.) Intelligit quoque nunc esse tempus conuersionis: quia cùm ista vita transierit, non restat nisi retributio meritorum. In inferno autẽ quis confitebitur tibi?) Confessus est in inferno ille
Lucæ 16. e diues, de quo Dominus dicit: qui Lazarum vidit in requie, se autem in tormentis dolebat. Vsqueadeò cõfessus, vt etiam moneri suos vellet, vt se à peccatis cohiberent, propter pœnas quæ apud inferos esse non creduntur. Quamuis ergo frustra, confessus est tamen sibi meritò illa accidisse tormenta: quando etiam suos
Psal. 6. ne in hæc inciderent, doceri cupiebat. Quid ergo est, In inferno autem quis confitebitur tibi? An infernum vult intelligi, quò post iudicium præcipitabuntur impij, vbi iam propter profundiores tenebras nullã Dei lucem videbunt, cui aliquid confiteãtur? Nam iste adhuc eleuais oculis, quamuis immani profundo interposito, potuit tamẽ videre Lazarum in requie constitutum: & cuius comparatione, ad confessionem coactus est meritorũ suorum. Potest etiã illud intelligi, vt mortem vocet peccatũ, quod contempta diuina lege cõmittitur: vt aculeũ mortis mortẽ appellemus, quòd
1. Cor 15. g mortem comparet. Aculeus enim mortis, peccatum. In qua morte, hoc est esse immemorẽ Dei, legem eius & præcepta contemnere: vt infernum dixerit, cæcitatem animi, quæ peccantem, id est, morientẽ excipit & inuoluit. Sicut nõ probauerunt, inquit, habere Deũ in
Rom. 1. d notitia, dedit illos Deus in reprobum sensum. Ab ista morte & ab isto inferno tutã se præberi anima deprecatur, dum molitur conuersionem ad Deum, & sentit
D difficultates. Quapropter contexit, dicens, Laboraui in gemitu meo.) Et tanquam parum profuerit, addidit & dicit, Lauabo per singulas noctes lectum meũ.) Lectus est hoc loco appellatus vbi requiescit animus æger & infirmus: id est, in voluptate corporis & in omni delectatione seculari. Quam delectationem lachrymis lauat qui sese ab illa co n tur extrahere. Videt enim iam se damnare carnales concupiscentias: & tamen delectatione tenetur † infirmitatis, & in ea libenter iacet, vnde resurgere nisi sanatus animus nõ potest. al. infirmitatẽ Quod autẽ ait, Per singulas noctes: hoc fortasse accipi voluit, quòd ille qui spiritu promptus sentit aliquam lucem veritatis, & tamen in delectatione huius seculi per carnis infirmitatem aliquando requiescit, tanquã

dies

Rom. 7. d dies & noctes alterno affectu cogitur pati. Vt cùm dicit, Mente seruio legi Dei, tanquam diem sentiat. Rursus cùm dicit, Carne autem legi peccati, inclinetur in
A noctem: donec omnis nox trãseat, & veniet vnus dies,
Psal. 5. de quo dicitur, Mane astabo tibi & videbo. Tũc enim astabit, nunc autem iacet, quando in lecto est. Quem lauabit per singulas noctes, vt tantis lachrymis impetret efficacissimam de Dei misericordia medicinam. In lachrymis stratũ meũ rigabo.) Repetitio est. Cùm enim dicit, In lachrymis: ostendit quemadmodum superius, lauabo dixerit. Hoc autem accipimus stratum, quod superiùs lectum. Quanquam rigabo, amplius sit
al. pertinee, aliquid, quàm lauabo, quoniam potest aliquid in superficie lauari: rigatio verò ad interiora † permanat, quod significat fletũ vsque ad cordis intima. Temporum enim varietas, quod præteritum posuit, cùm diceret, laboraui in gemitu meo; & futurũ cùm diceret, lauabo per singulas noctes lectum meum; rursus futurum, in lachrymis stratũ meum rigabo: illud ostendit,
B quid sibi dicere debeat, cùm quisque in gemitu frustra
al. laborauerit. † laborauit. Tanquam diceret: Non profuit cùm hoc feci, ergo illud faciã. Turbatus est ab ira oculus meus.) Vtrũ sua an Dei, in qua petit ne argueretur aut corriperetur? Sed si illa diẽ iudicij significat, quomodo nũc potest intelligi? An inchoatio eius est, quòd hic homines dolores & tormẽta patiuntur, & maximè damnũ
Rom. 1. d intelligentiæ veritatis, sicut iam commemorauí quod dictũ est, Dedit illos Deus in reprobũ sensum? Nam ea est cæcitas mentis. In eã quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur: sed nondum penitus cùm in
Matth. 25. c 4. sent dist. 50. cap. hic quæri potest. hac vita est. Sunt enim tenebræ exteriores, quæ magis ad diẽ iudicij pertinere intelliguntur: vt penitus extra Deũ sit, quisquis dum tẽpus est, corrigi noluerit. Peni-
1. Tim. 6. d Matt. 25. b tus enim esse extra Deũ quid est, nisi esse in summa cæcitate? Si quidẽ Deus habitat lucem inaccessibilẽ, quò ingrediuntur quibus dicitur, Intra in gaudiũ Domini tui. Huius igitur iræ inchoatio est, quã in hac vita patitur quisque peccator. Timens itaque iudicij diem, la-
C borat & plangit: ne ad illud perducatur, cuius initium
Ephes. 4. f tam perniciosum nunc experitur. Et ideo non dixit, extinctus est, sed turbatus est ab ira oculus meus. Si autem sua ira dicit oculũ suum esse turbatum, neque hoc mirũ est. Nam hinc forsitan dictũ est, Non occidat sol super iracundiam vestram: quòd interiorem solem, id est, sapientiã Dei tanquam occasum in se pati arbitratur mens, quę sua perturbatione illum videre non sinitur. Inueteraui in omnibus inimicis meis.) De ira tantum dixerat, si tamen de sua ira dixerat. Consideratis autẽ reliquis vitiis, inuenit se omnib⁹ esse vallatũ. Quæ
Colos. 3. b vitia quoniã veteris vitæ sunt & veteris hominis, quo exuendi sumus, vt induamur nouo: rectè dictũ est, Inueteraui. In omnibus autẽ inimicis meis, vel inter ipsa
al. nesciunt, vitia dicit, vel inter homines qui nolunt ad Deum cõuerti. Nam & hi etiam si † nesciuntur, etiã si parcunt,
D etiam si iisdẽ conuiuiis & domibus & ciuitatibus nulla lite interposita, & crebris colloquiis quasi cõcorditer vtuntur: nihilominus tamen intentione contraria, inimici sunt eis qui se ad Deũ conuertunt. Nam cùm alij amant & appetunt istum mundũ, alij se optant ab isto mundo liberari, quis nõ videat illos inimicos esse istis? Nam si possent, eos secum ad pœnas trahunt. Et magnũ donũ est, inter eorum verba versari quotidie, & nõ excedere de itinere præceptorũ Dei: Sæpe enim mens nitens pergere in Deum, concussa in ipso itinere trepidat. Et plerũque propterea nõ implet bonũ propositũ, ne offendat eos cũ quibus viuit, alia bona peritura & transeũtia diligẽtes atque sectantes. Ab his separatus est omnis sanus, non locis, sed animo. Nã locis corpora continentur, animo autem locus est affectio
A sua. Quapropter post laborem & gemitum & imbres
creberrimos lachrymarum, quia inane non potest esse quod tam vehementer rogatur, ab eo qui fons est omnium misericordiarũ, verissimè dictum est, Propè est
Psal. 33. Dominus obtritis corde. Post tantas difficultates exauditã se anima pia significans, quã licet etiã Ecclesiã intelligere, vide quid adiungit: Discedite à me omnes
Matth. 7. d qui operamini iniquitatẽ quoniã exaudiuit Dominus vocẽ fletus mei.) Vel in prophetia dictum est, quoniã discessuri sunt, id est, separabuntur à iustis impij, cùm iudicij dies venerit. Vel nũc. Quia etiã si pariter atque iisdem conuenticulis continentur tamen in area nuda iam grana separata sunt à paleis, quamuis inter paleas lateant. Simul itaque versari possunt, sed simul vento auferri nõ possunt. Quoniã exaudiuit Dominus vocẽ fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationẽ meam, Dominus orationem meam suscepit.) Crebra eiusdẽ sententię repetitio, non quasi narrantis necessitatẽ sed affectum exultantis ostendit. Sic enim loqui gaudẽtes solent, vt non eis sufficiat semel enunciare quod gaudent. Iste fructus est illius gemitus in quo laboratur, & illarũ lachrymarũ quibus lauatur lectus, & stratum rigatur: Quoniã qui seminat in lachrymis, in gaudio metet. Et, Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur. Eru-
Psal. 125. Matth. 5. a bescant & cõturbentur omnes inimici mei.) Discedite à me omnes, dixit superiùs: quod etiã in hac vita sicut expositum est, fieri potest. Quod autem dicit, Erubescant & conturbentur, nõ video quemadmodum euenire possit, nisi illo die cùm manifesta fuerint iustorum præmia & supplicia peccatorum. nam nũc vsqueadeò non erubescunt impij, vt nobis insultare non desinãt. Et plerumque tantum valent irrisionibus suis, vt infirmos homines de Christi nomine erubescere faciant.
Luc. 9. c Vnde dictum est: Quisquis me erubuerit coram hominibus, erubescam eum corã patre meo. Iam verò quisquis sublimia illa præcepta implere voluerit, vt dispergat, det pauperibus quo iustitia eius maneat in æternum, omnibúsque suis rebus terrenis venditis & indigentibus erogatis, Christum sequi voluerit, dicẽs: Ni-
1. Tim. 6. b hil intulimus in hunc mundum, verùm nec auferre quid possumus: Victum & tegumentum habentes, his contenti simus: incidit in istorum sacrilegam dicacitatem, & ab eis qui sanari nolunt, vocatur insanus. Et sæpe ne hoc vocetur à desperatis hominibus, trepidat facere & differt, quod omniũ fidelissimus & potẽtissimus medicus imperauit. Nõ ergo nũc isti possunt erubescere, quibus ne nos erubescamus optãdum est, & à proposito itinere reuocemur vel impediamur vel retardemur. Sed venit tẽpus vt illi erubescant, dicentes vt scriptũ est: Hi sunt quos aliquãdo habuimus in risum
Sap. 5. a & in similitudinẽ improperij. Nos insensati, vitã illorũ æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Repleti sumus iniquitatis via & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Quod autem ait, Conuertantur & confundantur.) Quis non iudicet esse iustissimam pœnam, vt conuersionem ad confusionem habeant, qui ad salutem habere noluerũt? Deinde addidit, Valde velociter.) Cùm enim iã desperari cœperit iudicij dies, cùm dixerint, pax, tunc eis repẽtinus veniet interitus. Quandocunque autem venerit, celerri-
1. Thess. 5. mè venit quod desperatur esse venturum: & longitu-

dinem vitæ huius non facit sentiti, nisi spes viuendi. Nam nihil videtur esse celerius, quàm quicquid in ea iam præteritum est. Cùm ergo iudicij dies venerit, tũc sentient peccatores quã non sit longa omnis vita quæ transit. Nec omnino eis videri poterit tardè venisse, quòd non desiderantibus, sed potius non credentibus venerit. Quanquã & illud hic accipi potest, vt quia tãquam gementẽ tam sæpe diúque flentẽ Deus exaudiuerit, intelligatur liberata à peccatis, & oẽs peruersos motus carnalis affectionis domuisse: sicut dicit, Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ, quoniã exaudiuit Dominus vocẽ fletus mei. Quod cùm ei prouenerit: non mirum est si iam ita perfecta est, vt oret pro inimicis suis. Potest ergo ad hoc pertinere quod dixit, Erubescant & conturbentur omnes inimici mei: vt de peccatis suis agant pœnitentiam, quod sine confessione & cõturbatione fieri nõ potest. Nihil itaque impedit sic accipere & illud quod sequitur, Conuertantur & erubescant, id est, cõuertantur ad Deum, & erubescant se in prioribus tenebris peccatorum aliquando gloriatos: sicut Apostolus dicit, Quam enim gloriam habuistis aliquando in his, in quibus nunc erubescitis? quod autem addidit, valde velociter, aut ad optantis affectũ, aut ad Christi potentiam referendum est: qui gentes quæ pro idolis suis persequebantur Ecclesiã ad Euangelij fidẽ tanta temporum celeritate conuertit.

Pſal. 6. Matth. 7. d

Rom. 6. d

IN PSALMVM VII. ENARRATIO.

Pſalmus ipſi Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi, filij Gemini.

HISTORIAM quidem vnde occasionem ista prophetia sumpsit, in Regnorum secundo libro cognoscere facile est. Ibi enim Chusi amicus regis Dauid transitum fecit in partes Absalon filij eius, qui adversus patrem bellum gerebat, ad exploranda consilia & renuncianda quæ aduersus patrem ille moliebatur, authore Achitofel: qui defecerat ab amicitia Dauid, & filium eius aduersus patrem consiliis quibus posset, instruebat. Sed quoniam non ipsa historia in hoc Psalmo consideranda est, de qua Propheta mysteriorum velamen assumpsit, si transitum ad Christum fecimus, auferatur velamẽ. Et primo ipsorum nominum significationem interrogemus, quid sibi velit. Non enim defuerunt interpretes, qui hæc ipsa non carnaliter ad literam, sed spiritualiter inuestigantes, dicerent nobis quòd Chusi interpretatur silentium, Gemini autem dexter, Achitofel fratris ruina. Quibus interpretationib⁹ rursum nobis traditor ille Iudas occurrit, vt Absalon eius imaginem gestet, secũdum quod patris pax interpretatur, quia pacatus erga illum extitit pater: quãuis ipse dolis suis bellum haberet in corde, sicut in Psalmo tertio tractatum est. Quemadmodũ autem inuenitur in Euangelio filios Domini nostri Iesu Christi dictos esse discipulos, sic in eodẽ Euangelio inuenitur etiam fratres esse appellatos. Resurgens enim Dominus ait, Vade & dic fratribus meis. Et Apostolus eum dicit primogenitũ in multis fratribus. Discipuli ergo eius ruina qui eũ tradidit, rectè intelligitur fratris ruina: quod Achitofel interpretari diximus. Chusi autẽ, quod interpretatur silentium, rectè accipitur aduersus illos dolos Dominum nostrum silentio dimicasse, id est altissimo secreto: quo cæcitas in Israël ex parte facta est, cùm Dominum persequebantur, vt plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Ad hoc profundum secretum altúmque silentiũ cùm venisset Apostolus, exclamauit quasi quodã ipsius altitudinis horrore perculsus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius! Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius illius fuit? Ita magnum illud silentium non expositione magis aperit, quàm admiratione commendat. Hoc silentio Dominus sacramentũ venerabilis passionis occultãs, voluntariã ruinam fratris, id est, nefarium scelus traditoris sui, in suæ misericordiæ atque prouidentiæ ordinẽ vertit: vt quod ille ad perniciẽ vnius hominis peruersa mente faciebat, iste ad salutem omnium hominum prouida gubernatione conferret. Cantat ergo Psalmũ Domino anima perfecta, quæ iam digna est nosse secretum Dei. Cãtat pro verbis Chusi, quia meruit nosse verba illius silentij. Apud infideles enim & persecutores, silẽtium est illud atque secretum. Apud suos autem quibus dictum est, Iam nõ dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Apud amicos ergo eius non est silentiũ, sed verba silentij: id est, ratio exposita & manifesta illius silentij. Quod silentium, id est Chusi, dicitur filius Gemini, id est, dextri. Non enim abscondendum erat sanctis q̃ pro illis gestũ est. Et tamen inquit, Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Canit ergo anima perfecta in prophetia cui secretũ illud innotuit, pro verbis Chusi: id est, pro cognitione eiusdem secreti. Quod secretũ, dexter Deus, id est, fauens atque propitius ei, operatus est. Quare hoc silentiũ filius dextri appellatur, quod est Chusi filius Gemini. Domine Deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & erue me.) Tanquam cui non restat iam perfecto nisi inuidus diabolus, superato omni bello atque aduersitate vitiorum, dicit, Saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & erue me. Ne quando rapiat vt leo animam meam.) Dicit Apostolus, Aduersarius vester tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Itaque cùm diceret per pluralem numerum, Saluum me fac ex omnibus persequentibus me: singularem postea intulit, dicens, Nequando rapiat vt leo animam meam. Non enim ait, nequando rapiant: sciens quis restiterit inimicus, tam perfectæ animæ vehementer aduersus. Dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.) id est, ne ille rapiat, dum tu non redimis, neque saluum facis. Si enim Deus non redimat, neque saluum faciat, ille rapit. Et vt manifestum sit iam perfectam animam hoc dicere, cui solius diaboli fraudulentissimæ insidiæ cauendæ sunt: vide quid sequatur, Dominus Deus meus si feci istud. Quid est quod vocat istud? An quia non dicit, nomen peccati, vniuersale peccatum intelligendum est? Qui intellectus si displicet, illud accipiamus dici quod sequitur, Tanquam si interrogassemus, quid est hoc quod dicis, istud? respondet, Si est iniquitas in manibus meis.) Iam ergo manifestũ est, de omni peccato dici, Si reddidi retribuẽtibus mihi mala.) Quod non potest verè dicere, nisi perfectus. Ait quippe Dominus, Estote perfecti, sicut pater vester qui est in cælis: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Qui ergo non reddit retribuentibus mala, perfectus est. Cùm itaque oret anima perfecta pro verbis Chusi filij Gemini, id est, pro cognitione illius secreti atque silẽtij, quod pro salute nostra operatus est propitius nobis & misericors Dominus, vt toleraret & patientissimè sustineret dolos traditoris sui: tanquam huic perfectæ animæ dicat, exponens rationem ipsius secreti, Ego pro te impio & peccatore, vt tuæ iniquitates mei sanguinis effusione lauarentur, magno silentio & magna patientia traditorem meũ pertuli. Nonne imitaberis me, vt & tu non reddas mala pro malis? Animaduertens igitur & intelligens quid pro illo fecerit Dominus, & eius exemplo ad per-

2. Re. 16. d

2. Cor 3. d

Ioan. 20. d
Rom. 8. f

Rom. 11. d

Ioan. 15. b

Matth. 6. a

Matth. 5. g

ad perfectionẽ proficiens, dicit, Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: id est, si nõ feci quod tu faciẽdo docuisti, Decidã † ergo ab inimicis meis inanis. Et bene non ait, Si reddidi tribuentibus mihi mala, sed retribuentibus. Qui enim retribuit, iã aliquid acceperat. Maioris autẽ patientiæ est, nec ei mala rependere, qui acceptis beneficiis reddit mala pro bonis: quã si nullo antè accepto beneficio nocere voluisset. Si reddidi ergo, inquit, retribuentibus mihi mala: id est, si te non imitatus sum in illo silentio, hoc est, patientia tua quam pro me operatus es, decidam ab inimicis meis inanis. Inaniter enim se iactat, qui cùm & ipse homo sit, cupit se de homine vindicare. Et cũ superare hominẽ palam quærit, occultè à diabolo superatur, inanis effectus vana & superba lętitia, quòd quasi vĩci nõ potuit. Intelligit ergo iste vbi maior fiat victoria, & vbi pater reddat qui videt in occulto. Ne reddat itaque retribuentibus mala, iram potius quàm hominẽ vincit: illis etiã literis eruditus, in quibus scriptum est, Melior est qui vincit iraã, quàm qui capit ciuitatẽ. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidam ergo ab inimicis meis inanis. Iurare videtur per execrationẽ, quod est grauissimũ iurisiurãdi genus: cùm homo dicit, Si illud feci, illud patiar. Sed aliud est iuratio in ore iurantis, aliud in significatione prophetantis. Hic enim dicit quid verè contingat hominibus, qui reddunt retribuentibus mala: non quòd sibi aut alicui quasi iureiurando imprecetur.

al. merito.

Matth. 6. a

Prouer. 16. d

Perſequatur ergo inimicus animã meam & comprehendat.) Iterũ inimicum singulari numero nominans, illũ magis magisq; manifestat, quẽ superius velut leonẽ appellauit: Ipse enim animam persequitur: & si deceperit, cõprehẽdet. Nam homines vsque ad interfectionẽ corporis sæuiunt: Animã verò post istam visibilem mortẽ in potestate habere non possunt. Diabolus autem quas animas persecutus comprehenderit, possidebit. Et conculcet in terrã vitam meã.) Id est, conculcando terrã faciat vitam meã, cibum scilicet suum. Nõ enim tantũ leo, sed etiam serpens appellatus est, cui dictum est, Terrã manducabis. Et peccatori homini dictum est, Terra es, & in terrã ibis. Et gloriã meã in puluerem deducat.) Hic est ille puluis, quẽ proiicit ventus à facie terræ, superborũ scilicet vana & inepta iactantia & inflata & non solida, tanquã vento elatus puluerис globus. Rectè itaque hic posuit gloriam, quam non vult in puluerẽ deduci. Vult enim eam solidam habere in cõscientia corã Deo, vbi nulla iactantia est. Qui gloriatur, inquit, in Domino glorietur. Ista soliditas in puluerẽ deducitur, si per superbiã quisque contemnẽs secreta conscientię, vbi solus Deus hominẽ probat, velit apud homines gloriari. Hinc est quod alibi dicit, Deus conteret ossa placentiũ hominibus. Qui autem bene dicit vel expertus est vitiorũ superãdorum gradus: intelligit hoc vitiũ inanis glorię, vel solũ, vel maximè cauendum esse perfectis. Quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimũ vincit. Initium autẽ omnis peccati superbia. Et, initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Exurge Domine in ira tua.) Quid adhuc iste quẽ perfectũ dicimus, ad iram prouocat Deum? Nónne videndum est ne potius ille perfectus sit, qui cùm lapidaretur, dixit, Domine ne statuas illis hoc peccatum? An & iste, non aduersus homines hęc precatur, sed aduersus diabolũ & angelos eius, quorum possessio peccatores atque impij homines sunt? Non ergo sæuiens, sed misericors aduersus eũ orat: quisquis orat vt ei auferatur ista possessio, ab illo Domino qui iustificat impium. Cùm enim iustificatur impius, ex impio fit iustus: Et ex possessione diaboli, migrat in tẽplum Dei. Et quoniã pœna est, vt cuiq; auferatur possessio in qua dominari desiderat: hanc pœnam dicit irã Dei aduersus diabolum, vt desinat possidere quos possidet. Exurge Domine in ira tua. Exurge, hic appare dixit, humanis videlicet & latẽtibus verbis: Quasi Deus dormiat, cùm in secretis suis incognitus latet. Exaltare in finibus inimicorum meorũ.) Fines dixit ipsam possessionẽ: vbi vult Deum exaltari potius, id est, honorari & glorificari, quàm diabolum, dũ impij iustificantur & laudãt Deũ. Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mãdasti.) Id est, quia humilitatẽ præcepisti, humilis appare. Et tu prior imple quod præcepisti, vt exemplo tuo vincẽtes superbiam, nõ possideãtur à diabolo, qui aduersus tua præcepta superbiam persuasit dicens: Manducate, & aperientur vobis oculi, & eritis tãquam dij. Et congregatio populorum circũdabit te.) Duplex intellectus est. Cõgregatio enim populorum, siue credẽtium, siue persequentium potest accipi: quorum vtrũque eadem Domini nostri humilitate factum est. Quã contẽnens persequentium multitudo, circundedit eũ. De qua dictum est, Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inania? Credentium autem per eius humilitatem multitudo ita eum circundedit, vt verissimè diceretur, Cæcitas ex parte Israël facta est, vt plenitudo gẽtium intraret: Et illud, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ. Et propter hanc in altum regredere.) Id est, propter hanc cõgregationem regredere in altũ: quod resurgendo & in cælum ascẽdendo fecisse intelligitur. Ita enim glorificatus dedit spiritũ sanctũ, qui ante glorificationem eius dari nõ posset: sicut in Euãgelio positum est, Spiritus autem nõdum erat datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus. Regressus ergo in altum propter congregationẽ populorũ, misit Spiritũ sanctum: quo impleti prædicatores Euangelij orbem terrarum ecclesiis impleuerunt. Potest & sic iste sensus intelligi. Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum: id est, exurge in ira tua, & nõ te intelligãt inimici mei: Vt hoc sit exaltare, id est, altus efficere, ne intelligaris, quod refertur ad illud silentium. Sic enĩ de hac exaltatione in alio Psalmo dicitur, Et ascẽdit super Cherubim, & volauit: &, Posuit tenebras latibulũ suũ. Qua exaltatione, id est occultatione, cùm te merito peccatorũ suorum nõ intellexerint qui te crucifigent, congregatio credentium circundabit te. Ipsa enim humilitate exaltatus est, id est, nõ est intellectus. Vt ad hoc referatur, Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: id est, cùm appares humilis, altus esto: vt non intelligant inimici mei. Iusto autem sunt peccatores inimici, & pio impij. Et congregatio populorum circundabit te: id est, per hoc ipsum quòd te non intelligunt qui te crucifigẽt, credent in te gẽtes, atque ita congregatio populorum circundabit te. Sed quod sequitur si verè hoc significat, pl⁹ doloris habet, quia iã incipit sentiri: quã lætitię, quia intelligitur. Sequitur enim, Et propter hãc in altum regredere, id est, & propter hanc congregationem generis humani qua ecclesiæ refertæ sunt, in altum regredere: id est, rursus desine intelligi. Quid est ergo, Et propter hãc, nisi quia & ista te offensura est, ita vt verissimè prænũcies, dicẽs: Putas cùm venerit filius hominis inueniet fidem super terram? Itẽ dicit de pseudoprophetis qui intelliguntur hæretici, propter eorum iniquitatem refrigescet charitas multorum. Cùm ergo & in Ecclesiis, hoc est, in illa cõgregatione populorum atque gentiũ, vbi nomẽ Christianum latissimè peruagatum est, tãta erit abundantia peccatorum, quæ iam ex magna parte sentitur: nónne illa hic prædicitur, quæ per alium quoque prophetam denunciata est fames verbi? Nónne & propter

Genes. 3. b.

Pſal. 2.

Rom. 11. d.
Pſal. 2.

Pſal. 7.

Genes. 3. c.

1. Cor. 1. d.

Pſal. 52.

Act. 7. g.

Pſal. 17.

Luc. 18. b.

Matt. 24 b.

Amos.8.d. hanc congregationem peccatis suis à se lumen veritatis abalienãtem Deus in altum regredituri id est, vt aut nullis aut perpaucis, de quibus dictum est, Beatus qui Matth.10.c. perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, teneatur & percipiatur syncera fides, & ab omnium prauarum opinionum labe purgata? Non ergo immeritò dicitur, Et propter hanc congregationem in altum regredere: id est, secede rursus in altitudinem secretorum tuorũ, etiam propter hanc congregationem populorum quæ habet nomen tuum, & facta tua nõ facit. Sed siue superior, siue ista sit congruentior huius loci expositio, sine præiudicio alterius alicuius melioris aut paris, conuenientissimè sequitur, Dominus iudicat populos.) Siue enim in altum regressus est, cùm post resurrectionem ascẽdit in cælum, bene sequitur, Dominus iudicat populos: quia inde vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Siue in altũ regrediatur, cùm peccatores Christianos deseret intelligentia veritatis: quia de ipso aduentu di- B Luc.18.b. ctum est, Putas veniens filius hominis inueniet fidẽ in terra? Dominus enĩ iudicat populos. Quis Dominus, nisi Iesus Christus? Pater enim non iudicat quẽquam, Ioan.5.d. sed omne iudicium dedit filio. Quapropter hæc anima quæ perfectè orat, vide quemadmodum nõ timeat iudicij diem, & verè securo desiderio dicat in oratione, Matth.6.b. Veniat regnum tuum: Iudica, inquit, me Domine secũdum iustitiam meam.) In superiori Psalmo infirmus deprecabatur, misericordiam potius implorans Dei, quàm commemorãs vllum meritum suum; Quoniam Luc.5.f. filius Dei peccatores venit vocare in pœnitẽtiam. Itaque ibi dixerat, Saluum me fac Domine propter misericordiam tuam: id est, non propter meritum meum. Nunc autem quoniam vocatus tenuit, & seruauit præcepta quæ accepit, audet dicere: Iudica me Domine secundum iustitiam meam.

Et secundum innocentiam meam super me.) Ista est C vera innocẽtia, quæ nec inimico nocet. Itaque bene se iudicari postulat secundũ innocẽtiam suã: qui verè dicere potuit, Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. Quod autem addidit, super me: non ad innocẽtiam tantùm, Psal.7. sed ad iustitiã quoq; subaudiri potest. Vt iste sit sensus, Iudica me Domine secundũ iustitiam meã, & secundũ innocentiam meã: quæ iustitia & innocentia super me est. Quo additamento demonstrat id ipsum quòd anima iusta est & innocens, non per se habere, sed per illustrantẽ & illuminantem Deum. De hac enim dicit in Psal.17. alio Psalmo, Tu illuminabis lucernam meã Domine. Ioan.1.a. & 5.f. Et de Ioanne dicitur, Quia non erat ille lumen, sed testimonium perhibebat de lumine. Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Lumen ergo illud vnde animæ tanquam lucernæ accenduntur, non alieno, sed proprio splẽdore præfulget: quod est ipsa veritas. Ita ergo dicitur, Secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me: tanquam si lucerna ardẽs & lucens diceret, Iudica me secundũ flammã quæ super me est: id est, nõ qua sum ego, sed qua fulgeo accensa de te. Cõsummetur autẽ nequitia peccatorum.) Cõsummetur, inquit, perficiatur, secundum illud quod est in Apocalypsi, Iustus iustior fiat, & sordidꝰ sordescat adhuc. Apoc.22.c. Videtur enim cõsummata nequitia hominum qui crucifixerunt filium Dei: sed eorum maior est, qui nolũt rectè viuere, & oderunt præcepta veritatis, pro quibus crucifixus est filius Dei. Cõsummetur ergo, inquit, nequitia peccatorum, id est, perueniatur ad summam nequitiam, vt possit iustum iam venire iudiciũ. Sed quoniam nõ solùm dictum est, Sordidus sordescat adhuc; sed etiam dictum est, Iustus iustior fiat: annectit & dicit, Et dirige iustum, scrutans corda & renes Deus.) Quomodo ergo iustus dirigi potest, nisi in occulto, quando etiam illa quæ initio temporum Christianorũ, cùm adhuc persecutione secularium hominũ sancti premerentur, miranda videbantur hominibus; nunc postquam in tanto culmine nomẽ cœpit esse Christianum, creuit hypocrisis, id est simulatio, eorum scilicet qui nomine Christiano malunt hominibus placere quàm Deo? Quomodo ergo dirigitur iustus in tanta confusione simulationis, nisi dum scrutatur corda & renes Deus, videẽs omnium cogitationes quæ nomine cordis significatæ sunt, & delectationes quæ nomine renum intelliguntur? Rectè quippe temporaliũ & terrenarũ rerum delectatio renibus tribuitur: quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est vbi carnalis generationis voluptas habitat, per quam in hanc ærumnosam & fallacis lætitiæ vitam, per successionem pro- Matth.6.c. lis natura humana transfunditur. Scrutãs ergo cor nostrum Deus, & perspiciens ibi esse vbi est thesaurus noster, id est in cælis, Scrutans etiam renes, & perspiciens non nos acquiescere carni & sanguini, sed delectari in Gal.1.c. Domino: dirigit iustum in ipsa conscientia coram se, vbi nullus hominum videt, sed solus ille qui perspicit quid quisque cogitet, & quid quenque delectet. Finis enim curæ delectatio est: quia eò quisque curis & cogitationibus nititur, vt ad suã delectationem perueniat. Videt igitur curas nostras, qui scrutatur cor. Videt autem fines curarum, id est delectationes, qui perscrutatur renes: Vt cùm inuenerit, non ad concupiscentiam 1.Ioan.2.c. carnis, neque ad cõcupiscentiam oculorum, neque ad ambitionem seculi, quæ omnia transeunt tanquam vmbra, inclinari curas nostras: sed ad gaudia rerum æternarum sustolli, quæ nulla commutatione violantur, dirigat iustum, scrutans corda & renes Deus. Opera enim nostra quæ factis & dictis operamur, possunt esse nota hominibus, sed quo animo fiant, & quò per illa peruenire cupiamus, solus ille nouit qui scrutatur corda & renes Deus. Iustum auxilium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.) Duo sunt officia medicinæ: vnum quo sanatur infirmitas: alterum quo sanitas custoditur. Iuxta illud primum, dictum est in superiore Psalmo, Miserere mei Domine, quoniam infir- Psal.6. mus sum: iuxta hoc alterum, in hoc Psalmo dicitur, Si est iniquitas in manibus meis, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Ibi infirmus vt liberetur, hic iam sanus ne corrumpatur, orat. Iuxta illud ibi dicitur, Saluum me fac propter misericordiam tuam. Iuxta istud hic dicitur, Iudica me Domine secundum iustitiam meam. Ibi enim vt à morbo euadat, remedium: hic autem ne in morbum recidat, tuitionem petit. Iuxta illud dicitur, Saluum me fac Domine secundum misericordiam tuam. Iuxta hoc dicitur, Iustum auxilium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde. Et illa enim & ista saluos D facit. Sed illa ex ægritudine ad salutem transfert, hæc in ipsa salute conseruat. Itaque ibi misericors auxilium est, quia nullum habet meritum peccator, qui adhuc iustificari desiderat, credens in eum qui iustificat Rom.4.a. impium. Hic autem iustum auxilium est, quod iam iusto tribuitur. Dicat ergo ibi peccator, qui dixit, Infirmus sum, Saluum me fac Domine propter misericordiam tuam. Et dicat hic iustus, qui dixit, Si reddidi Psal.6. retribuentibus mihi mala, iustum auxilium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde. Si enim medicinam exhibet, qua sanemur infirmi, quãto magis eam qua custodiamur sani? Quoniã si cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, quanto magis nunc iustificati, salui erimus ab ira per ipsum? Rom.5.b. Iustum auxilium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde. Dirigit iustũ, scrutãs corda & renes Deus.

Iusto

Iusto autem auxilio saluos facit rectos corde. Nõ sicut scrutatur corda & renes: ita saluos facit rectos corde, & renibus: quia cogitationes & malę sunt in prauo cor- A de, & bonæ in recto corde. Delectationes autem non bonæ ad renes pertinent, quia inferiores sunt atq; terrenæ: Bonæ verò non ad renes, sed ad ipsum cor. Propterea non ita dici possunt recti renibus, sicut dicuntur recti corde: cùm iam vbi cogitatio, ibi & delectatio est. Psal.4. Quod fieri nõ potest, nisi cùm diuina atque æterna cogitantur. Dedisti, inquit, lætitiam in corde meo, cùm dixisset, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Nã phantasmata rerum temporalium, quæ sibi animus fingit, cùm spe vana mortaliq; iactatur, quãuis inanibus imaginationibus afferant sępe deliram insanámque lætitiã, non tamen cordi hæc delectatio, sed renibus tribuenda est: quia illæ omnes imaginationes de inferioribus, hoc est, terrenis carnalibúsque rebus attractæ sunt. Ita fit, vt scrutans corda & renes Deus, & B perspiciẽs in corde rectas cogitationes, in renibus nullas delectationes iustum auxiliũ præbeat rectis corde, vbi mundis cogitationibus supernæ delectationes sociantur. Et ideo in alio Psalmo cùm dixisset, Insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei; subiecit Psal.15. de auxilio, dicens: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cõmouear: Vbi ostẽdit suggestiones tantùm se à renibus passum, non etiam delectationes: quas si pateretur, vtique commoueretur. Dixit autem, A dextris est mihi Dominus, ne cõmoueat: deinde subiũgit, Propter hoc delectatum est cor meum: vt renes eum increpare potuerint, non delectare. Non itaque in renibus, sed ibi facta est delectatio, vbi aduersus renũ increpationẽ prouisus est Deus à dextris esse: id est, in corde. Deus iudex iustus, fortis & longanimis.) Quis Deus iudex nisi Deus qui iudicat populos? Ipse iustus, qui reddet vnicuique C Matth.16.d iuxta opera sua. Ipse fortis, qui etiam persecutores impios, cùm sit potentissimus, pro nostra salute tolerauit. Ipse longanimis, qui etiam ipsos qui persecuti sunt, nõ statim post resurrectionem ad suppliciũ rapuit, sed sustinuit, vt se aliquando ad salutẽ ab illa impietate conuerterent. Et adhuc sustinet, seruans vltimo iudicio vltimam pœnam, & nũc vsq; inuitãs peccatores ad pœnitentiã. Non irã adducens per singulos dies.) Significantius fortasse dicitur, irã adducens, quàm irascẽs. Et ita in exẽplaribus Græcis inuenimus. Vt non sit in ipso ira qua punit, sed in animis eorũ ministrorũ qui præceptis veritatis obtẽperant: per quos iubetur etiam inferioribus ministris, qui vocãtur angeli iracundię, ad punienda peccata. Quos iã non propter iustitiam qua nõ gaudẽt, sed propter malitiam pœna humana delectat. Non ergo Deus iram adducit per singulos dies, id est, non per singulos dies ad vindictã congregat ministros suos. Nunc enĩ patiẽtia Dei ad pœnitentiã inuitat. Vl- D Rom.2.a. timo verò tempore cùm homines propter duritiã suã & cor impœnitẽs, thesaurizauerint sibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, gladiũ suũ vibrabit. Nisi cõuertimini, gladiũ suũ vibrabit.) Potest ipse hõ dominicus gladiꝰ Dei intelligi bis acutus, id est framea, † quẽ al. quam nõ vibrauit primo aduẽtu, sed tanquã in vagina humilitatis abscõdit. Vibrabit autẽ, cũ in secũdo aduẽtu veniens iudicare viuos & mortuos, in manifesto splẽdore claritatis suę, iustis suis lumine, & terrore impiis coruscabit. Nã in aliis exẽplaribus, pro eo quod est, gladiũ suũ vibrabit, frameam suã splẽdificabit, positũ est: quo verbo conuenientissimè significari arbitror vltimum Dominicæ charitatis aduentũ: quandoquidem ex ipsius persona intelligitur, quod alius Psalmus habet, Li- Psal.16. bera Domine ab impiis animam meam, frameam tuã ab inimicis manus tuæ. Arcum suum tetendit, & parauit illum.) Non passim verborũ tempora prętereunda sunt, quòd gladium de futuro dixit, vibrabit: arcum de præterito, tetendit. Deinde præteriti temporis cõsequũtur verba. Et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus operatus est.) Arcum ergo istum, Scripturas sanctas libenter acceperim: vbi fortitudine noui Testamenti quasi neruo quodam, duritia veteris flexa & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli, vel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est, id est, qui percussi diuino amore flagrarent. Qua enim alia sagitta percussa est, quæ dicit, Inducite me in domum vini, constituite me Cant.2.a. inter vnguenta, constipate me inter mella, quoniam vulnerata charitate ego sum? Quibus aliis sagittis accenditur, qui redire ad Deum cupiens, & ab ista peregrinatione remeare, aduersus dolosas linguas petit au- Psal.119. xilium? Et ei dicitur: Quid detur tibi, aut quid adiiciatur tibi aduersus linguam dolosam? Sagittæ potentis acutę, cum carbonibus vastatoribus: id est, quibus percussus atque inflãmatus tanto amore ardeas regni cælorum, vt omnium resistentiũ & à proposito reuocare volentium, linguas contemnas, & persecutiones eorũ derideas; dicẽs: Quis me separabit à charitate Christi? Rom.8.g. Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim, inquit, quia neq; mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Sic ardentibus sagittas Rom.8.g. suas operatus est. Nam in Græcis exemplaribus ita inuenitur, Sagittas suas ardentibus operatus est. Latina Psal.7. autem, ardentes, pleraque habent. Sed siue ipsę sagittæ ardeant, siue ardere faciant, quod vtique non possunt, nisi & ipsæ ardeant: integer sensus est. Sed quia non sagittas tantùm, sed etiam vasa mortis dixit in arcu Dominum parasse, quæri potest quæ sint vasa mortis. An fortè hæretici? Nam & ipsi ex eodem arcu, id est, ex eisdem scripturis in animas non charitate inflãmandas, sed venenis perimendas insiliunt, quod non contingit nisi pro meritis: propterea diuinæ prouidentiæ etiam ista † dispositio tribuenda est, non quia ipsa peccatores al. distribuitio. facit, sed quia ipsa ordinat cùm peccauerint. Malo enĩ voto per peccatũ legentes, malè coguntur intelligere, vt ipsa sit pœna peccati: quorum tamen morte filij catholicæ Ecclesiæ tãquã quibusdã spinis à somno excitantur, vt ad intelligentiam diuinarum proficiãt Scripturarum. Oportet enim & hæreses esse, vt probati, in- 1.Cor.11.d. quit, manifesti fiant inter vos: hoc est, inter homines, cùm manifesti sint Deo. An fortè easdẽ sagittas & vasa mortis disposuit ad perniciẽ infidelium, & ardentes vel ardentibus operatus est ad exercitationem fidelium? Nõ enim falsum est quod Apostolus dicit, Aliis sumus 2.Cor.2.d. odor vitę in vitam, aliis odor mortis in mortem. Et ad hæc quis idoneus? Non ergo mirum si iidem Apostoli & vasa mortis sunt eis à quibus persecutionẽ passi sunt, & ignea sagittæ ad inflammanda corda credentium. Post hanc autẽ dispensationem iustum veniet iudiciũ. De quo ita dicit, vt intelligamus vnicuiq; homini suppliciũ fieri de peccato suo, & eius iniquitatem in pœnã conuerti. Nec putemus illã tranquillitatẽ, & ineffabile lumen Dei de se proferre vnde peccata puniantur: sed ipsa peccata sic ordinare, vt quæ fuerunt delectamẽto homini peccanti, sint instrumenta Domino punienti. Ecce, inquit, parturiuit iniustitiã.) Quid enim cõceperat, vt iniustitiam parturiret? Concepit, inquit, labo- Gen.cap.3.c rem.) Hinc est enim illud, In labore manducabis panẽ

Matt.11.d. tuum. Hinc etiam & illud, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Iugum enim meum lene est, & onus meum leue. Non enim poterit laborfiniri, nisi hoc quisq; diligat quod inuito non possit auferri. Nam cùm ea diliguntur quæ possumus contra voluntatem amittere, necesse est vt pro his miserrimè laboremus: & vt hæc adipiscamur, in angustiis terrenarum ærumnarum, cùm sibi quisque illa rapere & prætenire alterum, aut extorquere alteri cupit, iniustitias machinemur. Rectè ergo & prorsus ex ordine parturiuit iniustitiã, concepit laborem. Parit autem, quid nisi quod parturiuit, quamuis non hoc parturierit quod concepit? Non enim hoc nascitur quod concipitur; sed concipitur semẽ, nascitur quod formatur ex semine. Labor est igitur semen iniquitatis, peccatũ autem conceptio laboris: id est illud primum peccatum, apostatare à Deo. Parturiuit ergo iniustitiam qui concepit laborem. Et peperit iniquitatẽ.) Iniquitas, hoc est, quod iniustitia: hoc ergo peperit quod parturiuit. Quid deinde sequitur? Lacũ aperuit & effodit illum.) Lacum aperire, est in terrenis rebus, id est, tãquam in terra fraudem parare, quò alius cadat, quem vult decipere iniustus. Aperitur autem hic lacus, cùm consentitur malæ suggestioni terrenarũ cũpiditatum. Effoditur verò, cum post consensionẽ operationi fraudis instatur. Sed vnde fieri potest, vt iniquitas prius lædat hominem iustum in quem procedit, quàm cor iniustũ vnde procedit? Itaque fraudator pecuniæ, verbi gratia, dum cupit alium damno lacerare: ipse auaritiæ vulnere sauciatur. Quis autẽ vel demens non videat quantum inter hos distet, cùm ille patiatur damnum pecuniæ, ille innocẽtiæ? Incidet ergo in foueã quam fecit.) Quod in alio Psalmo dicitur,
Psal. 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciẽs, in operibus manuum suarum cõprehensus est peccator. Conuertetur labor eius in caput eius, & iniquitas eius in verticẽ eius descendet.) Non enim voluit ipse peccatum euadere, sed factus est sub peccato tanquam seruus: dicẽte Do-
Ioan.8.d. mino: Omnis qui peccat, seruus est. Erit ergo iniquitas eius super ipsum, cùm ipse iniquitati suæ subditur; quia non potuit dicere Domino quod innocentes & recti
Psal. 3. dicunt, Gloria mea & exaltans caput meũ. Ita ergo ipse inferior erit, vt eius iniquitas sit superior, & in illum descendat: quia grauat illum & onerat, & ad requiem sanctorum reuolare non sinit. Hoc fit, cùm in homine peruerso seruit ratio, & libido dominatur. Confitebor Domino secundum iustitiam eius.) Non ista confessio peccatorũ est, ille enim hoc dicit, qui superi° verissimè
Psal. 7. dicebat, Si est iniquitas in manibus meis? Sed cõfessio iustitiæ Dei, qua ita loquimur, Verè Domine iustus es, quãdo & iustos sic protegis, vt per te ipsum eos illumines, & peccatores sic ordinas, vt nõ tua, sed sua malitia puniantur. Ista confessio ita Dominum laudat, vt nihil possint impiorũ valere blasphemię, qui volentes excusare facinora sua, nolunt suæ culpæ tribuere quod peccant: hoc est, nolunt suæ culpæ tribuere culpam suam. Itaque aut fortunã, aut fatũ inueniunt quod accusent: aut diabolũ, cui non consentire in potestate nostra esse voluit qui nos fecit. Aut aliam naturam inducunt quæ nõ sit ex Deo, fluctuantes miseri, & errãtes potius quã confitentes Deo, vt eis ignoscat. Non enim oportet
2.Reg.12.c ignosci, nisi dicẽti, Peccaui. Qui ergo videt merita animarũ sic ordinari à Deo, vt dũ sua cuique tribuuntur, pulchritudo vniuersitatis nulla ex parte violetur, in omnibus laudat Deũ: & ista est non peccatorũ, sed iustorum confessio. Non enim peccatorũ confessio est,
Matth.11.d. dum dicit Dominus: Confitebor tibi Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti
Ecc 39.c,d ea paruulis. Item in Ecclesiastico dicitur: Confitemini Domino in omnibus operibus eius. Et hæc dicetis in cõfessione, opera Domini vniuersa bona valde. Quod in isto Psalmo intelligi potest, si quisq; pia mente Domino adiuuãte, distinguat inter iustorũ præmia & supplicia peccatorũ: quemadmodum his duobus vniuersa creatura, quam Deus à se conditam regit, mirifica & paucis cognita pulchritudine decoretur. Ita ergo ait, Confitebor Domino secundũ iustitiam eius: tanquam ille qui viderit nõ factas tenebras à Deo, sed ordinatas tamen. Deus enim dixit: Fiat lux, & facta est lux. Non Genes. 1.a dixit, fiant tenebræ, & factæ sunt tenebrę: & tamen ipsas ordinauit. Et ideo dixit: Diuisit Deus inter lucẽ & tenebras: & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vo- Genes.1.a cauit noctẽ. Ista distinctio, aliud fecit & ordinauit: aliud autẽ non fecit, sed tamen etiã hoc ordinauit. Iam verò tenebris significari peccata, & in Propheta inuenitur, qui dicit: Et tenebræ tuæ tanquam meridies erũt. Et in Psal. 38. 1.Ioan.2.b. Apostolo dicẽte: Qui odit fratrem suũ, in tenebris est. Rom.13.d. Et illud præcipuè, Abiiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Non quòd aliqua sit natura tenebrarũ. Omnis enim natura inquantũ natura est, esse cogitur. Esse autẽ, ad lucem pertinet: nõ esse ad tenebras. Qui ergo deserit eũ à quo fact° est, & inclinat in id vnde factus est, id est, in nihilũ, in hoc peccato tenebratur, & tamen nõ penitus perit, sed in infimis ordinatur. Itaque postquã dixit, Confitebor Domino: ne pecca- Psal.12. torũ confessionem intelligeremus, subiicit vltimũ, Et Psallã nomini Domini altissimi.) Psallere autẽ ad gaudiũ pertinet, pœnitentia verò peccatorũ ad tristitiam. Potest iste Psalmus etiã in persona Dominici hominis intelligi: si modò ea quæ ibi humiliter dicta sunt, ad nostram infirmitatem referantur, quam ille gestabat.

IN PSALMVM VIII. ENARRATIO.

In finem pro torcularibus, Psalmus ipsi Dauid.

NIHIL de torcularibus in textu eius Psalmi, cuius iste titulus est, dicere videtur. In quo apparet multis & variis similitudinibus vnam eandémq; rẽ in Scripturis sæpe insinuari. Torcularia ergo possumus accipere Ecclesias, eadem ratione qua & areã intelligimus Ecclesiã. Quia siue in area, siue in torculari, nihil aliud Matth.3.c agitur, nisi vt fructus ab integumentis purgentur, quæ necessaria erant, & vt nascerentur, & vt crescerent, atque ad maturitatem vel messis vel vindemiæ peruenirent. His ergo vel integumentis vel sustentaculis, id est paleis in area frumenta, & vinaciis in torcularibus vina exuuntur: sicut in Ecclesiis à multitudine secularium hominum, quæ simul cum bonis congregatur, quibus vt nascerentur & apti fierent verbo diuino, necessaria erat illa multitudo, id agitur, vt spiritali amore per operationem ministrorum Dei separentur. Agitur enim nunc, vt non loco, sed affectu interim separentur boni à malis: quamuis simul in Ecclesiis, quantum attinet ad corporalem præsentiam, conuersentur. Aliud autem erit tempus, quo vel frumenta in horrea, vel vina in cellas segregentur. Frumenta, inquit, re- Luc.3.d. condet in horreis: paleas autem comburet igni inextinguibili. Eadem res in alia similitudine sic intelligi potest: Vina recondet in apothecis, vinacia verò pecoribus proiiciet: vt ventres pecorum, pro pœnis gehennarum per similitudinem intelligere liceat. Est alius intellectus de torcularibus, dum tamen ab Ecclesiarum significatione non recedatur. Nam & verbum diuinum potest vua intelligi. Dictus est enim & Dominus Botrus vuæ, quem ligno suspensum, de Num.13.b. terra promissionis, qui præmissi erant à populo Israël, 14. tanquam crucifixum attulerunt. Verbum itaque diuinum, cum enunciationis necessitate vsurpat vocis sonum, quo in aures peruehatur audientium, eodem

sono vocis tanquam vinaciis, intellectus tanquam vinũ includitur: & sic vua ista in aures venit, quasi in cãlcatoria torcularium. Ibi enim discernitur, vt sonus vsque ad aures valeat, intellectus autem memoria eorum qui audiunt, velut quodam lacu excipiatur: inde transeat in morum disciplinam & habitum mẽtis, tanquã de lacu in cellas, in quibus si negligentia non acue-
Matth.27.f rit, vetustate firmabitur. Acuit nãque in Iudæis, & hoc
Luc. 22.b. aceto Dominum potauerunt. Nam illud vinum quod de generatione vitis noui testamenti bibiturus est cum sanctis suis Dominus in regno patris sui, suauissimum atque firmissimum sit necesse est. Solent accipi torcularia etiã martyria, tãquam afflictione persecutionum calcatis eis, qui Christi nomen confessi sunt: cùm mortalia eorum tãquam vinacia in terra remanserunt, animæ autẽ in requiẽ cælestis habitationis emanauerunt. Sed neque isto intellectu ab ecclesiarũ fructificatione disceditur. Psallitur ergo pro torcularibus, pro Ecclesiæ constitutione, cùm Dominus noster postquam re-
Matth.16.c surrexit, ascendit in cælos. Tunc enim misit Spiritum
Act.1.&2. sanctum: quo impleti discipuli, cum fiducia prędicauerunt verbum Dei, vt Ecclesiæ congregarentur. Itaque sequitur, Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!) Quæro vnde sit mirabile nomen eius in vniuersa terra?

Respondetur, Quoniam eleuata est magnificẽtia tua super cælos.) Vt iste sit sensus, Domine, qui es Dominus noster, quàm te admirantur oẽs qui incolũt terrã: quoniam tua magnificẽtia de terrena humilitate super cælos eleuata est. Hinc enim apparuit quis descẽderis, cùm à quibusdam visum est, & à cæteris creditum quò
Matth.21.b ascenderis. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.) Non possum accipere alios infantes atque lactentes, quàm eos quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non cibum.
1.Cor.3.a. Quos significabant illi qui Dominũ præcedebant laudantes. In quos ipse Dominus hoc testimonio vsus est
Matth.21.b cùm dicẽtibus Iudęis vt eos corriperet, respondit: Nõ legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Bene autem non ait fecisti, sed perfecisti laudem. Sunt enim in Ecclesiis etiã hi qui non iam lacte potan-
1.Cor.3.b. tur, sed vescũtur cibo: quos idem Apostolus significat, dicens, Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed non ex his solis perficiuntur Ecclesię, quia si soli essent, non consuleretur generi humano. Consulitur autẽ cùm illic quoq; nondũ capaces cognitionis rerum spiritaliũ atque æternarum, nutriuntur fide temporalis historiæ, quæ pro salute nostra post patriarchas & Prophetas, ab excellẽtissima Dei virtute atque sapientia etiã suscepti hominis sacramento administrata est, in qua salus est
al. commonitus. omni credenti: vt authoritate † cõmotus, pręceptis inseruiat, quibus purgatus vnusquisque & in charitate ra-
Ephes. 3.d. dicatus atque fundatus possit currere cum sanctis, non iam paruulus in lacte, sed iuuenis in cibo, comprehendere latitudinẽ, longitudinem, altitudinẽ & profundũ, scire etiam supereminentẽ scientiam charitatis Christi. Ex ore, inquit, infantiũ & lactentium perfecisti laudẽ. Propter inimicos tuos.) Inimicos huic dispensationi quę facta est per Iesum Christũ & hunc crucifixum, generaliter accipere debemus omnes qui vetãt credere incognita, & certam scientiam pollicentur: sicut faciunt hæretici vniuersi, & illi qui in superstitione gentilium Philosophi nominãtur. Non quòd scientiæ pollicitatio reprehendenda sit: sed quòd gradum saluberrimum & necessarium fidei negligendũ putant, per quẽ in aliquid certum, quod esse nisi æternum non potest, oportet ascendi. Hinc eos apparet nec ipsam scictiam habere quam contẽpta fide pollicentur: quia tam vtilẽ ac necessarium gradum eius ignorant. Ex ore ergo infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem Dominus noster, mandans primò per Prophetam, Nisi credideritis, non Esaię.7.b. intelligetis: & ipse per se dicens, Beati qui non viderũt Ioan.20.g. & crediturí sunt. Propter inimicos: contra quos etiam Math.11.d. illud dicitur, Confiteor tibi Domine cæli & terræ, qui abscõdisti hęc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. A sapiẽtibus enim dixit, nõ qui sapientes sunt, sed qui esse se putãt. Vt destruas inimicũ & defensorẽ.) Quem, nisi hęreticũ? Nam & ipse est inimicus & defensor: qui fidẽ Christianam cùm oppugnet, videtur defendere. Quãquam etiã Philosophi huius mundi bene intelligantur inimici & defensores: quandoquidẽ filius Dei virtus & 1.Cor.1.d. sapiẽtia Dei est, qua illustratur omnis quisquis veritatẽ sapiens efficitur. Huius illi se amatores esse profitẽtur, vnde etiam Philosophi nominantur. Et propterea illã videntur defendere, cùm inimici sint eius: quoniã superstitiones noxias, vt colantur & venerentur huius mundi elementa, suadere nõ cessant. Quoniam videbo
cælos tuos, opera digitorum tuorum.) Legimus digito Dei scriptam legem, & datam per Moysen sanctũ ser- Exod.31.d. uum eius: quem digitum Dei, multi intelligunt Spiritũ Deut.9.b. sanctum. Quapropter si digitos Dei, eosdem ipsos ministros Spiritu sancto repletos, propter ipsum spiritũ, qui in eis operatur, rectè accipimus; quoniam per eosdem nobis omnis diuina Scriptura confecta est: cõuenictẽr intelligimus hoc loco, cęlos dictos libros vtriusque Testamenti. Dictum est autem etiã de ipso Moyse à Magis regis Pharaonis cùm ab eo superati essent, Di- Exod.8.d. gitus Dei est hic. Et quod scriptũ est, Cælũ plicabitur Esa.34.a. sicut liber: etiam si de isto æthereo cælo dictũ est, congruè tamen ex hac eadem similitudine in allegoria librorum cæli nominantur. Quoniam videbo, inquit, cælos, opera digitorum tuorum: id est, cernam & intelligam Scripturas, quas operãte Spiritu sancto per ministros tuos conscripsisti. Possunt itaque etiã superius cæli nominati, iidẽ libri accipi, vbi ait: Quoniã eleuata Psal.8. est magnificẽtia tua super cælos: vt totus iste sit sensus, Quoniam magnificẽtia tua eleuata est super cælos; excedit enim magnificentia tua omnium Scripturarum eloquia: ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, vt à fide Scripturarum inciperent, qui cupiunt ad tuę magnificẽtiæ notitiam peruenire. Quę super Scripturas eleuata est: quia trãsit & superat omniũ verborũ linguarũq; pręconia. Inclinauit ergo Scripturas Deus vsque ad infantium & lactentium capacitatem, sicut in alio Psalmo canitur, Et inclinauit cælos, & descendit: Psal.17. & hoc fecit propter inimicos, qui superba loquacitate inimici crucis Christi, etiam cùm aliqua vera dicunt, paruulis tamen & lactentibus prodesse non possunt. Ita destruitur inimicus & defensor, qui siue sapientiam, siue etiam Christi nomẽ defendere videatur: ab hujus tamẽ gradu fidei oppugnat eam veritatem, quã promptissimè pollicetur. Propterea etiam illam non habere conuincitur: quia oppugnando gradum eius, qui est fides, quemadmodum in eam conscendatur, ignorat. Hinc ergo destruitur temerarius, & cæcus pollicitator veritatis, qui est inimicus & defensor, cùm videtur cęli opera digitorum Dei, id est, intelliguntur Scripturæ perductæ vsque ad infantium tarditatem: & eos per humilitatem historiæ fidei, quæ temporaliter gesta est, ad sublimitatem intelligẽtię rerum æternarum bene nutritos & roboratos, erigunt in ea quę confirmant. Isti quippe cęli, id est isti libri, opera sunt digitorum Dei. Sancto etenim Spiritu in sanctis operante, confecti sunt. Nam qui gloriam suam potius quàm salutem hominum attenderunt, sine Spiritu sancto locuti sunt, in quo sunt viscera misericordię Dei. Quo-

niam videbo cælos opera digitorum tuorum,lunam& ſtellas quas tu fundaſti.)Luna& ſtellæ in cęlis ſunt fundatæ. Quia & vniuerſalis Eccleſia in cuius ſæpe ſignificatione luna ponitur, & particulatim per loca ſingula Eccleſiæ quas nomine ſtellarum inſinuatas arbitror in eiſdem Scripturis collocatę ſunt:quas cælorum vocabulo poſitas credimus. Cur autē luna rectè ſignificet Eccleſiam, opportuniùs in alio Pſalmo cōſiderabitur, vbi dictum eſt,Peccatores intenderūt arcum, vt ſagittent in obſcura luna rectos corde.Quid eſt homo quia
Pſal.10. Heb.2.b. memor es eius:aut filius hominis quoniam tu viſitas eum?) Quid inter hominem & filium hominis diſtet, quæri poteſt.Si enim nihil diſtaret, non ita poneretur, homo aut filius hominis,per diſiunctionem.Nam ſi ita ſcriptum eſſet, Quid eſt homo quia memor es eius, & filius hominis quoniam viſitas eum:repetitum videretur quod dictum eſt homo.Nunc verò cùm ſonāt,homo aut filius hominis,manifeſtior inſinuatur diſtantia. B Hoc ſanè retinendū eſt,quia omnis filius hominis homo:quamuis nō omnis homo filius hominis poſſit intelligi. Adam quippe homo, ſed non filius hominis. Quapropter hinc iam licet attēdere atque diſcernere,
1.Cor.15.f. quid hoc in loco inter hominem & filium hominis diſtet:vt qui portant imaginem terreni hominis,qui non eſt filius hominis,hominum nomine ſignificentur:qui autem portant imaginem cæleſtis hominis,filij homi-
Epheſ.4.e. nis potius appellētur.Ille enim & vetus homo dicitur: iſte autem nouus. Sed nouus ex vetere naſcitur, quoniam ſpiritalis regeneratio mutatione vitæ terrenæ atque ſecularis inchoatur,&ideo iſte filius hominis nuncupatur.Homo igitur hoc loco eſt terrenus:filius autē hominis cæleſtis.Et ille longè ſeiunctus à Deo,hic autem præſens Deo. Et propterea illius memor eſt tanquam in longinquo poſiti, hunc verò viſitat quē præ-
Pſal.118. ſens illuſtrat vultu ſuo.Longè eſt enim à peccatoribus C ſalus.Et ſignatum eſt in nobis lumen vultus tui Domi-
Pſal.4. ne. Sic in alio Pſalmo homines iumentis aſſociatos, non per præſentem interiorem illuminationē, ſed per multiplicationem miſericordiæ Dei, qua eius bonitas vſque ad infima tenditur,ſaluos fieri dicit cum ipſis iumentis : quoniam carnalium hominum ſalus carnalis eſt,tanquam pecorum. Filios autem hominū ſeiungēs ab eis quos homines pecudibus iunxit,lōgè ſublimiori modo,ipſius veritatis illuſtratione,&quadam vitalis
Pſal.35. fontis inundatione,beatos fieri prædicat.Sic enim dicit: Homines & iumenta ſaluos facies Domine, ſicut multiplicata eſt miſericordia tua Deus.Filij autem hominū in protectione alarum tuarū ſperabunt.Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente deliciarum tuarum potabis eos.Quoniam apud te eſt fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumen. Prætende miſericordiam tuam ſciētibus te. Memor eſt igitur hominis per multiplicationem miſericordiæ:ſicut iumentorū,quia D multiplicata miſericordia,etiam ad longè poſitos peruenit. Viſitat verò filium hominis,cui ſub protectione alarum ſuarum poſito prætendit miſericordiam : & in lumine ſuo lumen præbet,& eum deliciis ſuis potat,& inebriat vbertate domus ſuę ad obliuiſcendas ærūnas, & errores prętericæ cōuerſationis. Hunc filium hominis,id eſt,hominem nouum,pœnitentia veteris parturit cum dolore & gemitu.Iſte quātuis nouus,tamen adhuc carnalis dicitur,cùm lacte nutritur. Nō potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibus,inquit
1.Cor.3.a. Apoſtolus:Et vt oſtenderet iam regeneratos, Tanquā paruulis,ait,in Chriſto, lac vobis potū dedi,non eſcā. Iſte cùm relabitur,quod ſæpe accidit,ad veterem vitā,
Ibidem. a. cum exprobratione audit quòd homo ſit. Nonne homines eſtis,inquit,& ſecundū hominem ambulatis? Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine Dominico,nato ex Maria virgine.De quo propter ipſam infirmitatem carnis, quam ſapientia Dei geſtare dignata eſt,& paſſionis humilitatem rectè dicitur:

Minuiſti eum paulo minus ab angelis.) Sed additur illa clarificatio,qua reſurgens aſcendit in cælum.Glo- Heb.2.b.
ria,inquit, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum.)Quando quidem & angeli ſunt opera manuū Dei, etiam ſuper angelos conſtitutum accipimus vnigenitum filium : quem minutum paulominus ab angelis, per humilitatem carnalis generationis atque paſſionis audimus & credimus. Omnia, inquit, ſubieciſti ſub pedibus eius.) Nihil excipit cùm dicit, omnia. Et ne aliter liceret intelligi, ſic Apoſtolus credi iubet, cùm dicit: Excepto eo qui 1.Cor.15.d.
ei ſubiecit omnia. Et hoc ipſo huius Pſalmi teſtimo- Heb.2.b.
nio vtitur ad Hebræos, cùm ita vult omnia intelligi B eſſe ſubiecta Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt nihil exceptum ſit. Nec tamen quaſi aliquid magnum videtur adiungere, cùm dicit: Oues & boues vniuerſas; inſuper & pecora campi. Volucres cæli, & piſces maris,qui perambulant ſemitas maris.) Videtur enim relictis cæleſtibus virtutibus & poteſtatibus & omnibus exercitibus angelorum,relictis etiam ipſis hominibus, tantùm ei pecora ſubieciſſe : niſi oues & boues intelligamus animas ſanctas,vel innocentię fructum dantes, vel etiam operantes vt terra fructificet,id eſt, vt terreni homines ad ſpiritalem vbertatem regenerentur. Has ergo animas ſanctas, non hominum tantùm, ſed etiam omnium angelorum oportet accipere : ſi volumus hinc intelligere omnia eſſe ſubiecta Domino noſtro Ieſu Chriſto. Nulla enim creatura ſubiecta non erit, cui primates, vt ita dicam, ſpiritus ſubiiciuntur. Sed vnde probabimus oues poſſe accipi etiam ſublimiter beatos,non homines, ſed angelicæ creaturę ſpi- C
ritus? An ex eo quòd Dominus dicit reliquiſſe ſe no- Luc.15.a.
naginta nouem oues in montibus,id eſt in ſublimioribus locis,& deſcendiſſe propter vnam? Si enim vnam ouē lapſam humanam animam accipiamus in Adam, quia etiam Eua de illius latere facta eſt, quorum omnium ſpiritaliter tractandorum & conſiderandorum Geneſ.2.d.
nunc tempus non eſt, reſtat vt nonagintanouem relictæ in montibus,non humani, ſed angelici ſpiritus intelligantur. Nam de bobus facilis † expeditio eſt hu- al. expoſitio.
ius ſententię : quoniam ipſi homines non ob aliud boues dicti ſunt, niſi quòd euangelizando verbum Dei angelos imitarentur,vbi dictum eſt,Bouī trituranti os non infrenabis. Quanto igitur facilius ipſos angelos Deut.25.a.
nuncios veritatis, boues accipimus:quando Euange- 1.Cor.9.b.
liſtę participatione nominis eorum,boues vocati ſunt? 1.Tim.5.c.
Subieciſti ergo,inquit, oues & boues vniuerſas, id eſt, omnem ſanctam ſpiritalem creaturam : in qua etiam D ſanctos homines accipimus qui ſunt in Eccleſia, in illis videlicet torcularibus, quę ſub alia ſimilitudine lunę ac ſtellarum inſinuata ſunt. Inſuper, ait, & pecora campi.)Nullo modo vacat,quod additum eſt,inſuper. Primò, quia pecora campi poſſunt intelligi & oues & boues. Vt ſi rupium & arduorum locorum pecora capre ſunt,bene intelligantur oues pecora campi.Itaque etiam ſi ita poſitum eſſet, Oues & boues vniuerſas & pecora campi : rectè quęreretur quid ſibi vellent pecora campi, cùm etiam oues & boues hoc poſſint intelligi. Quod verò additum eſt etiam, inſuper, cogit omnino ad neſcio quam differētiam cognoſcendam. Sed ſub hoc verbo quod poſitum eſt, inſuper, non ſolùm pecora campi, ſed etiam volucres cęli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris, accipiendi ſunt. Quę eſt igitur iſta diſtantia? Veniant in mentem torcu-

Marc.3.c. Matth.13.f. torcularia,habentia vinacia & vinum, Et area, conti-
Geneſ.7.b. nens palcas & frumentum,Et retia,quibus incluſi ſunt piſces boni & mali, Et arca Noë ; in qua & immunda A & munda erant animalia : & videbis Eccleſias interim hoc tempore vſque ad vltimum iudicij tempus,nō ſolùm oues & boues cōtinere,id eſt ſanctos laicos & ſanctos miniſtros, ſed inſuper & pecora campi, volucres cæli & piſces maris,qui perambulāt ſemitas maris.Pecora enim campi,congruentiſſimè accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes : vbi nihil arduum,
Matt.7.b. nihil laborioſum aſcendunt. Campus eſt enim etiam lata via,quæ ducit ad interitum:Et in campo Abel oc-
Geneſ.4.b. ciditur.Quare metuendum eſt,ne quiſque deſcendens à montibus iuſtitiæ Dei,Iuſtitia enim,inquit, tua velut
Pſal.35. montes Dei : latitudines & facilitates voluptatis carnalis eligens à diabolo trucidetur.Vide nūc etiam vo-
Pſal.72.e lucres cæli, ſuperbos:de quibus dicitur, Poſuerunt in
Pſal.31. cælum os ſuum.Vide quàm in altum vento portentur, qui dicunt, Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra nobiſcum ſunt,quis noſter Dominus eſt?Intue- B re etiam piſces maris;hoc eſt, curioſos : qui perambulant ſemitas maris, id eſt inquirunt in profundo huius ſeculi temporalia. Quæ tanquam ſemitæ in mari tam citò euaneſcunt & intereunt, quàm rurſus aqua confunditur : poſtquam tranſeuntibus locum dederit vel nauibus vel quibuſcunque ambulantibus aut natantibus. Non enim tantùm ambulant ſemitas maris, ſed perambulant dixit: oſtendens pertinaciſſimū ſtudium inania & prætérfluentia requirentium.Hæc autem tria genera vitiorum,id eſt voluptas carnis,& ſuperbia, & curioſitas, omnia peccata concludunt. Quæ mihi vi-
1.Ioan.2.c. dentur à Ioanne apoſtolo enumerata cùm dicit, Nolite diligere mundum. Quoniam omnia quæ in mundo ſunt, concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum,& ambitio ſeculi.Per oculos enim maximè curioſitas prævalet. Reliqua verò quò pertineant, manifeſtum eſt. Et illa Dominici hominis tentatio tripertita eſt.Per cibum,id eſt,per concupiſcentiā carnis : vbi
Matth.4.a. ſuggeritur, Dic lapidibus iſtis vt panes fiant. Per inanem iactantiam,vbi in monte conſtituto,oſtenduntur omnia regna huius terræ, & promittuntur ſi adorauerit. Per curioſitatem, vbi de pinna templi admonetur vt ſe deorſum mittat:tentandi gratia,vtrum ab angelis ſuſcipiatur. Itaque poſteaquàm nullo iſtorum tentamēto valere apud eum potuit inimicus:hoc de illo di-
Luc.4.b. citur, Poſtquam compleuit omnem tentationem diabolus.Propter torculariorum itaque ſignificationem, ſubiecta ſunt pedibus eius non ſolùm vina, ſed etiā vinacia.Non ſolùm ſcilicet oues & boues, id eſt, ſanctæ animæ fidelium,vel in plebe, vel in miniſtris : ſed inſuper & pecora voluptatis,&volucres ſuperbiæ,& piſces curioſitatis.Quæ omnia genera peccatorum nunc bonis,& ſanctis mixta eſſe in Eccleſiis videmus.Operetur D igitur in Eccleſiis ſuis,& à vinaciis vinum ſeparet.Nos demus operam,vt vinum ſimus & oues aut boues:non vinacia aut pecora campi, aut volucres cæli, aut piſces maris qui perambulant ſemitas maris. Non quia iſta nomina iſto ſolùm modo intelligi, & explicari poſſint, ſed pro locis. Namque alibi aliud ſignificant. Et hæc regula in omni allegoria retinenda eſt, vt pro ſententia præſentis loci conſideretur quod per ſimilitudinem dicitur:hæc eſt enim Dominica & Apoſtolica diſciplina. Repetamus ergo vltimum verſum, qui etiam in principio Pſalmi ponitur, & laudemus Deum dicentes, Domine Dominus noſter,quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!) Decenter quippe poſt textum ſermonis ad caput reditur, quò totus idē Pſalmus referendus eſt.

IN PSALMVM IX. ENARRATIO.

Pſalmi huius inſcriptio eſt:
In finem pro occultis filij, Pſalmus ipſi Dauid.

DE occultis filij quæri poteſt. Sed quia nō addit cuius, ipſum vnigenitū Dei filium oportet intelligi. Vbi enim de filio Dauid Pſalmus inſcriptus eſt, Cùm fugeret,inquit,à facie Abſalō filij ſui,cùm& nomē eius Pſal.3.
dictum eſſet; & ob hoc latere non poſſet de quo diceretur:non tamen dictū eſt tantum à facie Abſalon filij, ſed additum eſt,ſui. Hic verò,& quòd nō additum eſt 2.Reg.15.c.
ſui,& quòd de gētibus multa dicit: nō poteſt rectè accipi Abſalon. Neq; enim bellum quod cum patre ille perditus geſſit;vllo modo ad gentes pertinet, cùm populus tantum Iſraël aduerſus ſe ibi diuiſus ſit. Canitur itaque iſte Pſalmus pro occultis vnigeniti filij Dei. Nā & ipſe Dominus cùm ſine additamento ponit filium: ſeipſum vnigenitum vult intelligi, vbi ait : Si vos filius Ioan.8.d.
liberauerit,tūc verè liberi eritis.Non enim dixit, filius Dei,ſed tantùm dicendo filius,dat intelligi cuius ſit fi- B lius:Quam locutionem nō recipit niſi excellentia eius de quo ita loquimur,vt etiam ſi non eum nominemus, poſſit intelligi.Ita enim dicimus,Pluit, ſerenat, tonat, & ſi qua ſunt alia,nec addimus quis id faciat:quia omniū mentibus ſponte ſeſe offert excellentia facientis, nec verba deſiderātur.Quæ ſunt igitur occulta filij? In quo verbo primùm intelligendum eſt eſſe aliqua filij manifeſta,à quibus diſtinguūtur hæc quæ appellantur occulta. Quamobrem quoniā duos aduentus Domini credimus,vnum præteritū quem Iudæi non intellexerunt:alterum futurū,quem vtrique ſperamus : & quoniam iſte quem Iudæi non intellexerūt, gentibus profuit:non inconuenienter accipitur de hoc aduentu dictū,pro occultis filij, vbi cæcitas ex parte Iſraël facta
eſt,vt plenitudo gentiū intraret.Duo etiam iudicia in- Rom.11.d
ſinuantur per Scripturas,ſi quis aduertat:vnum occul- C tum,alterum manifeſtum. Occultum nunc agitur, de quo apoſtolus Petrus dicit:Tempus eſt vt iudiciū inci- 1.Pet.4.d.
piat à domo Domini. Occultum itaque iudicium eſt 4.ſent.diſ. 46.Quod ergo.
pœna,qua nunc vnuſquiſque hominum,aut exercetur ad purgationem,aut admonetur ad conuerſionem:aut ſi contempſerit vocationem & diſciplinam Dei,excæcatur ad damnationem. Iudicium autem manifeſtum eſt,quo venturus eſt Dominus iudicare viuos & mortuos,omnibus fatentibus eum eſſe à quo & bonis præmia,& malis ſupplicia tribuentur.Sed tunc illa confeſſio,non ad remedium malorum, ſed ad cumulū damnationis valebit. De his duobus iudiciis vno occulto, alio manifeſto,videtur mihi Dominus dixiſſe, vbi ait:
Qui in me credit,tranſiet de morte ad vitam,nec in iu- Ioan.5.d.
dicium veniet,in iudicium ſcilicet manifeſtum : Nam hoc quod tranſit de morte ad vitā per nōnullam afflictionem,qua flagellat omnem filium quem recipit:iudicium occultū eſt.Qui autem non credit, inquit, iam Ioan.3.e.
iudicatus eſt: id eſt, iſto occulto iudicio iam præparatus eſt ad illud manifeſtum. Hæc duo iudicia etiam in Sapientia legimus, vbi ſcriptum eſt : Propter hoc tan- Sap.12.d.
quam pueris inſenſatis iudicium in deriſum dediſti.Hi autem hoc iudicio non correcti dignum Dei iudicium experti ſunt. Qui ergo non corriguntur iſto occulto Dei iudicio,digniſſimè illo manifeſto punientur.Quocirca in hoc Pſalmo obſeruanda ſunt occulta filij, id eſt,& humilis eius aduentus,qui profuit gentibus,cum cæcitate Iudæorum : & pœna quæ nunc occultè agitur, nondum damnatione peccantium, ſed aut exercitatione conuerſorum, aut admonitione vt conuertantur, aut cæcitate vt damnationi præparentur, qui
conuerti noluerint. Confitebor tibi Domine in toto Pſal.110.& 137.

corde meo.)Non in toto corde confitetur Deo,qui de
prouidentia eius in aliquo dubitat. Sed quia iam cernit
occulta sapiẽtiæ Dei, quantum sit inuisibile præmium
Rom.5.a. eius,qui dicit,Gaudemus in tribulationibus:& quem-
admodum omnes cruciatus,qui corporaliter inferun-
tur,aut vt exerceant conuersos ad Deũ,aut vt conuer-
tantur admoneant, aut iustè damnationi vltimæ præ-
parent obduratos,& sic omnia ad diuinæ prouidentiæ
regimen referantur, quæ stulti quasi casu & temere &
nulla diuina administratione fieri putant:ait,Narrabo
omnia mirabilia tua.)Narrat omnia mirabilia Dei,qui
ea nõ solùm in corporibus palàm, sed in animis quidẽ
inuisibiliter,sed longè sublimius & excellẽtius fieri vi-
det. Nam terreni homines & oculis dediti, magis mi-
Ioan.11.f. rantur resurrexisse in corpore mortuum Lazarũ,quàm
Act.9.a. resurrexisse in anima persecutorem Paulum.Sed quo-
niam visibile miraculum ad illuminationem animam
vocat,inuisibile autem eã quæ vocata venit illuminat:
omnia narrat mirabilia Dei,qui credens visibilibus ad
intelligenda inuisibilia transitũ facit.Lætabor & exul-
tabo in te.) Non iam in hoc seculo, non in voluptate
contrectationis corporum, nec in palati & linguæ sa-
poribus, nec in suauitate odorum, nec in iocunditate
sonorũ transeuntium,nec in formis corporũ variè co-
loratis,nec in vanitatibus laudis humanæ, nec in con-
iugio & prole moritura,nec in superfluis temporalium
diuitiarum,nec in conquisitione huius seculi,siue quæ
locorũ spatiis tenditur, siue quæ successione temporis
voluitur:sed lætabor & exultabo in te,videlicet in oc-
cultis filij,vbi signatũ est in nobis lumẽ vultus tui Do-
Psal.4. mine.Etenim abscondes eos, inquit,in abscõdito vul-
Psal.30. tus tui.Lętabitur ergo & exultabit in te,qui narrat om-
nia mirabilia tua.Narrabit autem mirabilia tua: siqui-
Ioan.6.c. dẽ nunc per prophetiã dictus est ille qui non venit vo-
luntatem suã facere, sed voluntatem eius qui eum mi-
sit.Iam enim incipit apparere pęrsona Domini in hoc
Psal.9. Psalmo loquentis.Nã sequitur,Psallam nomini tuo al-
tissime.In conuertendo inimicum meum retrorsum.)
Huius ergo inimicus quando retrò conuersus est? An
Matth.16.d quando ei dictum est, Redi retrò satana? Tunc enim
qui tentando se præponere cupiebat, retrò factus est,
non decipiendo tentatum,& in eum nihil valendo:re-
trò enim sunt terreni homines, cælestis autem homo
1.Cor.15.f. prior factus est, quãuis pòst venerit. Primus enim ho-
mo de terra terrenus:secundus homo de cælo cælestis.
Ioan.1.b. Sed de ipsa stirpe veniebat,à quo dictũ est,Qui post me
Philip.3.c. venit, ante me factus est. Et Apostolus, ea quæ retrò
sunt obliuiscitur,& in ea quę antè sunt,se extẽdit.Cõ-
uersus est igitur inimicus retrò, postquam non valuit
hominẽ cælestem decipere tentatum:& se ad terrenos
1.Cor.15.f. cõuertit,vbi dominari potest. Quapropter nullus ho-
minum eum præcedit, & retrò eum esse facit: nisi qui
deponens imaginẽ terreni hominis, portauerit imagi-
al. sicut. nẽ cælestis. Iam verò † si quod dictum est, inimicum
meum: generaliter vel peccatorem vel gẽtilem homi-
nẽ magis velimus accipere,non erit absurdũ. Nec pœ-
na erit quod dictum est, In conuertendo inimicum
meum retrorsum, sed beneficium:& tale beneficium,
vt huic cõparari nihil possit. Quid enim beatius quàm
deponere superbiam,& non velle Christum præcede-
re,veluti sanus sit, cui medicus non sit necessarius: sed
malle retrò ire post Christum, qui discipulum vocans
Matt.8.c. vt perficiatur, dicit: Veni sequere me? Sed tamen ac-
& 9.c. commodatius de diabolo dictum intelligitur: In con-
uertendo inimicũ meum retrorsum. Diabolus quippe
retrorsum conuersus est etiam in persecutione iustorũ,
& multo vtilius persecutor est quàm si dux & princeps
præiret. Psallẽdum est igitur nomini Altissimi in con-
uertendo inimicum meum retrorsum:quoniam malle
debemus eum persequentem fugere, quàm ducen-
tem sequi. Habemus enim quò fugiamus, & abscon-
damur in occultis filij: quia Dominus factus est refu-
gium nobis. Infirmabuntur & peribunt à facie tua.)
Qui infirmabuntur & peribunt,nisi iniqui & impij?In-
firmabuntur,dum nihil valebunt.Et peribunt,quia nõ
erunt impij:à facie Dei, id est, à cognitione Dei: sicut
periit ille qui dixit,Viuo autem iam non ego, viuit au- Gal.2.d.
tem in me Christus.Sed quare infirmabuntur,& peri-
bunt impij à facie tua?Quoniam fecisti iudicium meũ,
inquit,& causam meam.) Id est iudicium illud in quo
iudicari visus sum, meũ fecisti. Et causam illam in qua
me iustum& innocentem homines damnauerunt,meã
fecisti.Hęc enim ei militauerunt ad nostram liberatio-
nem:sicut & naturæ dicunt ventum suum quo vtuntur
ad bene nauigandum. Sedisti super thronum qui iudi-
cas æquitatem.) Siue filius patri dicat, qui etiam illud
dixit, Non haberes in me potestatem, nisi tibi datum Ioan.19.b
fuisset desuper: idipsum ad æquitatem patris & ad oc-
culta sua referens, quòd iudex hominum ad vtilita-
tem hominũ iudicatus est. Siue homo dicat Deo, Se-
disti super thronum qui iudicas æquitatem: animam
suam thronum eius appellãs, vt corpus sit fortasse ter-
ra quę scabellum pedum eius dicta est.Deus enim erat
in Christo mundum reconcilians sibi: Siue enim Ec- Esa.66.a.
clesia iam perfecta & sine macula & ruga, digna scili- 2.Cor.5.d. Ephes.5.f.
cet occultis filij, quia introduxit eã rex in cubiculum Cant.1.a.
suum, dicat sponso suo, Sedisti super thronum qui iu- & 2.a. Marc.16.b.
dicas æquitatem:quia resurrexisti à mortuis, & ascen- Act.1.b.
disti in cælum, & sedes ad dexteram patris. Quælibet
ergo harum sententia placeat, quò iste versus refera-
tur, regulam fidei non excedit. Increpasti gentes, &
periit impius.)Conueniẽtius hoc Domino Iesu Chri-
sto dici, quã ipsum dicere,accipimus. Quis enim alius
increpauit gentes,&periit impius:nisi qui posteaquam
ascendit in cælum,misit Spiritum sanctum, quo com-
pleti Apostoli, cum fiducia prædicarent verbum Dei, Act.2.a.
& peccata hominum liberè arguerent? Qua increpa-
tione periit impius: quia iustificatus est impius, & fa-
ctus est pius. Nomen eorum delesti in seculum, & in
seculum seculi.) Deletum est nomen impiorum. Non
enim appellantur impij, qui Deo vero credunt. De-
letur autem nomen eorum in seculum, id est, quan-
diu temporale seculum voluitur: Et in seculum secu-
li.)Quid est seculum seculi, nisi cuius effigiem & tan-
quam vmbram habet hoc seculum?Vicissitudine enim
temporum sibi succedentium, dum luna minuitur &
rursus impletur, dum sol omni anno locum suum re-
petit, dum ver, vel æstas vel autumnus, vel hyems sic
transit vt redeat: æternitatis quædam imitatio est.
Sed huius seculi seculum, est quod incõmutabili æter-
nitate consistit. Sicut versus in animo, & versus in vo-
ce: Ille intelligitur, iste auditur. Et ille istum modi-
ficat: Et ideo ille in arte operatur & manet, iste in aëre
sonat & transit. Sic huius mutabilis seculi modus ab
illo incommutabili seculo definitur, quod dicitur se-
culum seculi. Et ideo illud in arte Dei, hoc est in sa-
pientia & virtute permanet: hoc autem in creaturæ
administratione peragitur. Si tamen non repetitio est,
vt posteaquam dictum est in seculum, ne hoc accipe-
retur quod transit, subiiceretur in seculum seculi.
Nam in Græcis exemplaribus sic est, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ
εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Quod Latini plerique interpreta-
ti sunt,non in seculum & in seculum seculi, sed in æter-
num, & in seculum seculi: vt in eo quod dictum est in
seculum seculi, illud exponeretur quod dictum est in
æternum. Nomen ergo impiorum delesti in æter-
num

num,quia deinceps nunquam erunt impij. Et si in hoc
seculum non extenditur nomen eorum, multò minus
in seculum seculi. Inimici defecerunt frameæ in finẽ.)
Non pluraliter inimici, sed singulariter huius inimici.
Cuius autem inimici, nisi diaboli frameæ defecerunt?
Hæ autẽ intelliguntur diuersæ opiniones erroris, qui-
bus ille animas tanquã gladiis perimit. His gladis vin-
Psal.7. cendis & ad defectum perducendis instat ille gladius,
de quo in septimo Psalmo dicitur: Nisi conuertamini,
gladium suum vibrabit. Et fortè iste est finis in quem
frameæ deficiunt inimici,quia vsque ad ipsum aliquid
valent. Ipse nunc operatur occultè, vltimo autẽ iudi-
cio palàm vibrabitur. Hoc destruuntur ciuitates. Nã
ita sequitur, Inimici defecerunt frameæ in finem. Et
ciuitates destruxisti.) Ciuitates autem in quibus dia-
bolus regnat, vbi dolosa & frauduléta consilia tanquã
curiæ locum obtinent, cui principatui quasi satellites
& ministri assunt officia quorumque membrorũ,oculi
ad curiositatem, aures ad lasciuiã, vel si quid est aliud
quod in malam partem libenter auditur, manus ad
rapinam vel quodlibet aliud facinus aut flagitium, &
mẽbra cętera in hunc modum tyrannico principatui,
id est peruersis cõsiliis militãtia. Huius ciuitatis quasi
plebs est omnes delicatę affectiones & turbulenti mo-
tus animi,quotidianas seditiones in homine agitantes.
Ergo vbi rex,vbi curia,vbi ministri, vbi plebs inueni-
tur,ciuitas est. Neque enim talia essent in malis ciuita-
tibus, nisi prius essent in singulis hominibus, qui sunt
tanquã elemẽta & semina ciuitatum.Has ciuitates de-
struit,cũ excluso inde principe,de quo dictũ est: Prin-
Ioan.12.e. ceps huius seculi missus est foras. Vastantur hæc regna
verbo veritatis,sopiuntur maligna consilia, turpes af-
fectiones edomantur, membrorũ & sensuũ ministeria
captiuantur, & ad iustitiæ & bonorũ operũ malitiam
Rom.6.d. transferuntur: vt iam,sicut Apostolus dicit,nõ regnet
peccatũ in nostro mortali corpore, & cætera huius lo-
ci.Tũc pacatur anima, & ordinatur homo ad quietem
& ad beatitudinem capessendam. Periit memoria eo-
rum cum strepitu.) Impiorum scilicet. Sed cum stre-
pitu: siue quia fit strepitus cùm impietas euertitur.Nõ
enim transit ad summam pacem vbi summũ silentium
est,nisi qui magno strepitu prius cum suis vitiis bellige-
rauerit: siue cum strepitu dictũ est,vt pereat memoria
impiorũ etiam ipso strepitu pereũte, in quo tumultua-
Psal.2. tur impietas. Et Dominus in æternum permanet.) Vt
quid ergo fremuerunt gentes, & populi meditati sunt
inania, aduersus Dominũ & aduersus Christum eius?
Nam Dominus in æternũ permanet. Parauit in iudi-
cio sedem suam, & ipse iudicabit orbem terrarum in
æquitate.) Parauit cùm iudicatus est, sedẽ suam. Per
illam enim patientiã homo cælum acquisiuit, & Deus
al. in homine † hominibus credentibus profuit. Et hoc est occultũ
filij iudiciũ. Sed quia etiam palàm manifestéque vẽtu-
rus est ad viuos & mortuos iudicandos, parauit in oc-
culto iudicio sedem suam. Et idem ipse palàm iudica-
bit orbem terrarum in æquitate: id est, meritis digna
distribuet, agnos ad dexteram ponens,hædos ad sini-
Matt.25.c. stram. Iudicabit populos cum iustitia.) Hoc est quod
superius dictũ est, Iudicabit orbẽ terrarũ in æquitate.
Psal.9. Nõ quemadmodũ iudicãt homines qui corda non vi-
dent,à quibus plerunque deteriores absoluũtur,quàm
cõdemnantur: sed in æquitate & cũ iustitia Dominus
Rom.2.c. iudicabit,testimoniũ perhibente conscientia, & cogi-
tationibus accusantibus seu defendentibus. Et factus
est Dominus refugium pauperi.) Quantumlibet perse-
quatur inimicus ille qui cõuersus est retrò, quid noce-
bit eis quorum refugium factus est Dominus:Sed hoc
fiet in seculo hoc,cuius ille magistratus est, si pauperes
esse delegerint: nihil amando quod vel hic viuentem
aut amantem deserit, vel à moriente deseritur. Tali
enim pauperi refugium factus est Dominus. Adiutor
in opportunitatibus in tribulatione.) Sic pauperes fa- Hebr.12.b
cit, quoniam flagellat omnem filium quem recipit.
Nam quid sit adiutor in opportunitatibus, exposuit
cùm addidit, in tribulatione. Non enim conuertitur
anima ad Deũ,nisi dum ab hoc seculo auertitur. Nec
opportunius ab hoc seculo auertitur: nisi nugatoriis
eius & noxiis & perniciosis voluptatibus labores do-
lorésque misceantur. Et sperent in te omnes qui co-
gnoscunt nomen tuum.) Cùm destiterint sperare in
diuitiis & in aliis huius seculi blandimentis.Quærente
quippe anima vbi figat spem cùm ab hoc mundo auel-
litur, opportunè excipit cognitionem nominis Dei.
Nam nomen ipsum Dei nunc vsquequaque vulgatum
est:Sed cognitio nominis est,cùm ille cognoscitur cu-
ius est nomen. Non enim nomen propter se nomẽ est,
sed propter id quod significat. Dictum est autem,Do-
minus nomen est illi. Quapropter qui se libenter Deo Psal.9.
famulum subdit,cognouit hoc nomen. Et sperẽt in te,
qui cognoscunt nomen tuum. Item Dominus dicit ad Exodi 3.d.
Moysen,Ego sum qui sum. Et dices filiis Israël: Misit
me qui est. Sperent ergo in te qui cognoscunt nomen
tuum: ne sperent in his rebus quæ temporis volubili-
tate præterfluunt,nihil habentes nisi erit & fuit. Quo-
niã quod in illis futurũ est,cùm venerit, fit statim præ-
teritum:Et expectatur cum cupiditate, amittitur cum
dolore.In Dei autem natura non erit aliquid,quasi nõ-
dũ sit, aut fuit quasi iam nõ sit: sed est tantùm id quod
est, & ipsa est æternitas. Desinant igitur sperare & di-
ligere temporalia,& se ad æternam spẽ conferant: qui
cognoscunt nomen eius qui dixit, Ego sum qui sum.
Et de quo dictum est, Misit me qui est. Quoniam non
dereliquisti quærentes te Domine.) Qui eum quærũt,
iam transeuntia & moritura non quærũt. Nemo enim
potest duobus dominis seruire. Psallite Domino qui Matth.6.d.
habitat in Sion.) His dicitur, quos non derelinquit
quærentes se Dominus. Ipse habitat in Sion, quod in-
terpretatur speculatio. Et gestat imaginem ecclesiæ
quæ nunc est,sicut Hierusalem gestat imaginẽ ecclesię
quæ futura est: id est, ciuitatis sanctorum iam angeli-
ca vita fruentium, quia Hierusalem interpretatur visio
pacis. Præcedit autem speculatio visionem, sicut ista
ecclesia præcedit eam quæ promittitur,ciuitatem im-
mortalem & æternam. Sed præcedit tempore, non
dignitate: quia honorabilius est quò peruenire niti-
mur,quam id quod agimus, vt peruenire mereamur.
Agimus autem speculationem, vt perueniamus ad vi-
sionem. Sed etiam ipsam quæ nunc est, ecclesiam nisi 1.Cor.3.d.
Dominus inhabitaret; iret in errorem quamlibet stu-
diosissima speculatio. Et huic ecclesiæ dictum est: Tẽ- Ephes.3.c.
plum enim Dei sanctum est,quod estis vos. Et in inte-
riore homine habitare Christum per fidẽ in cordibus
vestris. Præcipitur ergo nobis vt psallamus Domino
qui habitat in Sion, vt concorditer Dominum Eccle-
siæ inhabitatorem laudemus.

Annunciate inter gentes mirabilia eius.) Et factũ
est,& non desinet fieri. Quoniam requirens sanguinẽ
eorum memoratus est.) Quasi responderetur ab his
qui missi sunt euangelizare illud præceptum quod di- Esa.53.a.
ctum est, Annunciate inter gentes mirabilia eius: & Rom.10.d.
diceretur, Domine quis credidit auditui nostro? Et, Psal.43. Rom.8.g.
Propter te occidimur tota die: conuenienter sequitur.
dicens, non sine magno fructu æternitatis morituros
in persecutione Christianos. Quoniam requirens san-
guinem eorum memoratus est.Sed cur sanguinem eo-
rum maluit dicere? An quasi alius imperitior & mino-

ris fidei quæreret dicens, Quomodo annunciabunt,
cùm in eos infidelitas gentium sæuitura sit. Huic re- A
sponderetur, quoniam requirens sanguinẽ eorum me-
moratus est: id est, veniet vltimũ iudiciũ, vbi & inter-
fectorum gloria, & interficientiũ pœna manifesta fiet.
Memoratus est autem, nemo ita positum putet, quasi
obliuio cadat in Deum: sed quia post longum tempus
futurum est iudicium, secundum affectum infirmorũ
hominum positum est: qui quasi oblitum Deũ putant,
quia non tam citò facit quàm ipsi volunt. His dicitur
etiam quod sequitur, Non est oblitus clamorem pau-
perum.) Id est, non vt putatis, oblitus est: quasi diceret,
posteaquam audierunt, memoratus est, ergo oblitus
erat: Nõ est oblitus, inquit, clamorem pauperum. Sed
quæro quis clamor pauperum sit, quem Deus nõ obli-
uiscitur? An iste clamor est, cuius hæc verba sunt? Mi-
serere mei Domine, vide humilitatem meam de ini-
micis meis.) Quare ergo non dixit, Miserere nostri
Domine, vide humilitatem nostram de inimicis no- B
stris: tanquam multi pauperes clament, sed tanquam
vnus, miserere mei Domine? An quia vnus interpellat
pro sanctis: qui primus pauper pro nobis factus est? Et
2.Cor. 8. b. ipse dicit, Qui exaltas me de portis mortis, vt annun-
ciem vniuersas laudes tuas in portis filiæ Sion.) Exal-
tatur enim homo in illo non solum quem gestat, quod
caput Ecclesiæ est: sed etiam quisquis nostrũ est in cæ-
teris membris, & exaltatur ab omnibus prauis cupidi-
tatibus, quæ sunt portæ mortis, quia per illas itur in
mortẽ. Mors autem est iam, ipsa lætitia in perfruendo:
cùm quisque adipiscitur quod perditè concupiuit.
1.Tim.6. b. Radix est enim omniũ malorũ cupiditas. Et propterea
1. Tim.5.a. porta mortis est: quia mortua est vidua quæ in deliciis
viuit. Ad quas delicias per cupiditates tanquam per
portas mortis peruenitur. Sunt autem portæ filiæ Siõ,
omnia optima studia, per quæ venitur ad visionem pa-
cis in sancta ecclesia. In his igitur portis bene annun-
Matth.7.b. ciantur vniuersæ laudes Dei, vt non detur sanctum ca- C
nibus, neque proiiciantur margaritæ ante porcos: qui
malunt pertinaciter latrare, quàm studiosè quærere:
aut qui nec latrare nec quẽrere, sed in suarum volupta-
tum cœno volutari. Cùm autem in bonis studiis lau-
des Dei annunciantur: petentibus datur, & quærenti-
bus manifestatur, & pulsantibus aperitur. An fortè
portæ mortis sunt corporales sensus & oculi, qui aper-
Gen.3.b. ti sunt homini cùm de ligno vetito gustasset: à quibus
exaltantur, quibus dicitur vt quærant non quæ viden-
tur, sed quæ non videntur. Quia quæ videntur, tem-
poralia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt? Et
portæ sunt filiæ Sion, sacramenta & initia fidei, quæ
pulsantibus aperiuntur, vt perueniatur ad occulta filij:
2.Cor.4.d. Nõ enim oculus vidit, aut auris audiuit, aut in cor ho-
Esa 64.b minis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.
Hucusque est clamor pauperũ, quem non oblitus est
Dominus. Deinde sequitur, Exultabo super salutare
D tuum.) Id est, cum beatitudine continebor à salutari
2.Cor. 5.d tuo, quod est Dominus noster Iesus Christus virtus &
sapiẽtia Dei. Ergo ecclesia dicit quæ hic affligitur, &
spe salua est. Quãdiu occultum est filij iudiciũ, ipsa spe
dicit, Exultabo super salutare tuum: quia nunc circũ-
strepente seu vi, seu errore gentilium atteritur. Infixæ
sunt gentes in corruptione quã fecerũt.) Animaduer-
te quemadmodũ seruetur pœna peccato de operibus
suis: & quemadmodum qui voluerunt persequi eccle-
siam, in ea corruptione sint fixi, quam se inferre arbi-
trabantur. Nam interficere corpora cupiebant, cùm
ipsi in anima morerentur. In muscipula ista quam oc-
cultauerunt, comprehensus est pes eorum.) Muscipu-
la occulta, est dolosa cogitatio. Pes animæ rectè intel-
ligitur amor. Qui cùm prauus est, vocatur cupiditas
aut libido: cùm autem rectus, dilectio vel charitas. A-
more enim mouetur, tanquam ad locum quò tendit.
Locus autem animę, nõ in spatio aliquo est quod for-
ma occupat corporis: sed in delectatione quò se per-
uenisse per amorem lętatur. Delectatio autẽ pernicio-
sa sequitur cupiditatem, fructuosa charitatem. Vnde 1.Tim.6.b.
& radix dicta est cupiditas. Radix porrò tanquam pes
arboris intelligitur. Radix dicta est & charitas, vbi de Matth.13.a
seminibus Dominus loquitur, quæ in petrosis locis ex-
eunt, & sole veniente arescunt, quia non habent altam
radicem. Vnde significat eos, qui gaudent accipiendo
verbum veritatis: sed cedunt persecutionibus, quibus
sola charitate resistitur. Et Apostolus dicit, Vt in cha-
ritate radicati & fundati possitis comprehendere. Pes Ephes. 3.d.
ergo peccatorum, id est amor, comprehẽditur in mus-
cipula quam occultant: quia cùm fraudulentam actio-
nem consecuta fuerit delectatio, cùm eos tradiderit
Deus in concupiscentiã cordis eorũ: iam illa delecta- Rom. 1. e.
tio alligat eos, vt inde abrumpere amorẽ & ad vtilia
conferre non audeant: quia cùm conati fuerint, dole-
bunt animo, tanquam pedem de compede exuere cu-
pientes. Cui dolori succumbentes, à perniciosis dele-
ctationibus nolunt abscedere. In muscipula ergo quã
occultauerunt, id est, in fraudulento cõsilio, compre-
hensus est pes eorum: amor scilicet qui per fraudem
peruenit ad vanam lætitiam, qua comparatur dolor.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens.) Hæc sunt
iudicia Dei, non ab illa tranquillitate beatitudinis suæ,
nec à secretis sapientiæ quibus recipiuntur beatæ ani-
mæ. Profertur ferrũ, aut ignis, aut bestia, aut aliquid ta-
le quo crucientur peccatores. Sed quomodo crucian-
tur, & quomodo facit Dominus iudiciũ? In operibus,
inquit, manuũ suarũ comprehensus est peccator,) Hic
interponitur canticũ diapsalmatis, quasi occulta læti-
tia, quantũ existimare possumus, separationis quæ nũc
fit, nõ locis, sed affectionibus animorũ, inter peccato- Matth.3.d.
res & iustos, ficut granorũ à paleis adhuc in area. Et se-
quitur, Conuertantur peccatores in infernum.) Id est,
dentur in manus suas cùm eis parcitur, & illaqueentur
delectatione mortifera. Omnes gentes quę obliuiscũ-
tur Deum. Quia cùm non probauerũt Deum habere Rom. 1.d.
in notitia, dedit illos Deus in reprobum sensum. Quia
non in finẽ obliuio erit pauperis.) Qui videtur nunc in
obliuionẽ esse: cùm peccatores felicitate huius seculi
florere existimantur, & iusti laborare. Sed patiẽtia, in-
quit, pauperũ non periet in æternũ.) Quapropter nũc
patientia opus est ad perferẽdos malos, qui iam volũ-
tatibus separati sunt, donec etiam vltimo iudicio sepa-
rentur, Exurge Domine, non præualeat homo.) Im-
ploratur futurum iudicium. Sed antequam veniat, Iu-
dicentur, inquit, gentes in conspectu tuo.) Hoc est in
occulto, quod dicitur corã Deo, paucis sanctis & iustis
intelligentibus. Constitue Domine legislatorẽ super
eos.) Videtur mihi Antichristum significare; de quo 2.Thess.2.
Apostolus dicit: Cùm reuelabitur homo peccati. Vt
sciãt gentes quoniã homines sunt.) Vt qui nolũt libe-
rari à filio Dei, & pertinere ad filiũ hominis, & esse filij
hominũ, id est, nõ homines: seruiãt homini, id est, vete-
ri homini peccatori, quoniã homines sunt. Et quia ille
ad tantũ culmen inanis gloriæ venturus creditur, tãta
ei licebit facere, & in oẽs homines, & in sanctos Dei,
vt tunc verè nonnulli infirmi arbitrentur Deũ res hu-
manas negligere: interposito diapsalmate, subiicit tan-
quã vocẽ gemẽtium & quærentiũ cur iudicium diffe-
ratur, Vt quid Domine, inquit, discessisti lõgè?) Dein-
de qui sic quæsiuit, tanquã repẽtè intellexerit, aut qua-
si sciens interrogauerit vt doceret; subiecit dicens:
Despicis

Despicis in opportunitatibus in tribulationibus.) Id
est, opportune despicis, & facis tribulationes ad inflã- A
mandos animos desiderio aduentus tui. His enim iu-
cundior est fons ille vitæ, qui multùm sitierint. Itaque
insinuat consiliũ dilationis dicens: Dum superbit im-
pius, accenditur pauper.) Mirum est & verum, quanto
studio bonæ spei paruuli accendantur ad rectè viuen-
dum, cõparatione peccantiũ. Quo mysterio agitur, vt
Genes. 1. a. etiam hæreses esse permittantur: non quia ipsi hæreti-
ci hoc volũt, sed quia hoc de peccatis eorũ diuina ope-
ratur prouidentia: quæ lucem & facit & ordinat, tene-
bras autem tantùm ordinat, vt sit earum comparatio-
ne lux gratior, sicut hæreticorum cõparatione iucun-
dior est inuentio veritatis. Ea quippe cõparatione pro-
bati manifesti fiunt inter homines, qui Deo noti sunt.
Cõprehenduntur in cogitationibus suis quibus cogi-
tãt.) Id est, malæ cogitationes eorum vincula illis fiũt.
Sed quare fiunt vincula? Quoniam laudatur peccator,
inquit, in desideriis animæ suæ.) Adulantium linguæ B
alligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere
in quibus non solùm non metuitur reprehensor, sed
al. laudatur auditor. etiã † laudator auditur. Et qui iniqua gerit, benedici-
tur.) Hinc comprehenduntur in cogitationibus suis
quibus cogitant. Irritauit Dominum peccator.) Ne-
mo gratuletur homini qui prosperatur in via sua: cuius
peccatis deest vltor, & adest laudator. Maior hæc ira
Domini est. Irritauit enim Dominum peccator, vt ista
patiatur: id est, vt correptionis flagella nõ patiatur; Ir-
ritauit Dominum peccator. Secundum multitudinem
iræ suæ non exquiret.) Multùm irascitur dum non ex-
quirit, dum quasi obliuiscitur, & non attendit peccata,
& per fraudes & scelera ad diuitias honorésque perue-
nitur: quod maximè in illo Antichristo cuẽturum est,
qui vsque adeò beatus videbitur hominibus, vt etiam
Deus putetur. Sed quanta ista ira sit Dei, docẽt sequẽ-
a. Non est Deus in conspectu eius, contaminantur
viæ eius in omni tẽpore.) Qui nouit vel quid gaudeat,
vel quid lætetur in anima, nouit quantum malũ sit luce C
deseri veritatis, cùm magnum malum homines putent
oculorum corporalium cęcitatem qua lux ista retrahi-
tur. Quantam ergo pœnãm patitur qui secundis rebus
peccatorum suorum eò perducitur vt non sit Deus in
cõspectu eius, & cõtaminẽtur viæ eius in omni tẽpore:
id est, cogitationes & cõsilia eius immunda sint? Aufe-
runtur iudicia tua à facie eius.) Animus enim malè si-
bi conscius, dum sibi videtur nullã pœnam pati, credit
quòd non iudicet Deus: & sic auferũtur iudicia Dei à
facie eius, cùm hæc ipsa sit magnã damnatio. Et om-
nium inimicorum suorũ dominabitur. Ita enim tradi-
tur, quòd reges omnes superaturus sit, & solus regnum
obtenturus: quando etiam secũdum Apostolũ qui de
2.Thes. 2.a illo prædicat, In templo Dei sedebit, extollens se super
omne quod colitur & quod dicitur Deus. Et quoniã
traditus in concupiscentiam cordis sui, & damnationi D
vltimæ destinatus, per nefarias artes ad illud vanum &
inane culmen dominationémq; vẽturus est; propterea
sequitur: Dixit enim in corde suo, nõ mouebor de ge-
neratione in generationẽ sine malo.) Id est, fama mea
& nomen meum de hac generatione in generationem
posterorum non transiet: nisi artibus malis adipiscar tã
excelsum principatum, de quo posteri tacere non pos-
sint. Animus enim perditus & expers bonarũ artiũ at-
que à iustitiæ lumine alienus, malis artibus sibi aditum
molitur ad famam tam diuturnam, vt apud posteros
etiam celebretur. Et qui non possunt bene innotesce-
re, cupiunt vel malè de se homines loqui, dũmodo no-
men eorum latissimè peruagetur. Quod hic arbitror
dictum esse, Non mouebor de generatione in genera-
tionem sine malo. Est & alius intellectus: Si de gene-
ratione mortali ad æternitatis generationẽ se venire
non posse vanus & erroris plenus animus arbitratur,
nisi artibus malis; quod quidem & iam de Simone dif- Act.8.b.
famatum est, cùm sceleratis artibus cælum se putasset
adepturum, & de humana generatione in diuinam ge-
nerationem rebus magicis trãsituru̇m. Quid ergo mi-
rum, si etiam ille homo peccati, qui totam nequitiam
& impietatem quam omnes pseudoprophetæ inchoa-
uerunt, impleturus est, & tanta signa facturus, vt deci-
piat, si fieri potest, etiã electos Dei, dicturus est in cor-
de suo, Non mouebor † de generatione in generatio-
nem sine malo? Cuius maledictione os plenum est, & al. à
amaritudine & dolo.) Magnum enim maledictum est
tam nefandis artibus cælum appetere, & ad capiẽdam
æternam sedem talia merita comparare. Sed hac ma-
ledictione os eius plenum est. Non enim habebit effe-
ctum ista cupiditas, sed intra os eius tantum valebit ad
eum perdendum, qui hæc sibi ausus est polliceri cum
amaritudine & dolo: id est, ira & insidiis, quibus in suas
partes conuersurus est multitudinem. Sub lingua eius
labor & dolor.) Nihil est laboriosius iniquitate & im-
pietate: quem laborem sequitur dolor: quia non solùm
sine fructu, sed etiam ad perniciem laboratur. Qui la-
bor & dolor ad illud refertur quod dixit in corde suo,
Non mouebor de generatione in generationem sine
malo. Et propterea sub lingua eius, non in lingua; quo-
niam tacitè ista cogitaturus est: hominibus autem alia
locuturus, vt bonus & iustus & Dei filius videatur. Se-
det in insidiis cũ diuitibus.) Quibus diuitibus, nisi eis
quos huius seculi muneribus cumulabit? Et ideo in in-
sidiis cum his sedere dictus est, quoniam falsam felici-
tatem ipsorũ ad decipiendos homines ostentabit. Qui
praua voluntate dum tales esse cupiũt, & bona æterna
non quærunt, in laqueos eius incident. In occultis vt
interficiat innocentem.) In occultis puto dictum esse,
vbi non facilè intelligitur quid appetendum, quidve
fugiendum sit: Innocentem autem interficere, est ex
innocente facere nocentem. Oculi eius in pauperem
respiciunt.) Iustos enim maximè persecuturus est; de
quibus dictum est: Beati pauperes spiritu, quia ipsorũ Matth. 5.a.
est regnum cælorũ. Insidiatur in occulto velut leo in
cubili suo.) Leonem in cubili dicit eum, in quo & vis
& dolus operabitur. Prima enim persecutio Ecclesiæ
violenta fuit, cùm proscriptionibus, tormentis, cædi-
bus, Christiani ad sacrificandum cogerentur. Altera
persecutio fraudulenta est, quæ nunc per huiusce modi
hæreticos & falsos fratres agitur. Tertia superest per
Antichristum ventura, qua nihil est periculosius: quo-
niam & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit in
imperio, dolum in miraculis. Ad vim relatũ est, quod
dictum est leo: ad dolos, quod dictũ est in cubili suo.
Et rursum ipsa repetita sunt conuerso ordine. Insidia-
tur, inquit, vt rapiat innocentem.) Hoc ad dolum per-
tinet. Quod autem sequitur, Rapere pauperẽ dum at-
trahit eum,) violentiæ deputatur. Attrahit enim si-
gnificat, quibus potest cruciatibus affligendo ad se ad-
ducit. Item duo quæ sequuntur, ipsa sunt. In musci-
pula sua humiliabit eum.) Dolus est. Inclinabitur &
cadet dum dominabitur pauperum,) vis est. Muscipu-
la enim bene significat insidias: Dominatio verò ter-
rorem apertissimè insinuat. Et bene ait, Humiliabit eũ
in muscipula sua. Cùm enim signa illa facere cœperit,
quanto mirabiliora videbuntur hominibus: tanto illi
sancti qui tunc erunt contemnentur, & quasi pro nihi-
lo habebuntur. Quos ille, cui per iustitiam & innocẽ-
tiam resistent, mirificis factis superare videbitur. Sed
inclinabitur & cadet dum dominabitur pauperum,

id est, dum quælibet supplicia irrogabit resistentibus sibi seruis Dei. Vnde autem inclinabitur & cadet?

Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam ne videat vsque in finem.) Hæc est inclinatio & casus miserrimus, dũ animus humanus in suis iniquitatibus quasi prosperatur, & parci sibi putat: cũ excæcetur & seruetur ad vltimam opportunámq; vindictam, de qua nunc iam loquitur, cùm dicit: Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua.) Id est, manifesta sit potentia tua. Superius autem dixerat, Exurge Domine non præualeat homo, iudicentur gentes in conspectu tuo: id est, in occulto, vbi solus Deus videt. Hoc factum est, cùm impij ad magnam quæ videtur hominibus felicitatem peruenerunt, super quos constituitur legislator qualem habere meruerunt. De quo dicitur, Constitue Domine legislatorẽ super eos, sciãt gentes, quoniam homines sunt. Nunc autem post illã occultam pœnam atque vindictã dicitur, Exurge Domine Deus & exaltetur manus tua, non vtique in occulto, sed iam in manifestissima gloria. Ne obliuiscaris pauperum in finem.) Id est, sicut impij putant, qui dicunt, oblitus est Deus, auertit faciẽ suam ne videat vsque in finem. Vsque in finem autem negant Deum videre, qui dicunt eum res humanas & terrenas non curare. Quoniam terra quasi finis est rerum, quia vltimũ elementum est, in quo homines ordinatissimè laborãt, sed laborũ suorũ ordinem videre non possunt, qui maximè pertinet ad occulta filij. Laborans ergo Ecclesia illis temporibus, tanquam nauis in magnis fluctibus & procellis, quasi dormientẽ excitat Dominũ, vt imperet ventis, & tranquillitas redeat. Dicit ergo, Exurge Domine Deus meus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum in finem. Iam itaque manifestũ iudicium intelligentes & exultantes dicũt: Propter quid irritauit impius Deum?) Id est, quid profuit tanta mala facere? Dixit enim in corde suo, nõ requiret Deus.) Deinde sequitur, Vides quoniam tu laborem & iram & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas.) Sensus iste pronunciationem quærit, in qua si erratum fuerit, obscuratur. Sic enim dixit in corde suo impius, nõ requiret Deus: quasi Deus laborẽ & iram consideraret, vt tradat eos in manus suas, id est, quasi laborare & irasci timeat, & propterea illis parcat, ne oneri illi sit pœna eorum, aut ne iracundia & tempestate turbetur: quomodo plerique homines faciunt, qui dissimulata vindicta elaborant ne irascantur. Tibi enim derelictus est pauper.) Ideo enim pauper est, id est, omnia huius mundi temporalia bona contempsit, vt tu sis tantum spes eius. Pupillo tu eris adiutor.) Id est, ei cui moritur pater hic mundus, per quem carnaliter genitus est, & iam potest dicere, Mũdus mihi crucifixus est, & ego mundo. Talibus enim pupillis pater fit Deus. Docet quippe Deus pupillos fieri discipulos suos, quibus dicit, Ne vobis dicatis patrẽ in terris. Cuius rei exẽplũ præbuit prior ipse dicendo, Quæ mihi mater, aut qui fratres? Vnde volunt quidam perniciosissimi hæretici asserere, non eum habuisse matrem: nec vident esse cõsequens si hæc verba attendãt, vt nec discipuli eius patres habuerint. Quia sicut ipse dixit, Quæ mihi mater est: sic illos docuit, cùm ait, Nolite vobis dicere patrẽ in terris. Contere brachiũ peccatoris & maligni.) Illius scilicet de quo suprà dicebatur, Omnium inimicorum suorum dominabitur. Brachium enim eius, dixit potentiam eius: cui contraria est Christi potentia, de qua dicitur, Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua. Requiritur delictũ eius, nec inuenitur.) Propter illud idẽ iudicabitur de peccato suo, & ipse periet propter peccatum suum. Deinde quid mirum si sequitur, Dominus regnabit in æternũ & in seculum seculi, peribitis gẽtes de terra illius.) Gẽtes posuit peccatores & impios. Desiderium pauperũ exaudiuit Dominus.) Desiderium illud quo æstuabant, cùm in angustiis & tribulationibus huius seculi Domini diem concupiscerent. Præparationem cordis eorum exaudiuit auris tua.) Hæc est cordis præparatio, de qua in alio Psalmo canitur, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. De qua dicit Apostolus: Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Iam verò aurem Dei, non membrum corporeum; sed potentiam eius esse qua exaudit, regulariter debemus accipere. Atque ita quibusque nominatis membris eius quæ in nobis visibilia & corporea sunt, potentias operationum oportet intelligi, ne sæpe ista repetantur. Nõ enim corporeum fas est putare, quòd Dominus Deus non sonantem vocem, sed præparationẽ cordis exaudit. Iudicare pupillo & humili,) Id est, non ei qui cõformatur huic seculo, neque superbo. Aliud est enim iudicare pupillum, aliud iudicare pupillo. Iudicat pupillum etiam qui condemnat: iudicat autem pupillo, qui pro illo profert sententiã. Vt non apponat vltrà magnificare se homo super terrã.) Homines em̃ sunt, de quibus dictum est, Pone Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt. Sed etiam ille qui eodem loco intelligitur poni super eos, homo erit, de quo nunc dicitur: Vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram; cùm venerit scilicet filius hominis iudicare pupillo, qui se exuit veterẽ hominem, atque hoc modo tanquam extulit Patrem. Post occulta ergo filij, de quibus in hoc Psalmo multa dicta sunt, erunt manifesta filij, de quibus pauca in fine eiusdem Psalmi nunc dicta sunt. Ex his autem titulus factus est, quæ maiorem hic partem tenent. Potest & ipse dies adũctus Domini rectè numerari inter occulta filij, quamuis ipsa Domini præsentia manifesta futura sit. De illo enim die dictũ est, quòd nemo eum sciret, neque angeli, nec virtutes, neque filius hominis. Quid ergo tam occultum, quàm id quod etiã ipsi iudicij occultũ esse dictum est, non ad cognoscendũ, sed ad prodendũ? De occultis autem filij, etiam si quisquã nõ Dei filium subaudire voluerit, sed ipsius Dauid, cuius nomini totũ Psalterium tribuitur (Nam Dauidici vtiq; Psalmi appellãtur) voces illas audiat quibus Domino dicitur, Miserere nostri fili Dauid: atque ita etiam hoc modo eundem Dominum Christum intelligat, de cuius occultis ipse Psalmus inscriptus est. Sic enim etiã ab angelo dicitur: Dabit illi Deus sedem Dauid patris sui. Nec illa sententia huic intellectui contraria est, qua idem Dominus quærit à Iudæis. Si filius Dauid Christus est, quomodo in spiritu vocat eũ Dominum, dicẽs, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Dictũ est enim imperitis, qui quãuis venturũ Christum sperarent, secundum hominem tamen eum expectarent, non secundum quòd virtus & sapiẽtia Dei est. Docet ergo ibi fidem verissimam & syncerissimam, vt & Dominus sit regis Dauid, secundũ quod est verbũ in principio, Deus apud Deum, per quod facta sunt omnia: Et filius, secundum quod factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Non enim dicit, non est filius Dauid Christus: sed iam tenetis quòd filius sit eius, dicite quomodo sit Dominus eius. Nec teneatis in Christo quòd filius hominis est, ita enim filius Dauid est, & relinquatis quòd filius Dei est, ita enim Dominus eius est.

Psal. 9.
Psal. 56.
Rom. 8. c.
Gal. 6. d.
Matt. 23. a.
Matth. 12. d
Matt. 24. d.
Matt. 20. d
Luc. 1. e.
Matth. 22. d
Psal. 109.
Ioan. 1. a.
Rom. 1. a.

IN PSALMVM X. ENARRATIO.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

NOVA tractatione titulus iste nõ indiget: iam enim satis tractatum est, quid sit in finem. Ipsum ergo Psalmi textum videamus, qui mihi videtur aduersus hæreticos cantandus. Qui commemorando & exaggerando multorũ in Ecclesia peccata, quasi apud ipsos iusti aut omnes aut plures sint, ab vnius Ecclesiæ veræ matris vberibus nos auertere atq; abripere moliũtur: affirmantes quòd apud ipsos sit Christus, & quasi piè studiosèque admonentes, vt ad eos transeundo transmigremus ad Christum, quem se habere mentiuntur. Notum est autem Christum in prophetia, cùm multis nominibus allegoricè insinuaretur, etiam montẽ appellatum. Respondendum est itaque istis, & dicendũ, In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ; transmigra in montes sicut passer?) Vnum mõtem teneo in quo cõfido, quomodo dicitis vt ad vos transeã tanquã multi sint Christi? Aut si vos mõtes esse dicitis per superbiam, oportet quidem esse passerem pennatũ virtutibus & præceptis Dei. Sed ea ipsa prohibent volare in istos montes, & in superbis hominibus spẽ collocare. Habeo domum vbi requiescam, quia in Domino confido. Nam & passer inuenit sibi domum. Et factus est Dominus refugiũ pauperi. Dicamus ergo tota fiducia, ne dum Christum apud hæreticos quærimus, amittamus: In Domino cõfido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer? Quoniam ecce peccatores retenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde.) Terrores isti sunt comminantiũ nobis de peccatoribus, vt ad se tanquã ad iustos transeamus. Ecce, inquiunt; peccatores tetenderunt arcum: credo Scripturas, quas illi carnaliter interpretãdo, venenatas inde sententias emittunt. Parauerũt sagittas suas in pharetra: eadem verba scilicet quæ in Scripturarũ authoritate iaculaturi sunt, in cordis occulto parauerunt. Vt sagittẽt in obscura luna rectos corde, vt cùm senserint Ecclesiæ lumine propter multitudinem imperitorum, & carnalium obscurato, non se posse conuinci, corrũpant bonos mores colloquiis malis. Sed cõtra omnes istos terrores dicẽdum est: In Domino confido. Luna verò quàm congruenter significet Ecclesiam, memini me promisisse in hoc Psalmo consideraturum. Duæ sunt de luna opiniones probabiles. Harum autem quæ vera sit, aut non omnino, aut difficillimè arbitror posse hominem scire. Cùm enim quæritur vnde lumen habeat: alij dicũt suum habere, sed globum eius dimidiũ lucere, dimidium autẽ obscurũ esse. Dum autem moueturin circulo suo, eandem partem qua lucet, paulatim ad terras conuerti vt videri à nobis possit: & ideo prius quasi cornutam apparere. Nam & si facias pilam ex dimidia parte candidam, & ex dimidia obscuram: si eam partẽ quæ obscura est, ante oculos habeas, nihil candoris vides. Et cùm cœperis illam candidam partẽ ante oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris videbis: deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscuræ alterius partis videatur. Quòd si perseueres adhuc paulatim cõuertere, incipit obscuritas apparere, & candor minui, donec iterũ ad cornua redeat, & postremò totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit videri. Quod fieri dicunt, cùm lumen lunæ videtur crescere vsque ad quintam decimã lunã: & rursus vsque ad tricesimã minui, & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. Secundum hanc opinionem luna in allegoria significat ecclesiam: quòd ex parte spiritali lucet ecclesia, ex parte autem carnali obscura est. Et aliquando spiritalis pars in bonis operibus apparet hominibus: aliquando autem in conscientia latet, ac Deo tantummodo nota est, cùm solo corpore apparet hominibus, sicut contingit, cùm oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum nõ ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad Dominũ. Alij autem dicunt non habere lunam lumen proprium, sed à sole illustrari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere qua non illustratur, & ideo nihil in ea lucis videri. Cùm autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terrã: & necessariò incipere à cornibus, donec fiat quintadecima cõtra solem. Tunc enim sole occidente oritur, vt quisquis occidentẽ solem obseruauerit, cùm eum cœperit non videre, conuersus ad orientẽ lunã surgere videat. Atque inde ex alia parte cũ ei cœperit propinquare, illam partem ad nos conuertere qua nõ illustratur, donec ad cornua redeat, atq; inde omnino non appareat: quia tunc pars illa qua illustratur, sursum est ad cælum, ad terram autem illa quam radiare sol nõ potest. Ergo & secundum hanc opinionem, luna intelligitur ecclesia: quòd suũ lumen non habeat; sed ab vnigenito Dei filio, qui multis locis in sanctis Scripturis allegoricè sol appellatus est, illustratur. Quem nescientes & cernere non valentes hæretici quidam, ad istum solẽ corporeum & visibilem, quod commune lumen est carnis hominum atque muscarũ, sensus simplicium conantur auertere, & nonnullorum auertunt. Qui quandiu non possunt interiorem lucẽ veritatis mẽte contueri, simplici fide catholica contenti esse nolunt: quæ vna paruulis salus est, & quo vno lacte ad firmitatem solidioris cibi certo robore peruenitur. Quælibet ergo duarum istarũ opinionum vera sit, congruenter accipitur allegoricè luna, Ecclesia. Aut si in istis obscuritatibus magis negotiosis quàm fructuosis, exercere animum aut non libet, aut non vacat, aut animus ipse non valet; satis est lunam popularibus oculis intueri: & nõ quærere obscuras causas, sed cum omnibus & incrementa eius & complementa & detrimenta sentire. Quæ si propterea deficit vt renouetur, etiã ipsi imperitæ multitudini demonstrat Ecclesiæ figuram, in qua creditur resurrectio mortuorum. Deinde quærẽdum est, quid in hoc Psalmo accipiatur obscura luna, in qua peccatores sagittare parauerũt rectos corde. Non enim vno modo dici obscura luna potest: nã & cùm finitur mẽstruis cursibus, & cùm eius fulgor nubilo interpolatur; & cùm plena deficit, dici potest obscura luna. Potest ergo & de persecutoribus martyrũ intelligi, quòd sagittare voluerint in obscura luna rectos corde. Siue adhuc in Ecclesiæ nouitate, quia nondum terris maior effulserat, & gentilium superstitionũ tenebras vicerat: siue linguis blasphemorũ, & Christianorũ nomẽ malè diffamantiũ, quasi nebulis cũ terra obtegeretur, videri perspicua luna non poterat, id est, Ecclesia: siue ipsorũ martyrũ cædibus & tanta effusione sanguinis, tanquã † illo defectu & obscuratione qua cruentã faciem luna videtur ostendere, à nomine Christiano deterrebãtur infirmi. In quo terrore verba dolosa & sacrilega iaculabantur peccatores, vt etiã rectos corde peruerterẽt. Potest & de his peccatoribus intelligi quos Ecclesia continet, quòd tunc inuenta occasione huius lunæ obscuræ, multa cõmiserint, quę nobis opprobria nũc obiiciũtur ab hæreticis, cùm eorum autores ea fecisse dicantur. Sed quoquo modo se habeat quod in obscura luna factum est, nunc catholico nomine toto orbe diffuso atque celebrato, quid mihi est in cognitis perturbari? In Domino enim cõfido, nec audio dicentes animæ meæ, transmigra in montes sicut passer. Quoniam

Psal. 83.
Psal. 9.
1. Cor. 15. d
al. illa à.

ecce peccatores intenderunt arcum, vt sagittẽt in obscura luna rectos corde. Aut si & illis nũc luna videtur A
obscura, quia incertum volunt efficere quæ sit catholica, & cam peccatis carnalium hominũ, quos multos
continet, conantur arguere: quid ad eum pertinet qui
verè dicit, In Domino confido? Qua voce se quisq; &
frumentum esse ostendit, & vsque ad ventilationis tẽ-
Matth.3. d. pus paleas tolerabiliter sustinet. In Domino ergo cõ-
fido. Illi timeant qui confidunt in homine, & de parte
hominis se esse negare non possunt, per cuius canos iu-
rant. Et cùm in sermone ab eis quæritur, cuius cõmu-
nionis sint: nisi de parte illius se esse dicant, nõ possunt
agnosci. Dic quid isti faciunt, cùm illis commemorã-
tur tam innumerabilia & quotidiana peccata, & scele-
Psal. 10. ra eorum quibus plena est illa societas? Nunquid pos-
sunt dicere, In Domino cõfido, quomodo dicitis ani-
mæ meæ, transmigra in mõtes sicut passer? Non enim
confidunt in Domino, qui tunc esse dicunt sancta sa-
cramenta si per sanctos homines dentur. Itaq; cùm ab
B eis quæritur qui sint sancti, erubescunt dicere, nos su-
mus. Qui etiam si non erubescant hoc dicere, hi qui au-
diunt pro ipsis erubescunt. Itaque isti cogunt eos qui
accipiunt sacramenta, spem suam in hominẽ ponere,
cuius cor videre nõ possunt. Et maledictus omnis qui
Hier 17. a. spem suã ponit in homine. Quid est enim dicere, ego
quod do sanctũ est, nisi spẽ tuã in me pone? Quid si nõ
es sanctus? Ostende cor tuũ. Quod si non pòtes, vbi vi-
debo quòd sanctus es? An fortè dices quod scriptũ est,
Matth.7.c. Ex operibus eorũ cognoscetis eos? Video planè mira
opera, quotidianas violentias circũcellionum sub Epi-
scopis & presbyteris ducibus circumquaque volitare,
& terribiles fustes Israëlis vocari, quę homines qui nũc
viuunt, quotidie vident & sentiũt. Macariana verò tẽ-
al. viderunt. pora de quibus inuidiam faciunt, & plurimi † nõ vide-
runt, & nemo nunc videt: & quisquis ea vidit catholi-
cus, potuit dicere, si Dei seruus esse vellet: In Domino
cõfido. Quod & nunc dicit, cùm multa quæ non vult,
Matth.13. f C in Ecclesia videt: qui se intra illa retia plena piscibus
bonis & malis natare adhuc sentit, donec ad finẽ maris
veniatur, vbi mali segregentur à bonis. Isti autẽ quid
respondẽt, si alicui illorũ dicat ille quẽ baptizant quo-
modo me iubes præsumere? Nã si & dãtis & accipiẽtis
est meritũ, sit dãtis Dei, & accipientis consciẽtiæ meæ.
Hæc enim duo non mihi incerta sunt, bonitas illius, &
fides mea. Quid te interponis, de quo certũ scire nihil
possum? Sine me dicere, In Domino cõfido. Nã si in te
confido, vnde confido si nihil mali ista nocte fecisti?
Postremò si vis vt credã tibi, nunquid possum amplius
quàm de te credere? Vnde ergo confido in eis quibus
heri communicasti, & hodie communicas, & cras com
municabis, vtrum vel isto triduo nihil mali commise-
rint? Quòd si nec te nec me polluit quod nescimus,
quæ causa est vt rebaptizes eos qui tẽpora traditionis
& Macarianæ inuidiæ non nouerunt? Quæ causa est vt
Christianos de Mesopotamia venientes, qui Cæciliani
& Donati nec nomen audierunt, rebaptizare audeas,
& neges esse Christianos? Si autem illos polluunt alie-
na peccata quæ nesciunt, tẽne reum facit quicquid per
singulos dies in parte vestra te nesciente committitur?
Imperatorum constitutiones frustra obiicitis catholi-
cis, cùm in vestris castris priuati fustes ignésque sic sæ-
uiant. Ecce quò lapsi sunt, qui cùm viderent in catho-
lica peccatores, non potuerunt dicere, In Domino cõ-
fido, & spem suam in homine posuerunt. Quod omni-
no dicerent, si nõ ipsi tales essent, quales illos putabãt,
à quibus sacrilega superbia separare se velle finxerunt.
Dicat ergo anima catholica, In Domino cõfido, quo-
modo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut
passer? Quoniã ecce peccatores intenderũt arcũ, parã-
uerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura
luna rectos corde: & sermonẽ ab ipsis cõuertat ad Do-
minũ, & dicat, Quoniã quæ perfecisti destruxerũt.) Et
hoc dicat, nõ cõtra istos solos, sed cõtra omnes hære-
ticos. Omnes enim quantũ in ipsis est, destruxerũt lau-
dem quã ex ore infantiũ & lactentiũ perfecit Deus: dũ
quæstionibus vanis & scrupulosis exagitãt paruulos, &
eos nutriri fidei lacte nõ sinũt. Quasi ergo dictũ sit huic
animæ, quare isti tibi dicunt, trãsmigra in mõtes sicut
passer? quare te de peccatoribus terrẽt, qui intenderũt
arcũ ad sagittãdos in obscura luna rectos corde? Re-
spondet: Ideo vtique me terrẽt, Quoniã quę perfecisti,
destruxerũt. Vbi, nisi in cõuenticulis suis, vbi paruulos
& interioris lucis ignaros, nõ lacte nutriũt, sed venenis
necãt? Iustus autem quid fecit?) Si vos Macarius, si vos
Cæcilianus offendit: Christus quid fecit vobis, qui di-
xit, Pacẽ meã do vobis, pacẽ meã relinquo vobis, quã Ioan. 14. d.
vos nefanda dissensione violastis? Christus quid vobis
B fecit, qui traditorẽ suũ tanta patiẽtia pertulit, vt ei pri- 1. q. 1. Christus.
mam eucharistiã confectã manibus suis & ore suo cõ- Ioan. 13. c.
mendatã, sicut cæteris Apostolis traderet? Quid vobis
fecit Christus, qui eundẽ traditorẽ suũ quẽ diabolum
nominauit, qui ante traditionem Domini nec loculis Ioan. 6. g.
Dominicis fidẽ potuit exhibere, cũ cæteris discipulis Ioan. 12. a.
ad prædicandũ regnũ cælorũ misit: vt demõstraret do- Matt. 10. a.
na Dei peruenire ad eos qui cũ fide accipiunt, etiam si
talis sit per quẽ accipiunt, qualis Iudas fuit? Dominus Abac. 2. d.
in templo sancto suo,) Ita verò, sicut Apostolus dicit,
Templũ enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Quisquis 1. Cor. 3. d.
templũ Dei violauerit, disperdet illũ Deus. Templum
Dei violat, qui violat vnitatẽ. Non enim tenet caput, Colos. 2. d.
ex quo totũ corpus connexũ & compactũ per omnem
tactũ subministrationis, secundũ operationẽ in mẽsu- Ephes. 4. b.
rã vniuscuiusque partis incrementũ corporis facit, in
ædificationẽ sui in charitate. In hoc tẽplo sancto suo
Dominus est: quod cõstat multis mẽbris suis, sua quæ-
que officia gerẽtibus, in vnã ædificationem charitatis
cõstructis. Quod violat, quisquis causa principatus sui,
à catholica societate disiungitur. Dominus in templo
sancto suo. Dominus in cælo sedes eius.) Si cælũ acce-
peris iustũ, sicut terrã accipis peccatorẽ, cui dictũ est:
Terra es & in terrã ibis: quod dictum est, Dominus in Genes. 3. c.
templo sancto suo: repetitũ intelligis, dum dictum est, Psal. 9.
Dominus in cælo sedes eius. Oculi eius in pauperem
respiciũt.) Quippe cui derelictus est pauper, & qui fa-
ctus est refugium pauperi. Et ideo seditiones omnes & Matth. 13. f
tumultus intra ista retia donec perducantur ad littus,
de quibus nobis in perniciẽ suam & ad nostrã correc-
tionem insultant hæretici, per eos homines fiunt, qui
pauperes Christi esse nolunt. Sed nunquid ab eis qui
hoc esse volunt, auertunt oculos Dei? Oculi enim eius
in pauperem respiciũt. Nunquid metuendũ est, ne in
D turba diuitũ paucos pauperes videre nõ possit, quos in
Ecclesiæ gremio catholicæ custoditos enutrit? Palpe-
bræ eius interrogant filios hominum.) Hic filios ho-
minũ, illa regula libenter acceperim, de veteribus re-
generatos per fidẽ. Hi quippe quibusdã scripturarum
locis obscuris tanquam clausis oculis Dei exercentur,
vt quærant: & rursus quibusdã locis manifestis, tanquã
apertis oculis Dei illuminantur, vt gaudeant. Et ista in
sanctis libris crebra opertio atque adapertio tanquam
palpebræ sunt Dei: Quæ interrogant, id est, quæ pro-
bant filios hominum, qui neque fatigãtur rerũ obscu-
ritate, sed exercentur, neque inflantur cognitione, sed
confirmãtur. Dominus interrogat iustum & impiũ.)
Quid ergo metuimus ne aliquid nobis obsint impij, si
fortè nobiscum sacramenta non syncero corde commu-

nicant, quando ille interrogat iustum & impium?
Qui autẽ diligit iniquitatem, odit animã suam.) Id est, A
non ei qui credit Deo, & spem suã non ponit in homi-
ne, sed tantùm animæ suæ nocet dilector iniquitatis.
Pluet super peccatores laqueos.) Si nubes generaliter
Prophetæ intelliguntur siue boni siue mali, qui etiam
pseudoprophetæ appellantur: sic ordinantur pseudo-
prophetę à Domino Deo, vt de his laqueos super pec-
Matt. 24. b. catores pluat. Non enim quisquã in eos sectandos in-
cidit nisi peccator: siue ad præparationẽ extremi sup-
plicij, si perseuerare in peccando maluerit, siue ad † de-
al. dissuadendam. suadendam superbiã, si aliquando Deũ cura syncerio-
re quesuerit. Si autẽ nubes non nisi boni & veri Pro-
phetæ intelligũtur, & de his manifestũ est super pecca-
e. Cor. 2. d. tores laqueos pluere Deũ: quamuis de his etiã pios ad
fructificandũ irriget. Quibusdã, inquit Apostolus, su-
mus odor vitæ in vitã, quibusdã odor mortis in mor-
tẽ. Non enim Prophetæ tãtùm, sed omnes verbo Dei
animas irrigantes, nubes dici possunt. Qui cùm malè B
intelliguntur, pluit Deus super peccatores laqueos: cũ
autem bene intelliguntur, fœcundat pectora piorũ atq-
ue fidelium. Sicut exẽpli gratia, quod scriptum est, Et
Genes. 2. d erunt duo in carne vna: si ad libidinem quisque inter-
pretetur, laqueum pluit super peccatorẽs. Sin autẽ in-
telligas, sicut ille qui ait, Ego autẽ dico in Christo & in
Ephes. 5. g. Ecclesia: imbrẽ pluit super fertilem terrã. Eadẽ autem
nube, id est diuina Scriptura, vtrumq; factũ est. Item
Matt. 15. b. Dominus dicit, Nõ quod intrat in os vestrũ, vos coin-
quinat, sed quod exit. Audit hoc peccator, & gulam
parat voracitati. Audit hoc & iustus, & à ciborum dis-
cernẽdorum superstitione munitur. Et hinc igitur ea-
dem scripturarum nube, pro suo cuiusq; merito, pec-
catori pluuia laqueorũ, & iusto pluuia vbertatis infusa
est. Ignis & sulphur & spiritus procellæ pars calicis eo-
rum.) Hæc pœna eorum est atq; exitus, per quos bla-
sphematur nomen Dei: vt primo cupiditatũ suarũ igne
vastentur, deinde malorum operũ fœtore à cœtu bea-
torum abiiciantur, postremo abrepti atque submersi, C
ineffabiles pœnas luant. Hæc est enim pars calicis eo-
rum, sicut iustorum calix tuus inebrians quàm præcla-
Psal. 22. rus est. Inebriabuntur enim ab vbertate domus tuæ.
Psal. 35. Calicem autẽ propterea puto appellatũ: ne quid præ-
ter modũ atque mensurã, vel in ipsis peccatorum sup-
pliciis per diuinam prouidentiam fieri arbitremur. Et
ideo tanquã rationem reddens quare id fiat, subiecit:
Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit.) Nõ fru-
stra pluraliter, nisi quia homines dicit, vt pro iustis, iu-
stitiæ intelligantur positæ. In multis enim iustis quasi
multæ iustitiæ videtur esse, cùm sit vna Dei cui omnes
participant. Tanquã si vna facies intueatur plura spe-
cula, quod in illa singulare est, de illis pluribus pluraliter
redditur. Propterea rursus ad singularitatem se re-
fert, dicẽdo, Æquitatẽ vidit facies eius.) Fortasse pro
eo sit positũ, æquitatẽ vidit facies eius: ac si diceretur, D
æquitas visa est in facie eius, id est, in eius notitia. Fa-
cies enim Dei, est potentia qua dignis innotescit. Aut
certè æquitatẽ vidit facies eius, quia non se præbet co-
gnoscendum malis, sed bonis: & ipsa est æquitas. Si
Psal. 10. quis autẽ lunã, synagogam vult intelligere, ad passio-
nem Domini referat Psalmũ, & de Iudæis dicat, Quo-
niã quæ perfecisti, destruxerũt. Ac de ipso Domino,
iustus autẽ quid fecit? Quem tanquã destructorẽ legis
arguebant. Cuius præcepta peruersè viuendo & ea
contemnendo ac sua statuendo destruxerant, vt ipse
Dominus secundũ hominem loquatur vt solet, dicẽs:
In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ,
trãsmigra in mõtes sicut passer? propter terrores scili-
cet corũ qui illum apprehendere & crucifigere cupie-
bant. Cũ peccatores sagittare volentes rectos corde,
id est qui Christo credìderant, In obscura luna, id est, A
repleta peccatoribus synagoga, non absurde intelligã-
tur. Cui cõgruit & quod dicitur, Dominus in templo
sancto suo, Dominus in cælo sedes eius: id est, verbum
in homine, vel ipse filius hominis qui in cælis est. Ocu-
li eius in pauperẽ respiciunt.) Aut quem suscepit secũ-
dum Deum, aut propter quẽ passus est secundũ homi-
nem. Palpebræ eius interrogant filios hominũ.) Opertionem atq; adapertionẽ ôculorũ, quod nomine palpebrarum probabile est positum, mortem resurrectionẽmque eius accipere possumus, vbi probauit filios hominũ discipulos suos, & territos sua passione ac resurrectione lætificatos. Dominus interrogat iustum & impium.) Iam de cælo gubernans ecclesiam. Qui autem diligit iniquitatẽ, odit animam suam.) Quare hoc ita sit, consequentia docent. Pluet enim super peccatores laqueos.) Secundum superiorem expositionem accipiendum, & omnia cætera vsque ad finem Psalmi.

IN PSALMVM XI. ENARRATIO.

In finem pro octauo, Psalmus Dauid.

OCTAVVM diem iudicij posse intelligi in sexto Psalmo dictum est. Potest & pro octauo intelligi pro æterno seculo, quod post hoc tempus quod septẽ diebus voluitur, dabitur sanctis. Saluũ me fac Domine, quoniam defecit sanctus.) Id est, nõ inuenitur: sicut loquimur cùm dicimus, defecit frumentũ, aut defecit pecunia. Quoniã diminutæ sunt veritates à filiis hominũ.) Veritas vna est, qua illustrantur animę sanctę. Sed quoniam multæ sunt animæ, in ipsis multæ veritates dici possunt: sicut ab vna facie multæ in speculis imagines apparent. Vana locuti sunt vnusquisque ad pro- 3. sent. dist. 18. oritur autem.
ximum suum.) Proximũ omnem hominẽ oportet intelligi, quia nemo est cũ quo sit operandũ malũ. Et dilectio proximi malum non operatur. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt vana.) Quòd bis ait, In corde & corde, duplex cor significat. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa.) Vniuersa dixit, ne quis se exceptũ putet, sicut Apostolus dicit, In omnẽ animã hominis operantis malũ, Iudæi primũ & Græci. Linguã magniloquam.) Linguam superbam. Qui dixerunt, lin- Rom. 2. b.
guã nostrã magnificabimus, labia nostra apud nos sũt, quis noster Dominus est?) Superbi hypocritæ significantur, in sermone suo spẽ ponentes ad homines decipiẽdos, & Deo non subditi. Propter miseriã inopũ & gemitũ pauperũ, nunc exurgã, dicit Dominus.) Ita eũ populum suum ipse Dominus in Euangelio miseratus est, quòd rectorẽ non haberet, cũ bene posset obtemperare. Vnde etiam dictum est in Euangelio, Messis multa, operarij autem pauci. Hoc autẽ ex persona Dei Matth. 9. d.
patris accipiendũ est, qui propter inopes & pauperes, id est, inopia & paupertate bonorũ spiritalium egẽtes, filium suum dignatus est mittere. Inde autẽ incipit sermo eius apud Matthæũ in mõte, cùm dicit, Beati pau- Matth. 5. a
peres spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorũ. Ponam in salutari.) Non dixit quid ponat, sed in salutari, in Christo accipiendũ est, secundum illud, Quoniam Luc. 2. c, d
viderunt oculi mei salutare tuum. Et ideo intelligitur in illo posuisse, quod ad miseriam inopũ auferẽdam, & consolandum gemitum pauperum pertinet. Fiducialiter agam in eo.) Secundum illud in Euangelio, Erat Matth. 7. d.
enim docens eos tanquam potestatem habens, non tanquam scribæ eorum. Eloquia Domini eloquia casta.) Hæc persona ipsius prophetæ est, Eloquia Domini eloquia casta. Casta dicit, sine corruptione simulationis. Multi enim prædicant veritatem non castè, quia vendunt illam pretio commoditatum huius Philip. 1. c.
seculi. De talibus dicit Apostolus, quòd Christum

annunciarent non castè. Argentum igne examinatum terræ.) Ipsa eloquia Domini per tribulationes probata peccatoribus. Purgatum septuplũ.) Per timorem Dei, per pietatem, per scientiam, per fortitudinem, per consilium, per intellectum, per sapientiã. Nam septem sunt etiam beatitudinis gradus, quos in eodem sermo-
Matth. 5. a. ne quem habuit in mõte Dominus exequitur ꝗ Matthæum, Beati pauperes spiritu, beati mites, beati lugẽtes, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, beati misericordes, beati mundo corde, beati pacifici. De quibus sententiis septem, totũ illum sermonẽ prolixum dictũ esse animaduerti potest. Nã octaua vbi dictũ est, Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã: ipsum ignẽ
Matth. 7. d. significat, quo septẽpliciter probatur argentum. Qui sermo cùm terminatus esset, dictũ est: Erat enim docẽs eos tanquã potestatem habens, non tanquã scribæ eorum. Quod pertinet ad id quod in hoc Psalmo dictũ est, Fiducialiter agam in eo. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternũ.) Hic tã-
B quã inopes & pauperes, ibi tanquam opulentos & diuites. In circuitu impij ambulãt.) Id est, in temporaliũ rerum cupiditate, quæ septẽ dierũ repetito circũ-
Prouer. 20. d. itu, tanquam rota voluitur: & ideo non perueniunt in octauũ, id est, in æternũ, pro quo iste Psalmus titulatus est. Ita & per Salomonẽ dicitur: Ventilator enim impiorum est rex sapiens, & immittit illis rotam malorũ. Secundũ altitudinem tuã multiplicasti filios hominũ.)
Sap. 9. c. Quia est & in tẽporalibus multiplicatio, quẖ auertit ab vnitate Dei. Vnde corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Multiplicantur autem iusti secundum altitudinem Dei, quando ibunt de virtute in virtutem.

IN PSALMVM XII. ENARRATIO.

In finem, Psalmus Dauid.

FINIS enim legis Christus ad iustitiam omni credẽti. Vsquequo Domine obliuisceris me in finem?) Id est, differs me ad intelligendum Christum spiritali-
C ter, qui est Dei sapientia, & rectus finis omnis intentionis animæ. Quousque auertis faciem tuã à me?) Sicut non obliuiscitur Deus, sic nec faciem auertit, sed more nostro Scriptura loquitur. Auertere autem Deus faciem dicitur, dum non dat animæ notitiam sui, quẖ adhuc purum mentis oculum non habet. Quamdiu ponam consilium in anima mea?) Consilio non opus est, nisi in aduersis. Ergo quamdiu ponam cõsilium in anima mea, ita dictũ est, quamdiu ero in aduersis. Aut certè respõsio est. Vt iste sit sensus, Tamdiu Domine obliuisceris me in finẽ, & tamdiu auertis faciem tuã à me, quamdiu ponã consilium in anima mea: vt nisi quisq; posuerit consiliũ in anima sua, vt perfectè operetur misericordiã, nõ eum dirigat Deus in finẽ, neque notitiã sui plenũ, quod est facie ad faciẽ videre se, præbeat illi. Dolorẽ in corde meo per diem?) Subauditur, quãdiu ponam. Per diem autem, continuationẽ significat: vt
D dies pro tempore intelligatur. A quo se quisque desiderans exui, dolorẽ ponit in corde: deprecãs ad æterna conscẽdere, & humanũ diem non pati. Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me?) Vel diabolus, vel consuetudo carnalis. Respice & exaudi me Domine Deus meus.) Respice, refertur ad id quod dictũ est, vsquequò auertis faciem tuã à me. Exaudi, refertur ad id quod dictũ est, vsquequò obliuisceris me in finem. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte.) Oculos cordis oportet intelligi, ne delectabili defectu peccati claudantur. Nequando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum.) Diaboli insultatio metuenda est. Qui tribulant me exultabũt, si motus fuero.) Diabolus & angeli eius. Qui nõ exultauerũt de iusto viro Iob, cùm eum tribularẽt; quia nõ
A est motus, id est, de stabilitate fidei non recessit. Ego autẽ in tua misericordia speraui.) Quia idipsum quod nõ mouetur homo & fixus in Domino permanet, non sibi debet tribuere: ne cùm se gloriatur non esse motũ, ipsa superbia moueatur. Exultabit cor meum in salutari tuo.) In Christo, in sapiẽtia Dei. Cãtabo Domino qui bona tribuit mihi.) Bona spiritalia, non ad humanũ diẽ pertinẽtia. Et psallã nomini Domini altissimi.) Id est, cũ gaudio gratias ago, & ordinatissimè vtor corpore, qui est cãtus animę spiritalis. Si autem aliqua hîc differẽtia considerãda est, cãtabo corde, psallam operibus Dño,† qui solus videt. Nomini autẽ Dñi, quod apud homines innotescit: ꝗ nõ illi, sed nobis vtile est.

Iob 1. b. Psal. 7. al. quòd.

IN PSALMVM XIII. ENARRATIO.

In finem Psalmus, ipsi Dauid.

QVID sit in finem, non est sæpius repetendum. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credẽti, sicut Apostolus dicit. Illi credimus, quando incipi-
B mus viã bonam ingredi. Ipsum videbimus, cùm peruenerimus. Et ideo ipse finis. Dixit imprudens in corde suo, non est Deus.) Nec ipsi enim sacrilegi & detestãdi quidam philosophi, qui peruersa & falsa de Deo sentiunt, ausi sunt dicere, nõ est Deus. Ideo ergo dixit, in corde suo: quia hoc nemo audet dicere, etiã si ausus fuerit cogitare. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in affectionibus suis.) Id est, dum amant hoc seculum, & non amãt Deum. Ipsæ sunt affectiones quæ corrumpunt animã, & sic excæcant, vt possit etiã dicere imprudens in corde suo, non est Deus. Sicut enim nõ probauerũt Deũ habere in notitiã, dedit illos Deus in reprobũ sensum. Non est qui faciat bonitatem, non est vsque ad vnũ.) Vsque ad vnum, vel cum ipso vno potest intelligi, vt nullus hominũ intelligatur: Vel prẖter vnum, vt accipiatur Dominus Christus. Sicut dicimus, iste ager vsque ad mare est, non vtique simul cõ-
C putamus & mare. Et iste est melior intellectus, vt nemo intelligatur fecisse bonitatem vsque ad Christũ: quia non potest quisquam hominũ facere bonitatẽ, nisi ipse monstrauerit. Et illud verũ est. Quia vsquequò quisq; cognoscat vnum Deũ, non potest facere bonitatem.

Rom. 10. a. Psal. 52. Psal. 52. Rom. 3. d. Psal. 9.

Dominus de cælo prospexit super filios hominũ, vt videat si est intelligens aut requirens Deum.) Super Iudæos potest intelligi, vt honoratiùs eos appellauerit filios hominũ propter vnius Dei cultum: in comparatione gẽtilium, de quibus arbitror superius dictũ, Dixit imprudẽs in corde suo, nõ est Deus, & cætera. Prospicit autẽ Dominꝰ, vt videat per animas sanctas suas: quod significat id quod dictũ est, de cælo. Nã per seipsum nihil eum latet. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt.) Id est, Iudæi tales facti sunt, quales & gẽ-
tes, de quibus suprà dictũ est: Nõ est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnũ.) Similiter vt suprà intelligendũ
D est. Sepulchrũ patens est guttur eorũ.) Aut voracitas significatur inhiantis gulæ. Aut in allegoria, qui occidunt & quasi deuorant interfectos eos, quibus suorum morum peruersitatem persuadent. Cui simile est ecõtrario, quod Petro dictũ est: Macta & manduca: vt in suam fidẽ & bonos mores, gentes cõuerteret. Linguis suis dolosè agebant.) Comes est voracibus adulatio & omnibus malis. Venenũ aspidum sub labiis eorũ.) Venenum, dolum dicit: aspidum autem, quia nolunt audire præcepta legis, sicut aspides nolunt audire verba incantantis, quod in alio Psalmo euidẽtius dicitur.

Psal. 5. & Rom. 3. b. Act. 10. b.

Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est.) Hoc est, venenum aspidum. Veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinẽ.) Hic ostendit consuetudinem malè faciendi. Cõtritio & infelicitas in viis eorum.

Rom. 3. b.

Omnes

Omnes enim malorum hominum viẖ plenẖ sunt labore & miseria. Ideo Dominus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.
Matth. 11. d. Tollite iugum meum, & discite à me, quia mitis sum & A humilis corde: Iugum enim meum est lene, & sarcina mea leuis est. Et viam pacis non cognouerunt.) Hanc vtique quam Dominus vt dixi commemorat, in iugo leni & sarcina leui. Non est timor Dei ante oculos eorum.) Isti non dicunt, non est Deus: sed tamen non timent Deum. Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem?) Iudicium minatur. Qui deuorant populum meum sicut cibum panis.) Id est, quotidie. Cibus enim panis, quotidianus est. Deuorant autem populum, qui sua commoda ex illo capiunt, non referentes ministerium suum ad gloriam Dei, & ad eorum quibus præsunt, salutem. Dominum non inuocauerunt.) Non enim verè hunc inuocat, qui ea desiderat, quæ illi displicent. Illic trepidauerunt timore, vbi non
Ioan. 11. f. erat timor.) Id est, in damno rerum temporalium. Dixerunt enim: Si relinquimus eum sic, credent in eum omnes: & venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem. Timuerunt regnum terrenum amittere, vbi non erat timor: & amiserunt regnum cælorum, ꝗ timere debuerant. Et hoc de omnibus temporalibus commodis intelligendum est, quorum amissionem cũ timent homines, ad æterna non veniunt. Quoniam Deus in generatione iusta est.) Id est, non est in eis qui
Rom. 1. c. diligunt seculum. Iniustum est enim relinquere seculorum conditorem, & diligere seculum, Et seruire creaturæ potiùs quàm creatori. Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.) Id est contempsistis humilem aduentum filij Dei, quia in eo non vidistis pompam seculi: vt hi quos vocabat, in Deo solo spem ponerent, non in rebus trãseuntibus. Quis dabit ex Sion salutare Israël?) Subauditur, nisi ipse cuius humilitatem contempsistis? Ipse enim in claritate ventu-
Rom. 11. d. rus est ad iudicium viuorum & mortuorum, regnumq; iustorum: vt quoniam isto humili aduentu facta est cẖ-
Esaie 59. d. citas ex parte Israël, vt plenitudo gentium intraret, in illo alio fiat quod sequitur, & sic omnis Israël saluus
Psal. 13. fieret. Pro Iudæis enim Apostolus etiam illud Esaiæ C testimonium accipit, quod dictum est, Veniet ex Sion qui auertat impietatem ab Iacob, sicut hic positum est, Quis dabit ex Sion salutare Israël? Cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.) Repetitio est, sicut solet. Nam idẽ puto esse lætabitur Israël, quod est, exultabit Iacob.

IN PSALMVM XIIII. ENARRATIO.

Psalmus ipsi Dauid.

DE hoc titulo nulla quæstio est. Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Quãquam aliquãdo ponatur tabernaculum etiam pro habitatione sempiterna, tamen cùm propriè accipitur tabernaculum, belli res est. Vnde & contubernales milites dicuntur, tanquam simul habentes tabernacula. Hic sensus adiuuatur ex eo quod dictum est, quis peregrinabitur. Ad tempus enim cum diabolo dimicamus, & tunc opus
al. resiliamus. est tabernaculo quò nos † refugiamus: Quod significat D maximè fidem temporalis dispensationis, quæ pro nobis acta est temporaliter per incarnationem Domini. Et quis requiescet in monte sancto tuo?) Hic fortasse iam ipsam æternam habitationem significat, vt montẽ intelligamus supereminẽtiam charitatis Christi in vita æterna. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.) Hic proposuit, deinceps id exsequitur. Qui loquitur veritatem in corde suo.) Nonnulli enim in labiis habent veritatem, & in corde non habent. Tanquã si aliquis dolosè ostendat viam sciens in ea esse latrones: & dicat, Si hac ieris, à latronibus tutus eris: & contingat vt verè non ibi latrones inueniãtur: verum ille locutus est, sed non in corde suo. Aliud enim putabat, & nesciens verum dixit. Ergo parum est verum loqui, nisi etiam in corde ita sit. Qui non egit dolum in lingua sua.) Lingua agitur dolus, cum aliud ore profertur, aliud pectore tegitur. Nec fecit proximo suo malum.) Proximum omnem hominem accipi oportere, notum est. Et opprobrium non accepit aduersus proximum suum.) Id est, non libenter aut temerè credidit criminatori. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.) Ista perfectio est, vt nihil in hominẽ valeat malignus, & vt hoc sit in cõspectu eius: id est, certissimè nouerit malignum non esse, nisi cùm animus à specie sui creatoris æterna & incommutabili, ad creaturæ speciem auertitur, quæ de nihilo facta est. Timentes autem Dominum glorificat. Vtique ipse Dominus. Psal. 110. Initium autem sapientiæ timor Domini. Sicut ergo Eccl. 1. b. illa superiora pertinent ad perfectos, ita ea quæ nunc dicturus est, pertinent ad incipientes. Qui iurat proxi-
B mo suo, & non decipit, qui pecuniam suã nõ dedit ad vsurã, & munera sup innocẽtes nõ accepit.) Ista nõ sũt magna. Sed qui nec ista põt, multo minùs põt loqui veritatẽ in corde suo, & non dolũ agere in lingua sua, sed vt est in corde verum, ita proferre & habere in ore, est est, non non: & non facere proximo suo malum, id est, nulli homini, & opprobrium non accipere aduer-
Matth. 5. f. sus proximum suum. Quæ sunt perfectorum, in quorũ conspectu ad nihilum deductus est malignus: tamen etiam ista minora ita concludit. Qui facit hæc, non cõmouebitur in æternum.) Id est, perueniet ad illa maiora, in quibus est magna, & inconcussa stabilitas. Nã & ipsa tempora non sine causa fortasse sic variata sunt: vt in superiore conclusione præteritum tempus poneretur, in hac autem futurum. Nam ibi dictum est, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: hic autem, Non commouebitur in æternum.

IN PSALMVM XV. ENARRATIO.

Tituli inscriptio, ipsi Dauid.

REX noster in hoc Psalmo loquitur ex persona susceptionis humanæ, de quo titulus regalis tempo-
re passionis inscriptus emicuit. Dicit autem hæc, Cõserua me Domine, quoniam in te speraui: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.) Quoniam bonis meis non expectas tu fieri beatus. Sanctis qui sunt in terra eius.) Sanctis qui in terra viuentium spẽ suã posuerunt, ciuibus Hierusalem cælestis, quorũ cõuersatio spiritalis per ancorã spei in illa patria figitur, quæ rectè Dei terra nominatur: quamuis adhuc & in his terris carne versentur. Mirificaui oẽs volũtates meas in illis.) His ergo sanctis miras feci oẽs voluntates meas, in profectu corũ, quo senserunt quid eis profuerit & humanitas meæ diuinitatis vt morerer, & diuinitas humanitatis vt resurgerẽ. Multiplicatẖ sunt infirmitates eorum.) Non ad pernicię, sed vt medicũ desiderarẽt. Postea accelerauerunt.) Itaq; post multiplicatas infirmitates accelerauerũt, vt sanarẽtur.
D Nõ cõgregabo conuenticula eorum de sanguinibus.) Erunt enim conuenticula eorum non carnalia, nec de sanguinibus pecorum propitiatus cõgregabo eos. Nec memor ero nominũ illorũ per labia mea. (Sed spiritali mutatione obliuiscentur quid fuerint. Nec à me iam vel peccatores, vel inimici, vel homines, sed iusti & fratres mei & filij Dei vocabuntur per pacem meam. Dominus pars hæreditatis meæ.) Possidebunt enim mecum hæreditatem, ipsum Deum. Eligant sibi alij partes quibus fruantur, terrenas & temporales: portio sanctorum, Dominus æternus est. Et calicis mei.)

Bibant alij mortiferas voluptates, portio calicis mei Dominus est. Quòd dico mei, adiũgo Ecclesiam: quia vbi caput, ibi & corpus. Nam in hæreditatem congregabo conuẽticula eorũ, & per calicis ebrietatem obliuiscar nomina vetera eorum. Tu es qui restitues mihi hæreditatem meam: vt nota sit & his quos libero, claritas qua eram apud te, priusquam mundus fieret. Non enim restitues mihi quod nõ amisi, sed restitues his qui amiserunt eius claritatis notitiam: in quibus quia ego sum, mihi restitues. Funes ceciderũt mihi in pręclaris.) Limites possessionis meæ in † tua claritate tãquam sorte ceciderunt, velut possessio Sacerdotum & Leuitarum Deus est. Etenim hæreditas mea præclara est mihi.) Etenim hæreditas mea pręclara est, non omnibus, sed videntibus in quibus quia ego sum, mihi est. Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum.) Quo ista hæreditas videri & possideri potest. Insuper autem & vsque ad noctem emendauerunt me renes mei.) Super intellectum autem vsque ad mortem erudiuit me inferior pars mea, carnis assumptio: vt experirer tenebras mortalitatis, quas ille intellectus non habet. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.) Sed [Actor. 2. d.] veniens in ea quæ transeunt, non abstuli oculum ab eo qui semper manet: hoc prouidens, vt in eum post temporalia peracta recurrerem. Quoniã à dextris est mihi ne commouear.) Quoniam fauet mihi, vt stabiliter in eo permaneam. Propter hoc iocundatum est cor meũ, & exultauit lingua mea.) Propter hoc & in cogitationibus meis iocunditas, & in verbis exultatio. Insuper & caro mea requiescet in spe.) Insuper & caro mea non deficiet in interitum, sed in spe resurrectionis obdormiet. Quoniam non derelinques animam meam in inferno.) Quoniam neque animam meam inferis possidendam dabis. Neque dabis sanctum tuum videre [Act. 13. c.] corruptionem.) Neq; sanctificatum corpus, per quod & alij sanctificandi sunt, corrumpi patieris. Notas mihi fecisti vias vitæ.) Notas fecisti per me humilitatis vias, vt ad vitam redirent homines, vnde per superbiã ceciderant: in quibus quia ego sum, notas mihi fecisti. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo,) Adimplebis eos lætitia, vt non vltrà quærant aliquid, cùm facie ad faciem te viderint: in quibus quia ego sum, me adimplebis. Delectatio in dextera tua vsque in finem.) Delectatio est in fauore & in propitiatione tua in huius vitæ itinere, perducens vsq; ad finẽ gloriæ cõspectus tui.

IN PSALMVM XVI. ENARRATIO.

Oratio ipsi Dauid.

HÆc oratio est personæ Domini tribuenda, adiuncta Ecclesia quæ corpus eius est. Exaudi Deus iustitiam meam, intẽde deprecationi meę. Auribus percipe orationẽ meam nõ in labiis dolosis.) Non ad te in labiis dolosis procedẽtem. A vultu tuo iudicium meũ prodeat.) Ex illuminatione notitię tuę verum iudicẽ. Aut certè nõ in labiis dolosis, à vultu tuo iudiciũ meũ prodeat, vt scilicet non proferam iudicans aliud quàm in te intelligo. Oculi mei videant æquitatem.) Oculi mei videant æquitatem, cordis vtique oculi. Probasti cor meum & visitasti nocte.) Quia ipsum cor meum visitatione tribulationis probatum est. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.) Non autem nox tantum, quia perturbare assolet, sed etiam ignis quia vrit vocanda est ipsa tribulatio: qua examinatus, iustus inuentus sum. Vt non loquatur os meum opera hominum.) Vt aliud nõ procedat ex ore meo, quàm id quod pertinet ad gloriam & laudem tuam: non ad opera hominum, quæ faciunt præter voluntatem tuam. Propter verba labiorũ tuorum.) Propter verba pacis tuæ, vel prophetarum tuorum. Ego custodiui vias duras.) Ego custodiui vias laboriosas, mortalitatis humanæ atque passionis. [1. sent. dist. 47. verũ vt] Ad perficiendos gressus meos in semitis tuis.) Vt perficeretur charitas Ecclesię in itineribus angustis, quibus venitur ad requiẽ tuam. Vt non moueãtur vestigia mea.) Vt non moueantur signa itineris mei, quæ tanquam vestigia sacramentis & Scripturis apostolicis impressa sunt: quæ intueantur & obseruent qui me sequi volunt. Aut certè vt etiam stabiliter in æternitate permaneã, posteaquam peregi vias duras, & in angustiis semitarũ tuarum gressus perfeci. Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus.) Ego libera & valida intentione preces ad te direxi: quoniam vt hanc habere possem exaudisti me infirmiùs orantem. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.) Non deserat exauditio tua humilitatem meam. Mirifica misericordias tuas.) Non vilescant misericordiæ tuæ, ne minus amentur. Qui saluos facis sperantes in te, à resistentibus dextræ tuæ.) A resistentibus fauori, quo mihi faues. Custodi me Domine vt pupillam oculi.) Custodi me Domine vt pupillam oculi, quæ apparet perparua & exigua: per eam tamen dirigitur acies luminis, quo lux & tenebrę diiudicantur, sicut per Christi humanitatem diuinitas iudicij, discernens inter iustos & peccatores. In tegmine alarũ tuarũ ꝓteges me.) In munimẽto charitatis & misericordiæ tuæ proteges me. A facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt.) Lætitia sua pingui cooperti sunt, postea quàm cupiditas eorum de scelere satiata est. Os eorum locutum est superbiam.) Et propterea os eorum locutũ est superbiam: dicendo, Aue rex Iudæorum & cætera talia. [Matt. 27. d.] Proiicientes me nunc circundederunt me.) Proiicientes me extra ciuitatem, nunc circundederunt me in cruce. Oculos suos statuerunt declinare in terrã.) Intentionem cordis sui statuerunt declinare in ista terrena: putantes magnũ malũ perpeti eũ qui occidebatur, & se nullũ qui occidebant. Susceperunt me sicut leo [al. leo.] paratus ad prædã.) Susceperunt me sicut † ille aduersarius [1. Pet. 5. c.] circumiens, quærens quẽ deuoret. Et sicut catulus leonis habitans in occultis.) Et sicut catulus eius, [Ioan. 8. f.] populus cui dictũ est: Vos ex patre diabolo estis, cogitans de insidiis quibus iustũ circũueniret & perderet. Exurge Domine, præueni eos & subuerte eos.) Exurge Domine, quem dormire arbitrantur, & iniquitates hominũ non curare: antè excæcentur malitia sua, vt factum eorum vindicta præueniat, & ita subuerte eos. Erue animã meã ab impiis.) Erue animã meã resuscitando me à morte, quæ mihi ab impiis irrogata est. Frameã tuã ab inimicis manus tuæ. (Anima enim mea framea tua est, quam assumpsit manus tua, id est, æterna virtus tua: vt per ipsam regna debellet iniquitatis, & diuidat iustos ab impiis. Hanc ergo erue ab inimicis manus tuæ, hoc est, virtutis tuæ, hoc est, ab inimicis meis. Domine perdens de terra, dispertire eos in vita eorũ.) Domine perdens eos de terra, quam inhabitãt: dispertire eos per orbem terrarum in ista vita, quam solam suam vitam putant, qui æternam desperant. [1. sent. dist. 36. illa enim,] Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.) Non solum autem ista pœna eos consequetur visibilis, sed etiam de peccatis, quæ tanquam tenebræ absconduntur à lumine veritatis tuæ, adimpleta est memoria eorum, vt obliuiscantur Deum. Saturati sunt porcina.) Saturati sunt immunditia, conculcantes margaritas sermonum Dei. Et reliquerunt reliquias paruulis suis.) Clamantes: Peccatum hoc super nos & super filios nostros. [Matth. 27.] Ego autem in tua iustitia apparebo in conspectu tuo.) Ego autem qui non apparui eis, qui corde sordido & tenebroso lucem sapientiæ tuæ videre non possunt, in tua iustitia apparebo in cõspectu tuo. Satiabor dum manifestabitur gloria tua.) Et cùm illi saturati sunt immunditia sua, vt me intelligere non possint: ego satiabor dum manifestabitur gloria tua, in his qui † te intelligunt. [al. me.] Sanè illo versu vbi dictũ est, Saturati sunt porcina: nonnulla exemplaria, Saturati sunt filiis, habent: Ex ambiguo enim Græco interpretatio duplex euenit. Filios autẽ opera intelligimus. Et sicut bona opera bonos filios, ita malos mala.

IN PSALMVM XVII. ENARRATIO.

IN finem, puero Domini, ipsi Dauid, hoc est, manu forti Christo secundum hominem. Quæ locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit:) In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul: [2 Reg. 22. a & b.] hoc est, regis Iudæorum, quem sibi ipsi petierunt. Nam sicut Dauid manu fortis, ita Saul petitio, interpretari dicitur. Notum est autem, quomodo ille populus regẽ [1. Reg. 8. a.] sibi petierit & acceperit: non secundum Dei, sed secũdum suam voluntatem. Dicit ergo hic Christus & Ecclesia, id est, totus Christus, caput & corpus. Diligam te Domine virtus mea.) Diligam te Domine, per quem fortis sum. Domine firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.) Domine qui me firmasti, quia refugi ad te. Refugi autem, quia liberasti me. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.) Deus meus qui mihi adiutorium prius vocationis tuæ præstitisti, vt sperare in te possim. Protector meus & cornu salutis meæ, & redemptor meus.) Protector meus, quia nõ de me præsumpsi, quasi erigens aduersum te cornu superbiæ: sed teipsum cornu, hoc est, firmam celsitudinem salutis inueni. Quod vt inuenirem, redemisti me. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.) Non meam gloriam, sed Domini quærens, inuocabo eum, & non erit vnde mihi noceant impietatis errores. Circumdederunt me dolores mortis.) Circumdederunt me dolores mortis, id est, carnis. Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.) Turbæ iniquæ ad tempus cõmotæ*, veluti flumina pluuialia citò desitura egerunt vt conturbarent me. Dolores inferni circumdederunt me.) In his qui me circumdederunt vt perderent me, erant dolores inuidiæ, qui mortem operantur, perducuntque ad infernum peccati. Pręuenerunt me laquei mortis.) Præuenerunt me vt priores nocere vellent, quod eis postea redderetur. Tales autẽ homines capiunt in perditionem, quibus malè persuaserunt iactatione iustitiæ: cuius non re, sed nomine, aduersus gentes gloriantur. Et in pressura mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam.) Exaudiuit de corde meo, in quo habitat, vocem meam. Et clamor meus in conspectu eius.) Et clamor meus, quem non in auribus hominum, sed coram ipso intus habeo. Introiuit in aures eius. Et commota est & contremuit terra.) Ita clarificato filio hominis, commoti sunt & contremuerunt peccatores. Et fundamenta montium conturbata sunt.) Et spes superborum qui in hoc seculo fuerũt, conturbatæ sunt. Et commota sunt, quoniam iratus est eis Deus.) Vt scilicet iam firmamentum non haberet in cordibus hominum spes tẽporalium bonorum. Ascẽdit fumus in ira eius.) Ascendit lachrymosa deprecatio pœnitentium, cùm cognouissent quid minetur Deus impiis. Et ignis à facie eius exardescit.) Et flagrãtia charitatis post pœnitentiam de notitia eius inardescit. Carbones succensi sunt ab eo.) Qui iam mortui erant, deserti ab igne boni desiderij ac luce iustitiæ, & frigidi tenebrosique remanserant, rursus accensi & illuminati reuixerunt. Et inclinauit cælum & descendit.) Et humiliauit iustum, vt descenderet ad hominum infirmitatem. Et caligo sub pedibus eius.) Et impij qui terrena sapiunt, caligine malitiæ suæ non eum cognouerunt. Terra enim sub pedibus eius, tanquam scabellum pedum eius. Et ascendit super Cherubim, & volauit.) Et exaltatus est super plenitudinem scientiæ, vt nemo ad eum perueniret nisi per charitatem. Plenitudo enim legis charitas. [Rom. 13. c.] Et citò se incomprehensibilem esse demonstrauit dilectoribus suis, ne illum corporeis imaginibus comprehendi arbitrarentur. Volauit super pennas ventorum.) Illa autem celeritas qua se incomprehensibilem esse monstrauit, super virtutes animarum est: quibus se velut pennis à terrenis timoribus in auras libertatis attollunt. Et posuit tenebras latibulum suum.) Et posuit obscuritatem sacramentorum, [2. Cor. 5. a] & occultam spem in corde credentium vbi lateret ipse, non eos deserens. In his etiam tenebris, [Rom. 8. e.] vbi per fidem adhuc ambulamus, non per speciem, quamdiu quod non videmus, speramus, & per patientiam expectamus.

In circumitu eius tabernaculum eius.) Conuersi tamen, ipsum ambiunt, qui credunt ei, quia in medio eorum est, cùm omnibus æqualiter fauet: in quibus tanquam in tabernaculo habitat hoc tempore.

Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Nec propterea quisquam in illa luce, quę futura est cum ex fide ad speciem venerimus, iam se esse arbitretur, si scripturas rectè intelligit. In Prophetis enim atque in omnibus diuini verbi prædicatoribus obscura doctrina est.

Præ fulgore in conspectu eius: In comparatione fulgoris, qui est in conspectu manifestationis eius.

Nubes ipsius transierunt.) Prædicatores verbi eius non iam in Iudææ finibus continentur, sed transierunt ad gentes. Grando & carbones ignis.) Obiurgationes † figuratæ, [al. figurat.] quibus velut grandine corda dura tundũtur. Si autem terra culta & mitis, id est, pius animus, exceperit duritiam grandinis, in aquam eadem terra fulguratæ & quasi cõgelatæ obiurgationis, id est, in doctrinã satiantẽ, resoluitur. Igne autẽ charitatis accensa corda reuiuiscunt. Hęc omnia in nubibus ipsius ad gẽtes trãsierunt. Et intonuit de cælo Dominus.) Et Euãgelica fiducia de corde iusti sonuit Dominus. Et Altissimus dedit vocem suam.) Vt haberemus eã, & in profundo rerũ humanarũ audiremus cęlestia. Et emisit sagittas suas, & dispersit eos. Et emisit Euangelistas pẽnis virtutum recta itinera transuolantes, nõ suis, sed eius à quo missi sunt viribus. Et dispersit eos ad quos missi sũt vt aliis eorũ essent odor vitæ in vitã, aliis odor mortis in mortem. [2. Cor. 2. d.] Et coruscationes multiplicauit, & conturbauit eos.) Et miracula multiplicauit, & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum.) Et apparuerunt, qui facti erant in prædicantibus, fontes aquarũ salientium in vitam æternã. [Ioan. 4. b.] Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarũ.) Et reuelati sunt Prophetæ qui nõ intelligebantur, super quos ædificaretur orbis terrarũ credẽs Domino. [Matth. 4. b.] Ab increpatione tua Domine.) Clamantis, Appropinquauit super vos regnũ Dei. [Lucæ. 13. a.] Ab inspiratione spiritus irę tuæ.) Dicentis: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter moriemini. Misit è summo, & accepit me.) Vocãdo ex gentibus in hęreditatem, gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam. [Ephes. 5. f.]

Assumpsit me de multitudine aquarum.) Assumpsit me de multitudine populorum. Eruit me de inimicis meis fortissimis.) Eruit me de inimicis meis, qui pręualuerunt ad affligendam & † perdendam istã [al. perimendam.] temporalem vitam meam. Et ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.) Quandiu sub

ipsis sum ignorans Deum. Præuenerunt me in die afflictionis meæ.) Priores mihi nocuerunt, in tempore quo mortale & laboriosum corpus gero. Et factus est A Dominus firmamentum meum.) Et quoniam amaritudine miseriarum firmamentum terrenæ voluptatis conturbatum atque cõuulsum est, factus est Dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem.) Et quia carnales patiebar angustias, eduxit me in spiritalem latitudinẽ fidei. Eruit me, quoniam voluit me.) 2.Reg.5.a. Eruit me, quoniam voluit me antequam illum ego vellem: eruit me ab inimicis meis potentissimis, qui mihi inuidebant iam volenti eum, Et ab his qui oderunt me, quia volo eum. Et retribuet mihi Dominus secundùm iustitiam meam.) Et retribuet mihi Dominus secũdùm iustitiam bonæ volũtatis: qui prior præbuit misericordiam, antequam haberem bonam voluntatem.

Et secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.) Et secundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, qui tribuit mihi vt bene facerem, educendo me in latitudinem fidei. Quia custodiui vias Domini.) Vt latitudo bonorum operum quæ per fidẽ B sunt, & longanimitas perseuerandi consequatur. Nec impiè gessi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo sunt semper.) Quoniam omnia iudicia eius: id est, & præmia iustorum, & pœnas impiorũ & flagella corrigendorum, & tentationes probandorum, perseueranti contemplatione considero. Et iustitias eius non repuli à me.) Quod faciunt deficientes sub sarcina earum, & reuertuntur ad vomitum suum. Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam.) Itaque non solùm propter latitudinem fidei quæ per dilectionem operatur: sed etiam propter Gal.5.a. longitudinem perseuerantiæ, retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam. Et secũdum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.) Non quò homines vident, sed in conspectu oculorum eius. Quoniam quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem C 2.Cor.4.d. non videntur, æterna, quò pertinet altitudo spei. Cum sancto sanctus eris.) Est etiam occulta profunditas, qua intelligeris cum sancto sanctus: quia tu sanctificas. Et cum viro innocente innocẽs eris.) Quia tu nulli noces, sed criniculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Et cum electo electus eris.) Et ab eo quẽ eli- Ezech.18.f gis eligeris. Et cum peruerso peruersus eris.) Et cũ peruerso videris peruersus: quoniam dicunt, non est recta via Domini, & ipsorum via non est recta. Quoniam tu populum humilem saluum facies.) Hoc autem peruersum videtur peruersis, quòd confitentes peccata sua saluos facies. Et oculos superborum humiliabis.) I- Rom.10.a. gnorantes autem Dei iustitiam, & suam volentes constituere, humiliabis. Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine.) Quoniam non est lumen nostrum ex nobis, sed tu illuminabis lucernam meam Domine. Deus meus illuminabis tenebras meas.) Nos enim D peccatis nostris tenebræ sumus, sed Deus meus illuminabis tenebras meas: Quoniam à te eruar à tentatione.) Quoniam non à me, sed à te eruar à tentatione. Et in Deo meo trãsgrediar murum. Et non in me, sed in Deo meo transgrediar murum: quem inter homines & cælestem Hierusalem peccata erexerunt. Deus meus immaculata est via eius.) Deus meus non venit in homines, nisi mundauerint viam fidei qua veniat ad eos: quia immaculata est via eius. Eloquia Domini igne examinata.) Eloquia Domini igne tribulationis probantur. Protector est omnium sperantium in se.) Et omnes qui non in seipsis, sed in illo sperant, eadem tribulatione non consumuntur. Spes enim sequitur fidem. Quoniam quis Deus prę ter Dominum?) Quoniam quis Deus, præter Dominũ cui seruimus? Et quis Deus præter Deum nostrum?) Et 2.Reg.22.e quis Deus præter Dominum, quem post bonam seruitutem, tanquam hæreditatem speratam filij possidebimus? Deus qui præcinxit me virtute.) Deus qui præcinxit me vt fortis sim, ne diffluentes sinus cupiditatis impediãt opera & gressus meos. Et posuit immaculatam viam meam.) Et posuit immaculatam viam charitatis, quia ad illum veniã: sicut immaculata est via fidei, qua venit ad me. Qui perficit pedes meos tanquam cerui.) Psal.143. Qui perficit amorem meum, ad transcendenda spinosa & vmbrosa implicamenta huius seculi. Et super excelsa statuet me.) Et super cælestem habitationem figet intentionem meam, vt implear in omnem plenitudinẽ Dei. Qui docet manus meas ad prœlium. Qui docet me operari ad superãdos inimicos, qui nobis intercludere cælestia regna conantur. Et posuisti vt arcum æreum brachia mea.) Et posuisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum. Et dedisti mihi protectionem salutis meæ, & dextera tua suscepit me.) Et fauor gratiæ tuæ suscepit me. Et disciplina tua me direxit in finem.) Et correptio tua me deuiare non sinẽs direxit, vt quicquid ago, in eum finem referam, quo cohæretur tibi. Et disciplina tua ipsa me docebit.) Et eadem correptio tua me docebit peruenire quò direxit. Dilatasti gressus meos subter me.) Ne impediant carnales angustiæ: quoniam latam fecisti charitatem meam operantem hilariter, etiam de ipsis quæ subter me sunt mortalibus rebus & membris. Et non sunt infirmata vestigia mea.) Et non sunt infirmata, siue itinera mea, siue signa quæ impressi ad imitandum sequentibus. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos.) Persequar affectus carnales meos, nec ab eis cõprehendar, sed comprehendam illos vt absumantur. Et non conuertar donec deficiant.) Et ab ista intentione non conuertar ad quietem, donec deficiant qui obstrepunt mihi. Confringam illos nec poterunt stare.) al. Dilectis. Confringã illos nec durabunt aduersum me. Cadent subtus pedes meos.) † Deiectis illis, præponam amores quibus ambulo in æternum. Et præcinxisti me virtute ad bellum.) Et constrinxisti fluentia desideria carnis meæ virtute, ne in tali pugna præpedirer. Supplantasti insurgentes in me subter me.) Decipi fecisti eos qui me insequebantur: vt subter me fierent, qui super me esse cupiebant. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.) Et inimicos meos conuertisti, & dorsum mihi eos esse fecisti: id est, vt sequerentur me. Et odio habentes me disperdidisti.) Alios autem eorum qui in odio perdurauerunt, disperdidisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret.) Quis enim saluos faceret, quos tu nõ faceres? Ad Dominum, nec exaudiuit eos.) Nec ad quemlibet, sed ad Dominum clamauerunt: nec ex auditione dignos iudicauit, nõ recedentes à malitia sua. Et comminuam illos vt puluerem † ante faciem venti.) al. iuxta. Et comminuam illos. Aridi enim sunt, non recipientes imbrẽ misericordiæ Dei: vt elati atque inflati superbia, à spe firma & inconcussa, & tanquã à terræ soliditate & stabilitate rapiantur. Vt lutum platearũ delebo eos.) Per latas quas multi ambulant perditionis vias, luxuriãtes & lubricos delebo eos. Erues me de contradictionibus populi.) Erues me de contradictionibus eorum qui di- Ioan.11.f. xerunt: Si dimiserimus eum, † omne seculum post illũ al. viuum. ibit. Constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi.) Populus gentium quem corporali præsentia non visitaui, seruiuit mihi. In obauditu auris obediuit mihi.) Neque oculis me vidit: sed recipiens prædicatores meos, in obauditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi.) Filij non Ioan.8.f. mei dicendi, sed potius alieni, quib. rectè dicitur: Vos ex patre diabolo estis, mentiti sunt mihi. Filij alieni inueterauerunt.) A Filij alieni, quibus vt renouarentur, nouum Testamentum attuli, in vetere homine remanserunt. Et claudicauerunt à semitis suis.) Et tanquam vno pede debiles, quia vetus tenẽtes, nouum Testamẽtum respuũt, claudi effecti sunt etiam in ipsa vetere lege: potius traditiones suas sequentes quàm Dei. Ca- Matth.15.a lumniabãtur enim discipulos de manib. non lotis: quia tales erant semitæ quas ipsi fecerant & consuetudine triuerant, aberrando ab itineribus præceptorum Dei. Rom.8.b. Viuit Dominus & benedictus Deus meus.) Secundũ carnem autem sapere, mors est. Viuit Dominus & benedictus Deꝰ meꝰ. Et exaltetur Deus salutis meę.) Et nõ terrena consuetudine de Deo salutis meæ sentiam: nec terrenam ipsam salutem, sed in excelso de illo sperem. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me.) Deus qui vindicas me, subdẽdo populos sub me. Ioan.19.c. Liberator meus de inimicis meis iracũdis.) Liberator meus de inimicis meis iracũdis, clamantibus, crucifige B 2.Reg.22.d crucifige, Iudæis. Ab insurgentib. in me exaltabis me.) Rom.15.b. A Iudæis insurgentibus in me patientem, exaltabis me resurgentem. A viro iniquo erues me.) A regno eorũ iniquo erues me. Propterea confitebor tibi in gentibus Domine.) Propterea tibi per me confitebuntur gẽtes Domine. Et nomini tuo psallam.) Et latius innotescẽs bonis operibus meis. Magnificans salutes regis ipsius) Deus qui magnificat, vt admirabiles faciat salutes, quas eius filius dat credentibus. Et faciens misericordiam Christo suo.) Deus qui facit misericordiam Christo suo. Dauid & semini eius vsque in seculũ.) Ipsi liberatori manu potenti, qui vicit hunc mundum, & eius quos credentes euangelio genuit in æternum. Quæcunq; in hoc Psalmo dicta sunt, quæ ipsi Domino propriè, id est, capiti Ecclesiæ congruere non possunt, ad Ecclesiam referenda sunt. Totus enim Christus hic loquitur, in quo sunt omnia membra eius.

IN PSALMVM XVIII. ENARRATIO.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

Titulus notus est: nec Dominus Iesus Christus hæc dicit, sed de illo hæc dicuntur.

Expositio prima.

CÆLI enarrant gloriam Dei.) Iusti Euangelistæ, in quibus Deus tanquam in cælis habitat, exponunt gloriam Domini nostri Iesu Christi, siue gloriam qua glorificauit patrem filius super terrã. Et opera manuũ eius annunciat firmamentum.) Et facta virtutum Dñi annunciat firmamentum, fiducia Spiritus sancti cælũ factum, quod antea timore terra erat. Dies diei eructat verbum.) Spiritus spiritalibus profert plenitudinẽ incõmutabilis sapientiæ Dei, quod verbum in principio Ioan.1.a. Deus apud Deum est. Et nox nocti annunciat scientiã.) Et mortalitas carnis tãquam longè positis carnalibus, fidem insinuando, annũciat futuram scientiã. Nõ sunt Act.2.a. loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.) Per quos non auditæ sunt voces Euange- Rom.10.d listarum, cùm omnibus linguis Euangelium prædicarent? In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum Matt.10.d. suum.) Dominus autem vt aduersus regna temporaliũ errorum belligeraret, non pacem, sed gladiũ missurus in terram, in tempore vel in manifestatione posuit tanquam militare habitaculum suum: hoc est, dispensationem incarnationis suæ. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.) Et ipse procedens de vtero virginali, vbi Deus naturæ humanæ tanquam sponsus sponsæ copulatus est. Exultauit sicut gigas ad currendum viã.) Exultauit sicut fortissimus, & cæteros homines incomparabili virtute præcedens, non ad habitandum viam, sed ad currendam viam. Non enim in via peccatorum stetit. A summo cælo egressio eius.) A patre egressio eius, non temporalis, sed æterna, qua de Psal.1. patre natus est. Et occursus eius vsque ad summum eius.) Et occurrit plenitudine diuinitatis vsque ad æqualitatem patris. Et non est qui se abscõndat à calore Ioan.1.b. eius.) Cùm autem verbum etiam caro factum est, & habitauit in nobis, mortalitatem nostram suscipiens, non permisit vllum mortalium excusare se de vmbra mortis, & ipsam enim penetrauit verbi calor. Lex Domini immaculata conuertens animas.) Lex ergo Domini ipse est, qui venit legem implere, non soluere. Et Matth.5.b. immaculata lex, qui peccatum non fecit, nec inuentus Esaiæ.53.c 1.Pet.2.a. est dolus in ore eius: non premens animas seruitutis iugo, sed ad se imitandum libertate conuertens. Testimonium Domini fidele, sapientiã præstans paruulis.) Matt.11.d. Testimonium Domini fidele: quia nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: quæ abscondita B sunt à sapientibus, & reuelata paruulis, quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1.Pet.2. Iacobi 4.c. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda.) Omnes iustitiæ Domini in illo rectæ, qui non docuit quod ipse non fecit: vt qui imitarentur, corde gauderent, in eis quæ liberè cùm charitate facerent, nõ seruiliter cum timore. Pręceptũ Domini lucidum illuminans oculos.) Præceptũ Domini lucidum, sine velamento carnalium obseruationum: illuminans hominis interioris aspectum. Timor Domini castus permanens in seculum seculi.) Timor Domini non ille sub lege pœnalis temporalia bona sibi subtrahi perhorrescens, quorum dilectione anima fornicatur: sed castus quo Ecclesia sponsum suum, quanto ardentius diligit, tanto diligentiùs cauet offendere: & ideo non foras mittit cõsummata dilectio 1.Ioan.4.d. timorem hunc, sed permanet in seculum seculi. Iudicia Domini vera iustificata in idipsum.) Iudicia eius, qui 1.Ioan.5.d. C non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio verè iustificata incommutabiliter. Neque enim vel minatus vel pollicitus Deus quenquam fallit, aut quisquam vel impiis supplicium, vel piis præmiũ eius potest eripere. Desiderabilia super aurum & lapidẽ pretiosum multum.) Siue multum ipsum aurum & lapidem, siue multum pretiosum, siue multum desiderabilia, tamen desiderabilia iudicia Dei super pompas huius seculi: quarum desiderio fit vt non desiderentur, sed timeantur aut contemnantur, aut non credantur iudicia Dei. Quòd si quisque ipse sit aurum lapisque pretiosus vt igne non consumatur, sed assumatur in thesaurum Dei: plusquam seipsum desiderat iudicia Dei, cuius voluntatem præponit suæ. Et dulciora super mel & fauum.) Et siue quisque iam sit mel, qui iam solutus vitæ huius vinculis expectat diem, quo veniat in epulas Dei, siue adhuc sit fauus, vt quasi cera cir- D cumplicetur hac vita, non huic concretus, sed implẽs eam, cui opus sit aliqua pressura non opprimentis, sed exprimentis manus Dei, qua de temporali vita in æternam eliquetur: dulciora illi sunt iudicia Dei, quàm sibi ipse est, quia super mel & fauum illi dulciora sunt.

Etenim seruus tuus custodit ea.) Nam non custodienti amara dies Domini. In custodiendo illa retributio multa.) Non in aliquo extra posito commodo: sed in eo ipso quo iudicia Dei custodiuntur, multa retributio. Multa est, quia gaudetur in eis. Delicta quis intelligit? In delictis autem qualis suauitas potest esse, vbi non est intellectus? Quoniam delicta quis intelligit, quæ ipsum oculum claudunt, cui suauis est veritas, cui desiderabilia & dulcia sunt iudicia

Dei? & ſicut tenebræ oculos, ita delicta mentem clau-
dunt, nec lucem ſinunt videre, nec ſe. Ab occultis meis
munda me Domine.) A cupiditatibus in me latẽtibus,
munda me Domine. Et ab alienis parce ſeruo tuo.) Ne
ſeducar ab aliis. Neq; enim alienis capitur qui eſt mũ-
dus à ſuis. Parce itaque ab alienis cupiditatibus, nõ ſu-
perbo & in ſua poteſtate eſſe cupienti, ſed ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominata, tunc immaculatus ero.)
Si mei non fuerint dominata occulta mea, & aliena
peccata, tunc immaculatus ero. Non enim eſt certior
origo peccati, præter occultum ſuum quo cecidit dia-
bolus: & alienum, quo ſeductus eſt homo, vt cõſentiẽ-
do ſuum faceret. Et mundabor à delicto magno.) Quo
alio, niſi ſuperbiæ? Nõ enim eſt maius delictũ quã apo-
Eccl. 10.b. ſtatare à Deo, quod eſt initium ſuperbiæ hominis. Et
verè ille immaculatus eſt, qui etiam hoc delicto caret:
quia hoc eſt vltimum redeuntibus ad Deum, quod re-
cedentibus primum fuit. Et erunt vt complaceant elo-
quia oris mei, & meditatio cordis mei in cõſpectu tuo
ſemper.) Meditatio cordis mei, non ad iactantiam pla-
cendi hominibus, quia iam nulla ſuperbia eſt: ſed in
conſpectu tuo ſemper, qui conſcientiam purã inſpicis.
Domine adiutor meus & redemptor meus.) Domine
adiutor meus, tendentis ad te: quoniam redemptor
meus es tu, vt tenderem ad te: ne quiſquam vel ſapiẽ-
tiæ ſuæ tribuens quòd ad te conuertitur, vel viribus ꝙ
ad te peruenit, magis repellatur abs te qui ſuperbis re-
ſiſtis: quia mundatus non eſt à delicto magno, nec cõ-
placuit in conſpectu tuo qui redimis vt conuertamur,
& adiuuas vt perueniamus ad te.

Expoſitio de eodem Pſalmo.

DEprecati Dominum, vt ab occultis noſtris mun-
det nos, & ab alienis parcat ſeruis ſuis, quid hoc
ſit intelligere debemus: vt humana ratione, non quaſi
auium voce cantemus. Nam & meruli & pſitaci & cor-
ui & picæ & huiuſmodi volucres, ſæpe ab hominibus
docẽtur ſonare quod neſciunt. Scienter autem canta-
al. *non aui, ſed homini* re, † naturæ hominis diuina voluntate conceſſum eſt.
Et quã multi mali & luxurioſi ſic cantant, digna aurib.
ſuis & cordibus, nouimus & dolemus. Eo enim peiores
ſunt, quo nõ poſſunt ignorare quod cãtãt. Sciunt enim
ſe cantare flagitia, & tamen cãtant tanto libẽtiùs, quã-
to immundius: quoniam tanto ſe putant lætiores, quã-
to fuerint turpiores. Nos autem qui in eccleſia diuina
eloquia cãtare didicimus, ſimul etiam inſtare debem⁹
Pſal. 88. eſſe quod ſcriptũ eſt: Beatus populus qui intelligit iu-
bilationem. Proinde chariſſimi quod conſona voce
cantauimus, ſereno etiam corde noſſe ac videre deb e-
mus. Rogauit enim Dominum vnuſquiſque noſtrũ in
hoc cantico, & dixit Deo: Ab occultis meis munda
al. *mei.* me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si † enim nõ
fuerint dominata, tunc immaculatus ero, & mũdabor
à delicto magno. Quod vt bene ſciamus quid ſit, & qua
le hoc ſit ipſius Pſalmi textum, quãtum donat Domi-
nus, breuiter percurramus. Cantatur enim de Chriſto,
quod euidenter ibi apparet: quia illic ſcriptum eſt: Ipſe
tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Quis eſt
enim ſponſus, niſi cui deſponſata eſt illa virgo ab Apo-
1. Cor. 11.a. ſtolo, cui timet caſtè caſtus ſponſi amicus, ne ſicut ſer-
pens Euã fefellit aſtutia ſua, ſic & huius virginis ſponſę
Chriſti ſenſus corrũpantur à caſtitate quæ eſt in Chri-
ſto? In hoc ergo Domino & Saluatore noſtro Ieſu
Ioan. 1.b. Chriſto, poſita eſt magna & plena gratia, de qua dicit
Apoſtolus Ioannes: Et vidimus gloriam eius, gloriam
tanquam vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate.
Hanc gloriam cæli enarrant.) Cæli ſancti ſunt, eleuati
à terra, portantes Dominum: quanquam gloriã Chri-
ſti cęlũ etiã quodammodo narrauit. Quando narrauit?

Quando nato eodẽ Domino ſtella noua quæ nunquã
A videbatur apparuit. Sed tamen ſunt veriores & ſubli-
miores cæli, de quib. cõſequenter ibi dicitur: Nõ ſunt Matth. 2.a.
loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur vo-
ces eorum. In omnem terram exiit ſonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum. Quorum, niſi cælorum?
Quorum ergo, niſi Apoſtolorum? Ipſi enarrant nobis Pſal. 18.
gloriam Dei, poſitam in Chriſto Ieſu, per gratiã in re-
miſſionem peccatorum. Oẽs enim peccauerunt, & e- Rom. 3.c.
gent gloria Dei, iuſtificati gratis per ſanguinem ipſius.
Quia gratis, ideo gratia, non eſt enim gratia niſi gratui-
ta, quia nihil boni antè feceramus, vnde talia dona me-
reremur. Magis quia ne nõ gratis inferretur ſuppliciũ,
ideo gratis præſtitũ eſt beneficium. Nihil præceſſerat
in meritis noſtris, niſi vnde damnari deberemus. Ille Tit. 3.b.
autem non propter noſtram iuſtitiam, ſed propter ſuã
miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrum regenera-
tionis. Hæc eſt, inquam, gloria Dei, hanc cęli enarraue-
runt. Hæc eſt, inquam, gloria Dei, non tua. Nihil enim
boni feciſti, & tamen tantum bonum accepiſti. Si ergo
B pertines ad gloriam quam cæli enarrauerunt, dic Do-
mino Deo tuo: Deus meus miſericordia eius præue- Pſal. 58.
niet me. Præuenit enim te, vtique præuenit, quia nihil
in te boni inuenit. Pręueniſti ſupplicium eius ſuperbiẽ-
do: ille præuenit ſupplicium tuum peccata delendo.
Tanquã enim ex peccatorę iuſtificatus, ex impio pius
factus, ex damnato in regnum aſſumptus: dic Domino
Deo tuo: Non nobis Domine non nobis, ſed nomini Pſal. 113.
tuo da gloriam. Dicamus, non nobis. Quibus enim † ſi al. *ſi non nobis*
quaſi nobis? Dicamus, inquã, nõ nobis: quia ſi ita face-
ret ſicut nobis, nõ niſi pœnas infligeret nobis. Nõ no-
bis, ſed nomini ſuo det gloriam, quia non ſecundũ ini-
quitates noſtras fecit nobis. Non ergo nobis Domine,
non nobis. Repetitio confirmatio eſt. Non nobis Do-
mine, ſed nomini tuo da gloriã. Hoc illi nouerant cæli,
qui enarrauerunt gloriam Dei. Et opera manuum eius
annunciat firmamentum.) Quod dictum eſt, gloriam
C Dei: hoc repetitum eſt, opera manuum eius. Quę opera
manuum eius? Non ſicut quidam ſentiunt, Deus verbo Geneſ. 1.a.
fecit omnia, & tanquam præſtantiorem cæteris homi-
nem ſuis manibus fecit. Non ita ſentiendum eſt. Infir-
ma eſt iſta, & non ſatis elimata ſententia. Omnia enim
verbo fecit. Nam licet opera Dei diuerſa narrentur, in Geneſ. 1.d.
quibus hominẽ ad imaginem ſuam fecit: tamen omnia
per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod Ioan. 1.a.
autem ad manus Dei attinet, & de cælis dictum eſt: Et
opera manuum tuarum ſunt cæli. Et ne putes etiam ibi Pſal. 101.a.
cælos ſanctos dictos, ſubiecit: Ipſi peribunt, tu autem
permanes. Ergo non ſolum homines, ſed etiam cælos
qui peribunt, Deus manibus ſuis fecit: cui dictum eſt.
Opera manuum tuarum ſunt cæli. Et de terra hoc idẽ Pſal. 94.
dictũ eſt: Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, &
aridam manus eius fundauerũt. Ergo ſi & cælos mani-
bus & terram manib. non ſolũ hominẽ fecit manibus:
& ſi cęlos verbo, & terram verbo, ergo & hominẽ ver-
bo. Quod verbo, hoc manu, & ꝙ manu, hoc verbo. Nõ
D enim humanis mẽbris ſtatura Dei diſtincta eſt, qui vbi-
que totus eſt, & nullo cõtinetur loco. Quod ergo ver-
bo fecit, ſapiẽtia fecit, quod manu fecit, virtute fecit.
Chriſtus eſt autem Dei virtus & Dei ſapientia. Omnia 1. Cor. 1.d.
aũt per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. E- Ioan. 1.a.
narrarunt, enarrant, enarrabunt cæli gloriam Dei. E-
narrabunt, inquam, cæli hoc eſt ſancti, gloriam Dei
à terra ſuſpenſi, Deum portantes, præceptis tonantes,
ſapientia coruſcantes: illam, vt dixi, gloriam Dei qua
ſalui facti ſumus indigni. Hanc indignitatem, id eſt,
qua digni non fuimus, agnoſcit filius minor egeſtate
conſtrictus. Agnoſcit, inquam, hanc indignitatem fi-
lius

lius minor à patre lõgè peregrinus, dæmonum cultor,
tanquam porcorum paſtor: agnoſcit gloriam Dei, ſed
egeſtate conſtrictus. Et quia illa gloria Dei facti ſumus,
Luc. 15.c. quo digni non fuimus, dicit ad patrem ſuum, Nõ ſum
dignus vocari filius tuus. Infelix, per humilitatem im-
petrat felicitatem, & eo ſe oſtendit dignum quo confi-
tetur indignum. Hanc gloriam Dei cæli enarrant, & o-
pera manuum eius annunciat firmamentum. Cælum
firmamentum, firmum cor, nõn timidum cor. Annun-
ciata enim ſunt iſta inter impios, inter aduerſos Deo,
inter amatores mundi perſecutoreſq; iuſtorum: inter
ſæuientem mundum annunciata ſunt iſta. Sed ſæuiens
mundus quid poterat facere, quando firmamentum
iſta annunciabat? Annunciat firmamentum. Quid?
Opera manuum eius. Quæ ſunt opera manuum eius?
Gloria Dei illa qua ſalui facti ſumus, qua creati in bo-
Epheſ. 2.b. nis operibus ſumus. Ipſius enim ſumus figmentũ crea-
ti in Chriſto Ieſu, in operibus bonis. Non ſolũ quippe
homines, ſed etiã iuſtos, ſi tamen ſumus, ipſe fecit nos,
& non ipſi nos. Dies diei eructat verbum, & nox no-
Pſal. 99. cti annunciat ſcientiam.) Quid eſt? Fortè planum &
apertum eſt, Dies diei eructat verbum, apertum & pla-
num, tãquam per diem. Quòd autem nox nocti annũ-
ciat ſcientiam, obſcurum eſt tanquam per noctẽ. Dies
diei, ſancti ſanctis, Apoſtoli fidelibus, ipſe Chriſtus A-
Matth. 5.b. poſtolis, quibus dixit: Vos eſtis lumen mundi. Apertũ
hoc videtur & cognitu facile. Quomodo autem nox
nocti annunciat ſcientiam? Nonnulli hæc verba ſim-
pliciter intellexerunt, & fortè hoc ſit verum, æſtiman-
tes hac ſententia ſignificatum eſſe, quod tempore Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti cùm in terra verſaretur, Apo-
ſtoli audierunt, hoc in poſteros eſſe traiectum, tanquã
tempore in tempus: dies diei, nox nocti, prior dies po-
ſteriori diei, & prior nox poſteriori nocti, quia hæc do-
ctrina diebus & noctibus prædicatur. Iſte ſimplex in-
tellectus cui ſufficit ſufficiat. Sed nonnulla verba ſcri-
pturarum obſcuritate ſua hoc profuerunt, quòd mul-
tas intelligentias pepererunt. Itaque hoc ſi planum eſ-
ſet, vnum aliquid audiretis: quia verò obſcurè dictum
eſt, multa audituri eſtis. Eſt alius intellectus, dies diei,
nox nocti: hoc eſt, ſpiritus ſpiritui, caro carni. Eſt alius,
dies diei, ſpiritales ſpiritalibus: & nox nocti, carnales
carnalib. Vtriq; enim audiunt, & ſi non vtrique ſimili-
ter ſapiunt. Illi enim audiũt tanquã verbũ eructatum:
illi tanquam ſcientiã annũciatã. Quod enim ructatur,
præſentibus ructatur: quod autem annunciatur, lon-
gè poſitis annunciatur. Poſſunt cęli ſenſus plures inue-
niri, ſed adhibendus eſt modus propter anguſtias præ-
ſentis temporis. Dicamus autem & vnũ aliquid, quod
quidam velut coniicientes aperuerunt. Quando Do-
minus, inquiunt, Chriſtus loquebatur Apoſtolis, dies
Matt. 26.a. diei eructabat verbum: quando Iudas Dominũ Chri-
ſtum prodidit Iudæis, nox nocti annunciabat ſcientiã.
Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non au-
diantur voces eorum.) Quorum, niſi cælorum qui e-
narrant gloriam Dei? Non ſunt loquelæ neque ſermo-
Act. 2.a. nes, quorum non audiantur voces eorum. Legite A-
ctus Apoſtolorum, quomodo veniente ſuper eos Spi-
ritu ſancto, omnes impleti ſunt illo: & loquebantur lin-
guis omniũ gentiũ, ſicut Spiritus dabat eis pronuncia-
re. Ecce non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum non
audiantur voces eorum: ſed non ibi tantum vbi imple-
Rom. 10.d. ti ſunt, ſonuerũt. In omnem terram exiit ſonus eorum,
& in fines orbis terræ verba eorum.) Ideo & nos hic
loquimur. Sonus enim ille ad nos vſque peruenit, ſon⁹
qui in omnem terram exiit, etſi hæreticus eccleſiã non
intrat. Ideo ſonus in omnem terram exiit, vt tu in cæ-
lum intres. O peſtilentioſe, litigioſe, peſſime, & ad-

huc errare volens! ô ſuperbe fili, audi teſtamẽtum pa-
A tris tui. Ecce quid planius, quid apertius? In omnem
terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver-
ba eorum. Nunquid expoſitore opus eſt? Quid contra
te conaris? Partem vis in lite retinere, qui potes totum
in concordia retinere? In ſole poſuit tabernaculum
ſuum.) In manifeſtatione Eccleſiam ſuam, non in oc-
culto, non quæ lateat, velut operta: ne fortè fiat ſicut
operta ſuper greges hæreticorum. Dictum eſt & cui-
dam in Scriptura ſancta: Quod tu in occulto feciſti, 2. Reg. 12.c
patieris in ſole: hoc eſt, occultè malum feciſti, pœnas
patieris in omni manifeſtatione. In ſole ergo poſuit ta-
bernaculum ſuum. Quid tu hęretice fugis in tenebras?
Chriſtianus es, audi Chriſtũ: ſeruus es, audi dominum:
filius es, audi patrem: emendare, reuiuiſce. Dicamus
& de te: Mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus
eſt. Non mihi dicas, vt quid me quæris, ſi perij? Ideo e- Lucæ 15.f.
nim te quæro, quia periſti. Noli, inquit, me quærere.
B Hoc ſanè vult iniquitas, qua diuiſi ſumus: ſed nõ vult
charitas, qua fratres ſumus. Improbus non eſſem, ſi
quærerẽ ſeruum meum: & improbus dicor, quia quæ-
ro fratrem meum? Sic ſapiat in quo fraterna charitas
nõ eſt, ego tñ quæro fratrem meum. Iraſcatur, dum ta-
men quæratur, qui inuentus placatur. Quæro, inquam,
fratrem meum, & interpello non contra illum, ſed pro
illo Dominum meum. Nec dicam interpellans, Do-
mine dic fratri meo vt diuidat mecum hęreditatẽ: ſed,
dic fratri meo, vt teneat mecum hæreditatem. Quid Lucæ 12.b.
ergo erras frater? Quid per angulos fugis? Quid latita-
re conaris? In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Et ipſe
tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.) Pũto ꝙ
agnoſcas eum, ille tanquam ſponſus procedẽs de tha-
lamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendum viã.) Ipſe
in ſole poſuit tabernaculum ſuum: hoc eſt, ille tanquã Ioan. 1.b.
ſponſus, cũ verbũ caro factũ eſt in vtero virginali, tha-
lamum inuenit: atque inde naturæ coniunctus huma-
C nę, tanquam de caſtiſſimo procedens cubili, humilis
miſericordia infra omnes, fortis maieſtate ſuper oẽs.
Hoc eſt enim, gigas exultauit ad currendam viam: na-
tus eſt, creuit, docuit, paſſus eſt, reſurrexit, aſcendit.
Cucurrit viam, non hæſit in via. Idem ipſe ergo ſpon-
ſus qui hæc fecit, ipſe poſuit in ſole, hoc eſt, in manife-
ſtatione tabernaculum ſuum, hoc eſt, ſanctam Eccle-
ſiam ſuam. Quam autem viam citò cucurrit vis audire?
A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad
ſummum eius.) Poſtea verò quàm excurrit inde, & re-
currendo remeauit, miſit ſpiritum ſuum. Viſæ ſunt illis
ſuper quos venit, linguæ diuiſæ velut ignis. Sicut ignis
venit Spiritus ſanctus, fœnum carnis conſumpturus, Act. 2.a.
aurũ cocturus & purgaturus, ſicut ignis venit, & ideo
ſequitur, Et non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Lex
Domini immaculata conuertens animas.) Hoc eſt,
Spiritus ſanctus. Teſtimonium Domini fidele, ſapien-
D tiam præſtans paruulis.) Non ſuperbis. Hoc eſt, Spiri-
tus ſanctus. Iuſtitiæ Domini rectæ, non terrentes, ſed
lætificantes corda.) Hoc eſt, Spiritus ſanctus. Præce- Pſal. 18.
ptum Domini lucidum, illuminans oculos.) Non he-
betans, non carnis oculos, ſed cordis: non exterioris
hominis, ſed interioris. Hoc eſt, Spiritus ſanctus. Ti-
mor Domini.) Non ſeruilis, ſed caſtus. Gratis amans,
non puniri timens ab eo quem tremit, ſed ſeparari ab
eo quem diligit. Iſte eſt timor caſtus, non quem con-
ſummata charitas foras mittit: Sed, permanens in ſe-
culum ſeculi.) Hic eſt Spiritus ſanctus: id eſt, hũc do- 1. Ioan. 4.d.
nat, hunc confert, hũc inſerit Spiritus ſanctus. Iudicia
Domini vera iuſtificata in idipſum.) Non ad rixas di-
uiſionis, ſed ad congregationem vnitatis. Hoc eſt e-
nim, in idipſum, hoc eſt, Spiritus ſanctus. Ideo linguis

omnium loqui fecit, in quos primo venit, quia linguas omnium gentium in vnitatem se congregaturum esse nunciauit. Quod tunc faciebat vnus homo accepto Spiritu sancto, vt vnus homo linguis omnium loque- Act. 2.a. retur: hoc modo ipsa vnitas facit, linguis omnibus loquitur. Et modò vnus homo in omnibus gentibus linguis omnibus loquitur: vnus homo caput & corpus, Genes. 2.d. vnus homo Christus & Ecclesia, vir perfectus, ille spō- Ephes. 5.g. sus, illa sponsa. Sed erunt, inquit, duo in carne vna. Iudicia Dei vera iustificata in idipsum, propter vnitatem. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.) Aut multum aurum, aut multum pretiosum, aut multum desiderabilia: tamē multum hæretico parum. Non nobiscum amant idipsum, & nobiscum confitentur Christum: Ipsum quem mecum confiteris Christū, ipsum ama mecum. Et qui idipsum non vult, recusat, recalcitrat, respuit: non illi est desiderabile hoc super aurum & lapidem pretiosum multum. Audi aliud. Et dulciora, inquit, super mel & fauū.) Sed hoc aduersum est erranti, mel amarum est febrienti, dulce tamen & acceptabile sanato, quia charum est sanitati. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multū, & dulciora super mel & fauum. Nam & seruus tuus custodit ea.) Quàm dulcia ista sint, custodiendo probat seruus tuus, non loquendo. Custodit ea seruus tuus: quia & nunc dulcia sunt, & in posterum salubria sunt. Nam, In custodiendo ea retributio multa.) Sed amans animositatem suam, nec videt hunc splendorem hæreticus, nec sentit dulcedinem. Delicta enim quis intelligit?) Lucæ. 23.c. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ideo, inquit, iste est seruus qui custodit hanc dulcedinē, suauitatem charitatis, amorem vnitatis. Ego, inquit, ipse qui custodio rogo te, quoniam delicta quis intelligit? ne mihi vt homini quædam surrepant, & quibusdam vt homo præoccuper. Ab occultis meis munda me Domine.) Hoc ergo cantauimus, ecce ad hoc loquendo peruenimus. Dicamus, & cum intellectu cātemus, Psal. 18. & cantādo oremus, & orando impetremus. Dicamus: Ab occultis meis munda me Domine. Quis enim delicta intelligit? Si videntur tenebræ, intelliguntur delicta. Deniq; quando nos delicti pœnitet, in luce sumus. Nam quando quisque ipso delicto inuolutus est, quasi obtenebratis opertisque oculis non videt delictum: quia si tibi tegatur & carnis oculus, nec aliud vides, nec hoc vnde tegitur vides. Ergo Deo dicamus, qui nouit videre quod purget, nouit inspicere quod sanet: illi dicamus, Ab occultis meis munda me Domine. Et ab alienis parce seruo tuo.) Delicta, inquit, mea inquinant me, delicta aliena affligunt me: ab his munda me, ab illis parce. Tolle mihi ex corde malam cogitationem, repelle à me malum suasorem: hoc est, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Nam ista duo genera delictorum propria simul & aliena, etiam pri- Esaiæ, 14.d mitùs in exordio claruerunt. Diabolus suo delicto ce- Genes. 3. b. cidit, Adam alieno deiecit. Hic ipse Dei seruus custo- Psal. 35. diens iudicia Dei, in quibus retributio multa, & in alio Psalmo sic orat: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Non veniat, inquit, mihi pes superbiæ: hoc est, ab occultis meis munda me Domine: & manus peccatorum non moueant me: hoc est, ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominata.) Occulta mea & delicta aliena. Tūc immaculatus ero.) Hoc non suis viribus audet, sed Dominum deprecatur vt impleat: cui dicitur in Psalmo: Itinera mea dirige secundùm verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Noli timere si Christianus es Dominū hominem, Dominum Deum tuum semper time. Malum in te time, hoc est, cupiditatem tuam: non quod in te Deus fecit, sed quod tibi ipse fecisti. Te Dominus bonum seruum fecit, tu tibi in corde tuo malum Dominum creasti. Meritò subderis iniquitati, meritò subderis Domino quem tu tibi ipsi fecisti: quia ei qui te fecit subditus esse noluisti. Sed si mei, inquit, non fuerint dominata, tunc immaculatus ero. Et mundabor à delicto magno.) Quo putamus delicto? Quod illud est delictum magnum? Fortè aliud sit quàm dicturus sum, nō tamen celabo quod sentio. Delictum magnū arbitror esse superbiam. Hoc fortasse & aliter significatū est in eo quod ait: Et mundabor à delicto magno. Quæritis quàm magnum sit hoc delictum, quod deiecit angelū, quod ex angelo fecit diabolum, eiq; in æternum interclusit regnum cælorum? Magnum hoc delictum est, & Eccl. 10.b. caput atque causa omnium delictorum. Scriptum est enim: Initium peccati omnis superbia. Et ne quasi leue aliquid contemnas: Initium, inquit, superbiæ hominis apostatare à Deo. Non leue malum est hoc vitium, fratres mei: huic vitio in his personis, quas videtis amplas, displicet humilitas Christiana. Propter hoc vitiū dedignantur colla subdere iugo Christi, obligati arctius iugo peccati. Non enim seruire non eis continget: nam nolunt seruire, sed eis expedit seruire. Nolendo seruire nihil aliud agunt, quàm vt bono Domino non seruiāt, non vt omnino non seruiant: quia qui noluerit seruire charitati, necesse est vt seruiat iniquitati. Ab hoc vitio quod est caput omnium vitiorum, quia inde cætera vitia nata sunt, facta est apostasia à Deo, eunte anima in tenebras, & malè vtente libero arbitrio, peccatis etiam cæteris consecutis: vt & substantiam suam dissiparet cum meretricibus, viuens prodigè, & per egestatem fieret pastor porcorum, qui erat socius angelorum. Lucæ. 15.d. Propter hoc vitium, propter hoc magnum superbiæ peccatum, Deus humilis venit. Hæc causa, hoc peccatum magnum, iste ingens morbus animarum, omnipotentem medicum de cælo deduxit, vsque ad formam serui humiliauit, contumeliis egit, ligno suspendit: vt per salutem tantæ medicinæ curetur hic tumor. Iam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus. Ita, inquit, mundabor à delicto Iacobi 4.c. magno, quia Deus superbis resistit, humilibus autem 1.Pet. 5.a. dat gratiam. Et per hoc vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.) Nam si ab hoc magno delicto non mundabor, in conspectu hominum placebunt eloquia mea, non in conspectu tuo. Superba anima in conspectu hominum vult placere: humilis anima in occulto vbi Deus videt vult placere: vt si placuerit hominibus de bono opere, illis gratuletur quibus placet bonum opus, non sibi cui sufficere debet, quia fecit bonum opus. Gloria nostra, 2.Cor. 1.c. inquit, hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Ideóque dicamus etiam quod sequitur, Domine adiutor meus & redemptor meus.) Adiutor in bonis, redemptor à malis. Adiutor vt habitem in charitate tua, redemptor vt liberes me ab iniquitate mea.

IN PSALMVM XIX. ENARRATIO.

In finem, Psalmus Dauid.

NOTVS est iste titulus, nec Christus dicit, sed Christo dicit Propheta, figura optandi quæ ven- Ioan. 17.a. tura sunt canens. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.) Exaudiat te Dominus in die qua dixisti: Pater clarifica filium tuum. Protegat te nomen Dei Genes. 25.c. Iacob.) Ad te enim pertinet populus posterior natu, quia maior seruiet minori. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.) Faciens tibi sanctificatum corpus, Ecclesiam, de speculatione tutam, quæ expectat quando venias † ad nuptias. al. nuptiis. Memor sit omnis sacrificij tui.) Memores nos faciat omnium iniuriarum

iuriarum tuarum & contumeliarum, quas pro nobis pertulisti. Et holocaustum tuum pingue fiat.) Et crucem qua totus oblatus es Deo, in lætitiam resurrectionis conuertat. Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum.) Tribuat tibi Dominus, non secundùm cor eorū, qui putauerunt persequendo te posse deleri: sed se- Ioan 5.b. cundum cor tuū, quo scisti quid vtilitatis haberet pas- Ioan. 12. d. sio tua. Et omne consilium tuum compleat.) Et com- Rom. 11. d. pleat omne consilium tuum, non solùm quod animam tuam posuisti pro amicis tuis, vt mortificatum granum copiosius resurgeret: sed etiā quòd cæcitas ex parte Israël facta est, vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Exultabimus in salutari tuo.) Exultabimus quòd tibi mors nihil nocebit: ita enim nec nobis eam nocere posse monstrabis. Et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur.) Et confessio tui nominis non solum non perdet, sed etiam magnificabit nos. Impleat Dominus omnes petititiones tuas.) Impleat Dominus non solùm petitiones quas habuisti in terra, sed etiam quibus in cęlo interpellas pro nobis. Nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Chri- Ioan. 17. a. stū suum.) Nūc mihi per Prophetam demonstratū est, Rom. 8. f. quoniam resuscitabit Dominus Christum suum. Exaudiet illum de cælo sancto suo.) Exaudiet illum non de terra tantum, vbi se petiit clarificari: verumetiam de Act. 2. a. cælo, vbi iam ad dexteram patris interpellans pro no- 1.Cor. 12.c. bis, diffundit inde Spiritum sanctum super credentes Psal. 59. in se. In potentatibus salus dexteræ eius.) Potentatus nostri sunt, salus fauoris eius: cùm etiam de tribulatione dat auxilium, vt quando infirmamur, tunc potentes simus. Nam vana est salus hominum, quę non dexterę, sed sinistræ eius est. Hac enim extolluntur in magnam superbiam, quicunque peccantes temporaliter salui facti sunt. Hi in currib. & hi in equis.) Hi volubili successione temporalium bonorum trahūtur, & hi superbis præferuntur honoribus, atque in his exultant. Nos autem in nomine Domini Dei nostri exultabimus.) Nos autem spem figentes in æternis, neque gloriam nostram quærentes, in nomine Domini Dei nostri exultabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.) Et ideo Ioan. 11. f. ipsi temporalium rerum cupiditate obligati sunt, timē- Rom. 9. g. tes parcere Domino, ne à Romanis perderent locum: Rom. 11. d. & irruentes in lapidem offensionis & petram scandali, 1. Pet. 2.a. Rom. 10.a. de spe cælesti ceciderunt: quibus cæcitas ex parte Israël facta est, ignorantibus Dei iustitiam, & suam volentibus constituere. Nos verò surreximus, & erecti sumus.) Nos verò vt populus gentium intraret, de la- Matth. 3.c. pidibus excitati filij Abraham, qui non sectabamur iustitiam, apprehendimus eam & surreximus: nec viri- Rom. 9.g. bus nostris, sed per fidem iustificati erecti sumus. Domine saluum fac regem:) Domine saluum fac regem, vt ipse qui nobis prœliandi exemplum passione sua mōstrauit, offerat etiam sacrificia nostra, sacerdos excitatus à mortuis, & in cælo constitutus. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.) Quoniam pro nobis offers te, exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

IN PSALMVM XX. ENARRATIO.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

TITVLVS notus est, de Christo canitur. Domine in Ioan. 1.b. virtute tua lætabitur rex.) Domine in virtute tua, quod verbum caro factum est, lætabitur homo Christus Iesus. Et super salutare tuum exultabit vehementer.) Et super hoc quòd viuificas omnia, exultabit Lucæ 22 b. vehementer. Desiderium animæ eius dedisti ei.) Desi- Ioan. 10.d. derauit manducare pascha, & ponere cùm vellet, atq; iterum cum vellet sumere animam suam: & dedisti ei. Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.) Pacē Ioan. 14 c. meam, inquit, relinquo vobis: & factum est. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.) Quoniam prius hauserat benedictionem dulcedinis tuæ, fel peccatorum nostrorum non nocuit ei. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.) In principio sermonis eius accedentes ambierunt eum lapides pretiosi, discipuli sui: à quibus exordium annunciationis eius fieret. Vitam petiit, & dedisti ei.) Resurrectionem petiit, dicens: Pater clarifica filium tuum: & dedisti ei. Longitudinem dierum in seculum seculi.) Lōga tem- Ioan. 17. a. pora seculi huius quæ haberet Ecclesia, & deinceps æternitatem in seculum seculi. Magna est gloria eius in salute tua.) Magna est quidem gloria eius in salute qua eum resuscitasti. Gloriam & magnum decorem impones super eum.) Sed adhuc gloriam & magnum decorem addes ei, cùm in cælo collocabis ad dexteram tuā. Quoniam dabis ei benedictionem in seculum seculi.) Hæc est benedictio quam ei dabis in seculum seculi. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.) Lætificabis eum secundùm hominem cum vultu tuo quem leuauit ad te. Quoniam rex sperat in Domino.) Quoniam rex non superbit, sed humilis corde sperat in Domino. Et in altissimi misericordia non commouebitur.) Et altissimi misericordia non conturbabit humilitatem eius, atque obedientiam vsque ad mortem crucis. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.) Inueniatur ô rex potestas tua, cùm ad iudicandum veneris, omnib. inimicis tuis, qui eam in humilitate tua non intellexerunt. Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.) Claritas qua regnas ad dexteram patris, inueniat in die iudicij puniendos omnes qui te oderunt, quia nunc ipsi nō inuenerunt eam. Pones eos vt clibanum ignis.) Constitues eos ardentes intrinsecùs, conscientia impietatis suæ. In tempore vultus tui.) In tempore manifestationis tuæ. Dominus in ira suā conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.) Deinde conturbati vindicta Domini, post accusationem conscientiæ, dabuntur igni æterno deuorandi. Fructum illorum de terra perdes.) Fructum illorum quia terrenus est, perdes de terra. Et semen eorum à filiis hominum.) Et opera illorum, vel quoscunque seduxerunt, non deputabis inter filios hominum, quos in hæreditatem sempiternam vocasti. Quoniam declinauerunt in te mala.) Hæc autem pœna retribuetur eis, quoniam mala quæ sibi imminere te regnante arbitrabantur, in te occidendum detorserūt. Cogita- Ioan. 11.g. uerunt consilium quod non potuerunt stabilire.) Cogitauerunt consilium, dicentes: Expedit vnum pro omnibus mori, quod non potuerunt stabilire nescientes quid dixerunt. Quoniam pones eos dorsum.) Quoniā ordinabis eos in his, à quibus postpositis & contemptis auerteris. In reliquiis tuis præparabis vultum eorū. Et in his quæ relinquis, id est, in cupiditatibus regni terreni præparabis tibi ad passionem impudentiā eorum. Exaltare Domine in virtute tua.) Quem humilem non cognouerūt: exaltare Domine in virtute tua, quā infirmitatem putauerunt. Cantabimus & psallemus virtutes tuas.) Corde & opere celebrabimus & nota faciemus mirabilia tua.

IN PSALMVM XXI. ENARRATIO.

In finem pro susceptione matutina, Psalmus Dauid.

IN finem pro resurrectione sua ipse Dominus Iesus Christus loquitur. Matutina enim fuit prima sabbati resurrectio eius, qua susceptus est in æternam vitam: Rom. 6. b. cui mors vltrà non dominabitur. Dicitur autem ista ex persona crucifixi: nam de capite Psalmi huius sunt verba, quæ ipse clamauit cùm in cruce pēderet, personam etiam seruās veteris hominis, cuius mortalitatem portauit. Nam vetus homo noster confixus est cruci cum illo.

Expoſitio prima.

DEVS Deus meus reſpice me,quare me dereliqui-
ſti longè à ſalute mea?) Longè factus es à ſalute
mea,quoniam longè eſt à peccatoribus ſalus. Verba
Pſal. 118. delictorum meorum.) Nam hæc verba ſunt non iuſti-
tiæ,ſed delictorum meorum. Vetus enim homo con-
fixus cruci loquitur, etiam cauſam ignorans, quare eũ
dereliquerit Deus: aut certè longè à ſalute mea ſunt
verba delictorum meorum. Deus meus clamabo ad te
per diem,nec exaudies.) Deus meus clamabo ad te in
rebus proſperis huius vitæ,vt non mutentur;nec exau-
dies,quia verbis delictorum meorum ad te clamabo.
Et nocte;& non ad inſipientiam mihi.) Et in aduerſis
vtique huius vitæ clamabo vt proſperentur, & ſimili-
ter non exaudies. Neque hoc facis ad inſipientiam
mihi,ſed potius vt ſapiam quid clamare me velis: non
verbis delictorum ex deſiderio temporalis vitæ, ſed
verbis conuerſionis ad te in vitam æternam. Tu autem
in ſancto habitas,laus Iſrael.) Tu autem in ſancto habi-
tas,& ideo immunda delictorum verba non exaudies.
Geneſ.3.b. Laus videntis te, non eius qui laudem ſuam quæſiuit
in guſtando vetito cibo, vt apertis corporeis oculis
abſcondere ſe conaretur à conſpectu tuo. In te ſpera-
uerunt patres noſtri.) Omnes iuſti ſcilicet,non quęren-
tes ſuam laudem,ſed tuam. Sperauerunt,& eruiſti eos.
Ad te clamauerunt,& ſalui facti ſunt.) Ad te clamaue-
runt,non verbis delictorum à quibus longè eſt ſalus,&
ideo ſalui facti ſunt. In te ſperauerunt,& non ſunt con-
fuſi.) In te ſperauerunt,nec eos fefellit ſpes. Non enim
in ſe illam poſuerunt. Ego autem ſum vermis,& nõ ho-
mo.) Ego autem iam non ex perſona Adam loquens,
al. incarna- ſed ego proprie Ieſus Chriſtus, ſine ſemine † in carne
tus ſum. natus ſum,vt eſſem in homine vltra homines: vt vel ſic
dignaretur imitari humana ſuperbia humilitatẽ meã.
Opprobrium hominum & abiectio plebis.) In qua fa-
ctus ſum opprobrium hominum, ita vt pro conuicio-
Ioan. 9. c. ſo maledicto diceretur, Tu ſis diſcipulus eius: & plebs
me contemneret. Omnes qui conſpiciebant me, ſub-
ſannabant me.) Omnes qui conſpiciebant me, irri-
debant me. Et locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.)
Et locuti ſunt non in corde,ſed in labiis. nam irriden-
ter mouerunt caput, dicentes: Sperauit in Dominum,
eruat eum,ſaluum faciat eum,quoniam vult eum. Hęc
verba erant,ſed in labiis dicebantur. Quoniam tu es
qui extraxiſti me de ventre.) Quoniam tu es qui extra-
xiſti me de ventre,non ſolũ de illo ventre virginali(nã
omnibus hominibus lex iſta naſcendi eſt, vt de ventrę
extrahantur) ſed etiam de ventre Iudaicæ gentis,cuius
tenebris obtegitur,& nondum in lucem Chriſti natus
eſt,quiſquis in carnali obſeruatione ſabbati & circum-
ciſionis cæterorumque talium ſalutem ponit. Spes
mea ab vberibus matris meæ.) Spes mea Deus, non ex
quo vberibus virginis lactari cœpi: nam & ante vti-
que: ſed ab vberibus ſynagogæ, ſicut de ventre dixi,
extraxiſti me, ne carnalem conſuetudinem ſugerem.
In te confirmatus ſum ex vtero.) Ipſe eſt vterus ſynago
gæ qui me non pertulit, ſed iactauit me: non autem
cecidi,quia continuiſti me. De ventre matris meæ.)
Non effecit venter matris meæ vt tanquam paruulus
oblitus eſſem tui. Deus meus es tu, ne diſcedas à me.
Quoniam tribulatio iuxta eſt.) Deus meus ergo es tu,
ne diſcedas à me, quoniã tribulatio iuxta me eſt, nam
eſt in corpore meo. Quoniam non eſt qui adiuuet.)
Quis enim adiuuat, ſi tu non adiuuas? Circumdede-
runt me vituli multi.) Circumdedit me multitudo lu-
xuriantis plebis. Tauri pingues obſederunt me.) Et
principes eius de oppreſſione mea læti, obſederunt
me. Aperuerunt in me os ſuum.) Aperuerunt in me os,
non de ſcripturis tuis, ſed de cupiditatibus ſuis. Sicut
leo rapiens & rugiens.) Sicut leo cuius rapina eſt,quòd Ioan. 19. c.
A apprehenſus † abductus ſum: & rugitus crucifige cru- al. adductus
cifige. Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt om-
nia oſſa mea.) Sicut aqua effuſus ſum,vbi lapſi ſunt per
ſecutores mei: & timore diſperſa ſunt à me firmamen-
ta corporis,hoc eſt Eccleſiæ, diſcipuli mei. Factum eſt
cor meum ſicut cera liqueſcens,in medio vẽtris mei.)
Sapientia mea quæ in ſanctis libris de mę conſcripta
eſt,tanquam dura & clauſa nõ intelligebatur: ſed poſt-
quam ignis meæ paſſionis acceſſit, tanquam liquefa-
cta, manifeſtata & accepta eſt in memoriam Eccleſiæ
meæ. Exaruit velut teſta virtus mea.) Exaruit paſſione
virtus mea: non velut fœnũ,ſed velut teſta quæ fit igne
firmior. Et lingua mea adhæſit faucibus meis.) Et ſer-
uauerunt apud ſe præcepta mea illi per quos locuturus
eram. Et in puluerem mortis deduxiſti me.) Et in im-
pios morti deſtinatos quos tanquam puluerem proii-
cit ventus à facie terræ, deduxiſti me. Quoniam circũ-
dederunt me canes multi. Quoniam circundederunt
B me,non pro veritate, ſed pro conſuetudine, latrantes
multi. Concilium malignantium circundedit me.)
Concilium malignantium obſedit me. Foderunt ma-
nus meas & pedes meos.) Foderunt clauis manus
meas,& pedes. Dinumerauerunt omnia oſſa mea.) Di-
numerauerunt in ligno crucis extẽta omnia oſſa mea.
Ipſi verò conſiderauerunt & conſpexerunt me.) Ipſi
verò,id eſt,non mutati, conſiderauerunt & conſpexe-
runt me. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper ve-
ſtem meam miſerunt ſortem. Tu autem Domine ne Matt.17.d.
longe feceris auxilium tuum à me. Tu autem Domine Ioan.19.e.
non in fine ſeculi ſicut cæteros, ſed ſtatim reſuſcita me.
In defenſionem meã aſpice.) Aſpice ne quid mihi no-
ceant. Erue à framea animam meam.) Erue animam
meam à lingua diſſenſionis. Et de manu canis vnicam
meam.) Et de poteſtate populi ex conſuetudine latrã-
tis Eccleſiam meam. Saluum me fac de ore leonis.)
C Saluum me fac de ore regni ſecularis. Et à cornibus
vnicornium humilitatem meam.) Et à ſublimitatibus
ſuperborum ſe ſingulariter erigentium, conſorteſque
non ferentium, ſaluam fac humilitatem meam. Narra-
bo nomen tuum fratribus meis.) Narrabo nomen tuũ
humilibus,& ſe inuicem diligentibus ſicut à me dilecti Heb.2.a.
ſunt,fratribus meis. In medio eccleſiæ cantabo te.) In
medio eccleſiæ gaudens prædicabo te. Qui timetis
Dominum,laudate eum.) Qui timetis Dominum, no-
lite quærere laudem veſtram, ſed ipſum laudate. Vni-
uerſum ſemen Iacob magnificate eum.) Vniuerſum
ſemen eius cui maior ſeruiet,magnificate eum. Timeat
eum omne ſemen Iſraël.) Timeant eum omnes ad no-
uam vitam nati,& ad viſionem Dei reparati. Quoniam
non ſpreuit neque deſpexit precem pauperis.) Quo-
niam non ſpreuit precem, non illius qui verbis deli-
ctorum clamans ad Deum vitam vanam tranſire nole-
D bat, ſed precem pauperis non tumẽtis in pompis trãſ-
euntibus. Neque auertit faciem ſuam à me.) Sicut ab
illo qui dicebat: Clamabo ad te,nec exaudies. Et cùm
clamarem ad eum,exaudiuit me. Apud te laus mea.)
Non enim laudem meam quæro, quia tu mihi es laus,
qui in ſancto habitas: & iam ſanctum te deprecantem
exaudis laus Iſraël. In Eccleſia magna confitebor ti-
bi.) In Eccleſia orbis terrarum confitebor tibi. Vota
mea reddam coram timentibus eũ.) Sacramenta cor-
poris & ſanguinis mei reddam coram timentibus eũ.
Edent pauperes & ſaturabuntur.) Edent humiles &
contemptores ſeculi, & imitabuntur. Ita enim nec
copiam huius ſeculi concupiſcent, nec timebunt ino-
piam. Et laudabunt Dominum qui requirunt eum.)
Nam

Nam laus Domini eſt eructatio ſaturitatis illius. Viuẽt
corda eorum in ſeculum ſeculi.) Nam cibus ille cordis
eſt. Commemorabuntur & conuertentur ad Dominũ
vniuerſi fines terræ.) Commemorabuntur: exciderat
enim Deus gentibus mortaliter natis & in exteriora
tendentibus, & conuertentur ad Dominum vniuerſi
fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ
patriæ gentium.) Et adorabunt in conſcientiis ſuis v-
niuerſæ patriæ gentium. Quoniam Domini eſt regnũ,
& ipſe dominabitur gentium.) Quoniam Domini eſt
regnum non ſuperborum hominum: & ipſe domina-
bitur gentium. Manducauerunt & adorauerũt omnes
diuites terræ.) Mãducauerunt corpus humilitatis Do-
mini ſui etiam diuites terræ, nec ſicut pauperes ſatura-
ti ſunt vſque ad imitationem,ſed tamen adorauerunt.
In conſpectu eius procident vniuerſi qui deſcendunt
in terram.) Solus enim videt quomodo procidant vni-
uerſi qui cæleſtem conuerſationem deſerentes,in terra
eligunt beati apparere hominibus,non videntibus rui-
nam eorum. Et anima mea ipſi viuet.) Et anima mea
quæ in contemptu ſeculi huius quaſi mori videtur ho-
minibus,non ſibi,ſed ipſi viuet. Et ſemen meum ſeruiet
illi.) Et opera mea vel per me credentes in eum ſeruiẽt
illi. Annunciabitur Domino generatio ventura.) An-
nunciabitur in honorem Domini generatio noui Te-
ſtamenti. Et annunciabunt cæli iuſtitiam eius.) Et
annunciabunt Euangeliſtæ iuſtitiam eius. Populo qui
naſcetur quem fecit Dominus.) Populo qui naſcetur
ex fide Domino.

Præfatio in ſecundam expoſitionem eiuſdem Pſalmi.

QVOD taceri Deus noluit per ſcripturas ſuas, nec
à nobis tacendum eſt,& à vobis audiendum. Paſ-
2. Pet. 3.d. ſio Domini ſicut ſcimus, ſemel facta eſt: ſemel enim
Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. Et ſcimus &
certum habemus & fide immobili retinemus, quia
Rom. 6.b. Chriſtus reſurgens à mortuis,iã non moritur,& mors
ei vltrà non dominabitur. Verba iſta Apoſtoli ſunt: tũ
ne obliuiſcamur quod factum eſt ſemel, in memoria
noſtra ſemel omni anno fit. Quotiens paſcha celebra-
tur,nũquid totiẽs Chriſtus moritur? Sed tamẽ anniuer
ſaria recordatio quaſi repſentat quod olim factũ eſt, & ſic
al. moueri. nos facit † moueri tanquã videam* in cruce pendentẽ
Dominum,non tamen irridentes,ſed credentes. Pen-
dens enim in ligno irriſus eſt, ſedens in cælo adoratur.
An fortè adhuc irridetur, & iam non eſt iraſcendũ Iu-
dæis,qui vel morientem deriſerunt, non regnantem?
Et quis eſt qui Chriſtum adhuc irrideat? Vtinam vnus
eſſet,vtinam duo,vtinam numerari poſſent. Tota palea
areæ ipſius irridet eum, & gemit triticum irrideri Do-
minum. Hoc volo gemere vobiſcum. Tẽpus eſt enim
Matth.3.d. lugendi. Paſſio Domini celebratur: tempus gemendi
eſt,tempus flendi,tempus cõfitendi & deprecandi. Et
quis noſtrûm eſt idoneus ad effundendas lachrymas
pro dignitate doloris tãti? Sed quid modò ait Prophe-
Hier 9.a. ta? Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem
lachrymarum? Si verè fons lachrymarum eſſet in ocu-
InDonatiſtas. lis noſtris, nec ipſe ſufficeret. Irrident Chriſtum in re
aperta,in ea re vbi nemo poteſt dicere, Non intellexi.
Poſſidenti enim vniuerſum orbem terrarum, pars of-
fertur: & dicitur ſedenti ad dexteram patris, ecce quid
hic habes? & pro tota terra oſtenditur illi ſola Africa.
Verba quæ modò audiuimus fratres,vbi ponimus? Si
Matt.26.a. poſſent de lachrymis ſcribi deberent. Quæ fuit mulier
quæ intrauit cum vnguento? Cuius typum portabat?
Nónne eccleſiæ? Cuius figura erat illud vnguẽntum?
2. Cor.2.d. Nónne odoris boni, de quo dicit Apoſtolus, Chriſti
bonus odor ſumus in omni loco? Ipſius enim Eccleſiæ
inſinuabat perſonam & Apoſtolus. Et quod dixit ſu-
mus,fidelibus dixit. Et quid dixit? Chriſti bonus odor
ſumus in omni loco. In omni loco dixit Paulus Chriſti
A bonum odorem eſſe omnes fideles,& cõtradicitur: &
dicitur,Africa ſola bene olet,totus mũdus putet. Chri-
ſti bonus odor ſumus in omni loco: quis dicit? Eccle-
ſia. Hunc bonũ odorem ſignificabat illud vas vnguẽti
quo perfuſus eſt Dominus. Videamus ſi non eũ atteſta-
tur ipſe Dominus. Dum quidã ſua quęrentes, auari,fu-
res,id eſt,Iudas ille diceret de illo vnguento: Vt quid Marc.14.a. Matt.26.a.
iſta perditio? poterat res iſta pretioſa venundari ma-
gno,& proficeret pauperibus. Odorem enim bonum
Chriſti vẽdere volebat. Quid reſpondebat Dominus?
Vt quid moleſti eſtis mulieri? Bonum opus operata eſt
in me. Et quid amplius dicam,quando ipſe dixit: Vbi- Matt.16.b
cunque autẽ prædicabitur hoc Euangeliũ in toto mũ-
do,dicetur & quod fecit mulier iſta? Eſt quod addere?
eſt quod detrahere? eſt quare aurem calumniantib. ac-
commodare? Aut mentitus eſt Dominus, aut fefellit
illum? Eligãt quid dicant,aut mentitam dicant verita-
B tem,aut deceptã dicant veritatem: vbicunq; prædica-
bitur hoc Euãgeliũ. Et quaſi quæreres ab eo. Vbi enim
prædicabitur? In toto mundo,inquit. Pſalmum audia-
mus,videamus ſi hoc dicit. Audiamus quod plangendo
cantatur, & verè digna res planctu quando cantatur
ſurdis. Miror fratres ſi hodie Pſalmus iſte legitur & in
parte Donati. Rogo vos fratres mei,confiteor vobis,
nouit Chriſti miſericordia,quia ſic miror quaſi lapidei
ibi ſint, & non audiant. Quid apertius ſurdis dicitur?
Paſsio Chriſti tam euidẽter quaſi Euangelium recite-
tur,& dictum eſt antè neſcio quot annos quàm Domi
nus de Maria virgine naſceretur, præco erat nuncians
iudicem futurum. Legamus illum quantum anguſtia
temporis patitur,non pro affectu doloris noſtri,ſed,vt
dixi,quantum anguſtia temporis patitur.

Expoſitio ſecunda.

DEVS Deus meus reſpice me: quare me dereli-
quiſti?) Iſtum verſum primũ in cruce audiuimus,
vbi Dominus dixit: Eli,eli,quod eſt Deus meus, Deus Matt.27.g.
meus: lamma azabactani? quod eſt, quare me dereli-
C quiſti? Interpretatus eſt illud Euangeliſta,& dixit eum
Hebraicè dixiſſe: Deus meus,Deus meus,quare me de
reliquiſti? Quid voluit dicere Dominus? Nõ enim de-
reliquerat illũ Deus cũ ipſe eſſet Deus, vtiq; filius Dei
Deus,vtique verbũ Dei Deus. Audi à capite illũ Euã-
geliſtã qui eructabat quod biberat de pectore Domini,
videamus ſi Deus eſt Chriſtus, In principio erat verbũ, Ioan.13.a.c
& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbũ. Ipſum
ergo verbum quod Deus erat, caro factum eſt, & ha- Ioan.1.a.
bitauit in nobis. Et cùm verbum Deus factũ eſſet ca-
ro, pendebat in cruce & dicebat: Deus meus, Deus
meus,reſpice me,quare me dereliquiſti? Quare dicitur,
niſi quia nos ibi eramus, niſi quia corpus Chriſti Ec- Epheſ.1.d.
cleſia? Vt quid dixit,Deus meus,reſpice me: quare me
dereliquiſti: niſi quodammodo intentos nos faciens Matt.27.g
& dicens,Pſalmus iſte de me ſcriptus eſt? Longè à ſa-
lute mea, verba delictorum meorum.) Quorum de-
D lictorum, de quo dictum eſt: Qui peccatum non fecit, 1.Pet.2.d.
nec inuentus eſt dolus in ore eius? Quomodo ergo Eſaiæ.53.c.
dicit,delictorum meorũ: niſi quia pro delictis noſtris
ipſe precatur, & delicta noſtra ſua delicta fecit, vt iu-
ſtitiam ſuam noſtram iuſtitiam faceret? Deus meus
clamabo ad te per diem,& non exaudies, & nocte, &
non ad inſipientiam mihi.) Dixit vtique de me, de te,
de illo. Corpus enim ſuum gerebat, id eſt Eccleſiam. Epheſ.1.d.
Niſi fortè putatis fratres, quia quãdo dixit Dominus:
Pater ſi fieri poteſt,tranſeat à me calix iſte, mori time-
bat. Non eſt fortior miles, quã imperator. Sufficit ſer- Matt.26.d.

Matth.10.c Philip.1.d. uo vtfit ſicut dñs eius. Paulus dicit miles regis Chriſti: Compellor è duobus, concupiſcentiã habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Ille optat mortem vt ſit cùm Chriſto, & ipſe Chriſtus timet mortem? Sed quid niſi infirmitatem noſtram portabat, & pro his qui adhuc timent mortem in corpore ſuo conſtitutus, iſta dicebat? Inde erat illa vox, membrorum ipſius vox erat, nõ capitis, ſicut hic, per diem clamaui, & non exaudies. Multi enim clamant in tribulatione, & non exaudiuntur: ſed ad ſalutem, non ad inſipientiã. Clamauit Paulus vt auferretur ab eo ſtimulus carnis, & non eſt exauditus, vt auferretur: & dictum eſt ei, Sufficit tibi gratia
2.Cor.12.b mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Ergo nõ eſt exauditus, ſed non ad inſipientiam, ſed ad ſapientiam: vt intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento poſitus vreris, fecaris, clamas: non audit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſraël.) In illis habitas quos ſanctificaſti, & quos facis intelligere: quia ad vtilitatem quoſdam non exaudis, &
2.Cor.12.b ad damnationem quoſdam exaudis. Ad vtilitatem nõ eſt exauditus Paulus, ad damnationem exauditus eſt diabolus. Petiit Iob ad tentandum, & conceſſum eſt.
Iob.1.b. Dæmones petierunt ſe ire in porcos, & exauditi ſunt.
Matt. 8, d. Dæmones exaudiuntur, Apoſtolus non exauditur. Sed illi exaudiuntur ad damnationem, Apoſtolus non exauditur ad ſalutem: quia non ad inſipientiam mihi. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſraël. Quare non exaudis & tuos? Quare dico iſta? Mementote ſemper dici, Deo gratias: & magna eſt hic multitudo, & qui non ſolent venire, venerunt. Omnibus dico, quia in tribulatione poſitus Chriſtianus probatur, ſi non derelinquit Deum ſuum. Nã quãdo bene eſt homini, deſertus eſt ſibi Chriſtianus. Ignis intrat in fornacem, & fornax aurificis magni ſacramẽti res eſt. Ibi eſt aurum, ibi eſt palea, ibi ignis in anguſto operatur. Ignis ille nõ C eſt diuerſus, & diuerſa agit, paleam in cinerem vertit, auro ſordes tollit. In quibus autem habitat Deus, vtiq; in tribulatione meliores fiunt tanquam aurum probati. Et ſi fortè perierit inimicus diabolus, & conceſſum illi fuerit: ſiue aliquo dolore corporis, ſiue aliquo damno, ſiue amiſſione ſuorum, fixum cor habeat in illo qui ſe non ſubtrahit, & ſi quaſi ſubtrahit aurem ploranti, ſed apponit miſericordiam deprecanti. Nouit quid agat qui nos fecit, nouit & reficere nos. Bonus eſt ſtructor qui ædificauit domum: & ſi aliquid ibi ceciderit, nouit reſarcire. Et vide quid dicat. In te ſperauerũt patres noſtri, ſperauerunt, & eruiſti eos.) Et nouimus & legimus quàm multos patres noſtros ſperantes in ſe e-
Exod.18.b. ruit Deus. Eruit ipſum populum Iſraël de terra Ægypti: eruit tres pueros de camino ignis: eruit Danielem
Dan.3.g. Dan.14.g. de lacu leonum: eruit Suſannam de falſo crimine: oẽs
Dan.13.g. D inuocauerunt, & eruti ſunt. Nunquid deſecit ad filium ſuum, vt in cruce pendentem non exaudiret? Quare autem ipſe non eruitur modò qui dixit: In te ſperauerunt patres noſtri, & eruiſti eos. Ego autem ſum vermis, & non homo.) Vermis, & non homo. Nam eſt & homo vermis, ſed ille vermis, & non homo. Vnde non homo? Quia Deus. Quare ergo ſic ſe abiecit vt diceret vermis? An quia vermis de carne ſine concubitu naſcitur, ſicut Chriſtus de Maria virgine? Et vermis, & tamen non homo. Quare vermis? Quia mortalis, quia de carne natus, quia ſine concubitu natus. Quare non
Ioan.1.a homo? Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Opprobrium hominum & abiectio plebis.) Videte quanta paſſus eſt. Iam vt dicamus paſſionem, & ad illam maiori gemitu A veniamus: videte quanta modò patitur, & deinde videte quare. Quis enim fructus? Ecce ſperauerunt patres noſtri, & eruti ſunt de terra Ægypti. Et ſicut dixi, tam multi inuocauerunt: & ſtatim ad tempus, non in futura vita, ſed continuò liberati ſunt. Ipſe Iob diabolo petenti conceſſus eſt, putreſcens vermibus: tamẽ Iob.1.b. in hac vita recuperauit ſalutẽ, dupla accepit quæ perdiderat. Dominus autem flagellabatur, & nemo ſubueniebat: ſputis deturpabatur, & nemo ſubueniebat: Matt.27.c. colaphis cædebatur, & nemo ſubueniebat: ſpinis coronabatur, nemo ſubueniebat: leuabatur in ligno, nemo eruit, clamat, Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquiſti: non ſubuenitur. Quare fratres mei? quare? Qua mercede tanta paſſus eſt? Omnia iſta quæ paſſus Pſal.28. eſt, pretium eſt. Cuius rei pretio tanta paſſus eſt, recitemus, videamus quæ dicat. Primũ quæramus quæ paſſus ſit, deinde quare: & videamus quàm ſint hoſtes Chriſti, qui confitentur, quia tãta paſſus eſt, & tollunt B quare. Hinc audiamus totum in iſto Pſalmo: & quæ paſſus ſit, & quare. Tenete iſta duo, quid & quare. Modò ipſum quid explicem. Nõ ibi immoremur, & meiº ad vos peruenijũt ipſa verba Pſalmi. Videte quæ paritur Dominus, attendite Chriſtiani: Opprobrium hominũ & abiectio plebis. Omnes qui videbant me, ſubſannabant me, locuti ſunt labiis & mouerunt caput. Sperauit in Dominum, eruat eum, ſaluum faciat eum quon am vult eum.) Sed quare dicebant iſta? Quia homo factus erat, dicebant tanquam in hominem. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre.) Nunquid dicerent talia in illud quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum? Verbum enim illud per quod facta ſunt omnia, nõ extractũ eſt de vẽtre, niſi quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quoniam tu extraxi- Ioan.1.b. ſti me de ventre. Deus meus ab vberibus matris meę.) Nam ante ſecula pater meus, ab vberibus matris meæ Deus meus. In te iactatus ſum ex vtero.) Id eſt, vt mihi tu ſolus eſſes ſpes, iam tanquam homo, iam tanquã infirmus, iã verbũ caro factũ eſt. De ventre matris meæ Deus meus es tu.) Nõ de te Deus meus: nã de te pater meus, ſed de ventre matris meę, Deus meus. Ne diſcedas à me. Quoniam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuuet.) Videte deſertum, & væ nobis ſi ipſe nos deſerat: quoniam non eſt qui adiuuet. Circũdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.) Populus & principes. Populus, vituli multi: principes, tauri pingues. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiẽs & rugiens.) Audiamus rugitum ipſorum in Euangelio, Crucifige crucifige. Sicut aqua effuſus ſum, & diſ- Ioan.19.a. perſa ſunt omnia oſſa mea.) Oſſa ſua, firmos ſuos dicit: Oſſa enim firma ſunt in corpore. Quando diſperſit oſſa ſua? Quãdo dixit illis, Ecce ego mitto vos velut agnos Matt.10.b. in medio luporum. Firmos ſuos diſperſit, & ſicut aqua effuſus eſt. Aqua enim quando effunditur, aut abluit, aut irrigat. Effuſus eſt Chriſtus ſicut aqua, abluti ſunt ſordentes, rigatæ ſunt mentes. Factum eſt cor meũ tãquã cera liqueſcens, in medio ventris mei.) Ventrẽ ſuũ dicit, infirmos in eccleſia ſua. Quomodo cor ipſius factũ eſt ſicut cera? Cor ipſius ſcriptura ipſius, id eſt, ſapientia ipſius quæ erat in ſcripturis. Clauſa enim erat ſcriptura, nemo illam intelligebat. Crucifixus eſt Dominus, & liquefacta eſt ſicut cera, vt omnes infirmi in- Matt.27.f. telligerent ſcripturam. Nam inde & velum tẽpli ſciſſum eſt: quia quod velabatur, reuelatũ eſt. Exaruit velut teſta virtus mea.) Magnificè quod dixit, firmũ factũ eſt nomẽ meũ de tribulatione. Quomodo enim teſta ante ignem mollis eſt, poſt ignem fortis: ſic Domini nomen ante paſſionem contemnebatur, poſt paſſionẽ honorificatur. Et lingua mea adhæſit faucibus meis; Quomodo

Quomodo membrum illud in nobis non valet niſi ad loquendum: ſic prædicatores ſuos linguam ſuam dixit adhæſiſſe faucibus ſuis, vt de interioribus eius caperent ſapientiam. Et in puluerem mortis deduxiſti me. Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium circundedit me.) Etiã videte Euãgelium. Foderũt manus meas & pedes meos.) Tũc facta ſunt vulnera, quorũ vulnerum cicatrices dubitans
Ioan.20.f. diſcipulus cõtrectauit ille qui dixit, Niſi miſero digitos meos in cicatrices vulnerum eius, non credam: quãdo ei dixit, Veni mitte manum tuam incredule: & miſit manũ ſuã, & clamauit, Dominus meus & Deus meus. Et ille, Quia vidiſti me, credidiſti: beati qui non vident & credunt. Foderunt manus meas & pedes meos. Dinumerauerũt omnia oſſa mea.) Quãdo pẽdens extentº erat in ligno. Non potuit melius deſcribi extenſio corporis in ligno, quam vt diceret, Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi verò conſiderauerũt, & conſpexerũt me.) Conſiderauerunt, & non intellexerunt, cõſpexerunt, & non viderunt. Vſq; ad carnẽ oculos, non vſque ad verbum cor habuerunt. Diuiſerunt ſibi veſtimenta B mea.) Veſtimenta ſua, ſacramenta ipſius. Attẽdite fra-
Matt.27.c. tres. Veſtimẽta ipſius, ſacramẽta ipſius potuerũt diuidi per hæreſes, ſed erat ibi veſtimentũ quod nemo diuiſit. Et ſuper veſtimẽtũ meũ miſerũt ſortẽ.) Erat ibi tunica,
Ioan.19.d. dicit Euãgeliſta deſuper texta. Ergo de cælo, ergo à patre, ergo à ſpiritu ſancto. Quæ eſt iſta tunica, niſi charitas quã nemo poteſt diuidere? Quæ eſt iſta tunica, niſi vnitas? In ipſam ſors mittitur, nemo illã diuidit. Sacramẽta ſibi hæretici diuidere potuerunt, charitatem non diuiſerunt. Et quia diuidere non potuerunt, receſſerũt, illa autem manet integra. Sorte obuenit quibuſdam. Qui habet hãc, ſecurus eſt. Nemo illã mouet de eccle-
Geneſ.8.b. ſia catholica. Et ſi foris illã incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus oliuæ à colũba. Tu autẽ Domine lõgè feceris auxilium tuum.) Et factum eſt. Nã poſt triduũ reſurrexit. In defenſionem meã aſpice. Erue à framea animã meã. Id eſt à morte. Framea cẽ gladius eſt, & per gladiũ mortẽ intelligi voluit. Et de manu canis vnicã meã.) Animã meam, vnicã meã, caput & corpus. Vnicam dixit, eccleſiam. De manu: id eſt, de pote- C ſtate canis. Qui ſunt canes? Qui canino more latrant, nec intelligunt contra quos. Nihil illis fit, & latrant. Quid fecit cani tranſiens viam ſuam? Tamen ille latrat. Qui latrant cæcis oculis, non diſcernẽtes contra quos aut pro quibus canes ſunt. Saluum me fac de ore leo-
1.Pet.5.c. nis.) Leo rugiens noſtis quis ſit, circumiens & quærẽs quem deuoret. Et à cornibus vnicornium humilitatẽ meam. Vnicornes non diceret, niſi ſuperbos: ideo ſubiecit, humilitatem meam. Audiſtis quæ paſſus eſt, & quid orauit, vt eruatur ab iſtis. Attendamus modò quare paſſus eſt. Modò iam videte fratres. Qui non eſt in ea ſorte, propter quã paſſus eſt Chriſtus, quare Chriſtianus eſt? Ecce intelligamus quæ paſſus eſt. Dinumerata ſunt oſſa eius, irriſus eſt, diuiſa ſunt veſtimenta eius, inſuper miſſa eſt ſors ſuper veſtem ipſius, circumdederunt illum furentes & ſæuientes, & diſperſa ſunt omnia oſſa eius, & hic audimus & in Euãgelio legimus. Videamus quare. O Chriſte fili Dei, ſi nolles non patereris, oſtende nobis fructũ paſſionis tuæ. Audi, inquit, fructum. Ego non tacco, ſed ſurdi ſunt homines. Audi, inquit, fructum quare paſſus ſum iſta omnia. Narrabo nomen tuum fratrib. meis.) Videamus ſi in parte narrat nomen Dei fratribus ſuis. Narrabo nomen tuum
Matt.2.c. fratribus meis. In medio eccleſiæ cantabo te.) Fit hoc modo ſi videamus. Ipſa eccleſia quæ eſt? Nam dixit, In medio eccleſiæ cantabo te. Eccleſiam videamus, propter quam paſſus eſt. Qui timetis Dominum laudate eum.) Vbicunque timetur Deus & laudatur, ibi eſt eccleſia Chriſti. Videamus fratres mei, ſi his dieb. per totum orbem terrarum ſine cauſa dicitur, Amen & A Alleluia. Nõ ibi timetur Deus? Nõ ibi laudatur Deus? Exiuit Donatus & ait, Prorſus non timetur, Totus mũdus periit, Sine cauſa dicitur. Totus ergo mundus periit, & modica pars remanſit in Africa. Ergo non dicit aliquid Chriſtus, vnde obturet iſta ora? Non dicit aliquid, vnde eradicet linguas iſta dicentium? Videamus ne fortè inueniamus. Adhuc nobis dicitur, In medio Eccleſiæ: De eccleſia noſtra dicit. Qui timetis Dominum, laudate eum. Videamus ſi illi laudant Dominũ, & intelligamus ſi de ipſis dicit: & ſi in medio eccleſiæ ipſorum laudatur. Quomodo laudant Chriſtum, qui dicunt: Perdidit totum orbem terrarum: diabolus illi totum abſtulit, & in parte ipſe remanſit? Sed videamº, apertiùs dicat, apertiùs loquatur: non ſit quod interpretari, non ſit quod ſuſpicari. Vniuerſum ſemen Iacob magnificate eum.) Fortè adhuc dicũt, nos ſumus ſemen Iacob. Si ſint ipſi, videamus. Timeat eum omne ſemen Iſraël.) Adhuc dicant, nos ſumus ſemen Iſraël. B Permittamus, dicant. Quoniam non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperum.) Quorum pauperum? Non deſe præſumentium. Videamus ſi pauperes ſunt, qui dicunt, nos ſumus iuſti. Chriſtus clamat: Longè à Pſal.21. ſalute mea verba delictorum meorum. Sed adhuc dicant quod volunt. Neque auertit faciem ſuam à me, & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.) Vt quid exauduit? Ad quam rem? Apud te eſt laus mea.) Apud Deum poſuit laudem ſuam, docuit non præſumi in homine. Adhuc dicant quod volunt. Iam quidem cœperunt vri, cœpit propinquare ignis: Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Sed adhuc dicant, & nos apud il- Pſal.18. lum laudem noſtram poſuimus, & nos in nobis nõ præſumimus. Dicant adhuc: In eccleſia magna confitebor tibi.) Iam hic puto, quia cœpit interiora tangere. Eccleſia magna quid eſt, fratres? Nunquid exigua pars orbis terrarum, eccleſia magna eſt? Eccleſia magna, totus orbis eſt. Modò ſi quis velit Chriſto contradicere, dicit nobis, Tu dixiſti, In Eccleſia magna confitebor tibi. Quæ Eccleſia magna? Ad partem Africæ remanſiſſe, C eſt Eccleſia magna. Totum mundum perdidiſti. Effudiſti ſanguinem pro toto, ſed inuaſorem paſſus es. Iſta nos diximus Domino tanquam quærentes, ſcientes tamen quid dicturi. Ponamus nos neſcire quid dicat, nónne nobis reſpondet? Quieſcite, adhuc dico vnde nemo dubitet. Expectemus ergo quid dicturus eſt. Iam ergo volebã pronunciare, & non admittere homines aliud aliquid interpretari, cùm dicat Chriſtus in Eccleſia magna. Et tu dicis, quia in extrema parte remanſit. Et cùm adhuc audent dicere, & noſtra Eccleſia magna eſt, quid tibi videtur & Bagaiæ & Tamugadæ? ſi non dicitur aliquid vnde obmuteſcant, adhuc dicant, quia magna eſt Eccleſia ſola Numidia. Audiamus adhuc Dominum, Vota mea reddam coram timentibus eum.) Quæ ſunt vota ſua? Sacrificium quod obtulit Deo. Noſtis quale ſacrificium? Norunt fideles D vota quæ reddit, coram timentibus eum. Nam ſequitur, Edent pauperes, & ſaturabuntur.) Beati pauperes, quia ideo edunt vt ſaturentur. Edunt enim pauperes. Qui autem diuites ſunt, non ſatiantur, quia non eſuriunt. Comedent pauperes. Inde erat piſcator ille Petrus, inde erat alius piſcator Ioannes & Iacobus frater ipſius, inde erat etiam publicanus Matth.4.c. Matthæus. Matth.9.b. De pauperibus ipſi erant, qui comederunt & ſaturati ſunt, talia paſſi, qualia manducauerunt. Cœnam ſuam dedit, paſſionem ſuam dedit: ille ſaturatur qui imitatur. Imitati ſunt pauperes: ipſi enim

Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentiũ Dominum.) Sic enim nascuntur qui quærunt eum. Quærentium faciem Dei Iacob.) Quærentium faciem Dei, qui posterius nato primatum dedit. Tollite portas principes vestras.) Quicunque principatum in hominibus quæritis, auferte, ne impediant aditus quos vos statuistis cupiditatis & timoris. Et eleuamini portæ æternales.) Et eleuamini aditus æternæ vitæ, renunciationis seculo & conuersionis ad Deum. Et introibit rex gloriæ.) Et introibit rex in quo sine superbia gloriemur: qui superatis portis mortalitatis, & patefactis sibi cælestibus impleuit, quod ait: Gaudete, quoniã ego vici seculum. Quis est iste rex gloriæ?) Pauet admirans natura mortalis & quærit, Quis est iste rex glorię? Dominus fortis & potens.) Quem tu infirmum & oppressum putasti. Dominus potens in bello.) Contrecta cicatrices, & sentiet reparatas: & immortalitati redditam infirmitatem humanam. Perfoluta est quæ debebatur terris, vbi cum morte belligerata est clarificatio Domini. Tollite portas principes vestras.) Hinc iam pergatur in cælum. Ex clamat iterum prophetica tuba, Tollite portas etiam cælestes principis vestri, quas habetis in animis hominum, qui adorant militiam cæli. Et eleuamini portę æternales.) Et eleuamini portæ æternę iustitię, charitatis & castitatis: per quas anima diligit vnum verũ Deũ, & non fornicatur sub multis qui appellãtur dij. Et introibit rex gloriæ.) Et introibit rex gloriæ, vt ad dexterã patris interpellet pro nobis. Quis est iste rex glorię?) Quid & tu princeps potestatis aëris huius miraris & queris, Quis est iste rex glorię? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.) Et vt iam viuificato corpore, supra te pergit ille tentatus, supra omnes angelos tendit, ab angelo preuaricatore ille tentatus. Nemo vestrũm se obiiciat atq; intercludat iter nostrum, vt tanquam Deus colatur nobis: neque principatus, neq; angelus, neq; virtus nos separet à charitate Christi. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principe: vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Sunt quidem istę in huius mundi ordinatione virtutes, sed Dominus virtutum ipse est rex glorię.

Rom. 8. g.
Ephes. 2, 2.
Rom. 8. g.
Psal. 117.

IN PSALMVM XXIIII. ENARRATIO,
In finem, Psalmus ipsi Dauid.

CHRISTVS, sed in persona Ecclesię, loquitur. Nam magis ad populum Christianum, conuersum ad Deum, pertinent quę dicuntur. Ad te Domine leuaui animam meam.) Desiderio spiritali, quę carnalibus desideriis conculcabatur in terra. Deus meus in te confido, non erubescam.) Deus meus ex eo quòd in me confidebam, perductus sum vsque ad istam infirmitatem carnis: & qui deserto Deo sicut Deus esse volui, à minutissima bestiola mortẽ timẽs, de superbia mea irrisus erubui. Iam ergo in te cõfido, non erubescã. Neq; irrideant me inimici mei.) Neque irrideãt me, qui serpentinis atque occultis suggestionibus insidiantes, & suggerentes euge euge, ad hęc deiecerunt. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Confundãtur iniquè facientes vana.) Confundantur iniquè facientes, ad acquirenda quæ trãseunt. Vias tuas Domine notas fac mihi, & semitas tuas edoce me.) Quę non latę sunt, nec multitudinem ad interitũ ducũt: sed angustas & paucis notas semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua.) Errores fugientem. Dirige me in veritate tua, Et doce me.) Et doce me, nam per meipsum non noui, nisi mendacium. Quoniam tu es Deus salutaris meus, & te sustinui tota die.) Neque enim dimissus à te de paradiso, & in longinquam regionẽ peregrinatus, per meipsum redire possum, nisi occurras erranti: Nam reditus meus toto tractu temporis secularis misericordiam tuã sustinuit. Reminiscere miserationũ tuarũ Domine.) Reminiscere operum misericordię tuę Domine, quia tãquam oblitum te homines putant. Et quia misericordiæ tuæ à seculo sunt.) Hoc reminiscere, quia misericordiæ tuæ à seculo sunt. Nũquã enim sine illis fuisti, qui etiam peccantem hominẽ vanitati quidem, sed in spe subiecisti, & tot tantisq; creaturæ tuæ cõsolationib. non deseruisti. Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris.) Delicta cõfidentis audacię meę, & ignorãtię meę, ne ad vindictã reserues: sed tanquam excidant tibi. Secundum misericordiam tuam memor esto mei Deus.) Memor esto quidem mei, non secundum iram qua ego dignus sum: sed secundùm misericordiam tuam quę te digna est. Propter bonitatem tuam Domine.) Non propter meritum meum, sed propter bonitatem tuam Domine. Dulcis & rectus Dominus.) Dulcis est Dominus, quandoquidem & peccãtes & impios ita miseratus est, vt omnia priora donaret: sed etiã rectus est Dominus, qui post misericordiã vocationis & venię, quæ habet gratiam sine meritis, digna vltimo iudicio merita requiret. Propter hòc legẽ statuet delinquẽtib. in via.) Quia misericordiam prerogauit vt perduceret in viã. Diriget mites in iudicio.) Diriget mites, nec perturbabit in iudicio eos qui sequuntur voluntatẽ eius, nec ei resistendo præponunt suam. Docebit mãsuetos vias suas. (Docebit vias suas, non eos qui præcurrere volunt, quasi seipsos melius regere possint: sed eos qui nõ erigũt ceruicẽ, neque recalcitrãt, cùm eis iugũ lenę imponitur & sarcina leuis. Vniuersę viæ Dñi misericordia & veritas.) Quas aũt vias docebit eos, nisi misericordiã qua placabilis, & veritatẽ qua incorruptus est? Quorum vnũ p̃buit donando peccata, alterum merita iudicando. Et ideo vniuersæ viæ Domini, duo aduentus filij Dei, vnus miserantis, alter iudicantis. Peruenit ergo ad eũ tenens vias eius, qui nullis meritis suis se liberatũ videt, deponit superbiam: & deinceps cauet examinãtis seueritatẽ, qui clementiã subuenientis expertus est. Requirentibus testamentũ eius & testimonia eius.) Intelligũt enim Dominũ misericordẽ primo aduentu, & secundo iudicem, qui mites & mãsueti requirunt testamentum eius, cũ sanguine suo nos in nouã vitam redemit: & in prophetis atque Euangelistis testimonia eius. Propter nomen tuũ Domine propitiaberis peccato meo: multũ est enim. Nõ solũ peccata mea donasti, quæ antequam crederẽ admisi: sed & peccato meo quod multum est, quia & in via non deest offensio, sacrificio contribulati spiritus propitiaberis. Quis est homo qui timeat Dominum?) Vnde incipit venire ad sapientiam. Legẽ statuit ei in via quam elegit.) Legem statuit ei in via quã liber apprehendit, ne impune iam peccet. Anima eius in bonis demorabitur, & semẽ eius hæreditate possidebit terrã.) Et opus eius hæreditatem solidã instaurati corporis possidebit. Firmamentũ est Dominus timentium eũ.) Infirmorũ videtur esse timor, sed firmamentum est Dñs timẽtiũ eũ. Et nomẽ Domini quod glorificatum est per orbem terrarũ, firmat timentes eum. Et testamentum ipsius vt manifestetur illis.) Et facit vt testamentum ipsius manifestetur illis, quia hæreditas Christi gentes sunt, & termini terræ. Oculi mei semper ad Dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos.) Nec timeã periculosa & terrena, dum terram non intueor, quoniam ille quem intueor, euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quoniam vnicus & pauper sum ego.) Quoniam vnicus populus, vnicæ Ecclesiæ tuæ seruiens humilitatem, quam nulla schismata vel hæreses tenent. Tribulatio

A
B
C
D
Matth. 11. d
Psal. 24.

bulationes cordis mei multiplicatæ sunt.) Tribulationes cordis mei, abundante iniquitate, & refrigescente charitate multiplicatæ sunt. De necessitatibus meis educ me.) Quoniam hæc tolerare mihi necesse est, vt p̃seuerãs vsq; in finẽ saluus sim, de necessitatibus meis educ me. Vide humilitatem meam & laborem meum.) Vide humilitatem meam, qua nunquam me iactantia iustitiæ ab vnitate abrumpo, & laborem meum, quo indisciplinatos mihi commixtos suffero. Et remitte omnia peccata mea.) Et his sacrificiis propitiatus remitte peccata mea non illa tantum iuuentutis & ignorantiæ meæ antequam crederem: sed etiam ista quæ iam ex fide viuens per infirmitatem vel vitæ huius caliginẽ admitto. Respice inimicos meos, quoniã multiplicati sunt.) Non solum enim foris, sed etiam in ipsa intus Ecclesiæ communione non desunt. Et odio iniquo oderunt me.) Et oderunt me diligentem se. Custodi animam meam & erue me.) Custodi animam meam, ne declinem ad imitationem eorum: & erue me, à perplexitate qua mihi miscentur.) Non cõfundar, quoniam speraui in te.) Non confundar si fortè insurgũt aduersum me: quoniam non in me, sed in te speraui. Innocẽtes & recti adhęserunt mihi: quoniam sustinui te Dñe.) Innocentes & recti, non præsentia corporali miscentur tantum sicut mali, sed consensione cordis in ipsa innocentia & rectitudine adhæserunt mihi: quoniam non defeci vt imitarer malos, sed sustinui te, expectãs ventilationem vltimæ messis tuæ. Redime Deus Israël ex omnibus tribulationibus eius.) Redime Deus populum tuum, quem præparasti ad visionem tuam, ex tribulationibus eius, non tantum quas foris, sed etiã quas intus tolerat.

A
B
C
D
Psal. 138.

IN PSALMVM XXV. ENARRATIO.
Ipsi Dauid.

Ipsi Dauid, non mediatori homini Christo Iesu, sed omni Ecclesiæ iam perfectæ in Christo stabilitæ, attribui potest.

Enarratio prima Psalmi.

IVDICA me Domine, quoniam ego in innocentia mea ambulaui.) Iudica me Domine, quoniã post misericordiã quã tu mihi prærogasti, innocẽtiæ meæ habeo aliquod meritum, cuius viam custodiui. Et in Domino sperans non mouebor.) Nec tamẽ etiã sic in me, sed in Domino sperãs, p̃manebo in eo. Proba me Domine, & tẽta me.) Ne quid tamen occultorũ meorum me lateat, proba me Domine, & tenta me: notum me faciens, nõ tibi quẽ nihil latet, sed mihi atq; hominib. Vre renes meos & cor meũ.) Adhibe medicinale purgatorium, quasi ignem delectationibus & cogitationibus meis. Quoniã misericordia tua ante oculos meos est.) Quoniam ne illo igne cõsumar, non merita mea, sed misericordia tua, qua me ad talem vitam perduxisti, ante oculos meos est. Et complacui in veritate tua.) Et quia displicuit mihi meum mendacium, complacuit autem veritas tua, placui etiã ipsa cum illa & in illa. Nõ sedi cum concilio vanitatis.) Non elegi apponere cor meum, his qui prouidere conantur, quemadmodum, quod fieri nõ potest, rerum transeuntium perfunctione beati sint. Et cum iniqua gerentibus non introibo.) Et quia ipsa causa est omnium iniquitatum, ideo cum iniqua gerentibus, absconditam conscientiam nõ habeo. Odio habui congregationem malignorum.) Vt autem veniatur ad ipsum concilium vanitatis, congregationes malignorum fiunt quas odio habui. Et cum impiis non sedebo.) Et ideo cum tali concilio cũ impiis non sedebo, id est, placitum non collocabo: & cũ impiis non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas. Munda faciã inter innocentes opera mea: lauabo inter innocentes manus meas, quibus amplexabor sublimia tua. Et circumdabo altare tuum Domine. Vt audiam vocem laudis tuæ.) Vt discam quemadmodũ te laudem. Et enarrem vniuersa mirabilia tua.) Et cùm didicero exponam omnia mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuæ.) Ecclesiæ tuæ. Et locum habitationis gloriæ tuæ.) Vbi habitans glorificaris. Ne perdas cum impiis animam meã.) Ne ergo simul perdas cum his qui te oderunt animam meã, quæ dilexit decorem domus tuæ. Et cum viris sanguinum vitam meam.) Et cùm his qui proximum oderunt. Nam duobus præceptis decoratur domus tua. In quorum manibus iniquitates sunt.) Ne itaque me perdas cum impiis & cùm viris sanguinum, quorum opera iniqua sunt. Dextera eorum repleta est muneribus.) Et quòd eis ad obtinendam salutem æternam datum est, ad accipienda huius seculi munera conuerterunt: existimãtes quæstum esse pietatem. Ego autem in innocentia mea ambulaui, redime me, & miserere mei.) Valeat mihi ad perfectionem liberationis, tantum pretium sanguinis Domini mei: & in periculis huius vitę, misericordia tua non deserat me. Pes meus stetit in rectitudine.) Dilectio mea non recessit à iustitia tua. In ecclesiis benedicam te Domine.) Non occultabo eis quos vocasti benedictionem tuam Domine, quoniam dilectioni tuæ subinfero proximi dilectionem.

Præfatio in secundam enarrationem eiusdem Psalmi.

PAVLVS Apostolus cum legeretur, audiuit nobiscum sanctitas vestra: sicut est, inquit, veritas in Iesu, deponite vos secundùm priorem conuersationem veterem hominem, eum qui corrumpitur secundùm concupiscentias deceptionis: renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ne aliquis arbitretur deponendam esse aliquam substantiam, quemadmodum se expoliat tunica: aut aliquid forinsecus accipiendum, quomodo accipit aliquis vestimentum, quasi ponens vnam tunicam & sumens alteram: & carnalis iste intellectus non permitteret homines agere in se intus spiritaliter quod præcipiebat Apostolus: secutus est & exposuit quid esset, Exuite veterem hominem, & induite nouum. Cætera enim lectionis ipsius ad eundem intellectum pertinent. Ait quippe quasi dicenti, & quomodo me exuturus sum veterem, aut quomodo induturus sum nouum? An ipse tertius homo sum depositurus veterem hominem, quem habui, & accepturus nouum, quem non habui: vt tres homines intelligantur, & sit in medio qui deponit veterem hominem, & accipit nouum? Ne ergo quisquam tali carnali cogitatione impeditus, minus faceret † quàm iubetur, & non faciens excusaret se de obscuritate lectionis, dicit in consequentibus, Quapropter deponentes mendacium, loquimini veritatem. Et ecce hoc est deponere veterem hominem, & induere nouum. Quapropter deponentes mendacium, loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo: quia sumus inuicem membra. Ne autem quisquam vestrũm ita cogitet fratres, cum Christiano loquendam veritatem & cum pagano mendacium, cum proximo iubemur loqui veritatem: proximus tuus ille est, qui tecum natus est ex Adam & Eua. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis: sed aliter fratres illa spe cælestis hæreditatis. Proximum tuum debes putare omnem hominem, & antequam fit Christianus. Non enim nosti quid sit apud Deum, quomodo illum præsciuerit Deus ignoras. Aliquando quem irrides adorantem lapides, conuertitur &

Ephes. 4. 6.
al. quod.

adorat Deum, fortasse religiosiùs, quàm tu qui cũ paulò antè irrideb as. Sunt proximi nostri, latentes in his hominibus, qui nondum sunt in Ecclesia: & sunt lõgè à nobis latentes in Ecclesia. Ideóque quia non scimus futura, vnumquẽque proximum habemus, non solum conditione mortalitatis humanæ qua in hanc terram eadem sorte deuenimus: sed etiã spe illius hæreditatis, quia non scimus quid futurus sit qui modò nihil est. Ergo attendite cætera in induendo nouum hominem & exuẽdo veterem. Deponentes, inquit, mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quia sumus inuicem mẽbra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Intelligitur quidem secundũ tempus fratres: quia etsi ex ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis quã portamus surripit ira Christiano, non debet diu teneri & fieri pridiana. Eiice illã de corde antequam occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux illa inuisibilis. Sed & aliter bene intelligitur, quia est noster sol iustitiæ veritas Christus, non iste sol qui adoratur à Paganis & Manichæis, & videtur etiam à peccatoribus: sed ille alius cuius veritate humana natura illustratur, ad quem gaudent angeli. Hominũ enim infirmitate acies cordis, & si trepidant sub radiis eius, ad eum tamen contemplandum per mandata purgantur. Cùm cœperit iste sol in homine habitare per fidẽ, non tantum in te valeat iracundia quæ in te nascitur, vt occidat super iracundiam tuam: id est, deserat Christus mentem tuam, quia non vult habitare Christus cũ iracundia tua. Videtur enim quasi ipse à te occidere, cũ tu ab ipso occidas: quia ira cùm inueterauerit, odiũ fit, cùm factum fuerit odium, iã homicida es. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est, sicut dicit Ioãnes Apostolus. Item ipse dicit, quia omnis qui odit fratrẽ suum, in tenebris manet. Et non mirum si ille in tenebris manet, à quo occidit sol. Ad hoc fortè etiam pertinet quod audistis in Euangelio, Periclitabatur nauigium in stagno, & dormiebat Iesus. Nauigamus enim per quoddam stagnum, & ventus & procellæ non desunt: tentationibus quotidianis huius seculi propè † completur nostrum nauigiũ. Vnde autem fit, nisi quia dormit Iesus? Si non dormiret in te Iesus, tempestates istas non patereris: sed tranquillitatem haberes interius, conuigilante tecum Iesu. Quid est autem dormire Iesum? Fides tua quæ est de Iesu, obdormiuit. Surgunt procellæ stagni huius, vides malos florere, bonos laborare, tẽtatio est, fluctus est. Et dicit anima tua, O Deus, ipsa est iustitia tua vt mali floreant, boni laborent? Dicis Deo, ipsa est iustitia tua? Et deus tibi, ipsa est fides tua? Hæc enim tibi promisi? ad hoc Christianus factus es, vt in seculo isto floreres, & in futuro postea in inferno miserrimè torquereris? Quia hic mali florent, qui cum diabolo postea torquebuntur. Sed vnde hoc dicis? Vnde fluctibus stagni & tempestate turbaris? Quia dormit Iesus, id est, quia fides tua quæ est de Iesu, sopita est in corde tuo. Quid facis vt libereris? Excita Iesum & dic, Magister, perimus. Mouent enim incerta stagni: perimus. Euigilabit ille, id est, redit ad te fides tua, & adiuuante illo, cõsiderabis in anima tua, quia quæ dãtur modò malis, non cum illis perseuerabunt. Aut enim viuentes eos deserunt, aut à morientibus deseruntur. Tibi autem quod promittitur, manebit in æternũ: illis quod temporaliter conceditur, citò tollitur: Floruit enim vt flos fœni. Omnis enim caro fœnũ. Aruit fœnum, & flos decidit, verbum autẽ Domini manet in æternum. Pone ergo dorsum ad id quod cadit, & faciẽ ad illud quod manet. Euigil ante Christo iam tempestas illa non quatiet cor tuum, non opplebunt fluctus nauim tuã: quia fides tua imperat ventis & fluctib. & transiet periculum. Ad hoc enim pertinet fratres totũ id quod dicit Apostolus, de exuendo veterem hominem. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Neque locum detis diabolo. Vetus ergo dabat locum, nouus non det. Qui furabatur, iam non furetur. Vetus ergo furabatur, nouus non furetur. Ipse homo est, vnus homo est. Adã erat, Christus sit. Vetus erat, nouus sit, & cætera quæ ibi sequuntur. Sed Psalmũ videamus paulò diligentiùs, quia cùm quisque profecerit in Ecclesia, necesse est patiatur malos in Ecclesia. Sed non eos cognoscit qui talis est, quãquam multi mali murmurent aduersus malos: quomodo faciliùs vnus sanus fert duos ægrotos, quàm duo ęgroti se inuicem singulos. Itaque hoc præcipimus fratres, Area est ecclesia huius temporis, sæpe diximus, sępe dicimus, & paleam habet & frumentum. Nemo quærat exire totam paleã, nisi tempore ventilationis. Nemo ante tempus ventilationis deserat aream, quasi dum non vult pati peccatores: ne præter aream inuẽtus, priùs ab auibus colligatur, quã ingrediatur in horreum. Quomodo autem hoc fratres dicamus attẽdite. Grana cũ cœperint triturari, inter paleas iam se nõ tãgunt, ita quasi se non nouerunt, quia intercedit palea. Et quicunque longiùs attendit aream, paleam solam putat: nisi diligentiùs intueatur, nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, id est, flatu purgante discernat, difficile peruenit ad discretionem granorum. Ergo aliquando & ipsa grana ita sunt quasi seiuncta ab inuicem, & non se tangentia, vt putet vnusquisque cùm profecerit ęo solus sit. Hæc cogitatio fratres Heliam tentauit tantũ virum, & dixit ad Deum, sicut etiam Apostolus commemorat, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego remansi solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Non dixit ei, habes alios duos aut tres similes tibi: Noli, inquit, putare te solum. Alia, inquit, septem millia sunt, & solum te putas? Itaque hoc breuiter præcipimus, vt dicere cœperam. Intendat mecũ fraterna sanctitas vestra, & assit misericordia Dei in cordibus nostris, vt sic à vobis intelligatur, vt fructificet, & in vobis operetur. Audite breuiter, quisquis adhuc malus est, non putet neminem bonum esse: quisquis bonus est, non putet se solum bonum esse. Tenetis hoc, Ecce repeto, videte quia dico, quisquis malus est, interrogans conscientiam suam, & malè sibi renũciãs, non arbitretur neminem bonum esse. Quisquis bonus est, non arbitretur se solum bonum esse, & non timeat bonus in cõmixtione malorum, quia veniet tempus vt inde segregetur. Ad hoc enim hodie cantauimus, Ne perdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Quid enim est, Ne cum impiis cõperdas? Ne simul perdas. quare timet ne simul perdat? Video enim dictum Deo, quia modò simul nos pateris. Quos pateris simul, noli perdere simul. Et hoc habet totus Psalmus, quem volo breuiter cum sanctitate vestra considerare, quia breuis est.

Psal. 4. — Ephes. 4.f. — Ephes. 4.f. — 1. Ioan. 3.c. — 1. Ioan. 2.b — Matth. 8.c. — al. oppletur. — Matth. 8.c. — Esaiæ 40.b

A B C D

Enarratio secunda.

IVDICA me Domine.) Molesta vota & quasi periculosa, optat sibi vt iudicetur. Quid est iudicari, quod optat: Discerni se optat à malis. Alio loco cuidenter dicit de ipso iudicio discretionis, Iudica me Domine, & discerne causam meam de gente non sancta. Ostendit quid dixerit iudica: ne tanquam sine iudicio, quia boni & mali modò intrant in Ecclesiam, & boni & mali eant in ignem æternum. Iudica me Domine,

Ephes. 4.f. — 3. Reg. 19.d — Rom. 11.a — Psal. 25. — Psal. 42.

Domine. Quare? Quoniam ego in innocentia mea ambulaui, & in Domino sperans nõ mouebor.) Quid est in Domino sperans? Ille enim titũbat inter malos, qui non in Domino sperat. Hinc factũ est vt schismata fierent. Trepidauerunt inter malos cũ ipsi peiores essent, & quasi nollent esse boni inter malos. O si frumenta essent, vsque ad tempus ventilationis paleam in area tolerarent. Sed quia palea erant, flauit ventus ante ipsam ventilationem, & rapuit de area paleam, & proiecit in spinas. Et palea quidem inde proiecta est. Sed nunquid quod remansit frumentum solum est? Non volat ante ventilationem nisi palea, remanet autem & nunc frumentum & palea. Ventilabitur verò palea cùm venerit tempus ventilationis. Hoc dixit iste, In innocẽtia mea ambulaui, & in Domino sperans nõ mouebor. Si enim speruero in homine: visurus sum fortasse ipsum hominem aliquando malè viuentem, nec eas vias tenentem, quas vel didicit vel docet in Ecclesia bonas, sed quas diabolo docente sectatus est. Sed quia spes mea in hoc erit, titubante homine titubabit spes mea, & cadente homine cadit spes mea. Quia verò in Domino sperans non mouebor, sequitur, Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos & cor meum.) Quid est, vre renes meos & cor meum? Vre delectationes meas, vre cogitationes meas. Cor pro cogitationibus, renes pro delectationib. posuit: ne aliquid mali cogitẽ, ne aliquid mali me delectet. Vnde autem vris renes meos? Igne verbi tui. Vnde vris cor meum? Calore spiritus tui. De quo calore alibi dicitur, Et non est qui se abscondat à calore eius. Et de quo igne Dũs dicit, Ignem veni mittere in terram. Ergo sequitur, Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & cõplacui in veritate tua.) Hoc est, nõ in nomine complacui, sed intus complacui tibi vbi tu vides: & non timeo si displiceam vbi homines vident, sicut ait Apostolus, Opus autem suũ probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum habebit gloriam, & non in altero. Non sedi, inquit, cum concilio vanitatis.) Hoc quid est, nõ sedi, intendat sanctitas vestra. Quomodo videt Deus, dicit, non sedi. Aliquando non es in concilio, & ibi sedes. Verbi gratia, si in theatro non sedes, sed cogitas theatrica, contra quæ dictũ est, Vre renes meos: ibi sedes corde, quamuis non sis ibi corpore. Cõtingat autẽ vt tenearis ab aliquo & ibi colligeris, aut aliquod officiũ pium faciat te ibi sedere. Quomodo potest hoc euenire? Contingit ex officio pietatis vt seruo Dei sit necessitas in amphitheatro esse, liberare volebat nescio quẽ gladiatorẽ, fieri posset vt sederet & expectaret, donec ille exiret quem liberare cupiebat. Ecce nõ sedit in cõcilio vanitatis, quãuis illic corpore sederet videretur. Quid est sedere? Cõsentire cum his qui ibi sedẽt. Quod si præsens non feceris, non ibi sedisti. Si absens feceris, sedisti ibi. Et cũ iniqua gerentibus non introibo. Odio habui congregationẽ malignorum.) Videtis quia intus est. Et cum impiis nõ sedebo. Lauabo in innocentibus manus meas.) Nõ aqua ista visibili lauas manus, quando piè cogitas de operibus tuis, & innocenter coram oculis Dei: quia est & altare coram oculis Dei, quò ingressus est sacerdos, qui pro nobis se primus obtulit. Est cęleste altare, & nõ amplectitur illud altare nisi qui lauat manus in innocẽtibus. Nã multi altare hoc tangunt indigni & tolerat Deus pati iniuriam ad tempus sacramẽta sua. Sed nũquid fratres mei, quomodo sunt parietes isti, sic erit Hierusalẽ cælestis? Non quomodo reciperis cũ malis intra parietes istos ecclesiæ, ita recipieris cum malis in sinũ Abrahæ: Nõ ergo timeas, laua manus. Et circũdabo altare Domini.) Vbi offers vota Domino, vbi preces fundis, vbi conscientia tua pura est, vbi dicis Deo qui fis: & si aliquid est in te fortè quod displiceat Deo, curat ille cui cõfiteris. Laua ergo in innocentib. manus tuas, & circunda altare Domini vt audias vocẽ laudis. Hoc enim sequitur. Vt audiam vocem laudis, & enarrẽ vniuersa mirabilia tua.) Quid est, Vt audiam vocẽ laudis? Vt intelligam, inquit. Hoc est enim audire coram Deo, nõ quomodo sonos istos quos multi audiunt, & multi non audiũt. Quã multi ad nos audientes sunt, & ad Deũ surdi sunt. Quàm multi habentes aures, nõ habẽt illas aures de quib. dicit Iesus, Qui habet aures audiendi audiat. Ergo quid est audire vocem laudis? Dicã si potero adiuuãte misericordia Domini, & orationib. vestris. Audire vocem laudis, est intelligere intus, quia quicquid in te mali est de peccatis, tuum est: quicquid boni in iustificationibus, Dei est. Ita audis vocẽ laudis, vt non te laudes quãdo bonus es. Nã laudando te bonum, fis malus. Bonum enim te fecerat humilitas, malũ te facit superbia. Conuersus eras vt illuminareris: & conuersione tua factus es luminosus, factus illustratus conuersione. Sed à quo? Nunquid à te? Si à te conuersus posses illuminari, nunquam posses tenebrari, quia tecum esses semper. Quare illuminatus es? Quia conuertisti te ad aliud ęo tu non eras.) Quid est, vt aliud quod tu non eras? Deus lumen est. Non enim tu lumen eras, quia peccator eras. Dicit enim Apostolus eis quos vult audire vocem laudis, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux. Quid est fuistis aliquando tenebræ, nisi veteres homines? Nunc autem lux. Non sine causa lux estis, qui fuistis iam dudum tenebræ. Quare, nisi quia illuminati estis? Noli putare teipsum esse lucem. Illa est lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tu autem per teipsum, per malam voluntatem, per auersionem tuã tenebratus eras, modò luces. Sed subiecit statim, ne superbirẽt illi quibus dictum est, Nunc autem lux; & addidit, in Domino. Sic enim ait, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Ergo si præter Dominũ, nec lux: si autem ideo lux, quia in Domino, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc enim ipse Apostolus dixit alio loco hominibus superbientibus, & volentibus sibi tribuere quod Dei est, & de bono sic gloriari quasi de suo, hoc eis dicit. Quid enim habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Qui dedit humili, aufert superbo: quia qui dedit, potest auferre. Ad hoc enim pertinet fratres, si tamen exposui quod volui. Exposui autem quantum potui, & si non quantũ volui: ad hoc pertinet quod ait, Lauabo in innocentibus manus meas, & circũdabo altare tuum Domine, vt audiã vocem laudis tuę: id est, ex ipso bono meo nõ de me præsumam, sed de te qui dedisti, ne laudari velim de me in me, sed de te in te. Ideo sequitur, Vt audiã vocem laudis tuæ, & enarrem vniuersa mirabilia tua, non mea, sed tua. Et iam videte fratres, videte amatorem illum Dei de Deo præsumentem, positum inter malos, rogantem Deum vt non cõperdatur cum malis, quia non erat Deus in iudicando. Tu enim cùm videris homines in vnum locum intrasse, putas eiusdem meriti esse, Deus autẽ non fallitur, noli timere. Tu iudicante vento discernis paleam à frumento, Ventum vis flare tibi, & tu non es ventus, sed optas tibi flare vẽtum. Et cùm ventilabro vtrumque excusseris, ventus leue tollit, graue manet. Quæris ergo ventum ad iudicandum aream. Nunquid Deus quærit alterum qui secum iudicet, ne perdat cum malis bonos? Non itaq; timeas: securus esto bonus, etiam in medio malorum: & dic quæ audis, Domine dilexi decorem domus tuæ.) Domus Dei, quæ ecclesia est, adhuc habet malos: sed

Matth. 5.d. — Matth. 13.a — Ephes. 5.b. — Ioan. 1. 3. — Psal. 18. — Lucæ 12.f — Galat. 6.a. — 1. Cor. 4.b. — Lucæ 16.c.

A B C D

decor domus Dei in bonis est, in sanctis est. Ipsum decorem domus tuę dilexi. Et locum habitationis glorię tuæ.) Quid est hoc? Et hoc dicam, ad illum sensum pertinet sub obscurum aliquantum: A diuuet me Dominus, & intentio cordis vestri ab eodem Domino inspirata. Quid ait locum habitationis gloriæ tuæ? Dixit prius, decorem domus tuæ: & exponit quid sit decor domus Dei, Locus, inquit, habitationis gloriæ tuæ.) Nõ sufficit dicere locus habitationis Dei: sed, locus habitationis gloriæ Dei. Quæ est gloria Dei? De qua paulò antè
1. Cor. 1. d. Rom. 3. c. dicebam, vt & qui fit bonus, non in se, sed in Domino glorietur. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. In quibus ergo sic habitat Dominus, vt de bonis suis ipse glorificetur, vt nõ sibi velint tribuere, & quasi proprium vendicare quod ab illo acceperunt: ipsi pertinent ad decorem domus Dei. Nec discerni illos vellet Scriptura, nisi quia sunt quidam qui donũ Dei habent quidem, & nolunt in Deo gloriari, sed in se. Habent quidem donum Dei, sed non pertinent ad decorem domus Dei. Qui enim pertinẽt ad decorẽ domus
1. Cor. 1. d. Dei, in quibus habitat gloria Dei, ipsi sunt locus habitationis gloriæ Dei. In quibus autẽ habitat gloria Dei: nisi qui sic gloriantur vt non in se, sed in Domino glorientur? Ergo quia dilexi decorem domus tuæ, id est, omnes qui ibi sunt & gloriam tuam quærunt, sed non præsumpsi in homine, & non consensi impiis, & non introibo, & non sedebo in congregatione eorum, quia ita fui in Ecclesia Dei, quid mihi retribues? Sequitur quid respondeamus. Ne comperdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam: In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorũ repleta est muneribus.) Munera non solum pecunia est, non solùm aurum & argentum, non solum xenia sunt, neq; omnes qui accipiunt ea, accipiunt munera. Aliquando enim accipiuntur ab Ecclesia. Quod dico, Petrus acce-
Ioan. 13. c. pit, Dominus accepit: loculos habuit, ea quæ mittebãtur Iudas auferebat. Sed quid est accipere munera? Propter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiẽdo, iudicare contra veritatem propter munera. Propter quæ munera? non solum propter aurum & argentum & huiusmodi aliquid, sed etiam propter laudem qui iudicat malè, munus accipit, & munquo nihil inanius. Patuit enim illi manus ad accipiendum iudicium linguæ alienæ, & perdidit iudiciũ conscientiæ suæ. Ergo in quorum manib. iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Videtis fratres quia coram Deo sunt, & in quorum manibus non sunt iniquitates, nec dextera eorum repleta est muneribus, vtique coram Deo, & non possunt nisi Deo dicere, tu scis: non possunt nisi illi dicere, Ne comperdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitã meã: qui solus potest videre, quia non accipiunt munera. Verbi causa. Contingit vt duo homines habeant causam apud seruum Dei, nemo nisi suam iustam dicit causam. Nam si iniquam putaret causam suam, iudicem nõ quæreret. Et ille se putat iustam causam habere, & ille. Veniunt ad iudicem: antequam proferatur sententia, ambo dicunt, amplectimur iudicium tuum, quicquid iudicaueris absit vt respuamus. Quid & tu dicis: Iudica quiduis, tantùm iudica: prorsus si in aliquo repugnauerimus, anathema sumus. Ambo amant iudicem antequam iudicet. Cùm autem dicta fuerit sententia, contra vnum erit: & neuter eorum scit contra quem futura est. Ille ergo si vtrisque placere voluerit, accipit munus laudem hominum. Sed accepto munere isto, videte quod munus amittat. Accipit quod sonat & transit, perdit quod dicitur, & nunquam transit. Verbum Dei semper dicitur, nũquam transit: verbum hominis mox vt dictum fuerit, transit. Tenet inania, dimittit solida. Si autem Deum intueatur, prolaturus est sententiam contra vnum, considerato Deo sub quo iudice illam profert. Ille autem contra quem prolata fuerit, & si iã effringi non potest, quia tenetur iure fortè non ecclesiastico, sed principium seculi, qui tantum detulerunt Ecclesiæ vt quicquid in ea iudicatum fuerit, dissolui non possit. Si ergo effringi non potest, iam non vult intueri se, & cæcos oculos dirigit in iudicem, detrahit quantum potest. Placere illi, inquit, voluit, diuiti fauit: aut aliquid ab illo accepit, aut timuit illum offendere. Accusat quasi accepta sint munera. Si autem pauper habuerit contra diuitem, & pro paupere fuerit iudicatum: dicit item diues, accepit munera. Quæ munera à paupere? Vidit, inquit, pauperem, & ne reprehenderetur quòd contra pauperem fecerit, oppressit iustitiam, & protulit contra veritatem sententiam. Cùm ergo necesse sit vt hoc dicatur, videte non posse dici ab his qui munera non accipiunt, nisi coram oculis Dei qui solus videt quis accipiat, & quis non accipiat. Ego autem in innocentia mea ambulaui, redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in rectitudine.) Concussus sum quidem vndique scandalis & tentationib. reprehendẽtium iudicio humanæ temeritatis, sed pes meus stetit in rectitudine. Quare in rectitudine? Quia superiùs dixerat: Et in Domino sperans non mouebor. Quid ergo concludit? In ecclesiis benedicam te Domine.) Id est, in ecclesiis non me benedicam, quasi certus de hominibus, sed te benedicam in operibus meis. Hoc est enim benedicere Deum in ecclesiis fratres, sic viuere vt per mores cuiusque benedicatur Deus. Nam qui benedicit Dominum lingua, & factis maledicit, non in ecclesiis benedicit Dominum. Lingua propè oẽs benedicunt, sed non omnes factis. Quidam voce benedicunt, quidam moribus. In quorum autem moribus nõ inuenitur quod aiunt, faciũt blasphemari Deum, vt illi qui nondum intrant ecclesiam, quamuis ament peccata sua, & ideo nolunt esse Christiani; tamen excusent se per malos, vt blandiantur sibi seducẽtes seipsos, & dicant: Quid mihi persuades vt Christianus sim? Ego fraudem à Christiano passus sum, & nunquam feci. Falsum mihi iurauit Christianus, & ego nunquam. Et cũ ista dicunt, impediuntur à salute: vt nihil eis prosit, nõ quidem quòd iã boni sint, sed quòd mediocriter mali. Quomodo enim nihil prodest aperire oculos, si sit quisq; in tenebris: ita nihil prodest esse in luce, si clausi sunt oculi. Ita & paganus quidem, vt de illis potius loquamur velut bene viuentibus, patentibus oculis est in tenebris: quia non agnoscit lucem suam Dominum. Christianus autem malè viuens, in luce quidem est non nisi Dei: sed clausis oculis. Malè viuendo enim videre non vult eum, in cuius nomine tanquam cæcus est in lumine constitutus nulla visione veri luminis animatus.

In Psalmvm xxvi. enarratio.

Ipsi Dauid, priusquam liniretur.

TYRO Christi loquitur, cùm accedit ad fidem. Dominus illuminatio mea & salutaris meus, quem timebo? Dominus mihi & notitiam sui & salutem dabit. Quis me auferet ei? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus repellet omnes impetus & insidias hostis mei, à nullo trepidabo.

Dum appropinquant super me nocentes, vt edant carnes meas.) Dum accedunt me nocentes ad cognoscendum & insultandum, vt se mihi præferant, mutasti me in melius: vt maledico dente non me consumant, sed potius carnalia desideria mea. Qui tribulant me inimici mei.) Non solum qui me tribulant amico animo reprehendentes, & à proposito reuocare volentes, sed etiam inimici mei. Ipsi infirmati sunt & ceciderunt.) Dum ergo id agunt studio defendendi sententiam suam, infirmi facti sunt ad credenda meliora: & verbum salutis, per quod facio quod eis displicet, odisse cœperunt. Si consistant aduersum me castra, nõ timebit cor meum.) A duersus me autem si contradicentium conspirans multitudo consistat, non timebit cor meum, vt in eorum partes transfugiam. Si insurgat in me bellum, in hanc ego sperabo.) Si exurgat in me persecutio huius seculi, in hãc quam cogito petitionẽ, figam spem meam. Vnam petij à Domino, hanc requiram.) Vnam enim petitionem petij à Domino, hãc requiram. Vt inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ.) Vt quamdiu in hac vita sum, nullæ aduersitates me excludant de numero eorum, qui vnitatem & veritatem Dominicæ fidei per orbem terrarum tenent. Vt contempler delectationem Domini.) Eo fine B
al. vt in fine perseuerantiæ. Osee. 13. scilicet,† vt in fide perseuerante appareat mihi species delectabilis quam facie ad faciem contempler. Et protegar templum eius.) Et absorpta morte in victoriam, immortalitate induar effectus templum eius. Quoniã abscondit me in tabernaculo suo in die malorum meorum.) Quoniam abscondit me in dispensatione incarnati verbi sui in tempore tentationum, quibus mortalis vita mea subiacet. Protexit me in abscondito tabernaculi sui.) Protexit me, corde credentem ad iustitiã. In petra exaltauit me.) Et vt manifestum etiam fieret ad salutem, quod credidi, in sua infirmitate fecit eminere confessionem meam. Et nũc ecce exaltauit caput meum super inimicos meos.) Quid mihi seruat
Rom. 8. b. in finem, quando & nunc cùm corpus mortuum est
Ibidem 7. d propter peccatum, sentio ecce mentem meam seruire legi Dei: nec duci captiuam sub rebellante lege peccati? Circuiui & immolaui in tabernaculo eius, hostiã C iubilationis.) Consideraui orbem credentem in Christum, & in eo quod pro nobis temporaliter Deus humiliatus est, gaudens laudaui eum. Tali enim hostia delectatur. Cantabo & psallam Domino.) Corde atq; opere lætabor in Domino. Exaudi Domine vocẽ meã qua clamaui ad te.) Exaudi Domine vocem interiorẽ, quàm in aures tuas forti intentione direxi. Miserere mei, & exaudi me.) Miserere mei, & exaudi me in ea. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum.) Non enim hominibus me ostentaui, sed in secreto vbi solus audis, tibi dixit cor meum: quæsiui non à te aliquod extra te præmium, sed vultum tuum. Vultum tuum Domine requiram.) Huic inquisitioni perseueranter instabo: non enim vile aliquid, sed vultum tuum Domine requiram, vt gratis te diligam, quia pretiosius aliquid non inuenio. Ne auertas vultum tuum à me.) Vt inueniam quod quæro. Ne declines in ira à seruo tuo.) D Ne te quærens, in aliud incurram. Quid enim hac pœna grauius amanti & quærenti veritatem vultus tui? Adiutor meus esto.) Quãdo hanc inueniam nisi tu adiuues? Ne derelinquas me, Neque despicias me Deus salutaris meus.) Neque contemnas quòd mortalis æternum audet inquirere, tu enim Deus sanas plagã peccati mei. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me.) Quoniam regnum seculi huius & ciuitas seculi huius, ex quibus temporaliter & mortaliter natus sum, dereliquerunt me quærentem te, & despicientem quæ promittebant: cùm id quod quæro dare non possent. Dominus autem assumpsit me.) Dominus autem, qui potest ipse dare mihi se, assumpsit me. Legem mihi constitue Domine in via tua.) Ad te igitur tendenti, & ad tantam professionem peruenienti, ad sapientiam à timore inchoanti. Legem mihi constitue Domine in via tua, ne aberrantem disciplina tua deserat. Et dirige me in semita recta propter inimicos meos.) Et dirige A me in rectitudinem angustiarũ eius. Non enim inchoare sufficit, cùm inimici donec perueniatur non quiescant. Ne tradideris me in animas tribulantium me.) Ne sinas tribulantes me satiari de malis meis. Quoniã insurrexerunt mihi testes iniqui.) Quoniam insurrexerunt in me, falsa de me dicentes, ad amouendum & reuocandum me abs te, quasi gloriam ab hominibus quæram. Et mentita est iniquitas sibi.) Itaque iniquitas mendacio suo delectata est. Nam me non † nouit, al. monit. cui ex hoc promissa est merces maior in cælis. Credo videre bona Domini: in terra viuentium.) Et quoniã hæc prior passus est Dominus meus, sic ego quoq; linguas mentientium contemnam. Os enim quod menti- Sap. 1. c. tur, occidit animam: credo videre bona Domini in terra viuentium, vbi nullus est falsitati locus. Sustine Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.) Sed quando istud erit? Arduum est mortali, tardum est amanti: sed audi non fallacem vocem dicentis, Sustine Dominum. Tolera vstionem renum viriliter, & vstionem cordis fortiter: non tibi negatum putes, quod nondum accipis: Ne desperatione deficias, vide quia dictum est, Sustine Dominũ.

Præfatio in secundam enarrationem eiusdem Psalmi.

DOminus Deus noster alloquens & consolans nos, profectò quos respicit ex iusto iudicio suo in sudore vultus nostri panem manducare, ex nobis loqui Genes. 3. d. dignatus est: vt ostendat, quia non solum est conditor noster, sed & habitator. Voces istius Psalmi quas audiuimus, & ex parte cantauimus, si dicamus quod nostræ sint, verendum est quemadmodum verum dicamus. Sunt enim voces magis spiritus Dei quàm nostræ. Rursum si dicamus nostras non esse, profectò mentimur. Non enim est gemitus nisi laborantium. Aut omnis ista vox quæ hic sonuit plena doloris & lachrymarum, potest esse eius qui nunquam potest esse miser. Dominus ergo misericors, nos miseri. Misericors loqui dignatus est miseris, dignatur etiam vti in ipsis miseris voce miserorum. Ita vtrunq; verum est, & nostram esse vocem, & nostram non esse: & spiritus Dei vocem, & ipsius non esse. Spiritus Dei vox est, quia ista nisi illo inspirante non diceremus. Ipsius autem non est, quia ille nec miser est, nec laborat: istæ autem voces miserorum & laborantium sunt. Rursus nostræ sunt, quia voces sunt indicantes miseriam nostram. Itẽ non sunt nostrę, quia ex dono eius.

Titulus Psalmi:

Psalmus Dauid priusquam liniretur, hoc est, priusquam vngeretur.

VNctus est enim ille vt rex & sacerdos. Tunc vngebatur rex & sacerdos. Duæ istæ illo tempore 2. Reg. 2. vnctæ personæ. In duabus personis præfigurabatur futurus vnus rex & sacerdos, vtroque munere vnus Christus, & ideo Christus à chrismate. Non solum autem caput nostrum vnctum est, sed & corpus eius nosipsi. Rex autem est, quia nos regit & ducit: sacer- Rom. 8. g. dos, quia pro nobis interpellat. Et quidem solus ille sacerdos talis extitit, vt ipse esset etiam sacrificium: obtulit Deo non aliud quàm seipsum. Non enim inueniret præter se mũdissimam rationalem victimam, tanquam agnus immaculatus fuso sanguine suo redimens nos, concorporans nos sibi, faciens nos membra sua, vt in illo & nos Christi essemus. Ideo ad o-

mnes Christianos pertinet vnctio: prioribus autē veteris Testamenti temporibus ad duas solas personas pertinebat. Inde autem apparet Christi corpus nos esse, quia omnes vngimur, & omnes in illo & Christi & Christus sumus, quia quodammodo totus Christus caput & corpus est. Vnctio ista perficiet nos spiritaliter in illa vita quæ nobis promittitur. Est autem hæc vox desiderantis illam vitam. Et est ista vox hic desiderantis gratiam Dei quæ in nobis in fine perficietur: ideo dictum est; Priusquam liniretur. Vngimur enim modò in sacramento, & sacramento ipso præfiguratur quiddam quod futuri sumus. Et illud nescio quid futurum ineffabile desiderare debemus, & in sacramento gemere: vt in ea re gaudeamus, quæ sacramento præmōstratur. Ecce quid dicit.

Enarratio secunda.

DOminus illuminatio mea, & salutaris meus, quem timebo?) Ille me illuminat, recedant tenebræ: ille me saluat, recedat infirmitas. Ambulans in lumine firmus, quem timebo? Nō enim talem salutem dat Deus quæ ab aliquo possit extorqueri: aut tale lumen est q̄ ab aliquo possit obtenebrari. Dominus illuminans, nos illuminati: Dominus saluans, nos saluati. Si ergo ille illuminans, nos illuminati: & ille saluans, nos saluati: præter ipsum nos tenebræ & infirmitas. Habentes autē in ipso spem certā & fixā & verā, quē timebimus? Dominus illuminatio, Dominus salutaris. Inueni potentiorē, & timeo potentissimum omnium. Ad omnipotētem sic pertineo, vt & illuminet me, & saluet me, nec timeo aliquem præter ipsum. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropinquāt super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Itaque ego quid timebo? aut quem timebo? Ego quem trepidabo, aut quid trepidabo? Qui me persequuntur, ipsi infirmantur, ipsi cadunt. Quare autem persequuntur? Vt edant carnes meas. Quæ sunt carnes meæ? Carnales affectus mei. Sæuiant persequendo, nihil in me moritur nisi mortale. Erit in me aliquid quò persecutor peruenire non possit, vbi habitat Deus meus. Manducent carnes meas: finitis carnibus spiritus ero, & spiritalis. Et quidem tantā salutē mihi promittit Dominus meus, vt etiam modò ista caro mortalis, quæ videtur permitti manibus persequentium, non pereat in æternum: sed quod demonstratum est in capite meo resurgente, hoc omnia membra sperent. Quem timeat anima mea, quam inhabitat Deus? Quem timebit caro mea, cum corruptibile hoc induerit incorruptionē? Vultis nosse, quia carnes illi manducant qui nos persequuntur, nec ipsi autem carni nostræ metuendum est? Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.
2. Cor. 15. f. Quanta autem fiducia debet esse in eo qui nouit dicere, Dominus illuminatio mea, & salutaris meus, quē timebo? Dominus protector vitę meę, à quo trepidabo? Protegitur imperator scutatis, & non timet: protegitur à mortalibus mortalis, & securus est: protegitur mortalis ab immortali, & timebit & trepidabit? Quanta autem fiducia debeat esse in eo qui ista dicit, audite: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū.) Castra munita sunt, sed quid munitius Deo? Si exsurgat in me bellū.) Quid mihi facit bellū? Potest mihi auferre spē meā? Potest mihi auferre quod dat omnipotens? Sicut non vincitur qui dat, sic non aufertur quòd dat. Si auferri potest quod datū est, vincitur dator. Ergo nec ipsa quæ temporaliter accipimus, auferre nobis quisquā potest fratres mei, nisi solus ille qui dedit. Spiritalia quæ donat non auferret nisi tu dimiseris: carnalia verò & temporalia ipse aufert, quia & quisquis alius aufert, ipso donante potestatem, aufert. Nouimus hoc, & legimus in libro Iob, quia nec ille qui videtur Iob. 1. b.
A quasi maximā habere potestatē ad tēpus diabolus, potest aliquid nisi permissus. Accepit potestatē in infima, & amisit maxima & summa. Et non est ista potestas irati, sed pœna damnati. Nec ipse ergo potest habere aliquā potestatē, nisi permissus. Et in illo libro habes quē cōmemoraui, & in Euangelio Dominus dicit, Hac nocte postulauit satanas, vt vos cribraret sicut triticum, Lucæ 22. c. & ego rogaui pro te patrem ne deficiat fides tua. Permittitur autem aut ad pœnā nostram aut ad probationē. Ergo quia nobis nemo potest auferre quod dat Deus, non timeamus nisi Deū. Quicquid aliud fremuerit, quicquid aliud superbierit aduersus nos, non timeat cor nostrum. Si exurgat in me bellū, Psal. 26.
B In hanc ego sperabo.) In quam? Vnā, inquit, petij à Domino.) Feminino genere appellauit quoddam beneficium, tanquā diceret, Vnam petitionem. Et quomodo solemus loquentes dicere, verbi gratia, duas habes, non dicimus duo: hoc more loquendi vsa est Scriptura. Vnā, inquit, petij à Domino, hanc requiram. Videamus quid petit qui nihil timet? Magna securitas cordis. Vultis nihil timere? Hanc vnam petite, quam vnā petit qui nihil timet: aut quā petit vt nihil timeat? Vnam, inquit, petij à Domino, hanc requiram.) Hoc hic agitur ab eis qui bene ambulant. Quid est hoc? Quæ est illa vna? Vt inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ.) Hæc est vna: domus enim ea dicitur vbi semper manebimus. In ista peregrinatione dicitur domus, sed propriè tabernaculum appellatur. Tabernaculum peregrinantium & quodāmodo militantium, & aduersus hostem pugnantiū est. Quando ergo tabernaculū est in hac vita, manifestū est quia est & hostis: Nā inde dicuntur contubernales, quia simul habent tabernacula: & nostis hoc nomen esse mi-
C litantium. Ergo hic tabernaculū, ibi domus. Sed & hoc tabernaculū interdū per abusionem vicinitatis dicitur domus, & domus aliquando secundùm eundem modū dicitur tabernaculū: propriè tamen illa domus, Psal. 83.
hoc tabernaculum. Quid autem acturi simus in illa domo, habes euidenter expressisse alium Psalmū: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hac iste, si dicendum est, cupiditate ardens, & amore isto æstuans, desiderat omnes dies vitę suę in domo Domini habitare. In domo Domini omnes dies vitæ suę, non quasi finiendos, sed ęternos. Sic enim dicuntur dies quomodo anni, de quibus dictum Psal. 101.
est: Et anni tui non deficient. Nam dies vitę æternę vnus dies est sine occasu. Hoc ergo dixit ad Domi-
D num, Concupiui hanc: Vnam petij; Hanc requiram. Et quasi diceremus ei, & quid ibi facturus es? Quę ibi delectatio tua? Quod auocamentum cordis? Quę illę delicię? Vnde gaudia suppetent? Non enim ibi perdurabis nisi felix eris. Felicitas autem illa vnde succedit? Habemus enim hic felicitates diuersas generis humani, & miser quisque dicitur quando illi subtrahitur quod amat. Amant ergo homines diuersas res: & quando quisque quod amat habere videtur, felix vocatur. Verè autem felix est, non si id habet quod amat: sed si id amet quod amandum est. Multi enim miseri sunt magis habendo quod amant, quàm carendo. Amando enim res noxias miseri, habendo sunt miseriores. Et propitius Deus cùm malè amamus, negat quod amamus: iratus autē dat amanti, quòd malè amat. Habes euidenter dicentem Apostolum: Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis corum. Dedit ergo quod amabant, sed damnando. Roman. 1. c
Habes rursum negantem petitum, propter quod ter

Dominum

Dominum rogaui, inquit, vt auferret eum à me, stimulum videlicet carnis, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia
2. Cor. 12. c mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce illos dedit in concupiscentiam cordis eorum, Paulo Apostolo negauit quod orauit. Illis dedit ad damnationem, huic negauit ad sanitatē. Cùm autem id amamus quòd vult Deus vt amemus, proculdubiò daturus est nobis. Hæc est illa vna quæ debet amari, vt habitemus in domo Domini per omnes dies vitæ nostræ. Et quia in istis terrenis habitationibus, diuersis deliciis & voluptatibus homines oblectantur, & vnusquisque in ea vult domo habitare, vbi non habeat quod offendat animum, & habeat multa quæ delectent: si autem subtrahantur ea quę delectabant, vult homo vndecunque migrare: interrogemus quasi curiosiùs, & dicat iste, Quid nos, quid ipse actūrus est in illa domo, vbi cupit & optat, desiderat & hanc vnam petit à Domino, habitare in ea omnes dies vitæ suæ. Quid ibi agis, quæso te? B Quid est quod desideras: Audi quid, Vt contempler delectationem Domini.) Ecce quod amo, ecce quare volo habitare in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Habet ibi magnum spectaculum, delectationem ipsius Domini contemplari. Vult finita nocte sua herere in luce ipsius. Tunc enim erit mane nostrum nocte
Psal. 5. transacta. Vnde alio loco Psalmus dicit, Mane adstabo tibi, & contemplabor te. Modò ideo non contemplor, quia cecidi: tunc adstabo tibi & contemplabor. Hæc vox humana est. Cecidit enim homo, & non mitteretur qui erigeret nisi cecidissemus. Nos cecidimus, ille descendit. Ille ascendit, nos leuamur: quia nemo ascē-
Ioan. 3. b. dit nisi qui descendit. Et non ideo desperemus, quia ille solus ascendit. Leuat enim nos, ad quos cadētes descendit: & stabimus & contemplabimur, & magna delectatione perfruemur. Ecce dixi hoc, & exclamastis desiderio cuiusdam speciei nondum visæ. Excedat cor C vestrum omnia visa, & excedat intentio vniuersas cogitationes vestras solennes ex carne, eductas à sensibus carnis, & imaginatas nescio quo phantasmate. Totum ab animo reiicite, quicquid occurrerit, negate. Cognoscite infirmitatem cordis vestri, & quicquid occurrerit quod cogitare possitis dicite, non est illud. Non enim si illud esset mihi iā occurrisset. Ita desiderabitis quoddam bonum. Quale bonum? Omnis boni bonum, vnde omne bonum cui non addatur quid sit ipsum bonū. Dicitur enim bonus homo, & bonus ager, & bona domus, & bonum animal, & bona arbor, & bonum corpus, & bona anima. Adiunxisti quotiens dixisti, bonū est. Bonum simplex ipsum bonum quo cuncta sunt bona, ipsum bonum ex quo cuncta sunt bona, ipsa est delectatio Domini: hanc contemplabimur. Iam videte fratres. Si vos delectant bona ista quæ appellantur bona, si vos delectant bona quæ non sunt per se bona: o- D mnia enim mutabilia non sunt perse bona: qualis erit contemplatio incommutabilis boni, æterni, semper eodem modo manentis? quandoquidem ista quæ dicuntur bona, nullo pacto nos delectarent nisi essent bona, nec alio pacto essent bona, nisi ab illo essent qui simpliciter bonus est. Ecce quare habitare volo, inquit, in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Dixi vobis quare, vt contempler delectationem Domini. Vt autem semper contempler, & nulla molestia me cōtingat contemplantem, nulla suggestio auertat, nulla auferat alicuius potentia, nullum inimicum patiar in cōtemplando, & perfruar deliciis securus, ipso Domino Deo meo, quid fiet mihi? Proteget me.) Non solum ergo cōtemplari volo delectationem Domini, ait, Sed etiam protegi templum eius.) Vt templum suum me protegat, ero tēplū eius, & protegar ab eo. Nūquid tale est templum Dei, qualia templa sunt simulacrorum: Simulacra gentium templis suis proteguntur: Domin-
A Deus noster templum suum proteget, & securus ero. Contemplabor ad delectationem, & protegar ad salutem. Quàm erit illa contemplatio perfecta, tam ista perfecta protectio: & quàm illud perfectum gaudium cōtemplandi, tam perfecta etiam incorruptio sanitatis. Ad ista duo verba quæ dixit, contempler delectationē Domini, & protegar templum eius, pertinent illa duo. vnde Psalmus cœpit, Dominus illuminatio mea, & salutaris meus, quem timebo. Quia contemplabar delectationem Domini, Dominus illuminatio mea: quia protegit me templum suum, salutaris meus est. Quare autem hoc nobis præstat in finem? Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo in die malorum meorum. Erit ergo mihi in domo habitatio per oēs dies vitæ meæ, ad hoc vt contempler delectationem Domini, & pro-
B tegar templum eius. Vt autem illuc perueniam, vnde mihi promitto? Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum meorum. Tunc non erunt dies malorum meorum, sed videt me nunc in diebus malorum meorum. Qui ergo me longè positum misericorditer respexit, secum positum quomodo non illuminabit? Propterea ergo non impudenter vnam illā petiui: nec mihi dixit cor meum, quid petis, vel à quo petis? Audes enī à Deo aliquid petere peccator inique? Audes sperare aliquam contemplationem Dei te habiturum infirme, immundo corde? Audeo, inquit, non de me, sed de ipsius delectatione: nō de mea præsumptione, sed de illius pignore. Qui tantū pignus dedit peregrinanti, nō deseret peruenientē. Quoniā abscōdit me in tabernaculo suo in die malorū meorū. Ecce dies malorum nostrorū, vita ista est. Dies malorū aliter habent impij, aliter fideles. Nam etiā credentes, sed adhuc pe-
C regrinantes à Domino (quamdiu enim sumus in hoc 2. Cor. 5. a.
corpore, peregrinamur à Domino: hoc Apostolus dixit) si dies malorum non agunt, vnde vox Dominicæ Matt. 6. b.
orationis, Libera nos à malo, si non sumus in diebus malorum? Sed longè discretius dies malorū agunt qui adhuc non crediderūt, nec ipsos ille despexit. Etenim Rom. 5. b.
Christus pro impiis mortuus est. Audeat ergo præsumere anima humana, & vnā illā petere, secura habebit, secura possidebit. Tantū dilecta est fœda, pulchra quomodo fulgebit? Quoniā abscondit me in tabernaculo suo, in die malorū meorū. Protexit me in abscondito tabernaculi sui.) † Quid est abscōditum tabernaculi ip- al. quod.
sius? Quid est hoc? multa enim quasi mēbra tabernaculi sui forinsecùs videntur. Et est quasi adytum, quod Heb. 9. b.
dicitur penetrale secretum interioris tēpli. Et quid est hoc? Quod solus sacerdos intrabat. Et fortè ipse sacerdos est abscōditum tabernaculi Dei. Accepit enim
D de isto tabernaculo carnem, & fecit nobis abscondītū tabernaculum eius: vt tabernaculum eius alia mēbra ipsius credentes in eum sint, abscōditum autem taber- Colos. 3. a.
naculi ipse sit. Mortui enim estis, ait Apostolus, & vita 1. Cor. 10. a.
vestra abscondita est cum Christo in Deo. An vis nosse, quia inde dicit? Petra nempe est Christus. Audite quid sequitur, Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo, in die malorū meorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. Quærebas quid sit abscōditum tabernaculi, audi quod sequitur, In petra exaltauit me) Ergo in Christo exaltauit me: Quia in puluere humiliasti te, in petra exaltauit te. Sed Christus sursum est, tu autem adhuc deorsum. Audi sequentia. Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.) Et nunc, antequam veniam ad illam domum, vbi volo habitare per omnes dies vitæ meæ, antequam veniam ad illam contemplationem Domini. Et nunc

exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. Adhuc
Philip. 3. d. patior inimicos corporis Chriſti, adhuc nõ ſum exal-
tatus ſuper inimicos meos, ſed caput meum exaltauit
ſuper inimicos meos. Iam caput noſtrum Chriſtus in
cælo eſt, adhuc inimici noſtri poſſunt ſæuire in nos.
Nondum ſumus exaltati ſuper inimicos: ſed caput no-
Act. 9. a. ſtrum iam ibi eſt. Vnde hoc dixit, Saule Saule, quid me
perſequeris? Se dixit in nobis eſſe hic deorſum. Ergo
& nos in illo ſumus ibi ſurſum, quia & nunc exaltauit
caput meum ſuper inimicos meos. Ecce quale pignus
habemus, vnde & nos fide & ſpe & charitate cũ capite
noſtro ſumus in cælo in æternum: quia & ipſum diui-
nitate & bonitate, vnitate nobiſcum eſt in terra vſque
Matt. 28. d. in conſummationem ſeculi. Circumiui & immolaui in
tabernaculo eius hoſtiam iubilationis.) Immolamus
hoſtiam iubilationis, immolamus hoſtiam lætitiæ, ho-
ſtiam gratulationis, hoſtiam gratiarũ actionis, quæ ver
bis explicari non poteſt: immolamus autem vbi? In ip-
ſo tabernaculo eius, in ſancta Eccleſia. Quid ergo im-
molamus? Abundantiſſimum & inenarrabile gaudium
nullis verbis, nulla voce effabile. Hæc eſt hoſtia iubila-
tionis. Vnde quæſita, vnde inuenta eſt? Circumeundo,
Circumiui, inquit, & immolaui in tabernaculo eius
hoſtiam iubilationis. Circumeat animus tuus per vni-
uerſam creaturã: vndiq; tibi clamabit creatura, Deus
al. parte. me fecit. quicquid te delectauerit in † arte, artificẽ cõ-
mendat: magisq; ſi circumeas vniuerſa, conſideratio
concipit artificis laudem. Vides cælos, magna opera
Dei ſunt. Vides terram, Deus fecit ſeminum numeros,
diuerſitates germinum, multitudinem animaliũ. Cir-
cumi adhuc cælos vſq; ad terram, nihil relinquas: vn-
dique tibi omnia reſonant conditorem. Et ipſę ſpecies
creaturarum, voces ſunt quædam creatorem laudan-
tium. Quis autem explicet laudib. vniuerſam creaturã?
Quis illam explicet laudibus? Quis dignè laudet cælũ
& terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt? Et iſta quidẽ
viſibilia. Quis dignè laudet angelos, ſedes, dominatio-
C nes, principatus, & poteſtates? Quis dignè laudet hoc
ipſum quod in vobis viget? Vegetans corpus, mouens
mẽbra, ſenſu exercens, & memoria tã multa cõplectẽs,
intellectu tam multa diſcernens, quis dignè laudet? At
ſi in iſtis creaturis Dei ſic laborat humanus ſermo, in
creatore quid agit, niſi ſola reſtet ſermone deficiente,
iubilatio? Circumiui & immolaui in tabernaculo eius
hoſtiam iubilationis. Eſt & alius ſenſus qui mihi vide-
tur ad contextionẽ pſalmi magis pertinere. Quia enim
dixerat, in petra ſe exaltatum, quòd eſt Chriſtus, & ca-
put ſuum exaltatũ ſuper inimicos ſuos, quod eſt Chri-
ſtus: etiam ſe, qui in petra exaltatus eſt, in eodem capi-
te ſuo, exaltatum intelligi voluit ſuper inimicos ſuos,
referens hoc ad honorem Eccleſiæ, cui ceſſit inimico-
rum perſecutio. Et quia hoc per fidem orbis terrarum
factum eſt, Circumiui, inquit, & immolaui in taberna-
culo eius, hoſtiam iubilationis: id eſt, conſideraui fidẽ
D orbis terrarum, in qua exaltatũ eſt caput meum, ſuper
eos qui me perſequebãtur: & in ipſo tabernaculo eius,
id eſt, in eccleſia toto orbe diffuſa ineffabiliter laudaui
Dominum. Cantabo & pſallam Domino.) Securi eri-
mus, & ſecuri cantabimus, & ſecuri pſallemus cùm cõ-
templabimur delectationem Domini, & protegemur
templum eius, in illa incorruptione, quando abſorbe-
bitur mors in victoriam. Modò quid? Quia iam dicta
ſunt gaudia illa quæ habebimus cùm acceperimus illã
vnam petitionem. Modò quid? Exaudi Domine vocẽ
meam.) Gemamus modò, oremus modò. Gemitus nõ
eſt niſi miſerorum, oratio non eſt niſi indigentium.
Tranſiet oratio, ſuccedet laudatio: tranſiet fletus, ſuc-
cedet gaudium. Interim modò quando in diebus ma-
lorum noſtrorum ſumus, non ceſſet oratio noſtra ad
A Deum, à quo vnam illam petamus: & ab ipſa petitione
non deſinamus, donec ad eam illo donante ac perdu-
cente perueniamus. Exaudi Domine vocem meam,
qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.) Vnam
illam petit, tam diu rogans, flens, gemens, non petit niſi
vnam. Finiuit omnes cupiditates, remanſit illi vna quã
petit. Audi quia hanc petit. Tibi dixit cor meum, Quę-
ſiui vultum tuum.) Hoc eſt ergo quod paulò antè di-
xit, Vt contempler delectationem Domini. Tibi dixit
cor meum, Quęſiui vultum tuum. Si gaudium noſtrum
in iſto ſole eſſet, non cor noſtrum diceret, Quæſiui vul-
tum tuum: ſed, oculi corporis noſtri. Cor noſtrum cui
dicit, Quæſiui vultum tuum, niſi ei qui pertinet ad ocu-
lum cordis? Lucem iſtam quærunt oculi carnis, lucem
illam quærunt oculi cordis. Sed vis illam lucem, quæ
videtur oculis cordis, videre: quia ipſa lux Deus eſt.
Deus enim lux eſt, ait Ioannes, & tenebræ in eo non 1. Ioan. 1. a
B ſunt vllæ. Vis ergo videre illam lucem? Munda oculum Matth. 5. a.
vnde videtur: Beati enim mundo corde, quia ipſi Deũ
videbunt. Tibi dixit cor meum, quæſiui vultum tuum.
Vultum tuum Domine requirã.) Vnã petij à Domino, Pſal. 26.
hanc requirã, vultũ tuum. Non auertas faciem tuam
à me.) Quomodo ſe fixit in iſta vna petitione. Vis im-
petrare? Aliud noli petere. Vni ſuffice, quia vna tibi
ſufficiet. Tibi dixit cor meum: quæſiui vultũ tuum,
vultum tuum Domine requiram. Ne auertas faciem
tuam à me. Nec declines in ira à ſeruo tuo.) Magni-
ficè nihil dici diuiniùs poteſt. Sentiunt hoc qui verè
amant. Alius vellet beatus & immortalis eſſe in his
quas diligit terrenarum concupiſcentiarum voluptá-
tibus: & fortè propterea Deum coleret & oraret, vt
diu hic viueret in deliciis ſuis, & nõ ab eo aliquid pe-
riret quod terrena poſſidet cupiditas, nec aurum, nec
argentũ, nec ſi quid prædiorum oblectaret oculos ei-
us, nec amici morerentur, nec filij, nec coniunx, nec
C clientes, in his deliciis vellet ſemper viuere. Sed quia
non poteſt ſemper, nouit enim ſe mortalem: fortè ad
hoc colit Deum, & ad hoc orat Deum, & ad hoc gemit
Deo, vt iſta illi omnia vſque finem ſuppetant. Et ſi di-
ceret ei Deus, Ecce facio te in his immortalem, pro
magno bono acciperet: & exultatione gaudiorũ gra-
tulatus non ſe caperet. Non vult hoc iſte, qui vnam pe-
tiit à Domino. Sed quid vult? Contemplari delectatio-
nem Domini per omnes dies vitæ ſuæ. Rurſuſq; alius
qui hoc modo & hac cauſa coleret Deum, ſi illa ſibi tẽ-
poralia adeſſent, iratum Deum non timeret, niſi ne il-
lud auferret. Iſte non propter hoc timet iratũ: quan-
doquidem & de inimicis ſuis dixit, Vt edant carnes
meas. Vnde timet iratum? Ne auferat quod amauit.
Quid amauit? Vultũ tuũ. Ideo hanc putat irã Domini, ſi
auertat ab illo vultũ ſuum. Domine ne declines in ira à
ſeruo tuo. Poſſet illi fortè reſponderi hoc modo: Quid
times, ne declinet à te in ira? Magis ſi à te declinauerit
in ira, non in te vindicabit: ſi incurras in illum iratum,
vindicabit in te. Opta ergo potiùs vt declinet à te in i-
ra, non accedat. Quid vouit enim? Quid deſiderat? Ira
eius, non eſt niſi auerſio vultus eius. Quid ſi te faciet in
deliciis iſtis, & voluptate gaudiorum terrenorum im-
mortalem? Reſpondet amator talis, Nolo, quicquid
mihi præter illum eſt, dulce non eſt. Quicquid mihi
vult dare Dominus meus, auferat totũ, & ſe mihi det.
Ne declines in ira à ſeruo tuo.) Fortè ab aliquibus de-
clinat, non in ira: quomodo à quibuſdam qui illi di-
cunt, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Quando à Pſal. 50.
peccatis tuis auertit faciem ſuam, non in ira à te de-
clinat. Auertat ergo faciem ſuam à peccatis tuis, ſed
nõ auertat faciem ſuã à te. Adiutor meus eſto, ne de-
clin-

relinquas me.) Ecce enim in via ſum, petiui à te vnam,
habitare in domo tua per omnes dies vitæ meæ: con-
templari delectationem tuam, protegi à templo tuo. A
Hanc petiui vnam: ſed vt ad illam perueniam, in via
ſum. Fortè dices mihi vt irẽ, ambula, liberum arbitriũ
tibi dedi: voluntatis tuæ es, proſequere viam, quære
Pſal. 33. pacem & ſequere eam. Noli à via declinare, noli ibi re-
manere, noli retrò reſpicere. Perſeuera in ambulando,
quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus
Matthæ. 10. c & 24. b. erit. Iam tu accepto libero arbitrio, quaſi præſumis vn-
de ambules. Noli de te præſumere, ſi te dereliquerit, in
ipſa via deficies: cades, aberrabis, remanebis. Dic er-
go illi, Voluntatem quidem liberam mihi dediſti, ſed
ſine te nihil eſt mihi conatus meus: Adiutor meus eſto
ne derelinquas me. Neque deſpicias me Deus ſalutaris
meus.) Tu enim adiuuas qui condidiſti, tu non deſeris
qui creaſti. Quoniam pater meus & mater mea dereli-
querunt me.) Fecit ſe paruulum Deo: ipſum fecit pa-
B trem, ipſum fecit matrem. Pater eſt, quia condidit, quia
vocat, quia iubet, quia regit. Mater, quia fouet, quia nu-
trit, quia lactat, quia cõtinet. Pater meus & mater mea
Pſal. 26. dereliquerunt me. Dominus autem aſſumpſit me.) Et
regendum & nutriendum. Mortales parentes genue-
runt, filij ſucceſſerunt, mortales mortalibus. Et ad hoc
nati ſunt qui ſuccederent, vt qui genuerunt decederẽt.
Non decedet qui me creauit, ego ab illo non recedam.
Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus
autem aſſumpſit me. Exceptis etiam illis duobus parẽ-
tibus, de quorum carne nati ſumus, patre maſculo, &
matre femina, tanquam Adam & Eua: exceptis illis
duob. parentibus, habemus hic alium patrẽ, & aliam
matrem, vel potiùs habuimus. Pater ſecundùm ſeculũ
diabolus eſt, & fuit nobis pater cùm eſſemus infideles.
Ioan. 8. f. Nam infidelibus dicit Dominus, Vos à patre diabolo
Epheſ. 2. a. eſtis. Si ille pater omnium impiorum, qui operatur in
filiis diffidentiæ, mater quæ eſt? Eſt quædã ciuitas quæ
C Babylonia dicitur. Ciuitas iſta, ſocietas eſt omnium
impiorum ab Oriente vſq; in Occidentem: ipſa habet
regnum terrenũ. Secundùm hanc ciuitatem reſpublica
quædã dicitur, quã modò videtis ſeneſcere & minui.
Hæc prima fuit mater noſtra, in hac nati ſumus. Co-
gnouimus aliũ patrẽ Deum, reliquimus diabolũ. Quã-
do enim audet accedere ad eos, quos ille ſuſcepit qui
ſuperat omnia? Cognouimus aliam matrem, Hieruſa-
lẽ cæleſtem, quæ eſt ſancta Eccleſia: cuius portio pere-
grinatur in terra: Reliquimus Babyloniã. Pater meus
& mater mea dereliquerunt me, non habent iam quod
mihi præſtent: quia & quando mihi præſtare videbantur,
tu præſtabas, & illis imputabam. A quo enim etiam
ſecundum mundũ præſtatur iſtud homini, niſi à Dño?
Aut quid aufertur homini, niſi ille iuſſerit aut permiſe-
rit qui donauit? Sed putant vani homines, quòd hoc
dæmones præſtent quos adorant: & aliquando dicũt
D ſibi, Deus ad vitam æternam neceſſarius eſt, ad illã vi-
tam ſpiritalem: poteſtates autem iſtæ debent à nobis
coli, propter iſta temporalia. O vanitas generis huma-
ni! Plus amas eas res propter quas iſtos vis colere. Pro-
fectò plus habes iſtos colere, vti non dicam plus, certè
vel tantũ. Nõ vult autẽ Deus coli cum illis, nec ſi ipſe
colatur multo amplius, & illi multo minùs. Quid ergo,
inquies, & iſti non ſunt neceſſarij ad hæc? Non, ſed ti-
mendũ eſt, ne irati nocent. Non nocebũt niſi ille per-
mittat. Iſti ſemper habent voluntatem nocendi, nec ſi
placentur, nec ſi rogentur, deſinunt nocere velle. Hoc
enim malcuolentiæ illorum proprium eſt. Ergo quid
facies eos colendo, niſi vt illum offendas, quo offenſo
iniſt orum poteſtatẽ daberis? Et qui tibi nihil poſſent
facere illo placato, facient quicquid volunt illo irato.

Et vt noueris, quàm fruſtra iſtos colas, quaſi propter
tẽporalia, quiſquis hæc cogitas: omnes qui colũt Ne-
A ptunum, non naufragauerunt? aut omnes qui blaſphe-
mant Neptunum, ad portum non peruenerunt? Oẽs
mulieres, colentes Iunonem, bene pepererunt? Aut oẽs
blaſphemantes Iunonem, malè pepererunt? Hinc in-
telligat charitas veſtra, inanes eſſe homines, qui iſtos
volunt colere vel propter iſta terrena. Nã ſi propter iſta
terrena colendi eſſent, ſoli cultores illorũ terrenis om-
nibus abundarent. Quod quidem ſi eſſet, fugere nos ta
lia dona & vnã petere à Domino deberemus. Huic ac-
cedit, quia & iſta ille dat, qui offenditur cùm iſti colũ-
tur. Ergo relinquat nos pater noſter, & mater noſtra:
relinquat diabolus, relinquat Babylon ciuitas. Domi-
nus nos ſuſcipiat cõſolandos temporalibus, beatificã-
dos æternis. Quoniam pater meus & mater mea dere-
liquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Iam ergo
B aſſumptus eſt à Domino, deſerta illa ciuitate & rectore
eius diabolo, quia rector impiorum diabolus eſt, rector
mundi, tenebrarum harum. Quarum tenebrarum? Pec-
catorum, infidelium. Vnde iam credentibus dicit Apo-
ſtolus, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Epheſ. 5. b
Domino. Ergo iam ſuſcepti ab illo, quid dicamus? Le-
gem mihi conſtitue Domine in via tua.) Auſus es pete-
re legem? Quid ſi tibi dicat implebis legem? Si dedero
legem, implebis eam? Non auderet petere, niſi primò
diceret, Dominus autem ſuſcepit me. Non auderet pe-
tere, niſi primò diceret, Adiutor meus eſto. Ergo ſi tu
adiuuas, ſi tu ſuſcipis: da legem Legem mihi conſtitue
Domine in via tua. Ergo legem mihi cõſtitue in Chri-
ſto tuo. Ipſa enim via locuta eſt nobis, & dixit, Ego ſum Ioan. 14. a.
via, veritas & vita. Lex in Chriſto, lex cum miſericor-
dia eſt. Ipſa eſt ſapientia, de qua ſcriptum eſt, Legẽ autẽ
& miſericordiam in lingua portat. Et ſi offenderis ali-
quid in lege: ille qui pro te fudit ſanguinem ſuum, cõ-
fitenti ignoſcit tibi, tu tantum viam noli deſerere, die
C illi, ſuſceptor meus eſto. Et dirige me in ſemita recta
propter inimicos meos.) Legem da, ſed ne auferas mi-
ſericordiam: qui dixit in alio Pſalmo, Nam & miſeri- Pſal. 83.
cordiam dabit qui legem dedit. Ergo legem mihi con-
ſtitue Domine in via tua: hoc ad præceptum pertinet,
ad miſericordiam quid pertinet? Et dirige me, inquit,
in ſemita recta, propter inimicos meos. Ne tradideris
me in animas tribulantium me.) Id eſt, ne conſentiam
tribulantibus me. Si enim cõſenſeris tribulantibus te
in anima, quodammodo non deuorabunt carnem, ſed
voluntate peruerſa animam tuam manducabunt. Ne
tradideris me in animas tribulãtium me. Trade, ſi hoc
placet, in manus tribulantium. Dixerunt enim hoc illi
martyres, & tradidit ſuos in manus tribulantium. Sed
quid tradidit: Carnem. Quod dicitur in libro Iob, Ter- Iob. 9. d.
ra tradita eſt in manus impij, caro tradita eſt in manus
perſecutoris. Ne tradideris me, non carnem meam, ſed
D me. Anima tibi loquor, mente tibi loquor. Non dico,
noli tradere carnem meam in animas tribulantiũ me:
ſed, noli me tradere in animas tribulãtium. Et quomo-
do traduntur homines in animas tribulantium ſe?
Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui.) Iam quia
teſtes iniqui ſunt & multa mala in me dicũt, & in mul-
tis mihi detrahunt: ſi traditus fuero in animas eo-
rum, mentiar & ero ſocius eorum, non particeps ve-
ritatis tuæ, ſed comparticeps mendacij aduerſus te:
Exurrexerunt mihi teſtes iniqui. Et mentita eſt ini-
quitas ſibi.) Sibi non mihi. Sibi ſemper mentiatur,
mihi autem non † mentiatur. Si tradideris me in ani-
mas tribulantium me, id eſt, ſi conſenſero volunta- al. mentitur
tibus eorum, iam non ſibi mentita eſt iniquitas, ſed
mihi. Si autem ſæuiant quantum voluerint, & eo

nentur impedire cursus meos, non tamen tu me des in animas eorum, non consentiendo voluntatibus eorũ: remanebo ego, & permanebo in veritate tua, & mẽtietur iniquitas, non mihi sed sibi. Redit ad illam vnã post ista pericula, post labores, post difficultates, inter man° persequentium & tribulantium æstuans, anhelans, laborans, & firmus & certus illo suscipiente, illo adiuuãte, illo ducente, illo regente: tamen post illum circuitũ & iubilationẽ exultans gaudio, & gemẽs in laboribus, suspirauit ad extremum, & ait: Credo videre bona Domini in terra viuentium.) O bona Domini dulcia, immortalia, incomparabilia, sempiterna, incommutabilia. Et quando vos videbo, bona Domini? Credo videre, sed non in terra morientium. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Eruet me Dominus à terra morientium: qui propter me dignatus est suscipere terram morientium, & mori inter manus morientium. Eruet me Dominus de terra morientium. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Suspirãs dixit, laborans dixit, periclitans dixit inter magnam turbam tentationum: sed tamẽ sperans totum de misericordia eius, cui dixit; Legem mihi constitue Domine. Et quid ille dicit, qui legem illi cõstituit? Audiamus & vocem Domini desuper exhortantis nos & consolantis nos: illius vocem quẽ habemus pro patre & matre qui nos dereliquerunt, illius vocem audiamus. Audiuit enim gemitus nostros, vidit suspiria nostra. Intuitus est desiderium nostrum, & vnam petitionem nostram, vnam postulationem per aduocatum Christũ libenter accepit: & donec peragamus istam peregrinationem, qua dilaturus est nõ ablaturus, quod promisit, dixit nobis. Sustine Dominũ.) Non sustinebis mendacem, non eũ qui poterit falli, non eum qui non est inuenturus q̃det. Omnipotens promisit, certus promisit, verax promisit, Sustine Dominum. Viriliter age.) Noli dissolui: ne sis inter eos quibus dicitur, Væ his qui perdiderunt sustinentiam. Sustine Dominum: omnibus nobis dicitur, & vni homini dicitur. Vnus sumus in Christo, corpus Christi sumus, qui vnã illam desideramus, qui vnã illã petimus, qui in illis diebus malorum nostrorum ingemiscimus, qui credimus nos videre bona Domini in terra viuentiũ: nobis omnibus, qui vnus in vno sumus, dicitur, Sustine Dominum, viriliter age. Et cõfortetur cor tuum, & sustine Dominum.) Quid aliud tibi dicit, quàm vt hoc repetat quod audisti? Sustine Dominum, viriliter age. Ergo qui perdidit sustinentiam, effeminatus est, perdidit vigorem. Hoc viri, hoc feminæ audiant, quia in vno viro vir & femina. Talis in Christo nec masculus nec femina est. Sustine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominũ. Sustinendo Dominum habebis eum, habebis quem sustinebis. Aliud desidera maius, si melius, si suauius inueneris.

Psal. 16.

Eccle. 2. c.

Galat. 3. d.

IN PSALMVM XXVII. ENARRATIO.

Psalmus ipsi Dauid.

IPSIVS mediatoris vox est manu fortis in conflictu passionis. Quæ autẽ videtur optare inimicis, nõ maleuolẽtiæ votum est, sed enunciatio pœnæ illorũ: sicut in Euangelio ciuitatibus in quib. miracula cũ fecisset, neque credidissent ei, non maleuolentia optat quæ dicit, sed quid eis imminеat prędicit. Ad te Domine clamaui, Deus meus ne sileas à me.) Ad te Domine clamaui, Deus meus ne separes vnitatem verbi tui ab eo q̃ homo sum. Ne quando sileas à me, & ero similis descendentib. in lacũ.) Ex eo enim q̃ æternitas verbi tui non intermittit vnire se mihi, fit vt non sim talis homo quales sunt cæteri qui nascuntur in profundã miseriã seculi huius: vbi tanquam sileas non cognoscitur verbum tuum. Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad tẽplũ sanctũ tuum.) Dum crucifigor, ad eorum salutem qui credentes fiunt templum sanctum tuum. Ne simul tradas cum peccatoribus animam meã, & cum operãtibus iniquitatem ne comperdas me. Cum his qui loquuntur pacem cum proximo suo.) Cum his qui mihi dicunt, scimus quia à Deo venisti magister. Mala autẽ loquuntur in cordibus suis. Da illis secundùm opera ipsorum.) Da illis secundum opera ipsorum, quia hoc iustum est. Et secundùm malignitatem affectionũ ipsorum.) Mala enim affectantes, bona inuenire non possunt. Secundùm opera manuum illorũ da eis.) Quãuis aliis ad salutem valeat quod fecerunt, secundùm opera tamen voluntatum eorum da eis. Redde retributionẽ eorũ ipsis.) Quia pro veritate quam audiebant, voluerunt fallaciam retribuere, fallacia ipsorum ipsos fallat. Quoniam non intellexerunt opera Domini.) Et vnde manifestum est hoc eis accidisse? Hinc scilicet quoniã non intellexerunt opera Domini. Hæc ipsa nimirum iam retributio fuit, vt quem maleuolo animo hominẽ tentauerunt, non cognoscerent Deum, quem consilio incarnatum pater misit. Et in opera manuũ eius.) Nec mouerentur ipsis visibilibus operibus quæ porrecta sunt vsque ad oculos eorũ. Destrues illos, & non ædificabis eos.) Nihil mihi noceant, sed nec conantes rursus aduersus Ecclesiam meã erigere machinas aliquid valeant. Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus.) Dominus adiuuans tanta patientem, & immortalitate protegens resurgentem. In ipso sperauit cor meũ, & adiutus sum. Et refloruit caro mea.) Id est, & resurrexit caro mea. Et ex voluntate mea cõfitebor illi.) Vnde iã consumpto mortis metu, non timoris necessitate sub lege, sed libera voluntate cũ lege confitebuntur illi qui credunt in me: in quibus quia ego sum, ego cõfitebor. Dominus fortitudo plebis suę.) Non illa plebs ignorans iustitiam Dei, & suam volens constituere. Non enim per se fortẽ se putauit: quia Dominus fortitudo plebis suæ, in huius vitæ difficultatib. cũ diabolo dimicãtis. Et protector salutarium Christi sui est.) Vt eam saluã factam per Christum suum, post fortitudinem bellicam, immortalitate pacis ad vltimũ protegat. Saluũ fac populũ tuum Domine, & benedic hæreditatẽ tuam.) Interpello igitur, postquam refloruit caro mea, quia dixisti, Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Saluum fac populum tuum, & benedic hæreditatem tuã: quia omnia mea tua sunt. Et rege illos, & extolle illos vsque in seculum.) Et rege illos in hac temporali vita, & in æternum hinc tolle illos.

Ioan. 3. a.

Rom. 10. a.

Psal. 2.

Ioan. 17. b.

IN PSALMVM XXVIII. ENARRATIO.

Psalmus ipsi Dauid, consummationis tabernaculi.

PSALMVS ipsi mediatori manu forti, perfectionis Ecclesiæ in hoc seculo, vbi aduersus diabolum tẽporaliter militatur. Propheta loquitur, Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.) Afferte Domino vosmetipsos, quos per Euangeliũ duces gregũ Apostoli genuerunt. Afferte Domino gloriã & honorem.) Per opera vestra Dñs glorificetur & honoretur. Afferte Domino gloriã nomini eius.) Gloriosè per orbẽ innotescat. Adorate Dominũ in aula sancta eius.) Adorate Dominum in dilatato & sanctificato corde vestro. Vos enim estis regiũ sanctum habitaculum ei°. Vox Domini super aquas.) Vox Christi super populos. Deus maiestatis intonuit.) Deus maiestatis de nube carnis terribiliter pœnitentiam prædicauit. Dominus

1. Pet. 2. b.

Matth. 4. a.

minus super aquas multas.) Ipse Dominus Iesus postea quam vocem emisit super populos & perterruit eos, conuertit in se, & habitauit in eis. Vox Domini in virtute.) Vox Domini iam in ipsis, potentes faciens eos. Vox Domini in magnificentia.) Vox Domini magna faciens in eis. Vox Domini conterens cedros.) Vox Domini contritione cordis humilians superbos. Cõteret Dominus cedros Libani.) Conteret per pœnitẽtiam Dominus elatos nitore terrenæ nobilitatis, cũ ad eos cõfundendos ignobilia huius mũdi elegerit, in quibus ostendat diuinitatem suam. Et commuuit eas tãquam vitulum Libani.) Et amputata superba celsitudine illorum, deponit eos ad imitationẽ humilitatis suæ, qui tanquam vitulus per ipsam huius seculi nobilitatẽ ad victimam ductus est. Astiterunt enim reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et dilectus sicut filius vnicornium.) Nam & ipse dilectus atque vnicus patri exinaniuit se nobilitate sua: & factus est homo, sicut filius Iudęorum ignorantium iustitiam Dei & superbè iactãtium tanquam singularem iustitiam suam. Vox Domini præcidẽtis flammã ignis.) Vox Domini per ardorẽ concitatissimum persequentium se sine vlla sua læsione transeuntis, vel diuidentis furentem iracundiã persecutorum suorum, vt alij dicerent. Nunquid fortè ipse est Christus. alij; Non, sed seducit populum. atq; ita præcidentis insanum tumultum eorum, vt alios in charitatem suam traiiceret, alios in malitia eorum relinqueret. Vox Domini commouentis solitudinem.) Vox Domini commouentis ad fidem gentes quondã sine spe & sine Deo in hoc mundo: vbi nullus propheta, nullus verbi Dei prædicator, veluti nullus homo habitauerat. Et commouebit Dominus desertum Cades.) Et tunc celebrari faciet Dominus sanctum verbũ scripturarum suarum, quod à Iudæis non intelligentibus deserebatur. Vox Domini perficientis ceruos.) Vox enim Domini primò perfecit superatores & repulsores venenosarum linguarum. Et reuelabit sylua.) Et tunc eis reuelabit opacitates diuinorum librorum & vmbracula mysteriorum, vbi cum libertate pascantur. Et in templo eius vnusquisq; dicit gloriam.) Et in Ecclesia eius omnis in spem æternam regeneratus, laudat Deũ pro suo quisque dono quod à sancto Spiritu accepit. Dominus diluuium inhabitat.) Dominus ergo primũ inhabitat diluuium huius seculi in sanctis suis: tanquã in arca, ita in Ecclesia custoditis. Et sedebit Dominus rex in æternum.) Et deinde sedebit regnans in eis in æternum. Dominus virtutem populo suo dabit.) Quia Dominus virtutem populo suo contra huius mundi procellas & turbines dimicanti dabit, quia pacem illis in hoc mundo non promisit. Dominus benedicet populum suum in pace.) Et idem Dominus benedicet populum suũ in seipso, illi pacem præstans: quoniam, inquit, Pacẽ meã do vobis, pacem meã relinquo vobis.

1. Cor. 1. d.

Psal. 2.

Philip. 3. a.

Rom. 10. a.

Ioan. 7. b.

Genes. 7. d.

Ioan. 14. d.

IN PSALMVM XXIX. ENARRATIO.

In finem Psalmus cantici dedicationis domus, Ipsi Dauid.

IN finem Psalmus lætitiæ resurrectionis atque in immortalem statum mutationis atq; innouationis corporis, non tantùm Domini, sed etiam totius Ecclesiæ. Nam in superiori Psalmo tabernaculum consummatũ est, vbi habitamus belli tempore: nunc autem domus dẽdicatur, quæ in sempiterna pace permanebit. Christus tot° itaque loquitur, Exaltabo te Domine, quoniã suscepisti me.) Sublimitatem tuam laudabo Domine, quoniam suscepisti me. Nec iucundasti inimicos meos super me.) Nec eos qui totiens variis per orbem persecutionibus me opprimere conati sunt, iucundasti super me. Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.) Domine Deus meus clamaui ad te, & corpus mortalitate saucium & ægrum iam non gero. Domine reduxisti ab inferis animam meam, saluum fecisti me à descendentibus in lacum.) Saluum fecisti me à conditione profundæ cæcitatis, atque † infimi limi corruptibilis carnis. Psallite Domino sancti eius.) Exultat Propheta futura ista cernens, & dicit: Psallite Domino sancti eius. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius.) Et confitemini ei q̃ sanctitatis qua vos sanctificauit nõ est oblitus, cùm totũ hoc mediũ tempus desiderio vestro longũ esset. Quoniã ira in indignatione eius.) Quoniã vindicauit in vos primũ peccatum, quod morte soluistis. Et vita in voluntate eius.) Et vitam æternam ad quam redire nullis vestris viribus possetis, quia voluit dedit. Vespere demorabitur fletus.) Vespere cœpit, vbi sapientiæ lumen recessit à peccante homine, quando morte damnatus est: ab ipso vespere moras habebit fletus, quamdiu in laboribus & tentationibus populus Dei expectat diem Domini. Et in matutinum exultatio.) Vsque in matutinum ergo exultatio resurrectionis futura est, quæ in matutina Domini resurrectione præfloruit. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.) Ego autem ille populus qui ab initiò loquebar, dixi in mea abundãtia, iam nullam patiens egestatem non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutẽ.) Sed hanc abundantiam Domine non ex me mihi esse, sed in voluntate tua præstitisse te decori meo virtutem ex eo didici. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.) Quòd auertisti aliquando à peccante faciẽ tuã, factus sum conturbatus, recedente à me illuminatione notitiæ tuæ. Ad te Domine clamabo, & ad Deũ meũ deprecabor.) Quod tempus conturbationis & miserię meæ recolens, & tanquam in eo constitutus, audio vocem primogeniti tui, capitis mei pro me morituri, & dicentis: Ad te Domine clamabo, & ad Deum meũ deprecabor. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Quæ vtilitas in effusione sanguinis mei, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis? Si enim non statim resurrexero, corruptumque fuerit corpus meum: nunquid confitebitur tibi puluis, id est, tuba impiorum quam mea resurrectione iustificabo? Aut annunciabit veritatem tuam?) Aut annunciabit ad salutem cæterorum veritatem tuam? Audiuit Dominus, & misertus est mihi, Dominus factus est adiutor meus.) Nec dedit sanctum suum videre corruptionem. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi.) Quem primogenitũ à mortuis consecuta Ecclesia, nunc in dedicatione domus tuæ dico; Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Conscidisti saccum meũ, & præcinxisti me lætitia.) Conscidisti velamentum peccatorum meorum, tristitiam mortalitatis meæ, & cinxisti me stola prima immortalitatis lætitiæ. Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.) Vt iam non plangar, sed cantet tibi non humilitas sed gloria mea, quia iam ex humilitate exaltasti me: & non compungar conscientia peccati, timore mortis, timore iudicij. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.) Et hæc est gloria mea Domine Deus meus, vt in æternum confitear tibi: quòd nihil mihi ex me, sed omnia bona ex te, qui es Deus omnia in omnibus.

Præfatio in enarrationem secundam eiusdem Psalmi.

HOc certè cantauimus. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me.) Si nouerim° de scripturis sanctis qui sint inimici nostri, cognoscimus huius cantici verita-

al. à fimi.

tem. Si autem nos fallat carnis prudentia, vt non cognoscamus aduersus quos nobis sit colluctatio, in ipso
Ephes. 6.b. Psalmi huius exordio inuenimus quæstionem quam soluere non possumus. Cuius enim putamus vocẽ esse laudantis Deum & gratias agentis & exultãtis atq; dicentis, Exaltabo te Domine, quoniã susceptisti me, nec iucũdasti inimicos meos super me? Primò ipsum Dominũ consideremus, qui secundũ id q̃ homo esse dignatus est, potuit sibi per præcedentem prophetiã non incongruè verba ista coaptare. Ex quo enim homo, ex hoc & infirmus: ex quo infirmus, ex hoc & orans. Nã q̃ modo audiuimus cùm Euãgelium legeretur, quem-
Marc. 1. d. admodum etiã in desertum secesserit à discipulis suis, quò eum sunt consecuti & inuenerũt eũ: Secedens autem ibi orabat, & dictum est à discipulis qui eum inuenerunt: Quærunt te homines. At ille respondit, Eamus & in alia loca atq; castella prædicare. Ad hoc enim veni. Si diuinitatẽ Domini nostri Iesu Christi cõsideres, quis orat? ad quẽ orat? quare orat? Orat Deus? Orat ad æqualẽ? Causam autẽ orãdi quã habet, semper beatus, semper omnipotens, semper incommutabilis, æternus, & patri coæternus? Intuentes ergo q̃ per Ioannẽ quasi per quandã nubẽ suam ipse intonuit, dicens: In princi-
Ioan. 1. a. pio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deũ: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: q̃ factum est in illo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non comprehenderũt. Huc vsque dicentes, non inuenimus orationem nec causam orandi, nec locum orandi, nec affectũ orãdi. Sed quoniã paulò pòst dicit: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, habes maiestatem ad quã ores, habes humanitatem quæ pro te oret. Nam hoc dictum est ab Apostolo, etiam post resurrectionẽ Domini nostri Iesu
Rom. 8. g. Christi: Qui sedet, inquit, ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quare interpellat, p̃ nobis? Quia
2. Tim. 2. b mediator esse dignatus est. Quid est mediatorem esse inter Deũ & homines? Non inter patrem & homines, sed inter Deũ & homines. Quid est Deus? Pater & filius & Spiritus sanctus. Quid sunt homines? Peccatores, impij, mortales. Inter illam trinitatem, & hominum infirmitatẽ & iniquitatẽ, mediator factus est homo, nõ iniquus, sed tamen infirmus, vt ex eo quod nõ iniquus iũgeret te Deo: ex eo quod infirmus, propinquaret tibi: atq; ita vt inter hominẽ & Deum mediator existeret,
Ioan. 1. b. verbum caro factum est, id est, verbum homo factũ est. Nomine enim carnis appellati sunt homines. Inde est; Et videbit omnis caro salutare Dei. Omnis caro dictũ est, oẽs homines. Et Apostolus: Non est nobis col-
Lucæ 3. d. luctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus
Ephes. 6. b homines: sed aduersus principes & potestates & rectores mundi, tenebrarum harum: de quib. in consequẽtibus, si Dñs adiuuerit, loquemur. Pertinet enim ista distinctio ad expositionem Psalmi, quem in nomine Dñi D susceptimus enodare sanctitati vestræ. Tamen ad hoc dixi hæc exempla, vt noueritis carnem appellatos esse homines, vt quod dictũ est, Et verbum caro factũ est, intelligatis dictum, Et verbum homo factũ est. Neque sine causa hoc dixi. Nouerit sanctitas vestra fuisse quãdam hæresim, vel adhuc fortassis haberi reliquias quorundã qui dicti sunt Apollinaristæ. Aliqui enim ipsorũ dixerunt hominem quem suscepit sapientia Dei, & in quo expressit personã suam, non sicut cæteros homines, sed sicut dictũ est in Psalmo: Vnxit te Deus Deus
Psal. 44. tuus oleo exultationis præ participibus tuis, id est, amplius quã participes tuos: ne putetur sic vnctus Christus quomodo cæteri homines, quomodo cæteri iusti, quomodo patriarchæ, prophetæ, apostoli, & martyres, & quicquid magnum est in genere humano. Quando-
Matt. 11. b quidem nihil maius extitit in genere humano quã Io-
A annes baptista, † nec in natis mulierum exurrexit. Si al. qui
Marc. 1. a. quæris excellentiam hominis, Ioãnes baptista est. Cui Matt. 3. c.
autẽ Ioannes se dicit non esse dignum corrigiã calceamenti soluere: quid erat ille nisi amplius quàm cæteri homines? etiã in ipso homine ampliùs quã cæteri homines? Nam secundũ Deũ & secundũ diuinitatem, &
Ioan. 1. a. secundùm id quod in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum, super omnem creaturã æqualis est patri: sed agimus de homine. Fortè putat quispiam vestrũ fratres, quia homo ille susceptus à sapientia Dei, æqualis erat cæteris hominib. Si in tuis membris multum distat inter caput & cætera mẽbra, certè omnia mẽbra faciunt corpus vnum, multũ tamẽ interest inter caput & cętera membra. Etenim in cæteris mẽbris non sentis nisi tactu. Tangendo sentis in cæteris mẽbris, in capite autem & vides & audis
B & olfacis & gustas & tangis. Si tanta excellentia est capitis ad membra cætera, quanta excellentia est capitis
1. Tim. 2. b vniuersæ ecclesiæ: id est, illius hominis quẽ voluit Deo mediatorem esse inter Deum & homines? Ergo illi hęretici dixerunt, hominem illum quem suscepit verbũ,
Ioan. 1. a. cùm verbum caro factum est, nõ habuisse mentem humanam: sed tantum animam sine intelligentia humana fuisse. Hominem enim videtis. Vnde cõstat? Ex anima & corpore, sed ipsa anima humana habet aliquid q̃ non habent animæ pecorũ. Nã & pecora animam habent, & animalia vocãtur. Nõ enim vocarentur animalia nisi ab anima, & videmus, quia & ipsa viuũt. Sed quid habet amplius homo vnde factus est ad imaginẽ Dei?
Genes. 1. d. Quia intelligit & sapit, quia discernit bonum à malo, in hoc factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Habet ergo aliquid quod nõ habent pecora. Et quia cõtemnit in se q̃ melius est pecorib. perimit in se vel deserit, & quodammodo obsolefacit imaginem Dei, vt
Psal. 31. dicatur talibus: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Illi igitur hæretici qui dixerũt C Dominum nostrum Iesum Christum nõ habuisse mẽtem humanam, & illud quod λογικὸν Græci dicũt, nos dicimus rationale, vnde homo ratiocinatur, quod nõ habẽt cætera animalia, sed quid dicũt? Ipsum verbum Dei, hoc erat in illo homine pro mente. Exclusi sunt isti, respuit illos catholica fides qui hæresim fecerũt: & confirmatum est in catholica fide, hominem illũ quem suscepit sapientia Dei, nihil minus habuisse quã cæteri homines, quantum pertinet ad integritatem naturæ: quantum autem ad excellentiam personæ, aliud quàm cæteri homines. Nam cæteri homines possunt dici participes verbi Dei, habentes verbum Dei: nullus autem
Ioan. 1. q corum potest dici verbum Dei, quod dictum est illi cui dictum est: Verbum caro factum est. Non desuerunt etiam alij quidam ex ipso errore venientes, qui non
1. Tim. 2. b. solum mentem dicerent non habuisse illum homi- D
Ioan. 1. b. nem, mediatorem Christum inter Deum & homines, sed nec animam. sed tantum dixerunt, verbum & caro erat, & anima ibi non erat humana, mens ibi non erat humana. Hoc dixerunt. Sed quid erat? Verbum & caro. Et istos respuit Ecclesia catholica, & expellit eos ab ouibus, & à simplici & vera fide: & confirmatum est, quemadmodum dixi, hominem illum mediatorem habuisse omnia hominis, præter peccatum. Si enim multa gessit secundùm corpus, ex quo intelligamus quia habuit corpus nõ in mẽdacio, sed in veritate: vt puta, quomodo intelligimus quia habuit cor-
Matt. 2. d pus? Ambulauit, sedit, dormiuit, comprehẽsus est, flagellatus est, colaphizatus est, crucifixus est, mortuus est. Tolle corpus, nihil horũ fieri potuit. quomodo ergo ex his

ex his indiciis cognoscimus in Euãgelio, quia verum corpus habuit, sicut & ipse etiam post resurrectionem
Lucæ 24. f. dixit: Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere: quomodo ex his rebus, ex his operibus credimus & intelligimus & nouimus quia corpus habuit Dominus Iesus: sic & ex quibusdã aliis officiis naturalibus, quia habuit animam. Esurire, sitire, animæ sunt ista. Tolle animã: corpus hæc exanime nõ poterit. Sed si falsa dicũt ista fuisse, falsa erũt, & illa quæ de corpore creduntur. Si autẽ ex eo verũ corpus, quia vera officia corporis: ex eo vera aĩma, quia vera officia animæ. Quid ergo, quoniã Dñs factus est infirmus propter te? O homo qui audis, non tibi compares Deum. Etenim creatura es, ille creator tuus. Nec illum hominem tibi cõferas, quia propter te homo Deus tu^s, & verbum filius Dei: sed illum hominem tibi præferas tanquam mediatorem, Deum autem supra omnẽ creaturã. Et sic intelligas, quia qui homo factus est propter
al. si te, non incongruè orat pro te. Si ergo non incongruè orat pro te, non incongruè potuit & ista verba dicere propter te: Exaltabo te Domine, quoniã susceptisti me, nec iucũdasti inimicos meos super me. Sed ista verba si nõ intelligamus, nec iucundasti inimicos meos super me, falsa erunt, si ipsum Dominum Iesum Christũ cogitemus. Quomodo enim verũ est, si Christus Dominus loquitur, Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me? Ex persona hominis, ex persona infirmitatis, ex p̃sona carnis quomodo verum est: quandoquidem iucũdati sunt inimici eius super eũ, quando illũ crucifixerunt, tenuerunt eum & flagellauerunt, & colaphizauerunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe? Ista iucunditas eorũ quasi cogit nos putare falsum esse, quod dictũ
Matt. 26. g. est, Nec iucũdasti inimicos meos super me. Deinde eũ in cruce penderet, & transibant vel stabant & attendebant & caput mouebant, & dicebant, Ecce filius Dei,
Matt. 27. c. alios saluos fecit, seipsum non potest, descẽdat de cruce, & credimus in eum. Dicentes ista nõ hæc iucundabantur super eum? Vbi est ergo ista vox, Exaltabo te C Domine, quoniam susceptisti me, nec iucundasti inimicos meos super me? Fortasse non est ista vox Domini nostri Iesu Christi, id est, ipsius hominis, sed vniuersæ Ecclesiæ populi Christiani: quia omnis homo in Christo vnus homo est, & vnitas Christianorum vnus homo. Fortasse ipse homo, id est, vnitas Christianorum ipsa dicit, Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me. Quomodo & hoc verũ est de illis? Non sunt cõprehensi Apostoli, nõ sunt cæsi, non sunt flagellati, non sunt occisi, non sunt crucifixi, non sunt incensi viui, nõ ad bestias pugnauerũt, quorum memorias celebramus? Quando autẽ ista illis faciebant homines, nónne iucũdabantur sup̃ eos? Quomodo ergo potest & populus Christianus dicere, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucũ- D dasti inimicos meos super me? Intelligemus hoc, si videamus primò titulum Psalmi. Habet enim, In finem Psalmus cãtici dedicationis domus ipsi Dauid.) In hoc titulo est oĩs spes, & vniuersum sacramentũ dissoluẽdę huius quæstionis. Dedicabitur domus aliquando quæ modò fabricatur. Modò enim fabricatur domus, id est, Ecclesia, postea dedicabitur. In dedicatione apparebit gloria populi Christiani, quæ modò latet. Sæuiant modò inimici, humilient, faciant nõ quicquid volunt, sed
al. quicquid † sicut desuper permittuntur. Nõ enim quicquid passi ab inimicis fuerimus, inimicis deputandum est, & non Domino Deo nostro. Quandoquidem in ipso suo exẽplo mediator demõstrauit, quando nobis desuper per-
2. sen. dist. 44. Sed pluribus. mittit homines nocere, non voluntatem nocendi desuper dari, sed potestatẽ. Vnusquisq; enim malus apud
A se habet voluntatẽ nocendi: vt autẽ possit nocere, non habet in potestate. Vt velit, iã reus est; vt possit, occulta dispẽsatione prouidentiæ Dei in alium permittitur ad pœnam, in alium permittitur ad probationem, in aliũ permittitur ad coronam. Ad pœnam, quomodo permissi sunt ἀλλόφυλοι, id est, alienigenæ capere populum Israël, quia peccauerũt in Deum. Ad probationẽ autẽ permissus est diabolus in Iob. Probatus est autem Iob, Iob. 1. c. confusus est diabolus. Ad coronam verò permissi sunt persecutores in martyres: Occisi sunt martyres, quasi vicisse se arbitrati sunt persecutores. Illi in manifesto falso triumpharunt, illi in occulto verè coronati sunt. Ergo in quem permittitur, occultæ dispensationis est prouidentiæ Dei. Vt autem velint nocere, ipsius hominis est: non enim continuò quem vult occidit. Itaq; ipse Dominus iudex viuorum & mortuorum, stans ante hominem iudicem, præbens nobis humilitatis exemplum & patientiæ documentum, non victus, sed mili-
B tibus pugnandi exemplum demonstrãs, minanti iudici, tumenti superbia & dicẽti, Nescis quia potestatẽ habeo dimittendi & occidẽdi te? abstulit typhum inflãtis: & tãquam reddens exufflationem qua detumesceret, Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Et Iob, nempe diabolus occidit filios ipsius, diabolus tulit omnem substantiam ipsius. Et ille quid? Dominus dedit, Dominus abstulit, ipsi Domi- Iob. 1. d. no placuit ita factũ est, sit nomẽ Domini benedictum. Non triumphet inimicus, quia ipse fecit. Noui ego, inquit, à quo sit permissus. Diabolo tribuat nocẽdi volũtas, Dño meo probãdi potestas. In ipso vulnere corporis accedit vxor relicta, sicut Eua, adiutrix diaboli, nõ consolatrix mariti, tentat & dicit inter multas increpationes: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Dic aliquod verbum in Deum & morere. Et ille Adam in Iob. 2. c. stercore cautior, quàm Adã in paradiso. Nam Adã in paradiso cõsensit mulieri, vt de paradiso emitteretur: Adam in stercore respuit mulierem, vt ad paradisum Genes. 3. b admitteretur. Quid ergo ille Adam in stercore, parturiens immortalitatem intrinsecùs, vermibus fluescens extrinsecus, quid ait mulieri? Tanquam vna ex insipiẽ- Iob. 2. e. tibus mulieribus locuta es. Si bona percepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Iterũ & ille manum Domini dixit, in se, quòd eũ diabolus percusserat: quia non attendebat quis percuteret, sed quis permitteret. Namq; & ipse diabolus eandẽ potestatem quam sibi volebat dari, manum Domini appellauit. Nam obiiciens crimen iusto viro, cui Dominus perhibebat testimonium, ait Deo, Nunquid gratis Iob colit Dominum? Nónne tu vallasti eũ ac domũ eius, vniuersamq; substantiam eius per circumitum? Operib. manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Tãta bona illi dedisti, propterea te colit. Sed mitte manum tuã & tange omnia quæ sunt eius, nisi in faciẽ tuã benedixerit tibi. Quid est, mitte manum tuã, cùm ipse Ioan. 19. b. vellet mittere? Sed quia ipse non posset mittere manũ suã, ipsam potestatem quã accepit à Deo, manũ Dei appellauit. Quid ergo fratres, quia tanta inimici in Christianos fecerunt, & exultauerunt, & iucundati sunt super eos? Sed quando apparebit, quia non sunt iucundati? Quando illi confundentur: illi exultabunt in aduẽtu Domini Dei nostri: cùm venerit ferens in manu retributiones: damnationem impiis, regnum iustis: societatem cũ diabolo iniquis, societatũ cũ Christo fidelibus. Quando ergo hoc ostendet? Quando stabunt iusti in magna constantia. De scripturis dico, recordamini lectionem de libro Sapientiæ: Tunc stabunt iusti in Sap. 5. a magna constantiã aduersus eos qui se angustiauerunt. Illi autem dicent inter se pœnitentes, & præ angustia

ſpiritus gementes: Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt enim omnia illa tanquam vmbra. Et quid dicent de iuſtis? Quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Tunc erit dedicatio domus q̃ modò in tribulationibus fabricatur. Tunc rectè dicet populus ille, Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec iucũdaſti inimicos meos ſuper me. Vera ergo erit vox iſta in populo Dei, qui populũs modò anguſtiatur, modò tribulatur, tãtis tẽtationib. tantis ſcãdalis, tantis inſecutionibus, tanta preſſura. Hæc tormenta animi non ſentit in Eccleſia qui non proficit, putat enim quia pax eſt. Sed incipiat proficere, & tunc videbit in qua preſſura ſit: quia cũ creuiſſet herba, & fructũ feciſſet, tunc apparuerũt & zizania. Et qui apponit ſciẽtiam, apponit dolorem. Proficiat, & videbit vbi ſit exiſtat fructus, & apparebũt zizania. Vox veridica eſt per Apoſtolum, deleri non poteſt ab initio vſq; ad finem: Sed & omnes qui volunt, inquit, piè viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur. Maligni autem homines & ſeductores proficiunt in peius, ipſi errantes & alios in errorẽ mittẽtes. Et vnde ſunt verba illa Pſalmi, Suſtine Dominũ, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ, & ſuſtine Dominũ? Parũ erat ſemel ſuſtinere Dominũ, niſi repeteret: ne fortè ſuſtineret biduo, triduo, quatriduo, & maneret preſſura & tribulatio: ideo addidit, viriliter age, addidit, & cõfortetur cor tuũ Et quia ab initio vſq; in finem ſic erit, q̃ habet ſententia in capite, hoc habet in fine, Et ſuſtine Dominum. Tranſient iſta quæ te premunt, & veniet quem ſuſtines, & exterget ſudorẽ. Siccabit lachrymam, vltrà nõ flebis. Modo autem gemamus in tribulationib. ſicut dicit Iob, Nónne tentatio eſt vita humana ſuper terram? Tamen fratres antequã veniat dies dedicationis domus, videamus, quia iã dedicatum eſt caput noſtrum: iam facta eſt dedicatio domus in capite tanquam dedicatio fundamenti. Caput ſurſum eſt, fundamentũ deorſum. Ne fortè propterea malè dixerimus fundamẽtum eſſe Chriſtũ, quia culmẽ eſt potius, aſcẽdit in cælũ, ſedet ad dexterã patris. Sed puto nos nõ erraſſe. Apoſtolus enim dixit: fundamentũ enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, q̃ eſt Ieſus Chriſtus. Si quis autẽ ſuperædificauerit ſupra fundamẽtũ hoc, aurũ, argentũ, lapides pretioſos. Qui bene viuunt, qui Deum honorant & laudant, qui patiẽtes ſunt in tribulationibus, qui deſiderãt patriã: ipſi ædificãt aurũ, argẽtũ, lapides pretioſos. Qui autẽ amant adhuc ſecularia, & negotiis terrenis adhuc implicati ſunt, & dediti ſunt vinculis quibuſdã & affectionibus carnis, domib. ſuis, cõiugibus, poſſeſſionib. & tamen Chriſtiani ſunt: ita vt cor eorum nõ recedat à Chriſto, & nihil præponant Chriſto, quomodo in ædificando nihil præponitur fundamento: ædificãt quidẽ ipſi ligna, fœnum, ſtipulã. Sed quid ſecutus eſt? Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Ignis tribulationis & tẽtationis. Iſte ignis multos martyres hic probauit, omne autem genus humanũ probat in fine Inuenti ſunt martyres qui haberent iſta ſecularia. Quàm multi diuites & ſenatores paſſi ſunt. Ædificabant tamẽ quidam eorũ ligna, fœnum, ſtipulã in affectionib. carnalibus & ſecularium curarum: ſed tamen quia Chriſtum fundamentum habebant ſuper quod ædificabant, arſit fœnum, & ipſi remanſerunt in fundamento. Sic dicit Apoſtolus, Si cuius opus mãſerit, mercedẽ accipiet, & nihil perdet: quia quod amauit, hoc inueniet. † Quid ergo illis fecit ignis tribulationis? Probauit eos. Si cuius opus permanſerit, mercedem accipiet. Si cuius op' arſerit, damnum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Sed aliud eſt igne non lædi, aliud per ignem ſaluari. Et vnde? Propter fundamentũ. Nõ recedat ergo de corde fundamentum. Noli ſuper fœnum ponere fundamentum, hoc eſt, noli anteponere fœnum fundamento: vt fœnum habeat primum locũ in corde tuo, & ſecundum Chriſtus. Sed ſi iam non poteſt ibi eſſe niſi fœnum, vel primum locum habeat Chriſtus, & fœnum ſecundum: Ergo fundamentum eſt Chriſtus. Quomodo dixi, dedicatum eſt caput noſtrum: ipſum caput eſt fundamentum. Sed fundamẽtum deorſum ſolet eſſe, caput autem ſurſum. Intelligat ſanctitas veſtra quid dicam, fortaſſis explicabo in nomine Chriſti. Pondera gemina ſunt. Põdus enim eſt impetus quidam cuiuſq; rei, velut conãtis ad locũ ſuũ. Hoc eſt pondus. Fers lapidem manu, pateris põdus, p̃mit manum tuam, quia locũ ſuũ quærit. Et vis videre quid quærat? Subtrahe manum, venit ad terram, quieſcit in terra: peruenit quò tẽdebat, inuenit locum ſuũ. Pondus ergo illud motus erat quaſi ſponteneus, ſine anima, ſine ſenſu. Sunt aliqua quæ ſurſum verſus petunt locum. Nãque ſi aquã mittas ſuper oleũ, põdere ſuo in ima tendit. Locũ enim ſuũ quẽrit, ordinari quẽrit: quia præter ordinem eſt aqua ſuper oleum. Donec ergo veniat ad ordinem ſuum, inquietus motus eſt, donec teneat locũ ſuũ. Contrà, oleũ funde ſub aqua, verbi gratia, quemadmodum ſi vas olei cadat in aquã, in abyſsũ, in mare, & frangatur, non ſe patitur oleum ſubter. Quomodo aqua ſuper oleum miſſa, pondere ſuo ad ima locum ſuũ quærit: ſic oleum ſubter aquã fuſum, pondere ſuo ad ſumma locum ſuũ quærit. Si ergo ita eſt fratres, quò tendit ignis & aqua? Ignis ſurſum fertur, locũ ſuũ quærit, & aqua locum ſuum quærit pondere ſuo. Lapis ima petit, & lignum, & columnæ, & terra, vnde ædificantur iſtæ domus. De illo ergo ſunt genere rerũ, quæ pondere ſuo deorſum feruntur. Manifeſtum eſt ergo ideo deorſum accipere fundamentum, quia pondere ſuo deorſum verſus feruntur: & niſi ſit quod ſuſtineat, totum cadit, quia totum ad terram vergit. Rebus ergo ad ima tendẽtibus, in imo ponitur fundamentum: Eccleſia verò Dei in imo poſita, tendit in cælum. Fundamentum ergo noſtrum ibi poſitum eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſedens ad dexteram patris. Si ergo intellexit ſanctitas veſtra, quia iã dedicatũ eſt fundamẽtũ noſtrũ, audiamus breuiter Pſalmum, & decurramus.

Matt. 13. d
Eccle. 1. d.
2. Tim. 3. c
Pſal. 26.
Iob. 7. a.
1. Cor. 3. c.
1. Cor. 3. c.
al. Quod ergo illis fecit, ignis probabit.
1. Cor. 3. c.
Marc. 16. d.

Enarratio ſecunda.

EXaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec iocundaſti inimicos meos ſuper me.) Quos inimicos? Indæos, in dedicationem fundamenti, ipſam dedicationem intelligamus domus futuræ. Quod enim dicitur modò ex perſona fundamenti, tũc dicetur ex p̃ſona vniuerſæ domus. Quos ergo inimicos? Iudæos, an potius diabolum & angelos eius, qui confuſi diſceſſerunt, poſtquam Dominus reſurrexit? Præpositus mortis doluit victam mortem. Et non iocundaſti inimicos meos ſuper me, quia teneri apud inferos non potui. Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.) Orauit in monte Dominus ante paſſionem, ſanauit eum. Quẽ ſanauit qui nunquam ægrotauit? Verbum Deum, verbum diuinitatem? Non. ſed mortem carnis portabat, vulnus tuum portabat, ſanaturus te de vulnere tuo. Sanata eſt autem caro. Quando? Cùm reſurrexit. Audi Apoſtolum, vide veram ſanitatem. Abſorpta eſt, ait, mors in victoriam. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors contentio tua? Ergo exaltatio illa noſtræ tunc erit vocis, Chriſti modò eſt exaltatio. Dñe reduxiſti ab inferis animam meam.) Non opus eſt vt exponatur. Saluum feciſti me à deſcendentibus in lacum.) Qui ſunt qui deſcẽdunt in lacum? Omnes peccatores mergẽtes in profundũ. Lacus eſt enim profunditas ſeculi.

Matt. 26. d.
1. Cor. 15. g.

Quæ

Quæ eſt iſta profunditas ſeculi? Abundantia luxuriæ & nequitiæ. Qui ergo libidinibus ſeſe immergunt & terrenis deſideriis, deſcendunt in lacum. Tales Chriſtum perſecuti ſunt. Sed quid dicit? Saluum feciſti me à deſcendentibus in lacum. Pſallite Domino ſancti eius.) Quia reſurrexit caput veſtrum, hoc ſperate membra cætera quod videtis in capite. Hoc ſperate membra, quod credidiſtis in capite. Prouerbium eſt antiquũ & verum, Vbi caput, & cætera membra. Chriſtus in cælum aſcendit, quò nos ſecuturi ſumus. Nõ remanſit apud inferos, reſurrexit, iam non moritur. Cũ reſurrexerimus & nos, iã non moriemur. Has ergo promiſſiones habentes, pſallite Domino ſancti eius. Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.) Quid eſt confitemini memoriæ? Obliti enim eratis eum, ſed ipſe vos non eſt oblitus. Quoniã ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.) Ira in indignatione peccatori. Qua die ederitis, morte moriemini. Tetigerunt, mortui ſunt, dimiſſi de paradiſo, quia ira in indignatione eius, ſed nõ ſine ſpe: quia vita in voluntate eius. Quid eſt in volũtate eius? Non in viribus noſtris, non in meritis noſtris: ſed quia voluit, ſaluos nos fecit, nõ quia digni eramus. Quo enim eſt peccator dignus, niſi ſupplicio? Vitã dedit. Et ſi impiis vitam donauit, quid ſeruat fidelibus? Veſpere demorabitur fletus.) Nolite timere, quia dixerat nobis, pſallite, & hic gemitus eſt: in pſallendo exultatio, in orando gemitus? Geme de præſentib. pſalle de futuris. Ora de re, pſalle de ſpe. Veſpere demorabitur fletus. Quid eſt, veſpere demorabitur fletus? Veſpera fit, quando ſol occidit. Occidit ſol ab homine, id eſt, lux illa iuſtitiæ, præſentia Dei. Ideo quãdo expulſus eſt Adam, quid dictũ eſt in Geneſi? Cũ deambularet Deus in paradiſo. Ad veſperam deambulabat Deus. Iã ille peccator texerat ſe intra lignum, nolebat videre faciẽ Dei, ad quam gaudere conſueuerat. Occiderat illi ſol iuſtitiæ, non gaudebat ad præſentiã Dei. Inde inchoata eſt omnis vita iſta mortalis. Veſpere demorabitur fletus. Diu eris in fletu, ô genus humanum: naſceris enim de Adã, & ſic eſt factum. Et nos ex Adam ſumus: & quotquot crearunt filios, & creaturi ſunt, ex Adam ſunt, ex quo & ipſi creati ſunt. Veſpere demorabitur fletus. Et in matutinum exultatio.) Quando cœperit oriri fidelib. lux, quæ occiderat peccatoribus. Nã ideo & Dñs Ieſus Chriſtus in matutino ſurrexit de ſepulchro, vt q̃ dedicauit in fundamento, hoc promitteret domui. In Domino noſtro veſpera fuit, quia ſepultus eſt: & matutinum, quia reſurrexit tertio die. Sepultus es & tu veſpere in paradiſo, & reſurrexiſti tertio die. Quomodo tertio die? Si ſeculum cogites, vnus dies eſt ante legem, ſecundus ſub lege, tertius ſub gratia. Quod triduo illo oſtendit caput tuum, hoc triduo ſeculi oſtẽditur in te: quando in matutinum ſperandum eſt, lætãdum eſt, ſed perferendum eſt modò & gemendũ. Ego autem dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum.) In qua abundantia dixit homo, Non mouebor in æternum? Intelligimus fratres perſonam humilis hominis. Quis hic habet abundantiam? Nemo. Abundantia hominis quæ eſt? Ærumna, calamitas. Sed diuitiæ habent abundantiam. Plus egent quanto plus habent: deſideriis vaſtantur, cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, triſtitia contabeſcunt. Quæ illi abundantia erat, quando conſtitutus eſt homo in paradiſo, quando nihil deerat illi, quando Deo fruebatur: ſed dixit, Non mouebor in æternum. Quãdo dixit, nõ mouebor in æternum? Quando libenter audiuit, guſta te & eritis tanquam dij: cùm Deus diceret, qua die ederitis, morte moriemini, & diabolus, non morte moriemini. Credens ergo illi talia ſuadenti dixit, Non mouebor in æternum. Sed quia verũ dixerat Dominus, quòd ablaturus eſſet ſuperbo, quod dederat humili quando eum creauit; ſequitur & dicit, Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.) Id eſt, quia non ex me bonus eram & fortis, ſed ex te eram & pulcher & fortis: decori meo virtutem præſtiterat, ex voluntate tua qua me feceras. Et vt oſtenderes mihi, quia ex voluntate tua hoc eram. Auertiſti faciem tuã à me, & factus ſum conturbatus.) Auertit ergo faciẽ ſuã ab illo, quem emiſit foras de paradiſo. Iã hic poſitus, clamet & dicat: Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.) In paradiſo non clamabas, ſed laudabas, non gemebas, ſed fruebaris. Foris poſitus geme & clama: propinquat tribulanti, qui deſeruit ſuperbientem. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meũ deprecabor. Iam ex perſona Domini hoc ſequitur, ipſius fundamenti noſtri. quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Quid ergo orat? Vt reſurgat. Si enim deſcendero, inquit, in corruptionem, ſi ſic fuerit corrupta caro mea, quomodo cæterorũ hominum, vt in fine reſurgat, vt quid fudi ſanguinẽ? Si enim non modò reſurgam, nemini annunciabo, neminẽ lucrabor. Vt autem alicui annunciẽ mirabilia tua, laudes tuas, vitam æternam, exurgat càro mea, non eat in corruptionem. Nã ſi ierit quomodo cæterorum hominum, quæ vtilitas in ſanguine meo? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuã?) Cõfeſſio gemina eſt, aut peccati, aut laudis. Quando nobis malè eſt, in tribulationib. confiteamur peccata noſtra: quando nobis bene eſt, in exultatione iuſtitiæ cõfiteamur laudem Deo: ſine confeſsione tamen non ſimus. Audiuit Dominus & miſertus eſt mei.) Quomodo? Attẽdit ad dedicationem domus, audiuit & miſertus eſt. Dominus factus eſt adiutor meus.) Audi iam ipſam reſurrectionem. Conuertiſti planctum meum in gaudiũ mihi, conſcidiſti ſaccum meum, & accinxiſti me lætitia.) Quis eſt ſaccus? Mortalitas, Saccus de capris conficitur & de hædis, & capræ & hædi inter peccatores ponuntur. Dominus de numero noſtro ſaccũ ſolũ accepit, non aſſumpſit meritum ſacci. Meritũ ſacci, peccatum eſt: ſaccus ille, mortalitas eſt. Aſſumpſit propter te mortalitatem, qui meritũ mortis non habebat: Meritũ enim mortis ille habet qui peccat. Ille autẽ qui nõ peccauit, non habuit meritũ ſacci. Alio loco ipſius eſt vox dicẽtis, Ego autẽ cũ mihi moleſti eſſent, induebã me cilicio. Quid eſt hoc, Induebã me cilicio? Hoc opponebã perſecutoribus quod habeo de cilicio. Vt hominem illi putarent, abſcondit ſe ab oculis perſequentiũ, quia indigni erãt perſecutores qui viderent indutũ cilicio. Ergo conſcidiſti ſaccũ meũ, & cinxiſti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea, & non cõpungar.) Quod in capite eſt, hoc in corpore. quid eſt non compũgar? Iã non moriar. Cõpunctus eſt enim cũ in cruce penderet, lancea percuſſus. Caput ergo noſtrum dicit, Non compungar, iam non moriar. Nos autem quid dicimus propter dedicationem domus? Non nos compungat conſcientia ſtimulis peccatorum. Dimittentur enim omnia, & tunc liberi erimus. Vt cãtet tibi, inquit, gloria mea, non humilitas. Si noſtra, & Chriſti: quia corpus Chriſti nos. Quare? Quia quãuis Chriſtus ſedeat in cælo, dicturus eſt quibuſdã, Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Et ibi eſt, & hic. Ibi in ſe, hic in nobis. Quid ergo ait? Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Gemit tibi humilitas mea, cantabit tibi gloria mea. Iam in finem. Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.) Quid eſt, in æternum confitebor tibi? In æternum laudabo te, quia diximus eſſe

Mare. 16, a.
Act. 1. a.
Genes. 2. c
Genes. 3. b
Mat. 28. a.
Genes. 3. b.
Genes. 3. d
Iacobi. 4. c.
1. Pet. 5. a.
Pſal. 34
Ioan. 19. f.
Matth. 25. c
Matt. 25. c

confessionem & in laudibus, non tantum in peccatis. Confitere ergo modò quod tu fecisti in Deum, & cõfiteberis quid tibi fecerit Deus. Quid fecisti? Peccata. Quid Deus tibi confitenti iniquitatem tuam? Dimittit tibi peccata tua, vt ei postea laudes ipsius confitens, in æternum non compungaris peccato.

IN PSALMVM XXX. ENARRATIO.

In finem, Psalmus ipsi Dauid ecstasis.

IN finem Psalmus ipsi Dauid mediatori manu forti in persecutionib. Nã ecstasis quæ addita est titulo, excessum mentis significat, quæ fit vel pauore, vel aliqua reuelatione. Sed in hoc Psalmo pauor maximè apparet perturbati populi Dei persecutione omnium gẽtium, & † defectus per orbem fidei. Sed prior loquitur ipse mediator. Deinde redemptus sanguine ipsius populus gratias agit. Ad extremũ perturbatus diu loquitur, quod ad ecstasin pertinet: Prophetæ verò ipsius p̃sona bis interponitur, prope finem, & in fine. In te Domine speraui, non confundar in æternum.) In te Domine speraui, nunquã confundar, dũ tanquam homini simili cæteris insultabitur. Et in iustitia tua erue me & exime me.) Et in tua iustitia erue me de fouea mortis, & exime me de numero eorum. Inclina ad me aurẽ tuam.) Humilem me exaudi proximus mihi. Accelera vt eximas me.) Nec differas in finem seculi, sicut omnium credẽtium mihi, segregationem meam à peccatoribus. Esto mihi in Deum protectorem.) Protector Deus esto mihi. Et in domum refugij, vt saluum me facias.) Et tanquam domus quo refugiens saluus fiam. Quia fortitudo mea & refugium meum es tu.) Quia fortitudo mea ad tolerandos persecutores meos, & refugium meum ad relinquendos tu mihi es. Et propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me.) Et vt per me innotescas omnib. gentibus, per omnia sequar volũtatem tuam, & paulatim mihi aggregatis sanctis implebis corpus meum, & perfectam staturam meã. Educes me de muscipula ista, quàm occultauerunt mihi.) Educes me de insidiis istis, quas occultauerunt mihi. Quoniam tu es protector meus. In manus tuas commẽdo spiritum meũ.) Potestati tuæ commendo spiritum meum, citò recepturus. Redemisti me Domine Deus veritatis.) Dicat & populus redẽptus passione Domini sui, & lætus clarificatione capitis sui, Redemisti me Domine Deus veritatis. Odisti obseruãtes vanitatem superuacuè.) Odisti obseruãtes falsam beatitudinẽ seculi. Ego autem in Domino speraui, exultabo & iocũdabor in tua misericordia.) Exultabo & iocũdabor in tua misericordia, quæ me non fallit. Quia respexisti humilitatem meam.) Quia respexisti humilitatem meam, qua me vanitati in spe subiecisti. Saluam fecisti de necessitatibus animam meam.) Saluã fecisti de necessitatibus timoris animam meam, vt tibi charitate libera seruiat. Nec conclusisti me in manus inimici.) Nec conclusisti me, vt non haberẽ aditum respirandi in libertatem, & darer in sempiternam potestatẽ diaboli, cupiditate huius vitæ illaqueantis, & morte terrentis. Statuisti in loco spatioso pedes meos.) Resurrectione cognita Dñi mei & mea promissa mihi, spatiatur permanẽs in latitudinẽ libertatis ab angustiis timoris educta charitas mea. Miserere mei Domine, quoniam tribulor.) Sed quæ est ista insperata persequẽtium crudelitas, magnum mihi pauorem incutiẽs? Miserere mei Domine: Non enim de morte iam terreor, sed de cruciatibus atq; tormentis. Conturbatus est in ira oculus meus.) Habebam oculum in te, quòd nõ me desereres, iratus es & conturbasti eum. Anima mea & venter meus.) In eadem ira conturbata est anima mea, & memoria mea quam tenebam, quid pro me pertu-

al. defectu.

Lucæ 23.

A lerit, & quid mihi promiserit Deus meus. Quoniã defecit in dolore vita mea.) Quoniã vita mea est confiteri te, sed defecit in dolore, dum dixisset inimicus, Torqueatur donec neget. Et anni mei in gemitibus.) Tẽpora quæ ago in hoc seculo, non mihi morte auferuntur, sed manent atque in gemitibus sunt. Infirmatus est in egestate vigor meus.) Egeo sanitate huius corporis, nec parcitur cruciatibus. Egeo resolutione corporis & parcitur morti, & in hac egestate infirmata est fiducia mea. Et ossa mea conturbata sunt.) Et firmitas mea cõturbata est. Super inimicos meos factus sum opprobrium.) Inimici mei sunt oẽs iniqui, & tamen pro sceleribus suis vsque ad confessionem torquẽtur. Superaui ergo opprobrium eorum, cuius confessionem non mors sequitur, sed cruciatus insequitur. Et vicinis meis nimium.) Nimiũ hoc visum est eis, qui iam appropinquabant cognoscere & tenere fidem quam teneo. Et timor notis meis.) Et ipsis notis meis exemplo horri-
B bilis tribulationis meę timorẽ incussi. Qui videbãt me, foras fugiebant à me.) Quoniam non intelligebãt interiorẽ & inuisibilem spem meam, in exteriora & visibilia fugerunt à me. Oblitus sum tanquam mortuus à corde.) Et obliti sunt me tanquam mortuus sim à corde ipsorum. Factus sum tanquam vas perditum.) Visus sum mihi periisse vsibus Domini viuens in hoc seculo, & neminem lucrifaciens cùm omnes timerent aggregari mihi. Quoniam audiui vituperationem multorũ accolentium in circuitu.) Quoniam audiui vituperantes multos in peregrinatione huius † terrę iuxta me, sequentes circuitum temporum, & mecum in patriam æternam redire recusantes. Dum congregarentur ipsi simul aduersum me, vt acciperent animam meam consiliati sunt.) Vt cõsentiret eis anima mea, quæ morte posset de potestate illorum facilè exire, excogitauerunt consilium quo nec mori me sinerent. Ego autem in te speraui Domine, dixi tu es Deus meus.) Nõ enim
C mutatus es, aut non saluum facies qui emendas. In manibus tuis sortes meæ.) In potestate tua sunt sortes meæ. Non enim vllum video meritũ, quo de vniuersa impietate generis humani me potissimum elegisti ad salutẽ. Et si est apud te iustus & occultus ordo electionis meæ, ego tamen quem hoc latet, ad tunicam Domini mei sorte perueni. Erue me de manibus inimicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum.) Notum fac hominibus, qui non putãt me ad te pertinere, super me esse intẽdentẽ faciem tuam, meq; tibi seruire. Saluum me fac in tua misericordia Domine, non confundar quoniam inuocaui te.) Domine non erubescam insultantibus mihi, ex eo quòd te inuocaui. Erubescant impij, & deducantur in infernum.) Erubescant potius qui lapides inuocant, & vmbris socientur. Muta efficiantur labia dolosa.) Nota faciens populis sacramenta in me tua, sic fac obstupescere labia fingentium de me falsa. Quæ loquun-
D tur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & contemptu.) Quæ loquuntur aduersus Christum iniquitatem, superbientes & contemnentes tanquam hominem crucifixum. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine!) Exclamat hic Propheta ista cernens & mirans, quã multis modis copiosa est dulcedo tua Domine. Quam abscondisti timentibus te.) Etiam eos quos emendas multum amas, sed ne dissoluta securitate negligentiùs agant, abscondis ab eis dulcedinem amoris tui, quibus vtile est timere te. Perfecisti sperantibus in te.) Perfecisti autem hanc dulcedinem sperantibus in te. Non enim subtrahi eis quod vsq; in finẽ perseueranter expectant. In conspectu filiorũ hominũ.) Non enim latet filios hominũ iã non secundum

al. vites.

Ioan. 19.

Adam, sed secundum filium hominis viuentes. Abscõdes eos in abscondito vultus tui.) Quam sedem in perpetuum seruas in abscondito notitiæ tuæ sperantibus in te. A conturbatione hominum.) Vt iam nullam humanam cõturbationem patiantur. Proteges eos in tabernaculo tuo, à cõtradictione linguarũ.) Sed hîc interim dum eis maledicæ linguæ obstrepunt dicentes, quis hoc nouit, aut quis inde venit? proteges eos in tabernaculo fidei carũ rerum, quas Dominus pro nobis tẽporaliter gessit & pertulit. Benedict⁹ Dominus, quoniã mirificauit misericordiam suã in ciuitate circunstãtiæ.) Benedictus Dominus: quoniã post emendationẽ acerrimarum persecutionũ, omnibus mirabilem fecit misericordiam suam per orbem terrarum, in circumstu societatis humanæ.

Ego dixi in ecstasi mea.) Vnde ille populus iterũ loquẽs ait, Ego dixi in pauore meo cùm horribiliter gẽtes in me sæuiũt. Proiectus sum à facie oculorũ tuorũ.) B Nõ enim si me respiceres, pati me ista sineres. Ideo exaudisti Domine vocẽ orationis meæ, cùm clamarem ad te.) Ideo modũ ponens emendationi, & ostendens me pertinere ad curã tuã: exaudisti Domine vocẽ orationis meæ, cùm clamarẽ ad te, cùm eam ex tribulatione nimis intenderẽ. Diligite Dominũ omnes sancti eius.) Hortatur iterũ propheta ista cernens, & dicit, Diligite Dominum omnes sancti eius. Quoniam veritatem re-

1 Pet. 4. d.

quiret Dominus.) Quando si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Et retribuet his qui abũdanter faciunt superbiam.) Et retribuet his qui nec victi conuertuntur, quia multũ superbiunt.

Psal. 26.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrũ.) Vt bonum sine defectione operãtes, tẽpore proprio metatis. Oẽs

Gal. 6. a.

qui speratis in Domino.) Omnes qui speratis in Dño: id est, qui eum rectè timetis vel colitis, sperate in Dño.

Concio prima, de principio eiusdem Psalmi.

C PSALMI huius quẽ modò cantauimus, quantũ possumus secreta rimemur, & inde sermonẽ ex cultum reddamus auribus & mẽtibus vestris. Titulus eius est, In finẽ Psalmus ipsi Dauid ecstasis.) In finẽ quid sit, no-

Rom. 10.

uimus, si Christũ nouimus. Dicit enim Apostol. Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credenti, finis non consumẽs, sed perficiẽs. Duobus enim modis dicimus finẽ: vel quo fit vt nõ sit quod erat, vel quo fit vt perfectũ sit quod inchoatũ erat. Ergo in finẽ in Christum, Psalmus Dauid ecstasis. Verbũ ecstasis est Græcũ: Latinè, quantũ datur intelligi, verbo vno exponi potest, si dicatur excessus. Excessus autẽ mentis propriè solet ecstasis dici. In excessu verò mẽtis duo intelliguntur, aut pauor, aut intẽtio ad superna, ita vt quodammodo de memoria labantur inferna. In hac ecstasi fuerunt omnes sancti, quibus arcana Dei mundũ istum excedẽtia reuelata sunt. De hoc mẽtis excessu, id est, ecstasi,

2. Cor. 5. c.

Paulus cùm loqueretur, seipsum insinuãsait, Siue enim D mente excessimus Deo, siue tẽperantes sumus vobis: charitas enim Christi compellit nos. Hoc est, si ea tantùm agere vellemus, & ea tantùm contẽplari, quæ mẽtis excessu intuemur, vobiscũ nõ essemus: sed essemus in supernis tanquã contẽptis vobis. Et quando nos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursus cõpellente nos charitate Christi (qui cùm in

Philip. 2. a.

forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens) nos consideraremus esse seruos, & non ingrati ei à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt non contẽneremus inferiora, & temperaremus nos eis qui non possunt nobiscum videre sublimia? Hoc ergo ait, Siue mente excessimus Deo. Ille enim videt quid nos videmus, qui fieri hominẽ in mentis excessum cõcedit: ille solus reuelat secreta sua. Quippe ille hoc lo-
A quitur qui se dicit raptum esse & ablatum in tertiũ cælum, & audiuisse ineffabilia verba, quæ nõ licet homini loqui. Tãtus autẽ fuit ille mẽtis excessus: vt diceret, Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Er- 2. Cor. 12. a.
go si hunc excessum mentis, id est, hanc ecstasim significat titulus Psalmi huius: magna profectò & alta quædã sperare debemus, dicturũ eum qui cõdidit Psalmũ, id est, Prophetã, imò verò per prophetam spiritũ sanctum. Si verò hæc ecstasis pauor intelligendus est, neq; huic significationi verbi deerit huius Psalmi cõtextus. Videtur enim de passione loçuturus esse, in qua pauor est. Sed cuius pauor est? vtrũ Christi, quia dixit, in finẽ, & intelligimus finẽ Christum, an fortè noster pauor? Nunquid enim possumus pauorem bene intelligere in Christo propinquãte passione? qui propterea venerat, cùm venisset ad quod venerat, nũquid pauebat moriturus? Si prorsus ita homo esset, vt nõ Deus esset: nónne magis gauderet resurrecturus, quàm paueret moriturus? Veruntamẽ quia dignatus est assumere formam Philip. 2. b.
serui, & in ea nos vestire se, qui non est dedignatus assumere nos in se, nõ est dedignatus transfigurare nos in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loqueremur verbis ipsius. Hæc enim mira commutatio facta est, & diuina sunt peracta cõmercia: mutatio rerũ celebrata in hoc mundo à negociatore cælesti. Venit accipere cõtumelias, dare honores: venit haurire dolorem, dare salutẽ: venit subire mortẽ, dare vitam. Moriturus ergo ex eo quod nostrum habebat, nõ in se, sed in nobis pauebat: quia & hoc dixit, tristem esse animam suam vsque ad Matt. 26. d.
mortẽ, & vtique nosipsi omnes cum illo. Nã sine illo, nos nihil: in illo autẽ ipse Christus, & nos. Quare? Quia totus Christus caput & corp⁹. Caput ille saluator corporis, qui iam ascendit in cælũ: corpus autem ecclesia,
C quæ laborat in terra. Hoc autẽ corpus nisi connexione Ephes. 5. g.
charitatis adhęreret capiti suo, vt vnus fieret ex capite & corpore: non de cælo quendã persecutorem corripiens diceret, Saule Saule quid me persequeris? Quan- Actor. 9. a.
do eum iam in cælo sedentem nullus homo tangebat, quomodo eũ Saulus in terra sæuiẽs aduersus Christianos aliquo modo iniuria percellebat? Nõ ait quid sanctos meos, quid seruos meos, sed quid me persequeris: hoc est, quid mẽbra mea. Caput pro mẽbris clamabat, & mẽbra in se caput transfigurabat. Vocẽ namq; pedis suscipit lingua. Quando fortè in turba cõtritus pes dolet, clamat lingua, Calcas me. Nõ enim ait, Calcas pedem meũ, sed se dixit calcari, quam nemo tetigit. Sed pes qui calcatus est, à lingua nõ separatus est. Ergo etiã sic non incongruè intelligitur ecstasis, pauor. Quid enĩ Ioan. 21. d.
dicã fratres? Si nullus omnino pauor esset passuris: diceretur ipsi Petro, quod audiuimus natali apostolorũ die, quãdo ei Dominus prædixit futuram suam passio-
D nem, Cùm esses iunior, cingebas te & ibas quò volebas: cùm autem senior factus fueris, alter te cinget, & ducet quò tu non vis? Hoc autem, inquit, dixit significans qua morte moreretur. Ergo si Petrus apostolus tanta perfectione quò nollet ductus est, & volens nolens mortuus est, sed volẽs coronatus est: quid mirum si est aliquis pauor in passione etiam iustorum, etiam sanctorum? Pauor est ex humana infirmitate, spes ex diuina promissione. Quod paues tuum est, quod speras donum Dei est in te. Et melius in pauore tuo agnoscis te, vt in liberatione tua glorifices qui fecit te. Paueat humana infirmitas, nõ in eo pauore deficit diuina misericordia. Denique pauens iste inde cœpit: In te Do- Psal. 70.
mine speraui, non confundar in æternũ.) Videtis quia & pauet & sperat: videtis quia pauor iste non est sine spe. Etiã si est aliqua in humano corde cõturbatio, non

re cedit diuina consolatio. Loquitur ergo hic Christus in propheta, audeo dicere, Christus loquitur. Dicturus est quędam in hoc Psalmo, quæ quasi Christo videãtur non posse cõgruere, illi excellentiæ capitis nostri, maximęque illi verbo quod in principio erat Deus apud
Ioan. 1. a. Deũ: nec ei in forma serui fortasse videbũtur quædam
Philip. 2. a. hic verba cõgruere, quam formã serui suscepit ex virgine: & tamen Christus loquitur, quia in mẽbris Christi Christus. Et vt noueritis, quia vnus dicitur Christus caput & corpus suũ: ipse dicit cùm de coniugio loque-
Genes. 2. d. retur, Erunt duo in carne vna. Igitur iã nõ duo, sed vna
Ephes. 5. g. caro. Sed fortè hoc dicat de quocunq; coniugio. Audi apostolũ Paulũ, Et erunt duo, inquit, in carne vna. Sacramentũ hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Fit ergo tanquã ex duobus vna quædam persona, ex capite & corpore, ex spõso & sponsa. Nam vnitatẽ personę huius mirã & excellentẽ, commendat
Esa. 61. d. etiã Esaias propheta. Nã loquens etiã in eo Christus in prophetia ait, Sicut spõso alligauit mihi mitrã, & sicut
B spõsam ornauit me ornamento. Se dixit sponsũ, se spõsam. Quare se spõsum, se spõsam, nisi quia duo in carne vna? Si duo in carne vna, cur non duo in voce vna? Loquatur ergo Christ°, quia in Christo loquitur ecclesia, & in ecclesia loquitur Christus: & corpus in capite, &
1. Cor. 12. d. caput in corpore. Audi Apostolũ hoc ipsum euidẽtius exprimentẽ, Sicut enim corpus vnum est & mẽbra habet multa, omnia autẽ mẽbra corporis cùm sint multa, vnum est corpus: sic & Christus. Loquẽs de mẽbris Christi, hoc est, de fidelibus, nõ ait, sic & mẽbra Christi, sed totum hoc quod dixit Christũ appellauit. Sicut enim corpus vnũ, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnũ est corpus: sic & Christus mẽbra multa, vnum corpus. Ergo simul omnes nos cum capite nostro Christo, sine capite nostro nihil valentes. Quare? Quia nos cum capite nostro
C vitis, sine capite nostro, quod absit, sarmenta præcisa: non alicui operi agricolarũ, sed igni tantũmodò destinata. Ideo & ipse in euangelio, Ego sum vitis, vos estis
Ioan. 15. a. palmites, pater meus agricola est: &, Sine me, inquit, nihil potestis facere. Domine si sine te nihil, totũ in te. Etenim quicquid ille operatur per nos, nos videmur operari. Potest ille multũ & totum sine nobis, nos nihil sine ipso. Ergo in quacunq; ecstasi loquatur, siue pauore, siue excessu mẽtis, congruũt quę dicũtur. Dicamus in Christi corpore, dicamus oẽs quasi vnus, quia omnes vnitas. Dicamus, In te Domine speraui, nõ cõfundar in æternũ. Illam, inquit, cõfusionem perhorresco, quę est in æternũ. Nam est quædã cõfusio temporalis, vtilis, perturbatio animi respiciẽtis peccata sua; respectione perhorrescẽtis, horrore erubescẽtis, erubescẽtia
Rom. 6. d. corrigentis. Vnde dicit & Apostolus, Quã enim gloriã
D habuistis tũc in his quibus nunc erubescitis? Ergo erubescere illos dicit iã fideles: nõ de præsentibus donis, sed de pręteritis peccatis. Hãc confusionẽ non formidet Christianus: imò si hanc nõ habuerit, æternã habebit. Quę est æterna cõfusio? Quando fiet illud quod di-
Sap. 5. d. ctũ est, Et traducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Et fiet traducentibus ex aduerso iniquitatibus omnis grex malus ad sinistram, tanquam hædis ab ouibus se-
Matt. 25. d. paratis; & audiẽt: Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quęrũt quare? Esuriui enim, & non dedistis mihi mãducare. Contẽnebant tunc quãdo esurienti Christo non dabant cibũ, quando sitienti non dabant potũ: quando nudũ non vestiebant, peregrinũ non suscipiebãt, ægrotantẽ non visitabant, tunc contẽnebant. Cùm cœperint illis ista enumerari, confundẽtur: & hęc cõfusio in æternũ erit. Hanc timẽs iste qui pauet, vel cuius ad Deum est mentis excessus: hoc rogat, In te Domine speraui, non cõfundar in æternũ.

Et in tua iustitia erue me & exime me.) Nã si attẽdas Psal. 70.
ad iustitiã meã, damnas me. In tua iustitia erue me. Est enim iustitia Dei quæ & nostra fit, cùm donatur nobis. Ideo autẽ Dei iustitia dicitur, ne homo se putet à seipso habere iustitiã. Sic enĩ dicit apostolus Paulus: Credẽti Rom. 4. a.
in eũ qui iustificat impiũ. Quid est, qui iustificat impiũ? Qui ex impio facit iustum. Deputatur fides eius ad iustitiam. Iudęi verò quia suis viribus se putabãt implere posse iustitiã, offenderunt in lapidẽ offensionis & pe-
Rom. 9. g. trã scandali: & gratiã Christi non agnouerũt. Acceperunt enim legem qua fierent rei, nõ qua liberarentur à reatu. Denique quid de illis Apostolus dicit? Testimo-
Rom. 10. a. niũ enim perhibeo illis quòd zelũ Dei habent, sed non secũdum scientiã. Quid est quod dixit, zelum Dei ha-
Ibidem. a. bent Iudæi, sed non secundũ scientiã? Audi quid sit, nõ secundum scientiã. Ignorantes enim Dei iustitiam & suã volentes constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Si ergo ideo non secundum scientiã zelum Dei habẽt, quia ignorantes iustitiã Dei volunt suam statuere, qua se ex seipsis iustificant: ideo gratiã Dei non cognouerunt, quia gratis saluari noluerunt. Quis est qui saluatur gratis? In quo non inuenit saluator quod coronet, sed quod dãnet: non inuenit merita bonorum, sed inuenit merita suppliciorũ. Si agat tanquam veracitẽr ex regula legis proposita, dãnandus est peccator. Hac regula si ageret, quẽ liberaret? Omnes enim peccatores inuenit. Solus sine peccato venit, qui nos peccatores inuenit. Hoc ait Apostolus, Omnes enim peccauerũt, & egent
Rom. 3. c. gloria Dei. Quid est, Egent gloria Dei? Vt ipse liberet, nõ tu. Quia tu te liberare nõ potes, indiges liberatore. Quid est quod te iactas? Quid est quod de lege & iustitia pręsumis? Nõ vides quid intus confligat in te, de te, aduersus te? Non audis pugnantẽ & confitentẽ, & ad-
C iutoriũ in pugna desiderãtem? Non audis athletã Domini ab agonotheta petentem adiutorium pugnæ suę? Non enim sic te expectat Deus certantẽ, quomodo te expectat editor, si fortè pugnes in amphitheatro. Ille tibi præmiũ dare potest si viceris, adiuuare te periclitãtem non potest. Non sic expectat Deus. Vide ergo, attende eũ qui dicit, Condelector enim legi Dei, secun-
Rom. 7. d. dum interiorem hominem. Video autẽ aliam legem in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuũ me ducentem in lege peccati, quæ est in mẽbris meis, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita tua nõ præcesserũt, sed beneficia Dei
Rom. 3. c. te præuenerunt. Illi ergo gloria qui nos liberat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. In te ergo Domine speraui, non in me: non confundar in æternum,
D quia in eo spero qui non confundit. In tua iustitia erue me, & exime me. Quia non inuenisti in me iustitiam meam, erue me in tua: hoc est, illud me eruat quod me iustificat, quod ex impio piũ facit, quod ex iniquo iustũ, quod ex cæco videntem, quod ex cadente surgentem, quod ex flente gaudentem. Hoc me liberat, non ego. In iustitia tua erue me, & exime me. Inclina ad me aurẽ tuam.) Fecit hoc Deus, quando ipsum Christũ ad nos misit. Illum ad nos misit, qui inclinato capite digito scribebat in terra, quando ei adultera mulier offerebatur punienda. Ille autem inclinauerat se ad terram,
Ioan. 8. a. id est, Deus ad hominem: cui dictum est, Terra es, & in
Genes. 3. c. terram ibis. Non enim quasi corporalibus locis Deus ad nos inclinat aurem suam, aut membris istis corporeis determinatis finitus est. Omnino nihil horum cogitent humana phantasmata. Veritas est Deus. Veritas nec quadra est, nec rotunda, nec longa. Vbique

præsens est, si cordis oculis ad eam pateat. Inclinat tamen aurem suam ad nos Deus, misericordiam deponens super nos. Quæ maior misericordia, quàm vt vni-
A eum filium suum daret nobis, nõ viuere nobiscum, sed mori pro nobis? Inclina ad me aurem tuam.

Accelera vt eximas me.) Exauditur enĩ in hoc cùm dicit, accelera. Ad hoc enim positũ est verbum, vt hoc totũ quod nobis videtur quãdiu voluitur seculum intelligas punctũ esse. Non est diu quod habet extremũ. Ab Adã vsque ad hodiernam diẽ peractum est, & multo vtiq; plus peractum est quàm restat peragẽdum. Si adhuc viueret Adam & hodie moreretur: quid ei prodesset tãdiu esse, tãdiu vixisse? Ergo celeritas hæc quare? Quia transuolant tẽpora. Et quod tibi tardum est, in oculis Dei breue est. Iã hanc celeritatem iste intellexerat in ecstasi. Accelera vt eximas me. Esto mihi in Deũ protectorem & in domũ refugij, vt saluum me facias.)
B Domus refugij tu mihi esto, Deus protector, domus refugij. Aliquãdo enim periclitor & volo fugere? Quò fugio? Ad quem locũ tutus fugio? Ad quem montem? Ad quam speluncã? Ad quæ tecta munita? Quã arcem teneã? Quibus muris ambiar? Quocunque iero, sequor me. Quicquid enim vis potes fugere homo, præter cõscientiã tuam. Intra in domũ tuam, requiesce in lecto tuo, intra in interiora: interius habere nihil potes quò fugias à cõscientia tua, si rodũt te peccata tua. Quia verò dixit, accelera vt eximas me, & in tua iustitia erue me, vt dimittas peccata mea, & ædifices in me iustitiã tuam: tu mihi eris domus refugij, ad te confugio. Nam à te quò fugiam? Irascitur tibi Deus, quò fugies? Audi quid dicat in alio Psalmo, timẽs irã Dei, Quò ibo à spi-
Psal. 138. ritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si ascendero in cælũ, tu ibi es: si descendero in infernum, ades. Quocunque iero, ibi te inueniã. Et si irasceris, vltorem te inuenio: si placatus es, adiutorẽ. Nihil mihi ergo restat, nisi ad te fugere, nõ à te. Vt euadas hominem dominũ quicunq;
C seruus es, fugis in ea loca vbi non est Dominus tuus: vt euadas Deum, fuge ad Dominũ. Nam non est quo fugias Deũ. Pręsto sunt omnia & nuda omnipotẽtis oculis. Tu ergo mihi, inquit, esto domus refugij. Nã si saluus nõ fuero, quomodo fugio? Sana me, & fugio ad te. Nã si me nõ sanas, ambulare non possum, fugere quo-
Lucæ. 10. c. modo potero? Quò iret, quò fugeret si ambulare non posset, semiuiuus in via sauciatus vulneribus latronũ? Quẽ transiens sacerdos præteriit, transiens Leuita pręteriit, transiens Samaritanus miseratus est: id est, ipse Dominus, qui miseratus est genus humanũ. Samarites enim custos interpretatur. Et quis est qui nos custodit, si ille deserit? Meritò cùm Iudæi conuiciantes dicerẽt,
Ioan. 8. f. Nõnne verũ dicimus, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes? vnũ respuit, alterũ amplex° est. Ego, inquit, dęmoniũ non habeo. Nõ dixit, non sum Samaritanus,
Lucæ. 10. f. sic intelligi volens nostrũ se esse custodẽ. Miseratus er-
D go accessit, curauit, ad stabulũ perduxit, impleuit circa eũ misericordiã. ille iam potest ambulare, potest & fugere. Quò fugeret nisi ad Deũ, vbi fecit sibi domũ refugij? Quia fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuũ dux mihi eris, & enutries me.) Nõ propter meritũ meũ, sed propter nomen tuũ: vt tu glorificeris, nõ quia ego dignus sũ: dux mihi eris ne aberrẽ à te, & enutries me, vt validus sim ad mãducandũ eseã qua pascis angelos. Hic enĩ lacte nos nutriuit, qui nobis cęlestẽ cibũ promisit, & vsus est materna misericordia. Sicut enim mater lactans eandẽ escam cui sumendę idoneus infans non est, per carnem traiicit, & lac infundit: hoc enĩ accipit paruulus quod accepturus erat ad mensam, sed quod per carnem traiicitur congruit paruulo. Sic Dominus sapiẽtiam suam vt lac nobis fa-

ceret, carne indutus venit ad nos. Ergo corpus Christi loquitur. Educes me de muscipula ista quã occultauerũt mihi.) Iã passio significatur, Educes me de muscipula ista quã occultauerũt mihi. Nec sola illa passio est quã passus est Dominus noster Iesus Christus. Muscipulam suã diabolus tendit vsque in finẽ: & vę illi qui in illã muscipulam cadit. Cadit autem omnis qui nõ sperat in Deũ, qui nõ dicit, In te Domine speraui, non cõfundar in æternum: Et in tua iustitia erue me, & exime me. Extenta est & parata muscipula inimici. Posuit in muscipula errorẽ & terrorem: Errorẽ quo illiciat, terrorem quo frangat & rapiat. Tu claude ianuã cupiditatis contra errorẽ, tu claude ianuam timoris contra terrorẽ, & educeris de muscipula. Huiusmodi pugnę exẽplũ ipse tibi imperator tuus, qui propter te etiã tentari dignatus est, in se demonstrauit. Et primò tentatus est illecebris, quia tẽtata est in illo ianua cupiditatis: quãdo eum tentauit diabolus: dicẽs, Dic lapidibus istis vt Matt. 4. a.
panes fiant. Adora me, & dabo tibi regnã ista. Mitte te deorsum, quia scriptũ est: Quia angelis suis mãdauit de te, vt in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuũ. Omnia hæc per illecebras cupiditatũ tẽtat. At vbi clausam ianuam inuenit cupiditatis, in eo qui tentabatur pro nobis: conuertit se ad tentãdam ianuam timoris, & præparauit illi passionem. Denique Lucæ 4. b.
hoc dicit euangelista, Et consummata tentatione, diabolus recessitab eo ad tempus. Quid est ad tẽpus? Tanquam rediturus & tentaturus ianuã timoris, quia clausam inuenit ianuam cupiditatis. Totum ergo corpus Christi tentatur vsq; in finem. Fratres mei, quando iussum est nescio quid contra Christianos mali, simul impingebatur: in hoc corpus totum impingebatur. Vnde dictũ est in Psalmo, Tanquã cumulus arenæ maris im- Psal. 117.
pulsus sum vt caderẽ, & Dominus suscepit me. At vbi finita sunt illa quæ totũ corpus impingebãt vt caderet, cœpit tẽtatio esse per partes. Tentatur corpus Christi, vna ecclesia non patitur persecutionẽ, alia patitur. Nõ patitur furorẽ imperatoris, & patitur furorẽ mali populi. Quantæ vastationes à plebibus? Quanta mala ingesta sunt ecclesiæ à malis Christianis ab eis qui capti sunt in illo reticulo? Tam multiplicati sunt, vt premerẽtur naues in piscatione illa Domini ante passionem. Lucæ 5. b.
Nõ ergo desunt pressuræ tentationis. Nemo sibi dicat, non est tẽpus tẽtationis. Qui sibi hoc dicit, pacem sibi promittit. Qui sibi pacẽ promittit, securus inuaditur. Totũ ergo corpus Christi dicat, Educes me de muscipula ista quã occultauerũt mihi: quia eductũ est & caput nostrũ de muscipula quã absconderunt illi, quibus modò dicebatur in Euangelio, quia dicturi erant: Hic Matt. 21. d.
est hęres, venite occidamus eũ, & nostra ẽrit hęreditas. Et in se sententiã dixerunt interrogati, Quid faciet ille paterfamiliãs colonis malis? Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. Quid? Et illud non Psal. 117.
legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli? Quid est enĩ, Reprobauerunt ædificãtes? Hoc ait, eiecerũt extra vineã & occiderũt. Ergo erutus est & ille: caput nostrũ sursum est, liberum est. Hęreamus illi per dilectionẽ, vt melius postea conglutinemur ei per immortalitatem: & dicamus omnes, Educes me de muscipula ista quam occultauerunt mihi. Quoniam tu es protector meus.) Audiamus vocem Domini quam dixit in cruce, In manus tuas Lucæ. 23.
commendo spiritum meum.) Certè cùm verba eius in Euangelio, de isto Psalmo cognoscimus, ipsum hic locutum fuisse non dubitemus. Habemus hoc in Euangelio dictum, In manus tuas cõmẽdo spiritum meum, & inclinato capite reddidit spiritum. Non sine causa voluit verba huius Psalmi sua esse, nisi vt te admo-

neret se locutum esse in hoc Psalmo: Ipsum hîc quere, cogita quomodo in illo Psalmo se quæri voluit pro susceptione matutina. Foderunt manus meas & pedes Psal. 21. meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Ipsi verò cõsiderauerũt & cõspexerunt me, diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ: vt te admoneret in se hoc esse completũ, in voce sua posuit caput ipsius Psalmi, Deus Deus me⁹ vt quid me dereliquisti? Et tamen vocẽ corporis in se transfigurauit: nõ enim vnicum suũ pater aliquãdo dereliquit. Redemisti me Domine Deus veritatis.) Faciẽs quod promisisti, nõ fallẽs in pollicitatione tua Deus veritatis. Odisti obseruãtes vanitatẽ superuacuè.) Quis obseruat vanitatẽ? Qui timendo mori moritur. Timendo enim mori mentitur, & moritur antequã moriatur, qui ideo mentiebatur vt viueret. Mẽtiri vis ne moriaris, & mẽtiris & moreris: & cùm vitas vnã mortẽ quam differre poteris, auferre nõ poteris, incidis in duas: vt prius in anima, postea in corpore moriaris. Vnde hoc, nisi obseruando vanitatem? Quia dulcis est tibi transiens dies, quia dulcia sunt tibi trãsuolãtia tẽpora: vnde nihil tenes, & insuper tu teneris. Odisti obseruãtes vanitatẽ superuacuè. Ego autẽ.) Qui nõ obseruo vanitatẽ. In Domino speraui.) Speras in pecunia, obseruas vanitatẽ: speras in honore & sublimitate aliqua potestatis humanę, obseruas vanitatem: speras in aliquo amico potẽte, obseruas vanitatẽ. In his omnib. cũ speras, aut tu expiras, & ea hîc dimittis: aut cũ viuis oĩa pereunt, & in spe tua deficis. Hãc vanitatẽ Esa. 40. b. cõmemorat Esaias dicens: Oĩs caro fœnum, & omnis gloria ei⁹ quasi flos fœni. Aruit fœnũ, & flos eius decidit; verbũ autem Dñi manet in æternũ. Ego autem nõ quomodo illi qui sperãt in vanitates, & qui obseruant vanitates: sed in Domino speraui, quia non est vanitas.

Exultabo & iocundabor in tua misericordia.) Nõ in mea iustitia. Quia respexisti humilitatẽ meam, saluã fecisti de necessitatibus animam meã. Nec cõclusisti me in manus inimici.) Quæ sunt necessitates vnde saluam volumus fieri animam nostrã? Quis has numeret? Quis dignè exaggeret? Quis congruè vitandas fugiendãsq; cõmendet? Primò in genere humano dura necessitas, nescire cor alterius, malè sentire plerunq; de amico fideli, bene sentire plerũq; de amico infideli. O dura necessitas! Et quid facis vt cor inspicias? Quẽ oculũ affers infirma & plangenda mortalitas? Quid facis vt videas hodie cor fratris tui? Nõ habes quid facias. Alia maior necessitas, nec tuum vides quale erit cras. Quid iam dicã de necessitatib. ipsius mortalitatis? Mori necesse est, & nemo vult. Nemo vult quod necesse est. Nemo vult, quod erit velit nolit. Dura necessitas, nolle quod non potest euitari. Nã si fieri posset, nollemus vtique mori. Et effici quod angeli vellemus, sed cõmutatione quadã non morte, sicut dicit Apostolus: Ædificationẽ habemus ex Deo, domũ non manufactam æternã in cæ- 2. Cor. 5. a. lis. Etenim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrũ quòd de cælo est superindui cupientes, si tamẽ induti, & nõ nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Volumus peruenire ad regnum Dei, sed per mortem nolumus: & tamẽ dicit tibi necessitas, hac venies. Hac venire dubitas homo, cùm hac ad te venerit Deus? Quæ sunt etiam necessitates vincendarum vetustissimarum cupiditatum, & annosarum malarum consuetudinum? Vincere consuetudinem, dura pugna, nosti. Vides quàm malè facias, quàm detestabiliter, quàm infeliciter, & facis tamen. Fecisti heri, facturus es hodie. Si sic tibi displicet cùm disputo, quomodo displicet tibi cùm cogitas? Et tamen facturus es hoc. Vnde

raperis? Quis te captiuum trahit? An illa lex in mẽbris tuis repugnãs legi mentis tuę? Clama ergo, Infelix ego Rom. 7. d. homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrũ: & impletur in te quod modò diximus, Ego autem in Domino speraui, exultabo & iocundabor in tua misericordia. Quia respexisti ad humilitatẽ meã, saluã fecisti de necessitatibus animam meã. Vnde enim facta est salua de necessitatib. anima tua, nisi quia respecta est humilitas tua? Nisi prius humiliareris nõ te exaudiret, qui te à necessitatibus liberaret. Humiliatus est, qui dixit, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nõ sunt humiliati, qui ignorantes Dei iustitiã, & suam Rom. 10. a volentes cõstituere, iustitię Dei non sunt subiecti. Nec conclusisti me in manus inimici.) Non vicini tui, non cõpossessoris tui, nõ eius cum quo militasti & eum læsisti, aut fortè in tua ciuitate iniuriã ei fecisti: isti enim tales sunt, pro quibus orare debemus. Alium habemus inimicũ, diabolum serpentẽ antiquũ. Omnes morientes si bene moriamur, ab eius manibus liberamur. Quicunque enim malè moriuntur in suis iniquitatibus, in eius manibus cõcluduntur, vt cũ illo in fine dãnentur. Liberet ergo nos Dominus Deus noster de manu inimici nostri: ille enim nos per cupiditates nostras vult capere. Cupiditates autẽ nostræ quãdo validæ sunt, & quando eis seruimus, necessitates vocantur. Liberante autẽ Deo animã nostrã de necessitatibus nostris, quid erit quod in nobis teneat inimicus, vt concludamur in manus eius? Statuisti in spatioso pedes meos. Certè angusta via est: laboranti angusta est, amãti lata est. Eadẽ quę angusta est, lata fit. In spatioso dicit posuisti pedes meos, ne angustiati pedes mei irent in se, & incurrendo in se deiicerent me. Ergo quod ait, Posuisti in spatioso pedes meos: planè fecisti mihi facilem iustitiam, quæ mihi erat aliquando difficilis; hoc est, posuisti in spatioso pedes meos. Miserere mei Domine, quoniam tribulor: contristatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus: Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.) Sufficiat charitati vestræ, adiuuante Domino fortassis implebimus debitum, vt & Psalmo peracto proficiscamur.

Concio secunda, de medio eiusdem Psalmi.

AD reliqua Psalmi nostra reuertatur intẽtio, & nos ipsos agnoscamus in verbis prophetę. Quoniam si nos respexerimus in tẽpore tribulationis, gaudebimus in tẽpore retributionis. Cõmendaueram charitati vestræ cùm primas partes huius Psalmi exponerẽ, quod Christus loquatur: & quomodo sit accipiẽdus Christ⁹ totus cũ capite & corpore, non tacueram. Testimoniis etiã scripturarũ, quantũ mihi videtur, satis idoneis luculẽtisq; firmaueram: ita vt omnino dubitari nõ possit Christũ esse caput & corpus, spõsum & spõsam, filium Esaię. 61. d D Dei & Ecclesiam, filiũ Dei factũ filiũ hominis propter nos, vt filios hominum faceret filios Dei: atq; ita essent Genes. 2. d. duo in carne vna in sacramento magno, qui agnoscũtur in Prophetis duo in voce vna. Gratulatio superiùs expressa est ipsius dicẽtis, respexisti humilitatem meã, saluam fecisti de necessitatibus animã meam, nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos. Gratulatio est liberati hominis à tribulatione, liberatorũ membrorum Christi ab afflictione & insidiis. Et rursus dicit, Miserere mei Domine, quoniã tribulor.) In tribulatione vtique angustia est. Quomodo ergo posuisti in spatioso pedes meos? Si adhuc tribulantur, quomodo sunt in spatioso pedes? An fortè vna quidem vox est, quia vnum quidem corpus, sed in aliquibus membris spatium sentitur, in aliquibus angustia: id est, alij sentiunt facilitatem iustitiæ,

alij laborant in tribulatione? Nam si non alia mẽbra illud, alia † aliud paterẽtur, nõ diceret Apostolus, Si pa- al. illud. titur vnum membrũ, compatiuntur omnia membra: & 1. Cor. 12. d. si gloriatur vnũ membrum, congaudent omnia membra. Aliquæ Ecclesiæ, verbi gratia, pacem habent, aliquæ in tribulatione sunt. In istis quæ pacem habent, in spatioso sunt pedes: illæ quę in tribulatione sunt, angustias patiuntur. Sed & istos contristat illorũ tribulatio, & illos pax istorum cõsolatur. Sic est enim vnũ corpus vt non sit discissio, non autẽ facit discissionem nisi dissensio. Charitas autẽ compagem facit, cõpages complectitur vnitatem, vnitas seruat charitatem, charitas peruenit ad claritatem. Dicat ergo ex quibusdam mẽbris. Miserere mei Domine quoniã tribulor: Cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus.) Quærimus vnde sit ista tribulatio, quoniam, liberatus paulo antè gaudere videbatur iustitia quadã, infusa sibi dono Dei, & inde facto spatio pedibus suis in latitudine charitatis. Vnde ergo ista existit tribulatio, nisi fortè Matt. 24. b. ex illo quod Dominus dicit, Quoniã abũdauit iniqui- Lucæ 5. b. tas, refrigescet charitas multorũ? Primò enim cõmendata paucitate sanctorum, tãquam missis retibus, multiplicata est Ecclesia, & capti sunt innumerabiles, de Psal. 39. quibus prædictũ erat, Annunciaui & locutus sũ, multiplicati sunt super numerũ. Quia etiã nauigia premerent, & retia rumperent, sicut est positum in illa prima piscatione ante passionẽ Domini. Ex his igitur multitudinibus exaggeratis, quibus per pascha sic referciũtur Ecclesię, vt turbas ipsorũ parietũ recuset angustia. Quomodo autẽ non tribuletur iste de hac multitudine, quãdo videt ipsos implere theatra & amphitheatra, qui paulo antè Ecclesias impleuerunt? Ipsos in nequitiis, qui paulo antè in laudibus Dei, ipsos blasphemare Deũ, qui respondebãt, amẽ Deo? Permaneat, duret, nõ deficiat etiã in multitudine copiosa iniquorũ, quia nec Matth. 3. d granum deficit in multitudine palearũ: quousque post ventilationem mittatur in horreum, & ibi sit in societate sanctorum, ne turbulẽti aliquid pulueris patiatur. Matt. 24. b. Perduret ergo, quia & Dominus cùm dixisset, Quoniã abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: ne prænunciata ista abundantia iniquitatis laborarẽt nutarẽntque pedes nostri, cõtinuò subiecit, quòd fideles Ibidem. b. erigeret, quòd cõsolaretur atque firmaret dicens: Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Attẽdo itaq; istum, quantũ mihi videtur, in hac tribulatione constitutum: quandoquidẽ positus in tribulatione quasi dolere deberet, tribulatio enim hæc dolorem habet congruũ, iratũ se dicit in tribulatione, & ait: Miserere mei Domine, quoniam tribulor, cõturbatus est in ira oculus me⁹. Si tribularis, quare irasceris? Irascitur iste alienis peccatis. Quis non irascatur, videns homines confitentes ore Deũ, negantes moribus? Quis non irasca- D cat, videns homines seculo verbis, & non factis renunciantes? Quis est qui nõ irascatur, videẽs fratres insidiãtes fratribus, fidẽ non seruantes osculo, quod infigunt sacramentis Dei? Et quis enumeret omnia quibus irascitur corpus Christi, quod intus viuit † in spiritu Christi, quod gemit tanquam granũ inter paleas? Vix enim al. de. apparent isti qui sic gemunt, qui sic irascũtur: quomo- Matth. 3. d do vix apparent grana quando area trituratur. Qui nescit quãtę spicę missæ sunt, putat totum paleã esse: & ex hoc quod totũ palea putatur, inde magna massa purgabitur. In his ergo non apparẽtibus & gementibus irascitur qui dicit alio loco, Zelus domus tuæ comedit Psal. 68. me. Dicit & alibi quandoquidem videt multos mala Psal. 118. facientes: Tædium detinuit me, à peccatoribus relinquentibus legem tuam. Dicit & alio loco: Vidi insensatos, & tabescebam. Hæc autẽ ira, metuendum est, ne tanta sit vt in odiũ vertatur. Ira enim nondũ est odiũ. Nam irasceris filio, non oditi filium: & tu ei seruas hęreditatẽ qui te sentit iratũ, & ad hoc irasceris ne perdat quod ei seruaueris, malè viuens moribus prauis. Ergo ira nondũ est odiũ. Nondũ odimus eos quibus irascimur: sed ista ira si manserit, & nõ citò euulsa fuerit, crescit & fit odiũ. Ideo vt recens ira euelleretur, & in odiũ non cõuertereretur, hoc nos docet scriptura dicens: Nõ Ephes. 4. f. óccidat sol super iracundiam vestram. Inuenis autem aliquando fratrẽ odium habentem, & reprehendit irascentem. In illo est odiũ, & in alio culpat irã. Ipse habet Matth. 7. a. trabem in oculo suo, & reprehendit festucam in oculo fratris sui. Sed festuca ista & surculus nisi citò euellatur, trabes futura est. Non ergo ait, Extinctus est oculus meus præ ira: sed, turbatus. Nam si extinguitur, iã odiũ est, non ira. Et vide quia extinctus est. Hinc ait Ioãnes, Qui odit fratrẽ suum, in tenebris est vsq; adhuc. Ante- 1. Ioan. 2. b quã ergo eatur in tenebras, conturbatur oculus in ira. Sed cauendũ est ne ira vertatur in odiũ, & oculus extinguatur. [Hoc autem animaduertat vnusquisque qui in pace, hoc est, qui in Christo, qui pacem Dei cõmen- Lucæ 2. b dauit, vocatus est, & in cuius natiuitate summa pax per angelũ nunciata est hominibus: si pro aliqua parua vel magna causa in odium proruperit, nullam societatem cũ pace, hoc est, Christo habere poterit, nisi per dignã emendationem pœnitentiæ. Sequitur] ergo iste & dicit, Turbatus est præ ira oculus meus. Anima mea & venter meus.) Hoc est, turbata sunt interiora mea. Vẽtrem pro interioribus posuit. Aliquando enim iniquis & peruersis & à lege deuiantibus & malè viuentib. irasci licet, clamare non licet. Cùm irascimur & clamare non possumus, interiora nostra turbantur. Tanta est enim aliquando peruersitas, vt nec corripi possit. Quoniã defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitib.) Defecit, inquit, in dolore vita mea. Dicit Apostolus, Nũc viuimus, si vos statis in Domino. Quicunque per- 1. Thess. 3. c fecti sunt ex Euangelio & gratia Dei; non hîc viuũt nisi propter alios: nam vita eorum in hoc seculo, eis iã non est necessaria. Sed quia dispensatio eorum aliis necessaria est, fit in eis quod ait idem Apostolus: concupi- Philip. 1. d. scentiam habens dissolui & esse cum Christo. Multo enim magis optimum, manere autem in carne necessarium propter vos. Quando autẽ videt homo ex dispẽsatione sua, ex laboribus suis, ex prædicatione sua non proficere homines, infirmatur in egestate vita hominis. Verè miserabilis egestas & fames: quandoquidem eos quos Domino lucramur, quodammodo manducat Ecclesia. Quid est manducat? In corpus suũ traiicit. Quicquid enim mãducamus, in corpus nostrum traiicimus. Hoc agit Ecclesia per sanctos. Esurit quos lucrari vult, & quos lucrata fuerit aliquo modo, manducat quodammodo. Cuius personam gerebat Petrus, quando ei de cælo submissus est discus plenus omnibus animalibus quadrupedibus, reptilibus, & volatilibus: quibus generibus omnes gentes significantur. Præfigurabat Dominus Ecclesiam, quòd omnes gentes erat transuoratura, & in corpus suum conuersura: & ait Petro, Macta & manduca. O Ecclesia, hoc est, Actor. 10. b Petre, quia super hanc petram ædificabo Ecclesiam Matth. 16. c meam, macta & manduca. Prius macta, & sic manduca. Occide quod sunt, & fac quod es. Cùm ergo prædicatur Euangelium, & videt qui prædicat non proficere homines, quare non clamet, quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus? Infirmatus est in egestate vigor meus, & ossa mea cõturbata sunt.) Anni nostri isti quos hîc ducimus in gemitibus sunt. Vnde? Quia abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. In gemitibus, non in claris vocibus, Quan- Matt. 24. b.

do videt Ecclesia multos in peruersũ ire, gemitus suos
Psal.37. deuorat apud se, vt dicat Deo, Gemitus meus non est
absc̃ditus à te. In alio Psalmo dicitur, sed congruithîc A
& hoc dicere: gemitus meus, etsi absc̃ditus est ab hominibus, à te nõ est absconditus. Infirmatus est in egestate vigor meus, & ossa mea conturbata sunt. De hac egestate suprà diximus. Ossa verò fortes intelliguntur Ecclesiæ, qui etiam si non conturbantur persecutionibus alienorum, conturbantur tamen iniquitatibus fratrum. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis nimiũ, & timor notis meis.) Super omnes inimicos meos factus sum opprobriũ. Qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Iudæi. Omnibus peius viuũt mali Christiani. Vis videre quàm omnibus peius
Ezech. 15.a viuãt mali Christiani? De talibus dicit Propheta Ezechiel, quia comparantur sarmẽtis inutilibus. Pone Paganos ligna esse syluatica extra Ecclesiã, adhuc potest inde fieri aliquid, quomodo de lignis fabrilibus est lignum fabro aptum: & si adhuc nodosum & curuum & corticosum, tamen quod doletur, ascietur, deplanetur, B
& possit venire ad aliquam fabricam vsus humani. De sarmentis autẽ præcisis fabri nihil facere possunt, ignis ea solus expectat. Attendite fratres, cùm syluatico ligno vbique præponatur sarmentum manens in vite, quia sarmentum dat fructum, illud lignum nõ dat fructum: præciso tamen sarmẽto de vite si comparetur lignum syluaticum, intelligitur esse melius, quia de illo faber aliquid facere potest, hoc autem non quærit nisi vt foco ministret. Attendẽs itaque multitudinem malè viuẽtium in Ecclesia, Super omnes, inquit, inimicos meos factus sum opprobriũ. Peius, inquit, viuunt mali in sacramentis meis, quàm qui ad illa nunquam accesserũt. Latinè apertè cur non dicamus, vel quãdo Psalmum exponimus? Et si aliis fortè temporibus dicere non audemus, saltem necessitas exponendi habeat libertatem corripiendi. Super omnes, inquit, inimicos meos factus sum opprobrium. De talibus dicit apostolus Petrus, Facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quàm cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mãdato. Cùm dicit, melius erat illis nõ cognoscere viam iustitiæ: nõne iudicauit meliores esse inimicos foris positos; quàm intus malè viuentes, quibus premitur & grauatur Ecclesia? Melius, inquit, illis fuerat non cognoscere viã iustitiæ, quàm cognoscentibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mãdato. Denique vide quàm horribili rei eos comparauerit. Cõtingit illis res veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum. Istis itaque talibus cùm sint plenæ Ecclesiæ, nõnne veraciter illic dicũt pauci, immò ex paucorum voce ipsa Ecclesia, Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis nimium, & timor notis meis? Vicinis meis nimiũ opprobrium factus sum, D
id est, qui mihi iam appropinquabant vt crederẽt: hoc est, vicini mei nimium deterriti sunt, mala vita malorũ & falsorum Christianorum. Quàm multos enim putatis, fratres mei, velle esse Christianos, sed offendi malis moribus Christianorum? Ipsi sunt vicini qui iã appropinquabant, & nimium opprobrium illis visi sumus. Timor factus sum notis meis.) Quid tam timendum, quàm cùm videt homo multos malè viuentes, & de quibus bene sperabatur in multis malefactis inuentos? timet ne tales sint omnes quos putabat bonos, & veniunt in suspicionem malam propè omnes boni. Qualis vir? Quomodo cecidit? Quomodo inuentus est in illa turpitudine, in illo scelere, in illo facto malo? Putas ne tales sunt omnes? Hoc est timor notis meis, vt & ipsis quibus noti sumus, plerunque in dubium veniamus. Et nisi te cõsoletur quod es, si aliquid es, non credis esse alterum talẽ. Consolatur hominem qualiscunque conscietia, vt dicat sibi homo qui bene viuit, O tu qui modò vereris ne tales sint omnes, tu talis es? Respõdet conscientia, non sum. Ergo si tu talis nõ es, solus es: Vide ne peior sit ista superbia, quàm illa nequitia. Noli solũ te dicere. Nam & Helias aliquando tædio multi- 3.Reg.19.b
tudinis impiorum ait, Prophetas tuos occiderũt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærũt animam meam. Sed quid dicit illi respõsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal. Ergo fratres inter hæc scandala vnũ est remediũ, ne malè sentias de fratre tuo. Humilis esto quod vis eum esse, & non putabis eum esse quod non es. Sed tamen fit etiam timor notis expertis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me.) Ignoscendũ esset si foras fugissent à me, qui non videbãt me: etiam qui videbant me, foras fugerunt à me. Sed si qui me nõ videbant, foras fugerunt à me; nec dicendum est foras fugerunt, quia intus nõ fuerunt. Si intus fuissent, vidissent me: id est, cognouissent corpus Christi, cognouissent mẽbra Christi, cognouissent vnitatẽ Christi. Illud est magis gemendum, illud omnino intolerabile, quia multi qui videbant me, foras fugerunt à me: id est, qui cognouerunt quid esset Ecclesia, exierunt foras, & hæreses & schismata cõtra Ecclesiam fecerunt. Hodie hominẽ inuenis, verbi gratia, natum in parte Donati, nescit quid sit Ecclesia, vbi natus est tenet: non illi euellis cõsuetudinem quam suxit cum lacte nutricis. Illum da qui voluitur quotidie in scripturis, qui legit, qui prædicat. Ita ne tandẽ nõ ibi videt, Postula à me, & dabo tibi Psal.2.
gentes hęreditatem tuã, & possessionem tuã terminos terræ? Non ibi videt: Cõmemorabuntur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in Psal.21.
conspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ? Si vides ibi totius orbis vnitatem, quid foras fugis, vt nõ solùm ipse patiaris, verùm & aliis facias cæcitatem? Qui videbant C
me, id est, qui nouerant quid sit Ecclesia, qui eã in scripturis intuebantur, foras fugerunt à me. Putatis enim fratres mei, quia illi omnes qui fecerũt hæreses per loca & partes, nõ nouerant in scripturis Dei, quia Ecclesia non est prædicata nisi toto terrarum orbe diffusa? Verè dico charitati vestræ: certè omnes Christiani sumus, vel Christiani omnes dicimur, & omnes Christi signo signamur. Obscurius dixerũt Prophetę de Christo, quàm de Ecclesia: puto propterea quia videbãt in spiritu, cõtra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitatures. Ideo illud vnde maiores lites futuræ erant, planius prædictum & apertius prophetatũ est, vt ad iudicium illis valeat qui viderunt & foras fugerunt. Exempli gratia vnũ commemorabo: Abraham pater noster fuit non propter D
propaginem carnis, sed propter imitationem fidei. Iustus & placens Deo, per fidem suscepit filium sibi promissum Isaac de Sara sterili vxore sua in senectute sua: Genes.21.a
iussus est immolare Deo eũdem filium, nec dubitauit, nec disceptauit, nec de iussu Dei disputauit, nec malum putauit quod iubere optimus potuit. Duxit filium Gen.22.b.
suum ad immolandum, imposuit ei ligna sacrificij, peruenit ad locum, erexit dexterã vt percuteret: eo prohibente deposuit, quo iubente leuauerat. Qui obtemperauerat, vt feriret, obtemperauit vt parceret: vbique obediens, nusquam timidus. Vt tamen impleretur sacrificium, & sine sanguine non discederetur: inuentus est aries hærens in vepre cornibus, ipse immolatus est, peractum est sacrificium. Quære quid sit: Figura est Christi inuoluta sacramentis. Denique vt videatur discu-

discutitur, vt videatur pertractatur, vt quod inuolutũ est euoluatur. Isaac tãquam filius vnicus dilectus figu-
Marci 15.b rã habens filij Dei, portans ligna sibi, quomodo Chri- A
stus crucem portauit. Ille postremò ipse aries Christũ significauit. Quid est enim hærere cornibus, nisi quodammodo crucifigi? Figura est ista de Christo. Continuò prædicanda erat Ecclesia, prænũciato capite prænunciandum erat & corpus. Cœpit spiritus Dei, cœpit Deus ad Abraham prædicare velle Ecclesiam, & tulit figuram. Christũ figuratè prædicabat, Ecclesiã apertè
Genes.12.c prædicauit: ait enim ad Abraham, Quoniam obaudisti vocem meam, & non pepercisti, filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuũ sicut stellas cæli, & sicut arenã maris, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et penè vbique Christus in aliquo inuoluto sacramento prædicatus est à prophetis, Ecclesia apertè: vt viderẽt illam & qui futuri erant contra illam, & impleretur in eis ista nequitia quam prædixit Psalmus, Qui videbãt
1.Ioan.2.c me, foras fugerunt à me. Ex nobis exierunt, sed non B
ert ex nobis. Hoc Apostol' Ioãnes de illis dixit. Oblitus sum tanquã mortuus à corde.) Oblit' sum, in oblionem veni, obliti sunt me illi qui viderunt me. Obliti sunt me, & sic me obliti sunt tanquã mortuus fuerim à corde ipsorum. Oblitus sum tãquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas perditum) Quid est hoc, Factus sum tanquam vas perditum? Laborabat iste, & nulli proderat: vidit se vas esse & nulli prodesse, & se tanquam vas perditum dicit. Quoniam audiuit vituperationem multorũ accolentium in circuitu.) Multi accolunt in circuitu meo, & reprehendũt me quotidie. Quanta mala dicũt in malos Christianos, quæ maledicta peruenint ad omnes Christianos. Nunquid enim dicit qui maledicit aut qui reprehẽdit Christianos, ecce † quid faciunt nõ boni Christiani? Sed ecce quæ fa-
al. *quæ.* ciunt Christiani. Non separat, non discernit. Illi tamen
ista dicunt, qui accolunt in circuitu: id est, circumeunt, C
& non intrant. Quare circumeunt, & non intrãt? Quia rotam temporis amant. Non intrãt ad veritatem, quia non amãt æternitatem: temporalibus dediti tanquam
Psal.82. rotæ constricti, de quibus alibi dicitur, Pone principes
Psal. 11. eorum vt rotam. Et alibi, In circuitu impij ambulant. Dum congregarentur ipsi simul aduersum me, vt acciperent animã meam consiliati sunt.) Quid est vt acciperent animã meam consiliati sunt? Vt consentirẽ prauitatibus eorum. Illis chim qui maledicunt, & non intrant, parum est quia non intrant: & eiicere hinc volũt vituperando. Si eiecerunt te de ecclesia, acceperunt animam tuam: id est, tenuerunt consensionem tuam, & eris in circuitu tuo, non in mansione. Ego autem inter hæc opprobria, inter hæc scãdala, inter hæc mala, inter istas seductiones, foris iniquitates, & peruersitates intus, cùm attenderem homines iustos, & quærerẽ quos D
imitarer, & deessent, quid feci? quod consilium inueni? Ego autem in te speraui Domine.) Nihil salubrius, nihil securius. Volebas imitari nescio quem, inuenisti illum non bonum. Tolle imitationem hanc. Alium quęsisti, nescio quid displicuit tibi. Tertium quæsisti, & ipse non placuit. Nunquid quia & ille & ille displicuit, & tu
Hier. 17.a peribis? Tolle ab homine spem, quia maledictus omnis qui spem suã ponit in homine. Si attẽdis adhuc hominem, & cum quæris imitari & ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri: & fies mammotreptus, quales dicuntur pueri qui diu fugunt, quod non decet. Etenim lacte vti tanquam per carnem velle sibi cibum traiici, hoc idem est per hominem viuere. Idoneus esto ad mensam, inde cape vnde ille cepit, aut fortasse non cepit. Fortè vtiliter & in malum incidisti quem bonũ putasti, vt in vbere quasi materno amaritudinem inuenire s: & ea offẽsione repellereris, & ad cibum validiorem inui-
tareris. Faciunt enim hoc nutrices mammotrepi s, vt A
aliqua amara ponãt in papillis suis: quibus offensi paruuli ab vbere resiliant, & ad mensam inhient. Ergo dicit, Ego autem in te speraui Domine.

Dixi tu es Deus meus.) Tu es Deus meus. Recedat Donatus, recedat Cæcilianus: nec ille, nec iste Deus meus est. Non ad hominis nomen ambulo, Christi no-
1.Cor.1.b men teneo. Ipsum Paulũ audi dicentem, Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Perirem si essem de parte Pauli, quomodo nõ pereo si fuero de parte Donati? Prorsus recedãt humana nomina, humana crimina, humana figmenta. In te Domine speraui, dixi tu es Deus meus. Non homo quisquam, sed tu es Deus meus. Vnus deficit, vnus proficit: Deus meus non deficit neque proficit. Nec habet quò proficiat perfectus, nec habet vnde deficiat æternus. Dixi Domino, Deus meus es tu. In manibus tuis fortes meæ.) Non in manibus hominum, sed in manibus tuis. Quæ sunt istę fortes? Quare fortes? Audito nomine fortium, non debemus fortilegos quærere. Sors enim nõ aliquid mali est: sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem. Nam & fortes miserunt Apostoli, quãdo Iudas tradito Domino periit. Et sicut de illo scriptum est, Abiit in locum suum, cœpit quęri quis in locum eius ordinaretur. Electi sunt duo iudicio humano, & electus de duobus vnus iudicio diuino. De duobus consultus est Deus quemnam
ipsorum esse vellet, & cecidit sors super Matthiã. Quid Act.1.d.
igitur est, in manib. tuis fortes meæ? Sortes dixit, quãtum ego existimo, gratiam qua saluati sumus. Quare sortis nomine appellat gratiam Dei? Quia in sorte non est electio, sed voluntas Dei. Nam vbi dicitur, iste facit, iste non facit, merita considerantur: & vbi merita considerantur, electio est, non sors. Quando autẽ Deus
nulla merita nostra inuenit, sorte voluntatis suæ nos C
saluos fecit, quia voluit, nõ quia digni fuimus. Hæc est Matt.27.d
sors. Meritò tunica illa Domini desuper texta quę signi Marci 15.c.
ficat charitatis æternitatẽ, cùm diuidi à persecutoribus Ioan.19.d.
non posset, sors super eam missa est: ad quos peruenit, eos significauit qui videntur ad sortem peruenire sanctorũ. Gratia salui facti estis per fidem, ait Apostolus, Eph.2.b.
Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis. Vide fortẽ. Et hoc non ex vobis, sed Dei donũ est, non Rom.9.g.
ex operibus quasi vos benefeceritis, vt ad hoc accedere digni essetis: non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipsius enim sumus figmẽtum, creati in Christo Ie- Galat.2.d.
su in operibus bonis. Hæc quodammodo sors occulta Ephes.2.b
est. Voluntas Dei in humano genere sors est: sors veniẽs de Dei occulta volũtate, apud quẽ non est iniquitas. Non enim ille personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi sors est. Attẽdat itaq; charitas vestra, videte hoc ipsum quẽadmodum firmetur ab apostolo Petro: cùm Simõ ille Magus baptizatus à Philippo adhę- Act.8.b.
reret ei, credens miraculis diuinis factis in conspectu suo. Venerunt Apostoli ad Samariam, vbi crediderat etiã & ipse Magus, & vbi fuit baptizatus: & imposuerũt Apostoli manus hominibus baptizatis, & acceperunt spiritum sanctũ, & cœperũt linguis loqui. Admiratus est ille, & obstupefactus tãto diuino miraculo, quòd ad impositionẽ humanarũ manuũ venit spiritus sanctus, & impleuit homines: & desiderauit istam, nõ gratiam, sed potentiam, non vnde liberaretur, sed vnde extolleretur. At vbi desiderauit hoc, & impleuit superbia cor eius & diabolica impietas & celsitudo deiicẽda, ait Apostolis: Quantam vultis pecuniam à me accipite, vt & ad mearum impositionem manuum accipiant ho-

Veruntamen in diluuio aquarum multarum,ad eum non appropinquabunt.) A Veruntamen nemo arbitretur cùm repentè finis venerit,sicut in diebus Noë : remanere cõfessionis locum, per quam propinquetur ad Deum. Tu mihi es refugium à pressura quæ circundedit me.) Tu mihi es refugium à pressura peccatorum, quæ circundedit cor meum. Exultatio mea , redime me à circundantibus me.) In te mihi est gaudiũ , redime me ab ea tristitia, quàm mihi peccata mea faciunt. Intellectũ dabo tibi : & statuam te in via hac qua gradieris.) Intellectum dabo tibi post cõfessionem vt nõ recedas à via qua ingredieris, ne tuæ potestatis esse velis. Obfirmabo super te oculos meos.) Ita super te faciam firmã dilectionẽ meam. Nolite esse sicut equus & mulus , quibus non est intellectus.) Ideo se regere volunt. In freno & chamo maxillas eorum cõstringe.) Ergo fac illis Deus , quod fit equo & mulo, vt pœnis eos cogas ferre regimen tuum. Qui non propinquant ad te. Multa flagella peccatoris.) Multum flagellatur, B qui non confitens Deo peccata sua,seipsum sibi rectorem esse vult. Sperantem autẽ in Domino misericordia circundabit.) Qui autẽ sperat in Domino , & ei se subdit regendũ , misericordia circundabit. Lætamini in Domino & exultate iusti.) Lætamini in Domino & exultate iusti:non in vobis,sed in Domino. Et gloriamini oẽs recti corde.) Et in eo gloriamini omnes qui intellexistis rectũ esse illi subdi,vt cęteris præferamini.

Enarratio secunda eiusdem Psalmi.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum,nec est in ore eius dolus.) Iã Psalmus incipit,& incipit intellectus. Intellectus ergo vel intelligentia ipsa est , vt noueris , nec iactare te debere de meritis tuis, nec præsumere de impunitate peccati. Psalmi enim titulus ita est , Huic Dauid intellectus.) Intelligentia vocatur Psalmus iste. Prima ergo intelli- Gala. 5.a. gentia,vt te noueris peccatorẽ.Consequens intelligẽ- C tia est,vt cùm ex fide per dilectionẽ bene cœperis operari, ne hoc viribus tuis , sed gratiæ Dei deputaueris. Ita non erit dolus in corde tuo,hoc est,in ore interiore tuo. Nec aliud in labiis habebis , aliud in cogitatione. Matt.13.c. Non eris de illis pharisæis de quibus dictũ est , Similes estis monumentis dealbatis: à foris quidem apparetis hominibus iusti,intus autẽ pleni estis dolo & iniquitate. Qui ergo cùm sit iniquus iustum se prætẽdit,nónne dolosus est ? Non ille Nathanael est de quo Dominus Ioan.1.g. dicit,Ecce verè Israëlita in quo dolus nõ est.Vnde autẽ in illo Nathanaele dolus nõ erat? Cùm esses,inquit, sub arbore fici,vidi te. Sub arbore fici erat,sub conditione carnis erat. Si sub conditione carnis erat , quia impietate propaginis tenebatur : sub arbore fici erat in Psal. 50. qua gemit Dauid in alio Psalmo , Ecce enim in iniquitate conceptus sum. Sed vidit eum ille qui venit cum gratia. Quid est,vidit eũ?Misertus est eius. Ergo homi- D nem sine dolo sic commendat,vt gratiam suam in illo Ioan. 1.g. commendet. Cùm esses sub arbore fici,vidi te.Vidi te quid magnum est , nisi intelligas aliquomodo dictum? Quid magnũ est videre hominẽ sub arbore fici?Si non vidisset sub ista ficu genus humanũ Christus , aut aresceremus omnino,aut quomodo pharisæi,in quib⁹ dolus erat , id est , iustificabant se verbis , factis autẽ mali erãt,folia sola inuenirẽtur in nobis,nõ fructus.Nã talẽ arborẽ fici quando vidit Christus , maledixit & aruit. Matt. 21.b. Vidit,inquit,sola folia, id est sola verba absque fructu, arescat , inquit , vt nec folia habeat. Vt quid & verba tollit? Arbor arida enĩ nec folia potest habere. Sic ergo erãt Iudæi, Pharisæi arbor illa erãt: verba habebãt, facta nõ habebãt. Ex sentẽtia Dñi ariditatem meruerũt. Videat ergo nos Christus sub arbore fici:videat in carne nostra etiã fructũ boni operis,ne ei⁹ maledictione arescamus.Et quia totũ gratiæ eius imputatur, non meritis nostris , Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, Psal. 31. & quorũ tecta sunt peccata:non in quibus non sunt inuenta peccata,sed quorũ tecta sunt peccata.Cooperta 4.sẽt.di.18. Sed quæritur. sunt peccata , tecta sunt,abolita sunt. Si texit peccata Deus,noluit aduertere:si noluit aduertere, noluit animaduertere : si noluit animaduertere , noluit punire: noluit agnoscere,maluit ignoscere.Beati quorũ remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata.Nec sic intelligatis quod dixit,peccata cooperta sunt,quasi ibi sint & viuãt.Tecta ergo peccata quare dixit:Vt nõ viderẽtur.Quid enim erat Dei videre peccata,nisi punire peccata? Vt noueris quia hoc est Dei videre peccata quod punire peccata , quid ei dicitur? Auerte faciẽ tuã Psal. 50. à peccatis meis. Peccata ergo tua non videat , vt te videat. Quomodo te videat ? Quomodo Nathanaelem, Ioan.1.g. Cùm esses sub arbore fici,vidi te. Vmbra fici non impediuit oculos misericordiæ Dei. Nec est in ore eius dolus. At verò qui nolũt cõfiteri peccata, laborãt fine causa in defensione peccatorũ suorũ.Et quãto laborãt in defensione peccatorũ suorũ iactãtes merita sua,non vidẽtes iniquitates suas,tanto plus robur eorũ & fortitudo deficit.Ille enim fortis est,qui nõ in se,sed in Deo fortis est.Propter illud ter Dominũ rogaui vt auferret eum à me;& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea. Gratia mea dixit,non virtus tua. Sufficit , inquit, tibi gratia mea.Nã virtus in infirmitate perficitur. Vnde alio lo- 2.Cor.12.c co ipse ait,Quando infirmor,tũc fortis sum. Ergo qui vult fortis esse velut præsumens de se, & iactãs merita sua,qualiacunque illa sint,erit similis pharisæo illi, qui quod à Deo se dicebat accepisse,superbè tamen iactabat:Gratias,inquit,tibi ago, quia non sum sicut cæteri Lucæ 18. homines. Attendite fratres mei, quale genus superbiæ cõmẽdet Deus.Verè quale potest subintrare iusto homini , quale potest surrepere bonæ spei. Verè gratias ago tibi,dicebat. Ergo cùm dicebat,gratias tibi: fatebatur ab illo se accepisse quod habebat.Quid enim ha- 1.Cor.4.b. bes quod nõ accepisti?Ergo gratias tibi ago,dixit,gratias tibi ago,quia nõ sum sicut cæteri homines : raptores,iniusti,adulteri,sicut & publicanus iste. Vnde ergo superbus ? Non quia de bonis suis Deo gratias agebat, sed quia super alterũ se de ipsis bonis extollebat. Attendite fratres, nam vnde cœperit dicere similitudinẽ ipsam Dominus , Euangelista præmisit. Cùm enim Christus dixisset , putas veniẽs filius hominis inueniet fidem in terra : & ne existerent quidam hæretici , qui attendentes & putãtes quasi lapsum totum mundum, omnes enim hæretici in paucis & in parte sunt , iactarent se quod in ipsis remanserit , quod de toto mundo perierit : ibi statim vbi ait Dominus , Putas veniens fi- Lucæ 18.b. lius hominis inueniet fidem in terra , subiecit Euangelista & ait : Dixit autem & ad quosdam qui sibi iusti videbantur,& spernebãt cæteros similitudinem hanc: Ibidem.b. Quidam pharisæus & publicanus venerunt in templum orare : & cætera quæ nostis. Pharisæus ergo ille dicebat, Gratias tibi ago. Sed vnde superbus ? Quia spernebat cæteros. Vnde probas?In ipsis verbis.Quomodo?Pharisæus,inquit, ille contempsit de longè stãtem , cui Deus confitenti propinquabat. Publicanus, inquit,de longinquo stabat,sed Deus ad illum de longinquo non stabat? Quare Deus ab illo de longinquo non stabat?Quia alio loco dicitur,Propè est Dominus Psal.33. his qui obtriuerunt cor. Videte si publicanus iste obtriuerat cor , & ibi videbitis quia propè est Dominus his qui obtriuerunt cor. Publicanus autem de longinquo stabat,& neque volebat ad cælum oculos suos leuare,

leuare, sed percutiebat pectus suum. Tunsio pectoris, obtritio cordis. Quid dicebat tundens pectus ? Deus A Luc.18.b. propitius esto mihi peccatori. Et quæ sentẽtia Domini? Amen dico vobis , descendit iustificatus de templo publicanus ille, magis quàm ille pharisæus. Quare? Hoc est iudicium Dei. Non sum sicut publicanus iste, non sum sicut cæteri homines,iniusti,raptores,adulteri. Ieiuno bis in sabbato , decimas do omniũ quæ possideo.Ille non audet ad cælũ leuare oculos suos,attendit conscientiã suam,lõgè stat, & iustificatus est magis quàm ille pharisæus.Quare?Rogo te Domine,expone nobis iustitiã tuã,expone nobis æquitatẽ iuris tui. Exponit Deus regulã legis suæ.Vultis audire quare?Quia Lucæ 18.c. omnis qui se exaltat, humiliabitur : & qui se humiliat, exaltabitur. Intẽdat ergo charitas vestra. Diximus nõ ausum fuisse oculos ad cælũ leuare publicanum. Quare cælũ non attendebat?Quia se attendebat. Se attendebat,vt primo sibi displiceret,& sic Deo placeret.Tu autẽ iactas te,erecta ceruice es.Ait Dominus superbo: B Nõ vis ad te attẽdere, ego attẽdo. Vis autẽ vt non attendam,tu attende. Ideo publicanus nõ audebat oculos ad cælum leuare:quia seipsum intuebatur,cõscientiã suã puniebat. Ipse sibi iudex erat vt ille intercederet. Ipse puniebat vt ille liberaret. Ipse accusabat vt ille defenderet. Adeò defensus est, quia dixit pro ipso sententiã. Descendit iustificatus publicanus ille magis quàm ille pharisæus:quia omnis qui se exaltat , humiliabitur,& qui se humiliat,exaltabitur. Attendit se,inquit , & nolui ego attendere. Audiui dicentẽ , Auerte Psal.50. oculos tuos à peccatis meis.Quis est enim qui illud dixit,nisi qui etiã illud dixit,Quoniã iniquitatem meam ego agnosco?Itaque fratres mei , erat & pharisæus ille peccator. Nõ enim quia dicebat,non sum sicut cæteri homines,iniusti,raptores,adulteri,neq; quia ieiunabat bis in sabbato, neq; quia decimas dabat,non erat peccator. Quòd si sine vllis peccatis esset , ipsa superbia grande crimẽ erat : & tamen ecce illa omnia dicebat. Prou.20.b. Quis tandẽ sine peccato ? Quis gloriabitur castũ se ha- C bere cor ? Aut quis gloriabitur mundũ se esse à peccatis?Habebat ergo ille peccata, sed peruersus & nesciẽs quò venisset,erat tanquã in statione medici curandus, & sana mẽbra ostendebat,vulnera tegebat. Deus ergo tegat vulnera,nõ tu. Nam si tu tegere volueris erubescens,medicus nõ curabit. Medicus tegat & curet, emplastro enĩ tegit. Sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. Cui celas? Qui nouit omnia.Itaq; hîc fratres videte quid dixit: Quoniã tacui inueterauerunt ossa mea,à clamãdo me tota die.) Quid est hoc? Quasi contrariũ videtur,quoniam tacui inueterauerunt ossa mea à clamando. Si à clamãdo,quomodo tacuit ? Tacuit quiddã,non tacuit quiddam.Tacuit vnde proficeret,nõ tacuit vnde deficeret. Tacuit confessionẽ, clamauit præsumptionem. Tacui enim dixit,non sum confessus.Ibi oportebat vt loque- D retur:taceret merita sua, clamaret peccata sua. Nunc autẽ peruersè tacuit peccata sua , clamauit merita sua. Et quid illi contigit?Inueterauerunt ossa eius.Intẽdite quia si clamaret peccata sua , & taceret merita sua , innouarentur ossa eius:id est,virtutes eius.Esset robustus in Domino,quia inueniretur in se infirmus. Modò autem quia in se voluit esse firmus , factus est infirmus , & inueterauerunt ossa eius. Remãsit in vetustate, qui noluit cõfitendo amare nouitatẽ. Qui enim fiũt noui nostis fratres : quia beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Noluit iste sibi dimitti iniquitates,exaggerauit,defendit illas, iactauit merita sua. Ergo quoniã tacuit à confessione, inueterauerunt ossa eius,à clamãdo me tota die. Quid est à clamando me tota die? Perseuerando tota die in defensione peccatorum suorũ.Et tamen videte qualis sit qui agnoscit se:Erit enim modò intelligentia. Nihil præter se respiciat , & displicebit sibi qui agnoscit se. Modò audietis vt sanemini. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatũ,nec est in ore eius dolus.Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea,à clamando me tota die. Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua.) Quid est grauata est super me manus tua ? Magna res fratres. Respicite illam sententiã rectã inter duos , pharisæum & publicanũ. Quid dictũ est de pharisæo? Quoniã hu- Lucæ 18.c. miliatur.Quid dictum de publicano ? Quoniam exaltatur. Quare ille humiliatur ? Quia exaltauit se.Quare iste exaltatur? Quia humiliauit se. Ergo vt exaltẽtẽ se humiliet Deus,grauat super illum manum suã. Noluit humiliari cõfessione iniquitatis suæ,humiliatus est põdere manus Dei. Quando ille perferret manum grauẽ humiliantis? Quàm leuis fuit manus subleuantis , vt in illo fortis,& in illo fortis , fortis ad illum premendum, fortis ad illum subleuandũ. Ergo, quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua : Conuersus sum in ærumna mea dum configeretur spina.) Ex ipsa aggrauatione manus tuæ,ex ipsa humiliatione cõuersus sum in ærumna mea,factus sum miser, confixa est mihi spina, compuncta est conscientia mea. Quid factum est cùm configeretur spina ? Datus est ei sensus doloris, inuenit infirmitatem suam. Et ille qui tacuerat cõfessionem peccati sui, vt clamando in defensione peccati sui inueterasceret virtus eius,id est,ossa eius conuerterẽtur in vetustatem, modò quid fecit confixa spina? Peccatum meum cognoui.) Ergo iam cognoscit. Si ille cognoscit , & ille ignoscit. Audite quid sequitur. Videte si nõ ipse dicit,Peccatũ meum cognoui , Et iniustitiam meã nõ operui.) Hoc iam dudum dicebam: noli operire tu,& operit Deus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates , & quorũ tecta sunt peccata. Qui tegunt peccata,nudantur; iste autem nudauit vt cooperiretur. Iniquitatem meam non operui. Quid est non operui ? Iam dudum tacueram. Modò quid ? Dixi, Quiddam contrarium illi taciturnitati , dixi. Quid dixisti ? Pronunciabo aduersum me iniustitias meas Domino,& tu remisisti impietatem cordis mei.) Dixi. Quid dixisti ? Non iam pronunciat , sed promittit se pronunciaturum : & ille iam dimittit. Attendite fratres: magna res,dixit,pronunciabo. Non dixit, 4. sẽt.dist. 17.hic oritur. pronunciaui,& tu dimisisti. Dixit pronunciabo , & tu dimisisti : quia eo ipso quod dixit , pronunciabo,ostẽdit quia nondum pronunciauerat, sed corde pronunciauerat. Hoc ipsum dicere pronunciabo,pronunciare est:ideo & tu remisisti impietatem cordis mei , confessio verò mea ad os nondum venerat. Dixeram enim , pronunciabo aduersum me : veruntamen Deus audiuit vocem cordis mei. Vox mea in ore nondum erat , sed auris Dei iam in corde erat. Tu remisisti impietatem cordis mei. Quia dixit pronunciabo, & non suffecerat. Nunc dixit , pronunciabo iniustitiam meam Domino : non sine causa dixit , pronunciabo aduersum me,& hoc interest. Multi enim pronunciãt iniquitatem suam , sed aduersus ipsum Dominum Deum : quando inueniuntur in peccatis suis dicunt, Deus hoc voluit. Si enim homo dicat non feci , aut hoc factum quod arguis non est peccatum : non pronunciat nec aduersum se , nec aduersus Deum. Si dicat, prorsus feci & peccatum est, sed Deus hoc voluit , quid ergo feci ? Hoc est pronunciare aduersus Deũ,Fortè dicatis,nemo hoc dicit. Quis est qui dicat, Deus hoc voluit?Multi & hoc dicunt. Sed & qui hoc nõ dicunt,& aliud dicũt,quid dicũt?Fatum mihi fecit,

ſtellæ meæ fecerũt. Ita iam per circumitũ ad Deũ volunt peruenire. Per circumitũ volũt peruenire ad Deũ A
accuſandũ, qui nolunt de cõpendio venire ad Deum
placandũ: & dicũt, Fatum mihi fecit. Quid eſt fatum?
Stellæ fecerũt. Quid ſunt ſtellæ? Certè iſtæ quas in cælo cõſpicimus. Et quis eas fecit? Deus. Quis eas ordinauit? Deus. Ergo vides quod voluiſti dicere, Deus fecit
vt peccarẽ. Ita ille iniuſtus, tu iuſtus: quia niſi ille feciſſet, tu nõ peccaſſes. Tolle iſtas excuſationes in pecca-
Pſal. 140. tis: memẽto illius Pſalmi, Ne declines cor meũ in verba maligna ad excuſandas excuſationes in peccatis, cũ
hominibus operantibus iniquitatẽ. Ad hæc enim ma-
al. qui deſeu dunt. gni viri ſunt, † & qui prætendunt peccata ſua, magni
ſunt, & qui numerant ſidera, & qui cõputant ſtellas &
tẽpora, & dicũt quis quãdo vel peccet vel bene viuat,
& quando Mars faciat homicidã, & Venus adulteram.
Magui docti viri & electi videntur in hoc ſeculo. Sed
quid ait in Pſalmo? Ne declines cor meũ in verba ma-
la cum hominibus operantibus iniquitatẽ, & non cõ- B
Pſal. 140. municabo cum electis eorũ. Dicant illi electos & do-
ctos numeratores ſiderum, dicant illi ſapientes eos qui
al. fata. quaſi digerũt in digitis † facta humana, & deſcribũt de
ſtellis mores humanos. Cũ libero arbitrio me creauit
Deus. Si peccaui, ego peccaui: vt non ſolùm pronunciem iniquitatẽ meam Domino, ſed aduerſum me, nõ
aduerſus eũ. Ego dixi, Domine miſerere mei. Clamat
æger ad medicũ, Ego dixi. Quare ego dixi? Sufficeret,
Pſal. 40. dixi. Sed dictũ eſt, ego dixi, ego nõ fatũ, non fortuna,
non diabolus: quia nec ipſe cogit, ſed ego perſuadenti
conſenſi. Ego dixi, Domine miſerere mei, ſana animã
meam, quoniã peccaui tibi. Sic & hic ſtatuit & propoſuit, Dixi, pronunciabo aduerſum me iniquitatẽ meã
Domino, & tu remiſiſti impietatẽ cordis mei. Pro hac
orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.)
Quo tẽpore? Pro hac. Pro qua hac? Pro impietate. Pro
qua? Pro ipſa venia peccatorum. Pro hac orabit ad te
omnis ſanctus, in tẽpore opportuno. Inde orabit ad te C
omnis ſanctus, quia dimiſiſti peccata. Nã ſi non dimitteres peccata, non eſſet ſanctus qui ad te oraret. Pro
hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno: quando manifeſtabitur nouum Teſtamentũ, quã-
Gal. 4. a. do manifeſtabitur gratia Chriſti, quod eſt tempus opportunum. Cum autem venit plenitudo tẽporis, miſit
Deus filium ſuũ, factum ex muliere, (id eſt ex fœmina.
Indiſcretè enim vocabãt hoc antiqui) factũ ſub lege,
vt eos qui ſub lege erant redimeret. Vnde redimeret?
A diabolo, à perditione, à peccatis ſuis, ab eo cui ſe vẽdiderãt. Vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Sub lege
enim erant, quia premebat eos lex. Conditio eos premebat, conuincẽdo de reatu non ſaluando. Et quidem
mala prohibebat. Sed quia illi vires nõ habebant per
ſeipſos iuſtificandi ſe, clamandũ erat ad illũ quomodo
clamabat, qui captus ducebatur ſub lege peccati, Miſer
Rom. 7. d. ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? D
Erant omnes homines ſub lege, nõ in lege: iam illa deprimente, illa de reatu conuincente. Demõſtrauit eũ
peccatũ lex. Illa fixit ſpinã, illa fecit cor cõpungi. Ipſa
admonuit vt reum ſe quiſq; cognoſceret, & pro venia
clamaret ad Deũ. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus,
in tẽpore opportuno. Ergo dicebam de tempore op-
Galat. 4. b. portuno. Cùm venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filiũ ſuum. Item dicit Apoſtolus, Tẽpore acceptabili &
placito exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Et quia
hoc de omnibus Chriſtianis prædictũ erat à Prophe-
2. Cor. 6. a. ta, ſubiecit Apoſtolus, Ecce nunc tempus acceptabile,
ecce nunc dies ſalutis. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio
aquarum multarum, ad eum non appropinquabunt.)

Ad eum. Ad quem? Ad eum. Solet enim perſonam
mutare, quomodo eſt, Domini eſt ſalus, & ſuper popu-
lum tuũ benedictio tua. Nõ dixit, Domini eſt ſalus, & Pſal. 3.
ſuper populũ eius benedictio eius. Aut Domine tua eſt
ſalus, & ſuper populũ tuũ benedictio tua. Sed cùm inciperet, Domini eſt ſalus, non ad illũ, ſed de illo dicẽs:
ibi conuerſus eſt ad illũ, & ait, Et ſuper populum tuum
benedictio tua. Sic & hic cùm audis primo ad te, deinde ad eum, ne putes aliũ eſſe, Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno. Veruntamẽ in diluuio aquarum multarũ, ad eum nõ appropinquabũt.
Quid eſt in diluuio aquarum multarum? Qui natãt in
diluuio aquarũ multarum, non appropinquãt ad Deũ.
Quid eſt diluuium aquarum multarum? Multiplicitas
variarum doctrinarum. Intendite fratres. Multæ aquæ
ſunt variæ doctrinæ. Doctrina Dei vna eſt, non ſunt
multæ aquæ, ſed vna aqua: ſiue ſacramenti baptiſmi, ſiue doctrinæ ſalutaris. De ipſa doctrina qua irrigamur
per Spiritum ſanctũ, dicitur, Bibe aquam de tuis vaſis B
& de puteorum tuorum fontibus. Ad iſtos fontes non Prouer. 5. e
accedunt impij, ſed credentes in eum qui iuſtificat im- Rom. 4. a.
pium, iam iuſtificati accedunt. Aliæ aquæ multæ doctrinæ inquinant animas hominum, quod paulo ante
dicebam. Alia doctrina eſt, fatum mihi fecit: alia doctrina, caſus mihi fecit, fortuna fecit. Caſibus regũtur
homines, nulla prouidentia aliquid geritur: & ipſa doctrina eſt. Alius dixit, Eſt gens tenebrarum contraria,
quæ rebellauit aduerſum Deum: ipſa facit peccare homines. In hoc diluuio aquarum multarum ad Deum
non appropinquabunt. Quæ eſt illa aqua, illa vera quæ Prouer. 5. e
manat de intimo fonte puræ venæ veritatis? Quæ illa
aqua eſt fratres, niſi quæ docet cõfiteri Domino? Quæ
eſt illa aqua, niſi quæ docet, Bonum eſt confiteri Do- Pſal. 91.
mino? Quæ eſt illa aqua, niſi quæ docet hanc vocem,
Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam
Domino. Et, Ego dixi Domine miſerere mei, ſana Pſal. 40.
animam meam, quoniam peccaui tibi. Hæc aqua cõ- C
feſſionis peccatorum, hæc aqua humiliationis cordis,
hæc aqua vitæ ſalutaris, abiicientis ſe, nihil de ſe præſumentis, nihil ſuæ potentiæ ſuperbè tribuentis. Hæc
aqua in nullis alienigenarum libris eſt, non in Epicureis, non in Stoicis, non in Manichæis, non in Platonicis. Vbicunque etiam inueniuntur optima præcepta
morum & diſciplinæ, humilitatis tamen iſta non inuenitur. Via humilitatis huius aliũde non manat, à Chriſto venit. Hæc via ab illo eſt, qui cùm eſſet altus, humilis venit. Quid enim aliud docuit humiliando ſe fa- Philip. 2. a.
ctus obediens vſque ad mortem, mortem autem cru-
cis? Quid aliud docuit ſoluẽdo quod non debebat, vt Matt. 17. d.
nos à debito liberaret? Quid aliud docuit baptizatus Matth. 3. d.
qui peccatum non fecit, crucifixus qui reatum nõ habebat? Quid aliud docuit, niſi hanc humilitatem? Nõ 1. Pet. 2. d.
immeritò ait, Ego ſũ via & veritas & vita. In hac ergo Ioan. 14. a.
humilitate propinquatur ad Deũ, quia propè eſt Dominus his qui obtriuerunt cor. In diluuio autem aqua- Pſal. 33.
rum multarum extollentium ſe aduerſus Deum, & docentium ſuperbas impietates, ad Deum non appropinquabunt. Tu autẽ quid, qui etiam iuſtificatus es
inter medias illas aquas? Vndique fratres mei etiã cùm
confitemur peccata, perſtrepunt circa nos aquæ illæ
diluuij. Non ſumus in illo diluuio, ſed circũdamur ab
ipſo diluuio. Premũt nos, ſed non opprimunt: vrgent
nos, ſed non demergunt. Quid ergo tu facies quia in
medio diluuio es, ambulans in hoc ſeculo? Non enim
non audit tales doctores, non audit tales ſuperbos, aut
non ex verbis eorum quotidianas patitur in corde ſuo
perſecutiones. Quid ergo dicat iſte iam iuſtificatus &
præſumens de Deo, qui circundatur diluuio iſto?

Tu

Tu mihi es refugium à preſſura quæ circundedit me.)
Refugiant illi, vel ad deos ſuos, vel ad dæmones ſuos, A
vel ad vires ſuas, vel ad defenſionẽ peccatorum ſuorũ:
mihi in iſto diluuio non eſt refugium niſi tu, à preſſura
quæ circundedit me. Exultatio mea redime me.) Si iã
exultas, quid vis redimi? Exultatio mea redime me.
Audio vocẽ gaudij, exultatio mea: audio gemitum, redime me. Gaudes & gemis. Ita, inquit, & gaudeo & ge-
Rom. 12. c. mo. Gaudeo in ſpe, gemo adhuc in re. Exultatio mea
redime me. Spe gaudentes, ait Apoſtolus. Ergo rectè,
exultatio mea redime me. Vnde redime me? Sequitur
in tribulatione patientes. Exultatio mea redime me. Iã
Rom. 8. d. iuſtificatus erat & Apoſtolus. Et quid ait? Non ſolùm,
inquit, ſed etiã noſipſi primitias habẽtes ſpiritus, & ipſi
in nobiſmetipſis ingemiſcimus. Vnde redime me? Quia
ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionẽ expectãtes redẽptionẽ corporis noſtri. Ecce ergo vnde redime me, quia adhuc expectamus in nobis ingemiſcẽtes
redẽptionẽ corporis noſtri. Vnde ergo exultatio mea?
Ibidem. c. Ibi ſequitur idẽ Apoſtolus & dicit, Spe enim ſalui facti B
ſumus. Spes autẽ quę videtur non eſt ſpes. Quod enim
videt quis, quid ſperat? Si autẽ quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Si ſperas, gaudes: ſi
per patientiam expectas, adhuc gemis: non enim opus
eſt patientia, vbi nihil mali perpeteris. Tolerantia quæ
dicitur, patientia quæ dicitur, ſuſtinentia quæ dicitur,
lõganimitas quę dicitur, non eſt niſi in malis. Vbi premeris, ibi anguſtia eſt. Ergo ſi per patiẽtiã expectamus,
adhuc dicimus, Redime me à preſſura quæ circũdedit
me: quia verò ſpe ſalui facti ſumus, ſimul vtrũque dicimus, exultatio mea redime me. Reſpondetur, Intellectũ dabo tibi.) Ipſe eſt Pſalmus intelligentiæ. Intellectũ
dabo tibi. Et ſtatuam te in via hac qua gradieris.) Quid
eſt, ſtatuã te in via hac qua gradieris? Nõ vt hæreas ibi,
ſed vt ab ea non aberres. Dabo intellectum vt cogno- C
ſcas te ſemper, & ſemper gaudeas in ſpe ad Deũ: donec
ad illã patriam peruenias, vbi iam non ſpes, ſed res erit.

Obſirmabo ſuper te oculos meos.) Nõ à te auferam
oculos meos, quia & tu non auferes à me oculos tuos:
Iam iuſtificatus, iam poſt remiſſionẽ peccatorum leua
oculos tuos ad Deum. Putruerat enim cor tuum cùm
eſſet in terra. Non gratis audis, ſurſum cor ne putreat.
Ergo & tu leua iam oculos tuos ſemper in Deũ, vt firmet ſuper te oculos ſuos. Sed quid times, ne cùm † ha-
al. habes. beas oculos ad Deum, offendas, ne non reſpicias ante
te, & fortè incurras in laqueũ? Noli timere. Ibi enĩ ſunt
oculi ipſius quos obſirmat ſuper te. Nolite, inquit, ſoli-
Matth. 6. d. citi eſſe. Et Apoſtolus Petrus, Omnẽ ſolicitudinem ve-
1. Pet. 5. c. ſtram ſuper illum mittite: quia illi cura eſt de vobis. Ergo obſirmabo ſuper te oculos meos. Tu ergo oculos
tuos in illũ erige: & non timebis, vt dixi, ne in laqueum
Pſal. 24. incurras. Audi alium Pſalmum, Oculi mei ſemper ad D
Dominũ. Et quaſi diceretur illi: Quid agis de pedibus
tuis, cùm nõ ante te attendis? Quoniã ipſe, inquit, euellet de laqueo pedes meos. Firmabo ſuper te oculos
meos. Promiſit huic & intellectum & protectionem
ſuã, conuertit ſe ad ſuperbos defendentes peccata ſua:
Tob. 6. d. & oſtendit nobis quid ſit intellectus. Nolite eſſe ſicut
equus & mulus, quibus non eſt intellectus.) Equus &
mulus erecta ceruice ſunt. Non ſunt equus & mulus, ſicut ille bos qui agnouit poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præ-
Eſa. 1. a. ſepe domini ſui. Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quid enim patiuntur tales?

In freno & chamo maxillas eorum conſtringe, qui
non appropinquant ad te.) Equus & mulus vis eſſe, vis
non habere ſeſſorem: conſtringetur os tuum, & maxillæ tuæ in freno & chamo. Ipſum os tuum cõfringetur,
quo iactas merita tua, & taces peccata tua. Maxillas

eorum cõſtringe, qui non appropinquant ad te humiliando ſe. Multa flagella peccatorum.) Non eſt mirum
ſi adhibito freno ſequuntur flagella. Indomitum enim
animal eſſe cupiebat, domatur freno & flagello, atque
vtinam perdometur. Verendum eſt enim ne nimium
reſiſtendo indomitum relinqui mereatur, & ire in ſuã
vagam licentiam, vt dicatur de illo, Prodiet tanquã ex Pſal. 72.
adipe iniquitas eorum: ſicut de illis, quibus modò ſunt
impunita peccata. Ergo cùm flagellatur, corrigatur,
dometur, quia & iſte ſic ſe dixit edomitum: equum & mulũ ſe dixerat, quoniã tacuit. Sed vnde domitus eſt?
Flagellis. Conuerſus ſum, inquit, in ærumna mea, dum
configeretur ſpina. Siue flagella dicas, ſiue ſtimulos dicas, domat Deus iumentum cui inſidet: quia iumento
expedit vt inſidatur. Non enim defatigatur Deus ambulando pedibus, inſidet iumẽto. Aut verò non plenũ
myſterij eſt, quòd aſellus adductus eſt Dño. Populus Mat. 21. a.
mitis & mãſuetus portãs bene Dñm, aſellus eſt, & tendit in Hieruſalem. Diriget enim mites in iudicio, ſicut Pſal. 24.
dicit alius Pſalmus, docebit mãſuetos vias ſuas. Quos
manſuetos? Non erigentes ceruices aduerſus domitorem ſuum, patientes flagella & frena: poſtea ſic domiti,
vt ſine flagello ambulent, & ſine freno & chamo viam
teneant. Si carueris iſto ſeſſore, tu cades, non ille: quia
multa flagella peccatoris. Sperantem autem in Domino miſericordia circundabit.) Quomodo eſt refugium
à preſſura? Quem primò circundat preſſura, poſtea cir- Pſal. 8.
cundat miſericordia: quoniam miſericordiam dabit,
qui legem dedit, legẽ in flagellis, miſericordiã in conſolationibus. Sperãtem autem in Domino miſericordia circundabit. Ergo quid concluditur? Lætamini in
Domino & exultate iuſti.) O qui lætamini in vobis! ô
impij, ô ſuperbi, qui lætamini in vobis: iam credentes
in eum, qui iuſtificat impium, deputatur fides veſtra ad
iuſtitiã. Lætamini in Domino & exultate iuſti. Et exul- C
tate, ſubaudi in Domino. Quare? Quia iam iuſti. Vnde
iuſti? Non meritis veſtris, ſed gratia illius. Vnde iuſti?
Quia iuſtificati. Et gloriamini oẽs recti corde.) Quid
eſt recti corde? non reſiſtẽtes Deo. Intendat ergo charitas veſtra, & intelligite rectum cor. Breuiter dico, ſed
tamen maximè commendandum: Deo autem gratias,
quod in fine eſt, inhæreat ſenſibus veſtris. Inter rectum
cor & prauum cor hoc intereſt. Quiſquis homo quicquid patitur præter volũtatem, afflictiones, mærores,
labores, humiliationes, non tribuit niſi voluntati Dei
iuſtæ, non illi dans inſipientiã, quòd quaſi neſciat quid
agat, quia talẽ flagellat, & talibus parcit: ipſe eſt rectus
corde. Peruerſi autem corde ſunt & praui & diſtorti,
qui omniã quæ patiuntur mala, iniquè ſe pati dicunt,
dantes illi iniquitatem, per cuius voluntatem patiũtur:
aut quia non ei audent dare iniquitatem, auferunt ei
gubernationem. Quia ipſe, inquit, non poteſt facere
iniquum: iniquum autem eſt vt ego patiar, & ille non
patiatur: concedo enim vt ſim peccator, certè ſunt peiores qui lætantur, & ego tribulor. quia ergo hoc iniquum eſt, vt etiam peiores me lætẽtur, & ego tribuler,
qui aut iuſtus, aut minus peccator quàm illi ſum, & certum eſt apud me hoc eſſe iniuſtum, & certum eſt apud
me, quia Deus non faciet iniuſtum: Deus non gubernat res humanas, nec cura eſt illi de nobis. Ergo praui
corde, id eſt, diſtorti corde, tres habent ſententias.
Aut non eſt Deus: dixit enim ſtultus in corde ſuo, Pſal. 13. &
non eſt Deus: & fuit dictum de diluuio illo. Non de- 52.
fuit talis doctrina philoſophorum, non defuerunt qui
dicerent non eſſe Deum, qui gubernat omnia & condidit omnia: ſed eſſe multos deos vacantes ſibi præter mundũ, non curantes iſta. Ergo aut non eſt Deus,
ſicut dixit impius: cui diſplicet quicquid illi accidit

Genes. 1.d. qui vos homines fecit, pro vobis & homo factus est: vt multi filij ad hæreditatē sempiternam adoptaremini, sanguis vnici pro vobis effusus est. Si vos vobis terrena fragilitate viluistis, ex pretio vestro vos appēdite, quid manducetis, quid bibatis, quo † subscribamini, tamen dignè cogitate. Nunquid hoc vos monemus, vt superbi sitis, & vobis aliquam perfectionem audeatis arrogare? Sed nō iterum ab omni iustitia vos putare debetis exules fieri. Nolo enim vos interrogare de iustitia vestra, fortassis enim nemo vestrûm mihi audeat respōdere, iustus sum: sed interrogo vos de fide vestra. Sicut nemo vestrûm audet dicere, iustus sum: sic nemo non audet dicere, fidelis sum. Nondū quæro quid viuas, sed quæro quid credas. Responsurus es credere in Christū. Non audisti Apostolum, Iustus ex fide viuit? Fides tua, iustitia est tua: quia vtiq; si credis caues: si autē caues conaris: & conatum tuum nouit Deus, & voluntatem tuam inspicit, & luctam cum carne considerat: & hortatur vt pugnes, & adiuuat vt vincas, & certantem inspectat, & deficientem subleuat, & vincentem coronat. Ergo exultate iusti in Domino. Hoc dixerim, exultate fideles in Domino, quia iustus ex fide viuit. Rectos decet laudatio. Discite gratias agere Deo & in prosperitatibus & in tribulationibus. Discite habere in corde quod habet omnis homo in lingua, quod vult Deus. Ipsa lingua popularis, plerunque est doctrina salutaris. Quis non quotidie dicit, quod vult Deus hoc agat? Et rectus erit inter eos qui exultant in Domino, & quos decet laudatio. Quales alloquitur consequenter Psalmus, & dicit, Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei.) Hoc enim etiam modò cantabamus, hoc ore cōsono exprimentes, corda vestra docebamus. Nónne id egit institutio in nomine Christi vigiliarū istarum, vt ex isto loco citharæ pellerentur? Et ecce ipsæ iubentur sonare. Cōfitemini, inquit, Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei. Nemo cōuertat cor ad organa theatrica. Quod ei iubetur, in se habet, sicut alibi dicitur, In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Meminerunt qui pridem affuerunt, quādo quid intersit inter psalterium & citharam, sicut potuimus sermone discreuimus, & ad intellectum omnium perducere interim conati sumus. Quantum autem effecerimus, viderint qui audierunt. Et nunc non mportunè repetimus, vt in ista diuersitate duorū instrumentorū musicorum, diuersitatem factorum humanorum inueniamus; significatam per hæc, implendam autē per vitam nostram. Cithara est lignum illud concauum tanquam tympanum pendente testudine, cui ligno chordæ inniuntur, vt tactæ resonent. Non plectrū dico quo tanguntur, sed lignum illud dixi cōcauum cui superiacēt, cui quodammodo incumbunt, vt ex illo cùm tanguntur tremefactæ, & ex illa concauitate sonū concipientes, magis canorę reddātur. Hoc ergo lignum cithara in inferiore parte habet, psalterium in superiore. Hæc est distinctio. Iubemur autem modò confiteri in cithara, & psallere in psalterio decem chordarum. Non dixi in cithara decem chordarum, neq; in hoc Psalmo, neque si non fallor alicubi. Legant & considerent melius, & otiosius filij nostri lectores: tamē quantum mihi videor meminisse, multis locis inuenimus psalterium decem chordarum, citharam decem chordarum nusquā mihi lectum occurrit. Mementote citharā ex inferiore parte habere quo sonat, psalterium ex superiore. Ex inferiore vita, id est terrena, habemus prosperitatem & aduersitatem, vnde Deum laudemus in vtroq;, vt semper sit laus eius in ore nostro, & benedicam⁹ Dominū in omni tempore. Est enim quædam terrena prosperitas, est quædam terrena aduersitas: ex vtroque laudandus est Deus vt citharizemus. Quæ est terrena prosperitas? Cùm sani sumus secundum carnē, cùm abundant omnia quibus viuimus, cùm incolumitas nostra seruatur, cùm fructus largè proueniunt, cùm solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc omnia ad vitam terrenā pertinent. Quisquis inde nō laudat Deum, ingratus est. Nunquid quia terrena, ideo non Dei sunt? Aut ideo aliter ea dare cogitādus est, quia datur & malis? Multiplex est enim misericordia Dei, patiens est & longanimis. Inde magis significat quid seruet bonis, cùm ostendit quanta donet & malis. Aduersitates autem ex inferiore vtique parte de fragilitate generis humani in doloribus, in languoribus, in pressuris, in tribulationibus, in tentationibus. Vbique laudet Deū qui citharizat. Non attendat quia inferiora sunt: sed quia & regi & gūbernari nō possunt nisi ab illa sapiētia quę attingit à fine vsque ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Non enim cælestia regit & terrena deserit. Aut non illi dicitur, Quò abibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiā? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Vbi ergo deest qui nusquam non est? Ergo cōfitere Domino in cithara. Siue tibi abundet terrenū aliquid, gratias age illi qui dedit: siue tibi desit, siue fortè damno tibi auferatur aliquid, cithariza securus. Non est enim ille tibi ablatus qui dedit, quamuis tibi ablatū fuerit quod dedit. Eia sic inquam cithariza securus, certus in Deo tuo. Tange chordas in corde tuo, & dic tanquam in cithara in inferiore parte bene sonante, Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factū est; sit nomen Domini benedictum. Iam verò cùm attēdis superiora dona Dei, quid tibi contulerit præceptorū, qua doctrina cælesti te imbuerit, quid tibi desuper ex illius veritatis fonte præceperit, conuertere & ad psalterium, & psalle Domino in psalterio decem chordarum. Præcepta enim legis decem sunt. In decem præceptis legis habes psalteriū, Perfecta res est. Habes ibi dilectionem Dei in tribus, & dilectionē proximi in septē. Et vtique nosti Domino dicente, quia in his duobus pręceptis tota lex pendet & prophetæ. Dicit tibi Deus desuper, quia Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Habes vnā chordam. Non accipias in vanum nomē Domini Dei tui: habes alteram chordam. Obserua diem sabbati, non carnaliter, non Iudaicis deliciis, qui otio abutūtur ad nequitiā. Melius enim vtique tota die foderent, quàm tota die saltarent. Sed tu cogitans requiē in Deo tuo & propter ipsam requiē omnia faciēs, abstine ab opere seruili. Omnis enim qui facit peccatū, seruus est peccati: & vtinā hominis & non peccati. Hęc tria pertinent ad dilectionē Dei: cuius cogita vnitatē, veritatem, & voluntatē. Est enim quædā voluntas in Domino, vbi verū sabbatū, vera requies. Vnde dicitur: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quis enim sic delectat, quā ille qui fecit omnia quę delectāt? In his tribus charitas Dei, in septem aliis charitas proximi, ne facias alij quod pati non vis. Honores patrem & matrē: quia vis te honorari à filiis tuis. Nō mœchaberis: quia nec mœchari vxorem tuā post te vis. Nō occidas: & quia occidi non vis. Non fureris: quia furtum pati non vis. Non falsum testimonium dicas: quia odisti aduersum te falsum testimonium dicentē. Non concupisces vxorē proximi tui: quia & tuā non vis ab alio concupisci. Non concupisces rē aliquā proximi tui: quia si quis tuam concupiscit, displicet tibi. Conuerte & in te linguam, quādo tibi displicet qui tibi nocet. Hæc omnia præcepta Dei sunt, sapientia donante data sunt, desuper sonant. Tange psalterium, imple

al. subscribatis tātum.

Rom. 1. b.

Sap. 8. a.

Psal. 1. 8.

Psal. 55.

Psal. 33.

Deut. 5. a.

Matt. 22. d. Deut. 6. a. Deut. 5. b. Ibidem.

Ioan. 8. d.

Psal. 36.

Tob. 4. e. Matth. 7. b Deut. 5. b.

Exod. 20. b

Mat. 5. b. imple legem quàm Dominus Deus tuus non venit soluere, sed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poterat. Qui enim timēdo non facit malè, mallet facere, si liceret. Itaque & si facultas non datur, voluntas tenetur. Non facio, inquit. Quare? Quia timeo. Nondum amas iustitiā, adhuc seruus es: Esto filius. Sed ex bono seruo fit bonus filius. Interim timēdo noli facere, disces & amando non facere. Est enim quædam pulchritudo iustitiæ, pœna te deterreat. Habet iustitia formā suā, oculos quærit, accendit amatores suos. Pro hac martyres seculum calcantes, sanguinem fuderunt. Quid amabant quādo istis omnibus renunciabant? Nū enim illi nō erant amatores? aut hoc vobis dicimus, vt non ametis? Qui nō amat friguit, obriguit. Ametur, sed illa pulchritudo quæ cordis oculos quærit. Ametur, sed illa pulchritudo quę laudatur. Iustitia incendit animos, iustitia accensi promunt verba, edunt voces, vndique dicunt, bene, optime. Quid videtū? In quo pulcher est curuus, senex? Non enim si procedat senex iustus, est aliquid in eius corpore quod ametur, & tamen amatur ab omnibus. Ibi amatur vbi nō videtur, immo ibi amatur vbi corde videtur. Delectet vos ergo, & rogate Dominum vt delectet: Dominus enim dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suū: vt per charitatem impleatis, quod per timorem implere difficile est. Quod dico difficile est, non potest adhuc animus: mallet non esse quod præcipitur, si ad faciendū amore non ducitur, sed timore coarctatur. Noli furtū facere, time gehennas: mallet non esse gehēnam in quam mitteretur. Quando incipit amare iustitiam, nisi quando mallet furta non esse, & si gehennæ non essent in quas fures mitterentur? Hoc est amare iustitiam. Et ipsa iustitia qualis est? Quis illam pingit? Sapientia Dei quam pulchritudinem habet? Per illam pulchra sunt omnia, quæ oculis placent: ei videndæ, complectendæ, corda mundanda sunt. Huius nos amatores profitemur: ipsa nos componit vt ei non displiceamus. Et quando nos reprehendunt homines in his rebus, in quibus ei quam diligimus placemus, quomodo praui habemur apud reprehēsores nostros? Quomodo ab illis cōtemnimur & omnino nihili pendimur? Amatores lubrici & damnabiles feminarum, quando amatę ipsorū componunt illos secundum oculos suos, si ipsis placeant, non curāt cos quibus † displiceant, putantes sibi sufficere quod earum oculis placent ad quas affectant: & plerunque grauibus displicent, immo semper grauibus displicēt, & meliore iudicio reprehenduntur. Non bene tonsus es; dicit vir grauis lasciuo adolescenti, nō te decet cum talibus cincinnis incedere. Nouit autem ille capillos suos placere nescio cui. Odit te reprehendentem vero iudicio, & seruat in se quod placet peruerso consilio. Inimicum te putat, quia turpitudinē demis. Fugit oculos tuos, & omnino non curat qua regula iustitiæ reprehendatur. Si ergo illi non curant reprehensores veraces, vt sint formosi fallaces: nos in his rebus in quibus placemus sapientiæ Dei, nō debemus curare irrisores iniustos, non habentes oculos vnde videāt quod amamus. Hæc cogitantes recti corde, cōfitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei. Cantate ei canticum nouum.) Exuite vetustatem, nostis canticum nouum. Nouus homo, nouum testamentum, nouum canticum. Non pertinet nouū canticum ad homines veteres. Non illud discunt nisi homines noui, renouati per gratiam ex vetustate, & pertinentes iam ad testamentum nouum, quod est regnum cælorum. Ei suspirat omnis amor noster, & cantat canticū nouum. Cantet canticum nouum, non lingua, sed vita. Cantate ei canticum nouū, Bene cantet ei.) Quærit vnusquisque quomodo cantet Deo. Canta illi, sed noli malè. Non vult offendi aures suas. Bene cantate fratres. Si alicui bono auditori musico, quando tibi dicitur, Canta vt placeas ei; & si vis aliqua instructione musicæ artis cātare, trepidas ne displiceas artifici; quia quod in te imperitus non agnoscit, artifex reprehēdit: quis offerat Deo bene cantare, sic iudicāti de cantore, sic examinanti omnia, sic audienti? Quando potes afferre tam elegans artificium cantandi, vt tam perfectis auribus in nullo displiceas? Ecce veluti modū cantandi dat tibi: noli quærere verba, quasi explicare possis vnde Deus delectetur. In iubilatione cane.) Hoc est enim bene canere Deo, in iubilatione canta. Quid est in iubilatione canere? Intelligere, verbis explicare non posse quod canitur ore Deo. Etenim illi qui cantant, siue in messe, siue in vinea, siue in aliquo opere feruēti, cùm cœperint in verbis canticorum exultare lætitia, veluti impleti tāta lætitia vt eam verbis explicare non possint, auertunt se à syllabis verborum, & eunt in sonum iubilationis. Iubilum sonus quidam est significās cor parturire quod dicere non potest. Et quem decet ista iubilatio nisi ineffabilē Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potes. Et si eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat nisi vt iubiles? Vt gaudeat cor sine verbis, & immensa latitudo gaudiorū metas non habeat syllabarū. Bene cantate ei in iubilatione: Quoniam rectus est sermo Domini.) Et omnia opera eius in fide. In quo etiam displicet non rectis, rectus est ille. Et omnia opera eius in fide.) Tua sint opera in fide: quia iust⁹ ex fide viuit, & fides per dilectionē operatur. Tua sint opera in fide, quia in Deum credēdo fidelis efficeris. Opera Dei quomodo possunt esse in fide, quasi & Deus ex fide viuat? Inuenimus & Deum fidelē, & hoc non verbis nostris dicitur. Apostolū audi, Fidelis, inquit, Deus qui vos nō permittit tētari suprà quàm potestis ferre, sed faciet cum tentatione prouentū, vt possitis sustinere. Audistis fidelem Deū, audite & alibi. Si tolerabimus, & cōregnabimus: si negauerimus, & ipse nos negabit: si non credimus, & ipse fidelis permanet, negare semetipsum non potest. Habemus ergo & fidelem Deum: distinguamus potius fidelē Deum à fideli homine. Fidelis homo est credens promittenti Deo, fidelis Deus est exhibens quod promisit homini. Teneamus fidelissimū debitorē, quia tenemus misericordissimū promissorem. Neque enim aliquid ei commodauimus, aut mutuum cōmendauimus vt teneamus eū debitorem: cùm ab illo habeamus quicquid illi offerimus, & ex illo sit quicquid boni sumus. Omnia bona quibus gaudemus, ab illo sunt. Quis enī cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniā ab ipso, & per ipsū, & in ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus: & tenemus debitorē. Vnde debitorē? Quia promissor est. Non dicimus Deo, Domine redde quod accepisti, sed redde quod promisisti: quoniā rectus est sermo Domini. Quid est, rectus est sermo Domini? Non te fallit, tu eum noli fallere, immo tu te noli fallere. Quis enim fallet omnia sciētem? Sed mentita est iniquitas sibi. Quoniam rectus est sermo Domini, & omnia opera eius in fide, Diligit misericordiam & iudicium.) Fac ista, quia facit. Intendite istam misericordiā & iudicium. Misericordiæ tēpus modò est, iudicij tempus pòst erit. Vnde est misericordiæ tempus? Vocat modò auersos, donat peccata conuersis. Patiens est super peccatores, donec conuertantur. Quandocunque cōuersi fuerint, præterita obliuiscitur, futura promittit. Hortatur pigros, cōsolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes; neminem deserit laborantem & exclamantem ad se;

Deut. 5. b.

al. displicent.

Rom. 1. b.

Gal. 5. a.

1. Cor. 10. d.

2. Tim. 2. b

Rom. 11. d.

donat vnde sibi sacrificetur, ipse tribuit vnde placetur. Magnum misericordiæ tempus, non transeat fratres, non nos transeat. Venturum est iudicium. Erit & tunc pœnitentia, sed iam infructuosa. Dicent intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. [Sap. 5.b.] Certè ista scripta sunt in libro Sapientiæ, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra. Modò dicamus, Transeunt omnia tanquam vmbra. Modò fructuosè dicamus, transeunt: ne tunc dicamus infructuosè, omnia transierunt. Hoc est ergo tempus misericordiæ, erit & iudicij. Ne putetis autem fratres, quia ista à se possunt in Deo aliquo separari modo. Videtur enim sibi aliquando contraria, vt qui misericors est, nõ seruet iudicium: & qui iudicij tenax est, obliuiscatur misericordiam. Omnipotens est Deus, nec in misericordia amittit iudicium, nec in iudicio misericordiam. Miseretur enim, cõsiderat imaginem suam, fragilitatẽ nostram, errorem nostrum, cæcitatem nostram, & vocat: & conuersis ad se donat peccata, non conuersis nõ donat. [al. in iustis.] Misericors est † & iustus. Nunquid autem iudicium amisit, aut non debuit iudicare inter conuersos & non conuersos? An vobis iustum videtur, vt cõuersus & non conuersus æqualiter habeantur: vt eo modo suscipiatur confitens & mentiens, humilis & superbus? Ergo habet & iudicium in ipsa misericordia. Rursus in illo iudicio habet misericordiam, in eos vtique quibus [Matt. 25.c] dicturus est, Esuriui & dedistis mihi mãducare. Etenim [Iacobi 2.c.] dicitur in quadam Epistola apostolica, Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiã. Beati, [Matth. 5.a.] inquit, misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus. Ergo in illo iudicio erit & misericordia, sed non sine iudicio. Si enim non in quemlibet, sed in eum erit misericordia qui prærogauit misericordiã: & ipsa misericordia iusta erit, quia confusa nõ erit. Misericordia est certè vt dimittãtur peccata, misericordia est vt tribuatur vita æterna. [Math. 6.b.] Vide ibi iudicium, Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Certè dabitur vobis & dimittetur vobis, misericordia est. Si inde recessisset † à iudicio, non diceret, [al. & iudicium.] [Matth. 7.a.] In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Audisti quemadmodũ exhibeat Deus misericordiam & iudicium: exhibe & tu misericordiam & iudicium. An fortè ad Deum pertinent ista, ad hominem nõ pertinent? Si ad hominem [Matt. 23.c.] non pertinerent, non diceret Dominus pharisæis: Relinquitis grauiora legis, misericordiam & iudiciũ. Ergo pertinent ad te misericordia & iudicium. Ne putes quòd ad te misericordia pertineat, iudicium autẽ non ad te pertineat. Aliquando audis causam inter duos, quorum duorum vnus est diues, & alius pauper: & cõtingit vt pauper habeat causam malam, diues autẽ bonam. Iam si tu non es eruditus in regno Dei, videris tibi bene facere, si quasi pauperẽ miseratus, abscõdas, & contegas iniquitatem illius, & velis eum iustificare, vt quasi causam bonã habere videatur. Et si reprehensus fueris quòd malè iudicasti: quasi de misericordia respondes, Noui, & ego scio: sed pauper erat, misericordia ei debebatur. Quomodo tenuisti misericordiam, & perdidisti iudiciũ? Et quomodo, inquis, si tenerem iudiciũ, non amitterem misericordiã? Pronunciarem aduersus pauperẽ, qui vnde redderet non haberet? Aut si haberet, cùm reddidisset vnde postea viueret nõ inueniret. Ait tibi Deus: Ne accipias personã pauperis in iudicio. [Exod. 23.a] Cęterùm facile est vt admoneamur personã diuitis nõ accipere. Hoc omnis homo videt, atque vtinã sic omnis homo faceret. Illud est vbi fallitur, veluti qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, & dicat, faui pauperi. Immo teneres vtrumque, & misericordiã & iudicium. Primò, qualem misericordiã fecisti in eum cuius iniquitati fauisti? Ecce saccello percisti, cor percussisti, pauper iste iniquus remansit: & tanto iniquior, quanto te quasi hominẽ iustum fauere vidit iniquitati suę. A te † remãsit iniustè adiutus, à Deo [al. recessit.] † recessit iustè damnandus. [al. remansit.] Qualem misericordiã præbuisti ei quem iniustũ fecisti? Ecce crudelior inueniris quàm misericordior. Quid ergo, inquis, facerẽ? Iudicares primò secundum causam: argueres pauperem, flecteres diuitem. Alius est iudicandi, alius petẽdi locus. Quando te ille diues videret tenuisse iusticiam, non erexisse iniqui pauperis ceruicem, sed pro merito peccati sui obiurgasse te iustè: nónne flecteretur ille ad misericordiam petenti, qui lætus redditus erat te iudicãte? Quamuis ergo, fratres, Psalmi plura restent, consulendum est tamẽ viribus & animæ & corporis propter varietatem audientium, quia & cùm reficimur, ex eodem tritico velut multi sapores nobis fiunt. Ad detergenda fastidia, hæc vobis sufficiant.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

ET in annunciando & in audiendo verbo veritatis, labor est. Quem laborem, fratres, æquo animo toleramus, si sententiæ Dominicæ & conditionis nostræ meminerimus. Ab ipso enĩ nostri generis exordio audiuit homo nõ ab homine fallace, nec à diabolo seductore, sed ab ipsa veritate ex ore Dei, In sudore vultus [Genes. 3.d.] tui edes panẽ tuum. Proinde si panis noster est verbum Dei, sudemus in audiendo ne moriamur in ieiunando. Psalmi huius primarum partium pauci versus vigiliarum nuper actarum solennitate tractati sunt: quod restat audiamus. Hinc autem incipit pars quæ restat, quã modò cãtabamus. Misericordia Domini plena est terra. Verbo Domini cęli firmati sunt.) Id ipsum est enim, sermone Domini cæli solidati sunt. Dixerat superius: Bene cantate ei in iubilatione, id est, ineffabiliter canite: quoniã rectus est sermo Domini, & oĩa opera eius in fide. Nihil promittit & non reddit: fidelis ille factus est debitor, esto tu auarus exactor. Deinde cùm dixisset, Omnia opera eius in fide: adiunxit quare, Diligit misericordiã & iudiciũ. Qui ergo misericordiã diligit, miseretur. Qui autẽ miseretur, nõ potest promittere & nõ dare: quia posset dare etiã si non promitteret. Ergo quia diligit misericordiam, oportet vt exhibeat quod ꝓmittit. Et quia diligit iudiciũ, oportet vt exigat quod dedit. Vnde ipse Dominus dicit cuidã seruo, Dares tu pecuniam meam, & ego veniens cum vsuris exigerem. Quod ideo monemus vt sciamus quod modò audiuimus. [Matt. 25.c. Lucæ 19.d. Ioan. 8.b.] Ipse enim dicit alio loco in Euãgelio, Ego nõ iudico quenquã: sermo quẽ locutus sum eis, ipse iudicabit eos in nouissimo die. Nec se excuset qui audire nõ vult, ne quasi nõ sit quod ab illo exigatur. Idipsũ enim exigitur, quia noluit accipere cùm daretur. Aliud est enim non posse accipere, aliud est nolle. Illic excusatio necessitatis est, hîc reatus voluntatis. Ergo omnia opera eius in fide: diligit misericordiam & iudicium. Accipite misericordiam, & timete iudicium: ne ille cùm venerit exigat nos, & sic nos exigat † vt inanes dimittat. [al. vt inanes non dimittat] Exigit enim rationẽ: reddita ratione, donat æternitatẽ. Accipite ergo misericordiã fratres, accipiamus oẽs. Nemo nostrũ in accipiẽdo dormiat, ne ad reddẽdum *malũ excitetur. [al. malè.] Accipite misericordiã. Sic ad nos clamat Deus, tanquã si tempore famis diceretur, accipite frumentũ. Quod cũ audires tẽpore famis, profectò ipso stimulo necessitatis cõcitus curreres, versans te huc atq; illuc, querẽs vnde acciperes, q̄ dictũ est, accipe. Et cũ venires, quãdo te teneres? quã morã interponeres?

[al. accipite.] Sic & nunc dictum est, † accipe misericordiam. Diligit enim misericordiam & iudicium. Cùm acceperis, bene vtere: vt bonam rationem reddas, cùm iudiciũ venerit eius qui tibi modò prerogat in ista fame misericordiã. Nolo ergo mihi dicas, vnde accipio? Quò eo? Recordare quod cãtasti, Misericordia Domini plena est terra. Vbi iam non Euangeliũ prædicatur? Vbi sermo Domini tacet? Vbi salus cessat? Opus est vt velis accipere, plena sunt horrea. Hæc ipsa plenitudo & abundantia non te venientem expectauerunt, sed ad dormientem ipsa venerunt. Non dictũ est, Surgant gẽtes, & eant ad vnum locũ: sed annunciata sunt ista gentibus vbi erãt, [Soph. 2.c.] vt adimpleretur exinde prophetia, dicens: Adorabit eũ vnusquisque de loco suo. Misericordia Domini plena est terra. Quid cæli? Audi quid cæli. Non enim indigent misericordia, vbi nulla est miseria. In terra abundat hominis miseria, superabundat Domini misericordia. Miseria hominis plena est terra, & misericordia Domini plena est terra. Cęli ergo vbi nulla est miseria, nũquid quia non indigent misericordia, nõ indigent Domino? Omnia indigẽt Domino, & misera & felicia. Sine illo miseri non subleuantur, sine illo felix non regitur. Ergo ne fortè de cælis quæreres cùm audires, Misericordia Domini plena est terra: audi quia Domino & cæli indigent. Verbo Domini cęli solidati sunt.) Nã non à se sibi solidamentũ fuerunt, nec ipsi cæli firmitatẽ sibi propriã præstiterũt. Verbo Domini cęli firmati sunt, Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.) Non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementũ à Domino perceperunt. Spiritu enim oris eius non pars, sed omnis virtus eõrum. Sanè fratres, videte eadẽ opera & filij & spiritus sancti. Nõ enim negligenter prætereundũ est, propter quosdam iniquos discretores & turbulentos cõfusores. Vtrunque enim malè fit. Cõfundunt illi malè discernẽdo creaturã cum creatore, & cùm sit creator spiritus Dei, inter creaturas eum numerant. Illi discernunt & cõfundunt, confundantur vt conuertãtur. [Ioan. 1.a.] Audi modò vnum opus filij & Spiritus sancti. Verbũ certè Dei filius Dei est, & spiritus oris eius Spiritus sanctus est. Verbo Domini cæli solidati sunt. Quid est autẽ solidatos esse, nisi habere stabilem & firmã virtutẽ? Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Posset & sic dici, spiritu oris eius cæli solidati sunt, & verbo Domini omnis virtus eorũ. Quod est enim omnis virtus eorum, hoc est, solidati sunt. Hoc ergo facit filius & Spiritus sanctus. Nunquid sine patre? Quis ergo facit per verbum suũ & spiritum suum, nisi cuius verbum est, & cuius spiritus? Trinitas ergo hęc vnus Deus. Hũc adorat qui nouit adorare, hunc vbiq; habet quò se conuerterit. Nõ enim quæritur ab auersis, sed ipse vocat auersos vt impleat cõuersos. Sanè fratres exceptis illis cęlis superioribus, ignotis nobis in terra laborãtibus, & per humanas coniecturas vtcunque ista quærentibus: exceptis ergo illis cælis, qui quomodo sint super inuicẽ, vel quot sint, vel quibus modis distincti sint, quibus incolis impleti sint, qua dispositione regantur, quomodo ibi vnus quidã hymnus indeficiens concinens ab omnibus prædicet Deum, multũ est ad nos inuenire, satagamus tamen peruenire. Ibi est enim patria nostra quã [Psal. 119.] longa fortasse peregrinatione obliti sumus. Vox enim nostra est in illo Psalmo, Heu me quoniã peregrinatio mea longinqua facta est. Ergo de illis cælis & mihi difficile est disputare, si tamen non impossibile, & vobis intelligere. Certè qui me in his rebus intellectu pręuenit, fruatur quo pręcessit, & oret pro me vt sequar ego. Interim exceptis illis cælis, habeo de quibus hîc vtcũq; differã nobis proximos cælos sanctos Dei Apostolos, [Matth. 13 d & 3.c.] prędicatores verbi veritatis per quos cęlos cõpluti sumus, vt per totum mundũ seges Ecclesiæ pullularet: & si cum zizaniis interim cõmunẽ bibens pluuiam, sed tamen horreum non habitura cõmune. Ergo cùm dictum esset, Misericordia Domini plena est terra: quasi quæreres vnde impleta est terra misericordia Domini? [Psal. 18.] prius missi sunt cæli qui misericordiam Domini spargerent super terram, & hoc super totam terram. Nam vide quid de ipsis cælis alibi dicitur: Cæli enarrãt gloriã Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ? Quod cæli, hoc firmamentũ. Dies diei eructat verbũ, & nox nocti annunciat scientiã. Non cessatur, nõ tacetur. Sed vbi prædicauerunt, & quousque peruenerunt? [Act. 2.a.] Non sunt loquelę neq; sermones, quorum nõ audiãtur voces eorum. Sed hoc pertinet ad id quia omniũ linguis locuti sunt in vno loco. Omniũ linguis locuti [Psal. 18.] impleuerunt quod dictũ est, Non sunt loquelæ neque sermones, quorũ nõ audiantur voces eorum. Sed quæro, ipsa vox in omnibus linguis quousque peruenerit, quæ impleuerit? Audi ergo quod sequitur, In omnẽ terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum, nisi cælorum qui enarrãt gloriam Dei? Ergo [Psal. 32.] si in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis [Lucæ. 24 g] terræ verba eorũ, quid prædicauerit nobis, indicet nobis qui illos misit. Indicat planè, fideliter indicat, quia & antequã fierent prędixit futura ille, cuius oĩa opera in fide. Resurrexit enim à mortuis, & cõtrectatis membris suis agnitus à discipulis suis, ait: Oportebat pati Christũ, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorũ. Vnde & quousque? Per omnes gẽtes ait, incipientibus ab Hierusalẽ. Quam misericordiam verò omnes expectamus, fratres, vberiorem à Domino, nisi vt peccata nostra dimittantur? Cùm ergo ea sit magna misericordia Domini remissio peccatorum, & hanc remissionẽ peccatorum prædixit Dominus prædicari per omnes gentes, Misericordia Domini plena est terra. Vnde plena est terra? Misericordia Domini. Quare? Quia vbique dimittit peccata Deus, quia misit cælos qui terram cõpluerent. Et quomodo ausi sunt ipsi cęli ire cũ fiducia, [Matt. 10 b.] & ex hominibus infirmis cæli fieri, nisi quia verbo Domini cæli solidati sunt? Vnde enim haberent tantã virtutẽ oues inter lupos, nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorũ? Ecce, inquit, mitto vos sicut oues in medio luporum. O Domine misericordissime! certè hoc facis vt misericordia tua plena sit terra. Si ergo ita es misericors vt impleas terram misericordia, vide quos mittis, vide quò mittis. Quò, inquam, mittis, & quos mittis? Oues in medio luporum. Vnus lupus si mittatur in medium innumerabiliũ ouiũ, quis ei resistit? Quid nõ turbat, nisi fortè quia citò satiatur? Nã omnia deuoraret. Mittis infirmos inter sæuos? Mitto, inquit, quia cæli † [al. fiunt.] sunt vt terrã compluant. Vnde cæli homines infirmi? Sed spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce lupi tenebunt vos & tradent vos, & offerẽt potestatibus propter nomẽ meũ. Iam armate vos. Virtute vestra? Absit. Nolite cogitare quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: quia spiritu oris eius omnis virtus eorum. Facta sunt hæc, missi sunt Apostoli, pertulerũt pressuras. Nũquid modò tantas ferimus vt audiamus hæc, quantas [2. Tim. 2.b] illi vt seminarẽt hęc? Nõ. Ergo, fratres, infructuosus est labor noster? Nõ. Video constipationẽ vestram, sed & [Matt. 10.b.] vos videtis sudorẽ nostrum, si toleramus, & conregnabimus. Ecce facta sunt illa. Ex illis ouibus missis in medio luporum, & memorias martyrum celebramus. Locus iste quãdo martyris beati corpus percussum est, lupis plenus erat: vicit tot lupos vna ouis capta, & impleuit locum ouibus ouis occisa. Sæuiebat tunc mare in-

gentibus persequentium fluctibus,ibat in aridam sitiētem cælum Dei. Modò autē per illa quæ illi passi sunt, qui aciem ruperunt,glorificatū est nomen Christi:occupauit etiā ipsas potestates ambulans super capita tumētium gurgitum.Et quia ista facta sunt, modò etiam qui vident nondum credentes cōuenticula nostra, celebrationes,solennitates,laudes iā manifestas& publicas Dei nostri:putatis eos non dolere, putatis non fre- Psal. 111. mere?Sed nunc impletur quod de illis dictū est;Peccator videbit& irascetur.Quid ergo quia irascetur?Ne timeas ouis lupum.Modò minas eorum & fremitus non timeatis.Irascitur. Sed quid sequitur?Dētibus suis frēdet & tabescet.Quia ergo modò salsa maris aqua quæ remansit,in Christianos sæuire non audet,occultū autem murmur rugit in se,& intra mortalem pellē fremit cōclusa salsugo.Videte quid sequitur.Congregās sicut in vtrē aquas maris.)Cùm ergo antea mare liberis fluctibus sæuiebat, modò autē intra mortalia pectora in- Prou. 8.d. clusum amarum est,ille fecit qui in illis vicit,qui posuit tunc mari terminos, vt in se remeantes cōminuerētur fluctus eius.Ipse congregauit velut in vtrē aquā maris, mortalis pellis contegat amaram cogitationē.Timentes enim pelli suæ,intus tenēt quod nō audent emittere.Nam eadē est amaritudo.Sic oderunt,sic detestantur.Sed quod tūc apertè sæuiebat,nunc occultè: quid aliud dicam quàm quod dictum est,Frēdet& tabescet? Eat ergo Ecclesia,ambulet:Facta est via, strata, nostra ab imperatore munita est.Ferueamus in itineribus bonorū operum, hoc est enim ambulare nostrum. Et si quando existūt tentationes pressuræ vnde non sperabantur,iā congregatis velut in vtrem aquis maris, intelligamus Dominū facere hoc ad disciplinam, vt excutiat à nobis malè prouidentē de tēporalibus securitatem,& dirigat nos in regnū suū cōposito desiderio. Quod desideriū tribulationibus hinc atque hinc con- Psal. 97. tundentibus producitur, vt simus canori auribus Domini tāquam tubæ ductiles.Dictum est enim & hoc in Psalmis,vt in tubis ductilibus laudemus Deum. Tuba ductilis malleo producitur, ita Christianū cor in Deū pressurarum plagis extēditur. Meminerimus ergo fratres iā his tēporibus quibus cōgregata est velut in vtrē aqua maris,nō deesse Deo vnde proferat quo nos emēdet,cùm emēdatione nobis opus est.Ideo enim sequitur:Ponens in thesauris abyssos.)Thesauros Dei,dicit secretum Dei.Nouit ille omniū corda,quid ad tempus proferat,vnde proferat,quantā potestatē tribuat malis in bonos, ad iudicandos quidem malos, erudiendos autem bonos. Nouit quomodo hæc agat qui ponit in thesauris abyssos.Fiet ergo quod sequitur.Timeat Dominum omnis terra.)Non glorietur superba lætitia temeraria exultatione,dicens: Iam congregata est velut in vtre aqua maris, quis mihi aliquid facere audebit? Nescis quia posuit ille in thesauris abyssos,nescis vnde proferat quod opus est ad flagellandum te pater tuus? Qui quidem in disciplinam tuam habet abyssi thesauros,quibus te erudiat ad thesauros cęlorum.Ergo redi ad timorem,qui iam ibas in securitatem.Exultet terra, sed & timeat.Exultet. Quare? Quia misericordia Domini plena est terra. Timeat.Quare? Quia sic cōgregauit in vtre aquas maris, vt poneret in thesauris abyssos. Fit ergo in illa quod alibi breuiter vtrunque dicitur, Psal. 2. Seruite Domino in timore;& exultate ei cum tremore.Timeat Dominum omnis terra. Ab ipso autem cōmoueantur omnes,qui inhabitant orbem.Non timeāt alterum pro illo. Ab ipso commoueantur omnes qui inhabitant orbem terræ.Fera sæuit, Deum time. Serpens insidiatur, Deum time.Homo te odit, Deum time.Diabolus te impugnat,Deū time.Tota enim creatura sub illo est quē iuberis timere. Quoniā ipse dixit, Psal. 148. Iudith. 16.d. & facta sunt,ipse mādauit,& creata sunt.) Hoc in Psalmo sequitur. Cùm enim dixisset, Ab ipso commoueātur omnes qui inhabitant orbem terræ,ne conuerteret se homo ad timendum aliquid aliud, & auersus à timore Dei, timeret pro illo aliquam creaturam, & adoraret quod factum est,dimisso qui fecit; confirmauit nos in timore Dei,tanquā dicēs nobis& alloquens nos: Quid formidaturus es aliquid de cælo, aliquid de mari? Ipse dixit, & facta sunt; mandauit, & creata sunt. Qui dixit, & facta sunt, mandauit,& creata sunt: cùm iubet mouentur, cùm iubet quiescunt. Conqui- 2.sen.di.44 escit & malitia hominum,cupiditas hominū. Cupidi- Sed pluribus. tatem nocendi potest homo habere propriam: pote- Rom. 13.a. statem autem si ille non dat, non habet. Non est enim potestas nisi à Deo.Definita sententia Apostoli est.Nō dixit,non est cupiditas nisi à Deo.Est enim mala cupiditas,quæ non est à Deo: sed quia ipsa mala cupiditas nulli nocet si ille nō permittat,non est,inquit, potestas nisi à Deo. Vnde Deus homo stās ante hominem, Nō Ioan 19.b haberes,inquit,in me potestatē,nisi data fuisset tibi desuper. Ille iudicabat, ille docebat. Cùm iudicabatur, docebat:vt iudicaret quos docuerat. Nō haberes, inquit,in me potestatē, nisi esset data tibi desuper. Quid hoc?Homo tantùm non habet potestatē, nisi cùm acceperit desuper? Quid ipse diabolus? Ausus est vel vnā ouiculā tollere viro sancto Iob,nisi prius diceret,Mitte manū tuā,hoc est,da potestatē?Ille volebat,sed ille nō sinebat.Quando ille permisit,ille potuit.Non ergò ille potuit,sed qui permisit.Ideo bene eruditus ipse Iob,nō ait sicut iā commemorare vobis solemus,Dn̄s dedit& diabolus abstulit:sed,Dominus dedit& Dominus ab- Iob. 1.d. stulit;sicut Domino placuit,ita factū est:non,sicut diabolo placuit.Videte ergo fratres mei cum tāto labore māducantes salubrē & vtilem panem,videte ne quenquam timeatis nisi Dominū. Præter eū ne timeas aliū, Scriptura tibi dicit.Proinde timeat Dominum omnis terra,qui posuit in thesauris suis abyssos. Ab ipso autē cōmoueātur vniuersa,& omnes qui habitant orbē terræ:Quoniam ipse dixit,& facta sunt;ipse mandauit, & creata sunt. Sed iam cessauerunt reges mali, facti sunt boni.Crediderunt & ipsi,signū crucis Christi in frōte iā portant,pretiosius signū quàm quęlibet gemma diadematis.Illi qui sæuierūt destructi sunt.Sed quis fecit hoc?Fortè tu vt extollas te?Dominus dissipauit consilia gentiū,reprobat autē cogitationes populorū,& reprobat cōsilia principum.)Quando dixerūt,Tollamus eos de terra,nō erit nomen Christianum si hoc fecerimus:si occidātur,sic torqueātur, talia & talia illis infligātur.Dicta sunt hęc,& inter hæc creuit Ecclesia. Reprobat cogitationes populorū, & reprobat cōsilia principum.Consilium verò Domini manet in æternū, cogitationes cordis eius in secula seculorū.)Repetitio sētentię est.Quod ante ait,cōsilium,hoc ait postea,cogitationes cordis:& quod suprà ait, manet in æternum, hoc postea in secula seculorū.Repetitio,cōfirmatio est. Ne autē putetis fratres,quia dixit,cogitationes cordis, quasi sedere Deū& cogitare quid agat,& exquirere cōsiliū faciendi aliquid vel non faciendi. Tuæ sunt istæ ô homo tarditates, vsq; in velocitatē currit verbū eius. Quando potest mora esse cogitationis in illo verbo ꝙ Psal. 147. vnū est,& oīa complectitur? Sed dicūtur cogitationes Dei vt tu intelligas, vt secūdum te audeas erigere cor, vel ad verba tuæ infirmitati similia:quia res ipsa multū est ad te. Cogitationes cordis eius in secula seculorum. Quę sunt cogitationes cordis eius, & ꝙ est cōsiliū Dn̄i quod manet in æternū?Cōtra quod consilium vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

Quando

Psal. 2. Quandoquidem Dominus reprobat cogitationes populorū,& reprobat cōsilia principum.Vnde igitur cō- Ephes. 1.b. siliū Domini manet in æternū; nisi de nobis quos antè præsciuit & prædestinauit?Quis tollit prędestinationē Dei?Ante mundi constitutionem vidit nos, fecit nos, emēdauit nos,misit ad nos,redemit nos; hoc eius cōsiliū manet in æternū, hæc eius cogitatio manet in secula seculorū.Fremuerūt gentes tunc apertè fluctuantes & sæuientes, contabescant nunc tanquā inclusæ & congregatæ in vtre. Habuerunt liberas audacias, habeāt truces & amaras cogitationes. Quando possunt destruere quod ille cogitauit & manet in ęternū?Quid est autē hoc?Beata gēs.)Quis est qui nō hoc audito erigat se?Amāt enim omnes beatitudinē:& ideo peruersi sunt homines qui mali volūt esse,miseri nolūt. Et cùm sit malitiæ indiuidua comes miseria, isti peruersi non solùm mali esse volunt, & miseri nolūt,quod fieri non potest:sed ideo volūt mali esse,ne miseri sint. Quid est hoc quod dixi,ideo volūt mali esse,ne miseri sint? Cōsiderate hoc paululū in omnibus hominibus qui malè faciūt, beati semper esse volūt.Furtum facit. Quæris, quare?Propter famē,propter necessitatē. Ergo ne miser sit,malus est;& ideo miserior est quia malus est.Depellēdæ ergo miseriæ causa,& acquirēdæ beatitudinis causa,faciūt omnes homines quicquid vel boni faciūt vel mali:sēper ergo beati esse volūt.Siue malè viuētes, siue bene viuētes,beati esse volūt:& nō cōtigit omnib. ꝙ oēs esse volūt. Oēs enim beati esse volūt, non autē erūt nisi illi qui iusti esse voluerint. Et ecce nescio quis vt malè faciat beatus vult esse. Vnde? Ex pecunia, ex argēto & auro,ex prædiis,fundis,domibus,mancipiis, pōpa seculi,honore volatico & perituro: habēdo aliquid volunt beati esse. Quære ergo quid habeas, vt beatus sis. Cùm enim beatus fueris,melior vtique eris quàm cùm miser es.Fieri autē non potest, vt res deterior te faciat meliorem. Homo es,deterius te est quicquid cupis,quo beatus esse desideras. Aurū, argētum, quęlibet corpora quibus inhias acquirēdis,possidēdis, al. *potior.* fruendis,inferiora sunt te.Tu melior es,tu † fortior es: & vtiq; vis melior esse quàm es, cùm beatus esse vis, quia miser es.Melius est enī vtiq; beatū esse,quàm miserū.Vis esse melior te:& quæris, perquiris per quæ id fiat,deteriora te.Quicquid quæsieris in terra, deterius est quàm tu.Hoc omnis homo optat amico suo, sic eū adiurat:sic melior sis,sic meliorē te videamus, sic de te meliore gaudeamus.Quod optat,hoc & ipse vult. Accipe ergo fidele cōsiliū.Melior te vis esse,noui, omnes nouimus, oēs volumus. Quare quod est melius te, vt inde efficiaris melior te.Intuere nunc cælū & terrā: nō tibi sic hæc pulchra corpora placeāt, vt eis fieri beatus velis.In animo est quod quæris. Beatus enim esse vis. Ipso animo tuo quære quid sit melius. Cùm enim duo sint quędā,hoc est,animus,& corp⁹,eo quòd istis duobus illud melius sit quod animus dicitur,potest corpus tuum melius fieri per meliorē, quia subiectū est corpus animo. Potest ergo melius fieri corpus tuū per animū tuū:vt cùm fuerit iustus animus tuus,sit postea immortale etiā corpus tuū.Per animi enim illuminationē meretur corpus incorruptionē,vt fiat inferioris reparatio per meliorē.Si ergo corporis tui bonū animus tuus est quia corpore tuo melior est:cū quæris bonū, tuū illud quære quod melius est animo tuo. Quid est autē animus tuus?Attēde ne fortè cōtēnens animū tuū, & pu- Genes. 1.d tās nescio quid esse vile & abiectū,viliora quæras quibus beatificetur animus tuus. In animo tuo est imago Dei,mēs hominis capit eā.Accepit eā,& inclinando se ad peccatū decolorauit eā.Ipse ad eā venit reformator qui erat eius antè formator: quia per verbū facta sunt omnia,& per verbū impressa est hęc imago.Venit ipsū verbū,vt audiremus ab Apostolo,reformamini in no- Ioan. 1. a. uitate mētis vestræ.Iā ergo superest,vt quæras quid sit melius quàm animus tuus.Quid erit obsecro,nisi Deus Rom. 12.a tuus?Nō inuenis aliquid melius animo tuo, quia cùm fuerit perfecta natura tua,angelis æquabitur. Iā suprà nō est nisi creator.Erige te ad illū,noli desperare, noli dicere multū est ad me. Magis multū est ad te habere aurū quod quæris.Aurū & si volueris, fortè nō habebis; Deū cū volueris habebis:quia & antequā velis venit ad te,& cùm auersa volūtate esses vocauit te, & cū cōuersus esses terruit te, & cùm territus confitereris, cōsolatus est te.Iste qui tibi præstitit omnia,iste qui fecit vt esses,qui his qui tecū sunt etiā malis præstat solē, Matt. 5. g præstat pluuiā,præstat fructus,fontes,vitā,salutē, tantas cōsolationes,seruat tibi aliquid quod non det, nisi tibi.Quid est autē quod tibi seruat,nisi se? Pete aliud si melius inueneris,se tibi seruat Deus.Auare quid inhias cælo & terræ?Melior est qui fecit cælū & terrā: ipsum visurus,ipsum habiturus es. Quæris vt tua sit illa villa, & trāsiens per illā dicis: Beatus cuius est possessio ista. Hoc dicūt quàm multi qui trāseunt per illā: & tamen Psal. 32. cùm dixerint & trāseunt per illā,possunt caput agitare & suspirare,nūquid & possidere? Sonat cupiditas, sonat iniquitas:sed nō cōcupiscas rē proximi tui. Beatus cuius est villa illa, cuius est domus ista, cuius est ager iste.Cōpesce iniquitatē,audi veritatē.Beata gēs cuius est.Quid?Iā nostis quid dicturus sum. Ergo desiderate Deut. 5. c. vt habeatis,tūc demū beati eritis.Hac sola beati eritis, re meliore quàm vos estis meliores eritis. Deus est,inquam, melior te,qui fecit te. Beata gēs cuius est Dn̄s Deus eorū.) Hoc ama,hoc posside,hoc cùm vis habebis,hoc gratis habebis. Beata gēs cuius est Dn̄s Deus eorū.Noster Deus.Cuius enim nō est Deus?Nō planè omniū eodē modo.Noster magis, noster qui viuimus ab illo tanquā de pane nostro.Ipse sit hęreditas nostra, possessio nostra.An fortè temerè dicimus faciēdo nobis Deū possessionē,cùm sit Dn̄s,cùm sit creator? Nō est ista temeritas, affectus est desiderij & dulcedo spei. Dicat anima, omnino secura dicat, Deus meus es tu: Psal. 34. qui dicit animæ nostræ,salus tua ego sum. Dicat,secura dicat:nō faciet iniuriā cùm hoc dixerit:imò faciet si nō dixerit. Arbores volebas habere quib. beatus esses. Audi Scripturā dicentē de sapiētia,Lignū vitę est omnibus possidētibus eā. Ecce possessionē nostram dixit esse sapientiā. Sed ne putes ipsam sapientiā, quia pos- Prou. 3 c. sessionē tuā dixit Scriptura, aliquid esse quod sit te inferius,sequitur & adiūgit:Et incūbentib. in eā velut in domo tuta.Ecce Dn̄s tuus factus est tibi quasi baculus: securus homo incūbit,quia ille nō succūbit. Dic ergo securus,possessio tua est,possidentibus eā Scriptura dixit,† impleuit fiduciā,remouit dubitationē. Dic secu- al. *impleuit fiducia dubitationem tuam.* rus,ama securus,spera securus. Tua etiā illa verba sint in Psalmo,Dn̄s pars hæreditatis meæ.Ergo vnde beati erimus?Deū possidēdo.Quid ergo?Nos possidebimus *Psal. 15.* eū,& ille nō nos possidebit?vnde ergo Esaias,Dn̄e posside nos? Possidet ergo & possidetur, & totū propter nos.Vt enī nos ex illo beati simus, possidetur à nobis: Esa. 26. c. vt autē ille beatus sit,nō possidet nos.Et possidet nos, & possidetur à nobis,non ob aliud nisi vt nos beati simus. Possidemus eum & possidet nos, quia colimus eum & colit nos. Colimus eum tanquam Dominum Deum,colit nos tanquam terram suam. Quia colimus eum nemo dubitat:quia colit nos, quis nobis indicat? Ille qui ait, Ego sum vitis,vos estis sarmēta,pater meus Ioan. 15. c. agricola. Ecce & in isto Psalmo vtrunque nobis dicitur,vtrunque nobis indicatur. Iā dixit quia possidemus eum. Beata gens cuius est Dominus Deus eorum.

Cuius est fundus iste? Illius. Cuius est iste? Illius. Cuius est iste? Dicamus de Deo, dicamus cuius est. Et quomodo nobis solet responderi, quando de fundis & de præ diis aliquibus amplis atque amœnissimis quærimus. Est quidam senator, & illud aut aliud vocatur, cuius est ista possessio: & dicimus, beatus ille homo. Sic si quæramus, Cuius est Deus iste? Est quædã beata gẽs cuius est: nam Dominus Deus eorũ est: & non sicut senator ille possidet fundum suum, nõ autem possidetur à fundo suo, sic & Deus gentis huius. Vnde vt eius simus, laborare debemus, sed alterutrum se possident. Audisti quia gens possidet eum: beata gens, cuius est Dominus Deus eorũ. Audi quia & ille possidet illam. Populus quẽ elegit Dominus in hæreditatẽ sibi.) Beata gens possessione sua, beata hæreditas possessore suo, populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominũ.) Omnes hic ita accipe, vt gentes illius omnes intelligas, illam hæreditatem tenentes, vel illa hæreditas existentes. Hæreditas est enim Dei ipsi omnes. Et ipsos omnes de cælo respexit Dominus, & vidit eos ille qui ait: Cùm esses sub arbore fici vidi te. Vidit eũ eum qui miseratus est eum. Vnde plerunque † egentes misericordia, dicimus homini, vide me. Et de illo qui te contemnit quid dicis? Non me videt. Est ergo quẽdam visio miserantis cordis, non visio punientis. Illa visio ad peccata, animaduersio est: quia ille peccata nõ vult videri, qui dicit, Auerte faciẽ tuã à peccatis meis. Quod vult ignosci, non vult agnosci. Auerte, inquit, faciẽ tuam à peccatis meis. Cùm ergo auertit faciem suam à peccatis tuis, non videbit te. Vnde alibi dicit: Ne auertas faciem tuam à me. Ergo auertat à peccatis tuis, nõ auertat à te. Videat te, misereatur tui, subueniat tibi. De cęlo respexit Dominus, vidit omnes filios hominũ pertinentes ad filiũ hominis. De præparato habitaculo suo.) Quod sibi præparauit. Vidit nos de Apostolis, vidit nos de prædicatoribus veritatis, vidit nos de angelis quos ad nos misit. Hæc omnia domus eius, hæc omnia habitaculum eius: quia hæc omnia cęli qui enarrant gloriam Dei. Vidit omnes filios hominũ. De præparato habitaculo suo, Respexit super omnes qui habitant terrã.) Ipsi sunt sui, sunt gens illa beata, cuius est Dominus Deus eorũ; populus ille est quẽ elegit Dominus in hęreditatẽ sibi: quia per omnes terras est, & non est in parte. Respexit super omnes qui habitãt terrã. Qui finxit sigillatim corda eorũ.) Manu gratiæ suæ, manu misericordię suæ finxit corda, plasmauit corda nostra, finxit singillatim, singula quędam corda dans nobis, quæ tamẽ non dirimant vnitatẽ. Quomodo singillatim mẽbra formata sunt omnia, singillatim habent opera sua, & tamen in vnitate corporis viuunt: manus facit quod oculus non facit, auris id valet quod nec oculus nec manus valet: omnia tamen vnitatem operantur, & manus & oculus & auris diuersa faciunt, nec sibi aduersantur. Sic & in Christi corpore singuli homines, tanquã membra singula donis suis gaudent, quia ille qui elegit populũ in hæreditatem sibi, finxit singillatim corda eorũ. Nũquid enim omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nũquid omnes doctores? Nunquid omnes dona habẽt sanitatũ? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretãtur? Alij quidẽ per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides secundũ eundẽ spiritum, alteri dona curationũ. Quare? Quia finxit singillatim corda eorũ. Quomodo autẽ in membris nostris diuersa sunt opera, sed sanitas vna: sic in omnibus mẽbris diuersa munera, sed charitas vna. Qui finxit singillatim corda eorum. Qui intelligit omnia opera eorum.) Intelligit quid est? Secretius & interius videt. Habes in Psalmo, Intellige clamorẽ meũ. Non enim quasi vocibus opus est, vt perueniat aliquid ad aures Dei. Occultus visus intellectus vocatur. Expressius dixit, quàm si diceret, videt omnia opera eorum. Tunc putares videri opera ista, quando & tu vides opus hominis. Homo factum hominis motu eius in corpore videt, Deus autem in corde videt. Quia ergo intus videt: dictum est, intelligit omnia opera eorũ. Dant duo pauperibus: vnus sibi mercedẽ quærit cælestem, alius humanã laudem. Tu in duobus vnam rem vides, Deus duas intelligit: intus enim intelligit & intus ãgnoscit, fines ipsorum videt, intẽtiones ipsas videt. Qui intelligit omnia opera eorum. Non saluus fiet rex per multitudinẽ virtutis suę.) Ad Dominum omnes, in Deo omnes. Spes tua Deus sit, fortitudo tua Deus sit, firmitas tua Deus sit, exoratio tua ipse sit, laus tua ipse sit: finis in quo requiescas ipse sit, adiutorium cùm laboras ipse sit. Audi veritatẽ: Non saluus fiet rex per multitudinem virtutis suę. Nec gigas saluus erit in multitudine virtutis suæ.) Gigas superbus aliquis est, extollẽs se aduersus Deum, velut quia est ipse aliquid in se & per se. Non fit iste saluus in multitudine virtutis suæ. Sed equũ habet magnũ, fortem, validum, velocẽ: potest si aliquid ingruerit cito illum de periculo liberare. Non fallatur. Audiat quod sequitur: Mendax equus ad salutem.) An intellexistis quid dictũ sit, mẽdax equus ad salutẽ? Nõ tibi promittat equus tuus salutẽ, si tibi promiserit, mentietur. Si enim Deus voluerit, liberaberis: si Deus noluerit, cadente equo altius cades. Non ergo putetis dictum, Mendax equus ad salutẽ: quasi mendax iustus ad salutem, quòd velut iusti ad salutem mentiantur. Non est enim scriptũ æquus quod ab æquitate dicitur, sed equ° animal quadrupes. Hoc Græcus codex indicat. Et redarguuntur mala iumenta, homines, qui sibi quærunt occasiones mẽdaciorũ: cùm Scriptura dicat, Os quod mentitur, occidit animam: &, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quid est ergo mendax equus ad salutem? Mẽtitur tibi equus quãdo promittit salutem. Nũquid equus alicui loquitur & promittit salutẽ? Sed cùm tu vides equum bene formatũ, bonis viribus, magno cursu prędituũ, ista omnia velut promittunt tibi de illo salutẽ: sed fallunt si Deus non tuetur, quia mendax equus ad salutem. Equum accipe etiã figuratè quamlibet amplitudinẽ seculi huius, quẽlibet honorẽ in quẽ superbus ascendis: quo altiùs ingrederis, eo te non tãtum celsiorẽ, sed etiam tutiorẽ falsò putas. Quomodo enim te deiiciat nescis, tanto elisum grauius, quanto sublimius ferebaris. Mendax equus ad salutẽ: In abũdantia autem virtutis suæ non erit saluus.) Et vnde erit saluus? Non de virtute, non de viribus, non de honore, non de gloria, non de equo. Vnde quò ibo? Vbi inueniam, vnde saluus sim? Noli diu quærere, noli longè. Ecce oculi Domini super timentes eum.) Videtis quia ipsi sunt quos prospexit de habitaculo suo. Ecce oculi Domini super timentes eum, Sperantes super misericordia eius.) Non de meritis suis, non de virtute, non de fortitudine, non de equo, sed de misericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum.) Vitam æternã promittit. Quid in ista peregrinatione? Nunquid deserit? Vide quid sequitur. Et alat eos in fame.) Tẽpus famis est modò, tẽpus saturitatis pòst erit. Qui nos in fame huius corruptionis non deserit, immortales factos quomodo satiabit? Sed quamdiu est tempus famis tolerandum est, durandum est, perseuerandum est vsque in finem. Iam currenda sunt omnia, quia & via est plana, & cogitandũ est quid portemus. Adhuc quidẽ spectatores in amphitheatro fortè insaniunt & in sole sedent:

Ioan. 1. g. al. rogantes misericordiam.

Psal. 50.

Psal. 26.

Psal. 13.

Psal. 28

1. Cor. 12. a.

Psal. 5.

Sap. 1. d

Matth. 10. c

dent: & nos si stamus, tamen in vmbraculo sumus, & vtiliora & pulchriora sunt quæ spectamus. Spectemus pulchra, & à pulchro spectemur. Spectemus nos mente ea quæ dicuntur in sensibus diuinarũ scripturarum, & gaudeamus tali spectaculo. Spectator autẽ noster quis est? Ecce oculi Domini super timentes eũ, sperãtes in misericordia eius. Vt eruat à morte animas eorũ, & alat eos in fame. Sed propter peregrinationis tolerãtiam quãdiu fames est, expectemus in via refici ne deficiamus. Quid nobis imponit, vel quid profiteri debemus? Anima nostra patiens erit Domino.) Secura expectans misericorditer promittentem, misericorditer & veraciter exhibentem. Et donec exhibeat quid agamus? Anima nostra patiens erit Domino. Sed quid si in ipsa patientia non durabimus? Imò planè durabimus: Quoniam adiutor & protector noster est.) Adiuuat in pugna, protegit ab æstu, non te deserit, tolera, dura: qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quid cùm perduraueris, cùm patiẽs fueris, cùm vsque ad finẽ peruenieris? quid tibi erit? Qua mercede toleras? vt quid tãta dura tã diu pateris? Quoniam in ipso lætabitur cor nostrũ, & in nomine sancto eius sperabimus.) Spera hîc, & læteris ibi: esuri & siti hîc, vt epuleris ibi. Hortat° est ad omnia, impleuit nos gaudio spei, proposuit nobis quid amemus, in quo solo & de quo solo præsumam°. Post hæc fit oratio breuis & salubris. Fiat misericordia tua Domine super nos.) Et quo merito? Sicut sperauimus in te.) Fui quibusdã onerosus, sentio: quibusdã autẽ etiã citò terminaui sermonẽ, & hoc sentio. Ignoscãt infirmi fortioribus, & pro infirmis deprecẽtur fortiores. In vno corpore omnia membra simus, à capite nostro vegetemur: & in illo spes nostra est, & in illo fortitudo nostra est. Non dubitemus exigere de Dño Deo nostro misericordiam, vult omnino exigi à se. Nõ enim turbabitur dum exigetur, aut omnino angustabitur, quomodo ille à quo petis quod nõ habet, aut quod parũ habet, & timet dare ne minus habeat. Vis nosse quomodo tibi eroget Deus misericordiã, tu eroga charitatẽ. Videamus si finis dum erogas. Quãta est ergo opulẽtia in ipsa summitate, si potest tãta esse in imagine: Ergo fratres ad hãc maximè exhortamur vos charitatẽ, non solùm in vosipsos, sed in eos etiã qui foris sunt: siue adhuc pagani, nondũ credentes in Christo, siue diuisi à nobis, nobiscũ caput cõfitentes & à corpore separati. Doleamus illos fratres tanquam fratres nostros: velint nolint fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri, si desierint dicere pater noster. Dixit de quibusdã Propheta: His qui dicunt nobis, non estis fratres nostri, dicite, fratres nostri estis. Circumspicite de quibus hoc dicere potuerit. Nũquid de paganis? Nõ, neque eũ dicimus eos fratres nostros secundũ Scripturas, & ecclesiasticum loquendi morẽ. Nunquid de Iudæis qui in Christum non crediderũt? Legite Apostolum, & videte quia fratres quãdo dicit Apostolus sine aliquo additamẽto, nõ vult intelligere nisi Christianos. Nõ est autem subiectus, inquit, frater aut soror in huiusmodi: cùm diceret de coniugio. Fratrẽ & sororẽ dixit Christianũ vel Christianam. Iterum dicit, Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ, aut tu quid spernis fratrem tuum? Et alio loco, Vos, inquit, iniquitatẽ facitis & fraudatis, & hoc fratribus. Isti ergo qui dicũt, non estis fratres nostri: paganos nos dicunt. Ideo enim & rebaptizare nos volunt, dicentes nos non habere quod dant. Vnde consequens est error ipsorũ, vt negẽt nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit Propheta, Vos dicite illis, Fratres nostri estis, nisi quia nos in eis agnoscimus quod non repetimus? Illi ergo non agnoscẽdo baptismũ nostrum, negant nos esse fratres: nos autẽ non repetendo ipsorũ, sed agnoscẽdo nostrũ dicimus eis, fratres nostri estis. Dicunt illi, quid nos quæritis, quid nos vultis? Respondemus, fratres nostri estis. Dicunt, ite à nobis, non vobiscum habemus rationem. Nos prorsus vobiscũ rationẽ habemus: vnum Christũ cõfitemur, in vno corpore, sub vno capite esse debemus. Quid ergo me quæritis, ait, si perij? Magna absurditas, magna vesania. Quid me quæritis si perij? Quare quærerẽ, nisi qa peristi? Si ergo perij, inquit, quomodo sũ frater tuus? Vt dicatur mihi de te, Frater tuus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Adiuramus ergo vos fratres, per ipsa viscera charitatis, cuius lacte nutrimur, cuius pane solidamur, per Christũ Dominũ nostrũ, per mãsuetudinẽ eius adiuramus vos. Tẽpus est enim vt impendamus in eos magnam charitatẽ, abundantẽ misericordiã in deprecando Deũ pro illis, vt aliquando det illis sensum sobriũ, vt resipiscant & videant se, quia nõ habent omnino quod dicãt contra veritatẽ. Non eis remansit nisi sola infirmitas animositatis: quæ tanto est languidior, quanto se maiores vires habere existimat. Pro infirmis, pro carnaliter sapientibus, pro animalibus & carnalibus, tamẽ pro fratribus nostris eadem sacramenta celebrãtibus, & si nõ nobiscum eadẽ, tamen vnũ amen respondentibus, & si nõ nobiscum vnum amen, hortamur medullas charitatis vestræ fundatis ad Deũ preces pro eis. Aliquid enim pro salute ipsorum egimus in † cõcilio, quod explicari vobis hodie iam tempus non sufficit. Vnde exhortamur vos vt alacriores & numerosiores, audient enim à vobis fratres nostri qui nunc non assunt, conueniatis crastino die ad basilicam tricliarum.

Matth. 6. b.

Mat. 24. b. & 10. c.

1. Cor. 7. c.

Rom. 14. b.

1. Cor. 6. b.

Matth. 7. b. Lucæ 11. b.

Lucæ 15. g.

2. Tim. 2. d.

al. consilio.

IN PSALMVM XXXIII. ENARRATIO.

Præfatio.

PSALMVS iste nihil quidẽ obscurum, & quod expositione indigeat, videtur habere in textu suo. Titulus autem eius intentos facit, & pulsantes desiderat. Sed quemadmodum hîc scriptum est, quia beatus vir qui sperat in eum, speremus omnes quòd pulsantibus aperturus est. Nõ enim hortaretur nos vt pulsaremus, si nollet aperire pulsantibus. Si enim aliquando cõtingit, vt qui disponebat semper claudere, tædio cõpulsus ad manũ pulsantis contra dispositionẽ suam surgat & aperiat, ne diu pulsantẽ patiatur: quanto magis sperare debemus citius aperturũ illũ, qui ait, Pulsate, & aperietur vobis? Pulso ego nunc intentione cordis ad Dñm Deũ, vt dignetur nobis hoc mysteriũ reuelare. Pulset mecũ & charitas vestra intentione audiendi, & humilitate orãdi pro nobis. Est eũ quod fatendũ est, arcanũ & grande mysterium. Sic enim se habet titulus Psalmi.

Psalmus Dauid cùm mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit.

1. Reg. 21. c. d.

Concio prima.

QVærimus in scripturis secundum res gestas, quæ nobis de Dauid conscriptæ sunt, quando sit factũ, quemadmodum inuenimus titulum Psalmi cùm fugeret Dauid à facie Absalon filij sui. Legimus enim in Regnorum libris & inuenimus, quãdo Dauid fugeret à facie filij sui Absalon. Et verissimum est, quia contigit quod scriptum est. Et quamuis titulus Psalmi in mysterio sic scriptus sit, tamen ductus est de re quæ gesta est. Sic credo & quod hîc scriptum est, Cùm mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eũ, & abiit. Scriptum est, sed in Regnorum libris, vbi omnia scripta sunt quæ pertinent ad res gestas Dauid, sed nõ inuenimus hoc, & tamen aliquid inuenimus vnde appareat hoc esse tractum. Nam scriptum est, Quia cùm fugeret Dauid persecutorem Saul, cõtulit se ad Achis regem Geth, id est, ad regem cuiusdam gentis vicinæ

2. Reg. 15. d

1. Reg. 21. d

regno Iudæorum:ibi latitabat, vt persecutionẽ Saulis
euitaret. Recens autẽ erat gloria eius, vnde pro bene-
facto meruit inuidiam, quando Goliã interfecit: & in
vna pugna gloriam securitatémque regni & regi & po-
1. Rg. 17. f. pulo comparauit. Saul autem cùm prouocante Golia
æstuaret, prostrato Golia hostis esse cœpit ei, per cuius
manum hostẽ necauerat, & inuidit gloriæ Dauid: ma-
ximè quia populus in exultatione cõstitutus & choro
iam facto, mulieres cantauerunt gloriã Dauid, quòd
Saul percussisset in milibus, & Dauid in denis milibus.
Hinc ille cõmotus quòd cœperat habere maiorẽ glo-
riam per vnam pugnã puer, & iam in laudibus omniũ
regi præponebatur: vt se habet pestilentia liuoris & su-
perbia sæculi, inuidere ei cœperat & cũ persequi. Tũc
1. Reg. 21. d ille se, vt dixi, contulerat ad regem Geth, qui vocaba-
tur Achis. Suggestum est autem regi ipsi, quòd illum
apud se haberet, qui magnã gloriã habere cœperat in
populo Iudæorũ: & dictum est illi: Nónne iste est Da-
uid, cui chorum fecerunt mulieres Israëlitæ, dicentes:
1. Reg. 18. b & 21. d. Saul percussit in milibus, & Dauid in denis millibus? Si
autem propter hanc gloriã inuidere illi cœperat Saul;
nónne metuendum erat Dauid, & ne ille rex ad quem
confugerat, vellet opprimere eum quem posset de vi-
cino hostem habere, si saluum seruaret? Timuit & illũ,
& sicut scriptum est, Mutauit vultum suum corã ipsis,
& affectabat & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & fe-
rebatur in manibus suis, & procidebat ad ostia portæ,
& saliuæ decurrebant super barbam eius. Vidit eũ rex
ille apud quem latebat, & ait suis; Vt quid mihi arre-
pticiũ istum adduxistis? Nunquid nam intraturus est in
domum meam? Et sic illum dimisit proiiciens illum, &
recessit inde Dauid incolumis per istam figurationem
furoris. Pro ista ergo figuratione furoris videtur ad
ipsam historiam pertinere quod hîc scriptum est, Psal-
mus Dauid cùm mutauit vultũ suum corã Abimelech,
1. Reg. 21. d & dimisit eum, & abiit. Sed ille Achis erat nõ Abime-
lech. Nomen enim solum non videtur conuenire. Nã
res gesta propè ipsis verbis pariter designata est in Psal
mis, sicut scriptũ est in Regnorũ libro. Ideo magis mo-
uere nos debet ad quærendũ sacramẽtum, quia nomẽ
mutatũ est. Nam neq; illud sine causa factũ est, quãuis
sit factũ; sed quia aliquid figurabat: neq; hoc sine causa
scriptũ est, & nomine cõmutato. Videtis certè fratres
profunditatem sacramentorũ. Si non est in mysterio,
quòd à puero Golias occisus est; non est in mysterio,
1. Reg. 17. f. 1. Reg. 21. d quia immutauit vultum suum, & affectabat, & tympa-
nizabat, & cadebat ad ostia ciuitatis & ad ostia portæ,
& saliuæ decurrebant super barbã eius. Vnde fieri po-
test vt nõ hoc aliquid significaret, quandoquidẽ aper-
tè dicit Apostolus: Hæc autem in figura contingebant
1. Cor. 10. b. illis. Scripta sunt autẽ propter nos, in quos finis seculo-
rum obuenit. Si nihil significat manna, de quo dicit
Apostolus: Et cibum spiritalẽ manducauerunt. Si nihil
Ibidem. a. significat, quòd diuisum est mare, & per mediũ ductus
est populus, vt euaderent persecutionem Pharaonis,
cùm dicat Apostolus, Nolo enim vos ignorare fratres,
Exod. 14. c. quia patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes in
Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Si nihil signi-
ficat quòd percussa petra aqua profluxit, cũ dicat apo-
stolus, Petra autẽ erat Christus. Si ergo illa nihil signi-
1. Cor. 10. a. ficant quamuis sint gesta. Si nihil denique significant
duo filij Abrahę nati secundum ordinẽ nascẽdi homi-
num, & tamen ipsos duos filios duo testamẽta appellat
Gal. 4. c. Apostolus, vetus & nouum, & dicit; Hæc sunt duo te-
stamenta, quæ sunt in allegoria. Si ergo illa nihil signi-
ficãt quæ videtis authoritate apostolica † ex mysterio
al. in. futurarũ rerũ gesta esse: debemus arbitrari nihil signi-
ficare etiã hoc quod vobis ex libro Regnorum de Da-
uid paulò antè narrauimus. Nõ ergo nihil significat, &
A quod nomẽ mutatũ est, & quod hîc dictũ est corã Abi-
melech, ibi corã Achis. Intẽdite mecum. Omnia enim 1. Re. 21. a. d.
quę dixi modò quasi ad manũ pertinent pulsantis, nõ-
dum apertũ est. Pulsauimus cùm ista diceremus: pulsa- Matt. 7. b.
stis & vos, cùm ista audiretis: adhuc pulsemus orãdo vt
Dominus aperiat nobis. Nominũ Hebrçorũ habemus
interpretationem. Non defuerunt docti viri qui nobis
nomina ex Hebræo in Græcã linguã, & inde in Latinã
trãsferrent. Consulentes ergo nomina ista, inuenimus
interpretari, Abimelech, patris mei regnum: & inter- 1. Reg. 21. a. d
pretari Achis, quomodo est. Hæc nomina attẽdamus,
inde incipit nobis aperire pulsantibus. Si quæris, quid
est Achis? Respondetur, quomodo est. Quomodo est,
verbũ est admirantis, & nõ intelligentis. Abimelech,
patris mei regnũ. Dauid, manu fortis. In figura Christi
Dauid, sicut Golias in figura diaboli: & quòd Dauid 1. Reg. 17. f.
prostrauit Goliam, Christus est qui occidit diabolum.
B Quid est autem Christus qui diabolũ occidit? Humili-
tas occidit superbiã. Cùm ergo Christũ nomino, fra-
tres mei, maximè nobis humilitas cõmendatur. Viam
enim nobis fecit per humilitatem, quia per superbiam
recesseramus à Deo: redire ad eum nisi per humilitatẽ
nõ poteramus, & quem nobis præponeremus ad imi-
tandũ, nõ habebamus. Omnis enim mortalitas homi-
num superbia tumuerat. Et si existeret aliquis humilis
vir in spiritu, sicut erant prophetæ, patriarchæ, dedi-
gnabatur genus humanũ imitari humiles homines. Ne
ergo dedignaretur homo imitari hominẽ humilẽ, De⁹
factus est humilis: vt vel sic superbia generis humani
non dedignaretur sequi vestigia Dei. Erat autẽ, vt no-
stis sacrificiũ Iudæorũ antea secundũ ordinem Aaron
in victimis pecorum, & hoc in mysterio. Nondũ erat
sacrificium corporis & sanguinis Domini, quod fide-
les norũt, & qui Euangeliũ legerunt, quod sacrificium
nunc diffusum est toto orbe terrarũ. Proponite ergo
C vobis ante oculos duo sacrificia: & illud secundũ ordi-
nẽ Aarõ, & hoc secundũ ordinẽ Melchisedec. Scriptũ
est enim: Iurauit Dominus & nõ pœnitebit eum, tu es
sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec. Psal. 109.
De quo dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum Heb. 7. c.
ordinẽ Melchisedec? De Domino nostro Iesu Chri-
sto. Quis erat Melchisedec? Rex Salem. Salem ciuitas
fuit antea, illa quæ postea, sicut docti prodiderũt, Hie-
rusalẽ dicta est. Ergo antequã ibi regnarent Iudæi, ibi
erat ille sacerdos Melchisedec: qui scribitur in Genesi
Sacerdos Dei excelsi. Ipse occurrit Abrahæ, quando Gen. 14. d.
liberauit Lot de manu persequentiũ: & prostrauit eos
à quibus ille tenebatur, & liberauit fratrẽ. Post libera-
tionẽ fratris occurrit ei Melchisedec. Et tãt⁹ erat Mel-
chisedec, à quo benediceretur Abrahã. Protulit panẽ
& vinum, & benedixit Abraham, & dedit ei decimas
Abraham. Videte quid protulit ei quẽ benedixit. Et
D dictũ est ei postea: Tu es sacerdos in æternum secundũ
ordinem Melchisedec. Dauid hoc in spiritu dixit lõgè Psal. 109.
post Abraham. Temporibus autem Abrahæ fuit Mel-
chisedec. De quo alio dicit: Tu es sacerdos in æter-
num secundum ordinem Melchisedec, nisi de illo cu-
ius nostis sacrificium? Sublatum est enim sacrificium
Aaron, & cœpit esse sacrificium secundùm ordinem
Melchisedec. Ergo mutauit nescio quis vultum suum.
Quis est iste nescio quis? Non sit nescio quis: notus
est enim Dominus noster Iesus Christus. In corpore
& sanguine suo voluit esse salutem nostram. Vnde au-
tem commendauit corpus & sanguinem suum? De hu-
militate sua. Nisi enim esset humilis, nec manducare-
tur, nec biberetur. Respice altitudinem ipsius, In prin- Matt. 26. c.
cipio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus Ioan. 1. a.
erat

erat verbum. Ecce cibus sempiternus: sed manducant
angeli, manducãt supernæ virtutes, manducãt cęlestes
spiritus, & mãducant & saginantur, & integrum manet
quod eos satiat & lætificat. Quis autẽ homo posset ad
illum cibũ? Vnde cor tam idoneũ illi cibo? Oportebat
ergo vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perueni-
ret. Vnde autẽ fit cibus lac? Vnde cibus in lac cõuerti-
tur nisi per carnẽ traiiciatur? Nã mater hoc facit. Quod
manducat mater, hoc mãducat infans. Sed quia mi-
nus idoneus est infans qui pane vescatur, ipsum panem
mater incarnat: & per humilitatem mammillę & lactis
succũ, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo
de ipso pane pauit nos sapientia Dei? Quia verbum ca-
Ioan. 1. a. ro factũ est, & habitauit in nobis. Videte ergo humili-
tatem: quia panẽ angelorum manducauit homo; vt
Psal. 77. scriptũ est: Panẽ cæli dedit eis, panem angelorũ man-
ducauit homo: Id est, verbũ illud quo pascũtur angeli
sempiternũ, quod est æquale patri, manducauit homo:
Philip. 2. a. quia cùm in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est
esse se æqualẽ Deo. Saginantur illo angeli. Sed semet-
ipsum exinaniuit vt manducaret panem angelorũ ho-
mo, formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum
factus, & habitu inuẽtus vt homo, humiliauit se factus
obediens vsque ad mortẽ, mortẽ autem crucis: vt iam
de cruce cõmendaretur nobis caro & sanguis Domini
nouum sacrificiũ, quia mutauit vultũ suum corã Abi-
1. Re. 21. b. c melech, id est, coram regno patris. Regnũ enim patris,
regnũ erat Iudęorũ. Quomodo regnum patris? Regnũ
Dauid, regnum Abrahę. Nam regnũ Dei patris, magis
Ecclesia quàm populus Iudæorũ, sed secundũ carnem
Lucæ 1. c. regnum patris populus Israël. Dictũ est enim: Et dabit
ei Deus sedem Dauid patris eius. Demonstratur ergo
secundũ carnem pater Domini esse Dauid: secundum
diuinitatẽ autẽ Christus, non filius, sed Dominus Da-
uid. Iudæi verò Christum secundũ carnem norunt, se-
cundum diuinitatem non norunt. Ideo fecit illis quæ-
Matt. 22. d. stionẽ & dixit: cuius filiũ esse dicitis Christũ? Et respõ-
derunt, filium Dauid. Et ille. Quomodo ergo Dauid
in spiritu vocat eum Dominũ, vbi ait: Dixit Dominus
Psal. 109. Domino meo, sede ad dexteram meã, donec ponam
omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. Si ergo Dauid
in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius
est? Et non potuerunt illi respondere: quia non noue-
rant in Domino Christo, nisi quod videbatur oculis,
non quod corde intelligebatur. Si autem intus habe-
rent oculos sicut habebant foris, ex eo quod foris vi-
1. Reg 21. c debant, intelligerẽt filium Dauid: ex eo quod intus in-
telligebant, intelligerent Dominũ Dauid. Mutauit er-
go vultũ suum coram Abimelech. Quid est ergo corã
Abimelech? Coram regno patris. Quid est corã regno
patris? Corã Iudæis. Et dimisit eum & abiit. Quem di-
misit? Ipsum populum Iudæorũ dimisit & abiit. Quæ-
Heb. 7. b. ris modò Christũ apud Iudæos, & non inuenis. Vnde
dimisit & abiit? Quia mutauit vultum suum. Hærẽtes
enim illi sacrificio secundum ordinem Aaron, non te-
nuerunt sacrificium secundum o: dinẽ Melchisedec: &
amiserunt Christum, & cœperunt eum habere gentes,
quò non miserat antè præcones. Nã ad illos præcones
miserat, ipsum Dauid, Abraham, Isaac & Iacob, Esaiã,
Hieremiam, & cæteros prophetas miserat, & pauci in-
de cognouerunt, & ipsi pauci in cõparatione pereun-
tium: nam multi erant. Milia enim legimus fuisse. Scri-
Rom. 9. f. ptum est: Reliquiæ saluæ fient. Sed quæris modò cir-
cumcisos Christianos, & non inuenis. Erant autem de
circumcisione recentibus temporibus fidei multa mi-
lia Christianorum. Quæris modò & non inuenis. Me-
ritò non inuenis. Mutauit vultum suum coram Abime-
1. Re. 21. b. d lech, & dimisit eum, & abiit. Et coram Achis mutauit
vultum suum, & dimisit eum, & abiit. Ideo enim muta-
A tata sunt nomina, vt ad mysterij significationem nos
excitaret mutatio nominum: ne putaremus nõ narrari
aut commemorari in scripturis Psalmorum, nisi quod
in libris Regnorum gestum inuenitur, & non hîc quæ-
reremus figuras futurorum, sed tanquã res gestas acci- 2. Cor. 3. b.
peremus. Cùm ergo nomina mutantur, quid tibi dici-
tur? Clausum est hîc aliquid, pulsa, noli hærere in lite-
ra, quia litera occidit: sed desidera Spiritum, spiritus e-
nim viuificat. Intellectus spiritalis credentem saluum
facit. Quò ergo dimisit Achis regem, attẽdite fratres.
Achis dixi interpretari, quomodo est. Recordamini
Euangelium: Quãdo loquebatur Dominus noster Ie- Ioan. 6. f.
sus Christus de corpore suo, ait: Nisi quis manducaue-
rit carnem meã, & biberit sanguinẽ meũ, non habebit
in se vitam æternam. Caro enim mea verè est esca, &
sanguis meus verè potus est. Et discipuli eius qui eum
sequebantur, expauerunt, & exhorruerunt sermonẽ; &
B non intelligentes, putauerunt nescio quid durũ dicere
Dominum nostrum Iesum Christũ, quòd carnem eius
quã videbant, manducaturi erant, & sanguinem bibi-
turi; & non potuerunt tolerare, quasi dicẽtes, quomo-
do est? Error enim & ignorantia & stultitia in persona
regis Achis. Vbi enim dicitur, quomodo est, non intel- 1. Reg. 21. d
ligitur; vbi non intelligitur, tenebræ ignorantiæ sunt.
Erat ergo in illis regnum ignorantiæ, quasi rex Achis:
id est, regnũ erroris eis dominabatur. Ille autem dice-
bat: Nisi quis manducauerit carnẽ meã, & biberit san- Ioan. 6. f.
guinem meũ: Quia mutauerat vultum suũ: quasi furor
iste & insania videbatur, dare carnem suam manducã-
dam hominibus, & bibẽdum sanguinẽ. Ideo quasi in-
sanus putatus est Dauid, quando dixit ipse Achis, arre- 1. Reg 21. d
pticium hunc mihi adduxistis. Nónne videtur insania,
manducate carnem meam, & bibite sanguinem meũ:
Et quicunque nõ manducauerit carnem meam, & bi- Ioan. 6. f.
berit sanguinem meũ, non habebit in se vitam? Quasi
C insanire videbatur. Sed regi Achis insanire videbatur,
id est, stultis & ignorantibus: ideo dimisit eos & abiit.
Fugit corda eorũ intellectus ne eum possint compre-
hendere. Et quid dixerunt illi? Quasi, quomodo est,
quod interpretatur Achis. Dixerunt enim: Quomo-
do potest hic nobis dare manducare carnem suã? Ar-
repticium putabãt Dominum, & nescire quid loque-
retur & insanire. Ille autẽ qui nouerat quod dicebat in
illa mutatione vultus sui, & quasi furore & insania, sa-
cramenta prædicabat, & affectabat, & tympanizabat
ad ostia ciuitatis. Quærendum est quid sit, & ipse affe-
ctabat, & ad ostia tympanizabat. Non sine causa dictũ 1. Reg. 21. d
est, procidebat ad ostiũ portæ: non sine causa dictũ est,
& saliuæ decurrebant super barbã eius: non frustra di-
cta sunt, sed indigent intelligentia. Diuturnus sermo
onerosus esse non debet. Nostis fratres Iudæos ipsos,
corã quibus ille mutauit vultum suũ, & dimisit eos, &
D abiit, hodie vacare. Si illi qui Christũ amiserunt, quos
dimisit & abiit, habent inanẽ vacationẽ; nos habemus
fructuosam vacationẽ, vt intelligamus Christũ qui il-
los dimisit & venit ad nos. Omnia nõ frustra facta sũt:
& in illo furore Dauid, ꝙ dicitur affectabat & tympa-
nizabat ad ostiũ ciuitatis, & ferebatur in manibus suis,
& procidebat ad ostia portæ, & saliuæ decurrebãt su-
per barbã eius. Affectabat ille. Quid est affectabat? Af-
fectũ habebat. Quid est affectũ habere? Quia cõpassus
est infirmitatibus nostris: & ideo voluit ipsam carnem
suscipere, in qua mortẽ occideret. Cõpassus ergo no-
bis, affectasse dictus est. Ideò reprehẽdit Apostol⁹ eos
qui duri sunt & sine affectu. Reprehẽdẽs enim quosdã
ait: Sine affectu, sine misericordia. Vbi est affectus, ibi Rom. 1. d.
misericordia. Vbi misericordia est? Miseratus est nos de Philip. 2.

ſupernis. Si exinaniri ſe nollet, manens in ea forma in qua æqualis erat patri ſempiternus, in morte remanſiſ- A
ſemus: ſed vt nos de morte ſempiterna liberaret, quò
nos peccatũ ſuperbiæ perdux erat, humiliauit ſe factus
ſubditus vſque ad mortẽ, mortẽ autem crucis. Ergo
affectauit, quia peruenit vſque ad mortem crucis. Et
quoniam qui crucifigitur, in ligno extenditur: vt autẽ
Mat.27.cd. tympanũ fiat, caro, id eſt corium, in ligno extenditur:
dictũ eſt, & tympanizabat, id eſt crucifigebatur, in li-
gno extendebatur. Affectabat, id eſt, affectum in nos
habebat: vt animã ſuam poneret pro ouibus ſuis. Tym-
Ioan. 10.c. panizabat. Quomodo? Ad oſtia ciuitatis. Oſtiũ nobis
1.Reg.21.d. eſt quod aperitur, vt credamus in Deum. Clauſeramus
oſtia cõtra Chriſtũ, & aperueramus diabolo. Contra
vitam æternam clauſum cor habebamus, ille autẽ Do-
minus Deus noſter, quia clauſum cor habebamus ho-
mines aduerſus vitam æternã, nec poteramus videre
verbũ quod videt angeli: cruce aperiebat corda mor-
taliũ, hoc eſt, tympanizabat ad oſtia ciuitatis. Et fere- B
batur in manib. ſuis. Hoc verò fratres quomodo poſ-
ſet fieri in homine quis intelligat? Quis enim portatur
in manibus ſuis? Manibus aliorũ poteſt portari homo,
manibus ſuis nemo portatur. Quomodo intelligatur
in ipſo Dauid ſecundum literam non inuenimus, in
Matt.26.c. Chriſto autem inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus
in manibus ſuis: quãdo cõmendans ipſum corpus ſuũ,
ait, Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus
in manibus ſuis. Ipſa eſt humilitas Domini noſtri Ieſu
1. Reg 17.f Chriſti, ipſa multũ cõmendatur hominibus. Ad ipſam
1.Reg. 21.d nos hortatur fratres vt viuamus, id eſt humilitatẽ eius
imitemur; vt percutiamus Goliam, & tenentes Chri-
ſtũ vincamus ſuperbiam. Procidebat enim ad oſtium
portæ. Quid eſt procidebat? Ad humilitatẽ ſe ipſe de-
iiciebat. Quid eſt ad oſtia portæ? Ad initium fidei, quo
ſalui efficimur. Nemo enim incipit niſi ab initio fidei,
Cant. 4. b. ſicut dicitur in Canticis canticorũ: Venies & pertran-
ſies. Ab initio fidei, venturi ſumus facie ad faciẽ: ſicut
1. Ioan.3.a ſcriptum eſt: Dilectiſſimi filij Dei ſumus, & nondũ ap-
paruit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, ſimi-
les ei erimus, quoniã videbimus eum ſicuti eſt. Videbi-
1.Cor.13.d. mus. Quãdo? Cùm iſta trãſierint. Audi etiã Paulũ Apo
ſtolum: Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc
autẽ facie ad faciẽ. Antequam ergo videamus facie ad
faciẽ, verbũ quod vident angeli, opus nobis eſt adhuc
oſtiis portæ ad quæ procidit Dominus, humilians ſe
Philip. 2.a vſque ad mortẽ. Quid eſt quòd ſaliuæ decurrebant ſu-
per barbã eius? In hoc enim immutauit vultũ ſuum co-
1.Reg.21.d. ram Abimelech vel Achis, & dimiſit eum & abiit. Nõ
intelligentes dimiſit. Ad quos abiit? Ad gentes. Ergo
nos intelligamus quòd ipſi non potuerunt. Decurre-
bant ſuper barbã Dauid ſaliuæ. Quid ſunt ſaliuæ? Quaſi
verba infantilia. Saliuæ enim currũt infantibus. Nõn-
Matt. 26.c Ioan 6.f. ne erant tanquam infantilia verba, mãducate carnem
meã, & bibite ſanguinẽ meũ? Sed iſta infantilia verba D
1.Reg.21.d tegebãt virtutem ipſius. Virtus enim in barba intelli-
gitur. Saliuæ igitur decurrentes ſuper barbã eius, quid
ſunt, niſi verba infirma virtutem eius tegentia? Intelle-
xit, vt arbitror, ſanctitas veſtra titulum Pſalmi huius.
Si velimus iam Pſalmum exponere, timendum eſt
ne illa quæ audiſtis, labantur de cordibus veſtris. Ti-
tulum Pſalmi huius expoſuimus in nomine Domini
noſtri Ieſu Chriſti. Quoniã craſtinus dies Dominicus
eſt & debemus vobis ſermonem, differamus in craſti-
num, vt etiam Pſalmi textum libenter audiatis.

Concio ſecunda de eodem Pſalmo.

QVI hiſterno die affuiſtis, non dubito quòd me-
miniſtis pollicitationis noſtræ. Tempus enim iam
eſt in nomine Domini debitum ſoluere. Ipſe qui inſpi-
rauit vt promitteremus, ipſe dabit vt ſoluamus, ſemper
exiſtentes debitores charitatis. Ipſa eſt enim quæ ſem-
per redditur & ſemper debetur, ſicut dicit Apoſtolus:
Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ vos diliga- Rom.13.c.
tis. Pſalmi huius titulũ heri expoſuimus: cuius expoſi-
tio cùm nos diutius retineret, eiuſdem Pſalmi textum
exponendũ diſtulimus. Audiamus ergo quid Spiritus
ſanctus per os Prophetę ſancti ſui dicat in iſto ſermone
Pſalmi quod congruat titulo quem heſterno die tra-
ctauimus. Qui non affuerunt, tamen & hoc debitũ pe-
tunt: ſed ne fortè pro aliis tantas moras faciẽtes, frau-
demus eos quibus iam † redditum eſt quod debemus, al. reddendum.
breuiter cõmemoratum agnoſcant quantum poſſunt,
qui hodie aſſunt & heri non affuerunt. Si quid autem
eos mouet quod diligentius interrogare debeãt, † pa- al. patente,
tientes aures noſtras inuenient in nomine Chriſti aliis
tẽporibus, ne iſti modò occupentur. Diximus ſcriptũ
eſſe in libro Regnorũ, quòd Dauid cùm fugeret Saul,
latere voluit apud regẽ quendã Geth, nomine Achis. B 1.Reg.21.d
Sed cùm gloria eius ibi fuiſſet commemorata, ne per
liuorẽ idem rex ad quẽ cõfugerat, aliquid in eum ma-
chinaretur, finxit inſaniam: & quaſi furore correptus,
mutauit vultum ſuum. Et ſicut legimus: Affectabat &
tympanizabat ad oſtia ciuitatis, & ferebatur in manib.
ſuis, & procidebat ad oſtia portæ. Et dixit rex Achis:
Quid huc mihi adduxiſtis iſtũ? Nũquid arrepticio ego
opus habeo? Et ſic eum dimiſit, vt impleatur quod hic
ſcriptum eſt: Mutauit vultum ſuum, & dimiſit eum
& abiit. Dimiſit autẽ regem Achis. Hic verò dictum
eſt quod mutauit vultum ſuũ coram Abimelech, &
dimiſit eum & abiit. Diximus autem nomina mutata
eſſe, vt ſacramentũ oſtenderetur: ne ſi idem nomẽ re- 1.Reg.21.d
petitũ eſſet in titulo Pſalmi, nõ nobis prophetaſſe ali-
quid in ſacramento, ſed quaſi geſta narraſſe videretur.
Vtrunq; ergo nomen, magnum continet ſacramentũ.
Nam Achis interpretatur, quomodo eſt. Abimelech
interpretatur, patris mei regnum. In illo verbo quod,
C
quomodo eſt, dicitur, ignorãtia ſignificatur, vt verbũ
mirãtis & nõ agnoſcentis intelligas. In iſto autẽ quod
dicitur Abimelech, regnũ Iudæorum ſignificatur. Ex
Chriſti enim perſona poteſt dici patris mei regnũ, quia
pater ipſius ſecundũ carnẽ Dauid: & regnũ Dauid erat
in gente Iudæorũ. Corã regno ergo patris ſui mutauit
vultũ ſuũ, & dimiſit eum & abiit: quia erat ibi ſacrificiũ
ſecundũ ordinem Aaron, & poſtea ipſe de corpore & Pſal.109.
ſanguine ſuo inſtituit ſacrificiũ ſecundũ ordinẽ Mel- Heb. 7.c.
chiſedec. Mutauit ergo vultũ ſuũ in ſacerdotio: & di- 1.Reg.21.d
miſit gentẽ Iudæorũ, & venit ad gẽtes. Quid eſt ergo,
affectabat? Affectu plenus erat. Quid enim tã plenum
affectu, quàm miſericordia Dñi noſtri Ieſu Chriſti? Qui
vidẽs infirmitatẽ noſtrã, vt nos à ſempiterna morte li-
beraret, tẽporalẽ mortẽ cũ tanta iniuria cõtumeliáque
ſuſcepit. Et tympanizabat: quia tympanũ non fit niſi
cùm coriũ in ligno extẽditur. Et tympanizabat Dauid D
ſignificans quòd crucifigẽdus eſſet Chriſtus. Tympa-
nizabat autẽ ad oſtia ciuitatis. Quæ ſunt oſtia ciuitatis,
niſi corda noſtra quæ clauſeramus contra Chriſtũ, qui
de tympano crucis aperuit corda mortaliũ? Et ferebatur
in manibus ſuis. Quomodo ferebatur in manib.
ſuis? Quia cùm cõmendaret ipſum corpus ſuũ & ſan-
guinem ſuũ, accepit in manus ſuas quod notunt fide-
les: & ipſe ſe portabat quodãmodo cùm diceret: Hoc
eſt corpus meum. Et procidebat ad oſtia portæ, id eſt, Mat. 26.c.
humiliauit ſe. Hoc eſt enim procidere vſque ad initiũ 1. Reg.21.d
fidei noſtræ. Oſtium enim portæ, initium fidei, vnde
incipit Eccleſia, & peruenit vſque ad ſpeciem: vt cùm
credit ea quæ non videt, mereatur perfrui cùm facie
ad faciem videre cœperit. Sic ſe habet titulus Pſalmi.

Breuiter

Breuiter audiuimus, audiamus iam ipſa verba affectã- A
tis & tympanizantis ad portam ciuitatis.

Expoſitio Pſalmi.

BENEDICAM Dominũ in omni tempore, ſemper
laus eius in ore meo.) Dicit Chriſtus, dicat & Chri
ſtianus: quia & Chriſtianus in corpore Chriſti. Et pro-
pterea Chriſtus homo, vt poſſit Chriſtianus eſſe ange-
lus, qui ait: Benedicam Dominũ. Quando benedicam
Dominum? Quando tibi benefacit, quando abundãt
ſecularia? quando multum abundat frumenti, olei, vi-
ni, auri, argenti, mancipiorũ, pecorũ, ſalúſque iſta mor-
talis inuulnerata & incorrupta perſiſtit, ea quæ naſcũ-
tur creſcunt omnia, nihil immatura morte ſubtrahitur,
felicitas tota abundat in domo, circũfluunt omnia, tũc
benedices Dominũ? Non, Sed in omni tempore. Ergo
& tunc, & quando iſta ſecundum tẽpus & ſecundum
flagella Domini Dei noſtri turbantur, auferuntur, mi-
al. fiunt nus naſcuntur, iam nata dilabuntur. † Fugiunt enim
hæc, & inde ſequitur penuria, egeſtas, labor, dolor & B
tẽtatio. Sed tu qui cantas tibi, Benedicam Dominum
in omni tempore, ſemper laus in ore meo; & quando
iſta dat, benedic; & quando iſta tollit, benedic. Quia
ille dat, ille tollit: ſed ſeipſum à benedicẽte ſe non tol-
lit. Quis eſt autẽ qui benedicit Dominũ in omni tem-
pore, niſi humilis corde? Ipſam enim humilitatem do-
cuit Dominus noſter in corpore & ſanguine ſuo: quia
cùm cõmendat corpus & ſanguinem ſuum, humilita-
tem ſuam cõmendat in eo quod in ipſa hiſtoria ſcriptũ
eſt, in illo quaſi furore Dauid, quod prætermiſimus. Et
1.Reg.21.d ſaliuæ decurrebãt ſuper barbam eius: cùm legeretur
Apoſtolus, audiſtis ipſas ſaliuas, ſed decurrentes ſuper
barbam. Dicit aliquis: Quas ſaliuas audiuimus? Nónne
modò lectus eſt Apoſtolus, cùm diceret, Iudæi ſigna
petunt, & Græci ſapientiam quærunt? Modò lectũ eſt:
Nos autem prædicamus, inquit, Chriſtum crucifixum
3. Cor.1.d. (Tunc enim tympanizabat) Iudæis quidem ſcandalũ,
gentibus autẽ ſtultitiam; ipſis verò vocatis Iudæis & C
Ibidem. Græcis, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiã: quia
quod ſtultũ eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod
infirmum eſt Dei, fortius eſt quàm homines, Saliuę eũ
ſignificant ſtultitiam, ſaliuæ ſignificãt infirmitatẽ. Sed
2.Cor.1.d. ſi quod ſtultũ eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus, & quod
infirmum eſt Dei, fortius eſt quàm homines: non tan-
quã ſaliuæ offendant, ſed attende, quia ſuper barbã de-
1.Reg.21.d currunt. Quomodo enim ſaliuis infirmitas, ſic barba
virtus oſtenditur. Texit ergo virtutẽ ſuã corpore infir-
mitatis ſuæ. Et quod forinſecus infirmabatur, tanquã
in ſaliua apparebat: intus autem diuina virtus tanquã
barba tegebatur. Ergo humilitas nobis cõmendatur.
Eſto humilis, ſi vis benedicere Dominũ in omni tẽpo-
re, & ſemper laus eius ſit in ore tuo: quia Iob non tantũ
benedixit Dominũ, quando abundabant illi omnia,
quibus eum legimus diuitem fuiſſe & felicẽ, & pecore
& ſeruis, & domo, felicẽ filiis, & omnibus rebus. Abla- D
ta ſunt omnia vno tempore, & impleuit quod in hoc
pſalmo ſcriptum eſt, dicẽs: Dominus dedit, Dominus
Iob. 1. d. abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factũ eſt: ſit nomen
Domini benedictum. Ecce habes exemplũ benedicẽ-
tis Dominũ in omni tempore. Quare autem benedicit
Dominum homo in omni tempore? Quia humilis eſt.
Quid eſt eſſe humilẽ? Nolle in ſe laudari. Qui in ſe vult
laudari, ſuperbus eſt. Qui ſuperbus non eſt, humilis eſt.
Non vis ergo eſſe ſuperbus, vt poſſis eſſe humilis, dic
quod dictũ eſt: In Domino laudabitur anima mea, au-
diant manſueti & lætentur.) Ergo qui non in Domino
volunt laudari, nõ ſunt mãſueti: ſed truces, aſperi, elati,
ſuperbi. Iumenta manſueta vult habere Dominus,
Eſto iumentum Domini: id eſt, eſto manſuetus. Sedet
ille ſuper te, ipſe regit te: noli timere ne offendas, & eas
in præceps. Infirmitas quidẽ tua eſt, ſed attẽde quis ti- A
bi præſideat. Pullus aſini es, ſed Chriſtũ portans. Nam Matt.21.a.
& ipſe in pullo aſini venit ad ciuitatem, & fuit illud iu-
mentum manſuetum. Nunquid laudabatur iumẽtum
illud? Nunquid iumento dicebatur, Oſanna fili Dauid,
benedictus qui venit in nomine Domini? Aſellus por-
tabat: ſed ille qui portabatur, à præcedentibus & con-
ſequentibus laudabatur. Et dicebat fortè iumentum:
In Domino laudabitur anima mea, audiant manſueti
& lætentur. Nunquã illud dixit ille aſinus, fratres: ſed
dicat illud populus qui imitatur iumentũ illud, ſi vult
portare Dominũ ſuum. Iraſcitur fortè populus, quia
cõparatur aſello in quo ſedit Dominus. Et dicent mi-
hi aliqui ſuperbi & elati, Ecce aſinos nos fecit. Sit aſi-
nus Domini quiſquis hoc dicit: ne ſit equus & mulus,
quibus non eſt intellectus. Noſtis enim Pſalmũ vbi di-
citur: Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt Pſal. 31.
intellectus. Equus enim & mulus erigũt ceruicem ali-
quãdo, & ſua ferocitate excutiunt à ſe ſeſſorẽ ſuũ. Do-
mantur frenis, chamo, verberibus; donec diſcant ſub-
iici, & portare dominũ ſuũ. Tu autẽ antequã freno tũ-
dantur ora tua, eſto manſuetus; & porta Dominũ tuũ.
Noli in te velle laudari, ſed laudetur ille qui ſuper te ſe-
det; & dices: In Domino laudabitur anima mea, audiãt
manſueti, & lætentur. Nam quando audiunt non
manſueti, non lætantur, ſed iraſcuntur: & ipſi ſunt qui
dicunt quòd aſinos eos fecerimus. Qui autem mãſueti
ſunt, dignentur audire & eſſe quod audiunt. Sequitur,
Magnificate Dominũ mecũ.) Quis eſt iſte qui exhor-
tatur, vt magnificemus cum illo Dominũ? Quiſquis eſt
fratres in corpore Chriſti, ad hoc debet dare operã, vt
magnificetur cum illo Dominus. Amat enim Domi-
nũ quiſquis eſt iſte. Et quomodo illũ amat? Vt non in-
uideat coamatori ſuo. Quiſquis enim amat carnaliter,
neceſſe eſt vt cũ zelo peſtifero amet. Si quis fortè pro
magno nudã videre potuerit, quã peſtifero amore de-
ſiderauit, nũquid vult vt videat illam & alius? Neceſſe
eſt vt zelo & liuore ſaucietur, ſi & alius eam viderit. Et
ſic ſeruatur caſtitas, ſi aut ille videat cui licet, & alius nõ
videat, aut nec ipſe. Nõ ſic eſt ſapiẽtia Dei. Videbimus
illã facie ad faciẽ, & omnes videbimus, & nemo ſe ibi
zelabit. Omnibus ſe exhibet, & integra eſt & caſta eſt
omnibus. Illi mutantur in eam, & ipſa in eos non mu-
tatur. Ipſa eſt veritas, ipſa eſt Deus. Nunquid aliquãdo
audiſtis fratres, quòd potuerit cõmutari Deus noſter?
Supereminens omnibus veritas eſt, verbũ Dei eſt, ſa-
piẽtia Dei eſt, per quẽ facta ſunt omnia: habet amato-
res ſuos. Sed quid dicit amator ipſius? Magnificate
Dominũ mecũ. Nolo ſolus magnificare Dominũ, no-
lo ſolus amare, nolo ſolus amplecti. Non enim ſi ego
amplexus fuero, nõ habet alius vbi manus ponat. La-
titudo tanta eſt in ipſa ſapientia, vt omnes animæ am-
plectantur & perfruantur. Et quid dicã fratres de illis,
qui ſic amant Deũ vt inuideant aliis? Aurigam perditi
homines amant, & quiſquis amauerit aurigã aut vena-
torẽ, vult vt totus populus cũ illo amet: & hortatur &
dicit, amate mecũ illũ pantomimũ, amate illã mecũ &
illã turpitudinẽ. Clamat ille in populo, vt ametur cum
illo turpitudo: & Chriſtianus nõ clamat in eccleſia, vt
ametur cum illo veritas Dei? Excitate ergo in vobis
amorẽ fratres, & clamate vnicuiq; veſtrorũ & dicite:
Magnificate Dominũ mecum. Sit in vobis iſte feruor.
Quare nobis recitantur iſta & exponuntur? Si amatis
Deum, rapite omnes ad amorẽ Dei qui vobis iunguntur,
& omnes qui ſunt in domo veſtra. Si amatur à vo-
bis corpus Chriſti, id eſt, vnitas Eccleſiæ: rapite eos ad
fruendum, & dicite: Magnificate Dominum mecum.

Et exaltemus nomen eius in idipsum.) Quid est, exaltemus nomẽ eius in idipsum? Hoc est, in vnũ. Nam multi codices sic habent: Magnificate Dominũ mecũ, & exaltemus nomen eius in vnũ. Siue in idipsum dicatur, siue in vnũ; hoc idem dicitur. Ergo rapite quos potestis, hortando, portando, rogando, disputando, rationẽ reddendo, cum mansuetudine, cum lenitate. Rapite ad amorem: vt sit magnificant Dominũ, in vnũ magnificent. Et pars Donati videtur sibi magnificare Dominũ. Quid eos offendit orbis terrarũ? Dicamus illis fratres. Magnificate Dominũ mecũ, & exaltemus nomen eius in vnum. Quare in præcisione vultis magnificare Dominũ? Ille vnus est, quare duos populos vultis facere Deo? Quare vultis dissipare corpus Christi? Certè enim ipse pendebat in cruce quando tympanizabat. Et cùm penderet in cruce emisit spiritũ: & venerunt illi qui eum suspenderant, & inuenerunt eum emisisse spiritum, & non illi fregerunt crura. Latronibus autem adhuc in cruce viuentibus fregerũt: vt per ipsum dolorem compendio mortis ab illo cruciatu liberarẽtur, quomodo solebat crucifixis fieri. Ergo venit persecutor, inuenit Dominum quietè deposuisse spiritum: quia ipse dixit, Potestatem habeo ponendi animã meam. Pro quibus posuit animã suam? Pro vniuersa plebe sua, pro toto corpore suo. Venit enim persecutor, & non fregit crura Christi: venit Donatus & disrupit Ecclesiam Christi. Integrũ corpus Christi in cruce inter manus persecutorum est, & inter manus Christianorũ non est integrũ corpus Ecclesiæ. Clamemus ergo fratres cum gemitu quantũ possumus, dicẽtes: Magnificate Dominum mecũ, & exaltemus nomẽ eius in vnũ. Ecclesia enim illis clamat. Vox est Ecclesiæ, clamans illis qui se † præcipitauerunt. Vnde enim dirupti sunt? Per superbiam. Docet autẽ Christus humilitatem, cùm commẽdat corpus & sanguinem suũ: quod diximus sanctitati vestræ in hoc Psalmi textu agi & celebrari, vbi commẽdatur corpus & sanguis Christi, vbi cõmendatur humilitas Christi, quã pro nobis C suscipere dignatus est. Inquisiui Dominum, & exaudiuit me.) Vbi exaudiuit Dominus? Intus. Vbi dat? Intus. Vbi oras, ibi exaudiris, ibi beatificaris. Orasti intus, exauditus es. Beatificatus es, & non scit qui iuxta te stat. Gestũ est à te totum in occulto, sicut Dominus in Euãgelio dicit: Intra in cubiculum tuũ, claude ostiũ tuũ, & ora in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Cùm ergo intras in cubiculum tuũ, intras cor tuũ. Beati qui gaudent quando intrant ad cor suum, & nihil mali ibi inueniunt. Attendat sanctitas vestra quomodo nolũt intrare domos suas, qui habẽt malas vxores; quomodo exeũt ad forũ & gaudẽt: cœpit hora esse qua intraturi sunt in domũ suã, & cõtristãtur. Intraturi sunt enim ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad euersiones: quia nõ est domus cõposita, vbi inter virũ & vxorem pax nulla est. Et melius illi est foris circũire. Si ergo miseri sunt, qui cùm redeunt ad D parietes suos, timẽt ne aliquibus suorum perturbationibus euertãtur; quãto sunt miseriores, qui ad cõscientiam suã redire nolunt, ne ibi litibus peccatorũ euertãtur? Ergo vt possis libens redire ad cor tuũ, mũda illud. Beati enim mundicordes, quoniã ipsi Deũ videbunt. Auferinde cupiditatum sordes, auferlabẽ auaritię, auferlabẽ superstitionũ, auferlacrilegia & malas cogitationes: odia, non dico aduersus amicũ, sed etiam aduersus inimicum. Auferista omnia: intra cor tuum, & gaudebis ibi. Cùm ibi cœperis gaudere, ipsa munditia cordis tui delectabit te & faciet orare: quomodo si venias ad aliquem locum, silentium est ibi, fortè quies est ibi, mundus est locus: oremus hic, dicis: & delectat te cõpositio loci, & credis quòd ibi te exaudiat Deus. Si ergo loci visibilis te delectat mũditia, quare te non offendit immũditia cordis tui: intra, mũda omnia, leua oculos tuos ad Deum, & statim te exaudiet. Clama & dic: Inquisiui Dũm, & exaudiuit me. Et ex omnibus tribulationibus meis eruit me. Quare? Quia cũfueris illuminatus, cũ cœperis hic habere bonã cõscientiã, restãt tribulationes, quia restat aliquid infirmũ. Donec mors absorbeatur in victoriã, & mortale hoc induat immortalitatẽ, necesse est vt in hoc sęculo flagelleris: necesse est vt aliquas tẽtationes suggestionésq; patiaris. Mundabit Deus omnia, eruet te ab omni tribulatione, ipsũ quære. Et inquisiui Dũm, & exaudiuit me. Qui ergo nõ exaudiũtur, non Dũm quærunt. Intendat sanctitas vestra. Nõ dixit, inquisiui aurũ à Dño, & axaudiuit me; inquisiui à Domino senectutẽ, & exaudiuit me; inquisiui à Domino hoc aut illud, & exaudiuit me. Aliud est aliquid inquirere à Domino, aliud ipsum Dũm inquirere. Inquisiui, inquit, Dũm, & exaudiuit me. Tu autem quãdo oras & dicis: Occide illũ inimicũ meũ, nõ Dominũ inquiris: sed quasi facis te iudicẽ super inimicum tuũ, & facis quęstionariũ Deũ tuũ. Vnde scis ne melior te sit cuius mortem quæris: eo ipso fortè, quia ille non quærit tuã? Ergo noli aliquid à Domino extra quærere, sed ipsum Dominũ quære, & exaudiet te: & adhuc te loquẽte dicet, ecce assum. Quid est, ecce assum? Ecce præsens sum, quid vis? quid à me quæris? Quicquid tibi dedero, vilius est quàm ego: meipsum habe, me fruere, me amplectere. Nondũ potes † totũ: ex fide cõtinge me, & inhærebis mihi. Hoc tibi Deus dicet. Cætera onera tua ego à te deponã, vt totus mihi inhæreas, cùm hoc mortale tuum ad immortalitatẽ conuertero: vt sis æqualis angelis meis, & semper videas faciẽ meã & gaudeas: & gaudiũ tuum nemo auferet à te, quia inquisisti Dominũ, & exaudiuit te, & ex omnibus tribulationibus tuis eruit te. Diximus quid esset hortatus amator ille, qui vult amplecti quod amat, & dicit: Accedite ad eum & illuminamini.) Dicit enim quod ipse probauit. Spiritalis enim quidã in corpore Christi velẽtiã ipse Dominus noster Iesus Christus secundũ carnẽ, caput exhortans mẽbra cętera, quid dicit? Accedite ad eũ, & illuminamini. Aut potius Christianus aliquis spiritalis ad ipsum Dominũ nostrũ Iesum Christũ inuitat, vt accedamus. Sed accedamus ad eũ & illuminemur, non quomodo ad eum accesserunt Iudęi vt tenebrarentur. Accesserunt enim ad illũ vt crucifigerẽt: nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum & bibendo illuminamur. Accedite ad eum & illuminamini, ecce ad gentes dicitur. Crucifixus Christus inter Iudæos erat sæuientes & videntes, gẽtes absentes erãt. Ecce illi accesserunt qui in tenebris erãt, & qui nõ viderunt illuminati sunt. Vnde accedũt gẽtes? Fide sectando, corde inhiãdo, charitate currẽdo. Pedes tui, charitas tua est. Duos pedes habeto, noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? Duo præcepta dilectionis, Dei & proximi. Istis pedibus curre ad Deum, accede ad illũ: quia & vt curreres ipse hortatus est, & ipse suũ lumen aspersit sic, vt magnificè & diuinè se sequi possitis. Et vultus vestri nõ erubescẽt.) Accedite, inquit, ad eũ, & illuminamini: & vultus vestri nõ erubescent. Non erubescet vultus nisi superbi. Quare? Quia elatus vult esse: & quando fuerit passus cõtumeliam, aut ignominiam, aut casum seculi, aut aliquam afflictionẽ, erubescit. Sed noli timere, accede ad eũ, & non erubesces. Quicquid fecerit tibi inimicus, videtur te superior esse apud homines: sed tu apud Deũ superior illo es. Ego cepi, ego ligaui, ego interfeci.

al. Magnificabant.

Ioan. 19. f.

Ioan. 10. d.

al. præcideruntur.

Matth. 6. a.

Matth. 5. a.

1. Cor. 15. g

al. totus.

1. Cor. 15. g

Matt. 21. e

Ioan. 16. f

Matt. 21. d.

Quàm

Quàm superiores sibi videntur qui ista dicunt? quàm superiores videbantur sibi Iudæi quando Dominum colaphizabant, qũ spuebant in faciẽ eius, & de canna percutiebant caput, quãdo spinis coronabant, quando tunica ignominiosa circũdabant? Quã superiores erãt? & ille videbatur inferior, quia procidebat ad ostia portæ: sed ille nõ erubescebat. Lumen enim erat verum: q illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sicut enim lumen non potest confundi, sic & illuminatũ confundi non finit. Accedite ergo ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Sed dicit aliquis: Quomodo ad eum accedo? Tãtis malis, tantis peccatis oneratus sum, tanta scelera clamãt de cõsciẽtia mea, quomodo audeo accedere ad Deum? Quomodo? Si humiliaueris te per pœnitẽtiam. Sed erubesco, ais, pœnitẽtiam agere. Accede ergo ad eum & illuminaberis, & vultus tuus nõ erubescet. Si enim timor erubescendi reuocat te à pœnitentia, pœnitentia autẽ facit te accedere ad Deum: Nónne vides quia pœnã B gestas in vultu, quia ideo erubuit vultus tuus, quoniam nõ accessit ad Dominum? Ideo non accessit, quia non vult agere pœnitentiam, sicut attestatur Propheta. Iste inops clamauit, & Dominus exaudiuit eum.) Docet te quomodo exaudiaris. Ideo non exaudiris, quia diues es: Ne fortè clamares, & non exaudieris. Audi quare iste inops clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Inops clamat, & exaudit Dominũ. Et quomodo clamabo inops? Vt & si habes aliquid non inde præsumas de viribus tuis: vt intelligas te indigentẽ, vt intelligas te tamdiu esse pauperem, quamdiu non habes illum qui facit te diuitem. Quomodo autem Dominus exaudiuit eũ? Et ex omnibus, inquit, tribulationib. eius saluum fecit eum. Et quomodo saluos facit ab omnib. tribulationibus? Immittet angelus Domini in circuitu timentium eũ, & eruet eos.) Sic scriptum est fratres, non quomodo habent aliqui mendosi codices, Immittet angelum Dũs in circuitu timentium eum, & eruet eos: sed sic, C Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eruet eos. Quem hic dixit angelum Domini, qui immittat in circuitu timentium eũ, & eruet eos? Ipse Dominus noster Iesus Christus ĩ prophetia dictus est magni consilij angelus, magni consilij nuncius. Sic illũ dixerunt Prophetæ: Ipse ergo magni consilij angelus, id est nuncius, immittet in eos qui timent Dominum & eruet eos. Noli ergo timere ne lateas. Vbicunq; Dominũ timueris, nouit te ille angelus, qui immittet ĩ circuitu, & eruet te. Apertè modo de ipso sacramẽto vult dicere, q ferebatur in manib. suis. Gustare & videte † quoniã suauis est Dominus.) Nónne aperit se Psalmus & ostendit tibi illã quasi insaniã & furorẽ cõstantẽ, & sanã insaniam, & sobriã ebrietatẽ illius Dauid, qui figuratè sacramentum Dominicum ostẽdebat, quando illi miseri corã rege Achis dixerunt, quomodo est? Quando D dicebat Dominus, Nisi quis mãducauerit carnẽ meã, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam. Et illi in quib. regnabat Achis, id est, error & ignorantia, dixerunt: Quomodo iste poterit nobis dare carnẽ suam mãducare? Si ignoras, gusta & vide quàm suauis est Dominus: si autẽ nõ intelligis, rex es Achis. Immutabit faciem suã Dauid, & recedet à te, & dimittet te, & abibit. Beatus vir qui sperat in eum.) Hoc quid opus est diu exponi? Quisquis nõ sperat in Domino, miser est. Quis est qui nõ sperat in Domino? Qui in se sperat. Aliquãdo quod peius est (fratres mei attẽdite) aliquãdo homines nolunt sperare in se, sed in aliis hominib. Salua salute Garsei, nihil mihi potes facere. Et fortè loquitur de homine iã mortuo. In ista ciuitate dicit, salua salute illius, & ille in aliis locis fortè mortuus est. Et quàm citò dicũt homines hoc: & nõ dicũt, credo Deo, A quia non te permittit nocere mihi. Non dicunt, credo Deo meo, quia & si te pmiserit ad aliquid meũ, ad animam meam non te permittet. Sed cùm dicunt salua salute illius: nec ipsi volunt habere salutẽ, & illos grauãt per quos putant habere salutem. Timete Dominũ oẽs sancti eius, quia nihil deest timentibus eum.) Multi enim propterea volũt timere Dominum, ne famem patiantur. Dicitur illis: Nolite fraudem facere. Et dicunt, vnde me pasco? Non potest ars sine impostura esse, nõ potest negotiũ esse sine fraude. Sed fraudẽ punit Deus. Time Deũ. Sed si timuero Deum, nõ habebo vnde viuã. Timete Dominũ oẽs sancti eius, quoniã nihil deest timentib. eum. Copiam promittit trepido & dubitãti, ne si fortè timuerit Dominũ deserant illum superflua. Pascebat te Dominus contemnentem se, & deseret te timentẽ se? Attende, & noli dicere, ille diues est, & ego pauper sum: ego timeo Dominũ, ille non timẽdo quã- B tum acquisiuit, & ego timẽdo nudus sum. Videte quid sequitur. Diuites egeuerunt & esurierunt, inquirẽtes autẽ Dominum nõ minuentur omni bono.) Si ad literã accipias, videtur te fallere. Respicis enim multos diuites iniquos mori in diuitiis suis, non factos fuisse pauperes, cũ viuunt: vides illos senescere, perduci ad vltimum vitæ inter magnas copias diuitiarum, celebrari eis põpã funeris in magnis effusionibus, perduci ad sepulchrum diuitem, qui & expirauit in lectis eburneis, circumfluente familia suorum: & dicis in animo tuo, si fortè nosti aliqua & peccata & scelera ipsius. Ego noui quãta fecerit iste homo, ecce senuit, mortuus est in lecto suo, deducunt illum sui, † põpa tãti funeris celebratur: agnoui q̃ fecerit, decepit me scriptura & fefellit vbi audio & cãto, Diuites egeuerunt & esurierũt. Quãdo iste inops fuit? Quãdo esuriuit? Inquirentes autẽ Dominum non minuẽtur omni bono. Quotidie ad basilicã furgo, quotidie genu flecto, quotidie inquiro Dominum, & nihil boni habeo: iste non inquisiuit Dominum, & inter tanta bona defunctus est. Sic cogitãtem suffocat laqueus scãdali. Escã enim mortalẽ quęrit in terra, & verã mercedẽ non quærit in cælo, & misso capite in laqueum diaboli, constringuntur ei fauces, & tenet diabolus ad malefaciẽdum, & sic imitatur illum diuitẽ quẽ videt in tãta copia defunctum. Noli ergo sic intelligere. Et quomodo intelligã? In bonis spiritalib. Sed vbi sunt? Nõ vidẽtur oculis, sed corde. Non video ipsa bona. Videt illa qui amat. Iustitiam nõ video. Non enim aurum est, nõ argẽtum est. Si aurum esset, videres; quia fides est, nõ vides. Et si nõ vides fidẽ, quare amas seruum fidelẽ? Interroga te ipsum, qualẽ seruum diligis. Fortè habes seruum formosum, staturosum, bene cõpositum: sed furẽ, nequã, fraudulẽtum. Habes autẽ aliũ fortè paruum statura, deformẽ facie, colore tetrũ: sed fidelẽ, parcum, sobrium. Attẽde rogo te, quem istorum duorũ diligis? Si oculos carnis interrogas, vincit apud te pulcher iniustus: si oculos cordis, vincit deformis fidelis. Vides ergo, quod vis, vt exhibeat tibi alter, id est fidem, exhibe illi & tu. Quare gaudes ad eum qui fidem tibi exhibet, & laudas eum de his bonis quæ non videntur nisi oculo cordis? Cùm repletus fueris spiritalibus diuitiis, pauper eris? Et ille diues ideo fuit, quia habebat lectum eburneum: & tu pauper es, cuius cubiculum cordis plenum est tãtis gemmis virtutum, iustitiæ, veritatis, charitatis, fidei, patientiæ & tolerantiæ? Explica diuitias tuas, habes illas, & compara diuitiis diuitum. At ille in mercato inuenit mulas pretiosas, & emit eas. Si fidem inuenires venalem, quantum pro illa dares, quam te voluit Deus gratis habere, & ingratus es? Egent ergo illi diuites, egent: & quod

2. Reg. 1. d

Ioan. 1. a.

Esa. 9. b.

al. quàm.

2. Reg. 21. d

al. pompa funeris tanti celebratur.

Psal. 33.

est grauius, pane egēt. Ne fortè putetis, quia auro egēt & argento, quanquā & hoc egeant. Quantum habuit quidam, & quis eum satiauit? Sic mortuus est egens, quia plura volebat acquirere quàm tenebat. Egent & pane. Quare egent & pane? Si non intelligis panem, ille dixit, ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Et: Beati qui esuriunt, & sitiūt iustitiā, quoniam ipsi saturabūtur. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Sed quo bono iam diximus. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.) Putatis fratres, quia ego dico, putate quia Dauid dicit, putate quia Apostolus dicit: imò putate quia ipse Dominus noster Iesus Christus dicit: Venite filij audite me. Audiamus illū simul, audite illū per nos: docere enim vult ille humilis, ille tympanizans, ille affectans, docere nos vult. Et quid dicit? Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos. Doceat ergo, præbeamus aurem, præbeamus cor. Nō aperiamus aures carnis, & cordis claudamus: sed sicut ipse dixit in Euangelio: Qui habet aures audiendi, audiat. Quis nouit audire docentē Christum per Prophetam? Quis est homo qui vult vitā, & diligit dies videre bonos?) Interroga, Nónne omnis in vobis respondet, ego? An quisquam est in vobis qui non diligit vitam, id est, qui nō vult vitā, & nō diligit dies videre bonos? Nónne quotidie hoc murmuratis, & hoc dicitis: Quamdiu ista patimur, quotidie peiora & peiora? Apud parētes nostros fuerunt dies lętiores, fuerūt dies meliores. O si interrogares ipsos parētes tuos, similiter tibi de parentib. murmurarēt. Fuerunt beati patres nostri, nos miseri sumus, malos dies habemus. Dominatus est ille, putabamus quia illo mortuo posset aliquod refrigeriū dari: deteriora venerūt. O Deus ostende nobis dies bonos! Quis est homo qui vult vitā, & diligit videre dies bonos? Non hic quærat dies bonos. Bonā rem quærit, sed non in regione eius illam quærit. Quomodo si aliquē iustū quęreres, sed in ea patria vbi nō habitaret; diceretur tibi, bonum virum queris, magnum virum quæris, quęre illum, sed noli hic. Superfluo hic eū quæris, nunquā eum inuenturus es. Dies bonos quęris, simul eos quæramus, nolite hic. Sed habuerunt illos patres nostri. Fallimini. Omnes hic laborauerunt. Legite scripturas: ideo voluit Deus vt scriberentur, vt nos cōsolarentur. Temporib. Heliæ fuit fames, passi sunt eam patres nostri. Capita iumentorum mortuorū auro vēdebantur, occiderūt suos, & comederunt eos. Et duę mulieres statuerunt inter se vt occiderent filios suos & manducarent. Occidit vna filium suum, & manducauerunt eū ambæ. Alia nolebat occidere filium suū, & † exigebat illa quæ prior occiderat filiū suum: & talis rixa venit ante regem. Adduxerunt se ante regem, contendentes de interfectione filiorum. De talib. cibis auertat Deus ea quæ legimus. Semper dies mali in sęculo, sed semper dies boni in Deo. Habuit dies bonos Abrahā, sed intus in corde. Habuit dies malos quando à fame mutauit regionem, & quærebat cibum. Sic oēs quæsierunt. Paulus habuit dies bonos, qui dicit: In fame & siti, in frigore & nuditate? Sed nō irascantur serui. Ipse Dominus nō habuit dies bonos in hoc sęculo, cōtumelias, iniurias, crucem, & tanta mala patiebatur. Nō ergo Christianus murmuret, videat cuius vestigia sequatur. Sed si dies bonos amat, audiat docentem & dicentem: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quid vis? Vitam & dies bonos. Audi & fac, Contine linguam tuā à malo.) Fac illud. Nolo, dicit homo miser: & linguam meam nolo cōtinere à malo, & vitam volo & dies bonos. Si operarius tuus tibi diceret, & vasto istam vineam, & exigo à te mercedem. Adduxisti me ad vineam vt falcitem illam & putem, cōcido omnia ligna vtilia, præcidam ipsa robora vitium, vt nō hic habeas quod colligas: & cū fecero ista, redditurus es mihi laborem meum. Nónne insanum illum diceres? Nónne illum de domo tua repelleres, antequam mitteret manū ad falcem? Tales sunt homines, qui & facere volunt mala, & iurare mendacium, & blasphemare cōtra Deū: & murmurare, & fraudem facere, & inebriari, & litigare, & adulterari, & ligaturas adhibere, & ire ad fortilegos, & dies bonos videre. Dicitur illi: Non potes male faciens quærere bonam mercedem. Si tu iniustus es, iniustus erit & Deus? Ergo quid faciam? Quid vis? Vitam volo, dies bonos volo. Cōtine linguam tuam à malo, Et labia tua ne loquantur dolū.) Id est, nulli fraudem, nulli mendacium. Sed quid est, Declina à malo?) Parum est, nulli noceas, nullum occidas, nō fureris, nō adulteres, non fraudem facias, nō falsum testimonium dicas, declina à malo. Cùm declinaueris, dicis, securus sum, perfeci omnia, habebo vitam, videbo dies bonos. Non solùm declina à malo: sed, Et fac bonum.) Parum est vt non expolies vesti nudum. Si non expoliaueris, declinasti à malo: sed nō facies bonum nisi cùm peregrinum susceperis in domum tuam. Ergo sic declina à malo, vt facias bonum. Quære pacem, & sequere eam.) Nō tibi dixit, habebis hic pacem, quęre illam & sequere eam. Quò illam sequor? Quò præcessit. Dominus enim est pax nostra, resurrexit & ascendit in cęlum. Quęre pacem & sequere illam: quia & tu cū surrexeris, hoc mortale mutabitur, & amplecteris pacem, vbi tibi nemo molestus erit. Ibi est perfecta pax: vbi non esuries. Nam hic tibi pacem facit panis. Subduc panem: & vide quale bellum erit intra viscera tua. ipsi iusti quomodo gemunt hic fratres? vt sciatis quia quærimus hic pacem, consequemur autem in fine. Sed ex parte hic habeamus, vt ex toto illic habere mereamur. Quid est ex parte? Concordes simus hic, diligamus proximū quomodo nos. Sic dilige fratrem quomodo teipsum, habe cū illo pacem. Sed nō possunt nisi existere rixæ aliquę, quomodo inter fratres & inter sanctos extiterūt, inter Barnabā & Paulum: sed non quæ occiderent concordiam, non quæ interimerent charitatē. Nam & tibiipsi resistis aliquando, & tamen non te odisti. Omnis enim quem pœnitet aliquid, rixatur secū. Peccauit, redit, irascitur sibimetipsi hoc fecisse, illud commisisse. Rixam ergo secum habet, sed ista rixa ad concordiā tendit. Vide quo modo secum rixetur, & dicat quidam iustus: Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me? Spera in Domino, quoniam adhuc confitebor illi. Cū dicit animæ suæ, quare conturbas me: vtique turbabat illum. Volebat fortè ipse pati pro Christo, & anima ipsius contristabatur. Et ille qui sciebat & dicebat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me, pacem adhuc secum non habebat: sed ex mente hærebat Christo, vt sequeretur illum anima eius, & non illum conturbaret. Ergo quærite pacem fratres. Dominus dixit: Hæc loquor vobis, vt in me habeatis pacem. Pacem in terra vobis non promitto. In ista vita pax vera non est, nec tranquillitas. Gaudium immortalitatis, societas angelorum promittitur. Sed quisquis non illam cū hic est quæsierit, non illam habebit cùm venerit. Oculi Domini super iustos.) Noli ergo timere. Labora, oculi Domini super te sunt. Et aures eius ad preces eorum. Quid vis amplius Si murmurantem seruum in domo magna non audiret paterfamilias: quæreretur & diceret: Quanta nos hic patimur, & nemo nos audit Nunquid dicis illud de Deo, quanta patior, & nemo me audit Si audiret me, forte dicis, tolleret mihi tribulationem: Clamo & tribulor. Tantū tu tene vias eius, & quando tribularis audit te. Sed medicus est, adhuc putre habes nescio quid. Clamas, Sed adhuc secat, & nō tollit manum, nisi secuerit quantum videtur.

Ioan. 6. c. Matth. 5. d.

Matt. 11. b. 2. Petr. 3. b.

3. Reg. 17. a

4. Re. 6. f. g.

al. exurgebat.

Gen. 12. a. & 26. a.

2. Cor. 11. f.

1. Pet. 3. b.

Matt. 22. d.

Act. 15. g.

Psalm. 36.

Deut. 5. e.

1. Pet. 3. c.

Psal. 42.

Ioan 16. d.

1. Pet. 3. b.

Etenim medicus crudelis est qui exaudit hominem, & parcit vulneri & putredini. Matres quomodo fricāt in balneis ad salutem filios? Nónne paruuli clamant inter manus earum? Illę ergo crudeles sunt vt non parcāt, nō exaudiāt lachrymas? Nónne plenæ sunt pietate? Et tamen clamāt pueri, & non eis parcitur. Sic & Deus noster plenus est charitate: sed ideo videtur nō exaudire, vt sanet & parcat in sempiternū. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Fortè dicūt mali: Ergo securus facio mala, quia non super me sunt oculi Domini. Iam Deus ad iustos attendit, me non videt, & quicquid fecero, securus facio. Statim subiecit videns ad cogitationes hominū spiritus sanctus, & ait: Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorū. Vultus autē Domini super faciētes mala, vt perdat de terra memoriā eorum. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex oīb. tribulationibus eorū eruit eos.) Iusti erant tres pueri: de camino clamauerunt ad Dominum, & laudib. eorū ignes friguerunt. Accedere & lædere flamma non potuit laudantes Deum, innocentes & iustos pueros: & eruet eos de flamma. Dicit aliquis: Ecce vere iusti qui exauditi sunt, sicut scriptū est: Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnib. tribulationib. eorū eruit eos. Ego autem clamaui, & nō me eruit: aut ego nō sum iustus, aut non facio quæ mihi iubet, aut fortè me ille non videt. Noli timere, tantum fac q̃ iubet: & si te non eruit corporaliter, eruet spiritaliter. Ille enim qui tulit de flāma tres pueros, nunquid tulit de flāma Machabæos? Nónne illi in ignib. hymnizabant, illi in ignib. expirabant? Deus triū puerorū, nónne ipse est & Machabæorum? illos eruit, & illos non eruit: imò vtrosq; eruit. Sed tres pueros sic eruit, vt & carnales confunderentur. Machabæos autē ideo non sic eruit: vt illi qui persequebantur, in pœnas maiores irent, cū putabant se oppressisse martytes Dei. Eruit Petrum quando venit ad illū angelus cū esset in vinculis, & ait illi: Surge & exi: & subitò soluta sunt vincula, & secutus est angelum, & eruit illum. Nunquid Petrus perdiderat iustitiam, quando nō illum eruit de cruce? Nō eruit nūc, & eruit tunc? An ideo diu vixit vt iniustus fieret? Fortè plus cū exaudiuit postea, quā prius, quādo illum verè de omnib. pressuris eruit. Nā quādo primùm illum eruit, quanta ille pertulit postea? Illuc enim misit postea, vbi nihil mali pati potuisset. Iuxta est Dominus his qui obtriuerūt cor, & humiles spiritu saluos faciet.) Altus est Deus, humilis est Christianus. Si vult vt altus Deus vicinetur illi, ille humilis sit. Magna mysteria fratres. Deus super omnia est. Frigis te, & non illum tangis. Humilias te, & ipse ad te descendit. Multę tribulationes iustorum.) Nunquid dicit ideo sint Christiani iusti, ideo audiant verbum meum, vt nihil tribulationis patiantur? Non hoc promittit: sed dicit, Multæ tribulationes iustorū. Magis si iniusti sunt, pauciores habent tribulationes: si iusti sunt, multas habēt. Sed post paucas tribulationes aut nullas, illi venient ad tribulationem sempiternam: vnde nunquam eruentur. Iusti autem post multas tribulationes veniēt ad pacem sempiternā, vbi nunquam aliquid mali patientur. Multę tribulationes iustorum. Et de omnibus his eruet eos: Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnū ex his non cōteretur.) Et hoc fratres nō accipiamus carnaliter. Ossa, sunt firmamenta fidelium. Quomodo enim in carne nostra ossa faciunt firmamentū, sic in corde Christiano fides facit firmamētū. Patiētia ergo quæ est in fide, ossa sunt interius. Ipsa sunt quæ frangi nō possunt. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Si de Domino Deo nostro Iesu Christo dixisset hoc: Custodit Dominus omnia ossa filij sui, vnū ex his non contereretur: sicut etiam alio loco præfiguratur de illo, quoniam agnus ductus est mactādus, & dictum est de illo: Os eius noli frangere, impletum est in Domino: quia cùm penderet in cruce, expirauit antequam venirent illi ad crucem, & inuenerunt iam corp̃ exanime, & noluerūt crura eius frangere, vt impleretur q̃ scriptū est. Sed promisit illud & cæteris Christianis: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnū ex his non conteretur. Ergo fratres si viderimus aliquem sanctum tribulationes pati, & fortè vel à medico sic secari, vel aliquo persecutore sic cædi, vt eius ossa frangantur, nō dicamus, non erat iustus iste: nā Dominus hoc promisit iustis suis, de quibus ait: Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Vis videre quia alia ossa dixit, quæ diximus firmamenta fidei, id est, patientiā & tolerantiā in omnibus tribulationibus? Ipsa enim sunt ossa quæ nō franguntur. Audite & in ipsa passione Domini inspicite quod dico. Dominus erat in medio crucifixus, iuxta illum duo latrones erant. Vnus insultauit, alter credidit: vnus damnatus est, alter iustificatus est. Vnus habuit pœnam suā & hic & in futurum: alteri autem dixit Dominus, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Et tamen illi qui venerāt, Domini ossa nō fregerunt: latronum autem fregerūt. Sic fracta sunt latronis ossa qui blasphemauit, quomodo latronis qui credidit. Vbi est ergo quod dictum est: Dominus custodit omnia ossa eorū, vnum ex his non cōteretur? Ecce cui dixit, Hodie mecum eris in paradiso, nō potuit omnia ossa eius custodire? Respondet tibi Dominus, Imò custodiui, nam firmamentum fidei ipsius frangi nō potuit illis ictibus quib. crura sunt fracta. Mors peccatorum pessima.) Attendite fratres, propter illa quæ dicebamus. Verè magnus Dominus, & misericordia eius, verè qui nobis dedit manducare corpus suum in quo tanta perpessus est, et sanguinem bibere. Quomodo respicit mala cogitantes et dicentes, ille malè mortuus est? Cū iustus esset, à bestiis consumptus est. Nō erat ille iustus, ideo malè periit. Nā nō piret si iustus esset. Ergo ille iustus est, qui in domo sua et in lecto suo moritur. Hoc est ergo, inquis, quod miror, quia noui peccata et scelera ipsius, et bene mortuus est, in domo sua, intra limina sua, nulla peregrinationis iniuria fuit illi, nulla vel in matura ætate. Audi Deum, Mors peccatorum pessima. Quæ tibi videtur bona, pessima est si intus videas. Vides foris iacentem in lecto, nunquid vides intus raptum ad gehennam? Audite fratres, & ex Euangelio inspicite, quid sit mors peccatorū pessima. Nunquid nō duo erant in isto sęculo, diues qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splēdidè: alter pauper qui iacebat ad ianuā eius vlcerosus, & canes veniebant & lingebāt vlcera eius, & desiderabat saturari de micis quę cadebāt de mēsa diuitis? Cōtigit autē mori inopē illū, iustus erat ille inops, & deferri ab angelis in sinum Abrahæ. Qui viderat corpus illius iacere ad limē diuitis, & nō esse qui sepeliret, quanta fortè diceret? Sic moriatur ille inimicus meus, & ille qui me pęsequitur: sic illū videā. Excreatur corpus sputo, putēt vulnera, & ille in sinu Abrahę requiescit. Si Christiani sumus, credamus: si non credimus fratres, nemo se fingat Christianum. Fides nos perducit. Quomodo illa dixit Dominus, sic sunt. An verū dicit tibi mathematicus, et verum est? dicit Christus, et falsum est: Quali autē morte mortuus est ille diues? Qualis mors esse potuit in purpura et bysso, quàm sumptuosa, quàm pōposa? quæ exequiæ funeris ibi erant? quantis aromatibus sepultū est illud cadauer? Et tamen cùm apud inferos in tormentis esset, desiderauit ex illius contempti pauperis digito instillari aquę guttā ardenti linguæ suę,

Daniel. 5. g

2. Mach. 7. a.

Act. 12. b.

Exod. 12. g

Ioan. 19. f.

Luc. 19. f.

Ioan. 19. f.

Luc. 23. f.

Luc. 16. e.

neque impetrauit. Discite ergo quid sit mors peccatorum pessima: Et nolite interrogare stratos pretiosis vestibus lectos, & carnē multis diuitiis obuolutam, lamētationis pompam exhibentes, plangentem familiam, turbam obsequentium præcedentem ac sequentē cùm corpus effertur, marmoratas auratasque memorias. Nam si hæc interrogatis, respondēt vobis falso, quòd multorum non leuiter peccatorū, sed omnino sceleratorum mors optima est: qui sic plangi, sic condiri, sic contegi, sic efferri, sic sepeliri meruerunt. Sed interrogate Euangelium, & ostendet fidei vestræ, in pœnis ardentē animam diuitis: quam nihil adiuuerunt omnes honores & obsequia, quæ mortuo corpori eius viuentium vanitas præbuit. Sed quia multa sunt genera peccatorum, & non esse peccatorē difficile est, aut fortasse in hac vita non possibile, subiecit statim cuius generis peccatorū esset mors pessima. Et qui oderunt iustum, inquit, delinquent.) Quem iustū, nisi eum qui iustificat
Rom. 4. a. impium? Quem iustum, nisi Dominum Iesum Christū, qui est etiam propitiatio peccatorum nostrorum? Qui ergo hunc oderunt, mortem pessimam habent: quia in peccatis suis moriuntur, qui per eū Deo nostro non reconciliantur, Redimet enim Dominus animas seruorū suorū.) Secundū animam enim intelligenda est mors peccatorum pessima aut optima: non secundum corpora, aut contumelias, aut honores quos homines vident. Et non delinquent omnes qui sperant in eū.) Iste est modus humanæ iustitiæ, vt vita mortalis quantūlibet pficiat, quia sine delicto esse nō pōt, in hoc nō delinquat, dū spat in eū ī quo ē remissio delictorū, Amē.

IN PSALMVM XXXIIII. ENARRATIO.

Præfatio.

PSALMVM istum nobis à iubentibus fratribus & coëpiscopis meis impositum esse ad tractandū, nouerit charitas vestra, qui voluerunt vt hinc omnes aliquid audiamus. Ab illo enim omnes audiamus, à quo pariter discimus, & in cuius schola condiscipuli sumus. C Titulus ipsius moram nobis non facit, breuis est enim ad intelligendum: maximè nutritis in Ecclesia Dei, nō est difficilis. Habet enim, Ipsi Dauid.) Dauid interpretatur fortis manu, vel desiderabilis. Psalmus ergo manu forti & desiderabili: qui nostram mortem vicit, qui nobis vitam promisit. In hoc enim est manu fortis, quia mortem nostram vicit: in hoc desiderabilis, quia
Luc. 7. b. vitam æternam promisit. Quid enim fortius manu hac quæ tetigit loculū, & mortuus surrexit? Quid fortius manu hac quæ mundum vicit, non ferro armata sed ligno transfixa? Quid autē desiderabilius eo quem non videntes martyres mori voluerunt, vt ad illum venire mererentur? Ergo psallamus illi. Illi cor nostrum, illi lingua nostra digna cantet: si tamē ipse dignabitur donare quod cantet. Nemo illi cantat digna, nisi qui ab illo acceperit quod cantare possit. Denique hoc quod modò cantamus, spiritu eius dictū est per Prophetam D eius, & in eis verbis vbi nos agnoscimus & ipsum. Nec iniuriam facimus, quia dicimus nos & ipsum: quoniā
Act. 9. a. cùm esset in cælo, sic clamauit: Quid me persequeris? cùm eū nemo tangeret, & nos in terra laboraremus. Ergo vocē eius audiamus, nunc corporis, nunc capitis. Est enim Psalmus iste inuocans Deū contra inimicos in tribulationibus huius seculi: & vtique ipse est Christus, tribulato tunc capite, & tribulato nunc corpore: tamen per tribulationes omnibus membris suis dans vitā ætērnā, quā promittendo desiderabilis factus est.

Concio prima, de prima parte Psalmi.

IVDICA, inquit, Domine nocentes me, expugna impugnātes me.) Si Deus pro nobis, quis cōtra nos?
Rom. 8. f. Et vnde hoc nobis præstat Deus? Apprehende, inquit, A arma & scutum, & exurge in adiutoriū mihi.) Magnū spectaculum est, videre Deum armatū pro te. Et quod eius scutum? quæ arma? Domine, inquit alio loco homo iste qui & hic loquitur, vt scuto bonæ voluntatis Psal. 5. tuæ coronasti nos. Arma autem eius quibus non solū nos muniat, sed etiam percutiat inimicos, si bene professerimus, & nos erimus. Sicut enim nos vt armemur ab illo habemus, sic ipse armatur de nobis. Sed ipse de his armatur quos fecit, nos de his armamur quæ ab ipso accepimus qui nos fecit. Dicit hæc quodā loco arma Ephes. 6. c. nostra Apostolus, scutū fidei, & galeā salutis, & gladiū spiritus quod est verbū Dei. Armauit nos talib. armis, qualib. auditis, laudabilib. & inuictis, insuperabilib. & splendidis, spiritalib. sanè atq; inuisibilibus, quibus & hostes inuisibiles expugnamus. Si vides hostem tuum, videantur arma tua. Armamur earum rerum fide quas non videmus, & sternimus hostes quos non videmus. Veruntamen charissimi, arma ista ne putetis sic esse, vt B quasi quod scutum est, semper scutū sit: aut quod galea est, semper galea sit: aut quod lorica est, semper lorica sit. In istis enim armis corporalibus ita est, quanquam & de ferro quæ fiunt mutari possint, vt ex gladio fiat securis: tū ipsum Apostolū videmus dixisse quodā loco, loricā fidei, & alio loco dixisse scutum fidei. Ergo 1. Thes. 5. b. ipsa fides, & lorica potest esse & scutum. Scutū est, quia Ephe. 6. c. tela inimicorū excipit & repellit. Lorica est, quia interiora tua transfigi nō sinit. Hæc arma nostra sunt Dei, q̄ legimus quodā in loco, Erue ab impiis animam meā, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Quod superius dixit, ab impiis, hoc sequēti versu ab inimicis manus tuę: & quod superius dixit animam meā, hoc sequenti versu, frameā tuam: id est gladiū tuū. Ergo frameā Dei, di- Psal. 21 xit animā suā. Erue, inquit, ab impiis animam meam, id est, ab inimicis manus tuę erue frameam tuā. Apprehēdis enim animam meam, & debellas inimicos meos. Et quid est anima nostra, quamuis splendida, quamuis p̄ducta, quamuis acuta, quamuis vncta, quamuis luce sapientiæ & coruscationis vibrata? Quid est ipsa anima nostra, aut quid potest, nisi Deus illam teneat & pugnet de illa? Nā quælibet optimè facta framea, si nō habeat bellatorem, iacet. Dixeramus autem in armis nostris, non quasi aliquid fixum accipi debere, vt q̄ est res vna, ipsa aliud esse nō possit: sic & in armis Dei inuenimus. Ecce animā iusti dixit frameam Dei. Iterum dicit ani- Sap. 7. c. mam iusti esse sedem Dei. Animam iusti sedem sapientiæ. Ergo quicquid vult, facit de anima nostra. Cùm in manu eius est, vtatur ea quemadmodum vult. Exurgat ergo. Sic enim inuocatus est: Apprehende arma, exurge Psal. 43. in adiutorium nobis. Vnde exurgat, alio loco etiam dicitur illi ipsa voce: Exurge, quare obdormis Domine? Et quando ille dicitur dormire, nos dormimus: & q̄n Matth. 8. c. ille dicitur exurgere, nos excitamur. Nam & Dominus dormiebat in naui: & ideo fluctuabat nauis, quia dormiebat Iesus. Nā si illic vigilaret Iesus, non fluctuaret nauis. Nauis tua, cor tuum. Iesus in naui, fides in corde. Si meministi fidei tuę, nō fluctuat cor tuum. Si oblitus es fidē tuam, dormit Christus: obserua naufragiū. Veruntamen quod restat fac, vt si dormierit excitetur: dicas illi: Domine exurge, perimus: vt increpet vētos, & fiat tranquillitas in corde tuo. Recedent enim omnes tentationes, aut certè nihil valebunt, quādo Christus, hoc est fides tua, vigilauerit in corde tuo. Exurge ergo quid est? Innotesce, appare, sentire. Exurge ergo in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui me persequuntur.) Qui sunt qui te persequuntur? Fortè vicinus tuus, aut ille quē læsisti, aut cui fecisti iniuriam, aut qui vult auferre res tuas, aut cōtra quem prædicas veritatem, aut cuius peccatum obiur-

gas,

gas, aut quem malè viuentem, bene viuendo lędis. Sūt quidem & isti inimici nostri, & persequuntur nos. Sed alios docemur inimicos nosse, cōtra quos inuisibiliter dimicamus, de quib. nos admonet Apostolus dicens: A
Ephe. 6. b. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines, nō aduersus eos quos videtis, sed aduersus eos quos nō videtis: aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harū.
Ephe. 6. b. Cùm diceret enim rectores mundi, dicebat quippè de diabolo & angelis eius, cauendum erat ne malè intelligerent homines, & putarēt à diabolo & dęmonibus eius mundum regi. Sed quia mundus dicitur hæc fabrica quā videmus, & in peccatoribus dicitur mundus, &
Ioan. 1. a. in eis qui diligunt mundum, de quib. dictū est: Et mū-
1. Ioan. 5. d. dus eū nō cognouit, & de quib. dictū est, Totus mundus in maligno positus est: exposuit Apostolus cuius mundi essent rectores. Tenebrarum, inquit, harū. Re-
Ephes. 6. b. ctores mūdi dico, rectores tenebrarum harum. Rursus cogit nos intelligere quid dixerit, tenebrarum harum. B Quarum tenebratū rectores sunt diabolus & angeli eius? Omnium infidelium, omnium iniquorum, de quibus dictū est: Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam nō
Ioan. 1. a. comprehenderunt. Denique ex ipsorum numero credentib. multis, quid dicit idem Apostolus? Fuistis enim
Ephes. 5. b. aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Non vis regi à diabolo, migra ad lucem: Et vnde migrabis ad lucem, nisi effundat ille frameam, & eruat te ab inimicis tuis, & à persequentibus te? Quomodo effundit frameam, quoniā iā audiuimus quid sit framea ipsius: Anima enim iusti est. Abundent iusti, & effunditur framea, & cōcluditur aduersus inimicos. Nā de ipsa effusione framę monēs Apostolus vt iustè viuamus, in cō-
sequenti ait: vt aduersarius reuereatur, nihil habens de nobis dicere prauum. Conclusum est aduersus eū, quia
al. *quod.* † quid loquatur aduersus sanctos, non potest inuenire. Et vnde erit iustus? Aut quid dicunt inimici qui nos p-
sequuntur? Inuisibiles illi quid dicunt inimici? Isti nihil? C Maximè suggeritur humano cordi ab inuisibiliter expugnātibus inimicis, quia Deus nobis non est adiutor:
Psal. 3. vt requirētes alia adiutoria, inueniamur inualidi, & ab inimicis ipsis capiamur. Hoc ergo suggeritur. Cōtra istas voces maximè vigilare debemus, quæ in alio Psalmo ostenduntur. Multi insurgunt aduersum me, multi dicunt animæ meæ, nō est salus illi in Deo eius. Contra istas voces quid hic dicitur? Die animæ meæ, Salus tua ego sum.) Cùm dixeris animæ meæ, salus tua ego sum, iustè viuet: vt neminem in adiutorium prēter te quērā. Et quid sequitur? Confundantur & reuereantur requirentes animam meam.) Ad hoc enim illam requirunt,
Psalm. 141. vt perdāt. Nā vtinā bene quærant. In alio quippe Psal-
Psal. 39. & 69. mo hoc reprehendit in omnibus, quia non erat qui requireret animā ipsius. Periit fuga à me, & nō est qui requirat animam meam. Quis est ille qui dicit: Nō est qui requirat animam meā? Nunquid fortè ille est, de quo
Psalm. 21. tanto antè prædictū est, Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi verò considerauerūt & cōspexerūt: diuiserūt sibi vestimēta mea, & super vestē meā miserunt sortē? Iā omnia ista ante oculos eorum fiebāt, & nemo erat qui requireret animā eius. Inuocemus eum ergo fratres, vt dicat animæ nostræ, salus tua ego sum: & aperiat aures, vt audiamus dicentem, salus tua ego sum. Dicit enim, sed quidam obsurdescunt: vnde audiunt potius persequentes inimicos in tribulatione constituti. Si aliquid deest, si in angusto est anima, in inopia temporalium, quērit auxiliū plerunq; à dæmonibus, arreptitios dæmonum vult consulere, sortilegos quærit: persecutores illam hostes inuisibiles adierūt, intrauerūt, expugnauerūt, captiua-

uerunt, vicerūt, dicendo: Non est salus illi in Deo eius. Obsurduit cōtra vocē dicētē: Salus tua ego sum. Dic animæ meę salus tua ego sum, vt confundantur & reuereantur requirentes animā meā, cui dicis tu salus tua ego sum, Audiam dicētem mihi: Salus tua ego sum: Aliā salutem nō requirā, præter Dominum Deum meū. De creatura mihi salus suggeritur, ab ipso est. Et si leuo ocu- Psal. 120.
los meos in montes, vnde veniat auxiliū mihi, non tamen à montibus, sed auxilium meum à Domino qui fecit cęlum & terram. In ipsis temporalibus angustiis per hominem subuenit Deus, salus tua ipse est. Per angelū subuenit Deus, salus tua ipse est. Omnia illi subiecta sunt, & ad ist āquidē vitā tpalē subuenit, alij inde: alij inde æternam vitam non dat nisi de se. Ecce in angustiis cōstituto, non subest quod quęris, sed adest quem quęris. Et illum quære qui deesse nunquā potest. Subtrahūtur quæ dedit, nunquid subtrahitur qui dedit: Reddantur quæ dederat. Nunquid ipsæ sunt diuitiæ cū reddita fue B rint illa, & non ille qui subtraxerat probando, & reddidit cōsolando? Cōsolatur enim quando nobis ista non desunt. Consolantur tanquam in via, sed si nos intelligamus viam: quia tota ista vita & omnia quibus vteris in hac vita, sic tibi debent esse tanquam stabulum viatori, nō tanquā domus habitatori. Memento peregisse te aliquid, restare aliquid: diuertisse te ad refectionem, nō ad defectionē. Sūt qui dicūt, Deus bonus, magnus, summus, inuisibilis & æternus, incorruptibilis, vitam æternam nobis daturus est, & illam incorruptionē quā in resurrectione promisit. Ista verò secularia & temporalia ad dæmones pertinent, & ad potestates illas harū tenebrarum. Dicendo hæc, quādo amore implicantur Ephes. 6. b.
harū rerum, dimittunt Deum, quasi ad quē ista nō pertineant: & quærunt nefandis sacrificiis, ac nescio quibus remediis, aut nescio qua hominum illicita persuasione, prouidere sibi quod tēporale est, veluti pecuniā, vxorē, filios, & si qua sunt quæ humanam vitam aut cōsolantur transeuntē, aut impediunt ambulantē. Cōtra istam opinionē diuina prouidētia vigilauit, vt ostenderet Deus ad se pertinere ista omnia, & in sua esse potestate, nō solū æterna quę in futurum promisit, verumetiam tpalia quæ in terra dat, quib. voluerit, & quando voluerit opportunè, sciēs cui det, cui nō det, tanquam medicus medicamenta, sciens melius morbum ægroti quàm ipse ægrotus. Vt ergo Deus hæc ostēderet, distribuit tēpora veteris & noui Testamenti. In veteri Testamento promissiones sunt rerū terrenarū, in nouo autē regni cælorū. Pleraque sunt præcepta Deum colendi & rectè viuēdi, ipsa sunt & ibi & hic. Sed quia promissio ibi alia videtur, alia hic: iubētis imperiū & obediētia seruientis eadē est, sed merces quasi nō est eadē: etenim illis dictū est, accipietis terram promissionis, vt in illa regnetis, vt inimicos vestros superetis, vt ab eis nō subiugemini, vt omnia vobis abundent in hac terra, vt filios procreetis. Hæc terrena promissa sunt, sed tamen D figurata. Fac aliquos sic illa accipere quomodo p̄missa sunt, & verè multi sic acceperunt. Nam data est terra filiis Israël, datæ sunt diuitiæ, dati sunt filij & sterilibus & aniculis rogantibus Deum, & de ipso solo præsumētibus, & aliū sibi adiutorem, nec ad ista quærētib⁹: quæ vocē Domini in corde audierunt, salus tua ego sum. Si ad æterna, quare nō ad tēporalia? Ostendit hoc Deus Iob. 1. b.
in causa viri illius sancti Iob: quia & ipse diabolus auferendi hæc non habet potestatem, nisi cū acceperit à summa illa potestate. Inuidere potuit sancto, nunquid nocere potuit? Accusare potuit, damnare nunquid potuit? Nunquid valuit aliquid tollere? Nunquid vel vnguem, nunquid vel capillum lædere, nisi Deo diceret: Mitte manū tuam? Quid est mitte manū tuam? Da po-

testatē. Accepit. Ille tentauit, ille tentatus est. Tentatus
tamen vicit, tentator victus est. Deus enim qui diabolo
permiserat vt illa tolleret, ille seruū suū interius nō de-
seruerat: & ad ipsum diabolū superandū, animam serui
sui frameā sibi fecerat. Quantum valet hoc? De homi-
Genes. 3.b ne dico: Victus in paradiso, victor in stercore. Ibi victus
est à diabolo per mulierē, hic vicit diabolū & mulierē.
Iob. 2. c. Locuta es, inquit, tanquā vna ex insipientib. mulierib.
Si bona percepimus de manu Domini, mala quare non
sustineamus? Quā bene audierat, salus tua ego sum. Cō-
Matth. 5.g. fundātur & reuereātur requirētes animā meā.) Respice
ad homines. Orate, inquit, pro inimicis vestris. Sed hic
prophetia est. Et quæ figura optādi dicūtur, animo ꝓ-
phetādi explicātur. Illud fiat, & illud fiat: nihil est aliud
quā hoc & hoc futurū est. Sic ergo audite prophetiam:
Cōfūdātur & reuereātur requirētes animā meā. Quid
est cōfundantur & reuereantur? Cōfundētur & reuere
būtur. Factū est enim. Multi salubriter cōfusi sunt, mul-
ti reueriti à persecutione Christi, ad societatē membro
rū eius deuota pietate trāsierūt: & nō fieret hoc, nisi cō-
funderētur & reuererētur. Ergo bene illis optauit. Sed
quia duo sunt genera eorū qui vincūtur: duobus enim
modis vincuntur, aut ad hoc vincuntur vt cōuertātur
ad Christū, aut ad hoc vincūtur vt dānentur à Christo:
explicata sunt & hæc duo ipsa genera, obscura quidē,
sed intellectorē desiderāt. De his qui cōuertātur, acci-
pe quod dictū ē: Cōfundātur & reuereātur requirētes
animā meā. Auertātur retrorsum.) Nō ꝓcedant, sed se-
quātur, nō dēt cōsiliū, sed accipiāt. Nā Petrus præcede
re voluit Dominū, quādo Dominus de passione sua fu-
tura diceret: cōsilium illi quasi salutis voluit dare, cōsi-
liū salutis æger saluatori. Et quid ait Domino de illa fu-
Matt. 16. d. tura sua passione cōfirmanti? Absit à te Domine, propi-
tius tibi esto, nō fiet istud. Præcedere volebat, vt Domi
nus sequeretur. Et ille, inquit, Vade retrò satanas. Præ-
cedendo satanas es, sequēdo discipulus eris. Hoc ergo
& istis, auertantur retrorsum. Et cōfundātur, qui cogi-
tāt mihi mala.) Cū enim cœperint retrorsum sequi, iā
nō cogitabunt mala, sed desiderabunt bona. Quid illi?
Nō enim oēs sic sequuntur, vt cōuertātur & credant.
Multi in pertinacia remanent, multi spiritus præcedēdi
seruant in corde: & si non exerunt, tamē parturiunt, &
vbi locū inuenerint pariunt. De talibus quid sequitur?
Psal. 1. Fiant tanquā puluis ante faciē venti.) Nō sic impij non
sic, sed tanquā puluis quē proiicit vētus à facie terræ.
Ventus tentatio est, puluis iniquus. Quando venerit tē-
tatio, tollitur puluis: nec stat, nec resistit. Fiant tanquā
puluis ante faciem venti. Et angelus Dñi tribulās eos.
Fiant viæ eorū tenebræ & lubricum.) Horrenda via.
Tenebras solum quis non horreat? Lubricum solum
quis nō caueat? In tenebris & lubrico quà is? vbi pedē
figis? Sunt ista mala magnæ pœnæ hominū: tenebrę est
ignorātia, lubricū est luxuria. Fiant vię eorū tenebrę &
lubricum. Et angelus Domini persequens eos.) Vt non
possint stare. Nā vnusquisq; in tenebris & lubrico cùm
nō viderit, & si pedē mouerit, labitur, & lux illi ante pe
des nō est: vel hoc fortè facit, vt expectet diem donec
luceat, sed ibi est angelus Dñi persequens eos. Hęc eis
futura prædixit, non quasi vt eueniret optauit. Quan-
quā & Propheta in spiritu Dei sic ea dicat, quomodo
illa Deus facit, certo iudicio, bono, iusto, sancto tran-
quillo, nō perturbatus ira, nō amaro zelo, nō animo i-
nimicitiarū exercendarū, sed iustitia vitiorum punien-
dorum: veruntamen prophetia est. Vnde autem tanta
mala ista? Quo merito? Audi quo merito. Quoniā gra-
tis absconderunt mihi muscipulæ suæ corruptionē.) In
ipso capite nostro attendite, hoc fecerunt Iudæi, abscō
derunt muscipulæ suæ corruptionē. Cui absconderunt
muscipulam? Qui videbat corda abscondentium. Sed
A tamen erat inter illos ignoranti similis quasi falleretur,
cùm illi deciperentur eo ipso quo cū illi falli arbitrabā-
tur. Ideo enim ille tāquam fallebatur inter illos viuēs:
quia nos inter tales sic victuri eramus, vt sine dubio fal
leremur. Ille videbat traditorem suum, & elegit illum
magis ad opus necessarium. Illius malo magnum bonū Ioan. 13. a
operatus est: & tamē inter duodecim electus est, ne ipse
duodenarius tā exiguus numerus esset sine malo. Hoc
ad exemplum nostræ patientiæ, quoniā necesse erat vt
inter malos viueremus. Et quia necesse erat vt malos,
siue scientes, siue nescientes, toleraremus: exemplū pa-
tientiæ præbuit ne deficias, cùm cœperis inter malos
viuere. Et quia illa schola Christi in duodecim nō defe
cit, quanto magis nos firmi esse debemus, cùm implē-
tur in Ecclesia magna, quæ de malorum permixtione
prædicta sunt? Neq. enim videbat ipsa schola redditū
B semini Abrahæ quod erat promissum, & ipsam aream Gene. 17. b.
vnde massa quæ implebit horreum, ꝓcessura est. Qua- Matth. 3. c.
re igitur nō cùm trituratur, in ea dignè palea toleratur,
donec vltima ventilatione purgetur? Hoc enim futurū
est malis quod audistis. Sed tamen quid faciendum est?
Gratis absconderunt mihi corruptionē muscipulę suę.
Quid est gratis? Quib. nihil mali feci, quib. nihil nocui.
Vano exprobrauerunt animā meā.) Quid est vano? Fal
sa dicētes, nihil probātes. Veniat illis muscipula quam
ignorant.) Magnifica retributio, nihil iustius. Illi abscō
derunt muscipulā, vt ego ignorarē: illis veniat musci-
pula quā ignorāt. Nā ego scio muscipulā ipsorum. Quę
autē muscipula illis vētura est? Illa quam ignorāt. Au-
diamus ne fortè dicat, illa veniat illis muscipula quam
ignorāt. Fortè aliā illi absconderunt, alia illis vētura ē.
Non. Sed quid? Criniculis peccatorum suorum vnus- Prou. 5. d.
quisque cōstringitur. Inde decipiuntur, vnde decipere
C voluerunt. Inde illis nocebit, vnde nocere conati sunt.
Sequitur enim, Et captio quā occultauerunt, compre-
hendat illos.) Tanquā si quisquā veneni calicē præpa-
ret alicui, & oblitus bibat. Et tanquā si foueam fodiat
quisquā, in quā quisq. inimicus eius in tenebris incidat:
& ille oblitus quod foderat, ambulās ea via prius illuc
cadat. Prorsus fratres mei ita credite, ita certi estote: ita
si est in vobis excellētior prudētiæ ratio, videte atque
perspicite. Nemo malus qui nō sibi prius noceat. Sic e-
nim esse putate malitiā, quomodo ignē. Incendere vis
aliquid aliud: illud quòd admoues, prius ardet, nisi ar-
deat nō incēdit. Facula est, hanc faculā apponis vt ali-
quid incēdat: nunquid nō ipsa facula quam apponis,
prior ardet, vt aliquid possit incēdere? Malitia autem
procedit ex te, & quē prius vastat nisi te? Quò profun-
D dit ramum lædit, vbi radicē habet nō lædit? Et quidē
dico, quòd malitia tua vt alteri nō noceat fieri pōt: vt
aūt tibi nō noceat, fieri nō pōt. Nā quid nocuit sancto
viro Iob, de quo prælocuti sumus? Quomodo in alio Iob. 1. b.
Psalmo dicitur, Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Psalm. 51.
Quid fit de acuta nouacula? Capilli, res superfluæ de-
ciduntur. Quid ergo facis ei quem vis nocere? Si ne-
quaquam tibi ad malum consentiat cui vis nocere,
non malitia tua ei nocitura est, sed sua. Si autem in-
tus ipse malitia careat, & cor mundum subdat illi vo-
ci dicenti, Salus tua ego sum, forinsecus oppugnas, in-
teriorem hominem non expugnas: malitia tamen tua
ab interiore tuo procedit, te prius inanem reddit. Tu
putris es intus, vnde iste vermis processit, intus nihil
integrum dereliquit. Et captio quam occultauerunt,
comprehendat eos, Et in muscipula incidant in ipsa.)
Nunquid putabas fortè paulo antè cùm audires, veniat
illis muscipula quam ignorant, id ē, quasi aliquid aliud
ex occulto ineuitabile? In qua ergo? In ipsa iniquitate
quam

quam mihi absconderunt. Nónne hoc factum est Iu-
dæis? Dominus eorum iniquitatē vicit, illi iniquitate
sua victi sunt. Ille surrexit pro nobis, illi mortui sunt in A
se. Hæc ergo malis nocere mihi volentibus. Mihi quid?
Anima autē mea exultabit in Domino.) Tanquam in
eo à quo audierit, salus tua ego sum, tanquam nō quæ-
rens alias extrinsecus diuitias, tanquā non quærēs cir-
cumfluere voluptatibus bonisq; terrenis: sed coniugē
verum gratis amans, non ab illo volens accipere quod
delectet, sed ipsum solū sibi proponens à quo delectet.
Quid enim melius Deo dabitur mihi? Amat me Deus,
amat te Deus. Ecce proposuit, pete quod vis. Si tibi
Imperator diceret, pete quod vis, quos tribunatus co-
mitatúsue ructares? Quanta tibi proponeres & accipiē
da & aliis largiēda? Deo tibi dicēte, pete quod vis, quid
petiturus es? Excute mentem tuam, exerce auaritiam
tuā, protende quantū potes, & dilata cupiditatē tuam:
non quicunq; sed omnipotens Deus dixit, pete quod B
vis. Si possessionum es amator, desideraturus es totam
terram: vt oēs qui nascūtur, coloni tui aut serui tui sint.
Et quid cū totā terrā possederis? Mare petiturus es, in
quo viuere tamē nō poteris. In hac auaritia te pisces su-
perabūt. Sed fortè insulas possidebis. Trāscēde & hęc,
pete & aërē quāuis volare nō possis: porrige cupiditatē
tuam vsque ad cælum, dic tuū esse solem, lunam, stel-
las, quia ille qui fecit omnia dixit, pete quod vis: tamē
nihil inuenies carius, nihil inuenies melius quā ipsum
qui fecit omnia. Ipsum pete qui fecit, & in illo & ab illo
habebis omnia quæ fecit. Omnia cara sunt, quia omnia
pulchra sunt. Sed quid illo pulchrius est? Fortia sunt.
Sed quid illo fortius? Et nihil magis vult dare quàm se.
Si aliquid inueneris melius, pete. Si aliud petieris, iniu-
riam facies illi, & damnum tibi: præponendo illi quod
fecit, cū velit seipsum tibi dare qui fecit. In hoc amore
Psalm. 72. dixit illi anima quædā: Et nunc ipsa est pars mea Domi
ne, id est, tu es pars mea. Eligāt sibi qui volūt quid pos- C
Psalm. 15. sideant, faciant sibi partes de reb. Pars mea tu es, te mi-
hi elegi. Et iterū, Dominus pars hæreditatis meæ. Possi
deat te vt possideas illum: eris prædium ipsius, eris do-
mus ipsius. Possidet vt prosit, possidetur vt prosit. Nū-
quid vt aliquid ei tu ꝓsis? Nā dixi Domino, Deus meus
es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Anima
autem mea exultabit in Domino. Delectabitur super
salutare eius.) Salutare Dei Christus est. Quoniā vide-
runt oculi mei salutare tuum. Omnia ossa mea dicent,
Domine quis similis tibi?) Quis dignè de his verbis ali-
quid dicat? Ego puto tantum pronuncianda esse, non
exponenda. Quid quæris illud aut illud? Quid simile
Psalm. 118. Domino Deo? Ipsum habes ante te. Omnia ossa mea
dicent, Domine quis similis tibi? Narrauerunt mihi in-
iusti delectationes, sed nō ita vt lex tua Domine. Fue-
runt persecutores qui dicebāt, Adora Saturnum, ado-
ra Mercuriū. Nō colo, inquit, idola. Domine quis simi-
Psalm. 113. lis tibi? Illi oculos habent, & non vidēt, aures habent, D
& nō audiunt. Domine quis similis tibi, qui fecisti ocu-
lum ad videndum, aures ad audiendum? Sed non colo,
inquit, idola, quia faber fecit. Cole arborem & mōtē.
Et hoc nunquid faber fecit? Et hic, Domine quis simi-
lis tibi? Terrena mihi ostenduntur, tu terræ creator es.
al. auertunt. Et hinc fortè† aduerterunt ad superiorem creaturam,
& dicunt mihi, Cole lunā, cole istum solem, quia luce
sua tanquā magna lucerna de cælo efficit diem. Et hic
planè dico, Domine quis similis tibi? Lunam & stellas
tu fecisti, solem diei tu accendisti, cælū tu cōposuisti.
Sūt multa inuisibilia meliora. Sed fortè & hic dicitur
mihi, Angelos cole, angelos adora. Et hic dicam, Dñe
quis similis tibi? Et ipsos angelos tu creasti. Nihil sunt
angeli, nisi videndo te. Melius est cū ipsis possidere te,
quā ipsos adorando cadere à te. Omnia ossa mea dicēt,
Domine quis similis tibi? O corpus Christi sancta Ec-
clesia, omnia ossa tua dicant, Domine quis similis tibi?
Et si carnes meæ persecutioni cesserūt: omnia ossa mea
dicant, Domine quis similis tibi? De iustis enim dictū Psalm. 33.
est, Diligit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex illis
non confringetur. Quàm multis iustis in persecutione
ossa confracta sunt? Postremò, iustus ex fide viuit, & Rom. 1. b.
Christus iustificat impium. Quomodo autem iustificat Rom. 4. a. Rom. 10. b.
impium, nisi credentem & confitentem? Quia corde
creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-
tem. Ergo & ille latro quamuis ex latrocinio ductus
sit ad iudicem, & à iudice in crucem, tamen in ipsa cru-
ce iustificatus est. Corde credidit, ore confessus est.
Neque enim iniusto & non iam iustificato diceret Do-
minus, Hodie mecum eris in paradiso: & tamen ossa Luc. 23. f.
eius confracta sunt. Nam quando ventum est, vt cor-
pora deponerentur causa imminentis sabbati, inuentus
est Dominus iam exanimis, & non sunt ossa eius com-
minuta. Illi autem qui viuebant, vt deponerentur, cō- Ioan. 19. f.
fracta eis sunt crura, vt hoc dolore mortui possent sepe
liri. Nunquid vnius latronis qui perseuerauit impius in
cruce, confracta sunt ossa: & non etiam illius qui cor-
de credidit ad iustitiam, ore confessus est ad salutem?
Vbi est ergo hoc quod dictum est, Custodit Dominus Rom. 10. b. Psalm. 33.
omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur: nisi
quia ossa dicuntur in corpore Domini omnes iusti, fir-
mi, corde fortes, nullis persecutionib. & tentationibus
cedentes ad consentiendum mala? Et vnde possent
nullis tentationibus cedere, nisi cùm persecutores di-
xerint, Ecce ille Deus, ecce qualis Deus: veniat ille,
neget tibi. Ecce est hic nescio quis in monte magnus
sacerdos: fortè ideo pauper es quia non te adiuuat ille
Deus, supplica illi, & adiuuat. Fortè ideo ægrotas quia
illi non supplicas, supplica illi, & cōualesces. Fortè ideo
filios non habes, supplica illi, & habebis. Hic verò si in
corpore Domini de ossibus est, repellit omnes istas vo
ces, & dicet, Domine quis similis tibi? Da si vis dare, &
in hac vita quod quæro: si autem non vis, tu esto vi-
ta mea quem semper quæro. Hinc ad te quomodo li-
bera fronte exeam, si alium adorauero & te offendero?
Cras fortè moriturus sum, qua frōte te videbo? Magna
misericordia ipsius, & monuit vt bene viuamus: & diē
nobis nouissimum mortis nostræ abscondit, ne nobis
de futuro aliquid promittamus. Facio hodie, & viuo:
cras nō facio. Quid si te non inuenit cras? Dic ergo in-
ter ossa Christi, Domine quis similis tibi? Omnia ossa
mea dicent, Domine quis similis tibi? Eruens inopem
de manu fortioris eius, egenum & pauperem à diripiē-
tibus eum.) Hucusque Psalmus lectus est hodie, hucus-
que tractandus est: ne in fastidium veniant quæ dicta
sunt, dum volumus & alia dicere. Sufficiant ergo ho-
die hęc, Eruens inopem de manu fortioris eius. Quis e-
ruens nisi qui manu fortis est? Ille Dauid eruet inopem
de manu fortioris eius. Fortior enim fuerat diabolus
ad tenēdum te, quia ipse vicit cui consensisti. Sed quid
fecit manu fortis? Nemo intrat in domum fortis vt Matt. 12. c.
vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. Pote-
state sua sacratissima, magnificentissima alligauit dia-
bolum, effundendo frameam ad concludendum eum,
vt eruat inopem & egenum cui nō erat adiutor. Quis
enim adiutor tibi, nisi Dominus cui dicis, Domine
adiutor meus & redemptor meus? Si de tuis viribus
præsumere volueris, inde cades vnde præsumpseris. Si
de alterius, dominari vult: non subuenire. Ille ergo
vnus quærendus est, qui & redemit & liberos fecit: &
sanguinem suum vt eos emeret dedit, & seruos suos
fratres fecit.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

AD reliqua Psalmi intendamus animum, Domi-
númque & Deum nostrum, & de sanitate intelli-
gendi, & de fructu bene agendi deprecemur. Quousq;
hesterno die disputatũ sit, credo meminisse charitatem
vestram, ex ipso loco hodie sumamus exordium. Intel-
ligimus enim hic vocem Christi, vocẽ scilicet capitis
& corporis Christi. Christum cum audis, noli spõsum
à sponsa separare, & intelligẽ magnum illud sacramen-
Gene.2.d. tum, Erunt duo in carne vna. Si duo in carne vna, qua-
re nõ & in voce vna? Non enim tentationes caput hic
Ephes.5.g. pertulit, & corpus non perfert. Aut verò fuit causa pa-
tiendi capiti, nisi vt corpori præberet exemplum? Do-
minus enim voluntate passus est, nos necessitate. Ille
miseratione, nos conditione. Proinde illius voluntaria
passiõ, nostra est necessaria consolatio: vt quando talia
fortè perpetimur, intueamur caput nostrũ, vt eius exẽ-
plo cõmoniti dicamus nobis, Si ille, quid nos? Et quẽ-
Matt.27.g. admodum ille, ita & nos. Quantumlibet enim sæuierit
inimicus, vsq; ad mortem corporis accedere potuit: ꝙ
corpus nec ipsum extinguere potuit in Domino, quia
tertio die resurrexit. Quod in illo factum est die tertio,
hoc in nostro in fine seculi. Spes resurrectionis nostræ
differtur, nunquid aufertur? Cognoscamus hic ergo
voces Christi charissimi, & separemus eas à vocibus
impiorum. Voces sunt enim corporis persecutionẽ an-
gustiasq; & tẽtationes in hoc seculo patiẽtis. Sed quo-
niã multi hic patiunt᷑, & pro peccatis & pro sceleribus
suis: magna vigilantia discernenda est causa, nõ pœna.
Sceleratus enim potest habere martyris similẽ pœnã,
Luc.23.f. sed tamen dissimilem causam. Tres erant in cruce, vnꝰ
saluator, alter saluandus, alius damnandus: omniũ par
pœna, sed impar causa. Dicat ergo caput nostrũ: Insur-
gentes testes iniqui, quæ ignorabã interrogabant me.)
Nos autem dicamus capiti nostro, Domine quid igno-
al. interrogantium. rabas? Itáne tu aliquid ignorabas? Nónne & † in te in-
surgentium corda noueras? Nónne eorum dolos antè
prospexeras? Nónne in eorũ manus te sciens dederas?
Nónne vt ab eis patereris veneras? Quid ergo ignora-
bas? Ignorabat peccatum. Et hoc peccatũ ignorabat,
non quasi non iudicando, sed nõ cõmittendo. Sũt hu-
iusmodi locutiones etiã quotidianæ, cùm dicis de ali-
quo, Nõ nouit stare, hoc est, quia nõ stat. Et non nouit
benefacere, quia nõ benefacit. Non nouit malefacere,
quia nõ malefacit. Quod alienum est ab opere, alienũ
est à cõscientia. Quod alienũ est à conscientia, alienum
videtur & à sciẽtia. Ita dicitur Deus nescire, quomodo
ars nõ nouit vitia: & tamen per artem cognita diiudi-
cãtur. Hoc ergo nobis caput nostrum interrogantibus
ex ipsius Euãgelij sui veritate respondet, cũ dixerimus,
Domine quid ignorabas? Quid tu potuisti interrogari
ꝙ nesciebas? Respõdet: Iniquitates ignorabam, de ini-
quitatibus interrogabar. Habes in Euangelio, si nõ me
credis ignorare iniquitates, quia & ipsos iniquos igno-
ro: quib. in fine dicturus sum, Non noui vos, recedite à
Matth.7.d. me qui operamini iniquitatẽ. Nũquid nõ nouerat quos
al. Aut potest iustè damnare nisi bonus cognitor? dãnabat? † Aut potest iustè dãnari nisi qui malus cogno
scitur? Et tamẽ bonus cognitor nõ est mẽtitus, dicen-
do, Non noui vos: id est, nõ coaptamini corpori meo,
nõ hæretis regulis meis. Vitiis hæsistis: ego autẽ ars ipsa
sum quæ nõ habet vitiũ, & in qua quisq; nõ discit, nisi
non facere vitium. Insurgentes testes iniqui, quæ igno-
rabam interrogabant me. Quid sic ignorabat Christꝰ,
quàm blasphemare? Hinc interrogabatur à persecuto-
Matth.26.f rib. & quia verũ dixit, blasphemasse iudicatus est. Sed
à quibus? De quib. sequitur, Retribuebant mihi mala
pro bonis, & sterilitatem animæ meæ.) Ego attuli fœ-
cunditatem, ipsi retribuebant sterilitatem. Ego vitam,
ipsi mortẽ. Ego honorem, ipsi contumelias. Ego medi-
cinã, ipsi vulnera, & in his omnib. quæ retribuebãt vti-
A que sterilitas erat. Hanc sterilitatẽ in arbore maledixit,
vbi fructum cũ quæreret nõ inuenit. Folia erãt, & fru-
ctus nõ erant. Verba erant, & facta non erant. Vide in Matth.21.b
verbis numerositatem, & in factis sterilitatem. Qui p̃-
dicas nõ furandũ, furaris, qui dicis non adulterandum, Rom.2.c.
adulteras. Tales erant, qui Christum quæ ignorabat in-
terrogabant. Ego autẽ cùm mihi molesti essent, induc-
bam me cilicio.) Docemur quidẽ fratres, quia pertine-
mus ad corpus Christi, quia sumus membra Christi: & 1.Cor.12.b
admonemur in omni tribulatione nostra, nõ cogitare
queẽadmodum respondeamus inimicis, sed quemad-
modũ orãdo Deum propitiemus, & maxime ne tenta-
tione vincamur. Deinde, vt etiã illi qui nos persequũ-
tur, ad sanitatẽ iustitiæ cõuertant᷑. Nullũ maius, nullum
melius negotium est in tribulatione, quàm recedere ab
B eo strepitu qui foris est: & ire in interiora mẽtis secreta
ria, ibi Deũ inuocare, vbi nemo videt gementẽ & sub- Matth.6.a
uenientẽ. Illius cubiculi aduersus omnem extrinsecus
illatam molestiam ostiũ claudere, humiliare seipsum in
confessione peccati, magnificare & laudare Deum, &
corripientem & † consulentẽ. Prorsus hoc omnimodo al. consolantem.
tenendum est. Verũtamen in corpore hoc dixerimus,
id est, in nobis. In Domino autem nostro Iesu Christo
quid tale agnoscimus? Euãgelio perspecto, & diligen-
tissimè p̃scrutato non inuenimus Dominum in aliqua
passione & tribulatione sua induisse se cilicio. Ieiunas-
se quidẽ eũ legimus postea quã baptizatus est. Ciliciũ
ibi nullum audiuimus, nullum legimus. Ieiunasse autẽ
nõdũ Iudæis persequentib. sed diabolo tentante. Non
eo t̃pe dico ieiunasse Dominum, quãdo eũ interroga-
bãt quæ ignorabat, & quãdo retribuebãt mala pro bo- Matth.4.a
nis, insectando, persequendo, tenẽdo, flagellando, vul- Matt.26.b c.& 27.c.f.
C nerando, occidendo. Sed tamẽ in his omnib. fratres, si
aliquantulũ pia curiositate leuemus velũ, & interiora
huius scripturæ, oculo cordis intento rimemur, inue-
nimus & hoc fecisse Dominũ. Ciliciũ fortasse appellat
carnis suę mortalitatẽ. Quare ciliciũ? Propter similitu-
dinẽ carnis peccati. Apostolus enim dicit, Misit Deus Rom.8.a
filiũ suũ in similitudinem carnis peccati, vt de peccato
dãnaret peccatũ ĩ carne: hoc est, filiũ suũ induit cilicio,
vt de cilicio dãnaret hædos. Nõ quia peccatũ erat, nõ
dico in verbo Dei, sed nec in ipsa quidem dico anima
sancta & mente hominis, quem sibi ad vnitatem perso-
næ verbũ Dei & sapientia coaptauerat, sed nec in ipso
corpore peccatum vllũ erat: sed similitudo carnis pec-
cati erat in Domino, quia mors non est nisi de peccato, Rom.5.a
& vtiq. corpꝰ illud mortale erat. Nã nisi mortale esset,
nõ moreretur: si nõ morerer᷑, nõ resurgeret: si nõ resur-
geret, exemplum vitæ æternæ nobis non demõstraret.
D Ergo sic dicitur mors peccatũ, quæ facta est peccato:
quomodo d᷑ lingua Græca, lingua Latina, non ipsum
mẽbrũ carnis, sed ꝙ fit per mẽbrũ carnis. Nam lingua
in mẽbris nostris vnũ est de cæteris, sicut oculi, nasus,
aures, & cætera. Lingua autẽ Græca, verba Gręca sunt,
nõ quia verba lingua, sed quia verba per linguã. Dicis
de aliquo, agnoui faciẽ ipsius, de mẽbro corporis lo-
queris. Et dicis etiam, agnoui manũ ipsius absentis: nõ
manũ in corpore, sed scripturã quæ facta est per manũ
quę erat in corpore. Sic ergo peccatum Domini, quod
factũ est de peccato: quia inde carnẽ assumpsit, de mas-
sa ipsa quæ mortẽ meruerat ex peccato. Etenim vt ce-
lerius dicam, Maria ex Adam mortua propter pecca-
tum, Adam mortuus propter peccatũ: & caro Domi-
ni ex Maria mortua est propter delenda peccata. Hoc
cilicio se induit Dominus: & ideo nõ est agnitus, quia
sub cilicio latebat. Cùm mihi, inquit, molesti essent,
in-

induebam me cilicio: id est, illi sæuiebãt, ego latebam.
Si enim latere nollet, nec mori posset, quandoquidem
vno temporis puncto stillam quandam potestatis suæ,
si vera stilla dicenda est, exeruit: quãdo eum tenere vo-
luerunt, & ad vnã eius interrogationem, quẽ quæritis,
Ioan.18.a. redierunt omnes retro & ceciderunt. Tantã potestatẽ
in passione non humiliaret, nisi sub cilicio lateret. Ergo
induebã me cilicio. Et humiliabam in ieiunio animam
meam.) Iterum si intelleximus cilicium, quomodo in-
telligimus ieiuniũ? Manducare volebat Christus, quã-
Matth.21.b do poma quærebat in arbore: & si inueniret mandu-
caret. Bibere volebat Christus, quando dixit mulieri
Samaritanæ, Da mihi bibere, Dixit ĩ cruce, sitio. Quid
Ioan.4.b. esuriuit, quid sitiuit Christus, nisi bona opera nostra? In
Ioan.19.c. illis enim crucifigẽtibus & persequentibus, quia nulla
bona opera inuenerat, ieiunabat: tribuebant enim ste-
Luc.23.f. rilitatẽ animæ ipsius. Nã quale ieiunium ipsius fuit, qui
vix inuenit vnum latronẽ quẽ in cruce gustaret? Apo-
Ioan.13.d. stoli enim fugerant, & se in turba absconderant. Et ille
Matt.26.g. Petrus qui se vsque ad mortẽ Domini perseueraturum
esse promiserat, iam ter negauerat, iam fleuerat, & ad-
huc in turba latebat, adhuc timebat ne agnosceretur.
Postremò illo viso mortuo, omnes de salute ipsa despe
rauerunt: quos desperantes inuenit post resurrectionẽ,
& locutus cum eis inuenit eos dolentes & lugentes, ni-
hil iam sperantes. Nam & ita sunt quidam eorum cum
eo locuti cùm diceret, quid loquimini inter vos? Illi cũ
de illo loquebantur, Tu solus, inquiunt, peregrinus es
Luc.24.c. in Hierusalem, & non cognouisti quæ fecerunt sacer-
dotes & principes nostri de Iesu Nazareno, qui erat po-
tens in factis & dictis, quomodo eum crucifixerunt &
occiderũt? Nos autem sperabamus, quia ipse erat redẽ-
pturus Israël. In magno ieiunio Dominus remanserat,
nisi reficeret quos voraret. Nã refecit eos, cõsolatus est
eos, cõfirmauit eos, & in corpus suũ conuertit eos. Fuit
ergo & hoc modo ĩ ieiunio Dominus noster Et oratio
mea, inquit, in sinum meũ cõuertetur.) In hoc planè
versu magnus sinus est, & pręstet Dominus vt penetra-
bilis non fiat. In sinu enim secretum agnoscitur. Et qui
dem fratres & nos orare sic bene admonemur in sinu
Matth.6.a nostro, vbi Deus videt, vbi Deus audit: quò nullus ocu
lus humanus penetrat, quò nõ videt nisi qui subuenit.
Daniel.13.c Vbi orauit Susanna, & cùm eius vox ab hominibus nõ
audiretur, à Deo tamẽ audita est. Et hoc bene admone
mur: sed in Domino nostro aliquid plus debemus in-
telligere, quia & ipse orauit. Et quidem cilicium eius
nõ agnoscimus in Euangelio secundum literam. Nec
ieiunium eius tempore passionis secundum literã: atq;
ea exposuimus, in allegoria & similitudine dicta, vt po-
Psalm.21. tuimus. Orationẽ verò eius & de cruce audiuimus, Deꝰ
Matt.27.f. meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Sed & ibi
al. eramus. nos † oramus. Quãdo enim cũ dereliquit pater à quo
Matt.14.c. nunquã discessit? Legimus etiam in monte orasse solũ
Luc.6.b. Iesum, legimus pernoctasse in oratione, etiam sub tem
pus ipsius passionis. In sinum ergo meũ cõuertetur ora-
tio mea. Nescio quid melius intelligã de Domino: inte
rim nunc quod occurrit (fortè melius aliquid postea
occurret, vel mihi vel cuiquã meliori) in sinum meum
conuertetur oratio mea, hoc intelligo dictum, quia in
2.Cor.5.d. sinu suo habebat patrẽ. Deus enim erat in Christo mũ-
dum reconcilians sibi, in se habebat quem deprecaret᷑:
non erat ab illo lõgè, quia ipse dixerat, Ego in patre, &
Ioan.14.b. pater in me est. Sed quia oratio ad ipsum magis homi-
nem pertinet: secundũ enim quod verbum est Chri-
stus, non orat, sed exaudit, & nõ sibi subueniri quærit,
sed cum patre omnib. subuenit: quid est oratio mea in
sinum meum conuertetur, nisi, in meipso humanitas in
Rom.8.g. meipso interpellat diuinitatem? Sicut proximum, sicut
fratrem nostrum ita complacebã, Tanquam lugens &
A contristatus ita humiliabar.) Ad corpus suum respicit;
iam nos hic videamus. Quando gaudemus in oratio-
ne, quando mens nostra serenatur, non prosperitate se-
culi, sed luce veritatis. Qui sentit hanc lucem, nouit ꝙ
dico, & videt hic agnoscitq; quod dictũ est, Sicut pro-
ximum, sicut fratrem nostrum, ita complacebam. Sic Act.17.f.
enim anima placet Deo, nõ lõgè posita, In illo, inquit,
mouemur & sumus: quasi fratri, quasi propinquo, quasi
amico. Si autem non est talis, vt possit sic gaudere, sic
fugere, sic propinquare, sic adhærere, & videt longè se
inde, faciat quod sequitur. Tanquam lugens & contri-
status ita humiliabar. Vt fratrem nostrum ita compla-
cebam: propinquans dixit. Vt lugens & contristatus sic
humiliabar: remotus & longe positus dixit. Quid enim
luget, nisi quod desiderat & non habet? Et nonnunquam
in vno homine vtrumque contingit, vt aliquando pro-
pinquet & aliquando longe fiat: propinquat luce veri-
B tatis, lõge fit nubilo carnis. Neque enim fratres Deo qui
vbique est, & nullo cõtinetur loco, aut per loca propin
quamus, aut ab illo per loca remouemur. Propinquare
illi, est similem illi fieri: recedere ab illo, dissimilem illi
fieri. Nónne cũ vides duas res propè similes, dicis, pro-
pinquat hæc illi? Et quando tibi dissimilia demonstrã-
tur, quãuis vno loco & plerunque vna manu teneant᷑:
dicis, longè est hęc species ab illa? Ambas tenes, ambas
adiungis, & dicis, longè est hæc res ab illa: non vtique
loco, sed dissimilitudine. Si ergo vis appropinquare, si-
milis esto: si nõ vis esse similis, longinquabis. Sed cùm
similis es, gaude: & cũ dissimilis es, geme: vt gemitus
excitet desideriũ, imò desideriũ excitet gemitũ, & per
gemitũ propinques, qui cœperas longinquare. Nónne
Petrus propinquauit quãdo dixit, Tu es Christus filius Matt.16.a
Dei viui? Et rursũ idẽ ipse lõgè factus est dicẽdo, Domi
ne absit à te, non fiet istud. Denique tanquam pro-
ximus quid dixit propinquanti? Beatus es Simon
C Bariona. Tanquã longinquanti & dissimili quid dixit?
Redi retro satanas. Illi propinquanti, Nõ tibi reuelauit
caro & sanguis, inquit, sed pater meus qui in cælis est.
Illius lux te perfudit, illius luce fulges. Quãdo autẽ lõ-
gè factus contradixit passioni Dñi futuræ pro salute
nostra: Nõ sapis, inquit, quæ Dei sunt, sed quæ sunt ho-
minũ. Meritò ambas res ponens quidã in Psalmo ait: Psalm.30.b
Ego dixi in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorũ
tuorũ. In ecstasi nõ diceret, nisi propinquaret. Ecstasis
enĩ mẽtis excessus est. Effudit super se animã suam, &
propinquauit Deo: & per quandã nubẽ põdusq; carnis
rursus in terrã proiectus, recolens vbi fuisset, & videns
vbi esset dixit, Proiectus sum à facie oculorũ tuorum.
Ergo sicut proximũ sicut fratrẽ nostrũ ita cõplacebã,
præstet vt fiat in nobis. Quando autem non fit, vel hoc
fiat: tanquã lugens & cõtristatus ita humiliabar. Et ad-
uersus me lætati sunt & conuenerunt in vnũ.) Illi læti,
D ego tristis. Sed modò audiuimus in Euangelio: Beati Matth.5.a.
qui lugent, miseri qui rident. Aduersus me lætati sunt
& cõuenerunt. Cõgregata sunt in me flagella, & igno-
rauerũt.) Quoniam quæ ignorabam interrogabãt me,
& ipsi ignorauerunt quem interrogarent. Tentauerũt
me & subsannauerunt me subsannatione.) Id est, irri- Matt.27.d
serunt me, insultauerunt mihi: hoc capiti, hoc corpori.
Attendite fratres ad gloriam Ecclesiæ quæ nunc est;
respicite opprobria eius præterita, respicite aliquando
vndique fugatos esse Christianos, & vbicunque inuẽ-
tos, illusos, cæsos, occisos, bestiis obiectos, incensos, lę-
tatos homines aduersus illos. Quod capiti, hoc & cor-
pori. Sicut enim Domino in cruce, sic corpori ipsius in
omni illa quæ iam facta est persecutione: nec desinunt
etiam nunc persecutiones ipsorum. Vbicunque inue-

nerint Christianum, solent insultare, exagitare, irridere: vocare heberem, insulsum, nullius cordis, nullius peritiæ. Quicquid volũt faciãt, Christus in cælo est: quicquid volunt faciant, honorauit ille pœnã suã, iã crucẽ suam in omnium frontib. fixit: impius insultare permittitur, sæuire non permittitur, sed tamẽ ex eo quod lingua promit, intelligitur quid gestet in corde. Striderũt in me dentib. suis. Domine quando respicies, restitue animam meam ab astutiis eorum, à leonib. vnicã meã.) Nobis enim tardum est, & ex persona nostra hoc dictũ est, quando respicies: id est, quando videbimus vindictã de his qui nobis insultãt, quando illam viduam iudex tædio victus exauditurus est. Veruntamen iudex noster non tædio, sed amore differt salutem nostram, ratione non inopia, non quia non potest & modò subuenire, sed vt numerus omnium nostrũ vsque in finem possit impleri. Et tamẽ non ex desiderio quid dicim⁹? Dñe quando respicies, restitue animã meam ab astutiis eorum, à leonibus vnicã meam: id est, Ecclesiam meã à sæuientib. potestatibus. Deniq; vis nosse quid sit illa vnica? Lege sequentia. Confitebor tibi Domine in Ecclesia multa, in populo graui laudabo te.) Planè in Ecclesia multa cõfitebor tibi, in populo graui laudabo te. Fit enim confessio in omni multitudine, sed non in omnibus Deus laudatur. Tota multitudo audit cõfessionem nostrã, sed non in omni multitudine laus Dei est. In ista enim omni multitudine, id est, in Ecclesia, q̃ toto orbe terrarum diffusa est, palea est & frumentum. Palea volat, frumentũ manet, ideo in populo graui laudabo te. In graui populo quẽ ventus tentationis non aufert, in his Deus laudatur. Nã in palea blasphematur semper. Quando palea nostra attẽditur, quid dicitur? Ecce quomodo viuunt Christiani, ecce quid faciunt Christiani. Et fit q̃ scriptum est, Quoniã nomen meum per vos blasphematur in gentibus. Inique, inuide, areã inspicis, qui totus in palea es, non tibi facilè grana occurrunt: quære & inuenies populũ grauem, in quo Dominum laudes. Vis inuenire? Esto talis. Nam si non fueris talis, difficile est vt non omnes tales tibi videantur qualis es. Et cõparantes ait Apostolus semetipsos sibimetipsis, non intelligunt. In populo graui laudabo te. Non insultent mihi qui aduersantur mihi iniquè.) Insultant enim mihi de palea mea. Qui oderunt me gratis.) Hoc est quibus nihil nocui. Et annuentes oculis) Hoc est, hypocritæ simulati. Quoniam mihi quidẽ pacificè loquebãtur.) Quid est annuentes oculis? Pronũciantes vultu quod in corde non gestant. Et annuentes oculis qui sunt? Quoniã mihi quidem pacificè loquebantur. Et super iram dolosè cogitabant. Et dilatauerunt in me os suum.) Primo annuentes oculis, leones illi quærẽtes rapere & deuorare, primò blandientes pacifica loquebantur, & super iram dolose cogitabant. Quæ pacifica loquebantur? Magister, scimus quia nullius personã accipis, & in veritate viam Dei doces, Licet dare tributum Cæsari, an non licet? Mihi quidem pacifica loquebantur. Quid ergo? Eos tu non agnoscebas, & fallebant te oculis annuentes? Imò agnoscebat: ideo ait, Quid me tentatis hypocritæ? Postea dilatauerũt in me os suũ, clamãtes, crucifige crucifige. Dixerũt euge euge viderunt oculi nostri.) Hoc iã insultãdo euge euge, Prophetiza nobis Christe. Quomodo simulata erat pax ipsorum, quãdo tentabant de numo, sic iam insultatoria laus eorũ. Dixerunt euge euge viderunt oculi nostri, id est, facta tua, mirabilia tua: hic est Christus, Si ipse est Christus, descẽdat de cruce, & credimus ei. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. Viderũt oculi nostri.) Hoc est totũ quòd se iactabat, q̃ se filiũ Dei dicebat. Dominus autẽ patiens hęrebat in cruce: non potentiã perdiderat, sed patientiam demõstrabat. Quid enim illi erat magnum de cruce descẽdere, qui potuit postea de sepulchro resurgere? Sed cessisse videretur insultantibus. Et hoc oportebat, vt resurgens suis se ostenderet, & nõ illis, in magno sacramẽto: quia resurrectio ipsius vitam nouam significabat, vita autẽ noua amicis nota est, nõ inimicis. Vidisti Domine ne sileas.) Quid est ne sileas? Iudica. De iudicio etenim dicitur quodã loco: Tacui, nunquid semper tacebo? Et de dilatione iudicij dicitur peccatori, Hæc fecisti & tacui: suspicatus es iniquitatem, quòd ero tibi similis. Quomodo tacet qui loquitur per Prophetas, qui loquitur ore suo in Euangelio, qui loquitur per Euãgelistas, qui loquitur per nos q̃ verũ dicimus? Quid ergo silet? A iudicio, nõ à præcepto, nõ à doctrina. Hoc autẽ iudiciũ ipsius vocat quodãmodo Propheta & prędicit, Vidisti Domine ne tacueris: id est, quia nõ silebis, quia necesse est vt iudices. Domine ne discedas à me.) Donec veniat iudiciũ ne discedas à me, sicut promisisti: Ecce ego vobiscũ sum vsq; in consummationẽ seculi. Exurge Domine, & intende iudicio meo.) Cui iudicio? Quia tribulatus es, quia laborib. & dolorib. cruciatus es. Nõne ista ẽt multi mali patiũtur? Cui iudicio? Ideo iustus, quia ista pateris? Non. Sed quid? Iudicio meo. Quomodo: Sequitur. Intende iudicio meo, Deus meus & Dominus meus in causam meam. Nõ in pœnam meã, sed in causam meã. Non in id quod mecũ habet latro cõmune, sed in illud quod beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã. Hæc enim causa discreta est. Nam pœna similis est bonis & malis. Itaq; martyres non facit pœna, sed causa. Nã si pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent: oẽs catenæ martyres traherent, oẽs qui gladio feriuntur, coronarentur. Ergo discernatur causa. Nemo dicat, quia patior iustus sum: quia ipse qui primo passus est, ideo magnã exceptionem addidit, Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Nam multi habẽtes bonã causam, faciũt persecutionẽ: & habentes malã causam patiunt persecutionem. Si enim psecutio non posset fieri bene: non diceretur in Psalmo, Detrahentẽ proximo suo occultè, hunc persequebar. Deinde fratres, pater bonus & iustus nónne persequitur filiũ luxuriosum? Persequitur vitia eius, non ipsum: non quod genuit, sed quod ille addidit. Medicus nempe qui ad salutem adhibetur, nõne ferro plerunq; armatur? Sed contra vulnus, non contra hominem. Secat vt sanet: & tamen cùm secat ægrotum, dolet ille, clamat, resistit, & si fortè febre mentem perdiderit, etiã medicũ cædit: nec tamen ille desistit à salute ægrotantis, quod nouit facit, illũ maledicentem, conuiciantem non curat. Nónne excitantur cunẽti lethargici ne somno graui premantur in mortẽ? Et hoc patiunt à filiis suis quos charissimos genuerunt. Et non est charus filius, nisi fuerit dormienti patri molestus. Lethargici excitantur, phrenetici ligantur: sed tamen vtriq; amantur. Nemo ergo dicat, persecutionẽ patior: nõ ventilet pœnã, sed probet causam: ne si causam non probauerit, numeretur cum iniquis. Ideo quã vigilanter, quam optimè hic commendauit, Domine intende iudicio meo, nõ pœnis meis: Deus meus & Dominus meus in causam meam. Iudica me Domine secundum iustitiam meam.) Hoc est, in causam meam. Non secũdum pœnam meam, sed secundum iustitiam meam. Domine Deus meus, id est, secundum hoc me iudica. Et non insultent in me inimici mei. Non dicant in corde suo euge euge animæ nostræ.) Id est, fecimus, quod potuimus, occidimus, abstulimus, non dicãt, ostẽde quia nihil fecerunt. Non dicant, absorbuimus eum.) Vnde illi martyres dicunt, Nisi quia Dominus erat in nobis,

Luc. 18.a. Matth. 3.d Rom. 1. d. 2.Cor. 10.d Matt. 22.b. Matt. 26.g. Matth. 27.c Matth. 9.b. Esaiæ 42.c. Psal. 49. Matt. 28.d. Matth. 5.a. Matth. 5.a. Psalm. 100 Psalm. 12.

nobis, fortasse viuos absorbuissent nos. Quid est absorbuissent nos? In corpus suũ traiecissent nos. Hoc enim absorbes, quod in corpus tuũ traiicis. Vult te mundus absorbere: tu absorbe mundũ, & traiice illũ in corpus tuum, macta & manduca. Quod Petro dictũ est, Macta & manduca: occide in eis quod sunt, fac eos q̃ tu es. Illi autẽ cõtra si tibi persuaserint impietatẽ, absorberis ab eis. Non quãdo persequuntur te ab his absorberis, sed quando tibi persuadent q̃ sunt. Nec dicant absorbuimus eum. Tu absorbe corpus Paganorum. Quare corpus Paganorũ? Vult te absorbere, fac illi quod vult tibi facere. Ideò fortasse vitulus ille cõminutus in aquam missus, & potũ datus est, vt absorberetur ab Israël corpus impiorũ. Erubescant & reuereãtur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione & verecundia.) Vt nos illos absorbeamus erubescentes & confusos. Qui maligna loquuntur aduersum me.) Illi erubescãt, illi cõfũdãtur. Quid tu iã caput cũ mẽbris? Exultẽt & lætentur qui volunt iustitiã meã.) Qui hæserint corpori meo. Et dicant semp magnificetur Dominus qui volunt pacẽ serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuã, tota die laudẽ tuã.) Et cuius lingua durat meditari tota die laudem Dei? Ecce modò paulo longior sermo factus est, fatigamini. Tota die Deum laudare quis durat? Suggero remedium, vnde tota die laudes Deũ, si vis. Quicquid egeris bene age, & laudasti Deũ. Quando cãtas hymnum, laudas Deũ. Lingua tua quid agit, nisi † laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cãtando, discedis vt reficiaris: noli inebriari, & laudasti Deum. Discedis vt dormias. Noli surgere ad malefaciendũ, & laudasti Deum. Negotia agis: noli fraudem facere, & laudasti Deum. Agrum colis, noli litẽ mouere, & laudasti Deũ. In innocentia operum tuorum præpara te ad laudandum Deum tota die.

Act. 10.b. al. laudem.

IN PSALMVM XXXV. ENARRATIO.

INTENDAT charitas vestra paululum textum & mysteria Psalmi huius, & percurram⁹ eũ, quia ĩ multis locis apertus est. Vbi autẽ obscuritatis necessitas nos immorari coëgerit, tolerabitis fructu discẽdi. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, nõ ẽ timor Dei aũ oculos eius.) Nõ vnũ hominẽ, sed genus hominũ iniquorũ dicit, qui sibi aduersãtur, nõ intelligẽdo vt bene viuãt: nõ quia nõ possunt, sed quia nolũt. Aliud est enim quãdo quisq. conatur aliquid intelligere, & per infirmitatẽ carnis nõ potest, sicut dicit quodam loco scriptura: Quia corpus q̃ corrũpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Aliud aũt q̃ perniciosius agit aduersum seipsum cor humanũ, vt quod possit intelligere, si bona volũtas accederet, nõ intelligat: nõ quia difficile est, sed quia voluntas aduersa est. Hoc aũt fit dũ amant peccata sua, & oderũt p̃cepta Dei. Sermo enim Dei aduersarius tuus est, si tu amicus sis iniquitatis tuæ. Si aũt tu aduersarius sis iniquitatis tuæ: sermo Dei amicus tuus est, & aduersarius iniquitatis tuæ. Si ergo odisti iniquitatẽ tuam, iũgis te sermoni Dei: & eritis duo aduersus illam perimẽdam, tu & sermo Dei. Tu enim per te ex virib. tuis nihil potes: adiuuat te ille qui tibi sermonẽ misit, & vincit iniquitas. Si tu illam odisti: & Deus dimisit, & eris liber. Si autẽ ipsam diligas: cõtrariũ ẽ tibi intelligere quicquid cõtra illam dicitur. Fac hominem quærere quomodo sit æqualis filius patri, credidit, quærit intelligere, nondum potest. Magna enim res est, & vires maiores desiderat vt possit capi: & est initium fidei quod custodit animam donec roboretur. Lacte nutritur vt perueniat ad habitudinem & firmitatem cibi solidioris, vt possit intelligere, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Antequam hoc possit, nutritur in fide: & conatur intelligere, vt intelligat quãtum Deus dederit. Nũquid & hoc cum conatu intelligit? Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: vt quia non vis pati iniquitatem, non facias iniquitatem, quia non vis pati dolum & insidias, nõ insidieris alteri. Hoc autem cùm non vis intelligere, voluntati tuę tribuitur. Ideo dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Proposuit delinquere. Sed nũquid qui proponit delinquere, publicè hoc dicit, & non in semetipso? Quare in semetipso? Quia homo illum non videt. Quid ergo, quia homo nõ videt? In ipso corde, vbi sibi dicit vt delinquat, Deus ibi non videt? Videt ibi Deus. Sed quid sequitur? Nõ est timor Dei ante oculos eius. Ante oculos timor hominũ est. Nõ audet enim publicè profiteri iniquitatẽ: ne vel reprehẽdatur, vel dãnetur ab hominib. Discedit aũt à cõspectu hominũ. Quò? Ad semetipsum ducit se intrò, & nemo illũ videt: vbi meditatur dolos & insidias & delicta, nemo videt. Posset nec ibi apud se meditari, si cogitaret quia Deus illum videt: sed quia non est timor Dei ante oculos eius, cũ discesserit à conspectu hominũ ad cor suũ, ibi quẽ timeat? Nunquid nõ ibi est præsens Deus? Sed nõ est timor Dei in conspectu eius. Meditatur ergo dolos, & sequitur: Fortè latet illũ, quia Deus ibi videt: & iã ostendit quod dicere cœperam. Latet illũ, sed volentẽ: quia cõtra se fecit nolens intelligere. Quoniã dolosè egit in cõspectu eius.) In cuius cõspectu? Cuius timor nõ est ante oculos eius qui dolosè egit. Vt inueniret iniquitatẽ suã & odisset.) Iste sic egit vt nõ inueniret: Sunt enim homines qui quasi conant quærere iniquitatẽ suã, & timent illã inuenire: quia si illã inuenerint, dicitur illis: Recedite ab illa. Hęc fecisti antequam scires, iniquitatem fecisti cùm esses in ignorantia. Dat Deus veniã, modò cognouisti eam, dimitte illã vt possit facilè ignorantiæ tuæ venia dari: vt libera fronte dicas Deo, Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris. Hac illam quærit, hac timet ne inueniat illã: dolosè enim quærit. Nõ sciebã quia peccatũ est, quãdo dicit homo? Cũ viderit, quia peccatum est, & destiterit facere ipsum peccatũ: quod ideo faciebat, quia ignorabat. Verè sic voluit nosse iniquitatem, vt inueniret & odisset. Nũc autẽ multi dolosè agũt, vt inueniant iniquitatẽ suã: id est, nõ ex animo agũt inuenire & odisse. Sed quia in ipsa inquisitione dolus est, in inuentione defensio iniquitatis erit. Cùm enim inuenerit iniquitatẽ, ecce iã manifestũ est illi, quia iniquitas ẽ: noli illã facere iniquis. Et ille qui dolosè agebat vt inueniret, iã inuenit, & nõ odit. Quid enim dicit? Quã multi hoc faciũt, & quis hoc nõ facit? Et nunquid oẽs perditurus est Deus? Aut certè hoc dicit: Si nollet Deus illa fieri, viuerent homines qui ista cõmittunt? Vides quia dolosè agebas ad inueniendã iniquitatẽ tuã? Nã si non dolosè, sed synceriter ageres, iam inuenisses & odisses: modò inuenisti & defendis. Dolosè ergo agebas, cùm quæreres. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere, vt bene ageret.) Videtis quia voluntati illud tribuit, quia sunt homines qui volunt intelligere, & nõ possunt. Sunt autẽ homines qui nolũt intelligere, ideo nõ intelligũt. Noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo.) Quid dixit in cubili suo? Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Quod dixit superius in semetipso, hoc hic dixit in cubili suo. Cubile nostrũ est cor nostrũ: ibi tumultũ patimur malæ conscientiæ, & ibi requiescimus, quando bona cõscientia est. Qui amat cubile cordis sui, aliquid boni ibi agat. Ibi est cubile, vbi nos Dominus Iesus Christus iubet orare, Intra in cubiculum tuum, & claude ostium tuũ. Quid est, claude ostiũ tuũ? Noli talia expectare de Deo, quæ foris secus sunt, sed ea quæ intrinse-

Sap. 9.c. Exod. 32.b. a. Ioan. 1.a. Tob. 4.c. Psal. 35. Psal. 24. Matth. 6.a.

cus ſunt. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Quis eſt qui non claudit oſtiũ qui talia petit à Deo pro magno, & ibi cõſtituit omnes preces ſuas, vt accipiat ea, quæ ſunt huius ſeculi bona. Patet oſtium tuum, turba videt cũ oras. Quid eſt claudere oſtiũ tuũ? Vt hoc petas à Deo, quod ſolus Deus nouit quomodo tibi det.
Eſa. 64. b. Quid eſt hoc propter quod claudis oſtiũ, & petis? Quod
1. Cor. 2. c. oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit. Et fortè nõ aſcẽdit in ipſum cubile tuũ, id eſt, in cor tuũ. Sed Deus nouit quid tibi daturus eſt. Quãdo aũt erit? Quãdo reuelabit Dominus, quãdo apparebit iudex. Quid enim manifeſtius quã quod dicturus
Matt. 25. c. eſt ad dexterã poſitis? Venite benedicti patris mei, ꝓcipite regnũ quod vobis paratum eſt ab origine mundi.
Sap. 5. a. Audiẽt hęc illi qui ad ſiniſtrã erunt, & gemẽt infructuoſa pœnitẽtia: quia cũ ita viuerẽt, cã fructuosè noluerũt agere. Quomodo gemẽt? Quia nõ eſt illis locus correctionis. Audiẽt aũt & ipſi, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus
Matt 25. d. eſt diabolo & angelis eius. Iſte eſt auditus malus. Nam iuſti ad auditum bonũ gaudebunt. Sic enim ſcriptũ eſt:
Pſalm. 111. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditu malo nõ timebit. A quo auditu malo? Quẽ audituri ſunt illi, Ite ĩ ignẽ
Epheſ. 3. d. æternũ. Deus enim qui poteſt ſuprà quã petimus, aut intelligimus facere, occultũ gemitũ noſtrũ quærit: vt in cõſpectu eius placeamus, & nõ nos quaſi de iuſtitia noſtra ante homines iactemus. Qui enim de iuſtitia ſua placere vult hominib. nõ eo fine vt homines qui eũ vidẽt Deũ laudẽt, ſed ea intẽtione vt ipſe laudet, non claudit oſtiũ cõtra ſtrepitũ: quia patet oſtiũ ĩ illo ſtrepitu, & nõ
Matth. 6. a. audit Deus quomodo audire vult. In cubili ergo cor noſtrum laboremus mundare, vbi poſſit nobis bene eſſe. Nouit charitas veſtra quã multa multi patiunt in publico, in foro, in iurgiis, in cõtentionibus & moleſtiis negotiorũ. Quomodo quiſq; fatigatus negotiis foris, currit ad domũ ſuã vt ibi requieſcat, & dat operã citò finiri negotia quæ foris ſunt, & tollere ſe ad requiẽ in domũ ſuã? Ideo enim vnuſquiſq; domũ ſuã habet, quia ibi C
requieſcit. Si verò & ibi moleſtias patiatur, vbi poteſt requieſcere? Quid ergo bonũ eſt? Vt vel in domo ſua requiẽ habeat. Si autẽ patitur foris inimicos, intus fortè malã vxorẽ: procedit in publicũ. Cũ vult requieſcere ab his quæ foris ſunt, intrat in domũ: quãdo verò nec ibi requieſcit, nec foris requieſcit, vbi erit requies? Saltẽ in cubili cordis, vt tollas te ad interiora cõſcientiæ tuæ. Si ibi inueniſti fortè cõiugẽ, quę tibi nõ faciat amaritudinem, ſapientiã Dei: cũ ipſa cõiungere, quieſce intus in cubili tuo, nõ inde te eiiciat fumus malæ conſciẽtiæ. At ille vt meditaret dolos, illuc ſe tollebat, de quo loquitur iſta ſcriptura, vbi homines non vident: & talia ibi meditabatur, vt nec in ipſo corde requieſceret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Aſtitit omni viæ nõ bonæ.) Quid eſt, aſtitit? Perſeueranter peccauit. Vnde & de quodã pio & bono dicitur, Et in via peccato-
Pſal. 1. rũ nõ ſtetit. Quomodo ille nõ ſtetit, ſic iſte aſtitit. Malitiã autẽ nõ odio habuit.) D Ibi eſt finis, ibi fructus: ſi non poteſt non habere malitiam, vel oderit illã. Cùm enim odiſti illã, vix tibi ſurrepit vt aliquid mali facias. Eſt enim peccatũ in mortali corpore. Sed quid dicit Apo-
Rom. 6. b. ſtolus? Nõ regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, ad obedieẽdum deſideriis eius. Quãdo incipit nõ eſſe? Quã
1. Cor. 15. f. do cõplebit in nobis ꝓ ait, Cùm corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Antequã hoc fiat, eſt delectatio iniquitatis in corpore, ſed maior eſt delectatio voluptatis verbi, ſapiẽtiæ, ꝓcepti Dei. Vince peccatũ & voluptatẽ eius. Peccatũ & iniquitatẽ oderis, vt iungas te Deo qui tecũ illud
Rom. 7. d. oderit. Iã coniunctus mente legi Dei, mente ſerui legi Dei. Et ſi carne propterea ſeruis legi peccati, quia ſunt in te delectationes quædam carnales: tunc nullæ erunt A quando iã non pugnabis. Aliud eſt nõ pugnare, & eſſe in pace vera atque perpetua: aliud pugnare & vincere: aliud pugnare & vinci: aliud nec pugnare, ſed trahi. Sũt enim homines prorſus qui nõ pugnãt, qualis ẽ iſte de quo loquit. Cũ enim dicit, Malitiã non odio habuit: quomodo pugnat contra eã quam nõ odit? Iſte à malitia trahitur nec pugnat. Sunt aũt qui pugnare incipiũt: ſed quia de virib. ſuis præſumunt, vt oſtẽdat illis Deus, quia ipſe vincit, ſi ſe homo ſubiungit Deo, & pugnãtes vincũtur, & cùm quaſi cæperint tenere iuſtitiam, fiunt ſuperbi, & eliduntur. Iſti pugnant, ſed vincuntur. Quis eſt autem qui pugnat, & non vincitur? Qui dicit, Vi-
Rom. 7. d. deo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Vide repugnantem legi mentis ſuæ. Vide repugnantem, ſed non de viribus ſuis præſumit iſte, ideo victor erit. Quid enim ſequitur? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra B tia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrum. Præſumit de eo qui iuſſit vt pugnet & vincat hoſtẽ, adiutus ab adiuuante. Iſte autẽ malitiã non odio habuit. Domine, in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes.) Neſcio quã miſericordiã ipſius dicit, quę in cęlo eſt. Eſt
Pſalm. 32. enim miſericordia Domini & in terra. Habes ſcriptũ, Miſericordia Domini plena eſt terra. De qua ergo miſericordia loquitur cum dicit, Domine, in cælo miſericordia tua? Munera Dei partim temporalia ſunt atque terrena, partim ęterna & cæleſtia. Qui propter hoc colit Deũ, vt terrena iſta atq; temporalia accipiat, quæ omnib. præſto ſunt, quaſi adhuc vt pecus eſt, vtitur quidẽ miſericordia Dei, ſed non illa † quam expectaturus
al. quę excepta eſt. eſt, quæ nõ dabitur niſi ſolis iuſtis, ſanctis, bonis. Quæ ſunt munera quæ omnib. abundant? Qui ſolẽ ſuũ oriri
Matth. 5. g facit ſup bonos & malos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Quis nõ habet iſtã miſericordiam Dei? Primò vt ſic diſcernatur à pecorib. vt rationale ſit animal, quo poſſit Deũ intelligere: deinde frui iſta luce, iſto aëre, pluuia, fructibus, diuerſitate tẽporũ, ſolatiis terrenis, ſalute corporis, affectu amicorũ, ſalute domus ſuę. Omnia iſta bona ſunt, & Dei munera ſunt. Ne putetis fratres, quòd aliquis illa poterit dare, niſi vnus Deus. Quicunq. ergo non expectant iſta, niſi à Domino: multũ intereſt inter hos & eos qui illa quęrũt, aut à dęmonibus, aut à ſortilegis, aut à mathematicis. Iſti eũ duob. modis miſeri ſũt: quia & terrena ſola bona deſiderãt, & nõ ab eo petunt qui dat omnia bona. Qui verò iſta bona deſiderãt, & ĩ his bonis felices eſſe volunt, & iſta ſola petunt à Deo: hoc quidem meliores ſunt, quia à Deo petunt, ſed adhuc periclitãtur. Dicit aliquis, Quare periclitãtur? Aliquando enim cõſiderant res humanas, & vident iſta omnia bona terrena, quæ deſiderant habere atque abũdare impios & iniquos, & putant quia perdiderũt mercedem colendi Deum: quia id quod mali habent, aut
D ipſi non habent, cum ipſi colũt Deum, quẽ non colunt illi: aut aliquando illi qui colunt non habent, & illi habẽt qui blaſphemãt: ergo in periculo ſunt adhuc. Hic autẽ verè intellexit quam miſericordiam deprecetur à Deo. Domine, in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes. Id eſt, miſericordia quædam quam donas ſanctis tuis, cæleſtis eſt, non terrena: æterna eſt, temporalis nõ eſt. Et quomodo illam potuiſti annunciare hominibus? Quia veritas tua vſq ad nubes. Nam quis poſſet noſſe cæleſtem miſericordiam Dei, niſi annunciaret Deus hominibus? Quomodo illam annunciauit? Mittendo veritatem ſuam vſque ad nubes. Quæ ſunt nubes? Prædicatores verbi Dei. Vnde quodam loco Deus iratus eſt cuidã vineæ. Intelligit enim, quantũ puto, charitas veſtra Eſaiã prophetã, vbi dicit
Eſa 52. de

de quadã vinea, Expectaui vt faceret vuã: fecit autem ſpinas. Et ne quis putaret de vinea iſta viſibili dicere, ſic concluſit, Vinea autem Domini Sabaoth, domus Iſraël eſt: & homo Iuda, nouellum dilectum. Ergo ipſam vineam increpabat, quam expectauit vt faceret vuã, fecit autem ſpinas. Et quid ait? Mandabo nubibus meis ne pluãt ſuper eã. Iratus Deus hoc dixit, Mãdabo nubib. meis, ne pluãt ſup eã: & verè factũ eſt. Miſsi ſunt enim prædicatores apoſtoli. Sic habemus in Actib. apoſtolorum, quia apoſtolus Paulus volebat prędicare Iudæis: & inuenit ibi non vuam, ſed ſpinas: Cœperunt enim pro bonis mala reddere, & perſequi. Et ait tãquã implens quod dictum eſt, Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam. Ad vos miſsi eramus, ſed quia reſpu-
Act. 13. g. iſtis verbũ Dei, ecce conuertimur ad gentes. Ergo impletum eſt, Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eã. Vſque ad nubes veritas tua venit: ideo nobis per nubes potuit nunciari miſericordia Dei quæ in cælo eſt, & B non in terra. Et reuera, fratres, nubes ſunt prędicatores verbi veritatis. Quãdo minatur per prædicatores Deus, tonat per nubes. Quando miracula facit per prædicatores Deus, coruſcat per nubes, terret per nubes, & irrigat per pluuiã. Prædicatores ergo iſti, per quos prædicatur euangeliũ Dei, nubes Dei ſunt. Speremus ergo miſericordiã, ſed illã quæ in cælo eſt. Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua ſicut abyſſus multa.) Qui ſunt mõtes Dei? Quæ ſunt iudicia tua multa ſicut abyſſus? Qui ſunt montes Dei? Qui dicti ſunt nubes, ipſi ſunt & montes Dei: magni prædicatores, montes Dei. Et quomodo quãdo oritur ſol, prius luce mõtes illuſtrat, & inde lux ad humillima terrarũ deſcendit: ſic quando venit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, prius radiauit in altitudinem apoſtolorum. Prius illuſtrauit mõtes, & ſic
Pſalm. 120. deſcẽdit lux eius ad conuallẽ terrarum: & ideo quodã loco dicit in pſalmo, Leuaui oculos meos in montes, C vnde veniet auxiliũ mihi. Sed noli putare, quia ipſi mõtes tibi dabunt auxiliũ. Accipiunt enim quod dent, nõ de ſuo dant. Et ſi remanſeris in montibus nõ erit firma ſpes tua: ſed in illo qui illuminat mõtes, ſpes tua & prę-ſumptio tua debet eſſe. Auxilium autem veniet tibi de montib. quia ſcripturæ per mõtes tibi miniſtratæ ſunt, per magnos prædicatores veritatis. Sed noli in illis figere ſpẽ tuã. Audi quid dicat conſequenter, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Quid ergo? Montes tibi dabunt auxiliũ? Nõ. Audi ſequẽtia. Auxilium meũ à Domino, qui fecit cælũ & terram. De montibus veniet auxilium, ſed non à montibus. Et à quo? A Domino qui fecit cælũ & terrã. Erant montes alij, per quos vnuſquiſque cũ duceret nauim, naufragiũ fęceret. Emerſerunt enim principes hęreſum, & mõtes D erant. Arrius mons erat. Donatus mons erat, Maximinianus modò quaſi mõs factus eſt. Multi in iſtos mõtes attendentes, & terram deſiderantes, cùm de fluctibus volunt liberari, ad ſaxa cõpulſi ſunt, & naufragium in
Pſal. 10. terra fecerunt. A talibus montibus non ſeducebatur ille qui ait, In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montes ſicut paſſer? Nolo ſit
Pſal. 120. ſpes mea in Arrio, nolo in Donato: auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Diſcite quantum
Hier. 17. a. præſumatis de Deo, & quãtum tribuatis hominibus: quia, Maledictus omnis qui ſpem ſuã ponit in homine. Modeſtiſsimè & humiliter ſanctus apoſtolus Paulus zelans verè eccleſiam, ſed ſponſo, non ſibi, & horrens
2. Cor. 1. b. illos quando voluerunt dicere, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ſuam perſonam potius aſſumpſit, quã calcaret & contemneret, vt Chriſtum glorificaret. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Repellit à ſe, ſed vt mittat ad Chriſtum. Non vult à ſponſa amari pro ſponſo, ſed pro amico ſponſi. Amici enim ſponſi Apoſtoli. Huic enim ſpõſo & ille hu A milis Ioannes, qui putabatur Chriſtus, zelabat. Vnde Ioan. 3. Marc. 1. d. ait, Nõ ſum ego Chriſtus: ſed qui poſt me venit, maior me eſt, cuius nõ ſum dignus corrigiam calciamẽti ſoluere. Verè quia tantum ſe humilians, oſtendit ſe non eſſe ſponſum, ſed amicũ ſponſi: & ideo ait, Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autẽ ſponſi, qui ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem ſpõſi. Et ſi amicus ſponſi mons eſt, non tamen à ſe habet lucẽ mõs: ſed audit, & gaudio gaudet propter vocem ſpõſi. Nos, Ioan. 5. d. inquit, de plenitudine eius accepimus. De cuius plenitudine? Illius qui erat lumẽ verũ, quod illuminat omnẽ Ioan. 1. a. hominẽ venientem in hunc mundũ. Huic ergo zelabat & eccleſiam Apoſtolus dicẽs, Sic nos exiſtimet homo quaſi miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: hoc eſt, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Sic nos exiſtimet homo quaſi mini- B 1. Cor. 4. d. ſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Sed ne iterũ ſpes tua figatur in montibus & non ſit in Deo: audi, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incremẽtũ dedit. Et neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, 1. Cor. 3. b. ſed qui incrementũ dat Deus. Iam ergo dixiſti, Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. Sed quia neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat: dicas, Auxilium meum à Domino, qui fecit cęlum & terram. Et iuſtitia tua ſicut montes Dei: id eſt, montes implent iuſtitia tua. Iudicia tua ſicut multa abyſſus. Abyſſum dicit profunditatẽ peccatorũ, quo quiſque peruenit con- Rom. 1. c. temnendo Deum: ſicut quodam loco dicit, Dedit illos Deus in concupiſcentias cordis eorum, facere quæ nõ cõueniunt. Intendet charitas veſtra, Magna res eſt, magna res agitur. Quid eſt hoc? Dedit illos Deus in cõcupiſcentias cordis eorum, facere quæ non conueniunt. Ergo ſi Deus illos dedit in cõcupiſcentias cordis eorũ, C facere quæ non conueniant, ideo faciũt tãta illa mala? Quaſi aliquis proponat quæſtionẽ: Si Deus hoc facit, vt faciant quæ nõ conueniũt, quid ipſi fecerũt? Occultũ eſt quod audiſti, dedit illos Deus in concupiſcentias cordis eorũ. Ergo fuit concupiſcẽtia, quã vincere noluerũt, cui traderentur iudicio Dei. Sed vt digni haberẽtur qui traderentur, vide quid de illis ſuperius dixit, Qui cũ cognouiſſent Deũ, nõ vt Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerũt in cogitationib. ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ. Vnde? De ſuperbia. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Inde iã ſequitur, Tradidit illos Deus in concupiſcẽtias cordis eorũ. Quia ergo fuerunt ſuperbi & ingrati, digni habiti ſunt qui traderentur in concupiſcentias cordis ſui, & D facti ſunt abyſſus multa: vt non ſolũ peccarent, ſed etiã doloſè agerent, ne intelligerent iniquitatẽ ſuã, & odiſſent. Iſta profunditas eſt malitiæ, vt nollẽt inuenire & odiſſe. Sed ad iſtã profundi tatẽ quomodo quiſq; peruenit, vide, Iudicia Dei abyſſus multa. Sicut mõtes Dei iuſtitia eius, qui ꝑ gratiã ipſius fiunt magni: ſic & per iudicia ipſius fiunt in profundo, qui mergũtur in vltima. Hac ergo delectent te mõtes, hac auertere ab abyſſo, & cõuertere ad id ꝙ dicitur, Auxiliũ meũ à Domino. Sed vnde? Quia leuaui oculos meos ĩ montes. Quid eſt hoc? Latinè dicã, In eccleſia Chriſti inuenis abyſſum, inuenis & montes. Inuenis ibi pauciores bonos, quia montes pauci ſunt. Abyſſus lata eſt: id eſt, multos malè viuẽtes ab ira Dei, quia ſic egerunt vt traderentur in concupiſcentias cordis ſui, vt iam defendant peccata ſua, & non confiteãtur, ſed dicãt, Quare? Quid feci? Et ille illud fecit: & ille hoc fecit. Iã etiã defendere volũt quarguit ſermo diuinus, abyſſus eſt. Ideo quodã loco ait Scriptura: Audi abyſſum. Peccator, inquit, cùm vene-

rit in profundum malorũ, contemnit. Ecce iudicia tua sicut abyssus multa. Sed nondũ es mõs, nondũ es abyssus. Fuge abyssum, attende in mõtes, sed nec remanea in mõtib. Auxiliũ enim tuum à Domino, qui fecit cęlũ & terrã. Homines & iumenta saluos facies Domine, sicut multiplicata est misericordia tua Deus.) Quia dixit misericordia tua in cælo, vt & in terra esse sciatur, ait, Homines & iumenta saluos facies Domine, sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Magna est misericordia tua, & multiplex misericordia tua Deus: & hãc das & hominib. & iumẽtis. Salus enim hominũ à quo? A Deo. Nunquid salus iumentorũ à Deo non est? Qui enim fecit hominẽ, ipse fecit & iumẽta. Qui vtrũque fecit, vtrunque saluat: sed salus iumentorũ tẽporalis est. Sunt autem qui pro magno hoc petunt à Deo q̃ dedit iumentis. Multiplicata est misericordia tua Deus, vt nõ solùm hominib. sed & iumentis detur. Quæ datur hominibus? Ista carnalis & temporalis salus. ergo homines nõ habent aliquid apud Deum exceptum q̃ iumẽta nõ mereantur, & quò iumẽta nõ perueniãt? Habent planè. Et vbi est q̃ habẽt? Filij autẽ hominũ sub tegmine alarũ tuarũ sperabũt.) Attendat charitas vestra dulcissimã sententiã, Homines & iumenta saluos facies. Iã dixit homines & iumenta, deinde autẽ filij hominum: quasi alij sint homines, alij autem filij hominũ. Aliquãdo in Scripturis filij hominum dicuntur generaliter homines, aliquando propriè quodã modo dicuntur filij hominum, propria quadam significatione, vt non oẽs homines intelligantur: maximè quando habet distinctionẽ. Nõ eũ sine causa ibi positum est, Homines & iumenta saluos facies Domine, filij autem hominũ: quasi his sequestratis custodit sciũctos filios hominũ. Sciũctos à quibus? Non solùm à iumentis, sed & ab hominib. qui salutẽ iumentorũ quærunt à Deo, & pro magno hoc desiderãt. Qui sunt ergo filij hominũ? Qui sub tegmine alarũ eius sperant. Illi enim homines cum iumentis gaudẽt in re, filij autẽ hominũ gaudẽt in spe. Illi præsentia bona sectantur cum iumentis, isti futura bona sperant cũ angelis. Quare ergo eũ distinctione illi vocantur homines, & isti vocantur filij hominũ? Nam & quodã loco sic ait Scriptura, Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniã visitas eum? Quid est homo quòd memor es eius? Memor es quasi absentis, filium autem hominis visitas præsentẽ. Quid est, memor es hominis? Homines & iumenta saluos facies, Domine: quia & ipsis malis das salutẽ, & ipsis qui nõ desiderant regnum cælorũ. Tuctur enim illos, & nõ illos deserit secundũ modum suum tanquã pecora sua, & non illos deserit: tamen tanquã absentium memor est. At verò quẽ visitat, filius hominis est: & dicitur ei, Filij autẽ hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Et si vultis discernere ista duo genera hominum, duos homines primò attendite, Adam & Christũ. Audi Apostolũ: Sicut enim in Adã omnes moriuntur, sic & in Christo oẽs viuificabuntur. Nascimur de Adã, vt moriamur: resurgemus per Christum, vt semper viuamus. Quãdo portamus imaginẽ terreni hominis, homines sumus: quando portamus imaginem cęlestis homines sumus, filij hominis sumus, quia Christus filius hominis dictus est. Etenim Adam homo erat, sed filius hominis nõ erat: ideo illi pertinẽt ad Adam qui desiderant carnalia bona, & salutẽ istam tẽporalẽ. Hortamur illos vt filij sint hominum, qui sub tegmine alarum eius sperãt: & misericordiam illam desiderant, quæ in cælo est, & q̃ annunciata est per nubes. Sed si nõ possunt adhuc, interim vel tẽporalia bona non desiderent, nisi ab vno Deo: sic & in veteri Testamento † seruiant, vt ad nouum perueniant. Nam & populus ille terrena bona desiderauit, & regnum Hierusalem, subiectionẽ inimicorũ suorũ, abundantiã fructuũ, salutẽ propriam, salutẽ filiorũ suorum. Talia desiderabant, & talia accipiebant, sub lege custodiebantur. Desiderabant à Deo bona, quæ dat & iumẽtis, quia nõdũ ad illos venerat filius hominis, vt essent filij hominũ: tamen iam habebant nubes annunciantes filiũ hominis. Venerunt ad illos prophetę, annunciauerunt Christũ: & erant ibi quidã qui intelligebãt, & spẽ futurã habebant, vt acciperẽt misericordiã, quæ in cælo est. Erãt ibi qui nõ nisi carnalia desiderarent & terrena, tẽporalémq; felicitatẽ. Ipsis labebant pedes ad faciẽda vel adoranda idola. Quando eũ illos admonebat & flagellabat in his omnib. quib. delectabantur, & auferebat ea: patiebantur famem, bella, pestilentias, morbos, & cõuertebantur ad idola. Talia bona quæ pro magno à Deo desiderare debebant, ab idolis desiderabant, & dimittebant Deũ. Attendebant enim ipsis bonis, quæ quærebant, abundare impios & sceleratos: & putabant se frustra Deum colere, quia nõ dabat mercedem terrenam. O homo operarius es Dei, postea est tẽpus mercedẽ accipiendi. Quid iam flagitas mercedẽ antequã opereris? Si venerit operarius ad domũ tuam, nunquid dabis mercedem antè, nisi perfecerit opera sua? Nã peruersum eum existimabis, si dixerit, Prius accipiam mercedem, & tunc operabor. Irasceris. Quare autẽ irasceris? Quia nõ habuit fidẽ homini mendaci. Quomodo nõ Deus irascitur, cùm tu fidem non habeas ipsi veritati? Quod tibi promisit, daturus est: nõ fallit, quia veritas est qui promisit. Sed times ne fortè non habeat quod det. Omnipotens est, noli timere, ne non sit q̃ det. Immortalis est, non timeas, ne succedatur ei. Perpetuꝰ est, securus esto. Si vis in te præsumere tota die operariũ tuũ, crede & tu Deo tota vita tua: quia vita tua momentũ tẽporis est ad Deum. Et eris, quid? Filij Cautẽ hominũ sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.) Nescio quid nobis magnũ promittit. Vult illud dicere: & non dicit: nõ potest ad id animus, non capimus. Audeo dicere fratres mei, etiã de sanctis linguis & cordib. per quas nobis veritas annunciata est: nec dici potest quod annunciabãt, nec cogitari. Res enim magna est & ineffabilis, & ipsi ex parte videbant in ænigmate: sic dicit Apostolus: Videmꝰ nũc ex parte in ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Ecce in ænigmate videtes sic eructabant. Quales erimus cùm viderimus facie ad faciem, quod ipsi parturiebant corde, & lingua parere non poterant vt caperent homines? Quæ enim necessitas fuerat vt diceret, Inebriabuntur ab vbertate domꝰ tuę? Quę fuit verbum vnde loqueretur de rebus humanis, quod diceret. Et quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate, accipere autẽ vinum immoderatè, & mentẽ perdere: vidit quid diceret, quia cũ accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodãmodo humana mẽs, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domꝰ Dei. Vnde & in alio Psalmo dicitur, Calix tuus inebrians quam p̃clarus est! Hoc iã calice inebriati erant martyres, quando ad passionem euntes, suos nõ agnoscebant. Quid tam ebrium, quam non agnoscere vxorem flentẽ, nõ filios, non parentes? Non agnoscebant, non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari, ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte: Acceperunt calicẽ vnde inebriarentur. Vnde & ille gratias Deo agit, dicẽs: Quid retribuam Domino pro omnib. quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Ergo fratres simus filij hominum, & speremus sub tegmine alarum eius, & inebriemur ab vbertate domꝰ eius. Quomodo potui dixi, & quomodo possum video, & quomodo video, dicere nõ possũ. Inebriabunt ab vbertate domꝰ tuę. Et torrẽte vo-

Psalm. 35.

Psal. 8.

1. Cor. 15. c.

Matt. 8. c.

al. seruiãt.

Psalm. 35.

1. Cor. 13. d

Psalm. 22.

Psalm. 115.

voluptatis tuæ potabis eos.) Torrens dicitur aqua veniens cũ impetu. Impetus erit misericordiæ Dei, ad irrigandos & inebriandos, qui modò ponunt spem sub vmbraculo alarum eius. Voluptas illa quæ est? Quasi torrens inebrians sitientes. Modò ergo qui sitit, spem ponat. Qui sitit, habeat spẽ, inebriatus habebit rem: antequam habeat rem, sitiat in spe. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabũtur. Quo ergo fonte irrigaberis? Et vnde currit tãtus torrẽs voluptatis eius? Quoniã apud te est, inquit, fons vitæ.) Quis est fons vitæ, nisi Christus? Venit ad te in carne, vt irrigaret fauces tuas sitientes. Satiabit sperantẽ, qui irrigauit sitientẽ. Quoniã apud te est fons vitę. Et in lumine tuo videbimus lumẽ.) Hic aliud est fons, aliud lumẽ: ibi nõ ita. Quod enim est fons, hoc est & lumen: & quicquid vis, illud vocas, quia nõ est quod vocas, quia nõ potes cõgruum nomẽ inuenire, nõ remanet in vno nomine. Si diceres, quia lumen est solũ, diceretur tibi, Sine causa ergo mihi dictum est, vt esuriã & sitiã. Quis enim ẽ, qui mãducet lumẽ? Illud planè rectè mihi dictũ est, Beati mundicordes, quoniã ipsi Deum videbunt. Si lumen est, oculos meos p̃paro. Para & fauces: quia illud quod lumẽ est, & fons est. Fõs, quia satiat sitiẽtes: lumẽ, quia illuminat cæcos. Hic aliq̃ũ alibi lumen, alibi fons. Aliquãdo enim currunt fontes & in tenebris. & aliquãdo in eremo pateris solẽ, nõ inuenis fontẽ. Hic ergo possunt ista duo esse separata. Ibi nõ fatigaberis, quia fons est: nõ tenebraberis, quia lumẽ est. Prætende misericordiã tuã scientib. te, & iustitiã tuã his qui recto sunt corde.) Quod sæpe diximus, illi sunt recticordes, qui sequuntur in hac vita voluntatẽ Dei. Voluntas Dei est aliquando vt sanus sis: aliquando vt ęgrotes. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei, & quando ægrotas, amara est voluntas Dei: nõ recto corde es. Quare? Quia nõ vis voluntatẽ tuã dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei vis curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu es curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illã, nõ illa curuãda est ad te: & rectũ habebis cor. Bene est in hoc seculo, benedicatur Deus qui cõsolatur: laboratur in seculo, benedicatur Deus qui emendat & probat: & eris recto corde dicens, Benedicã Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Nõ veniat mihi pes superbiæ.) Certè iã dixit, sub vmbraculo alarum eius sperabunt filij hominũ, & inebriabunt ab vbertate domus tuæ. Cũ cœperit quisq; isto fonte vberius irrigari, caueat ne superbiat. Nõ enim † inerat Adæ primo homini, sed venit illi pes superbiæ, & mouit illum manus peccatoris, id est, manus diaboli † superba. Quomodo ille qui eũ seduxit, dixit, Ponã sedem meã ad Aquilonem: sic illi persuasit, Gustate, & eritis sicut dij. Superbia ergo lapsi sumus, vt ad istã mortalitatẽ peruenirẽmus. Et quia nos superbia vulnerauerat, humilitas sanos fecit. Venit humilis Deus, vt à tanto superbiæ vulnere curaret hominem. Venit, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cõprehensus est à Iudæis, insultatũ est ei. Audistis cùm euãgelium legeret, quid dixerunt, & cui dixerunt, Dęmonium habes: & ille nõ dixit, Dęmonium habetis vos: quia vos in peccatis vestris estis, & diabolus possidet corda vestra. Non hoc dixit, quòd si diceret, verum diceret: sed nõ erat tẽpus vt hoc diceret, ne nõ veritatẽ p̃dicare, sed maledictum reddere videretur. Dimisit quod audiuit, quasi nõ audisset. Medicus enim erat, & phreneticum curare venerat. Quomodo medicus non curat quicquid audiat à phrenetico, sed quomodo cõualescat & fiat sanus phreneticus: nec si & pugnum ab illo accipiat curat: ille illi facit noua vulnera, ille veterẽ febrem sanat: sic & Dominus ad ęgrotum venit, ad phreneticum venit, vt quicquid audiret, quicquid passus esset contemneret, hoc ipso cos docens humilitatem, vt humilitate docti, sanarent à superbia de qua iste liberari deprecat dicens: Nõ veniat mihi pes superbię. Et manus peccatoris nõ moueat me.) Si enim venerit pes superbiæ, mouet manus peccatoris. Quæ est manus peccatoris? Malè suadentis operatio. Si factus es superb. citò te corrumpit, qui malè suadet. Satage humilis fieri in Deo, & nõ valde cures quid tibi dicat. Hinc est quod alibi dicitur, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Quid est, ab occultis meis? Nõ veniat mihi pes superbiæ. Quid est, & ab alienis parce seruo tuo? Neq; manus peccatoris moueat me. Serua quod intus est, & nõ timebis foris. Quare autem valde hoc times, quasi diceretur, Ibi, inquit, ceciderunt oẽs qui operantur iniquitatem.) Vt venirent ad illã abyssum, de qua dictum est, Iudicia tua sicut abyssus multa: vt ad illud profundum peruenirent, vbi peccatores qui cõtemnunt, ceciderunt. Ceciderunt.) Vbi primò ceciderunt? In pede superbiæ. Audite pedem superbiæ. Qui cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt. Venit illis pes superbiæ, vnde venerunt in profundum: tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum, facere q̃ nõ cõueniunt. Radicem peccati & caput peccati timuit qui dixit, Non veniat mihi pes superbię. Quare illum pedem dixit? Quia superbiẽdo Deum deseruit & discessit: pedem ipsius, affectum ipsius dixit. Nõ veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris nõ moueat me: id est, opera peccatoris nõ moueãt me: vt imitari illos velim. Quare aũt cõtra superbiã hoc dicit, Ibi ceciderunt qui operant iniquitatẽ? Quia qui iniqui sunt, in superbia ceciderũt. Ideo cùm cautã faceret Dominus ecclesiam, ait, Illa tuum, inquit, obseruabit caput, & tu eius calcaneum. Serpens obseruat: quando tibi veniat pes superbię, quando labaris vt deiiciat. Tu autẽ caput eius obserua. Initium omnis peccati superbia. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatẽ. Expulsi sunt, nec potuerũt stare.) Primò ille qui in veritate non stetit, deinde p̃r eum illi quos dimisit Deus de paradiso. Vnde ille humilis qui nõ se dicit dignum soluere corrigiam calceamenti, nõ est expulsus, sed stat & audit cum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi, & non propter suam: ne veniat ei pes superbiæ, & expellatur, nec possit stare. Et si cum labore aliquibus vestrum tædio fuerimus, finiuimus psalmum: transiuit tędium & gratulabimur, quia psalmus totus expositus est. In medio iam timens ne onerarem vos, dimissurus eram: sed cogitaui quia intentio † vestra præcideretur, & non sic rediret ad dimidium, quomodo si exponeremus totum: & malui vobis grauis esse, quàm in re imperfecta reliquias seruare. Debetur enim vobis etiam crastinus sermo: orate pro nobis vt valeamus exhibere, & afferre fauces esurientes & corda deuota.

Matt. 5. a.

Psalm. 35.

Ibidem.

Ioan. 1. b.

Ioan. 8. f.

Psal. 33.

al. decerat.

al. superbum

Esa. 14. d.

Genes. 3. b.

Prou. 18. a.

Rom. 1. c.

Ecclesi. 10. b

Ioan. 8. f.

Genes. 3. d.

Ioan. 1. d. & 3. d.

al. nostra.

Matt. 24. d.

1. Cor. 1. d.

Concio prima, de prima parte Psalmi XXXVI.

NOVISSIMVS dies terribiliter venturus auditur eis, qui securi esse bene viuendo nolunt, & malè viuere diu volunt. Vtiliter autem Deus latere voluit illum diem, vt semper sit paratũ cor ad expectandum, quod esse venturum scit, & quando venturum sit nescit. Quia verò Dominus noster Iesus Christus, magister nobis missus est, etiam filiũ hominis dixit nescire illum diem, quia in magisterio eius nõ erat, vt per eum sciretur à nobis. Neq; enim aliquid scit pater quod filius nescit: cum ipsa scientia patris ille sit, qui sapientia est eius. Est autem sapientia eius, filius eius, verbum eius. Sed quia nobis scire non proderat, quod quidem ille nouerat, qui nos docere venerat, non tamen hoc quod nobis nosse non proderat: non solùm sicut magister aliquid docuit, sed sicut magister aliquid nõ totum. Tanquam magister enim sciebat & docere quod proderat, & non docere quod oberat. Sic autem quo-

dam genere locutionis nescire filius dicitur, quod non docet. Ideo nescire dicitur q̃ nescire nos facit, quomodo quotidie loquimur, modo quodã locutionis, vt dixi. Lætum enim diem dicimus, quia lætos nos facit: & tristem diem, quia tristes nos facit: & frigus pigrũ, quia pigros nos facit. Quomodo contrà dicitur à Domino,
Genes. 22. c. nunc cognoui. Dictum est Abrahæ, Nunc cognoui q̃ timeas Deum. Hoc Deus nouerat, & ante illam probationem. Nam illa probatio ideo facta est, vt nos nosse-mus quod Deus iam nouerat, & propter nos docendos conscriberetur, quod ante documentũ ille nouerat: & fortasse & ipse Abraham nondum nouerat, quas vires haberet fides eius. Vnusquisque enim se tentatione tãquã interrogatus agnoscit: sicut Petrus quas vires haberet fides eius, vtiq; nesciebat, quando dixit Domi-
Luc. 22. d. no, Tecum paratus sum vsque ad mortem. Dominus autẽ qui nouerat eum, prædixit vbi deficeret, prænuncians illi infirmitatẽ eius, tanquam tacta vena cordis eius. Proinde Petrus qui ante tentationẽ præsumpsit de se, in tentatione didicit se. Sic ergo non absurdè senti-
Gen. 22. a. mus & patrem nostrum Abraham cognouisse vires fidei suæ, vbi iussus immolare vnicũ filium suum, nõ dubitauit nec trepidauit ei offerre qui dederat: quia quẽadmodum nesciuit vnde daturus erat nõdum natum, sic credidit posse reparare immolatum. Dixit ergo Deus, Nũc cognoui, quod intelligimus, nunc cognoscere te feci, secundum locutiones quas commendauimus: Pigrum frigus, q̃ pigros faciat: & lætũ diẽ, quòd
Deut. 13. a. lætos faciat: sic cognoscens quòd cognoscentes faciat. Inde est illud, Tẽtat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eũ. Dabis enim profectò Domino Deo nostro, Deo summo, Deo vero magnam ignorantiam, q̃ vtique sacrilegum esse intelliges, si sic acceperis, Tẽtat vos Dominus vt sciat, tanquã ipse de nostra tentatione concipiat scientiam, in quo erat antè ignorantia. Sed quid est, tẽtat vos vt sciat? tẽtat vos vt scire vos faciat. Accipite ergo à contrario regulã intelligentiæ: & quẽadmodũ cùm Deum auditis dicere, cognoui, intelligitis cognoscere vos feci: sic & cùm auditis de filio hominis, id est, de Christo dici, quòd illum diem nesciat, intelligite dici quòd nescire faciat. Quid est autem, nescire faciat? Occultat vt nesciatur quod nobis prodi nõ prodest. Hoc est quod dixi magistrũ bonũ nosse quid prodat, nosse quid tegat: sicut quædã eum legimus distulisse. Vnde intelligimus non omnia promenda esse,
Ioan. 16. b. quæ capere non possunt hi quibus promũtur. Dicit enim alibi, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis
1. Cor. 3. a. illa portare modò. Dicit & Apostolus, Nõ potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo, lac vobis potũ dedi, non escam. Neq; enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis. Quo proficit iste sermo? Vt quoniã diem nouissimũ scimus venturũ (vtiliter autẽ scimus venturũ, & vtiliter ignoramus quando venturus sit) paratum cor habeamus bene viuendo: & non solùm non timeamus venturum illũ diem, sed & amemus. Dies quippe ille sicut infidelibus laborẽ auget, sic fidelib. finit. Quid autẽ horum duorum esse velis, antequã veniat, nunc est in potestate: cũ venerit, non erit. Elige ergo cùm tẽpus est: quia Deus q̃ misericorditer occultat, misericorditer differt. Iã verò quia in quocunque genere vitæ quòd habet aliquã professionẽ, non oẽs inueniuntur probi, nõ oẽs inueniuntur reprobi, ex hoc apparet: quia de quibusdã hominũ generib. quæ per similitudines in euangelio modò proposita audiuimus, sic concluditur, Vnus assumetur, & vnus relinquetur. Assumetur bonus, re-
Matt. 24. d. linquetur malus. Videtur duo in agro: eadem professio est: sed nõ idẽ cor. Professionẽ videt homines, cor nouit Deus. Quodlibet ergo ager significet, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Nõ quasi dimidia pars assumetur, & dimidia relinquet: sed genera hominũ duo dicit. Et
A si aliud eorũ sit in paucis, aliud in multis, vnus assumetur, & vnus relinquetur: hoc est vnũ genus assumetur, & alterũ relinquet. Sic in lecto, sic in molẽdino. Expectatis fortasse quid ista sint: videtis tecta esse, & similitudinib. quibusdã inuoluta. Põt mihi aliud videri, alteri aliud: sed neque ego quod dixero præscribo alteri ad meliorem intellectũ, nec ille mihi: an vtrũque accipiendum sit, si vtrunque cũ fide concordat. Videtur enim mihi in agro laborare qui præsunt ecclesiis: sicut Apostolus
1. Cor. 3. b. dicit, Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Nam & architectum se dixit, cùm dicit, Vt sapiens architectus fundamẽtum posui. Et agricolã, cùm dicit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. In molendino ergo duas dixit, nõ duos. Credo quòd hæc figura ad plebes pertineat: quia præpositi regunt, ple-
B bes reguntur. Et molendinũ puto dictũ mundũ istum: quia rota quadã temporum voluitur, & amatores suos conterit. Sunt etiã qui de actionibus mundi non recedunt: sed tamẽ & ibi alij bene operãtur, alij malè. Alij sibi faciũt amicos de mammona iniquitatis, à quibus recipiãtur in tabernacula æterna: quibus dicetur, Esuriui, & dedistis mihi mãducare. Alij ista negligũt, qui-
Luc. 16. c. bus dicetur ibi, Esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare. Proinde, quia de his qui versantur in negotiis & operi-
Matt. 25. d. bus huius mũdi, alij diligunt benefacere indigentibus, alij negligunt: tanquam de duabus in molendino, vna assumetur, & vna relinquetur. Lectũ autem positũ arbitror pro quiete: quia sunt qui neque actiones mundi pati volunt, sicut sunt coniugati homines, habentes domos, familias, filios, neque aliquid in Ecclesia agunt, sicut præpositi, velut in agricultura laborantes: sed velut ad hæc infirmi, secedunt ad otium, & quieti esse di-
C ligunt: veluti memores infirmitatis suæ, non se committentes magnis actionibus, & quodãmodo in strato infirmitatis suæ rogãtes Deũ. Et hæc confessio habet bonos, habet fictos. Proinde etiã ex his vnus assumetur, & vnus relinquetur. Ad quãcũq; professionẽ te cõuerteris, para te pati fictos: alioquin si te nõ parueris, inuenies q̃ nõ sperabas, & deficies aut perturbaberis. Ad omnia ergo te paratũ facit qui tibi loquitur cũ tempus est, & illi loquendi, nondum iudicandi, & tibi audiẽdi, nondum frustra pœnitendi. Est enim modò pœnitentia nõ frustra, erit tũc frustra. Nõ enim tunc non pœnitebit homines malè vixisse: sed nullo modo illis iustitia Dei reuocat, quod sua iniustitia perdiderũt. Iustũ enim est apud Deũ, vt modò impertiatur misericordiã, tunc exerceat iudicium. Ideo nunc nõ tacetur. An tacetur?
D Arguat quisque, murmuret, si non per totum orbẽ hęc Scriptura recitatur atq; cãtatur: si cessat etiam venalis ferri per publicum. Sed reuera hoc te perturbat hominem Christianũ, quia vides malè viuẽtes felices, rerũ istarum copia circũfluere, sanos esse, superbis dignitatibus eminere, incolumem habere domũ, gaudia suorũ, obsequia clientium, excellentissimas potentias, nihil triste interpellare vitã ipsorum. Mores nequissimos vides, facultates copiosissimas respicis: & dicit cor tuũ nullũ esse diuinũ iudiciũ, omnia casibus fieri, & fortuitis motibus ventilari. Nã si Deus, inquis, res humanas respiceret, non floreret illius iniquitas, & mea innocẽtia laboraret. Omnis morbus animæ habet in Scripturis medicamentum suum. Quia ergo sic ægrotat, vt ista dicat in corde suo, bibat portionem Psalmi huius. Quid est? Iterũ aspiciamus. Quid dicebas? quid dicebam, inquis, nisi quod vides? Mali florẽt, boni laborant. Quomodo ista videt Deus? accipe, bibe. Ipse tibi hanc de quo ista murmuras, tẽperauit portionem: tantum ne recuses saluberrimũ poculũ, accommoda per curẽ os

cordis, & bibe quod audis. Noli æmulari in malignantibus, neque æmuleris faciẽtes iniquitatẽ. Quoniã tanquã fœnũ citò arescent, & sicut olera prati citò cadẽt.) A
Quod tibi longum videtur, citò est Deo: subiunge te Deo, & tibi citò erit. Quod ait fœnũ, hoc intelligimus olera prati. Vilia quædã sunt, & superficiẽ terræ tenentia, altã radicẽ non habent. Proinde per hyemẽ virent: at vbi sol æstatis feruescere cœperit, arescẽt. Modò ergo tẽpus est hyemis, gloria tua nõdũ apparet. Sed si alta radix est charitatis tuę, sicut multarum arborũ gloria per hyemẽ, trãsit frigus, venit æstas, id est, iudicij dies. Tunc arescet viror fœni, tunc apparebit arborum glo-
Colos. 3. a. ria: Mortui enĩ estis, ait Apostolus: quomodo videtur arbores per hyemem, quasi aridæ, quasi mortuæ. Ergo quę spes, si mortui sumus? Intus est radix. Vbi radix nostra, ibi & vita nostra: ibi enim charitas nostra. Et vita vestra, inquit, abscõdita est cũ Christo in Deo. Quãdo arescit qui sic habet radicẽ? Quãdo autem erit ver nostrũ? Quando æstas nostra? Quando vos circũuestit dignitas foliorũ, & vbertas fructuũ locupletat. Quando B
hoc erit? Audi quod sequitur: Cũ Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Quid ergo modò? Noli æmulari in malignãtib. neque æmuleris facientes iniquitatẽ. Quoniã tanquã fœnum citò arescent, & sicut olera prati citò cadẽt. Quid ergo tu? Spera in Dominum.) Illi enim sperant nõ in Dominũ: spes illorũ mortalis, spes illorum caduca, fragilis, volatica, trãsitoria, inanis erit. Spera in Dominũ. Ecce spero, quid agã? Et fac bonitatẽ.) Noli facere malitiam quã respicis in illis malè florentibus: fac bonitatem. Et inhabita terrã.) Ne fortè bonitatẽ extra inhabitationẽ
Ioan 15. a. terræ facias. Terra enĩ Domini, Ecclesia eius est: ipsam rigat, ipsam colit ille agricola pater. Multi enim quasi exercẽt bona opera, sed quia nõ inhabitant terram, nõ pertinẽt ad agricolã. Ergo fac bonitatẽ, non extra terrã: sed inhabita terrã. Et quid habebo? Et pasceris in diuitiis eius.) Quæ sunt diuitiæ eius terræ? Diuitiæ eius C
Dñs eius, diuitię eius Deus eius. Ipse est ille cui dicitur,
Psal. 72. Pars mea Dñe. Ipse est ille de quo dicitur, Dñs pars hę-
Psal. 15. reditatis meę & calicis mei. Recẽti sermone cõmendauimus charitati vestræ, & Deũ esse possessionẽ nostrã, & nos esse possessionẽ Dei. Audi quia diuitiæ terrę huius ipse est. Vide quid sequitur, Delectare in Dño.) Tãquã quęsieris & dixeris, Ostẽde mihi diuitias terræ illius, in qua me iubes habitare. Delectare, inquit, in Domino, & dabit tibi petitionẽ cordis tui.) Signanter accipe petitionẽ cordis tui. Discerne petitionẽ cordis tui à petitionib. carnis: discerne quantũ potes. Nec frustra
Psal. 72. dictũ est in quodã Psalmo, Deus cordis mei. Ibi enĩ sequitur & dicit, Et pars mea Deus meus in secula. Verbi gratia, Cęcus est corpore, rogat vt illuminetur. Ista roget, quia & ista Deus facit, & ista Deus præstat: sed rogãt hęc etiã mali. Petitio hęc carnis. Infirmatur, rogat se saluũ fieri: saluus fit moriturus. Et ista petitio carnis
Matt. 5. a. est: & si qua sunt talia: Petitio cordis quæ est? Sicut petitio carnis est, velle sibi prępararі oculos, vtique ad videndã istã lucẽ quę talibus oculis videri potest, ita pe- D
titio cordis ad illã lucẽ pertinet. Beati enim mũdi cordes, quoniã ipsi Deũ videbunt. Delectare in Domino, & dabit tibi petitionẽ cordis tui. Ecce desidero, rogo, volo. Ego ne implebo? Non. Quis ergo? Reuela ad Dominum viã tuam, & spera in eum, & ipse faciet) Indica illi quid patiaris, indica illi quid velis. Quid enim pate-
Gal. 5. c. ris? Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduer-
Rom. 7. d. sus carnem. Quid ergo vis? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia ipse faciet cùm reuelaueris ad eum viam tuam: vide quid sequitur, Gratia Dei per Iesum Christũ Dominũ nostrum. Quid ergo facturus est, quia dictũ est, Reuela ad Dominum viã tuã, & spera in eum, & ipse faciet? Quid faciet? Et educet sicut lumẽ iustitiam tuam.) Modò enim abscõdita est iustitia tua: in fide res est, & nondum in specie. Aliquid credis vt facias, nondum vides quod credis. Cùm autem cœperis videre quod credidisti, educetur in lumine iustitia tua: quia iustitia tua erat fi-
Abac. 2. a. des tua. Iustus enim ex fide viuit. Et educet velut lu-
Roman. 1. b men iustitiã tuam. Et iudicium tuum sicut meridiem.) Hoc est clarum lumen. Parum erat dicere vt lumẽ. Lumen enim iã dicimus & cùm albescit: lumẽ dicimus, & cùm sol oritur: sed nunquã est clarior lux quàm medio die. Non solùm ergo educet sicut lumen iustitiam tuã, sed erit iudiciũ tuum tanquã meridies. Modò enim iudicas sequi Christũ, hoc proposuisti, hoc elegisti, hoc est iudiciũ tuũ: nemo tibi ostendit quod promisit. Promissorẽ adhuc tenes, exhibitorẽ autẽ expectas. In iudicio ergo fidei tuæ elegisti sequi quod nõ vides. In abscõdito est iudicium tuũ, adhuc reprehẽditur & irridetur ab infidelibus. Quid credidisti? Quid tibi Christus promisit? Quia immortalis eris, & dabit tibi vitã æternã. Vbi est hoc? Quando dabit? Quãdo fieri potest? Iudicas tu magis sequi Christũ, promittentem quod nõ vides: quàm impiũ reprehendentẽ, credidisse te quod nondũ vides. Et hoc est iudicium tuũ. Et quale sit iudiciũ tuũ, adhuc nõ apparet: in isto seculo quasi nox est. Quando ergo educet iudicium tuum velut meridiem?
Colos. 3. a. Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Cũ venerit iudicij dies, & venerit Christus, & cõgregauerit oẽs gentes iudicandas, quid erit tunc? Impius vbi abscõdet perfidiã suã, cum videro fidẽ meã? Ergo modò quid? Angustiæ, tribula-
Matt. 24 b tiones & tentationes. Et beatus qui perdurat: quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Nec cedat insultatoribus, ne eligat hic florere vt ex arbore fœnum fiat. Quid igitur debeo? Quid debeas audi. Subditus esto Domino, & obsecra eũ.) Hoc est, sit vita tua obedire pręceptis eius. Hoc est enim subditũ illi esse, & obsecrare, donec det quod promisit. Perseueret bonum
Lucæ 18. a. opus, perseueret & oratio. Oportet enim semper orare, & nõ deficere. In quo appares subditus? In faciendo q̃ præcepit. Sed mercedẽ nõdum accipis, fortè quia capere nõdum potes. Iã enim ille potest dare, sed tu non
Mat. 20. a. b potes accipere. Exerce te operibus, labora in vinea: finito die pete mercedẽ: fidelis est qui te adduxit ad vineã. Subditus esto Domino, & obsecra eum. Ecce facio, subditus sum Domino, & obsecro eum. Sed quid tibi videtur? Vicinus ille nequã, malè agẽs & florẽs est: furta eius, adulteria eius, rapinas eius ego noui: in omnibus elatus, superbus, per iniquitatem exaltatus non me dignatur agnoscere. In his quomodo durabo? Morbus ille est, bibe contra. Ne subæmuleris eum qui prosperatur in via sua.) Prosperatur, sed in via sua: laboras, sed in via Dei. Illi prosperitas in via est, in peruẽtione infelicitas: tibi labor in via, in peruẽtione felicitas; quo-
Psalm. 1. niã iter impiorum peribit. Nouit Dominus vias iusto-rum, & iter impiorũ peribit. Has vias ambula quas nouit Dominus: & si ambulas in eis, nõ te fallunt. Via verò impiorum felicitas transitoria: finita via, peracta est
Matth. 7. b felicitas. Quare? Quia via illa lata est, finis eius in profundum inferni perducit. Via verò tua angusta est, & pauci ingrediuntur per eã: sed ad quã latitudinẽ perueniant, debes cogitare, ne subæmuleris eũ qui prosperatur in via sua. In homine faciente iniquitatẽ. Desine ab ira, & derelique furorẽ.) Quid stomacharis? quid per iracundiam & indignationem ista aut blasphemas, aut propè blasphemas? In homine faciente iniquitatem. Desine ab ira, & derelinque furorem. Nescis quò te prouo-

cet ira ista? Dictur es Deo quia iniquus est, illuc pergit. Ecce ille quare felix est, & ille infelix est? Vide quid pariat, offoca malã cõceptionẽ. Desine ab ira, & derelinque indignationẽ, vt iã resipiscens dicas, Turbatus est
Psal. 6. præ ira oculus meus. Quis oculus nisi fidei? Interroga oculũ fidei tuę, credidisti in Christũ. Quare credidisti? Quid tibi promisit? Si felicitatẽ seculi huius tibi pmisit Christus, murmura aduersus Christũ: murmura aduersus illũ quando vides infidelẽ felicẽ. Quid tibi promisit felicitatis? Quid nisi in resurrectione mortuorũ? Quid autẽ in hac vita pateris quod nõ ipse, in qua magis de-
Ioan. 13. b dignaris serue, discipule, quàm Dominus, quàm magister? Nónne ab ipso audis, nõ est seruus maior domino suo, & nõ est discipulus super magistrũ? Ille pro te dolores, flagella, opprobria, crucẽ, mortem passus est. Et quid horũ iusto debebatur? quid nõ tibi peccatori debebatur? ergo tene directũ oculũ tuũ, ne turbetur præ ira: desine ab ira, & derelíque indignationẽ. Ne subæmuleris vt malignè facias.) Quasi imitando eũ qui malignè faciendo floret ad tẽpus. Ne subæmuleris, vt malignè facias: Quoniã qui malignè agunt, exterminabũtur.) Sed felicitatẽ eorũ video. Crede illi qui dicit, exterminabuntur: quia melius ille videt quàm tu, cuius oculũ turbare ira nõ potest. Quoniã qui malignè agũt, exterminabuntur. Sustinentes autẽ Dominum.) Non enim aliquẽ fallacem, sed vtique ipsam veritatem. Non enim aliquẽ minus valẽtem, sed vtique omnipotentẽ. Sustinentes autẽ Dominum, ipsi hæreditate possidebunt terram.) Quam terrã, nisi illam Hierusalẽ, cuius amore qui exardescit, perueniet ad pacẽ? Sed quãdiu peccator floret? quamdiu sustinebo? Festinas, citò erit quod tibi diu est. Infirmitas facit diu videri quod citò
al. tempeve- est. Quomodo inueniũtur desideria ægrotorum? Nihil tãdiũ, quàm vt calix sitienti † præparetur. Vtique festinatur à suis, ne fortè offendatur infirmus. Quãdo fiet? quãdo coquetur? quando dabitur? Celeritas est in illis qui tibi seruiũt, sed infirmitas tua diuturnũ putat quod citò agitur. Ergo videte medicũ nostrum blandiẽtem infirmo dicenti, Quãdiu durabo? quãdiu erit? Et adhuc pusillum, & non erit peccator.) Inter peccatores certè gemis, de peccatore gemis: pusillum, & non erit. Ne fortè quia tibi dixi, Sustinentes autẽ Dominũ, ipsi hæreditate possidebunt terrã; ne sustinentiam istã longissimam putes: modicum sustine, sine fine accipies quod sustines. Adhuc pusillum, & nõ erit peccator. Recole annos ab Adã vsque in hodiernũ diem, percurre Scri-
Genes. 3. d. pturas: heri penè Adam ille de paradiso lapsus est. Tot secula emensa voluta sunt. Vbi sunt præterita tẽpora? Sic pauca quę restant, vtique trãsibunt. Si toto illo tẽpore viueres, ex quo Adã de paradiso dimissus est vsq; in hodiernũ diẽ: certè videres vitã tuam nõ fuisse diuturnã, quę sic auolasset. Vnius autem cuiusque hominis vita quãta est? Adde quãto libet annos, duc lõgissimã senectutem, quid est? Nónne aura est matutina? Ergo longè sit dies iudicij, quando erit retributio iniustorũ & iustorum. Tuus certè dies vltimus longè abesse non potest. Ad hunc te præpara. Qualis enim exieris de hac vita, talis redderis illi vitæ. Post vitã istã paruam non-
Matth. 25. e dum eris vbi erunt sancti, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est
Lucæ 16. f. ab initio mundi. Nondum ibi eris, quis nescit? Sed iam poteris ibi esse, vbi illũ quondam vlcerosum pauperẽ, diues ille superbus & sterilis in mediis suis tormentis vidit à longè requiescentem. In illa requie positus, certè securus expectas iudicij diẽ, quando recipias & corpus, quando immuteris vt angelo æqueris. Ergo quãtum est quod festinamus & dicimus, quãdo erit? Tardum erit, hoc dicturi filij nostri, & hoc dicturi nepotes nostri. Et cùm singuli quique sibi succedentes hæc dicturi sunt, sic transit quod adhuc pusillum futurum est, A quemadmodũ transit totum quod iam prẽteritum est. O infirme, adhuc pusillũ, & non erit peccator. Et quæres locum eius, & non inuenies.) Ostendit, quid dixit, non erit: non quia omnino non erit, sed quia ad nullos vsus esse poterit. Si enim omnino non erit, nec torquebitur. Iã ergo securitas data est peccatori, vt dicat, Faciã quicquid volo, quandiu viuo, postea non ero. Non
Matt. 25. d. erit qui doleat, nõ erit qui torqueatur. Et vbi est, Ite in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius?
Ibidem. Sed fortè missi in ignẽ illũ nõ erunt, & cõsumẽtur. Nõ illis diceretur, Ite in ignẽ æternum, quia nõ futuris non esset æternus. Et tamen quid illic futurũ sit eis, vtrum omnino consumptio, an dolor & cruciatus; nõ tacuit Dominus dicens, Ibi erit ploratus & stridor dentium. Quomodo ergo plorabunt & stridebũt dentibus, si nõ
Matth. 8. e. erũt? Quomodo ergo adhuc pusillũ, & non erit peccator: nisi quomodo in cõsequẽti versu exposuit: & quæres locũ eius, & nõ inuenies? B Quid est locũ eius? Vlum eius. Habet enĩ aliquẽ vsum peccator? Habet. Hic vtitur illo Deus ad probãdũ iustũ, quomodo vsus est diabolo ad probandũ Iob, quomodo vsus est Iuda ad tradendũ Christũ. Est ergo in hac vita q̃ agatur de pecca-
Iob. 1. b. Matt. 26. a. tore. Hic est ergo locus eius, quomodo est in fornace aurifices locus paleę. Ardet palea, vt aurũ purgetur. Sic sequit impius, vt iustus probetur. Sed cùm trãsierit tempus probationis nostrę, quando nõ erũt qui probẽtur, nõ erunt per quos probẽtur. Nũquid quia diximus, nõ erũt qui probẽtur, nõ erunt ipsi? Sed quia iam nõ opus erit peccatoribus per quos iusti probentur; & quæres locũ eius, & nõ inuenies. Modò quęre locum peccatoris, inuenies. De peccatore fecit Deus flagellũ, dedit ei & honorẽ, dedit ei & potestatẽ. Aliquando enim facit C hoc, dat peccatori potestatem, flagellãtur inde res humanæ, emendãtur inde pij. Peccatori illi hoc redditur quod debetur: & tamen factũ est de illo vnde proficiat pius, vnde deficiat impius. Quęres locũ eius, & non inuenies. Mansueti autẽ hęreditate possidebunt terram.) Terra est illa de qua sæpè locuti sumus Hierusalẽ sãcta, quæ liberabitur de peregrinatione ista, & in æternum viuet cum Deo & de Deo. Ergo hæreditate possidebunt terram. Quæ erunt deliciæ ipsorum?

Et delectabuntur in multitudine pacis.) Delectetur hic impius ille in multitudine auri, in multitudine argẽti, in multitudine mancipiorũ, in multitudine postre mò opũ diuersarũ, vinolẽtię, latissimorũ & luxuriosorũ conuiuiorũ. Hæc est potẽtia cui inuides, iste flos est qui te delectat? Nónne & si semper sic esset, plãgẽdus esset? Quę erũt autẽ deliciæ tuę? Et delectabũtur in multitudine pacis. Aurũ tuũ pax, argẽtum tuũ pax, prædia tua D pax, vita tua pax, Deus tuus pax. Quicquid desideras, pax tibi erit. Quia hic aurũ quod est, nõ potest tibi esse argentũ; quod vinũ est, nõ potest tibi esse panis; quod tibi lux est, nõ potest esse potus: Deus tu⁹ totũ tibi erit. Manducabis eũ, ne esurias; bibes eũ, ne sitias, illuminaberis ab eo, ne sis cęcus; fulcieris ab eo, ne deficias, possidebit te totũ integrũ, totus integer. Angustias nõ ibi patieris cũ eo cũ quo totũ possides. Totũ habebis, totũ & ille habebit, quia tu & ille vnum eritis, quod vnum totũ & ille habebit qui vos possidet. Hæ sunt reliquiæ homini pacifico. Hoc † cãtabimus, qui versus lõgè quidẽ est in isto Psalmo ab his tractatis versibus. Sed quia al. cantabimus. ipsum cantabimus, ad ipsum claudere debemus. Tu tantum securus esto, custodi innocentiam, preciosa res est. Furari vis aliquid, credo, vt acquiras: vide quò manum mittis, & vnde tollis. Hac vis acquirere, hac perdis. Acquiris pecuniam, perdis innocentiam. Euigilet

potius

potius cor tuũ, qui volebas acquirere pecuniã, & perdis innocentiã. Perde potius pecuniã, custodi innocẽtiã, & vide directionẽ, quia diriget te Deus, vt omnia A quæcunque vult, velis & tu: ipsa enim est directio. Nã si tu nolis quod Deus vult, curuus eris: & prauitas tua nõ te permittet † planari recto. Custodi ergo innocẽtiam, vide directionem: & noli putare quia finita est ista vitã, finitus est homo, quia sunt reliquię homini pacifico,
al. pacari.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

DE Psalmo isto loqui charitati vestræ, & iussi sumus, & obtẽperare debemus. Voluit enim Dñs propter imbrium nimietatẽ retardare profectionẽ nostram: & imperatũ est nobis, ne vacaret hic erga vos lingua nostra, cùm cordis nostri negotiũ sẽper scitis, sicut & nos vestri. Cõmendaueramus autẽ iã voluntatẽ Dei in isto Psalmo, quid nos velit docere, quid admonere, cõtra quid, cautos esse, & quid tolerare, & quid sperare. Duo enim genera hominũ, iustorũ, & iniquorũ, in hac terra & in hac vita cõmixta sunt. Habent singula ista genera proprias intẽtiones cordis sui. Genus iustorũ conatur B in sublimia per humilitatẽ. Genus iniquorũ præpõderat ad inferiora per elationẽ. Hoc enim se deprimit vt surgat, illud se extollit vt cadat. Ex eo fit vt vnũ genus toleret, alterũ toleretur, propositũmque sit iustis, ipsos etiã iniquos in vitã æternã lucrari: propositũ autẽ iniquis reddere mala pro bonis, & eos qui sibi vitã æternã volunt, si fieri potest, etiam vita tẽporali priuari. Ægrè enim fert & iniustus iustũ, & iustus iniustum: oneri sibi sunt. Nemo dubitat quòd isti duo alterutrũ sibi oneri sunt, sed diuersis intẽtionibus. Ad hoc enim iustus iniusto oneri est, quia iniustũ eũ esse nõ vult: sed cum iustũ fieri, & optat votis, & conatur factis. Iniustus autem sic odit iustum, vt nolit eum esse, nõ vt bonũ velit esse. Quãto enim bonus est, tanto magis oneri est iniquitati illius. Et laborat quidẽ, si fieri potest, vt eũ iniustũ faciat: si autem nõ potest, de medio tollat, & à suo tædio molestiáq; removeat. Sed & si eũ fecerit iniustũ, nihi- C lominus oneri illi erit. Nõ enĩ iustus tantũ iniusto oneri est, sed & duo iniusti vix se patiũtur. Et quando se vidẽtur diligere, cõscientiã sibi debent, non amicitiam. Tunc autẽ secum cõcordant, quando in pernicię iusti cõspirant: nõ quia se amant, sed quia eum qui amandus erat simul oderunt. Contra hoc genus hominũ indicit nobis Dominus Deus noster tolerantiã & affectũ illũ charitatis, quẽ nouimus in Euãgelio: præcipiẽte nobis
Matth. 5. g. Rom. 12. d. Domino & dicente, Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderũt vos. Sic & Apostolus: Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Cõtende cũ malo, sed de bonitate. Ipsa est enim vera contẽtio, vel potius certamẽ salubre: vt sit bonus cõtra malum, nõ vt sint duo mali. Ergo ad Psalmũ respicite. Primæ partes iã tractatæ sunt, sequuntur hæ. Obseruauit peccator iustum, & stridebit super eũ dentibus suis. Dominus autẽ irridebit eum.) Quẽ? Vtique peccatorẽ stridentem super iustũ dẽtibus suis. Vnde autem Dominus irridebit eum? Quoniã prospicit quòd veniet dies eius.) Acerbus videtur, cùm minatur iusto nesciens horã sui crastinam: Dominus autẽ videt & prospicit diẽ eius. Quem diẽ? Quo reddet vnicuique secundũ opera sua. Thesaurizat
Matt. 16. d. Rom. 2. a. enim sibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Sed Dñs prospicit, tu autẽ nõ prospicis: indicabit tibi quę prospicit. Tu diem iniusti quo pœnas passurus est ignorabas, sed qui scit, non te celabit. Non parua pars sciẽtiæ est, sciẽti coniungi. Ille habet oculos cognitionis, tu habeto credulitatis. Quod videt Deus, crede tu. Veniet enĩ dies iniusti quem prospicit Deus. Qui dies, cuiusque vindictæ? Necesse est enim vt vindicetur in impium, vindicetur in iniustũ: siue cõuertat se, siue non se cõuertat. Si enim se cõuerterit, hoc ipsum in illo vindicatur, quòd periit iniquitas. Nónne irrisit Dominus Act. 1. e. Act. 9. a. prospiciẽs dies iniquorũ duorum, & Iudæ traditoris & Sauli persecutoris? Vnius diẽ prospexit ad pœnã, alterius ad iustitiã. In vtrũque vindicatum est. Ille est gehẽnæ ignibus deputat⁹, iste cælesti voce prostratus. Ergo & tu quẽ pateris iniquũ, per oculos fidei prospice cum Deo dies eius: & cùm eum videris in te sæuientem, dic tibi: Iste aut correctus meus erit, aut perseuerans mecũ nõ erit. Quid enĩ? Iniustitia iniusti tibi nocet, & illi non nocet? Vnde fieri potest, vt non iniquitas eius, quæ per eius indignationẽ & odiũ procedit ad lædendũ te, nõ prius ipsum vastet intus, quàm te tentet foris? Tuũ corpus premit aduersitas, illius animum putrefacit iniquitas. Nã & quicquid in te profert, in illũ redit. Eius enim persecutio te facit purgatũ, illum reum. Cui ergo plus nocet? Ecce sæuiẽdo expoliauit te. Quis dãno grauiore percutitur, qui amittit pecuniam, an qui amittit fidem? Norunt dolere dãna ista, qui habẽt oculũ interiorem. Multis enim fulget aurũ, fides non fulget, Habẽt quippe oculos vnde aurũ videant: vnde fidẽ videant, non habent. Nã si haberent & viderẽt, vtique plus amarẽt: & tamẽ quando eis frangitur fides, clamant, inuidiam faciunt & dicunt, O fides, vbi est fides? Amas eã vt exigas, ama vt exhibeas: Ergo quia oẽs qui persequũtur iustos, grauiore damno feriuntur, & grauiore pernicie afflictãtur, cùm in eis vastatur ipse animus: sequitur & ostẽdit hoc Psalmus. Gladiũ eduxerũt peccatores, intenderunt arcum suum. Vt deiiciant inopẽ & pauperẽ, & trucidẽt rectos corde. Framea eorũ intret in cor ipsorũ.) Facile est vt framea eius, id est, gladius eius perueniat ad corpus tuũ, sicut peruenit gladius persecutorũ ad corpora martyrũ: sed percusso corpore, cor mãsit illæsum. Illius autem cor qui gladium eduxit in corpus iusti, nõ planè manfit illęsum. Hoc Psalmus iste testatur. Framea eorũ nõ intret, dixit, in corpus eorum, C sed framea eorũ intret in cor ipsorum. In corpore occidere voluerunt, in anima moriũtur. Illos enim quorum corpora interficere voluerunt, securos Dominus fecit, dicẽs eis: Nolite timere eos qui corpus occidunt, ani- Matt. 10. c. mam autẽ non possunt occidere. Quale est autem sæuire gladio, nec posse occidere nisi corpus inimici, & posse occidere animam suam? Desipiunt, contra se sæuiunt, insaniunt, nõ se vidẽt, tanquã si vellet aliquis per corpus suum ferrũ traiicere, vt concideret tunicã alterius. Attendis quò peruenisti, & nõ attendis quà traiecisti. Illius concidisti vestem, tuam carnem. Cõstat ergo plus esse quòd se lædunt iniqui, & quòd sibi nocẽt: quàm quòd sibi videntur nocere illis quos oderunt. Framea ergo eorũ intret in cor ipsorũ. Sententia Domini est, aliter fieri nõ potest. Et arcus eorũ cõteratur.) Quid est, arcus eorũ conteratur? Insidiæ ipsorum frustrẽtur: Superius enim dixerat: gladiũ eduxerunt peccatores, intẽderunt arcũ suum. Gladij eductionem, intelligi voluit apertã oppugnationẽ. Arcus autem intẽsionem, occultas insidias intelligi voluit, Eccle gladius eius perimit eum, & dispositio insidiarum eius frustratur. Quid est, frustratur? Nihil nocet iusto. Quomodo ergo nihil ei nocuit, verbi gratia, quem sic expoliauit, cui tollẽdo res suas ad angustias perduxit? Habet quod cantet. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.) Sed potentes sunt iniqui, & multa faciunt, & suppetit eis rerum effectus, agendi celeritas, iussionem obedientia sequitur. Nunquid semper sic?

Quoniam brachia peccatorum conterentur.) Brachia ergo eorum, potentia eorum. Quid facturus est in gehenna? An quod fecit ille diues qui apud superos Luc. 16. f. epulabatur, apud inferos torquebatur? Brachia ergo

eorũ conterẽtur. Cõfirmat autẽ iustos Dñs.) Quomodo eos confirmat? Quid eis dicit? Quod dicitur in alio
Psal.16. Psalmo, Sustine Dominũ, viriliter age; & confortetur
A cor tuũ, & sustine Dominum. Quid est hoc, sustine Dominũ? Ad tẽpus laboras, in æternũ non laborabis. Breuis est molestia tua, æterna erit beatitudo tua. Ad modicum doles, sine fine gaudebis. Sed inter molestias incipis labi, proponitur & exẽplum passionum Christi. Vide quid propter te pertulit, qui quare perferret non
Matt. 26.& habebat. Quantacunque patiaris, nõ peruenies ad illas
27.a.b.c. insultationes, ad illa flagella, ad illã ignominiosam vestẽ, ad illa spineã coronã, ad illam postremò crucẽ non peruenies, quia iã & de pœna generis humani sublata est. Cũ enim sub antiquis scelerati crucifigerẽtur, modò nullus crucifigitur. Honorata est, & finita. Finita est in pœna, manet in gloria. A locis suppliciorũ, fecit trãsitũ ad frõtes imperatorũ. Qui tãtũ honorũ dedit pœnis suis, quid seruat fidelibus suis? His ergo rebus, his
B verbis, his allocutionib. hoc tali exemplo cõfirmat iustos Dominus. Sciãt quantũ voluerint, & quantũ permissi fuerint peccatores: confirmat iustos Dominus. Quicquid acciderit iusto, volũtati diuinę deputet, non potestati inimici. Sequire ille potest, ferire, si ille noluerit nõ potest. Et si ille voluerit vt feriat, nouit suũ quẽ-
Hebr.12.b. admodũ excipiat. Quẽ enĩ diligit Dominus, corripit: flagellat autẽ omnẽ filiũ quem recipit. Quid sibi ergo plaudit iniquus, quia flagellũ de illo fecit pater meus? Illũ assumit ad ministerium, me erudit ad patrimoniũ. Nec attẽdere debemus quantũ permittat iniustis, sed quantũ seruet iustis. Sed debemus optare etiã illis per quos flagellamur, vt cõuertãtur & flagellẽtur. Sic enim suos fideles erudiebat, qui de Saulo flagellũ sibi fecerat: sed postea cõuertit & Saulũ. Et cũ Ananię sancto, à quo baptizatus est Saulus, diceret Dominus, illũ suscipiendũ esse Saulũ, quia vas esset electionis: respõdit A-
Act. 9.c. nanias, timẽs & exhorrescẽs audita fama Sauli persecutoris, Domine, audiui, inquit, ego de viro isto quantas persecutiones sanctis tuis fecit in Hierosolyma: & nũc acceptis literis vadit, vt vbicunque inuenerit inuocãtes nomẽ tuũ, trahat & liget, & ad põtifices adducat. Et cõtrà Dominus: Sine, inquit, ego illi ostẽdã quæ illum oporteat pati pro nomine meo. Reddã illi, inquit, vindicabo me de illo: & patietur pro nomine meo, qui sequit in nomen meum. Erudio vel erudiui per eum alios, erudiã & ipsum per alios. Factum est hoc, & nouimus quãta sustinuerit Saulus, multo plura quã fecerat, quasi auarus exactor cum vsuris recipit q; dederat. Sed vide
Rom.5.a. vtrũ in illo impletũ sit quod modo Psalmus dicit, Cõfirmat autẽ iustos Dominus. Nõ solũ, inquit idẽ Paulus, cũ multa mala pateretur, sed & gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quia tribulatio patiẽtiam operatur, patiẽtia probationẽ, probatio spẽ: spes autẽ non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris
D per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Bene planẽ iã iustus, iã cõfirmatus. Quomodo ergo iusto isti iã cõfirmato nihil nocebãt qui illum insectabãtur, sic nec ipse illis quos persequebatur. Cõfirmat autẽ, inquit, iustos
Rom. 8.g. Dominus. Audi alias voces confirmati iusti. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an persecutio? Quomodo hærebat, qui rebus talibus nõ separabatur? Cõfirmat autem iustos Dominus. Descẽderunt quidã prophetę de Hierosolyma, & impleti Spiritu sancto prophetauerũt ei-
Act.21 a.b dẽ Paulo, quòd multa passurus esset in Hierusalẽ: ita vt quidam eorũ, Agabus nomine, soluta zona alligaret se, quẽadmodum solet fieri, vt his indiciis rerũ futura demõstraret propheta, dicẽs: Sicut alligatũ me videtis, sic oportet alligari hominẽ hunc in Hierosolymis. Fratres autẽ respõso admonitum Saulũ, iã Paulum, ne se tantis periculis cõmitteret, cœperunt deterrere, & monendo
A & rogãdo reuocare ne iret in Hierosolymã. Ille autem qui iã in eorũ numero erat, de quibus dictum est, Cõfirmat autẽ iustos Dominus: Quid, inquit, confringitis
Act.20.c. cor meũ? Nõ facio animã meã pretiosam mihi (quia iã dixerat eis quos parturierat in Euãgelio, & ipse impẽdar pro animabus vestris) Ego enĩ, inquit, non solũ al-
2.Cor.12.c ligari, sed etiã mori paratus sum pro nomine Domini Iesu Christi. Cõfirmat ergo iustos Dominus. Quomodo eos cõfirmat? Nouit Dominus vias immaculatorũ.) Quãdo patiuntur mala, vias malas ambulare credũtur ab ignorãtibus, ab his qui nõ nouerunt videre vias immaculatorum. Ille qui eas nouit, scit per † quã rectã du-
al. quam rectum. cat mansuetos suos. Vnde dixit in alio Psalmo, Diriget
Psal.24. mites in iudicio, docebit mãsuetos vias suas. Quomo-
Luc. 86.c. do putatis detestatos homines transeuntes vlcerosum
B pauperẽ iacentẽ ante diuitis ianuam? Quomodo fortè hũc occlusis naribus cõspuebãt? Nouerat autẽ Dominus illi seruare paradisum. Quomodo autẽ sibi optabãt vitã illius, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splẽdidè? Dominus autẽ qui prospiciebat dies illius, nouerat eius futura tormẽta, & sine fine tor-
Psal. 38. menta. Ergo nouit Dominus vias immaculatorum. Et hęreditas eorũ in æternum erit.) Hoc in fide habemus. Deus nũquid in fide? Deus nouit illa, in tãta manifestatione, in quãta nõ possumus dicere, cũ vel æquati fuerimus angelis. Nõ enim nobis tã manifesta erunt, quæ erunt manifesta, quã sunt manifesta illi qui nec cõmutari potest: tamẽ & de nobis quid dictũ est? Dilectissimi
1. Ioan.3.a nunc filij Dei sumus, & nõdum apparuit q; erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Seruatur ergo nobis nescio q; dulce spectaculũ omnino: & si cogitari ex aliqua parte
C in ænigmate & per speculũ potest, dici tamẽ nullo modo potest pulchritudo illius dulcedinis quã seruat Deus
1.Cor.2.c timẽtibus se, perficit autẽ sperãtibus in se. Illuc parãtur
Psal.30. corda nostra in omnib. vitæ huius tribulationibus & tẽtationibus. Noli mirari, quia in laboribus pararis, ad
Rom.8.d magnum aliquid pararis. Vnde vox illa iusti cõfirmati, Nõ sunt cõdignæ passiones hui' tẽporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quæ erit futura gloria nostra, nisi æquari angelis, & videre Deum? Quantum
pręstat cęco, qui illi oculos sanauerit, vt videat hãc lucẽ? Cùm sanus factus fuerit ille, nec inuenit quid dignũ repẽdat sanatori suo. Quãtumlibet enim ille det, quid dabit tale quale ille præstitit? Vt plurimum det, aurum dabit, & multum aurum dabit: ille lucẽ pręstitit. Vt nouerit ille, quia nihil dat: videat in tenebris q; dat. Quid ergo dabimus nos medico illi, oculos interiores nostros sanãti, ad videndã quandã lucẽ æternã, quod est
D ipse? Quid illi dabimus? Quęramus, inueniamus, si possumus: & in angustiis inquisitionis nostræ exclamemus, Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retri-
Psal.15. buit mihi? Et quid inuenit? Calicẽ salutaris accipiã, &
nomẽ Domini inuocabo. Potestis, inquit, bibere cali-
Matt.20.c cẽ quẽ ego bibiturus sum? Inde Petro, Amas me? Pasce
Ioan.21.c oues meas, pro quibus biberet calicẽ Domini. Confirmat autẽ iustos Dominus, Nouit Dominus vias immaculatorum, & hęreditas eorũ in æternum erit. Nõ cõfundentur in tempore malo.) Quid est, nõ confundentur in tempore malo? In die tribulationis, in die angustiarum non confundentur: sicut confunditur quem fallit spes. Quis est qui confunditur? Quid dicit, ego quod sperabam non inueni. Non immeritò. Sperabas
Hier.17.a enim de te, aut sperabas de homine amico. Maledictus autem qui spem suam ponit in hominẽ. Confunderis, quia fefellit te spes, fefellit spes posita in mendacio.

Psal.115. cio. Omnis enim homo mẽdax. Si autẽ ponas spem tuã
in Deo tuo, nõ cõfunderis: quia ille in quo spẽ posuisti,
A falli nõ potest. Vnde & ille quẽ paulo antè cõmemorati, iustus, cõfirmatus, positus in tẽpore malo in die tribulationis: quia nõ cõfundebatur, quid ait? Gloriamur in tribulationib. sciẽtes quoniã tribulatio patientiam operatur, patiẽtia probationẽ, probatio spẽ, spes autẽ nõ cõfundit. Vnde spes nõ cõfundit? Quia in Deo posita est. Ideo sequitur, Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritũ sanctũ qui datꝰ est nobis. Iã datus est nobis Spiritus sanctus, quomodo nos fallit cuius tale pignus tenemus? Non cõfundẽtur in tẽpore malo. Et in diebus famis saturabũtur.) Est enim quędã hic saturitas eorum. Nã dies famis, vitę huius sunt: aliis esuriẽtibus illi saturantur. Nã ille vnde gloriaretur di-
Rom. 5.a. cẽs, Gloriamur in tribulationibus, si egestatẽ intus pateretur? Videbãtur foris angustię, sed intꝰ latitudo erat.
B Quid autem facit malus homo cùm cœperit tribulari? Foris nihil habet, ablata sunt omnia: in cõsciẽtia nullũ solatium est. Non est quò exeat, quia dura sunt: non est quò intret, quia mala sunt. Meritò ei fit quod sequitur, Quoniã peccatores peribunt.) Quibus enĩ locus nusquã est, quomodo nõ peribũt? Cõsolatio non est in externis, nõ est in internis. Extra sunt enĩ à nobis, de quibus cõsolatio nulla est. Et vniuersi qui Deũ non habẽt, pecuniæ, amicitiæ, gloriæ, facultatibus mundi seruiũt, & quæcunque bona sunt corporalia, nõ possunt cõsolari intrinsecus: quomodo cõsolabatur ille plenus sagi-
Iob.1.d. na interiore, & de ipsa sagina ructans, Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factũ est: sit nomen Domini benedictũ. Ergo illis peccatoribus nõ est locus in his quæ foris sunt: quia ibi patiũtur tribulationes, vbi cõscientia illos non consolatur. Nõ est bene illis secũ, quia bene esse cũ malo nõ potest. Quisquis autẽ malus est, malè secũ est. Torqueatur necesse
C est sibi seipso tormẽto. Ipse est enĩ pœna sua, quem torquet cõscientia sua. Fugit ab inimico quò potuerit, à se quò fugiet? Ita quidã ex parte Donati venerat ad nos, accusatus & excõmunicatus à suis: hic quęrẽs, quod ibi perdiderat. Sed quia suscipi nõ potuit, nisi eo loco quo debuit. Nõ enim deseruit illã partẽ quasi integer apud ipsos, vt appareret eũ non dilectione sed necessitate fecisse. Quia ibi ergo habere non potuit quod quęrebat, quærebat autẽ vanã elationem, & falsum honorem: & quia hic nõ inuenit quod ibi perdidit, & ipse periit. Gemebat saucius, & non consolabatur. Erant enim in cõscientia eius aculei horribiles taciti. Tẽtauimus cõsolari eum de verbo Dei: sed ille non erat de sapientibus formicis, quæ sibi æstate collegerũt vnde hyeme viuãt. Cum enĩ res sunt tranquillæ, tunc homo sibi colligere debet verbum Dei, & recondere in intimis cordis sui, quẽadmodũ formica abscõdit in cauernosis penetralibus labores æstatis. Per æstatẽ enim vacat hoc agere.
D Venit autẽ hyẽs, id est, superuenit tribulatio: & nisi intus inuenerit quod edat, necesse est vt fame dispereat.
Prou.6.a. & 30.d. Iste enĩ sibi nõ collegerat verbũ Dei, superuenit hyẽs, non hic inuenit quod quærebat, cõsolari nisi inde non poterat, de verbo autẽ Dei nullo modo. Intus apud se nihil habebat, foris quod quærebat nõ inueniebat, ardebat indignationũ & dolorũ facibus, agitabatur mẽs eius violenter, & tã diu occultè, donec etiam erumperet in quosdam gemitus, ita vt inter fratres sonaret, & se audire nesciret. Videbamus & dolebamus vehemẽter, Deus scit, tantam pœnã animæ, tãtas cruces, tantas gehennas, tanta tormenta. Quid pluribus? Impatiens loci humilis, cui si saperet, posset esse locus salubris, talis apparuit vt etiã proiiceretur. Neque hinc desperare debemus fratres de aliis, qui fortè elegerint veritatem, nõ secuti fuerint necessitatẽ. Vsqueadeo enim de cęteris desperandũ nõ est, vt nec de isto desperẽ, quamdiu
A viuit. De nullo enim viuẽte desperandũ est. Hoc ergo, fratres, ex occasione hac scire debuit charitas vestra, ne quis fortè aliud vobis dicat. Nã subdiaconus eorũ, qui, cũ ei ibi nulla quæstio cõmoueretur, elegit catholicã pacẽ & vnitatẽ, & illis dimissis venit: venit reuera sicut eligẽs quod bonũ est, nõ sicut repudiatus à malis: sic acceptus est vt de eius cõuersione gaudeamus, & eũ vestris orationibus cõmendemus. Potẽs est enĩ Deus, qui eũ faciat etiã atque etiã meliorẽ. Cæterùm de nullo pronunciandũ est in aliquã partẽ siue in bonã, siue in malã. Quamdiu enim hic viuitur, crastinus dies semper ignoratur. Non cõfundẽtur in tẽpore malo, & in dieb. famis saturabũtur, quoniã peccatores peribũt. Inimici autẽ Domini statim vt gloriabuntur, & exaltabuntur, deficiẽtes sicut fumus deficiẽt.) Ex ipsa similitudine rẽ quã insinuauit, agnoscite. Fumus à loco ignis erumpẽs in altũ extollitur, & ipsa elatione in globum magnum erũpens intumescit. Sed quãto fuerit globus ille grandior, tãto fit vanior. Ab illa enim magnitudine nõ fundata & solidata, sed pendẽte & inflata, it in auras atque in vẽtos dilabitur: vt videas ipsam ei obfuisse magnitudinẽ. Quãto enim plus erectus est, quãto extẽtus, quãto diffusus vndique in maiorẽ ambitũ; tãto fit exilior, & deficiẽs & non apparẽs. Inimici autẽ Domini statim 2.Tim.3.
vt gloriabuntur & exaltabuntur, deficiẽtes sicut fumus deficient. De talibus dictum est, Sicut Iãnes & Mãbres restiterunt Moysi, sic & isti resistunt veritati: homines mẽte corrupti, reprobi circa fidẽ. Vnde autẽ resistunt veritati, nisi inflatione tumoris sui, euntes in vẽtos, extollẽtes se quasi iustos & magnos? Quid autẽ de illis ait tanquã de fumo? Sed vltrà nõ proficient. Demẽtia enĩ eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorũ fuit. Ini-
C mici autẽ Domini statim, vt gloriabũtur & exaltabuntur, deficiẽtes sicut fumus deficiẽt. Fœneratur peccator, & nõ soluit.) Accipit, & nõ reddit. Quid nõ reddit? Gratiarũ actionẽ. Quid enim à te vult Deus, aut quid exigit Deus, nisi quod tibi promisit? Et quanta accepit peccator, pro quib. nõ soluit? Accepit vt sit, accepit vt sit homo, multũq; interfit inter ipsum & pecus. Accepit corporis formã, accepit in corpore distinctionẽ sensuũ: ad videndũ oculos, ad audiẽdũ aures, ad odorandũ nares, ad gustãdũ palatũ, ad cõtrectãdum manus, ad ambulãdũ pedes, salutẽq; ipsam corporis. Sed adhuc ista & cũ pecore habemus cõmunia. Accepit etiã amplius, id est, mentem quæ possit intelligere, quæ possit capere veritatẽ, quę possit iustũ ab iniusto discernere, quę possit indagare, desiderare creatorem, laudare & inhærere illi. Hæc oĩa accepit & peccator, sed nõ bene viuendo nõ reddit q; debet. Ergo fœneratur peccator, & nõ soluit, nõ reddit ei à quo accepit, nõ agit gratias: imò ve-
D rò repẽdit mala pro bonis, blasphemias, murmur, aduersus Deũ indignationẽ. Ergo ille fœneratur, & non soluit. Iustus autẽ miseretur, & cõmodat.) Ille ergo nihil habet, iste habet. Videte egestatẽ, videte diuitias. Ille accepit, & nõ soluit: iste miseretur, & cõmodat. Abũdat illi. Quid si pauper est? Etiã sic diues est. Tu autẽ ad diuitias eius pioso oculos intende. Respicis enim arcam inanẽ, conscientiã Deo plenã non respicis. Non habet extrinsecus facultatẽ, sed habet intrinsecus charitatẽ. De charitate quãta erogat, & non finitur? Etenĩ si habet foris facultatẽ, dat ipsa charitas, sed ex eo quod habet. Si autẽ non inuenit foris quod det, dat beneuolẽtiã, pręstat consilium, si potest, pręstat auxiliũ, si potest. Ad extremũ si nec cõsilio, nec auxilio adiuuare potest, vel voto adiuuat, vel orat pro cõtribulato, & fortè magis ipse exauditur, quã qui porrigit panẽ. Habet sẽpe:

vnde det, cui plenũ pectus est charitatis. Ipsa est charitas, quæ dicitur & volũtas bona. Plus à te Deus nõ exigit, quã quod tibi intus dedit. Vacare enĩ nõ potest voluntas bona. Non enĩ habens voluntatẽ bonã, & si numus tibi superſit, nõ porrigis pauperi: ipsi inter se pauperes præſtãt ſibi de volũtate bona, nõ ſunt inter ſe infructuoſi. Vides cæcũ duci à vidente, quia numos non habuit quos daret egẽs, cõmodauit oculos nõ habẽti. Vnde hoc factum eſt, vt mẽbra ſua commodaret ei qui non habet, niſi quia intus inerat volũtas bona, theſaurus pauperũ? In quo theſauro dulciſſima requies, & vera ſecuritas: ad ipſum amittẽdum nec latro admittitur, nec naufragium metuitur. Seruat ſecũ quod intus habet, nudus euadit, & plenus eſt. Iuſtus ergo miſeretur, & commodat. Quoniam benedicẽtes eum, hæreditate poſſidebunt terrã.) Sicut illum iuſtum, verè ſolũ iuſtũ & iuſtificantẽ, qui & pauper hic fuit, & diuitias magnas attulit, quibus faceret diuites eos, quos inuenit pauperes. Ipſe eſt enĩ qui ſpiritu ſancto ditauit corda pauperũ, & exinanitas animas confitendo peccata, impleuit opulẽtia iuſtitię: qui potuit diuitẽ facere piſcatorẽ, dimittẽdo retia ſua quod habebat contẽnentẽ, quod nõ habebat haurientẽ. Infirma enĩ mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Et nõ de oratore piſcatorẽ, ſed de piſcatore lucratus eſt oratorẽ, de piſcatore lucratus eſt ſenatorẽ, de piſcatore lucratus eſt imperatorẽ. Quoniã benedicẽtes eum poſſidebunt terrã hæreditate, erunt eius cohęredes: in terra illa viuẽtiũ, de qua dicitur in alio Pſalmo, Spes mea es tu, portio mea in terra viuẽtiũ. Tu es ipſa portio mea, inquit Deo, & nõ dubitauit Deũ ſibi facere portionẽ, hæreditate poſſidebunt terrã. Maledicẽtes autẽ eum, diſperient.) Vt autẽ benedicantur qui benedicunt, præſtitũ eſt eis: nã ventũ eſt ad maledicẽtes, & facti ſunt benedicẽtes: & iã ſic diſperierũt maledicentes eum, cũ eius munere facti ſunt benedicentes: quẽ & malo ſuo maledicebant, in bono autẽ ipſius benedicunt. Videte quid ſequitur: A Domino greſſus hominis dirigẽtur, & viã eius volet.) Ipſe homo vt velit viã Dñi, ab ipſo Domino dirigũtur greſſus eius. Nã ſi Dominus nõ dirigeret greſſus hominis, tã praui erãt, vt ſemper per praua irent, & ſemitas curuas ſequendo redire nõ poſſent. Venit enĩ ille, & vocauit, & redemit, & ſanguinẽ fudit. Hoc pretiũ dedit, hæc bona fecit, & mala paſſus eſt. Attẽde quæ fecerit, Deus eſt: attende quæ paſſus ſit, homo eſt. Quis iſte Deus homo? Si tu ô homo, non dimitteres Deũ, nõ fieret pro te Deus homo. Parũ tibi enim erat ad remunerationẽ vel ad donũ eius, quia & hominẽ te fecit, niſi & homo pro te fieret. Ipſe eſt enĩ qui direxit greſſus noſtros, vt viã eius velle mus. A Dño greſſus hominis dirigẽtur, & viã eius volet. Iã cùm ſequeris viã Chriſti, nõ tibi ſeculi proſperitates ꝓmittas. Per dura ambulauit, ſed magna promiſit. Sequere. Noli tãtum attẽdere quã iturus, ſed & quò venturus ſis. Tolerabis dura tẽporalia, ſed ad lætitiam peruenies ſempiternã. Si vis ſuſtinere laborem, attẽde mercedẽ. Nã & operarius in vinea deficeret, niſi attenderet quid accepturus eſſet. Cũ autẽ attẽderis quid ſis accepturus, oĩa tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æſtimabis pro quib. illud accipias. Miraberis tantũ dari pro tãto labore. Nã vtiq;, fratres, pro æterna requie labor æternus ſubeundus erat. Æternã felicitatẽ accepturus, ęternas paſſiones ſuſtinere deberes. Sed ſi æternum ſuſtineres laborem, quãdo venires ad æternã felicitatẽ? Ita fit, vt neceſſario temporalis ſit tribulatio tua, qua finita venias ad felicitatem infinitã. Sed planè fratres, poſſet eſſe longa tribulatio pro æterna felicitate. Verbi gratia, vtqm felicitas noſtra finẽ nõ habebit; miſeria noſtra, & labor noſter, & tribulationes noſtrę diuturnæ eſſent. Nã & ſi mille annorũ eſſent, appẽde mille annos cõtra æternitatem: Quid appendis cum infinito quãtũcunque finitũ? decem millia annorũ, decies centena milia, ſi dicendũ eſt, & milia miliũ, quæ finem habent, cũ æternitate cõparari nõ poſſunt. Huc accedit, quia nõ ſolùm temporalem voluit laborem tuũ Deus, ſed etiã breuem. Paucorũ dierũ eſt tota vita hominis, etiãſi læta duris non miſcerentur, quæ plura & lõgiora ſunt certè, quàm dura: & ideo breuiora & pauciora ſũt dura, vt durare poſſimus. Si ergo per totã vitã ſuã homo in laborib. & in ærumnis eſſet, in doloribus, in tormentis, in carcere, in plagis, in fame & ſiti omnib. diebus, horis omnibus, per totã vitã ſuã vſque ad ætatem ſenectutis, pauci dies ſunt tota vita hominis: quo labore tranſacto, veniet regnũ æternum, veniet ſine fine felicitas, veniet æqualitas angelorum, veniet hæreditas Chriſti, veniet cohæres Chriſtus. Pro quanto labore quãtam mercedem accipimus? Veterani homines qui laborãt in militia, & verſantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare à iuuentute, exeũt ſenes: vt habeant paucos dies quietos ſenectutis ſuę, quãdo eos iam ipſa ætas incipit grauare, quos bella nõ grauant, quãta dura tolerãt, quæ itinera, quæ frigora, quos ſoles, quãtas neceſſitates, quæ vulnera, quæ pericula? & nõ attendunt patientes hæc oĩa, niſi paucos dies quietos illos ſenectutis ad quos vtrũ peruenĩãt neſciũt. Ergo à Domino greſſus hominis dirigentur, & viã eius volet. Hinc dicere cœperã, viam Chriſti ſi vis, & verè Chriſtianus es (ipſe eſt enim Chriſtianus, qui nõ aſpernatur viã Chriſti, ſed vult viam Chriſti ſequi per paſſiones ipſius) noli per aliam viã velle ire quàm per illã qua ipſe iuit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via: alia fortè delicias habet, ſed latronibus plena eſt. Et viam eius volet. Cùm ceciderit iuſtus, nõ conturbabitur, quoniã Dñs confirmat manus eius.) Ecce quid eſt, velle viam Chriſti. Cõtingat illi vt aliquam tribulationẽ patiatur, aliquam exhonorationẽ, aliquam cõtumeliã, aliquam afflictionem, aliqua damna & cætera quæcunque abundant in vita iſta generi humano. Proponit ſibi Dominũ ſuum, quãta genera tentationum paſſus eſt: & non cõturbabitur cum ceciderit, quia Dominus confirmat manum eius, quia prior paſſus eſt. Quid enim timebis ô homo, cuius directi ſunt greſſus, vt velles viã Domini? Quid timebis? Dolores? Flagellatus eſt Chriſtus. Contumelias timebis? Audiuit, Dæmonium habes, qui dæmonia excludebat. Fortè factionẽ & conſpirationem malorum? Cõſpiratum eſt aduerſus illum. Non potes oſtendere fortè conſcientiam tuam bonam in aliqua accuſatione, & vim pateris quòd aduerſus te falſi teſtes audiuntur. Contra ipſum falſum teſtimonium dixerunt, non ſolùm ante mortem, ſed etiã poſt reſurrectionem. Inducti ſunt falſi teſtes, vt à iudicibus damnaretur: acceſſerunt falſi teſtes cuſtodes ad ſepulchrum. Reſurrexit ille cum tanto miraculo, commota terra prodidit Dominum reſurgentem. Erat illic & terra cuſtodiens terram, ſed terra durior mutari non potuit. Nunciauit vera, ſed ſeducta eſt à falſa. Dixerunt enim illi cuſtodes Iudæis quæ viderint, & quid factum ſit. Acceperunt pecuniam, & dictum eſt eis: Dicite quòd vobis dormientibus venerunt diſcipuli eius, & abſtulerunt eum. Ecce falſi teſtes & contra reſurgentem. Quanta autem cæcitas in falſis teſtibus, quanta cæcitas, fratres? Solent hoc enim pati falſi teſtes, vt excæcentur, & contra ſe dicant neſcientes, vnde appareat quia falſi ſunt teſtes. Quid enim illi contra ſe dixerunt? Cùm dormiremus, venerunt diſcipuli eius, & abſtulerunt eum. Quid eſt hoc? Quis eſt qui dicit teſtimonium? Qui dormiebat. Talibus ego narrantib. non crederẽ, nec ſi ſomnia

Matt. 4. c.
1. Cor. 1. d
Pſal. 141.
Matt. 17. d
Ioan. 8. f.
Ioan. 9. d.
Matt. 16. f.
Matt. 28. b

ſua mihi indicarent. Stulta inſania: ſi vigilabas, quare permiſiſti? ſi dormiebas, vnde ſciſti? Sic & iſti filij eorũ vſque huc, ſicut meminiſtis, & prætermittendũ ex occaſione nõ eſt. Tanto magis enim debemus cõmemorare vanitatẽ eorum, quãto magis quęrimus ſalutẽ eorum. Ecce corpus Chriſti patitur falſos teſtes, ſuſtinet corpus quod præceſſit in capite. Nõ mirum eſt, & modò nõ deſunt corpori Chriſti diffuſo per totum orbem terrarum qui dicãt, progenies traditorum. Falſum teſtimoniũ dicis. Ibi te cõuinco falſũ teſtẽ, ſecutus pauca verba. Tu dicis mihi, traditor es: ego tibi dico, mendax es: ſed tu traditionẽ meam nuſquã & nunquã probas, ego mẽdacium tuum hic in iſtis ipſis verbis tuis modò probo. Certè ibi dixiſti, quia nos acuimus gladios noſtros: recito geſta tuorum circumcellionum. Certè ibi dixiſti, quia prætermittis ablata: recito geſta, vbi procurationẽ ad exigẽda feciſti. Certè ibi dixiſti, Nos ſola offerimus euãgelia: recito tot iuſſiones iudicũ, quibus à te diuiſos perſecutus es. Recito preces ad apoſtatam imperatorẽ, cui dixiſti, quia ſola iuſtitia apud eũ habet locũ. An fortè apoſtaſia Iuliani, pars euãgelij tibi videtur? Ecce mẽdacem te teneo. Quid de me dixiſti quod credi debeat? Etiã ſi non inuenirẽ vnde oſtenderẽ falſum te dicere, ſufficit vt oſtendã te mendacẽ eſſe. Quid dicis? Qualis tu, tales & cæteri. Nã meritò talia verba omnibus miſiſti, abundare voluiſti ſocietate mẽdaciũ, ne tu ſolus erubeſceres de mẽdacio. Sed valeat, inquit, in Cæcilianũ iudicium patrũ noſtrorũ. Quare valebit? Quia epiſcopi iudicauerunt. Valeat & in te, q̃ Maximinianiſtę iudicauerunt. Prius enĩ quod credo vos noſſe, epiſcopi ſentiẽtes cum Maximiano adhuc diacono ipſius, venerunt ad Carthaginẽ, ſicut ſe habet tractatoria, quã etiã geſtis alligauerunt, cùm litigarẽt de domo cum ꝓcuratore illius qui prętermittit ablata. Ergo primò tractatoriã de illo miſerunt, cõquerentes, quia noluit ad illos exire: hoc enĩ maximè cõqueſti ſunt. Vide quomodo illis Deus reddidit q̃ de Cęciliano dixerũt. Mira ſimilitudo, voluit Deus poſt tot annos reuoluere illis in facię, q̃ geſtũ eſt: vt omnino vnde diſſimulẽt, & qua effugiãt nõ inueniãt. Oblitos ſe dicerẽt quæ geſta ſunt antẽ, nõ eos Deus ſinit obliuiſci: atq; vtinã valeat ad ſalutẽ. Nã miſericordia ſua fecit hoc Deus, ſi conſiderent quid ſit factum. Ponite ergo vobis ante oculos fratres, vnitatẽ tunc orbis terrarum, vnde ſe iſti diuiſerunt aduerſus Cęcilianũ. Ponite & modò partẽ Donati, vnde ſe Maximinianiſtę diuiſerunt aduerſus Primianum. Quod tunc illi Cæciliano, hoc nunc iſti fecerunt Primiano. Propterea ſe & veriores Donatiſtis dicunt Maximinianiſtæ, quia reuera facta maiorũ ſuorum ipſi imitati ſunt. Sic enim erexerũt Maximinianũ aduerſus Primianũ, quomodo illi erexerunt Maiorinũ aduerſus Cęcilianũ: & ſic queſti ſunt iſti de Primiano, quomodo illi de Cęciliano. Nam ſi meminiſtis, hoc dixerunt illi, quod ad eos exire noluerit Cęcilianus, memor cõſciẽtiæ ſuæ. Ille autẽ nouerat factionẽ eorum. Sic & iſti cõqueruntur, quia noluit ad illos exire Primianus. Quare Primiano cõceditur, noſſe factionẽ Maximinianiſtarum, & Cæciliano nõ cõceditur noſſe factionẽ Donatiſtarum? Nondũ erat ordinatus Maximinianus, crimina dicebantur de Primiano. Venerunt epiſcopi, voluerũt vt ad eos exiret: nõ eſt egreſſus, ſicut eorum indicat tractatoria actis inſerta. Nõ eſt egreſſus, nõ improbo, imò & laudo. Si aliquã factionẽ vidiſti, non debuiſti ad factioſos procedere, ſed ſeruare cauſam tuã meliori iudicio partis tuæ. Reſtabat enĩ magna pars Donati, vbi ſe poſſet purgare Primianus: propterea ad illos qui iam factionem cõſpirauerãt, exire noluit. Vides quomodo laudamus cõſilium tuũ aduerſus Maximinianiſtas, bene attẽde & cauſam Cæciliani. Non vis vt frater, quomodo extraneus, ſic iudica. Noluiſti exire, quid tibi dicẽt? Iſti factionẽ conſpirauerunt cõtra ſalutẽ meã, corrupti ſunt aduerſum me: ſi me illis cõmiſcro, facio præiudicium cauſæ meæ. Nõ ad eos exibo, ſeruetur cauſa mea melioribus, & authoritate grauioribus. Bonum cõſilium. Quid ſi hoc dixit Cęcilianus? Quanquã laborabis tu, vt oſtendas quæ aduerſus te iſtos alia Lucilla corruperit, & fortè nõ inuẽturus quod ille tunc vſque adeò nouerat, vt poſtea geſtis aperiretur. Sed vidiſti neſcio quid occultum, renunciatũ eſt tibi aliquid metuẽdum. Cõcedo timori tuo cautelam iſtã. Rectè feciſti, ad tales nõ procedere. Erant enim alij qui de te poterant iudicare. Attẽde nunc Cæcilianum. Tu tibi ſeruaſti Numidiã, ille orbẽ terrarum. Sed ſi valere vis aduerſus illũ ſentẽtias tunc Donatiſtarũ, valeãt nunc aduerſus te ſentẽtiæ Maximinianiſtarum. Epiſcopi illum dãnauerunt, epiſcopi & te. Quare poſtea egiſti cauſam tuã, & obtinuiſti ibi Maximinianiſtas, ſicut ille poſtea egit cauſam ſuã, & obtinuit ibi Donatiſtas? Quod ergo tunc factum eſt, videtur ante oculos miro & manifeſto exẽplo reuolutum: talia Maximinianiſtas conqueri de Primiano, qualia omnes iſti conqueſti ſunt de Cæciliano. Mirum eſt fratres, quomodo moueor, quomodo Deo gratias ago: quia verè miſericordia Dei ad iſtos, ſi ſapiãt, illuminãdos formauit exemplũ. Proinde ſi placet paululũ fratres, quia & hoc nobis Deus in manus dedit, audite cõcilium Maximinianiſtarũ. Et cùm tractaret idẽ recitauit cõcilium Maximinianiſtarum: Sãctiſſimis fratrib. atq; collegis per vniuerſam Africam.

Et cùm recitaret idẽ dixit, Tota vnitas ipſorum per Africã. Sed hic cũ illis eſt catholica: in aliis autẽ orbis partibus ipſi non ſunt cum catholica. Et cùm tractaret idẽ ſequẽtia, recitauit iterum, Sanctiſſimis fratrib. atq; collegis per vniuerſam Africã, hoc eſt, per prouinciam proconſularẽ, Numidiã, Mauritaniã, Byzacenã, & Tripolim cõſtitutis, ſed & presbyteris & diaconis, vniuerſis plebibus, in veritate euãgelij nobiſcum militãtibus, Victorinus, Fortunatus & Victorianus, Migginus, Saturninus, Cõſtantius, Cãdorius, Innocentius, Creſconius, Florẽtinus, Saluius, aliꝰ Saluius, Donatus, Geminius, Prætextatus. Et cùm recitaret idem dixit, Ipſe eſt Aſſuritanus, quẽ poſtea receperunt: eum qui in ſe dixit ſententiã, recepit poſtea. Et cùm tractaret idẽ ſequentia recitauit, Maximianus, Theodorus, Anaſtaſius, Donatianus, Donatus, alter Donatus, Põponius, Pancratius, Ianuarius, Secũdinus, Paſcaſius, Creſconius, Rogatianus, alius Maximianus, Benenatus, Gaianus, Victorinus, Guntaſius, Quintaſius, Felicianus. Et cùm recitaret idem dixit: Iſte eſt Muſticanus qui adhuc viuit, ſed fortè alius eſt aliunde. Poſtea ſubſcribẽtes, dicũt & loca vnde quiſque erat. Et cùm tractaret idẽ ſequentia recitauit, Saluius, Migginus, Proculus, Latinus, & cęteri qui in concilio apud Cauernas Suſis fuimus, in Dño æternã ſalutẽ. Nemo qui neſciat, fratres dilectiſſimi, de ſacerdotibus Domini, nõ proprię voluntatis, ſed diuinæ legis impulſu, tam in reos ſententiam dicere, quàm innocẽtibus infligtam iure ab eis ac merito ſubmouere. Non leui enim periculo ſubiacebit, quiſquis aut reo pepercerit, aut innocentẽ cõfutare pertentarit: maximè cùm ſcriptum ſit, Innocentẽ & iuſtũ non occides, & purgatione nõ purgabis reum. Hoc igitur edicto legis admoniti, neceſſe nos fuerat Primiani cauſam, quẽ plebs ſancta Carthaginenſis Eccleſiæ epiſcopũ fuerat in ouile Dei ſortita, ſeniorum literis eiuſdem Eccleſiæ poſtulãtibus audire atq; diſcutere ſub eo: vt explanatis omnibus, aut innocentem, quod optabile fuerat, purgaremus; aut nocentẽ certè oſtenderemus ſuis meritis

Concilium
Auguſtinꝰ.
Concilium
Auguſtinꝰ.
Concilium
Auguſtinꝰ.
Concilium
Exod. 23. c
Dan. 13. f.

esse dānatū. Optatissimū enī nobis fuit, vt plebs sancta
Carthaginensis Ecclesiæ eo se lætetur Episcopo subli-
al. habeatur. matā, qui in oīa sanct⁹ & in nulla reprehēsibilis† habe-
retur. Propterea vtiq; talē esse oportet Domini sacer-
dotē, vt quod populus pro se apud Deum nō valuerit,
ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare;
1.Reg.2.c. quia scriptum est: Si peccauerit populus, orabit pro eo
sacerdos. Si autē sacerdos peccauerit, quis orabit pro
Augustin⁹. eo? Et cùm legeret, idē tractās dixit: Etiā Apostoli scri-
Coll.4.a. pserūt plebibus vt orarēt pro se, & Apostoli orātes di-
Matth.6.b. cebāt, Dimitte nobis debita nostra. Et apostolus Ioā-
1.Ioan.2.a. nes dixit, Aduocatū habemus apud patrē Iesū Christū
iustū, & ipse est exoratio ꝓ peccatis nostris. Sed illud de
illo sacerdote scriptū est, quē isti nō intelligunt: vt ad-
moneretur populus, in prophetia talē se debere agno-
scere sacerdotem, pro quo nullus posset orare. Quis est
autē pro quo nullus orat, nisi ille qui pro omnib. inter-
Rom.8.g. pellat? Quia ergo tunc sacerdotiū erat Leuiticū, vbi sa-
cerdos intrabat in sancta, & offerebat hostias pro po-
pulo, habebat autē imaginē nō veritatē futuri cuiusdā
al. autem. sacerdotis: tūc † enī & ipsi sacerdotes peccatores erāt,
sicut cęteri homines: volēs Deus per prophetā admo-
nere populū, iam talē desiderādum esse sacerdotē, qui
interpellaret pro omnibus, & pro eo nullus oraret: de-
1.Reg.2.c. signās talem admonuit & dixit: Si peccauerit populus,
orabit pro eo sacerdos. Si autem sacerdos peccauerit,
quis orabit pro eo? Itaq; ô popule, talē elige sacerdotē,
pro quo nō cogaris orare, sed de cuius oratione pro te
securus esse possis. Ipse est Dominus noster Iesus Chri-
stus, vnus sacerdos, vnus mediator Dei & hominū, ho-
1.Tim.2.b. mo Christus Iesus. Et cùm tractaret, idē sequētia reci-
Concilium tauit: Scādala igitur Primiani & ipsius nequitia singula-
ris, sic in se cęleste iudicium prouocauit, vt horū crimi-
num authorē necesse esset penitus amputari, qui recēs
Augustin⁹. ordinatus est. Et cùm recitaret, idē tractator dixit: Iam
Concilium iam crimina ipsius dicūtur. Et cùm tractaret, idem se-
quētia recitauit: Presbyteros supradictæ plebis ad cō-
iurationē impiæ cōspirationis impellēs, hoc ab eis ve-
lut precario iure postulauit, vt ad damnandos quatuor
diaconos, viros egregios, ac singularib. meritis appro-
al. conspirarent. batos, Maximianū scilicet, Rogatianū, Donatū, itém-
Augustin⁹. que Salgamū, † cōsentirent. Et cū recitaret, idē tractans
al. frustu frustum dixit: In his quatuor erat ille author schismatis, præci-
Concilium dēs de † frusto frustū, & nō se dolēs ab integritate præ-
cisum. Et cùm tractaret idē dixit, sequētia recitauit, vt
incunctāter ei promitterēt accōmodare cōsensum. Et
Augustin⁹. cùm recitaret, idē tractās dixit: Hoc cū illis egit: illi no-
luerūt ei promittere, sed tacuerūt. Ille per seipsum co-
gitatū scelus non dubitauit implere. Et cùm tractaret,
Concilium idē recitauit. Cuius illi mala præsumptione stupefacti,
cùm rem silentio refellissent, per se cogitatū scelus non
dubitauit implere, vsqueadeò vt in Maximianū diaco-
nū, virum, sicut omnib. notū est, innocentē, sine causa,
sine accusatore, sine teste absentē, ac lecto cubantem,
sententiā putaret esse promendā. Et cùm recitaret, idē
Augustin⁹. tractans dixit: Videte crimen. Et cum tractaret, idem
Concilium sequentia recitauit: Quia iampridē clericos non dissi-
mili furore dānaret. Nā cùm incestos cōtra legē decre-
tāque omniū sacerdotū cōmunioni sanctę adiungeret,
cūque obsistēte maxima parte plebis, etiā seniorū no-
bilissimorū literis conueniretur, vt per se corrigeret ꝙ
admiserat, sua temeritate possessus emēdare contēpsit.
His itaq; permoti seniores Ecclesię supradictę, ad vni-
uersum chorū literas legatosque miserūt, quib. nō sine
lachrymis deprecati sunt vt ad se feruētius veniremus,
quo perpēso libramine intētionibus exploratis existi-
matio Ecclesię purgaretur: Ad hāc proinde cū secundū
memoratorū literas venirem⁹, nota sua ille ratione ser-
uescēs, aduētū nostrū penitùs declinauit. Et cùm reci- Augustin⁹.
A taret, idē tractans dixit: Quid illi obiiciatur scitis, quia
pars iā Donati incesta facta est. Hoc erat in regula. Qua-
les fuerint, cū quib⁹ fuerit cōmunicatū, tales dicūt fieri
oēs, & vniuersam massam. Itaq; si verū isti dicūt, ince-
sta est iā pars tota Donati. Exeāt planè Numidæ, & di-
cāt, ad nos nō pertinet. Stylus incestus est, nescio quos
ad communionem tuam admisisti, obesse potuit tam
longè positis. Si ergo vobis obesse non vultis qui in
Numidia estis, quod Carthagini fit, quod in Africa fit,
potuit obesse vniuerso orbi terrarum? Semper † inde se al. vnde. Conciliū.
defendunt, inde se excusant, & nos accusant.
Et cùm tractaret, idē sequētia recitauit: Aduentū no-
strū penitus declinauit. Et cùm legeret, idē dixit: Quid Augustin⁹. Concilium.
illi questi sunt de Cęciliano. Et cùm tractaret, sequētia
recitauit: Qui vsquequaque rebelli animo recalcitrās,
in malo permāsit, vt conducta multitudine perditorū.
Et cùm recitaret, idē dixit: Iā hoc plus est. Hęc de Cæ- Augustin⁹.
ciliano nō dixerūt illi, videte quę. Et cū tractaret, idem
B sequētia recitauit: Atq; impetratis officialib. basilicarū Concilium
ianuas obsedissent. Et cùm recitaret, idē dixit: Ne in- Augustin⁹. Conciliū.
trarēt episcopi. Et cū tractaret, idē sequentia recitauit:
Qui ingrediēdi nobis atq; agēdi solēnia interdicerent
facultatē. Hęc si Episcopū cōuenit facere, si Christia-
nis licet admittere, si hoc Euāgelia protestātur; probet
aut iudicet quisquis amator aut assertor est veritatis.
Hoc enī nobis inflixit frater aliquādo proprius, ꝙ nun-
quā faceret alienus. Et cū legeret, idē dixit: Quid opus Augustin⁹.
est pluribus? Dicūt multa & dānant hominē, sed dam-
nationē iā ipsam legamus. Et cùm tractaret, idē recita- Concilium
uit: Decreuimus oēs sacerdotes Dei, præsente spiritu
sancto, hūc eundē Primianum: primò quia super viuos
episcopos alios subrogauit: quòd incestos cū sanctorū
cōmunione miscuerit: quòd presbyteros ad cōiuratio-
C nē in eadē constringere pertētarit: quòd Fortunatum
presbyterū in cloacā fecerit mitti, cùm ægrotātib. ba-
ptismo succurrisset: quòd cōmunionē Demetrio pres-
bytero denegauit, vt cogeret filiū abdicare: quòd idē
presbyter obiurgat⁹ sit, quòd episcopos hospitio susce-
pisset: quòd supradictus Primianus multitudinē mise-
rit, quæ Christianorū domos euerteret: ꝙ obsessi sunt
episcopi simul & clerici, & postea ab eius satellitib. lapi-
dati sunt: quòd in basilica cęsi sunt seniores, quòd indi-
gnè ferrēt Claudianistas ad cōmunionē admitti: quòd
innocētes clericos putauerit esse cōdēnādos: quòd se
nobis audiendū noluerit exhibere, cū basilicarū fores
ne ingrederemur multitudine & officialib. intercluse-
rit: quòd legatos à nobis ad se missos iniuriosè reiece-
rit: quòd loca multa, vi primò, dehīc authoritate iudi-
ciaria vsurpauit. Et cū legeret, idē dixit: Prętermissor Augustin⁹
ablatorū. Cùm Paulus apostolus dicat, audet quis ve- 1. Cor. 6.a
D strū aduersus aliū negotiū habēs iudicari apud iniustos,
& nō apud sanctos? Videte quale illi crimē obiecerint,
quia nō apud episcopos agere voluit de locis, sed apud
iudicē. Et cùm tractaret, idē sequētia recitauit: Præter Concilium
alia illicita eius admissa, quæ pro honestate styli nostri
siluimus, à sacerdotali choro perpetuò esse dānatū de-
creuimus: ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione,
aut aliquo crimine maculetur. Quod idipsum Paulus
apostolus exhortatur & admonet: Præcipimus autem 2.Thess.3.b
vobis fratres, in nomine Dñi nostri Iesu Christi, vt di-
scedatis ab oī fratre inordinatè ambulāte. Atq; † adeò al. ideo.
nō immemores puritatis Ecclesię, cōducibile existima-
uimus, oēs sanctos cōsacerdotes, & oēs clericos, & oēs
populos qui se Christianos meminerūt, hac nostra tra-
ctatoria cōmonere: vt omnes eius communionem, vt-
pote damnati, diligēti cura horreant. Ipse enim de suo
interitu rationem reddet, qui hoc nostrum decretum
non

non audiēdo tentauerit violare. Placuit sanè nobis &
spiritui sancto, quòd tēpus tardis ad conuertendū re- A
seruetur sub eo, vt quicūque consacerdotū vel clerico-
rū suę salutis immemores à die damnationis supradicti
Primiani, id est, à die kalendarū Iuliarū vsque ad diem
octauū kalendarū Ianuariarū, minus à Primiani dānati
cōmunione recesserint, tali sententia constringantur.
Laici quoque nisi se à supradicto die dānationis illius,
intra diem paschæ futuræ ab eius consortio separaue-
rint, nō posse quenquā nisi per pœnitentiā, siquidē me-
minerint Ecclesiæ, reformari. Victorinus Munacianē-
sis episcopus subscripsi. Fortunatus Dionysianēsis epi-
scopus subscripsi. Victorianus Carbaniensis episcopus
subscripsi. Florētius ab Adrumeto episcopus subscri-
psi. Migginus Belephātarię episcopus subscripsi. Inno-
centius Thebaltensis episcopus subscripsi. Miggin pro
collega meo Saluiano Presitano episcopo subscripsi.
Saluius Ausacensis episcopus subscripsi. Donatus Sa-
Augustin⁹. bratēsis episcop. subscripsi. Gemeli⁹ à Tanabæis episc. B
subscripsi. Et cū legeret, idē dixit: Ex ipsis cōdēnato-
ribus subscripsit & Pretextatus Assuritanus, & Felicia-
Concilium nus Musticanus. Et cùm tractaret, sequentia recitauit:
Prætextatus Assuritanus episcopus subscripsi. Maxi-
mianus Stabatensis episcopus subscripsi. Dacianus
Carnicetēsis episcopus subscripsi. Donatus Fisciānēsis
episcopus subscripsi. Theodorus Vsulensis episcopus
subscripsi. Victorianus iubēte collega Agnosio episco-
po subscripsi. Donatus Cebresutanus episcopus sub-
scripsi. Nathalicus Thelensis episcopus subscripsi. Pō-
ponius Macrianensis episcopus subscripsi. Pancratius
Balianēsis episcopus subscripsi. Ianuarius Aquenensis
episcopus subscripsi. † Secūdus Iacōdianensis episcop⁹
al. Secundinus. subscripsi. Pascasius à vico Augusti episcopus subscri-
psi. Creso Coniustiacēsis episcopus subscripsi. Roga-
tianus episcopus subscripsi. Maximianus Erūminensis
episcopus subscripsi. Benenatus Tuguciānēsis episco-
pus subscripsi. Ritanus episcopus subscripsi. Gaianus
Tigualensis episcopus subscripsi. Victorinus Leptima- C
gnensis episcopus subscripsi. Guntasius Benefensis epi-
scopus subscripsi. Quintasius Capiensis episcopus sub-
scripsi. Felicianus Mustitanus episcopus subscripsi. Vi-
ctorianus ex delegatione subscripsi. Miggius episcop⁹
subscripsi. Latinus Mugiēsis episcopus subscripsi. Pro-
culus Girbitanus episcopus subscripsi. Donatus Sabra-
tēsis episcopus pro fratre & collega meo Marratio sub-
scripsi. Proculus Girbitanus pro collega meo Gallio-
no subscripsi. Secundianus Prisianēsis episcopus sub-
scripsi. Helpidius Tusdritanus episcopus subscripsi.
Donatus Samurdacensis episcopus subscripsi. Getuli-
cus Victorianensis episcopus subscripsi. Annibonius
Robautēsis episcopus subscripsi. Itē Annibonius peti-
tus à collega meo Augendiarensi episcopo subscripsi.
Tertullus Abitensis episcopus subscripsi. Primilianus
episcopus subscripsi. Secundinus Arusianensis episco- D
pus subscripsi. Maximus Pitanensis episcopus subscri-
psi. Crescentianus Murrēsis episcopus subscripsi. Do-
natus Belmensis episcopus subscripsi. Perseuerantius
Tebertinus episcopus subscripsi. Faustinus Binēsis epi-
scopus subscripsi. Victor Altiburinanus episcopus sub-
Augustin⁹. scripsi. Oēs numero quinquaginta tres. Et cū recitaret,
idē tractās dixit: Paululum dignamini aduertere. Hæc
est dānatio tua. Dicimus illi: Quid vis, habeat pondus
an nō habeat? Ego faueo. Prorsus dico, quia isti oēs fal-
sa in te dixerūt: & audi vnde credā. Quia apud alios iu-
dicēs obtinuisti causam tuā, & isti dānati sunt. Si ergo
te propterea credo innocentē, quia nō exiēs ad factio-
sos, alibi ostēdisti innocentiā tuā, vt illi qui te dānaue-
rūt, dānationem mererētur: dignare acceptare Cæci-
lianū innocētē, qui noluit exire ad maiores suos, & sic
seruauit causam suā orbi terrarū, quomodo tu seruasti
cōcilio Numidarū. Si innocentē te reddidit sedes Ba-
gaitana, quāto potius illū sedes Apostolica? Aut vis vt
valeāt qui primò dānauerunt? Si valēt, cōtra te valent.
Nā illi cōtra Cæcilianū nec valent nec valebunt: tamē
quid cōtra te iudices, attēde. Iā hic audēt dicere: Sed
nos qui postea damnauimus Maximinianistas, plures
eramus. Valeat ergo sentētia vestra in Felicianū, & va-
lebit illorū in Cæcilianū. Vbi Bagaitanum concilium
fecerūt, etiam Felicianum damnauerunt. Modò † intus al. iniustius.
est Felicianus: aut nocens receptus est, aut innocēs dā-
natus est. Si ergo nocentē recipis pro pace Donati, ce-
de omnibus gentibus pro pace Christi. Si autē per er-
rorē vestrū innocēs damnatus est: errare potuerūt tre-
centi decē dānantes Felicianum, & non potuerunt er-
rare septuaginta dānantes Cæcilianum? Quid ergo di-
citis, Cùm audieritis vobis dici, prius vos dānauerunt
Maximinianistæ: recurritis & dicitis: Sed nos plures
eramus qui dānauimus Maximinianistas. Ad vtrunq.
vobis citò respondetur, quia & illi vestri priores dāna-
uerunt Cæcilianū. Si priores valent, cedant Primiani-
stę concilio Maximinianistarum. Si plures valēt, cedāt
Donatistæ orbi terrarū: nihil esse arbitror iustius. Pau-
ci sunt Maximinianistæ: sed priores sunt. Reus reū non
facit. Si hoc putas quomodo damnatus damnare po-
tuisti? quia inter dānatores & ipse scriptus est, nec ser-
uauerunt illi locū causam dicendi. Aliter autem Cæci-
lianus. Seruatus est illi locus hominis causam dicentis,
sicut habet ipsa sentētia, quia nec in cōmunionē rece-
ptus est nisi purgatus. Iste autē inuenitur hic à iudici-
bus dānatus, illic inter iudices damnans. Sed fuerit ista
ęquitas Bagaitani concilij. Prorsus totū concedimus.
Malè te dānauerunt Maximinianistæ. Malè dānauerūt
& illi priores vestri Cæcilianū. Tu purgasti te apud Ba-
gai, purgauit se ille in transmarino iudicio. Consensit
huic iudicio vniuersus orbis terrarū. Quid dicturus es?
Plures nos sumus quā Maximinianistæ. Estote plures.
De numero ergo agamus. Videte quantū intersit. Ab-
sentem te damnauerunt Maximinianistæ, cùm ad eos
exire noluisses. Hoc quidem simile, sic & illi damnaue-
runt absentem Cæcilianum, cùm factionem eorū de-
uitasset: sed tu rursus in absentes illos fecisti dici sentē-
tias in concilio Bagaitano. At verò Cæcilianus præ-
sens aduersario præsente purgatus est. Deinde alia ma-
gna differentia. Iudices Numidas apud quos te purga-
res, tu ipse † adisti, tu cōstituisti: Maximinianistę illos nō al. audisti
petierunt. Apud eos autē à Cæciliano Donatus victus
est, quos pars Donati iudices postulauerat. Respondēt
tibi modò Maximinianistæ, & iure dicunt: Nos primò
venimus ad te de prouincia tua, de diœcesi ad te per-
tinētis episcopi: & voluimus audire causam tuā. Con-
tēpsisti nos, nō ad nos existi. Si timuisti nostrū iudiciū,
vel simul iudices eligeremus, nō ires ad quos tu velles.
Quantū intersit, videte. Tunc autē ipsi Donatistæ lite-
ris suis imperatorem petierunt, vt decerneret iudices.
Improbauerūt eos apud quos victi sunt, quos antequā
vincerētur postulauerūt: dati sunt alij ad eorū petitum,
& ibi victi sunt. Appellauerunt ad imperatorem, & ibi
victi sunt. Semel victus est absens Maximinianista, &
tacet, & ter victus præsens Donatista nō tacet? Sed de
numero contendis cū Maximinianistis. Vt dixi, faueo
tibi. Trecenti decē, plures sunt quàm centū, vel quot
fuerunt, qui dānauerunt à parte Maximiniani Primia-
nū. Milia episcoporū per orbē terrarum qui damnaue-
runt à parte Cęciliani Donatum, nihil pōderis apud te
habere putas? Sed dicturus es mihi: Nunquid Donati-
stas milia episcoporū dānauerunt de toto orbe terra-

rũ? Optimè, non dãnauerunt. Quare non dãnauerunt? Quia iudicio non interfuerũt. Si iudicio non interfuerũt, propterea nõ dãnauerunt: quia causam illã penitùs nescierũt. Ab innocẽtib⁹ quare te separasti? Venit huc ad te de orbe terrarũ baptizatus quẽ vis rebaptizare: & te iã lẽtale mysteriũ exercentẽ, & volentẽ iterare q̃ semel datur, & nõ amittitur, adit cũ magna voce & gemitu, & dicit tibi, Quid est quod vis facere? rebaptizare me? ait nescio quis Mesopotamenus, nescio quis Syrus, nescio quis Põticus, vel lõgiùs cõstitutus. Respondes, quia nõ habes baptismũ. Dicit ille, Quare? Lege Epistolas Apostoli ad me datas. Venit nescio quis de Galatia, de Põto, venit nescio quis de Philadelphia, ad quas Ecclesias Ioãnes scripsit. Venit à Colossis, venit à
Apoc. 1.c. Philippis, à Thessalonica, & dicit: Ego non habeo baptismũ ad quem scripsit Apostolus, per quẽ tu habes?
Colos. 1.a. Audes legere epistolã meã, qui detestaris pacem meã?

CONCIO TERTIA, DE *tertia parte eiusdem Psalmi.*

B PARS nouissima Psalmi huius indiscussa nobis & intractata remãserat. Proinde sicut video, non quidẽ secundũ dispositionem nostram, sed tamẽ non præter dispositionem suã, ad reddendũ debitum nos Dñs reuocauit. Intẽti ergo estote fratres, vt si possumus Deo adiuuante, vel modò soluamus quod nos debere cognoscimus. Quis est qui dicit, quod modò cãtauimus? Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustũ derelictũ, nec semẽ eius quærens panẽ.) Si quasi vnus homo loquitur, quàm multum tẽpus est ætas vnius hominis? Et quid magnũ est, vt homo positus in vna aliqua parte terrarũ per totam vitã suã tam breuẽ, quàm humana vita breuis est, quamuis ad senectutem à iuuentute peruenerit, non viderit iustũ derelictũ, nec semen eius quærẽs panem? Nõ est mirandũ. Potuit enim fieri, vt ante vitam ipsius fuisset aliquis iustus quærens panẽ, potuit fieri vt in alia parte terrarum non vbi ipse esset. Deinde aliud quod mouet, audite: Ecce vnusquisque in vobis, qui fortè iã senuit, respiciẽs cursus ætatis suæ iam peractos
C sibi, vbi cogitatione versatus fuerit in his quos nouit, fortè nõ ei occurrit iustus quærens panẽ, aut filius iusti quærẽs panẽ. Sed tamẽ respicit ad scripturas diuinas,
Gen. 12. c. & inuenit angustatum Abrahã iustũ, & famẽ passum in
Gene. 26.a. regione sua, mutasse aliã regionẽ: inuenit & filiũ ipsius Isaac eiusdẽ famis causa in alias isse regiones quærentẽ panẽ. Et quomodo erit verũ, Nunquã vidi iustum derelictũ, nec semen eius quẽrens panẽ? Et si verũ hoc inuenit in spatio vitæ suę: aliter tamen inuenit in lectione diuina, quæ fidelior est quàm vita hominũ. Quid ergo facimus? Adiuuẽt nos pia studia vestra, vt inspiciamus in his versibus Psalmi voluntatẽ Dei, quid nos intelligere velit. Metus est enim, ne vnusquisque infirmus, nõ capiens spiritaliter intelligere scripturas, eat in exempla humana, videátque aliquãdo bonos seruos Dei esse in necessitate aliqua & inopia quærẽdi panes: maxi-
D
2. Cor. 11.g mè Paulũ apostolũ cogitet qui dicit, In fame & siti, in frigore & nuditate: & scandalizetur apud seipsum dicẽs. Certè verũ est quod cãtaui, certè verũ est quod in ecclesia stans tam deuota voce personui. Nunquã vidi iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panẽ. Fallunt nos scripturę, dicat apud se, & dissoluantur omnia eius membra ab opere bono: quibus mẽbris intrinsecus, q̃ est grauius, & in interiore homine resolutis, iã desistat ab opere bono, & dicat sibi: Vt quid bene operor? Vt quid panem meũ frango esurienti, & nudum vestio, &
Matth. 25.d sine tecto induco in domum meam, attendens ad id quod scriptum est, Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panẽ: cùm videam tot homines bene viuentes, plerunque fame laborantes? Sed si fortè erro ego, vt tam illũ qui bene vidit, quàm illũ qui
A malè viuit, putẽ bene viuere, & aliter illũ nouit Deus, id est, iniquum esse, quem ego iustũ puto: quid facio de Abraham quẽ iustũ ipsa scriptura cõmendat? Quid fa-
1. Cor. 4.d. cio de ipso apostolo Paulo qui dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi? An vt etiam ego sim in ma-
1. Cor. 11.g lis qualia ille pertulit, in fame & siti, in frigore & nuditate? Ita cogitantem, & vt dixi dissolutis membris omnibus interioribus à facultate operis boni, possumus
Luc. 5.d. ne fratres tanqtã paralyticũ tollere, & aperire tectum scripturæ huius, & eum submittere ad Dominũ? Videtis enim quia obscurũ est. Porrò si obscurum est, tectũ est: & paralyticum animo quendã intueor. Et hoc tectum video, & sub hoc tecto video, & Christum latere agnosco. Faciam quantũ possum, quod laudatũ est in illis, qui aperto tecto ad Christũ paralyticum submiserunt, vt diceret illi, Cõstans esto fili, remissa sunt enim
Ibidem. d. tibi peccata tua. Sic enim fecit interiorem hominem saluum à paralysi, remittendo peccata sua, & constringendo fidem. Sed erant ibi homines, qui non habebãt oculos ad videndũ interiorem paralyticum iam esse sanatũ, & medicum curantẽ putauerũt blasphemantẽ. Quis est hic, inquiunt, qui peccata dimittit? Blasphemat iste. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?
Matth. 9.a Et quia ille erat Deus, talia cogitantes audiebat. Hoc verbum de Deo cogitabant, sed Deũ præsentẽ nõ videbant. Fecit ergo ille medicus aliquid, & in corpore paralytici: vt & illorũ qui talia dixerunt, interiorẽ paralysim sanaret. Fecit enim quod viderent, & dedit q̃ crederẽt. Eia ergo quisquis es tam infirmus & lãguens corde, vt attendens humana exẽpla, velis à bonis operib. desistere, & paralysi quadã interiore dissolutus es. Hunc ergo si possumus, aperto isto tecto submittamus ad Deũ. Dominus enim ipse in corpore suo quod est ecclesia, iunior fuit primis tẽporibus, & ecce iã senuit.
1. Cor. 12.d Nostis, & agnoscitis, & intelligitis, quia in hoc positi
Ephes. 4.c. estis, & ita credidistis, quia caput nostrum Christus est: corpus capitis illius nos sumus. Nunquid soli nos, & nõ etiam illi qui fuerunt ante nos? Omnes qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christũ habent. Illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iã credimus, & in eius fide & ipsi sanati sunt, in cuius & nos: vt esset & ipse totius caput ciuitatis Hierusalẽ, omnib. cõnumeratis fidelibus, ab initio vsque in finẽ, adiunctis etiã legionibus & exercitibus angelorũ, vt fiat illa vna ciuitas sub vno rege, & vna quædã prouincia sub vno imperatore, felix in perpetua pace & salute, laudãs Deũ sine fine, beata sine fine. Corpus autẽ Christi quod est
Colos. 1.a ecclesia, tanquã vnus quidã homo primò iunior fuit, & ecce iam in fine seculi est in senecta pingui, quoniã de illa dictũ est, Adhuc multiplicabitur in senecta pin-
Psal. 91. gui: multiplicata est super oẽs gentes, & ipsius vox est attendentis quasi vnius hominis primã ætatem suã, & istam nouissimã respicientis per omnia: quia oẽs ætates notas habet per scripturas, & ait exultãs & monẽs, Iunior fui primis temporibus seculi; & ecce senex sum, iam nouissimis temporibus seculi, & nunquã vidi iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panem. Agnouimus hominem iuniorem & senem, & tãquam aperto tecto peruenimus ad Christum. Sed quis est iustus, qui non est visus derelictus, nec semen eius quærens panem? Si intelligis panẽ, intelligis illum. Panis est enim verbum Dei, quod nunquã ab ore iusti discedit. Nam & in capite suo iustus iste tentatus, hoc respõdit. Quãdo enim ipsi Dño esurienti, & famem patienti diabolus ait, Dic
Matth. 4.a. lapidib. istis vt panes fiant; respondit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Deinde fratres mei attendite, quãdo faciet iustus volũtatem Dei.

Sem-

Semper enim facit, & secundum voluntatẽ eius viuit.
A Voluntas Dei de corde eius nõ recedit: quia voluntas Dei, ipsa est lex Dei. Et quid dictũ est de tali? Et in lege
Psalm. 1. eius meditabitur die ac nocte. Panẽ istũ mãducas vna hora, & dimittis panẽ illũ verbi die ac nocte. Quando enim audis, aut quãdo legis, mãducas: quãdo inde co-
Leuit. 1. c. gitas, ruminas, vt sis animal mũdũ, nõ immũdũ. Quod significat etiã sapientia per Solomonẽ, dicẽs: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiẽtis, vir autẽ stul-
Prou. 21. c. tus glutit illũ. Quid enim glutit? Vt nõ in illo appareat quod vorauit, oblitus est quod audiuit: Qui autẽ nõ est oblitus, cogitat, & cogitãdo ruminat, ruminando delectatur. Vnde dicitur, Cogitatio sancta seruabit te. Et ecce si seruat te in ruminatione panis huius sancta cogitatio, nunquã vidisti iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panẽ. Tota die miseretur & fœneratur.) Fœnerator quid est? Latinè dicitur, & qui dat mutuum, & qui accipit. Planius hoc autẽ dicitur, si dicamus fœnerat. Quid ad nos quid grãmatici velint? Melius enim in B barbarismo nostro vos intelligitis, quã in nostra disertitudine vos diserti eritis. Ergo iustus iste tota die miseretur & fœnerat. Sed nõ gaudeãt fœneratores. Inuenimus enim quendã fœneratorẽ, sicut inuenimus quendã panẽ: vt vbiq; aperto tecto perueniamus ad Christũ. Nolo sitis fœneratores, & ideo nolo, quia Deus nõ vult. Nã si ego nolo, & Deus vult, agite. Si autẽ Deus non vult, etiã si ego vellẽ, malo suo ageret qui ageret. Vnde apparet Deũ hoc nolle? Dictũ est alio loco, Qui
Psalm. 14. pecuniã suam nõ dedit ad vsurã. Et quã detestabile sit, quàm odiosum, quàm execrãdũ; puto quia & ipsi fœneratores nouerũt. Rursus autẽ ego ipse, immo Deus noster, qui te prohibet esse fœneratorem, iubet te esse fœneratorem: & dicitur tibi, Fœnera Deo. Si fœneras homini, habes spẽ: & si fœneras Deo, spẽ non habebis? Si fœneraueris homini, id est, mutuã pecuniã tuam dederis à quo aliquid plus quã dedisti expectes accipere: non pecuniã solã, sed aliquid plus quàm dedisti, siue C illud triticũ sit, siue vinũ, siue oleũ, siue quodlibet aliud: si plus quàm dedisti expectas accipere, fœnerator es, & in hoc improbãdus, nõ laudãdus. Quid ergo, inquis, facio, vt sim vtilis fœnerator? Attende quid facit fœnerator. Minus vult dare certè, & plus accipere. Hoc fac & tu. Da modica, accipe magna. Vide quàm latè crescat fœnus tuũ. Da tẽporalia, accipe æterna: da terrã, accipe cælũ. Et cui dabo? fortè dicis. Ipse Dñs procedit quẽ fœneres, qui tibi iubebat ne fœnerator esses.
Prou. 19. c. Audi scripturã, quomodo fœneres Dñm, Fœnerat, inquit, Dñm, qui miseretur pauperis. Nõ enim eget à te Dñs, sed habes aliũ qui à te egeat. Illi porrigis, ille accipit. Nõ enim habet pauper quodtibi retribuat: & tamẽ ipse vult retribuere, & non inuenit quid; sola in illo remanet beneuolẽtia orãdi pro te. Cũ autẽ pauper orat
al. fideduc. pro te, tãquã Deo dicit, Domine, mutuũ accepi, † fidedic me. Proinde & si nõ tenes pauperẽ redditorẽ, sed D idoneũ tenes fideiussorẽ. Ecce Deus tibi de scriptura sua dicit, Da, securus esto, reddã Quomodo solent dicere fideiussores? Quid dicũt? Ego reddo, ego accipio, mihi das. Putamus ne & hoc dicit Deus, ego accipio, mihi das? Planè si Deus Christus, quod nõ dubitatur,
Matth. 25. ipse dixit, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Et cùm illi dicerent, Quando te vidimus esurientẽ, vt ostenderet se pauperũ fideiussorẽ, omniũ membrorum suorũ sponsorẽ, quia ille caput, illi mẽbra, & cùm accipiunt mẽbra, caput accipit. Cùm vni, inquit, ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Eia auare fœnerator, vide quid dedisti, vide quid accepturus es. Si dedisses paucã pecuniam, & ille cui dederas, pro parua pecunia tua daret tibi magnã villã, incõparabiliter amplius valentẽ quã tu pecuniã dederas: quãtas grãtias ageres, quanta A lætitia tolleres? Audi quã possessionẽ det quẽ fœne-
Ibidem. rasti. Venite benedicti patris mei, percipite. Quid? Quod dedistis? Absit. Terrena dedistis, quę si nõ dedisses, in terra putrescerẽt. Quid eũ inde facturus esses, si nõ dedisses? Quod perituru erat in terra, seruatũ est in cælo. Ergo quod seruatum est, hoc accepturi sum⁹. Seruatũ est meritũ: factus est thesaurus tu⁹ meritũ tuũ. Nã vide quid sis accepturus. Percipite regnũ q̃ vobis paratũ est ab initio mundi. Cõtrà, Illi qui fœnerare noluerunt, quid audiẽt? Ite in ignẽ æternũ qui paratus est diabolo, & angelis ei⁹. Et quid vocatur regnum quod accipimus? attẽdite sequẽtia, Isti ibũt in' cõbustionem æternã, iusti autẽ in vitã æternã. Ad hoc ambite, hoc emite, ad hoc fœnerate. Habetis Christũ in cælo sedẽtem, in terra petentẽ: inuenimus quomodo fœneret. Iustus tota die miseretur & fœnerat. Et semen eius in benedictione erit.) Et hic nõ occurrat carnalis cogitatio. Videmus multos filios iustorum fame morientes. Quomodo ergo semẽ eius in benedictione erit? Semẽ eius reliquiæ eius, vnde hic seminat, & postea metet. Nãque Apostolus dicit, Bonũ autẽ facientes non deficiamus: tẽpore enim suo metemus infatigabiles. Itaq; dũ tẽpus habemus, ait, operemur bonũ ad oẽs. Hoc est semen tuũ, quod erit in benedictione. Terræ cõmittis, Galat. 6.c. & tãto amplius colligis? Christo committis, & perdis? Vide ipsum semẽ expressius nominatũ ab Apostolo, cũ de eleemosynis diceret. Hoc enim ait, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictione, de 2. Cor. 9. b benedictionib. & metet. Sed laboras fortè cũ seminas, & doles cùm misereris, quia miseros vides. Melius eũ aliquãdo nõ habebimus quibus ista demus. Cũ oẽs in
Matt. 25. c. corruptionẽ cõmutabũtur, nullus esuriet cui porrigas panẽ: nullus sitiet cui des potũ: nullus nudus erit quem vestias, nullus peregrinus quẽ suscipias. Hic autẽ inter ærũnas, tẽtationes, dolores, gemitus, mittimus semen.
Psalm. 125 Sed respice ad psalmũ aliũ. Eũtes ibant & flebant, mittentes semina sua. Attende, quia semen eius in benedictione erit. Veniẽtes autẽ venient cũ exultatione, portãtes manipulos suos. Vide ergo quod sequitur, & noli esse piger. Declina à malo, & fac bonũ.) Noli tibi pu-
1. Pet. 3. c. tare sufficere, si nõ expoliasti vestitũ. Nõ expoliãdo eũ vestitũ, declinasti à malo sed noli arescere, & sterilis esse. Sic noli spoliare vestitũ, vt vestias nudũ. Hoc est enim declinare à malo, & facere bonum. Et quid inde habebo, dicturus es? Iã tibi cõmendauit ille quẽ fœneras. Quid tibi dabit? Vitã æternã dabit tibi, da illi securus. Audi & id quod sequitur, Declina à malo, & fac bonũ. Et inhabita in sęcula sęculorũ.) Et noli putare cũ das q̃ nemo te videat, aut quia deserit te Deus, quãdo fortè dederis pauperi, & consecutũ fuerit aliquod dãnum, aut aliqua tristitia rei amissæ, & dicas tibi: Quid profuit bona me fecisse opera? Puto nõ amat Deus homines qui bene faciũt. Vnde ista vestra fit murmuratio, vnde iste strepitus, nisi quia abundãt istæ voces? Vnusquisq; modò cognoscet has voces, aut in ore suo, aut in ore vicini sui, aut in ore amici sui. Deleat illas Deus, & extirpet spinas de agro suo: plãtet frugẽ bonã, & arborẽ fructiferã. Quid enim cõtristatus es ô homo, quia dedisti pauperi, & alia perdidisti? Nõnne vides quia per didisti quod nõ dedisti? Quare nõ respicis ad Deũ tuũ? Vbi est fides? Quare sic dormit? Excita illam in corde tuo. Attẽde quid tibi dixerit ipse Dñs, quãto te ad hu-
Luc. 12. d iusmodi bona opera exhortabatur, Facite vobis saccu-los nõ veterascentes, thesaurũ nõ deficientẽ in cælis, quò fur nõ accedit. Hoc ergo cõmemora quanto plãgis in damno. Quid ploras stulte praui cordis, aut non sani cordis. Quare perdidisti? nisi quia mihi non com-

mo dásti? Quare perdidisti? Quis tibi abstulit? Respõde-
bis, Fur. Nónne hoc te præmonueram, ne ibi poneres A
quò fur posset accedere? Si ergo dolet qui perdidit,
hoc doleat quia nõ ibi posuit vnde perire non potuit.
Quoniã Dñs amat iudiciũ, & non derelinquet sanctos
suos.) Quando patiuntur labores sancti, nolite putare
quia non iudicat Deus, aut peruersè iudicat. Qui te
monet vt iustè iudices, ipse peruersè iudicaturus est?
Amat ille iudiciũ, & non derelinquet sanctos suos. Sed
quomodo? Sic abscõdita est apud illum vita sanctorũ,
vt qui modò laborãt in terra, quasi tẽpore hyemis ar-
bores nõ habẽtes fructũ & folia, illo apparente tanquã
nouo sole exorto, illud quod in radice viuebat, in fru-
Hebr. 12. b ctibus appareat. Amat ergo ille iudiciũ, & non dere-
linquet sanctos suos. Sed laborat sanctus in fame. Nõ
illũ derelinquet Deus, flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit.
Contẽnis illũ quãdo flagellatur, † expauescis quando
al. & parcis. ditatur. Vnde eñ flagellatur? Pressuris temporalibus.
Matt. 25. c. Quãdo ditabitur? Quãdo audiet, Venite benedicti pa- B
tris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab ini-
tio mũdi. Noli ergo piger esse flagellari, vt sis inter eos
qui merentur recipi. Vsque adeò ille amat iudicium, vt
Hebr. 12. b. non derelinquat sanctos, quos flagellat ad tempus. Et
Rom. 8. f. quoniã flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit, nec vnico pe-
percit in quo delictũ nõ inuenit. Quoniã Dñs amat iu-
diciũ, & non derelinquet sanctos suos. Quia ergo non
derelinquet eos, fortè hoc eis dabit quod hic amas:
multos annos viuere, senescere. Nõ attẽdis, quia si se-
nectutem optas venire, hãc optas de qua cùm venerit
conquereris. Non tibi ergo dicat anima, vel mala, vel
infirma, vel paruula: quomodo verũ est, Dñs amat iu-
diciũ, & nõ derelinquet sanctos suos? Reuera non de-
relinquet, vt tres pueros in camino laudãtes, non eos
Dan. 3. c. tetigit ignis. Nũquid sancti eius Machabæi nõ erãt, qui
2. Mach. in ignibus defecerunt carne non fide? Sed hoc, inquis,
7. a. maiorẽ quæstionẽ habet, quia cũ fide illi non defece-
rint, ille illos dereliquerit. Audi quod sequitur. In æter- C
nũ cõseruabũtur.) Tu paucos annos eis optabas: quos
eis si daret Dñs, nõ derelinqueret sanctos suos. Visibi-
liter non dereliquit tres pueros, occultè nõ dereliquit
Machabæos. Illis etiã dedit vitã temporalẽ ad cõfun-
dẽdos infideles: illos autẽ occultè coronauit ad iudi-
candũ impietatẽ persecutoris. Nec illos tamẽ, nec illos
dereliquit: quia non derelinquet sanctos suos. Et nihil
magnũ acceperũt tres pueri, si nõ in æternũ cõseruarẽ-
tur. In æternũ conseruabuntur. Iniusti autẽ punientur,
& semẽ impiorũ peribit.) Quomodo semẽ illius in be-
nedictione erit, sic semen impiorũ peribit. Semẽ enim
impiorũ, opera impiorũ. Nã inuenimus rursum filium
impij florere in seculo: & aliquãdo fieri iustũ, & florere
Luc. 5. d. in Christo. Vide ergo quomodo accipias, vt tectũ ape-
rias, & ad Christũ peruenias. Noli carnaliter, nã deci-
pieris. Sed semẽ impiorũ, omnia opera impiorũ peri-
bunt, fructũ non habebunt. Ad tẽpus enim aliquid va- D
lent, postea quærent, & non inuenient quod operati
sunt. Nã perdentium quod operati sunt, vox erit illa,
Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarũ iacta-
tio cõtulit nobis? Transierũt omnia illa tanquã vmbra.
Sap. 5. b. Ergo semen impiorũ peribit. Iusti hæreditate posside-
bunt terrã.) Rursus auaritia non subrepat, nec tibi ali-
quã villam magnã promittat, ne quod hic iuberis con-
temnere, ibi speres. Terra est quædã illa viuorũ, regnũ
Psal. 141. sanctorũ. Vnde dicitur, Spes mea es tu, portio mea in
terra viuorũ. Nã & si vita tua illa est, intellige qualem
terrã accepturus sis. Illa est terra viuentiũ: hæc est autẽ
terra morientiũ, receptura mortuos quos nutriuit vi-
uos. Qualis ergo illa terra, talis & ipsa vita. Si æterna
vita, æterna terra. Et quomodo æterna terra? Et inha-
bitabunt in seculũ seculi super eam.) Alia ergo terra
erit vbi inhabitabimus in seculum seculi. Nam de ista Matt. 24. e.
dictũ est, Cælum & terra transibũt. Os iusti meditabi-
tur sapientiã.) Ecce ille est panis, videte quàm libenter
mãducet iustus iste, quomodo verset in ore suo sapiẽ-
tiam. Et lingua eius loquetur iudiciũ. Lex Dei eius in
corde ipsius.) Ne fortè putares eũ in ore habere quod
in corde nõ habet: ne fortè cõputares eum cum illis, de Esa. 29. d.
quibus dictum est, Populus hic labiis me honorat, cor Matt. 15. b.
autẽ eorũ lõgè est à me: Et lĩgua eius loquetur iudiciũ,
lex Dei eius in corde ipsius. Et quid illi prodest? Et nõ
supplantabuntur gressus eius.) Liberat à laqueo verbũ
Dei in corde, liberat à via praua verbũ Dei in corde: li-
berat à lapsu verbũ Dei in corde. Tecũ est, cuius verbũ
à te non recedit. Corde autẽ quid mali patitur quẽ cu-
stodit Deus? Custodẽ ponis in vinea, & contra fures
securus es: & potest dormire custos ille, & ipse cadere,
& furẽ admittere. Nõ autem dormit neq. dormitabit,
qui custodit Israël. Lex Dei eius in corde ipsius, & non Psal. 120.
supplãtabuntur gressus eius. Viuat ergo securus, & in-
ter malos viuat securus, & inter impios viuat securus.
Quid enim mali iusto potest impius facere? Ecce vide Sap. 2. e.
quid sequitur: Considerat peccator iustum, & quærit
mortificare eũ.) Dicit enim quod cum in libro Sapiẽ-
tię dicere prędictum est, Grauis est nobis etiã ad vidẽ-
dum, quoniã dissimilis est aliis vita ipsius. Quærit ergo
mortificare quẽ Dominus custodit: qui cũ illo habitat
qui de ore ipsius, qui de corde nõ recedit, dimittit eũ?
Vbi est quod superius dictũ est, Et nõ derelinquet san-
ctos suos? Ergo considerat peccator iustum, & quærit
mortificare eum. Dñs autem non derelinquet eum in
manibus eius.) Quare ergo dereliquit martyres in ma-
nibus impiorũ? Quare fecerunt illis quæcũque volue-
rũt? Alios gladio percusserũt, alios crucifixerunt, alios
bestiis tradiderunt, alios ignibus cremauerunt, alios in
catena ducentes tabe diuturna cõfecerunt. Certè non
derelinquet Dñs sanctos suos. Dominus autẽ non de- Luc. 5. d.
relinquet eũ in manibus eius. Postremò ipsum filiũ suũ
quare dimisit in manib. Iudæorum? Et hic tectum ape-
ri, si vis omni interiori membro cõstringi, perueni ad Iob. 9. a.
Dominum: audi quid dicat alia scriptura, Dominum
præuidens passurum ab impiis, quid ait? Terra tradita
est in manus impij. Quid est, terra tradita est in manus
impij? Caro tradita est in manus persequẽtium. Nõ ibi
autẽ dimisit iustum suum Deus, de carne capta educit
animã inuictã. Dimitteret Deus iustum suum in mani-
bus impij, si illũ fecisset cõsentire impio. Contra quod
malũ orat in alio psalmo & dicit, Ne tradas me Dñe, à Psal. 139.
desiderio meo peccatori. Opus est vt à desiderio tuo
nõ tradaris peccatori, ne cùm desideras vitã præsentẽ, Hier. 17. c.
irruas in illum, & perdas æternã. A quo desiderio non
debet tradi peccatori? Ab illo de quo item dicitur, Et
diẽ hominis nõ concupiui, tu scis. Qui enim desiderat
& cõcupiscit diẽ hominis, quãdo illi minatus fuerit ad-
uersarius, quòd tollat illi diẽ humanum, quia occidet
eum, & perdet hanc vitã: qui † nõ sperat aliã vitam, de- al. non separat ad.
ficit & consentit inimico. Qui autẽ audit Dñm dicen-
tem, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animã au- Matt. 10. c.
tem nõ possunt occidere: & si tradatur terra in manus Iob. 9. c.
impij, capta terra spiritus euadit: spiritu euadente, &
terra resurget. Spiritus mutabitur ad Dñm, terra mu-
tabitur in cælum. Nõ enim aliquid de ipsa terra perit,
quæ ad tẽpus traditur in manus impij. Capilli capitis
vestri numerati sunt. Ergo est securitas, sed si intus sit Matt. 10. c.
Deus. Si autem expellatur diabolus, admittitur Deus.
Dominus autem non derelinquet eum in manib. eius.
Nec dãnabit eum cùm iudicabitur illi. Habent aliqua
exemplaria, Et cùm iudicabit eum, iudicabitur illi.
Illi

Illi autẽ dictũ est, cùm iudiciũ fit de illo. Possumus eñ
sic loqui vt dicamus homini illi, Iudica mihi: id est, au- A
di causam meã. Cùm ergo cœperit audire causam iusti
sui Deus, quoniam oportet oẽs exhiberi ante tribunal
2. Cor. 5. b. Christi, & stare, vt illic recipiat vnusquisq; quę per cor-
pus gessit, siue bonũ siue malũ. Quando ergo ventum
fuerit ad illud iudiciũ, non eum damnabit: & si ad tem-
pus videatur dãnari ab homine. Et si dixit sententiam
proconsul in Cyprianũ: alia est sella terrena, aliud tri-
bunal cælorũ. Ab inferiore accepit sentẽtiã, à superio-
re coronã. Nec dãnabit eum cùm iudicabitur illi. Sed
quando erit? Noli modò putare: tẽpus laboris est, tẽ-
pus seminis est, tẽpus frigoris est. Etsi inter ventos, & si
inter pluuias, semina: noli esse piger. Æstas veniat quæ
te lætificet, in qua te gaudeas seminasse. Quid ergo fa-
cio modò? Expecta Dominũ.) Et cùm expecto quid
ago? Et custodi vias eius.) Et si custodiero quid acci-
Matt. 25. c. pio? Et exaltabit te vt hæreditate possideas terrã.) Quã
terrã? Iterũ ne aliqua villa occurrat animo: illã de quã B
dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum
quod vobis paratum est ab initio mundi. Quid de illis
qui nos angustiauerũt, inter quos gemuimus, quorum
scãdala tolerauimus, pro quib. sæuiẽtibus frustra ora-
uimus? quid de illis erit? Sequitur: Cũ pereunt pecca-
tores, videbis.) Et de proximo videbis: tu eris ad dex-
terã, illi ad sinistrã. Hoc autẽ ad fidei oculos pertinet.
al. delectantur felicitate. Quos fidei oculos qui nõ habẽt, † dolẽt felicitatẽ im-
piorũ, & putant se sine causa esse iustos, quia vident hic
florere impios. Qui autẽ habet oculum illũ fidei, quid
dicit? Vidi impiũ superexaltari & eleuari super cedros
Libani.) Et puta quia superexaltatus est, puta quia ele-
uatus est. Quid sequitur? Et transiui, & ecce nõ erat; &
quæsiui eũ, & nõ est inuentus locus eius.) Quare non
erat, & non est inuentus locus eius? Quia trãsisti. Si au-
tẽ adhuc carnaliter cogitas, & ista terrena felicitas ve-
ra felicitas tibi videtur, nondũ trãsisti. Aut æqualis illi
es, aut infra es. Profice & trãsi: & cùm proficiendo trã-
sieris, attẽdis cum fide. Vides nouissima ipsius, & dicis C
tibi, Ecce nõ est iste qui sic tumuerat, quomodo si trã-
sires iuxta fumũ. Nam & hoc dictum est in isto psalmo
superius. Deficiẽtes velut fumus deficient. Erigitur in
Genes. 19. f altũ fumus, & in globũ tumidũ pergit: quãto magis at-
tollitur, tãto amplius intumescit. Sed cũ trãsieris, attẽ-
de post te: post te enim fumus, si est ante te Deus. Noli
posteriora ex desiderio attendere, sicut attendit vxor
Lot, & remansit in via: sed respice ex defectu, & vide-
dis impiũ nusquã esse, & quæres locũ eius. Quis est lo-
cus eius? Quomodo habet potẽstatẽ, habet diuitias, ha-
bet quendã ordinem suũ in rebus humanis, vt multi ei
obsequantur, vt iubeat & audiatur. Iste locus non erit,
sed transit, vt tu possis dicere: Trãsiui, & ecce non erat.
Quid est transiui? Profeci, perueni ad spiritalia, intraui
Psalm. 71. in sanctuariũ Dei, vt intenderẽ in nouissima: & ecce nõ
erat, & quæsiui eũ, & nõ est inuẽtus locus eius. Custodi D
innocẽtiam.) Tene, quomodo cùm auarus esses, sacel-
lũ tenebas. Quomodo tenebas sacellum, ne tibi extor-
queretur à fure: sic custodi innocentiam, ne tibi extor-
queatur à diabolo. Sit illa certũ patrimoniũ tuũ, de qua
sunt diuites & pauperes. Custodi innocentiam. Quid
tibi prodest lucrũ auri, & damnũ innocẽtiæ? Custodi
innocentiã. Et vide directionẽ.) Habete oculos dire-
ctos, vt videas directionẽ, nõ prauos quibus malos vi-
des: & distortos, vt distortus tibi & prauus videatur
Deus, quia fauet impiis, & persequitur fideles. Nõ vi-
des quã tortũ videas? Corrige oculos tuos, & vide di-
rectionẽ. Quã directionẽ? Noli ad præsentia attẽdere.
Et quid videbis? Quoniã sunt reliquiæ homini pacifi-
co.) Quid est, sunt reliquiæ? Cũ mortuus fueris, nõ eris
mortuus: hoc est, sunt reliquiæ. Erit illi aliquid & post
hãc vitã; hoc est, illud semẽ quod in benedictione erit. Ioan. 11. c.
Vnde Dñs, Qui credit in me, inquit, licet moriatur, vi-
uet: quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autẽ
disperiẽt in idipsum.) Quid est, in idipsum? In sempiter-
nũ, vel oẽs simul in vnũ. Reliquię impiorũ interibunt.)
Sũt autẽ reliquiæ homini pacifico. Ergo qui non sunt Matth. 5. a.
pacifici, impij sunt. Beati eñ pacifici, quia ipsi filij Dei
vocabũtur. Salus autẽ iustorũ à Dño, & protector eo-
rũ est in tẽpore tribulationis; & adiuuabit eos Dñs, &
eruet eos, & eximet eos à peccatorib.) Tolerent ergo Matt. 13. d.
modò peccatores iusti, tolerẽt frumẽta zizania, toleret
triticũ paleã: quia veniet tẽpus separationis, & exime-
tur semẽ bonũ ab eo ꝙ igni cõsumetur. Illud in horreũ
mittetur, illud autẽ in æternã conflationẽ: quia ideo si-
mul fuerũt primò iustus & iniustus, vt ille supplantaret,
ille probaretur; postea autẽ ille damnaretur, ille coro-
naretur. Deo gratias fratres, reddidimus debitum in
nomine Christi, sed nos charitas debitores semper te-
net. Illa enim vna est, quæ & si quotidie redditur, sem-
per debetur. Multa diximus aduersus Donatistas,
multa vobis recitauimus, multas chartas, multa pręter
canonẽ scripturarũ, illis cogẽtibus. Nã & si reprehẽdẽt
hæc, quia vobis talia legimus, nos reprehẽdamur cùm
vos instruamini. Possumus enim eis & in hac parte sic 2. Cor. 12.
respõdere: Factus sum insipiẽs, vos me coëgistis. Tamẽ
fratres, ante oĩa custodite hæreditatẽ nostram, de qua
securi sumus nos in testamẽto patris nostri esse: non in
aliqua charta friuola alicuius hominis, sed in testamẽ-
to patris nostri. Inde securi sumus: quia qui fecit testa-
mẽtũ, viuit in æternũ. Qui fecit testamentũ hęredi suo,
ipse iudicabit de testamẽto suo. In rebus humanis alius
est testator, alius iudex: sed tamẽ qui tenet testamentũ,
vincet apud iudicẽ alterũ, nõ apud alterũ iudicẽ mor-
tuũ. Quã ergo secura est nostra victoria, cũ ille iudica-
bit qui testatus est? Et si enim mortuus est Christus ad Rom. 5. b.
tẽpus, sed iã viuit in æternũ. Loquãtur ergo aduersus
nos quicquid volunt: nos diligamus illos, & nolentes.
Nouimus enim fratres, nouimus linguas eorũ: propter
quod eis nõ irascamur, patiẽter ferte nobiscum. Videt
eñ in causa se nihil habere, & linguas cõuertũt in nos,
& incipiũt de nobis dicere mala: multa quæ sciũt, mul-
ta quæ nesciũt. Quæ sciũt, pręterita nostra sunt. Fuimus Tit. 3. c.
eñ aliquãdo, sicut dicit Apostolus, stulti & increduli,
& ad omne opus bonũ reprobi. In errore peruerso de-
sipiẽtes & insaniẽtes fuimus, nõ negamus; & quãtũ prę-
teritũ nostrũ nõ negamus, tãto magis Deum qui nobis
ignouit, laudamus. Quid ergo hæretice dimittis causã,
& is ad hominẽ? Quid enĩ ego sum? Quis sum? Nũquid
catholica ego sum? Nũquid hæreditas Christi diffusa
per gẽtes ego sum? Sufficit mihi, vt in ea sim. Vituperas
mala mea præterita, quid magnũ facis? Seuerior sũ ego
in mala mea quã tu: ꝙ tu vituperasti, ego dãnaui. Vtinã
velles imitari, vt error tuus fieret aliquãdo præteritus.
Ista sunt mala præterita quæ nouerunt, maximè in ista
ciuitate. Hic enim malè viximus, ꝙ ego confiteor: &
quãtum gaudeo de gratia Dei, tãtum de meis præteri-
tis timeo. Quid dicã? Doleo? Dolerẽ, sic adhuc si essẽ.
Sed qd' dicã? Gaudeo? Nec hoc possum dicere. Vtinam
enim nunquã fuissem. Quicquid tamen fui, in nomine
Christi præteritũ est. Quod autẽ modò reprehẽdunt,
nõ norũt. Sunt adhuc quæ in me reprehendãt, sed ta-
mẽ multũ est ad illos vt hoc nouerint. Multa enim ago
in cogitationibus meis, pugnans aduersus malas sug-
gestiones meas, & habẽs conflictationem diuturnam,
& propè continuã vim cũ tentationibus inimici sub-
uertere me volẽtis. Gemo ad Deum infirmitate mea:
& nouit quid parturit cor meũ, ille qui nouit partum

meũ. Mihi autẽ minimũ est, vt à vobis diiudicer, aut ab
1. Cor. 4.a humano die, ait Apostolus; sed neque ego meipsum A
iudico. Melius enim me ego noui quàm illi, sed melius
Deus quàm ego. Non ergo vobis insultẽt de nobis, nõ
faciat Christus. Dicũt enim, Et qui sunt? & vnde sunt?
malos hic illos nouimus, vbi baptizati sunt? Si nos be-
ne nouerũt, sciunt quia & nauigauimus aliquãdo: sciũt
quia & peregrinati sumus: sciũt quia alij iuimus, & alij
rediuimus. Nõ hic baptizati sumus: sed vbi baptizati
sumus, ecclesia est nota vniuerso orbi terrarũ. Et multi
fratres nostri sunt, qui nouerunt quia baptizati sumus,
& nobiscũ baptizati sunt. Facile est ergo hoc nosse, si
quis fratrũ est inde solicitus. Istis autẽ satis facturi su-
mus, & demonstraturi aliquid de testimonio ecclesiæ,
cui nõ cõmunicant? Meritò non nos norũt trans mare
baptizatos in Christo, quia & trans mare non habent
Christũ. Ille enim Christũ & trans mare habet, qui &
trans mare communicationẽ vniuersæ ecclesiæ tenet.
Quomodo potest cognoscere vbi sim ego baptizatus,
cùm cõmunio ipsius vix trãsit mare? Veruntamen fra-B
tres mei, quid eis dicã? Suspicamini quod vultis de no-
Matth. 3.d bis. Si boni sumus, in ecclesia Christi frumenta sumus:
si mali sumus, in ecclesia Christi palea sumus, tamẽ ab
area non recedimus. Tu qui vento tentationis foras
volasti, quid es? Triticũ? Non id tolleret vẽtus ex area.
Ex eo ergo vbi es, agnosce quid es. Sequitur, Sed tu,
inquit, quis es qui contra nos dicis tanta? Quicunque
sim, quod dicitur attende, non à quo dicitur. Sed pec-
catori, inquit, dicit Dominus: Vt quid tu assumis testa-
Psal. 49. mentũ meum per os tuum? Dicat Dñs hoc peccatori.
Fortè est genus peccatorum cui hoc rectè dicat Dñs:
sed in quolibet dicat hoc Dñs, ideo dicit, quia pecca-
tori nõ prodest quando legem Dei loquitur. Nũquid
& auditoribus non prodest? Vtrunq; genus nos habe-
mus in ecclesia, Domino dicente, & bonorũ & malo-
rũ. Boni enim cùm prædicant, quid dicunt? Imitatores
1. Cor. 4.d mei estote, sicut & ego Christi. De nobis quid dicitur?
1. Tim. 4.d. sed forma estote fidelium. Hoc nos esse elaboramus. C
Quid autem simus, ille nouit ad quẽ gemimus. De ma-
Matth 23.a lis tamẽ dictũ est aliud: Super cathedrã Moysi sederũt
scribæ & Pharisæi; quæ dicunt facite; quæ autõ faciũt,
facere nolite. Vides quia in cathedra Moysi, cui suc-
cessit cathedra Christi, sedent & mali: & tamẽ dicẽdo
bona nõ obsunt auditoribus. Quare tu propter malos
ipsam cathedrã dimisisti? Redi ad pacẽ, redi ad cõcor-
diã quẽ te non offendit. Si bona loquor, & bona facio,
imitare me. Si autẽ non facio quod dico, habes cõsi-
lium Dñi: quæ dico fac, quæ autẽ facio, noli facere; ta-
mẽ à cathedra catholica noli discedere. Ecce in nomi-
ne Christi ituri sumus, & multa dicturi sunt. Quis finis?
Citò cõtemnite causam nostram. Nõ illis dicatis nisi,
Fratres, ad rem respõdete. Augustinus episcopus est in
ecclesia catholica: sarcinã suã portat, rationẽ redditu-
rus est Deo. In bonis eũ noui: si malus est, ipse nouit.
Si bonus est, nec sic spes mea est. Hoc ante omnia didi-
ci in catholica, vt spes mea non sit in homine. Meritò
ergo vos homines reprehẽditis, quia spẽ vestrã in ho-
minem posuistis. Certè cùm reprehenderint nos, con-
temnite & vos. Nouimus enim qualẽ locũ habemus in
corde vestro, quia scimus qualẽ locũ habetis in corde
nostro. Nolite pro nobis certare aduersus illos. Quic-
al. cura. quid de nobis dixerint, citò trãsite: ne laborãtes causa
defensionis nostræ, dimittatis causam vestrã. Hoc enim
agunt astutè, nolẽtes & timentes vt de ipsa causa dica-
mus. Ingerũt nobis quo nos auocẽt: vt cùm intẽdimus
purgare nos, fileamus ab ipsis cõuincendis. Nã prorsus
qui me dicis malũ, dico & ego alia innumerabilia: citò
aufer de medio, fini causam meam, de re age ecclesiæ,
causam attende, vbi sis vide. Veritas tibi vndelibet lo-
quatur, esuriens accipe: ne nunquam ad te perueniat
panis, dum semper quid reprehendas in vasculo fasti-
diosus & calumniosus inquiris.

IN PSALMVM XXXVII. ENARRATIO.

OPportune ad id quod cãtauimus, Iniquitatẽ meam Psal. 50.
ego pronũcio, & curã gero, p peccato meo, respõ-
dit hæc mulier de lectione euangelij. Iniquitates enim
eius intuens Dñs, canẽ appellauit dicẽs: Nõ est bonũ,
panẽ filiorũ mittere canibus. At illa quæ nonerat ini- Matth. 15.c
quitatẽ suã pronũciare, & curã gerere pro peccato su o
nõ negauit quod veritas dixit: sed miseriã cõfessa, mi-
sericordiã potius impetrauit, curã gerens pro peccato
suo. Nã & curari petiuerat filiã suã, fortassis in filia si-
gnificans vitam suam. Psalmũ ergo totũ quantũ possu-
mus, dum cõsideramus & pertractamus aduertite. As-
sit Dñs cordibus nostris, vt salubriter hic inueniamus
voces nostras: & quomodo inuenerimus proferamus,
nec difficulter inueniendo, nec imperitè proferendo.

Titulus eius est:

Psalmus ipsi Dauid in recordationem sabbati.

QVærimus quæ nobis scripta sunt de sancto Dauid Rom. 1. a.
Propheta, ex cuius semine Dñs noster Iesus Chri-
stus secundũ carnẽ: & inter bona quẽ de illo nobis no-
ta sunt per scripturas, non inuenimus eum aliquando
recordatũ sabbati. Quid enim ita recordaretur, secũdũ
illã obseruationẽ Iudæorũ qua obseruabãt sabbatum?
Quid ita recordaretur, quod inter septẽ dies necessa-
rio veniebat? Obseruandũ ergo erat, nõ sic recordãdũ.
Nemo autẽ recordatur, nisi quod in præsentia non est
positũ. Verbi gratia, In hac ciuitate recordaris Cartha
ginem, vbi fuisti aliquãdo: & hodierno die recordaris
hesternũ diẽ, vel prioris anni, vel quẽlibet anteriorẽ, &
aliquod factũ tuũ quod iam fecisti, aut aliquid vbi fui-
sti, vel cui rei interfuisti. Quid sibi vult ista recordatio
sabbati, fratres mei? Quæ anima sic recordatur sabba-
tum? Quod est hoc sabbatum? Cũ gemitu enim recor-
datur. Et cùm psalmus legeretur audistis, & modò cũ
ret exerimus audietis, quãtus sit mæror, quãtus gemit⁹,
quãtus fletus, quæ miseria. Sed felix est, qui sic miser
est. Vnde & Dñs in euãgelio beatos appellauit quos-
dã lugentes. Vnde beatus, si lugẽs? Vnde beatus, si mi- Matth. 5.a.
ser? Immo miser esset, si lugẽs nõ esset. Talẽ ergo & hic
accipiamus sabbatũ recordantẽ, nescio quẽ lugẽtem.
& vtinã nos simus ipse nescio quis. Est enim quidã do-
lens, gemens, lugens, recordãs sabbatũ. Sabbatum, re-
quies est. Sine dubio iste inquis in nescio qua inquietu-
dine erat, qui cum gemitu requiem recordabatur. Ipse
itaque inquietudinẽ quã patiebatur narrat & cõmen-
dat Deo, nescio quid grauius timẽs quã erat vbi erat.
Nã quia in malo est, apertè dicit, nec interprete opus
est, nec suspicione, nec cõiectura: in quo malo sit, non
dubitatur ex eius verbis, nec opus est vt quæramus, sed
vt quod dicit intelligamus. Et nisi peius aliquid time-D
ret, quã erat illud q̃ tenebatur, nõ sic inciperet. Dñe
ne in indignatione tua arguas me, neq; in ira tua emẽ-
des me.) Futurum est enim vt quidam in ira Dei emẽ- Psal. 6.
dentur, & in indignatione arguãtur. Et fortè non oẽs
qui arguuntur emendabũtur, sed tamen futuri sunt in 1. Cor. 3. c.
emendatione quidam salui. Futurum est quidem, quia
emendatio nominata est: sic tamen quasi per ignẽ. Fu-
turi autem quidã qui arguentur, & non emendabũtur. Matt. 25.c.
Nam vtique arguet eos quibus dicet, Esuriui, & non
dedistis mihi manducare: sitiui, & non potastis me: &
cætera quæ ibi prosequens quandam inhumanitatem
& sterilitatem increpat, dicẽs malis ad sinistrã constitutis, quibus dicet, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hæc iste grauiora formi-
dans,

dãs, excepta vita ista, in cuius malis plãgit & gemit: ro-
gat & dicit, Dñe, ne in indignatione tua arguas me. Nõ A
sim inter illos quib. dicturus es, Ite in ignẽ æternũ, qui
paratus est diabolo & angelis eius. Neq. in ira tua emẽ-
des me, vt in hac vita purges me; & talẽ me reddas, cui
iã emẽdatorio igne nõ opus sit, propter illos qui salui
1. Cor. 3. c. erunt, sic tamẽ quasi per ignẽ. Quare, nisi quia hic ædi-
ficant supra fundamentũ, ligna, fœnũ, stipulã? Ædifi-
carẽt autẽ aurũ, argentũ, lapides pretiosos, & de vtroq;
igne securi essent: nõ solùm de illo æterno, qui in æter-
nũ cruciaturus est impios; sed etiã de illo qui emẽdabit
eos qui per ignẽ salui erũt. Dicitur enim, Ipse autẽ sal-
uus erit, sic tamẽ quasi per ignẽ. Et quia dicitur, saluus
erit, cõtẽnitur ille ignis. Ita planè quãuis salui per ignẽ,
grauior tamẽ erit ille ignis, quàm quicquid potest ho-
mò pati in hac vita. Et nostis quãta hic passi sunt mali,
& possunt pati: tamẽ tãta passi sunt, quãta potuerũt pa-
ti & boni. Quid enim quisq. maleficus, latro, adulter,
sceleratus, sacrilegus pertulit legibus, quod nõ pertulit B
martyr in confessione Christi? Ista ergo quæ hic sunt
mala, multo faciliora sunt: & tamẽ videte quẽadmodũ
ea homines ne patiãtur, quicquid iusseris faciũt. Quã-
to melius faciũt quod iubet Deus, ne illa grauiora pa-
tiãtur? Quare autẽ petit iste ne in indignatione argua-
tur, neq. in ira emẽdetur: tanquã dicẽs Deo, quoniã iã
ista quæ patior multa sunt, magna sunt, quæso vt sufici-
ãt? Et incipit illa numerare satisfaciẽs Deo, offerens
illa quæ patitur, ne peiora patiatur. Quoniã sagittę tuę
infixæ sunt mihi, & cõfirmasti super me manũ tuã. Nõ
est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ.) Iã hæc dice-
bat quæ hic patiebatur: & tamẽ hoc iã de ira Dñi, quia
Genes. 2. c. & de vindicta Domini. De qua vindicta? Quã excepit
de Adã. Non enim in illũ non est vindicatũ, aut frustra
dixerat Deus, Morte morieris. Aut aliquid patimur in
ista vita, nisi ex illa morte quã meruimus primo pecca-
to. Etenim portamus corpus mortale plenũ tentatio-
nibus, plenũ solicitudinibus, obnoxiũ doloribus cor- C
poralibus, obnoxiũ indigentiis, mutabile & languidũ
cùm sanũ est, quia vtique nondũ planè sanũ. Nam vn-
de dicebat, Non est sanitas in carne mea: nisi quia ista
quæ huius vitæ dicitur sanitas, bene intelligentibus, &
sabbatũ recordãtibus, nõ est vtiq. sanitas? Si enim non
mãducaueritis, inquietat fames. Ista fames, naturalis
quidã morbus est: quia natura nobis facta est pœna ex
Ephes. 2. a. vindicta. Primo homini quod erat pœna, natura nobis
est. Vnde dicit Apostolus, Fuimus & nos natura filij
iræ, sicut & cæteri. Natura filij iræ, id est, portãtes vin-
dictã. Sed quare dicit, fuimus? Quia spe iã non sumus:
nã re adhuc sumus. Sed illud melius dicimus quod spe
sumus, quia certi sumus de spe. Non enim incerta est
Rom. 8. c. spes nostra, vt de illa dubitemus. Audi ipsam gloriã in
spe. In nobismetipsis, inquit, ingemiscimus: adoptionẽ
expectãtes redẽptionem corporis nostri. Quid enim?
Roman. 8. c Nondũ redẽptus es, ô Paule? Nondũ pro te pretiũ per- D
solutũ est? Nónne sanguis ille iã fusus est? Nónne ipsũ
est pretiũ omnium nostrũ? Planè ipsum. Sed vide quid
ait, Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ videtur,
nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ
quod nõ videmus speramus, per patiẽtiã expectamus.
Quid autẽ expectat per patientiã? Salutẽ. Cuius rei sa-
lutẽ? Ipsius corporis, quia hoc dixit redẽptionẽ corpo-
ris nostri. Si salutẽ corporis expectabat, non erat salus
illa quã habebat. Esuries, sitis interficit, si subuentũ nõ
fuerit. Medicamentũ enim famis est cibus, & medica-
mentũ sitis est potus, & medicamentũ fatigationis est
somnus. Detrahe ista medicamenta, vide si nõ interfi-
ciunt illa quæ existunt. Si sepositis istis nõ sunt morbi,
est sanitas. Si autẽ habes aliquid quod tẽ possit interfi-
cere, nisi mãducaueris: noli gloriari de sanitate, sed ge-
mens expecta redemptionẽ corporis tui. Gaude te re-
dẽptum, sed nondũ re: spe securus esto. Etenim si non
gemueris in spe, non peruenies ad rẽ. Hoc ergo nõ est
sanitas, ait. Nõ est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ.
Vnde ergo sagittæ infixę? Ipsam pœnã, ipsam vindictã,
& fortè dolores quos hic necesse est pati, & animi & Iob. 6. b.
corporis, ipsas dicit sagittas. De his eũ sagittis, & san-
ctus Iob fecit cõmemorationẽ: & cùm esset in illis do-
loribus, dixit sagittas Domini infixas sibi. Solemus ta-
mẽ & verba Dei sagittas accipere. Sed nũquid ab his
posset iste sic dolere se percuti? Verba Dei tãquã sagit-
tæ excitant amorẽ, non dolorẽ. An quia & ipse amor
nõ potest esse sine dolore? Quicquid enim amamus, &
non habemus, necesse est vt doleamus. Nã ille & amat
& nõ dolet, qui habet quod amat. Qui autem amat, vt
dixi, & nondũ habet quod amat: necesse est vt in dolo-
re gemat. Inde illud in persona Ecclesiæ sponsa Christi
in Cantico canticorũ, Quoniã vulnerata charitate ego
Cant. 2. b. & 5. c. sum. Vulneratam se dixit charitate: amabat enim quid-
dã, & nondũ tenebat; dolebat, quia nõdũ habebat. Er-
go si dolebat, vulnerata erat: sed hoc vulnus ad veram
salutẽ rapiebat. Qui hoc vulnere nõ fuerit vulneratus,
ad verã sanitatẽ non potest peruenire. Nunquid ergo
vulneratus semper erit in vulnere? Possumus itaq. etiã
sic infixas sagittas accipere, id est, verba tua infixa cor-
di meo, & ex ipsis verbis tuis factum est vt recordarer
sabbatũ: & ipsa recordatio sabbati, & nondũ retentio,
facit me nondũ gaudere, & agnoscere; nec sanitatẽ esse
in ipsa carne, neq. dici debere: quũ cõparo istã sanita-
tẽ illi sanitati quã habebo in requie sẽpiterna: vbi cor-
ruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc in-
duet immortalitatẽ: & video quia in illius sanitatis cõ-
paratione, ista sanitas morbus est. Non est pax ossibus
meis à facie peccatorũ meorum.) Quæri solet cuius sit
vox: & aliqui accipiunt Christi propter quædam quæ 1. Cor. 15. f.
hic dicuntur de passione Christi, ad quę paulo pòst ve-
niemus, & agnoscimus quæ de passione Christi dicun-
tur. Sed nõ est pax ossibus meis à facie peccatorũ meo-
rũ, quomodo diceret qui nullũ peccatũ habebat? Coar- 1. Petr. 2 d.
ctat nos ergo intelligẽdi necessitas ad cognoscendum
tanquã plenũ & totũ Christum, id est, caput & corpus.
Cũ enim Christus loquitur, aliquãdo ex persona soli⁹
capitis loquitur, quod est ipse saluator, natus ex Maria
Luce 2. b. virgine: aliquãdo ex persona corporis sui, quod est san-
cta Ecclesia, diffusa toto orbe terrarum. Et nos in cor-
pore ipsius sumus, si tamẽ fides nostra syncera sit in il-
lo, & spes nostra certa, & charitas nostra accẽsa: sumus
in corpore ipsius, & mẽbra ipsius, & inuenimus nos ibi
loqui, apostolo dicẽte, Quoniã mẽbra sumus corporis
Ephes. 5. g. eius. Et multis locis dicit hoc Apostolus. Nã si dixeri-
Psal. 21. mus verba nõ esse Christi, nõ erũt & illa verba Christi,
Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Et ibi
eũ habes, Deus meus, Deus meus, vt quid me derelique-
sti, lõgè à salute mea verba delictorũ meorũ: quo-
modo hic habes à facie peccatorũ meorum, sic & ibi
habes, verba delictorum meorũ. Et si Christus vtique
sine peccato & sine delicto, incipimus non putare ver-
ba illa Psalmi illius esse. Et valde durũ & contrariũ est,
vt ille Psalmus nõ pertineat ad Christũ, vbi habemus
statim tã apertã passionẽ eius, tanquã ex Euangelio re-
citetur. Ibi enim habem⁹, Diuiserũt sibi vestimẽta mea,
& super vestimentũ meum miserunt sortẽ. Quid quod
ipse Dñs in cruce pẽdens, primũ versum Psalmi ipsius
ore suo protulit, & dixit, Deus meus, Deus meus, vt
quid me dereliquisti? Quid voluit intelligi, nisi illum
Psalmum totum ad se pertinere, quia caput ipsius ipse
pronunciauit? Vbi autem sequitur & dicit, Verba deli-

ctorũ meorũ, non est dubiũ quia vox Christi est. Vnde ergo peccata, nisi de corpore quod est Ecclesia? Quia loquitur corpus Christi, & caput. Quare tanquã vnus
Genes. 2.d. Ephes. 5. g. loquitur? Quia erũt duo, inquit, in carne vna. Sacramẽtum hoc magnũ est, ait Apostolus. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Vnde etiã cũ ipse loqueretur in
Matt. 19.a. Euangelio, respõdens eis qui quæstionẽ intulerunt de vxore dimittẽda, ait, Nõ legistis quod scriptũ est, quòd Deus ab initio masculũ & feminã fecit eos, & reliquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Igitur iam non duo, sed vna est caro. Si ergo ipse dixit, iã nõ duo, sed vna est caro: quid mirũ si vna caro, vna lingua, eadẽ verba, tãquã vnius carnis, capitis & corporis? Sic audiamus tanquã vnũ: sed tamẽ caput tãquã caput, & corpus tanquã corpus. Nõ diuidũtur personæ, sed distinguitur dignitas: quia caput saluat, saluatur corpus. Caput exhibeat misericordiã, corpus defleat miseriã. Caput est ad purgãda peccata, corpus ad confitenda peccata, vna tamẽ vox: vbi non scriptũ est, quando dicat corpus, quãdo caput, sed B
nos in audiẽdo distinguimus; ille autẽ tãquã vnº loquitur. Quare enim nõ dicat, peccatorũ meorũ, qui dixit,
Matt. 25.d. Esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare: sitiui, & non dedistis mihi potũ: hospes fui, & non recepistis me: infirmus fui, & in carcere, & non visitastis me? Certè Dñs nõ fuit in carcere. Quare nõ hoc diceret, cui cùm dictũ esset, Quãdo te vidimus esurientẽ & sitientẽ, aut in carcere, & nõ ministrauimus tibi. Respõdit sic, & ex persona corporis sui indicans se dixisse, cũ vni ex minimis meis nõ fecistis, nec mihi fecistis? Quare nõ dicat, à facie peccatorum meorũ; qui dixit Saulo: Saule, Saule,
Act. 9.a. quid me persequeris? Qui vtiq. in cælo iã neminẽ persecutorem patiebatur. Sed quomodo ibi caput loquebatur pro corpore, sic & hic caput dicit voces corporis, cùm & capitis voces auditis. Sed neque cũ corporis voces audieritis, separetis caput: neq; cùm capitis
Genes. 2.d. Ephes. 5. g. voces audieritis, separetis corpus: quia iam nõ duo, sed vna caro. Nõ est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ. C
Sed fortasse iniustè tibi Deus iratus est, ô Adã, ô genus humanũ, iniustè iratus est Deus: quia dixisti iã agnoscẽs ipsam pœnã tuã in corpore Christi cõstitutus homo, Nõ est sanitas in carne mea à vultu iræ tuæ. Exponе iustitiã iræ Dei: ne te excusare videaris, illũ accusare. Sed quẽre & dic, Vnde ira Dñi? Nõ est sanitas ĩ carne mea à vultu iræ tuæ: nõ est pax ossibus meis. Repetiuit id quod dixit, Non est sanitas in carne mea. hoc est enim, nõ est pax ossibus meis. Non autẽ repetiuit à vultu iræ tuæ: sed causam dixit iræ Dei, Nõ est pax, inquit, ossibus meis à facie peccatorũ meorũ. Quoniam iniquitates meæ sustulerũt caput meũ, sicut fascis grauis grauatæ sunt super me.) Et hic causam præmisit, & effectũ subiecit: quid vnde cõtigerit dixit, Iniquitates meæ sustulerunt caput meũ. Nemo enim superbus, nisi iniquus cui sustollitur caput. Sursum tollitur, qui erigit D
Eccl. 10.b. caput aduersus Deũ. Audistis cùm lectio legeretur libri Ecclesiastici, Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Ille qui prior noluit audire præceptum, sustulit iniquitas ipsius caput aduersus Deũ. Et quia iniquitates sustulerũt caput eius, quid illi fecit Deus? Sicut fascis grauis grauatę sũt super me. Leuitatis est erigere caput, quasi nihil portat qui erigit caput. Quia ergo leue est q̃ potest erigi, accipit pondus vnde possit cõprimi. Cõuertitur enim labor eius in caput eius, & iniquitas eius
Psalm. 7. in verticẽ descẽdit. Sicut fascis grauis grauatæ sunt super me. Cõputruerũt & putruerũt liuores mei.) Iam qui liuores habet, non est sanus. Adde quia ipsi liuores cõputruerunt & putruerunt. Vnde putruerunt? Qui cõputruerunt. Iã quomodo hoc explicetur in vita hua

mana, quis hoc non nouit? Habeat aliquis sanũ olfactũ animæ, sentit quomodo puteant peccata. Cui putori A
peccatorũ cõtrarius erat odor ille, de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco
2. Cor. 2.d. iis qui salui fiunt. Sed vnde, nisi de spe? Vnde, nisi de recordatione sabbati? Aliud enim plãgimus in hac vita, aliud præsumimus in illa vita. Quod plangitur, putet: quod præsumitur, fragrat. Ergo nisi esset ille talis odor qui nos inuitaret, nunquã sabbatũ recordaremur. Sed quia habemus per spiritũ ipsum odorẽ vt dicamus spõso nostro, Post odorẽ vnguentorũ tuorum curremus:
Cant. 1.a. auertimus à putoribus nostris olfactũ, & cõuertentes nos ad ipsum aliquantulũ respiramus. Sed nisi ad nos oleãt & mala nostra, nũquã istis gemitibus cõfitemur, Cõputruerunt & putruerunt liuores mei. Vnde? A facie insipientiæ meæ.) Vnde & dixit superiùs, A facie peccatorũ meorum: inde nunc, à facie insipiẽtiæ meę. Miseriis afflictus sum, & curuatus sum vsq; in finẽ. Vnde curuatus est? Quia elatus eras. Si fueris humilis, erigeris, si fueris elatus, curuaberis: non enim deerit Deo pondus vnde te curuet. Illud erit põdus, fascis peccatorum tuorũ, hoc replicabitur in caput tuũ & curuaberis. Quid est autẽ curuari? Nõ se posse erigere. Talẽ in-
Luc. 13.b. uenit Dñs mulierẽ per decẽ & octo annos curuã, nõ se poterat erigere. Tales sunt qui in terra cor habent. At verò quia inuenit mulier illa dñm, & sanauit eã: audiat, sursum cor. Inquãtum tamen curuatur, adhuc gemit.
Sap. 9.a. Curuatur enim ille qui dicit, Corpus eũ quod corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtẽ. In his gemat, vt illud accipiat: recordetur sabbatũ, vt ad sabbatũ peruenire meretur. Quod enĩ celebrabãt Iudæi, signum erat. Cuius rei signũ? Quã iste recordatur qui dicit: Miseriis afflictº sum, & curuatus sum vsq; in finẽ. Quid est vsq. in finẽ? Vsq. in mortẽ. Tota die cõtristatus ambulabã.) Tota die, sine intermissione. Hoc dicit tota die, tota vita. Sed ex quo cognouit? Ex quo sabbatũ recordari cœpit. Quãdiu enim recordatur quod nondum habet, non vis vt contristatus incedat? Tota die contristatus ambulabã.

Quoniã anima mea cõpleta est illusionibus, & non est sanitas in carne mea.) Vbi ergo est totus homo, anima & caro est. Anima cõpleta est illusionibus, caro sanitatẽ nõ habet, quid remanet vnde sit lætitia? Nónne oportet vt cõtristetur? Tota die cõtristatus ambulabã. Tristitia nobis sit, donec & aſa nostra exuatur illusionibus, & corpus nostrũ induatur sanitate. Illa enim vera sanitas quæ est? Immortalitas. Quãtæ sint autẽ illusiones animæ, si voluero dicere, tẽpus quando sufficit? Cuius enim anima ista nõ patitur? Breue est quod admoneo, quomodo anima nostra cõpleta est illusionib. A facie ipsarũ illusionũ, aliquãdo vix orare permittimur. De corporibus cogitare nõ nouimus, nisi imagines: & sæpe irruunt quas nõ quærimus, & volumus ex hac in hãc ire, & ab illa in illã trãsire: & aliquando vis redire ad id quod cogitabas, & dimittere vnde cogitas, & aliud tibi occurrit. Vis recordari q̃ oblitus eras: & nõ tibi venit in mentẽ, & venit potiùs aliud q̃ nolebas. Vbi erat quod oblitus eras. Nã quare postea venit in mentẽ, cùm iã nõ quæreretur. Cùm autẽ quæreretur, occurrerunt pro illo innumerabilia quæ nõ quærebantur. Rem dixi breuẽ fratres: aspersi nescio quid vobis, quo accepto cætera vosipsi cogitãtes, inueniatis quid sit plangere illusiones animæ nostræ. Accepit ergo pœnã illusionis, amisit veritatem. Sicut enim pœna est animæ illusio, sic præmiũ animæ veritas. Sed in his illusionibus constituti cùm essemus, venit ad nos veritas, & inuenit nos coopertos illusionibus, suscepit carnẽ nostrã, vel potiùs à nobis, id est, à genere humano.

Aperuit

al. Apparuit oculis. † Aperuit oculos carnis, vt per fidem sanaret eos quib. veritatẽ fuerat monstraturus: vt sanato oculo veritas patescceret. Ipse enim est veritas quam nobis promisit, A
cũ caro eius videretur: vt fides inchoaretur, cuius præmium veritas esset. Nõ enim se ipse Christus demõstrauit in terra, sed demonstrauit carnẽ suã. Nam si seipsum
1. Cor. 2.b. demonstraret, viderent illum Iudæi & cognoscerent. Sed si cognouissent, nunquam Dñm gloriæ crucifixissent. Sed fortè discipuli viderunt, quãdo illi dicebant,
Ioan. 14.a Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et ille vt ab eis se nõ visum esse monstraret, subiecit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem. Si ergo Christum videbant, quomodo adhuc patrem quærebant? Si enim viderent Christum, viderent & patrem. Nondum itaq; Christũ
Ibidem.c. videbant, qui patrem sibi ostendi cupiebant. Audi quia nondum videbant. In præmio illud promisit alio loco dicens, Qui diligit me, mandata mea custo dit: & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et tanquã diceretur ei, quid illi dabis, diligens eum? Et ostendam, inquit, meipsum illi. Si ergo diligentibus eum hoc in præmio promisit, quia ostendet seipsum illis: manifestum est, quia illa visio veritatis talis nobis promittitur, quia visa iam nõ dicamus, impleta est anima B
mea illusionib. Infirmatus sum & humiliatus sum vsq; nimis.) Qui recordatur altitudinem sabbati, ipse videt quãtum sit humiliatus. Nã qui nõ potest cogitare quæ
al. nihil non videt vbi sit. Psal. 30. sit illa quietis altitudo, † non videt vbi nõ sit. Propterea alius Psalmus dixit, Ego dixi in ecstasi mea, Proiectus sum à facie oculorũ tuorum. Assumpta enim mẽte vidit nescio quid sublime, & q̃ vidit nondũ ibi totus erat: & quadã, si dici potest, quasi coruscatione facta luminis æterni: vbi sensit non se ibi esse, q̃ potuit vtcunque intelligere, vidit vbi esset, & quemadmodũ malis humanis infirmatus & coarctatus esset: & ait, Ego dixi in ecstasi mea, Proiectus sum à facie oculorũ tuorum. Tale est nescio quid quod vidi in ecstasi, vt inde sentiã
2. Cor. 12.a. quã lõgè sum, qui nõdum ibi sum. Iam ibi erat qui dixit assumptum se in tertiũ cælũ, & ibi audiebat ineffabilia verba quæ nõ licet homini loqui. Sed reuocatus est ad nos vt gemeret, priùs perficiẽdus in infirmitate, & sic postea indueretur virtute: animatus tamen, quia vidit aliquid rerum illarũ pro dispensatione officij sui, adiecit dicẽs, Audiui ineffabilia verba quæ nõ licet homini loqui. Iã ergo quid opus est, vt à me aut à quoquam C
quæratis quæ nõ licet homini loqui: si illi nõ licuit loqui, cui licuit audire? Plãgamus tamen & gemamus in cõfessione, agnoscamus vbi simus, recordemur sabbatum, & patienter expectemus quod ille promisit, qui nobis in se ipso exemplũ patientię demonstrauit. Infirmatus sum & humiliatus sum vsq; nimis. Rugiebam à gemitu cordis mei.) Attenditis plerunque interpellare gemitib. seruos Dei, & quæritur causa: & non apparet nisi gemitus alicuius serui Dei, si tamẽ ad aures hominis circa illũ positi peruenerit. Est enim gemitus occultus qui ab homine nõ auditur: tamen si tanta occupauerit cor cogitatio desiderij cuiusdam, vt voce clariore exprimatur vulnus interioris hominis, quæritur causa: & dicit homo apud semetipsum, fortè illud est D
vnde gemit, & fortè illud illi factum est. Quis potest intelligere, nisi ille in cuiº oculis & aurib. gemit? Propterea rugiebã, inquit, à gemitu cordis mei, quia homines si quando audiunt gemitum hominis, plerunq; gemitũ carnis audiunt gementem, à gemitu cordis nõ audiũt. Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed nõ à gemitu cordis: alius, quia abstulit filium: alius, quia vxorem: alius, quia grandinata est vinea, quia cuppa acuit, quia diripuit iumentũ ipsius nescio quis: alius, quia damnũ

aliquod passus est: alius, quia timet hominem inimicũ. Oẽs isti à gemitu carnis rugiunt. At verò seruus Dei, quia ex recordatione sabbati rugit, vbi est regnũ Dei; 1. Cor. 15.g
quod caro & sanguis nõ possidebunt: Rugiebã, inquit, à gemitu cordis mei. Et quis agnoscebat vnde rugiebat? Subiecit, Et ante te est omne desiderium meum.) Nõ enim ante homines qui cor videre non possũt, sed
Matth. 6.d ante te est omne desiderium meum. Sit desideriũ tuum ante illũ, & pater qui videt in occulto, reddet tibi. Ipsum enim desiderium tuum, oratio tua est: & si continuum desideriũ, continua oratio. Non enim frustra di-
1. Thes. xit Apostolus, Sine intermissione orãte. Nũquid sine intermissione genu flectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus, vt dicat, Sine intermissione orate? Aut
al. scuti. † si dicimus nos orare, hoc puto sine intermissione non possumus facere. Est alia interior sine intermissione oratio, quę est desideriũ. Quicquid aliud agas, si desideras illud sabbathũ, nõ intermittis orare. Si nõ vis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Continuũ desideriũ tuũ, cõtinua vox tua est. Tacebis, si amare desiteris: quia tacuerunt de quib. dictũ est, Quoniã abun
Matt. 24.b. dauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Frigus charitatis, silẽtiũ cordis est: flagrãtia charitatis, clamor cordis est. Si semper manet charitas, semper clamas: si semper clamas, semper desideras: si desideras, requiem recordaris: & rugitus cordis tui ante quẽ sit, oportet vt intelligas. Iam quale desideriũ debeat esse ante oculos Dei, considera. Nunquid vt moriatur inimicus noster, quod quasi iustè optant homines? Nã aliquando oramus quod non debemus. Illud quod quasi iustè orant homines, videamus. Nõ orant vt moriatur aliquis, & ad illos hæreditas veniat. Sed & illi qui orant vt moriant inimici, audiant Dominum dicẽtem: Orate pro inimi- Matth. 5.g. Luc. 6.d.
cis vestris. Non ergo hoc orent vt moriantur inimici, sed hoc orent vt corrigantur & mortui erũt inimici. Iã enim correcti, non erunt inimici. Et ante te omne desiderium meum. Quid si desiderium ante illum est, & ipse gemitus non est ante illum? Vnde fieri potest, quãdo ipsum desiderium vocẽ suã habet gemitũ? Ideo sequitur, Et gemitus meus nõ est absconditus à te.) A te nõ est absconditus, à multis autem hominib. absconditus est. Videtur aliquãdo humilis seruus Dei dicere, & gemitus meus nõ est absconditus à te. Videtur aliquãdo & ridere seruus Dei. nũquid desiderium illud mortuũ est in corde? Si autẽ inest desiderium, inest & gemitus. Nõ semp peruenit ad aures hominũ, sed nunquã recedit ab aurib. Dei. Cor meũ cõturbatum est.) Vnde cõturbatum est? Et deseruit me fortitudo mea.) Plerunq. irruit nescio quid repentinũ, fit cõturbatio cordis. Cõtremiscit terra, tonitruus datur de cælo, horribilis fit impetus vel strepitus: leo fortè videtur in via, fit cõturbatio: latrones insidiantur, fit turbatio cordis, pauetur, vndique solicitudo incutitur. Vnde hoc? Quia deseruit me fortitudo mea. Si eũ maneret illa fortitudo, quid timeretur? Quicquid nũciaret, quicquid frẽderet, quicquid sonaret, quicquid caderet, quicquid horreret, nõ terreret. Sed vnde illa perturbatio? Deseruit me fortitudo mea. Vnde deseruit fortitudo? Et lumen oculorũ meorũ nõ est mecũ.) † Latuerat ergo Adã lumẽ oculo- al. Habuerat
rũ ipsius. Nã lumen oculorũ ipsius ipse Deus erat: quẽ cũ offendisset, fugit ad vmbram, & abscondit se inter ligna paradisi. Pauebat à facie Dei, & quæsiuit vmbrã arborum. Iam inter arbores lumen oculorum non ha- Genes. 3.b.
bebat, ad quod gaudere consueuerat. Si ergo ille de origine, & nos de propagine: & redeunt ad illum secundũ vel nouissimũ Adã mẽbra ista, quia nouissimus Adam in spiritu viuificante: & clamãt de corpore eius in ista cõfessione, Et lumen oculorũ meorum nõ est mecũ: iã

cõfitens,iã redẽptus,iã in corpore Christi est,& lumen oculorũ ipsius non est cum ipso?Planè non est cũ ipso, sed est quidẽ tanquã adhuc recordantium sabbathum, tanquã cernentium in spe:sed nondum est illud lumen
Ioan. 14.c. de quo dicitur,ostendam meipsum illi. Est quiddã luminis,quia filij Dei sumus,& vtique hoc in fide retinemus:sed nõdum est illud lumẽ quod videbimus.Nõdũ
1. Ioan.3.a. enim apparuit quod erimus. Scimus quia cũ apparuerit,similes ei erimus,quoniã videbimus eum sicuti est. Nã modò lumen fidei & lumen spei est.Quandiu enim
2. Cor. 5.a. sumus in corpore,peregrinamur à Domino.Per fidem enim ambulamus,nõ per speciẽ.Et quandiu quod non
Rom.3.c. videmus speramus,per patientiam expectamus.Voces sunt ergo istæ peregrinantium, nondum in patria constitutorum.Et rectè dicit,& verè dicit, & si non sit dolosus,veraciter confitetur.Et lumen oculorum meorũ non est mecum.Hæc patitur homo intus, ibi secum in seipso,& seipsum,de nemine ad neminẽ præter se.Hęc
B sibi ipse pœna sua esse meruit, quicquid superius enumerauit.Sed nunquid hoc solũ est quod patitur homo? Patitur enim ex se intrinsecus, forinsecus autem ex eis inter quos viuit. Patitur mala sua, cogitur pati & alicna.Inde sunt illæ duæ voces, Ab occultis meis munda
Psal. 18. me Domine,& ab alienis parce seruo tuo.Iã de occultis suis cõfessus est,à quib.se cupit mundari.Dicat & de alienis,à quib.sibi vult parci. Amici mei.) Quid dicam
al. amicis. iam de † inimicis?Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterũt.)Hoc quod ait, aduersum me steterunt, intellige. Si enim aduersum me steterunt, aduersus se ceciderunt. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterunt. Iã intelligamus capitis voces,iã incipiat illucescere caput nõstrũ in passione. Sed rursum cũ cœperit caput dicere,noli inde separare corpus. Si caput noluit se separare à vocibus corporis, corpus se audeat separare à
C passionib.capitis? Patere in Christo,quia tanquã peccauit in infirmitate tua Christus. Modò enim peccata tua tanquã ex ore suo dicebat,& ea dicebat sua. Dicebat enim,à facie peccatorum meorum, quæ non erant ipsius. Quomodo ergo peccata nostra sua esse voluit propter corpus suum, sic & nos passiones eius nostras esse velimus propter caput nostrum. Non enim ille ex amicis passus est inimicos,& nos nõ:imò & nos ad hoc paremus in eodẽ cõuiuari.Talem calicẽ nõ respuamus, vt celsitudinis eius desiderium per humilitatẽ eius inueniamus. Respondit enim celsitudini eius hærere volentib.qui eius adhuc humilitatem non cogitabant: &
Matt. 20.c. ait illis, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ergo & illæ passiones Domini, passiones nostræ sunt:& vnusquisq; si bene seruiat Deo,bene seruet fidẽ, exhibeat quod debet, & versetur inter homines iustè, volo videre si non patitur, etiã quod hic enumerat in passione sua Christus. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterunt. Et proximi à lõgè steterunt.)Qui proximi appropinquauerunt, & qui proximi à lõgè steterunt? Proximi erant Iudæi, quia cognati erãt. Appropinquauerunt, quando cruci fixerũt.Proximi erant & Apostoli: & tamen ipsi à lõgè
Luc. 23.c. steterunt,ne cũ illo paterẽtur. Potest etiã hoc sic intelligi.Amici mei:id est,qui se finxerũt amicos meos.Amicos enim se finxerunt,qũ dixerunt: Scimus quia in veritate viã Dei doces:quando illũ tentare voluerunt, v-
Matt. 21.e. trum soluendum esset tributum Cæsari, quando illos conuicit ore ipsorum.Amici videri volebant, sed non illi erat opus vt quisquã ei testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine: adeò
Ioan. 2.d. vt cùm amica verba dixissent, responderet eis, Quid
Matt. 22.c. me,inquit,tentatis,hypocritæ?Ergo amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt, & steterũt:
A & proximi à longè steterunt.Nostis † quid dixi.Proximos † dixi qui appropinquauerunt: & tamen à longè steterunt. Appropinquauerunt enim corpore,sed lõgè steterũt corde. Qui tã propinqui corpore,quàm qui in crucem leuauerunt? Qui tam lõgè corde,quã qui blasphemauerunt? Audite istam longinquitatem ab Esaia Propheta. Videte istam propinquitatem & longinquitatẽ. Populus hic labiis me honorat: ecce propinquat corpore: cor autẽ eorũ lõgè est à me.Idem propinqui, idẽ longinqui.Propinqui labiis, longinqui corde. Veruntamen quia longè steterunt timentes Apostoli, absolutius & planius de illis accipimus, vt alios propinquasse,alios longè stetisse intelligamus: quandoquidẽ & Petrus qui audacius secutus fuerat, ita adhuc longè erat,vt interrogatus & perturbatus,ter negaret Dominum, cum quo se moriturum esse promiserat. Qui po-
B stea ex lõginquo vt propinquus fieret,audiuit post resurrectionem,Amas me? & dicebat, Amo. Et dicendo propinquabat, qui negando longè factus erat, donec trina voce amoris,solueret trinam vocem negationis. Et proximi mei à longè steterunt:Et vim faciebant qui quærebant animam meam.)Iam manifestum est qui q̃rebãt animã ipsius,qui nõ habebãt animã eius, quia nõ erant in corpore eius.Qui quęrebant animam eius,lõgè erant ab anima eius: sed quærebant vt occiderent eam.Quæritur enim anima eius & bene. Nã alio loco arguit quosdã dicẽs,Et nõ est qui requirat animam meã. Arguit quosdam non quærentes animã eius, & rursus arguit alios quærentes animam eius. Quis est qui quærit bene animam ipsius? Qui eius passiones imitatur. Qui sunt qui quærebant malè animam eius?Qui ei vim faciebant,& crucifigebant eũ.Sequitur,Qui quærebãt mala mea,locuti sunt vanitatẽ.) Quid est qui quærebãt
C mala mea? Multa quærebant,& non inueniebant.Fortè hoc dixerit,quærebãt crimina mea. Quæsierunt enim quæ in illum dicerent,& non inueniebant.Quærebant enim mala de bono, quærebant scelera de innocente. Quando inuenirent in eo qui nullum peccatum habebat? Sed quia peccata quærebant in eo qui peccata nõ habebat,restabat vt fingerent quod non inueniebant. Ideo qui quærebant mala mea, locuti sunt vanitatem, non veritatem. Et dolum tota die meditabantur. Hoc est,fallaciam sine cessatione meditabãtur.Nostis quãta falsa testimonia dicta sunt in Dominum,antequam pateretur. Nostis quanta falsa testimonia dicta sunt, etiã cùm resurrexisset.Nã illi milites custodes sepulchri,de quib.Esaias dixit,Ponã malos pro sepultura eius.)Mali enim erant,& veritatem dicere noluerunt, & corrupti
D mendacium seminauerunt.) attendite qualem vanitatẽ locuti sunt. Interrogati sunt etiam ipsi, & dixerunt: Cùm dormiremus,venerunt discipuli eius, & abstulerũt eum.Hoc est,loqui vanitatem. Si enim dormiebãt, vnde sciebãt quod gestũ erat? Ergo ait, Ego autem velut surdus nõ audiebam.) Qui ad ea quæ audiebat non respondebat,tanquã non audiebat.Ego autẽ velut surdus nõ audiebam: Et sicut mutus non aperiẽs os suũ.) Et repetit eadem. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.) Quasi non esset quod illis diceret,quasi nõ esset vnde illos argueret. Nõne iam antea multa increpauerat,multa dixerat,& dixerat,Væ vobis scribæ & pharisæi,hypocritæ,& multa talia? Tamen quando passus est, nihil horũ dixit,nõ quia non habebat quod diceret, sed expectabat vt complerẽt illi omnia,& implerẽtur omnes prophetiæ de illo,de quo dictum erat,Et sicut ouis coram tondente se sine voce, non aperuit os suum. Oportebat ergo vt taceret in passione, non taciturus in iudi-

al. quia dixit.
al. dixit.
Esa. 29.d.
Matth.15.a.
Matt.26.c. f.g.
Ioan. 21.e
Psal.14.b.
Matt.26.d.
Esa. 53.c.
Esa. 53.c.

iudicio.Iudicandus enim venerat,qui postea iudicaturus veniret: & ideo cum magna potestate iudicaturus, quia cum magna humilitate iudicatus. Quoniam in te Domine speraui,tu exaudies Domine Deus meus.)Tã quam si ei diceretur,quare nõ aperuisti os tuum,quare non dixisti,parcite,quare non in cruce pẽdẽs iniquos arguisti?Sequitur,& dicit,Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies Dñe Deus meus. Monuit te quid fa-
Psal 37. cias,si fortè occurrerit tibi tribulatio. Quæris enim te defendere, & fortè nemo accipit defensionem tuã. Iã tu perturbaris, quasi perdideris causam tuam: quia nullius habes defensionem aut testimonium.Custodi intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit causam tuam.Præualuit in te falsum testimonium,sed apud homines.Nunquid apud Deũ valebit,vbi causa tua dicẽda est?Quando Deus iudex erit,alius testis quã cõsciẽtia tua non erit.Inter iudicem iustum & conscientiam tuam noli timere nisi causam tuam. Si causam malam nõ habueris, nullũ accusatorẽ pertimesces: nullũ falsum testẽ refelles,nullum verũ requires.Tu tantũ bonã conscientiam affer: vt possis dicere,Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies Domine Deus meus. Quia dixi nequando insultent in me inimici mei,& dum cõmouentur pedes mei, in me magna locuti sunt.) Iterũ redit ad infirmitatẽ corporis sui, & rursus caput illud attẽdit pedes suos: Nõ sic est in cælo,vt deserat quod habet in terra. Attẽdit planè,& videt nos: Aliquando enim vt est ista vita, cõmouẽtur pedes nostri, & labunt in aliquo peccato:ibi exurgunt linguæ nequissimæ inimicorum.Hinc ergo intelligimus,etiã cũ tacebãt quid quærebant.Quia erant tunc asperi, immites, gaudẽt se inuenisse quod dolere debuerũt.Et dixi,ne aliquando insultẽt in me inimici mei.Dixi hoc,& tamen fortè ad emendationẽ fecisti eos magna loqui de me, dum mo-
Gal. 6. a. uerentur pedes mei,id est,elati sunt, multa mala dixerũt cũ mouerer.Misereri enim debuerunt infirmis,non insultare,quomodo Apostolus dicit,Fratres,si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis. Et cõplectitur quare:intẽdẽs,inquit, teipsum, ne & tu tenteris.Nõ erant isti tales de quib.dicit,Et dum commouerentur pedes mei,in me magna locuti sunt:sed erãt tales de quib.alibi dicit. Qui me premũt exultabũt si motus fuero.Quoniam ego ad flagella paratus sum.) Omnino magnificè,tãquam diceret,Ad hoc natus sũ,
al. pateretur. vt flagella sufferã.Nõ enim † nasceretur nisi de Adam, cui flagella debẽtur.Sed aliquãdo peccatores in hac vita aut nõ,aut minus flagellãtur:quia iã desperata est intentio eorũ.At verò illi quib. paratur vita sempiterna, necesse est vt hic flagellentur:quia vera est illa sentẽtia:
Prou.3.b. Fili ne deficias in disciplina Domini, neq; fatigeris cũ
Heb. 12. b. ab illo increparis.Quẽ enim diligit Dominus,corripit: flagellat autẽ oẽm filiũ quẽ recipit.Ideo ergo nõ insultent inimici mei,nõ magna loquantur,& si flagellat me pater meus.In flagella paratus sum, quia mihi hæreditas præparatur.Nõ vis flagellum,nõ tibi datur hæreditas.Omnis enim filius necesse est vt flagelletur. Vsque
Rom.8.f. D adeò omnis flagellatur, vt nec illi pepercerit qui peccatũ nõ habuit.Quoniã ego in flagella paratus sum,Et do
1. Pet.2.d. lor meus ante me est semper.) Quis dolor?Fortè de flagello.Et verè fratres mei,verè dicã vobis, Flagella sua dolẽt homines:quare flagellantur, nõ dolent. Nõ erat iste sic.Audite fratres mei.Nescio quis si damnum patitur,procliuior est vt dicat,indignè passus sum,quam vt consideret quare passus sit:dolens damnũ pecuniæ, nõ dolens iustitiæ. Si peccasti, thesaurum tuum interiorẽ dolẽ. Nihil habes in domo,sed fortè inanior es corde. Si autem plenum est cor bono suo,Deo tuo: quare nõ dicis,Dominus dedit,Dominus abstulit, sicut Domino placuit,ita factum est, sit nomẽ Domini benedictũ. Iob.1.d.
Vnde ergo iste dolebat? De flagello quo flagellabatur?
A Absit. Et dolor meus, inquit, ante me est semper. Et quasi diceremus,quis dolor? vnde dolor? Quoniã iniquitatem meam ego pronuncio, & curam geram pro peccato meo.)Ecce vnde dolor. Nõ de flagello dolor: de vulnere,non de medicina. Nam flagellum medicamentum est contra peccata.Audite fratres, Christiani sumus:& tamen plerunq. si filius cuiusquam moriatur, plangit illum:si peccet,nõ illum plangit.Tũc plãgeret, tunc doleret,cùm peccantẽ videret:tunc modũ imponeret,tunc normam viuẽdi doceret, disciplinã daret. Aut si fecit,& ille non audiuit,tũc erat plangendus:tũc peiùs mortuus luxuriosè viuens,quàm moriendo luxuriam finiens. Tunc ergo quando ista faciebat in domo tua,non solũ mortuus erat,sed & putebat.Hæc dolenda sunt,illa sustinenda:illa ferenda,ista plangenda.Plã-
B genda autẽ,quomodo audistis plangere istum:quoniã iniquitatẽ meam ego pronuncio, & curam geram pro peccato meo. Ne securus sis cũ confessus fueris peccatũ, tanquã semper præparatus ad confitendum & cõmittendum peccatum.Sic pronuncia iniquitatem tuã, vt curã geras pro peccato tuo. Quid est curam gerere pro peccato tuo?Curã gerere pro vulnere tuo.Si diceres,curam geram pro vulnere meo,quid intelligeretur, nisi,dabo operam vt sanetur?Hoc est enim curã gerere pro delicto:semper niti,semper intendere, semper studiosè & sedulò agere, vt sanet peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatũ tuũ, sed fortè lachrymæ currũt,& manus cessant.Fiãt eleemosynæ, redimant peccata,gaudeat indigens de dato tuo,vt & tu gaudeas de dato Dei.Eget ille, eges & tu:eget ille ad te, eges & tu ad Deũ. Tu contẽnis egentẽ tui, Deus nõ te contẽnet egẽtẽ sui.Ergo impleto tu egentis inopiam, vt impleat Deus interiora tua.Hoc est, curam geram pro peccato meo,faciam omnia quæcunq. faciẽda sunt,ad abluendum & sanandum peccatum meum. Et curam gerã,p
C peccato meo. Inimici autem meiuiuunt) Bene est eis, gaudent in seculi felicitate, vbi ego & laboro & rugio à gemitu cordis mei. Quomodo viuunt inimici illius, quia iã dixit de illis,quoniã locuti sunt vanitatẽ? Audi & in alio Psalmo, Quorũ filij sicut nouellæ cõstabilitę. Psalm. 127
Sed superiùs dixerat, Quorum os locutum est vanita- Psal.143.
tẽ,filiæ eorũ cõpositæ sicut similitudo tẽpli,cellaria eorũ plena,eructantia ex hoc in hoc:boues eorũ crassæ, oues eorum fœcundæ multiplicantes in exitibus suis: nõ est ruina sepis,neq. clamor in plateis eorum. Viuũt ergo inimici mei:hæc vita est,hãc laudant,hanc amãt, hanc malo suo habẽt. Quid enim sequitur? Beatũ dixe- Psal. 143.
runt populũ,cui hæc sunt. Quid autem tu qui curã geris pro peccato tuo? Quid tu qui pronuncias iniquitatem tuam? Beatus,inquit,populus cuius est Dominus Deus ipsius.Inimici autẽ mei viuunt.Et cõfirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui me oderũt iniquè.) Quid est,qui oderunt iniquè?Bona sibi volentem oderũt.Qui si redderẽt mala pro malis,boni nõ essent:qui
D si non redderẽt bona pro bonis,ingrati essent: reddũt autem mala pro bonis qui oderunt iniquè. Tales fuerunt Iudæi.Venit ad illos Christus cum bonis,reddiderunt illi mala pro bonis. Cauete hoc malum, fratres. Citò subintrat, quia diximus, tales erant Iudæi: ne putet vnusquisque vestrum longè se exceptum.Corripiat te aliquis frater tuus bonum tibi volens, oderis illum, & talis es. Et videte quàm citò fiat, quàm facilè currat tam magnum malum, tam agile peccatum. Detrahebant mihi qui retribuunt mala pro bonis, quoniam persecutus sum iustitiam.) Ideo mala pro boni-

Quidest, psecutus sũ iustitiam? Nõ dimisi: ne fortè persecutionẽ semper in malo intelligas, persecutus dixit, perfectè secutus sum iustitiam, Quoniã persecutus sum iustitiã. Et audi caput nostrum euidens in passione. Et proiecerunt me dilectum tãquã mortuũ abominatum. Parum erat mortuum, quare abominatum? Quia crucifixum. Etenim hæc mors crucis magna apud eos
Deut 21.d. abominatio erat, non intelligentes in prophetia dictũ
Galat. 3.b. esse, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Non enim ipse attulit mortem, sed hic inuenit de maledicto primi hominis propagatam: & eandẽ mortẽ nostram susci piens in ligno suspendit, quę venerat de peccato. Ergo ne putarent aliqui, sicut putant quidam hæretici, Dñm nostrũ Iesum Christũ falsam carnẽ habuisse, & nõ verã mortem in cruce soluisse: intendit hoc Propheta, & ait, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ostendit ergo quia & filius Dei vera morte mortuus est, quæ mortali carni debebatur: ne non maledictum putares, non B verè mortuum. Quia verò illa mors non erat falsa, sed
Genes. 2.c. ex illa propagine descenderat, quæ venerat de maledicto, cùm diceret Deus, Morte moriemini, omnino, &
Rom. 8. a. ad ipsum peruenit vera mors, vt ad nos peruenire vera vita: etiam ad ipsum peruenit mortis maledictio, vt ad nos peruenire vitæ benedictio. Et proiecerunt me dilectum, tanquam mortuum abominatum. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me.) Di-
Psal. 21. camus in illo, dicamus per illum, ipse enim interpellat
Matt. 27.c. pro nobis, & dicamus: Ne derelinquas me Dñe Deus meus: & tamẽ dixerat, Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? & dicit, Deus meus ne discesseris à me. Si à corpore non recedit, recessit à capite? Cuius ergo vox erat, nisi primi hominis? Ex illo ergo se ostendens veram carnem portare, dicit, Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Nõ illũ dimisit Deus. Si te non dimittit credentem in se, Christũ dimitteret pater & fi- C lius & spiritus sanctus vnus Deus? Sed personam in se
Rom. 6.b. transfigurauerat primi hominis. Scimus dicente Apostolo, quia vetus homo noster confixus est cruci cum illo. Non autem careremus vetustate, nisi crucifigeretur in infirmitate. Ad hoc enim venit vt renouemur in illo, quia desiderando eum & passionem eius imitando
Psalm. 21. renouamur. Ergo vox erat infirmitatis, vox erat nostra quia dictum est, Quare me dereliquisti? Inde ibi dictum est, Verba delictorum meorum: tanquam diceret, hæc verba ex persona peccatoris in me transfigurata sunt. Ne discesseris à me. Intende in adiutorium meũ, Domi
1. Pet. 1.b. ne salutis meæ.) Ipsa est salus fratres, de qua salute exquisierunt Prophetæ, sicut dicit Apostolus Petrus, & non acceperunt qui exquisierunt: sed inquisierunt & pnunciauerũt, & venimus nos & inuenimus quod illi exquisierũt. Et ecce nos nondũ accepimus & nascẽtur post nos, & inuenient quod nec ipsi accipiẽt & trãsiẽt:
Mat. 20. a. b vt oẽs simul in fine diei cũ Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis denarium salutis accipiamus. Etenim nostis mercenarios vel operarios diuersis temporib. ductos ad vineã, mercedẽ tamẽ pariter acceperunt. Et Prophetæ ergo & Apostoli, & martyres, & nos & qui post nos erunt vsq; in finem seculi, in ipso fine accepturi sumus salutem sempiternam, vt contemplantes gloriã Dei, & eius faciem intuentes, eum laudemus in æternum, sine defectu, sine aliqua pœna iniquitatis, sine aliqua peruersitate peccati: laudantes Deum, & non iã suspirantes, sed inhærentes illi, cui vsque in finem suspiramus, & in spe lætati sumus. In illa enim ciuitate erimus, vbi bonũ nostrum Deus est, lumen Deus est, panis Deus est, vita Deus est: quicquid est bonum nostrum à quo peregrinantes laboramus, in illo inueniemus. In illo erit quies: quam modò recordãtes necesse est vt dolcamus.

Illud enim sabbatũ recordamur, in cuius recordatione tãta dicta sunt, & nos tãta dicere debemus, & dicẽ- A tes nunquam tacere, non ore, sed corde: quia sic ore tacemus, vt corde clamare possimus.

IN PSALMVM XXXVIII. ENARRATIO.

Carthagine ad mensam sancti Cypriani, sermo habitus.

PSALMI huius, quẽ modò cantauimus, & tractandum suscepimus, titulus est, In finẽ pro Idithun cãticũ ipsi Dauid.) Cuiusdam ergo qui vocatur Idithun, voces expectandæ & audiẽdæ sunt: & si esse vnusquisque nostrũm potuerit Idithun in eo quod cantat, inuenit se & audit se. Viderint enim qui tunc fuerunt, quis vocatus fuerit Idithun, secundũ hominũ priscam natiuitatem. Nos autem audiamus quid interpretetur hoc nomen, & in ipsa interpretatione nominis quæramus intelligentiã veritatis. Sicut ergo inquirentes reperire potuimus in eis nominibus quę nobis à studiosis B literarũ diuinarũ ex Hebræo eloquio in Latinũ interpretata sunt, Idithun interpretatur, transiliẽs eos. Quis est ergo iste transiliens? vel quos transiliuit? quia transiliens nõ nudè positum est, sed transiliens eos. Transiliendo enim cantat, an cantãdo transilit? Siue transiliẽdo cantet, siue cãtando transiliat, transilientis tamẽ cãticum paulo antè cantauimus: vtrum & nos simus trãsilientes, viderit Deus cui cantauimus. Sed si quis trãsiliens cantauit, gaudeat se esse quod cantauit. Si quis autẽ terræ adhuc inhærens cantauit, optet esse quod cantauit. Quoniã enim inhærentes humo, curuatos in terrã, ea quæ † ima sunt cogitantes, in rebus transeuntibus spem ponentes, transiliuit iste qui vocatur transiliens eos. Quos enim transiliuit, nisi remanentes? Nostis quosdam Psalmos inscribi Canticum graduum, & ibi quidem in Græca lingua satis euidẽs est, quid dicat ἀναβαθμοῦς Anabathmi enim gradus sunt, sed ascendẽ- Anabathmos.
tium, non descendentiũ. Latinus quia non potuit propriè dicere, generaliter dixit: & quoniã gradus appellauit, ambiguum reliquit vtrũ ascendentiũ essent, an descendentium. Sed quia non sunt loquelæ neque sermones, quorum nõ audiantur voces eorum, exponit sequentẽ lingua præcedẽs: & fit certũ in alia, quod ambiguũ erat in alia. Quomodo ergo ibi ascẽdens quidã cãtat, sic & hic transiliens. Est autẽ hæc ascensio, & ista transilitio, nõ pedibus, non scalis, non pennis; & tamẽ si interiorẽ hominem attendas, & pedibus, & scalis, & pẽnis. Nã si nõ pedib', quomodo dicit homo interior, Psal. 35.
Nõ veniat mihi pes superbiæ? Si non scalis, quid sunt Gen. 28.c.
quas vidit Iacob, vbi erãt ascẽdẽtes angeli & descẽdẽtes? Si nõ pẽnis, quis ẽ qui dicit, Quis dabit mihi pẽnas Psalm. 54.
sicut colũbæ, & volabo, & requiescã? Sed in reb. corporalib. aliud sunt pedes, aliud scalæ, aliud pẽnę. Intus aũt D & pedes, & scalæ, & pẽnę affectus sunt, & bonæ volũtates. His ambulemus, his ascẽdamus, his volemus. Cùm ergo audit quisq; trãsiliẽtẽ hũc & imitari eligit, nõ quę rat leuitate corporis trãsilire fossas, aut aliqua altiuscula prœuolare saliẽdo: sed quod ad corpora attinet dico: nã fossas etiã trãsilit. Succẽsa igni & effossa, quæ ab increpatione vultus tui peribũt. Psalm. 79
Quæ sunt enim succẽsa igni & effossa, quę ab increpatione Dñi peribũt: nisi peccata? Succẽsa igni sunt, quæ facit malè ardẽs cupiditas: & effossa sunt, quæ facit malè iacẽs timiditas. Hinc enim peccata omnia, aut cupiendo, aut timendo. Transiliat ergo iste omnia quibus teneri posset in terra: erigat scalas suas, exerat pennas suas, videat vtrũ quisquã agnoscat hic se: imò verè in Domini gratia multi se agnoscunt, qui fortè iam vilem habentes mundũ, & omnia quæ delectant in mundo, eligũt rectè viuere: dum hic viuunt in gaudiis quibusdam spiritalibus. Et hęc vnde erũt adhuc ambulantibus super terram: nisi ex diuinis clo-

eloquiis ex verbo Dei, ex parabola aliqua scripturarũ scrutata & inuestigata, ex dulcedine inuentionis, quam A præcessit labor inquisitionis? Sunt quædam deliciæ sanctæ & bonæ in libris. Neque enim sunt in auro & argento, in epulis atq. luxuria, in venationibus & piscationibus, in ludo & ioco, in theatricis nugis, in affectãdis & apprehendendis ruinosis honoribus. Neq. enim vera sunt gaudia in his omnib. & ĩ his libris nulla sunt: imò verò anima illa ima transiliens, & in his delectata
Psalm. 118. dicat, quia verum dicit & secura dicit, Narrauerũt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua Domine: Veniat adhuc iste Idithun, transiliat eos qui delectantur imis: & delectetur in his, & gaudeat in verbo Domini, in delectatione legis Altissimi. Sed quid dicimus? Et hinc transiliendum est in aliud? An hucusq. habet quò transiliat qui transilire desiderat? Voces potius eius audiamus. Iam enim iste transiliens videtur mihi quòd habitabat in eloquiis Dei, & ibi didicit hæc, quæ audituri sumus. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquã in lingua mea.) Credas quod legendo, differendo, prędicando, monendo, obiurgando, hortando, cũ versaretur in opere, cũ exerceretur in difficultatibus quibusdã humanis, homo agẽs inter homines, quãuis iã trãsiliẽs eos, qui nõ delectantur his (quia difficile est, vt quisque
Iacob. 3. a. lingua nõ labatur & peccet, & qui lingua nõ peccauit, vt scriptũ est, hic perfectus est vir) aliqua fortè pœnitẽda dixerat, & lapsa erant ab ore quæ vellet reuocare, nec posset. Nõ enim lingua frustra in vdo est, nisi quia facilè labitur. Vidẽs ergo quã esset difficile, vt necessitatẽ loquẽdi haberet homo, & in loquẽdo nõ aliquid diceret, quod se dixisse nollet: & tædio affectus ex his peccatis, quę fuit euitare talia. Patitur hanc difficultatẽ transiliẽs. Nõ me iudicet, qui nõdum est transiliẽs: trãsiliat, & experiatur quod loquor. Tunc enim erit & testis, & filius veritatis. Cũ ergo hęc ei cõtigissent, statue C rat non loqui: ne aliquid diceret quod locutum se esse pœniteret. Et hoc indicãt prima verba eius, Dixi, custodiã vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea. Custodi ergo vias tuas ô Idithũ, & noli delinquere in lingua tua: perpendę quod dicturus es, examina, consule interiorẽ veritatẽ, & sic profer ad exteriorem auditorem. Quæris ista plerunq. in perturbatione rerũ, in occupatione animorũ. dũ ipsa infirmitas animæ, quã aggrauat
Sap. 9.c. corpus quod corrumpitur, & audire vult & dicere, audire intus, dicere foris aliquando perturbata studio dicẽdi, deficit † indiligentia agnoscẽdi: & in his dicit ali-
al. indigestia. quid quod fortè non esset dicendum. Contra hæc remediũ optimũ, est silentiũ. Stat enim peccator, propria quadã nota peccator superbus quisquã & inuidus: audit loquentẽ transilientem, captat verba, proponit laqueos, difficile est, vt nõ inueniat aliquid nõ ita dictũ, vt dici debuisset: nec audiendo ignoscit, sed calũniatur inuidendo. Contra hos iste Idithun transiliẽs eos silere delegerat, vnde ita cãtauit: Dixi, custodiã vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea. Quãdiu capior à calumnio- D sis, aut captor, & si nõ capior? Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Quãuis transilierim delectationes terrenas, quãuis non me capiant temporalium rerum volatici affectus, quãuis iã hæc ima despiciã, & ad meliora cõsurgam: in ipsis tamen melioribus sufficit mihi delectatio intelligentiæ coram Deo. Quid mihi opus est captanda loqui, & dare aditum calumniantibus. Dixi ergo, custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam.) Hoc quare? Propter pios, propter studiosos, propter fideles & sanctos? Absit. Illi sic audiunt, vt quod probant laudent: quod autẽ improbant inter † illa fortè, quæ laudant, veniam dent potius quàm calumniam parent.
al. multa.

Propter quos ergo vis custodire vias tuas, vt nõ delinquas in lingua tua, & ponis ori tuo custodiam? Audi, Dũ cõsistit aduersum me peccator.) Nõ sistit ad me, sed cõsistit aduersum me. Quid dicturus postremò, vnde satis faciã carnali de spiritalib. Loquor foris videnti & audienti, intus surdo & cęco. Animalis enim homo nõ
1. Cor. 2. d. percipit quæ sunt spiritus Dei. Nisi autẽ animalis inueniretur, † quomodo calũniaretur? Beatus qui narrat al. quando.
verbũ auri audiẽti, nõ auri peccatoris astãtis aduersum Eccl. 25. b.
se. Tales enim multi circũstabãt & circũfremebãt: quã do ille velut ouis ad immolandũ ductus est, & sicut a- Esa. 53. c.
gnus corã tondẽte sine voce, sic non aperuit os suum. Quid eũ dicat turgidis, turbidis, calũniosis, litigiosis, verbosis? Quid dicat sanctũ & piũ, & de religione trãsiliens eos: quando ipsis libẽter audientib. discere cupiẽtibus, veritatis cibo inhiantibus, auidè accipientibus,
Ioan. 16. b. Dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ
1. Cor. 3. a. potestis illa portare modò? Et Apostolus, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: non tamen desperãdis, sed nutriẽdis. Sequitur enim, Tãquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, nõ escã, nõdũ enim poteratis. Ergo vel nunc dic. Sed neque adhuc quidẽ potestis. Noli ergo festinare audire quod nõ capis, sed crescе vt capias. Sic paruulũ allo quimur, in sinu matris Ecclesiæ pio lacte nutriendum, & ad escã mensę Dominicæ idoneũ faciendũ. Quid aũt vel tale dicam peccatori astanti aduersus me, idoneũ se putãti aut fingenti, ad ea quæ non capit: vt cũ ei dixero, & ille non ceperit, non se putet nõ cepisse, sed me defecisse? Ergo propter hunc peccatorẽ astantẽ aduersus me posui ori meo custodiam. Et quid secutũ est? Obsurdui & humiliatus sum, & silui à bonis.) Patitur eũ difficultatẽ iste transiliens in quodã gradu quo iã transiliuit, & quærit
al. peccatorum. & inde transilire: ad vitandam hanc difficultatẽ † peccare metuebã, vt non loquerer, vt silentiũ mihi imponerem. Hoc enim dixerã, custodiã vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea. Et dum timeo loqui ne peccem, obsurdui & humiliatus sum, & silui à bonis. Dũ nimis timeo ne loquar aliqua mala, tacui omnia bona: obsurdui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Vnde enim dicebam bona, nisi quia audiebã? Auditui enim meo dabis exultationem & lætitiã. Et amicus sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem, non suam, sed sponsi. Vt vera dicat, audit quæ dicat. Nã qui loquitur mẽdacium, de suo loquitur. Quiddã ergo triste & molestũ passus est iste: & hac sua cõfessione id quod passus est, cauendũ admonet, non imitandum. Timẽdo enim
nimis, vt dixi, ne diceret aliqua non bona, statuit sibi Psalm. 50.
nulla dicere vel bona. Et quoniam statuit tacere: cœpit Ioan. 3. d.
non audire Stas enim trãsiliens, expectas à Deo audire quid dicas hominibus. Inter diuitem Deum, & inopẽ quærentem quid audiat, intercurris transiliens, qui Ioan. 8. f.
posis & hinc audire, & hic dicere. Si eligis hic nõ dicere, non mereberis hinc audire. Contemnis pauperem, contemneris à diuite. Oblitus es seruũ te esse, quem cõstituit dominus super familiam suam dare conseruis cibaria? Quid ergo quæris accipere, quod piger es erogare? Meritò ergo quoniam quod acceperas dicere noluisti, impediris ne accipias quod accipere cupiebas. Aliquid enim volebas, aliquid habebas: da quod habes, vt merearis accipere quod nõ habes. Ergo cùm
quasi posuissem ori meo custodiam, mihique indixis- Matth. 25. b
sam silẽtium, quia videbã vbiq; periculosum eloquiũ: factũ est, inquit, in me quod nolebam, obsurdui, & humiliatus sum: non me humiliaui, sed humiliatus sum. Obsurdui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Cœpi non dicere bona, cùm timeo ne dicam aliqua mala: & reprehendi consilium meum. Silui enim à bonis. Et

dolor meus renouatus est.) A dolore quippe quodam
quem mihi inflixerant calũniatores & reprehensores
tanquam requieueram in silentio, & cessauerat dolor
ille qui factus erat à calumniantibus: sed vbi silui à bo-
nis, renouatus est dolor meus. Cœpi plus dolere ta-
cuisse me quæ dicere deberẽ, quã doluerã dixisse, quæ
dicere nõ deberẽ. Renouatus est dolor meus, & in me-
ditatione mea exardescet ignis.) Cœpit esse inquietũ
cor meũ. Videbã insensatos, & tabescebam, non argue
Psalm. 118. bã: & me sic tacentẽ zelus domus tuę comedebat. Res-
Psalm. 68. pexi ergo ad Dominum meum dicentẽ, Serue nequã
Matt. 25.c. & piger, dares pecuniã meã numulariis, & ego veniẽs
cũ vsuris exigerẽ. Et quod sequitur, auertat Deus à dis
pensatorib. suis, Proiiciatur in tenebras exteriores liga-
tis manib. & pedibus, seruus, nõ euersor ad perdendũ,
sed piger ad erogandum. Quid expectare debẽt, qui cũ
luxuria cõsumpserunt, si damnantur qui cũ pigritia ser-
uauerũt? In meditatione mea exardescet ignis: & posi-
tus in hac fluctuatione dicendi & tacendi, inter eos qui
Psalm. 122. calumniari parati sunt, & eos qui affectãt instrui, inter
abũdãtes & inopes: factus opprobriũ his qui abunda-
Matth. 5.a. bãt, & despectio superbis, respiciens eos beatos, qui esu
riunt & sitiunt iustitiã: laborãs in vtroque, afflictus in
vtroq; periclitãs ne proiiciat margaritas ante porcos,
periclitãs ne non eroget cibaria cõseruis: in hoc æstu
quæsiuit aliũ meliorẽ locũ ab hac dispensatione, in qua
sic laborat homo & periclitatur: & suspirãs in finẽ quẽ
dam, vbi ista nõ erat passurus, in illum, inquã, finẽ quo
Matt. 25.b. dicturus est bono prærogatori Dominus, intra in gau-
diũ dñi tui. Locutus sum, inquit, in lingua mea.) Inter
æstus, inter pericula hæc, inter difficultates, quia ita de-
lectat lex Dñi, vt tamen propter abũdantiã scandalo-
rũ refrigescat charitas multorũ. Inter hos ergo ęstus lo
Matt. 24.b. cutus sum, inquit, in lingua mea. Cui? Nõ auditori quẽ
volo erudire, sed exauditori à quo volo erudiri. Locu-
tus sum in lingua mea, illi à quo intus audio, si quod bo
nũ, si quod verũ audio. Quid locutus es? Notũ, inquit,
mihi fac Domine finẽ meũ.) Transiliui enim quædã, &
veni ad quædã, & ea in quę veni meliora sunt eis à qui-
bus transiliui: sed restat adhuc quod trãsiliendũ sit. Nõ
enim hic remanebimus, vbi tentationes, vbi scandala,
vbi auditores & calumniatores patimur. Finẽ meũ no-
tum mihi fac. Finem qui mihi deest, non cursum qui
mihi adest. Finẽ illũ dicit, quẽ currẽs intuebatur Apo-
stolus, & de sua imperfectione cõfitebatur: aliud in se
Philip. 3 c. intuens, aliud alibi quærens. Ait enim, Non quia iam
acceperim, aut iã perfectus sim, Fratres, ego meipsum
non arbitror apprehendisse. Et ne diceres, si nõ appre-
hendit Apostolus, ego apprehendi: si perfectus non est
…t. Apostolus, ego perfectus sum; vide quid† agas, attende
quid dicat. Quid ergo ais Apostole? Nondũ apprehen-
disti, nõdũ perfectus es? Quid ais? Ad quã actionẽ me
hortaris? Quid mihi imitandũ sequendumq; proponis?
Vnũ aũt, inquit, quæ retrò sunt oblitus, in ea quæ antè
sunt extentus, secundũ intentionẽ sequor ad palmã su-
pernæ vocationis Dei in Christo Iesu: secundum intẽ-
tionem, nõ secundũ peruentionẽ, non secundũ appre-
hensionẽ. Non relabamur vnde iam transiliuimus, neç
remaneamus in illis ĩ quę iã venimus. Curramus, inten-
damus, in via sumus: nec tam sis securus ex eis quæ trã-
sisti, quàm solicitus pro eis ad quæ nondum peruenisti.
Quæ retrò, inquit, oblitus, in ea quę antè sunt extẽtus,
secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vo
cationis Dei in Christo Iesu. Ipse est enim finis. Vnum
autem, hoc est illud vnum, Domine ostende nobis pa-
trem, & sufficit nobis. Vnum autem, quę & vna dicitur
…n. 14.a. in alio Psalmo, Vnam petij à Domino, hanc requiram.
…n. 26. Quæ retrò oblitus, in ea quæ ante sunt extentus. Vnam

petij à Domino, hãc requiram, vt inhabitem in domo Philip. 3.c.
A Domini per omnes dies vitæ meæ. Propter quid? Vt
contempler delectationem Domini. Ibi enim gaude-
bo de socio, non timebo de aduersario. Ibi enim con-
templator mecũ erit amicus, non calumniator inimi-
cus. Hoc desiderauit iste Idithun, notum fieri sibi cùm
hic esset, vt sciret quid sibi deesset: & non tam gaude-
ret de his ad quę peruenerat, quàm & desideraret ea ad
quæ nõdum peruenerat. Sed & quibusdam iam transi-
litis, non remaneret in via, sed desiderio raperetur in
superna: vsquequò ille qui quædã transilierat, omnia
transiliret, & ab irroratione quadam guttarum Domi-
nicarum de Scripturarum nube venientium, veniret
sicut ceruus ad fontem vitæ, & in illo lumine videret
lumen, & absconderetur in vultu Dei à conturbatione Psalm. 41.
hominũ: vbi diceret, bene est, vltrà nihil volo, omnes Psalm. 35. Psalm. 30.
hic amo, neminem hic timeo. Bonum desideriũ, sanctũ
B desideriũ. Qui iam hoc habetis, congaudete nobis: &
orate vt perseueranter habeamus, ne inter scãdala de-
ficiamus. Nam & nos pro vobis hoc idem rogamus.
Non enim nos digni qui pro vobis oremus, & vos in-
digni qui pro nobis oretis. Auditoribus suis quib. præ-
dicabat verbũ Dei, se commendabat Apostolus. Orate Colos. 4.a.
ergo pro nobis fratres, vt & quod videndum est bene
videamus, & quod dicendum est bene dicamus. Cæte-
rum hoc desiderium, noui, in paucis est: nec me optimè
intelligũt, nisi qui gustauerint vnde loquor. Loquimur
tamen omnibus, & habentibus tale desiderium, & nõ-
dum habentibus. Habentibus, vt nobiscum illa suspi-
rẽt: nõ habẽtibus, vt pigritiam excutiant, ima trãsiliãt,
ad dulcedinẽ legis Dominicę veniãt, nõ in delectatio-
nib. iniquorũ remaneãt. Narrant enim multa multi, &
laudant multa multi, iniqua iniqui. Et reuera & illa ini- Psalm. 118.
qua habent delectationẽ, sed nõ sicut lex tua Domine.
C Dicant ergo nobiscum qui credunt hæc dicere & nos:
Negotiũ enim hoc intus est, nullis verbis ostendi põt.
Sed qui hoc agit, credat esse & in alio: nõ solũ se putet
accepisse quod Dei est. Dicat ergo in his Idithun, notũ
fac mihi Domine finem meum. Et numerum dierum Psalm. 101.
meorum qui est.) Numerum dierum quæro qui est. Sic
possum dicere, sic possum intelligere numerum sine nu
mero: quomodo possunt dici anni sine annis. Vbi enim
anni vtique quasi numerus, sed tamen tu idẽ ipse es, &
anni tui nõ deficient. Numerum dierum meorum mihi
notũ fac, sed qui est. Quid ergo? Iste numerus in quo
tu es, nõ est? Planè si attendã bene, non est. Si hæream,
quasi est: si transiliã, nõ est. Si ab istis me excutiẽs supna
contempler, si transeuntia manentib. comparẽ, video
quid verum sit. Quid autẽ magis videatur esse quàm si
D dicturus sit te mẽsum esse istos dies meos? Hos, inquã,
dies esse dicturus sum: & tam magnum hoc verbũ, huic
cursui rerum labentiũ temerè dabo? ita ergo ipse defi-
ciẽs pænè nõ sum, vt exciderit mihi qui dixit, Ego sum
qui sũ. Est ergo aliquis numerus dierũ? Verè est, & sine
fine est. In his autem diebus dicã aliquid esse, si teneo Exod. 3.d.
de quo die me interrogas vtrũ sit: vt vel interroges me,
tene vnde me interrogas. Tenes diem istũ? Si tenuisti
hesternũ, tenes & hodiernũ. Sed hesternũ, inquis, non
teneo, quia iã non est. Istũ autẽ teneo in quo sum, & qui
mecum est. Itáne de isto excidit tibi iã quantum à pri-
ma luce trãsierit? Nónne iste dies à prima hora cœpit?
Da mihi primã horam eius: da mihi & secundam eius,
quia fortè & ipsa transuolauit. Tertiam, inquis, dabo
tibi, fortè enim in ipsa nunc sumus. Certè ergo sunt isti
dies, & est tertia dies. Et si tertiam dabis, non diem, sed
horam dabis. Veruntamen ne hoc quidem tibi cõce-
do, si mecum vtcunq; ista transilisti. Da mihi vel horã
tertiam, ipsam mihi da in qua es. Si enim aliquid eius
iam

iam præteriit, & aliquid eius adhuc restat: nec quòd p̃-
teriit aliquid mihi potes dare, quia iã non est, nec quod
restat quia nõdum est. Quid mihi de hora ista, quæ nũc
peragitur dabis? Quid de illa mihi dabis? Cui commit-
tam hoc verbum vt dicam, est? Cùm dicis ipsum est,
certè vna syllaba est, & momentũ vnũ est: & tres literas
habet in ipso ictu. Ad secundã huius verbi literam non
peruenis, nisi prima finita fuerit. Tertia nõ sonabit, nisi
cùm & secunda transierit. Quid mihi de hac vna sylla-
ba dabis? & tenes dies qui vnam syllabam non tenes?
Psal. 109. Momentis transuolantibus cuncta rapiuntur. Torrens
rerũ fluit, de quo torrẽte ille in via bibit pro nobis, qui
iã exaltauit caput. Isti ergo dies non sunt. Antè abeunt
penè quã veniant, & cùm venerint, stare non possunt.
Iungunt se, sequuntur se, & non se tenent. Nihil de prę-
terito reuocatur, quod futurum est transiturum expe-
ctatur: non dum habetur, dum non venit, non tenetur,
dum venerit. Numerum ergo dierum meorum qui est,
nõ istum qui non est, & quod me difficilius & periculo
sius perturbat, & est, & non est: nec esse possumus dice-
re quod non stat: nec non esse quod venit & trãsit. Est
illud simplex quæro, est verum quæro, est germanum
quæro, est quod est in illa Hierusalem sponsa Domini
mei: vbi non erit mors, non erit defectus, non erit dies
transiens, sed manens: quia nec hesterno præceditur,
nec crastino impellitur. Hunc, inquam, numerum die-
rum meorum qui est, notum mihi fac. Vt sciam quid
Philip. 3.c. desit mihi.) Hoc enim mihi deest hic laboranti, & quã-
diu mihi deest, non me dico perfectum: quamdiu hoc
non accipio, non dico quia acceperim, aut iam perfe-
ctus sim: sequor autem ad palmam supernæ vocationis
Dei, hanc accipiã pro mercede cursus mei. Mansio quę
dam erit finis currendi: & in ipsa mansione patria sine
peregrinatione, sine seditione, sine tentatione. Ergo
notum fac mihi hunc numerum dierum meorũ qui est,
vt sciã quid desit mihi, quia nondũ ibi sum: ne superbiã
ex eo in quo iam sum, vt inueniar in illo non habens
meam iustitiam. In comparatione enim illius quod est,
attendẽs ista quæ non ita sunt, & plus mihi vidẽs dees-
se quã adesse: ero humilior ex eo quod deest, quàm ela
tior ex eo quod adest. Nam qui putant se aliquid habe-
re cùm hic viuunt, superbiendo non accipiunt quod
Galat. 6.a. deest: quia magnum putant esse quod adest. Qui enim
putat se esse aliquid, cùm nihil sit, semetipsum seducit.
Nec isti ex hoc magni sunt. Nam & inflatio & tumor
imitatur magnitudinem, sed non habet sanitatem. Iam
ergo iste transiliens, agens quiddã in corde occultum,
quod non nouit nisi qui pariter agit: tanquã noto sibi
facto fine suo impetrans quod rogauit, noto sibi facto
numero dierum suorum, non qui transit, sed qui est: at-
tendit ad hæc q̃ transiliuit, & comparauit notitiæ supe-
riori. Et tanquã diceres ei, quare desiderasti numerum
dierum tuorum, qui est? Quid enim de dieb. istis dicis,
& de illo alio attendens hæc ait, Ecce veteres posuisti
dies meos.) Veterascunt enim hi, ego nouos volo, no-
1. Cor. 5.d uos nunquam veterascentes: vt dicam, Vetera transie-
runt, ecce facta sunt noua, nunc in spe, tunc in re. Inno-
uati enim fide & spe, quanta adhuc vetera agimus? Nõ
enim sic Christo induti sumus, vt ex Adam iam nihil
2. Cor. 4.d portemus. Vide veterascentẽ Adam, & innouari Chri-
stum in nobis. Et si exterior, inquit, homo noster cor-
rumpitur, sed interior renouatur de die in diem: Ergo
ad peccatũ, ad mortalitatem, ad præteruolantia tẽpo-
ra, ad gemitum & laborem, & sudorem Adę, ad ętates
succedentes nõ manentes, ab infantia vsq; ad senectu-
tẽ, sine sensu transeuntes, ad hæc attẽdentes, videamus
hic veterẽ hominẽ, veterẽ diem, vetus canticum, ve-
tus testamentũ. Conuersi autẽ ad interiora, ad ea quæ

A innouanda sunt pro his quæ immutabunt, inueniamus
hominem nouum, diem nouum, canticum nouum, Tę-
stamentum nouum: & sic amemus istam nouitatem, vt
non ibi timeamus vetustatem. Nunc ergo in hoc cursu
transimus à veterib. ad noua: ipse transitus agitur cùm
corrumpũtur exteriora, & innouantur interiora: donec
etiã hoc ipsum quod exterius corrumpitur, reddat de-
bitũ naturæ, veniat in mortem, renouetur & hoc in re-
surrectione. Tũc fient reuera omnia noua, reliqua quæ
nunc sunt, in spe sunt. Agis ergo aliquid nũc à veterib.
te exuendo, & in noua currendo. In noua ergo currens
iste, & in ea quæ antè sunt extentus, Notũ, inquit, Dñe Philip. 3.c.
fac mihi finem meum, & numerum dierum meorũ qui
est, vt sciam quid desit mihi. Ecce trahit adhuc Adam,
& sic festinat ad Christum. Ecce, inquit, veteres posui-
sti dies meos. Veteres dies ex Adã, veteres illos posui-
sti: veterascunt quotidie, & sic veterascunt vt aliquãdo
etiam consumantur. Et substantia mea tanquam nihil
B ante te.) Ante te Domine tanquã nihil substantia mea,
ante te qui vides hoc: & ego cum hoc video, ante te vi-
deo, ante homines non video. Quid enim dicam? Qui-
bus verbis ostendam, nihil esse quod sum in compara-
tione eius quod est? Sed intus dicitur, intus vtrumque
sentitur: ante te Domine, vbi oculi tui sunt, non vbi o-
culi humani sunt. Quid vbi oculi tui sunt? Substantia
mea tanquam nihil. Veruntamen vniuersa vanitas, om-
nis homo viuens.) Veruntamen. Quid enim dicebat?
Iam ecce transiliui mortalia omnia, & ima contempsi,
calcaui terrena, ascendi ad delectationem legis Domi-
ni, fluctuaui in dispensatione numerorum dierum Do-
minicorũ, desideraui etiam finem illum, cuius non est
finis. Desideraui numerum dierum meorum qui est,
quia numerus dierum istorum non est. Ecce iam talis
sum, tanta transiliui, in ea quæ stant sic inhio. Verunta-
men sic quomodo hic sum, quamdiu hic sum, quam-
diu in hoc seculo sum, quamdiu carnem mortalem
C porto, quãdiu tentatio vita humana est super terram,
quamdiu inter scandala suspiro, quamdiu timeo ne ca-
dam qui sto, quamdiu mihi incerta sunt, & mala mea Iob. 7.a.
& bona mea: vniuersa vanitas omnis homo viuens.
Omnis, inquã, & hærens & transiliens, & ipse Idithun, Eccles. 1.a.
ad vniuersam vanitatẽ adhuc pertinet, quia omnia va-
nitas, & vanitas vanitantium: quæ abundantia homini
in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? Nunquid
& Idithun sub sole adhuc est? Habet aliquid sub sole,
habet aliquid vltra solem. Sub sole habet euigilare, dor
mire, manducare, bibere, esurire, sitire, † vigere, fatiga- al. viuere.
ri, puerascere, iuuenescere, senescere, incerta habere q̃
optat & timet: hęc omnia sub sole habet & ipse Idithũ,
etiã ipse transiliens eos. Vnde ergo transiliens illos? De
siderio. Notũ fac mihi Domine finem meum. Hoc enĩ
desideriũ vltra solẽ est, nõ est sub sole. Sub sole omnia
visibilia. Quicquid visibile nõ est, sub sole non est. Non
D est visibilis fides, non est visibilis spes, non est visibilis
charitas, non est visibilis benignitas, nõ est visibilis po-
stremo timor ille castus permanens in seculum seculi.
In his omnibus dulcedinẽ habens consolationémque
Idithun, & vltra solem conuersans, quia conuersatio
eius in cælis est, ex his quæ adhuc habet sub sole, ge-
mit: & ista contemnit & dolet, in illa inardescit quę de-
siderat. Locutus est de illis, loquatur & de istis. Audi-
stis concupiscenda, audite contemnenda. Veruntamẽ
vniuersa vanitas omnis homo viuens. Quanquam in
imagine ambulet homo.) In qua imagine, nisi illius
qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem & simi- Gen. 1.d.
litudinem nostram? Quanquam in imagine ambulet
homo. Ideo enim quanquam, quia magnum aliquid
imago hæc. Et hoc quanquam, secutum est tamen, vt

illud quod audiſtis; quanquã vltra ſolem ſit, hoc autem
quod ſequitur, tamen ſub ſole ſit: & illud pertineat ad
veritatẽ, hoc ad vanitatẽ. Quanquam ergo in imagine
ambulet homo, Tamẽ vane conturbatur.) Audi cõtur-
bationẽ eius, & vide ſi non eſt vana: vt calces eã, tranſi-
lias eã, & habites in excelſis, vbi nõ eſt iſta vanitas. Quę
Pſalm. 39. vanitas? Theſaurizat, & nõ cognoſcit cui congregabit
ea.) O inſana vanitas! Beatus cuius eſt Dominus ſpes e-
ius, & non reſpexit in vanitates & inſanias mendaces.
Delirare tibi videor auare, cùm hæc loquor, anicularia
tibi videntur hæc verba. Tu enim videlicet homo ma-
gni conſilij, magnæque prudentiæ, excogitas quotidie
genera acquirendæ pecuniæ, de negotio, de agricultu-
ra, fortaſſis & de eloquio, de iuris cõſultatione, de mi-
litia addis & de fœnore. Homo cordatus nihil præter-
mittis omnino, vnde numus ſuper numum, & in occul-
to diligentiùs acquiratur. Deprædaris hominẽ, caues
deprædatorem: quod facis, times ne patiaris, & in eo
quod pateris non te corrigis. Sed nõ pateris. Prudens
enim homo es: bene ſeruas, non ſolũ bene colligis. Ha-
bes vbi ponas, cui committas, quomodo nihil pereat
ex eo quòd congregaſti. Interrogo cor tuum, diſcutio
prudentiam tuã. Ecce collegiſti, ecce ita ſeruaſti, vt ni-
hil poſſis amittere eorũ quæ ſeruaſti. Dic mihi, cui ſer-
uas? Nõ tecũ ago, non cõmemoro, nõ exaggero, quic-
quid aliud mali habet auaritia vanitatis tuæ: hoc vnũ
propono, hoc diſcutio, quod mihi dat occaſio lectio-
nis huius Pſalmi. Prorſus colligis, theſaurizas: nõ dico,
ne fortè dũ colligis colligaris, non dico, ne fortè cũ vis
eſſe prædo, ſis præda: hoc apertius eloquar. Fortaſſis e-
nim cæcus auaritia non audiſti aut intellexiſti: nõ dico,
inquã, ne fortè cũ vis eſſe prędo minoris, ſis prędа ma-
ioris: Non enim ſentis eſſe te in mari, nec cernis mino-
res piſces à maiorib. deuorari. Non dico iſta, non dico
difficultates & pericula in ipſa conquiſitione pecuniæ,
quanta patiantur qui eã colligunt, quã in omnib. peri-
clitentur, in omnib. pænè mortẽ videant: tranſeo hæc
omnia. Prorſus colligis nullo cõtradicẽte, ſeruas nullo
auferẽte: excute cor tuũ ac prudẽtiã tantã qua me deri
des, qua me inſipientẽ putas, hæc loquẽtẽ. & dic mihi,
Theſaurizas, cui cõgregabis ea? Video quid velis dice-
re, quaſi quod vis dicere, huic nõ occurrerit: dictur⁹ es,
filiis meis ſeruo. Hęc eſt vox pietatis, excuſatio iniquita
tis. Filiis meis, inquis, ſeruo. Etiã ſeruas filiis tuis. Ita ne
hoc nõ nouerat Idithun? Nouerat ea planè, ſed ĩ dieb. ve
terib cõputabat: & ideo contemnebat, quia ad nouos
dies feſtinabat. Nã ecce diſcutio te cùm filiis tuis, ſer-
uas tranſiturus tranſituris, imò verò tranſiens tranſeũ-
tib. Nã tranſiturũ te ſic dixi, quaſi nunc maneas. Ipſum
hodie, ex quo loqui cœpimus vſque ad hoc momẽtũ,
ſentis quia ſenuimus. Neque enim cernis & incremẽta
capillorũ tuorum: & nunc cùm ſtas, cùm hic es, cũ agis
aliquid, cùm loqueris, in te creſcunt capilli tui. Neque
enim repẽtè creuerunt, vt tonſorẽ quęreres. Agitur er-
go ætas tranſuolãs & in intelligẽtib. & non ſentientib.
& in aliud malè occupatis: trãſis tu, & ſeruas tranſeũti
filio tuo. Primò hoc à te quæro, Scis eum poſſeſſurum
cui ſeruas? aut ſi nondum nat⁹ eſt, ſcis naſciturũ? Seruas
filiis, incertum eſt an futuris, an poſſeſſuris: nec reponis
Matt. 6. c. theſaurũ vbi reponẽdus eſt. Nõ enim Dñs tuus ſeruo
ſuo tale conſilium daret, vt peculium ſuũ perderet. Pe-
culioſus ſeruus es cuiuſdã magni patrisfamiliâs. Quod
amas & quod habes ipſe tibi dedit, & nõ vult vt perdas
ꝙ tibi dedit, qui & ſeipſum tibi dabit. Sed nec hoc, in-
quã, quod tibi ad tẽpus dedit, vult vt perdas. Multum
eſt, exuperat, ſupergreditur vires neceſſitatis tuæ. Iam
certè ſuperfluum deputat, nec hoc volo vt perdas, ait
Dñs tu⁹. Et quid facio? Migra, vbi poſuiſti nõ ẽ tuus lo-
cus. Certè ſeruire vis auaritię, vide fortè & ſi ipſi auari-
A tiæ nõ cõgruit conſiliũ meum. Habere enim vis quod al. oſtendo.
habes, & nõ perdere, † oſtendã tibi locum vbi ponas.
Ne theſaurizes in terra, neſciẽs cui congreges ea, & po-
ſtea quemadmodũ cõſumpturus ſit qui poſſidebit, qui
tenebit. Fortè enim poſſeſſus poſſidebit te, & quod à te
habebit nõ tenebit. Fortè cùm ei ſeruas, antequam ille
veniat tu perdes. Solicitudini tuę conſiliũ do, Theſau- Matth. 6. c.
rizate vobis theſaurũ in cælo. Hic in terra ſi velles ſer-
uare diuitias, quæreres horreũ: non fortè crederes do-
mui tuę propter domeſticos tuos. Cõmendares ad vi-
cum argentariũ: difficilis eſt enim ibi caſus, fur nõ faci-
lè accedit, bene omnia ſeruãtur. Quare iſta cogitas, ni-
ſi quia nõ habes meli⁹ vbi ſerues? Quid ſi dabo melius?
Dicã tibi, Noli cõmendare huic minus idoneo: ſed eſt
quidam idoneus, illi commẽda. Habet magna horrea,
vbi perire nõ poſſint diuitiæ: magnus ſuper omnes di-
B uites diues eſt. Iam fortè dicturus es, Et quando audeo
tali cõmendare? Quid ſi ipſe te hortatur? Agnoſce illũ,
nõ ſolũ paterfamiliâs eſt, ſed & dominus tuus eſt. No-
lo, inquit, ſerue meus perdas peculium tuum: agnoſce
vbi ponas. Quare ibi ponis vbi poſſis amittere, vbi & ſi
nõ amittas, ibi permanere perpetuò tu nõ potes? Eſt a-
lius locus quò te trãsferã, Præcedat te quod habes, no-
li timere ne perdas: dator ego erã, cuſtos ego ero. Dicit
tibi hoc dominus tuus, Fidem tuam interroga, vide ſi
velis illi credere. Dicturus es, Perditum habeo quod
non video, hic illud volo videre. Dum vis hic videre,
nec hic videbis, & ibi nihil habebis. Neſcio quos the-
ſauros habes abſconditos in terra, cùm ꝓcedis, nõ eos
tecũ portas. Veniſti ad audiẽdum ſermonẽ, ad colligẽ-
das interiores diuitias, cogitas de exteriorib. Nunquid
eas huc tecum adduxiſti? Ecce nec nunc eas vides. Cre
dis te habere in domo, quod ſcis te poſuiſſe. Nunquid
C ſcis te nõ ꝑdidiſſe? Quã multi redierunt ad domos ſuas,
& quod poſuerãt non inuenerunt. Hinc fortaſſe expa-
uerunt corda cupidorũ: & quoniã dixi multos ſæpe ad
domũ ſuã rediſſe, & quod poſuerãt nõ inueniſſe, dixit
quiſq; in corde ſuo, Abſit Epiſcope, bonũ opta, ora pro
nobis: abſit vt cõtingat, abſit vt ita fiat. Credo in Deũ,
quoniã quod poſui ſaluũ inuenio. Credis in Deum, &
non credis ipſi Deo? Credo in Chriſtũ, quia ſaluũ erit
quod poſui, nemo accedet, nemo auferet. Securus vis
eſſe credẽdo in Chriſtum, vt nihil ꝑdas de domo tua:
ſecurus eris potius credendo Chriſto, vt ibi ponas vbi
cõſilium dedit. An ſecurus es de ſeruo tuo, & ſolicitus
es de domino tuo? Securus es de domo tua, & ſolicitus
de cælo? Sed ego, inquis, quomodo pono in cęlo? De-
di tibi cõſilium vbi ponas: quomodo ꝑueniat ad cęlũ,
D nolo ſcias. Pone in manib. pauperum, da egentib. quid
ad te quomodo ꝑueniat? Nõ † perdes, quod ego acci- al. perducam
pio. An oblitus es, Cũ vni ex minimis meis feciſtis, mi Matth. 2. d.
hi feciſtis? Si haberet quiſpiam amicus tuus quoſdã la-
cus vel ciſternas, & quæque receptacula fabricarũ ad
ſeruandũ aliquẽ liquorẽ, vel vini vel olei, quæreres vbi
abſconderes vel ſeruares fructus tuos, & diceret tibi,
Ego tibi ſeruo: haberetq; ad illa receptacula occultos
canales quoſdã tranſitúſque, vt per hos clanculo iret:
quod palam funderet: & diceret tibi, quod habes, hic
funde. Videres autẽ tu nõ eſſe illũ locũ vbi ponere co-
gitabas, & timeres fundere: ille qui ſciret machinamẽ-
ta quædam occulta locorum ſuorum, non tibi diceret,
funde, curſus hinc illuc perueniet. Non vides, quã: ſed
crede mihi, quia manſiones fabricaui. Fabricauit enim
per quẽ facta ſunt omnia, manſiones omnib. nobis: il-
luc vult ꝓcedere quod habemus, ne hoc in terra perda-
mus. Cũ aũt ſeruaueris in terra, dic mihi cui cõgregabis
ea: Filios habes: vnũ plus numera, & da aliquid & Chri
ſto.

ſto. Theſaurizat, & non cognoſcit cui congregabit ea:
vanè conturbatur. Et nunc quoniam inquit iſte Idi-
thun reſpiciens vanitatem quandam, ſuſpiciens veri-
tatem quandam, in medio poſitus quiddam ſub ſe ha-
bet, quiddam ſupra ſe: ſub ſe habet vnde trãſiliuit, ſu-
pra ſe habet quò ſe extẽdit. Qualis iſte? Quàm magnus?
Et nunc ait, quomodo quiddam tranſiliui, quomodo
multa calcaui, quomodo temporalibus iam non tene-
or? Nondum ſum perfectus, nondum accepi. Spe enim
ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes.
Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod
Rom. 8. c. non videmus ſperamus, per patientiam expectamus.
Ergo & nunc quæ eſt expectatio mea? Nónne Domi-
nus?) Ipſe eſt expectatio mea, qui dedit omnia iſta quæ
contemnam: ipſe mihi dabit & ſe, qui eſt ſuper omnia,
& per quem facta ſunt omnia, & à quo factus ſum in-
ter omnia, ipſe eſt expectatio mea Dñs. Vidiſtis Idithũ
fratres, videtis quomodo expectet. Nemo ergo ſe di-
cat perfectum hic: decipit ſe, fallit ſe, ſeducit ſe, nõ po-
teſt hic habere perfectionem. Et quid prodeſt, quia
perdit humilitatem? Et nunc quæ eſt expectatio mea?
Nonne Dominus? Cùm venerit, iã non expectatur:
tunc erit illa perfectio. Nunc autem quantumcunque
tranſilierit Idithun, adhuc expectatur. Et ſubſtãtia mea
ante te eſt ſemper.) Iã proficiens, iã ad ipſum tendens,
& eſſe aliquantũ incipiens: ante te eſt ſemper ſubſtãtia
mea: ſubſtantia autẽ iſta & ante homines eſt. Aurũ ha-
bes, argentũ habes, mancipia, prædia, arbores, pecora,
ſeruos: hæc videri ab hominib. poſſunt eſſe quædã ſub-
1. Ioan. 1. d ſtantia. Subſtantia mea ante te eſt ſemper. Ab omnib⁹
iniquitatib. meis erue me.) Multa tranſiliui, multa qui-
dẽ tranſiliui: ſed ſi dixerimus, quia peccatum nõ habe-
mus, noſipſos decipim⁹, & veritas in nobis nõ eſt. Mul-
Matth. 6. b. ta tranſiliui: ſed adhuc tundo pectus, & dico: Dimitte
nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitori-
bus noſtris. Tu ergo expectatio mea, finis meus. Finis
Rom. 10. a enim legis Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti. Ab om-
nib. nõ ſolũ ab eis, ne reuoluar in ea quę trãſiliui: ſed ab
omnib. omnino propter quæ mihi modò pectus tun-
Matth. 6. b dens dico, Dimitte nobis debita noſtra. Ab omnibus
iniquitatib. meis erue me: ita ſapientẽ & tenentẽ, ꝙ ait
Philip. 3. c. Apoſtolus, Quotquot ergo perfecti ſumus, hoc ſapia-
mus. Cũ enim ſe diceret nondũ eſſe perfectũ, ibi cõti-
nuò ſecutus ait, Quotquot ergo perfecti ſumus, hoc ſa-
piamus. Quid eſt, quotquot perfecti ſumus? Iã dudũ
tu dixeras, nõ quia iã acceperim, aut iã perfectus ſim:
ſequere ordinẽ dictorũ. Vnum autẽ, quæ retrò oblitus,
in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundũ intentionem ſe-
quor ad palmã ſupernę vocationis Dei in Chriſto Ieſu.
Ideo nõdũ perfectus, quia ſequitur ad palmã ſupernæ
vocationis Dei: quã nondũ inuenit, ad quã nondũ per-
uenit. Si autem nõ eſt perfectus qui nõ illuc peruenit,
quis noſtrũ perfectus eſt? Tamen ſequitur & ait, Quot-
quot enim perfecti, hoc ſapiamus. Tu nõ es perfectus, ô
Apoſtole, & nos perfecti? Sed excidit vobis, quia ſe
modò perfectũ dixit? Nõ enim ait, Quotquot perfecti
hoc ſapietis, ſed quotquot, inquit, perfecti, hoc ſapia-
mus, cũ paulo antè dixiſſet, nõ quia iã acceperim, aut
iã perfectus ſim. Aliter ergo hic nõ potes eſſe perfectus,
niſi ſcias hic te nõ eſſe poſſe perfectũ. Hæc ergo erit ꝑ-
fectio tua, ſic te quędã tranſiliſſe, vt ad quędã properes:
ſic quædã te tranſiliſſe, vt reſtet aliud ad ꝙ omnib. trã-
ſactis tranſiliendũ eſt. Hæc tota fides eſt. Nã quiſquis
ſe iam perueniſſe putat, in alto ſe ponit vt cadat. Quia
ergo ita ſapio, quia me & imperfectum dico & perfe-
ctum. Imperfectum quidẽ, quia nondũ aliquid accepi
quod volo. Perfectũ autem, quia ſcio hoc ipſum quod
mihi deſit: quia ergo ſic ſapio, quia humana contẽno,
quia lætari in rebus pereuntib. nolo, quia irrideor ab a-
uaro iactante ſe quod ſit prudẽs, & me irridente quòd
deſipiã, quia ſic ago, quia hanc viã carpo: Opprobriũ,
A inquit, inſipienti dediſti me.) Inter eos me viuere vo-
luiſti, inter eos prædicare veritatẽ qui amant vanitatẽ,
& non poſſum niſi irrideri ab eis: quia ſpectaculũ facti 1. Cor. 4. b.
ſumus huic mundo, & angelis & hominib. angelis lau-
dantib. hominib. opprobrantibus: imò & angelis lau-
dantib. & vituperantibus, & hominibus laudantib. &
vituperantibus. A dextris & à ſiniſtris habemus arma
in quib. militamus: per gloriã & ignobilitatem, ꝑ infa-
miam & bonam famam, vt ſeductores & veraces. Hęc 2. Cor. 6. b
apud angelos, hęc apud homines: quia & apud angelos
ſunt ſancti angeli, quib. bene viuẽdo placemus: & ſunt
præuaricatores angeli, quibus bene viuendo diſplice-
mus. Et inter homines ſunt ſancti viri, quibus placeat
vita noſtra: ſunt nequiſſimi homines qui irrident bonã
vitã noſtram. Et hæc arma ſunt, illa dextra, illa ſiniſtra;
B vtraque tamen arma ſunt. Vtriſque armis, & dextris &
ſiniſtris vtor: & laudantibus & vituperantib. & hono-
rẽ deferẽtib. & ignominiam irrogantibus. In his vtriſ-
que armis confligo cum diabolo, vtriſque eum ferio:
proſperis ſi non corrumpor, aduerſis ſi non frangor.
Dediſti ergo me opprobrium inſipienti. Obſurdui, &
non aperui os meum.) Sed contra inſipientem obſur-
dui, & non aperui os meum. Cui enim dicerem quod
agitur in me? Audiã enim quid loquatur in me Domi- Pſal. 84.
nus Deus, quoniã loquetur pacem populo ſuo: ſed non
eſt pax impiis, dicit Dominus. Obſurdui, & nõ aperui Eſa. 48.
os meũ: Quoniã tu es qui feciſti me.) Ideo non aperui-
ſti os tuum, quia Deus eſt qui fecit te? Mirum † eſt. Os al. enim
tibi Deus non fecit ad loquẽdum? Qui plantauit aurẽ, Pſal. 93.
non audit? qui finxit oculum, non videt? Os tibi Deus
ad loquendum dedit: & dicis, Obſurdui, & non aperui
os meũ, quoniã tu es qui feciſti me? An quoniam tu es
qui feciſti me, ad poſteriorẽ verſum pertinet? Quoniã
tu es qui feciſti me, amoue à me flagella tua.) Quoniam
C tu es qui feciſti me, noli exterminare me, tantùm cæde
vt proficiã, nõ vt deficiam: tantum tunde vt producar,
non vt cõminuar. Quoniã tu es qui feciſti me, amoue à
me flagella tua. A fortitudine manus tuæ ego defeci in
argutionib.) Hoc eſt, cũ argueres me, defeci. Et argue-
re tuum quid eſt, niſi quod ſequitur? Pro iniquitate eru
diſti hominem, & contabeſcere feciſti ſicut araneã ani-
mam meam.) Multum eſt quod intelligit iſte Idithun;
ſi quis cum illo intelligat, ſi quis cum illo tranſiliat. Di-
cit enim in argutionib. Dei ſe defeciſſe, & vult à ſe amo
ueri flagella, quoniam ipſe eſt qui fecit illum. Qui fecit,
ipſe reficiat: & qui creauit, ipſe recreet. Sed tamen † qui al. *quis ita deficit, vt velit ſe recreari & reformari.*
ita defecit, vt non velit ſe & recreari & reformari, ſine
cauſa putamus fratres factum fuiſſe? Pro iniquitate, in-
quit, erudiſti hominẽ. Totum quod defeci, quod infir- Pſal. 118.
mus ſum, quod de imo clamo, hoc totum pro iniquita- Pſal. 114.
te: & in hoc erudiſti, nõ dãnaſti, pro iniquitate erudiſti Pſal. 93.
D hominem. Audi hoc planius ex alio Pſalmo, Bonũ eſt
mihi, quòd humiliaſti me, vt diſcã iuſtificationes tuas.
Et humiliatus ſum, & bonum eſt mihi: & pœna eſt, &
gratia eſt. Quid ſeruat poſt pœnam, qui per gratiam ex-
hibet pœnam? Ipſe enim eſt de quo dictum eſt, Humi-
liatus ſum, & ſaluũ me fecit. Et, bonum eſt mihi quòd
humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Pro iniqui
tate erudiſti hominem. Et quia ſcriptum eſt, Qui fingis
dolorem in præcepto, Deo dici non niſi à tranſiliente
potuit: quia nõ niſi à tranſiliente videri potuit. Fingis,
inquit, dolorem in præcepto, de dolore præceptũ mi-
hi facis. Formas ipſum dolorem meum. Nõ eum relin-
quis informem, ſed formas illum, & formatus dolor
meus inflictus à te præceptum mihi erit vt liberer à te.

Fingis enim, dictum eſt dolorem, formas dolorē, plaſ-
mas dolorē, nō ſimulas dolorem: quomodo fingit arti
fex, vnde & figulus dicitur à fingendo. Ergo pro ini-
quitate erudiſti hominem. Video me in malis, video
me in pœna, & apud te non video iniquitatem. Si ergo
ego in pœna ſum, & apud te iniquitas non eſt, nónne
reſtat vt pro iniquitate erudias hominem? Et quomo-
do erudiſti? Dic ipſam eruditionem. O Idithun, quo-
modo eruditus es? Et tabeſcere feciſti ſicut araneā ani-
mam meam. Hæc eſt eruditio. Quid tabidius aranea?
animal ipſum dico. Quanquam & ipſis telis aranearum
quid tabidius? Attende & ipſum animal quā tabidum
eſt. Pone ſuprà leuiter digitum, ruina eſt: nihil omnino
tabidius. Talem feciſti animam meam, inquit, erudien-
do me pro iniquitate. Quādo eruditio infirmum fecit,
quædam fortitudo erat vitium. Video quoſdam præ-
uolaſſe, & intellexiſſe: ſed à celerioribus non ſunt de-
ſerendi tardiores, vt pariter viam ſermonis carpant.
Hoc dixi, hoc intelligite, ſi eruditio iuſti Dei hanc infir
mitatem fecit, fortitudo quædam erat vitium. Fortitu-
dine quadā diſplicuit homo, vt erudiretur infirmitate:
quia ſuperbia quadam diſplicuit, vt erudiretur humili-
tate. Fortes eſſe dicuntur omnes ſuperbi, infirmi humi
les. Ideo vicerunt multi ab Oriēte & Occidente veniē-
Matth.8.b. tes, vt recumbant cū Abrahā & Iſaac & Iacob in regno
cælorum. Quare vicerunt? Quia fortes eſſe noluerunt.
Quid eſt, fortes eſſe noluerunt? De ſe præſumere timue
runt. Iuſtitiā ſuam nō cōſtituerunt, vt iuſtitiæ Dei ſub-
Rom.10.a. iicerentur. Deniq; quando dixit Dominus hoc, Multi
ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum
Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum: dixit e-
tiam, Filij autē regni, id eſt Iudæi, ignorantes iuſtitiam
Dei, & ſuā volentes ſtatuere, ibunt in tenebras exterio-
Matth.8.a. res. Recordamini fidē illam Centurionis vnius ex po-
pulo gentium, ita in ſe infirmi, ita nō fortis vt diceret,
Non ſum dignus vt ſub tectum meum intres. Non erat
dignus vt Chriſtum domo reciperet, & iam corde re-
Luc. 9.g. ceperat. Etenim magiſter ille humilitatis, filius homi-
nis iā inuenerat in eius pectore vbi caput reclinaret. Ad
hoc verbum Centurionis Dominus reſpiciens, ad ſe-
quentes ſe dixit: Amen dico vobis, in nullo inueni tan-
Matth. 8.a. tam fidē in Iſraël. Hunc infirmū inuenit, Iſraëlitas for-
tes inuenit, vt inter vtroſq; diceret, Nō eſt opus medic⁹
Matth.9.b. ſanis, ſed malè habētib. Propter hoc ergo, id eſt, ꝑpter
hanc humilitatē, multi ab Oriente & Occidēte veniēt,
Matth.8.b. & recumbent cū Abrahā & Iſaac & Iacob in regno cę-
lorū, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ec-
Pſal. 81. ce mortales eſtis, ecce carnē putreſcentē portatis, & ſi-
cut vnus ex principib. cadetis. Sicut homines morie-
mini, & cadetis ſicut diabolus. Quid vobis prodeſt me
dicina mortalitatis? Superb. diabolus tanquā angelus,
nō habet carnē mortalē: tu autem qui accepiſti morta-
lē carnem, & nec hoc tibi prodeſt, vt tanta infirmitate
humilieris, ſicut vnus ex principib. cades. Ipſa eſt ergo
al. *redire.* gratia beneficij Dei prima, † redigere nos ad cōfeſſio-
nē infirmitatis, vt quicquid boni poſſumus, quicquid
potentes ſumus, in illo ſimus: vt qui gloriatur, in Do-
mino glorietur. Quando infirmor, inquit, tunc potens
1. Cor. 1.d. 2. Cor.12.c. ſum. Pro iniquitate erudiſti hominem: Et tabeſcere fe-
ciſti ſicut araneā animā meam. Veruntamen vanè con-
turbatur omnis homo viuēs.) Redit ad illud quod pau
lo antè cōmemorauit: quāuis hic proficiat, vanè cōtur-
batur omnis homo viuēs, viuens vtiq; in incerto. Quis
enim vel de ipſo bono ſuo ſecurus eſt? Vanè conturba-
Pſal. 54. tur. Iactet in Dominum curā ſuā, in illum iactet quic-
quid ſolicitus eſt, ipſe nutriat, ipſe cuſtodiat. Quid eñ
in hac terra certū eſt, niſi mors? Conſiderate omnia o-
mnino, vel bona vel mala vitę huius, vel in ipſa iuſtitia,
vel in ipſa iniquitate. Quid hic certū eſt, niſi mors? Pro-
feciſti: quid ſis hodie ſcis, quid futurus ſis craſtino, ne-
ſcis. Peccator es: quid ſis hodie ſcis: quid ſis craſtino
A neſcis. Speras pecuniā, incertū eſt an proueniat. Speras
vxorem, incertū eſt an accipias, vel qualem accipias.
Speras filios, incertū eſt an naſcātur. Nati ſunt, incertū
eſt an viuant. Viuunt, incertum eſt an proficiant, an de-
ficiant. Quocunq; te verteris, incerta omnia: ſola mors
certa. Pauper es, incertum eſt an diteſcas. Indoctus, in-
certum eſt an erudiaris. Imbecillis, incertum eſt an cō-
ualeſcas. Natus es, certum eſt quia morieris: & in hoc
ipſo quia mors ipſa certa eſt, dies mortis incert⁹ eſt. Ita-
que hęc incerta, vbi ſola mors certa, cuius etiā hora in-
certa: & ſola multum cauetur, quę nullo modo deuitať.
Omnis homo viuens vanè cōturbať. Ergo inter hæc iā
tranſiliens, iā in quibuſdā ſuperiorib. agēs, hæc ima cō-
tēnēs: inter hæc poſitus, Exaudi, inquit, orationē meā.)
De quib. gaudeā, de quib. gemā? De tranſactis gaudeo,
B pro his quæ reſtāt gemo. Exaudi orationē meā, Et de-
precationē meā: aurib. percipe lachrymas meas.) Nū-
quid enim quia tanta tranſiliui, quia tanta tranſcēdi, iā
nō fleo? Nōne multo magis fleo? Quia qui apponit ſciē Eccleſ. 1.d.
tiā, apponit dolorē. Nónne quanto magis quod abeſt
deſidero, tanto magis donec veniat gemo, tāto magis
donec veniat fleo? Nōne quanto magis creſcūt ſcanda-
la, quanto magis abūdat iniquitas, tanto magis refrige- Matt.24.b.
ſcit charitas multorum? Dico, Quis dabit capiti meo Hier.9.a.
aquam & oculis meis fontē lachrymarū? Exaudi ora-
tionē meam, & depcationē meam, aurib. ꝑcipe lachry
mas meas. Ne ſileas à me.) Ne obſurdeſcam ī ęternum.
Ne ſileas à me, audiam te. Occultè enim dicit Deus, mul
tis ī corde loquiť: & magnus ibi ſonus in magno ſilētio
cordis, quando magna voce dicit, Salus tua ego ſum.
Dic, inquit, animę meę, ſalus tua ego ſum. Ab hac voce, Pſalm. 34.
quia dicit Deus animę, Salus tua ego ſum, optat ne ſilea
tur ab illo. Ne ſileas à me, quoniam inquilinus ego ſum
C apud te.) Sed apud te inquilinus: apud diabolū cū eſſē,
inquilinus eram, ſed malū dominū habebam. Nūc aūt
iam quidē apud te, ſed adhuc inquilinus. Quid eſt inqui
linus? Vnde migraturus ſum, nō vbi ꝑpetuò manſurus.
Vbi perpetuò ſum manſurus, dicatur domus mea. Vn-
de migraturus ſum, qualis iſte: iam magnus inquilinus
ſum: ſed tamē apud Deū meū ſum inquilinus, apud quē
domo accepta manſurus ſum. Sed quę domus eſt: Quò
migrandū eſt ex hoc inquilinatu? Recognoſcite illam 2. Cor. 5.a.
domū, de qua dicit Apoſtolus, Habitationē habemus
ex Deo: domū nō manu factam: æternam in cælis. Si
domus hęc ęterna eſt in cælis: cùm ad eam venerimus,
inquilini nō erimus. Quomodo enim eris inquilinus in
æterna domo? Hic autem vbi dicturus eſt Dominus
domus, migra, & quando dicturus eſt neſcis: paratus e-
ſto. Deſiderando aūt domū æternam paratus eris. Nec
ſuccēſcas ei, quia cū vult dicit, migra. Nō enim cautio-
nē tibi fecit, & placito quodam ſe obſtrinxit, & cōdu-
D ctor domus acceſſiſti certa penſione ad certū tempus:
quando vult Dominus eius, migraturus es. Ideo enim
gratis manes, quia inquilinus ego ſum apud te. Et pere
grinus.) Ergo ibi patria, ibi domus, inquilinus apud te,
& peregrinus. Et hic ſubaudiť apud te. Multi enim pere
grini ſunt cū diabolo, qui autem iam crediderunt & fi-
deles ſunt, peregrini quidem ſunt, quia nōdū ad illam
patriam domúmque venerunt, ſed tamen apud Deum
ſunt. Quamdiu enim ſumus in corpore, peregrinamur Ibidem.a.
à Domino: & ambimus, ſiue hic manentes, ſiue peregri
nantes, placentes illi eſſe. Et peregrinus & inquilinus.
Sicut oēs patres mei.) Si ergo ſicut omnes patres mei,
dicturus ſum me non migraturum: cùm illi migraue-
rint? Alia cōditione manſurus ſum quàm illi manſerūt?
Quid
Quid ergo reſtat vt petam, quia hinc ſine dubio migra-
turus ſum? Remitte me vt refrigerer priuſquam eam.)
Vide vide Idithun quos nodos habeas remittendos ti-
A bi: quib. remiſſis refrigerari vis priuſq uam eas. Habes
enim aliquos æſtus à quibus vis refrigerari, & dicis, re-
Matth.6.b mitte mihi. Quid remittet tibi, niſi fortè illum ſcrupu-
lū vbi dicis, & vnde dicis, dimitte nobis debita noſtra?
Remitte mihi priuſquam eam, Et amplius iam nō ero.)
Immunem me fac à peccatis priuſquam eam, ne cùm
peccatis eam. Remitte mihi vt requieſcam in cōſciētia
mea, vt exonerata ſit æſtu ſolicitudinis: qua ſolicitudi-
ne curam geram pro peccato meo. Remitte mihi vt re-
frigerer ante omnia priuſquam eam, & amplius iam nō
ero. Si enim mihi non remiſeris vt refrigerer, ibo & nō
ero priuſquam eam: quò ſi iero, iam non ero. Remitte
mihi vt refrigerer. Eſt quæſtio oborta, quomodo iam
nō erit. Ecce non it ad requiem, quod auertat Deus ab
Idithun. Ibit enim planè Idithun, ad requiem ibit. Sed
fac aliquē iniquū, nō Idithun, nō tranſilientē, hic the-
ſaurizantē, incubatorem, iniquum, ſuperbū, iactātem,
elatum, pauperis ante ianuam iacentis contemptorē.
Nónne & ipſe erit? Quid eſt ergo non ero? Si enim di-
ues ille nō erat, quis eſt qui ardebat? Quis eſt qui guttā
B aquæ de digito Lazari ſtillari in linguam ſuam deſide-
Luc.16.f. rabat? Quis eſt qui dicebat, Pater Abraham mitte La-
zarum? Vtique qui loqueretur erat, & qui arderet erat:
& qui reſurgat in finem, & qui cū diabolo æterno igne
damnetur. Quid eſt ergo, non ero, niſi reſpiciat iſte Idi-
thun, quid eſt eſſe, & nō eſſe? Videbat enim illū finem,
quo corde poterat, qua mentis acie valebat, quem ſibi
oſtendi deſiderauerat dicens, Notū fac mihi Domine
finē meum. Videbat numerum dierum ſuorum qui eſt:
attendebat infra omnia quæ ſunt in comparatione illi⁹
eſſe non eſſe, & ſe nō eſſe dicebat. Illa enim permanēt,
iſta mutabilia ſunt, mortalia, fragilia, & dolor ipſe ęter-
nus, plenus corruptionis ad hoc nō finitur, vt ſine fine
finiatur. Reſpexit ergo beatam illam regionē, beatam
patriam, beatam domū, vbi participes ſunt ſancti vitæ
ſempiternæ atque incommutabilis veritatis: & timuit
extra ire, vbi non eſt eſſe, ibi deſiderans eſſe, vbi eſt ſū-
mum eſſe. Propter hanc ergo comparationē inter vtrū
que conſtitutus, adhuc timēs dicit, Remitte mihi vt re-
frigerer priuſquā eam, & amplius iam non ero. Si enim
mihi non remiſeris peccata, ibo in æternū abs te. Et à
C quo ibo in æternū? Ab illo qui dixit, Ego ſum qui ſum.
Exod.3.d. Ab illo qui dixit, Dic filiis Iſraël, Qui eſt miſit me ad
vos. Ab eo ergo qui verè eſt, qui in contrarium pergit,
ad non eſſe pergit. Itaque fratres mei, & ſi oneroſus fui
labori corporis veſtri, certi ſitis quia & ego laboraui, &
verè dico, quia iſtum laborē vos nobis facitis. Si enim
ſentirem vos faſtidire quod dicitur, citò tacerem.

IN PSALMVM XXXIX. ENARRATIO.

OMNIA quæ prædixit Dominus noſter Ieſus Chri
ſtus, partim facta cognoſcimus, partim futura ſpe-
ramus: cuncta tamen complebuntur, quia veritas hæc
dicit, & quā fideliter dicit, tam fideles requirit. Qui cre
dit, venientib. lætabitur: qui nō credit, venientib. con-
fundetur. Venient tamē illa ſiue volentib. hominibus,
D ſiue nolentibus, ſiue credentibus, ſiue nō credētibus, ſi-
2. Tim. 2.b. cut ait Apoſtolus: Si negauerimus, & ipſe nos negabit.
Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum
nō poteſt. Præ cæteris tñ fratres hoc memētote breue,
Matt. 24.b. & 10.c. & hoc tenete quod modò ex Euangelio oēs audiſtis,
Qui perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Iā patres
noſtri traditi ſunt in concilia, dixerūt cauſas apud ini-
micos quos diligebant, præſtiterunt eis, & quantā po-
tuerunt correptionē, & quantā valuerūt dilectionem:
& ſparſus eſt ſanguis iuſtus, & illo ſanguine tāquam ſe-
minatione per totū mundū facta ſeges ſurrexit Eccle-
ſiæ. Cōſequens autē tempus eſt ſcandalorum & ſimu-
A lationis & tentationū: per eos qui dicūt: Ecce hic eſt Matt. 24. c.
Chriſtus, ecce illic. Hoſtis ille noſter, tunc leo fuit cùm
apertè ſæuiebat: modò draco eſt, cùm occultè inſidia-
tur. Ille autē cui dictū eſt, Conculcabis leonē & draco- Pſal. 90.
nē, quoniā corpus eius & membra eius ſumus, ſicut cō-
culcauit leonē pedibus patrum noſtrorum apertè ſæ-
uientē, & ad paſſiones martyres attrahentē: ita modò
draconē conculcabit, ne nobis inſidietur. De quo dra-
cone nos cautos faciens Apoſtolus ait: Aptaui vos vni 2. Cor. 11.
viro virginē caſtā exhibere Chriſto. Timeo autē ne ſi-
cut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ſic & veſtræ mē-
tes corrūpantur à caſtitate quę eſt in Chriſto Ieſu. Ser-
pens ergo iſte adulter ātiquus, virginitatem corrūpen-
dam, non carnis, ſed cordis inquirit. Sicut autem adul-
ter homo lętatur in nequitia ſua cùm carnē corrumpit,
ſic & diabolus lætatur quando mētē corrumpit. Sicut
aūt patrib. noſtris aduerſus leonē opus erat patientia,
ſic nobis aduerſus draconē vigilantia. Perſecutio tamē
ſiue à leone ſiue à dracone nunquā ceſſat Eccleſiæ, &
magis metuēdus eſt cū fallit, quàm cùm ſæuit. Illo tem
B pore cogebat Chriſtianos negare Chriſtū: iſto autem
tpe, docet Chriſtianos negare Chriſtū. Tunc cogebat,
nūc docet. Tūc ergo ingerebat violentias, nūc inſidias.
Videbatur tūc fremēs, lubricus nūc & oberrās difficilè
videtur. Quomodo autem tunc cogebat Chriſtianos
negare Chriſtū, apertū eſt. Attrahebātur enim vt nega-
rēt Chriſtū, & cōfitētes Chriſtū coronabātur. Nūc aūt
docet negare Chriſtū, & ideo fallit: quia qui docetur
negare Chriſtū, quaſi nō ſibi videtur recedere à Chri-
ſto. Modò enim quid diciť ab hęreticis hominib. Chri-
ſtiano catholico? Veni, eſto Chriſtianus. Ad hoc dici-
tur: eſto, vt dicat, nō ſum? Aliud lōgè ē, Veni, eſto Chri-
ſtianus: aliud, Veni, nega Chriſtū. Apertū malū, fremi-
tus leonis à lōgè auditur, à lōgè cauetur. Applicat ſe lu-
bricus draco occultis lapſibus: ſerpēs leni tractu ſurre-
pēs, aſtuto ſibilo immurmurās, & nō dicit, nega Chri-
ſtū. Nā cū coronatis martyrib. quis audiret? Sed dicit,
Eſto Chriſtianus. Et ille mirabili voce percuſſus: ſi nō-
dū veneno penetratus eſt, rñdet, planè Chriſtianus ſū.
Si aūt mouetur, & dente draconis captus eſt, reſpōdet,
Quare mihi dicis, eſto Chriſtianus? Quid enim? Nō ſū
C Chriſtianus? Et ille, Nō. Ergo nō ſum? Non. Ergo nunc
fac me Chriſtianum, ſi nō ſum. Veni. Sed cùm interro-
gari cœperis ab Epiſcopo † quis ſis, noli dicere, Chri- al. *quid.*
ſtianus ſum, aut fidelis ſum: ſed dic te non eſſe, vt poſſis
eſſe. Cū enim audierit cōfeſſionē Chriſtiani fidelis, re-
baptizare nō audet. Cū autē audierit quod non ſit, dat
illi tanquam quod non habebat: vt quaſi ipſe ſit extra
culpā, quia ſecundū vocem eius facit. Vbi quęro abs te
hæretice, cur te extra culpam putas? Quid has voces au
dio, quia nō tu negas, ſed ille negat? Si habet culpā qui al. *quid.*
negat, † quis eſt qui docet negare eum qui negat? Itáne al. *quia.*
verò tu extra culpam es, † qui facis docendo Chriſtia-
nus: quod faciebat minando paganus? Et quid agis? Nū
quid tollis ꝙ habet, quia negauit quod habet? Nō facis
vt non habeat, ſed vt ad pœnam habeat. Quod enim
D habet, habet. Baptiſmus ille tanquam character infixus
eſt: ornabat militem, conuincit deſertorē. Quid enim
facis? Chriſtum imponis ſuper Chriſtū. Si ſimplex eſ-
ſes, Chriſtum non duplicares. Deinde quæſo te, obli- Pſal.117.
tus es quòd lapis eſt Chriſtus? & lapidem quem repro- Mat.21.a.
bauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Si 1. Petr.2.b
ergo lapis eſt Chriſtus, & Chriſtum vis imponere ſu-
per Chriſtum, excidit tibi quod audiuiſti in Euange-
lio, quia lapis ſuper lapidem nō ſtabit? Tantum autem Matt.24.d.
valet iunctura charitatis, vt quamuis multi lapides

viui in ſtructuram templi Dei conueniãt, vnus lapis ex omnib. fiat. Tu aũt diſcidiſti te, ab ædificatione reuocas, ad ruinã vocas, & abundãt hæ inſidiæ, & nõ quieſcũt: & videmus & toleramus, & quãtũ poſſumus reprimere conamur, diſputãdo, cõuincẽdo, cõueniẽdo, terrẽdo, tamen in omnib. diligendo. Et cũ hæc nobis agẽtib. perſeuerãt in malo, & cor noſtrũ de fraternis mortibus cõtabeſcit, cũ eos qui foris ſunt dolet, his qui intus ſunt timet: per anguſtias multiformes & inceſſabiles tentationes quib. abundat hæc vita, quid facturi ſumus? Ex abundantia enim iniquitatis fit quidã torpor-
Matt. 24. b. charitatis, quoniã abundauit iniquitas, refrigeſcit charitas multorũ. Et quid ſumus facturi, niſi q̃ ſequitur, ſi tamen ipſo adiuuãte poſſimus; Qui perſeuerauerit vſq;
Matt. 24. b. & 10. c. in finẽ, hic ſaluus erit? Ergo dicamus quod iſte Pſalm°, Suſtinens ſuſtinui Dominum.) Suſtinens ſuſtinui, non quemlibet hominem promiſſorem qui poſſit fallere & falli, non quemlibet hominem conſolatorem, qui põt triſtitia ſua ante tabeſcere quàm me reficere. Conſoletur me fratres, homo cùm triſtis eſt mecum, ſimul gemamus, ſimul fleamus, ſimul oremus, ſimul ſuſtineamꝰ. Quem niſi Dominum qui promiſſa non aufert, ſed differt? Exhibebit profectò, exhibebit, quia multa iã exhibuit: & nihil de Dei veritate formidare deberemus, ẽt ſi nihil adhuc exhiberet. Ecce iam putemus ita, omnia promiſit, nõdum aliquid dedit: idoneus promiſſor eſt, fidelis redditor, tu tantùm eſto pius exactor, & ſi paruulus, & ſi infirmus exige miſericordiam. Non vides teneros agnos capitibus pulſare vbera matrum, vt lacte ſatientur? Suſtinens, inquit ſuſtinui Dominum. Et quid ille? An auertit ſe à te, an ſuſtinentem cõtempſit, an fortè non vidit? Non planè ita. Sed quid? Et attẽdit mihi. Et exaudiuit deprecationem meam.) Attendit & exaudiuit. Ecce non fruſtra ſuſtinuiſti: ſuper te oculi eius, ad te aures eius. Oculi enim Domini ſuper iuſtos, & aures
Pſalm. 33. eius in preces eorum. Quid ergo cũ malè faceres, cùm eũ blaſphemares, non videbat? nõ audiebat? Et vbi eſt
C quod in ipſo Pſalmo dictũ eſt, Vultus autem Domini ſuper facientes mala? Sed vt quid? Vt perdat de terra memoriam eorum. Ergo & cùm malus eſſes, attendebat te, ſed non attẽdebat tibi. Proinde iſte qui ſuſtinẽs ſuſtinuit Dominum, parum ei fuit dicere, Attendit me. Attendit mihi, inquit: id eſt, conſolando attendit vt
Pſalm. 38. mihi proderet. Quid attendit? Et exaudiuit deprecationem meam. Et quid tibi præſtitit? quid tibi fecit? Eduxit me de lacu miſerię, & de luto limi. Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouũ, hymnum Deo noſtro.) Magna bona præſtitit, & adhuc debitor eſt: ſed qui hæc reddita iam tenet, de cæteris credat, quæ credere debuit, & antequã aliquid ſumeret. Rebus etiam ipſis perſuaſit nobis Dominus noſter fidelem ſe eſſe, p̃miſſorem, largum datorem. Quid ergo nunc fecit? Eduxit me de lacu miſeriæ. Quis eſt lacus miſeriæ? Profun-
D ditas iniquitatis, ex carnalib. cõcupiſcentiis. Hoc eſt enim & de luto limi, vnde te eduxit de profundo quo-
Pſalm. 129. dã. Vnde in alio Pſalmo clamabas, De profundis clamaui ad te Domine. Et qui iã de profundo clamãt, non penitus in profundo ſunt: clamor ipſe iã leuat. Sũt alij profundius in profundo, qui nec ſentiũt ſe eſſe in profundo. Tales ſunt ſuperbi contemptores, nõ pij deprecatores, nõ lachrymoſi clamatores: ſed tales quales a-
Prou. 18. a. lio loco Scriptura deſignat: Peccator cũ venerit in profundũ malorũ, contemnit. Cui enim parũ eſt eſſe peccatorẽ, niſi etiã non ſit peccatorũ ſuorũ confeſſor, ſed defenſor, altius in profundo eſt. Ille aũt qui de profundo exclamauit, iã ab imo profundi caput vt clamaret leuauit. Auditus eſt, educt° eſt de lacu miſerię, & de luto limi. Iã habet fidẽ quã nõ habebat, habet ſpẽ, ſine qua
A erat: in Chriſto ambulat, qui in diabolo errabat. Ideo enim, Poſuit, inquit, ſupra petrã pedes meos, & direxit greſſus meos.) Petra aũt erat Chriſtus. Simus ſup petrã, 1. Cor. 10. d.
dirigãtur greſſus noſtri: op° eſt tamen adhuc vt ambulemus, vt ad aliquid perueniamꝰ. Nã Paulus Apoſtolus, Philip. 3. c.
iã ſuper petrã, iã directis pedibus ſuis quid dicebat? Nõ quia iã acceperim, aut iã perfectus ſim. Fratres, ego nõ arbitror me apprehendiſſe. Quid ergo tibi præſtitũ eſt, ſi nõ apprehendiſti? Vnde gratias agis, cùm dicis, Sed 1. Tim. 1. e
miſericordiã conſecutus ſum? Quia directi ſunt pedes, quia iã ſupra petrã ambulat. Quid enim ait? Vnũ autem quæ retrò oblitus. Quæ retrò? Lacus miſeriæ. Quid eſt retro? Limus luti, cõcupiſcẽtię carnales, tenebræ iniquitatũ. Quæ retrò oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus. Nõ ſe diceret extẽtũ, ſi iã perueniſſet. Extenditur enim animus deſiderio rei concupitæ, nõ lætitia conſecutæ. In ea quæ antè ſunt, inquit, extentus, ſequor ad palmã Philip. 3. c.
B ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Currebat, ſequebatur ad palmam. Et alio loco iã proximus palmę, Curſum, inquit, conſummaui. Quando ergo dicebat, Sequor ad palmã ſupnæ vocationis, quia iã pedes eius
in petra directi erant, iã viã bonã ambulabat: habebat 2. Tim. 4. b.
vnde gratias ageret, habebat quod peteret, gratias agẽs de acceptis, petẽs dimitti debita. De quibus acceptis? De indulgẽtia peccatorũ, de illuminatione fidei, de robore ſpei, de flãma charitatis. Vñ aũt adhuc Dñm debitorẽ tenebat? De cætero, inquit, ſupereſt mihi corona iuſtitiæ. Adhuc ergo mihi aliquid debetur. Quid Ibidem. b.
debetur? Corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus ĩ illa die iuſtus iudex. Primò benign° pater vt eruet de Pſalm. 39.
lacu miſeriæ, vt donaret peccata, vt liberaret de luto limi: poſtea iuſtus iudex reddens bene ambulãti quod p̃miſit, cui primò vt bene ambularet donauit. Reddet ergo iuſtus iudex. Sed quibus? Qui perſeuerauerit vſq; Matt. 24. b.
in finẽ, hic ſaluus erit. Immiſit in os meum canticum & 10. c.
nouum.) Quod canticum nouum? Hymnum Deo noſtro.) Dicebas fortè hymnos diis alienis, veteres hymnos: quia vetus homo dicebat, non nouus homo. Fiat nouus homo, dicat canticũ nouũ. Innouatus amet noua quibus renouatur. Nã quid antiquius Deo, quid eſt ante omnia, & ſine fine, & ſine initio? Tibi fit nouus redeunti, quia diſcedendo factus eras vetus: & dixeras, Inueterauí in omnibus inimicis meis. Dicamus ergo Pſalm. 6.
hymnum Deo noſtro, & ipſe hymnus liberet nos. Laudans enim inuocabo Dominum, & ab inimicis meis Pſalm. 17.
ſaluus ero. Hymnus eſt enim canticum laudis. Laudãs inuoca, non reprehendens. Quãdo enim inuocas Deũ, vt premat inimicũ tuũ, quando de malo alieno gaudere vis, & ad hoc malum inuocas Deũ, participem eum facis malitiæ tuæ. Si participẽ eum facis malitiæ, non ergo laudans inuocas, ſed reprehendens. Talem enim putas Deum, qualis tu es. Vnde tibi alio loco dicitur, Pſalm. 49.
Hæc feciſti, & tacui, ſuſpicatus es iniquè, quòd erò tibi ſimilis. Laudans ergo inuoca Dominum. Noli cũ putare ſimilem tibi, vt ſimilis fias illi. Eſtote enim ſicut pa- Matth. 5. g.
ter veſter perfecti, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Sic ergo lauda Dominum, vt nolis malè inimicis tuis. Et quantũ eis, inquis, velim bonum? quantum tibi Non enim de tuo accepturi ſunt vt boni ſint, aut quod illis dabitur, tibi minuetur. Inimicus tuus, quia malus eſt, inimicus eſt: fit bonus, & amicus erit & ſocius erit: vt ſimul ve-
his poſſidere quod amabas, iam frater erit. Laudans ergo inuoca, hymnum dic Deo tuo: ſacrificium laudis, ait, glorificabit me. Et quid? Maior gloria erit Deo, quia glorificas eum? Aut addimus gloriam Deo quando ei dicimus, Glorifico te Deus meus? aut ſanctiorẽ Pſalm. 17. Pſalm. 49.

eum facimus quãdo dicimus, Benedico te Deus meus? Ipſe quando nos benedicit, facit nos ſanctiores, facit nos feliciores: quando nos glorificat, facit nos glorio-
A ſiores, facit nos honoratiores: quando eum glorificamus, nobis prodeſt, non illi. Quando enim eũ glorificamus? Gloriofum dicendo, non faciendo. Proinde quid ſecutus ait, cùm diceret, Sacrificium laudis honorifica bit me? Ne putares te aliquid præſtare Deo offerendo illi ſacrificium laudis, Et tibi eſt via, inquit, vbi oſtendã illi ſalutare meũ. Vides quia tibi proderit laudare Deũ,
Pſalm. 39. nõ Deo, Laudas Deum, ambulas viã: reprehẽdis Deũ, perdidiſti viam. Et immiſit in oſ meum canticum nouum, hymnum Deo noſtro. Fortè quærit aliquis quæ perſona loquat in hoc Pſalmo. Breuiter dixerim, Chriſtus eſt. Sed ſicut noſtis fratres, & ſæpe dicendum eſt,
Epheſ. 5. e. Chriſtus aliquando loquitur ex ſe, id eſt, ex capite noſtro. Eſt enim ipſe Saluator corporis, caput noſtrũ, filiꝰ
Rom. 8. g. Dei natus ex virgine, paſſus pro nobis, reſurgẽs ad nos iuſtificandos, ſedens ad dexteram Dei ad interpellandum pro nobis, retributurus omnia in iudicio bona bonis, mala malis. Caput noſtrum ille, caput dignatus eſt corporis fieri, carnem aſſumẽdo à nobis in qua moreretur pro nobis: quam etiã reſuſcitauit propter nos, vt in illa carne reſurrectionis nobis prębęret exemplũ, vt ſperare diſceremus q̃ deſperabamus, & haberemus iam pedes in petra, ambularemus in Chriſto. Loquitur ergo aliquando ex capite noſtro, loquitur aliquando
Matth. 25. c & ex nobis, id eſt ex membris ſuis: quia etiã quãdo dixit, Eſuriui, & dediſtis manducare, ex membris ſuis loquebatur, nõ ex ſe. Et quando dixit, Saule Saule, quid
Act. 9. a. me perſequeris, caput pro membris clamabat: & tamẽ non dixit, quid perſequeris mẽbra mea, ſed, quid me perſequeris. Si in nobis ipſe patitur, & nos in illo coronabimur. Hæc eſt charitas Chriſti. Quid huic compara
Abac 2. a. ri poteſt? Huius rei hymnum immiſit in os noſtrum, &
Rom. 1. b. dicit hoc ex mẽbris ſuis. Videbũt iuſti, & timebunt, & ſpabũt ĩ Deũ.) Videbũt iuſti. Qui iuſti? Fideleſ: quia iuſtus ex fide viuit. Etenim in Eccleſia iſte ordo eſt, alij præcedũt, alij ſequuntur. Et qui prękędunt, exemplũ ſe præbent ſequentib. & qui ſequuntur, imitantur prękędentes. Sed & illi qui ſe exemplum præbent ſequentibus, nunquid neminem ſequuntur? Si neminem ſequũtur, errabunt: ſequuntur ergo & illi aliquẽ, ipſum Chri-
1. Cor. 4. d. ſtũ. Meliores quippe in Eccleſia quibus nõ remanſit iã homo quẽ imitentur, quia oẽs proficiendo ſuperaue-
1. Tim. 4. d C runt, ipſe Chriſtus eis remanet, quẽ vſq. in finẽ ſequãtur. Et cernitis ordinatos gradus per Paulum apoſtolũ dicentem, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ergo qui iam directos greſſus habent in petra, forma ſint fidelib. Sed forma, inquit, eſtote fidelibus. Ipſi fideles ſunt iuſti: qui attendentes eos, qui ſe in bono prękędunt, imitando ſequuntur. Quomodo ſequuntur? Videbũt iuſti, & timebunt. Videbũt, & timebunt ſequi vias malas, cũ vident quoſq. meliores iã elegiſſe vias bonas: & dicũt in animo ſuo, quẽadmodum ſolent dicere viatores, attendentes alios cũ præſumptione ambulantes in via, ipſi adhuc incerti viæ, & quaſi fluctuantes quò eãt, dicunt ſibi. Nõ fruſtra illi hâc eunt: quãdo illò eũt quò nos ire volumus. Et quare cum magna fiducia hac D
cunt, niſi quia illac ire pernicioſum eſt? Videbunt ergo
Matth. 7. c. iuſti, & timebũt. Anguſtã viã vident hac, latam viã vident illac. Hac vident paucos, illac multos. Sed ſi iuſtus es, noli numerare: ſed appende, ſtateram affer æquam, nõ doloſam, quia iuſtus appellatus es. Videbũt iuſti, & timebunt, dictũ eſt de te. Noli ergo numerare turbas hominũ incedentes latas vias, implentes craſtinum circum, ciuitatis natalem clamando celebrantes, ciuitatem ipſam malè viuendo turpantes. Noli ergo illos attendere, multi ſunt. Et quis numerat? Pauci autem per viam anguſtam. Profer, inquam, ſtateram, appende: vide contra pauca grana quantam paleam leues. Hoc agãt
A fideles iuſti qui ſequuntur, quod illi qui præcedunt. Nõ ſuperbiant, non ſe exaltent, non decipiant ſequentes. Quomodo poſſunt decipere ſequentes? Promittendo illis in ſe ſalutẽ. Quid ergo debent illi qui ſequuntur? Videbunt iuſti & timebũt: Et ſperabũt in Dominum.) Non in eos à quibus præcedunturſed attẽdẽdo prękędentes ſe, ſequuntur quidem & imitantur, ſed cogitãt à quo acceperint illi vt præcedant, & in eũ ſperant. Quãuis ergo iſtos imitentur, ſpem ſuã tamẽ in illo ponunt à quo & iſti acceperunt vnde tales ſunt. Videbunt iuſti, & timebunt, & ſperabunt in Dominũ: quemadmodũ ĩ
alio Pſalmo, Leuaui oculos meos in montes, intelligi- Pſalm. 120.
mus montes, claros quoſque & magnos Eccleſiæ ſpiritales viros, magnos ſoliditate, nõ tumore. Per ipſos nobis Scriptura omnis diſpũſata eſt: Prophetæ ſunt, Euãgeliſtæ ſunt, doctores boni ſunt: illuc leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Et ne huma num putares auxiliũ, ſequitur & dicit, Auxilium meũ à
Domino, qui fecit cælũ & terrã. Videbũt iuſti, & time- Ibidem.
bunt, & ſperabunt in Dominũ. Eia qui volunt ſperare in Dominũ, qui vident & timẽt, timeãt ambulare vias malas, vias latas: eligãt viã anguſtam, vbi iã ſupra petrã Matth. 7. c
quorundã directi ſunt greſſus. Quid facere debeãt, audiant modò. Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & nõ reſpexit in vanitates & inſanias mendaces.) Ecce quã volebas ire, ecce turba vię latæ: non fruſtra ipſa ducit ad amphitheatrum, non fruſtra ipſa Ibidem.
ducit ad mortem. Via lata mortifera eſt: latitudo eius delectat ad tẽpus, finis eius anguſtus in æternum. Sed al. collatan.
turbæ ſtrepũt, turbæ feſtinant, turbæ † colluctãtur, turbę cõcurrunt. Noli imitari, noli auerti, vanitates ſunt, & inſaniæ mẽdaces. Sit Dñs Deus tuus ſpes tua: non aliud aliquid à Dño Deo tuo ſperes, ſed ipſe Dominus tuus ſit ſpes tua. Nanq; multi de Deo ſperant pecuniã, multi de Deo ſperãt honores caducos & pituros, aliud quodlibet à Deo præter ipſum Deũ: Sed tu ipſum Deũ tuũ pete. Immò verò contẽptis aliis perge ad illũ, obliuiſcens alia, memẽto illius, relinquens retrò alia, extẽdere in illũ. Ipſe certè auerſũ correxit, ipſe ducit rectũ. Ergo ſit ipſe ſpes tua, qui ducit & perducit. Quò ducit, & quò perducit terrena auaritia? Fundos quærebas,
C terrã poſſidere cupiebas, vicinos excludebas, illis excluſis, aliis vicinis inhiabas: & tamdiu extẽdebas auaritiã, donec ad littora peruenires. Peruenientes ad littora, inſulas concupiſcis: poſſeſſa terra, cælũ fortè vis prẽdere. Relinque oẽs amores, pulchrior eſt ille qui fecit cęlũ & terrã. Beatus vir, cuius eſt nomen Dñi ſpes eiꝰ, & nõ reſpexit in vanitates & inſanias mẽdaces. Vnde enim inſaniæ mẽdaces? Inſania mendax, ſanitas verax. Quæ vides bona putas, falleris: ſanus nõ es, nimia febre phreneticus factus es, verũ nõ eſt q̃ amas. Laudas aurigam, clamas aurigæ, inſanis in aurigã. Vanitas eſt, inſania mẽdax eſt. Nõ ẽ, ait: nihil melius, nihil delectabilius. Quid facio febriẽti? Si eſt in vobis miſericordia, orate pro talibus: quia & ipſe medicus plerunque in deſperatione conuertitur ad eos qui circũſtant lachrymantes in domo, qui pendent ex ore eius audire ſentẽtiam de ęgroto & periclitãte. Stat anceps medicus, non videt bonũ quod promittat, timet malum pronunciare, ne terreat: modeſtã tamen iſte concipit ſententiam, Bonus Deus omnia poteſt, orate pro illo. Quem itaq; comprehendam iſtorum inſanorum? Quis me audiat, quis eorum nos non miſeros dicat? Quia cum eis non inſanimus, amiſiſſe nos putant magnas & varias voluptates, in quibus ipſi inſaniunt: nec vident quia mendaces ſunt.

Quando illi ouum do vel inuito, vel calicem salutarem porrigo saucio, & quomodo reficiā quādo inuenio ne inedia deficiat, & ad sanitatem non perueniat, hortor vt reficiat: pugnos parat, sæuire vult in medicum. Et si percusserit, diligatur: & si iniuriam fecerit, nō relinquatur, rediturus est ad mentem, gratias acturus. Quàm multi hic se cognoscūt, vident se inuicem, & loquūtur de se in Ecclesia Dei: in Ecclesiæ sanctæ gremio attendunt studia sua iam bona circa verbū Dei, circa officia & obsequia charitatis, ad frequentandū gregem Christi non recedere de Ecclesia, vidēt & loquuntur ad inuicem de inuicē. Quis est iste circissarius? Quis est iste amator & laudator illius venatoris, illius histrionis? De alio loquitur, & ille de ipso. Certè ista sunt, certè gaudemus de talib. Si gaudemus de talibus, nō desperem' de talibus. Oremus pro ipsis, fratres charissimi: inde crescit numerus sanctorum, de numero qui erat impiorum. Et nō respexit in vanitates & insanias mendaces. Ille vincit talē, & cùm vincit pronunciat, quasi diuinus vult esse. Affectat diuinitatem amittendo fontem diuinitatis: & sæpe pronunciat, & sæpe fallitur. Quare hoc? Quia insanię mendaces sunt. Quare autē aliquādo proueniunt quæ dicunt? Vt† adducant insanos, vt amādo ibi speciem veritatis, incurrāt laqueum falsitatis: retrò sint, relinquantur, amputentur. Si membra nostra erāt, mortificentur, Mortificate, inquit, membra vestra quæ sunt super terrā. Sit spes nostra, Deus noster. Qui fecit omnia, melior est omnibus: qui pulchra fecit, pulchrior est omnibus: qui fortia, fortior est: qui magna, maior est: quicquid amaueris, ille tibi erit. Disce amare ī creatura creatorem, & in factura factorem: ne teneat te ꝙ ab illo factum est, & amittas eū à quo & ipse factus es. Ergo beatus, vir cui' est nomē Domini spes eius, & nō respexit in vanitates & insanias mēdaces. Fortè nobis dicturus est, qui versu isto percussus corrigi voluerit, & quem occupauerit timor ille iustitiæ fidei, & volēs cœperit ambulare angustā viā: dicturus est nobis, ambulare nō durabo, si nihil spectabo, Quid ergo facimus, fratres? Dimissuri sumus sine spectaculo? Morietur, nō subsistet, nō nos sequetur. Quid ergo facimus? Demus pro spectaculis spectacula. Et quæ spectacula daturi sumus Christiano homini, quē volum' ab illis spectaculis reuocare? Gratias ago Domino Deo nostro: sequenti versu Psalmi ostendit nobis, quæ spectatoribus spectare volētibus spectacula præbere & ostendere debeamus. Ecce auersus fuerit à circo, à theatro, ab amphitheatro, quęrat quod spectet, prorsus quærat: nō eū relinquim' sine spectaculo. Quid pro illis dabimus? Audi quid sequit̄, Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua.) Miracula hominū intuebatur, intendat mirabilia Dei. Multa fecit Dominus mirabilia sua, hęc respiciat. Quare illi viluerunt? Aurigam laudas regentē quatuor equos, & sine lapsu atq. offensione currentes. Fortè alia miracula spiritalia nō fecit Dominus. Regat luxuriam, regat ignauiā, regat iniustitiā, regat imprudentiā, motus istos qui nimiū lapsi hæc vitia faciunt, regat & subdat sibi, & teneat habenas, & non rapiatur, ducat quò vult, nō trahatur quò non vult. Aurigā laudabat, aurigā laudabit. Clamabat, vt auriga veste cooperiretur, immortalitate vestietur. Hęc munera, hæc spectacula dedit Deus. Clamat de cælo, specto vos: luctamini, adiuuabo: vincite, coronabo. Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, Et cogitationibus tuis nō est qui similis sit tibi.) Nūc specta histrionem. Didicit enim homo magno studio in fune ambulare, & pendens te suspendit. Illum attende editorem maiorum spectaculorum. Didicit iste in fune ambulare, nunquid fecit in mari ambulare? Obliuiscere theatrum tuum, attende Petrum

al. abducāt.

Col. 3. a.

A nostrum, nō funambulum, sed, vt ita dicam, mariābulum. Ambula & tu nō in illis aquis, vbi Petrus aliquid significans, ambulauit: sed in aliis, quia hoc seculū mare est. Habet amaritudinē noxiam, habet fluctus tribulationum, tempestates tentationum. Habet homines velut pisces de suo malo gaudentes, & tanquam se inuicem deuorantes. Hic ambula, hoc calca. Spectare vis, esto spectaculum. Ne deficias, vide præcedentem & dicentem, Spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis & hominibus. Calca mare, ne mergaris in mari. Non ibis, non calcabis, nisi ille iusserit qui prior in mari ambulauit. Sic enim ait Petrus, Si tu es, iubē me venire ad te super aquas. Et quia ipse erat, audiuit petentem, tribuit desideranti: vocauit ambulantem, erexit mergentem. Hæc mirabilia fecit Dominus, ipsa intuere. Oculus spectātis fides sit, & fac tu talia: quia & si venti turbauerint, & si fluctus infremuerint, & te humana fragilitas ad aliquam dubitationē tuę salutis adB duxerit, habes clamare, dicis, Domine pereo. Nō sinit ille perire, qui iussit te ambulare. Quia enim iā in petra ambulas, nec in mari times: si sine petra fueris, in mare mergeris, quia in tali petra ambulandum est quæ in mari non mersa est. Vide mirabilia Dei. Annūciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.) Est numerus, sunt super numerum. Numerus certus est, pertinens ad illam cælestem Hierusalē. Nouit enim Dn̄s qui sunt eius, Christianos timētes, Christianos fideles, Christianos ꝑcepta seruātes, Dei vias ambulātes, à peccatis abstinētes, si † ceciderint cōfitētes, ipsi ad numerū ptinēt. Sed nunquid soli sunt? Sunt & super numerum. Nam & si modò pauci sunt, pauci in cōparatione multitudinis malarū frequentiarū: quantis turbis implētur Ecclesiæ, stipātur parietes, ꝑssuris se vrgēt, propè se suffocāt multitudine. Rursus ab eis ipsis, si mimus ē, currit ad amphitheatrū: isti super numerū sunt. Sed ad eos ista dicimus, vt in numero sint, quia nō assunt, quia non auC diunt à nobis, sed cū exieritis, audiant à vobis. Annunciaui, inquit, & locutus sum. Christus dicit, annūciauit ipse ex capite nostro, ipse annunciauit ex membris suis, ipse misit annunciatores, ipse misit Apostolos: In oēm terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Quanti fideles agglomerantur, quantæ turbæ concurrunt, multi verè cōuersi, multi falsò cōuersi: & pauciores sunt verè cōuersi, plures falsò cōuersi, quia multiplicati sunt super numerum. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Sacrificiū & oblationē noluisti.) Hæc miracula Dei sunt, hæ cogitationes Dei sunt, quib. nemo est similis: vt spectator ille abducatur à curiositate, & quærat ista nobiscū meliora, fructuosiora, de quib. inuctis gaudebit: & sic gaudebit, vt nō timeat, ne vincatur quē amat: amat enim aurigā, quo victo insultationes ferat. Quādo vincit auriga, ipse vestitur. Nūquid pauper ille qui clamat? Victor ipse D vestitur, pro victo illi insultatur. Quare pro illo percipis reprehēsionē, cū quo nō diuidis vestē? Hic aliud in spectaculis nostris. Oēs quidē currūt, Paulus apostolus dixit, in illo stadio, in illo spectaculo, vnus tamen accipit brauium: cæteri victi discedūt, & perseuerūt in currendo. Sed cùm acceperit vnus, remanent cæteri qui similiter laborauerūt. Hic non est sic. Quotquot currūt, perseueranter currant, omnes accipiunt: & qui prior venerit expectat vt cum posteriore coronetur. Agonem quippe† iustū nō cupiditas, sed charitas facit: omnes currentes amāt se, & ipse amor cursus est. Sacrificium & oblationē noluisti, ait Psalmus Deo. Antiqui enim, quando adhuc sacrificium verum quod fideles nolunt, in figuris prænunciabatur, celebrabāt figuras futuræ rei: multi scientes, sed plures ignorātes. Nam

Matt. 14. d.

1. Cor. 4. b.

Matt. 14. c.

2. Cor. 2. d

al. crediderint.

Psalm. 18.

1. Cor. 9. d

al. ipsum

Psalm. 50.

Nam Prophetæ & sancti Patriarchæ nouerant ꝙ celebrabant. Cætera autem multitudo iniqua carnalis sic erat, vt fieret de illa quod significaret posteriora ventuA ra: & venit sublato illo sacrificio primo, sublatis holocaustis arietū, hircorū, vitulorū, cæterarūq. victimarū: noluit illa Deus. Quare illa noluit? quare primò voluit? Quia illa omnia quasi verba erant promittentis: & verba promissiua, cū venerit quod promittūt, nō iā enunciantur. Tam diu quisq; promissor est, donec det: cùm dederit, mutat verba. Non dicit adhuc, dabo, quod se daturū dicebat: sed dicit, dedi, mutauit verbum. Quare illi primò placuit hoc verbum, & quare illud mutauit? Quia temporis sui verbū fuit, & pro tēpore suo placuit. Quando promittebatur, tunc dicebatur: cùm autē datū est quod promisū est, ablata sunt verba promissiua, data sunt cōpletiua. Sacrificia ergo illa, tanquam verba promissiua, ablata sunt. Quid est quod datū est completiuū? Corpus quod nostis, quod nō omnes nostis: quod vtinam qui nostis omnes, non ad iudicium noueritis. Videte quando dictū est, Christus enim ille est Dominus noster, modò loquens ex membris suis, modò loquens ex persona sua. Sacrificium, inquit, & oblationē noluisti. Quid ergo? Nos iam hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? Absit. Corpus autē perfecisti mihi.) Ideo illa noluisti vt hoc perficeres: illa voluisti antequā hoc perficeres. Perfectio promissorum abstulit verba promittentia. Nā si adhuc sunt promittentia, nondum impletū est quod promissum est. Hoc promittebatur quibusdā signis: ablata sunt signa promittētia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, hui' corporis participes sumus, quod accipimus nouimus, & qui nō nostis noueritis, & cū didiceritis, vtinā nō ad iudiciū accipiatis. Qui enim mādùcat & bibit indignè, iudiciū sibi manducat & bibit. Perfectū est nobis corpus, perficiamur in corpore. Sacrificium & oblationē noluisti, corpus autē perfecisti mihi. Holocausta etiam pro delicto non petisti, tunc dixi, ecce venio.) Nūquid exponendū est, sacrificium & oblationē noluisti, corpus autē perfecisti mihi, holocausta etiam pro delicto non petisti? & quæ petebant antea. Tunc dixi, ecce venio. Tempus est vt veniant quæ promittebantur, quia auferuntur ea per quæ promittebantur. Et verè fratres mei attendite illa ablata, hæc impleta. Det mihi modò gens Iudaica sacerdotem. Vbi sunt sacrificia illorum? Certè perierunt, certè ablata sunt nunc Nunquid tunc reprobaremus ea? Reprobamus modò: quia si modò velis facere, intēporale est, nō est opportunū, non congruit. Adhuc ꝓmittis iā accipere. Remansit illis quiddam quod celebrent, ne omnino sine signo remanerēt. Cain enim maior frater qui occidit minorem fratrem, accepit signum, ne quis eum occideret, sicut scriptū est in Genesi: Posuit Deus Cain signū vt nemo eū occideret. Proinde & ipsa gens Iudæa manet per omnes gentes subdita iuri Romano. In ius Romanū confluxerūt, superstitiones cōmunicauerunt. Postea inde cœperunt per gratiā Domini nostri Iesu Christi separari, illa verò sic mansit cū signo suo, cū signo circuncisionis, cum signo azymorum sic mansit: non est occisus Cain, nō est occisus, habet signum suum. Maledictus est à terra, quę aperuit os suū excipere sanguinem fratris eius de manu eius. Ille enim fudit sanguinē, nō excepit. Ille fudit, alia terra excepit: & ab ea terra quæ os aperuit & excepit, ille maledictus est: & ipsa terra quæ ore excepit sanguinem, Ecclesia est. Ab hac ergo ille maledictus est, & ille sanguis clamat de terra ad me. De hac enim terra dixit Dominus, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Clamat, inquit, ad me de terra. Clamat ad me, sed surdus est qui sanguinē fudit, quia nō viuit. Illi

Heb. 10. b. c

1. Cor. 11. g.

Genes. 4. c.

ergo ita sunt, tāquam Cain cum signo. Sacrificia verò quæ ibi fiebant, ablata sunt, & quod eis remansit ad signum Cain, iam perfectum est, & nesciūt. Agnum occidunt, azyma comedunt. Pascha nostrum immolatus est Christus. Ecce agnosco agnū occisum, quia immolatus est Christus. Quid de azymis? Itaque, inquit, diē festū celebremus, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & malignitatis. Ostendit quid sit vetus fermentū, vetus farina est, & acuit: sed in azymis synceritatis & veritatis. In vmbra remanserunt, solem glorię ferre nō possunt. Iam nos in luce sumus, tenemus corpus Christi, tenemus sanguinē Christi. Si habemus nouam vitam, cantemus canticū nouum, hymnū Deo nostro. Holocausta pro delicto nō petisti, tunc dixi, ecce venio: In capite libri scriptū est de me, vt faciam voluntatem tuā: Deus meus volui & legē tuā in medio cordis mei.) Ecce ad membra respexit, ecce & ipse fecit volūtatē patris. Sed in quo capite libri scriptum est de illo? B Fortasse in capite libri huius Psalmorū. Quid enim lōgè petamus, aut alios libros inquiramus? Ecce in capite libri huius Psalmorū scriptū est, Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorū, & in via peccatorū non stetit, & in cathedra pestilentiarum non sedit: sed in lege Domini voluntas eius fuit: hoc est, Deus meus volui, & legē tuā in medio cordis mei: hoc est, & in lege eius meditabit̄ die ac nocte. Bene nunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna.) Alloquitur mēbra sua, hortatur quod fecit vt faciant. Annunciauit, annūciemus: passus est, cōpatiamur: glorificatus est, cōglorificabimur. Annunciaui iustitiā tuā in ecclesia magna. Quā magna? Toto orbe terrarum. Quā magna? In omnib. gentib. Quare in omnibus gentibus? Quia semen est Abrahæ, in quo benedicētur oēs gētes. Quare in omnib. gentibus? Quia in oēm terram exiuit sonus eorū. In Ecclesia magna. Ecce labia mea nō prohibebo, Domine tu cognouisti.) Labia mea nō prohibebo, Domine tu cognouisti. Labia mea C loquuntur, nō ea prohibebo loqui. Sonant quidem labia mea ad aures hominū, sed tu cognouisti cor meum. Labia mea nō ꝓhibebo, Dn̄e tu cognouisti. Aliud audit homo, aliud agnoscit Deus. Ne in labiis solis esset annunciatio, & diceretur de nobis: Quæ dicunt vobis, facite, quæ autē faciunt, facere nolite. Aut ipsi populo, laudanti Deum ore, non corde, diceretur: Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum lōgè est à me: sona labiis, propinqua corde. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem. Qualis ille latro inuentus est pendens in cruce cum Domino, agnoscens in cruce Dominum. Alij non cognouerunt miracula facientem, agnouit ille in ligno pendentem. Erat ille confixus omnib. mēbris, manus clauis inhęrebant, pedes trāsfixi erāt, totum corpus adiungebatur ligno: corp' illud nō vacabat cæteris mēbris, lingua vacabat & cor. Corde credidit, ore cōfessus est. Memento mei, inquit, Dn̄e, cū veneris in regnum tuum. Salutē suam D lōgè futurā sperabat, & post lōgum tēpus accipere cōtentus erat. In longum sperabat, dies non est dilatus. Ille dixit, Memēto mei, cùm veneris in regnum tuum. Ille respondit, Amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Paradisus habet ligna felicia: hodie mecum ī ligno crucis, hodie mecum in ligno salutis. Ecce labia mea nō prohibebo, Domine tu cognouisti: ne credat corde, & præ timore labia prohibeat annunciare quod credidit. Sunt enim Christiani, habēt fidē in corde, & inter paganos amaros, miserè vrbanos, sordidos, infideles, ineptos, insultatores, si exagitari cœperint, quia Christiani sunt: habēt in corde fidē, & timēt confiteri ꝑ labia, prohibent labia sua sonare quod norunt, sonare quod intus habēt.

1. Co. 5. e.

Heb. 10. b.

Psal. 1.

Genes. 12. a. & 22. d. Gal. 3. b.

Matt. 23. a.

Esa. 29. d.

Matth. 15. b

Rom. 10. b.

Luc. 23. f.

Luc. 23. f.

Ibidem. f.

Sed reprehendit hos Dominus. Qui me confessus non
Matth 10.d fuerit coram hominib. confundar de illo coram patre
meo: id est, non eũ cognoscã, quia erubuit me confiteri
coram hominibus, non eũ confitebor corã patre meo.
Dicant ergo labia quod habet cor. Hoc contra timorẽ
habeat cor quod dicũt labia, hoc cõtra simulationem
habeant labia quod credit cor. Aliquando enim timor
est, & non audes dicere, quod nosti, quod credis: aliqñ
simulatio est, dicis, & non habes in corde. Consentiãt
labia tua cordi tuo. Quærens pacẽ à Deo, tibiipsi esto
pacatus: nõ sit inter os tuum & cor tuũ mala rixa. Ecce
labia mea nõ prohibebo, Dñe tu cognouisti. Quomo-
do ille? Quid cognouit Dominus? Intus in corde, vbi
non videt homo: ideo & ille, credidi, inquit. Ecce cor
habet iã, habet quod videat Deus: nõ prohibeat labia
Psal. 114. sua. Non prohibet. Quid enim dicit? Credidi, propter
2. Cor. 4. c. quod locutus sum. Et quia locutus est quod credidit,
quærens quid retribuat Domino pro omnib. quæ retri
buit ei: adiungit, Calicem salutaris accipiã, & nomen
Matt. 20. c. Domini inuocabo. Nõ exhorruit Dominum dicentẽ,
Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Cõfite-
tur enim per labia quod habebat in corde, peruenit ad
passionẽ. Et quia peruenit ad passionẽ, hostis quid no-
Psal. 115. cuit? Nẽpe pretiosa in conspectu Domini mors iustorũ
eius. Mortes in quas Pagani sæuierunt, in illis hodie re-
ficimur. Natalẽ martyrum celebramus, exempla mar-
tyrum nobis proponimus, attendimus fidem, quomo-
do inuenti, quomodo attracti, quomodo steterũt ante
iudices. In Ecclesia catholica nihil habẽtes simulatio-
nis, cõpaginati iũctura vnitatis, cõfessi sunt Christum:
caput quod præcesserat, sicut mẽbra sequi concupie-
runt. Sed qui cõcupierũt? In tormentis patiẽtes, in cõ-
fessione fideles, in sermone veraces. Iaculabãtur enim
in ora interrogãtiũ se sagittas Dei, & vulnerabãt ad irã,
sed & multos vulneraueruũt ad salutẽ. Hæc omnia pro-
ponimus nobis, & intuemur illa, & optamus imitari.
Hęc sunt spectacula Christiana, hęc videt desuper De⁹,
C ad hæc hortatur, ad hæc adiuuat, his certaminib. præ-
mia proponit & donat. Ecce labia mea nõ prohibebo.
Vide ne timeas, & prohibeas labia tua. Domine tu co-
gnouisti, quia est & in corde quod sonat & in labiis. Iu-
stitiã meã nõ abscõdi in corde meo.) Quid est, iustitiam
Habac. 2. a. Rom. 1. b. meã? Fidẽ meã, quia iustus ex fide viuit. Vtpote inter-
rogat sub pœna persecutor, quod eis licuit aliquando.
Quid es? paganus, an Christianus? Christianus. Ipsa est
iustitia eius: credidit, ex fide viuit. Nõ abscõdit in cor-
de suo iustitiam suam. Nõ dixit apud se, Credo quidẽ
in Christũ, sed huic persecutori meo sęuiẽnti & minãti
nõ dicam quod credidi: nouit Deus meus intus in cor-
de meo quia credo, ipse scit quia illi non renũcio. Ecce
hoc dicis in te intus habere in corde. In labiis quid? Nõ
sum Christianus. Cõtra cor tuũ testimoniũ dicũt labia
tua. Iustitiã meã nõ abscõdi in corde meo. Veritatem
tuã & salutare tuũ dixi.) Christũ tuũ dixi, hoc est verita
D
Ioan. 14. a. tẽ tuã & salutare tuũ dixi. Vnde veritas Christus? Ego
Luc. 1. d. sum veritas. Vnde salutare ipse Christus? Simeõ agno-
uit infantẽ in manib. matris in tẽplo, & dixit: Quoniã
viderunt oculi mei salutare tuum. Agnouit infantẽ se-
nex factus, in puero puer innouatus fide. Acceperat e-
nim respõsum, & hoc dixit: dixerat ei Dominus, quia
nõ exiturus erat de hac vita, priusquã videret salutare
Psal. 84. Dei. Hoc salutare Dei bonũ est, vt ostendat hominib⁹:
sed clament, Ostende nobis Domine misericordiam
tuã, & salutare tuũ da nobis. Salutare autẽ Domini in
omnib. gentib. quia cũ dixisset quodã loco, Deus mi-
Psal. 66. sereatur nobis, & benedicat nos, illuminet vultũ suum
super nos, vt cognoscamus in terra viã tuam: adiecit,
In omnib. gẽtibus salutare tuũ. Primò dixit, vt cogno-
scamus in terra viã tuam: & secutus est, in omnib. gẽti-
bus salutare tuũ. Quasi diceretur ei, Quæ est via quam
cupis agnoscere: Homines ad viã veniunt, nũquid via
venit ad homines? Via nostra venit ad homines, inue-
nit errantes, vocauit ad se extra ambulantes. In me, in-
quit, ambulate, & non errabitis. Ego sum via & veritas Ioan. 14. e
& vita: ne diceres, vbi est via Dei? ad quam regionem
ibo? quem montem ascendam? quos campos inquirã?
Viã Dei inquiris? salutare Dei est via Dei, & vbiq; hęc
est: quia in omnib. gẽtibus salutare tuũ. Veritatẽ tuam
& salutare tuũ dixi. Non celaui misericordiam tuã &
veritatem tuam à congregatione multa.) Ibi simus, in
hoc corpore numeremur & nos, nõ celemus misericor
diã Domini, & veritatẽ Domini. Vis audire misericor
diã Domini? Recede à peccatis, donabit peccata. Vis
audire veritatem Domini? Tene iustitiam, coronetur
iustitia. Modò enim misericordia tibi prædicatur, po-
stea veritas exhibebitur. Non enim sic est Deus miseri-
B cors vt iniustus sit, nec sic iustus est, vt misericors non
sit. Paruáne misericordia tibi est? Nõ imputabit priora
omnia, malè vixisti vsq. in hodiernum diem, adhuc vi-
uis, bene viue hodie, hanc misericordiam nõ celabis.
Si hæc est misericordia, quæ veritas? Congregabuntur
ante eum oẽs gentes, & diuidet eas sicut pastor diuidit
oues ab hædis, oues ponet ad dexteram, hædos ad sini
Matt. 25. c. stram. Quib. quid? Venite benedicti patris mei, perci-
pite regnũ quod vobis paratum est. Hædis quid? Ite in
ignem æternum. Ibi pœnitentię locus non est. Quia mi
sericordiam Dei contempsisti, veritatem senties: si aũt
non cõtempsisti misericordiam, veritate gaudebis. Tu
autem Domine ne elonginquaueris misericordias tuas
à me.) Respexit ad membra sua saucia. Quia misericor-
diam tuam & veritatem tuã nõ celaui à cõgregatione
multa, ab Ecclesia vnitatis orbis terrarũ. Attende mẽ-
bra saucia, attende delictores & peccatores, & noli re-
mouere misericordias tuas. Misericordia tua & veritas
tua semper susceperunt me.) Non auderem conuerti,
nisi securus de remissione: non durarem perseuerare,
nisi securus de promissione. Misericordia tua & veritas
tua semper susceperunt me. Attendo quia bonus es: at-
tendo quia iustus es: amo bonum, timeo iustũ. Amor
& timor perducũt me, quia misericordia & veritas tua
semper susceperunt me. Quare ipsa suscipiunt, & ab eis
oculos auertendi locus non est, Quoniam circumdede
runt me mala, quorum non est numerus.) Quis nu-
merat peccata? Quis numerat iniquitates alienas &
proprias? Sub quo cumulo gemebat qui dicebat, Ab
Psal. 18. occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce
seruo tuo. Parua erant nostra, imponuntur aliena. Ti-
meo mihi, timeo bono fratri, tolero malum fratrem.
Et sub isto cumulo quid erimus, si cesset misericordia
Psal. 76. Dei? Tu autẽ Domine ne elõginquaueris, propè esto.
Cui propè est Dominus? His qui obtriuerunt cor. Lõ-
Psal. 137. gè à superbis, propè ad humiles. Excelsus est enim
Dominus, & humilia respicit. Sed non se putent latere
Luc. 18. b. qui superbi sunt: excelsa enim à longè cognoscit. Co-
gnoscebat à longè iactantem se pharisæum, subuenie-
bat de proximo confitenti publicano. Iactabat ille me-
rita sua, & tegebat vulnera sua: non iactabat ille meri-
ta, sed offerebat vulnera. Ad medicum venerat, scie-
bat se languidum, sciebat se sanandum. Oculos ad cæ-
lum leuare non audebat, pectus percutiebat: sibi non
parcebat vt ille parceret, se agnoscebat vt ille ignosce-
ret, se puniebat vt ille liberaret. Tales hic voces sunt,
audiamus eas piè, & amemus piè: corde, lingua, om-
nibus medullis nostris hæc dicamus. Nemo se putet
iustum, viuit qui loquitur, viuit, & vtinam viuat. Ad-
huc hic viuit, adhuc cum morte viuit: & si spiritus vita

est propter iustitiam, corpus tamen mortuũ est propter
Rom. 8. b. peccatum. Et corpus quod corrumpitur aggrauat ani-
Sap. 9. c. mã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa co-
gitantem. Pertinet ergo ad te clamare, pertinet geme-
re, pertinet confiteri, non te exaltare, non te iactare, nõ
te tuis meritis gloriari: quia si habes aliquid gauden-
dum, quid est quod non accepisti? Quoniam circunde-
1. Cor. 4. b. derunt me mala, quorum non est numerus.

Cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui
vt videre.) Est aliquid quod videamus. Quid premit vt
nõ videamus? Nónne iniquitas oculum tuũ, ne istã lu-
cem videre posses, premebat? Fortassis humor irruens
premebat, fortasse fumus, puluis, aliquid iniectum, ele-
uare oculum saucium non poteras ad istam lucẽ. Quid
ergo? Cor saucium leuabis ad Dominũ? Nónne priùs
sanandũ est vt videas? Nónne superbus inueniris cùm
dicis, primò videã, & sic credam? Quis dicit? Quis enim
visurus dicit, videam & sic credã? Lucẽ ostensurus sum, B
imò verò ipsa lux ostendere se vult. Cui? Cæco nõ po-
test, non videt. Vnde non videt? Grauatur oculus mul-
tis peccatis. Quid enĩ ait? Cõprehenderunt me iniqui-
tates meæ, & non potui vt viderem. Remouẽtur ergo
iniquitates, dimittãtur peccata, leuetur põdus ab ocu-
lo, sanetur quod sauciũ est, adhibeatur mordax præce-
al. Parum efficere. ptũ quasi collyriũ. † Priùs effice quod tibi præcipitur:
Matth. 5. g. Luc. 6. d. sana cor, munda cor, dilige inimicum tuum. Et quis di-
ligit inimicũ suum? Hoc iubet medicus, amarũ est, sed
salubre. Quid tibi faciam, inquit? Ita vexatus es, vt inde
saneris. Et plus dicit, sanato non erit onerosum, volu-
ptuosè diliges inimicum sanatus, conare vt saneris. In
tribulationib. in angustiis, in tentationibus fortis esto,
perdura; medici manus est, non latronis. Ecce, inquit,
præceptis acceptis, & fide retenta, priùs sicut iubes sa-
nabo cor vt dicis, sanato corde & mũdato corde quid
Matth. 5. a. videbo? Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum vide-
C bunt. Hoc modo, inquit, non possum. Comprehende-
runt me iniquitates meę, & non potui vt viderẽ. Multi-
Matt. 10. d. plicatæ sunt super capillos capitis mei.) Capillos capi-
tis ad numeri multitudinẽ reuocat. Quis numerat ca-
pillos capitis sui? Multo minùs peccata, quæ excedunt
numerum capillorum. Minuta videtur, sed multa sunt.
Deut. 5. c. Præcauisti magna, iam non facis adulterium, iam non
facis homicidiũ, non rapis res alienas, nõ blasphemas,
non dicis falsum testimonium: moles istæ sunt pecca-
torum. Magna præcauisti, de minutis quid agis? An nõ
times minuta? Proiecisti molẽ, vide ne arena obruaris.
Multiplicatę sunt super capillos capitis mei, Et cor meũ
Psal. 18. dereliquit me.) Quid mirum est, si cor tuum desertum
est à Deo tuo, quando seipsum deseruit? Quid est, cor
meum dereliquit me? Non est idoneum cor meum ad
cognoscendũ se: hoc dixit, Cor meum dereliquit me.
Corde meo Dominũ volo videre, & non possum, præ
multitudine peccatorũ meorũ. Parum est, ne cor meũ
D se cõprehendat: nemo enim se comprehẽdit, nemo de
se præsumit. Nunquid cõprehendit corde suo cor suũ
Matt. 26. c. Petrus, qui dixit, Tecum vsque ad mortem ero? In cor-
de erat presumptio falsa, in corde latebat timor verus:
& non erat idoneum cor ad comprehendendum. Cor
ægrotum latebat, sed medico patebat. Quod de illo la-
tebat pronunciatum est, hoc impletum est. Nouerat in
illo Deus quod ipse in se non nouerat, quia cor eius de-
reliquerat eũ. Cor eius latebat cordi eius, & cor meum
dereliquit me. Quid ergo? Quid clamamus? quid dici-
mus? Placeat tibi Domine eruere me.) Tanquam dice-
ret, Si vis, potes me mundare. Placeat tibi eruere me,
Domine in adiuuandum mihi respice.) Membra pœ-
nitentiæ, membra in doloribus posita, mẽbra sub fer-
ramentis medici clamantia, sed sperantia. Domine in
adiuuandum mihi respice: Confundantur & reuerean-
tur simul qui quærunt animam meam vt auferãt eam.)
A Quodam enim loco accusat, & dicit, Aspiciebã in dex-
Psal. 141. teram, & videbam, & non erat qui requireret animam
meã, id est, non erat qui me imitaretur: Christus in pas-
al. in. sione loquitur. Et attendebam † ad dexteram, id est, nõ
ad impios Iudæos, sed ipsam dexteram ad ipsos Apo-
Matt. 26. g. stolos. Et non erat qui requireret animã meam. Vsque-
adeò non erat qui requireret animã meam, vt qui pre-
sumpserat, negaret animam meam. Sed quia duobus
modis quæritur homo, aut quo fruaris, aut quẽ perse-
quaris: ideo hic alios dicit, quos vult cõfũdi & reuereri
qui quærũt animam suam. Sed ne sic intelligeres quo-
modo conqueritur de nõnullis quærẽtibus animã suã
vt auferant eã, id est, ad mortẽ quærunt animam meã:
adiecit, Confundantur & reuereantur. Et verè multi
quæsierunt animam ipsius, & confusi & reuereriti sunt;
B quęsierunt animam ipsius, & sicut illis visum est, abstu-
lerunt animam ipsius: sed ille potestatem habuit ponẽ-
di animã suam, & potestatem habuit recipiendi animã
Ioan. 10. d. suam. Ergo illi gauisi sunt cùm posuit, confusi sunt cùm
recepit. Confundantur & reuereantur simul, qui quæ-
runt animã meã vt auferant eã. Conuertantur retror-
sum, & reuereantur, qui volunt mihi mala.) Conuertã-
tur retrorsum. Nec hoc in malum accipiamus. Bene il-
lis optat; & vox illius est qui dixit de cruce, Pater igno-
Luc. 23 c. sce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quare illis ergo di-
cit, vt retrorsum redeãt? Quia qui antè superbi erant vt
caderent retrò, humiles facti sunt vt resurgant. Quan-
do enim antè sunt, præcedere volunt Dominũ, melio-
res volunt esse quàm Dominus: si autem retrò sunt, ip-
sum agnoscunt meliorẽ, ipsum priorem, se posteriores,
vt ille pręcedat, illi sequantur. Proinde Petrũ malè sibi
dantem consilium sic redarguit. Passurus enim Domi-
C nus erat pro salute nostra, & de ipsa passione quæ futu-
Matt. 16. d. ra erat prędicabat: & ait Petrus, Absit Domine, propi-
Marc. 8. c. tius tibi esto, non fiet hoc. Præcedere volebat Domi-
num, & consilium dare magistro. Dominus autem vt
non eum faceret præcedentem, sed sequentem: Redi,
inquit, retrò satanas. Ideo, inquit, satanas, quia vis an-
al. autem. tecedere eum quẽ debes sequi: si † enim retrò fueris, &
Matt. 16. e. secutus fueris, iã nõ eris satanas. Quid ergo? Super hãc
petram ædificabo Ecclesiam meam. Cõuertantur re-
trorsum, & reuereantur, qui volũt mihi mala. Maleuoli
sunt, qui etiam cùm benedicunt, quantũ in corde corũ
est maledicũt. Dicit aliquis alicui, esto Christianus, sed
sis & tu Christianus: bonã rẽ dixit, sed non illi imputa-
tur quod dixit, sed quo animo dixit: quomodo imputã-
tũ est & Iudæis, quãdo ille ex cæco nato factus est vi-
dens, cùm eũ premerent insultationibus & arguerent,
ait illis: Nunquid & vos discipuli eius vultis esse? Et illi
maledixerunt ei. Hoc ait Euangelista: Maledixerunt ei
D dicentes, Tu sis discipulus eius. Illis maledicentibus,
Dominus benedixit. Fecit quod illi dixerunt, retribuit
Ioan. 9. c. autẽ illis quod maledixerunt. Cõuertantur retrorsum,
& reuereãtur, qui volunt mihi mala. Sunt autẽ alij non
boni qui bona volunt, & ipsi cauẽdi. Quomodo enim
illi maledicunt, & dicũt bona nostra, sed malo animo:
sic multi mala nostra bono animo. Hoc dico, Qui di-
xerit tibi, tu sis Christianus, bonum tuum dicit malo
animo. Qui autem tibi dixerit, tanto melior, nemo
al. sic. † sit in factis malis, quoniam laudatur peccator in de-
Psalm. 9. sideriis animæ suæ; & qui iniqua gerit, benedicitur;
mala tua dicit laudans. Quomodo ille bona tua di-
cebat maledicens, sic iste mala tua benedicens: sed
vtrunque genus hostis fuge, vtrunque caue. Ille sęuit,
iste blanditur; vterque malus. Ille iracundus est, & iste
in laude subdolus: ille reprehensor est, iste laudator: sed

& ille in reprehẽsione inimicus est, & ille in laude subdolus. Caue vtrunque, contra vtrunque ora. Qui enim orauit, Conuertantur retrorsum, & confundantur qui volunt mihi mala: respexit ad aliud genus dolosè maleuolum, & falsò benedicum. Ferant cõfestim confusionẽ suam, qui dicunt mihi euge euge.) Laudant falsò, magn' vir, bonus vir, literatus, doct'. Sed quare Christianus? Ea tua laudãt, quæ nolis laudari: illud reprehẽdũt vnde gaudes. Sed si fortè dicis, quid in me laudas, ô homo, quia vir bonus, quia vir iustus sum? si hoc putas, Christus me hoc fecit: ipsũ lauda. At ille, absit, noli tibi iniuriam facere, tu teipsum talem fecisti. Confundantur qui dicunt mihi, euge euge. Et quid sequitur, Exultent & iocundẽtur omnes qui te quærunt Domine.) Nõ quẽrunt me, sed quærunt te: nõ mihi euge euge dicũt, sed in te me gloriarivident, si quid habeo gloriẽ.

1.Cor.1.d. Qui enim gloriatur, in Domino glorietur. Exultent & iocũdentur oẽs qui te quærunt Domine, Et dicãt semper, magnificetur Dominus.) Quia & si ex peccatore fit

Rom. 4.a. iustus, da gloriã illi qui iustificat impiũ. Siue ergo peccator sit, laudetur qui ad indulgentiã vocat: siue quis iã ambulet in via iustitiæ, laudẽtur qui ad coronã vocat. Sẽper magnificetur Dominus, ab his Qui diligũt salutare tuũ. Ego autẽ.) Cui quærebant mala. Ego autẽ cuius animã quærebant, vt auferrent cã. Sed conuerte te ad aliud genus hominũ. Ego autẽ cui dicebãt, euge euge, Egenus & pauper sum.) Non est quod in me laudetur. Discindat ille saccum meũ, cooperiat me stola sua.

Gal.2.d. Viuo ergo iam non ego, viuit autem in me Christus. Si viuit in te Christus, & totum quod boni habes Christi est, totũ quod habebis Christi est: tu per teipsum quid es? Ego egenus & pauper. Ego autẽ non diues, quia nõ sum superbus. Diues erat ille qui dicebat, Gratias tibi

Luc.18.b. ago Domine, quia nõ sum sicut cęteri homines: publicanus autẽ erat pauper, qui dicebat, Domine, propitius esto mihi peccatori. Ille de saturitate ructabat, ille de fame plorabat. Egenus & pauper sum. Et quid facturus es ô egene & pauper? mendica ante ianuam Dei, pulsa, & aperietur tibi. Ego autẽ egenus & pauper sum, Do-

Psal.54. minus curam habebit mei.) Iacta in Dominum curam tuã, & spera in eũ, & ipse faciet. Quid tibi curaturus est? quid tibi prouisurus? Habeat tui curã qui fecit te. Qui habuit tui curã antequam esses, quomodo nõ habebit curã cùm iam hoc es quod voluit vt esses? Iam enim fi-

Matth.5 g. delis es, iã ambulas in via iustitiæ. Curã tui nõ habebit,

Rom.1.b. qui facit solem suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: te iã iustum ex fide viuentẽ negliget, deseret, dimittet? Imò verò & hic fouet, & hic adiuuat, & hic necessaria subministrat, & noxia resecat. Dãdo cõsolatur vt permaneas, auferendo corripit ne pereas Dominus curã habet tui, securus esto: ille protegit qui te fecit. Ab artificis tui manu noli cadere: si cecideris iã, à manu artificis frãgeris. Vt autem permaneas in manu artificis, bona voluntas facit. Dic, Deus meus voluit, & portabit ipse & tenebit ipse. Iacta te in illũ: noli putare inane esse, vt quasi præcipiteris. Nõ ita

Hier.23.e. tibi videatur, Ille dixit, Cælum & terram ego impleo. Nusquã tibi deest: tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse, Dominus curã habet mei. Adiutor meus & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.) Inuocat, implorat, timet ne deficiat. Ne tardaueris. Quid est, ne tarda-

Matt.24.b ueris? Nisi breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro: modò lectũ est, de diebus tribulationũ. Quasi enim vnus homo rogat Deum, mẽbra Christi, corpus Christi, vbique diffusum, vnus mẽdicus, vnus pauper, quia & ille pauper, qui diues pauper factus est, de quo

2.Cor.8.b. ait Apostolus, Cùm diues esset, pauper factus est, vt ipsius paupertate vos ditaremini: veros pauperes ditat, falsos diuites pauperat. Clamat ad eũ: A finibus terræ Psal.60.

A ad te clamaui, cùm tęderet animã meã. Veniẽt dies tribulationũ & malorum: tribulationes veniẽt, sicut dicit Scriptura: & quantũ accedũt dies, augẽtur tribulationes. Nemo sibi promittat quod euãgeliũ non promittit. Fratres mei, obsecro vos, attendite scripturas nostras, si aliquid fefellerunt: si aliquid dixerunt, & aliter accidit quàm dixerunt. Necesse est, vt vsque in finẽ sic fiant omnia, quemadmodũ dixerunt. Non nobis promittunt scripturæ nostræ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmẽta dolorũ; abundantiã tentationũ. Ad ista nos pręcipuè paremus, ne imparati deficiamus. Vę pręgnãtibus & mãmantibus: modò au- Matt.24.b.

B distis. Prægnãtes sunt, qui spe intumescunt: mãmantes autẽ, id est, lactantes, qui iã adepti sunt quod cõcupierãt. Etenim mulier pręgnãs in spe tumet filij, nondũ videt filiũ: quæ autẽ iã lactat, amplectitur quod sperabat. Ergo similitudinẽ, verbi gratia, ponamus: Bona est ista villa vicini. O si mea esset; adiũgerẽ illã, & facerẽ de isto fundo & de illo vnitatẽ. Amat & auaritia vnitatẽ. Quod amat bonũ est: sed vbi amandũ sit, nescit. Ecce cõcupiuit villã proximi, sed iste proximus diues est, non indigens, habẽs honorẽ, habens etiã potentiã, à cuius fortè etiã potentia tibi metuendũ sit, non de illius fundo aliquid sperandũ. Nihil sperans non cõcipit, non est prægnãs anima. Si verò iuxtà vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est, vt possit vendere, vel premi potest, vt cogatur vẽdere, iniicitur oculus, speratur villa: impręgnata est anima, sperat se posse adipisci villulam & possessionẽ vicini pauperis. Et cùm patitur iste pauper necessitatem, venit ad ditiorẽ vicinũ suũ, cui fortè obsequi solet, cui deferre, cui veniẽti assurgere, quẽ inclinato capite salutare: da mihi, rogo te, patior necessitatem, vrgeor à creditore. Et ille, Non habeo modò in manibus. Si vellet vendere, haberet, agnoscimus hoc. Fuerunt in nobis, iã non sunt in nobis. Nónne hesterno

C viximus, & hodie viuimus? Est corrigendi locus. Non- Matt.25.d. Luc.16.f.

dum facta est illa disiunctio, aliorũ ad dexteram, aliorũ ad sinistram: nõdum apud inferos sumus, vbi diues ille fuit, sitiẽs & stillã desiderans. Audiamus cũ viuimus, corrigamur. Non speremus res alienas & impręgnati tumeamus, nec perueniamus ad illas, & eas adipiscẽdo tanquã filios osculemur. Vę enim pręgnantibus & mã- Matt.24.b

mantibus illis diebus. Mutandũ est cor, leuandum est cor, nõ hic habitandũ corde. Hæc mala regio est. Sufficiat quòd adhuc carne hic esse necesse est. Quod non Matth.6.d.

est necesse, nõ fiat: sufficiat diei malitia sua, sursum corda habeamus. Si resurrexistis cũ Christo (dicit fidelib. corpus & sanguinẽ Domini accipientibus dicit.) Si re- Colos.3.a.

surrexistis cũ Christo, quæ sursum sũt sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedẽs: quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra Ibidem.a.

D abscõdita est cũ Christo in Deo. Nõ enĩ apparet quod vobis promissum est, & iam paratum est, sed nõ vides: impręgnari vis, hinc impręgnare: ipsa sit spes tua. Certus erit partus tuus, nõ erit abortiuus, non temporalis: amplecteris quod pepereris in æternum. Sic enim per Esaiam dicitur, Concepimus & parturiuimus spiritum Esaiæ 26.d

salutis. Ergo retrò est, & non datur modò, sed dabitur. Quanta data sunt fratres mei, quis illa numerat secundum Scripturas? Ibi scriptum est de Ecclesia, & videtur quia ita est: ibi scriptum est de idolis, quia nõ erunt, & videtur quia non sunt: ibi scriptum est, quia perdituri erant Iudæi regnum, & videtur: ibi scriptum est de hæreticis, quia futuri erant, & videtur: ibi scriptum est & de die iudicij, ibi scriptum est & de præmio bonorum, & de pœna malorum. In omnibus Deum fidelem inuenimus, in vltimo deficiet & fallet? Domi-

Dominus curã habebit mei. Adiutor meus & protector

Matt. 24.b meus tu es, Deus meus ne tardaueris. Nisi minorarẽtur dies illi, nulla caro perduraret: sed propter electos breuiabuntur. Dies illi erunt tribulationis, sed non tã lõgi

A quàm sperantur. Citò illi transibunt, requies veniens non transit: quãquam longum ferri debuit malum pro infinito bono.

IN PSALMVM XL. ENARRATIO.

Præfatio.

QVONIAM solennis dies martyrũ illuxit, propter gloriã passionis Christi Imperatoris martyrũ, qui sibi nõ pepercit militibus imperans pugnam, sed prior pugnauit, prior vicit, vt pugnãtes exẽplo suo hortaretur, & maiestate sua adiuuaret, & promissione coronaret: audiamus aliquid in isto Psalmo, quod pertineat ad eius passionem. Cõmendamus autẽ sæpius, nec nos piget iterare quod vobis vtile est retinere, Dominũ nostrum Iesum Christũ plerũq; loqui ex se, id est, ex persona sua quod est caput nostrum, plerũque ex persona corporis sui q; sumus nos & Ecclesia eius: sed ita quasi B ex vnius hominis ore sonare verba, vt intelligamus caput & corpus in vnitate integritatis cõsistere, nec separari ab inuicẽ: tanquã coniugium illud, de quo dictum

Gene.2.d. est, Erũt duo in carne vna. Si ergo agnoscimus duos in

Ephes.5.g. carne vna', agnoscamus duos in voce vna. Primò q; legenti respondentes cantauimus, quanquam de medio Psalmi sit, hinc tamẽ sermonis ducamus exordiũ. Inimici mei dixerũt mala mihi, quãdo morietur, & peribit nomẽ eius? Persona est hæc Domini nostri Iesu Christi, sed videte, si nõ ibi intelligũtur & mẽbra. Dictũ est & hoc, cùm ipse Dominus noster hic in terra in carne ambularet. Cùm enim viderent multitudinẽ sequi au-

al. *præsuigentem.* thoritatẽ eius, & diuinitatẽ & maiestatẽ miraculis † præsentatã: cùm hunc viderent Iudæi, de quibus ipse Do-

Matt. 21.d. minus similitudinẽ posuit, quia dixerũt, Hic est hæres, venite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas: dixerũt

Ioan. 11.f. apud semetipsos, id est inter se: vnde põtificis illius Cai C phæ vox est, Videtis quòd turba multa cũ sequitur, & seculũ post illum abijt? si dimiserimus eum viuere, veniẽt Romani, & tollẽt nobis & locum & gẽtem. Expedit vt vnus moriatur homo, quã tota gẽs pereat. Euãgelista autẽ verba nesciẽtis quid diceret, exposuit no-

Ibidem. g. bis & ait: Hoc autẽ nõ à se dixit, sed cùm esset pontifex prophetauit, quia oportebat eum mori pro populo & gente. Tamen illi cùm viderent populũ post illum ire, dixerũt, Quãdo morietur, & peribit nomẽ eius? id est, cùm occiderimus eum, iã nomen eius nõ erit in terra, nec sed ut aliquos mortuus. Sed ipsa eius interfectione intelligent homines, quia hominẽ sequebãtur, quia nõ erat in eo spes salutis: & deserẽt nomen eius, & non erit. Mortuus est, & nõ periit nomen eius, sed seminatũ

Ioan. 12.d. est nomen eius. Mortuus est, sed granũ fuit, quo mortificato seges cõtinuò exurgeret. Glorificato ergo Do- D mino nostro Iesu Christo, cœperũt multo magis, multóque numerosius credere in illum: & cœperũt membra eius audire quod caput audiebat. Iã ergo Domino nostro Iesu Christo in cælo constituto, & ipso in nobis in terra laborante, dixerũt adhuc inimici eius, Quãdo morietur, & peribit nomẽ eius? Hinc enim persecutiones diabolus in ecclesia concitauit ad perdendum nomen Christi. Nisi fortè putatis fratres, quia illi Pagani quando sæuiebãt in Christianos, non hoc sibi dicebãt, delere nomen Christi de terra: vt moreretur iterum Christus nõ in capite, sed in corpore suo. Occisi sunt & martyres. Ad multiplicãdã Ecclesiã valuit sanctus san guis effusus seminatione: accessit & mors martyrum,

Psal.115. pretiosa in conspectu Domini mors iustorũ eius. Multiplicati sunt magis magisque Christiani, & nõ est impletũ quod dixerũt inimici, quãdo morietur, & peribit nomen eius. Adhuc & modò dicitur. Sedẽt Pagani, & cõputant sibi annos, audiunt fanaticos suos dicentes: A Aliquando Christiani non erunt: & idola illa coli habent, quemadmodũ antea colebantur. Adhuc dicunt, Quando morietur, & peribit nomen eius? Bis victi, vel tertiò sapite. Mortuus est Christus, nõ periit nomẽ ei': mortui sunt martyres, multiplicata est magis ecclesia, crescit per oẽs gentes nomẽ Christi. Qui de morte sua & de resurrectione sua prędixit, qui de mortib. sanctorũ martyrum, & de corona prædixit, ipse & de ecclesia sua futura prędixit. Si verũ dixit bis, tertiò mẽtitus est? Vanũ est ergo quod creditis contra illum, melius est vt credatis in illum, vt intelligatis super egenũ & paupe-

rẽ: quoniã pauper factus est, cùm diues esset, vt ipsius, 2. Cor. 8.b

inquit, paupertate vos ditaremini. Nũc autẽ quia pauper factus est, contẽnitur, & dicitur, Homo erat. Quid erat? Mortuus est, crucifixus est. Hominẽ colitis, in hominem spẽ habetis, mortuũ adoratis. Falleris. Intellige super egenum & pauperem.) Vt illius paupertate diues efficiaris. Quid est intelligere super egenũ & pauperẽ? Vt ipsum Christũ egenũ & pauperẽ accipias, dicentem in alio Psalmo, Ego autẽ egenus & pauper sum, Domi- Psalm. 39.

nus curã habet mei. Quid est intelligere super egenũ & pauperẽ? Quia semetipsum exinaniuit formã serui ac- Philip. 2.a.

cipiẽs, in similitudine hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo, diues apud patrẽ, & pauper apud nos. Diues in cælo, pauper in terra. Diues Deus, pauper homo. Hoc te ergo turbat, quòd hominẽ vides, quòd carnem intueris, quòd mortẽ respicis, quòd crucẽ irrides? hoc te turbat? Intellige super egenum & pauperẽ. Quid est hoc? Intellige, quia vbi tibi exposita est infirmitas, ibi latet diuinitas. Diues, quia sic est: pauper, quia tu sic

eras. Sed tamẽ paupertas ipsius, diuitię nostrę sũt: quo- 1. Cor.1. d.

modo stultũ ipsius, sapiẽtia nostra est, quomodo infirmitas ipsius, fortitudo nostra est, quomodo mortalitas ipsius, immortalitas nostra est. Qui sit pauper, attende: non eũ ex aliorum paupertate metiaris. Implere venit pauperes, qui pauper effectus est. Propterea aperi sinũ fidei: suscipe pauperem, ne pauper remaneas.

Enarratio.

BEATVS qui intelligit super egenũ & pauperem, in die malo liberabit eũ Dominus.) Veniet enim dies mala. Velis nolis, veniet. Dies iudicij aderit, mala dies, si non intellexeris super egenũ & pauperẽ. Quod enim modò non vis credere, manifestũ erit in fine. Sed non fugies, cùm fuerit manifestũ, quia non credis cùm est occultũ. Inuitaris vt quod nõ vides credas, ne cùm videris erubescas. Intellige ergo super egenũ & pauperẽ: id est, super Christũ. Intellige in eo occultas diuitias, quem pauperẽ vides. In eo sunt enim oẽs thesauri sa- Col. 2. a.

pientiæ & sciẽtiæ absconditi. Hinc enim te in die mala liberabit, ex eo quod Deus est. Ex eo autẽ quod homo est, & illud quod in illo humanum erat suscitauit, & in melius cõuertit, in cælũ leuauit. Ille autẽ qui Deus est, qui vnam personam habere in homine, & cum homine voluit, nec decrescere nec crescere potuit, nec mori nec resurgere. Mortuus est ex infirmitate hominis, cæ-

terum Deus † non moritur. Nam quod verbũ Dei non al. *non mori potuit.*

moritur, ne miteris, quãdo nõ moritur anima in martyre. Modò non audiebamus ipsum Dominum dicentem, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam Matth.10.c

autem non possunt occidere? Ergo morientibus martyribus animæ martyrum mortuæ non sunt, & moriẽte Christo moriturum erat verbum? Vtique verbũ Dei multo amplius est, quàm anima hominis: quia anima

hominis facta est à Deo. Et si facta est à Deo, per verbũ Ioan 1.a.

facta est: quia oĩa per ipsum facta sunt. Ergo nec mori- Ioan.1.a.

tur verbum, cùm non moriatur anima facta per verbũ.
Sed quomodo rectè dicimus, mortuus est homo, & si
anima ipsius non moriatur: sic rectè dicimus, mortuus
est Christus, & si diuinitas eius nõ moriatur. Mortuus
vnde? Quia egenus & pauper. Non te perstringat mors
ipsius, & auertat te à cõtuẽda diuinitate. Beatus qui in-
telligit super egenum & pauperẽ. Respice & pauperes,
egẽtes, esuriẽtes & sitiẽtes, peregrinãtes, nudos, ægro-
tos, in carcere cõstitutos. Intellige super talẽ pauperẽ,
quia & si super talẽ intelligis, super illũ intelligis qui di-
Matth. 25. c xit, Esuriui, sitiui, nudus, peregrinus, æger, in carcere
fui: ita in die maligna eruet te Dominus. Et vide beati-
tudinẽ tuam. Dominus conseruet eũ.) Propheta bene
optat homini intelligẽti super egenũ & pauperem. Ista
optatio promissio est, securi expectant qui hoc agunt.
Dominus cõseruet eũ, & viuificet eũ.) Quid est, cõser-
uet eũ, & viuificet eũ? Quò pertinet, viuificet eum? Ad
futuram vitã. Viuificatur enim qui mortuus erat. Nun-
quid autẽ potest mortuus intelligere super egenum &
pauperẽ? Sed viuificationẽ nobis illã promittit, de qua
Rom 8. b. dicit Apostolus: Corpus quidẽ mortuũ propter pec-
catũ, spiritus autẽ vita est propter iustitiam. Si autẽ qui
suscitauit Christũ à mortuis, habitat in vobis, qui susci-
tauit Christũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpo-
ra vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.
Hæc est ergo viuificatio quæ promittitur intelligenti
super egenum & pauperẽ. Sed quia dicit Apostolus ad
1. Tim 4. c Timotheum, Promissionẽ habens vitæ præsentis & futu-
ræ, ne putarent illi qui intelligunt super egenum &
pauperem recipiẽdos quidẽ se esse in cælum, sed negli-
gi in terra; & non sperarent, nisi quod futurum est in
æternum, quod autem præsens est putarent Deum nõ
curare in sanctis & fidelibus suis: vbi dixit quod maxi-
mè expectare debemus, Dominus conseruet eum, &
viuificet eum, respexit & ad istam vitam.

Et beatum, inquit, faciat eũ in terra.) Erige ergo ocu-
los in hæc promissa Christiana fide, nõ te deserit Deus
in terra, & aliquid promittit in cælo. Multi enim mali
Christiani inspectores ephemeridarũ, & inquisitores
atque obseruatores temporũ & dierum, cùm cœperint
ibi obiurgari à nobis, vel à quibusdã bonis melioribúsq;
Christianis, quare ista faciãt, respondẽt: Hæc pro-
pter tẽpus hoc necessaria sunt, Christiani autẽ sumus
propter vitã æternã. Propterea in Christum credimus,
vt det nobis vitã æternam: nã vita ista tẽporalis in qua
versamur, ad curam ipsius nõ pertinet. Relinquitur, vt
hoc breuiter dicant, vt propter vitam æternã Deus, &
Matth. 6. d. propter vitã præsentẽ diabolus colatur. Respõdet illis
ipse Christus: Nõ potestis duobus dominis seruire. Et
aliũ colis propter id quod expectas in cælo, & aliũ co-
lis propter id quod expectas in terra. Quanto melius
vnum colis, qui fecit cælum & terram? Qui curauit vt
esset terra, imaginem suam non negligit in terra. Ergo
cõseruet eũ Dominus & viuificet eũ intelligentẽ super
egenum & pauperẽ. Insuper quamuis in æternũ viuifi-
cet, beatũ faciat eũ in terra. Et non tradat eum in ma-
nus inimici eius.) Inimicus ille diabolus est. Nemo at-
tendat inimicum suum hominem, quando audit verba
ista. Iam fortè de vicino suo cogitabat, de illo qui cum
illo litem in foro habebat, de illo qui illi vult auferre
possessionẽ, qui illũ vult premere vt vẽdat illi domum
suam. Nolite ista cogitare: sed illum inimicũ cogitate,
Matth 13. d. de quo dicit Dominus, Inimicus homo hoc fecit. Ipse
est enim qui suggerit vt propter res terrenas colatur:
quia nõ potest euertere nomen Christianum inimicus
iste: videt enim se victũ fama & laudibus Christi, videt
in eo quòd occidit martyres Christi, illos coronatos,
& de se triumphatũ: & cœpit nõ posse hoc persuadere
hominibus, quòd nihil sit Christus. Et quia vituperãdo
Christũ, iã difficilè decipit: laudando Christum, cona-
A tur decipere. Antea quid dicebat? Quẽ colitis? Iudæũ
mortuũ, crucifixũ, nullius momẽti hominẽ, qui nõ po-
tuit à se mortẽ depellere. Vbi in nomine eius vidit cur-
rere genus humanũ, vidit quia in nomine crucifixi tẽ-
pla subuertũtur, idola frãguntur, sacrificia extinguun-
tur: & hæc oĩa prædicta in prophetis attenduntur, ho-
minibus admiratione stupentibus & laudantibus, iam
aduersus vituperationem Christi cessauit, & induit se
laudibus Christi, & cœpit à fide alio modo deterrere.
Magna lex est Christiana, potẽs lex illa, diuina, ineffa-
bilis. Sed quis illã implet? Impletur in nomine Saluato- Psal. 90.
ris nostri, calcantis leonẽ & draconẽ. Apertè reprehẽ-
do fremebat leo, astutè laudando insidiatur draco. Ve-
niãt ad fidẽ qui dubitant; non dicant quis hoc implet?
Si de viribus suis præsumunt, nõ implebunt. Præsumẽ-
dẽdo de gratia Dei credãt, præsumẽdo veniãt, adiuuãdi
veniant, non iudicandi. Viuunt oẽs fideles in nomine
B Christi, quisq; pro gradu suo implens præcepta Chri-
sti: siue cõiuges, siue cælibes & virgines. Viuunt quantũ
donat Dominus eis viuere, neq; de suis viribus præsu-
mũt, sed nouerunt se in illo debere gloriari. Quid enim 1. Cor. 4. b.
habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid glori-
aris quasi nõ acceperis? Noli dicere mihi, quis illud im-
plet? Ille in me implet qui venit diues ad pauperẽ: pau-
per quidẽ ad pauperẽ, sed plenus ad inanẽ. Hæc cogi-
tans, quia intelligit super egenum & pauperem, & non
aspernatur paupertatẽ Christi, intelligẽs diuitias Chri
sti, fit beatus in terra: & non tradetur in manus inimici
sui, volẽtis ei persuadere, vt Deus nõ colatur, nisi pro-
pter cęlestia, diabolus colatur propter terrena. Nõ tra-
dat eũ in manus inimici eius. Dominus opẽ ferat illi.)
Sed vbi? Fortè in cælo, fortè in vita æterna, vt restet
C colẽdus diabolus propter inopiã terrenã, propter ne-
cessitates huius vitæ? Absit. Promissionem habes vitæ 1. Tim. 4. b.
præsentis & futuræ. Ille ad te venit in terrã, per quẽ fa-
ctũ est cælum & terra. Deniq; attende quid dicat, Do-
minus opẽ ferat illi. Super lectum doloris eius.) Lectus
doloris, infirmitas est carnis. Ne † dicatis, non possum al. dicat.
tenere & portare & frenare carnẽ meam: adiuuaris vt
possis. Dominus opẽ ferat tibi super lectũ doloris tui.
Portabat te lectus, nõ tu portabas lectum, sed paraly- Matth. 9. b.
ticus intus eras: adest qui dicat tibi, Tolle grabatũ tuũ, Marc. 2. b.
& vade in domum tuã. Dominus opẽ ferat illi super lec-
tũ doloris eius. Et tanquã quæreretur: Quare ergo cũ
opẽ ferat nobis Deus, tãta mala patimur in ista vita, tã-
ta scandala, tantos labores, tãtam inquietudinem car-
nis & seculi, conuertit se ad Deum: & tanquã cõsilium
medicinæ eius nobis exponens, Totum stratum eius,
inquit, vertisti in infirmitate eius.) Quid est, totũ stra-
D tum eius vertisti in infirmitate eius? Per stratũ intelli-
gitur aliquid terrenũ. Omnis anima infirma in hac vi-
ta, quærit sibi aliquid terrenum vbi requiescat, quoniã
intentionem laboris & mentis extentæ in Deum diffi-
cile potest perpetuò tolerare: aliquid sibi in terra con-
quirit vbi requiescat, & quodammodo pausatione
quadam recumbat, veluti sunt ista quæ diligunt & in-
nocẽtes. Neque enim de cupiditatibus malorum nũc
loquẽdum est, quia multi acquiescunt in theatris, mul-
ti acquiescunt in circo, in amphitheatro, multi ac-
quiescunt in alea, multi in luxuria popinarum, multi
in libidine adulteriorum, multi in violentiis rapinarũ,
multi in dolo & insidiis fraudium. Acquiescunt in his
omnibus homines. Quid est, acquiescunt? Delectantur
illic. Sed remoueamus hæc omnia, ad innocentem
hominem veniamus. Acquiescit in domo sua, in fa-
milia sua, in coniuge, in filiis, in paupertate, in prędiolo
suo,

suo, in nouella manibus suis consita, in ædificio aliquo
suo studio fabricato. Acquiescũt innocẽtes in his. Sed
A tamẽ Deus volẽs nos amorẽ nõ habere nisi vitæ æter-
næ, & istis velut innocentibus delectationibus miscet
amaritudines: vt & in his patiamur tribulationes, &
vniuersum stratũ nostrum vertit in infirmitate nostra.
Vniuersum stratũ eius vertisti in infirmitate eius. Non
ergo cõqueratur, quãdo in his quæ innocẽter habet,
patitur aliquas tribulationes. Docetur amare meliora
per amaritudinem inferiorum: ne viator tendens ad
patriam, stabulũ amet pro domo sua. Vniuersum stratũ
Hebr. 12. b eius vertisti in infirmitate eius. Sed quare ista? Quia
flagellat omnem filium quem recipit. Quare ista? Quia
Gen. 3. d. peccanti homini dictum est, In labore vultus tui edes
panẽ tuũ. Ergo quia correptiones istas, in quibus vni-
uersum stratum nostrũ vertitur in infirmitate nostra,
agnoscere debet homo propter peccata se pati: cõuer-
tat se & dicat quod sequitur, Ego dixi, Domine mise-
rere mei, sana animã meam, quoniam peccaui tibi. O
Heb. 12. b. Domine, in tribulationibus meis me exerces, flagellã-
B dum iudicas omnem filium quem recepturus es, qui
nec vnico pepercisti. Ille quidẽ sine peccato flagellat⁹
est. Ego autẽ dico, miserere mei, sana animã meã, quo-
niã peccaui tibi. Si vstus est qui putredinẽ nõ habebat,
si medicina ipsa nostra ignẽ medicinalẽ nõ respuit: pa-
tienter ferre debemus vrentẽ medicũ & secantem: id
est, omnibus tribulationibus nos exercentẽ, & à pec-
cato sanantẽ. Planè committamus nos medici manui:
non enim errat vt sanum pro putri secet. Nouit quod
inspicit, nouit vitiũ, quia ipse fecit naturam: quid ipse
condidit, quid de nostra cupiditate accessit, discernit.
Genes. 2. c. & 3. a. Scit se sano homini præceptũ dedisse, ne languorẽ in-
curreret: dixisse in paradiso, hoc mãduca, & hoc noli.
Non audiuit sanus medici præceptum, vt nõ caderet;
audiat vel ægrotus, vt surgat. Ego dixi, Domine, mise-
C rere mei, sana animam meã, quoniã peccaui tibi. In fa-
ctis meis, in peccatis meis nõ accuso fortunã, nõ dico,
hoc mihi fecit fatũ; non dico, adulterum me fecit Ve-
nus, & latronẽ me fecit Mars, & auarũ me fecit Satur-
nus. Ego dixi, Dñe miserere mei, sana animã meã, quo-
Psal. 68. niam peccaui tibi. Nũquid hoc Christus? nunquid hoc
Psal. 87. caput illud nostrũ sine peccato? nũquid ille qui ea quæ
Ioan. 8. d. non rapuit exoluebat? nunquid ille solus in mortuis li-
ber? Liber enim in mortuis, quia sine peccato: quia om-
nis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Nũquid ergo
ipse? imò ipse ex membris suis, quia vox membrorum
ipsius, vox ipsius, quia & vox capitis nostri vox nostra.
Matt. 26. d. In illo enim eramus, quando dixit, Tristis est anima
mea vsque ad mortem. Non enim timebat mori, qui
venerat mori, aut recusabat mori, qui potestatem ha-
Ioan. 10. d. bebat animã suam ponendi, & potestatẽ habebat iterũ
sumendi eam: sed loquebantur membra in capite, &
Psal. 21. loquebatur caput pro mẽbris. In illo ergo vocẽ nostrã
inuenimus. Sana animã meam, quoniã peccaui tibi. In
illo enim eramus cũ dixit, Deus meus Deus meus, vt
quid me dereliquisti? In ipso enim Psalmo vbi in capi-
te hic versus est, cõsequenter dicitur, verba delictorũ
Rom. 6. a. meorũ. Quorũ delictorum in illo, nisi quia vetus ho-
mo noster simul crucifixus est cum illo, vt euacuaretur
corpus peccati, & vltrà nõ seruiamus peccato? Ad illũ
& in illo dicam⁹, Ego dixi, Dñe miserere mei, sana ani-
mã meã, quoniã peccaui tibi. Inimici mei dixerũt ma-
la mihi, quãdo morietur & peribit nomen eius.) Iã ista
al. hinc. diximus, & † hic cœpimus, vt & alia dicamus. Nõ opus
est iterare, q̃ tã recẽti sermone impressum est aurib. &
cordibus vestris. Et ingrediebãtur vt viderẽt.) Quod
Matth. 10. c passus est Christus, patitur & Ecclesia: q̃ passum est ca-
put, patiũtur & mẽbra. Nũquid enim seruus est maior
dño suo, aut discipulus super magistrũ? Si me, inquit, Ioan. 15. c.
persecuti sunt, & vos persequentur. Si patremfamiliãs
A Beelzebub vocauerũt, quãto magis domesticos ei⁹? In-
grediebãtur vt viderẽt. Iudas ille ad caput nostrũ erat,
ad caput nostrũ ingrediebatur vt videret, id est vt ex-
loraret: non vt haberet q̃ crederet, sed vt inuestiret q̃
proderet. Ecce ingrediebatur ille vt videret, & hoc exẽ
plum in capite nostro propositũ est. Quid illa membra
post assumptionẽ capitis nostri? Nõne dicit apostolus Gal. 3. a.
Paulus, ꝓpter subintroductos falsos fratres qui subin-
troierunt explorare libertatẽ nostrã? Ergo & isti ingre-
diebãtur vt viderẽt. Sũt enĩ hypocritę, simulatores ma
li adiũgẽtes se ficta charitate, captãtes oẽs motus, oĩa
verba sanctorũ, in omnib. laqueos inquirẽtes. Et quid
illis fit? videte quid sequitur, vana locutũ est cor eorũ.)
Id est, loquũtur quasi ficta dilectione. Vanũ est q̃ loquũ
tur, verũ nõ est, solidũ nõ est. Et quia captãt vnde inue-
nãt accusationẽ, quid ait? Cõgregauerũt iniquitatẽ si-
bi.) Parantes enĩ calũnias inimici, quasi magni sibi vi-
B dẽtur, quia habẽt q̃ accusent. Sibi cõgregauerunt ini-
quitatẽ. Sibi, inquit, nõ mihi. Quomodo Iudas sibi, nõ Ioan. 6. g.
Christo, sic & simulatores Ecclesiæ sibi, nõ nobis: quia
de illis & alibi dicitur: Et mẽtita est iniquitas sibi. Cõ- Psal. 26.
gregauerũt iniquitatẽ sibi: & quia ĩtrauerũt vt viderẽt.
Egrediebãtur foras, & loquebãtur.) Ille qui intrauit vt
videret, egrediebatur foras & loquebatur. Vtinã intus
esset, & vera loqueretur, nõ exiret foras vbi falsa loqui-
tur. Traditor & persecutor est, egressus foras loquitur.
Si ad membra Christi pertines, veni intro eas ad caput.
Tolera zizania, si triticũ es: tolera paleã, si frumentũ es: Matth. 13. d.
tolera pisces malos intra retia, si piscis bonus es. Quare
ante tẽpus vẽtilationis auolasti? Quare ante tẽpus mes-
sis etiã frumẽta eradicasti tecũ? Quare antequã ad litus
venires, retia dirupisti? Egrediebantur foras, & loque-
C bantur. In idipsum aduersum me susurrabãt oẽs inimi-
ci mei.) Aduersum me omnes in idipsum, quãto melius
mecum in idipsum? Quid est aduersum me in idipsum?
Vno cõsilio, vna cõspiratione. Christus ergo loquitur
eis: cõsensistis aduersũ me, cõsentite mihi. Quid aduer-
sum me? quare nõ mecum? In idipsum si semper habe-
retis, nõ vos in schismata diuideretis. Apostolus enim
dicit, Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & 1. Cor. 1. b.
non sint in vobis schismata. In idipsum aduersus me
iusurrabant omnes inimici mei. Aduersum me cogita-
bant mala mihi.) Sibi potius, quia congregauerũt ini-
quitatẽ sibi. Sed ideo mihi, quia ex animo suo pendẽdi
sunt. Non enĩ quia nihil facere potuerunt, nihil facere
voluerunt. Nam & diabolus Christũ extinguere con- Ioan. 6. g.
cupiuit, & Iudas Christũ occidere voluit. Occiso autẽ Matt. 26. c.
Christo & resurgente, nos viuificati sumus: diabolo
† autem & Iudæ merces malæ voluntatis redditur, nõ al. tamẽ.
D nostræ salutis. Nã vt noueritis ex animo quenque pen-
dendũ ad retributionem vel præmij vel pœnę, inuenĩ-
mus hominẽ bonũ dixisse cuidam, & tale bonũ quale
nos optamus: & tamen maledictũ appellatur, quando
cæco illi quondã, iam illuminato & corpore & corde,
conuiciabantur Iudæi, vidẽtes corpore & corde cæci.
Ait illis idẽ iam videns, Nunquid & vos discipuli eius
vultis esse? Et illi, inquit Euangeliũ, maledixerũt ei di-
centes, tu sis discipulus eius. Hoc nobis omnibus eue- Ioan. 9. c.
niat, quod illi maledicendo dixerunt. Maledictio ista
appellata est ex maleuolo errore dicentium, nõ ex ali-
quo malo verborum. Quo animo dixerint, non quod
dixerunt attẽdit, qui eos maledixisse narrauit. Aduer-
sum me cogitabant mala mihi. Et quæ mala Christo,
quæ mala martyribus? Omnia in bonum vertit Deus.

Verbum iniquum disposuerũt aduersus me.) Quale
verbũ iniquum? Ipsum caput attende. Occidamus eũ, Matt. 21. d.

& nostra erit hęreditas. Stulti quomodo vestra erit hę-
reditas, quia occidistis eũ? Ecce & occidistis eũ, & ve-
stra nõ erit hæreditas. Nũquid qui dormit nõ adiiciet A
vt resurgat? Quãdo vos exultastis occidisse eũ, ille dor-
miuit. Dicit enĩ in alio Psalmo, Ego dormiui. Illi sęuie-
runt, & occidere voluerũt, ego dormiui. Nã si voluis-
Psal. 3. fem, nõ dormissẽ. Ego dormiui: quia potestatẽ habeo
ponẽdi animã meam, & potestatem habeo iterum su-
Ioan. 10. d. mẽdi eã. Ego dormiui, & somnũ cepi, & exurrexi. Sæ-
Psal. 3. uiãt ergo Iudęi, terra tradatur in manus impij, caro per
mittatur in manib. persequentiũ, suspendant in ligno,
Iob. 9. c. clauis transfigant, lancea perfodiãt. Nunquid qui dor-
mit nõ adiiciet vt resurgat? Vt quid dormiuit? Quia A-
dã forma erat futuri. Et Adã dormiuit, quando de late-
Rom. 5. c. re eius Eua facta est. Adã in figura Christi, Eua in figura
Genes. 2. d. Ecclesiæ: vnde est appellata mater viuorum. Quãdo fa-
bricata est Eua? Dum dormiret Adã. Quãdo de latere
Christi sacramẽta Ecclesiæ profluxerũt? Cùm dormi-
ret in cruce. Nunquid qui dormit nõ adiiciet vt resur-
gat? Et vnde dormiuit? Ex illo, quia ingressus est vt vi- B
deret, & cõgregauit iniquitatẽ sibi. Ecce enim homo
pacis meæ in quẽ sperauí, qui edebat panes meos am-
pliauit super me calcaneũ.) Erexit super me pedẽ, con-
culcare me voluit. Quis est iste homo pacis ipsius? Iu-
das. Et in illũ Christus sperauit, quia dixit, in quẽ spera-
uí? Nónne illum ab initio nouerat? Nónne antequã na-
Ioan. 6. g. scereturfuturum sciebat? Nónne omnib. discipulis suis
dixerat, Ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis dia-
bolus est? Quomodo ergo in illũ sperauit, nisi quia in
mẽbris suis ipse est, & quod multi fideles de Iuda spe-
rauerunt, hoc in se trãsfigurauit Dominus? Quãdo enĩ
videbant Iudã multi qui crediderũt in Christũ, ambu-
lare inter duodecĩ Apostolos, sperabant in illũ aliqui:
quia talis erat quales & cæteri. Christus autem quia in
membris suis erat hoc sperãtibus, quomodo in illis est
esurientibus & sitientibus: quomodo dixit, esuriui, sic
dixit, sperauí. Proinde si sic illi dicamus, Domine, quã- C
Matt. 25. d do sperasti: quomodo illi dictum est, Dñe, quando esu-
risti: quomodo nobis ibi dixit, cũ vni ex minimis meis
fecistis, mihi fecistis: sic potest dicere, cùm vnus ex mi-
nimis meis sperauit, ego sperauí. In quẽ sperauí? Homo
pacis meæ, in quem sperauí. Qui edebat panes meos.)
Quomodo ipsum ostendit in passione, de istis verbis
prophetiæ? Per buccellã illum designauit, vt appareret
Ioan. 13. c. de illo dictũ, qui edebat panes meos. Rursus quãdo ve-
nit vt traderet eum, osculum illi dedit, vt appareret de
Matt. 26. c. illo dictum, homo pacis meę. Tu autẽ Domine misere-
Marc. 14. c. re mei.) Hoc ex forma seruí, hoc ex persona inopis &
pauperis. Beatus enĩ qui intelligit super egenũ & pau-
perẽ. Miserere mei, Et resuscita me, & reddã illis.) Vi-
dete quando dictum est, iã factum est. Occiderunt enĩ
Ioan. 11. f. Christũ Iudęi, ne perderẽt locum. Illo occiso perdide-
runt locum: eradicati à regno, dispersi sunt. Suscitatus
reddidit illis tribulationẽ: reddidit ad admonitionẽ, D
nondum ad damnationẽ. Ciuitas enim illa in qua fre-
muit populus tanquam leo rapiẽs & rugiẽs, exclamãs,
crucifige crucifige, eradicatis inde Iudęis, Christianos
Psal. 21. habet, à Iudęo nullo inhabitatur. Plãtata est ibi ecclesia
Luc. 13. d. Christi, vnde eradicatæ sunt spinæ synagogæ. Proinde
Ioan. 19. a. verè ignis eorũ exarsit, sicut in spinis, Dominus autem
tanquã lignũ viride erat. Hoc ipse ait, quãdo plãgebãt
Psal. 117. quædã mulieres veluti moriturum Christum, Nolite
Luc. 23. c. flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios
vestros: ex hoc prædicens, suscita me, & reddã illis. Si
enĩ in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Quã-
do possit viride lignum cõsumi ab igne spinarũ? Exar-
Psal. 117. serunt enim velut ignis in spinis. Ignis qui spinas cõsu-
mit, cuicunq; viridi ligno adhibetur, difficile accendit.

Humor enim ligni resistit flãmæ lentæ & marcidæ, tã-
mẽ idoneę ad cõsumẽdas spinas. Et suscita me, & red-
dã illis. Ne fortè sanè fratres, minus potentem filium,
quàm patrẽ putetis, ex eo quia dixit, suscita me, quòd
ipse se suscitare nõ possit: hoc enĩ suscitauit quod mori
poterat, id est, caro mortua est, caro suscitata est. Ne ta-
men putetis, quia Deus pater Christi potuit suscitare
Christũ, id est, carnẽ filij sui: & ipse Christus, cùm ver-
bum sit Dei æquale patri, nõ poterat carnẽ suam suscí-
tare: audite ex Euãgelio, Soluite tẽplum hoc, & in tri- Ioan. 1. d.
duo suscitabo illud. Hoc autẽ Euangelista, ne etiã inde
dubitaremus, dicebat, inquit, de tẽplo corporis sui. Et
resuscita me, & reddã illis. In hoc cognoui quoniã vo-
luisti me, quoniã nõ gaudebit inimicus me⁹ super me.)
Quia gauisi sunt Iudæi, quãdo viderunt Christũ cruci-
fixũ, implesse se arbitrati sunt voluntatẽ nocendi: effe-
ctum fructus sæuitiæ suæ viderunt Christum in cruce
pendentẽ, agitauerunt caput, Si filius Dei est, descẽdat Matt. 27. d.
de cruce. Nõ descẽdebat qui poterat: nõ potentiã de-
monstrabat, sed patientiã docebat. Si enim hęc illis di-
cẽtibus de cruce descẽderet, quasi insultãtibus cessisse
videretur, & victus opprobria tolerare nõ potuisse cre-
deretur: magis mãsit in cruce illis insultãtibus, fixus il-
lis nutãtib. Ideo enĩ & caput agitabãt, quia vero capiti
nõ inhærebãt. Docuit nos planè ille patientiam. Nam
quod est fortius fecit, qui noluit facere q; Iudęi prouo-
cabãt. Multo est enim potentius de sepulchro surgere,
quàm de cruce descẽdere. Quoniã nõ gaudebit inimi-
cus me⁹ super me. Gauisi sunt ergo tũc, resurrexit Chri-
stus, glorificatus est Christus. Videt modò in nomine
ipsius conuerti genus humanũ, modò insultent, modò
caput agitẽt: imò iã caput figãt, aut si agitant caput, stu-
pẽdo & mirando agitẽt. Modò enim dicunt, nunquid
fortè ille est quẽ dixerunt Moyses & Prophetę? De illo
enim dixerunt, Sicut ouis ad immolãdũ ductus est, & Psalm. 53. d
sicut agnus corã tondẽte se sine voce, sic nõ aperuit os
suum. Vulneribus eius sanati sumus. Videmus enĩ, quia
crucifixus iste ducit post se genus humanũ: & sine cau-
sa dixerunt patres nostri, occidamus eũ, ne seculũ post Ioan. 11. d.
illum pergat. Fortè nõ post eũ pergeret, si nõ esset oc-
cisus. In hoc cognoui, quoniã voluisti me, quoniã non
gaudebit inimicus meus super me. Me autẽ propter in-
nocentiã meã suscepisti.) Verè innocẽtiam: integritatẽ
sine peccato, redditionẽ sine debito, flagellũ sine me-
rito. Propter innocẽtiã meã suscepisti me, Et cõfirma-
sti me in cõspectu tuo in ęternũ.) Cõfirmasti me in ęter
num, infirmasti ad tẽpus. Cõfirmasti in conspectu tuo,
infirmasti in cõspectu hominum. Quid ergo? Laudes il-
li; gloria illi. Benedictus Dominus Deus Israël.) Ille
est enim Deus Israël, Deus noster, Deus Iacob, Deus
minoris filij, Deus minoris populi. Nemo dicat: de Iu-
dæis hoc dixit, nõ sum ego Israël. Magis Iudæi nõ sunt Malach. 1. a
Israël. Maior enim filius, ipse est maior populus repro-
batus: minor populus dilectus. Maior seruiat minori.
Modò impletũ est, modò fratres nobis seruiunt Iudęi, Gen. 25. c.
tanquã capsarij nostri sunt, studentibus nobis codices
portant. Audite in quo nobis Iudæi seruiunt, & nõ sine Gen. 4. c.
causa. Caĩ ille frater maior qui occidit minorẽ fratrẽ,
accepit signum ne occideretur: id est, vt maneat ipse
populus. Apud illos sunt prophetę, & lex, in qua lege &
in quibus prophetis Christus prædicatus est. Quando
agimus cũ paganis, & ostẽdimus hoc euenire modò in
ecclesia Christi, quod antè prædictum est de nomine
Christi, de capite & corpore Christi: ne putẽt nos fin-
xisse illas prędictiones ex his rebus quę acciderũt, quas
existimant nos conscripsisse quasi futuræ essent, pro-
ferimus codices Iudæorum. Nempe Iudæi inimici no-
stri sunt, de chartis inimici conuincitur aduersarius.

Omnia

Omnia ergo Dominus distribuit, omnia pro salute no-
stra ordinauit. Prædixit ante nos, impleuit hoc tẽpore
nostro, & quæ nõdum impleuit, impleturus est. Itaque A
tenemus redditorem, vt credamus debitorem: quia &
illa quæ nõdum dedit, dabit: sicut ea quæ nõdum de-
derat, dedit. Si quis probare vult vbi sint scripta, legat
Moysen & Prophetas. Si aliquis perstrepit inimicus, &
dicit, Vos vobis prophetias finxistis: proferantur co-
dices Iudæorum, quia maior seruiet minori. Ibi legant
ista prædicta, quæ modò videmus impleta: & dicamus
omnes, Benedictus Dominus Deus Israël. A seculo &
in seculum, & dicet omnis populus, fiat fiat.

IN PSALMVM XLI. ENARRATIO.

OLIM desiderat anima nostra in verbo Dei gaudere
vobiscum, & in illo vos salutare, qui est nostrũ ad-
iutorium & salutare. Quod ergo Dominus dat, audite
per nos, & in illo exultate nobiscum in sermone eius,
& in veritate & in charitate eius. Psalmũ enim suscepi-
mus, de quo loquendũ est vobis, cõgruũ desiderio ve-
stro: cœpit enĩ ipse Psalmus à sancto quodã desiderio, B
& ait qui sic cãtat, Quẽadmodum desiderat ceruus ad
fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
Quis ergo est qui sic cantat? Si volumus, nos sumus. Et
quid quæras extra quisnam sit, cùm in tua potestate sit
esse quod quæris? Tamen nõ vnus homo est, sed vnum
Colos. 1. d. corpus est: corpus autẽ Christi Ecclesia est. Nec in om-
nibus qui intrãt Ecclesiam, inuenitur tale desiderium:
sed tamen quicunq; suauitatẽ Domini gustauerunt, &
quod eis sapit agnoscũt in cãtico, nõ putẽt se solos esse:
sed talia semina sparsa credant in agro Dominico, toto
orbe terrarum, & cuiusdã vnitatis Christianæ esse vo-
cẽ hãc, Quẽadmodũ desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum, sic desiderat anima mea ad te Deus. Et quidẽ non
malè intelligitur vox esse corũ, qui cùm sint catechu-
meni, ad gratiã sanctã lauacri festinant. Vnde & solẽni-
ter cantatur hic Psalmus, vt ita desiderẽt fontẽ remis-
sionis peccatorum, quẽadmodum desiderat ceruus ad C
fontes aquarum. Sit hoc, habeãtque locum intellectus
iste in Ecclesia & veracẽ & solennẽ. Veruntamen fra-
tres, videtur mihi etiã in baptismate fidelibus nondum
esse satiatum tale desiderium: sed fortassis si norunt vbi
peregrinentur, & quò eis transeundum sit, etiã arden-
tius inflãmantur. Denique titulus eius est, In finem in-
Num. 26. b tellectus filiis Chore, Psalmus.) Filios Chore inuenimus
& in aliis Psalmorũ titulis, & iã tractasse nos me-
minimus, & locutos esse quid sibi hoc nomen velit: ita
tamẽ nunc cõmemorandus est iste titulus, vt nõ nobis
quasi præiudicet q; iam diximus, vt deinceps nõ dica-
mus: nõ enim vbicunque diximus, oẽs affuerũt. Chore
aliquis homo fuerit sicut fuit, habuerítq; filios qui ap-
pellarentur filij Chore: nos tamẽ arcanum sacramenti
ſcrutemur, vt nomẽ hoc in mysterio quod grauidũ est
pariat. Magni enim sacramẽti res est, vt Christiani ap- D
pellentur filij Chore. Vnde filij Chore? filij sponsi, filij
Christi. Dicti sunt enim Christiani, filij spõsi. Quare er-
go Chore Christus? Quia Chore interpretatur Caluaria.
Multo remotius est hoc. Quærebam quare Chore
Christus: intẽtius quæro, quare Christus ad Caluariã
Matt. 27. d. pertinere videatur. Nõne iã occurrit in loco Caluariæ
crucifixus? Occurrit omnino. Ergo filij sponsi, filij pas-
sionis illius, filij redẽpti sanguine illi⁹, filij crucis illius,
portãtes in frõte quod inimici in loco Caluariæ fixe-
runt, appellantur filij Chore: illis cãtatur iste Psalmus.
Intellectu itaque excitemur: & si nobis cãtatur, intelli-
gamus. Quid intellecturi sumus? In quẽ intellectũ Psal-
Rom. 1. c. mus iste cãtatur? Audeo dicere: Inuisibilia enim eius à
creatura mũdi per ea quę facta sunt intellecta cõspiciũ-
tur. Eia fratres, auiditatẽ meam capite, desiderium hoc

mecum communicate: simul amemus, simul in hac siti
exardescamus, simul ad fontẽ intelligendi curramus.
Desideremus ergo velut ceruus fontem, excepto illo
fonte quẽ propter remissionẽ peccatorum desiderant
baptizandi: & iã baptizati desideremus illum fontẽ, de
quo Scriptura alia dicit: Quoniã apud te est fons vitæ.
Ipse enim fons & lumen est, quoniã in lumine tuo vide- Psal. 35.
bimus lumen. Si & fons est, & lumen est, meritò & in-
tellectus est, quia & satiat animã auidã sciendi: & om-
nis qui intelligit, luce quadam nõ corporali, nõ carna-
li, non exteriore, sed interiore illustratur. Est ergo fra-
tres quædã lux intus, quã non habẽt qui nõ intelligũt.
Vnde iã eos qui desiderant hũc fontẽ vitæ, & inde ali-
quid carpunt, alloquitur Apostolus obsecrãs, & dicit:
Vt iã non ambuletis sicut & gentes ambulãt in vanitate Eph. 4. d.
mentis suę: obscurati intelligẽtia, alienati à vita Dei per
ignorantiã, quæ est in illis propter cæcitatẽ cordis ip-
sorũ. Si ergo illi obscurati sunt intelligentia, id est, quia
non intelligunt, obscurantur: ergo qui intelligunt illu-
minantur. Curre ad fontes, desidera aquarum fontes.
Apud Deũ est fons vitæ & insiccabilis fõs: in illius luce Psal. 35.
lumen in obscurabile. Lumen hoc desidera, quendam
fontẽ, quoddam lumen quale nõ norunt oculi tui: cui
lumini videndo oculus interior præparatur, cui fonti
hauriendo sitis interior inardescit. Curre ad fontẽ, de-
sidera fõtem: sed noli vtcunque. Noli vt qualecunque
animal currere: vt ceruus curre. Quid est, vt ceruus? Nõ
sit tarditas in currẽdo, impigrè curre, impigrè desidé-
ra fontẽ. Inuenimus enim insigne velocitatis in ceruo.
Sed fortè nõ hoc Scriptura solùm nos in ceruo consi-
derare voluit, sed & aliud audi. Quid aliud est in ceruo?
Serpẽtes necat, & post serpentiũ intereinptionem ma-
iori siti inardescit: perẽptis serpẽtibus ad fontes acrius
currit. Serpẽtes vitia tua sunt: cõsume serpẽtes iniqui-
tatis, tunc amplius desiderabis fontẽ veritatis. Auari-
tia fortè in te tenebrosum aliquid sibilat, & sibilat ad-
uersus verbum Dei, sibilat aduersus præceptũ Dei. Et
quia tibi dicitur, contẽne aliquid ne facias iniquitatẽ:
si mauis facere iniquitatẽ quàm aliquod commodum
tẽporale contemnere, morderi magis eligis à serpẽte,
quàm perimere serpentẽ. Cùm ergo adhuc faueas vi-
tio tuo, cupiditati tuæ, auaritiæ tuæ, serpenti tuo, quã-
do in te inuenio tale desideriũ, quo curras ad fontem
aquarũ? Quando cõcupiscis fontẽ sapientiæ, cùm ad-
huc labores in veneno malitiæ: interfice in te quicquid
contrariũ est veritati: & cùm te videris tanquã vacare
à cupiditatibus peruersis, noli remanere quasi non sit
quod desideres. Est enim aliquid quò te tollas: si iam
egisti in te, vt nõ sit impeditor cõtra te. Dicturus enim
es fortè iam mihi, si ceruus es. Deus nouit, non me iam
auarũ, non me iã cuiusquam rem cõcupiscere, nõ adul-
terij cupiditate flagrare, nõ cuiusquam odio inuidiáq;
tabescere, & cætera huiusmodi: dicturus es, nõ habeo
hæc, & quæris fortè vnde delecteris, desidera vnde de-
lecteris. Desidera ad fõtes aquarum: habet Deus vnde
te reficiat, & impleat venientem ad se & sitientem post
interemptionẽ serpentium tãquam velocem ceruum.
Est aliud quod animaduertas in ceruo. Traduntur cerui,
& à quibusdam etiã visi sunt (non enim de illis tale
aliquid scriberetur, nisi antea videretur) dicuntur ergo
cerui vel quãdo in agmine suo ambulãt, vel quãdo na-
tando alias terrarũ partes petunt, onera capitum suorũ
super se inuicẽ ponere, ita vt vnus præcedat, & sequan-
tur qui supra eum capita ponãt, & supra illos alij cõse-
quentes, & deinde alij, donec agmen finiatur. Ille autẽ
vnus qui pondus capitis in primatu portabat, fatigatus
redit ad posteriora: vt ali⁹ ei succedat, qui portet quod
ille portabat, atque ille fatigationẽ suam recreet posito

capite, ſicut & cæteri ponebant. Ita viciſſim portando
quod graue eſt, & viã peragunt, & inuicem ſe non de-
Galat. 6. a. ſerunt. Nónne quoſdã ceruos alloquitur Apoſtolus di-
cens: Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis
legẽ Chriſti? Talis ergo ceruus in fide cõſtitutus, non-
dũ videns quod credit, cupiens intelligere quod dili-
git, patitur cõtrarios ceruos, non ſolùm obſcuratos in-
telligẽtia, in tenebris interioribus cõſtitutos, vitiorum
cupiditate cæcatos: inſuper inſultantes & dicentes ho-
mini credẽti, & quod credit nõ oſtendẽti: Vbi eſt Deus
tuus? Quid ergo iſte ceruus fecerit cõtra hęc verba, au-
diamus: vt & ipſi, ſi poſſumus, faciamus. Primò expreſ-
ſit ſitim ſuam: Quẽadmodũ, inquit, ceruus deſiderat ad
fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.
Quid ſi ceruus ad fontes aquarũ lauandi cauſa deſide-
rat? Vtrũ ergo bibẽdi an lauandi cauſa, neſcimus: audi
quid ſequitur, & noli quærere. Sitiuit anima mea ad
Deũ viuũ.) Quod dico, quẽadmodum ceruus deſide- B
rat ad fõtes aquarũ, ita deſiderat anima mea ad te Deũ:
hoc dico, ſitiuit anima mea ad Deum viuum. Quid ſiti-
uit? Quando veniã & apparebo ante faciem Dei.) Hoc
eſt quod ſitio, venire & apparere. Sitio in peregrinatio-
ne, ſitio in curſu: ſatiabor in aduẽtu. Sed quando veniã?
Et quod citius eſt Deo, tardum eſt deſiderio. Quando
veniã & apparebo ante faciẽ Dei? Ex illo deſiderio eſt
Pſal. 26. & hoc, ex quo clamatur alibi: Vnam petij à Domino,
hanc requirã, vt inhabitẽ in domo Domini per omnes
dies vitæ meæ. Quare hoc? Vt contẽpler, inquit, dele-
ctationẽ Domini. Quando veniã & apparebo ante fa-
ciem Domini? Interim dum meditor, dũ curro, dum in
via ſum, antequã veniam, antequã appaream. Fuerunt
mihi lachrymæ meę panis die ac nocte, cũ dicitur mihi
per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus.) Fuerunt mihi, in-
quit, lachrymæ meæ, non amaritudo, ſed panis ſuauis
erant ipſæ lachrymæ, ſitiẽti mihi illũ fontẽ: quem quia C
bibere nondũ poteram auidiùs meas lachrymas man-
ducabam. Non enim dixit, Factæ ſunt mihi lachrymæ
meæ potus, ne ipſas deſideraſſe videretur ſicut fontes
aquarum: ſed ſeruata illa ſiti qua rapior, ſeruata illa ſiti
qua inardeſco ad fõtes aquarum, panis mihi factæ ſunt
lachrymæ meæ, dum differor: & vtique manducando
lachrymas ſuas, ſine dubio plus ſitit ad fõtes. Die quip-
pe ac nocte factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panis. Ci-
bum iſtũ qui panis dicitur, die comedunt homines, no-
cte dormiũt: panis autẽ lachrymarum & die & nocte
comeditur: ſiue totũ tẽpus accipias diem & noctẽ: ſiue
diem intelligas pro huius ſeculi proſperitate, noctẽ ve-
rò pro huius ſeculi aduerſitate. Siue, inquit, in proſpe-
ris rebus ſeculi, ſiue in aduerſis rebus ſeculi: ego deſide
rij mei lachrymas fundo, ego deſiderij mei auiditatem
nõ deſero. Et cùm in mũdo bene eſt, mihi malè eſt ante-
quã apparebo ante faciẽ Dei. Quid ergo dicis? quaſi
gratulari me cogis, ſi aliqua huius ſeculi proſperitas ar-
riſerit? nónne deceptoria eſt? nõne fluxa, caduca, mor-
talis? nónne tẽporalis, volatica, trãſitoria? Nónne plus
habet deceptionis quàm delectationis & dilectionis?
Cur ergo nõ & in ipſa fiant lachrymę meę panis? Siqui-
dẽ & cùm felicitas ſeculi circumfulget, quãdiu ſumus
2. Cor. 5. a. in corpore, peregrinamur à Domino, & dicitur mihi
quotidie, vbi eſt Deus tuus? Quia paganus ſi hoc mihi
dixerit, nónne illi & ego poſſum dicere, vbi eſt Deus
tuus? Deũ quippe ſuum digito oſtendit. Intendit enim
digitũ ad aliquem lapidẽ, & dicit: Ecce eſt Deus meus:
vbi eſt Deus tuus? Cùm lapidẽ irriſero, & erubuerit qui
demõſtrauit, tollit oculum à lapide, ſuſpicit cælum, &
fortè in ſolẽ digitum intendẽs, iterũ dicit: Ecce Deus
meus, vbi eſt Deus tuus? Inuenit ille quod oſtenderet
oculis carnis: ego autẽ non quaſi nõ habeã quem oſtẽ-

dã, ſed nõ habet ille oculos quibus oſtẽdã. Potuit enim
ille oculis corporis mei oſtẽdere Deum ſuũ ſolẽ, qui- A
bus ego oculis oſtendã ſolis creatorẽ? Veruntamẽ au-
diẽdo quotidie, vbi eſt Deus tuus, & in lachrymis meis
quotidianis paſtus, die ac nocte meditatus ſũ quod au-
diui, vbi eſt Deus tuus. Quæſiui etiã ego ipſe Deũ meũ,
vt ſi poſſem, nõ tantũ crederẽ, ſed aliquid & viderem.
Video enĩ quæ fecerit Deus meus, nõ autem video ip-
ſum Deũ meũ qui fecit hæc. Sed quoniam ſicut ceruus Pſal. 35.
deſidero ad fõtes aquarũ, & eſt apud eũ fõs vitę, & in- Rom. 1. c.
tellectus ſcriptus eſt Pſalmus filiis Chore, & ſuiſibilia al. intellẽtu.
Dei per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur: quid
agã vt inueniã Deum meũ? Cõſiderabo terrã, facta eſt
terra. Eſt magna pulchritudo terrarũ, ſed habet artificẽ.
Magna miracula ſunt ſeminum atque gignẽtiũ, ſed ha-
bẽt iſta omnia creatorẽ. Oſtendo magnitudinẽ circũ-
fuſi maris, ſtupeo, miror, artificẽ quæro, cęlum ſuſpicio
& pulchritudinem ſiderum, admiror ſplẽdorem ſolis B
exercitio diei ſufficientem, lunam nocturnas tenebras
conſolantẽ. Mira ſunt hæc, laudanda ſunt hæc, vel etiã
ſtupẽda ſunt hæc: neque enim terrena, ſed etiam cæle-
ſtia ſunt hæc. Nõdum ibi ſtat ſitis mea. Hæc miror, hęc
laudo: ſed eũ qui fecit hæc, ſitio. Redeo ad meipſum, &
quis ſim etiã ipſe qui talia quæro, perſcrutor: inuenio
me habere corpus & animã: vnum quod regam, aliud
quo regar; corpus ſeruire, animam imperare. Diſcerno
animã melius eſſe aliquid quàm corpus, ipſũmque in-
quiſitionẽ talium rerũ nõ corpus, ſed animã video: &
tamẽ hæc oĩa quæ colluſtraui, per corpus ea me collu-
ſtraſſe cognoſco. Terrã laudabã, oculis cognoueram:
mare laudabã, oculis cognouerã: cælũ, ſidera, ſolẽ lu-
námq; laudabã, oculis cognouerã. Oculi mẽbra carnis
ſunt, feneſtræ ſunt mẽtis. Interior eſt qui per has videt,
quãdo cogitatione aliqua abſẽs eſt, fruſtra patẽt. Deus
meus qui fecit hæc quæ oculis video, nõ iſtis oculis eſt C
inquirendus. Aliquid etiã per ſeipſum animus ipſe cõ-
ſpicit, vtrum ſit aliquid quod non per oculos ſentiat,
quaſi colores & lucem: non per aures, quaſi cantum &
ſonum: non per nares, quaſi odorum ſuauitatem: non
per palatum & linguam, quaſi ſaporem: nõ per totum
corpus, quaſi duritiam & mollitiam, rigorem atq; fer-
uorem, aſperitatẽ lenitatẽmque: ſed pertractem, vtrũ
ſit aliquid intus quod videam. Quid eſt intus? Videa-
mus quòd neque color ſit, neq; ſonus, neque odor, ne-
que ſapor, neque calor, aut frigus, aut duritia, aut mol-
litudo. Dicatur ergo mihi, quem colorem habeat ſa-
pientia. Cùm cogitamus iuſtitiã, qua eius intus in ipſa
cogitatione pulchritudine fruimur, quid tanquam ſo-
nus ad aures? quid tanquam vaporeũ ſurgit ad nares?
quid ori infertur? quid manu tractatur & delectat? Et
intus eſt, & pulchra eſt, & laudatur, & videtur: & ſi
in tenebris ſunt oculi iſti, animus illius luce perfrui-
tur. Quid eſt illud quod Tobias videbat, quando vi- D Tobiæ. 4. a
denti filio cæcus cõſilium vitæ dabat? Eſt ergo aliquid
quod animus ipſe corporis dominator, rector, habita-
tor videt: quod non per oculos corporis ſentit, nõ per
aures, non per nares, non per palatum, nõ per corporis
tactum, ſed per ſeipſum. Et vtique melius quod per
ſeipſum, quàm quod per ſeruũ ſuum. Eſt prorſus, ſeip-
ſum enim per ſeipſum videt, & animus ipſe vt norit ſe,
videt ſe. Nec vtique vt videat ſe, corporaliũ oculorum
quærit auxilium: imò verò ab omnibus corporis ſenſi-
bus, tanquam impedientibus & perſtrepentibus abſ-
trahit ſe à ſe, vt videat ſe in ſe, vt nouerit ſe apud ſe.
Sed nunquid aliquid tale Deus ipſius eſt, qualis eſt ani-
mus? Non quidem videri Deus niſi animo poteſt, nec
tamẽ ita vt animus videri poteſt. Aliquid enim quærit
animus iſte quod Deus eſt: de quo illi non inſultent

qui

qui dicũt, vbi eſt Deus tuus. Aliquã quærit incõmuta-
bilem veritatẽ, ſine defectu ſubſtantiam. Non eſt talis A
ipſe animus, deficit, proficit; nouit, ignorat; meminit,
obliuiſcitur; modò, illud vult, modò nõ vult. Iſta mu-
tabilitas nõ cadit in Deũ. Si dixero mutabilis eſt Deũ,
inſultabunt mihi qui dicunt: vbi eſt Deus tuus. Quærẽs
ergo Deũ meũ in rebus viſibilibus & corporalibus, &
nõ inueniens; quærens eius ſubſtantiã in meipſo, quaſi
aliquid ſit qualis ego ſum, neque hoc inueniẽs, aliquid
ſuper animã eſſe ſentio Deũ meũ. Ergo, vt eum animi
intellectu tangerẽ, Hæc meditatus ſum, & effudi ſuper
me animã meã.) Quando anima mea cõtingeret quod
ſuper animam meã quæritur, niſi anima mea ſuper ſe-
ipſam effunderetur? Si enim in ſeipſa remaneret, nihil
aliud quàm ſe videret. Et cùm ſe videret, nõ vtiq. Deũ
Pſal. 41. ſuum videret. Dicãt iam inſultatores mei, vbi eſt Deus
tuus: dicãt, ego quamdiu nõ video, quamdiu differor,
manducabo die ac nocte lachrymas meas. Dicũt illi
adhuc: Vbi eſt Deus tuus? Quæro ergo Deum meũ in
omni corpore, ſiue terreſtri, ſiue cæleſti: & non inue- B
nio. Quæro ſubſtãtiã eius in anima mea, & nõ inuenio.
Meditatus ſum tamẽ inquiſitionem Dei mei, & per ea
Rom. 1. c. quæ facta ſunt inuiſibilia Dei mei, cupiens intellecta
conſpicere, effudi ſuper me animam meam, & iam nõ
reſtat quẽ tangã niſi Deũ meum. Ibi enim domus Dei
mei ſuper animam meã habitat, inde me proſpicit, in-
de me creauit, inde me gubernat, inde mihi conſulit,
inde me excitat, inde me vocat, inde me dirigit, inde
me ducit, inde me perducit. Ille enim qui habet altiſſi-
mam in ſecreto domũ, habet etiã in terra tabernacu-
lum. Tabernaculum eius in terra, Eccleſia eſt adhuc
peregrina. Sed hic quærendus eſt, quia in tabernaculo
eius inuenitur via qua peruenitur ad domum. Etenim
cùm effunderem ſuper me animam meã, ad attingen-
dum Deum meum, quare hoc feci? Quoniã ingrediar
in locũ tabernaculi.) Nam extra locũ tabernaculi erra-
bo quærens Deum meũ. Quoniam ingrediar locũ ta-
bernaculi. Admirabilis vſque ad domum Dei.) In lo- C
cũ tabernaculi ingrediar, admirabilis tabernaculi vſ-
que ad domũ Dei. Iam enim multa admiror in taber-
naculo. Ecce quãta admiror in tabernaculo. Taberna-
culũ enim Dei in terra, homines ſunt fideles. Admiror
in eis ipſorũ membrorum obſequiũ; quia non in eis re-
gnat peccatum ad obediendũ deſideriis eius, nec exhi-
bent mẽbra ſua arma iniquitatis peccato, ſed exhibẽt
Rom. 6. c. Deo viuo in bonis operibus: animæ ſeruiẽti Deo, mẽ-
bra corporalia militare admiror. Reſpicio & ipſam ani
mã obedientẽ Deo, diſtribuentem opera actus ſui, fre-
nãtem cupiditates, pellentẽ ignorantiam, extendentẽ
ſe ad omnia aſpera & dura toleranda, iuſtitiam & cha-
ritatem impendentem cæteris. Miror & iſtas virtutes
in anima, ſed adhuc in loco tabernaculi ambulo. Tran-
ſeo & hæc. Et quãuis admirabile ſit tabernaculum, ſtu-
peo cùm peruenio vſque ad domũ Dei. De qua domo
dicitur in alio Pſalmo, cùm prope fuiſſet ſibi quandam D
duram & difficilẽ quæſtionẽ, quare in hac terra plerũ-
Pſal. 72. que bene eſt malis, & malè eſt bonis, ait: Suſcepi co-
gnoſcere, hoc labor eſt ante me, donec introẽam in
ſanctuariũ Dei, & intelligam in nouiſſima. Ibi eſt enim
fons intellectus in ſanctuario Dei, in domo Dei. Ibi in-
tellexit iſte in nouiſſima, & ſoluit quæſtionem de feli-
citate iniquorũ, & labore iuſtorum. Quomodo ſoluit?
Quia mali cùm hic differuntur, ad pœnas ſine fine re-
ferũtur: & boni cùm hic laborant, exercentur vt in fi-
ne hæreditatẽ conſequantur. Et hoc ille in ſanctuario
Dei cognouit, in nouiſſima intellexit: aſcẽdens taber-
naculũ peruenit ad domũ Dei. Tamẽ dũ miratur mẽ-
bra tabernaculi, ita perductus eſt ad domum Dei: per-

cepit quandã dulcedinẽ, ſequẽdo interiorẽ neſcio quã
& occultã voluptatẽ, tanquam de domo Dei ſonaret A
ſuauiter aliquod organũ. Et cùm ille ambularet in ta-
bernaculo, audito quodam interiore ſono, ductus dul-
cedine, ſequens quod ſonabat abſtrahens ſe ab omni
ſtrepitu carnis & ſanguinis, peruenit vſque ad domum
Dei. Nam viam ſuam & ductũ ſuum ſic ipſe cõmemo-
rat; quaſi diceremus ei, Miraris tabernaculum in hac
terra; quomodo perueniſti ad ſecretum domus Dei? In
voce, inquit, exultationis, & cõfeſſionis, ſoni feſtiuita-
tẽ celebrantis.) Feſta cùm hic homines celebrant ſuæ
quoq; luxuriæ, cõſuetudinem habent conſtituere or-
gana ante domos ſuas, aut ponere ſymphoniã, vel quę-
cunque muſica ad luxuriã ſeruiẽtia & illicientia. Et vbi
audita fuerint hæc, quid dicimus qui tranſimus? Quid
hic agitur? Et reſpondetur nobis, aliqua eſſe feſta. Na-
talitia, inquit, celebrant, nuptiæ hic ſunt: vt nõ videan-
tur inepta illa cãtica, ſed excuſetur feſtiuitate luxuria.
In domo Dei feſtiuitas ſempiterna eſt. Non enim ali-
quid ibi celebratur & tranſit. Feſtũ ſempiternũ; cho-
rus angelorũ: vultus præſens Dei, lætitia ſine defectu.
Dies hic feſtus ita eſt, vt nec aperiatur initio, nec fine
claudatur. De illa æterna & perpetua feſtiuitate ſonat
neſcio quid canorũ & dulce auribus cordis: ſed ſi non
perſtrepat mundus. Ambulãti in hoc tabernaculo ad-
mirabili Dei, & miracula Dei in redẽptionem fideliũ
cõſiderãti, mulcet aurẽ ſonus feſtiuitatis illius, & rapit
ceruũ ad fõtes aquarũ. Sed quia, fratres, quãdiu ſumus Pſalm. 41.
in corpore hoc, peregrinamur à Dño, & corpus quod 2. Cor. 5. a.
corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inha- Sap. 9. c.
bitatio ſenſum multa cogitantẽ: & ſi vtcunque nebulis
diffugatis ambulãdo per deſideriũ ad hunc ſonũ per-
uenerimus interdũ, vt aliquid de illa domo Dei niten-
do capiamus; onere tamẽ quodã infirmitatis noſtrę ad
cõſueta recidimus, & ad ſolita iſta dilabimur. Et quo-
modo ibi inueneramus vnde gauderemus, ſic hic non
deerit quod gemamus. Etenim ceruus iſte manducans
die ac nocte lachrymas ſuas, raptus deſiderio ad fõtes
aquarũ, interiorẽ ſcilicet dulcedinẽ Dei, effundẽs ſuper
ſe animã ſuã, vt tãgeret q̃ eſt ſuper animã ſuã, ambulãs
in locũ tabernaculi admirabilis vſq. ad domũ Dei, &
ductus interioris & intelligibilis ſoni iocunditate, vt
oĩa exteriora contẽneret, & in interiora raperetur: ad-
huc tamẽ homo eſt, adhuc hic gemit, adhuc carnẽ fra-
gilẽ portat, adhuc inter ſcãdala huius mundi periclita-
tur. Reſpexit ergo ad ſe tanquã inde veniens, & ait ſibi
cõſtituto inter has triſtitias, & cõparãs hęc illis ad quę
vidẽda ingreſſus eſt, & poſt quę viſa egreſſus eſt, Quare
inquit, triſtis es anima mea, & quare cõturbas me?) Ec-
ceiã quadã interiore dulcedine lætati ſumus, ecce acie
mẽtis aliquid incõmutabile, etſi perſtrictim & raptim, Pſalm. 41.
perſpicere potuimus. Quare adhuc cõturbas me, qua-
re adhuc triſtis es? Nõ enim dubitas de Deo tuo. Nun-
quid eũ nõ eſt quod tibi dicas contra illos qui dicunt,
vbi eſt Deus tuus? Iã aliquid incommutabile perſenſi, D
quare adhuc conturbas me? Spera in Dñm.) Et quaſi
reſpõderet illi anima eius in ſilẽtio, Quare cõturbo te,
niſi quia nõdum ſum ibi, vbi eſt dulce illud, quò ſic ra-
pta ſum quaſi per trãſitum? Nunquid iã bibo de fonte
illo, nihil metuẽs? Iã nullum ſcandalum pertimeſco? Iã
de cupiditatibus omnibus tanquã edomitis victiſque
ſecura ſum? Nónne aduerſus me diabolus vigilat ho-
ſtis meus? Nónne laqueos mihi quotidie deceptionis
intendit? Non vis vt conturbem te poſita in ſeculo, &
peregrina adhuc à domo Dei mei? Sed ſpera in Do-
mínum, reſpondet conturbanti ſe animæ ſuæ, & quaſi
rationem reddenti perturbationis ſuæ, propter mala
quibus abundat hic mundus. Interim habita in ſpe.

Spes enim quæ videtur, non est spes. Si autē quod non
Rom.8.c. videmus speramus, per patientiam expectamus, spera A
in Dñm. Quare spera? Quoniā confitebor illi.) Quid
ei cōfiteberis? Salutare vultus mei Deus meus.) A me
mihi salus esse non potest, hoc dicam, hoc confitebor,
Rom. 8. d. salutare vultus mei Deus meus. Etenim vt metuat in
his quæ vtcunque intellecta cognoscit, respexit iterū
sollicitus ne obrepat inimicus: nondū dicit, saluus sum
ex omni parte. Etenim primitias habentes spiritus, in
nobismetipsis ingemiscimus, adoptionē expectantes
redēptionem corporis nostri. Illa perfecta in nobis sa-
lute, erimus in domo Dei viuentes sine fine, & sine fine
laudātes eum cui dictum est: Beati qui habitant in do-
Psal.83. mo tua, in secula seculorū laudabunt te. Hoc nondum
est, quia nondum est salus quæ promittitur: sed confi-
teor Deo meo in spe, & dico illi, salus vultus mei Deus
Rom. 8.c. meus. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ vi-
detur, nō est spes. Perseuera ergo vt peruenias, perse-
uera donec veniat salus. Audi ipsum Deum tuū de in-
B terior tibi loquentē: Sustine Dominū, viriliter age, &
Psalm.26. confortetur cor tuū, & sustine Dñm: quoniā qui per-
Math. 10.c. & 24. b. seuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Quare ergo tri-
stis es anima mea, & quare cōturbas me? Spera in Do-
minū, quoniā cōfitebor illi. Hæc est confessio mea, sa-
lutare vultus mei Deus meus. Ad meipsum anima mea
turbata est.) Nūquid ad Deū turbatur? Ad me turbata
est. Ad incōmutabile reficiebatur, ad mutabile pertur-
babatur: noui quia iustitia Dei mei manet, vtrum mea
maneat, nescio. Terret enim me Apostolus, dicēs: Qui
1.Cor.10.c. se putat stare, videat ne cadat. Ergo quia non est in me
firmitas mihi, nec est mihi spes in me, ad meipsum tur-
Psalm.24. bata est anima mea. Vis nō cōturbetur? non remaneas
in teipso, & dic: Ad te Dñe leuaui animam meā. Hoc
planius audi. Noli sperare de te, sed de Deo tuo. Nam
si speras de te, anima tua cōturbatur ad te, quia nondū
inuenit vnde sit secura de te. Ergo quoniam ad me cō-
turbata est anima mea: quid restat nisi humilitas, vt de
se ipsa anima nō præsumat? Quid restat nisi vt omnino
minimā se faciat, nisi vt se humili et vt exaltari mere-
atur? Nihil sibi tribuat, vt ei ab illo quod vtile est tribua-
tur. Ergo quia ad me turbata est anima mea, & hanc
perturbationem facit superbia. Propterea memoratus
sum tui Dñe, de terra Iordanis & Hermoniim à mōte
paruo.) Vnde memoratus sum tui? A mōte paruo, &
de terra Iordanis. Fortè de baptismo, vbi est remissio
peccatorū. Etenim nemo currit ad remissionē pecca-
torum, nisi qui displicet sibi. Nemo currit ad remissio-
Luc. 14.c. & 18. b. nē peccatorū, nisi qui se confitetur peccatorē: nemo
se cōfitetur peccatorē, nisi humiliando seipsum Deo.
Ergo de terra Iordanis memoratus sum tui, & de mō-
te paruo: non de mōte magno, vt de monte paruo tu
facias magnū: quoniā qui se exaltat, humiliabitur; &
qui se humiliat, exaltabitur. Si autem & interpretatio-
nes nominum quæras, Iordanis est descēsio eorū. Des-
cende ergo vt eleueris, noli extolli, ne elidaris. Et de
Hermoniim mōte paruo. Hermoniim anathematiza-
tio interpretatur. Anathematiza teipsum, displicendo
tibi: displicebis enim Deo, si placueris tibi. Ergo quia
nobis Deus omnia bona præstat, quia ipse bonus est,
nō quia nos digni sumus: quia ille misericors est, non
quia in aliquo promeruimus: de terra Iordanis & Her-
moniim cōmemoratus sum Dei. Et quia qui humiliter
cōmemoratur, exaltatus perfrui merebitur, quia nō in
se exaltatur qui in Dño gloriatur. Abyssus abyssum
inuocat in voce cataractarū tuarū.) Peragere Psalmū
possum fortasse, adiutus studio vestro, cuius feruorem
1. Cor. 1.d. video. De labore autem vestro nō satis curo vt audia-
tis, quando & me qui loquor, ita in his laboribus su-
dare cernatis. Aspiciētes me laborantē, profectò col-
laboratis: non enim mihi laboro, sed vobis. Ergo audi-
te, quoniā vellle vos video. Abyssus abyssum inuocat
in voce cataractarū tuarū. Deo dixit ille qui eius com-
memoratus est de terra Iordanis & Hermoniim. Et
admirādo dixit, Abyssus abyssum inuocat in voce ca-
taractarū tuarū. Quæ abyssus, quā abyssus inuocat? Ve-
rè quia iste intellectus abyssus est. Abyssus enim est pro-
funditas quædā impenetrabilis, incōprehensibilis: &
maximè solet dici in aquarū multitudine. Ibi enim altitu-
do, ibi profunditas, quæ penetrari vsq. ad fundū non
potest. Deniq. quodā loco dictū est: Iudicia tua abys- Psal. 35.
sus multa: hoc volēs Scriptura cōmēdare, quia iudicia
Dei nō cōprehenduntur. Quæ ergo abyssus quā inuo-
cat abyssum? Si profūditas est abyssus, putamus nō cor
hominis abyssus est? Quid enim est profūdius hac abysso?
Loqui homines possunt, videri possunt per operatio-
nē mēbrorum, audiri in sermone: sed cuius cogitatio
B penetratur, cuius cor inspicitur? Quid intus gerat, quid
intus possit, quid intus agat, quid intus disponat, quid
intus velit, quid intus nolit, quis cōprehēdet? Puto nō Psal.63.
absurdè intelligi abyssum hominē, de quo alibi dictū
est: Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus. Si
ergo homo abyssus est, quomodo abyssus inuocat a-
byssum? Homo inuocat hominē? inuocat quasi quo-
modo Deus inuocatur? Nō. Sed inuocat, dicitur ad se
vocat. Nā dictū est de quodā: Mortē inuocat: id est, sic
viuit, vt mortē ad se vocet. Nā nemo hominū est qui
orationē faciat & inuocet mortē, sed malè viuēdo ho-
mines mortē inuocāt. Abyssus abyssū inuocat, homo
hominē. Sic discitur sapiētia, sic discitur fides: cū abys-
sus abyssum inuocat. Abyssum inuocant sancti prædi-
catores verbi Dei. Nūquid & ipsi nō abyssus? Vt noue- 1. Cor. 4.
ris, quia abyssus & ipsi, Apostolus ait: Minimum est vt
à vobis diiudicer, aut ab humano die. Quāta autē abys-
sus sit, audite amplius. Neq; enim ego meipsū diiudico.
C Tantā ne profunditatē creditis esse in homine, q̄ lateat
ipsum hominē in quo est? Quāta profunditas infirmita-
tis latebat in Petro, quādo quid in se ageretur intus ne-
sciebat, & se moriturū cū Dño vel pro Domino temerè
promittebat. Quanta abyssus erat? Quæ tamen abyssus
nuda erat oculis Dei. Nā hoc illi Christus prænuncia-
bat, q̄ in se ipse ignorabat. Ergo omnis homo licet san-
ctus, licet iustus, licet in multis proficiēs, abyssus est, &
abyssum inuocat: quando homini aliquid fidei, aliquid
veritatis propter vitam æternā prædicat, sed tūc est vti
lis abyssus abysso inuocāte, quando fit in voce catara-
ctarū tuarū. Abyssus abyssum inuocat, homo hominē
lucratur, nō tamen in voce sua, sed in voce cataractarū
tuarū. Aliū accipite intellectū. Abyssus abyssum inuo-
cat, in voce cataractarū tuarū. Ego qui contremisco,
cū ad me pturbata est anima mea, à iudiciis tuis timui
vehemēter: iudicia enim tua abyssus multa, & abyssus Psal.35.
D abyssum inuocat. Nā sub hac carne mortali, laboriosa,
peccatrice, molestiis & scandalis plena, concupiscētiis
obnoxia, damnatio quædā est de iudicio tuo: quia tu
dixisti peccatori: Morte morieris: &, In sudore vultus Genes.2.d.
tui edes panem tuum. Hæc abyssus prima iudicij tui. & 3.c.
Sed si malè hic vixerint homines, abyssus abyssū inuo
cat, quia de pœna in pœnam transeunt, & de tenebris
ad tenebras, & de profunditate ad profunditatem, &
de supplicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in
flammas gehēnarum. Ergo hoc timuit fortassis homo
iste, cùm ait: Ad meipsum anima mea turbata est: pro-
pterea memoratus sum tui Domine de terra Iordanis
& Hermoniim. Humilis esse debeo. Exhorrui enim
iudicia tua, vehementer timui iudicia tua: ideo ad me
anima mea turbata est. Et quæ iudicia tua timui?

Par-

Paruāne iudicia sunt tua ista? Magna sunt, dura sunt,
molesta sunt, sed vtinā sola essent. Abyssus abyssum in-
uocat in voce cataractarū tuarū: quia tu minaris, tu di- A
Psal. 138. cis & post illos labores restare alterā damnationē: in
voce cataractarū tuarū, abyssus abyssum inuocat. Quò
ergo abibo à facie tua, & à spiritu tuo quò fugiam: si
abyssus abyssum inuocat, si post istos labores timētur
grauiores? Oēs suspēsiones tuæ & fluctus tui super me
ingressi sunt.) Fluctus in his quæ sentio, suspensuræ in
his quæ minaris. Omnis perpessio mea, fluctus est tuus:
omnis cōminatio tua, suspēsura tua est. In fluctib. in-
uocat abyssus ista, in suspensuris inuocat alterā abyssū.
In eo quod laboro, oēs fluctus tui: in eo quod minaris
grauiùs oēs suspensiones tuæ super me ingressæ sunt.
Qui enim minatur, nō premit, sed suspēdit. Sed quia li-
beras, hoc dixi animæ meæ: Spera in Dñm, quoniam
confitebor illi, salutare vultus mei Deus meus. Quia
magis crebra sunt mala, dulcior erit misericordia tua.
Ideo sequitur, In die mādauit Dñs misericordiā suā, &
B nocte declarauit.) Nulli vacat audire in tribulatione.
Attēdite cùm vobis bene est. Audite eùm vobis bene
est. Discite cùm tranquilli estis, sapientiæ disciplinam,
& verbum Dei vt cibū colligite. Quādo enim quisq; in
tribulatione est, prodesse illi debet, quod securus au-
diuit. Etenim in rebus prosperis mādat tibi Deus mi-
sericordiā suā, si ei fideliter seruieris, quia liberat te de
tribulatione: sed nō tibi declarat ipsam misericordiā,
quā tibi per diem mādauit, nisi per noctē. Cùm vene-
rit ipsa tribulatio, tunc adiutorio te nō deserit: ostēdit
tibi verū fuisse quod tibi per diē mandauit. Etenim scri-
Eccles. 35. ptum est quodā loco: Speciosa misericordia Dñi in tē-
pore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tēpore siccī-
tatis. In die mandauit Dominus misericordiam suam,
& nocte declarauit. Nō tibi ostēdit quia subuenit tibi;
nisi venerit tibi tribulatio, vnde eruaris ab illo qui tibi
per diem promisit. Ideo admonemur imitari formicā.
Sicut enim prosperitas seculi significatur die, aduersi-
tas seculi significatur nocte: ita alio modo prosperitas C
seculi significatur æstate, aduersitas seculi significatur
Proueb.6. a. & 30. d. hyeme. Et quid facit formica? Per estatē colligit, quod
ei per hyemē prosit. Ergo cùm est æstas, cùm bene est
vobis, cùm trāquilli estis, audite verbū Domini. Vnde
enim fieri potest vt in hac tempestate seculi huius sine
tribulatione totum hoc mare trāsceatis? Vnde enim fieri
potest? cui hoc hominum cōtigit? Si cōtigit alicui, plus
metuēda est ipsa trāquillitas. In die mādauit Dominus
misericordiā suā, & nocte declarauit. Quid ergo agas
in hac peregrinatione? quid agas? Apud me oratio Deo
vitæ meæ.) Hoc hic ago ceruus sitiēs & desiderās fon-
al. voris. tes aquarum, recordans dulcedinem † fontis illius qua
ductus sum per tabernaculū vsque ad domū Dei: quā-
Sap. 9. c. diu hoc corpus quod corrumpitur aggrauat animam,
apud me oratio Deo vitæ meæ. Non enim vt supplicē
Deo empturus sum de transmarinis locis, aut vt exau-
diat me Deus meus nauigabo, vt de lōginquo afferam D
thura & aromata: aut de grege adducam vitulum vel
arietem. Apud me oratio Deo vitæ meæ. Intus habeo
victimam quam immolē, intus habeo thus quod impo-
nā, intus habeo sacrificium quo flectā Deum meū.
Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus. Quod sacrifi-
cium cōtribulati spiritus intus habeam, audi. Dicam
Deo, susceptor meus es. Quare mei oblitus es?) Sic
enim hic laboro, quasi tu oblitus sis mei. Tu autē exer-
ces me: & noui quia differs mihi, nō mihi aufers quod
Psal. 21. promisisti. Sed tamen quare mei oblitus es? Tanquam
de voce nostra clamauit & caput nostrū, Deus Deus
Matt.27.f. meus, quare me dereliquisti? Dicam Deo, susceptor
meus es. Quare mei oblitus es? Vt quid me repulisti?
Ex illa altitudine fontis intelligentiæ incommutabilis
veritatis, vt quid me repulisti? Quare grauedine & pō-
dere iniquitatis meæ, iam illuc inhians, ad ista deiectus
sum? Dicit alio loco ista vox: Ego dixi in ecstasi mea, Psal.30.
vbi vidit nescio quid, magnum excessum mentis. Ego
dixi in ecstasi mea, proiectus sum à facie oculorū tuo-
rū. Cōparauit enim hæc in quibus esset illis in quæ re-
ctus erat, & vidit se longè proiectum à facie oculorū
Dei, sicut & hic, vt quid me repulisti? Et vt quid cōtri-
status incedo, dum affligit me inimicus, dū confringit
ossa mea?) Tentator ille diabolus scandalis vbique
† crescens, quorū abundantia refrigescit charitas mul- al. crebrescens.
torum, cùm videat fortes Ecclesiæ plerunq; scandalis Matt.24.b.
cedere, nónne dicit corpus Christi, cōfringit inimicus
ossa mea? Ossa enim fortes sunt, & aliquādo ipsi fortes
tentationibus cedunt. Hæc cùm quisq; considerat ex
corpore Christi, ex voce corporis Christi: nónne cla-
mat, vt quid me repulisti, & vt quid tristis incedo, dum
affligit me inimicus, dum confringit ossa mea? Nō car-
nes meas tātùm, sed etiam ossa mea: vt in quibus puta-
batur esse aliqua fortitudo, videas cedere in tentatio-
nibus, vt cæteri infirmi desperent, quādo fortes vidēt
succumbere. Quanta ista pericula, fratres mei? Expro-
brauerunt mihi qui tribulant me.) Iterum illa vox. Dū
dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus.) Et
maximè ista dicunt in tentationibus Ecclesiæ, vbi est
Deus tuus. Quantū hæc martyres audierunt, pro no-
mine Christi fortes & patientes, quantum illis dictum
est, vbi est Deus vester? Liberet vos, si potest. Tormēta
enim ipsorum extrinsecus homines videbant, coronas
intrinsecus non videbant. Exprobrauerunt mihi qui
tribulant me, dum dicunt mihi per singulos dies, vbi
est Deus tuus? Et ego propter hæc, quoniā ad te turba-
ta est anima mea, quid ei aliud quàm illud dicā: Quare
tristis es anima mea, & quare cōturbas me?) Et quasi
respondet, Non vis vt conturbem te, hic posita in tan-
tis malis? suspirans ad bona, sitiens & laborans, nō vis
C vt conturbem te? Spera in Dominum, quoniam adhuc
confitebor illi.) Dicit ipsam confessionem, repetit spei
confirmationem. Salus vultus mei & Deus meus.

IN PSALMVM XLII. ENARRATIO.

PSALMVS iste breuis est. Sic satisfacit mentibus
auditorum, vt molestus non sit ventribus ieiuno-
rum. Pascatur ex hoc anima nostra, quam tristem esse
dicit, qui cantat in hoc Psalmo. Tristem credo ex ali-
quo ieiunio suo, vel potius ex aliqua fame sua. Nam
ieiunium voluntatis est, fames necessitatis. Esurit Ec-
clesia, esurit corpus Christi. Et homo ille vbique dif-
fusus est, cuius caput sursum est, mēbra deorsum: eius
vocem in omnibus Psalmis vel psallentē vel gemen-
tem, vel lætantem in spe, vel suspirantem in re, notissi-
mam iam & familiarissimā habere debemus, tanquam
nostram. Non ergo diu est immoran dum, vt insinue-
mus vobis quis loquatur. Sit vnusquisq. in Christi cor-
pore, & loquetur hic. Nostis autē hic omnes qui pro-
ficiunt, & qui cęlesti illi ciuitati ingemiscunt, qui pere-
grinationem suam norunt, qui viam tenent, qui in de-
siderio terræ illius stabilissimæ spem tanquā ancoram
præfixerunt. Nostis ergo quia hoc genus hominum,
hoc semē bonum, hoc frumentum Christi inter zizā-
nia gemit: & hoc donec veniat tēpus messis, id est vsq; Matt. 13.d.
in finem seculi, sicut exponit quæ non fallitur veritas.
Gemens ergo inter zizania, id est, inter malos homi-
nes, inter dolosos & seductores, aut ira turbulētos, aut
insidiis venenatos, circumspiciens simul cum illis esse
se tanquam in vno agro per totum mundum, vnam
pluuiam excipere, pariter perfiari, paritérque secū ad-
uersa nutriri, habere simul ista communia dona Dei,

malis boniſque conceſſa communiter,ab illo qui facit
ſolem ſuũ oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iu-
Matth.5.g. ſtos & iniuſtos.Vidēs ergo ſemē Abrahæ ſemē ſanctũ,
quãta cum malis (à quibus quandoque ſeparandũ eſt)
nũc habeat cõmunia,æqualiter naſci,eãdē conditionē
generis humani ſortiri,pariter mortalia ferre corpora,
ſimul vti luce,fontibus,fructibus, proſperitatibus atq;
aduerſitatibus ſeculi, ſiue fame, ſiue abundantia, ſiue
pace,ſiue bello,ſiue ſalute,ſiue peſte:videns quanta ha-
beat cõmunia cum malis,cum quibus tamē non habet
cauſam cõmunem, erumpit in hanc vocem:Iudica me
Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.)
Iudica, inquit, me Deus:non timeo iudicium tuum,
quia noui miſericordiã tuam. Iudica me Deus, & diſ-
cerne cauſam meã de gente non ſancta. Nunc interim
in hac peregrinatione nondũ diſcernis locum meum,
Matt.13.d. quia ſimul cũ zizaniis viuo vſque ad tēpus meſſis. Nõ-
dum diſcernis pluuiã meam, nondum diſcernis lucem
meam:diſcerne cauſam meam. Diſtet inter eum qui in B
te credit,& eum qui in te non credit.Par infirmitas eſt,
ſed diſpar conſciētia:par labor, ſed diſpar deſiderium.
Deſiderium impiorũ peribit: de deſiderio autē iuſto-
rum niſi certus eſſet pollicitator,dubitare deberemus.
Finis deſiderij noſtri, ipſe promiſſor.Seipſum dabit,
quia ſeipſum dedit. Seipſum dabit immortalibus im-
mortalem,quia ſeipſum dedit mortalibus mortalē.Iu-
dica me Deus, & diſcerne cauſam meã de gente non
ſãcta:Ab homine iniquo & doloſo erue me.) Hoc eſt,
de gēte nõ ſancta. Ab homine, à quodã genere homi-
Matt.24.d num:quia quidã homo & quidã homo, & in his duo-
bus vnus aſſumetur,& vnus relinquetur. Et quoniam
patientia opus eſt ferendi vſque ad meſſem,quandam,
ſi dici poteſt,indiſcretã diſcretionē:ſimul enim ſunt,&
Matt 13.d. ideo diſcreta nondũ ſunt. Zizania autē zizania ſunt,&
frumenta frumenta ſunt:& ideo diſcreta iã ſunt. Quia
Matt.24.b & 10.c. ergo fortitudine opus eſt,implorãda eſt ab illo qui iuſ-
ſit vt fortes ſimus,& niſi fortes ipſe fecerit,nõ erimus. C
Quod vt ſimus,ab illo erimus qui dixit:Qui perſeuera-
uerit vſque in finē,hic ſaluus erit:ne fortè ſibi ipſa ani-
ma arrogando fortitudinē debilitetur, continuò adiũ-
git: Quia tu es Deus meus fortitudo mea, vt quid me
repuliſti,& vt quid triſtis incedo, dũ affligit me inimi-
cus?) Cauſam quærit triſtitiæ ſuæ. Quare,inquit,triſtis
incedo dũ affligit me inimicus?Triſtis ambulo, inimi-
cus affligit me quotidianis tētationibus,immittēs vel
quod malè amemus,vel quod malè timeamus: & cõ-
tra vtrunque pugnans anima,& ſi non capta,tamē pe-
Eſa.57.d. riclitãs cõtrahitur triſtitia,& dicit Deo: Vt quid triſtis
incedo?Quærat ergo ab ipſo & audiat vt quid. Quærit
enim in Pſalmo cauſam triſtitiæ ſuæ,dicēs:Vt quid me
repuliſti,& vt quid triſtis incedo?Audiat ex Eſaia,ſuc-
currat illa lectio,quæ modò recitata eſt:Spiritꝰ,inquit,
à me prodiet,& omnē flatũ ego feci. Propter peccatũ
modicum quidem contriſtaui illum, & auerti faciem D
meã ab illo:& contriſtatus eſt,& abiit in viis ſuis.Quid
ergo quærebas, vt quid me repuliſti, & vt quid triſtis
incedo?Audiſti propter peccatum. Cauſa triſtitiæ tuæ
peccatũ eſt, cauſa lætitiæ tuæ iuſtitia ſit. Peccare vole-
bas,& laborare nolebas,vt parũ tibi eſſet quòd eſſes in-
iuſtus:niſi & eum iniuſtũ voluiſſes,à quo in te vindica-
Pſalm 118. ri noluiſſes. Reſpice vocē meliorē in alio Pſalmo:Bo-
nũ eſt mihi quòd humiliaſti me,vt diſcã iuſtificationes
tuas. Didicerã elatus iniquitates meas, diſcã humilia-
tus iuſtificationes tuas. Vt quid triſtis incedo,dũ affli-
git me inimicꝰ?De inimico quereris;reuera affligit, ſed
al. quod. tu ei locũ dediſti.Et nunc habes † quid agas. Elige cõ-
ſilium,regem admitte,tyrannum exclude. Sed vt hoc
faciat,quid dicit, quid ſupplicat,quid orat attēde. Ora
quod audis,ora cùm audis:omniũ noſtrum ſit iſta vox.
A Emitte lucem tuam & veritatem tuã, ipſa me deduxe-
runt & perduxerunt in mõtem ſanctũ tuũ, & in taber-
nacula tua.) Quia ipſe eſt lux tua & veritas tua. Hæc
nomina duo,res vna.Quid enim aliud lux Dei,niſi ve-
ritas Dei?Aut quid veritas Dei, niſi lux Dei? Et hoc Ioan.8.b.
vtrunque vnus Chriſtus. Ego ſum lux mundi. Qui Ioan.14.a
credit in me,non ambulabit in tenebris. Ego ſum via,
veritas & vita. Ipſe lux, ipſe veritas. Veniat ergo &
eruat nos diſcernēs modò cauſam noſtram à gente nõ
ſancta,eruat ab homine iniquo & doloſo.Separet fru-
mentũ à zizaniis: quia ipſe mittet angelos ſuos meſſis Matth.13.d
tempore, vt colligant de regno eius omnia ſcandala,
& mittant in ignem ardentem, frumentum autem eius
congregent in horreũ.Emittet lucē ſuam & veritatem
ſuam,quia ipſa iam nos deduxerunt & perduxerunt in
montem ſanctũ eius & in tabernacula eius. Pignus ha-
bemus,præmium ſperamus. Sanctus mons eius,ſancta Dan.2.f.
B Eccleſia eius.Mons ille eſt, qui creuit ex minimo lapi-
de, ſecundum viſionem Danielis, confringens regna
terrarum:& in tantum excreſcens,vt impleret vniuer-
ſam faciē terræ.In hoc mõte ſe exauditũ dicit, qui di-
cit: Voce mea ad Dñm clamaui, & exaudiuit me de
monte ſancto ſuo. Quiſquis præter iſtum montē orat, Pſal.3.
non ſeſe ſperet exaudiri ad vitam æternam. Exaudiũ-
tur enim multi ad multa,nec ſibi plaudant quòd exau- Matth.8.d
diũtur.Exauditi ſunt dæmones,vt in porcos mitteren-
tur.Exaudiri ad vitã æternã concupiſcamus, propter
deſideriũ quo dicimus,Emitte lucē tuã & veritatē tuã.
Illa lux oculũ cordis inquirit. Beati enim,inquit, mũ-
dicordes, quoniã ipſi *Deũ* videbũt.Modò in mõte eius Matth.5.a
ſumus, id eſt, in Eccleſia eius, & in tabernaculo eius.
Tabernaculũ peregrinantiũ eſt, domus cohabitãtium:
eſt & tabernaculũ peregrinãtiũ & militantiũ. Cũ audis
tabernaculũ,bellũ intellige:hoſtē caue. Domus autē † al. *quid erit?*
de qua dixit:Beati qui habitant in domo tua, in ſecula Pſa.83.
C ſeculorũ laudabunt te.Iã ergo perducti ad tabernacu-
lum,& poſiti in monte ſancto eius, quã ſpem gerimus?
Et introibo ad altare Dei.) Eſt enim quoddã ſublime
altare inuiſibile,quò non accedit iniuſtus. Ad illud al-
tare ille ſolus accedit,qui ad iſtud ſecurus accedit.Illic
inueniet vitã ſuã,qui in iſto diſcernit cauſam ſuam. Et
introibo ad altare Dei, de mõte ſancto eius, & de ta-
bernaculo eius. De ſancta Eccleſia eius introibo ad al-
tare Dei ſublime.Quale ibi ſacrificiũ eſt?Ipſe qui intrat,
aſſumetur in holocauſtũ,Introibo ad altare Dei. Quid
eſt quod dicit,ad altare Dei? Ad eum qui lætificat iu-
uentutē meam.) Iuuentus nouitatem ſignificat: tan-
quã diceret, ad Deum qui lætificat iuuentutē meam,
id eſt nouitatē meã. Lætificat nouitatem meã, qui cõ-
triſtauit vetuſtatem meã. Incedo enim modò triſtis in
vetuſtate,tunc autē ſtabo gaudens in nouitate. Confi-
tebor tibi in cithara Deus Deus meus.) Quid eſt in ci-
thara confiteri,& in pſalterio confiteri?Nõ enim ſem-
per in cithara,nec ſemper in pſalterio.Duo hæc orga-
na muſicorum habent inter ſe diſtinctã diſcretámque
rationem,dignã conſideratione & cõmendatione me-
moriæ.Vtrunque hoc manibus portatur & tangitur,&
ſignificat opera quædam noſtra corporalia. Vtrunque
bonum, ſi quis norit pſallere,ſi quis norit citharizare.
Sed quia pſalteriũ iſtud organũ dicitur, quod de ſupe-
riore parte habet teſtudinem: illud ſcilicet tympanum
& concauum lignũ cui chordæ innitentes reſonãt.Ci-
thara verò idipſum lignum cauum & ſonorũ ex infe-
riore parte habet:diſcernēda ſũt opera noſtra,quando
in pſalterio ſint,quãdo in cithara, vtraq; tamē placita
Deo,& ſuauia eius auditui. Quando ergo ex præceptis
Dei aliquid agimus,iuſſis eius obtēperãtes & obaudiē-
tes ad

tes ad implenda præcepta eius,vbi facimus,& nõ pati-
mur,Pſalteriũ eſt.Faciunt enim ita & angeli: nõ enim A
aliquid patiuntur. Cùm autē aliquid patimur tribula-
tionum,tentationũ,ſcandalorũ in hac terra, quia non
patimur niſi ex inferiore parte, id eſt ex eo quòd mor-
tales ſumus,ex eo quòd primæ noſtræ cauſæ quiddam
tribulationum debemus, & quia patimur multa ab eis
qui nõ ſunt deſuper,cithara eſt. Venit enim ſonus ſua-
uis ex inferiore parte:patimur & pſallimus, vel potius
cantamus & citharizamus. Quando dicebat Apoſto-
lus euangelizare ſe, & prædicare Euangeliũ toto orbe
terrarũ ex præcepto Dei,quia illud Euangeliũ ſe nõ ab
Galat.1.b. hominibus neque per hominē, ſed per Ieſum Chriſtũ
Rom.5.a. accepiſſe dicebat,deſuper ſonabant chordæ.Cùm ve-
rò dicebat:Gloriamur in tribulationibus, ſciētes quia
tribulatio patientiã operatur, patientia probationem,
probatio ſpem;cithara ſonabat ex inferiore quidē, ſed
tamen dulciter. Omnis enim patientia dulcis eſt Deo.
Si autem in ipſis tribulationibus defeceris,citharã fre- B
giſti. Quare ergo modò dixit:Cõfitebor tibi in citha-
ra? propter illud quod dixerat: Vt quid triſtis incedo
dũ affligit me inimicus.Patiebatur enim quiddã ex in-
feriore afflictione:& in eo ipſo tamen volebat placere
Deo, & gratias geſtiebat agere Deo fortis in tribula-
tionibus. Et quia ſine tribulatione eſſe non poterat,
patientiã Deo debebat. Cõfitebor tibi in cithara Deus
Deus meus.Et rurſus ad animã ſuam,vt ex inferiore il-
lo ſonoro ligno capiat ſonũ. Vt quid triſtis es, inquit,
anima mea,& vt quid conturbas me?) In tribulationi-
bus ſum,in languoribus,in mæroribus,vt quid me cõ-
turbas ô anima?Quis dicit?Cui dicit?Animę dicit, oēs
nouimus:planũ eſt enim, ad illã directus eſt ſermo. Vt
quid triſtis es anima mea,& vt quid cõturbas me?Quę-
ritur perſona loquēs.Nũquid caro animæ loquitur, cũ
caro ſine anima nõ loquatur? Propriũ enim magis eſt,
vt anima carnē alloquatur, quàm vt caro alloquatur
animã.Sed quia nõ dixit,Quare triſtis es caro mea, ſed C
ait,quare triſtis es anima mea(ſi enim carnem alloque-
retur,fortaſſe non diceret, Quare triſtis es: ſed,quare
doles.Dolor enim animę triſtitia dicitur.Moleſtia ve-
rò quæ fit in corpore,dolor dici poteſt,triſtitia nõ po-
teſt) ſed ex dolore corporis plerunque anima contri-
ſtatur. Intereſt tamen quid doleat, & quid cõtriſtetur.
Dolet enim caro,triſtis eſt anima:& aperta iſta vox eſt,
vt quid triſtis es anima mea?Non enim anima alloqui-
tur carnem,quia non dixit,Vt quid triſtis es caro mea:
nec caro animã,quia abſurdum eſt vt inferior alloqua-
tur ſuperiorem.Ergo intelligamus habere nos aliquid
vbi imago Dei eſt,mentē ſcilicet atque rationem. Ipſa
mens inuocabat lucem Dei & veritatem Dei. Ipſa eſt
qua capimus iuſtũ & iniuſtũ. ipſa eſt qua diſcernimus
verum à falſo:ipſa eſt quæ vocatur intellectus, quo in-
tellectu carent beſtiæ, quē intellectũ quiſquis in ſe ne-
gligit,& poſtponit cæteris,& ita abiicit quaſi non ha- D
beat,audit ex Pſalmo:Nolite eſſe ſicut equus & mulus
Pſal.31. quibus nõ eſt intellectus. Intellectus ergo noſter allo-
quitur animã noſtrã.Iſta in tribulationib. marcida eſt,
feſſa in angoribus,contracta in tentationibus, ægra in
laboribus. Erigit eam mens deſuper capiēs veritatē:&
dicit,Vt quid triſtis es anima mea, & vt quid cõturbas
me? Videte ſi nõ eſt iſta allocutio in illo cõflictu Apo-
ſtoli in ſe præfigurãtis quoſdã, & fortè nos,& dicētis:
Rom.7.d. Cõdelector legi Dei ſecũdũ interiorē hominē. Video
autē aliã legem in mēbris meis,id eſt, motus quoſdam
carnales:& in quadã lucta & quaſi deſperatione inuo-
cat gratiam Dei. Miſer ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chri-
ſtũ Dñm noſtrũ.Tales ita pugnantes etiam ipſe Domi-
nus in ſe præfigurare dignatus eſt, cùm ait: Triſtis eſt
anima mea vſq; ad mortē. Ille enim nouerat ad quod Matt.26.d.
venerat. Ille paſſionē pauebat qui dixerat:Poteſtatem
habeo ponendi animã meã,& poteſtatē habeo iterum Ioan.10.d.
ſumēdi eã:nemo tollit illã à me,ſed ego ipſe pono eam
à me,& iterũ ſumo eã? Sed triſtis eſt anima mea vſque
ad mortem,qui dixit:quædã mēbra ſua in ſe figurauit.
Plerũque enim iam mēs credit & bene nouit futurum
hominē ſecundũ fidem ſuã in gremio Abrahæ: credit
hoc,& tamē cũ venerit aliquis articulus mortis,turba-
tur ex familiaritate quadã ſeculi huius: erigit auditum
in illã vocē Dei internã, audit rationabile carmen in-
trinſecus. Ita enim deſuper in ſilentio ſonat quiddam,
nõ auribus,ſed mētibus: vt quicunque audit illud me-
los, tædio afficiatur ad ſtrepitum corporalem, & tota
iſta vita humana tumultus ei quidam ſit impediens au-
ditũ ſuperni cuiuſdã ſoni nimium delectabilis & incõ-
parabilis & ineffabilis. Et reuera cùm ita cõtingit ex
B aliqua perturbatione,vim patitur homo alloquēs ani-
mã ſuã.Vt quid triſtis es anima mea, & vt quid cõtur-
bas me?An fortè ideo,quia difficile purgata vita inue-
nitur, cùm ille iudicat qui nouit ad purũ & liquidũ iu-
dicare? Quia & ſi probabilis iã vita eſt inter homines,
ita vt homines quid iã reprehendant iuſtè nõ habeãt:
procedit examen ab illius oculis,procedit regula exę-
quãs non fallaciter, & inuenit in homine quædã quæ
reprehēdat Deus, quæ homines reprehendēda nõ vi-
debãt,nec ille ipſa intus qui iudicãdus eſt.Hæc timens
anima fortè cõturbatur:alloquitur eã mēs quaſi dicēs:
Quid times de peccatis,quia nõ potes omnia deuitare?
Spera in Dñm,quoniã cõfitebor illi.) Quædam ſanat
pręſens allocutio,reliqua purgat fidelis cõfeſſio.Planè
time,ſi iuſtũ te dicis:ſi non habes illã vocē ex alio Pſal
mo: Ne intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo. Quare ne intres
in iudiciũ cũ ſeruo tuo?Miſericordia tua mihi opus eſt. Pſal.142.
Nã ſi iudiciũ exhibueris ſine miſericordia,quò ibo? Si
C iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſti-
nebit?Ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo, quia non iu-
ſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Ergo ſi nõ Pſal.129.
iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens, quia qui- Pſal.142.
cunque hic viuit,quantũlibet iuſtè viuat, væ illi ſi cum
illo in iudiciũ intrauerit Deus.Nã ex alio Propheta ar-
rogãtes & ſuperbos idētidē ſic obiurgat. Vt quid vul- Hier.2.c.
tis mecũ iudicio cõtendere?Oēs dereliquiſtis me,dicit
Dñs. Noli ergo iudicio cõtendere. Da operã eſſe iu-
ſtus:& quantumcunq; fueris, cõfitere te peccatorem. al. *iuſtè.*
Semper ſpera miſericordiã: & † in iſta humili confeſ-
ſione ſecurus alloquere turbantē te, & tumultuantem
aduerſus te animã tuã.Vt quid triſtis es anima mea, &
vt quid cõturbas me?Fortè in te volebas ſperare:ſpera
in Dñm,noli in te. Quid enim es in te? quid es de te?
Ille ſit ſanitas in te, qui ſuſcepit vulnera ꝓpter te. Spe-
ra,inquit, in Dñm, quoniam confitebor illi. Quid illi
D confiteberis? Salutare vultus mei Deus meus.) Tu es
ſalutare vultus mei,tu ſanabis me. Æger ad te loquor:
agnoſco medicum,non me iacto ſanũ.Quid eſt,agnoſ-
co medicum,non me iacto ſanũ?Quod in alio Pſalmo Pſal.40.
dicitur:Ego dixi, Dñe miſerere mei,ſana animã meã,
quoniã peccaui tibi. Hæc vox fratres, tuta eſt, ſed vi-
gilate in operibus bonis. Tangite pſalteriũ, obediēdo
præceptis:tangite citharam,tolerando paſſiones. Frã- Eſa.58.b.
ge eſurienti panem tuum,audiſti ab Eſaia, noli ieiuniũ
putare ſufficere. Ieiunium te caſtigat,nõ alterũ reficit.
Fructuoſæ erunt anguſtiæ tuæ, ſi alteri præſtiteris læti-
tudinem. Ecce fraudaſti animã tuã. Cui dabis quod
tibi abſtuliſti? vbi pones quod tibi denegaſti? Quàm
multos pauperes ſaginare poteſt intermiſſum hodie
prandiũ noſtrũ. Ita ieiuna, vt alio manducãte prãdiſſe

te gaudeas, propter orationes vt exaudiaris. Ibi enim ait, Adhuc loquente te dicam, ecce adsum. Si fregeris ex animo esuriẽti panẽ: quia plerũque fit à tristibus & à murmurãtibus, vt careant tædio interpellãtis, nõ vt
2. Cor. 9. c. reficiant viscera indigentis. Hilarẽ autẽ datorẽ diligit Deus. Si panem dederis tristis, & panẽ & meritũ per-
Esa. 58. c. didisti. Ergo ex animo fac: vt ille qui intus videt adhuc loquẽte te, dicat, ecce assum. Quàm celeriter accipiũtur orationes bene operantiũ, & hæc iustitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemosyna, oratio. Vis orationẽ tuã volare ad Deum? Fac illi duas alas, ieiuniũ & eleemosynam. Tales nos inueniat, vt securos inueniat lux Dei, & veritas Dei: cùm venerit liberare nos à morte, qui iam venit subire pro nobis mortem. Amen.

IN PSALMVM XLIII. ENARRATIO.

Matt. 27. d. PSalmus istẽ filiis Chore dicitur, sicut eius titulus præfert. Interpretatur autem Chore caluitium vel caluaria, & inuenimus in Euãgelio Dñm Iesum Christum in loco Caluariæ crucifixũ. Ergo clarũ est, quòd B filiis passionis eius cantetur hic Psalmus. Habemus autẽ hinc cuidẽtissimũ & firmissimũ testimoniũ Apostoli Pauli: quia tum cũ in persecutionibus gentiliũ laboraret Ecclesia, hunc sumpsit versum quẽ interponeret ad exhortationẽ, & consolationẽ patientiæ. Hic enim
Rom. 8. g. dictum est, quod ille in Epistola sua posuit: Propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Vocẽ ergo martyrum audiamus in Psalmo: & vox
Matth. 5. a. martyrũ videte quàm bonã causam habeat, cùm dicit, propter te. Nã & Dñs ideo addidit, propter iustitiã, cũ
Rom. 8. g. diceret: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã: ne quisquã persecutionem patiens ex ipsa pœna quæreret gloriã, non bonam habens causam. Et hinc exhortatus suos ait: Beati eritis, cùm vobis illa & illa fecerint vel dixerint homines propter me. Hinc ergo vox martyrũ, propter te mortificamur tota die. Est autẽ magnæ cõsiderationis & magnæ profunditatis cõsiliũ Dei, quid causæ fuerit, vt cùm patres nostros Pa-
C triarchas, & totum illũ populum Israël eduxerit in manu fortissima de Ægypto, & persequẽtes inimicos eorum in mari demerserit, duxeritque per contradicẽtes gentes, debellatisque hostibus in terram promissionis posuerit, victoriãsque magnas ex paucitate suorum in magna inimicorũ multitudine fecerit: postea placuerit ei quasi auertere se à populo suo, vt stragẽ occisionis & mortis paterẽtur sancti eius, & nemo resisteret, nemo defenderet, nemo prohiberet: quasi auerterit faciẽ suã à gemitibus eorũ, quasi oblitus sit eos, quasi ipse nõ sit Deus, qui in manu valida, & brachio excelso euidẽtissima potẽtia patres nostros, id est illum populum, sicut dixi, ab Ægypto liberatum, victis pulsisq; de terra sua gẽtibus cõstituerit in regno, mirãtibus omnibus quòd sæpe à paucis multi victi essent. Hoc ergo in gemitu cõfessionis incipit cãtari in Psalmo isto. Nõ frustra eã ista facta sunt: nisi vt intelligatur quare facta sint. Pro-
D inde quia facta sunt, manifestũ est: quare sint facta, altius quærendũ est. Ideo titulus nõ habet tantùm filiis
Psal. 21. Chore: sed intellectus filiis Chore.) Hoc & in illo Psalmo est, cuius primũ versum ipse Dominus de cruce dixit: Deus meus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti. Trãsfigurãs enim nos in id quod dicebat, & in corpus suũ, quia & nos sumus corpus eius, ille caput nostrum: vocẽ de cruce nõ dixit suã, sed nostram. Nõ enim vnquã cum dereliquit Deus, nec ipse à patre vnquã recessit: sed propter nos dixit hoc, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Nam sequitur ibi: Lõgè à salute mea verba delictorũ meorum. Et ostendit ex quorum persona hoc dixerit, Non enim in ipso delictum potuit inueniri. Clamabo ad te, inquit in ipso Psalmo, per diem; & nõ exaudies: & nocte subauditur vtique, & non exaudies: sed addidit, & non ad insipiẽtiã mihi, id est, nõ exaudies: id est, hoc ipsum quod nõ exaudies, nõ ad insipientiam mihi reputabis, sed ad intellectũ. Quid est ad intellectũ nõ exaudies? Id est, me nõ exaudies ad tẽporalia: vt intelligã à te desideranda sempiterna. Non ergo relinquit Deus. Et cùm videtur relinquere, tollit quod malè desiderasti, & docet quid debeas bene desiderare. Si enim semper Deus in istis prosperitatibus faueret nobis, vt omnia nobis abũdarent, nullámque in tẽpore isto mortalitatis nostræ tribulationẽ, nullas pressuras angustiásque pateremur: nõ diceremus nisi ista esse summa bona quæ prẽstat Deus seruis suis, & maiora ab illo non desideraremus. Ideo autẽ huic vitæ malè dulci miscet amaritudines tribulationũ, vt alia quæ salubriter dulcis est, requiratur: hoc est, intellectũ filijs Chore. Deniq; audiamus Psalmum, & ibi potius videamus. Deus auribus nostris audiuimꝰ, patres nostri annunciauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorũ, & in diebus antiquis.) Admirantes quare in istis diebus tanquã deseruerit eos quos in passionibus exercere voluerit, recolũt prẽterita quę audierunt à patribus: tanquã dicentes, nõ ea quæ patimur nobis retulerunt patres nostri. Nã & in illo Psalmo hoc dixit: In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & eruisti eos. Ego autẽ sum vermis, & non homo, Psal. 21.
opprobriũ hominũ, & abiectio plebis. Illi sperauerunt & liberasti eos, † ego speraui & dereliquisti me: & fine causa credidi in te, & sine causa nomen meum scriptũ al. egòne speraui, & dereliquisti me
est apud te, & nomẽ tuum scriptum est in me. Hæc ergo nobis indicauerũt patres nostri. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: infirmasti populos, & expulisti eos.) Id est, populos expulisti de terra sua, vt istos introduceres atque plãtares, eorũmq; regnũ tua misericordia confirmares. Hæc audiuimus à patribus nostris. Sed fortè ideo illi ista potuerũt, quia fortes erant,
C quia prœliatores, quia inuicti, quia exercitati, quia bellicosi? Absit. Nõ hoc indicauerunt nobis patres nostri, nõ hoc habet Scriptura. Sed quid habet, nisi quod sequitur? Non enim in gladio suo hæreditate possederũt terrã, & brachiũ ipsorũ nõ saluos fecit eos. Sed dextera tua & brachiũ tuũ & illuminatio vultus tui.) Dextera tua, potentia tua: brachiũ tuũ, ipse filius tuus, & illuminatio vultus tui. Sed quid est hoc, quia talibus signis eis affuisti? vt præsens intelligereris. Nũquid enĩ quando nobis Deus aliquo miraculo adest, faciẽ ipsius oculis nostris videmus? Sed effectu miraculi suam præsentiam insinuat hominibus. Denique omnes qui mirantur ad huiusmodi facta, quid dicũt? Vidi Deũ præsentẽ. Sed dextera tua & brachiũ tuum, & illuminatio vultus tui: Quoniã cõplacuisti in eis.) Hoc est, sic cum eis egisti, vt bene placeres in eis: vt quisquis eos attenderet quomodo cũ eis ageretur, diceret, quia verè Deꝰ
D est cũ illis, & Deus illos agit. Quid ergo? Alter erat tũc, & alter est nũc? Absit. Quid enim sequitur? Tu es ipse rex meus & Deus meus.) Tu es ipse, nõ enim mutatus es. Tẽpora mutata video, creator tẽporũ nõ mutatur. Tu es ipse rex meus & Deus meus. Tu me soles ducere, tu me soles regere, tu mihi soles subuenire. Qui mãdas salutẽ Iacob.) Quid est, qui mandas? Etiam si tu per tuã prorsus substantiã atque naturam qua es quicquid es, occultus es, nec per hoc quod es interfuisti patribus, vt facie ad faciẽ te viderent; tamen per quamlibet creaturam tu mandas salutem Iacob. Etenim illa visio facie ad faciem, liberatis in resurrectionem seruatur. Et illi patres etiam noui testamenti quamuis reuelata mysteria tua viderint, quamuis reuelata secreta annunciauerint, tamen in speculo se videre dixerunt & in
1. Cor. 13. d.
ænigmate: seruari autem visionem in futurum facie ad faciẽ intelligitur, quãdo venerit quod ipse Apostolus A
ait: Mortui enim estis; & vita vestra abscõdita est cum
Col. 3. a Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc ergo nobis seruatur visio illa facie ad faciẽ. De qua &
1. Ioan. 3. a. Ioannes dicit: Dilectissimi filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia eũ apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eũ, sicuti est. Et si ergo tunc patres nostri nõ te viderũt facie ad faciẽ secundũ quod tu es, etiã si ista visio seruatur in resurrectione, tamen & si angeli affuerunt, tu mandas salutẽ Iacob. Nõ solùm per te ades, sed per quancunque creaturã tuam affueris, tu mandas hoc propter salutẽ seruorum tuorũ quod tu ipse per te facis: hoc autem fit pro salute seruorum tuorum quod faciunt quibus mãdas. Cùm ergo tu ipse sis rex meus & Deus meus, & tu mandes salutẽ Iacob, quare ista nũc patimur? Sed fortè præterita tãtùm narrata sunt nobis: de futuro autẽ non est aliquid B
tale sperandũ. Imò verò sperandũ. In te inimicos nostros ventilabimus.) Ergo patres nostri indicauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorũ, & in diebus antiquis: quia manus tua gẽtes disperdidit, cecisti populos, & plantasti eos. Ista præterita sunt: De futuro verò quid erit? In te inimicos nostros vẽtilabimus: ve-
Matth. 3. d. niet tẽpus quando omnes inimici Christianorũ, sicut
Psal. 3. palea ventilentur, sicut puluis ventilentur, & de terra proiiciantur. Ergo si & præterita sic sunt nobis narrata, & futura talia prænunciata: in medio præsentiũ quare laboramus, nisi in intellectu filiis Chore? In te inimicos nostros ventilabimus: Et in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nos.) Hoc de futuro. Non enim in arcu meo sperabo.) Quomodo nec patres in gladio suo. Et gladius meus non saluũ faciet me. Saluos enim fecisti nos ex affligẽtibus nos. Et hoc figura præteriti de futuro dicitur. Sed ideo tanquã præteritũ dicitur, quia tam certum est quasi factũ sit. Intẽdite quare ple-
C raque prophetæ ita dicũt tanquã præterita sint, cùm prænũcientur futura, non facta. Nã & de ipso Domino futura passio prænũciabatur, & tamẽ, Foderũt, inquit, manus meas, & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea: nõ dixit, fodient & dinumerabũt. Ipsi verò cõsiderauerunt & cõspexerunt me: nõ dixit, cõsiderabũt & cõspicient. Diuiserunt sibi vestimẽta mea: nõ dixit,
Psal. 21. diuidẽt. Omnia ista tanquã præterita dicũtur, cùm futura sint, quia Deo & futura tã certa sunt, tanquã præterita sint. Nobis enim ea quæ præterierũt certa sunt, quæ futura, incerta sunt. Nouimꝰ enĩ aliquid accidisse, & non potest fieri vt non acciderit quod accidit. Da Prophetã cui tam certũ sit futurũ, quàm tibi prẽteritũ: & quàm tibi quod meministi factũ, non potest fieri vt nõ sit factũ, tã illi quod nouit futurũ, non potest fieri vt nõ fiat. Ideo de securitate dicuntur tanquã præterita,
D quæ adhuc futura sunt. Hoc ergo speramus. Saluos eĩ fecisti nos ex affligentibus nos: Et eos qui oderãt nos, confudisti. In Deo laudabimur tota die.) Videte quẽ admodũ miscet etiã verba futuri tẽporis, vt intelligas & præterita quæ dicta sunt de futuro esse prædicta. In
Deo laudabimur tota die: Et in nomine tuo confitebimur in secula.) Quid laudabimus? quid confitebimur? Quia ex omnib. affligẽtibus nos eruisti nos, qui regnũ perpetuũ dabis nobis: quia cõplebitur in nobis, Beati qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum
Psalm. 83. laudabũt te. Hæc ergo futura cùm certa sint nobis, & illa præterita cùm à patribus nostris audierimus, quid modò? Nunc autẽ repulisti & cõfudisti nos.) Confudisti nõ in cõscientia nostra, sed in facie hominũ. Erat enim tẽpus quo affligerentur Christiani: cùm vbique fugerẽt, cùm vbiq; diceretur, Christianus est, tanquã ad insultationẽ & ad opprobriũ pertineret. Vbi est ergo ille Deus noster, rex noster, qui mãdat salutẽ Iacob? Vbi est ille qui fecit omnia quæ nobis narrauerunt patres nostri? Vbi est qui facturus est omnia, quæ nobis reuelauit per spiritũ suũ? Nunquid mutatus est? Sed in intellectũ filiis Chore fiũt hæc. Aliquid enim intelligere debemus, quare nos ista omnia medio tempore pati voluit. Quæ omnia? Nunc autẽ repulisti & confudisti nos: Et nõ egredieris Deus in virtutibus nostris,) Procedimus ad inimicos nostros, & tu nobiscũ nõ procedis. Videmus eos, præualẽt illi, & nos inualidi sumus. Vbi est illa virtus tua? Vbi est dextera & potentia tua? Exod. 14. c. 8. 17. c. d.
Vbi mare siccatũ: Vbi Ægyptij persequẽtes, fluctibus obruti? Vbi Amalech resistens, in crucis signo superatus? Et nõ egredieris Deus in virtutibus nostris. Auertisti autẽ nos retrorsum præ inimicis nostris.) Vt quasi illi antè sint, nos retrò: illi victores, nos victi deputemur. Et qui nos oderũt, diripiebãt sibi.) Quid nisi nos? Dedisti nos tãquã oues escarũ, & in nationibus dispersisti nos.) A nationibus manducati sumus. Hi significãtur qui sic passi sunt vt in corpus gentiũ verterentur: plãgit enim eos Ecclesia, tanquã mẽbra sua deuorata. Vẽdidisti populũ tuũ sine prẽtio.) Vidimus enim quos dedisti, nõ vidimus quid accepisti. Et non fuit multitudo in iubilationibus eorũ.) Nũquid enim quãdo fugiebãt Christiani persequentibus inimicis idololatris, fiebãt congregationes & iubilationes Deo? Nunquid cõcinebantur hymni de ecclesiis Dei, qui solent in pace cõcini, dulciq; cõcẽtu fraternitatis Dei auribus personari? Et nõ fuit multitudo in iubilationibus eorum. Posuisti nos in opprobriũ vicinis nostris, subsãnationẽ & derisum his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinẽ in nationib.) Quid est, in similitudinẽ? Quãdo maledicentes homines similitudinẽ dãt de eo quẽ detestãtur, sic moriaris, sic puniaris. Quãta tũc dicta sunt talia? sic crucifigaris. Hodiéq; non desunt hostes Christi, illi ipsi Iudæi, cõtra quos quando defendimus Christũ, dicũt nobis: sic moriaris quomodo & ille. Nõ enim illã mortẽ intulissent: nisi eo modo mori vehemẽter exhorruissẽt: aut quid mysterij haberet, si intelligere potuissent. Cæcus quãdo iũgitur, collyriũ in manu medici nõ videt. Nã crux ipsa & pro ipsis persequẽtibus facta est. Inde sunt postea sanati, & in cũ crediderũt quẽ ipsi occiderũt. Posuisti nos in similitudinẽ in nationib. Cõmotionẽ capitis in populis) Cõmo-
tionẽ capitis ad insultandũ. Et locuti sunt labiis, & mo- Matt. 27. e
uerunt caput: hoc Dño, hoc etiã omnibus sanctis eius, quos persequi, quos tenere, quos illudere, quos tradere, quos affligere, quos occidere potuerũt. Tota die verecũdia mea cõtra me est, & cõfusio vultus mei operuit me. A voce exprobrãtis & obloquẽtis,) hoc est, à voce insultãtiũ & crimẽ mihi obiicientiũ, quia colo te, quia
D cõfiteor te: & crimẽ mihi obiicientiũ de illo nomine, vnde mihi oĩa crimina delebũtur. A voce exprobrãtis & obloquẽtis, id est, cõtra me loquẽtis. A facie inimici & persequẽtis.) Et quis hic intellectus? Quæ præterita dicta sunt, nõ in nobis fiẽt: quæ futura sperãtur, nõ apparẽt. Præterita: in magna gloria tua eductus est po-
pulus de Ægypto liberatus à persequẽtibꝰ, ductus per Exod. 14. e f.
gentes, expulsis gentibus collocatus in regno. Quæ futura? Educendus populus de ista Ægypto seculi, duce
Christo apparẽte in gloria sua: ponendi sancti ad dex- Matt. 25. e.
teram, iniqui ad sinistram: dãnandi iniqui cũ diabolo in æterna pœna, accipiendũ regnũ à Christo cum angelis in sempiternum. Hæc sunt futura, illa præterita. In medio quid? Tribulationes. Quare? Vt appareat animus colẽs Deũ, quantũ colat Deum, vt videatur vtrũ

gratis colat eum,à quo ſalutem gratis accepit.Si enim
tibi dicat Deus,quid dediſti mihi vt facerem te? Certè
ſi factus promeruiſti me,non me promerueras antequã
facerem te.Quid dicturi ſumus ei qui primò gratis nos
fecit? Quia bonus eſt,non quia aliquid meruimus. De-
inde de ipſa reparatione, de ſecũda natiuitate quid di-
cturi ſumus?Merita noſtra feciſſe vt nobis illa ſalus per-
petua mitteretur à Domino? Abſit.Si merita noſtra a-
liquid facerent, ad damnationem noſtram veniret. Nõ
venit ille ad inſpectionem meritorum,ſed ad remiſſio-
nem peccatorum. Non fuiſti,& factus es.Quid Deo de
diſti? Malus fuiſti, & liberatus es. Quid Deo dediſti?
Quid non ab eo gratis accepiſti? Meritò & gratia no-
minatur, quia gratis datur. Exigitur ergo à te, vt & tu
gratis eum colas:non quia dat tẽporalia, ſed quia præ-
ſtat æterna. Sed ipſa æterna vide ne aliter cogites: &
cogitando æterna carnaliter, nihilominus Deũ gratis
nõ colas.Quid enim? Si ideo colis Deum, quia dat tibi
fundũ,nõ eũ culturus es,quia tollit tibi fundũ?Sed for-
tè tu dicis:Ideo eũ colã,quia dabit mihi villã,nõ tamẽ
temporalẽ. Nihilominus adhuc corruptã mẽtẽ geris:
amore enim caſto nõ colis,adhuc mercedẽ expetis.Ea
enim vis habere in futuro ſeculo,quę hic neceſſe eſt re-
linquas: mutare vis voluptatẽ carnalẽ, non amputare.
Nõ laudatur in illo ieiunium,qui ad luxurioſam cœnã
ſeruat ventrẽ ſuum. Inuitantur enim aliquando homi-
nes ad cœnam magnam:& cũ ad eã volũt auidi venire,
ieiunãt.Nunquid hoc ieiunium continentiæ, & nõ po-
tiùs luxurię deputandum eſt? Noli ergo talia ſperare ti-
bi danda à Deo,qualia hic iubet contẽnere.Hæc enim
ſperabant Iudæi, ideo turbabantur in illa quæſtione.
Nã & ipſi reſurrectionẽ ſperãt, ſed ad tales voluptates
corporis ſe ſperãt reſurrecturos,quales hic amãt viuen-
tes. Ideo cùm eis proponeretur quæſtio illa à Saddu-
cæis,qui nõ credunt reſurrectionẽ,de illa muliere quæ
nupſit ſeptẽ fratribus ſibimet ſuccedẽtibus,cuius eorũ
in reſurrectione futura erat, vox deficiebat, & reſpõ-
dere non poterant. At verò Dño quando eſt propoſi-
ta,quia nobis reſurrectio talis promittitur,non qua re-
petantur huiuſmodi voluptates,ſed qua ęterna de ipſo
Deo gaudia cõparentur,reſpondit Dñs, & ait. Erratis
Matt.22.c. neſcientes ſcripturas,neque virtutem Dei. In reſurre-
ctione enim neque nubẽt,neque vxores ducent. Non
enim incipient mori:id eſt,non ibi quæritur ſucceſſor,
vbi non erit deceſſor.Et quid erit? Sed erunt, inquit,
ęquales angelis Dei.Niſi fortè putas quòd angeli epu-
lis quotidianis & vino quo te inebrias gaudeant, aut
hoc fortè arbitraris quòd angeli vxores habeãt. Nihil
eorũ eſt apud angelos.Vnde gaudent angeli, niſi vnde
Matt.18.b Dñs ait, Neſcitis quia angeli eorũ ſemper vident faciẽ
patris? Si ergo ad faciem patris gaudẽt angeli, ad tale
gaudiũ te præpara: aut ſi inuenis melius quàm videre
faciẽ Dei,illuc te præpara. Væ tali amori tuo,ſi vel ſu-
ſpicaris aliquid pulchrius,quàm eſt ille à quo eſt omne
pulchrum; quod te teneat, ne illũ cogitare merearis.
Dominus in carne erat, & apparebat homo hominib.
Qualis apparebat, iam dixi, homo hominibus. Quid
Eſa.53.a. magnũ apparebat? Caro carni. Quid magnũ appare-
bat,de quo dictũ eſt:Vidimus eum, & nõ habebat ſpe-
ciem neque decorem? Quis non habebat ſpeciem ne-
Pſalm.44. que decorem?De quo itẽ dicitur:Specioſus forma præ
filiis hominum. Vt homo non habebat ſpeciem neque
decorem,ſed ſpecioſus forma ex eo quòd eſt præ filiis
hominum.Ideo formã illam de forma carnis oſtẽdens
Ioan 14.c. oculis intuentiũ,quid ait?Qui diligit me,mandata mea
cuſtodit;& qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego
diligam eum,& oſtendam illi meipſum. Quẽ videbãt,
oſtenſurũ ſe illis promittebat. Sed quid eſt hoc? Quaſi
diceret,videtis formã ſerui,occulta eſt forma Dei.Per
hãc vobis blãdior,illam vobis ſeruo.Hac vos paruulos
nutrio,illa grandes paſco.Ergo vt hęc fides noſtra qua
purgamur ad inuiſibilia præparetur, hoc eſt, quod in
intellectu filiis Chore facta ſunt iſta omnia,vt detrahe-
rentur ſanctis ea quæ habebant, detraheretur & ipſa
vita tẽporalis:vt non propter hæc ipſa temporalia co-
lerent ipſum æternum, ſed amore illius caſto tolerarẽt
hæc omnia quæ pro tẽpore paterentur. Denique quia
intellexerunt hoc filij Chore, quid dicunt? Hæc om-
nia venerunt ſuper nos, & obliti non ſumus te.) Quid
eſt,& obliti non ſumus te? Et iniquè non egimus in te-
ſtamento tuo. Et nõ receſſit retrò cor noſtrum, & de-
clinaſti ſemitas noſtras de via tua.)Ecce eſt intellectus,
quia nõ receſſit retrò cor noſtrũ, quia obliti nõ ſumus
te,quia iniquè non egimus in teſtamento tuo, poſiti in
magnis tribulationibus & perſecutionibus gentiũ,de-
clinaſti ſemitas noſtras de via tua. Semitæ enim noſtrę
erant in voluptatibus ſeculi:ſemitæ noſtræ erãt in pro-
ſperitatibus temporaliũ rerum. Tuliſti ſemitas noſtras Matth.7.
de via tua, & oſtẽdiſti nobis quàm arcta & anguſta via
eſt, quæ ducit ad vitã.Et declinaſti ſemitas noſtras de
via tua. Quid eſt,declinaſti ſemitas noſtras de via tua?
Tanquã diceret nobis:In tribulatione poſiti eſtis,mul-
ta patimini, multa quæ amabatis in hoc ſeculo, amiſi-
ſtis:ſed non vos dimiſi in via, quã anguſtã vos doceo.
Latas ſemitas quærebatis. Quid vobis dico? Hac itur
ad vitam ſempiternã.Quà vultis ambulare? Ad mortẽ
pergitis. Quàm lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad in- Matth.7.
teritũ,& multi ſunt qui ambulant per eã! Quàm arcta
& anguſta via eſt quæ ducit ad vitã, & pauci ſunt qui
ambulant per illã. Qui ſunt pauci? Qui tolerant tribu-
lationes,qui tolerant tentationes, qui in iſtis omnibus
moleſtiis non deficiunt,qui non ad horam gaudent ad
verbũ,& in tẽpore tribulationis tanquã orto ſole areſ- Matt.13. Marc.4.
cũt,ſed habẽt radicẽ charitatis,ſicut audiuimus quod Luc.8.
modò lectum eſt in Euãgelio.Radicẽ,inquã,charitatis
habe,vt cùm ſol exortus fuerit,nõ te vrat, ſed nutriat.
Hæc omnia venerunt ſuper nos, & obliti nõ ſumus te,
& iniquè non egimus in teſtamento tuo, & nõ receſſit
retrò cor noſtrum. Sed quia hæc omnia inter tribula-
tiones facimus, iam in anguſta via ambulantes, decli-
naſti ſemitas noſtras de via tua. Quoniã humiliaſti nos
† de loco infirmitatis.) Ergo exaltabis nos in loco for- al.in.
titudinis. Et operuit nos vmbra mortis.) Hæc enim
mortalitas vmbra mortis eſt. Vera mors eſt dãnatio
cum diabolo.Si obliti ſumus nomẽ Dei noſtri.)Iſte eſt
intellectus filiorũ Chore. Et ſi expãdimus manus no-
ſtras ad Deũ alienũ.Nónne Deus requiret iſta?Ipſe enĩ
nouit occulta cordis.) Nouit & requirit: ſi nouit oc-
culta cordis,quid ibi facit? Nónne Deus requiret iſta?
Nouit in ſe,requirit propter nos.Etenim ideo requirit
Deus aliquãdo,& dicit ſibi innoteſcere,quod facit ti-
bi innoteſcere. Opus ſuũ tibi dicit, nõ cognitionẽ ſuã.
Dicim⁹ plerũq; lætus dies,quãdo ſerenus eſt. Nũquid
ipſe dies gaudet?Sed gaudẽtẽ dicimus, quia gaudẽtes
nos facit.Et dicimus triſte cælũ.Non enim eſt vllus ta-
lis ſenſus in nubibus: ſed quia homines huiuſmodi vi-
dẽtes cæli faciẽ cõtriſtãtur, triſte dicitur, eò quòd tri-
ſtes facit.Sic & Deus cognoſcere dicitur, quando co-
gnoſcẽtes facit.Deus dicit ad Abrahã: Nunc cognoui Gen.22.c.
quia tu times Deũ. Antè nõ cognouerat?Sed ipſe Abra
hã ſe nõ cognouit:quia in ipſa tẽtatione ipſe ſibi inno-
tuit.Plerunque enim homo putat ſe poſſe q̃ nõ poteſt,
aut putat ſe non poſſe quod poteſt. Accedit ad illum
interrogatio ex diuina diſpenſatione, & per interro-
gationem notus fit ſibi: & dicitur Deus cognouiſſe,
quod illum fecit noſſe. Nunquid Petrus nouerat ſe,
quando

Matt.26.d. quando dixit medico, Tecum ſum vſque ad mortem.
Medicus nouerat vena inſpecta quid intus ageretur in
ægroto, ægrotus non nouerat. Venit acceſsio tẽtatio-
nis:& probauit medicus ſententiã ſuã,perdidit ęger p̃-
ſumptionẽ ſuã.Sic ergo & nouit Deus,& requirit.No-
uit.Quomodo ipſe requirit?Propter te, vt tu inuenias
te, & gratias agas ei qui fecit te. Nónne Deus requiret
iſta?Ipſe enim nouit occulta cordis.Quid eſt,nouit oc
Rom.8.g. culta? Quæ occulta? Quoniã propter te mortificamur
tota die,deputati ſumus velut oues occiſionis.) Potes
enim videre mortificari hominẽ: quare mortificetur,
neſcis.Deus hoc nouit,res in occulto eſt.Sed dicit mi-
hi aliquis, Ecce pro nomine Chriſti detinetur, nomen
Chriſti cõfitetur.Quare hæretici nomen Chriſti confi
tentur,& non tamẽ iam propter ipſum moriũtur?Pror-
ſus in ipſa Eccleſia dicã catholica, putatis catholicos
defuiſſe aut deeſſe poſſe,qui cauſa humanæ gloriæ pate
rẽtur?Si nõ eſſent huiuſmodi homines,nõ diceret Apo
1.Cor.13.b ſtolus,Si tradidero corp⁹ meũ vt ardeã, charitatẽ autẽ
non habeã, nihil mihi prodeſt. Sciebat ergo eſſe poſſe
quoſdã,qui hoc iactatione facerẽt,nõ dilectione.Ideo
obſcurũ eſt,Deus hoc ſolus videt,nos nõ poſſum⁹.Ipſe
ſolus poteſt iudicare qui nouit occulta cordis.Quoniã
Rom.8.g. propter te mortificamur tota die,deputati ſumus velut
oues occiſionis. Iam dixi, hinc etiam Apoſtolũ Paulũ
teſtimonium poſuiſſe ad exhortandos martyres,ne de-
ficerẽt in tribulationib. pro nomine Chriſti ſuſceptis.
Exurge,quare obdormis Dñe?)Cui dicit?& quis dicit?
Nõne magis videtur ille dormire,balare & vlulare,qui
talia loquitur,Exurge,quare dormis Dñe?Reſpõdet ti-
Pſal.120. bi,Noui quid dicã. Scio quia non dormit qui cuſtodit
Iſraël:ſed tamen martyres clamant,Exurge,quare ob-
dormis Domine?O Domine Ieſu occiſus es, dormiſti ĩ
paſsione,iã nobis reſurrexiſti.Nouimus enim quia no-
bis reſurrexiſti.Quare reſurrexiſti?Gẽtes quæ nos p̃ſe-
quũtur,mortuũ te putãt,reſurrexiſſe nõ credũt. Exur-
ge ergo & illis. Quare dormis nõ nobis, ſed illis? Si e-
nim iã te illi crederẽt reſurrexiſſe, nũquid eos qui in te
credunt perſequi poterãt?Sed quare perſequũtur? De-
leuerunt, occiderunt eos qui crediderunt in te, neſcio
quẽ malè mortuum?Adhuc eis dormis: exurge,vt in-
telligant quia reſurrexiſti,& quieſcant. Denique factũ
eſt dum moriuntur martyres, & iſta dicũt & dormiũt,
& excitant Chriſtũ verè mortuum dormitationib. eo-
rũ,ſurrexit Chriſtus quodammodo in gentibus,id eſt,
creditus eſt reſurrexiſſe: ita paulatim & ipſi credendo
conuerſi ad Chriſtum,fecerunt numerum magnũ,quẽ
timerẽt perſecutores,& ceſſauerunt perſecutiones.Vn-
de? Quia reſurrexit Chriſtus in gẽtibus, qui illis antè
nõ credentib.dormiebat.Exurge,& ne repellas vſq; in
finẽ,quare faciẽ tuã auertis.) Quaſi nõ aſsis,quaſi obli-
tus ſis noſtri.Obliuiſceris inopiã noſtram,& tribulatio
nẽ noſtram, quoniã humiliata eſt in puluere anima no-
ſtra.) Vbi humiliata eſt in puluere, id eſt, puluis nos p̃-
Pſal.1. ſequitur.Illi nos perſequũtur,de quib.dixiſti, Non ſic
impij, non ſic, ſed tanquã puluis quẽ proiicit ventus à
facie terræ.Humiliata eſt in puluere anima noſtra,Hę-
ſit in terra venter noſter.) Pœnã nimiæ humiliationis
mihi videtur expreſſiſſe: quia quiſquis quãdo ſe p̃ſter-
nit,hæret in terra vẽter eius.Quiſquis enim ita humilia
tur vt genua figat, adhuc habet quo humilietur. Quiſ-
quis autẽ ſic humiliatur vt hęreat in terra venter eius,
vltra quò humilietur nõ habet. Si enim vltra voluerit,
iã nõ erit humiliare,ſed obruere. Hoc ergo forſitã di-
xerit,Nimiũ humiliati ſumus in hoc puluere,vltra quò
humiliemur nõ habemus.Iã ſi peruenit vſq ad ſummũ
humiliatio,veniet & miſeratio.An fortè fratres eos plã
git Eccleſia voce iſta, quibus illi qui perſequebantur
perſuaſerunt impietatem: vt illi qui perdurarunt hoc
dicãt,humiliata eſt in puluere anima noſtra? Id eſt, in-
ter manus pulueris huius, inter manus impiorũ & per-
ſequentium humiliata eſt in puluere anima noſtra: ad
hoc vt te inuocaremus, vt dares auxiliũ de tribulatio-
ne. Venter autem noſter hæſit in terra,id eſt, conſenſit
impietati pulueris huius venter noſter: hoc eſt enim di-
ctum,hæſit. Si enim cùm diligis & ardes charitate, re- Pſal.62.c.
ctè dicis Deo,Adhæſit anima mea poſt te; & mihi ad- Pſal.72.d.
hærere Deo,bonum eſt:tunc autẽ adhæres Deo,quan-
do conſentis Deo:non ſine cauſa dictum eſt,de ventre
iſto qui adhæſit in terra, niſi quia illi ſignificantur, qui
perſecutionẽ non tolerantes, cõſenſerunt iniquis. Sic
enim hæſerunt in terra.Sed quare dicti ſunt venter,niſi
quia carnales ſunt:vt os Eccleſiæ in ſanctis ſit, in ſpiri-
talibus ſit,venter Eccleſiæ in carnalibus ſit? Itaque os
Eccleſiæ eminet, venter abſcõditus eſt tanquã mollior Ezech.3.a.
& infirmior. Hoc ſignificat quodã loco ſcriptura, vbi
quidam dicit ſe accepiſſe librũ: & liber ipſe dulcis erat, Apoc.10.d.
inquit,in ore meo, & amarus in ventre meo. Quid eſt
hoc, niſi quia præcepta ſumma quæ accipiunt ſpirita-
les,non accipiunt carnales: & de quibus gaudent ſpiri-
tales,cõtriſtantur carnales?Liber iſte,fratres, quid ha-
bet?Vende omnia quæ habes,& da pauperibus. Quàm Matth.19.c.
dulcis in ore Eccleſiæ? ab omnibus ſpiritalibus factum
eſt. At verò carnali cuicunque dixeris,fac hoc:facilius
à te triſtis recedit, ſicut ille diues à Domino, cui dictũ
eſt, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quàm
facit quod dictũ eſt. Quare autẽ triſtis receſſit, niſi quia
liber ille dulcis eſt in ore, & in ventre amarus? Dediſti
neſcio quid auri & argenti: ventum eſt ad hunc articu-
lum, vt niſi perdas, fortè aliquod peccatum cõmittas,
iniuriam fortè ingeras Eccleſiæ, blaſphemare cogaris.
Poſito itaque in anguſtiis,aut damno pecuniæ,aut dã-
no iuſtitiæ:dicitur tibi,perde potius pecuniã,ne perdas
iuſtitiam.Tu autem cui non dulcis eſt in ore iuſtitia,ſed
adhuc in illis membris infirmus es,quales in ventre de
putat Eccleſia: cõtriſtatus eligis aliquãdo magis amit-
tere aliquid de iuſtitia,quàm vel † numũ de pecunia, & al.minimum
percutis te dãno grauiore,implens ſacellum tuum,&
exinaniens cor tuum.Fortaſſis ergo de illis dixerit,Hę-
ſit in terra vẽter noſter.Exurge Domine, adiuua nos.)
Et verè chariſsimi exurrexit & adiuuit.Namque cum
exurgeret,id eſt, cùm reſurgeret & gentibus innoteſce
ret,ceſſantib. perſecutionibus etiã illi qui hæſerant in
terra,eruti ſunt de terra,& agentes pœnitentiã,redditi
ſunt corpori Chriſti,quãuis infirmi,quamuis imperfe-
cti,vt compleretur in eis, Imperfectum meum viderũt
oculi tui.& in libro tuo omnes ſcribẽtur.Exurge Dñe,
adiuua nos,Et redime nos propter nomen tuum.)Hoc
eſt, gratis propter nomen tuum, non propter meritum
meum:quia tu dignatus es facere, nõ quia ego dignus
ſum cui facias.Nam & hoc ipſum quòd nõ ſumus obli-
ti te,& nõ receſsit retrò cor noſtrum,quòd non expan
dimus manus noſtras ad Deum alienum,niſi te adiuuã
te vnde poſſemus, niſi te intus alloquente & exhortã-
te?Nam deſerente vnde valeremus? Ergo ſiue patien-
tes in tribulationibus, ſiue gaudẽtes in proſperitatibus
redime nos: non propter meritum noſtrum, ſed pro-
pter nomen tuum.

IN PSALMVM XLIIII. ENARRATIO.

HVNC Pſalmum ſicut vobiſcum cum exultatio-
ne cantauimus, ita nobiſcum cum attentione cõ-
ſideretis, peto. Cantatur enim de ſanctis nuptiis, de
ſponſo & ſponſa,de rege & plebe, de Saluatore & de
his qui ſaluandi ſunt. Qui cum veſte nuptiali venit ad
nuptias,gloriam quærens ſponſi, nõ ſuam, non ſolùm Matth.22.b.
libenter audit,quod ſolet eſſe etiam hominum ſpecta-

quod ab illo non acceperis,& retuleris gratiam.Sed ca
ue ne dũ quęris quid illi retribuas,quod ab illo non ac-
ceperis,inuenias,sed peccatũ tuũ.Hoc planè ab illo nõ A
accepisti, sed nec ei dare debes. Hoc dederunt Iudæi,
Mat.27.b.c retribuerunt mala pro bonis, acceperunt ab eo pluuiã,
& fructũ non dederunt, sed spinas dolorũ. Ergo bonũ
quicquid volueris in te dare Deo,nõ te inuenis accepis
se nisi à Deo. Ipsa est gratia Dei diffusa in labiis. Fecit
te,gratis te fecit. Non enim erat cui præstaret antequã
Luc.15.g. faceret. Perieras, quæsiuit te : & inuentũ reuocauit te.
Præterita non imputauit,futura promisit. Verè diffusa
est gratia in labiis eius. Propterea, inquit, benedixit te
Deus in æternũ.) Laboratur vt hoc possit intelligi ad-
huc à Deo patre dici, propterea benedixit te Deus in
æternũ. Accõmodatiùs videtur hoc accipi ex persona
Prophetæ.Et mutationes personarũ repentinę,& om-
nino ex improuiso inueniuntur in sanctis scripturarum
libris : & si quis aduertat, plenæ sunt paginæ diuinæ.
Psal.119. Domine libera animam meã à labiis iniquis & à lingua
dolosa.Et statim : Quid detur tibi, aut quid adiiciatur
tibi aduersus linguã subdolã ? Alia illic persona erat,a-
lia hic.Ibi petentis,hic subuenientis. Sagittæ potentis
acutæ cum carbonib.vastatoriis.Alia persona est,quid B
detur tibi,alia,hoc detur tibi:& in cõsequentib.fit alia,
Heu me,quia incolatus meus longinquus factus est. Et
in paucis versib.tã crebra mutatio personarũ intellectũ
admonet,non exprimit locum vbi mutatur,nõ dicitur,
hoc dixit homo,hoc dixit Deus : sed ex ipsis verbis fit
nobis intelligere quid ad hominem pertineat, quid ad
Deum. Homo autẽ dicebat : Eructauit cor meũ verbũ
bonũ,dico ego opera mea regi.Homo dicebat, ille di-
cebat,qui scripsit Psalmũ:sed ex persona Dei dicebat.
Incipit dicere & ex sua,propterea benedixit te Deus in
æternũ.Dixerat enim Deus, Diffusa est gratia in labiis
tuis,ei quem fecerat speciosum præ filiis hominũ, etiã
hominẽ quẽ Deus ante omnia prętulerat,ęternus æter
nũ,coęternũ. Impletus est ergo Propheta gaudio quo-
dã ineffabili,& attendens quid Deus pater filio suo ho
mini reuelauerit,potuit dicere ista ex persona Dei:Pro
pterea,inquit,benedixit te Deus in æternũ.Quare?Pro
pter gratiã.Illa enim gratia quò pertinet?Ad regnũ cę-
lorum.Primum enim testamẽtũ terram promiserat: &
aliud p̃miũ fuit vel promissio sub lege positorũ, aliud
sub gratia. Terra Chananæorũ Iudæis sub lege positis, C
regnum cęlorũ Christianis sub gratia positis. Itaque ꝙ
pertinebat ad eos qui sub lege positi erant,regnum trã-
siit:regnum cælorum quod pertinet sub gratia positis,
nõ transit.Propterea hic benedixit te Deus, nõ ad tẽ-
pus,sed in æternũ.Nõ defuerunt qui omnia etiã supe-
riora verba ex Prophetæ persona accipi mallẽt:& hoc
quod dictum est,Eructauit cor meum verbum bonum,
ex Prophetæ persona voluerunt intelligi,veluti dicẽte
hymnum. Quisquis enim dicit hymnũ Deo, eructat
cor eius verbũ bonũ:quomodo qui blasphemat ĩ Deũ,
eructat cor eius verbũ malũ: vt & illud quod adiunctũ
est,Dico ego opera mea regi,significare voluerit sum-
mum hominis opus non esse, nisi Deum laudare.Illius
est specie sua placere tibi,ad te pertinet eum in gratiarũ D
actione laudare. Opera tua si non fuerint laus Dei,inci
2.Tim.3.a. pis teipsum amare: & pertinebis ad illos,de quib. dicit
Apostolus,Erunt enim homines seipsos amãtes.Displi
ce tibi,placeat tibi qui te fecit: quia in eo tibi displices
quod in te ipse fecisti. Opus ergo tuũ sit laus Dei, eru-
ctet cor tuũ verbũ bonũ.Dic ergo opera tua regi:quia
vt diceres,rex fecit,& ipse donauit quod offerres.Red
de illi de suo, ne velis accepta parte patrimonij tui ire
longiùs, & prodigè perdere in meretrices , & porcos
al. etiam. pascere.Hoc recordamini ex Euãgelio.Sed † iã de no-
bis dictũ ẽ: Mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus Luc.15.g.
est.Et quod dictũ est,lingua mea calamus scribæ,velo-
citer scribẽtis,nõ defuerunt qui sic intelligerent, Pro-
phetã ea dixisse quæ scriberet, & ideo linguã suã cala-
mo scribæ cõparasse.Velociter autẽ scribentis voluisse
se dicere,vt significaret ea se scribere quæ velociter vẽ-
tura erant,vt velociter scribere,velocia scribere intel-
ligatur,id est, scribere nõ tardatura : nõ enim tardauit
Deus exhibere Christũ. Quã citò euolutũ sentitur, ꝙ
peractũ agnoscitur? Recordare generationes ante te,
inuenies Adã tanquam hesterno die factũ: ita gesta le-
gimus omnia ab ipso principio. Ergo velociter facta
sunt,velociter erit & dies iudicij.Præueni velocitatem
ipsius.Velociter veniet, velocius tu mutare. Aderit fa-
cies iudicis, sed vide quid dicit Propheta : Præuenia-
mus faciẽ eius in cõfessione. Diffusa est gratia in labiis
tuis,propterea benedixit te Deus in æternũ. Accingere
gladium tuum circa femur potentissime.) Gladiũ tuũ,
quid nisi verbũ tuum? Illo gladio strauit inimicos,illo
gladio diuisit filiũ à patre, filiã à matre, nurum à socru.
Legimus hæc in Euangelio: Nõ veni pacẽ mittere, sed Matt.10.d.
gladiũ. Et erunt in vna domo quinq; diuisi aduersum
se,duo aduersus tres,& tres aduersus duos erunt diuisi:
id est,filius aduersus patrem,filia aduersus matrẽ,nurus
aduersus socrum suã.Diuisio hæc quo gladio facta est,
nisi quẽ Christus attulit?Et reuera fratres etiã quotidia
nis exẽplis videmus hæc. Placet iuueni alicui Deo ser-
uire,displicet patri:diuisi sunt aduersus se. Ille promit-
tit terrenam hæreditatem,ille amat cælestẽ.Aliud iste
pollicetur,aliud ille eligit.Nõ sibi putet pater factã in-
iuriã,Deus solus illi præfertur, & tamen litigat cũ filio
volente seruire Deo.Sed fortior est ille gladius spirita-
lis separãs,quã copulans natura carnalis. Fit hoc & de
filia aduersus matrẽ, multo magis & de nuru aduersus
socrũ. Nã aliquando in vna domo nurus & socrus inue
niuntur,hęretica & catholica.Et vbi fortiter recipitur
iste gladius,rebaptizationẽ nõ timemus.Potuit diuidi
filia aduersus matrẽ suã,& nõ potest nurus aduersus so-
crũ suã? Factũ est hoc generaliter etiã in genere huma-
no,diuisus est filius aduersus patrẽ.Fuimus enim aliqñ
filij diaboli.Adhuc infidelibus dictum est, Vos à patre Ioan.8.f.
diabolo estis.Et omnis infidelitas nostra,vnde nisi à pa
tre diabolo?Non ille creando pater,sed nos illũ imitã-
do filij.Iã modò videtis filium aduersus patrẽ diuisum.
Venit gladius,ille renũciat diabolo: inuenit aliũ patrẽ,
inuenit aliã matrẽ.Ille ad imitationẽ se præbens,gene-
rabat in exitiũ:parentes duo quos inuenimus,in vitam
æternã generant.Diuisus est filius aduersus patrẽ,diui- Math.10.d
sa est filia aduersus matrẽ suã. Plebs illa quæ de Iudæis
credidit , diuisa est aduersus synagogam. Diuisa est &
nurus aduersus socrum suã. Plebs de gentibus veniẽs,
nurus dicitur : quia sponsus Christus filius synagogæ.
Vnde enim natus est filius Dei secundum carnem ? Ex Genes.2.d
illa synagoga. Ille qui dimisit patrem & matrem, &
adhæsit vxori suæ,vt essent duo in carne vna : non cõ-
iectura nostra, sed attestante Apostolo & dicente : Sa- Ephes.5.g
cramentum hoc magnum est,ego autem dico in Chri-
sto & in Ecclesia. Dimisit enim patrem quodammo-
do:non omnino dimisit veluti ad separationẽ, sed ad
susceptionẽ humanæ carnis. Quomodo dimisit ? Quia Philip.2.a.
cùm esset in forma Dei, nõ rapinam arbitratus est esse
se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam Matth.10.d
serui accipiens. Quomodo dimisit & matrem ? Gentẽ
Iudæorum, synagogam illam hærentem vet eribus sa-
cramẽtis. Ad ipsam figuram pertinet quod ait : Quæ Matth.12.d
est mihi mater, aut qui fratres ? Ille enim intus doce-
bat, illi foris stabant. Videte si modò non ita sunt Iu-
dæi. Docet Christus in Ecclesia,illi foris stant. Socrus Math.10.d
ergo

ergo quid est?Mater sponsi. Mater sponsi Domini no-
stri Iesu Christi, synagoga est. Proinde nurus eius Ec-
clesia,quæ veniens de gentibus non consensit in circũ-
cisionem carnalem,diuisa est aduersus socrũ suam.Ac- A
cingere gladium tuum.De potentia huius gladij loque
bamur,cum ista diceremus,Accingere gladium tuum,
sermonem tuũ circa femur potentissime. Circa femur
Gen.49.b. habẽs gladium. Quid est, circa femur ? quid significat
de femore? Carnem. Vnde illud est, Nõ deficiet prin-
ceps de Iuda, & dux de femoribus eius. Nónne & ipse
Gen.12.a. Gen.26.a. Abraham,cui promissum erat semẽ,in quo benedice-
rentur oẽs gentes,quando misit seruũ suum ad quærẽ-
dã & ducendã vxorem filio suo, vnde veniret illud se-
men sanctum, in quo benedicerentur oẽs gentes : fide
tenens,in illa veluti humilitate seminis esse magnitudi-
al. nominis. nem † numinis , id est, filiũ Dei venturũ ex filiis homi- B
num per semen Abrahæ:fecit ipsum seruum suum, quẽ
mittebat ita sibi iurare,Pone,inquit,manũ tuam sub fe
Gen.24.a. more meo,& sic iura. Quasi diceret, Pone manum tuã
ad altare,aut ad Euangelium, aut ad Prophetã, aut ad
aliquid sanctum.Sub femore meo, inquit, pone manũ,
habens fiduciam:nec reuerens turpitudinem,sed intel-
ligens veritatem.Propterea accingere gladiũ tuũ circa
femur potẽtissime. Potẽtissime ẽt circa femur : quia ꝙ
1.Cor.1.d. infirmum est Dei,fortius est hominibus. Specie tua &
pulchritudine tua.) Iustitiam accipe,qua semper es spe
ciosus & pulcher.Et intende, & prospere procede, &
regna.) Nónne videmus? Certè iam factum est. Attẽ-
dite orbem terrarũ,intendit,prospere processit, & re-
gnat,subditæ sunt oẽs gentes.Quid erat illud videre in
spiritu?Quod nunc est experiri in veritate.Quando di-
cebãtur hæc,nõdũ ita regnabat Christus, nõdũ inten-
derat,nõdũ processerat.Prędicabãtur,exhibita sunt,iã
ea tenemus.In multis redditorẽ habemus Deũ,in pau-
cis debitorem. Intende & prosperè procede,& regna. C
Psal.84. Propter veritatẽ & mansuetudinẽ,& iustitiam.) Red-
al. expectatio. dita est veritas,quando veritas de terra orta est, & iu-
stitia de cælo prospexit. Præsentatus est Christus † ex-
pectatio generis humani,vt in semine Abrahæ benedi-
cerentur oẽs gentes. Prædicatũ est Euãgelium, veritas
est.Quid mãsuetudo?Passi sunt martyres, & inde mul-
tũ processit, & promouit per oẽs gentes regnum Dei:
qua patiebantur martyres, nec deficiebãt, nec resiste-
bant dicentes omnia, nihil occultantes, parati ad om-
nia,nihil recusantes. Magna mansuetudo: corpus Chri
Esa.53.c. sti hoc fecit,in capite suo didicit.Ille prior sicut ouis ad
victimam ductus est,& sicut agnus corã tondente se nõ
aperuit os suum:vsqueadeò mãsuetus,vt pẽdens in cru
Luc.23.c. ce diceret, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt.
Quid propter iustitiã?Veniet etiam vt iudicet,& retri-
Rom.2.a. buat vnicuiq; secundũ opera sua. Dixit veritatem,per-
tulit iniquitatẽ,allaturus est æquitatem. Et deducet te
mirabiliter dextera tua.) Nos dextera ipsius, ipse dex-
tera sua.Ille enim Deus,nos homines. Dextera sua de- D
ductus est:id est,potentia sua.Etenim potentiam quam
pater habet,habet & ipse, & diuinitatem patris habet
& ipse,immortalitatem patris habet & ipse:æternitatẽ
patris habet, virtutẽ patris habet. Deducet eum mira-
biliter dextera eius,faciẽs diuina,patiẽs humana,mali-
tias hominũ sternẽs bonitate sua. Adhuc deducitur,&
vbi nõdũ est, & dextera eius deducet eũ. Hoc enim eũ
ducit quod ipse donauit sanctis suis. Deducet te mira-
biliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ potentissime.)
Cant.2.b. &5.c. Verba cor trãsfigentia, amorẽ excitãtia. Vnde dicitur
in Cãticis cãticorũ,Quia vulnerata charitate ego sum.
Dicit enim vulneratã se esse charitate: id est, amare se
dicit,æstuare se dicit,suspirare sponso,vnde accepit sa-
gittã verbi.Sagittæ tuæ acutæ potẽtissime, & trãsfigẽ-
tes & efficientes.Acutę potentissime.Populi sub te ca-
dẽt:)Qui ceciderunt? Qui percussi sunt & ceciderunt?
Populos videmus subditos Christo, cadẽtes nõ vide-
mus.Exponit vbi cadunt:in corde.Ibi se erigebant ad-
uersus Christũ, ibi cadũt ante Christũ. Blasphemabat
Saulus Christũ,erectus erat:supplicabat Christo,ceci-
dit,prostratus est.Occisus est inimicus Christi,vt viuat
discipulus Christi.De cælo emissa est sagitta, corde p̱-
cussus est Saulus nondum Paulus,adhuc Saulus,adhuc
erectus nondum prostratus: accepit sagittã, cecidit in
corde. Nõ enim ꝙ prostratus est in faciẽ, ibi cecidit in Act.9.c.
corde: sed vbi ait, Domine,quid me iubes facere ? Mo-
dò ibas ad Christianos alligãdos & perducẽdos ad pœ
nã:& modò dicis Christo,quid me iubes facere? O sa-
gittã acutam potentissimam, qua accepta cecidit Sau-
lus vt esset Paulus! Vt ille,ita & populi,gentes attendi-
te,videte subditas Christo. Ergo populi sub te cadent,
In corde inimicorũ regis.) Hoc est in corde inimicorũ
tuorũ.Ipsum enim appellat regẽ,ipsum nouit regẽ.Po-
puli sub te cadẽt in corde inimicorũ regis.Inimici erãt:
acceperũt sagittas tuas,ceciderũt añ te.Ex inimicis ami
ci facti sunt:inimici mortui sunt,amici viuunt.Hoc est,
pro his qui cõmutabuntur. Quærimus intelligere ver-
ba singula,versus singulos: ita tamen quærimus, vt de
Christo dici nemo dubitet.Populi sub te cadẽt in cor-
de inimicorum regis.Sedes tua Deus in secula seculo-
rũ.) Quia benedixit te Deus in ęternũ propter gratiam
diffusam in labiis tuis.Erat aũt sedes regni populi Iudai
ci temporalis,pertinens ad eos qui sub lege erant, non
ad eos qui sub gratia erant. Venit ille vt liberaret eos
qui sub lege erãt,& sub gratia cõstitueret.Sedes eius in
secula seculorũ. Quare? Quia sedes illa prima,regni tẽ-
poralis fuit. Vnde nunc sedes in secula seculorũ ? Quia
Dei.Sedes tua Deus in secula seculorũ. O æternitatis
diuinitas! Nõ enim posset Deus sedẽ habere tẽporalẽ.
Sedes tua Deus in secula seculorũ. Virga directionis,
virga regni tui.) Directionis virga est quæ dirigit homi Hebr.1.c.
nes.Curui erãt, distorti erant: sibi regnare cupiebãt,se
amabant, facta sua mala diligebant. Non voluntatem
suã Deo subdebant, sed voluntatem Dei ad suas cõcu-
piscentias flectere volebant.Irascitur enim peccator &
iniquus plerunq. Deo, quia non pluit : & non vult sibi
Deũ irasci quia fluit. Et ad hoc propemodum sedent
quotidie homines vt disputent cõtra Deũ: hoc facere
debuit: hoc non bene fecit.Tu videlicet vides quid fa-
cias,ille nescit ? Distortus tu es,ille rectus est. Distortũ
ad rectũ quando cõiũgis?Colliniari nõ potest.Tãquã si
in pauimẽto æquali ponas lignũ curuũ:nõ adiũgitr, nõ
cohæret,nõ coaptatr pauimẽto.Pauimẽtũ vbiq; ęquale
est:sed illud curuũ ẽ,nõ coaptatr æquali.Ergo Dei volũ
tas ęqualis est,tua curua est. Propterea tibi curua videt
illa,quia tu illi coaptari nõ potes.Dirigere ad illã, tene
illã. Nã si illã velis curuare ad te, quia nõ potes, frustra
conaris:illa semp̱ directa est.Vis illi hęrere?Corrigere.
Erit virga ipsius qui te regit, virga directionis. Inde &
rex à regẽdo dicitur.Nõ autẽ regit qui nõ corrigit. Ad
hoc est rex noster rectorũ rex. Quomodo & sacerdos † al. ad sanctificandos nos, ita & rex ad regẽdos nos.
à sanctificando nos,ita & rex à regendo nos. Sed quid
ait alio loco?Cũ sancto sanctus eris,& cũ viro innocẽte
innocẽs eris.Et cũ electo electus eris,& cũ peruerso p̱- Psal.17.
uersus eris ; non quia peruersus Deus,sed quia peruersi
peruersum eũ putãt.Placet tibi bonũ, bonus est Deus:
displicet tibi, quasi prauus est Deus. Curuus est ad te
Deus,tua curuatura facit hoc: nã illius rectitudo semp̱
manet.Audi in alio Psalmo,Quã bonus Deus Israël re- Psal.72.
ctis corde. Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti Hebr.1.c.
iustitiã,& odisti iniquitatẽ.)Vide virgã directionis,dile
xisti iustitiam,& odisti iniquitatẽ. Accede ad istã virgã,

sit tibi rex Christus:regat te virga ista,ne frangat te.Vir
Psal.2. ga eũ ferrea est illa,ĩflexibilis.Et quid dictũ est? Reges
eos ĩ virga ferrea,& tãquã vas figuli cõteres eos.Alios
regit,alios conterit: regit spiritales, conterit carnales.
Ergo accede ad istã virgam.Quid in ea times?Hæc est
tuta virga,Dilexisti iustitiã,& odisti iniquitatẽ.Quid ti
mes?Sed fortè iniquus eras.Audis enim regẽ tuũ, quia
odit iniquitatẽ:& times.Est quod facias.Quid odit?Ini
quitatẽ.Nunquid te? Sed in te est iniquitas. Odit illam
Deus, oderis & tu: & vnam rẽ ambo oderitis. Eris eũ
Deo amicus,si odisti quod odit. Ita & amabis q̃ amat.
Displicеat in teipso tibi iniquitas tua, & placeat tibi
creatura ipsius.Homo enim es iniquus.Duo dixi nomi
na:duo nomina,homo & iniquus.In istis duobus homi
nibus vnum est naturæ,alterum culpæ. Vnum tibi De⁹
fecit, alterum tu fecisti. Ama quod Deus fecit: oderis
quod tu fecisti:quia & ipse hoc odit.Vide quomodo iã
illi incipias cõiungi,cũ odisti quod odit.Peccatũ puni
tur⁹ est,quia virga directionis est virga regni ipsius.Sed
non potest vt non puniat peccatum.Puniendũ est pec
catũ: si puniendũ nõ esset,nec peccatũ esset. Præueni
illũ:nõ vis vt ipse puniat,tu puni.Ideo enim adhuc ipse
parcit,differt,tenet manũ, arcũ intẽdit, hoc est minas.
Clamaret tantum feriturũ se,si vellet ferire?Differt er-
B go manũ à peccatis tuis,tu noli differre.Cõuerte te ad
punienda peccata tua, quia impunita esse peccata non
possunt. Puniendum ergo erit, aut à te, aut ab ipso. Tu
agnosce, vt ille ignoscat. Attende exemplum in alio
Psalm. 50. Psalmo pœnitentiæ, Auerte faciẽ tuã à peccatis meis.
Nunquid dixit,à me? Alio enim loco apertè dicit,Ne
Psalm.26. auertas faciem tuã à me.Ergo auerte faciẽ tuã à pecca-
tis meis.Nolo videas peccata mea:quia videre Dei, a
nimaduertere est. Ideo & iudex quod punit, animad-
uertere dẽ,id est,animũ illuc vertere:intendere vtiq.ad
puniendũ,quia iudex est.Sic est & iudex Deus.Auerte
faciẽ tuã à peccatis meis. Tu ab ipsis faciẽ noli auerte-
re,si vis vt Deus ab ipsis auertat faciẽ suã.Vide quomo-
do hoc offert Deo in ipso Psalmo,Facinus meum ego,
inquit,agnosco, & peccatũ meum ante me est semper.
Hoc nõ vult esse ante Deũ,quod vult esse ante se. Vir-
ga directionis,virga regni tui.Nemo sibi multũ de mi-
sericordia Dei blãdiatur,virga directionis est.Nũquid
dicimus,nõ esse misericordẽ Deũ?Quid misericordius
eo,qui parcit tũ peccatoribus,& qui in omnib.cõuer
sis ad se nõ curat præterita?Sic eum dilige misericordẽ,
vt velis esse veracẽ: non enim misericordia potest illi
auferre iustitiã,neq; iustitia misericordiã.Interim quã-
diu ille differt, tu noli differre: quoniã virga directio-
Hebr.1.c. nis virga regni ipsius.Dilexisti iustitiã, & odisti iniqui-
tatẽ. Propterea vnxit te Deus Deus tuus.) Propterea
vnxit te, vt diligeres iustitiam,& odires iniquitatẽ. Et
vide quomodo ait, propterea vnxit te Deus Deus tu⁹.
O tu Deus, vnxit te Deus tuus. Deus vngitur à Deo.
Etenim in Latino putatur idẽ casus nominis repetitus:
in Græco autẽ euidẽtissima distinctio est, quia vnũ no-
men est quod cõpellatur, & alterũ ab eo qui cõpellat,
Vnxit te Deus.O tu Deus,vnxit te Deus tuus: quomo-
do si diceret, propterea vnxit te ô tu Deus Deus tuus.
Sic accipite,sic intelligite,sic in Græco euidẽtisimũ ẽ.
Ergo quis est Deus vnctus à Deo?Dicant nobis Iudęi.
Scripturæ istæ cõmunes sunt, vnctus est Deus à Deo:
vnctũ audis,Christũ intellige:etenim Christus à chris-
mate.Hoc nomẽ quod appellatur Christus, vnctionis
est:nec in aliquo alibi vngebantur reges & sacerdotes,
nisi in illo regno vbi Christus prophetabatur & vnge-
batur,& vnde venturũ erat Christi nomẽ. Nusquã est
alibi omnino, in nulla gẽte, in nullo regno. Vnctus est
ergo Deus à Deo.Quo oleo nisi spiritali?Oleũ enim vi-
sibile in signo est, oleũ inuisibile in sacramẽto est.Oleũ
spiritale intus est,oleũ visibile exterius est. Vnctus est
A nobis Deus,& missus est nobis,& ipse Deus vt vngeret
homo erat:sed ita homo erat,vt Deus esset:ita Deus e-
rat,vt homo esse nõ dedignaretur. Verus homo,verus
Deus,in nullo fallax,in nullo falsus: quia vbiq. verax,
vbique veritas.Deus ergo homo,& ideo vnctus Deus:
quia homo Deus,& factus est Christus.Hoc figurabа-
tur in eo, quòd Iacob lapidẽ sibi ad caput posuerat, & Genes.28.d
dormierat.Iacob Patriarcha lapidẽ sibi ad caput posue
rat.Dormiẽs aũt illo lapide ad caput posito,vidit aper
tis cælis scalã à cælo in terrã,& angelos ascendentes &
descendentes. Hoc viso euigilauit, vnxit lapidẽ & di-
scessit.In illo lapide intellexit Christũ, ideo vnxit. Vi-
dete ex quo prædicatur Christus. Quid sibi vult illa vn
ctio lapidis,præsertim apud Patriarchas, qui vnũ Deũ
colebãt?Factũ est aũt in figura,& discessum est. Nõ enĩ
vnxit lapidẽ,& venit illuc semper adorare,& sacrificia
ibi facere.Expressum est mysteriũ,nõ inchoatũ sacrile- Psal. 117.
giũ. Et videte lapidẽ. Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædi- 1.Cor. 11.a.
ficantes,hic factus est in caput anguli.Et quia caput vi-
ri Christus, propterea lapis ad caput. Attẽdite magnũ
sacramẽtum.Lapis Christus. Lapidẽ viuum ait Petrus 1. Petr. 2.
B ab hominibus reprobatum,à Deo autẽ electum. Et la-
pis ad caput,quia caput viri Christus: & vnctus lapis,
quia à chrismate dictus est Christus.Et videtur scalę re Gen. 28.c
uelante Christo à terra in cælum,vel à cælo in terrã, &
ascendentes & descendentes angeli. Quid hoc sit,me- Ioan. 1.g.
lius videbimus,cũ testimoniũ euangelicũ ab ipso Dño
cõmemorauerimus. Nostis quia Iacob ipse est Israël. Genes.32.f
Illi enim cum angelo luctãti & præualẽti,& benedicto
ab eo cui præualuit,nomen mutatũ est, vt appellaretur
Israël:sicut populus Israël pręualuit Christo,vt crucifi-
geret eũ: & tamen in his qui Christo crediderũt,ab ip-
so cui præualuit,benedictus est. Sed multi nõ credide-
rũt,inde claudicatio Iacob. Benedictio & claudicatio.
Benedictio in his qui crediderũt: nã postea nouimus
ex illo populo multos credidisse.Claudicatio autem in
his qui nõ crediderunt.Et quia plures nõ crediderunt,
& pauci crediderunt:ideo vt fieret claudicatio, tetigit
latitudinẽ femoris eius.Quid est latitudo femoris eius?
Multitudo generis. Videte ergo scalas illas. Dominus
vidit Nathanaẽlẽ in Euangelio,& ait:Ecce verè Israë- Ioan. 1.g.
C lita,in quo dolus nõ est.Sic enim dicitur de ipso Iacob: Genes.25.d
Et erat Iacob sine dolo habitans in domo.Hoc recolẽs
Dominus videns Nathanaẽlem sine dolo de gente illa,
& de populo illo,Ecce verè,inquit,Israëlita,in quo do-
lus nõ est.Appellauit Israëlitã, in quo dolus non esset,
propter Iacob: Et ille Nathanaël, Vnde me nosti? Et
Dominus,Cũ esses sub arbore fici vidi te:id est,cũ esses
in illo populo sub lege cõstitutus, quæ carnali vmbra
illum populum protegebat, ibi te vidi. Quid est, ibi te
vidi? Ibi tui misertus sũ. Ille autẽ recordatus quòd fue-
rat etiã sub arbore fici in veritate,admiratus quia puta-
bat se à nemine visum, cùm ibi esset, cõfitetur & dicit:
Tu es filius Dei,tu es rex Israël.Quis hoc dixit?Qui au-
dierat quòd verus esset Israëlita,& dolus ĩ illo nõ esset.
Et Dñs, Quia dixi tibi,vidi te sub arbore fici,credidi- Genes.28.d
D sti:maiora horũ videbis. Loquitur cũ Israël, cũ Iacob,
cũ illo qui sibi lapidẽ ad caput posuerat: maiora horũ
videbis.Quæ maiora?Quia iã lapis ille ad caput est. A-
mẽ dico vobis, videbitis cælũ apertũ, & angelos Dei Ioan. 1.g.
ascẽdẽtes & descẽdẽtes sup filiũ hominis. Angeli Dei
ascẽdãt & descẽdãt per scalas illas,fiat hoc in Ecclesia.
Angeli Dei annũciatores sunt veritatis: ascẽdãt & vi- Ioan. 1.a.
deãt: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ,
& Deus erat verbũ.Descẽdãt,&videãt,quia verbũ ca-
ro factum est,& habitauit in nobis. Ascendãt vt erigãt
magnos

magnos: descendant vt nutriant paruos.Vide ascendẽ
2.Cor. 5. c. tẽ Paulũ,Siue mente excessimus,Deo.Vide descendẽ-
tẽ,Siue tẽperantes sumus,vobis.Vide ascendentẽ, Sa-
pientiam loquimur inter perfectos.Vide descendentẽ,
1. Cor. 3. a Lac vobis potũ dedi,nõ escã.Hoc fit in Ecclesia.Ascẽ-
Ioan. 1.a. dunt & descendunt angeli Dei super filium hominis:
quia sursum est filius hominis, ad quẽ ascendũt corde,
id est caput eius:& deorsum filius hominis, id est, cor-
pus eius.Membra eius hic sunt,caput sursum est.Ascẽ-
ditur ad caput, descenditur ad membra. Christus ibi,
Act.9.a. Christus hic.Nam si ibi tantũ,& hic non: vnde vox il-
la,Saule Saule, quid me persequeris? Quis enim illi in
cælo molestus fuit? Nemo,nec Iudæi, nec Saulus, nec
diabolus tentator.Nemo ibi molestus illi: sed sicut in
cõpage corporis humani, pede calcato lingua clamat:
Dilexisti iustitiam,& odisti iniquitatem,propterea vn-
B xit te Deus Deus tuus. Locuti sumus de vncto Deo,
hoc est de Christo.Nõ potuit apertius dici nomẽ Chri
sti,quàm vt diceretur vnctus Deus. Quomodo speciо-
sus forma præ filiis hominũ:sic vnctus,Oleo exultatio-
nis præ participib.suis.) Qui enim participes eius? Filij
hominũ:quoniã & ipse filius hominis particeps factus
est mortalitatis illorũ,vt faceret eos participes immor
talitatis suæ.Myrrha & gutta & casia à vestimẽtis tuis.)
Ephes. 5. f. Odores boni à vestimẽtis tuis.Vestimẽta eius sunt san-
cti eius,electi eius,tota ecclesia eius:quã sibi sicut vestẽ
exhibet,sine macula & ruga. Propter maculã abluens
in sanguine, propter rugam extendens in cruce. Inde
Matth.9.a. bonus odor qui significatur nominatis quibusdã aro-
matibus.Audi Paulũ illã minimã fimbriã de vestimẽto
2. Cor. 1.d. quod tetigit mulier in fluxu sanguinis,& sanata est,au-
di illũ dicẽtẽ, Christi bonus odor sumus in omni loco,
& in iis qui salui fiũt,& in iis qui pereunt. Nõ dixit,bo-
nus odor in iis qui salui fiunt, & malus odor in iis qui
C pereunt:sed quod ad nos attinet,bonus odor sumus,&
in iis qui salui fiunt,& in iis qui pereũt.Saluũ fieri homi
nẽ bono odore, nõ est improbabile neq. incredibile.
Perire aũt hominẽ bono odore, quæ ratio est? Magna
vis,magna veritas:& si capi nõ potest,ita est.Nã vt no-
ueritis quia difficile capitur,statim subiecit: Et ad hæc
quis idoneus? Quid est,ad hæc quis idoneus? Quis in-
telligat homines mori bono odore. Tamẽ aliquid di-
cã fratres. Ecce ipse Paulus prædicabat Euangelium,
multi illũ amabant p̃dicatorẽ Euangelij,multi illi inui-
debãt.Qui illũ amabant,bono odore saluabantur: qui
illi inuidebãt,bono odore peribant. Ideo & pereunti-
bus nõ malus odor, sed bonus odor. Ideo enim magis
illi inuidebãt,quia tã bona in illo gratia pręualebat:ne-
mo enim inuidet misero.Erat ergo gloriosus in prædi-
catione verbi Dei, & viuẽs secundũ regulã illius virgæ
directionis: & diligebãt eũ qui in illo diligebãt Chri-
Cant. 1.a. stũ, qui sequebãtur bonũ odorẽ.Diligebat amicũ spõsi
sui spõsa ipsa,quæ dicit in Canticis canticorũ,Post odo
rẽ vnguentorũ tuorũ curremus. Illi aũt alij quãto ma-
D gis eũ videbant in gloria prædicationis Euãgelij & in
vita inculpabili,tãto magis inuidia torquebãtur & oc-
cidebãtur bono odore. Myrrha & gutta & casia à vesti
mẽtis tuis. A domib.eburneis,ex quib.delectauerũt te
filiæ regũ.) Domos eburneas,domos magnas, domos
regales,quas vis elige,delectauerunt inde Christũ filię
regũ. Vis domos eburneas spiritaliter accipe? Magnas
domos,& magna tabernacula Dei, corda sanctorum.
Ipsosq; reges regẽtes carnẽ, subiugãtes sibi turbas hu-
manarũ affectionũ,castigãtes corpus,& seruituti subii-
cientes,accipe, quia inde delectauerũt eũ filiæ regum.
Etenim oẽs animæ quæ illis prædicãtib.& euangelizã-
tib.natę sunt,filiæ regum sunt:& Ecclesiæ filiæ Apосto
lorũ,filiæ regum sunt: ille est enim rex regum. Illi autẽ
reges de quib. dictum est, Sedebitis super duodecim
sedes iudicantes duodecim trib. Israël, prædicauerunt Matt. 19.d.
verbum veritatis,& genuerunt Ecclesias,nõ sibi,sed il-
A li.Ad hoc sacramentum pertinet quod scriptum est in Deut. 25.b.
lege:Si mortuus fuerit frater,accipiat vxorem eius fra
ter eius,& suscitet semen fratri suo. Accipiat vxorẽ fra
ter eius,& suscitet semen, non sibi, sed fratri suo. Dixit
Christus, Die fratribus meis. Dixit & in alio Psalmo, Mart.28.b.
Narrabo nomen tuum fratribus meis.Mortuus ẽ Chri Psal. 21.
stus,resurrexit,ascendit,absentauit se corpore: suscepe
runt fratres eius vxorẽ eius,prædicatione Euangelij ge
neraturi filios,nõ per semetipsos, sed per Euangelium,
propter nomen fratris.In Christo enim Iesu,inquit, p
Euangeliũ propter nomen fratris,ego vos genui. Itaq. 1. Cor. 4.c
suscitantes propter nomẽ fratris semen fratri suo,quot
quot genuerant nõ Paulianos aut Petrianos, sed Chri- Deut. 25.b.
B stianos nominauerunt. Videte si nõ iste sensus vigilat,
& in his versibus.Cũ enim diceret à domib. eburneis,
dixit de regalibus,amplis,pulchris,lenibus,qualia sunt
corda sanctorum:subiecit, Ex quib.te delectauerũt fi-
liæ regũ.In honore tuo.)Filię quidẽ regũ,filiæ Apосto
lorum tuorũ:sed in honore tuo,quia semen † illud susci al. illi.
tauerunt fratri suo. Ideo ipsos quos suscitauerat fratri
suo Paulus,cũ videret currere ad nomen suũ:exclama-
uit,Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?Quid eũ 1. Cor. 1. b.
ait lex?Et habeat natus nomen defuncti.Defuncto nas-
catur, defuncti nomine appelletur. Seruat hoc legiti-
mũ Paulus:volentes appellari ex nomine suo, reuocat,
Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Ad defun-
ctũ aspicite, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est?
Et quid ergo? Quando illos generasti, quid si nomen
tuũ illis imposuisti?Nõ. Ait enim, Aut in nomine Pauli
baptizati estis?Delectauerunt te filiæ regum in honore
tuo.Tene te,serua te in honore tuo.Hoc est habere ve-
C stẽ nuptialẽ,illius honorem,illius gloriã quærere.Intel
lige etiã filias regũ ciuitates,quæ crediderunt in Chri-
stũ,& à regib.conditæ sunt:& à domib.eburneis,diui-
tibus,superbis,elatis.Filiæ regum delectauerũt te in ho
nore tuo:quia non quęsierũt honorẽ patrũ suorum,sed
quæsierunt honorẽ tuũ.Ostendãtur mihi Romæ in ho-
nore tanto templum Romuli, in quanto ibi ostendo
memoriã Petri.In Petro quis honoratur,nisi ille defun
ctus pro nobis?Sumus enim Christiani,nõ Petriani. Et
si nati per fratrẽ defuncti,tamen cognominati nomine
defuncti. Per illum nati,sed illi nati. Ecce Roma, ecce
Carthago,ecce aliæ & aliæ ciuitates filiæ regũ sunt: &
delectauerũt regem suũ in honore ipsius, & ex omnib.
fit vna quędam regina.Quale carmẽ nuptiale?Ecce in-
ter carmina hilaritatis plena,,pcedit & ipsa spõsa.Spõ-
sus enim veniebat,ipse describebatur,in illũ erat omnis
intentio nostra:procedat & ista.Astitit regina à dextris
tuis.) Quæ à sinistris?Nõ regina.Stabit enim quædã & Matt. 25.d.
à sinistris,cui dicetur,Vade in ignẽ æternum.A dextris
aũt stabit,cui dicetur,Venite benedicti patris mei,per-
D cipite regnum quod vobis paratum est ab initio mun-
di. Astitit regina à dextris tuis. In vestitu deaurato,
circumamicta varietate.) Vestitus reginæ huius quis
est? Et pretiosus est,& varius est. Sacramenta doctri-
næ in linguis omnibus variis. Alia lingua Afra,alia Sy-
ra,alia Græca,alia Hebræa,alia illa & illa. Faciunt istæ
linguæ varietatem vestis reginæ huius. Quomodo aũt
omnis varietas vestis in vnitate concordat, sic & om-
nes linguæ ad vnã fidem. In veste varietas sit, scissura
non sit.Ecce varietatem intelleximus de diuersitate
linguarum: & vestem intelleximus propter vnitatem.
In ipsa autem varietate aurum quod est? Ipsa sapien-
tia: Quælibet sit varietas linguarum, vnum aurum
prædicatur: non diuersum aurũ, sed varietas de auro,

Multi enim cũ ad talia refugia cõfugissent, cadẽtib. illis ad quos cõfugerũt, & ipsi quęsiti sunt: quos nemo quęreret, si nõ ad talia cõfugissent. Nõ est refugiũ nostrum tale, sed refugium nostrum virtus est. Cũ illuc cõfugerimus, firmi erimus. Adiutor in tribulationib. quæ inuenerunt nos nimis.) Multæ sunt tribulationes, & in omni tribulatione ad Deũ cõfugiẽdum est: siue sit tribulatio in re familiari, siue sit in salute corporis, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculũ necessaria: omnino aliud refugiũ non debet esse homini Christiano quã saluator eius, quã Deus eius, quò cũ cõfugerit, fortis sit. Nõ enim ipse in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo erit: sed ille illi fortitudo erit, qui refugiũ eius factus est. Veruntamen charissimi inter oẽs tribulationes humanæ animæ, nulla est maior tribulatio quàm conscientia delictorum. Namq. si ibi vulnus non sit, sanumq; sit intus hominis quod cõscięẽtia vocatur: vbicunq. alibi passus fuerit tribulationes, illuc cõfugiet, & ibi inueniet Deũ. Si autẽ ibi requies nõ est propter abundantiã iniquitatis, quoniam & ibi Deus non est, quid factutus est homo? Quò confugiet, cùm cœperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad ciuitatẽ, à publico ad domum, à domo in cubiculum, & sequitur tribulatio. A cubiculo iã quò fugiat nõ habet, nisi interius ad cubile suũ. Porrò si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flãma sceleris, nõ illuc potest cõfugere. Pellitur enim inde: & cũ inde pellitur, à seipso pellitur. Et ecce hostẽ suũ inuenit, quò cõfugerat, seipsum quò fugiturus est? Quocunque fugerit se, talem trahit post se: & quocũque talẽ traxerit se, cruciat se. Sed à seipso sunt tribulationes quæ inueniunt hominẽ nimis: acerbiores enim nõ sunt: † tanto sunt acerbiores, quãto sunt interiores. Videte charissimi, cùm ligna † deasciantur à fabris & probantur, aliquando in superficie videntur quasi læsa & putrida. Faber autem inspicit tãquam medullã interiorem ligni, & si sana interius ligna cognouerit, promittit ea in ædificio duratura: nec valde erit de superficie læsa sollicitus, quando id quod interius est sanum renũciat. Porrò hominis interius conscientia nõ inuenitur. Quid igitur prodest, si quod est exterius sanum est, & putrefacta est medulla cõscięẽtiæ? Arctæ istæ & vehemẽtes omnino, & sicut Psalmus ipse ait, nimiæ tribulationes sunt: tamen & in his adiutor factus est Dominus dimittendo peccata. Iniquorũ enĩ cõscientias nõ sanat nisi indulgentia. Si enim magnas tribulationes habere se dicit debitor fisci, confessus & intuens angustias rei familiaris suæ, cũ se videt nõ posse esse soluendo propter imminẽtes omni anno compulsores, tribulationes magnas se pati dicit, nec vsquã respirat nisi in spe indulgẽtiæ rerum terrenarum: quãto magis debitor pœnarum de abundantia delictorũ, quando reddet quod debet de mala cõscientia, quãdo si reddiderit ipse perit? Hoc enim debitum reddere, pœnas luere est. Restat ergo, vt de ipsius indulgẽtia securi esse possimus, si tamen accepta indulgentia non rursus ad debita contrahenda redeamus. Isti ergo filij Chore fortasse intelliguntur esse illi quib. locutus est Petrus in Actibus Apostolorum, cũ intenti facti essent ad mirabilia aduentus spiritus sancti, cũ oẽs in quos venerat, linguis omnib. loquerentur: annunciauit enim illis Christum. Qui cũ tanta potuisset mittẽdo spiritum sanctum, ille quem ipsi crucifixerant manibus suis, cogitantes quã contemptibilis esset, cùm ab eis occideretur, quàm altus & excelsus apud Deum factus esset, qui spiritu sancto idiotas impleret, & linguas infantiũ faceret disertas: compuncti corde, dixerunt: Quid faciemus? Istæ erant nimiæ tribulationes quæ illos inuenerant. Non enim ipsi inuenerunt peccata sua, sed inuenta in eis sunt commemoratione Apostolorũ. Ideo inuenerunt illos tribulationes, nõ ipsi inuenerunt tribulationes. Nã quando sine alicuius admonitione ipse homo cõsiderat factũ suum, & rogat Deũ, quid dicit? Tribulationẽ & dolorẽ inueni, & nomen Dñi inuocaui. Alia est ergo tribulatio quã tu inuenis, alia quę te inuenit. In vtraq. tamen siue quæ te inuenit, siue quam tu inuenis: vt vtrãq. depellat, ille rogandus est, qui est adiutor in tribulationib. Nam & ille cùm inuenit, hoc dixit, Et nomen Domini inuocaui. Et hi in tribulationib. à quib. se inuentos esse dixerunt, hoc dixerũt: Deus noster refugiũ & virtus, adiutor in tribulationib. quæ inuenerunt nos nimis. Sed quia adiutor factus est, vnde factus est? Compuncti, inquit, corde dixerunt, Quid faciemus? Tanquã magna desperatione. Ille tãtus est quẽ nos occidimus, nos vbi erimus? Et Petrus, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi: & dimittũtur vobis peccata vestra. Nihil enim hoc peccato grauius cogitare potuerũt. Quid grauius peccatori ægro, quã medici interfectio? Quid grauius potest æger facere, quã si medicũ suum occidat? Cùm hoc dimittitur, quid non dimittitur? Ab illo ergo cui dictum est, refugium & virtus, acceperunt magnam securitatem: Baptizetur vnusquisq. vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi. In illi nomine quẽ occidistis, baptizamini, & dimittuntur vobis peccata vestra. Medicum vel postea cognouistis, iã securi bibite sanguinẽ quẽ fudistis. Deniq. accepta tãta securitate, quid dicũt? Propterea non timebimus, cùm cõturbabitur terra.) Paulo antè soliciti, subitò securi, ex tribulationib. nimiis in magna tranquillitate positi sunt. Dormiebat enim illis Christus, ideo turbabãtur: excitatus est Christus, sicut modò audiuimus in Euãgelio, imperauit vẽtis, & quieuerũt, quoniã Christus in cuiuscũq. corde per fidem nõ est, significatũ est nobis, quia eius cor tanquã nauis in huius sęculi tẽpestate turbatur. Qui fidẽ suam obliuiscitur, tanquã Christo dormiente turbatur: excitato autẽ Christo, fit tranquillitas. Denique & ipse Dominus quid ait? Vbi est fides vestra? Excitatus Christus, excitauit fidẽ: vt quod in naui factum erat, fieret in cordib. corũ. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, id egit vt ibi esset tranquillitas magna, Videte ipsam tranquillitatẽ. Propterea non timebimus, cũ conturbabitur terra: Et trãsferentur montes in cor maris.) Tunc non timebimus. Quæramus mõtes translatos: & si inuenire poterimus, manifestum est, quia ipsa est securitas nostra. Dominus quippe dixit discipulis: Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, tollere & mittere in mare, & fiet. Fortè monti huic de seipso dixit, dictus est enim mons. Erit in nouissimis temporibus manifestus mons Domini. Sed iste mõs super alios mõtes collocatus est: quia & Apostoli mõtes; portantes montem hunc. Ideo sequitur, Erit in nouissimis tẽporibus manifestus mõs Domini, paratus in cacumine montium. Transcendit ergo cacumina mõtium omnium, & in cacumine omnium montiũ collocatus est, quoniam montes sunt annunciantes montem. Mare aũt significat hoc seculum, in cuius maris comparatione tanquam terra videbatur gens Iudæorum. Nõ enim idololatriæ amaritudine tegebatur, sed erat tanquã arida, amaritudine gentium tanquam mari circũdata. Futurum erat vt turbaretur terra, id est, illa ipsa gens Iudæa, & transferrentur mõtes in cor maris, id est, primò ipse mons magnus paratus in cacumine montium. Deseruit enim gentem Iudæam, & factus est in gentibus: translatus est de terra ad mare. Transferentibus quibus? Apostolis quibus dixerat: Si habueritis fidem in vobis tanquam granum sinapis, dicetis mõti huic, tollere & mittere in mare, & fiet: id est, per fidelissimã vestram prædicationem fiet, vt mons iste, hoc est, ego ipse prædicer in gentibus, glorificer in gẽtibus, agnoscar in gẽtibus, & fiat quod de me prædictũ est, Populus quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi. Quando autẽ & illi mõtes trãslati sunt? Et hoc indicet nobis scriptura Dei. Quãdo Apostolus prædicabat Iudæis, respuerunt verbũ: & ait Apostolus Paulus, Ad vos missi eramus, sed quia respuistis verbum Dei, imus ad gentes. Translati sunt montes in cor maris. Verè enim gentes crediderũt mõtibus, vt in corde maris esset mõtes illi: nõ sicut Iudæi, de quibus dictũ est, Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ lõgè est à me. Hoc enim & de nouo Testamento promittit Dominus per Prophetam dicens, Dabo leges meas in cordib. corũ. Hæ leges, hæc præcepta per Apostolos indita omnium gentium fidei & credulitati, mõtes dicti sunt trãslati in cor maris. Tũc nos nõ timebimus. Qui nõ timebimus? Illi qui cõpuncti sumus corde, ne fieremus de numero reproborum Iudæorũ, tanquam ramorum fractorum. Crediderunt enim quidã illorũ, & adhęserunt Apostolis prædicãtib. Timeant ergo illi quos deseruerũt mõtes. Nos à montibus nõ recessimus: & quando trãslati sunt in cor maris, secuti sumus. Quid iã sequitur ex eo quod translati sunt montes in cor maris? Attendite & videte veritatẽ. Hæc enim quando dicebantur, obscura erant, quia nondum contigerant: nũc aũt quis iã facta nõ cognoscat? Liber tibi sit pagina diuina, vt hęc audias: liber tibi sit orbis terrarũ, vt hæc videas. In istis codicibus non ea legunt, nisi qui literas nouerunt: in toto mundo legat & idiota. Quid ergo factum est, dũ trãslati sunt mõtes in cor maris? Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eius.) Qũ prædicabatur Euangeliũ, dixerunt, Quid est hoc? Peregrinorum dæmoniorũ videtur iste annũciator esse. Hoc Athenienses. Ephesij autẽ quo tumultu occidere Apostolos voluerunt, quando in theatro pro Diana sua tantũ strepitũ fecerunt, vt clamarent, magna Diana Ephesia? inter quos fluctus & sonitus maris nõ timebant, quia ad refugium illud cõfugerant. Denique Apostolus Paulus volebat intrare in theatrum, & à discipulis reuocatus est: quia necessariũ erat adhuc vt in carne maneret propter ipsos. Sed tamen sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eius, Cõturbati sunt mõtes in fortitudine eius.) Cuius? Nunquid nã maris, an potẽ Dei, de quo dictũ est, Refugium & virtus, adiutor in tribulationib., q̃ inuenerũt nos nimis? Turbati eũ sunt mõtes, id est, potestates huiẽ sęculi. Alij sũt mõtes Dei, alij sũt mõtes sęculi. Mõtes sęculi quib. caput diabolus: mõtes Dei, quib. caput Christus. Sed per istos mõtes, turbati sunt illi montes. Tunc dederunt voces cõtra Christianos, quãdo turbati sunt mõtes sonantibus fluctibus: & montes sunt turbati, & factus est magnus terræ motus cum motu aquæ. Sed cui hæc? Ciuitati illi fundatæ super petram. Sonant aquæ, turbantur montes, annuncia to Euangelio. Quid tu ciuitas Dei? Audi quid sequitur. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.) Conturbãtur montes cùm sæuit mare, non deserit Deus ciuitatẽ suã per impetus fluminis. Qui sũt isti impetus fluminis? Inundatio illa spiritus sancti, de qua Dominus dicebat: Si quis sitit, veniat & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Ergo hæc flumina fluebant de ventre Pauli, Petri, Ioannis, aliorum Apostolorum, aliorum Euangelistarum fidelium. Hæc flumina cũ fluant ab vno flumine, multi impetus fluminis lætificant ciuitatem Dei. Nam vt noueritis hoc de spiritu sancto dictum, in eodẽ Euangelio consequenter dicit Euangelista: Hoc autẽ dicebat de spiritu, quem accepturi erant hi qui in eum erant credituri. Spiritus autẽ nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Glorificato Iesu post resurrectionem, glorificato post ascensionẽ, die Pentecostes venit spiritus sanctus, impleuit credentes, locuti sunt linguis, prædicare Euãgeliũ cœperunt gentibus. Hinc ciuitas Dei lætificabat, dum mare turbaretur sonitu aquarum suarum, dũ mõtes cõturbarẽtur quærentes quid agerẽt, quomodo nouã doctrinã pellerẽt, quomodo Christianorũ genus de terra eradicarent. Cõtra quẽ? Cõtra fluminis impetus lætificãtis ciuitatẽ Dei. Hinc etiã ostendit de quo flumine diceret, quia spiritũ sanctũ significabat, fluminis impetus lætificãt ciuitatẽ Dei. Et quid sequitur? Sãctificauit tabernaculũ suũ Altissimus.) Si ergo sequitur sanctificationis nomẽ, manifestum est, fluminis illos impetus de spiritu sancto intelligẽdos, quo lætificatur & sanctificatur omnis pia anima credẽs in Christũ, vt fiat ciuis ciuitatis Dei. Deus in medio eius, nõ cõmouebitur.) Sę uiat mare, conturbentur montes, Deus in medio eius, non commouebitur. Quid est in medio eius? Tanquam Deus in vno loco stet, & circũdent eũ qui credũt in eũ. Ergo ambitur loco Deus, & lata sunt quæ circundant, in angusto est qui circundatur? Absit. Nihil tale cogitetis de Deo, qui nullo capitur loco, cui sedes est conscięẽtia piorũ. Et ita sedes Dei est in cordibus hominum, vt si homo ceciderit à Deo, Deus in se maneat, non quasi cadat, nõ inueniendo vbi sit. Magis enim te subleuat vt in illo sis, quã in te incũbat, vt si te subduxeris, cadat. Ille si se subduxerit, cades tu: tu te si subduxeris, nõ cadit ille. Quid ergo est, Deus in medio eius? Hoc significat quòd ęquus est omnib. Deus, & personas non accipit. Quomodo enim illud quod in medio est, paria habet spatia ad oẽs fines: Ita Deus medius esse dicitur, æqualiter in omnib. cõsulẽs. Deus in medio eius, nõ cõmouebitur. Vñ non cõmouebitur? Quia in medio eius Deus. Adiuuabit eã Deus vultu suo.) Ille est adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt nos nimis. Adiuuabit eã Deus vultu suo. Quid est, vultu suo? Demonstratione sua. Quomodo se demõstrat Deus, vt vultũ eius videamus? Iã cõmemoro. Didicistis præsentẽ Deũ, didicimus per opa. Quando ab illo aliquid adiutorij accipimus, ita vt omnino non dubitemus à Dño nobis esse concessum: vultus Dei nobiscũ est. Adiuuabit eam Deus vultu suo. Conturbatæ sunt gentes.) Et quomodo cõturbatæ? † Et quid cõturbatæ? Vt deiicerent ciuitatẽ Dei, in cuius medio eius Deus, vt euerterent tabernaculũ sanctificatũ, quod adiuuat Deus vultu suo? Nõ. Sed iã salubriter cõturbatæ sunt gẽtes. Quid enim sequitur? Et inclinata sunt regna.) Inclinata, inquit, sunt regna. Iã non erecta vt superbirent, sed inclinata vt adorarent. Quando inclinata sunt regna? Quando factũ est quod prædictum est in alio Psalmo, Adorabunt eũ omnes reges terræ, omnes gentes seruiẽt ei. Quæ res fecit vt inclinarentur regna? Quę res? Audi: Dedit vocẽ suã Altissimus, & mota est terra.) Arrepticij idolorum tãquã ranæ de paludibus personabãt, tanto tumultũosius, quanto sordidius de luto & cœno. Et quid strepitus ranarũ ad tonitrua nubiũ? Inde enim dedit vocẽ suã Altissimus, & mota est terra. Tonuit de nubibus suis. Quæ sunt nubes eius? Apostoli eius, prædicatores eius, de quibus intonabat p̃ceptis, coruscabat miraculis. Ipsi nubes qui & mõtes. Mõtes propter altitudinẽ & firmitatẽ, nubes propter pluuiã & vbertatẽ. Irrigauerũt enim terrã nubes istæ, de quibus dictũ est: Dedit vocẽ suã Altissimus, & mota est terra. De his enim nubibus minatur cuidam vineæ sterili, vnde translati sunt montes in cor maris. Manda bo, inquit, nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Hoc impletum est in eo quod cõmemorauimus, quãdo trãslati sunt montes in cor maris: quando dictũ est,

al. tanto non sunt acerbiores.
quanto non sunt interiores.
al. deiicium.
al. confessus.
Act. 2. c.
Psal. 114.
Psal. 17.
Act. 13. g.
Act. 2. f.
Ibidem f.
Matt. 28. d.
Matt. 17. c.
Esaiæ 2. a.
Matth. 4. b.
Matth. 17. c

Matth. 15. b
Hier. 31. f.
Hebr. 8. a.
Act. 17. d.
Act. 19. f.
Philip. 1. d.
Matth. 7. d.
Ioan. 7. f.
Act. 2. a. b
al. psa.
Psal. 71.
Esa 5. b.

Act. 13 g. Ad vos missi eramus, sed quia respuistis verbum Dei, ibimus ad gentes. Impletum est, Mãdabo nubib. meis, ne pluant super eam imbrem. Deniq. ipsa gens Iudæa
Iudic. 6. g. modò remansit tãquã vellus siccum in area. Nã & hoc nostis cõtigisse in quodã miraculo. Area sicca erat, vellus solum madebat: sed pluuia in vellere nõ apparebat. Sic & sacramentũ noui Testamenti non apparebat in gente Iudæorũ, eò quòd illic vellus erat: ibi hoc velatũ erat sacramentum in vellere. In area verò, id est, in omnib. gentibus, vbi patet euãgeliũ Christi, pluuia manifesta est, nuda est area Christi: nõ enim tegitur velamẽto. Vt autẽ exiret inde pluuia, expressum est vellus. Per pressurã enim à se excluserunt Christum, & Dñs iã de nubibus suis cõpluit aream, vellus siccũ remansit. Inde ergo dedit vocem suã Altissimus de istis nubibus, per quã vocẽ regna inclinarentur & adorarent. Dominus virtutũ nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.) Non qui cunq. homo, nõ potestas quælibet, nõ denique angelus, nõ aliqua creatura, siue terrena, siue cælestis, sed Dñs virtutum nobiscũ: susceptor noster Deus Iacob. Qui misit angelos, venit post angelos, venit vt ei seruirent angeli: venit vt homines faceret æquales angelis.
Rom. 8. f. Magna gratia. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Dñs virtutũ nobiscũ. Virtutum quis? Dominus virtutũ nobiscum. Si Deus pro nobis, inquã, quis contra nos? Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo nõ & cum illo omnia nobis donauit? Ergo securi simus, in tranquillitate cordis nutriamus bonã cõscientiã de pane Domini. Dominus virtutum nobiscũ, susceptor noster Deus Iacob. Quantacunq. sit infirmitas tua, vide quis te suscipiat. Ægrotat nescio quis, adhibetur medicus: susceptum suum dicit medicus ægrotum. Quis eum susceptit? Ille. Magna spes salutis, magnus medicus eũ suscepit. Quis medic°? Oĩs medicus præter illũ homo est. Omnis medicus qui venit ad infirmũ, alia die infirmari potest, præter illũ. Susceptor noster Deus Iacob. Fac te infantẽ paruulũ omnino, quales à parentib. suscipiuntur. Qui enim nõ suscipiuntur, exponuntur: qui suscipiuntur, nutriuntur. Putásne sic te suscipit Deus, quomodo infantem te suscepit mater tua? Non sic, sed in æternum. Tua eñ vox est
Psal. 26. in isto Psalmo, Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dñs autem assumpsit me. Susceptor noster Deus Iacob. Venite & videte opera Domini) Iã de hac susceptione quid fecit Dominus? Animaduerte orbem terrarum, veni & vide. Si enim nõ venis, nõ vides: si nõ vides, nõ credis: si nõ credis, lõgè stas. Si credis, venis: si credis, vides. Quomodo enim venitur ad mõtem istum? Nunquid pedibus? nunquid nauibus? nũquid pennis? nũquid equis? Quantũ attinet ad locorũ D spatia, ne satagas, ne cõturberis, ipse ad te venit. Etenẽ
Dan. 2. f. ex lapide paruo creuit, & factus est mõs magnus, ita vt impleret vniuersam faciem terræ. Quid vis ergo ad eũ
al. crescendo. per terras venire, qui terras impleuit? Ecce iã venit, cui gila † credendo, euigilantes pulsat: si tamen non tantus
Ephes. 5. d. in eis somnus est, quo etiã contra montem venientem obdurescant, sed audiant, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Multum enim erat Iudæis videre lapidem. Lapis enim ille adhuc paruus erat: meritò & paruum contempserunt, contemnẽdo offenderunt, & offendendo quassati sunt, restat vt & cõterantur. Hoc enim de lapide illo dictum est: Qui
Luc. 20. e. offenderit in lapidem illum, conquassabit eum: super quem venerit, cõteret eum. Aliud est eõquassari, aliud conteri. Cõquassari minus est quã cõteri. Sed neminẽ cõterit excelsus veniens, nisi quẽ cõquassauerit humilis iacens. Modò autem antequam veniat Dominus noster, humiliter iacuit Iudęis, & offenderunt in illum, & conquassati sunt: veniet postea in iudicio suo clarus atque altus, magnus & potens, & non infirmus vt iudicetur, sed fortis vt iudicet, & conterat eos qui cõquassati sunt in eũ offendendo. Lapis enim offensionis & petra scandali nõ credentibus ipse est. Ergo charissimi, nõ est mirum, si Iudæi nõ agnouerunt, quem tanquam paruulũ lapidẽ ante pedes suos iacentem contempserunt: illi mirandi sunt qui adhuc tam magnum montem nolunt agnoscere. Iudæi in lapidem paruum nõ videndo offenderunt, hæretici in mõtem offendunt. Iam enim
Dan. 2. f. creuit ille lapis: iã dicimus illis, Ecce impleta est prophetia Danielis: Lapis ille qui erat paruus, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Quare in illum offenditis, & non in illum ascenditis? Quis tã cæcus est vt offendat in montem? Quasi ideo ad te venerit vt habeas in quem offendas, & nõ habeas in quem
Esa. 2. a. ascendas. Venite ascendamus ad montem Domini. E- B saias hoc dicit, Venite ascẽdamus. Quid est, venite ascẽdamus? Venite est credite. Ascendamus, hoc est proficiamus. Isti aũt nec venire volunt, nec ascendere, nec credere, nec proficere. Latrant cõtra mõtem. Iam in illũ toties offendendo quassati sunt, & nolunt ascẽdere, semper eligentes offendere. Dicamus illis, Venite & videte opera Domini, Quæ posuit prodigia super terrã.) Prodigia dicũtur, quòd aliquid portendant, signa illorũ miraculorum quæ facta sunt quando mundus credidit. Et quid inde factũ est, & quid protendebant? Auferens bella vsque ad fines terræ. Hoc nondum videm° completum esse. Sunt adhuc bella, sunt inter gentes, p regno, inter sectas, inter Iudæos, inter paganos, inter Christianos, inter hæreticos. Sunt bella, crebrescũt bella, aliis pro veritate, aliis pro falsitate certantib. Nõdũ ergo cõpletum est, auferens bella vsq; ad finem terræ,
Matth. 5. d. sed fortasse complebitur. An & modò completum est? In quibusdam completum est: in tritico completũ est, C in zizaniis nondum completum est. Quid est hoc ergo, Auferens bella vsque ad fines terræ? Bella dicit, quibus bellatur aduersus Deum. Quis enim bellat aduersus Deum? Impietas. Et quid potest facere Deo impietas? Nihil. Quid facit fictile vas elisum ad petram, quamuis vehemẽter elidatur? Tãto maiore malo suo venit, quãto maiore impetu venerit. Hęc bella magna erant, crebra erant. Contra Deum impietas dimicabat, & vasa fictilia conterebantur: præsumendo de se homines, de virtute sua multum præualendo. Cuius rei scutum etiã
Iob. 15. c. Iob dixit de quodã impio, Cucurrit aduersus Deum in crassa ceruice scuti sui. Quid est, in crassa ceruice scuti sui? Nimiũ psumendo de protectione sua. Nũquid nam isti tales erant qui dicebãt, Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis? Aut in alio Psalmo, Non enim in arcu meo sperabo, & brachiũ meum non saluabit me? Quando quisq; Psal. 43.
cognoscit, quia in se ipso nihil est, & adiutorium de se nullum habet: arma in illo confracta sunt, bella sedata sunt. Talia ergo bella deleuit vox illa Altissimi de nubibus sanctis, qua terra cõmota est, & inclinata sunt regna: abstulit hæc bella vsq. ad fines terræ. Arcum cõteret, & cõfringet arma, & scuta cõburet igni.) Arcus, arma, scuta, ignis. Arcus, est insidiæ. Arma, publica oppugnatio. Scuta, vana † præsumptio suæ protectionis. Ig- al. presumptionis protectio.
nis quo ista cõburuntur, est de quo Dominus ait, Ignẽ Lucæ. 12. f.
veni mittere in terram. De quo igne dicit Psalmus, Et Psal. 18.
non est qui se abscondet à calore eius. Feruente igne isto, nulla in nobis impietatis arma remanebunt, necesse est vt omnia confringantur, conterantur, comburantur, remaneas inermis non habens vllum adiutorium tuũ: & quanto magis infirmus es, nulla tua arma habẽs, tanto magis te suscipit, de quo dictum est: Susceptor Psal. 45.
noster

noster Deus Iacob. Valebas enim quasi per te, conturbaris in te. Perde arma quibus præsumebas: audi Dñm
dicentẽ, Sufficit tibi gratia mea. Dic & tu, quando in-
2. Cor. 12. a. firmor, tunc potẽs sum. Apostoli vox est. Omnia arma sua perdiderat tanquã fortitudinis suæ, qui dicebat, E-
Ibidem c. go autẽ nõ gloriabor, nisi in infirmitatibus meis: velut
Iob. 15. c. si diceret: Nõ curro aduersus Deum in crassa ceruice scuti mei, qui prius fui blasphemus & persecutor & in-
1. Tim. 1. c. iuriosus: sed ideo misericordiã cõsecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnẽ lõganimitatem in eos qui credituri sunt illi in vitã æternã. Auferẽs bella vsq. ad fines terrę. Quando autẽ nos Dominus suscipit, nũquid inermes dimittit? Armat nos, sed alijs armis: euãgelicis, veritatis, continẽtiæ, salutis, spei, fidei, charitatis. Hæc arma habebimus, sed non à nobis. Arma autẽ quæ à nobis habuimus, arserunt: si tamen igne illo spiritus sancti accensi sumus, de quo dicitur, Et scuta cõburet igni. Quid postea? In te esse cupiebas. Infirmum te fecit De°, vt fortẽ te faceret de se, quia infirmabaris de te. Quid ergo sequitur? Vacate.) Ad quam rem? Et videte qm̃ ego sum Deus.) Hoc est, non vos, sed ego sũ Deus: ego creaui, ego recreo, ego formaui, ego reformo, ego feci, ego reficio. Si nõ potuisti facere te, quomodo potes reficere te? Hoc nõ videt tumultus cõtentiosus animi humani: cui tumultui contentioso dicitur, vacate, id est, reprimite animos vestros à contradictionibus. Nolite argumentari & tanquam armari contra Deum, alioquin viuunt arma nondum illo igne cõbusta. Si autẽ cõbusta sunt, vacate: quia non habetis vnde pugnetis. Si autẽ vacaueritis in vobis, & à me petieritis omnia, qui primò de vobis præsumebatis, vacate, & videbitis quoniã ego sum Deus. Exaltabor in gentib. & exaltabor in terra. Paulo antè dixerã terrę nomine significari gentem Iudæorum, maris nomine cæteras gẽtes. Translati sunt montes in corde maris: conturbatæ sunt gentes, & inclinata regna, dedit vocẽ suã Altissimus, & mota est terra. Dominus virtutũ nobiscũ, susce- C
ptor noster Deus Iacob.) Facta sunt miracula in gẽtibus; impletur fides gentiũ, ardent arma præsumptionis humanæ. Vacatur in tranquillitate cordis, vt cognoscatur author Deus omniũ munerũ suorũ. Et post istã clarificationẽ, nũquid deserit & plebẽ Iudæorum, de qua dicit Apostolus: Dico enim vobis, vt non sitis vobis sapientes, quia cæcitas ex parte Israël facta est, donec plenitudo gentium intraret? Id est, donec mõtes huc trãsferrentur, nubes hic pluerent, hic Dominus tonitruo suo regna inclinaret, donec plenitudo gentium intraret? Et quid postea? Et sic omnis Israël saluus fieret.
Ibidem d. Ideo & hic ipsum ordinem seruans, exaltabor, inquit, in gentibus, & exaltabor in terra: id est, & in mari & in terra. Vtinam omnes dicãt quod sequitur, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.

IN PSALMVM XLVI. ENARRATIO.

Præfatio.

D

DOMINVS Deus noster fidẽ in qua viuimus, & ex qua viuimus, per libros sanctos, scripturas sanctas multipliciter nobis varieq. diffudit, sacramẽta quidem verborũ varians, fidẽ tũ vnã cõmendans. Vna enim eademq. res ideo multis modis dicitur, vt modus ipse dicẽdi propter fastidiũ varietur, sed propter cõcordiã vna fides teneatur. Itaq. in hoc Psalmo quem cantatũ audiuimus, cui cantãdo rndimus, ea sumus dicturi quę nostis: & tamẽ fortassis aliquam adiuuante & donante Dño, suauitatem allaturi sumus vobis, quando ea quæ alibi & alibi noueratis, etiam cõmoniti ruminatis. Nã & ipsa ruminatione in qua significat Deus munda animalia, hoc voluit insinuare, quia omnis homo quod audit sic debet in cor mittere, vt nõ piger sit postea inde cogitare: vt quando audit sit similis mãducanti, cũ antè
A audita in memoriam reuocat, & cogitatione dulcissi- al. Alii.
ma recolit, fiat similis ruminãti. † Tali ergo modo eadem dicuntur, & faciũt nos dulciter cogitare quæ nouimus, & eadem ipsa libenter audire: quia modus dicendi variatur, & res antiqua ipso modo dicendi renouatur. Titulus Psalmi sic se habet:

In finem pro filiis Chore, Psalmus ipsi Dauid.

FILIOS istos Chore habent tituli Psalmorum etiam alij nonnulli, & indicant dulce mysterium, insinuant magnũ sacramentũ: vbi & nosipsos libenter intelligamus, & agnoscamus in titulo nos qui audimus & legimus, tanquã speculo proposito qui sumus intuemur. Filij Chore qui sunt? Fuit homo quidã Chore nomine, sic enim vocabatur aliquis homo. Veruntamen cùm leguntur quæ scripta sunt, & inuenitur sermo diuinus loqui ad quosdam qui nõ valde intelligũtur filij esse eius vnius hominis qui vocabatur Chore: recurrit animus
B ad mysteriũ, vt quærat quid significet Chore. Quia eñ verbum Hebræum dicitur, vtique & interpretatur in Græcã linguam & in Latinã linguã, & factũ est. Iã multa nomina Hebræa & interpretata sunt nobis: & inspicimus, & inuenimus Chore interpretari caluũ. Multo magis attẽditis. Obscurũ erat cùm dicerẽtur filij Chore, nónne obscurius est cum dicuntur filij calui? Qui
Matt. 27. d. sunt isti filij calui? An fortè filij sponsi? Quia sponsus in loco Caluariæ crucifixus est. Recolite Euangeliũ, vbi Dominum crucifixerũt, & inuenietis eum in loco Caluariæ crucifixũ. Proinde qui crucẽ eius irrident, à dæmonibus tanquã à bestiis deuorantur. Nã significauit
4. Reg. 2. d. & hoc quædã scriptura, cùm ascẽderet Propheta Dei Heliseus, clamabant post eum pueri irridentes, Ascẽde calue, ascẽde calue. Ille autẽ non tam crudeliter quàm mysticè fecit illos pueros ab vrsis exeuntibus deuorari. Si nõ deuorarẽtur illi pueri, nũquid vsque adhuc viuerẽt? Aut non possent mortales nati etiã febre intercipi? Mysteriũ in eis tamẽ non ostenderetur, vbi posteri terrerentur. Nemo ergo irrideat crucem Dñi: Iudæi sunt
Matt. 27. c. possessi à dæmonibus & deuorati. Nam in Caluariæ loco crucifigentes Christũ, & leuantes in cruce, tanquã ipsi dicebant sensu puerili, non intelligẽtes quid loquerentur, ascende calue. Quid est eñ ascende? Crucifige crucifige. Proponitur eñ pueritia ad imitandũ humilitatẽ, & itẽ proponitur pueritia ad cauendũ fatuitatem. Proposita pueritia ad imitandũ humilitatẽ, à Dño est,
Matt. 10. b. quãdo vocauit ad se pueros. Et cũ prohiberẽtur ab illo, dixit: Sinite eos venire ad me; taliũ est eñ regnũ cælorũ. Propositũ exẽplũ pueritię ad cauẽdã fatuitatem ab
1. Cor. 14. d apostolo est: Fratres, nolite pueri esse sensib. Et rursum proponit ad imitandũ: Sed malitia infantes estote, vt mẽtibus perfecti sitis. Pro filiis Chore Psalm° canitur.
Matt. 27. d. Ergo pro Christianis cãtatus est. Audiamus eũ tanquã filij spõsi illius, quẽ pueri insensati in Caluarię loco crucifixerũt. Illi enĩ meruerũt à bestiis deuorari, nos ab angelis coronari. Agnoscimus enĩ humilitatẽ Dñi nostri,
4. Reg. 2. d & nõ de illa erubescimus. Non erubescimus de illo appellato mysticè caluo, ppter Caluarię locũ. Ipsa enim cruce in qua illi insultatũ est, nõ permisit caluã esse frõtẽ nostrã, quia eã suo ligno signauit. Deniq. vt noueritis, quia nobis dicũtur hæc: hic videte quid & cui dicitur.

Enarratio.

OMNES gentes plaudite manibus. Nunquid populus Iudæorum omnes gentes erant? Sed cæcitas ex
4. Reg. 2. b parte Israël facta est, vt pueri insensati clamarent, Calue calue, atque ita Dominus crucifigeretur in Caluarię
Mat. 27. d loco: vt sanguine fuso gentes redimeret, & impleretur quod ait apostolus, Cæcitas ex parte Israël facta
Rom. 11. d est, vt plenitudo gentiũ intraret. Insultent ergo vani &

hebetes, & insensati, & dicant, Calue calue: vos autem sanguine illius redempti, qui fusus est in Caluariæ loco, omnes gentes plaudite manibus, peruenisse ad vos gratiam Dei. Plaudite manibus. Quid est plaudite? Gaudete. Sed quare manibus? Quia bonis operib. Ne gaudeatis ore, & cessetis manibus. Si gaudetis, plaudite manib. Manus gentium videat, qui gaudia donare dignat° est. Quid est manus gentium? Facta bene operantium. Omnes gẽtes plaudite manibus, Iubilate Deo in voce exultationis.) Et voce & manibus. Si tantùm voce, nõ bene: quia pigræ sunt manus. Si tantùm manibus, nec hoc bene: quia muta est lingua. Concordent manus & lingua: illa confiteatur, illæ operentur. Iubilate Deo in voce exultationis. Quoniã Dñs excelsus terribilis.) Excelsus ille, quasi irrisibilis descẽdẽdo, ascẽdẽdo in cęlũ factus est terribilis. Rex magnus super omnem terrã.)
Act. 4 g. Non tantũ super Iudæos: nã & super illos rex. Inde eũ & Apostoli crediderunt, inde & multa milia hominum res suas vendiderunt, & pretia ad pedes apostolorum posuerunt: & impletum est in illis, quod erat in titulo
Matt. 27. c. crucis conscriptum, rex Iudęorum: Rex est enim & Iudæorum. Sed parum est Iudæorum. Omnes gẽtes plaudite manibus, quoniam rex omnis terræ Deus. Non enim illi sufficit vnam gentẽ habere sub se: ideo pretium ex latere dedit, vt emeret orbem terrarum. Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris.) Quas subiecit, & quibus? Qui sunt qui loquuntur? Fortè Iudæi. Planè si Apostoli, planè si sancti. His enim Deus subiecit plebes & gentes, vt hodie honorentur in gentibus, qui à suis ciuib. occidi meruerũt: quomodo Dñs corũ occisus est à ciuibus, & honoratur à gentibus, crucifixus à suis, adoratur ab alienis, sed pretio sanguinis sui. Ideo enim emit nos, vt alieni ab eo non essemus. Putas ergo voces esse apostolorũ? Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris. Nescio. Mirũ si Apostoli tã superbè loquerentur, vt gauderent gentes esse positas sub pedibus suis: id est, Christianos sub pedibus Apo- C
1. Cor. 1. b. stolorũ. Etenim gaudẽt nos secum esse sub pedib. illius qui mortuus est pro nobis. Nã sub pedib. Pauli currebãt, qui volebãt esse Pauli: & dicebat eis, Nũ quid Paulus pro vobis crucifixus est. Quid ergo hic? Quid accepturi sumus? Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris. Oẽs pertinẽtes ad hæreditatẽ Christi, in omnib. gẽtib. sunt, & oẽs nõ ptinẽtes ad hęreditatẽ Christi in omnib. gẽtib. sũt: & videtis sic exaltari in nomine Christi ecclesiã Christi, vt oẽs nõdũ credẽtes in Christo, sub pedib. iaceant Christianorũ. Quanti enim modò currunt ad Ecclesiã nõdũ Christiani, rogãt auxiliũ Ecclesiæ: subueniri sibi tẽporaliter volũt, etiã si in ęternum nobiscum regnare adhuc nolũt. Cùm oẽs quęrũt auxilium Ecclesiæ, & qui nondũ sunt in Ecclesia, nónne subiecit plebes & gentes sub pedibus nostris? Elegit nobis hæreditatem suã, speciem Iacob quam dilexit.)
Pulchritudinem quandam Iacob elegit nobis hæredi- D
tatẽ suam Iacob. Duo fratres erãt Esau & Iacob, in vtero matris ambo cõfligebant, & de conflictu viscera ma
Gen. 25. c. terna quatiebantur: & ibi cũ duo essent, electus est minor, & præpositus est maiori, & dictũ est: Duo populi
Rom. 9. c. sunt in vtero tuo, & maior seruiet minori. Per omnes gentes maior, per omnes gentes minor. Sed minor in bonis Christianis, electis, piis, fidelibus: maior in superbis, indignis, peccatoribus, contumacibus, sua peccata defendentibus magis quã confitentibus: qualis etiã ipse populus Iudæorũ fuit, ignorans Dei iustitiam, & suã
Rom. 9. c. volens constituere. Sed quia dictum est, Maior seruiet minori: manifestum est, quia piis subdentur impij, & humilibus subdentur superbi. Prior natus est Esau, & posterior natus est Iacob; sed qui posterius natus est,

A prælatus est primo nato, qui per gulã perdidit primogenita sua. Sic habes scriptum, Desiderauit lenticulam, & Gen. 25. d.
ait illi frater eius: Si vis vt dem tibi, da mihi primogenita tua. Ille plus amauit quod corporaliter concupierat, quã quod spiritaliter prius nascẽdo meruerat: & deposuit primogenita sua, vt manducaret lenticulam. Lẽticulam autem inuenimus cibum esse Ægyptiorum. Nã ibi abundat in Ægypto. Vnde magnificatur lenticula Alexãdrina, & venit vsque ad terras nostras: quasi hic non nascatur lenticula. Ergò desiderãdo cibum Ægyptium, perdidit primatũ. Sic & populus Iudæorum, de quo dictum est, conuersi sunt corde in Ægyptũ, lenticulam quodammodo desiderauerũt, & primatum perdiderunt. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quã dilexit. Ascendit Deus in iubilatione.) Ipse ille Dominus noster Iesus Christus ascendit in iubilatione. Dominus in voce tubæ.) Ascẽdit. Quò, nisi quò scimus? Quò eũ Iudæi nõ sunt secuti, nec oculis. In cru- Matt. 28. e. f.
B ce enim exaltatum irriserunt, in cælum ascendentẽ nõ viderunt. Ascendit Deus in iubilatione. Quid est iubilatio, nisi admiratio gaudij, quę verbis nõ põt explicari? Quomodo admirati sunt gaudentes discipuli, videntes ire in cælũ quẽ planxerunt mortuũ? Reuera gaudio Act. 1. b.
huic verba nõ sufficiebãt, restabat iubilare q̃ nemo potuit explicare. Ibi erat & vox tubæ, vox illa angelorũ. Dictũ est enim, sicut tuba exalta vocem tuã. Prędicauerũt angeli ascensionẽ Dñi: viderunt discipulos ascẽdẽte Dño hærentes, admirantes, stupẽtes, nihil dicentes, Esa. 58. a.
sed corde iubilãtes. Et vox iã tubæ in clara voce angelorũ, Viri Galilæi, inquit, quid hic statis? Hic est Iesus. Act. 1. b.
Quasi illi nõ scirent quia ipse esset Iesus. Ante se paulo antè eũ nõ viderant, secum loquentem non audierant? Nẽpe nõ solũ speciẽ viderunt præsentis, sed & mẽbra contrectauerunt. Ipsi ergo nesciebant quòd ipse esset Luc. 24. c.
Iesus? sed admiratione ipsa præ gaudio iubilationis, tãquã mẽte alienatis, loquũtur angeli, Ipse est Iesus. Quasi dicerent: Si creditis illi, quo crucifixo nutauerũt vobis pedes, quo occiso & sepulto, spem vobis perdidisse putabatis: ecce ipse est Iesus. Ascendit ante vos, sic ve- Act. 1. b.
niet quemadmodum eum videtis euntẽ in cælũ. Tollit quidẽ corpus ab oculis vestris, sed non separatur Deus à cordibus vestris. Videte ascẽdẽtẽ, credite in absentẽ, sperate venientem, sed tamen per misericordiã occultam etiam sentite præsentẽ. Ille enim qui ascendit in cælũ vt tolleretur ab oculis vestris, promisit vobis dicens: Ecce ego vobiscum sum vsque in consummatio- Matt. 28. d.
nem seculi. Meritò & Apostolus sic nos alloquebatur, Philip. 4. a.
Dominus in proximo est, nihil solliciti fueritis. Sedet super cælos Christus, & longè sunt cæli, & ipse qui ibi sedet, propè est. Dominus in voce tubæ. Ergo vos filij Chore, iam si intellexistis vos, & inspicitis hic vos, gaudetis, quia videtis hic vos. Psallite Deo nostro, psallite.) Quem tanquam hominẽ irriserunt, qui à Deo alienati sunt, psallite Deo nostro. Nõ enim homo tantùm, D
Rom. 1. a.
sed & De°. Homo ex semine Dauid, Deus Dñs Dauid, ex Iudæis carnẽ habens: quorũ patres, ait Apostolus, & ex quibus Christus secundũ carnem. Ex Iudæis ergo Christus, sed secundum carnem. Quis autẽ iste Chri- Rom. 9. b.
stus, qui est ex Iudæis secundũ carnẽ? Qui est super omnia Deus benedictus in secula. Deus ante carnẽ, De° in carne, Deus cũ carne. Nec solum ante carnẽ Deus, sed ante terrã Deus, vñ facta est caro: nec tãtũ ante terrã Deus, vnde caro facta est, sed etiam ante cælũ Deus, quod prius factum est. Ante diem Deus qui primus factus est, ante omnes angelos Deus, in se Christus Deus: quoniã in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: Omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. a.
& sine ipso factũ est nihil. Ille est ante omnia per quem facta

facta sunt omnia. Psallite ergo Deo nostro, psallite. Qũ rex omnis terræ Deus.) Quid enim? Et antè non omnis terræ Deus? Nónne & cæli & terrę Deus, eũ vtique per illũ facta sunt omnia? Quis posset dicere non esse Deum suum? Sed nõ omnes homines agnouerunt Deũ suum: & vbi agnoscebãtur, quasi ibi tantum Deus erat. Notus in Iudæa Deus: nõdũ filiis Chore dicebatur, o-
Psalm. 75. mnes gentes plaudite manibus. Ille enim Deus notus in Iudæa, rex omnis terræ, Deus est. Iam ab omnibus agnoscitur, quia impletum est quod dicit Esaias: Ipse Deus tuus qui eruit te, vniuersæ terræ Deus vocabitur.
Esaiæ 54. b. Quoniã rex omnis terræ Deus, psallite intelligenter.) Docet nos & admonet nos vt psallamus intelligenter: nõ quæramus sonũ auris, sed lumẽ cordis. Psallite, inquit, intelligẽter. Gẽtes vnde vocatæ estis vt Christiani essetis, adorabãt deos manu factos, & psallebãt illis: sed nõ intelligẽter. Si intelligẽter cãtarẽt, lapides non adorarẽt. Quando homo sensatus cãtabat lapidi insensato, nũquid intelligẽter cãtabat? Modò aũt fratres nõ videmus oculis quem adoramus, & tamen correcti adoramus. Multo magis nobis Deus cõmẽdatur potentior, quia eũ oculis nõ videmus. Si eũ oculis videremus fortè cõtẽneremus. Nã & Christũ Iudæi visum cõtẽpserunt, nõ visum gẽtes adorauerũt. Illis enim dictũ ẽ, Psallite intelligẽter: nolite esse sicut equus & mulus, in quib. nõ est intellectus. Regnabit Dominus super oẽs
Psal. 31. gentes.) Qui regnabat super vnã gentem, regnabit, inquit, super omnes gentes. Quãdo dicebãtur ista, super vnã gentem regnabat Deus: prophetia erat, nondũ res demõstrabatur. Deo gratias, iã videmus impleri quod ante prophetabatur. Chirographũ Deus ante tempus scripsit nobis, impleto tẽpore reddidit nobis. Regnabit Deus sup oẽs gentes, promissio est. Deus sedet super sedem sanctã suã.) Quod tunc promittebatur futurũ, nũc impletũ agnoscitur & tenet. Deus sedet sup sedem C
Act. 1. b. sãctã suã. Quæ sedes eius sancta? Forsitã cæli, & bene in-
2. Tim. 4. o telligitur. Ascẽdit enim Christus, sicut nouimus, cum corpore in quo crucifixus est, & sedet ad dexterã patris: inde eũ venturũ expectamus ad iudicãdos viuos & mortuos. Sedet super sedẽ sanctã suã. Cæli sunt sedes sancta eius. Vis & tu esse sedes eius? Noli putare te esse nõ posse. Para illi locũ in corde tuo: venit, & libẽ-
1. Cor. 1. d. ter sedet. Ipse certè est Dei virtus & Dei sapientia. Et
Sap. 7. quid dicit scriptura de ipsa sapientia? Anima iusti, sedes sapiẽtiæ. Si ergo anima iusti sedes est sapientiæ: sit anima tua iusta, & eris regalis sella sapiẽtiæ. Et reuera fratres, oẽs homines qui bene viuũt, qui bene agunt, secũdũ charitatẽ piã cõuersantur, nónne Deus in illis sedet, & ipse iubet? Obtẽperat anima sedenti in se Deo, & ipsa iubet mẽbris. Anima enim tua iubet mẽbro tuo, quò moueatur pes, quò manus, quò oculus, quò auris, & iubet ipsa mẽbris tãquã famulis suis: sed & ipsa seruit interius insidenti sibi dño suo. Non põt inferiori se bene imperare, nisi superiori se nõ fuerit dedignata seruire. Deus sedet super sedẽ sanctã suã. Principes populorũ conuenerũt cũ Deo Abrahã.) Deus Abrahã & Deus Isaac & Deus Iacob. Verũ est, dixit hoc Deus, & superbierunt inde Iudæi: & dixerũt, Nos filij Abrahę sumus. Superbientes de nomine paterno, gerentes eius carnẽ, nõ tenentes eius fidẽ: semini adhærentes, morib. degenerantes. Denique Dñs quid ait eis ita superbientib.? Si
Ioan. 8. c. filij Abrahę estis, facta Abrahę facite. Itẽ quid dixit illis Ioãnes veniẽtib. & cõtremiscẽtib. quibus dã ipsorũ, qui se pœnitẽdo corrigere voluerũt? pgenies viparũ. Erãt
Matth. 3. b. enim iniqui, erant perditi, erant peccatores, erant impij: venerunt ad baptismum Ioannis. Et quid eis dicit? Progenies viperarum. Illi se dicebant filios Abrahæ, & ipse illos dicebat filios viperarum. Nunquid Abraham

A vipera erat? Sed quia malè viuendo dæmones imitati erant, & eorum filij facti erant, quos imitando malè viuebant: Progenies, inquit, viperarum, quis vobis ostẽdit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentię: & nolite dicere apud vosmetipsos, patrem habemus Abrahã, & quasi superbire de genere Abrahę. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Non enim remansurus est Abrahã sine filiis, si Matth. 3. c.
vos dãnauerit Deus: potens est enim & dãnare quos odit, & illi reddere † quod promisit. Et vnde illi redditurus est filios, si dãnaret Hebręos de carne eius progenitos? De lapidib. istis. Ostendebat illis lapides in ere- al. quos.
mo. Qui erant lapides nisi gentes, quæ lapides adorabãt? Lapides quare? Adorando lapides, dicti erant lapi- Psal. 11 3.
des: quia Psalmus prædixerat: Similes illis fiant qui faciunt ea, & oẽs qui cõfidunt in eis. Tamen de ipsis lapi- B
dib. reddidit filios Abrahæ. Modò omnes qui lapides adorabamus cõuersi ad Dñm, filij Abrahę facti sumus: non ducendo ab illo carnem, sed imitando fidem. Principes ergo populorũ conuenerunt cum Deo Abrahã. Principes populorum, gẽtiũ principes, nõ vnius populi principes, sed principes populorũ omniũ cõuenerũt cum Deo Abraham. Ex ipsis principib. erat & iste Cẽturio, de quo modò Euangelium cum legeretur audistis. Erat enim Centurio habens honorẽ & potestatem inter homines, princeps erat de principib. populorũ. Veniẽti ad se Christo obuiã misit amicos suos, imò verò transituro Christo misit amicos: & rogauit vt curaret puerũ eius, qui periculosè infirmabatur. Et cũ vellet Matth. 8. a.
ipse Dominus venire, hoc ei mandauit: Nõ sum dignus vt sub tectũ meũ intres: sed tantũ dic verbo, & sanabit puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate cõstitu Ibidem. a.
tus, habens sub me milites. Videte quemadmodum tenuit ordinem. Prius cõmemorauit quòd sub alio esset, C
& postea quòd alij sub illo essent. Sub potestate sum, & in potestate sum, & sub aliquo sum, & super aliquos sũ: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Tanquã diceret: Si ego sub potestate constitutus iubeo illis qui sub me sunt, tu qui sub nullius potestate positus es, non potes iubere creaturæ tuæ, quando omnia per te facta sunt, & sine te factũ est nihil? Dic ergo verbo, inquit, & sanabitur puer Ioan. 1. a.
meus. Nã vt in domũ meã intres, nõ sum dignus. Trepidauit Christũ mittere intra parietes suos, & iã intus Matth. 8. a
erat in corde eius. Iã erat anima eius sedes illius, iam ibi sedebat ille qui humiles requirebat. Conuersus deniq; Christus, miratus est, & ait sequentibus se: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Et sicut alius Euangelista eãdẽ rẽ narrat, sequitur Dominus & dicit: Ideo dico vobis, quia multi ab Oriẽte & Occidente ve
nient, & recumbẽt cum Abraham & Isaac & Iacob in Matth. 8. b
regno cælorum. Iste enim Cẽturio nõ erat de populo Israël. Nã in populo Israël, superbi repellebãt à se Deũ: in principibus gẽtium inuẽtus est humilis qui ad se in- D
uitaret Deum. Admirans Iesus fidem ipsius, reprobat perfidiã Iudæorum. Sani enim sibi videbantur, cũ periculosius ægrotarent, quando medicũ nõ cognoscentes occidebant. Cùm ergo reprobaret & repudiaret illorum superbiam, quid ait: Ideo vobis dico, quia multi ab Oriente & Occidente venient, non pertinentes ad cognationem Israël, Venient multi quibus dixit: Omnes gentes plaudite manibus, & recumbent eũ Abraham in regno cælorum. Non illos genuit carne sua Abraham: & venientes recumbent cum illo in regno cælorum, & filij ipsius erunt. Quare filij ipsius? Non nati de carne, sed sequendo fidem ipsius. Filij autem regni, id est, Iudæi ibunt in tenebras exteriores: illic erit ploratio & stridor dentium. Damnabuntur

in tenebras exteriores, qui nati sunt de carne Abrahæ: & recumbent cũ eo in regno cælorũ qui imitati sunt fidẽ Abrahæ. Meritò ergo & hic principes populorũ cõuenerũt cum Deo Abraham. Et quid illi qui pertinebãt ad Deum Abrahã? Quoniã dij fortes terræ valde eleuati sunt.) Qui erãt dij? Populus ille Dei, vitis illa Dei, de qua dicitur: Iudicate inter me & inter vineam meã.
Esa 5. a. Ibũt in tenebras exteriores, nõ recumbent cum Abra-
Matth 8.b. hã & Isaac & Iacob, non conueniunt cũ Deo Abrahã. Quare? Quoniã dij fortes terræ. Illi qui erant dij fortes terræ, præsumentes de terra. De qua terra? De se ipsis,
Gen. 3 d. quia omnis homo terra. Homini enim dictum est, Terra es, & in terrã ibis. Debet autem homo de Deo præsumere, & inde sperare auxiliũ, non de se. Non enim terra pluit sibi, aut lucet sibi. Quomodo autẽ terra de cęlo expectat pluuiã & lucẽ, sic homo de Deo debet expectare misericordiã & veritatẽ. Illi ergo dij fortes terræ, valde eleuati sunt, id est, valde superbierunt: non sibi medicum necessarium putauerunt, & ideo in sua ægritudine remanserunt, & ipsa ęgritudine ad mortẽ perdu
Rom. 11. e. cti sunt. Præcisi sunt rami naturales, vt humilis inseretur oleaster. Quoniam dij fortes terræ valde eleuati sunt. Teneamus ergo fratres humilitatem, charitatem, pietatem, quia vocati sumus illis reprobatis: vel illorũ exemplo superbire timeamus.

IN PSALMVM XLVII. ENARRATIO.

Præfatio.

TITVLVS Psalmi est: Laus cantici filiis Chore, secunda sabbati.) De hoc quod Dominus donare dignabitur, excipite tanquam filij firmamenti. Secunda enim sabbati, id est, post diem primum, quẽ Dominicum dicimus, quæ etiam secunda feria dicitur, factũ est firmamẽtũ cæli, imò firmamentũ cælũ. Cælũ enim vocauit Deus firmamentũ. Primo autẽ die lucẽ fecerat, & à tenebris diuiserat & vocauerat lucem, diem, &
Gen. 1. b. tenebras, noctem. Sicut autem indicat Psalmi huius contextio, aliquid etiã prælocutus est Deus in illo opę C suo, q̃ compleretur in nobis cũ gaudio: & secundũ huius creaturæ cõditionẽ sęcula cucurrerũt. Non frustra enim Dñs ait de Moyse, De me enim ille scripsit: nisi quia omnia quæ scripta sunt, etiam cũ Deus conderet
Ioan 5. g. creaturã, possunt interpretari ad significationẽ futurorũ: vt intelligas Deũ fecisse lucẽ, cùm Christus à mortuis resurrexisset. Tunc enim reuera illa lux diuisa est à tenebris, quãdo immortalitas à mortalitate discreta est. Quid ergo sequitur, nisi vt capiti etiã corpus fie-
Psalm. 23. ret, quod est Ecclesia? Deniq; est etiam Psalmus de prima sabbati, in quo apertissimè resurrectio Domini de-
1. Cor. 2. b. clarat. Ibi enim dicitur: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Quid euidẽtius quã Christum esse regẽ glorię? De
Rom. 15. a. quo dictum est: Si cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixi essent. Secundã ergo sabbati nõ debemus D intelligere nisi Ecclesiam Christi: sed Ecclesiã Christi in sanctis, Ecclesiã Christi in his qui scripti sunt in cęlo, Ecclesiã Christi in his qui mundi huius tentationibus non cedunt. Ipsi enim digni sunt nomine firmamenti.
1. Tim. 3. d. Ergo Ecclesia Christi in his qui firmi sunt, de quibus dicit Apostolus: Debemus autẽ nos firmi infirmitates infirmorũ sustinere, appellata est firmamẽtum. De hoc cantatur in Psalmo: Audiamus, agnoscamus, sciemur,
Matt. 27. d. gloriemur, regnemus. Namq. cã etiã firmamentã Apostolicis literis appellatam audi & agnosce: Quæ est inquit, Ecclesia Dei viui, columna & firmamentũ veritatis. De hoc firmamento cantatur filiis Chore, quos nostis esse filios sponsi crucifixi in Caluariæ loco. Chore namq; caluitium interpretatur. Sequitur in hoc Psalmo, qui inscribitur secunda sabbati.

Enarratio.

A MAGNVS Dominus, & laudabilis valde.) Ecce magnus Dñs, & laudabilis valde. Sed nũquid infide Esa. 52. b. les laudant Dominũ? Nũquid etiã qui credunt & malè Rom. 2. d viuunt, laudãt Dominũ, per quos fit vt nomẽ Dei blasphemetur in gentibus, Nunquid laudãt Dominum? An verò si etiam laudẽt, acceptatur laus eorũ, cùm scriptũ sit: Nõ est speciosa laus in ore peccatoris? Dixisti ergo: Magnus Dominus & laudabilis valde: sed dic vbi. In Eccli. 15. b. ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. De hoc alibi Psal. 23. dicitur: Quis ascendet in montẽ Domini? Innocẽs manibus, & mũdo corde. In his magnus Dominus, & laudabilis valde: hoc est, in ciuitate Dei nostri in mõte san- Matth. 5. b. cto eius. Hæc est ciuitas in mõte posita, quæ abscondi non potest. Hæc est lucerna quæ sub modio nõ occultatur, omnib. nota, omnib. diffamata. Non autẽ vniuersi ciues eius sunt, sed illi in quib. magnus Dominus & laudabilis valde. Quæ est ergo ista ciuitas, videamus, ne B fortè quia dictũ est: In ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, debeamus quærere istum mõtẽ, vbi etiã exaudiri possimus. Non enim frustra dicitur in alio Psalmo: Psal. 3. Voce mea ad Dñm clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Adiuuit ergo te mõs iste vt exaudireris. Nã si in cũ nõ ascẽderes, infrà iacẽs clamare posses, sed exaudiri nõ posses. Quis est ergo iste mons, fratres? Magna cura inquirendus, magna solicitudine inuestigandus: labore etiam occupandus & ascendẽdus. Sed si in aliqua parte terrarum est, quid faciemus? Peregrinabimur de terra nostra, vt ad illũ mõtẽ peruenire possim? Imò verò tũc peregrinabimur, si in illo nõ sumus. Ipsa est enim ciuitas nostra, si mẽbra regis sumus, qui caput est ciuitatis ipsius. Vbi est ergo iste mons? Si regionẽ aliquam tenuit, laborandum est, vt dixi, vt ad eũ peruenia tur. Sed quid satagis? Vtinã non sis piger ascendere in montẽ, quomodo mons non fuit tardus venire ad dormientẽ. Fuit enim quidã lapis angularis contemptibilis, in quẽ Iudæi offenderunt: præcisus est de quodam C monte sine manibus, hoc est, de regno Iudæorũ veniẽs sine manibus, quia humanum opus non accessit ad Ma- Rom. 9. g. riam, de qua natus est Christus. Sed si lapis iste vbi in Dan. 2. f. eũ offenderunt Iudæi, ibi remaneret, tu quò ascende- Luca 1. c. & res non haberes. Quid autẽ factũ est? Quid dicit prophe 2. b. tia Danielis? Quid, nisi quia creuit lapis iste, & factus est Rom. 9. g. mons magnus? Quàm magnus? Ita vt impleret vniuer- Dan. 2. f. sam faciem terræ. Ergo crescendo mons iste & implẽdo vniuersam faciẽ terræ, venit ad nos. Quid ergo mõtẽ quasi absentẽ quærimus, & non in præsentẽ iã ascẽdimus, vt sit in nobis magnus Dñs, & laudabilis valde? Deniq; ne istũ montẽ nõ agnosceres & in hoc Psalmo, & in aliqua parte terrarum quærẽdũ existimares, vide quid sequitur: Cũ dixisset in ciuitate Dei nostri in mõte sancto eius, quid addidit? Dilatãs exultationes vniuersæ terræ, mõtes Siõ.) Siõ vnus mons est. Quid ergo mõtes? An quia ad Siõ pertinuerunt etiã qui de diuerso venerũt, vt sibi cõcurerẽt in lapidem angularem, & fierent illi duo parietes tanquam duo montes, vnus ex circuncisione, alter ex præputio, vnus ex Iudæis, alter ex gentib. nõ iã aduersi & diuersi, quia ex diuerso iã in Ephes. 2. c angulo, nec diuersi? Ipse est enim, inquit, pax nostra, qui fecit vtraq. vnũ. Ipse ille angularis lapis quẽ reprobauerũt ædificãtes, factus est in caput anguli. Duos iũxit in Psal. 47. se mons montes. Vna domus, & duæ domus. Duę propter ex diuerso venientes, vna propter lapidẽ angularẽ, in quo sibi ambæ copulantur. Audi & hoc, Montes Sion. Latera Aquilonis ciuitas regis magni.) Intẽderas enim tu Sion tanquã vnũ locũ, vbi condita est Hierusalẽ, & in ea tibi nõ occurrebat, nisi populus ex circũcisione, qui quidẽ ex reliquiis à Christo collectus est, ex magna autem

Matth. 3. c. autẽ parte tanquã palea ventilatus. Etenim scriptũ est,
Rom. 9. f. Reliquiæ saluę fient. Sed attẽde & gentes, vide & olea-
Rom. in 6. strum insciti in pinguedinẽ oliuæ. Ecce gẽtes, latera Aquilonis: adiuncta sunt latera Aquilonis ciuitati regis magni. Cõtrarius solet esse Aquilo Sion. Siõ quippe in meridie, Aquilo cõtra meridiem. Quis est iste Aquilo,
Esaiæ 14. a. nisi qui dixit, Ponã sedẽ meã ad Aquilonẽ, & ero similis Altissimo? Tenuerat regnũ diabolus impiorũ, & possederat gẽtes seruiẽtes simulacris, adorãtes dæmonia: & totũ quicquid generis humani erat vbiq; per mũdũ,
Matth. 12. c inhęrendo illi Aquilo factum erat. Sed quoniã ille qui alligat fortem, aufert eius vasa, & facit vasa sua, liberati homines ab infidelitate & superstitione dæmoniorũ: credẽtes in Christum colliniati sunt illi ciuitati: occurrerunt in angulo illi parieti de circuncisione veniẽti, & facta est ciuitas regis magni quæ fuerat latera Aquilo-
Iob. 37. d. nis. Ideo & in alia Scriptura dicitur; Ab Aquilone nubes coloris aurei, in his est magna gloria & honor omnipotẽtis. Magna enim gloria medici est, quãdo ex desperatione cõualescit ægrotus. Ab Aquilone nubes, & B nõ nigræ nubes, nõ caliginosę, nõ tetrę: sed coloris aurei. Vnde nisi gratia illuminatæ per Christum? Ecce la-
al. illumi- tera Aquilonis, ciuitas regis magni. Latera vtiq;, quia
nante. inhæserãt diabolo. Quicunq; enĩ alicui cohærẽt, latera ipsius dicuntur. Nam & de aliquibus hominib. solemus ita loqui: Bonus homo est, sed mala latera habet: id est, ipse quidẽ probitate prętstat, sed maligni sunt qui ei cõiuncti sunt. Latera ergo Aquilonis qui diabolo cohęrebãt: vnde venit & iste filius, de quo modò audiebamus, quia mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Proficiscẽdo enĩ in regionẽ longinquã, etiam ad Aquilonẽ peruenerat, & ibi, sicut audistis, vni ex principib. regionis illius adhæserat. Factus est ergo latus Aquilonis, adhęrendo principi illius regionis: sed quia ciuitas regis magni & ex latere Aquilonis colligitur, reuersus
Lucæ 15. d. ad se, dixit: Surgã & ibo ad patrem meũ. Et occurrit ei pater qui dicit de illo: mortu' erat, & reuixit: perierat, C & inuẽtus est. Vitulus ille saginatus, lapis angularis fuit.
Ephes. 2. d. Deniq; & maior filius qui epulari nolebat, exhortatus à patre ingressus est: & duo iã parietes, tanquã illi duo filij ad vitulũ peruenientes, ciuitatẽ regis magni fecerunt. Sequatur ergo iste Psalmus, & dicat: Deus in domibus eius cognoscetur.) Iã in domibus propter mõtes, propter duos parietes, propter duos filios. Deus in domibus eius cognoscetur. Sed gratiã cõmendat, ideo addidit; Dũ suscipiet eã.) Nã quid esset ipsa ciuitas, nisi ille suscepisset eã? Nõne statim caderet, nisi tale funda-
2. Cor. 3. c. mẽtum haberet? Fũdamẽtum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Nemo ergo de suis meritis glorietur, sed qui glo-
2. Cor. 1. d. riatur, in Domino glorietur: quia tũc est illa magna ciuitas, tunc in ea cognoscitur Dominus, dũ suscipiet eã quomodo suscipit medicus ægrotum curãdum, nõ sicut est amãdum. Etenim febrẽ odit medicus. Nõ amat medicus ægrotum, & amat medicus ægrotũ. Si ægrotum amaret, semper ægrotũ optaret: rursus si ægrotum nõ amaret, ad ægrotum nõ veniret. Sed amat ægrotũ, vt faciat sanũ. Suscepit ergo hanc ciuitatẽ Dominus, & agnitus est in ea, id est, gratia ipsius cognita est in illa ciuitate; quia quicquid habet illa ciuitas quæ gloriatur in Domino, nõ habet de se. Propter hoc enim dicitur:
2. Cor. 4. b. Quid enim habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Deus in domib. eius cognoscetur, dum suscipiet eã. Quoniã ecce reges terræ collecti sunt.) Iam ecce illa latera Aquilonis videte
Esaiæ 2. a. quomodo veniãt, videte quomodo dicãt: Venite ascẽdamus in montẽ Domini: annunciauit enim nobis viã suã, vt ingrediamur in ea. Ecce reges terrę collecti sũt, Et cõuenerunt in vnum.) In quẽ vnum, nisi in lapidem illum angularẽ? Ipsi videtẽs ita admirati sunt.) Post ad- Ephes. 2. d.
A mirationẽ miraculorum & gloriæ Christi, quid secutũ est? Cõturbati sunt; cõmoti sunt; tremor apprehendit eos.) Vnde tremor apprehẽdit eos, nisi de conscientia delictorum? Currãt ergo ergo reges post regẽ, agnoscãt re-
Psalm. 2. ges regẽ. Inde alibi: Ego autem, inquit, constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicãs præceptum Domini. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam, & possessionẽ tuã terminos terrę. Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli cõteres eos. Auditus est ergo rex cõstitutus in Sion, tradita est illi possessio vsq; ad terminos orbis terræ. Metuere nõ debẽt reges, ne regnũ perdant, ne illis auferatur regnũ:
Matth. 2. e. sicut miser timuit Herodes, & pro paruulo occidit paruulos. Timens autẽ regnum amittere, non meruit regẽ agnoscere. Vtinã & ipse regẽ cùm magis adoraret, non malè regnum, quærẽdo, innocẽtes perderet, & nos ẽs periret. Nã quod ad illum attinebat, perdidit innocẽtes. Quãtum autẽ ad Christum, etiã paruus pro se moriẽtes paruulos coronauit. Ergo debuerunt timere reges quãdo dictũ est: Ego autẽ cõstitutus sum rex abeo, & hæreditatem vsque ad fines terrę dabit mihi qui me cõstituit regẽ. Sed quid inuidetis reges? Videte, nõ inuidete. Longè enim aliter iste rex qui dixit: Regnum
Ioan. 18. f. meum nõ est de hoc mũdo. Nolite ergo timere, ne vobis auferatur regnũ mundi huius: dabitur vobis regnũ, sed cælorum, vbi ille rex est. Ideo quid ibi sequitur? Et nunc reges intelligite. Iã inuidere vos parabatis: intelligite, de alio rege dicitur, cuius regnum nõ est de hoc mũdo. Meritò ergo collecti sunt reges in vnum, cõturbati sunt, tremor apprehẽdit eos. Inde & illis hoc dicitur: Et nũc reges intelligite, erudimini oẽs qui iudica-
Psalm. 2. tis terrã. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et quid fecerunt? Ibi dolores vt parturiẽtis.) Quid sunt dolores vt parturiẽtis, nisi dolores pœnitẽ-
A tis? Vide ipsam cõceptionẽ doloris & parturitionis: A Esaiæ. 26. d timore tuo, inquit Esaias, cõcepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Sic ergo cõceperunt reges à timore Christi, vt parturiendo salutẽ parerent, credendo in eũ quẽ timuerunt. Ibi dolores sicut parturientis. Vbi parturiẽtem audis, fœtum expecta. Parturit vetus homo, sed nascitur nouus homo. Ibi dolores vt parturiẽtis. In spiritu violento cõteres naues, Tharsis.) Breuiter intelligitur, euerteres superbiã gentiũ. Sed vnde ex hac historiã dicitur euersio superbiæ gentiũ? Propter naues Tharsis. Tharsis ciuitatem quæsierunt docti, hoc est, quęnã ciuitas hoc nomine significaretur: & aliquibus visum est Ciliciã dictã esse Tharsis, ex eo quòd metropolis eius Tharsus dicitur. De qua ciuitate erat etiam
Paulus Apostolus, natus in Tharso Ciliciæ. Aliqui autẽ Act. 21. g. eã Carthaginẽ intellexerunt: fortassis aliquãdo ita nominatã, aut aliqua locutione ita significatã. Nãq; apud
Prophetam Esaiã sic inuenitur: Vlulate naues Cartha- Esaiæ 23. a.
ginis. Apud Ezechielẽ autẽ à diuersis interpretibus, ab Ezech. 26. d aliis Carthago, ab aliis Tharsis interpretata est: & hoc diuersitate interpretũ positũ, potest intelligi hanc appellari Tharsum, quæ Carthago dicebatur. Manifestũ est autẽ, quòd primordia regni Carthaginis nauib. floruerunt, & ita floruerunt, vt inter cæteras gẽtes excellerent negotiationibus & nauigationib. Nam quando Dido fugiẽs fratrẽ delapsa est ad terras Africę, vbi Carthaginẽ cõdidit, naues quæ paratæ erant ad mercationẽ in eius regione, assumpserat ad fugã, cõsentientibus sibi regionis eius principibus: & ipsæ naues etiã cõdita Carthagine ad negotiandũ nõ defecerunt. Atque hinc nimiũ superba facta est ciuitas illa, vt dignè per eius na-

ues intelligatur ſuperbia gẽtium, preſumens in incertis
tanquã in flatibus vẽtorum. Iã nõ præſumatur de veli-
A ficatione, & quaſi proſperitate ſeculi huius, tanquã ma-
Epheſ. 4.c. ris: fundamẽtum noſtrum in Siõ ſit, ibi ſtabiliri debe-
mus, nõ perflari omni vẽto doctrinę. Quicũq; ergo ex
incerto huius vitæ tumuerãt; euertãtur & ſubiiciantur
Chriſto: id eſt, oĩs ſuperbia gentiũ cõterenti in ſpiritu
violento naues Tharſis. Non cuiuſcunq; ciuitatis, ſed
Tharſis. Quomodo in ſpiritu violẽto? Timore fortiſſi-
mo. Sic enim eum tremuit oĩs ſuperbia iudicaturum,
vt in humilẽ crederet, ne excelſum expaueſceret. Sicut
audiuimus, ita & vidimus.) O beata Eccleſia, quodam
tẽpore audiſti, quodã tẽpore vidiſti! Audiuit in promiſ
ſionib. videt in exhibitionibus: audiuit in prophetia,
videt in Euãgelio. Oĩa enim quæ modò cõplentur, an-
tea prophetata ſunt. Erige oculos ergo, & diffunde per
mundũ, vide iã hæreditatẽ vſq; ad terminos orbis ter-
Pſal. 71. ræ. Vide iã impleri ꝙ dictum eſt: Adorabunt eũ oẽs re-
B ges terræ, oẽs gẽtes ſeruiẽt illi. Vide impletũ eſſe quod
Pſalm. 107. dictũ eſt, Exaltare ſuper cęlos Deus, & ſuper omnẽ ter-
rã gloria tua. Vide illum cuius pedes & manus fixi ſunt
Matt. 27. d. e. clauis, cuius oſſa in ligno pẽdẽtia numerata ſunt, ſuper
Act. 1. b. cuius veſtimentũ ſors miſſa eſt. Vide regnantẽ, quẽ illi
Pſal. 21. viderunt pendentẽ. Vide in cęlo ſedentẽ, quem contẽ-
pſerunt in terra ambulantẽ. Vide inde impleri: Cõme-
morabũtur, & cõuertẽtur ad Dominum vniuerſi fines
terrę, & adorabũt in cõſpectu eius vniuerſæ patriæ gẽ-
tiũ. Hęc vidẽs, exclama cũ gaudio: Sicut audiuimus, ita
Pſal. 44. & vidimus. Meritò ſic vocatur ipſa Eccleſia de gẽtib.
Audi filia & vide, & obliuiſcere populũ tuũ & domum
patris tui. Pater tuus Aquilo fuit, veni ad montẽ Sion;
Eſa. 55. a. b. audi & vide. Nõ vide & audi, ſed audi & vide; prius au-
di, poſtea vide. Audis primò ꝙ nõ vides; videbis poſtea
Pſal. 17. ꝙ audiſti. Populus, inquit, quẽ nõ cognoui, ſeruiuit mi-
hi, in obauditu auris obaudiuit mihi. Si in obauditu au-
C ris obaudiuit, ergo nõ vidit. Et vbi eſt. Quib. nõ eſt nũ-
ciatũ de eo videbũt; & qui nõ audierunt, intelligẽt? Ad
quos non miſſi ſunt Prophetæ, ipſi primò audierunt &
intellexerunt Prophetas. Illi qui primò nõ audierunt,
poſtea audiẽtes admirati ſunt. Remãſerunt illi ad quos
miſſi ſunt codices ferentes, veritatẽ nõ intelligẽtes, te-
ſtamenti tabulas habentes, & hæreditatẽ nõ tenentes.
Sed nos ſicut audiuimus, ita & vidimus. In ciuitate Dñi
virtutũ, in ciuitate Dei noſtri.) Ibi audiuimus, ibi & vi-
dimus. Extra illã qui eſt, nec audit nec videt; in illa qui
eſt, nec ſurdus nec cæcus eſt. Sicut audiuimus, ita & vi-
dimus. Et vbi audis? Vbi vides? In ciuitate Domini vir-
tutũ in ciuitate Dei noſtri. Deus fundauit eã in æternũ)
Nõ inſultent hęretici per partes cõciſi: nõ ſe extollant
qui dicunt: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Qui dicit,
Matt. 24. b. ecce hic eſt, ecce illic, ad partes inducit. Vnitatem pro-
miſit Deus; reges in vnũ collecti ſunt, nõ per ſchiſmata
diſſipati ſunt. Sed fortè iſta ciuitas quę mundũ tenuit,
aliquãdo euertetur. Abſit, Deus fundauit eã in æternũ.
Si ergo eã Deus fundauit in æternũ, quid times ne ca-
dat firmamẽtũ? Suſcepimus Deus miſericordiã tuã in
medio populi tui.) Qui ſuſceperũt, & vbi ſuſceperunt?
Nõnne ipſe populus tuus ſuſcepit miſericordiã tuã? Si
populus tuus ſuſcepit miſericordiã tuã, quomodo ſu-
ſcepimus miſericordiã tuã, & in medio populi tui? quaſi
alij ſint qui ſuſceperũt, alij in quorũ medio ſuſcepe-
runt. Magnum ſacramentum, ſed tamẽ notum, cùm &
hinc, hoc eſt, ex his verbis & obſcuritatib. exſculptum
fuerit & erutum ꝙ noſtis, non erit rudius ſed dulcius.
Nunc quippe populus Dei cenſentur oẽs qui portant
ſacramẽta eius, ſed nõ omnes pertinent ad miſericor-
diã eius. Oẽs quippe ſacramentũ baptiſmi Chriſti ac-
cipientes, Chriſtiani vocantur; ſed non omnes dignè
illo ſacramento viuunt. Sunt enim quidam de quibus 2. Tim. 3. d.
dicit Apoſtolus: Habentes formam pietatis, virtutem
A autem eius abnegantes. Tamen propter ipſam ſpeciem
pietatis in populo Dei nominantur; quomodo ad a-
ream quamdiu triturãtur, non ſolùm grana, ſed etiam
palea pertinet. Nunquid & ad horreum pertinebit? In Matth. 3. d.
hoc medio autẽ populi mali eſt populꝰ bonus, qui ſu-
ſcepit miſericordiam Dei. Viuit dignè miſericordia
Dei, qui audit & tenet & facit quod ait Apoſtolus:
Præcipientes ergo rogamus, ne in vacuum gratiam 2. Cor. 6. d.
Dei ſuſcipiatis. Qui ergo non in vacuum gratiam Dei
ſuſcipit, ipſe tam ſacramentum quàm etiam miſericor-
diam Dei ſuſcipit. Et quid illi obeſt; quia in medio po-
pulí inobedientis eſt, donec area iſta ventiletur, donec
boni à malis ſeparentur? Quid ei obeſt in medio popu- Matth. 3. d
li habitare? Sit de illis qui appellantur firmamentum,
ſuſcipiens miſericordiam Dei; ſit lilium in medio ſpi-
B narum. Nam & ipſæ ſpinæ quoniam ad populum Dei
pertinent, vis audire? Ita poſita eſt ipſa ſimilitudo. Sicut Cant. 2. d.
lilium, inquit, in medio ſpinarum, ita proxima mea in
medio filiarum. Nunquid dixit in medio alienarum?
Non, ſed in medio filiarum. Sunt ergo filiæ malæ, &
inter illas eſt lilium in medio ſpinarum. Itaque illi qui
ſacramenta habẽt, & mores bonos non habent; & Dei
dicuntur, & non Dei; & eius dicuntur & alieni. Eius,
propter ipſius ſacramentum: alieni, propter proprium
vitium. Ita & filiæ alienæ. Filiæ, propter formam pie-
tatis: alienæ, propter amiſſionem virtutis. Sit ibi liliũ,
ſuſcipiat miſericordiã Dei, teneat radicem boni floris,
nõ ſit ingratum pluuiæ dulci de cælo venienti. Ingratę
ſint ſpinæ, creſcant de imbribus; ad ignẽ creſcunt, non
ad horreum. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in
medio populi tui. In medio populi tui non ſuſcipientis
miſericordiam tuam, nos ſuſcepimus miſericordiam
C tuam: in ſua enim propria venit, & ſui eum non rece-
perunt. In medio autem eorum quotquot receperunt
cum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Iam hinc oc- Ioan. 1. b.
currit vnicuiq; cogitanti. Et quid? Iſte populus qui in
medio populi Dei ſuſcipit miſericordiam Dei, quan-
tum numerum habet? Quàm pauci ſunt? Vix inuenitur
aliquis. Illis ne contentus Deus erit, & perdet tantam
multitudinem? Dicunt hoc qui ſibi promittunt hoc,
quod à Deo promittente nõ audierũt. Et verè ſi malè
viuamus, ſi mundi huius deliciis perfruamur, ſi noſtris
libidinibus ſeruiamus, perditurus eſt nos Deus? Quot
enim ſunt illi qui videntur ſeruare præcepta Dei? Vix
inuenitur vnus vel duo vel pauciſſimi. Ipſos ſolos Deus
liberaturus eſt, & cæteros dãnaturus? Abſit, inquiunt.
Cùm venerit & videbit tantam multitudinem ad ſiniſ- Matt. 25. d
tram, miſerebitur; & dabit indulgentiam. Hoc planè Geneſ. 2. c.
etiam ſerpens ille promiſit primo homini: nam mi- Geneſ. 3. b
natus erat Deus mortem, ſi guſtaret. Ille autem, abſit,
D inquit, non morte moriemini. Crediderunt ſerpenti,
inuenerunt verum eſſe quod minatus eſt Deus, falſum
quod promiſerat diabolus. Ita & nunc fratres ponito
vobis Eccleſiam ante oculos ad inſtar ſimilitudinemq;
paradiſi, non ceſſat ſerpens ſuggerere quod tunc ſug-
geſſit. Sed caſus primi hominis ad experimentũ cauẽ-
di debet nobis valere, non ad imitationem peccandi.
Ideo ille cecidit, vt nos ſurgamus. Reſpondeamus ta-
libus ſuggeſtionibus, quod reſpõdit Iob. Nam & ipſum Iob. 2. c.
per feminam tanquam per Euam tentauit, & vicit in Geneſ. 3. b
ſtercore, victus in paradiſo. Ergo non audiamus tales
voces, nec putemus paucos eſſe iſtos: multi ſunt, ſed
inter plures latent. Non poſſumus enim negare, plures
eſſe malos, & tam plures, vt inter eos prorſus boni non
appareant, quomodo non apparent grana in area. Nã Matth. 3. d
quiſquis areã videt, poteſt putare, quòd palea ſola ſit.
Da ho-

Da hominẽ inexpertũ, & putat inaniter fieri quòd bo-
ues mittuntur, quòd ibi homines ſub æſtu defudant vt
A conterant paleã; ſed ibi eſt & maſſa vẽtilatione purgã-
da. Tũc procedit copia frumenti, quæ latebat in copia
palearũ. Et modò vis inuenire? Bonus eſto, & inuenies.
Contra iſtã ergo deſperationem vide quid ſequatur in
iſto Pſalmo. Quoniam cùm dixiſſet, Suſcepimus Deus
miſericordiã tuã in medio populi tui; ſignificauit eſſe
populũ Dei, nõ ſuſcipientẽ miſericordiã Dei, in cuius
medio quidã ſuſcipiant miſericordiã Dei. Ne occurre-
ret hominib. tã paucos eſſe, vt propè nulli ſint; quomo
do cõſolatus eſt conſequentib. verbis? Secundùm no-
mẽ tuũ Deus, ita & laus tua in fines terrę.) Quid eſt hoc?
Magnus Dñs, & laudabilis valde, in ciuitate Dei noſtri
in mõte ſancto eius; nec poteſt eſſe laus eius, niſi in ſan-
ctis eius. Nã qui malè viuunt, nõ eum laudant; ſed & ſi
prędicãt lingua, blaſphemant vita. Quia ergo laus eius
B nõ eſt niſi in ſanctis eius, nõ ſibi dicãt hęretici, in nobis
remãſit laus eius, quia pauci ſumus, & à turba ſeparati;
nos iuſtè viuimus, nos laudamus Deum, nõ ſolùm lo-
quẽdo, verumetiã cõuerſando. Reſpõdetur eis ex hoc
Pſalmo. Quid vos dicitis in parte laudare Deũ, cui di-
ctum eſt: Secundùm nomẽ tuum Deus, ita & laus tua in
fines terrę? Id eſt, quomodo notus es per oẽs terras, ſic
& laudaris per oẽs terras. Nec deſunt qui te nunc lau-
dant per oẽs terras. Illi autẽ laudant, qui bene viuunt;
ſecundùm enĩ nomen tuum Deus, ita & laus tua, nõ in
parte, ſed in fines terræ. Iuſtitia plena eſt dextera tua.)
Matth. 25. c. Id eſt, multi ſunt & illi, qui ſtabunt ad dexterã. Nõ ſo-
lùm illi multi erunt qui ſtabũt ad ſiniſtrã, ſed & ibi erit
plenitudo maſſę ad dexterã cõſtitutæ: Iuſtitia plena eſt
dextera tua. Lætetur mõs Sion & exultent filiæ Iudæ,
propter iudicia tua Domine.) O mõs Sion, ô filię Iudę,
Matth. 3. c. laboratis modò inter zizania, inter paleas, inter ſpinas
laboratis; ſed exultate, ꝑpter iudicia Dei. Nõ errat Deꝰ C
in iudicãdo. Diſcretè viuite, & ſi cõcretè natæ eſtis; nõ
Pſal. 25. fruſtra vox exiit de ore & corde veſtro: Ne comperdas
cũ impiis animã meam, & cum viris ſanguinum vitam
meã. Ille vẽtilabit tantus artifex, in manu ventilabrum
portabit: vt vnum granum tritici nõ cadat in aceruum
paleæ cõburẽdum, nec vna ariſta paleæ trãſeat ad maſ-
Matth. 3. c. ſam in horreo recõdendã. Exultate filiæ Iudæ, propter
iudicia Dei nõ errãtis; & nolite modò temerè iudicare.
Ad vos pertineat colligere, ad illũ pertineat ſeparare.
Lętetur mõs Sion, & exultẽt filię Iudę, propter iudicia
tua Domine. Ne autem putetis filias Iudæ Iudæos eſſe,
Ioan. 4. b. Iuda cõfeſſio eſt. Oẽs filij confeſſionis, filij Iudæ ſunt;
quia ſalus ex Iudæis, nihil eſt aliud quàm Chriſtus ex
Rom. 2. d. Iudæis. Hoc ait & Apoſtolus: Non enĩ qui in manifeſto
Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circũ-
ciſio; ſed qui in abſcõdito Iudæus eſt, & circũciſio cor-
dis in ſpiritu, nõ litera, cuius laus nõ eſt ex hominibus,
ſed ex Deo eſt. Talis Iudæus eſto: gloriare de circunci-
ſione cordis, & ſi nõ habes circunciſionẽ carnis. Exul-
tent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. Circun-
date Sion, & cõplectimini eã.) Dicatur eis qui malè vi-
uũt, in quorum medio eſt populus ille qui ſuſcepit mi-
ſericordiã Dei: in medio veſtrũm eſt populus bene vi-
uẽs, circundate Sion. Sed quomodo? Complectimini
eã. Nolite ſcandalis circundare, ſed charitate circũda-
te; vt qui bene viuũt in medio veſtrũm, eos imitemini,
& eorum imitatione Chriſtũ, cuius mẽbra ſunt in cor-
pore cõplectimini. Circundate Sion, & cõplectimini
eã. Narrate in turrib. eius.) In altitudine munitionum
eius, prædicate laudes eius. Ponite corda veſtra in vir-
tute eius.) Non vt habeatis formã pietatis, virtutẽ eius
abnegetis; ſed in virtute eius ponite corda veſtra. Quæ
eſt virtus ciuitatis huius? Qui vult intelligere virtutem
huius ciuitatis, intelligat vim charitatis. Ipſa eſt virtus
quã nemo vincit. Huius ignẽ nulli fluctus ſeculi, nulla
A flumina tẽtationis extinguunt. De hac dictum eſt: Va- Cant. 8. b.
lida eſt ſicut mors dilectio. Quomodo enĩ mors quan-
do venit, reſiſti ei non poteſt, quibuſlibet artibus, qui-
buſlibet medicamẽtis occurras, violentiã mortis vita-
re nõ potes, quia mortalis natus es; ſic cõtra violentiã
charitatis mundus nil poteſt. A cõtrario enim ſimilitu-
do data eſt de morte; quomodo enim mors ad auferẽ-
dum violentiſſima eſt, ſic charitas violentiſſima eſt ad
ſaluãdum. Per charitatẽ enim multi mortui ſunt ſecu-
lo, vt viuerẽt Deo. Hac charitate accẽ ſi martyres, non
ſimulati, nõ vana gloria vẽtilati, nõ tales de quibus di-
ctum eſt: Si tradidero corpus meũ vt ardeã; charitatẽ 1. Cor. 13. b.
autẽ non habeã, nihil mihi prodeſt; ſed tales quos verè
Chriſti & veritatis charitas perduceret ad paſſionem.
Quid eis fecerunt tẽtationes ſæuiẽtium? Maiorẽ violẽ-
tiã habuerunt oculi flẽtium ſuorum, quàm perſecutio-
nes inſectãtium. Quàm multos enĩ tenebant filij ne pa-
terẽtur? quã multorũ genibus prouoluebãtur vxores,
ne viduę relinquerẽtur? quàm multos parẽtes filij pro-
hibebant mori, ſicut nouimus & legimus in paſſione
beatæ Perpetuæ? Facta ſunt iſta. Sed lachrymę quantæ
libet & quãtolibet impetu fluerẽt, quomodo ardorem
charitatis extinguerẽt? Hæc eſt virtus Sion, cui & alibi
dicitur: Fiat pax in virtute tua, & abundãtia in turribus Pſal. 121.
tuis. Annunciate in turribus eius. Ponite corda veſtra
in virtute eius. Et diſtribuite domos eius.) Quid hic in-
telligemus, ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtri-
buite domos eius? id eſt, diſtinguite domum à domo,
nolite cõfundere. Domus eſt enim formã pietatis ha-
bẽs, & pietatẽ non habẽs. Eſt autẽ domus & formã &
pietatẽ habẽs. Diſtribuite, nolite cõfundere. Tunc au-
tẽ diſtribuitis, & non confunditis, quãdo corda veſtra
C in virtute eius ponitis; id eſt, cùm facti fueritis per cha-
ritatẽ ſpiritales. Tunc temerè nõ iudicabitis; tũc vide-
bitis nihil obeſſe bonis malos. Quàm diu ſumus in hac
area, diſtribuite domos eius. Poteſt & alius eſſe intelle-
ctus. Domos illas duas vnã ex circũciſione, alteram ex
præputio venientẽ; Apoſtolis dictum eſt, vt diſtribue-
rẽt. Cũ enim vocatus eſſet Saulus, & factus Apoſtolus
Paulus, conueniẽs in vnitatẽ coapoſtolorum ſuorum,
ſic cum eis habuit placitũ, vt illi irent in circunciſionẽ, Gal. 2. a. b.
iſte in præputium. Iſta diſpenſatione apoſtolatus ſui di-
ſtribuerũt domos ciuitatis, magni regis; & cõcordãtes
in angulo, Euãgelium diſpẽſatione diuiſerunt, charita-
te ꝑ iunxerunt. Et reuera hoc magis intelligendum eſt. al. vinxerũt.
Nã ſequitur & oſtẽdit quòd hoc prędicatorib. dictum
ſit, & diſtribuite domos eius. Vt enarretis in progenie
altera.) Id eſt, vt etiã ad nos poſt futuros illorum Euã-
gelij diſpẽſatio peruenirет. Nõ enim illis tantum labo-
rauerunt cũ quibus in hac terra vixerũt; nec Dominus
D illis tantũ Apoſtolis, quibus ſe viuum etiã poſt reſurre-
ctionẽ dignatus eſt oſtẽdere, ſed & nobis. Nam illis lo-
quebatur, & nos ſignificabat cũ diceret: Ecce ego vo- Matt. 28. d.
biſcũ ſum omnib. diebus, vſque ad conſummationẽ ſe-
culi. Nunquid illi hic futuri erãt vſque in conſumma-
tionem ſeculi? Item dicit: Non pro his rogo tãtùm, ſed Ioan. 17. e.
pro his qui credituri ſunt per verbũ illorum in me. Er-
go attẽdit nos, quia paſſus eſt propter nos. Meritò ita-
que dicitur: Vt enarretis in progenie altera. Quid enar-
retis? Quoniam hic eſt Deus Deus noſter.) Terra vide-
batur, terræ conditor non videbatur; caro tenebatur,
ſed Deus in carne non agnoſcebatur. Tenebatur caro
ab eis, ex quibus ſumpta fuerat ipſa caro (ex ſemine A-
brahæ enim virgo Maria) ad carnẽ remanſerunt, diui-
nitatẽ non intellexerunt. O Apoſtoli, ô ciuitas magna,
in turribus tuis prædica & die, hic eſt Deus Deus no-

quod prçcipimus. Et quid dixit? Vt quid timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circũdabit me.) Cœpit obscuriùs, vt quid timebo, inquit, in die mala? Iniquitas calcanei mei circũdabit me. Magis ergo debet timere, si iniquitas calcanei eius circundabit eum. Nõ enim timeat, inquit, homo, ꝙ nõ habeat in potestate deuitare. Verbi gratia: Qui timet mortẽ, quid facturus est, vt nõ
al. quà euadat & infra. moriatur? Dicat mihi † quò vadat. Debet ꝙ Adam, qui natus est ex Adã. Sed cogitet qui natus est ex Adam, & secutus est Christũ; quia oportet eum soluere quod debet Adã, & cõsequi quod promisit Christus. Qui ergo timet mortẽ, non est quò vadat, qui autem timet damnationẽ quam audient impij, Ite in ignẽ æternum, est quò vadat. Nõ ergo timeat. Vt quid enim timeat? Iniquitas calcanei ipsius, illũ circũdatura est. Si ergo vitet iniquitatẽ calcanei sui, & ambulet in via Dei; nõ perueniet ad diẽ malam. Dies mala, dies nouissima, non erit illi mala. Etenĩ dies nouissima mala erit quibusdã, bona erit quibusdã. Nunquid mala erit illis quib. dicetur:
Matt. 25. c. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ? Sed mala erit illis quibus dicetur: Ite in ignẽ æternũ. Quòd si iniquitas calcanei sui circũdabit eũ, vt quid ergo timet in die mala? Modò cũ viuũt, ꝓuideãt sibi, tollãt iniquitatẽ à calcaneo suo: ambulẽt illã viã, ambulẽt per viam
Ioan. 14. a. de qua ipse dixit: Ego sum via, veritas & vita, & non timeãt in die mala, quia dat illis securitatẽ, qui factus est via. Vt quid timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circundabit me. Ergo vitẽt iniquitatẽ calcanei sui. In calcaneo quisq; labitur. Intẽdat charitas vestra. A Deo quid dictũ est serpẽti? Ipsa tuũ obseruabit caput, & tu ei⁹
Gen. 3. c. obseruabis calcaneum. Diabolus calcaneum tuum obseruat, quãdo labaris vt deiiciat te. Ille obseruat calcaneum tuum, tu obserua caput illius. Quod est caput illius? Initium malæ suggestionis illius. Quando incipit mala suggerere, tũc repelle antequã surgat delectatio, & sequatur cõsensio; & tunc vitabis caput eius, & non apprehẽdet ille calcaneum tuum. Quare autẽ Euę hoc dixit? Quia per carnẽ labitur homo. Eua nobis interior caro nostra est. Qui diligit, inquit, vxorem suã, seipsum diligit. Quid est seipsum? Sequitur & dicit: Nemo enim vnquã carnem suã odio habuit. Quia ergo quomodo illũ hominẽ Adã per Euã supplãtauit, sic diabolus per
Gen. 3. c. carnẽ vult nos supplãtare: præceptum est Euę vt seruet caput diaboli, quia diabolus calcaneũ ipsius obseruat. Si ergo iniquitas calcanei circũdabit nos, vt quid timemus in die mala, cùm cõuersi ad Christũ habeamus in potestate vt non faciamus iniquitatẽ; & non erit ꝙ nos circundet, & gaudebimus in die nouissima, nõ plangemus? Qui sunt autẽ quos circũdabit iniquitas calcanei? Qui cõfidunt in virtute sua, & in abundãtia diuitiarum suarum gloriãtur.) Ergo vitabo ista, & nõ iniquitas calcanei mei circumdabit me. Quid est vitare ista? Vt non cõfidamus in virtute nostra, nõ gloriemur in abundãtia diuitiarum nostrarum; sed gloriemur in eo, quòd nobis ꝓmisit humilib. altitudinẽ, & minatus est elatis dãnationẽ, & non nos iniquitas calcanei circundabit. Qui cõfidunt in virtute sua, & in abundãtia diuitiarum suarum gloriantur. Sunt qui præsumunt in amicis suis; alij prçsumunt in virtute sua, alij in diuitiis. Ista est præsumptio generis humani, nõ præsumẽtis in Deo. Dixit de virtute, dixit de diuitiis, dicit de amicis. Frater non redimet, redimet homo?) Expectas vt homo te redimat ab ira vẽtura? Si te frater nõ redimet, homo te redẽpturus est? Quis est frater, qui si nõ redemerit, nullus
Mat. 28. b. homo redẽpturus est? Qui post resurrectionẽ dixit: Vade, dic fratrib. meis: frater noster voluit esse; & cũ Deo dicimus: Pater noster, hoc manifestatur in nobis. Qui
Ioan. 20. d. Matth. 6. b. enĩ dicit Deo: pater noster; Christo dicit frater. Ergo qui patrẽ Deum, & fratrẽ habet Christum, nõ timeat in die mala. Non enĩ eum circundabit iniquitas calcanei eius; quia nõ prçsumit de virtute sua, nec in abundãtia diuitiarum suarum gloriatur, nec de amicis suis potẽtibus se iactat. In illo ergo præsumat, qui propter illum mortuus est, vt ille nõ in sempiternum moreretur; qui ꝓpter illum humiliatus est, vt ille exaltaretur; qui quæsiuit impium, vt à fideli quæreretur. Ergo si ipse nõ redimet, homo redẽpturus est? Aliquis homo redimet, si filius hominis nõ redemit? Si Christus nõ redimit, Adã redimet? Frater nõ redimet, redimet homo? Nõ dabit Deo de propitiatione sua, & pretium redẽptionis animæ suæ.) Ille cõfidit in virtute sua, & in abundantia diuitiarum suarum gloriatur, qui nõ dabit Deo de propitiatione sua; id est, placationẽ, qua flectat Deũ ꝓ peccatis: nec pretium redẽptionis animæ suæ, qui præsumit de virtute sua, & de amicis, & de diuitiis suis. Qui sunt autẽ qui dãt pretium redẽtionis animæ suæ? Qui- Lucæ. 16. c.
bus ait Dominus: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt & ipsi recipiãt vos in tabernacula æterna. Illi dant pretium redẽptionis animæ suæ, qui nõ cessant eleemosynas facere. Ideo illos quos monet per Timotheum Apostolus, noluit esse superbos, ne in abundantia diuitiarum suarum gloriarẽtur. Denique ꝙ possidebãt, noluit apud illos veterascere; sed aliquid ex eo fieri, vt esset pretium redẽptionis animæ eorum. Ait enĩ: 1. Tim. 6. d.
Diuitib. huius seculi præcipe, nõ superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, qui prçstat nobis oĩa abundãter ad fruẽdum, & quasi dicerẽt: Quid ergo facturi sum⁹ de diuitiis nostris? Diuites sint, inquit, in operibus bonis, facile tribuant, cõmunicent, & nõ illud perdituri sunt. Vnde scimus? Audi quid sequitur: Thesaurizẽt sibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehendant verã vitã. Sic dabunt pretiũ redẽptionis animæ suæ. Et Dominus noster hoc monet:
Facite vobis sacculos non veterascentes, thesaurum Lucæ 12. d.
non deficientem in cælis, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit. Noluit Deus vt perdas diuitias tuas, sed vt locum illis mutes. Consilium tibi dedit, intelligat charitas vestra. Modò si amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta posuisse, qui fortè sciret naturam corruptionis frumentorum quam tu nescires, daret tibi huiusmodi consilium, dicens: Frater, perdis quod cum magno labore collegisti, in loco humido posuisti, paucis diebus ista putrescunt. Et quid facio, frater? Leua in superiora. Audires amicum suggerentem, vt frumenta leuares de inferioribus ad superiora, & non audis Christum monẽtem, vt thesaurum tuum leues de ter- Matth. 6. c.
ra ad cælum, vbi non hoc tibi reddatur quod seruas, sed serues terram, accipias cælum, serues mortalia, accipias sempiterna? Fœnerare Christo, accipiat in terra parua, vt reddat tibi in cælo multa. Verumtamen illi quos circundabit iniquitas calcanei sui, † qui cõfidunt al. quia.
in virtute sua, & in abundantia diuitiarum suarum gloriantur, & de amicis hominibus nihil valentibus præstare præsumunt, nõ dabunt Deo de propitiatione sua, & pretium redemptionis animæ suæ. Et quid dixit de tali homine? Et laborabit in æternum, & viuet in finem.) Labor eius sine fine erit, vita ipsius habebit finem. Quare hoc dixit, viuet in finem? Vitam quippe non ponunt isti, nisi delicias quotidianas. Adeo sunt multi inopes & pauperes nostri, parum firmi, & non intuẽtes quid illis promittat Deus pro istis laboribus, cùm viderint diuites in epulis quotidianis, in splendore & nitore auri & argenti, quid dicunt? Soli sunt illi, isti verè viuunt. Dicitur, iam nõ dicatur, & monemus, & si dici habet, vel à paucioribus dicatur, quam diceretur,

retur, si non moneremus. Nã nec nos præsumimus, ita nos ista dicere vt nõ dicantur, sed vel à paucioribus dicantur; nã dicentur vsque in finẽ seculi. Parum est, quia dicit eũ viuere; adiungit, & dicit, tonat, putas eum solũ viuere. Viuat, finietur vita ipsius; quoniã nõ dat pretiũ redẽptionis animę suæ. Finietur vita, labor nõ finietur.
Lucæ 16. c. Laborabit in æternũ, & viuet in finẽ. Quomodo viuet in finẽ? Quomodo viuebat ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splẽdidè; & iacentẽ vlcerosum ante ianuã, cuius vlcera çanes lingebãt, & desiderantẽ micas, quæ de mẽsa eius cadebant, superbus & tumidus contẽnebat. Quid illi profuerunt illæ diuitiæ? Mutauerunt vices ambo, ille à ianua diuitis subleuatus est in sinum Abrahæ; ille ab epulis splẽdidis missus est in ignẽ. Ille requiescebat, ille ardebat; satiabatur ille, ille sitiebat. Ille laborauerat in finẽ, viuet in æternum; ille vixerat in finẽ, laborabit in æternum. Et quid profuit diuiti qui quęsiuit apud inferos in tormẽtis positus, stillari sibi guttã aquæ in linguã suã de digito Lazari, dicẽs: Quoniã ardeo hic in hac flamma, & non illi cõcessum est? Sic desiderauit ille guttã de digito, quomodo ille micas de mẽsa diuitis. Sed illius labor finitus est, & illius vita finita est. Labor huius in æternum, vita illius in æternum. Non hic habemus vitam, qui fortè hic laboramus in terra, & nõ sic erimus postea; erit enĩ vita nostra Christus in æternũ: Illi autẽ qui hic volunt habere vitã, laborabunt in æternum, & viuent in finẽ. Quoniã non videbit interitum, cùm viderit sapientes moriẽtes.) Si iste qui laborauit in æternum, & viuet in finẽ, nõ videbit interitum, cũ viderit sapiẽtes morientes; quid est hoc? Nõ intelliget quid sit interitus, quãdo viderit sapiẽtes moriẽtes. Dicit enim sibi: Iste, quia sapiẽs erat, & cum sapientia inhabitabat, & cum pietate Deum coluit; nũquid nõ est mortuus? Faciã mihi ergo bene, cùm viuo. Nã si aliquid possent, qui aliud sapiũt, non morerẽtur. Videt illum mori, & non videt quæ sit mors. Nõ videbit interitum, cùm viderit sapiẽtes moriẽtes. Quomodo Iudæi viderunt Christum pendentẽ
Matt. 27. c. in cruce, & contẽpserunt, dicẽtes: Iste si filius Dei esset, descẽderet de cruce, non videntes quid sit interitus. Si viderent quid sit interitus, se viderent. Ille moriebatur tẽporaliter vt reuiuisceret in æternum, illi viuebant tẽporaliter vt morerẽtur in æternum. Sed quia illum videbant morientẽ, non videbãt interitum; id est, nõ intelligebãt quis esset verus interitus. Quid dicunt etiam
al. sapientia. Sap. 2. d. in † sapientẽ? Morte turpissima condẽnemus illum, erit enim respectus ex sermonib. illius. Si enĩ est verè filius Dei, liberabit illum de manibus cõtrariorum; nõ permittet mori filium suum, si verè filius ipsius est. At vbi viderunt illũ in cruce, insultãtes sibi, & illum nõ descẽdentẽ de cruce, dixerunt: Verè homo fuit. Dictũ est: & vtique poterat descẽdere de cruce, qui potuit de sepulchro resurgere. Sed docuit nos ferre insultãtes, docuit aduersus linguas hominum esse patiẽtes; bibere modò calicẽ amaritudinis, & postea accipere sempiternã salutẽ. Bibe æger calicẽ amarum, vt sanus sis, cui nõ sunt sana viscera. Noli trepidare, quia ne trepidares, prior bibit medicus, id est, passionis amaritudinẽ bibit prior Dominus. Bibit qui peccatum non habebat; qui quod in eo sanaretur, nõ habebat. Bibe donec trãseat amaritudo huius seculi; & veniat seculum, vbi nullum scãdalũ, nulla ira, nulla tabes, nulla amaritudo, nulla febris, nullus dolus, nullæ inimicitiæ, nulla senectus, nulla mors, nulla cõtẽtio. Labora hic, vẽturus ad finẽ; labora, ne cùm nõ vis hic laborare, venias ad finem vitæ, & nunquã venias ad finẽ laborum, quoniam non videbit interitũ, cùm viderit sapiẽtes moriẽtes. Simul imprudẽs & insipiẽs peribũt.) Quis est imprudẽs? Qui nõ sibi prospicit in futurum. Quis est insipiẽs? Qui non intelligit in quo malo sit. Tu verò intellige, in quo malo sis modò, & prospice, vt in bonis sis in posterum. Intelligẽdo in quo malo sis, nõ eris insipiẽs, prospiciẽdo tibi in futurũ, nõ eris imprudẽs. Quis est qui sibi prospicit? Seruus ille cui dedit Dominus suus ꝙ erogaret, & postea dixit ei: Nõ potes mihi agere, redde rationẽ actus tui. Et ille: Quid facio? Fodere non possum, mendicare Lucæ 16. a.
confundor. Sedit, & de re domini sui fecit sibi amicos, qui illũ reciperent, cùm de actu proiiceretur. Ille enim fraudẽ fecit domino suo, vt cõpararet sibi amicos, qui illum susciperent. Tu noli timere, ne fraudẽ facias. Ipse Domin⁹ hortatur vt facias; ipse tibi dicit: Fac tibi amicos de mãmona iniquitatis. Fortassis ea quæ acquisisti, de iniquitate acquisisti; aut fortasse ea ipsa est iniquitas, quia tu habes, & alter nõ habet, tu abũdas, & alter eget. De ista mãmona iniquitatis, de diuitiis istis quas iniqui vocãt diuitias, fac tibi amicos, & prudẽs eris: cõparas tibi, nõ fraudaris. Modò enim videris perdere. Nũquid perdes in thesaurario Christi ponens? Nã pueri fratres, vnde sibi emãt nescio quid, simul inueniunt numos, & ponunt in thesaurario, & nõ aperiunt nisi postea. Nunquid quia nõ vident quod colligunt, ideo perdiderũt? Noli timere. Ponũt pueri in thesaurario, & securi sunt, ponis in manu Christi, & times? Esto prudẽs, & ꝓspice Prouer. 6. a. & 30. d.
tibi in posterum in cęlo. Esto ergo prudẽs, imitare formicã, sicut dicit Scriptura, recõde æstate, ne esurias in hyeme. Hyems est dies nouissimus, dies tribulationis, hyẽs est dies scãdalorũ & amaritudinis. Collige quod al. prosit.
ibi tibi † sit in posterum, si autẽ non facis, simul imprudẽs & insipiẽs peribis. Sed mortuus est ille diues, & tale illi funus factum est. Ecce quò se cõuerterunt homi- Lucæ 16. f.
nes: Nõ attendũt quã malam vitã habuerit cùm viueret, sed quã pompã cùm moreretur. O felix quem tanti plãgunt! iste verò sic vixit vt pauci plangãt. Omnes enĩ deberent plangere tã malè viuentẽ. Sed pompa est funeris, excipitur sepulchro pretioso, inuoluitur pretiosis vestibus, sepelitur vnguentis & aromatib. Deinde memoriam qualem habet? quàm marmoratã? Viuit in ipsa memoria ille vbi mortuus est. Ista putantes homines bona, aberrauerunt à Deo, nec quæsierunt vera, & decepti sunt falsis, ideo vide quid sequitur: Ille qui nõ dedit pretium redemptionis animæ suæ, qui non intellexit interitum, quia vidit sapiẽtes morientes qui factus est imprudens & insipiens, vt simul periret. Et quomodo peribunt qui relinquent alienis diuitias suas: Simul imprudens & insipiens peribunt. Attendite fratres.

Et relinquẽt alienis diuitias suas.) Quasi eos posuit in maledicto, qui cùm mortui fuerint, alieni possidebunt res ipsorũ. Ergo felices ipsi qui relinquũt filios in possessione sua, quibus sui succedunt. Habuit filios, nõ est mortuus. Quid filij ipsius? Et ipsi seruant quod eis reliquerunt parẽtes sui. Parum est quia seruant, & augent. Quibus & ipsi seruãt? Filiis suis, & illi filiis, & tertij filiis. Quid Christo? Quid animæ tuæ? Oĩa filiis. Inter filios suos, quos habẽt in terra, cõputent vnum fratrem quẽ habẽt in cælo, cui totũ dare debebãt, vel diuidant cum illo. Sed tamen ait mihi aliquis. Ecce quos maledictos dixit Scriptura, quos dixit perire & relinquere alienis diuitias suas, ille autẽ beatus qui suis relinquit. Ego discutio sensum istum, quia inclino in parabolam aurem meã, & video nõ frustrà sic loqui Scripturã. Video enĩ multos iniquos mori, quibus successores sunt filij, nec potuit sic loqui Scriptura, vt separaret eos à miseria, quorũ vitã im ꝓbat. Et quid putatis intelligere fratres, nisi quia oẽs tales alienis relinquunt diuitias suas? quomodo alieni sunt filij? Iniquorũ filij alieni sunt, nã inuenimus quendam extraneum propinquũ factum, quia

profuit. Si quis tuorũ tibi nihil prodest, alienus est. Vbi inuenimus nescio quẽ exterum propinquũ factũ; quia profuit? In Euãgelio. Iacebat quidã vulneratus à latronibus; Dominus autẽ dixerat euidã: Diliges proximũ tuum tãquã teipsum. Et ille respõderat: Et quis est mihi proximus? Et narrauit Dominus: Homo quidã descẽdebat ab Hierusalẽ in Hiericho, & incidit in latrones; qui eũ vulnerauerunt, & semiuiuum in via reliquerunt. Trãsierunt propinqui, Iudæus enim erat; ideo de Hierusalẽ descẽdebat in Hiericho. Transiit sacerdos, & præteriit, trãsiit Leuites, & pręteriit etiã ipse, trãsiuit quidã Samaritanus. Samaritan' nescio quis extraneus erat, ipse ad illum accessit, inspexit miseriã eius, & misericordia motus, curauit vulnera eius, leuauit in iumentum, & duxit in stabulum, cõmẽdauit stabulario. Quia in mysterio dicta sunt, & ad discutiẽdũ nunc prolixiora videtur, tamẽ propter q̃ proposui fratres, ait Dominus: Quis est illorum illi sauciato proximus? Respondit ille: Credo qui cũ illo fecit misericordiã. Vade, inquit, & tu fac similiter. Cui misericordiã facis, proximus tibi est. Si ergo extraneus Samaritanus faciẽdo misericordiã & subueniẽdo proximus factus est, quicunque tibi in tribulatione subuenire nõ possunt, alieni à te facti sunt. Iã attendamus illos diuites, qui malè vixerunt, qui superbè egerũt, mortui sunt, & reliquerunt, nõ dico extraneis, sed filiis suis reliquerunt diuitias suas, & filij ipsorum viã parẽtum suorũ sequuntur. Sicut illi superbi, ita & isti, sicut illi rapaces, ita & isti, vt illi auari, & isti, alieni ab illis sunt. Nã vt noueritis quia illi alieni sunt, subuenirẽt illi diuiti, qui ardebat in flãma, successores ipsius diuitiarum. Sed fortè non habuit, qui illi succederẽt, & alieni possederunt diuitias ipsius. Inuenimus in ipso Euangelio quia habuit, ait enim: Habeo quinque fratres. Fratres ipsius subuenire illi ardẽti in flãma non potuerũt. Quid tibi diceret diues? Habeo quinque fratres. Vnũ fratrẽ mihi amicum nõ feci, qui iacebat ante ianuã. Illi mihi fratres subuenire nõ possunt, qui possident diuitias meas, alieni à me facti sunt. Videtis quia oẽs qui malè viuunt, alienis relinquũt diuitias suas, sed planè præstant illis ipsi alieni, qui vocantur sui. Audite quid illis præstant, attẽdite quomodo irrideãtur, simul imprudẽs & insipiens peribunt, & relinquẽt alienis diuitias suas. Quare dixit alienis? Quia nihil eis prodesse possunt. Et tamẽ in quo sibi videtur prodesse? Et sepulchra eorum domus eorum in æternum.) Iam quia ista structa sunt sepulchra, domus sunt sepulchra. Nã plerunque audis diuitẽ dicentẽ: Habeo marmoratam domum, quã relicturus sũm, & nõ cogito mihi æternam domum, vbi semper ero. Quãdo cogitat sibi memoriã marmoratã aut exsculptã facere, quasi de domo æterna cogitat, quasi ibi maneat ille diues. Si ibi maneret, non arderet apud inferos. Vbi maneat spiritus malè agẽtis, non vbi ponatur corpus mortale, cogitandum est, sed domus eorum sepulchra eorum in æternũ. Tabernacula eorum in generationẽ & generationẽ.) Tabernacula in quibus temporaliter manserunt, domus in quibus quasi in æternũ manebunt, id est, sepulchra. Tabernacula ergo suis dimittunt, vbi manebant cùm viuerent, transeunt quasi ad domos æternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula eorum in generationem & generationem? Iam generatio & generatio, puta filij sunt, nepotes erunt & pronepotes. Quid faciunt? Quid prosunt tabernacula eorum? Quid? Audi: Inuocabunt nomina eorum in terris ipsorũ.) Quid est hoc? Tollunt panẽ & merum ad sepulchra, & inuocant ibi nomina mortuorum. Putas quãtum inuocatum est nomen illius diuitis, postea quando inebriabant se homines in memoria ipsius, nec descẽdebat vna gutta superlinguã ipsius ardentem? Ventri suo seruiunt homines, nõ spiritibus suorum. At spiritus mortuorum non peruenit, nisi quod secum viui fecerunt. Si autẽ viui secum nõ fecerunt, ad mortuos nihil peruenit. Sed quid faciunt illi? Solum inuocabunt nomina eorum in terris ipsorum. Et homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis.) Quomodo insultatum est hominibus, qui nõ intellexerunt quid facerent de diuitiis cùm viuerent, & putarunt se beatos futuros, si haberent memoriã marmoratã, quasi æternam domũ, & si sui quibus reliquissent substantiã suam inuocarent nomina eorũ in terris ipsorum. Debuerunt autem contrà præparare sibi domum æternam in bonis operibus, præparare sibi vitam immortalem, mittere ante se sumptus, sequi opera sua, attendere comitem egentem, dare ei cum quo ambulabant, non contemnere Christum ante ianuam vlcerosum, qui dixit: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia ergo nõ intellexit homo in honore positus. Quid est, in honore positus? Factus ad imaginem & similitudinem Dei, homo prælatus iumentis. Non enim fecit Deus sic hominem, quomodo fecit iumentum; sed fecit Deus hominem cui seruirent iumenta. Nunquid eius viribus, & nõ intellectui? Ille autem non intellexit: Et qui factus erat ad imaginem Dei, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Vnde alibi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Hæc via ipsorum scandalum ipsis.) Ipsis sit scandalum, non tibi. Quando autem erit & tibi? Si putes quòd beati sint tales. Si intelligas quia non sunt beati, ipsis erit scandalum via ipsorum; non Christo, non corpori eius, non membris eius. Et postea in ore suo benedicent.) Quid est, postea in ore suo benedicent? Cùm facti fuerint tales vt non quærant, nisi bona temporalia, fiunt hypocritæ; & quando benedicunt Deum, labiis benedicunt, non corde. Tales facti Christiani, quãdo illis laudatur vita æterna, & dicitur illis, contemptores diuitiarum esse debere in nomine Christi; torquentur in corde suo. Et si non audent in facie, ne erubescant, aut ne corripiantur ab hominibus, in corde id faciunt, contemnunt; & remanet eis in ore benedictio, & in corde maledictio. Et postea in ore suo benedicent. Longum est vt Psalmum finiamus; sufficiat charitati vestræ quod audistis interim hodie, cras quod Domino placuerit audietis.

Concio secunda, de secunda parte Psalmi.

HEsterno die cœpto Psalmo terminus debebatur, sicut meminit charitas vestra. Perueneramus autẽ vsque ad istum versum, vbi designat spiritus Dei homines non attẽdentes nisi ad præsentia secularia & terrena. Et in posterum post hãc vitã nihil cogitãtes, neque vllam felicitatẽ esse arbitrantes, nisi diuitias & honores huius seculi, & transitoriã virtutem; post obitum autẽ suum nõ attendentes, nisi quẽadmodum eis procurẽtur funera põposa, & sepeliantur in monumẽtis opere mirabili extructis, & inuocẽtur nomina eorum in terris ipsorum à domibus eorum; non autem sibi comparant, vbi spiritus sit post hanc vitã, stulti nõ contremiscentes vocẽ Christi, dicẽtis: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te; & quæ præparasti, cuius erunt? Nec attendentes post epulas quotidianas splẽdidas, & purpuram & byssum, diuitem damnatum ad tormenta in infernum; & post labores & vlcera & famẽ pauperem requiescentem in sinu Abrahæ. Ista non curantes, sed attendentes ad id quod præsens est, & post hanc mortem non prouidentes, nisi quemadmodum nomẽ eorum quod reprobatur in cælo, inuocetur in terra. Describens ergo tales, Spiritus sanctus ait: Hæc via ipsorum

Lucæ 16. f.
Lucæ 10. c.
Lucæ 16. g.
Ibidem c. Matth. 25. d.
Gen. 1. d.
Psal. 31.
Lucæ 12. c.
Lucæ 16

rum scandalum ipsis, & postea in ore suo benedicent.) Sicut dicit Dominus Iesus Christus de quibusdam, qui primò accedunt ad fidem mundati verbo Dei & exorcismis in nomine Christi, vt accipiant gratiam Dei, vt baptizentur; & postea redeũtes ad peiora mala quàm antea cõmiserant. Fient illis, inquit, posteriora deteriora prioribus. Hoc Petrus apostolus. Dominus autẽ: Et erunt posteriora, inquit, illius hominis peiora quã erãt priora. Quare? Quia primò vel apertus paganus erat, postea palliatus nomine Christiano, sub velamine religionis occultus malus est. Et † fit deterior, quia occultus est; sicut ait: Et postea in ore suo benedicent; id est, nomen Dei & nomẽ Christi audis in labiis, in corde nõ inueniẽs. De quibus dictum est: Populus iste labiis me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Hucusque ergo Psalmus tractatus erat. Deinde sic incipiunt versus, hodie discutiendi atque tractandi: Sicut oues in inferno positæ, mors pastor est eis.) Quibus? Illis quorũ via scandalum ipsis. Quibus? Illis qui præsentia sola attendunt, dum futura non cogitant; illis qui vitam nõ putãt nisi istam, quæ mors dicenda est. Non igitur immeritò tanquã oues in inferno, mortem habent pastorẽ. Quid est, mortem habẽt pastorem? Mors enim aliqua res est, aut aliqua potestas est? Mors nempe separatio animæ à corpore. Mors equidem quã timent homines, separatio est animæ à corpore. Mors autẽ vera quã nõ timent homines, separatio est animæ à Deo. Et plerunq. cùm timent homines istam quę separat animã à corpore, incidunt in illã vbi anima separatur à Deo. Hæc est ergo mors. Quomodo autẽ mors pastor est illis? Si vita Christus est, mors diabolus. Habemus autem multis locis in Scriptura, quia vita est Christus. Mors autem diabolus est; non quia ipse mors est, sed quia per illum mors. Siue enim illa in qua lapsus est Adam ipsius persuasione homini propinata est, siue ista in qua separatur anima à corpore; ipsum habẽt authorẽ qui primò per superbiã cadens inuidit stanti, & morte inuisibili deiecit stantẽ, † vt etiã morte inuisibili perderet. Ad eum pertinẽtes, pastorem mortem habent, nos autem qui de futura immortalitate cogitamus, & nõ sine causa in fronte signũ crucis Christi portamus, non habemus pastorem nisi vitam. Infidelium pastor mors, fidelium pastor vita. Si ergo in inferno sunt oues quibus pastor mors est, in cælo sunt oues quibus pastor vita est. Quid igitur? Iam in cælo sumus? In cælo secundùm fidem. Si ergo non in cælo, vbi sursum cor? Si nõ in cl̃o, vbi est quod apostolus Paulus dicit: Nostra enim conuersatio in cælis est? Corpore ambulamus in terra, corde habitamus in cælo. Habitam' ibi, si illuc aliquid mittimus, quod ibi nos teneat. Nemo enim inhabitat corde, nisi vnde cogitat, inde autem cogitat, vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra, cor ipsius à terra non recedit; thesaurizauit in cęlo, cor ipsius de cælo nõ descendit; Domino apertè dicente: Vbi est thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. Isti ergo quibus mors pastor est, videntur florere ad tẽpus, & iusti laborare. Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est, nox est? Non apparent merita iustorum, & quasi nominatur felicitas impiorum. Tam diu videtur herba lætior quàm arbor, quàm diu hyems est. Herba enim per hyemem viget, arbor per hyemem quasi arida est; cùm sol exierit feruentior tempore æstatis, arbor quæ per hyemem arida videbatur, expletur foliis, profert fructus, herba autẽ arescit. Videbis honorem arboris, herba arida est. Sic & modò iusti laborant, antequã veniat æstas. Est vita in radice, nondum apparet in ramis. Radix autẽ nostra charitas est. Et quid ait apostolus? vt sursum debeamus habere radicẽ, vt vita sit pastor noster; quia habitatio nostra non debet recedere de cælo: quia in hac terra debemus sicut mortui ambulare, vt suprà viuentes, infrà mortui simus; nõ vt suprà mortui, infrà viuamus. Quia ergo nõ debet recedere vita nostra & cor nostrum de supernis, quid ait apostolus? Mortui enim estis. Et ne timeres, vita vestra abscondita est, ait, cum Christo in Deo. Ecce vbi est radix nostra. Quãdo autẽ apparebit honor noster tanquã in foliis & fructibus, sequitur & dicit: Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria, & erit mane. Nã modò non est mane. Tumeant modò superbi & diuites huius seculi, impij bonis insultẽt, infideles fidelibus, & dicãt: Quid vobis prodest quia credidistis? Quid plus habetis, quia Christum habetis? Respondeãt fideles, si verè fideles sunt: Nox est, nondum videtur quod tenemus. Non quiescant manus in bonis operibus. Vnde alibi dicitur: In die tribulationis meę Deum exquisiui manibus meis nocte coram eo, & nõ sum deceptus. Apparebit labor noster mane, & erit fructus mane; vt illi qui modò laborant, postea dominentur, & illi qui modò se iactant & superbiunt, postea subiiciantur. Quid enim sequitur? Sicut oues in inferno positæ, mors pastor est eis. Et dominabuntur eis recti mane.) Puto iam planũ esse istum versum, quem prælocuti sumus: Dominabuntur eis recti mane. Tolera noctẽ, desidera mane; ne putes quia nox habet vitã, & mane nõ habet vitã. Ergo qui dormit, viuit, & qui surgit, non viuit? Nónne qui dormit † morti similior est? Et qui sunt qui dormiunt? Quos excitat apostolus Paulus, si tamen velint euigilare. Quibusdam enim dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Qui ergo illuminantur à Christo, iam vigilant, sed nõdũ apparet fructus vigiliarũ. Mane apparebit, id est, cũ seculi huius incerta transierint. Ipsa est enim nox; non tibi videtur quasi tenebræ? Facit malè, viuit, floret, terret, honoratur. Facit bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur: Quasi tenebræ sunt. In radice autem vigor, fructus, opulentia. Vita nondũ est in ramis, sed radix non aruit. Similis arescenti est: Sed tempus venit, vestitur honore suo, fœcundatur fructibus suis. Tunc illi de quibus scriptum est, vt nõ eos zelemus. Quid enim de illis ait Psalmus? Quoniã sicut fœnum citò arescent, & sicut olera prati citò cadent. Cadent, cùm videbũt, ad dexteram sanctos, quibus laborantibus insultauerunt, & dicent intra se pœnitentiam agentes, sed pœnitentia sera & infructuosa. Qui noluerũt modò agere fructuosam, agent tunc infructuosam. Quid ergo dicẽt iã in pœnitentia infructuosa? Hi sunt quos aliquãdo in risum habuimus, & in similitudinem improperij. Verba dico libri de Sapientia. Cognoscũt qui ea solent audire. Verba enim sunt malorũ futura, quãdo videbũt iudicem, etiã oẽs fideles ad dexterã eius, & oẽs sanctos eius cũ illo iudicantes. Hoc habẽt dicere: Verba ipsorũ dicit Scriptura: Hi sunt quos aliquando habuimus in risum, & in similitudinem improperij, nos insensati, vitã illorũ æstimabamus insaniã. Cùm enim cœperit Deo quisq. viuere, mundũ contemnere, iniurias suas nolle vlcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere felicitatem terrenã, contemnere omnia, Dñm solũ cogitare, viã Christi non deserere, nõ solùm à paganis dicitur insanus, sed quod magis dolendum est, quia & intus multi dormiunt, & vigilare nolunt, à suis, à Christianis audiũt: Quid pateris? Fratres mei, homini viuẽti secundùm viã Christi, qui dicit: Quid pateris? putamus quid dicit? Horremus Iudæos, quia dixerunt Domino Iesu Christo: Dæmonium habes, & quando audimus Euangelium recitari, tundimus pectora nostra. Sceleratam rem dixerũt Iudæi Christo: dæmonium habes. Age tu Christiane quando videris de corde hominis

2. Pet. 2. d.
Lucæ 11. d.
al. erit.
Matt. 15. b
Esa. 29. d.
Philip. 3. d.
Matth. 6. e
Matth. 6. c
Genes. 3. b. al. vt etiam panderet visibilem mortem: vel, vt etiam visibilem mortem penderet.
Coloss. 3. à.
Psal. 76.
al. mortuo.
Ephes. 5. c.
Psal. 36.
Sap. 5. a.
Matt. 25. e.
Ioan. 8. f.

expulsum diabolũ, & inhabitare Christũ, & dicis, quid
pateris? dæmonium tibi videtur habere? Dictũ est & de
Ioan. 10. d. ipso Domino, quòd insaniret, quando loquebatur ver-
ba, quæ illi non caperent. Dictum est, insanit, dæmo-
nium habet; & tamẽ aliqui euigilabant à somno, & di-
Ibidem d. cebant: Non sunt ista verba dæmonium habẽtis. Sic &
modò fratres, quãdiu ista verba audiunt & gentes, &
qui inhabitãt orbem, & terrigenæ, & filij hominum, &
diues & pauper, id est, & qui pertinẽt ad Adam, & qui
pertinent ad Christum, alij dicunt, dæmoniũ habet, alij
dicunt, non sunt ista verba dæmoniũ habentis. Alij enĩ
tenent viam seculi, & ista ad tẽpus audiunt, alij nõ fru-
strà audiunt, sed faciunt quod dictũ est: Auribus percipi-
te qui habitatis orbem. Et cùm agunt ista, incertus
est fructus. Sed qui malè agunt, & viam seculi eligunt,
Al. viam. mors pastor est eis. Qui autẽ eligunt † nomen Dei, vita
pastor est eis. Veniet ipsa vita iudicatura, & damnatura
Matt. 25. d. cum pastore suo eos quibus dicetur: Ite in ignẽ ęternũ,
qui præparatus est diabolo & angelis eius: illi autẽ qui- B
bus insultatum est, & qui irrisi sunt quia credebant, au-
Matth. 25. e dient ab ipsa vita quã habent pastorẽ: Venite benedicti
patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est
ab origine mundi. Dominabuntur ergo eis recti, non
modò, sed mane. Nemo dicat, quare sum Christianus,
impero nemini, imperem iniquis. Noli festinare. Do-
minaberis, sed mane. Et auxilium eorum veterascet in
inferno à gloria eorum.) Modò habent gloriam, in in-
Psal. 145. fermo veterascent. Quod est auxilium eorum? Auxiliũ
de pecunia, auxilium de amicis, auxiliũ de virtute sua.
Sed cùm mortuus fuerit homo, in illa die perient oẽs
cogitationes eius. Quantam visus est gloriã habere in-
ter homines cùm viueret, tantam vètustatem & corru-
ptionem suppliciorũ habebit, cùm mortuus fuerit
apud inferos. Veruntamẽ Deus redimet animã meã.)
Videte vocẽ sperantis de futuro. Veruntamen Deus
redimet animã meã. Fortè vox est adhuc volẽtis libe-
rari de pressura. Nescio quis in carcere est, dicit: Deus C
redimet animã meã; nescio quis in catena, Deus redi-
met animã meã; nescio quis periculũ patitur in mari,
iactatur fluctibus & sæuientibus tempestatibus, quid
dicit? Deus redimet animã meã. Liberari volunt ad istã
vitã. Nõ est autem ista vox huius. Audi quid sequitur:
Deus redimet animã meã. De manu inferni cùm acce-
perit me.) Hanc redẽptionem dicit, quã Christus iã in
se ostendit. Descendit enim ad inferos, ascendit in cę-
lum. Quod videmus in capite, inuenimus in corpore.
Quod enim credimus in capite qui viderunt, ipsi nobis
annunciauerunt; & per ipsos videmus, quia vnũ corpus
1. Cor. 11. b. c. oẽs sumus. Sed meliores illi qui viderunt, nos deterio-
Rom. 12. b. res quibus annunciatũ est? Non hoc dicit ipsa vita, ipse
pastor noster. Insultat enim cuidã discipulo suo dubi-
tãti, & cicatrices palpare cupienti. Et cùm palpasset ci-
catrices, exclamauit, dicẽs: Dũs meus & Deus meus.
Ioan. 20. g. Videns dubitantem discipulum, & intuens totũ orbem D
terrarum credituru: Quia vidisti, inquit, credidisti; bea-
ti qui non vident, & credunt. Veruntamen Deus redi-
met animã meã, de manu inferi cùm acceperit me. Hic
ergo quid? Labor, pressura, tribulatio, tentatio. Nihil
aliud speres. Vbi gaudiũ? In spe futura. Nã dicit aposto-
1. Cor. 6. b lus: Semper gaudentes. In tantis tribulationibus, sem-
per gaudentes, semper tristes. Semper gaudẽtes; quia
ipse dixit: Quasi tristes, semper autẽ gaudẽtes. Tristitia
nostra habet quasi, gaudium nostrum non habet quasi;
quia in spe certa est. Quare tristitia nostra quasi habet?
Quia sicut somnus transiet, & dominabuntur recti ma-
ne. Nouit enim charitas vestra, quia qui somnium in-
dicat, addit quasi. Quasi dicebã, quasi loquebar, quasi
prandebã, quasi equitabam, quasi disputabam. Totum
quasi; quia cùm euigilauerit, non inuenit quod videbat.
Quasi thesaurum inuenerã, dicit mendicus. Si quasi nõ
esset, mendicus non esset; sed quia quasi erat, mendi-
cus est. Itaque modò qui ad lætitias seculares oculos
aperiunt, & cor claudunt, transit quasi eorum, & venit
verum ipsorum. Quasi ipsorum felicitas est seculi, verũ
ipsorum pœna est. Nostrum autem quasi tristitia est,
gaudium non est quasi. Non enim ait apostolus: Quasi
gaudentes, semper autẽ tristes; aut, quasi tristes, & quasi
gaudentes; sed ait, quasi tristes, semper autem gauden-
tes. Sicut egeni, & ibi sicut pro quasi posuit. Multos aũt
ditãtes. Et cùm hoc diceret, nihil habebat apostolus.
Omnia sua dimiserat, diuitias nullas possidebat. Et
quid secutus ait? Quasi nihil habentes; & ipsum nihil
habere quasi apostoli erat. Et omnia possidentes; ibi 2. Cor. 6. b
non dixit quasi. Quasi egebat; non autem quasi, sed ve-
rè multos ditabat. Quasi nihil habebat; non autẽ quasi,
sed omnia possidebat. Vnde verè omnia possidebat?
Quia omnium creatori adhærebat. Veruntamẽ, inquit, B
Deus redimet animã meã, de manu inferi cùm accepe-
rit me. Quid igitur qui hic volunt florere? Tu visurus es
hominem florentẽ malum, & fortè titubabunt pedes
tui, & dicturus es in anima tua: Deus, ego noui facta hu-
ius hominis, quæ scelera fecit iste homo, & ecce floret,
terret, dominatur, extollitur, caput illi nõ dolet, nihil in
domo eius diminutum est: & timebis, quia credidisti,
& fortè dicet cor tuum, me miserum, puto sine causa
credidi, Deus non respicit res humanas. Excitat ergo
nos Deus. Et quid dicit? Ne timueris, cùm diues factus
fuerit homo.) Quare enim timebas, quia diues factus
est homo? Timebas ne sine causa crederes, ne fortè per-
didisses laborem fidei tuæ, & spem conuersionis tuæ;
quia fortè incurrit tibi lucrum cum fraude, & potuisti
si faceres ipsum lucrum cum fraude, diues esse, & non
laborare, & attendens quid minatus est Deus, tẽperasti
à fraude, & contempsisti lucrum. Vides alium fecisse
lucrũ de fraude, & nihil mali pati; & times esse bonus. C
Ne timueris, ait tibi spiritus Dei, cùm diues factus fue-
rit homo. Oculos non vis habere, nisi in præsentia? Fu-
tura promisit qui resurrexit, pacẽ in hac terra & requiẽ
in hac vita non promisit. Omnis homo requiẽ quærit;
bonã rem quærit; sed non in regione sua illam quærit.
Non est pax in hac vita, in cælo nobis promissum est
quod in terra quærimus. In futuro seculo promissum
est, quod in isto seculo quærimus. Ne timueris cùm di-
ues factus fuerit homo: Et cum multiplicata fuerit glo-
ria domus eius.) Quare ne timueris? Quoniã non cùm
morietur, accipiet hęc omnia.) Vides viuentem, cogita
morientem. Quid hic habeat attendis, quid secũ tollat
attende. Quid secum tollit? Multum auri habet, multũ
argenti habet, multum prediorum, mancipiorũ; mori-
tur, remanẽt illa nescio quibus. Et si enim dimittit qui-
bus vult, non seruat quibus vult. Multi enim & non sibi
dimissa acquisierunt, & multi sibi dimissa perdiderunt.
Remanent enim illa omnia, & † tulit secum. Quid? For- al. tollit.
tè dicit aliquis: Illud secum tollit vnde inuoluitur, & ꝗ
illi erogatur ad pretiosum & marmoratum sepulchrũ,
ad instruendã memoriã, hoc secum tollit. Ego nec hoc
dico. Exhibentur enim ista non sentienti. Si dormien-
tem & non vigilantem ornas, in lecto secum illa habet.
Fortè ornamenta insunt in corpore iacentis, & fortè
ille in somnis in pannis se videt. Quod sentit ei plus est,
quàm quod non sentit. Quanquã & illud cùm euigila-
uerit non erit; tamen dormienti magis illud erat quod
in somnis videbat, quã illud quod non sentiebat. Quid
ergo fratres dicant sibi homines? Erogent ad mortem
meã, quare dimitto hæredes meos diuites? Multa habe-
bunt de meo, habeã & ego aliquid de meo in corpore
meo.

meo. Quid habebit corpus mortuum? Quid habebit ea
ro putrescẽs? Quid habebit caro nõ sentiens? Si aliquid A
habuit diues ille, cuius lingua sicca erat, tunc habet ho-
Lucæ 16. f. mo aliquid de suo. Fratres, nunquid sic legimus in Euã
gelio, quia diues ille cum holofericis & byssinis tegu-
mẽtis apparebat in igne? Nũquid qualis erat in epulis
ad mensam, talis erat & apud inferos, cũ sitiret, & stillã
desideraret? Nõ ibi erãt illa omnia. Nõ ergo secũ acci-
pit homo omnia, nec quod tollit sepultura, tollit secũ
mortuus. Vbi enim sensus, ibi homo, vbi nullus sensus,
non est homo. Iacet vas quod continebat hominẽ, do-
mus quæ habebat hominem. Corpus dicamus domũ,
spiritũ dicamus habitatorẽ domus. Spiritus torquetur
apud inferos. Quid illi prodest, quia corpus iacet in cin
namis & aromatibus, inuolutum pretiosis linteis? Tã-
quã si dñs domus mittatur in exiliũ, & tu ornes parie-
tes ipsius. Ille in exilio eget, & fame deficit, vix sibi vnã
cellã inuenit vbi somnũ capiat, & tu dicis: felix est, nam
ornata est domus illius. Quis te non aut iocari, aut insa- B
nire arbitretur? Ornas corpus, torquetur spiritus. Da ali
quid spiritui, & dedisti aliquid mortuo. Sed quid illi da
bis, quando vnam guttam desiderauit, & non accepit?
Hic enim contempsit mittere ante se aliquid. Quare
cõtempsit? Quia hæc via eorũ scandalũ est illis. Nõ pu-
tauit vitam nisi pręsentẽ, nõ cogitauit nisi quemadmo-
dũ pretiosis vestib. obuolutus sepeliretur. Ablata est ab
Lucæ. 12. e. illo anima eius, sicut Dñs dicit: Stulte, hac nocte auferetur anima tua, & quę præparasti, cuius erũt? Et imple
tum est in illo quod iste Psalmus dicit: Ne timueris, cũ
diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit
gloria domus eius: quoniã nõ cũ morietur accipiet hęc
omnia: Neq. simul descendet cũ eo gloria domus eius.
Quoniam anima eius in vita ipsius benedicetur.) Intẽ
dat charitas vestra, quoniã anima eius in vita ipsius
benedicetur. Quãdiu vixit, bene sibi fecit. Hoc dicunt
oẽs, sed falsò dicunt. Benedictio est ab animo benedi-
cẽtis, nõ ab ipsa veritate. Quid enim dicis tu? Quia mã- C
Lucæ 16. c. ducauit & bibit, quia fecit quod voluit, quoniã splendi
dè epulatus est, ideo secũ fecit bene? Ego dico, fecit se-
cum malè. Nõ ego dico, sed Christus, fecit secum ma-
lè. Etenim diues ille quando quotidie epulabatur splẽ-
didè, bene secum facere putabatur, cùm autem cœpit
ardere apud inferos, tunc inuentũ est malè, quod puta-
batur bene. Quod enim manducauerat apud superos,
hoc digerebat apud inferos. Iniquitatem dico fratres,
quã epulabatur. Manducabat pretiosas epulas ore car-
nis, ore cordis manducabat iniquitatẽ. Quod apud su-
peros ore cordis mãducabat, hoc apud inferos in illis
suppliciis digerebat. Et quidem temporaliter mãduca
uerat, in æternum malè digerebat. Manducatur ergo
iniquitas. Fortè aliquis dicit: Quid est quod loquitur?
Prou. 10. d. manducatur iniquitas? Nõ ego dico, audi Scripturam.
Sicut vua acerba dentibus vexatio est, & fumus oculis,
sic iniquitas vtentibus ea. Qui manducauerit enim ini- D
quitatẽ, id est, qui libenter habuerit iniquitatem, non
poterit manducare iustitiam. Panis enim iustitia est.
Quis est panis? Ego sum panis viuus, qui de cælo descẽ-
di. Ipse est panis cordis nostri. Quomodo qui mãducat
Ioan. 6. c. ore corporis vuas acerbas, obrigescunt & obstupescũt
dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandum
panem, & remanet illi laudare quod videt, & mandu-
care non posse, sic & qui iniquitate vsus est, & pastus
peccatis in corde, incipit non posse manducare panẽ,
laudat verbum Dei, & non facit. Vnde nõ facit? Quia
cùm cœperit facere, laborat, quomodo sentimus la-
borare dentes post vuas acerbas, cùm cœperimus pa-
nem manducare. Sed quid faciunt illi quibus obstu-
puerunt dentes? Temperant se aliquantulum ab vuis
acerbis, & redeunt dentes ad stabilitatem suam, & in-
cumbunt pani; sic & nos laudemus iustitiã. Sed si nos
volumus manducare iustitiam, temperemus nos ab
iniquitatibus; & nascitur in corde nõ solùm delectatio
laudandi iustitiã, sed etiam facilitas manducandi. Nã
fidicit Christianus: Deus nouit, quia delectat me, sed
nõ possũ facere; quassatos dẽtes habet, diu mãducauit
iniquitatem. Ergo & iustitia manducatur? Si non man-
ducaretur, non diceret Dominus: Beati qui esuriunt &
sitiunt iustitiam. Ergo quoniã anima illius in vita ipsius
benedicetur, in vita benedicetur, in morte torquebi- Matth. 5. e.
tur, Confitebitur tibi, cùm bene feceris ei.) Attendite
& pascimini, hæreat in cordibus vestris; manducate, &
videte tales, & nolite esse tales. Cauete & talia verba.
Cõfitebitur tibi, cùm bene feceris ei. Quàm multi sunt
Christiani fratres, qui tunc Deo gratias agunt, quando
illis accidit lucrum? Hoc est, confitebitur tibi, cùm be-
nefeceris ei; laudabit te & dicet: Verè quia tu es Deus
meus; Liberabit me de carcere, & confitebor illi. Ve-
nit illi lucrum, & confitetur; venit hæreditas, confite-
tur: patitur damnum, blasphemat. Qualis filius es, quia
quando te pater emendat, tunc tibi displicet? Nõ emẽ-
daret, nisi displiceres. Aut, si sic displiceres vt odisset,
non ille te emendaret. Gratias age ergo emendatori,
vt accipias hæreditatem à Deo qui te emendat. Eru-
diris enim, cùm emendaris. Sed multũ emendat, quia
magnum est quod habes accipere. Nam si appendas
quod emendaris cum eo quod accepturus es, inuenies
quia nihil est quod emendaris. Apostolus Paulus hoc
dicit: Etenim quod ad præsens est temporale leue tri- 2. Cor. 4. d.
bulationis nostræ, iuxta incredibilem modũ æternũ
gloriæ pondus operatur in nobis. Sed quando? Nõ re-
spicientibus, inquit, quæ videntur, sed quæ non viden-
tur; non quæ tẽporalia, sed quæ æterna. Quæ enim vi- Rom. 8. d.
dentur, tẽporalia sunt; quę autem nõ videntur, ęterna.
Et iterum: Nõ sunt condignæ passiones huius tẽporis,
ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quid est
ergo quod pateris? Sed semper pateris. Concedo. Ex
quo natus es per omnes ætates tuas, vsque ad senectã
tuam, quousq. morieris, puta quia hoc pateris quod est
passus Iob. Quod ille passus est aliquot diebus, aliquis
patiatur ab ipsa infantia. Quod pateris transit, finitur;
quod accepturus es, finem non habebit. Nolo iã ęques
pœnam cum præmio, temporalia æqua æternitati, si
potes. Confitebitur tibi, cùm bene feceris ei. Nolite
esse tales, fratres; videte quia propterea dicimus hæc,
propterea cantamus, propterea tractatur, propterea
iudatur. Nolite facere ista, negotia vestra vos probãt.
Aliquãdo in negotio vestro auditis verum & blasphe-
matis, Ecclesiam blasphematis. Quare? Quia Christiani
estis. Si sic est, duco me in parte Donati, Paganus volo
esse. Quare? Quia momordisti panem, & dolent dentes.
Quando videbas ipsum panem, laudabas; cœpisti mã-
ducare, & dolent dentes: id est, quando audiebas ser-
monẽ Dei, collaudabas; cùm tibi dicitur, fac hoc, bla-
sphemas. Noli sic velle. Hoc dic, bonus est panis; sed
ego non possum illum mãducare. Nunc autem si ocu-
lis vides, laudas; cùm cœperis dentes premere, dicis:
malus est panis iste. Et qualis est ille qui illũ fecit? Ita
fit vt cõfitearis Deũ, quando tibi bene fecit Deus; &
mentiaris, quãdo cãtas: Benedicã Dominum in omni
tẽpore, semper laus eius in ore meo. Exigitur de corde Psal. 33.
tuo cantatio labiorum tuorum; cantasti in Ecclesia: Be-
nedicam Dominũ in omni tẽpore. Quomodo in omni
tempore? Si omni tempore lucrum, omni tempore be-
nedicetur. Si aliquando est damnum, non benedicitur,
sed blasphematur. Certè quia non benedicis in omni
tempore, certè quia non semper laus eius in ore tuo

est; eris talis qualem modò descripsit: Cõfitebitur tibi cùm benefeceris ei. Introibit vsq; in progenies patrum A
suorũ. Id est, imitabitur patres suos; quia iniqui qui modò sunt, non habent fratres vel patres. Antiqui iniqui,
patres sunt præsentiũ. Et modò qui iniqui sunt, patres sunt posterorũ iniquorũ; quomodo patres iustorũ, anti-
qui iusti patres sunt iustorũ qui modò sunt; & qui modò sunt, patres sunt eorum qui futuri erunt. Ostendere
voluit Spiritus sanctus, quia non est mala æquitas, quãdo ad illam murmuratur; sed hi ab origine vsque ad
progeniẽ patrũ suorum, patrem suum habent. Duos
genuit Adã, & in vno iniquitas, in vno iustitia. Iniqui-
Gen. 4. a. tas in Cain, iustitia in Abel. Præualuisse videtur iniqui-
tas super iustitiam, quia occidit Cain iniustus, Abel iu-
stũ innocentẽ. Nũquid mane? Sed dominabuntur eis
recti mane. Veniet mane, & videbitur vbi sit Abel, &
vbi Cain. Sic omnes qui secũdùm Cain, & sic omnes
qui secundùm Abel vsque in finem seculi. Introibit vs-
que in progenies patrum suorum: Vsque in æternum B
non videbit lumen.) Quia & hic cùm esset in tenebris,
erat gaudẽs falsis bonis, & nõ amãs bona vera; & ideo
hinc ad tartarũ ibit: A tenebris somniorum excipient
eum tenebræ tormentorũ. Ergo vsque in æternũ non
videbit lumen. Sed quare hoc? Quod posuit in medio
Psalmo, hoc & in fine. Homo cùm in honore esset, nõ
intellexit, cõparatus est iumẽtis insensatis, & similis fa-
Gen. 1. d. ctus est illis.) Vos autem fratres cõsiderate vos homi-
nes factos ad imaginem & similitudinem Dei. Imago
Dei intus est, nõ est in corpore. Non est in auribus istis
quas videtis, & oculis, & naribus, & palato, & manib⁹,
& pedibus, sed est facta tamẽ vbi est intellectus, vbi est
mẽs, vbi ratio inuestigandæ veritatis. Vbi est fides, vbi
est spes vestra, vbi charitas vestra, ibi habet Deus ima-
ginem suam; vel ibi intelligitis & videtis, quia ista trãs-
eunt, quia sic dixit in alio Psalmo: Quanquã in imagine
ambulet homo, tamẽ vanè conturbatur; thesaurizat, &
Psal. 38. nescit cui cõgregabit ea. Non turbemini, quia qualia-
cunque sunt ista, transitoria sunt, si homines estis in ho-
nore positi, & intelligitis. Nam si homines estis in ho-
nore positi, & non intelligitis, comparamini iumentis
insensatis, & similes efficimini illis.

IN PSALMVM XLIX. ENARRATIO.

QVANTVM nobis valeat sermo Dei ad correctio-
nem vitæ nostræ, & ad speranda præmia eius, pœ-
násque metuendas, vnusquisque in se metiatur; & con-
scientiam suam ante oculos eius sine dolo ponat, nec
sibi blandiatur in tanto periculo; quoniam & ipse Do-
minus Deus noster, videtis quia nulla blanditur. Etsi
consolatur nos promittendo bona sua, & confirmãdo
spem nostram, malè viuentibus tamẽ & contemnenti-
bus verbũ suum, omninò nõ parcit. Interroget se vnus-
quisque, cùm tempus est, & videat vbi sit, & aut perse-
ueret in bono, aut mutetur à malo. Sicut enim dicit in
hoc Psalmo: Non quicunque homo, aut quicunque
angelus, sed Deus deorum Dominus locutus est.) Lo-
quendo autem quid egit? Vocauit terram à solis ortu
vsque ad occasum.) Qui vocauit terram à solis ortu
vsq. ad occasum, Dñs noster & saluator est Iesus Chri-
Ioan. 1. b. stus. Verbum caro factum est, vt inhabitaret in nobis.
Dominus ergo noster Iesus Christus Deus deorũ est,
quia per ipsum facta sunt omnia, & sine ipso factum est
nihil. Verbũ Dei, si Deus est, vtique Deus deorum est.
Vtrum autem sit Deus, Euangelium respõdet: In prin-
cipio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & De⁹
erat verbum. Et si omnia per ipsum facta sunt, sicut
consequenter dicit, & dij si qui facti sunt, per ipsum fa-
cti sunt. Vnus enim Deus non factus, & verè Deus ipse
solus. Ipse autem solus Deus, pater & filius & Spiritus
sanctus, vnus Deus. Dij ergo quorum Deus verus est,
qui sunt, aut vbi sunt? Dicit alius Psalmus: Deus stetit in Psal. 81.
synagoga deorũ, in medio autẽ deos discernit. Adhuc
nescimus, ne fortè dij aliqui in cælo congregati sint, &
in eorum congregatione, hoc est enim in synagoga, ste-
tit Deus discernere illos. Videte in eodem Psalmo qui-
bus dicat: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos Ibidem.
autem vt homines moriemini, & sicut vnus ex princi-
pibus cadetis. Manifestum est ergo, quia homines dixit Rom. 4. a.
deos, ex gratia sua deificatos, non de substantia sua na-
tos. Ille enim iustificat, qui per semetipsum non ex alio
iustus est, & ille deificat qui per seipsũ nõ alterius par-
ticipatione Deus est. Qui autem iustificat, ipse deificat, Ioan. 1. b.
quia iustificando filios Dei facit. Dedit enim eis pote-
statem filios Dei fieri. Si filij Dei facti sumus, & dij facti Ibidem a.
sumus, sed hoc gratiæ est adoptantis, non naturæ gene-
rantis. Vnicus enim Dei filius Deus, & cum patre vnus
Deus, Dñs & Saluator noster Iesus Christus, in princi-
pio verbum, & verbum apud Deum, verbũ Deus. Cæ- B
teri qui fiunt dij, gratia ipsius fiunt, non de substantia
eius nascuntur, vt hoc sint quod ille, sed vt per benefi-
cium perueniant ad eũ, & sint cohæredes Christi. Tãta
enĩ charitas est in illo hęrede, vt voluerit habere cohę-
redes. Quis eñ auarus homo velit habere cohæredes?
Sed & qui inuenitur velle, diuidet cũ eis hæreditatem,
minus habens ipse diuidens quàm si solus possideret.
Hæreditas autem in qua cohæredes Christi sumus, nõ
minuitur copia possessorum, nec fit angustior numero-
sitate cohæredũ, sed tanta est multis, quanta paucis, tã-
ta singulis, quanta omnibus. Videte, inquit Apostolus,
qualem dilectionẽ nobis dedit Deus, vt filij Dei voce-
mur & simus. Et in alio loco: Dilectissimi filij Dei su- 1. Ioan. 3. a
mus, & nondũ apparuit quid erimus. Ergo sumus in
spe, nõdum in re. Scimus autẽ, inquit, quoniam cùm
apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum si-
cuti est. Vnicus similis nascendo, nos similes viuendo.
Non enim ita similes vt ille, qui hoc est quod ille à quo C
genitus est. Nos enim similes non æquales. Ille quia
æqualis, ideo similis. Audiamus qui sint dij facti iustifi-
cati, quia filij Dei dicuntur, & dij qui non sunt dij, qui-
bus ille Deus deorũ terribilis est. Dicit enim alius Psal-
mus: Terribilis est super oẽs deos. Et quasi quæreres, Psal. 95.
quos deos? quoniam omnes dij gẽtium dæmonia. Diis
gentium dæmoniis terribilis, diis à se factis, filiis ama-
bilis. Proinde confitentes maiestatem Dei vtrosque
inuenio, & dæmonia confessa sunt Christum, & fideles
confessi sunt Christum. Tu es Christus filius Dei viui, Mat. 16. c. Marc. 5. a.
dixit Petrus: Scimus qui sis, tu es filius Dei, dixerunt
dæmones. Parem audio confessionẽ, sed nõ parẽ inue-
nio dilectionẽ, imò verò hic dilectionẽ, ibi timorem.
Quibus ergo amabilis, filij sunt, quib. terribilis, filij nõ
sunt. Quibus amabilis, deos illos fecit, quib. terribilis,
nõ esse deos cõuincit. Hi enim dij fiunt, illi dij putãtur. Hebr. 1. a.
D Hos deos facit veritas, illos error existimat. Deus ergo
deorũ Dñs locutus est. Locutus est multis modis. Per
angelos ipse locutus est, per Prophetas ipse locutus est,
per os propriũ ipse locutus est, per apostolos suos ipse
locutus est, per fideles suos ipse loquitur, per humilita-
tẽ nostrã cũ aliquid verũ dicimus, ipse loquitur. Videte
itaq. loquendo multipliciter, multis modis, per multa
vasa, per multa organa, ipse tamẽ sonat vbique tangen-
do, modificando, inspirãdo. Videte quid egerit. Locu-
tus est enim, & vocauit terram. Quam terrã? An fortè
Africam? propter eos qui dicunt: Ecclesia Christi pars
Donati est. Solam quidem Africam non vocauit, sed
& Africam non separauit. Qui enim vocauit terram
à solis ortu vsque ad occasum, nullas reliquit partes
quas non vocauerit, in sua vocatione & Africam
inuenit.

inuenit. Gaudeat ergo in vnitate, non superbiat in diu-
isione. Benedicimus, quia vox Dei deorũ & in Africã A
venit; non in Africa remansit. Vocauit enim terram à
solis ortu vsque ad occasum. Non est vbi lateãt insidiæ
hæreticorum, non habent in qua se vmbra falsitatis ab-
scondant. Nec enim est qui se abscondat à calore eius.
Psal. 18. Qui terrã vocauit, & totã terrã vocauit. Qui terrã vo-
auit, tantam vocauit, quantam fabricauit. Quid mihi
xurgunt pseudo christi & pseudoprophetæ? Quid est
quòd me verbis captiosis illaqueare moliũtur, dicẽtes:
Ecce hic est Christus, ecce illic est? Non audio ostendẽ-
Matt. 24. b. tes partes, Deus deorum totum mihi ostendit. Qui vo-
cauit terrã à solis ortu vsque ad occasum, totum rede-
mit; partes autem, id est, calumniãtes condẽnauit. Sed
audieramus, à solis ortu vsq. ad occasum, vocauit ter-
ram. Vnde cœpit vocare, qui vocauit? Et hoc audite.
Ex Sion species decoris eius.) Certè cõcordat Psalmus
Lucæ 24. g. Euangelio, dicenti: Per omnes gentes, incipiẽtibus ab
Hierusalem. Audi per omnes gentes, vocauit terram à B
solis ortu vsque ad occasum. Audi incipientibus ab
Hierusalem, ex Sion species decoris eius. Ergo vocauit
terram à solis ortu vsque ad occasum, cõcordat verbis
Ibidem g. Domini, dicentis: Oportebat Christũ pati, & resurgere
à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœni-
tentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes.
Omnes enim gẽtes sunt, à solis ortu vsque ad occasum.
Quòd verò ex Siõ species decoris eius, quòd inde cœ-
Psal. 44. pit decus Euangelij eius, quòd inde annunciari cœpit
speciosus forma præ filiis hominum, concordat verbis
Lucæ 24. g. Dñi, dicẽtis: Incipientibus ab Hierusalẽ. Concinũt no-
ua veteribus, vetera nouis. Dicunt ad inuicẽ Seraphim
Esaiæ 6. b. duo: Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Hæc consonant duo testamenta, & vnam vocẽ habent
duo testamenta. Audiatur vox concinentium testamẽ-
torum, non calumniantium exhæredatorum. Fecit er-
go ista Deus deorum: Vocauit terram à solis ortu vsq.
Act. 1. a. ad occasum, ex Sion procedente specie sua. Ibi enim C
erant discipuli, qui acceperunt Spiritum sanctum quin-
quagesimo post resurrectionẽ eius die missum de cęlo.
Inde Euangelium, inde prædicatio, inde impletur or-
bis terrarum; & hoc in gratia fidei. Nam cùm ipse Do-
minus venisset, quia passurus venit, occultus venit.
Et cùm esset fortis in se, infirmus in carne apparuit.
Oportebat enim eum videri, vt non intelligeretur, cõ-
temni vt occideretur. Erat gloriæ species in diuinita-
1. Cor. 2. b. te; sed hæc latebat in carne. Si enim cognouissent, nũ-
quam Dominum gloriæ crucifixissent. Sic ergo inter
Iudæos, sic inter inimicos ambulauit occultus, mira
faciens, mala patiens, donec suspenderetur in ligno; vi-
dentesq; pendentẽ Iudæi magis magisq; contemnerẽt,
Matt. 27. c. & ante crucem caput agitantes, dicerent: Si filius Dei
est, descendat de cruce. Occultus ergo erat Deus deo-
rũ, & voces edebat magis ex cõpassione nostra, quàm
ex maiestate sua. Vnde enim illæ voces, nisi ex nobis D
Psal. 21 assumptæ: Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti?
Quando autem pater filiũ dereliquit, aut filius patrem?
Ioan. 10. f. Nónne vnus Deus, filius & pater? Nónne verissimum:
Ego & pater vnũ sumus? Vnde ergo Deus Deus meus,
Matth. 27. f vt quid me dereliquisti: nisi quia in carne infirmitatis
Rom. 8. a. agnoscebatur vox peccatoris? Qui enim suscepit simi-
litudinem carnis peccati, cur non susciperet similitudi-
nem vocis peccati? Occultus ergo Deus deorum, & cũ
Ioan. 4. a. Matth. 26. c inter homines ambulauit, & cùm esuriuit & sitiuit, &
Ioan. 19. b. cùm fatigatus sedit, & cùm lassato corpore dormiuit,
& cùm apprehẽsus, & cùm flagellatus, & cùm ante iu-
dicem positus, & cùm superbienti respondit: Non ha-
Esa. 53. c. beres in me potestatem, nisi data fuisset desuper; &
quòd ductus ad victimam, corã tondente se nõ aperuit
os suũ, & quòd crucifixus, & quòd sepultus, semper oc-
cultus Deus deorũ. Quid postea quàm resurrexit? Mi- Matth. 27.
rati discipuli, & primò non crediderunt, donec tange-
rent atque palparent. Sed caro resurrexerat, quia caro Lucæ 24. f.
mortua erat; diuinitas quæ mori non poterat, adhuc
etiam in carne resurgẽtis latebat. Videri forma potuit,
teneri mẽbra, palpari cicatrices; verbũ per quod facta Ioan. 1. b.
sunt omnia, quis videt? quis tenet? quis palpat? Et tamẽ
verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Et qui te-
nebat hominem Thomas, intelligebat vt poterat Deũ, Ioan. 20. g.
Palpatis enim cicatricibus, exclamauit: Dominus me⁹
& Deus meus. Ostendebat tamen Dominus eã formã,
camq. carnem quam in cruce viderant, quæ in sepultu- Act. 1. a.
ra posita fuerat. Fuit cum eis quadraginta dies. Impiis
Iudæis non se demonstrauit. Illis demõstrauit se, qui in Act. 1. b.
eum crediderant antequã crucifigeretur; vt quos cru-
cifixus dimiserat titubantes, resurgens faceret fortes.
Deinde quadragesimo die cõmendans Ecclesiam suã,
id est, vocatam terram à solis ortu vsque ad occasum,
ne haberent excusationẽ, qui volunt in schismate de-
perire; ascendit in cælum, dicens eis: Eritis mihi testes
in Hierusalem, vnde species decoris eius, & in totã Iu-
dæam & Samariam, & vsq. in totam terram. His enim
dictis, nubes suscepit eum. Intuebantur illi quem noue-
rant; nouerant tamen in humilitate, nondum in claritatem. Et cùm ab eis iret in cælũ, admoniti sunt voce ange-
lica, dicente: Quid statis viri Galilæi? Hic Iesus quẽ vi-
detis ire, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntẽ
in cælum. Ascendit ergo. Regressi illi lætantes, manse-
runt in ciuitate, secundùm eius præceptum, donec im-
plerentur Spiritu sancto. Quid autem dictũ erat Tho-
mæ palpanti? Quia vidisti, credidisti, beati qui non vi- Ioan. 20. g.
derunt, & crediderunt. Prædicti sumus. Terra illa voca-
ta à solis ortu vsque ad occasum, non videt & credit.
Occultus ergo Deus deorum, & eis inter quos ambu-
lauit, & eis à quibus crucifixus est, & eis à quorum ocu-
lis resurrexit, & à nobis qui credidimus in cælo seden- C
tem, quem non vidimus in terra ambulantem. Sed & si
videremus, nónne hoc videremus quod Iudæi viderũt
& crucifixerunt? Plus est quod non videntes Christum
credimus Deũ, quàm quod illi vidẽtes, non nisi homi-
nem putauerunt. Illi deniq. malè putãdo mortificaue-
rũt, nos bene credẽdo viuificamur. Quid ergo fratres?
Ille Deus deorum, & tunc occultus, & modò occultus,
nunquid semper occultus? Non planè. Audi sequẽtia.
Deus manifestus veniet.) Qui venit occultus, veniet
manifestus. Venit occultus iudicandus, veniet manife-
stus iudicaturus. Venit occultus vt ante iudicem staret,
veniet manifestus vt etiã de iudicibus iudicet. Veniet
manifestus, & non silebit.) Quid enim? modò silet? Et
vnde sunt quæ dicimus? Vnde ista præcepta? Vnde ista
monita? Vnde ista tuba terroris? Non silet, & silet. Non
silet à monendo, silet à vindicando. Nõ silet præcepto,
silet iudicio. Patitur enim peccatores quotidie mala fa-
cientes, Deum non curantes, non in conscientia sua,
non in cælo, non in terra. Non eum latẽt hæc omnia,
& vniuersaliter omnes admonet, & quando aliquos
flagellat in terra, admonitio est, nondum damnatio. Si-
let ergo iudicio, occultus in cælo est, adhuc interpellat
pro nobis. Patiens est super peccatores, non exercens
iram, sed expectans pœnitentiam. dicit alio loco: Ta-
cui, nunquid semper tacebo? Quando ergo non tace-
bit, De⁹ manifestus veniet. Et quis Deus? Deus noster,
& ipse Deus. Quis Deus noster? Non enim Deus est,
qui non est noster Deus. Dij gentium dæmonia, Deus
Christianorum, verus Deus, ipse veniet, sed manife-
stus, non adhuc illudendus, non adhuc alapandus, non
adhuc flagellandus. Veniet, sed manifestus, nõ adhuc

calamo in capite percutiendus, non adhuc crucifigen-
Matth. 27. a. b. c. d. e. dus, occidendus, sepeliẽdus; quia hæc omnia occultus
A Deus pati voluit. Veniet manifestus, & non silebit.
Quia verò ad iudicium veniet, sequentia docent. Ignis
ante eum præibit.) Timeamus, mutemur, & non time-
bimus. Ignem palea timet. Auro quid facit: Est autem
nũc in potestate quid facias; ne illud quod & te nolẽte
venturum est, non correctus experiaris. Si enim posse-
mus facere fratres, vt dies iudicij nõ veniret; puto quia
nec sic erat malè viuendũ. Si non veniret ignis Dei iu-
dicij, & sola peccatoribus immineret separatio à facie
Dei, in qualibet essent affluentia deliciarum, non vidẽ-
tes à quo creati sunt, & separati ab illa dulcedine inef-
fabilis vultus eius, in qualibet æternitate & impunitate
peccati, plangere se deberẽt. Sed quid loquar, aut qui-
bus loquar? Hæc amantibus pœna est, non contemnẽ-
tibus. Qui dulcedinem sapientiæ & veritatis vtcunque
sentire cœperunt, nouerunt quod dico: quanta pœna
est tantũmodo à facie Dei separari. Qui autem illã dul-
B cedinem non gustauerunt, si nondum desiderant Dei
faciẽ, timeant vel ignẽ; supplicia terreant, quẽ præmia
non inuitãt. Vile tibi est quod Deus pollicetur, cõtre-
misce quod minatur. Veniet dulcedo præsentiæ; non
mutaris, non excitaris, non suspiras, nõ desideras. Am-
plexaris peccata tua, & delicias carnis tuæ, stipulas ad
te cõgeris, veniet ignis. Ignis in conspectu eius ardebit.
Nõ erit iste ignis sicut focus tuus; quo tamẽ si manum
mittere cogaris, facies quicquid voluerit qui hoc mi-
natur. Si tibi dicat, scribe cõtra caput patris tui, scribe
contra capita filiorum tuorũ; nam si nõ feceris, manum
tuam mitto in focum tuũ; faciesne ardeat manus tua,
ne ardeat ad tempus membrum tuum, non semper in
dolore futurum. Minatur ergo inimicus tam leue ma-
lum, & facis malum: minatur Deus æternum malum, &
non facis bonum? Ad malum faciendum, nec minẽ te
compellere deberent, à bono faciendo, nec minæ te
terrere deberent. Minis enim Dei, minis æterni ignis
prohiberis à malo, inuitaris ad bonum. Vnde piget, nisi
C quia non credis? Excutiat ergo vnusquisque cor suum,
& videat quid ibi fides teneat. Si credimus futurũ iudi-
cium fratres, bene viuamus. Tempus misericordię nũc
est, tempus iudicij tunc erit. Nemo dicet, reuoca me ad
Lucæ 13. b. priores annos. Pœnitebit & tunc, sed frustrà pœnite-
bit. Modò pœniteat cùm fructus est pœnitendi; modò
Rom. 11. c. adhibeatur ad radices arboris cophinus stercoris, id
est, cordis luctus & lachrymarum, ne veniat ventus &
Matth. 3. c. eradicet. Cùm enim eradicauerit, iã ignis expectatur.
Modò & si fracti sunt rami, possunt rursus inseri. Tunc
omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur, & in
ignẽ mittetur. Ignis in cõspectu eius ardebit. Et in circu-
itu eius tẽpestas valida.) Valida tẽpestas, ventilatura
tam magnam aream. Hac tempestate erit illa vẽtilatio,
qua separabitur à sanctis omne immundũ, à fidelibus
omnis simulatio, à piis & tremẽtibus verbũ Dei omnis
D contemptor & superbus. Modo enim mixtura quædã
iacet à solis ortu vsq. ad occasum. Videamus ergo quo-
modo faciet qui vẽturus est tẽpestate illa. Quid fatur?
quæ erit in circuitu eius tẽpestas valida? Proculdubiò
ista tẽpestas quandã separationem factura est. Ista est il-
Lucæ 5. b. la separatio, quã nõ expectauerũt qui antequam ad lit-
tus venirent, retia diruperunt. In illa verò separatione
fit quædã malorũ & bonorum distinctio. Alij sunt eũ
Matth. 19. sequentes nunc Christum, expeditis humeris sine sar-
cina curarũ secularium; qui non frustrà audierunt: Si
vis esse perfectus, vade vende omnia quæ habes, & da
pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni seque-
re me, qualibus dicitur: Sedebitis super duodecim se-
des, iudicantes duodecim tribus Israël. Alij ergo erunt
iudicantes cũ Domino, alij verò iudicandi, sed ad dex-
teram ponendi. Nam quia erunt quidam iudicantes cũ
A Domino, habemus apertissimum testimonium, quod
modò cõmemoraui: Sedebitis super duodecim sedes,
iudicantes duodecim tribus Israël. Sed dicit aliquis:
Duodecim illic Apostoli consedebunt, non amplius.
Vbi ergo erit Apostolus Paulus? Nunquid inde separa-
tus est? Absit vt hoc dicamus, absit vt hoc vel tacitè co-
gitemus. Quid si ergo in loco Iudæ ipse residebit? Sed
manifestauit Scriptura diuina, quis in Iudę loco sit or-
dinatus. Matthias enim est expressè nominatus in Acti- Act. 1. d.
bus Apostolorũ, vt de illo dubitare nõ possemus. Ca-
dente ergo Iuda, impletus est numerus duodenarius.
Cũ ergo ille numerus duodenarius occupauerit duo-
decim sedes, non iudicabit Paulus apostolus? An fortè
stans iudicabit? Non ita est. Non faciet hoc ille iustitiæ
retributor. Non omnino stans iudicabit, qui plus om-
nibus illis laborauit. Certè vel iste vnus Apostolus
Paulus cogit nos diligentius cogitare & perscrutari,
quare dictæ sint duodecim sedes. Inuenimus enim &
alios numeros in Scripturis multitudinẽ significantes.
Quinque virgines admittuntur, quinque excluduntur.
Vbi libet intellige virgines, siue in castitate atque inte- Matth. 25. a
gritate cordis, vbi debet virgo esse tota Ecclesia, cui di-
citur: Despõsaui vos vni viro, virginẽ castam exhibere 2. Cor. 11. a.
Christo; siue in his feminis quæ etiam integritatẽ car-
nis dicatã habẽt Deo, nũquid in tot milibus solæ quin-
que sunt? Sed in quinario numero intelligitur continẽ-
tia quinq. sensuũ carnis. Etenĩ multis venit corruptio
per oculos, multis per aurẽ, multis per illicitũ olfactũ,
multis per nepharium gustũ, multis per adulterinũ am-
plexum. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis
quicunq. se continent, & sic continẽt vt in sua cõscien-
tia gloriã habeant, nõ laudem ab hominibus expectẽt;
quinque sunt virgines sapientes, habentes oleum secũ.
Quid est, oleum habẽtes secũ? Gloria nostra hæc est, te- Matth. 25. a
stimonium conscientiæ nostrę. Rursus ille qui apud in- 2. Cor. 1. c.
feros torquebatur: Habeo, inquit, quinque fratres. Ibi Lucæ 16. f.
intelligitur populus Iudæorum sub lege positus; quia
Moyses legislator quinque libros conscripsit. Itẽ Dñs
post resurrectionem iubet mitti retia in dexteram par- Ioan. 21. b.
tem, leuãtur pisces centum quinquagintatres. Et cùm
tanti & magni essent, ait Euangelista, retia nõ sũt diru-
pta. Etenim ante passionem iussit mitti retia, nõ dicens
in dexteram partem neque in sinistram; quia si in dex-
teram diceret, solos bonos significaret; si in sinistrã, so- Matth. 13. d
los malos. Vbi autem tacetur dextera & sinistra, mixti
capiuntur boni & mali. Capti sunt autem tunc, sicut
Euangelij veritas attestatur, tam multi vt retia rumpe-
rentur. Significabat enim illa captura hoc tempus. Re-
tia rupta, significant concisiones & conscissuras hære-
ticorum & schismaticorum. Quod autem post resurre-
ctionem suam Dominus fecit, post resurrectionem no-
stram nobis futurum significauit, in illo numero regni
cælorum, vbi nullus erit malus. Propterea retia quæ in
dexteram partem missa sunt, dexteros expresserunt, re-
motis sinistris. Nunquid tamen in illis dextris centum Ioan. 21. b.
quinquagintatres soli iusti erunt? Milia miliũ Scriptura
significat. Legite Apocalypsin: duodecies duodena mi- Apoc. 7. b.
lia fortasse, sicut ibi intelligitur, ex solo populo Iudęo-
rum futura sunt. Attendite martyrum numerositatẽ:
sola in proximo quæ dicitur massa candida, plus habet
quàm centum quinquagintatres martyres. Postremò
septem illa milia de quibus respondetur Heliæ, Reliqui 3. Reg. 19. d
mihi septem milia virorum, qui non curuauerũt genua
ante Baal, longè istum piscium numerum superant. Rom. 11. a.
Centum ergo quinquagintatres pisces, non tantùm Ioan. 21. b.
numerum sanctorum significãt, sed vniuersum sancto-

rum

rum & iustorum numerum certa causa tanto numero
significat scriptura: vt omnes intelligantur in illis cen-
A tum quinquagintatribus, pertinentes ad resurrectionẽ
Exod. 20. a vitæ æternæ. Etenim lex habet decem præcepta: spiri-
Esaiæ 11. a tus autem gratiæ, per quam sola lex impletur, septifor-
mis legitur. Discutiendus est ergo numerus, quid sibi
velint decem & septẽ. Decem in præceptis, septem in
gratia Spiritus sancti, per quam gratiã implentur præ-
cepta. Decem ergo & septẽ tenent omnes pertinentes
ad resurrectionẽ ad dexteram, ad regnum cælorum, ad
vitam æternam: id est, legẽ implẽtes per gratiã spiritus,
non quasi per opus suum aut per meritum suum. Decẽ
autem & septem, si numeres ab vno vsque ad decem &
septem, & addendo numeros omnes gradatim, vt ad
vnum addas duo, ad duo addas tria, ad tria addas qua-
tuor, & fiunt decem, addẽdo quinque vt fiant quinde-
cim, addendo sex vt fiant viginti vnum, addendo septẽ
vt fiant viginti octo, addẽdo octo vt fiant triginta sex,
addendo nouem vt fiant quadraginta quinque, addẽ-
B do decem vt fiant quinquagintaquinque, addendo vn-
decim vt fiãt sexaginta sex, addendo duodecim vt fiant
septuagintaocto, addendo tredecim vt fiant xci. addẽ-
do xiiij. vt fiãt centum quinque, addendo quindecim
vt fiant centũ viginti, addendo sedecim vt fiant centũ
triginta sex, addẽdo decẽ & septẽ, efficiũtur cliij. inue-
Ioan. 21. b nies ingentem numerũ omnium sanctorũ pertinere ad
hũc numerum piscium paucorum. Quomodo autẽ in
quinque virginibus innumerabiles virgines, quomodo
Matth. 25. a in quinque fratribus illius, qui torquebatur apud infe-
Lucæ. 16. f. ros, milia populi Iudæorum, quomodo in numero cen-
Ioan. 21. b. tumquinquagintatrium piscium milia miliũ sanctorũ:
sic in duodecim sedibus non duodecim homines, sed
Matt. 19. d. magnus est numerus perfectorum. Sed video quid cõ-
Matth. 25. a sequenter requiratur à nobis, quomodo de quinque
virginibus reddita est ratio, quare ad quinque multæ
pertineant, & quare ad quinque illos multi Iudæi, &
quare ad cẽtum quinquagintatres multi perfecti, ostẽ-
de quare & quomodo ad duodecim sedes, non duode-
C cim homines, sed multi pertineant. Quid sibi volunt
duodecim sedes, quæ significant omnes vndique qui
tam perfecti esse potuerint, quàm perfectis dictum est:
Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim
Matth. 19. d tribus Israël: Et quare omnes vndique ad duodenariũ
numerũ pertinent? Quia ipsum vndique quod dicimus,
de toto mundo dicimus. Orbis autem terrarũ quatuor
designatis partibus continetur: oriente, occidente, me-
ridiano, & aquilone. Ab his omnibus partibus vocati
in trinitate & perfecti fide, & præcepto trinitatis, quo-
niam ter quaterni xij. fiũt, agnoscitis quare ad totũ or-
bem pertineant sancti, qui sedebũt super xij. sedes iudi-
caturi xij. tribus Israël, quia & duodecim tribus Israël,
totius Israël xij. tribus sunt. Sicut enim iudicaturi ex
toto mundo, sic & iudicandi ex toto mundo. Apo-
stolus de se Paulus dum argueret fideles laicos, quia iudi-
cia sua non deferebant ad Ecclesiam, sed ad publicum
pertrahebant eos cum quibus habebant negotia, ait:
1. Cor. 6. a. Nescitis quia angelos iudicabimus? Videte quẽadmo-
dum iudicẽ se fecit: non solũ se, sed & omnes qui rectè
iudicant in Ecclesia. Cùm ergo manifestum sit, multos
cum Domino iudicaturos, alios verò non tamen ex
æquo, sed pro meritis iudicandos, cũ omnibus angelis
Matth. 25. e. suis veniet, quando ante eum congregabuntur omnes
gentes: & inter omnes angelos deputandi erunt illi qui
tam perfecti fuerint, vt sedentes super duodecim sedes,
Matt. 16. d. iudicent duodecim tribus Israël. Etenim homines dicti
Galat. 4. b. sunt angeli. Apostolus de se dicit: Sicut angelũ Dei sus-
Malach. 3. a cepistis me. De Ioanne Baptista dicitur: Ecce mitto an-
Matth. 11. b. gelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam
tuam ante te. Ergo cùm omnibus angelis veniens, si-
A mul secũ habebit & sanctos. Apertè eũ dicit & Esaias:
Veniet ad iudicium cũ senioribus populi. Isti ergo se- Esaiæ 3. c.
niores populi, isti iã angeli nominati, ista milia multorũ
perfectorũ de toto orbe venientiũ, cælũ vocantur. Illa
verò terra, sed fructuosa, quæ terra fructuosa in dextera
ponenda, cui dicetur: Esuriui, & dedistis mihi man- Matth. 25. c
ducare. Verè terra fructuosa, cui gaudet Apostolus
quando ei miserunt ad necessitates eius: Non quia quę-
ro datum, inquit, sed requiro fructum. Et gratias agit, Philip. 4. d
dicens: quia tandẽ aliquando repullulastis pro me sa-
pere. Repullulastis vt arboribus dicit, quæ sterilitate
exaruerant quadã. Veniẽs itaq; Dñs ad iudiciũ, vt iam
Psalmũ fratres audiamus, quid facturus est? Aduocabit
cælum sursum.) Cælum omnes sanctos perfectos iudi-
caturos, aduocabit eos sursum sessuros, secum iudica-
turos duodecim tribus Israël. Quomodo enim adu- Matth. 19. d
cabit cælum sursum, cùm semper sursum sit cælũ? Sed
quos hic cælũ dicit, eosdem cælos alibi appellat. Quos
cælos? Qui enarrant gloriã Dei; Cæli enim enarrãt glo- Psal. 18.
riã Dei, de quib. dicitur: In omnẽ terrã exiit sonus eo-
rũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Videte enim dis-
cernentem Dominũ in iudicio; Aduocabit cælũ sur-
sum, & terrã discernere populũ suũ.) A quibus, nisi à
malis? De quibus hic postea non fit mẽtio, iam tanquã
diiudicatis ad pœnã. Istos bonos vide & distingue. Ad-
uocabit cælum sursum, & terrã discernere populũ suũ.
Vocat & terrã, non tamen conterendã, sed discernen-
dã. Primò enim cùm cõmixtos vocauit, quãdo locutus
est Deus deorũ, & vocauit terram à solis ortu vsque ad
occasum: nondũ discreuerant serui illi, qui missi erant
inuitare ad nuptias, qui congregauerant bonos & ma-
los. Cùm verò Deus deorũ manifestus veniet, & non Ma 1. 2. a.
silebit, sic aduocabit cælum sursum vt iudicet cũ illo.
Quod enim cælũ, ipsi cæli: sicut quæ terra, ipsæ & terrę:
sicut quæ Ecclesia, ipsæ Ecclesiæ. Aduocabit cælũ sur-
sum, & terram discernere populum suũ. Iam cum cælo
C terrã discernit, id est, cælũ cũ illo terrã discernit. Quo-
modo discernit terram? Vt alios ponat ad dexterã, alios
ad sinistrã. Terrę autẽ discretę quid dicit? Venite bene- Matt. 25. c.
dicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ
est ab origine mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi mã-
ducare, & cætera. Illi autẽ: Quãdo te vidimus, inquiũt,
esurientem? Et ille: Cùm vni ex minimis meis fecistis,
mihi fecistis. Cælum terræ ostendit minimos suos iam
sursum vocatos, & ab humilitate exaltatos. Cùm vni
ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Aduocabit ergo
cęlum sursum, & terram discernere populum suũ. Cõ-
gregate illi iustos eius.) Vox diuina & prophetica, vi-
dens futura tanquam prę̃sentia, exhortatur angelos
congregantes. Mittet enim angelos suos, & congrega- Matth. 25. e
buntur ante eum omnes gentes. Congregate illi iustos
eius. Quos iustos, nisi viuentes ex fide, facientes opera
misericordiæ? Etenim opera illa iustitiæ opera sunt.
D Habes Euangelium: Cauete iustitiam vestram facere Matth. 6. a
coram hominibus, vt videamini ab eis. Et quasi quære-
retur, quã iustitiã? cùm ergo facis eleemosynã, inquit.
Ergo eleemosynas; opera iustitię esse significauit. Ipsos
congregate iustos eius: eos congregate qui cõpassi sunt
inopi, qui intellexerũt super egenum & pauperẽ. Con- Psal. 40.
gregate illos, conseruet eos Dominus, & viuificet eos.
Congregate illi iustos eius. Qui disponunt testamẽtũ
eius super sacrificia.) Id est, qui cogitant de promissis
eius, super illa quę operantur. Ipsa enim sunt sacrificia,
Deo dicẽte: Misericordiã volo plus quã sacrificiũ. Qui
disponunt testamentum eius super sacrificia. Et annun- Osee. 6. c.
ciabunt cęli iustitiam eius.) Verè hanc iustitiam Dei Matth. 9. b
cęli nobis annunciauerunt, Euangelistę prędixerunt,

Per illos audiuimus futuros quosdã ad dexterã, quibus
Matt. 25. c. dicit paterfamiliãs: Venite benedicti patris mei, perci- A
pite. Quid percipite? Regnum. Pro qua re? Esuriui, &
dedistis mihi manducare. Quid tam vile, quid tam ter-
Esaiæ 58. b. renum, quàm frangere panem esurienti? Tanti valet re-
gnum cælorũ. Frãge esurienti panem tuum, & egenum
Math. 10. d. sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudũ, vesti.
Si nõ habes facultatẽ frangendi panẽ, non habes domũ
quò inducas, non habes vestem qua cooperias: da cali-
Marc. 12. d. cẽ aquæ frigidæ, mitte duo minuta in gazophylacium.
Matth. 4. c. Tantum emit vidua duobus minutis, quãtum emit Pe-
Lucæ 19. b. trus relinquens retia, quantũ emit Zachæus dando di-
midium patrimonium. Tanti valet, quantum habueris.
Annunciabunt cæli iustitiam eius: Quoniã Deus iudex
est.) Verè iudex, non concernens sed discernens. No-
uit enim Dominus qui sunt eius. Et si grana latent in
palea, agricolæ nota sunt. Nemo timeat esse granum
etiam inter paleam, nõ falluntur oculi ventilatoris no-
stri. Noli timere, ne illa tempestas quæ erit in circuitu B
eius, concernat te cum palea. Certè valida erit tempe-
stas, nullum tamen granum tollet à parte tritici ad pa-
leam: quia non quilibet rusticus cum tridẽte, sed Deus
Matth. 3. c. Trinitas iudex est. Et annunciabunt cæli iustitiã eius,
quoniam Deus iudex est. Eant cæli, annuncient cæli: in
omnẽ terram exeat sonus eorum, & in fines orbis terræ
Psal. 18. verba eorum. Et dicat illud corpus, à finibus terræ ad
te clamaui, dum angeretur cor meũ. Modò enim con-
Psal. 60. cretum gemit, discretum gaudebit. Clamet ergo &
dicat: Ne cõperdas cum impiis animã meã, & cũ viris
sanguinum vitã meã. Nõ comperdit, quia Deus iudex
Psal 25. est, Clamet ille & dicat: Iudica me Domine, & discerne
causam meã de gente non sancta. Dicat ille, faciet ille:
cõgregabuntur ei iusti eius. Vocauit terram, vt discer-
Psalm. 42. nat populum suũ. Audi populus meus, & loquar tibi.)
Illẽ qui veniet, & nõ silebit, videte quia & modò si au-
ditis non silet. Audi populus meus, & loquar tibi. Nam
si non audis, etsi loquar, non tibi. Quando ergo tibi lo-
quar? Si audis. Quando audis? Si populus meus es. Audi
enim populus meus, non audis, si populus alienus. Audi
populus meus, & loquar tibi; Israël, & testificabor tibi.)
Israël audi, populus meus audi. Israël nomen electionis
Genes. 32. f. est. Non vocaberis, ait, Iacob; sed vocaberis Israël. Er-
go audi sicut Israël, sicut videns Deũ: etsi nondum spe-
cie, sed iam fide. Hoc enim interpretatur Israël, videns
Matth. 11. b Deum. Qui habet aures audiendi, audiat: & qui habet
oculos videndi, videat. Audi Israël, & testificabor tibi.
Quod sursum dixit populus meus, hoc in consequenti,
Israël: & quod dixit sursum loquar tibi, hoc in conse-
quenti testificabor tibi. Quid loquetur Dñs Deus no-
ster populo suo, Israëli suo? Quid testificabitur? Audia-
mus. Deus Deus tuus ego sum.) Deus ego sum, Deus
Exod. 3. d tuus sum. Quomodo Deus ego sum? Sicut Moysi dictũ
est: Ego sum qui sum. Quomodo Deus tuus sum? Ego
sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Sũ
Deus, & tuus sum Deus: & si tuus non sim Deus, sum
Deus. Bono meo Deus sum, malo tuo non sum Deus
tuus. Etenim Deus tuus, ei propriè dicitur quem fami-
liarius habet Deus: tanquã in mancipio suo, tanquam
in peculio suo. Deus Deus tuus sum ego. Quid vis am-
al. Præ nimis plius?† Pretiũ quæris à Deo: vt aliquid tibi det Deus, vt
quod tibi dederit, tuum sit? Ecce ipse Deus qui dabit,
tuus est. Quid eo ditius? Dona quærebas, ipsum dona-
torem habes. Deus Deus tuus ego sum. Quid quẽrit ab
homine, videamus; Deus noster, imperator & rex no-
ster. Quod vectigal nobis indicit: quoniam voluit esse
rex noster, & voluit nos esse prouinciam suam? Audia-
mus indictiones eius, non trepidet pauper sub indictio-
ne Dei. Quod sibi Deus dari indicit, ipse prius donat
qui indicit: vos tantùm deuoti estote. Non exigit Deus
quod non dedit, & omnibus dedit quod exigit. Quid A
enim exigit? Audiamus iam. Nõ super sacrificia tua ar-
guam te.) Non tibi dicã, quare non mihi pinguem tau-
rum mactasti? quare non de grege tuo optimum hircũ
elegisti? quare aries ille ambulat in ouibus tuis, & in ara
mea non ponitur? Non dicã, inspice agros tuos & cor-
tem tuam, & parietes tuos, quærendo quid mihi des.
Non super sacrificia tua arguam te. Quid ergo? Nõ ac-
ceptas sacrificia mea? Holocausta autem tua in cõspe-
ctu meo sunt semper.) Holocausta quædam de quibus
in alio Psalmo dicitur: Si voluisses sacrificiũ, dedissem
vtique, holocaustis non delectaberis. Et rursus cõuer-
tit se: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cõ- Psal. 50.
tritum & humiliatum Deus nõ spernit. Quæ sunt ergo
holocausta quæ non spernit? Quæ holocausta quæ in
conspectu eius sunt semper? Benignè, inquit, fac Domi-
ne in bona voluntate tua Sion, & ædificẽtur muri Hie-
rusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblatio- B
nes & holocausta. Dicit quædam holocausta Deũ ac-
ceptaturum. Quid est autem holocaustum? Totum igne
absumptum. καῦσις incensio est, ὅλον totum est. Holo-
caustum autem est totum igne absumptum. Est quidã
ignis flagrantissimæ charitatis. Animus inflammetur
charitate, arripiat eadem charitas mẽbra in vsum suũ,
non ea permittat militare cupiditati: vt totus exardesc-
at igne amoris diuini qui vult offerre Deo holocau-
stum. Talia holocausta tua in conspectu meo sunt sem-
per. Adhuc iste Israël fortè non intelligit quæ holo-
causta eius in conspectu suo habeat semper: & adhuc
de bobus, de ouibus, de hircis cogitat; Nõ cogitet. Nõ
accipiam de domo tua vitulos.) Holocausta nõminaui:
iam animo & cogitatione ad terrenos greges currebas,
inde pingue mihi aliquid eligebas. Non accipiam de
domo tua vitulos. Prænunciat Testamentum nouum,
vbi omnia illa sacrificia vetera cessauerunt. Erant enim
tunc prẽnunciantia futurũ quoddam sacrificium, cuius C
sanguine mundaremur. Non accipiam de domo tua
vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ
sunt omnes bestiæ syluæ.) Quid à te quæram quod ego
condidi? Magisne est hoc tuum cui possidere dedi, quã
meum qui feci? Quoniam meæ sunt omnes bestiæ sylu-
uæ. Sed fortè ait ille Israël: Bestiæ Dei sunt, illæ bestiæ
feræ, quas non includo in corte mea: quas non alligo
ad præsepe meum. Cęterum bos ille, & ouis & hircus,
mea sunt hæc. Pecora in montibus & boues.) Mea sunt
illa quæ non possides, mea sunt ista quæ possides. Si e-
nim seruus meus es tu, totum peculium tuũ meum est.
Neque enim est peculium Domini quod sibi seruus cõ
parauit, & non erit peculium Domini quod ipse Domi
nus seruo creauit. Ergo meæ sunt bestiæ syluæ quas tu
non cepisti: mea sunt & pecora in montibus quæ sunt
tua, & boues qui sunt ad præsepe tuum. Omnia mea
sunt, quia ego creaui ea. Cognoui omnia volatilia cæ- D
li.) Quomodo cognouit? Appendit, numerauit. Quis
nostrum nouit omnia volatilia cæli? Sed etsi alicui Deꝰ
det notitiã omnium volatilium cæli, non sic ipse no-
uit vt dat nosse homini. Alia est notitia Dei, alia ho-
minis, sicut alia possessio Dei, alia hominis: id est, a-
liud est possidere Dei, aliud possidere hominis. Non
enim tu quod possides totum habes in potestate, aut
quamdiu viuat bos tuus in tua potestate est: aut vt non
pereat, aut non pascatur. Apud quem summa potestas
est, summa & secreta cognitio: & tribuamus hoc Deo
laudantes Deum. Non audeamus dicere, quomodo
nouit Deꝰ? ne fortè hoc à me fratres expectetis vt ex-
plicem vobis quomodo cognoscat Deus: hoc solum
dico, non sic cognoscit vt homo, non sic cognoscit vt
angelus:

angelus: & quomodo cognoscit, dicere nõ audeo, quã
& scire non possum. Vnũ tamẽ scio, quia & antequam
essent omnia volatilia cæli, nouerat Deus quod fuerat
creaturus. Quæ est illa notitia? O homo, videre cœpisti
volatilia, postcaquam plasmatus es, pestcaquã sensum
videndi accepisti. Hæc volatilia de aqua nata sunt ad
Gen. 1. c. verbum Dei, dicentis: Producant aquæ volatilia. Vbi
nouerat Deus quæ imperabat, vt aqua proferret? Iam
certè nouerat quod crearat, & antequã crearet noue-
rat. Tãta est ergo notitia Dei, vt apud ipsum essent quo
dã ineffabili modo antequã creata essent, & à te expe-
ctat vt accipiat quod antequam crearet habebat? Co-
gnoui omnia volatilia cæli, quæ tu mihi non potes da-
re. Quæ tu mihi mactaturus es, ego cognoui omnia: nõ
quia feci cognoui, sed vt facerem. Et species agri mecũ
est.) Pulchritudo agri, vbertas omniũ in terra gignen-
tium, mecum est, inquit. Quomodo cũ illo? Vtrũ & an-
tequã fierent? Cũ illo enim erant omnia futura, & cum
B illo sunt omnia præterita: futura ita, vt non ei detrahã-
tur omnia præterita. Cum illo sunt omnia cognitione
quadam ineffabilis sapientiæ Dei, in verbo constituta:
& in ipsum verbum omnia. An aliquo modo cũ illo est
agri species, quia ipse vbiq; est, & ipse dixit: Cælum &
terram ego impleo? Quid cum illo nõ est? de quo dici-
Hier. 23. c. tur: Si ascendere in cælum, tu illic es, & si descẽdero in
Psal. 138. infernum, ad es? Cùm illo est totum: sed non sic cum
illo est, vt aliquã ex his quæ creauit contagionem, aut
eorum indigentiã patiatur. Nã tecum est fortè colum-
na iuxta quam stas, & cùm fatigatus fueris, incumbis
in eam. Indiges eo quod tecum est, non indiget Deus
agro qui cum illo est. Cũ illo ager, cum illo species ter-
ræ, cum illo species cæli, cum illo omnia volatilia, quia
ipse vbique. Et quare apud ipsum omnia? Quia & ante-
quam essent omnia aut crearentur, ei nota erant om-
nia. Quis explicat, quis exponit illud quod ei dicitur in
Psal. 15. alio Psalmo: Quoniam bonorum meorum non eges?
Psal. 120. Non se egere à nobis aliquo necessario dixit. Si esurie-
ro, non dicam tibi.) Non esuriet, neque sitiet, neque la-
borabit, neque obdormiet qui custodit Israël. Sed ecce
vt secundùm carnalitatem tuã loquar: quia tu cùm
non manducaueris, famem patieris, fortè putas & Deũ
esurire vt manducet. Et si esurierit, non tibi dicit: om-
nia ante illum sunt, vnde vult tollit quod illi necessariũ
est. Dicta sunt hæc ad conuincendum paruulum sen-
sum, non quia professus est Deus esuriem suam: quan-
quam propter nos Deus ille deorum & esurire digna-
tus est. Venit esurire & saginare, venit sitire & potum
dare, venit vestiri mortalitate & vestire immortalitate,
venit pauper diuites facturus. Etenim non perdidit di-
uitias suas assumendo paupertatem nostram, quia in il-
lo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi.
Colos. 2. a. Si esuriero, non dicam tibi: Meus est enim orbis terræ
& plenitudo eius.) Noli ergo laborare quid mihi des,
sine labore habeo quod volo. Quid ergo de gregibus
tuis adhuc cogitas? Nunquid manducabo carnes tau-
rorum, aut sanguinẽ hircorum potabo?) Audistis quid
à nobis non quærat, qui nescio quid nobis vult indice-
re. Si de talibus cogitabatis, iã auferte cogitationes ve-
stras à talibus rebus: nihil tale Deo offerre cogitetis. Si
habes taurum pinguem, occide pauperibus: manducẽt
ipsi carnes taurorum, etsi nõ bibẽt sanguinem hircorũ.
Quod cùm feceris, imputabit tibi ille qui dixit: Si esu-
riero, nõ dicam tibi, & dicet tibi: Esuriui, & dedisti mi-
Matt. 25. c. hi manducare. Nunquid manducabo carnes taurorũ,
aut sanguinem hircorum potabo? Dic ergo: Domine
Deus noster, quid indicis populo tuo, Israëli tuo? Im-
Psal. 55. mola Deo sacrificiũ laudis.) Dicamus illi & nos: In
me sunt Deus vota tua, quæ reddã laudes tibi. Expauẽ-
rã ne aliquid indiceres quod esset extra me, quod cõ-
putabam in corte mea, & à fure iam fortè ablatũ erat.
A Quid mihi indicis? Immola Deo sacrificium laudis. Ad
me redeam, vbi inueniam quod immolem. Ad me re-
deam, in me inueniã laudis immolationem. Ara tua, cõ-
sciẽtia tua. Immola Deo sacrificiũ laudis. Securi sum*,
nõ imus in Arabiam thus quærere, non farcinas auari
negotiatoris excutimus: sacrificiũ laudis quærit à no-
bis Deus. Habebat hoc sacrificiũ laudis Zachęus in pa- Lucæ 19. b.
trimonio suo, habebat vidua in sacello suo: habebat ne- Marc. 12. d.
scio quis pauper hospes in dolio suo. Alius nec in patri- Matt. 10. d.
monio, nec in sacello, nec in dolio aliquid habebat:
totum habebat in animo suo. Salus domui Zachæi. Et
plus misit hæc vidua quàm diuites illi. Iste calicem a-
quæ frigidæ porrigens, non perdet mercedem suam.
Sed & pax in terra hominibus bonę voluntatis. Immo Lucæ 2. b.
la Deo sacrificium laudis. O sacrificium gratuitũ, gratia
B datum! Nõ quidẽ hoc emi quod offerrem, sed tu dona-
sti: nam nec hoc haberem. Immola Deo sacrificiũ lau-
dis. Et hæc immolatio, hoc sacrificium laudis est, gra-
tias agere illi à quo habes, quicquid boni habes: & cu-
ius misericordia tibi dimittitur, quicquid tuũ † mali ha al. malum.
bes. Immola Deo sacrificiũ laudis. Et redde Altissimo
preces tuas.) Hoc odore Dominus delectatur. Redde
Altissimo preces tuas. Et inuoca me in die tribulatio-
nis tuæ, & eximã te & glorificabis me.) Non enim præ-
sumere debes de viribus tuis, omnia auxilia tua menda
cia sunt. Me inuoca in die tribulationis, eruam te, &
glorificabis me. Ad hoc enim permisi diem tribulatio-
nis tibi fieri: quia fortè si nõ tribulareris, nõ inuocares
me. Cũ tribularis autem, inuocas me, cùm inuocas me,
eximã te, cùm eximã te, glorificabis me, vt iam nõ di-
scedas à me. Obtorpuerat quidẽ & friguerat à feruore
orationis, & dixit: Tribulationem & dolorem inueni, Psal. 11. d.
C & nomen Domini inuocaui. Inuenit tribulationem tã-
quã aliquid vtile, putruerat tabe peccatorũ suorum, iã
sine sensu remanserat, inuenit tribulationẽ tanquam v-
stionem & sectionem. Inueni, inquit, tribulationem &
dolorem: & nomen Domini inuocaui. Et quædã, fra-
tres, sunt tribulationes omnibus notæ. Ecce istæ quę a-
bundant in genere humano, alius damno affectus plã-
git, alius orbitate percussus luget, alius patria exulatus
mæret, & redire cupit, intolerabilem peregrinationem
deputans. Alteri vinea grãdinata est: attendit ad labo-
res suos, & consumptam omnem operã incassum. Qñ
non potes contristari, qui inimicum patitur ex amico?
Quæ maior miseria in genere humano? Plangunt hæc
omnes & dolent, & tribulationes sunt istæ: & in his o-
mnib. inuocãt Dominũ, & rectè faciunt. Inuocẽt Deũ,
D potens est vel docere tolerandum, vel sanare toleratũ. 1. Cor. 10. d.
Nouit ille nõ sinere tentari nos suprà quàm possumus
ferre. Inuocemus Deũ etiã in istis tribulationibus: sed
hæ tribulationes inueniũt nos, sicut in alio Psalmo scri-
ptũ est: Adiutor in tribulationib. quæ inuenerunt nos Psal. 45.
nimis. Est quædã quã nos debemus inuenire: inueniatur
ista tribulatio. Est quę dam tribulatio quam nos de-
bemus quærere & inuenire. Quæ est ista? Ea ipsa in hoc
mũdo felicitas, affluentia rerum temporalium: nõ qui-
dem ipsa tribulatio est, solatia sunt nostræ tribulatio-
nis. Cuius tribulationis? Nostræ peregrinationis. Hoc
enim ipsum quod cum Deo nõdum sumus, hoc ipsum
quod inter tentationes molesti asque versamur, quòd
sine timore esse non possumus, tribulatio est: non e-
nim est illa securitas quæ nobis promissa est. Hanc
tribulationem peregrinationis suæ qui non inuenerit,
ad patriam redire non cogitat. Tribulatio illa est fra-
tres. Certè modò facimus bona opera, quãdo porrigi- Esaiæ 58. b.
mus panẽ esurienti, domũ peregrino, & cætera: tribu-

latio est & hæc. Inuenimus enim miseros super quos misericordiam facimus. Et miserorũ miseria facit nos compatientes, quanto melius ibi iã esses vbi nõ inuenis esurientem quẽ pascas, vbi nõ inuenis peregrinum quẽ suscipias, non nudum quem vestias, nõ ægrũ quem visites, nõ litigantem quem concordes? Omnia enim ibi summa sunt, vera sunt, sancta sunt, æterna sunt. Panis noster ibi iustitia est, potus noster ibi sapientia est, vestis nostra ibi immortalitas est, domus nostra æterna in cælis, firmitas nostra immortalitas. Nunquid ægritudo surrepit? Nunquid lassitudo ad somnum trahit? Nulla mors, nulla lis: ibi pax, quies, gaudium, iustitia. Nullus intrat inimicus, nullus labitur amicus. Quæ ibi quies? Si cogitemus, & attẽdamus vbi simus, & vbi nos futuros esse promisit qui mentiri nescit: ex ipsa eius promissione inuenimus in qua sum⁹ tribulatione. Hãc tribulationẽ nemo inuenit, nisi qui quæsierit. Sanus es, vide si miser es. Nã facile est vt qui ægrotat, sentiat se miserum. Quãdo sanus es, vide si miser es: quia cũ Deo nondum es. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Immola ergo Deo sacrificium laudis. Lauda promittentem, lauda vocantem, lauda exhortantem, lauda adiuuantem: & intellige in qua tribulatione positus es. Inuoca erueris, glorificaberis, permanebis. Videte autẽ quod sequitur, fratres mei: iã eũ nescio quis, quia dixerat illi Deus: Immola Deo sacrificiũ laudis, & hoc quodammodo vectigal indixerat, meditabatur sibi & dicebat: Surgam quotidie, pergam ad Ecclesiam, dicam vnum hymnũ matutinum, alium verspertinum, tertiũ aut quartũ in domo mea, quotidie sacrifico sacrificium laudis, & immolo Deo meo. Bene facis quidẽ, si hoc facis: sed vide si iã securus sis, quia iã hoc facis, & fortè lingua tua Deum benedicat, & vita tua Deo maledicat. O populi meus, dicit tibi Deus deorũ Dñs qui locutus est, vocans terram à solis ortu vsq. ad occasum: quamuis adhuc inter zizania constitutus sis, immola sacrificium laudis Deo tuo, & redde illi preces tuas. Sed vide ne viuas malè, & cantes bene. Quare hoc? Peccatori enim dicit Deus, vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuũ? Videtis fratres, cũ quo tremore ista dicamus. Assumimus testamentũ Dei per os nostrũ, & prædicamus vobis eruditionem & iustitias Dei. Et quid dicit peccatori Deus? Vt quid tu prædicas? Prohibet ergo prædicatores peccatores? Et vbi est illud: Quæ dicunt facite, q̃ autem faciunt, facere nolite? Vbi est illud, Siue veritate siue occasione Christus annuncietur? Sed hæc dicta sunt, ne timeant qui audiunt à quocunque audiant: nõ vt securi sint qui dicunt bona, & faciunt mala. Modò ergo fratres vos securi estis, si bona auditis: Deum auditis, per quẽlibet audiatis. Sed noluit Deus sine correptione dimittere illos qui dicũt: Ne ob hoc solũ quod dicunt, securi sibi obdormiscant in mala vita, & dicãt sibi: Neque enim perdet nos Deus, per quorum os voluit tanta bona dici populo suo. Imò verò audi quod dicit: Quicunque dicis, & qui vis te audiri, prior te audi, & dic quod dicit in alio Psalmo quidam: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniã loquetur pacem in plebẽ suã. Qualis ergo ego, qui non audio q̃ in me loquitur, & volo vt alij audiant quod per me loquitur? Audiã prior, audiã maximè. Quæ audiã? Quod loquitur in me Dñs Deus, quoniã loquetur pacem in plebem suam. Audiam, & castigem corpus meum, & seruituti subiiciam, ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. Vt quid tu enarras iustitias meas? Vt quid tu quod nõ prodest tibi? Admonet illum vt audiat: nõ vt deponat prædicationem, sed vt assumat obedientiã. Tu verò quid assumis testamentum meum per os tuũ?

Psal. 114.

Math 5.

Matth 23.a
Philip 1.c.

Psal. 84.

2.Cor.9.d.

Tu verò odisti eruditionem.) Odisti disciplinam. Quãdo parco, cantas & laudas, quando castigo, murmuras: quasi quando parco, sim Deus tuus: & quando nõ parco, nõ sim Deus tuus, Ego quos amo, arguo & castigo. Tu verò odisti eruditionem: Proiecisti sermones meos post te.) Quæ dicunt per te, proiicis post te. Et piecisti sermones meos post te, vbi nõ videant à te, sed onerẽt te. Et piecisti sermones meos post te. Si videbas furẽ, cõcurrebas ei, & cũ adulteris portionẽ tuã põebas.) Ne fortè diceres, nõ feci furtũ, nõ feci adulteriũ: quid si placuit tibi qui fecit? Nõne ipso placito cõcurristi? Nõnne portionẽ tuã cũ illo qui fecit, laudãdo posuisti? Hoc est enim, fratres, cõcurrere cũ fure, & ponere cũ adultero portionem tuã, quia etsi non facis, & laudas quod fit, astipulator es facti, quoniã laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicetur. Nõ facis mala, laudas mala facientes. Hoc enim paruum malũ est? Cũ adulteris portionem tuam ponebas. Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua amplexa est dolositatem.) Maleuolentiam & dolositatem, fratres, quorũdam hominum dicit: qui per adulationem quamuis sciant mala esse quæ audiunt, ne offendant eos à quib. audiũt, non solùm non reprehendendo, sed tacendo consentiunt. Parũ est, quia non dicunt, malè fecisti: sed dicunt, & bene fecisti: & norunt malum esse: sed abundat os eorum malitia, & lingua eorum amplexatur dolositatem. Dolositas est fraus quædam in verbis, aliud promẽdi, aliud sentiendi. Non ait: Lingua tua admisit dolositatem, aut, perpetrauit dolositatem, sed vt ostẽderet tibi quandam delectationem in ipso malo facto, amplexa est, dixit. Parũ est, quia facis & delectaris: laudas in promptu, irrides apud te. Præcipitas hominem incautè vitia sua proferentem, & an sint vitia nescientẽ: tu qui scis vitium esse, non dicis corruisse illum. Si illũ videres ambulare incautũ in tenebris, vbi tu puteũ esse scires, & taceres, qualis esses? Nónne inimicus deputareris animæ eius? Et tamen si in puteum caderet, nõ anima, sed corpore moreretur. Præcipitat se in vitia sua, prædicat apud te mala facta sua: tu nosti mala esse, & laudas, & irrides apud te. O si conuertantur aliquando ad Deum ille quem irrides, & quem corripere noluisti, & dicat: confundantur qui dicũt mihi euge euge. Et lingua tua amplexa est dolositatem. Sedens aduersus fratrem tuũ detrahebas.) Et ipsum sedens ad hoc pertinet quod superius dixit, amplexa est. Qui enim stans aut transiens facit, nõ cũ voluptate facit: qui verò ad hoc sedet, quantũ otiũ quærit vt faciat? Sedens aduersus fratrem tuũ detrahebas: ipsam detractionẽ malam diligẽter faciebas, sedendo faciebas. Volebas ibi occupari, amplexabaris malũ tuũ, osculabaris dolũ tuũ. Sedẽs aduersus fratrem tuũ detrahebas: Et aduersus filiũ matris tuę ponebas scãdalũ.) Quis est filius matris? Nõne frater? Hoc ergo repetere voluit quod superiùs dixerat, fratrem tuũ. An aliquã distinctionem nobis intelligendã insinuauit? Planè fratres, puto esse distinguẽdum. Frater aduersus fratrem detrahit: verbi gratia, vt puta quasi firmus & alicuius iam momenti doctor, & doctus, detrahit fratri suo, fortè bene docenti & bene ambulanti. Est autem alius infirmus: aduersus illum ponit scandalum huic detrahendo. Etenim cum detrahitur bonis ab his qui videntur alicuius momenti esse & docti esse: in scandalum cadunt infirmi, qui adhuc nesciunt iudicare. Ideo infirmus ille filius matris dictus est, nondum patris, adhuc lacte indigens & vberibus adhærens. Portatur adhuc sinu matris Ecclesiæ, non valet accedere ad solidum cibum mensæ patris sui, sed de vbere matris victum trahit ignarus iudicãdi, quoniam adhuc animalis atque carnalis est. Spiritalis

Hebr. 12.b
Apoc 4.d.

Psal. 9.

1.Cor.2.a

1.Thes.2.b

Galat.4.c.

2.Cor.10.c.

Rom. 2.a.

Psal.39.

1.Cor.2.d.

talis enim omnia diiudicat, animalis autem homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei, quoniam stultitia est illi. Talib. dicit Apostolus: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, nõ escam. Neque enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Mater vobis fui, quomodo dicitur alio loco. Factus sum paruulus in medio vestrũm, tanquam nutrix fouens filios suos. Nõ nutrix nutriens filios alienos, sed nutrix fouens filios suos. Sunt enim matres quæ cùm pepererint, dant nutricibus. Illæ quæ pepererũt, nõ fouent filios suos, quia nutriendos dederunt. Illæ autem quæ fouent, non suos fouent, sed alienos. Iste verò ipse pepererat, ipse fouebat, nulli nutrici quem pepererat committebat, dixerat enim: Quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Fouebat ergo & lactabat. Erant autẽ quidam quasi docti & spiritales qui Paulo detraherent. Epistolæ quidem, aiunt, graues & fortes sunt, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Dicit ipse in Epistola sua quosdam detractores suos ita dixisse: Sedebant, & aduersus fratrem suum detrahebãt, & aduersus lactandum illum filium matris suę ponebãt scandalum. Meritò fecerunt ipsi matri, vt iterum parturiret. Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: Hæc fecisti, & tacui.) Ideo veniet Dñs Deus noster, & non silebit. Modò hæc fecisti, & tacui. Quid est, tacui? Vindictam supersedi, seueritatẽ meam distuli, patientiam tibi prolongaui, pœnitentiam tuam diu expectaui. Hæc fecisti, & tacui. Ego autem cũ ad hoc expectarem vt te pœniteret, secundùm Apostolũ, dicentẽ: Tu autem secũdum duritiam cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Suspicatus es iniquitatem, quòd ero tibi similis.) Parũ est, quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deũ quia non pateris vltorẽ, vis habere participem, & tanquam corruptũ iudicẽ prędæ socium vis habere. Suspicatus es iniquitatem quòd ero tibi similis, dũ non vis tu mihi esse similis. Estote enim, inquit, perfecti, sicut & pater vester qui in cælis est, qui facit solem suũ oriri super bonos & malos. Hunc tu imitari noluisti, qui donat bona & malis, vt sedens detrahas & bonis. Suspicatus es iniquitatem, quòd ero tibi similis. Arguam te.) Quando Deus manifestus veniet, Deus noster, & nõ silebit, arguam te. Et quid tibi faciã arguendo te? Quid tibi faciam? Modò te non vides, facio vt videas te, quia si videres te, & displiceres tibi, placeres mihi. Quia verò te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi, mihi, cùm iudicaberis, tibi, cùm ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? Constituam te ante faciem tuam.) Quid enim? Vis latere teipsum in dorso tuo? Ibi es, nõ te vides, facio vt te videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciem ponam, videbis fœditatem tuã, nõ vt corrigas, sed vt erubescas. Iam quia dicit ista, fratres, desperãdus est ille cui dicitur? Nónne illa ciuitas de qua dictum est, Triduo Niniue euertetur, intra triduum idonea fuit conuerti, orare, plangere, de pœna imminenti misericordiam promereri? Audiant ergo qui tales sunt, dum licet audire & tacentem. Veniet enim, & non silebit, & arguet, quãdo correctioni locus nullus erit. Statuam te, inquit, ante faciem tuam. Modò ergo tu fac quisquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te à tergo tuo, vbi te videre nõ vis, dissimulans à factis tuis, & constitue te ante te. Ascẽde tribunal mẽtis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat à te confessio, & dic Deo tuo: Quoniã iniquitatẽ meam ego cognosco, & delictum meum ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te, ne tuipse postea à Deo iudice fias ante te, & non sit quo fugias à te.

Ioan. 3.b.

Psal.50.

Intelligite autem hæc q̃ obliuiscimini Dñm.) Videte quia clamat, & nõ tacet, nõ parcit. Oblitus eras Dñm, nõ cogitabas de vita tua mala. Intellige quia oblitus es Dñm. Ne quando rapiat sicut leo, & nõ sit qui eruat.) Quid est, sicut leo? Sicut fortis, sicut potẽs, sicut ille cui nemo resistere potest. Ad hoc retulit, vt diceret leo. Ponitur enim in laude, ponitur & in vituperatione. Dictus est leo, diabolus. Aduersarius vester, ait, tanquam leo rugiens circumit quærẽs quem deuoret. Nunquid quia ille leo dictus est propter immanem sęuitiã, Christus nõ dicitur leo propter ingentem fortitudinem? Et vbi est illud: Vicit leo de tribu Iuda? Intendat paululũ charitas vestra adhuc modicum, quod restat. Obsecro vos, vt excutiatis fatigationem, aderit ille qui vobis vsque ad hanc horam vires dedit. Paulò antè dixerat, tanquam indicens nobis vt audistis vectigal quoddam laudis suæ: Immola Deo sacrificiũ laudis, & redde Altissimo preces tuas. Postea autem, Peccatori autẽ dixit Deus: Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tanquam diceret ei: Nihil tibi prodest quod laudas, Ego indixi laudis sacrificiũ illis qui bene viuunt. Eis enim prodest quod laudant, tu aũt si laudas, nihil tibi prodest. Vt quid me laudas? Nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Postea concludit quasi ad vtrunque: & arguens malos qui obliuiscũtur Deũ, ait: Intelligite hęc qui obliuiscimini Deũ, neq̃ rapiat sicut leo, & nõ sit qui eruat. Sacrificiũ laudis glorificabit me.) Quomodo sacrificium laudis glorificabit me? Certè nihil prodest malis sacrificiũ laudis quia assumũt testamẽtũ tuũ per os suũ, & faciũt dãnãda quæ displicent oculis tuis. Prorsus, inquit, & illis hoc dico: Sacrificiũ laudis glorificabit me. Iam putabas tibi laudẽ nõ prodesse; lauda, proderit tibi. Si enim malè viuis & bona dicis, nondũ laudas. Sed rursus si cũ cœperis bene viuere, meritis tuis tribuas quòd bene viuis, nondũ laudas. Nolo te esse latronẽ insultantem cruci Domini; sed nec te volo esse pharisæum in templo iactantẽ merita sua, & occultantem vulnera sua. Si fueris iniquus & perseuerans in illa iniquitate, non dico tibi, non proderit laus; sed non me laudas, laudẽ istam esse nõ deputo. Rursus si fueris quasi iustus; nã nemo iustus nisi humilis & pi⁹, & de iustitia tua inflatus incesseris, & alios in tua cõparatione cõtempseris, & superextuleris te tãquã gloriãs de meritis tuis, nõ me laudas; nec ille me laudat, qui malè viuit, nec ille me laudat, qui quasi de suo bene viuit. Sed nunquid ille pharisæus, quasi de suo talis erat, cùm diceret: Gratias tibi ago, quia nõ sum sicut cæteri homines? Gratias Deo agebat ex eo quòd bonum in se habebat. Quãuis ergo aliquid bonũ in te sit, quãuis iam intelligas non ex te esse quod bonũ est, sed à Deo te accepisse; tamen in eo ipso, si te extuleris super alium nõ habentẽ, inuidus teneris, nondum laudator meus eris. Primò ergo corrigere à via pessima, incipe viuere bene; intellige quia non corrigeris nisi dono Dei. A Domino enim gressus hominis diriguntur. Hoc cùm intellexeris, faue & aliis, vt sint quod & tu es; quia hoc eras & tu, quod & illi sunt. Faue quantum potes, & noli desperare; non enim vsque ad te diues est Deus. Nõ ergo laudat, qui malè viuendo offendit Dominum, non laudat, qui cùm iam cœperit bene viuere, de suo putat esse quòd bene viuit, non acceptũ à Deo. Nec ille laudat, qui cùm sciat se quòd bene viuit, accepisse à Deo; tamẽ vsq. ad se vult esse diuitem Deũ. Ille itaque qui dicebat: Gratias tibi ago Deus, quòd nõ sum sicut & cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste; nónne ibi habebat vnde diceret, dona & publicano huic quod mihi donasti, supple & mihi quæ nondum dedisti? Sed iam quasi satu-

1.Pet.5.c.

Apoc.5.d.

Eccles.15.b

Lucæ.23.f.
Lucæ.18.c.

Ibidem c.

Lucæ.18.g.

ratus ructabat: nõ dicebat: Ego autem egenus & pauper, quod dicebat publicanus ille: Domine propitius
Psal. 108. Lucæ 18. c. esto mihi peccatori. Ideo descendit iustificatus publicanus, magis quàm ille pharisæus. Ergo audite, qui bene viuitis, audite qui malè viuitis, sacrificiũ laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc sacrificium laudis, & malus est. Nõ dico, nõ hoc mihi offerat malus, sed nemo mihi hoc offert malus. Qui enim laudat, bonus est, quia si laudat, etiam bene viuit, quia si laudat, nõ solùm lingua laudat, sed & vita cum lingua cõsentit. Sacrificium laudis glorificabit me. Et ibi via est, qua ostẽdam illi salutare Dei.) In sacrificio laudis via est, qua illi ostendam salutare Dei. Quod est salutare Dei? Christus Iesus. Et quomodo in sacrificio laudis nobis ostẽditur Christus? quia Christus cum gratia venit ad nos. Hæc
Galat. 2. d. dicit Apostolus: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Quòd autem in carne viuo, in fide viuo filij Dei, qui me dilexit & tradidit semetipsum pro me.
Matth. 9. b. Rom. 5. b. Agnoscant ergo peccatores, quia nõ opus esset medicus, si sani essent. Etenim Christus pro impiis mortuus est. Cùm ergo agnoscunt impietates suas, & primò imi
Lucæ 18. c. tantur publicanum illum, dicentem, Domine propitiũ esto mihi peccatori, ostendunt vulnera, implorant medicum, & quia nõ se laudant, sed reprehẽdunt se, vt qui
1. Cor. 1. d. gloriatur non in se, sed in Domino glorietur, agnoscũt causam aduentus Christi; quia ideo venit vt peccato-
1. Tim. 1. d. res saluos faceret: quia Iesus Christus venit, inquit, in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Proinde illos Iudæos, de opere suo gloriãtes, sic arguit idem Apostolus, vt eos diceret ad gratiã non pertinere, qui meritis & operibus suis mercedẽ deberi arbitrabãtur. Qui ergo ad gratiam se scit pertinere, quod est Christus, & quod est Christi, nouit, quia indiget gratia. Si gratia vocatur, gratis datur, si gratis datur, nulla merita tua præcesserunt vt detur. Nã si p̃-
Rom. 4. a. cesserunt merita tua, merces nõ imputatur secundùm gratiã, sed secundũ debitũ. Si ergo dicis præcessisse merita tua, te vis laudari, non Deum; ideo non agnoscis Christum, qui venit cũ gratia Dei. Cõuerte ergo te ad merita tua, vide illa mala fuisse, vt non tibi deberetur nisi supplicium, nõ præmium. Et cùm videris quid tibi per meritum debeatur, agnoscis quid per gratiam donetur: & sacrificio laudis glorificas Deum. Ibi est enim via, in qua noueris Christum salutare Dei.

IN PSALMVM L. ENARRATIO.

MVLTITVDINIS huius, nec frequentia fraudãda est, nec infirmitas oneranda. Silẽtium petimus & quietem, vt vox nostra post hesternum laborẽ possit aliquantis viribus perdurare. Credendum est, charitatem vestram nõ ob aliud hodierno die copiòsius cõuenisse, nisi vt oretis pro eis quos absentes facit alienus & peruersus affectus. Neque enim loquimur de Paganis, neq. de Iudæis, sed de Christianis. Neque de his adhuc catechumenis, sed de multis, etiã baptizatis, à quorũ lauacro nihil distatis, & eorũ tamẽ cordi dissimiles estis.
Psal. 3. Quã multos enim hodie fratres nostros cogitamus & plangimus ire in vanitates & insanias mendaces, negligere quo vocati sunt. Qui si fortè in ipso circo aliqua ex causa expauescant, cõtinuò se signant, & stant illic portantes in fronte, vnde abscederent, si hoc in corde portarent. Deprecanda est misericordia Dei, vt donet intellectũ ad ista damnanda, & affectum ad fugiẽda, & misericordiam ad ignoscenda. Opportunè ergo de pœnitentia Psalmus hodie cãtatus est. Loquemur & cum absentib. Erit ad eos vox nostra, memoria vestra. Nec vt saucios & languidos negligatis, sed vt facilius sanetis, sani permanere debetis. Corrigite arguendo, consolamini alloquendo, exemplum præbete bene viuẽdo, aderit eis qui affuit & vobis. Non enim vobis iã ista pericula prætergressis fons misericordiæ Dei præcisus
A est. Quà venistis, venient, quà transistis, transibũt. Molestum est quidem, & nimium periculosum, imò perniciosum, & pro certo exitiabile, quòd scientes peccant. Aliter enim ad has vanitates currit, qui vocem Christi contemnit, aliter ille qui nouit quid fugiat. Sed nec de talibus desperari debere, iste Psalmus ostendit: Inscribitur enim titulus eius:

Psalmus ipsi Dauid, cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bersabee.

BERSABEE erat mulier vxor aliena, cum dolore quidem dicimus & tremore, sed tamen Deus noluit taceri, quod voluit scribi. Dicam ergo non q̃ volo, sed quod cogor, dicam nõ exhortãs ad imitationem, sed instruens ad timorem. Huius mulieris vxoris alienę pulchritudine captus rex & propheta Dauid, ex cuius Rom. 1. a.
B semine secundũ carnẽ Dñs venturus erat, adulterauit 2. Re. 11. b
eã. Hoc in isto Psalmo nõ legitur, sed in titulo eius apparet, in libro autẽ regnorum plenius legitur. Vtraque Scriptura canonica est, vtrique sine vlla dubitatione à Christianis fides adhibenda est. Commissum atq. cõscriptum est. Huius etiam maritum in bello occidẽdũ curauit. Homicidio auxit adulterium, & post hoc factũ
2. Reg. 11. d missus est ad eũ Nathã propheta, missus à Domino, qui eum argueret de tãto commisso. Quid caueant homines, diximus, quid verò si lapsi fuerint imitẽtur, audiamus. Multi enim cadere volunt cũ Dauid, & nolũt surgere cũ Dauid. Nõ ergo cadẽdi exẽplũ propositum est, sed si cecideris, resurgẽdi. Attẽde ne cadas. Nõ sit delectatio minorũ, lapsus maiorũ, sed sit casus maiorũ, tremor minorũ. Ad hoc ꝓpositũ est, ad hoc scriptũ est, ad hoc in Ecclesia sæpe lectum atque cantatum: Audiant qui non ceciderunt, ne cadant, audiant qui ceciderũt,
C vt surgant. Tanti viri peccatum non tacetur, prædicatur in Ecclesia. Audiunt malè viuentes, & quærunt sibi patrocinia peccandi, attendunt vnde defendant quod committere parauerunt, non vnde caueant quod non commiserunt, & dicunt sibi: Si Dauid, cur nõ & ego? 2. Reg. 11. b
Inde anima iniquior, quæ cùm propterea fecerit, quia Dauid fecit, ideo peius quã Dauid fecit. Dicã hoc ipsum, si potero planius. Dauid nullum sibi ita ad exẽplũ proposuerat, vt tu. Ceciderat lapsu cupiditatis, nõ patrocinio sanctitatis, tu tibi tanquã sanctũ proponis vt pecces, nõ imitaris eius sanctitatem, sed imitaris ruinã. Hoc amas in Dauid, quod in se odit Dauid. Præparas te ad peccandum, disponis peccare. Librũ Dei vt pec-
2. Reg. 11. b ces ĩspicis: Scripturas Dei ad hoc audis, vt facias quod displicet Deo. Hoc nõ fecit Dauid. Correptus est per
D Prophetam, nõ lapsus est in Propheta. Alij verò audiẽtes salubriter, in casu fortes, metiuntur infirmitatẽ suã: & quod damnat Deus deuitare cupientes, ab aspectu securo abstinent oculos. Nõ eos defigũt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos faciũt de peruersa simplicitate securos, non dicũt, bono animo attendi, benignè attendi, de charitate diu aspexi. Proponunt enim 2. Reg. 11. b
sibi casum Dauid, & ad hoc illum magnum vident cecidisse, vt parui nolint videre vnde possint cadere. Reprimunt enim oculos à petulantia, non se facilè adiungunt, nõ miscent se mulieribus alienis, nõ leuant oculos faciles ad aliena mœnia, ad aliena solaria. De lõgè enim vidit Dauid illam, in qua captus est. Mulier lõgè, libido propè. Alibi erat quod videret, in illo vnde caderet. Attendenda est ergo hæc infirmitas carnis, re-
Rom. 6. b. cordanda sunt verba Apostoli: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit, non sit, sed, non regnet. Inest peccatum, cùm delectaris, regnat, si consenseris. Carnalis delectatio præsertim vsque

que ad illicita & aliena progrediens, frenanda est, non relaxanda, imperio domanda, nõ in imperio collocãda. Attende securus, si non habes vnde mouearis. Sed
A respondes, fortiter teneo. Nunquid tu fortior quã Dauid? Admonet etiam tali exemplo, nõ se quenquã debere extollere in prosperis reb. Multi enim res aduersas timent, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animo, quã aduersa corpori. Prius corrũpit prospera, vt inueniat quod frangat aduersa. Fratres mei, aduersus felicitatem acrius vigilãdum est, propter ea videte quemadmodum eloquium Dei in nostra fe-
Psalm. 2. licitate tollat nobis securitatem: Seruite, inquit, Dño in timore, & exultate ei cum tremore. In exultatione,
2. Reg. 11. vt gratias agamus, in tremore, ne cadamus. Hoc pec-
1. Reg. 24. a & 26. a. catum nõ fecit Dauid, cum persecutorem Saulẽ pateretur. Quando Dauid sanctus Saulem inimicum patiebatur, quando illius persecutionibus agitabatur, quãdo per diuersa fugiebat, ne in manus eius incideret, nõ concupiscebat alienam, non adulterata vxore occidit virum. Erat in infirmitate tribulationis suæ tanto in Deum intentior, quanto miserior videbatur. Vtile quiddam est tribulatio, vtile medici ferramentum tãquam diaboli tentamentum. Factus est securus deuictis hostibus, pressura caruit, tumor excreuit. Valet er-
B go hoc exemplum ad id, vt timeamus felicitatem. Tri-
Psal. 114. bulationem, inquit, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Sed factum est, dixerim hæc eis qui nõ commiserunt, vt vigilent custodire integritatẽ suã, & cũ attendunt magnum cecidisse, parui timeant. Si verò aliquis iam lapsus hæc audit, & aliquid mali in conscientia tenet, verba huius Psalmi aduertat. Attendat quidem vulneris magnitudinem, sed non desperet medici maiestatem. Peccatum cum desperatione, certa mors. Nemo ergo dicat: Si iam aliquid mali feci, iam damnandus sum. Deus malis talibus nõ ignoscit, cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc seculo in voluptate, in lasciuia, in cupiditate nefaria. Iam perdita spe reparationis, vel hoc habeã quod video, si nõ possum habere quod credo. Iste ergo Psalmus, sicut cautos facit eos qui nõ ceciderũt, sic desperatos esse nõ vult qui ceciderunt. Quisquis peccasti, & dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo desperando salutem tuã, audi Dauid gemẽtem. Ad te Nathan Propheta nõ est missus, ipse Dauid ad te missus est. Audi eum clamantem, & simul clama, audi gementem, & congemisce, audi
C flentem, & lachrymas iunge, audi correctum, & conde lectare. Si tibi nõ potuit intercludi peccatum, spes veniæ nõ intercludatur. Missus est ad istum virum Nathã Propheta, attende regis humilitatem. Nõ respuit verba præcipiẽtis, nõ dixit: Audes mihi loqui regi? Rex sub
2. Reg. 12. a limis Prophetam audiuit, plebs eius humilis Christũ audiat. Audi ergo hæc, & dic cum illo: Miserere mei Deus, secundũ magnã misericordiã tuã.) Qui magnã misericordiã deprecatur, magnã miseriam confitetur. Quærant paruã misericordiã tuã, qui nesciendo peccauerunt. Miserere, inquit, mei secundũ magnã misericordiam tuã. Subueni graui vulneri, secundũ magnã medicinam tuã. Graue est q̃ habeo, sed ad omnipotentem confugio. De meo tam lethali vulnere desperarem, nisi tantum medicum reperirem. Miserere mei Deus secũ-
D dùm magnam misericordiam tuam. Et secundùm multitudinem miserationum tuarũ, dele iniquitatẽ meã.) Quod ait, dele iniquitatem meam, hoc est, miserere mei Deus. Et quod ait, Secundum multitudinem miserationum tuarum, hoc est, secundum magnam misericordiam tuã. Quia magna est misericordia, multæ sunt misericordiæ. Et de magna misericordia tua, multæ sunt miserationes tuæ. Attendis contemptores vt corrigas, attendis nescientes vt doceas, attendis confitentes vt ignoscas. Fecit hoc nesciens, fecerat aliqua, & multa mala fecerat. Et quid ait? Misericordiam, in-
A quit, consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Iste Dauid non posset dicere, ignorans feci. Non 1. Tim. 1. c. 2. Reg. 11. b
enim ignorabat quantum mali esset contrectatio cõiugis alienæ, & quantum malum esset interfectio mariti nescientis, & nec saltẽ irascentis. Cõsequũtur ergo misericordiam Domini, qui ignorantes fecerũt, & qui scientes, cõsequuntur nõ qualemlibet misericordiam, sed magnam misericordiam. Magis magisq; laua me ab iniustitia mea.) Quid est, magis magisq. laua? Multũ inquinatum. Magis magisq; laua peccata scientis, quia abluisti peccata ignorantis. Nec sic desperandum de misericordia tua. Et à delicto meo munda me.) Quo meritò? Medicus est, offert mercedem. Deus est, offert sacrificium. Quid dabis vt munderis? Vide enim quem inuoces. Iustũ inuocas, odit peccata. Si iustus est, vindicat in peccata, si iustus est, vtique non poteris auferre à Domino Deo iustitiã eius, Implora misericordiam, sed attende iustitiam. Misericordia est vt ignoscat peccãti, iustitia est vt puniat peccatum. Quid ergo? Quæris misericordiã, peccatum impunitum remanebit? Respondeat Dauid, respõdeãt lapsi, respondeãt cũ Dauid, vt
B misericordiam mereantur sicut Dauid, & dicant: Non Domine, non erit impunitum peccatum meum. Noui iustitiam eius, cuius quæro misericordiã. Nõ impunitũ erit, sed ideo nolo, vt tu me punias, quia ego peccatum meũ punio. Ideo peto vt ignoscas, quia ego agnosco. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictũ meũ corã me est semper.) Non posui post dorsum meũ, Matth. 7. a
quod feci, nõ intueor alios oblitus mei, non affecto stipulã eiicere de oculo fratris mei, cũ sit trabes in oculo meo. Peccatũ meũ ante me est, nõ post me. Fuit enim post me quando ad me missus est Propheta, & de oue pauperis similitudinẽ mihi proposuit. Ait enim Nathã
1. Reg. 12. a Propheta ad Dauid: Erat diues quidam habens plurimas oues, pauper autem vicinus eius, habebat vnam ouiculã, quã in sinu suo, & de suo cibo nutriebat. Venit hospes diuiti, nihil de grege suo abstulit, ouiculam vicini paupis cõcupiuit, ipsam suo hospiti occidit. Quid dignus est? At ille profert iratus sententiam. Planè tũc rex nesciens vbi captus esset, morte dignum diuitem dixit, & ouem reddẽdam in quadruplum. Seuerissimè
C atque iustissimè. Sed peccatum eius nondum erat corã eo, post dorsum erat quod fecerat. Suam iniquitatem nõdum agnoscebat, & ideo alienæ nõ ignoscebat. Sed Propheta ad hoc missus, abstulit à dorso peccatum, & ante oculos posuit, vt videret illã sententiã tã seueram in se esse prolatam. Ad secandum & sanandum vulnus cordis eius, ferramentũ fecit de lingua eius. Hoc fecit Dñs Iudæis, quando ad eum adulteram mulierem adduxerunt, proponentes laqueum tentationis, & in id quod proposuerant incidentes. In adulterio, inquiũt, Ioan. 8. a.
hæc mulier deprehensa est. Moyses huiusmodi lapidari iussit. Tu de illa quid censes? tanquam bicipiti muscipula tentantes capere sapientiam Dei, vt si iuberet occidi, perderet mãsuetudinis famam, si autem iuberet dimitti, incurreret blasphemiam, tanquam reprehensor legis calumniandus. Quid ergo respondit? Non ait, occidite, nõ ait, dimittite: sed ait: Qui se scit sine peccato esse, primus in illam lapidem iaciat. Iusta lex, quæ iubet adulteram occidi, sed hæc lex iusta ministros habeat innocentes. Attenditis quam adducitis, attendite & qui estis. Illi hoc audito, vnus post alterũ discesserunt, Remansit adultera & Dominus, remãsit vulnerata & medicus, remãsit magna miseria & magna misericordia. Adducentes erubuerunt, nec veniam petiuerunt.

adducta confusa est & sanata. Ait illi Dominus: Mulier, nemo te condemnauit? Et illa: Nemo Domine. Et ille: Nec ego te condemnabo, vade, deinceps iam noli peccare. Nunquid Christus fecit contra legem suam? Neque enim pater eius sine filio dederat legem. Si cęlũ & terra, & omnia quæ in eis sunt, per ipsum facta sunt, lex sine verbo Dei quomodo scripta est? Non ergo Deus contra legem suam, quia nec imperator contra leges suas facit, quãdo confessis dat indulgentiã. Moyses minister legis, Christus promulgator legis. Moyses lapidat vt iudex, Christus indulget vt rex. Misertus est ergo eius Deus secũdùm magnam misericordiam suam, sicut hic rogat, sicut hic petit, sicut exclamat & dolet, quod illi adulteram offerentes facere noluerũt, vulnera sua ostendente medico cognouerunt, medicinam à medico non quæsierũt. Ita sunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis insania! De vulnere ipso non erubescis, de ligatura vulneris erubescis? Nónne nudum fœdius & putidius est? confuge ergo ad medicum, age pœnitentiam, dic: Iniquitatem meam ego agnosco, & peccatũ meũ ante me est semper. Tibi soli peccaui, & malignũ corã
2.Reg.11.b te feci.) Quid est hoc? Coram hominibus enim non erat adulterata vxor aliena, & maritus occisus? Nónne omnes nouerãt, quod Dauid fecerat? Quid est, tibi soli peccaui, & malignum coram te feci? Quia tu solus sine peccato. Ille iustus punitor, qui non habet quod in illo puniatur. Ille iustus reprehensor, qui nõ habet quod in illo reprehẽdatur. Tibi soli, inquit, peccaui, & malignũ coram te feci. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.) Cui dicat fratres, cui dicat, difficile est aduertere. Deo vtique loquitur, & manifestum est, quomodo Deus pater non est iudicatus. Quid est tibi soli peccaui, & malignum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris? Videt futurum iudicem iudicandum, iudicandum à peccatoribus iustum, & in eo vincentem, quia quòd in illo iudicaretur non erat. Solus enim in hominibus verũ dicere potuit homo Deus: Si inuenistis in me peccatum, dicite. Sed fortè erat quod homines latebat, & nõ inueniebãt illi quod erat quidem, sed manifestum nõ erat.
Ioan. 14 d. Alio loco ait: Ecce venit princeps mũdi acutus inspector omnium peccatorum, ecce, inquit, venit princeps mundi huius, morte affligẽs peccatores ꝓpositus mor-
Sap. 2. d. tis, inuidia enim diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ.
Ioan. 14 d. Ecce, inquit, venit princeps mundi huius. Dixit hæc proximus passioni, & in me nihil inueniet, nihil peccati, nihil morte dignũ, nihil damnatione dignum. Et tãquam ei diceretur, cur ergo moreris? Sequitur & dicit: Sed vt sciant omnes, quia volũtatem patris mei facio, surgite ambulemus hinc. Patior, inquit, indignus pro dignis, vt eos dignos faciã vita mea, pro quib. indignè patior mortem illorũ. Huic itaque nullũ habenti peccatũ dicit in præsentia Propheta Dauid: Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Superas oẽs homines, oẽs iudices, & qui se putat iustum, corã te iniustus est. Tu solus iuste iudicas, iniustè iudicatus, qui potestatẽ habes ponẽdi animã tuã, & potestatẽ habes iterum
Ioan. 10 d. sumendi eã. Vincis ergo cùm iudicaris. Oẽs homines superas, quia plus es quam homines, & per te facti sunt homines. Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci, vt iustificeris in sermonib. tuis, & vincas cùm iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.) Tãquã diceretur: Vincuntur illi, qui fecerunt quod & tu Dauid. Non enim hoc paruum malum, paruumq; peccatum, adulterium & homicidium. Quid illi qui ex quo nati sunt de ventre matris suæ, nihil tale fecerunt. Etiã ipsis imputas aliqua peccata, vt ille omnes vincat cùm cœperit iudicari. Suscepit personam generis humani Dauid, & attendit omnium vincula, propaginem mor tis considerauit, originem iniquitatis aduertit, & ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Nunquid Dauid de adulterio natus erat, de Iesse viro iusto & cõiuge ipsius? Quid est quod se dicit in iniquitate cõceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adã? Etiã ipsum vinculum mortis, cum ipsa iniquitate concretum est. 1.Reg.16.e
Nemo nascitur nisi trahens pœnã, trahens meritũ pœnæ. Dicit & in alio loco propheta: Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Nouimus enim & baptismo Christi solui peccata, & baptismũ Christi valere ad remissionem peccatorum. Si infantes omnimodo innocentes sunt, cur matres ad Ecclesiã cum languentibus currũt? Quid illo baptismo, quid illa remissione dimittitur? Innocentẽ magis video flentẽ quàm irascentem. Quid diluit baptismus? Quid soluit illa gratia? Soluitur propago peccati. Quia si loqui tibi posset ille infans diceret, & si iã intellectum haberet, quem habebat Dauid, responderet tibi: Quid me attendis infantem? Non quidem vides facinora mea. Sed ego in iniquitate cõceptus sum, Et in peccatis mater mea me in vtero aluit.) Prẽter hoc vinculũ cõcupiscentiæ carnalis, natus est Christus sine masculo, ex virgine concipiente de Spiritu sancto. Nõ Lucæ 1.d
potest iste dici in iniquitate conceptus, nõ potest dici, in peccatis mater eius in vtero eum aluit, cui dictũ est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Non ergo ideo in iniquitate concipiũtur homines, & in peccatis in vtero à matrib. aluntur, quia peccatum est misceri coniugibus, sed quia illud ꝓ fit, vtique fit de carne pœnali. Pœna enim carnis mors est, & vtique inest ipsa mortalitas. Vnde Apostolus nõ Rom. 8.b
moriturum corpus dixit, sed mortuum. Corpus quidẽ mortuum est, inquit, propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Quomodo ergo sine vinculo peccati nascitur, quod concipitur & seminatur de corpore mortuo propter peccatum? Opus hoc castum in coniuge non habet culpam, sed origo peccati trahit secum debitam pœnam. Non enim maritus, quia maritus est, mortalis non est, aut aliunde nisi peccato mortalis est. Erat enim & Dominus mortalis, sed non de peccato, suscepit pœnam nostram, & ideo soluit culpã nostram. Meritò ergo in Adam omnes moriuntur, in Christo autem omnes viuificabuntur. Per vnum hominem enim, ait Apostolus, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Definita est sententia: In Adam, inquit, omnes peccauerunt. Solus esse innocens infans potuit, qui de opere in Adam Cor. 15.c
non est natus. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & Rom. 5.e
occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.) Veritatẽ dilexisti, id est, impunita peccata eorũ etiam quib. ignoscis, nõ reliquisti. Veritatem dilexisti, sic misericordiã prærogasti, vt seruares & veritatem. Ignoscis, confitẽti ignoscis, sed seipsum punienti, ita seruatur misericordia & veritas. Misericordia, quia homo liberatur; veritas, quia peccatum punitur. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quę occulta? quæ incerta? Quia Deus ignoscit & talibus. Nihil tã occultũ, nihil tam incertum. Ad hoc incertum Niniuitæ pœnitentiam egerunt, dixerunt enim quamuis post minas Prophetæ, quamuis post illã vocem, Triduo, & Niniue euertetur: dixerunt apud Ionæ 3 b.
se, petendam esse misericordiam. Dixerunt ita apud se disceptantes: Quis nouit, si Deus flectat in melius sententiam suam, & misereatur? Incertum erat, cùm dicitur,

tur, quis nouit. De incerto pœnitentiam egerunt, certam misericordiam meruerunt. Prostrauerũt se in lachrymis, in ieiuniis, in cilicio, & in cinere. Prostrauerũt se, gemuerunt, fleuerunt, pepercit Deus. Stetit Niniue, an euersa est Niniue? Aliter quidem videtur hominib. & aliter visum est Deo. Ego autem puto impletũ fuisse quod Propheta prædixerat: Respice quæ fuit Niniue,
Act. 9.a. & vide quia euersa est. Euersa in malo, ædificata in bono: Sicut euersus Saulus persecutor, ædificatus Paulus prædicator. Quis non diceret ciuitatem istam, in qua nunc sumus, feliciter euersam, si omnes illi insani nugis suis desertis ad Ecclesiam cõpuncto corde concurrerent, Dei misericordiã de suis factis præteritis inuocarẽt? Nónne diceremus, vbi est illa Carthago? quia nõ est quod erat, euersa est, sed si est quod non erat; ædifi-
Hier. 1. b. cata est. Ita dicitur Hieremiæ: Ecce dabo tibi eradicare, suffodere, euertere, disperdere: & rursus ædificare,
Deut. 32. f. & plãtare, Inde est vox illa Domini: Ego percutiã, & ego sanabo. Percutit putredinem facinoris, sanat dolorẽ vulneris. Faciunt hoc medici, secant, percutiunt & sanant, armãt se vt feriãt, ferrũ gestãt, & curare veniũt.
Ioan. 3. b. Sed quia peccata magna erãt Niniuitarũ, dixerũt: Quis nouit? Hoc incertũ patefecerat Deus seruo suo Dauid. Cũ eũ dixisset, stãte & arguẽte se Propheta, Peccaui, statim audiuit à Propheta, id est, à spiritu Dei, qui erat
2.Reg. 12. d in Propheta: Dimissum est tibi peccatũ tuũ. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me, inquit, hyssopo, & mũdabor.) Hyssopum herbã nouimus humilẽ, sed medicinalẽ: saxo hęrere radicib. dicitur. Inde in mysterio mundandi cordis similitudo assumpta est: Apprehende, inquit, & tu radicẽ dilectionis petram tuã. Esto humilis in humili Deo tuo, vt sis excelsus in glorificato Dño Deo tuo. Aspergeris hyssopo, humilitas Christi te mundabit. Noli herbã cõtẽnere, vim medicamẽti attẽde. Aliquid etiã dicã, ꝓ à medicis solemus audire, vel experiri in ægrotis. Hyssopũ dicunt purgãdis pulmonib. aptum esse. In pulmone solet notari superbia: illic enim inflatio, illic anhelitus.
Act. 9. a. Dicebatur de Saulo persecutore, tanquã de Saulo superbo, quòd ibat ad vinciendos Christianos, spirãs cædẽ anhelabat cædes, anhelabat sanguinem, nondum purgato pulmone. Audi & hunc humiliatũ, quia hyssopo purgatum. Asperges me hyssopo, & mundabor. Lauabis me.) Id est, mundabis me. Et super niuẽ dealbabor.)
Esaiæ 1. c. Ephes. 5. g. Et si fuerint, inquit, peccata vestra sicut phœnicium, tanquam niuẽ dealbabo. De talib. sibi exhibet Christ°
Matth. 17. a vestem sine macula & ruga. Proinde vestis eius in mõte, quæ tanquã nix dealbata effulsit, significauit Ecclesiã omni macula peccati mundatã. Sed vbi humilitas ex hyssopo? Audi sequẽtia: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiã, & exultabũt ossa humiliata.) Auditui meo, inquit, dabis exultationẽ & lætitiã. Gaudebo audiẽdo te, nõ loquẽdo cõtra te. Peccasti, quid defẽdis te, loquẽdo? Loqui vis, patere, audi, cede diuinis vocib. ne turberis, & amplius vulnereris. Cõmissum est, non defendatur, in cõfessionẽ veniat, nõ in defensionẽ. Adhibes te defensorẽ peccati tui, vinceris. Nõ innocẽtẽ patronũ adhibuisti, nõ est tibi vtilis defensio tua. Quis
al. esto. es enim vt te defendas? Idoneus † es tu ad accusandum te. Noli dicere, aut nihil feci, aut quid magnum feci, aut fecerunt & alij. Si faciẽdo peccatum nihil te dicis deliquisse, nihil eris, nihil accipies. Paratus est Deus dare indulgentiam, claudis contra te. Ille paratus est dare, noli opponere obicem defensionis, sed aperi sinum confessionis. Auditui meo dabis exultationem & lætitiã. Ipse donet vt dicã quod sentio. Feliciores sunt qui audiũt, quàm qui loquuntur. Qui enim discit, humilis est, qui autem docet, laborat vt non sit superbus, ne malè placendi affectus irrepat, ne Deo displiceat qui vult placere hominibus. Magnus tremor est in docẽte, fratres mei, magnus tremor est noster in his vocibus nostris. Credite cordi nostro quod videre nõ potestis, scit ipse qui mitescat nobis, qui propitius sit nobis, cũ quanto sub illo tremore ad vos loquimur. Cũ autẽ ipsum aliquid suggerentem & docentem intus audimus, securi sumus, securi gaudemus. Sub magistro enim sumus, illius gloriam quærimus, illum docentẽ laudam°. Delectat nos veritas eius intus, vbi nemo facit vel audit strepitum: Ibi dixit iste esse lætitiam suam & exultationem suã. Auditui meo, inquit, dabis exultationem & lætitiã. Et ideo quia humilis, audit: Qui verè audit & bene audit, humilis audit, gloria enim eius in illo est à quo audit. Posteaquã dixit: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiã, cõtinuò demõstrauit quid faciat auditio; Exultabunt ossa humiliata. Humiliata sunt ossa, ossa audientis nõ habent fastũ, nõ habent tumorẽ, quem
in se vix vincit qui loquitur. Inde & ille humilis magn°, Matth. 11. b
quo in natis mulierum nemo maior surrexit, ille qui ita Marc. 1. c.
se humiliauit, vt se indignum diceret soluere corrigiã calceamẽti Dñi sui, Ioannes ille Baptista, dãs gloriam magistro suo, & ideo amico suo, cùm Christus putaretur, & ex eo superbire posset, & se extendere: nõ enim ipse se dixerat Christũ, sed poterat accipere hominum Lucæ 3. c.
errorem hoc putantium, vltrò istum honorem deferre volentium: sed respuit falsum honorem, vt inueniret veram gloriam. Et vide humilitatem de auditu. Ait: Qui habet sponsam, spõsus est, amicus autem sponsi Ioan. 3. d.
stat & audit eum. Stãtẽ se fecit & audientem, nõ cadẽtẽ & loquentem. Stat, inquit, & audit eũ. Audistis audi tũ, vbi est exultatio & lætitia? Cõtinuò sequitur: Stat
& audit eũ, & gaudio gaudet propter vocẽ spõsi. Audi- Ibidem d.
tui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & oẽs iniquitates meas dele.) Iam enim exultãt ossa humiliata, iã hyssopo mundatus, humilis factus sum. Auerte faciem tuã non à me, sed à peccatis meis. Alibi quippe orãs dicit: Ne auertas faciẽ tuã à me. Qui nõ vult à se a-
Psal. 26. uerti faciem Dei, vult auerti faciẽ Dei à peccatis suis. Peccatum enim vnde se Deus nõ auertit, aduertit: si aduertit, animaduertit. Auerte faciẽ tuã à peccatis meis & omnes iniquitates meas dele. Satagit de illo grandi peccato, plus prẽsumpsit, omnes deleri vult iniquitates suas. Præsumit de medici manu, de magna illa misericordia, quã in principio Psalmi inuocauit, oẽs iniquitates meas dele. Auertit faciem Deus, & sic delet, auertẽdo faciem peccata delet, aduertendo scribit. Audisti auertendo delentem, audi aduertendo, quid facientẽ.
Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat Psal. 33.
de terra memoriam eorum, nõ delendo peccata eorũ. Hic autem quid rogat? Auerte faciem tuam à peccatis meis. Bene rogat. Ipse enim nõ auertit faciẽ à peccatis suis, dicens: Quoniam peccatum meum ego cognosco. Meritò rogas, & bene rogas, vt Deus auertat faciẽ à peccato tuo, si tu inde non auertis faciem. Si verò tu peccatum tuum in dorso ponis, Deus ibi faciem ponit. Tu peccatum tuum ante faciem tuam conuerte, si vis vt inde Deus faciem suã auertat, & sic securus rogas, & exaudit. Cor mũdum crea in me Deus.) Crea, nõ quasi nouũ aliquid institue, dicere voluit, sed quia pœnitens orabat, qui commiserat aliquid, quod prius quàm committeret innocentior erat, ostendit quemadmodum dixerit, crea. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.) Perfectum, inquit, in me spiritum fac esse. Inueterata erat atque curuata rectitudo spiritus mei. Dicit enim ex alio Psalmo: Curuauerunt animam meam. Et quando se homo pronum facit ad Psal. 56.

terrenas concupiscentias, incuruatur quodammodo, cũ autẽ erigitur in superna, rectũ fit cor eius, vt bonus
Psal. 72. illi sit Deus. Quàm bonus enim Deus Israël rectis corde! Proinde fratres audite. Aliquando Deus cui ignoscit in futuro seculo, corripit eum de peccato in isto seculo. Nam & ipsi Dauid, cui dictum iam fuerat per Pro
2 Reg. 12. d phetam, Dimissum est peccatum tuum, euenerũt quędam quæ minatus erat Deus propter ipsum peccatum.
2. Reg. 15. c Nã filius eius Absalon aduersus eũ cruentum bellum gessit, & in multis humiliauit patrẽ suum. Ambulabat ille in dolore, in tribulatione humiliationis suę, ita subditus Deo, vt oĩa iusta ei tribuens cõfiteretur quòd nihil pateretur indignè, habens iã rectum cor cui nõ displicebat Deus. Iniuriosum quendam & in os sibi dura maledicta iaciẽtẽ, patiẽter audiebat, ex aduersa parte, vnũ ex militib. qui erãt cũ filio eius impio. Et cũ ille ia-
2. Reg 16. b ceret maledicta in regẽ, iratus vnus ex comitib. Dauid, voluit ire & percutere eũ, sed prohibetur à Dauid. Et quomodo prohibetur? Vt diceret: Deus illũ misit, vt mihi maledicere. Agnoscens culpã suã, amplexus est pœnã su ã: quærens gloriã nõ suã, Dominum laudãs in
Psal. 33. eo quod boni habebat, Dñm laudans in eo quod patiebatur, benedicẽs Dñm in omni tẽpore, semper laus eius in ore eius. Tales sunt oẽs recti corde. Nónne hi peruersi, qui se rectos putant, & peruersum Deum? Qui quando aliquid faciunt mali, gaudent, quando aliquid mali patiuntur, blasphemãt, insuper positi in tribulatione & flagello, dicunt de corde distorto: Deus quid tibi feci? Verè quia nihil Deo fecerunt, omnia enim sibi fecerunt. Et spiritum rectũ inuoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua.) Auerte faciem tuã à peccatis meis, & ne proiicias me à facie tua. Cuius faciẽ timet,
4. sen. dist. 17. Quid ergo in fine. ipsius faciem inuocat. Ne proiicias me à facie tua: Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.) Est enim Spiritus sanctus in cõfitente. Iã ad donum Spiritus sancti pertines, quia tibi displicet quod fecisti. Immũdo spiritui peccata placẽt, sancto displicent. Quãuis ergo adhuc veniã depreceris, tamẽ ex alia parte quia tibi displicet malum quod commisisti, Deo coniungeris. Hoc enim & tibi displicet, quod & illi. Iã duo estis ad expugnandam febrẽ tuã, tu & medicus. Quia ergo nõ põt esse confessio peccati & punitio peccati in homine à seipso: cũ quisq. sibi irascitur, & sibi displicet, sine dono Spiritus sancti nõ est. Nec ait, Spiritum sanctum tuũ da mihi, sed ne auferas à me. Et Spiritum sanctum tuũ ne auferas à me. Redde mihi exultationem salutaris tui.) Redde quã habebã, quã peccando amiseram: Redde mihi exultationem saluaris tui, vtiq. Christi tui. Quis
Ioan, 1. a. enim sine illo sanari potuit? Quia & antequã de Maria nasceretur: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: & ita à sanctis patribus dispẽsatio susceptæ carnis futura credebatur, sicut à nobis facta creditur. Tempora variata sunt, nõ fides. Red de mihi exultationẽ salutaris tui: Et spiritu principali cõfirma me.) Nonnulli intellexerunt hic trinitatem, in Deo ipsum Deũ, excepta dispensatione carnis, quoniã scriptũ est: Deus spiritus est. Quod enim non est corp°,
Ioan. 4. c. & tamen est, videtur restare vt spiritus sit. Intelligunt ergo hic nõnulli Trinitatem dictã, in spiritu recto filiũ, in Spiritu sancto Spiritum sanctũ, in spiritu principali patrem. Siue ergo hoc ita sit, siue spiritũ rectum ipsius hominis accipi voluit, dicẽs: Spiritum rectum innoua in visceribus meis, quem curuaui & distorsi peccando, vt iam Spiritus sanctus ipse sit spiritus principalis, quẽ & auferri à se noluit, & eo se voluit confirmari, non est hæretica quælibet sententia. Sed videte quid adiũgat: Spiritu, inquit, principali confirma me. In quo confirma? Quia ignouisti mihi, quia securus sum non mihi imputari quod donasti. Ex hoc factus securus atq; ista gratia confirmatus, non ero ingratus. Quid em faciã? Doceam iniquos vias tuas.) Doceã iniquos ex iniquo,
A id est, qui fuerã & ego iniquus, iã non iniquus, nõ ablato Spiritu sancto à me, & spiritu principali cõfirmatus, doceam iniquos vias tuas. Quas vias iniquos docebis? Et impij ad te conuertentur.) Si peccatum Dauid impietati deputatur, nõ de se desperent impij, quia pepercit Deus impio, sed si ad eum conuertantur, si vias ipsius discant. Si autem impietati nõ deputatur factũ Dauid, sed illa propria impietas dicitur apostatare à Deo, vnum Deum nõ colere, aut nũquã coluisse, aut quem colebat dimisisse, ad cumulum valet quod ait: Et impij ad te conuertentur. Ita plenus es adipe misericordię, vt ad te cõuersis, nõ solum quibuslibet peccatoribus, sed etiam impiis nõ sit desperandum. Et impij ad te cõuer- Rom. 4. a.
tentur. Vt quid? Vt credentes in eum qui iustificat impium, deputetur fides eorum ad iustitiam. Erue me de sanguinib. Deus Deus salutis meæ.) Expressit Latinus interpres verbo minus Latino proprietatem tamen ex Græco. Nã omnes nouimus Latinè nõ dici sanguines nec sanguina, sed sanguinẽ. Tamen quia ita Græcus posuit plurali numero, non sine causa, nisi quia hoc in-
B uenit in prima lingua Hebræa, maluit † pius interpres al. putim.
minus Latinè aliquid dicere, quã minus propriè. Quare ergo pluraliter dixit de sanguinibus? In multis sanguinibus, tanquã in origine carnis peccati, multa peccata intelligi voluit. Ad ipsa peccata respiciens Apostolus, quę veniunt de corruptione carnis & sanguinis, ait: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Nã 1. Cor. 15. b
vtique secundũ fidẽ veram eiusdem Apostoli, caro ista resurget, & ipsa merebitur incorruptionẽ, dicẽte ipso: 1. Cor. 15. g
Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Quia ergo corruptio ista de peccato est, ipsius nomine appellantur peccata, quemadmodum dicitur lingua & illud fructũ carnis & membrum quod in ore mouetur, cùm verba distinguimus, & lingua quod per linguã fit, sicut dicimus aliã linguã Græcã, aliam Latinã. Non enim caro diuersa est, sed sonus. Quomodo ergo dicitur lingua locutio quæ fit per linguã: sic dicitur & sanguis iniquitas quæ fit per sanguinem. Attendens ergo multas iniquitates suas, † vt illud superius, Et omnes iniquitates meas de- al. &.
C le, & eas tribuens corruptioni carnis & sanguinis: Libera me, inquit, de sanguinibus, hoc est, Libera me ab iniquitatibus, munda me ab omni corruptione. Incorruptionẽ enim desiderat, qui dicit: Libera me de sanguinibus, quia caro & sanguis regnum Dei nõ possidebũt, neq; corruptio incorruptionẽ. Erue me de sanguinib. Ibid. 15. f.
Deus Deus salutis meæ. Ostendit, quia cũ fuerit salus perfecta in isto corpore, corruptio in eo nõ erit, quæ intelligitur nomine carnis & sanguinis: ipsa est enim perfecta sanitas corporis. Nã modo quomodo sanũ est q; labitur, quod indiget, quod habet perpetuam quandã ægritudinẽ famis & sitis? Hæc & tunc non erunt, quia 1. Cor. 6. c.
esca ventri, & venter escis: Deus autẽ & hunc & has e- 1. Cor. 15. g.
uacuabit. Erit forma corporis perfecta ex Deo, absorpta morte in victoriam; nulla remanente corruptione, nulla surrepente defectione, nullis mutata ætatibus, nullo labore lassata, vt nullo cibo fulciatur, & aliqua
D esca reficiatur. Sed non erimus sine esca & potu. Ipse erit cibus noster Deus & potus noster. Solus ille cibus reficit nec deficit. Libera me de sanguinib. Deus Deus salutis meæ. Modò enim iam in ipsa salute sumus. Audi Apostolũ: Spe enim salui facti sumus. Et vide quid de ipsa salute corporis dicebat: In nobismetipsis, inquit, ingemiscimus, ad optionem expectãtes, redemptionẽ corporis nostri. Spe em̃ salui facti sumus. Spes aũt quæ Rom. 8. c.

videtur,

videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patien-
Matt. 10. c. & 24. b. tiam expectamus. Qui perseuerauerit vsque in finẽ, ipsa est illa patientia, hic saluus erit, ipsa est salus quã nondũ habemus, sed habituri sumus. Nõdum est res, sed certa spes. Et exultabit lingua mea iustitiã tuã. Domine, labia mea aperies, & os meũ annunciabit laudem tuam.) Laudẽ tuã, quia creatus sum, laudem tuã, quia vt cõfitereriam monitus sum, laudem tuam, quia peccans nõ derelictus sum, laudẽ tuã, quia vt securus essem munda tus sum. Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuã. Quoniã si voluisses sacrificiũ, dedissem vtique.) In illo tempore erat Dauid, quando sacrificia victimarum animalium offerebantur Deo, & videbat hæc futura tempora. Nónne in his vocibus nos agnoscimus? Erãt illa sacrificia figurata, prænunciantia vnũ salutare sacrificiũ, nec nos dimissi sine sacrificio sumus, quod Deo offeramus. Audi enim quid dicat curam ge rens pro peccato suo, & ignosci sibi volens malũ quod fecit: Si voluisses, inquit, sacrificium dedissem vtique. Holocaustis non delectaberis.) Nihil ergo offeremus?
Psal. 55. Sic veniemus ad Deum? Et vnde illũ placabimus? Offer, sanè in te habes quod offeras. Noli extrinsecùs thu ra comparare; sed dic: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudes tibi. Noli extrinsecus pecus quod mactes inquirere, habes in te quòd occidas. Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatũ Deus nõ spernit.) Prorsus spernit taurum, hircum, arietẽ, iam non est tempus vt hæc offerantur. Oblata sunt cũ aliquid indicarent, cùm aliquid promitterẽt, veniẽtibus repromissis, promissiones ablatæ sunt. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Nostis quia excelsus est Deus. Si te excelsum feceris, longinquabitur à te, si te humiliaueris, propinquabit ad te. Videte quis iste sit. Vnus videbatur deprecari Dauid, videte hic imaginem nostram & typum Ecclesiæ. Benigne
C fac Domine in bona voluntate tua Sion.) Huic Sion benigne fac. Quid est Sion? Ciuitas sancta. Quæ est ciuitas sancta? Quæ abscondi non potest super montem
Matth. 5. b. cõstituta. Siõ ĩ speculatione, quia aliquid spectat quod sperat. Interpretatur enim Sion speculatio, & Hierusalẽ visio pacis. Agnoscitis ergo vos in Sion & in Hierusalem, si certi expectatis spem futuram, & si pacem habetis cũ Deo. Et ędificentur muri Hierusalẽ.) Benignè fac Domine in bona voluntate tua Siõ, & ædificentur muri Hierusalem. Non enim sibi tribuit aliqua merita sua, tu cũ illa benigne fac, ædificentur muri Hierusalẽ. Munimenta construantur immortalitatis nostræ, in fide, spe & charitate. Tunc acceptabis sacrificiũ iustitię.) Modò autem sacrificium pro iniquitate, spiritum contribulatum & cor humiliatum, tunc sacrificiũ iustitiæ laudis solius. Beati enim qui habitant in domo tua: in secula seculorũ laudabunt te, hoc est sacrificiũ iustitiæ.
Psal. 38. Oblationes & holocaustomata.) Quæ sunt holocau- D
stomata? Totum igne consumptum. Quando totum pecus imponebatur aræ Dei, igne consumendum, holocaustũ dicebatur. Totos nos diuinus ignis absumat, & feruor ille totus arripiat. Quis feruor? Nec est qui se abscondat à calore eius. Quis feruor? De quo dicit A-
Psal. 18. postolus: Spiritu feruentes. Non tantùm anima nostra
Rom. 12. absumatur ab illo igne diuino sapientiæ, sed & corpus nostrum, vt mereatur ibi immortalitatem, sic leuetur holocaustum, vt absorbeatur mors in victoriam. Oblationes & holocaustomata. Tunc imponent super altare tuum vitulos.) Vnde vitulos? Quid ibi eliget? Innocentiam nouæ ætatis, an libera colla à iugo legis? Psalmus in nomine Christi, etsi fortè non vt volumus, veruntamen vt potuimus terminatus est. Restat pau-

A cis alloqui vos fratres, propter multa mala inter quæ viuimus. Neq; enim viuentes in reb. humanis, migrare possumus à reb. humanis: Cũ tolerantia viuendum est nobis inter malos, quia cùm mali essemus, cum tolerãtia vixerunt boni inter nos. Non obliuiscentes quid fuerimus, nõ desperabimus de his qui nunc sunt quod fuimus. Veruntamen charissimi in tanta morũ diuersitate, & tam detestabili corruptela, regite domos vestras, regite filios vestros, regite familias vestras. Quomodo ad nos pertinet in Ecclesia loqui vobis, sic ad vos pertinet in domibus vestris agere, vt bonã rationem reddatis de his qui vobis sunt subditi. Amat Deus disciplinam. Peruersa autem & falsa innocentia est, habenas laxare peccatis. Valde inutiliter, valde perniciose sentiet filius patris lenitatem, vt iustè postea Dei sentiat seueritatẽ. Et hoc non solus, sed cũ dissoluto patre suo. Quid enim? Si ipse non peccat, & non facit quod filius eius, ideo nõ debet ab ipsa nequitia filium prohibere?
B An fortè vt videatur filio eius, quia & pater talia faceret, nisi fecisset? Peccatum quod tibi non displicet in filio tuo, delectat te, sed ætas deseruit, non cupiditas. Maximè fratres mei filios vestros fideles attẽdite, quos fide dixistis vt baptizarentur. Sed fortè negligit malus filius, vel monita patris, vel obiurgationem, vel seueritatẽ. Tu imple personã tuã, Deus de illo exigit suam.

IN PSALMVM LI. ENARRATIO.

PSALMVS breuis est, de quo loquendum suscepimus charitati vestræ, sed titulum habet aliquantulũ negotiosum. Patienter ergo sustinete nos, donec illum enodemus vt possumus, quantum adiuuerit Dominus. Neque enim passim prætereunda sunt hæc, quando quidem placuit fratribus, nõ tantùm aure & corde, sed & stylo excipienda quæ dicimus: vt non auditorem tantùm, sed & lectorem etiã cogitare debeamus. Nata est quidem occasio Psalmo huic ex re quadam gesta; quã vobis etiam fecimus recitari de libro Regnorum. Saul 1. Reg. 8. a.
enim rex non ad permanendum electus est à Domino, sed secundum populi cor durum & malum datus ad eorum correptionem, non ad vtilitatem, secundùm illam sententiam sanctarum Scripturarum, quæ ait de Deo: Qui regnare facit hominem hypocritam, pro- Iob. 34. d.
pter peruersitatem populi. Cùm ergo talis esset Saul, persequebatur Dauid, in quo Deus præfigurabat re- 1. Reg. 21. a.
gnum salutis æternæ, & quem Deus elegerat permansurum in semine suo, quandoquidem futurus erat rex noster rex seculorum, cum quo regnaturi sumus in æ- Rom. 1. a.
ternum, ex semine ipsius Dauid secundùm carnem. Cùm ergo Dauid Deus elegisset, & præelegisset & præ destinasset ad regnum, noluit & ipsum Dauid ante regnum tenere quàm primò à persequentibus liberaret, Coloss. 1. e.
vt etiam in hoc ipso figuraret nos, id est, corpus eius, cuius corporis caput Christus. Porrò enim si ipsum caput nostrum sine primo peracto labore in terra, in cælo regnare noluit, neque leuare sursum corpus quod deorsum accepit, nisi per tribulationis viam, quid audent membra sperare, capite suo magis se posse esse Matth. 10. c.
felicia? Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Non ergo speremus † meliorem viam: quà præcessit eamus, quà duxit se- al. melliori.
quamur. Si enim à vestigio eius aberrauerimus, perimus. In hoc ergo Dauid quid præfigurabatur, videtis. Ergo & in Saul quid præfigurabatur, videtis. Regnum malum in Saul, & regnum bonum in Dauid. Mors in Saul, & vita in Dauid. Etenim nos non persequitur nisi mors, de qua in fine triumphabimus, dicentes: Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? 1. Cor. 15. g.
Quid est quod dico, non nos persequitur nisi mors? Quia nisi mortales essemus, non esset quod nobis fa-

ceret inimicus: Nunquid enim angelis quicquã facit? Ergo etiã ipsa mors, à qua maximè habemus persecutionem, cuius finitur in fine contentio, cũ resurrexerimus à mortuis, sicut finita est in capite nostro, sic finietur & in nobis, si iusti fuerimus inuẽti. Nã mortuus ille mortis interfector fuit, & magis in illo mors mortua est, quàm ipse in morte. Denique etiam nomen ipsum si attendamus, nõ est sine mysterio. Nã Saul interpretatur petitio, hoc est, appetitio. Quid enim dubitare debemus, nobis fecisse mortẽ istam? A peccato enim hominis nata est mors. Meritò ergo ipse sibi homo appetiuit mortẽ, & ideo appetitio nomẽ est mortis. Nã sicut scriptũ est: Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim Deus vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ. Et vnde mors? tanquã quẽrere. Impij aũt manib. inquit, & verbis accersierunt illã, & æstimãtes illã amicã defluxerunt. Ergo appetendo illã defluxerũt, & in mortẽ irruerũt, æstimãtes illã sibi esse amicã, quomodo æstimauit populus amicũ, & petiuit regẽ inimicũ. Extorsit enim populus à Dño habere regẽ, & datus est Saul, tãquã dati essent illi in manus suas, qui manib. & verbis accersierũt mortẽ, & figurata est in ipso Saule ipsa mors. Ideo Psalmus ille septimus decimus sic habet titulum: In die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul. Dixit primo oẽs inimicos eius, & postea de manu Saul, quia nouissima inimica destruetur mors. Quid est, Et de manu Saul? Quoniam eximit nos ab inferis, & de manu mortis liberauit nos. Cũ ergo Saul persequeretur virum sanctum Dauid, cõfugit Dauid vbi tutũ putauit esse locum, trãsiens per sacerdotẽ quendã Achimelech, accepit ab eo panes. Vbi figurauit etiã personã, nõ tantũ regis, sed & sacerdotis, quia manducauit panes propositionis, quos, sicut dicit Dñs in Euangelio, non licebat manducare, nisi solis sacerdotib. Postea cœpit eũ quærere Saul, & iratus est suis, quòd nemo eũ sibi vellet prodere. Hoc modo lectũ est in libro Regnorum: Erat autem ibi Doëch Idumæus quidam, quãdo venerat ille ad Achimelech sacerdotẽ, princeps pastorum Saul. Qui cũ adesset quando Saul irascebatur suis, quòd nullus illi vellet prodere Dauid, prodidit vbi eum vidisset. Misit continuò Saul, exhibuit sacerdotẽ, & omnes eius, & iussit occidi. Nemo autẽ fuit hominum regis Saul, nec iubente rege mittere manum in sacerdotes Domini: sed ille qui prodiderat, sicut Iudas, qui à proposito suo nõ recessit, & vsq. in finẽ perseuerauit de illa radice fructus ferre, quales, nisi quales fert arbor mala? Occidit Doëch iste manu sua iubẽte rege sacerdotẽ & oẽs eius, deinde debellata est ciuitas etiam sacerdotum. Inuenimus ergo Doëch istũ inimicum regi Dauid, & sacerdoti Achimelech. Vnus homo est Doëch, sed genus hominũ est Doëch, sicut Dauid & corpus ipsius regis & sacerdotis, tanquã vnus homo & duæ personæ, sed tamẽ vnum genus hominũ. Proinde in isto tẽpore, & in isto seculo videamus hæc duo genera, vt pertineat ad vtilitatẽ nostrã, vel quod cantauimus, vel quod cãtari audiuimus. Modò videamus Doëch, modò videamus corpus regis & sacerdotis, modò videamus corpus hominũ aduersus regẽ & sacerdotem. Primò nomina ipsa attendite quàm mystica sint. Doëch interpretatur motus. Idumæus interpretatur terrenus. Iã videte quale genus hominũ significet Doëch iste motus. Non ergo perseuerans in æternum, sed emigrandus, terrenus. Quid expectatis de homine terreno, aliquos fructus cælestes? Homo erit in æternũ. Est ergo regnũ terrenũ, vt breuiter dicam & citò insinuẽ, hodie in isto seculo, vbi est & regnũ cæleste. Peregrinos habet ciues suos vtrunq. regnũ, regnũ terrenũ, & regnũ cæleste, regnum eradicandũ, & regnum in æternum plantandum. Modò in hoc seculo ciues vtriusque regni permixti sunt. Corpus regni terreni, & corpus regni cælestis commixtum est. Regnum cęleste gemit inter ciues regni terreni, & aliquando (nam & hoc tacẽdum non est) quodammodo regnum terrenũ angariat ciues regni cælorum, & regnum cæleste angariat ciues regni terreni. Vtrunque vobis de Scriptura Dei demonstrabimus. Daniel & tres pueri in Babylonia præpositi sunt negotiis regis. Ioseph in Ægypto secũdus à rege positus ast administrare rempublicam, de qua republica erat populus ille Dei liberandus. In ipsa republica angariam quodammodo faciebat Ioseph, sicut illi tres pueri, sicut Daniel. Manifestũ est ergo quòd vsurpat sibi ad opera sua, id est, ad opera regni sui, non ad facta sua mala regnum terrenum ciues regni cælorũ. Quid est regnũ cælorũ? Quomodo vsurpat in hoc seculo ad tẽpus ciues regni terreni? Nõne de his Apostolus dicit, q̃ nõ castè Euangelium annunciabant, sed terrena desiderantes, regnum cælorũ prædicabãt, sua quærebãt, & Christũ annũciabãt? Et vt noueritis quòd & ipsi ad opus regni cælorum, tanquam mercenarij assumpti sunt, Apostolus gaudens de illis dicit: Sunt qui per inuidiam & contentionem Christum annunciãt, non castè, existimantes tribulationem se suscitare vinculis meis. Quid enim dum omnimodo siue per occasionem siue per veritatem Christus annunciẽtur? Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. De talibus etiã Christus † annunciat, dicens: Pharisæi & Scribæ super cathedrã Moysi sederunt, quæ dicunt, facite, quæ autem faciũt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Quæ dicũt, pertinent ad Dauid, quæ autem faciunt, pertinent ad Doëch. Per illos me audite, illos imitari nolite. Ista duo genera hominum sunt hodie in terra. De his duobus generibus hominum cantat Psalmus iste. Habet autem Psalmi titulus: In finem intellectus Dauid, cùm venit Doëch Idumæus, & nũciauit Saul: Venit Dauid in domum Abimelech.) Cũ legamus eũ venisse in domum Achimelech. Et fortasse quod non absurdè sentimus propter similitudinem nominis, & vnius syllabæ differẽtiam, vel potius vnius litteræ, variati sunt tituli. In codicibus tamen Psalmorum, cũ inspiceremus, magis Abimelech quã Achimelech inuenimus. Et quoniã in alio loco habes euidentissimum Psalmũ, nõ dissimilitudinem nominis, sed prorsus diuersum nomen insinuantem, quandoquidem Dauid ante regem Achis, non ante regem Abimelech immutauit faciem suam, & dimisit eum, & abiit. titulus autem Psalmi sic scriptũ est: Quãdo immutauit vultum suum corã Abimelech, ipsa magis mutatio nominis in mysteriũ fecit nos esse intentos, ne tanquam res historiæ persequaris, & † secreta vela contemnas. Discussum nomen in Psalmo illo, quod est Abimelech, inuenitur interpretatum, patris mei regnum. Quomodo autem patris sui regnũ dimisit Dauid, & abiit, nisi quomodo Christus regnum Iudæorum dimisit, & ad gentes transiuit? Hinc fortassis etiã propheticus spiritus ascribens titulum Psalmo huic, voluit vt nõ diceret Achimelech, sed Abimelech, quia quando venit Dauid ad patris sui regnum, tũc est proditus, hoc est quando venit Dominus noster Iesus Christus ad regnum Iudæorum institutum à patre suo, de quo dicit: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius & iustitiam, tunc est proditus morti, quam significat Saul. Non est autem occisus, sicut nec Isaac, cùm & ipse passionem Domini figuraret, nec tamen sine sanguine figura transacta est, vel ibi illius arietis, vel hic Abimelech sacerdotis. Neque enim occidi oportuit eos quos tũc

Sap. 1. d.
1. Reg. 8. a.
1. Cor. 15. d.
1. Reg. 21. b
Matt. 12. a.
1. Reg. 21. c.
Dan. 1. g.
Gen 39.
Dan. 3. b.
Philip. 1. c.
al. admonet.
Matt. 23. a.
1. Reg. 21. b.
Psal. 1.
Matt. 23. a
Matt. 3.
1. Reg. 21. d
al. sta rata.
Matt. 21. d
Genes. 22. d
1. Cor. 1. d.

resurgere non oportebat, sed eorum vitam à mortis periculo liberari. Veruntamen effusi sanguinis liberatio resurrectionẽ potius significabat, quę hoc modo in illis figurabatur. Quia verò Domino seruabatur resurrectio, plura hic dici possent, si illarum rerum gestarum in hoc sermone suscepimus tractanda mysteria. Nunc iam audiamus ista duo genera hominum, quandoquidem de titulo isto, & si operosius & fortasse loquacius, tamen vt Dominus concessit exitum est. Duo genera hominum attendite, vnum laborantium, alterum eorũ inter quos laboratur. Vnum de terra, alterum de cælo cogitantium: Vnum, in profundum cor mittentium, alterum, cor angelis coniungentium. Vnum, sperantiũ de terrenis, quib. pollet hic mundus, alterum, pręsumẽtiũ de cælestibus, quę promisit non mendax Deus. Nõ esse desperandum de hominib. bonis, si per eos terrenum aliquid administretur, nec rursum continuò gratulãdum hominib. qui cælestia agere dignoscantur negotia, cũ plerunq. illi qui negotiis secularibus implicati sunt, cor semper sursum habeãt, & isti qui cęlestia semper prædicant, cor trahant in terra. Sed mixta sunt ista genera hominum. Inuenimus modò ciuem Hierusalẽ, ciuem regni cælorum administrare aliquid in terra: vt puta purpuram gerit, magistratus est, ædilis est, procõsul est, imperator est, rempublicam gerit terrenam: sed cor sursum habet, si Christianus est, si fidelis est, si pius est, si contemnẽs in quibus est, & sperat in quib. nõdũ est. De quo genere fuit illa sancta mulier Hester: quę cũ esset vxor regis, ventum est ad periculum deprecandi pro ciuibus suis. Et cùm oraret coram Deo, vbi mentiri non posset, in oratione sua dixit, ita sibi fuisse illa ornamenta regalia, sicut pannum mẽstruatæ. Nõ ergo desperemus de ciuibus regni cælorum, quando eos videmus aliqua gerere Babyloniæ negotia, aliquid terrenum in republica terrena. Nec rursus continuò gratulemur omnibus hominibus quos videmus agere negotia cælestia, quia & filij pestilentiæ sedent aliquando in cathedra Moysi, de quibus dicitur: Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Illi in terrenis rebus leuant cor in cælum, isti in cælestibus verbis trahunt cor in terra. Veniet aũt tempus ventilabri, quando vtrunque diligentissimè discernatur, ne granum aliquod transeat in aceruum paleæ comburendum, nec vna stipula transeat ad massam in horreo recondendam. Quamdiu ergo nunc p̃mixtum est, audiamus hinc vocem nostrã, id est, ciuiũ regni cælorum. Hoc enim affectare debemus, tolerare hic malos, quã tolerari à bonis, & coniungamus nos huic voci, & aure, & lingua, & corde, & opere. Quod si fecerimus, nos hic loquimur in his quæ audiuimus. Dicatur ergo primò de corpore malo regni terreni.

Expositio Psalmi.

QVID gloriatur in malitia qui potens est?) Attendite fratres mei gloriã malignitatis, gloriã hominum malorum. Quæ est gloria? Quid gloriatur in malitia qui potens est? id est, qui in malitia potens est, quid gloriatur? Opus est potentem esse: sed in bonitate, non in malitia. Aliquid magnũ est gloriari in malitia? Ædificare domum paucorũ est, destruere multorum. Quinis ignarus potest seminare frumenta, excolere segetẽ, expectare donec maturescat: sed in eius fructu in quo laborauit gaudere, paucorum est. Vna scintilla omnẽ segetem incendere quiuis potest. Suscipere infantem, natum nutrire, educare, ad iuuenilem ætatẽ perducere, magnũ officiũ est, occidere verò illum vno puncto temporis quiuis potest. Ergo ea quæ ad destructionẽ fiunt, facillimè fiunt, Qui gloriatur, in Domino glorietur: qui gloriatur, in bonitate glorietur. Gloriaris, quia potens es in malo. Quid facturus es ô potens, quid facturus es? Multum te iactas. Occisurus es hominẽ, hoc & scorpius, hoc & vna febris, hoc & fungus malus. Huccine redacta est omnis potentia tua, vt vni malo fungo coæquetur? Hoc ergo faciunt boni ciues Hierusalem, qui non in malitia, sed in bonitate gloriantur. Primò vt nõ in se, sed in Domino gloriẽtur, deinde vt ea quæ ad ædificationem faciunt, studiosè faciant, & talia faciant quæ valeant ad permanendum. Quæ autẽ faciunt ad destructionem, faciant propter disciplinam proficientium, non propter oppresionem innocẽtiũ. Huic ergo potentiæ comparatum corpus illud terrenũ, quare non audiat ex his verbis, Quid gloriatur in in malitia qui potens est? In iniquitate tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.) In iniquitate tota die, id est, toto tempore, sine lassitudine, sine interuallo, sine passatione. Et quando non facis, cogitas, vt quando aliquid mali abest à manibus, à corde non absit. Aut facis malum, aut dum non potes facere, dicis malum, hoc est, maledicis. Aut quando nec hoc potes, vis, & cogitas malum. Tota die ergo, id est, sine intermissione. Expectamus huic homini pœnam. Parua sibi pœna est? Minaris ei? Tu cùm ei minaris, quò eum vis mittere, in malum? Dimitte illum in se. Vt multum sæuias, subiecturus es bestiis, in seipsum peior est bestiis. Bestia eũ lacerare corpus eius potest, ipse cor suum sanum relinquere nõ potest. Interius in seipsum sæuit, & tu exterius plagas inquiris? immo ora Deum pro illo, vt liberetur à se. Veruntamen in hoc Psalmo, fratres mei, non oratio est pro malis, aut contra malos, sed prophetia quid sit euenturum malis. Non itaque putetis ex maleuolentia Psalmum aliquid dicere. Dicitur enim in spiritu prophetiæ. Quid ergo sequitur? Tota potentia tua, & tota cogitatio iniquitatis, tota die, & meditatio malignitatis in lingua tua sine intermissione quid egit? quid fecit? Sicut nouacula acuta fecisti dolum.) Ecce quid faciunt sanctis mali, capillos radunt. Quid est q̃ dixi? Si sint tales ciues Hierusalem qui audiant vocem Domini sui, regis sui dicentis: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, Qui audiant vocem, quæ modò ex Euangelio recitata est: Quid prodest homini si totum mundum lucretur, se autem ipsum perdat, & detrimentum sibi faciat, contemnunt omnia præsentia bona, insuper & ipsam vitam. Et quid factura est nouacula Doëch, homini meditanti in hac terra regnum cælorum, & futuro in regno cælorum, habenti secum Deum, & permansuro cum Deo? Quid est factura illa nouacula? Capillos rasura, caluum factura est. Et hoc ad Christũ pertinet, qui in loco Caluariæ crucifixus est. Facit & filiũ Chore, quod interpretatur caluitium. Nam isti capilli, superflua rerum temporalium significant. Qui quidem capilli nõ superfluè facti sunt à Deo in corpore hominũ, sed ad aliquod ornamentum: tamen quia sine sensu præciduntur, illi qui adhærent corde Deo, sic habent ista terrena tanquã capillos. Sed aliquando & aliquid boni de capillis operandum est, quando frangis panẽ esurienti, egenum sine tecto inducis in domum tuam, si videris nudum, vestis. Postremò etiam ipsi martyres imitantes Dominum, sanguinem pro Ecclesia fundentes, audientes vocem illam, Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere, quodammodo de capillis suis bene nobis fecerunt: id est, de his rebus quas potest amputare vel radere illa nouacula. Quia ergo & de ipsis capillis boni aliquid fieri potest: significauit & illa mulier peccatrix; quæ cùm fleuisset super pedes Domini; capillis suis tersit: quos lachrymis

A
B
C
D
Hest. 14. b.
Matt. 10. c
Matt. 16. d
1. Reg. 21. a.
Matt. 27. d.
1. Paral. 6. b
Esa. 58. b.
1. Ioan 3. c
Luce 7. f.

rigauit, significans, quia cùm misertus fueris alicuius, debes & subuenire, si potes. Cùm enim misereris, tanquam lachrymas fundis, cùm subuenis, capillis tergis. Et si hoc cuicunque, quanto magis pedib. Dñi? Qui sũt pedes Domini? Euangelistæ sancti, de quib. dictum est: Esa. 52. b. Quã speciosi sunt pedes eorum qui annunciant pacem, Rom. 10. c. qui annunciãt bona? Ergo acuat sicut nouaculam linguã suã Doëch, acuat dolum quantum potest, ablaturus est superflua tẽporalia, nunquid necessaria sempiterna? Dilexisti malitiam super benignitatem.) Ante te erat benignitas, ipsam diligeres. Non enim aliquid eras erogaturus, aut quod diligeres de longinqua nauigatione allaturus eras. Benignitas ante te, iniquitas ante te, cõpara & elige. Sed fortè habes oculum quo videas malignitatem, & nõ habes oculum quo videas benignitatem. Væ iniquo cordi. Quod pcius est, auertit se, ne vi Psal. 53. deat quod videre potest. Quid enim de talibus alio loco dictũ est? Noluit intelligere vt bene ageret. Nõ enĩ dictum est, nõ potuit, sed noluit, inquit, intelligere vt bene ageret, clausit oculos à luce præsenti. Et quid sequitur? Iniquitatem meditatus est in cubili suo, hoc est, in interiori secreto cordis sui. Tale quid obiicitur huic 1. Reg. 21. c. Doëch Idumæo, maligno corpori, motui terreno, non permanenti, non cælesti. Dilexisti malitiam super benignitatem. Nam vis nosse quã videat malus vt rũque, & illud potius eligat, hinc se auertat? Quare clamat quãdo iniquè aliquid patitur? Quare tunc exaggerat quãtum potest iniquitatẽ, & laudat benignitatem, reprehẽdens eum qui in illo operatus est malignitatẽ super benignitatẽ? Sit ergo regula sibi ad videndum, de seipso iudicabitur. Porrò si faciat quod scriptum est: Diliges proximum tuum tanquam teipsum, Et quæ vultis vt fa Matt. 22. d. ciãt vobis homines bona, hæc & vos facite illis, apud se habet vnde nouerit: quia quod sibi non vult fieri, nõ debet facere alteri. Dilexisti malitiam super benignitatem. Inique, inordinate, & peruerse vis leuare aquã super oleum, demergetur aqua, oleum supereminebit. C Ponere vis sub tenebris lucem, fugabũtur tenebræ, lux manebit. Super cælum terram vis collocare, pondere suo cadet terra in locum suum. Tu ergo mergeris diligendo malitiam super benignitatem. Nam nunquam benignitatem malitia superabit. Dilexisti malitiã super benignitatem. Iniquitatẽ magis quã loqui æquitatẽ.) Ante te est æquitas, ante te est iniquitas. Vnam linguã habes, quò vis eam vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? Cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? Sicut eligis quo vescaris: sic elige quod loquaris. Præponis ergo iniquitatem æquitati, & præponis malitiam benignitati. Tu quidem præponis, sed supra esse quid potest nisi benignitas & æquitas? Sed tu imponẽdo te quodammodo super ea quæ necesse est vt deorsum eant, non illa facies esse supra bona, sed tu cum eis mergeris in mala. Propter hoc sequitur in Psalmo: D Dilexisti omnia verba submersionis.) Eripe ergo te, si potes, à submersione. Naufragium fugis, & plumbũ amplecteris. Si nõ vis mergi, tabulã apprehẽde, ligno portare, crux te perducat. Nunc ergo quia Doëch es Idumæus, motus & terrenus, quid facis? Dilexisti omnia 1. Reg. 21. c. verba submersionis. Linguam dolosum.) Hæc pcessit, verba submersionis secuta sunt linguã dolosam. Quid est lingua dolosa? Ministra fallaciæ est lingua dolosa, aliud in corde gestantium, aliud ore promentium. Sed in his subuersio, in his submersio est. Propterea Deus destruet te in finem.) Et si nunc videris virere tanquã fœnum in agro ante ęstum solis. Omnis enim caro fœ- Esaiæ 40. b num, & claritas hominis vt flos fœni. Fœnum aruit, & flos decidit, verbũ aũt Domini manet in æternũ. Ecce quò te teneas, ad id quod manet in æternum. Nam ad A fœnum, & ad florem fœni si te tenueris, quoniã fœnũ arescet, & flos decidet, destruet te Deus in finem. Et si non modò, certè in finem destruet, quando illud ventilabrum venerit, & aceruus paleæ à massa separatus fuerit. Nónne massa in horreo, & palea in ignẽ? Nón- Matth. 3. c. & 13. d. ne totus iste Doëch ad sinistram stabit, quando dictu- rus est Dominus: Ite in ignem æternum qui paratus est Matth. 25. d. diabolo & angelis eius? Destruet ergo te Deus in finẽ: Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo.) Modò ergo Doëch iste Idumæus est in tabernaculo, sed seruus nõ manet in domo in æternum. Operatur & iste a- Ioan. 8. d. liquid boni, etsi nõ factis suis, saltem verbis Dei, vt in Philip. 2. c Ecclesia quando sua quærit, saltem quæ Christi sunt dicat. Sed emigrabit te de tabernaculo tuo. Amen di- Matth. 6. c. co vobis, perceperunt mercedem suam. Et radicẽ tuã de terra viuentium.) Ergo in terra viuentium nos debemus habere radicẽ. Radix nostra ibi sit. In occulto B est radix. Fructus videri possunt, radix videri nõ potest. Radix nostra charitas nostra, fructus nostri, opera nostra. Opus est vt opera tua de charitate procedãt, tunc est radix tua in terra viuentium. Inde eradicabitur iste Doëch, nec omnino poterit ibi permanere, quia nec al 1. Reg. 2. c tius ibi fixit radicẽ. Sed quomodo illa semina in petra, Matth. 13. a & si radicẽ emittũt, tamen quia humorem nõ habent, sole orto continuò arescunt. At verò illi qui altius figũt radicem, quid audiunt ab Apostolo? Flecto genua mea Ephes. 3. c. pro vobis ad patrem Dñi nostri Iesu Christi, vt sitis in charitate radicati & fundati. Et quia ibi iam radix, vt possitis, inquit, comprehendere quæ sit altitudo, latitudo, lõgitudo & profundũ. Scire etiam supereminentẽ scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Talibus fructibus digna est tanta radix, tã simplex, tã germinãs in germine, tã alta, & fundata & profunda. At verò huius radix eradicatur de terra viuentium. Et videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt.) Quando timebunt? Quando ridebunt? Intelligamus ergo & discernamus duo ista tempora satis vtiliter timendi & ridendi. Quãdiu enim sumus in hoc seculo, nondum est ridendum, ne postea ploremus. Legimus quid seruetur in finẽ huic Doëch, 1. Reg. 11. c legimus, & quia intelligimus & credimus videmus, sed timemus. Hoc ergo dictũ est: Videbunt iusti, & timebunt. Quamdiu videmus quid euenturum sit in finem malis, quare timemus? Quia dixit Apostolus: In timo- Philip. 2. b re & tremore vestram ipsorum operamini salutẽ. Quia dictum est in Psalmo: Seruite Domino in timore, & ex- Psal. 2. sultate ei cum tremore. Quare cum timore? Quapro- 1. Cor. 10. c pter qui se putat stare, videat ne cadat. Quare cũ tremo re? Quia dicit alibi: Fratres, si præoccupatus fuerit ho- Gal. 6. c. mo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris. Ergo iusti qui sunt modò, qui viuunt ex fide, sic vident istũ Doëch quid illi euenturum sit, vt tamen timeant & sibi, quid enim sunt hodie, sciũt, quid cras futuri sint, nesciunt. Modò ergo videbunt iusti, & timebunt. Quando autem ridebunt? Quando transierit iniquitas, quando transuolauerit (sicut iam ex magna parte transuolauit) tempus incertum, quando fugatæ fuerint tenebræ huius seculi, in quibus modò nos ambulamus ad lucernam scripturarum, & ideo timemus tanquam in nocte. Ambulamus enim ad prophetiam, de qua dicit Apostolus Petrus: Habemus certiorem 2. Pet. 1. d. propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, sicut lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quamdiu ergo ad lucernam ambulamus, necesse est vt cum timore viuamus. Cùm autẽ venerit dies noster, id est,

id est, manifestatio Christi, de qua idem dicit Apostolus: Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos Coloss. 3. a. apparebitis cum ipso in gloria, tunc iusti irridebũt istũ 1. Reg 21. c. Doëch. Non est enim iam subueniendi locus quomodo nunc, quando vides hominem iniustè viuẽtem, vis cum illo laborare vt corrigas, quia qui iniustus est, cõuersus poterit iustus esse, quomodo & iustus auersus poterit iniustus esse. Itaque nec de te præsumas, nec de illo desperes, & da operam quantum potes, si benignus es, si nõ diligis malitiam super benignitatem, vt ambulantem hominem in via mala & errantem, corrigas ad viam bonam. Tunc verò cùm venerit iudicij tempus, correctionis locus nõ erit, sed tantùm damnationis, & erit ibi pœnitentia, sed infructuosa, quia sera. Vis vt fiat fructuosa? nõ sit sera. Considera, hodie te corrige Reus es, ille iudex est: corrige reatum tuum, & gaudebis ad iudicem. Hodie enim hortatur te, ne iudicet te, & qui iudex tuus futurus est, ipse est hodie aduocatus tuus. Tunc ergo fratres, restat ridendi tempus. Nam ipsam B irrisionem iniquorum quæ futura est iustis, significauit liber ille Sapientiæ. In suorum enim amicorum animas cùm transfert se sapientia, factura est quod dixit: Increpabam, & non exaudiebatis, loquebar, & meis sermo- Prouer. 1. c. nibus non intendebatis, & ego vestræ perditioni superridebo. Hoc fiet tunc à iustis in istum Doëch. Modò autem videamus & timeamus, ne hoc simus quod in eũ dicimus. Et si eramus hoc, esse desinamus, vt modò timentes, postea rideamus. Quid autem tunc dicẽt qui ridebũt? Et super eũ ridebunt. Et dicent: ecce homo qui nõ posuit Deũ adiutorẽ suũ.) Videte corp° terrenum. Quantum habebis, tantus eris. Prouerbiũ auarorum, rapacium, innocentes opprimentium, res alienas inuadentium, commẽdata negantium. Quale hoc prouerbium? Quantum habebis, tãtus eris, id est, quãtum habueris pecuniæ, quantum plus acquisieris, tãtò plus poteris. Ecce homo qui nõ posuit Deum adiutorẽ suum: Sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ.) C Non dicat pauper fortè malus, ego non sum de hoc corpore. Audiuit enim Prophetam, dicentem: Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, cõtinuò si pauper est attendit pannos suos, respexit iuxta se fortè diuitem in populo Dei ornatius vestitũ, & ait in corde suo: De isto dicit. Nunquid de me? Noli inde te excipere, noli separare, nisi videris & timueris, vt postea rideas. Nam quid tibi prodest si eges facultate, & ardes Matth. 19. c cupiditate? Quando Dominus noster Iesus Christus abeũti à se illi diuiti contristato dixerat: Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni sequere me, & magnã desperationẽ Ibidem c. diuitibus prænunciarat, vt diceret: Facilius posse camelum trãsire per foramẽ acus, quã diuitem intrare in regnum cælorum, nónne continuò discipuli contristati sunt, dicentes apud seipsos: Quisnã poterit saluari? Ergo quando dicebãt, quisnã poterit saluari, diuites pau- D cos attendebant. Latebat eos tanta pauperum multitudo? Non sibi poterant dicere, si difficile est, imò impossibile, vt intrent diuites in regnum cælorum, sicut impossibile est vt intret camelus per foramen acus, omnes pauperes intrant in regnum cęlorum, diuites soli excluduntur: Quot sunt enim diuites? At verò pauperum milia innumerabilia. Non enim tunicas inspecturi sumus in regno cælorum: sed vestis cuique fulgor iustitiæ deputabitur. Erunt ergo pauperes æquales angelis Dei induti stolis immortalitatis, & fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Quid nobis est de diuitibus paucis solicitos esse aut laborare? Non hoc senserunt Apostoli, sed cum Dominus hoc dixisset, Facilius est camelũ Matth. 19. transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cælorum, illi apud se dicentes, Quisnam poterit A saluari, quid attenderunt? Non facultates, sed cupiditates. Viderunt enim etiam ipsos pauperes, & si non habentes pecuniam, tamen habere auaritiã. Et vt noueritis non pecuniam in diuite, sed auaritiam condemnari, aduertite quod dico: Respicis illum diuitem stantẽ iuxta te, & fortè in illo est pecunia, & nõ est auaritia, in te nõ est pecunia, & est auaritia. Pauper vlcerosus, ærumnosus, linctus à canibus, non habens opem, nõ habens escam, non habens fortè ipsam vestem, ablatus est ab angelis in sinũ Abrahæ. Eia tu pauper gaudes mo Lucæ 16. c. dò, nunquid nam tibi & vlcera optanda sunt? Nónne patrimonium tuum sanitas est? Non est in hoc Lazaro meritum paupertatis, sed pietatis. Nam vides qui sublatus est, nõ vides quò sublatus est. Quis est sublatus ab angelis? Pauper ærumnosus, vlcerosus. Quò sublatus Gen. 13. b. est? In sinum Abrahæ. Lege Scripturas, & inuenies diuitem Abrahã: Vt noueris, quia non diuitiæ culpantur, B habebat Abraham multum auri, argenti, pecorum, fa- Lucæ 16. c. miliæ. Diues erat, & in eius sinum Lazarus pauper sublatus est. In sinu diuitis pauper. An potius ambo Deo diuites, ambo cupiditate pauperes? Quid ergo in hoc Doëch culpat Scriptura? Non dixit: Ecce homo qui Psal. 51. fuit diues; sed, ecce homo qui non posuit Deum adiutorẽ suũ, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ. Non quia habuit diuitias, sed quia in ipsis sperauit, & in Deo nõ sperauit. Ideo dãnatur, ideo punitur, ideo mouetur de tabernaculo tanquã motus ille terrenus, sicut puluis quem proiicit vẽtus à facie terræ, ideo extirpatur radix eius de terra viuentium. Nunquid huic similes sunt diuites, de quibus Paulus Apostolus loqui- 1. Tim. 6. d tur: Præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere, sicut Doëch, neque sperare in incerto diuitiarum, sicut ipse sperauit in multitudine diuitiarum suarũ, sed in Deo viuo, nõ quomodo iste qui nõ posuit Deũ adiutorẽ suũ? Deniq; ille quid præcepit? Diuites sint in operib. bonis, facilè tribuãt, cõmunicent. Et quid si facilè tribuerint, si cõmunicauerint nõ habenti? Intrabũt Matth. 19. c per foramen acus? Intrabũt planè. Nam & pro illis iam ipse camelus intrauit. Ipse eũ prior intrauit, quẽ sicut camelum nemo sarcina passionis oneraret, nisi ipse se in terram deponeret, quia & ipse hoc dixit: Quod hominibus impossibile est, Deo facile est. Damnatur ergo iste Doëch, timeant de illo modò iusti: rideant sup cũ postea iusti. Meritò enim damnatur, qui non posuit Deum adiutorem suum sicut tu, qui fortè habes pecuniam: sed de Deo præsumis, nõ de pecunia. Et sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ. Similis factus est illis: Psal. 143. qui cũ dicerent: Beatus populus cui hæc sunt, id est, ista terrena, retulit cõtinuò iste qui ĩsultat huic Doëch: Beatus populus cuius est Dñs Deus ipsius. Nã illa in quibus dixerũt beatũ populũ: enumerat Psalmus. Locuti sunt enim tanquã filij alieni: tanquã iste Doëch Idumæus, id est, terrenus. Os eorum locutum est vanita- Ibidem. tẽ: dextera eorum dextera iniquitatis. Quorũ filij ipsorum sicut nouellæ cõstabilitæ in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: & ornatæ sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc: Oues eorum fœcundę: multiplicantes in exitibus suis: boues eorum crassæ. Non est ruina sepis, nec exitus, neq; clamor in plateis eorũ. Quasi magnam felicitatem videntur habere pacis terrenæ. Sed ille qui terrenus est, etiã motus est: id est, tanquam puluis quem proiicit vẽtus à facie terræ. Deniq; quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerint: nam & boni habẽt ista. Sed quid? Hoc intendite: ne passim diuites reprehendatis: & rursus ne de paupertate & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de diuitiis, quanto magis non

est præsumendum de paupertate, sed de Deo viuo: In quo ergo isti notantur? Quia beatum dixerunt populũ cui hæc sunt. Ideo filij alieni, ideo os eorum locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. A Tu autẽ quid? Beatus populus cuius est Dominus Deꝰ ipsius. Ergo isto damnato quid? Spetauit in multitudine diuitiarum suarum: Et præualuit in vanitate sua.) Quid enim vanius eo, qui putat plus valere numum quàm Deum? Ergo isto damnato, qui dixit beatum populum cui hæc sunt, tu quid dicis? Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius. Quid de te sentis? Quid tibi speras? Ego autem, iam modò corpus illius audi. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.) Non vnus homo loquitur, sed oliua illa fructifera, vnde amputati sunt superbi illi rami, & insertus humilis oleaster. Sicut oliua fructifera in domo Domini: Speraui
Rom. 11. c. in misericordia Dei.) Ille quid? In multitudine diuitiarum suarum, ideo radix eius euelletur de terra viuentium. Ego autem quia sicut oliua fructifera in domo Dei, cuius radix nutritur, nõ eradicatur, speraui in misericordia Dei. Sed fortè modò. Nam & hinc errant homines aliquando. Deum quidem colunt, & nõ sunt iam similes isti Doëch. Sed quamuis de Deo præsumãt ad tẽporalia tamen, vt dicant sibi colo Deum meum, qui me facturus est diuitem in terra, qui mihi filios daturus est, qui mihi vxorem daturus est. Talia quidẽ non dat nisi Deus, sed nõ vult se propter talia diligi Deus. Ideo enim sæpe ista dat & malis, vt aliud ab illo discant quærere boni. Quomodo ergo tu dicis: Speraui in misericordia Dei? Fortè ad temporalia adipiscenda? Imò. In æternum & in seculum seculi.) Quod dixit, in æternũ, repetere voluit adiiciendo, in seculum seculi, vt cõfirmaret ibi repetendo, quã fundatus esset in dilectione regni cælorum, & in spe æternæ felicitatis. Confitebor tibi ĩ seculũ, quoniã tu fecisti.) Quid fecisti? Doëch damnasti, Dauid coronasti. Confitebor tibi in seculũ, quoniam tu fecisti. Magna confessio, quoniam tu fecisti. Quid fecisti, nisi hæc ipsa quæ suprà dicta sunt, vt tãquã oliua fructifera in domo Dei, sperarem in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi? Tu fecisti,
Rom. 4. a. impius iustificare se non potest. Sed quis est qui iustifi-
1. Cor. 4. b. cat? Credenti, inquit, in eũ qui iustificat impiũ. Quid enim habes q̃ nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis, quasi ex te habeas? Absit vt & ego sic glorier, ait iste qui oppositus est contra Doëch, qui tolerat Doëch in terra, donec emigret ille de tabernaculo, & eradicetur de terra viuentium. Nõ glorior quasi non acceperim, sed in Deo glorior. Et confitebor tibi, quoniam tu fecisti, id est, quia tu fecisti, non ex meritis meis, sed ex misericordia tua. Ego cũ quid
1. Tim. 1. c. feci? Si recolas, prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus. Tu autem quid fecisti? Sed misericordiã cõsecutus sum, quia ignorans feci. Confitebor tibi in seculum, quoniam tu fecisti: Et expectabo nomen tuum, quoniam iucundum est.) Amarum est seculum, sed nomen tuũ iucundũ. Et si dulcia quædã sunt in seculo, sed est amaritudine digerũtur. Præponitur nomen tuũ, nõ solũm amaritudini, sed etiam iucunditati. Narrauerũt
Psal. 118. enim mihi iniusti delectationes suas, sed nõ sicut lex tua, Domine. Neque enim si nihil dulce esset martyribus, tantas tribulationum amaritudines æquo animo sustinerent. Amaritudo eorum à quonis sentiebatur, dulcedinem eorum nõ facilè quisquam gustare poterat. Nomen ergo Dei iucundum est, amantibus Deum super omnes iucunditates. Expectabo nomen tuum, quoniam iucundum est. Et cui probas quia iucundum est? Da mihi palatum cui iucundum est. Lauda Deum quantum potes, & exaggera dulcedinem eius quibus valueris verbis. Homo nesciens quid sit mel, nisi gustauerit, quid dicas nescit. Ideo magis ad experimentum te inuitans Psalmus, quid ait? Gustate & videte, quoniã Psal. 33.
suauis est Dominus. Gustare non vis, & dicis, iucũdum est? Quid iucundum est? Si gustasti, in fructu tuo inueniatur, non in solis vocibus, tanquam tantummodo in Matth. 21. b
foliis: ne maledicto Domini arescere tanquã illa ficulnea merearis. Gustate, inquit, & videte, quoniam suauis est Dominus. Gustate & videte. Tunc videbitis, si gustaueritis. Homini autem non gustanti, vnde probas? Laudando iucunditatem nominis Dei, quantacunq; dixeris, verba sunt. Aliud est gustus. Verba laudis eius audiunt & impij, nõ autẽ gustant quàm iucundum est, nisi sancti. Proinde iste sentiẽs dulcedinem nominis Dei, & volens explicare & volens ostendere, nec inueniẽs quibus, etenim sanctis non opus est vt ostendat, quia & ipsi gustant & norunt. Impij autem sentire nõ possunt quod gustare nolunt. Quid ergo facit de iucunditate nominis Dei? Tulit se continuò à turbis impiorum: Et expectabo, inquit, nomen tuum, quia iucundum est. In conspectu sanctorum tuorum.) Iucundum est nomẽ tuum, sed non in conspectu impiorum. Ego quàm dulce sit scio, sed his qui gustauerunt.

B IN PSALMVM LII. ENARRATIO.

PSALMVM istum vobiscum tractandum, quantum Dominus suggerit, suscepimus. Iubete fratres vt velimus, & orate vt possimus. Si quid festinatione fortè prætermisero, implebit in vobis qui & nobis dare dignatur quod dicere potuerimus.

Titulus eius est:

In finem pro Maeleth, intellectus ipsi Dauid.

PRo Maeleth, sicut in Hebræorum interpretationibus nominum inuenimus, videtur dicere pro parturiente siue dolente. Quis autem in hoc seculo parturiat & doleat, agnoscunt fideles, quia inde sunt. Christus hic parturit, Christus hic dolet, caput esse sursum, Act. 9. a.
membra deorsum. Neque enim non parturiẽs nec dolens diceret: Saule Saule, quid me persequeris? Quo persequente parturiebat eũ, cõuersum parturire fecit. Nãque & ipse postea illuminatus est, & illis quæ persequebatur membris insertus, eadem charitate prægnãs dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christꝰ Galat. 4. c.
formetur in vobis. Pro mẽbris igitur Christi, pro cor-
C pore eius quod est Ecclesia, pro vno ipso homine, id Colossa. 1. d
est, pro ipsa vnitate cuius caput sursum est, Psalmus iste cantatur. Gemit autem & parturit, & dolet iste homo. Quare, & inter quos: nisi quia accepit & cognouit à Matth. 24. b
capite suo, dicẽte: Abundauit iniquitas, & refrigescet charitas multorum? Si autem abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum: quis remanebit qui parturiat? Sequitur: Qui perseueraueri vsq. in finẽ, hic saluus erit. Vnde esset magnũ perseuerare, nisi inter molestias & tentationes & turbationes & scandala esset perseuerandum? Nemo enim iubetur bona tolerare. Sed pro isto quia dicitur, & pro isto quia cantatur, videamus quid sit. Pro isto increpantur hic homines, inter quos gemitur, inter quos doletur, & cõsolatio do-
D lentis & parturientis in Psalmi fine depromitur & exprimitur. Qui sunt ergo inter quos parturimus & gemimus, si in corpore Christi sumus, si sub illo capite viuimus, si in membris eius deputamur, qui sunt igitur, audi. Dixit imprudẽs in corde suo, non est Deus.) Tale genus est hominum, inter quos dolet & gemit corpus Christi. Si tale hoc hominum genus est, nõ multos parturimus, quantum videtur occurrere cogitationib. nostris, perpauci sunt. Et difficile est vt incurramus in ho-
Psal. 13. minem qui dicat in corde suo, non est Deus, tamen sic

sic pauci sunt, vt inter multos timendo hoc dicere, in corde suo dicant, quia ore dicere non audent. Nõ ergo multum est quod iubemur tolerare, vix inuenitur. Rarum hominum genus est qui dicant in corde suo, nõ A est Deus. At verò alio intellectu discusso, inuenitur esse in pluribus, quod in paucis & raris & penè in nullis esse putabamus. Prodeant in medium qui malè viuunt, inspiciamus facta flagitiosorum, facinorosorum, sceleratorumque hominum, quorum magna turba est: qui fouent quotidie peccata sua, qui factis in consuetudinẽ versis etiam verecundiam perdiderunt. Hæc tanta hominum multitudo est, vt inter eos positum corpꝰ Christi, vix audeat reprehendere, quod non cogitur admittere, & pro magno sibi putet seruari integritatem innocentiæ, ne faciat quod culpare iam per consuetudinẽ, aut non audeat, aut si ausus fuerit, facilius erumpat re-
B prehensio & reclamatio eorum qui malè viuũt, quàm vox libera eorum qui bene viuunt. Et isti tales sunt, vt dicant in corde suo, nõ est Deus. Tales conuinco. Vnde conuinco? Facta sua Deo placere arbitrãtur. Nõ aliqui ergo ait, dicunt: sed dixit imprudens in corde suo, non est Deus. Qui vsqueadeò credũt esse Deum, vt eidem Deo arbitrentur placere quod faciunt. Atq. si intelligas prudens, quia imprudens dixit in corde suo, nõ est Deus, si aduertas, si intelligas, si discutias, qui putat Deo placere facta mala, non eum putat Deum. Si enim Deus est, iustus est, si iustus est, displicet ei iniustitia, displicet iniquitas. Tu autem cum putas ei placere iniquitatem, negas Deum. Si enim Deus est cui displicet iniquitas, tibi autem nõ videtur esse Deus cui displicet iniquitas, nõ est autem Deus, nisi cui displicet iniquitas, cũ dicis in corde tuo, fauet iniquitatibus meis Deus, nihil aliud dicis quã, non est Deus. Referamus nos ad illũ intellectum, qui & de ipso Christo Domino nostro, de
Philip. 2. b. ipso capite nostro occurrit. Ipse enim cùm in forma seruꝰ appareret in terra, dixerunt qui eũ crucifixerunt, nõ est Deus. Quia filius Dei erat, vtiq; Deus erat. Sed illi qui corrupti sunt & abominabiles facti sunt, quid dixerunt? Non est Deus. Occidamus eum, nõ est Deus. Ha-
Sap. 2. b. c bes vocem ipsorum in libro Sapientiæ: sed primò illos vide corruptos, vt possint dicere in corde suo, non est
Psal. 13. Deus. Præmisso enim versu: Dixit imprudens in corde suo, non est Deus, tanquã causæ quærerẽtur vnde hoc possit dicere imprudens, subiecit: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.) Audi illos corruptos. Dixerunt enim apud se non rectè cogitantes. Cœpit corruptio à mala fide, inde itur in turpes mores, inde in acerrimas iniquitates, gradus isti sunt.
Sap. 2. a. Quid enim apud se dixerunt cogitantes nõ rectè? Exiguum & cum tædio est vita nostra. Ab hac mala fide sequitur illud quod & Apostolus dixit: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Ibi autẽ latius luxuria
1. Co. 15. d. Sap. 1. b. ipsa describitur: Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Post
D illã descriptã latius luxuriã, quid sequitur? Occidamus pauperem iustum, hoc est ergo dicere, non est Deus. Lenia videbantur iam dudum loqui: Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Quid delicatius, quid lenius? Sperares de hac lenitate cruces, gladios? Noli mirari, lenes sunt, & radices spinarum. Si quis eas contrectet, nõ pungitur: sed quo pungeris, inde nascitur. Corrupti ergo isti, & abominabiles facti sunt in iniquitati-
Matth. 27. c bus suis. Dixit imprudens in corde suo, nõ est Deus. Si filius Dei est, descendat de cruce. Ecce apertè dixere, nõ est Deus. Sed quomodo inter illos gemit corpus Christi? Gemuerunt inter illos Apostoli qui tunc fuerunt, & discipuli Christi. Ad nos isti quid pertinent? Quomodo inter hos nos parturim?? Adhuc sunt qui dicũt Christus nõ est Deus. Hoc dicũt pagani qui remãserunt: hoc ipsum dicunt ipsi Iudæi, qui ad testimoniũ confusionis suæ vbique diffusi sunt, hoc dicunt & hæ-
C tici multi. Namque & Artiani dixerunt: nõ est Deus, Eunomiani dixerunt: nõ est Deus. Huc accedit fratres, quia & illi de quibus paulò antè dixi, qui malè viuunt, nihil aliud dicunt quàm, nõ est Deus. Cũ enim dicimꝰ eis, Christum venturum iudicem ad iudiciũ, quod dicunt Scripturæ quę nõ fallunt: illi autem magis aurem præbentes serpenti suggerenti, non morte morieris, q̃ dixerat in paradiso, contra veritatem Dei constituẽtis Gen. 3. b.
& dicẽtis: morte morieris: ita faciunt mala vt dicant sibi: veniet Christus, & dabit indulgentiam omnib. Ita Gen. 2. c.
ergo mendax est ille qui dixit: quia separabit iniquos ad sinistram, separabit iustos ad dexteram. Iustis dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod
B paratum est vobis ab origine mundi. Iniquis dicet: Ite Matth. 25. c
in ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis ei?? Quomodo ergo omnibus dabit indulgentiam? Quomodo neminem damnabit? Ergo mentitur. Hoc est dicere, nõ est Deus. Vide ergo ne fortè tu mentiaris. Tu enim homo es, ille Deus. Deus enim verax, omnis autẽ homo mendax. Sed quid de istis ô corpus Christi? Se-
Psal. 115. para te interim corde & vita, nec imiteris, nec assuescas, nec annuas, nec approbes, magis autẽ & redargue. Quid enim attendis ad istos qui hæc dicunt? Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatib. suis. Nõ est qui faciat bonum. Dñs de cęlo prospexit super filios hominũ, vt videret si est intelligens aut requirẽs Deũ.) Quid est hoc? Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt Psal. 13.
isti oẽs qui dicunt, nõ est Deus? Et quid hoc latebat Deum, tales esse factos? aut verò nobis eorum interior cogitatio aperiretur, nisi ab illo diceretur? Si ergo nouerat, si sciebat, quid est hoc quod dictum est: q̃ de cæ-
C lo prospexit super filios hominum, vt videret si est intelligens aut requirens Deum? Quærentis enim verba sunt, nõ sciẽtis? Deus de cælo prospexit super filios hominum, vt videret si est intelligens aut requirens Deũ. Et tanquã inueniret quod quæsiuit inspiciendo, & de cælo prospiciendo, dicit sententiam. Omnes declina- Psal. 15.
uerunt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonũ, Rom. 3. b.
non est vsque ad vnum.) Duæ quæstiones oriuntur aliquantulum difficiles. Si enim respicit de cælo Deus, vt videat si ẽ intelligens aut requirens Deũ: subintrat cogitatio imprudenti, quia non omnia nouit Deus. Hæc vna quæstio est. Quę est altera? Si non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnũ, quis est ille qui parturit inter malos? Illa ergo sic soluitur quæstio, quia plerunq; ita loquitur Scriptura, vt quod dono Dei creatura facit, Deus facere dicatur, vt, verbi gratia: cùm misereris pauperis, quia dono Dei facis, Deus miseretur. Cùm cognoscis qui sis, quia illo allucente facis, si is es qui dicas: Tu illuminabis lucernam meam Domine Deus Psal. 17.
meus, illuminabis tenebras meas, quod Deo donante
D & faciente cognoueris, ille cognoscit. Nam vnde est. Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis illum? Quid est vt sciat? Vt dono suo scire vos faciat. Deut. 13. b
Sic ergo & hic Deus de cælo prospexit super filios hominum, vt videret, si est intelligens aut requirens Deum. Assit ipse, & donet nobis, vt quod cor nostrum fecit concipere, faciat & parere. Apostolus dicit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spi-
1. Cor. 2. c. ritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Hoc spiritu ergo quo cognoscimus quæ à Deo donata sunt nobis, discernimus inter nos & eos quib. hæc donata nõ sunt, & ex nobis illos cognoscimus. Quia si nos aliquod bonum habere non potuisse intelligimus, nisi illo donante & largiente à quo sunt

omnia bona: simul intelligimus nihil tale posse habere
eos quibus hæc Deus non donauit. Ista dignoscentia
nobis ex spiritu Dei est, & eo quo videmus hoc, Deus
1.Cor.2.c. videt: quia id Deus facit vt videamus. Hinc enim dictũ
est & illud: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam altitu-
dinem Dei: non quia ille scrutatur qui nouit omnia, sed
quia tibi donatus est spiritus, qui & te scrutari facit. Et
quod dono ipsius tu facis, ille facere dicitur, quia sine
illo tu nõ faceres, ergo Deus facere dicitur, cũ tu facis.
De dono spiritus filiorum quib. datus est spiritus Dei,
respiciunt super filios hominũ, vt videant si est intelli-
gens aut requirens Deum. Sed quia id dono Dei & spi-
ritu Dei faciunt, Deus hoc facere dicitur: velut prospi
Philip.3.d. cere & videre. Quare autem de cælo, si hoc homines
faciunt? Quia dicit Apostolus: Nostra autem cõuersa-
tio in cęlis est. Vnde enim hoc facis vt videas, vnde ꝓ-
spicis vt intelligas? Nónne corde? Si corde hoc facis
Christiane, vide si sursum cor habeas. Si sursum cor ha
bes, de cælo in terram prospicis. Et quia hoc dono Dei
facis, Deus de cælo prospicit super filios hominum. Il-
la igitur quæstio pro modulo nostro sic soluta est. Quid
est quod prospiciẽtes agnoscimus? Quid est quod pro-
spiciens Deus agnoscit? Quicquid hic donat agnoscit.
Audi quid. Quia omnes declinauerunt, simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bonum, nõ est vsq. ad vnũ.
Quæ igitur illa quæstio est, nisi quã paulò antè cõme-
morauí? Si non est qui faciat bonum, nõ est vsq. ad vnũ,
nemo restat qui gemat inter malos. Expecta, inquit
Dominus, noli citò ferre sententiam. Donaui homini-
bus bene facere: sed ex me, inquit, non ex se. Ex se em
mali sunt. Filij hominũ sunt, quando malè faciunt, qũ
bene, filij mei. Hoc enim facit Deus, ex filiis hominum
filios Dei: quia ex filio Dei fecit Deus filium hominis.
Videte quæ sit illa participatio: promissa quidem est
nobis participatio diuinitatis. Mentitur qui promisit, si
non est prior factus particeps mortalitatis. Filius enim
Dei particeps nostræ mortalitatis effectus est, vt mor- C
talis homo fiat particeps diuinitatis suæ. Qui tibi pro-
misit communicandum tecum bonum suum, prius te-
cum communicauit mala tua. Qui tibi promisit diuini
tatem, ostendit in te charitatẽ. Ergo tolle quod homi-
nes filij Dei sunt, remanet quod filij hominũ sunt. Non
est qui faciat bonũ, non est vsq. ad vnum. Nónne sciẽt
omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant popu
lũ meum in cibo panis?) Nónne scient? Nónne illis o-
stendetur? Dic, minare, loquere ex parturiente & dolẽ-
te. Populus enim tuus deuoratur in cibo panis. Est er-
go hic populus Dei qui deuoratur? Certè nõ est qui fa-
ciat bonũ, nõ est vsque ad vnum. Respondetur ex illa
regula. Sed iste populus qui deuoratur, iste populus qui
patitur malos, iste qui gemit & parturit inter malos, iã
ex filiis hominum filij Dei facti sunt, & ideo deuora-
Psal.13. tur. Consilium enim inopis confudistis, quoniam Dñs
spes eius est. Plerunque enim vt deuoretur populus D
Dei, hoc ipsum in illo cõtemnitur, quia populus Dei ẽ.
Rapiam, inquit, & expoliam, si Christianus est, quid
mihi facturus est? Loquitur pro illo, qui loquitur pro
parturiente, & minatur deuorantibus, dicens: Nónne
scient omnes, qui operantur iniquitatem? Nam & ille
Psal.49. qui videbat furem, & concurrebat cum eo, & cũ adul-
teris portionẽ suã ponebat, sedens aduersus fratrẽ suũ
detrahebat, & aduersus filium matris suæ ponebat scã-
dalum: dixit in corde suo, nõ est Deus. Ideo hoc illi di-
Ibidem. citur: Hæc fecisti, & tacui. Suspicatus es iniquitatem ꝙ
ero tui similis: hoc est, non ero Deus, si ero tibi similis.
Sed quid sequitur? Arguam te, & statuam te ante faciẽ
tuam. Sic & hic arguã te, & statuam te ante faciem tuã.
Nõ vis modò nosse vt tibi displicẽas, nosces vt plangas.

Non enim demonstraturus est Deus iniquis iniquitatẽ
A suã: Si nõ est demõstraturus, qui erunt qui dicturi sunt:
Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia Sap.5.b.
quid cõtulit nobis? Tunc ergo scient qui modò scire
nolũt. Nónne scient omnes, qui operantur iniquitatẽ,
qui deuorãt populum meum. In cibo panis?) Quid ad-
didit in cibo panis? Tanquam panem manducant po-
pulum meum. Cætera enim quæ manducamus, possu-
mus modò illa, modò illa. Nõ semper hoc olus, nõ sem-
per hanc carnem, nõ semper hæc poma: semper autem
panem. Quid est ergo, deuorant populum meum in ci-
bo panis? Sine intermissione, sine cessatione deuorant:
qui deuorant populum meum in cibo panis. Deum nõ
inuocauerunt.) Cõsolatur gementem, & maximè ex
commemoratione, ne imitando malos, qui plerunque
prosperãtur, delectetur fieri malus. Seruatur tibi quod
tibi promissum est. Spes illorum præsens est, tua futura
est: sed illorum fluxa, tua certa: illorũ falsa, tua vera. Illi
B enim Deum non inuocauerunt. Nónne quotidie tales
rogant Deum? Non rogant Deum. Attendite, si possi-
mus hoc dicere adiuuante ipso Deo. Deus gratis se vult
coli, gratis se vult diligi, hoc est, castè amari: nõ propter
ea se amari, quia dat aliquid præter se, sed quia dat se.
Qui ergo inuocat Deum vt diues fiat, Deum non inuo-
cat, hoc enim inuocat quod ad se vult venire. Quid e-
nim est inuocare, nisi vocare? se? In se ergo vocare, hoc
dicitur inuocare. Nam cùm dicis: Deus da mihi diuitias:
non vis vt ipse Deus ad te veniat, sed vis vt diuitiæ ve-
niant ad te. Quod vis vt ad te veniat, hoc inuocas. Si au
tẽ Deum inuocares: ipse ad te veniret, ipse esset diuitiæ
tuæ. Nunc autem vis habere arcam plenam, & inanem
conscientiam. Deus nõ implet arcam, sed pectus. Quid
tibi prosunt exteriores diuitiæ, si te interior premit ege
stas? Ergo isti qui propter secularia commoda, qui pro-
pter terrena bona, qui propter vitam præsentẽ & terre
nã felicitatẽ inuocant Deum, nõ inuocant Deum. Pro-
pterea quid de illis sequitur? Ibi timuerunt timore, vbi
nõ erat timor.) Nunquid enim timor est, si quis perdat
diuitias? Non est ibi timor, & ibi timetur. Si quis autem
perdat sapientiam, ibi verè timor est: & ibi nõ timetur.
Audi, dignosce, tales intellige. Commendatur nescio
cui saccellus, non vult reddere, pro suo computat, non
putat posse repeti, iam pro suo habebit, reddere detra-
ctat. Videat quid timeat amittere, & quid nolit habe-
re: in dubium veniunt pecunia & fides, quæ pretiosior
est, ibi grauius damnum timendum est. Tu autem vt au
rum teneas, fidem perdis. Grauiori damno percute-
ris, & tu de lucro lætatus es: ibi timuisti timore, vbi
non erat timor. Redde pecuniam. Parum dico redde:
perde pecuniam, ne fidem perdas. Tu autem reddere
pecuniam timuisti, & fidem perdere voluisti. Marty-
res non aliena tulerunt: sed etiam suam fidem ne a-
mitterent, propria contempserunt. Et parum fuit per-
D dere pecuniam, quando proscripti sunt, perdiderunt
& animam suam, quando passi sunt. Perdiderunt ani-
mam, vt in vitam æternam inuenirent eam. Ergo ibi Matt.10.d
timuerunt vbi timendum est. Illi verò qui Christo
dixerunt, non est Deus, ibi timuerunt vbi non erat ti- Ioan.11.f.
mor. Dixerunt enim, Si dimiserimus eum, venient
Romani, & tollẽt nobis & locum & regnum. O stul-
titia & imprudẽtia, dicens in corde suo, non est Deus.
Timuisti perdere terram, & perdidisti cælũ. Timuisti
ne venirent Romani, & tollerent tibi locum & gen-
tem. Nunquid tibi tollerent Deum? Quid ergo restat?
Quid nisi vt iam fatearis, quia tenere voluisti, & tenẽ-
do malè amisisti? Perdidisti enim & locum & gentem
occidendo Christum, & perdidisti & locum & gen-
tem & Christum. Timendo occiderunt Christum.
Sed

Sed quare hoc? Quoniam Deus dissipat ossa hominib.
Ioan.11.d. placentium.) Et volentes placere hominibus, timuerũt
perdere locum. Christus autem ipse de quo dixerunt,
nõ est Deus, maluit displicere hominibus talibus, qua-
les illi erant: filiis hominum, nõ autem filiis Dei maluit
displicere. Inde dissipata sunt ossa eorum, illius ossa ne-
mo confregit. Confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos.)
Reuera fratres, quãtum ad illos attinet, magna illis ac-
Ibidem f. cessit confusio in loco in quo crucifixerunt Dominũ,
quem ideo crucifixerunt, ne perderẽt gentẽ & locum:
nõ ibi sunt Iudęi. Deus ergo spreuit eos, & tamen spẽ-
rendo admonuit illos vt conuertantur. Modò cogno-
scant Christum, & dicant, Deus est, quem dixerunt nõ
est Deus. Redeant ad hęreditatẽ paternã, ad hæredita-
tẽ Abrahæ, Isaac & Iacob, possideant cum ipsis vitam
æternã, etsi vitã temporalẽ amiserunt. Quare hoc? Quia
ex filiis hominum facti sunt filij Dei. Nam quandiu sic
manẽt & cõuerti nolunt, nõ est qui faciat bonũ; non est B
Psal.13. vsque ad vnum: confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos.
Et tanquã ad ipsos cõuersus ait, Quis dabit ex Siõ salu-
tare Israël?) O stulti, increpastis, insultastis, colaphiza-
stis, sputis illiuistis, spinis coronastis, in crucẽ erexistis.
Quẽ? Quis dabit ex Sion salutare Israël? Nónne ipse de
quo dixistis, nõ est Deus? In auertẽdo Dominus capti-
uitatẽ populi sui.) Non enim auertit captiuitatẽ populi
sui, nisi qui voluit inter vestras man° esse captiuus. Sed
qui hoc intelligẽt? Exultabit Iacob, & lętabitur Israël.)
Gen.25.c. Verè Iacob & verè Israël, minor ille cui seruiuit maior,
ipse exultabit, quia ipse cognoscet.

IN PSALMVM LIII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulus habet fructũ prolixitatis suę,
si intelligatur. Et quia Psalmus breuis est, compẽse-
mus in mora tituli, quod in Psalmo nõ immorabimur.
Inde enim pendet omnis versus qui cantatur. Si quis
itaque cognoscat quod in domus fronte præfixum est, C
securus intrabit: nec cùm intrauerit, errabit. Hoc enim
in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non
erretur. Titulus eius sic se habet.

In finem in hymnis intellectus ipsi Dauid: Cùm ve-
nerunt Ziphęi, & dixerunt ad Saul, Nónne ecce Dauid
absconditus est apud nos?) Quòd Saul persecutor erat
sancti viri Dauid, optimè nouimus: quòd figurã gere-
bat Saul tẽporalis regni, non ad vitam, sed ad mortem
pertinẽtis, & hoc vestrę charitati nos cõmendasse me-
minimus. Itemque quòd ipse Dauid figuram gerebat
Christi, vel corporis Christi: & nosse debetis, & reco-
1.Reg.23.c. lere quod iã nostis. Quid ergo Ziphæi? Vicus quidam
erat Ziph, cuius habitatores Ziphæi dicebãtur, in quo-
rum regione se absconderat Dauid, cùm eũ vellet Saul
inuenire & occidere. Isti ergo Ziphæi cùm hoc cogno-
uissent, prodiderunt eũ regi persecutori dicẽtes: Nón-
ne ecce Dauid absclõditus est apud nos? Nihil quidem
profuit illis proditio eorum, & ipsi Dauid nihil obfuit. D
Namque animus eorum malignus demonstratus est.
Saul verò nec post eorum proditionem potuit cõpre-
1.Reg.24.a. hẽdere Dauid: sed potius in ipsius regionis quadã spe-
lunca, cum eius manibus datus esset occidendus Saul,
pepercit illi Dauid. & quod habebat in potestate, non
fecit. Ille autem quærebat facere quod in potestate nõ
habuit. Ziphæi ergo illi viderint qui fuerit: quos nobis
Psalmus ex illorum occasione intelligẽdos offerat, vi-
1.Reg.23.c. deamus. Si quæramus ergo quid interpretẽtur Ziphęi,
inuenimus, florentes. Florẽtes ergo nescio qui inimici
erant sancto Dauid, florentes latenti. Inuenimus eos in
genere humano, si Psalmũ intelligere volumus. Inue-
niamus hic primò Dauid latentẽ, & inueniemus ei ad-
Col.3.a. uersarios florentes. Attende Dauid latentem. Mortui
enim estis, dicit Apostolus, mẽbris Christi, & vita vę-

stra abscõdita est cũm Christo in Deo. Isti ergo latẽtes
quãdo erũt florẽtes? Cùm Christus, inquit, apparuerit
A vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.
Quando erunt isti florentes, tunc erunt illi Ziphæi are-
scẽtes. Cui nanque flori illorum comparetur gloria, at-
tendite. Omnis caro fœnum, & omnis honor carnis vt Esa.40.b.
flos fœni. Quis finis? Fœnum aruit, & flos decidit. Vbi
tunc erit Dauid? Vide quid sequitur: Verbum autẽ Do-
mini manet in æternũ. Illa ergo duo genera hominum
sunt, quæ & distinguere debetis, & eorum alterũ eligę-
re. Quid enĩ tibi prodest nosse, si eligere piger es? Equi-
dẽ nunc eligendi potestas adiacet: veniet tẽpus quãdo
tibi potestas deerit eligendi, cùm iã Deus sentẽtiam nõ
differet iudicandi. Qui sunt enim isti florentes Ziphæi,
nisi corpus illud Doëch Idumæi, de quo iam locuti sũ-
mus charitati vestrę ante paucos dies: de quo dictũ est,
Ecce homo qui nõ posuit Deũ adiutorẽ suum, sed spe- Psal.51.
rauit in multitudine diuitiarum suarũ, & præualuit in
vanitate sua? Isti sunt florẽtes filij seculi, quos modò ex
Euangelio audistis, quia in sua generatione astutiores Lucæ.16.b.
sunt filiis lucis. Etenim ipsi videntur prospicere in po-
sterum, quò nescíunt vtrũ veniant. Audistis quid fece-
rit Domino suo villicus ille faciẽs sibi bonum de rebus
domini sui, & largiẽs debitoribus illius: vt cùm amotus
esset à villicatione, susciperetur ab eis. Et quãuis frau-
dem fecerit domino suo, tamen cor eius laudauit do-
minus eius: non attẽdens ad dãnum suum, sed ad eius
ingeniũ. Quãto magis nos debemus ipso Domino no-
stro Iesu Christo admonẽte, facere nobis amicos de Ibidem.e.
mammona iniquitatis? Mammona enim diuitiæ inter-
pretantur. Nostræ autẽ diuitiæ ibi sunt, vbi est domus
nostra æterna in cælis. Proinde pecuniam temporalem
illi appellant diuitias, qui nisi temporaliter florere non
possunt, nec in æternum sibi ex his amicos facere vo-
lunt: quia veras diuitias nõ nouerunt. Has ergo diuitias
solas iniquitas putat, florens ad tempus vt fœnum. Hi
sunt Ziphæi inimici Dauid florentes in seculo. Hos ali-
quando attendunt etiã filij lucis infirmi, & nutant eis
pedes, cùm viderint malos felicitate florere: & dicunt
apud seipsos: Quid mihi prodest innocẽtia? Quid mihi
cõfert quod Deo seruio, quòd mandata eius custodio,
quòd neminem premo, nemini aliquid rapio, nulli no-
ceo, quod possum præsto? Ecce hæc oĩa facio, & florẽt
illi, ego laboro. Quid enim? Et tu Ziphæus vis esse? Flo-
rent in seculo, arescent in iudicio: & post ariditatem in
ignem æternum mittentur. Hoc velles & tu, ignoras
quid tibi promiserit, qui ad te veniet, quid in seipso hic
ostenderit? Si flos Ziphæorum appetendus esset, ipse
Dominus tuus nõne & in hoc seculo floruisset? An ve-
rò deerat illi vt hic posset florere? Sed hic maluit inter
Ziphæos latere, & dicere Põtio Pilato interroganti tã- Ioan.18.f.
quam & ipsi flori Ziphæorũ, & suspecto de regno eius,
D Regnum meum non est de hoc mundo. Ergo hic late-
bat; & omnes boni latent hic, quia bonum eorum in-
tus est, absconditum est, in corde est, vbi fides, vbi cha-
ritas, vbi spes, vbi thesaurus illorum. Nunquid hęc bo-
na apparent in seculo? Et hæc bona latent, & horum
bonorum merces latet. At verò dignitas seculi quo-
modo alba est? Nitet ad tempus. Nunquid semper ni-
tebit? Herba est hyemalis, vsque ad æstatem viret. Non
ergo fiat in animo, quod in alio Psalmo inuenimus.
Confitetur enim quidam propè se cecidisse nutan-
tem, & labasse gressus suos ambulãtes in via Dei, dum
aspiceret florem quendam felicitatemque iniquorum:
& postcaquam cognouisset quid iniquis in finem seru-
aret Deus, & quid iustis laborantibus promitteret,
qui fallere non potest, agens gratias de hac cognitio-
ne, ait: Quàm bonus Israël Deus rectis corde! Quare

Psal. 72. hoc dicis? Mei autem, inquit, penè cõmoti sunt pedes.
Vnde? Quia zelaui in peccatoribus, pacẽ peccatorum
intuens. Cõfirmati sunt autem gressus eius, posteaquã A
intellexit in nouissima. Quod enim in eodem psalmo
paulo pòst dicit, Hoc labor est ante me: id est, magna
mihi quęstio surrexit in corde, quare homines malè fa-
ciunt, & in seculo florẽt: multi autem bene agunt, & in
hac terra laborant. Quæstio ergo ista cùm magna esset
ante oculos meos, & laboriosa ad inuestigandum. La-
bor est, inquit, ante me, donec introeam in sanctuariũ
Dei, & intelligã in nouissima. Quæ sunt ista nouissima?
Quæ, nisi quæ scimus iam in Euangelio prænunciata?
Matt. 25. c. Cùm enim venerit filius hominis, cõgregabuntur an-
te eum omnes gentes, & separabit eos, sicut pastor se-
gregat oues ab hædis: oues ponet ad dexteram, hædos
ad sinistram. Ecce iam illi Ziphæi separabuntur, flãma
sequitur separationẽ. Vbi est flos eorum qui iã ad sini-
stram stabunt? Nónne tunc ingemiscent? Nónne tunc
Sap. 5. b. sera pœnitẽtia torquebũtur, & dicent: Quid nobis pro-
fuit superbia, & diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis?
Transierunt omnia illa tanquam vmbra. O Ziphæi ad
sinistram stantes, serò pœnitet vos in vmbra floruisse.
Quare Dauid, quẽ pdebatis inter vos latere, nõ agno-
scebatis? Tunc enim si corrigeremini, dolor iste infru-
ctuosus non esset. Est enĩ dolor fructuosus, est & infru-
ctuosus. Fructuosus dolor nũc est cùm te accusas, cùm
in te reprehendis malos mores tuos, cùm reprehensos
persequeris, persecutos excludis, illisque exclusis mu-
taris, exuens te vet erẽ hominem, & induens nouũ: eli-
geas potius Christi opprobrium quàm florẽ Ziphęo-
rum. Porrò si tibi cõtigerit habenti in occulto bonum
tuum, & latenti inter Ziphęos, habẽti etiam in occulto
promissionem mercedis tuę, aliqua sublimitas seculi,
noli extolli: nam si elatus ex illa fueris, cades in florem
Ziphęorum. Sic enim mulier quędam sancta Hester in
Hester 14. a illo tunc populo Iudęorum, cùm esset vxor regis alie-
nigenę, vẽtum est ad periculum ciuium, vt deprecare-
tur regẽ pro ciuibus suis: cœpit orare, & in ipsa ora-
tione cõfessa est, illa omnia insignia regalia sic sibi esse ve-
lut pannum mẽstruatę. Si hęc mulieres possunt, viri nõ
possunt? Et si hęc potuit mulier Iudęa, non poterit ec-
clesia Christiana? Hoc ergo dico charitati vestrę: diui-
Psal. 61. tię si affluant, ne apponatis cor. Abundent licet, & se-
quatur te prosperitas seculi, tu mari noli credere, nec
ridenti. Diuitię si affluant, si abundent, calca eas, & su-
spendere ex Deo tuo. Cùm enim eas subter te habue-
ris, & ex illo pependeris, cùm fuerint subtractę non ca-
des: ne fortè per malam cogitationẽ minimẽq; Chri-
stianam, fiat in te quod dicitur in alio psalmo, comme-
morato flore istorum Ziphęorum: Nimis, inquit, pro-
fundæ factę sunt cogitationes tuæ. Deo dicatur, Nimis
Psal. 91. profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir imprudens
non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Quid non D
intelliget? Cùm exoriũtur peccatores sicut fœnum, &
prolongati fuerint omnes qui operantur iniquitatem,
vt intereant in seculum seculi. Delectabat eos flos ma-
lorũ. Dixerunt apud se, ecce mali florent: puto malos
amat Deus, & delectati tẽporali flore iniquorum, con-
uersi sunt ad iniquitatẽ vt interirent: non ad tẽpus sicut
Psal. 72. illi florẽt, sed in seculum seculi. Vnde hoc? Quia vir im-
prudens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc,
non intrans in sanctuarium Dei, vt intelligat in nouis-
sima. Et quia difficilis est aliquantulum intellectus hic,
inde cœpit Psalm° iste: vt Dauid lateret inter Ziphæos,
nec delectaretur flore Ziphæorum: sed eligeret potius
inter illos humilitatem, vt haberet apud Deum absco-
ditam claritatem. Quid ergo ei tribuitur in hoc titulo?
In finem in hymnis, hoc est, in laudibus. Quibus laudi-

bus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino Iob. 1. d.
placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.
Quasi aruisse videbatur perdita omni substantia? Absit.
Folia ceciderũt, radix viuebat. Ergo in finem in hym-
nis. Quid? Intellectus ipsi Dauid: Intellectus, contra il-
lud, Vir imprudens non cognoscet, & stultus nõ intel- Psal. 91.
liget hæc. Intellectus ipsi Dauid, cùm venerunt Ziphęi
& dixerunt ad Saul, Nónne ecce Dauid absccõditus est 1. Reg. 23. c.
apud nos? Et si absconditus est apud vos, dũmodo non
floreat sicut vos. Audi ergo vocem eius. Deus in no-
mine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.)
Hoc dicat Ecclesia latẽs inter Ziphęos. Hoc dicat cor-
pus Christianum habens in occulto bonũ morum suo-
rũ, sperans de occulto mercedẽ meritorũ suorum: hoc
dicat, Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute
tua iudica me. Venisti ô Christe, humilis apparuisti, cõ- Mat. 27. a. b.
temptus es, flagellatus es, crucifixus es, occisus es: sed
tertia die resurrexisti, quadragesimo die in cælũ ascen-
B disti, sedes ad dexteram patris, & nemo videt: spiritum
tuum inde misisti, quẽ acceperunt digni impleti amore Act. 1. a. b.
tuo, laudem ipsius humilitatis tuæ per mundum gẽtés- & 2. a.
que prædicauerunt. Nomen tuum video excellere in
genere humano, sed tamen infirmus nobis prædicatus
es. Neque enim & ille doctor gẽtium dixit aliquid in-
ter nos se scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixũ: 1. Cor. 2. a.
vt eius eligeremus opprobrium, magis quàm gloriam
florentium Ziphæorum. Veruntamen de illo quid ait?
Et si mortuus est ex infirmitate, sed nunc viuit ex virtu- 2. Cor. 13. b.
te Dei. Venit ergo vt moreretur ex infirmitate, ventu-
rus est vt iudicet in virtute Dei: sed per infirmitatẽ cru-
cis clarificatum est nomen eius. Quisquis non credide-
rit in nomẽ clarificatum per infirmitatem, expauescet
ad iudicem cùm venerit in virtute. Ne autem quondã Matth. 5. c.
& 25. c.
ille infirmus, cùm venerit fortis, ventilabro illo ad sini-
strã nos mittat: saluet nos in nomine suo, & iudicet nos
C in virtute sua. Quis enim hoc tam temerarius optaue-
rit, vt dicat Deo, iudica me? Nónne pro maledicto dici
solet hominibus, iudicet te Deus? Ita planè est maledi-
ctum, si iudicat te in virtute sua: sed si non te saluauerit
in nomine suo. Cùm verò in nomine præcedẽte salua-
uerit te, salubriter in virtute cõsequente iudicabit. Se-
curus esto: iudicium illud non tibi erit punitio, sed di-
scretio. Nã & in quodam Psalmo ita dicitur: Iudica me
Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Psal. 42.
Quid est, iudica me? Discerne me à Ziphæis inter quos
lateo. Pertuli eorum florem, iam veniat & flos meus.
Et illorum quidem flos fuit temporalis, & arescente
fœno decidit: flos autẽ meus quis erit? Plantati in do-
mo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. Re- Psal. 91.
manet enim & nobis flos: sed qui non cadat sicut foliũ
plantati illius ligni iuxta aquas, de quo dictum est, Et Psal. 1.
folium eius non decidet. Deus autem in nomine tuo
saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus exau-
di orationem meam, auribus percipe verba oris mei.)
Perueniant ad aures tuas verba oris mei, quia non flo-
rem Ziphæorum à te desidero. Auribus percipe verba
oris mei. Tu percipe. Nam Ziphæis & si sonet oratio
mea, non audiunt, quia non intelligunt. Temporalibus
quippe gaudent, bona æterna desiderare non nouerũt.
Ad te perueniat oratio mea, ex desiderio æternorum
tuorum beneficiorum excussa & iaculata: ad aures tuas
emitto eã, adiuua eã vt perueniat, ne deficiat in itine-
re medio, & quasi collapsa corruat. Sed & si non mihi
euenĩunt modò bona quę postulo, securus sum tamen,
quia postea venient. Nam & in delictis dicitur quidam
rogasse Deum, & non est exauditus bono suo. Desi-
deria enim secularia incitauerant illum ad orandum,
& in tribulationibus temporalibus positus optauerat
vt

vt trãsirẽt tribulationes tẽporales, & rediret flos fœni,
Psal. 21. & ait: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? A
Vox ipsa Christi est, sed pro mẽbris suis. Verba, inquit,
delictorũ meorũ clamaui ad te per diẽ, nec exaudies,
& nocte, & non ad insipientiã mihi, id est, & nocte cla-
maui, & nõ exaudisti, & tamen hoc ipsum ꝙ non exau-
disti, non ad insipiẽtiam mihi non exaudisti, sed magis
ad sapientiã non exaudisti, vt intelligerẽ quid à te pe-
tere deberem. Ea enim petebã quæ malo meo fortassis
acciperẽ. Petis diuitias ô homo, quanti euersi sunt per
diuitias suas? Vnde scis vtrum tibi sint profuturæ diui-
tiæ? Nónne multi pauperes tutius latebãt: diuites facti,
mox vt lucere cœperunt, præda fortioribus fuerunt?
Quanto melius laterent, quanto melius nescirẽtur, qui
cœperunt quæri, non propter quod erant, sed propter
quod habebãt? In his ergo tẽporalibus fratres, admo-
nemus vos & exhortamur in Domino, vt non petatis
aliquid quasi fixũ, sed quod vobis Deus expedire scit.
Quid enim vobis expediat, omnino nescitis. Aliquãdo B
quod putatis prodesse, obest: & ꝙ putatis obesse, hoc
prodest. Ægri enim estis, nolite medico dictare quæ
vobis medicamenta velit apponere. Si doctor gẽtium
Rom. 8. c. Paulus Apostol° dicit: Quid enĩ oremus sicut oportet,
nescimus, quãto magis nos? Qui tamen cùm sibi vide-
2. Cor. 12. b. retur ipse prudẽter orare, vt ab eo auferretur stimulus
carnis, angelus satanæ, qui cũ colaphizabat, ne in ma-
gnitudine reuelationum extolleretur, quid audiuit à
Domino? Nunquid factum est quod volebat? Non, vt
fieret quod expediebat. Quid ergo audiuit à Domino?
Ter, inquit, rogaui Dominum, vt auferret eum à me, &
dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmi-
tate perficitur. Ergo medicamentum ad vulnus posui:
quando posuerim noui, quando auferendum sit, noui.
Non recedat ægrotus à manibus medici, non det cõsi-
lium medico. Ita sunt ista omnia tẽporalia, tribulatio-
nes sunt. Si bene colis Deum, noueris quia nouit quid C
cuique expediat. Prosperitates sunt magis cauendę: ne
ipsæ corrumpãt animum tuum, vt ab eo qui hæc dedit
recedat. Ergo iste intelligẽs quid ait? Deus exaudi ora-
tionem meã, auribus percipe verba oris mei. Quoniam
alieni insurrexerunt aduersum me.) Qui alieni? Nónne
ipse Dauid Iudęus erat de tribu Iuda? Ipse autem locus
Ziph ad tribum Iuda pertinebat, Iudæorum erat. Quo-
modo ergo alieni? Non ciuitate, non tribu, non cogna-
tione, sed flore. Nã vis nosse alienos istos? In alio Psal-
mo filij alieni dicti sunt, quorum os locutum est vani-
tatẽ: & dextera corũ dextera iniquitatis. Et enumerat
Psalm. 117. florem Ziphæorum: Quorũ filij velut nouellæ consta-
Psalm. 143. bilitæ in iuuẽtute sua. Filiæ eorum cõpositæ & ornatę,
sicut similitudo tẽpli. Cellaria eorum plena, eructantia
ex hoc in hoc. Oues eorum fœcundæ multiplicãtes in
exitibus suis, boues corũ crassi. Non est ruina sepis nec
exitus, neque clamor in plateis eorum. Sed vide Zi- D
phæos, vide ad tẽpus florẽtes. Beatum dixerunt popu-
lum cui hæc sunt. Meritò filij alieni. Tu quid latẽs inter
Ziphæos? Beatus populus cuius Dominus Deus ipsius.
Ex hoc affectu hæc oratio mittitur ad aures Domini,
cùm dicitur, Auribus percipe verba oris mei: quoniam
alieni insurrexerunt aduersum me. Et potẽtes quæsie-
runt animã meam. Nouo enim modo fratres mei vo-
lunt perdere genus sanctorũ, & ab huius seculi spe ab-
stinentium. Omnes qui spem habent in isto seculo, cer-
tè concreti sunt, certè simul viuunt. Vehementer sibi
aduersa sunt ista duo genera: vnum eorum qui nõ po-
nunt spem nisi in rebus secularibus & tẽporali felicita-
te: & alterum eorum qui spẽ suam in Domino Deo suo
firmiter ponunt. Et cùm concordes sunt isti Ziphæi,
noli tumultum credere concordię eorum: tentationes

desunt. Vbi venerit aliqua tẽtatio, vt arguatur aliquis
pro flore seculi, nõ dico tibi offendet episcopo, sed nec
ad ipsã Ecclesiã accedere vult, ne cadat aliquid fœni.
Quare ista dixi, fratres? Quia modò libenter audistis
oẽs in nomine Christi, & quemadmodum intelligitis,
ita exclamatis ad verbum, nõ vtique acclamaretis nisi
intelligeretis. Intellectus iste vester fructuosus esse de-
bet. Vtrum autẽ fructuosus sit, tentatio interrogat, ne
subitò dũ dicimini nostri, per tentationẽ inueniamini
alieni: & dicatur, Alieni insurrexerunt aduersum me, &
potentes quæsierũt animam meam. Nec dicatur quod
sequitur: Non proposuerunt Deum ante conspectum
suum.) Quando enim ponet ante conspectum suum
Deum, ante cuius conspectum non est nisi seculum?
Quomodo sit numus super numum, quomodo augeã-
tur greges, quomodo impleantur apothecæ, quomo-
do dicatur animæ, habes multa bona, iocundare, epu-
lare, satiare. Nunquid ponit ante conspectum suum il-
lum qui sic gloriãti, & ita flore Ziphæorum nitenti di-
cit: Stulte, hoc est, non intelligens, vir imprudens, hac Lucæ. 12. c.
nocte auferetur anima tua: hæc omnia quæ præparasti,
cuius erunt? Non proposuerunt Deum ante conspectũ
suum. Ecce enim Deus adiuuat me.) Et ipsi nesciũt in-
ter quos lateo. Si autẽ & ipsi ponerent Deum ante cõ-
spectum suum, inuenirẽt quemadmodum me adiuuat
Deus. Omnes enim sancti adiuuantur à Deo, sed intus
vbi nemo videt. Quomodo enim magna est pœna im-
piorũ conscientia, sic magnum gaudium piorum ipsa
conscientia. Nã gloria nostra hæc est, dixit Apostolus, 2. Cor. 1. c.
testimonium conscientiæ nostræ. In hac gloriatur iste
intus, nõ in flore Ziphæorum foris, qui modò ait: Ecce
enim Deus adiuuat me. Prorsus quamuis longè futura
sint quæ promittit, hodie mihi dulce & præsens est ad-
iutoriũ. Hodie in cordis mei gaudio inuenio: quia sine
causa dicunt quidam: Quis ostẽdit nobis bona? Signa-
tum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti io- Psal. 4.
cunditatẽ in cor meum. Non in vineã meã, non in gre-
gem meum, non in cuppam meã, non in mensam meã,
sed in cor meũ. Ecce enim Deus adiuuat me. Quomo-
do te adiuuat? Et Dominus susceptor est animæ meæ.
Auerte mala inimicis meis.) Sic quomodo virent, sic
quomodo florent, igni seruantur. In virtute tua disper-
de illos.) Puto, quia florent modò: puto, quia exoriun-
tur sicut fœnum. Tu noli esse vir imprudens & stultus, Psal. 91.
vt hæc attendendo intereas in seculum seculi. Auerte
enim mala inimicis meis. Nam si tu fueris in corpore
ipsius Dauid, in virtute sua disperdet illos. Isti florent
felicitate seculi, pereunt in virtute Dei: non enim quo-
modo florent, sic pereunt: florẽt enim ad tempus, pe-
reunt in æternum. Florent falsis bonis, pereunt veris
tormẽtis. Et in virtute tua disperde illos: quos in infir-
mitate tua tolerasti. Voluntariè sacrificabo tibi.) Quis
hoc bonum cordis vel intelligere potest alio dicente, si
non in seipso gustat? Quid est, voluntariè sacrificabo
tibi? Dicam tamen, capiat qui potest, quomodo potest
credat; qui non potest, oret vt possit. Nunquid tamen
istum versum ita præterire debemus, vt eum vobis nõ
commendemus? Dico charitati vestræ, inuitat me satis
amor ipsius aliquid de illo loqui: & gratias ago Deo
quòd intentè auditis. Si autẽ vos fastidiẽtes audire cõ-
spicerem, inuitus ab hoc versu silerem: & tamẽ in cor-
de meo, quantum Dominus dignaretur cõcedere, non
silerem. Veniat ergo in linguam quod corde conceptũ
est: promatur voce quod mente seruatur. Dicamus vt
possumus, quid sit, voluntariè sacrificabo tibi. Quod
enim sacrificium hic accipiam fratres? Aut quid dignè
offerã Domino pro misericordia eius? Victimas quæ-
ram de grege ouiũ, arietem eligã, taurum aliquẽ in ar-

mentis prospiciã, thura certè de terra Sabæorum offerã? Quid faciam? Quid offerã, nisi quod ait: Sacrificium laudis honorificabit me? Quare ergo voluntariè? Quia gratis amo quod laudo. Laudo Deum, & in ipsa laude gaudeo. Ipsi' laude gaudeo, quo laudato nõ erubesco. Non enim quẽadmodum laudatur à studiosis theatricarum nugarũ vel auriga, vel venator, vel quilibet histrio, & à laudatoribus suis inuitãtur alij laudatores, & exhortantur vt pariter clament: & cùm omnes clamauerint, plerunque illo victo omnes erubescunt. Nõ ita est Deus noster, laudetur voluntate, ametur charitate: gratuitum sit & quod amatur, & quod laudatur. Quid est gratuitum? Ipse propter se, non propter aliud. Si enĩ laudas Deum vt det tibi aliquid aliud, iam non gratis amas Deũ. Erubesceres, si te vxor tua propter diuitias amaret: & fortè si tibi paupertas accideret, de adulterio cogitaret. Cùm ergo te à coniuge gratis amari velis, tu Deum propter aliud amabis? Quod premium accepturus es à Deo, ô auare? Nõ tibi terram, sed seipsum seruat, qui fecit cælum & terrã. Voluntariè sacrificabo tibi, noli ex necessitate. Si enim propter aliud laudas Deum, ex necessitate laudas. Si adesset tibi q; amas, nõ laudares Deum. Vide quid dicã. Laudas Deum: verbi gratia, vt tibi det amplam pecuniã. Si haberes aliunde amplam pecuniã, nõ à Deo, nunquid laudares Deum? Si ergo propter pecuniã laudas Deum, non voluntariè sacrificas Deo, sed ex necessitate sacrificas: quia præter illum nescio quid aliud amas. Inde dictũ est, Voluntariè sacrificabo tibi. Contẽne oĩa, ipsum attẽde. Et hæc quæ dedit, propter dantẽ bona sunt: nam dat prorsus, dat ista tẽporalia. Et quibusdã bono eorum, & quibusdãmalo eorum, secundum altitudinem & profunditatem iudiciorũ suorum. In quorum iudiciorum abysso expauit Apostolus, dicẽs: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius! Quis enim inuestigabit vias eius, aut quis comprehendet consilia eius? Nouit quando det; cui det: quãdo auferat, & cui auferat. Pete tu in hoc tẽpore quod tibi prosit in posterum, pete quod te adiuuet in æternum. Ipsum autem gratis dilige, quia melius ab eo nõ inuenis q; det quàm seipsũ: aut si inuenis melius, hoc pete. Voluntariè sacrificabo tibi. Quare voluntariè? Quia gratis. Quid est gratis?

Et confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonum est.) Ob nihil aliud, nisi quia bonum est. Nunquid ait, Confitebor nomini tuo Dñe, quia das mihi fructuosa prædia, quia das mihi aurum & argentum, quia das mihi latas diuitias, amplam pecuniam, excellentissimam dignitatem? Non. Sed quid? Quoniam bonum est. Melius nihil inuenio quàm nomen tuum: ideo confitebor nomini tuo Domine, quia bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.) Ideo intellexi, quia bonum est nomẽ tuum: nam si hoc possem ante tribulationes cognoscere, fortè mihi necessariæ non fuissent. Sed adhibita est tribulatio ad admonitionẽ, admonitio facta est ad tuã laudationem. Non enim intelligerem vbi essem, nisi de infirmitate mea admonitus essem. Ex omnibus ergo tribulationibus eripuisti me. Et super inimicos meos respexit oculus meus.) Super illos Ziphæos respexit oculus meus. Florem quippe illorum transijt altitudine cordis, & perueniens inde ad te respexi super illos, & vidi quia omnis caro fœnum, & omnis claritas hominis sicut flos fœni: sicut quodam loco iterum dicitur: Vidi impium superexaltari, & eleuari sicut cedros Libani. Trãsijt, & ecce non erat. Quare non erat? Quia transisti. Quid est, quia transisti? Quia non sine causa sursum cor habuisti, quia non in terra vbi putresceres remansisti, quia leuasti animã tuam ad Deũ, & transcendisti cedros Libani, & de illa celsitudine attendisti: & ecce nõ erat, & quæsisti eum, & non est inuẽtus locus eius. Iã labor non est ante te; quia intrasti in sanctuarium Dei, & intellexisti in nouissima. Sic & hic ita concludit: Et super inimicos meos respexit oculus meus. Hoc ergo agite fratres mei cum animis vestris, erigite corda vestra, expolite aciẽ mẽtis vestræ, discite gratis diligere Deum, discite præsens contemnere seculum, discite voluntariè sacrificare hostiam laudis: vt transcendẽtes florem fœni, respiciatis super inimicos vestros.

Psal. 49. Rom. 11. d. Esa. 40. b. Psal. 36.

IN PSALMVM LIIII. ENARRATIO.

Psalmi huius titulus.

In finem in hymnis intellectus ipsi Dauid.

QVIS sit finis commemoramus, quia nostis. Finis enim legis Christus est, ad iustitiã omni credenti. Intentio ergo dirigatur in finẽ, dirigatur in Christum. Quare finis dicitur? Quoniã quicquid agimus, ad illum referimus: & cùm ad eũ peruenerimus, vltra quod quæramus nõ habebimus. Dicitur enim finis qui cõsumit, & dicitur finis qui perficit. Aliter quippe intelligimus cùm audimus: Finitus est cibus qui manducabatur: & aliter intelligimus cùm audimus, finita est vestis quę texebatur. In vtroque audimus, finitum est: sed cibus vt iam non esset, vestis vt perfecta esset. Finis ergo noster perfectio nostra esse debet, perfectio nostra Christus est. In illo enim perficimur, quia ipsius capitis membra sumus. Et dictus est finis legis, quia sine illo nemo perficit legẽ. Cùm ergo auditis in Psalmis, In finem: multi enim Psalmi ita superscripti sunt: non sit vestra cogitatio in consumptionẽ, sed in cõsummationem. In hymnis.) In laudibus. Siue enĩ tribulemur & angustiemur, siue lætemur & exultemus, ille laudandus est, qui & in tribulationibus erudit, & in lętitia cõsolatur nos. Laus enĩ Dei à corde & ore Christiani recedere non debet, non vt laudet in prosperis, & maledicat in aduersis: sed quẽadmodum psalmus ille præscribit: Benedicã Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Gaudes, agnosce patrẽ blandientem: tribularis, agnosce patrem emendantẽ. Siue blandiatur siue emendet, cum erudit cui parat hæreditatẽ. Quid est ergo intellectus ipsi Dauid? Erat quidem Dauid, vt nouimus, Propheta sanctus, rex Israël, filius Iesse: sed quia ex eius semine venit ad salutẽ nostrã secundum carnem Dominus Iesus Christus, sæpè isto nomine ille figuratur, & Dauid pro Christo in figura ponitur, propter originẽ carnis ipsius. Nã secundum aliquid filius est Dauid, secundum aliquid Dominus est Dauid. Filius Dauid secundum carnẽ, Dominus Dauid secundũ diuinitatẽ. Si enim per ipsum facta sunt oĩa, per ipsum & ipse Dauid factus est, ex cuius semine venit ad homines. Proĩde cùm interrogasset Dñs Iudæos, cuius filiũ Christũ esse dicerent, responderunt, Dauid. Vidit eos remãsisse in carne, & amisisse diuinitatem: & corrigit eos quæstione proposita. Quomodo ergo, inquit, ipse Dauid in spiritu dicit eum Dominum, dicẽs: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, quoadusque ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo ille in spiritu dicit eum Dominum, quomodo filius eius est? Quæstionem proposuit, non filium negauit. Audistis Dominũ, discite quomodo filius sit. Audistis filiũ, discite quomodo Dominus sit. Hãc quęstionẽ soluit fides catholica. Quomodo Dominus? Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quomodo filius? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quia ergo Dauid in figura Christus est, Christus autẽ vt sæpe commemorauimus

Rom. 10. d. Psal. 71. Psal. 49. 1. Reg. 16. b. Rom. 1. a. Ioan. 1. a. Matth. 22. d. Psal. 109. Hebr. 10. c. 1. Cor. 15. d. Ioan. 1.

charitati vestræ, & caput & corpus est: nec nos à Christo alienos dicere debemus, cuius membra sumus, nec nos quasi alterum computare, quia erunt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnum est, ait Apostolus, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Quia ergo totus Christus caput & corpus est: cùm audimus, intellectus ipsi Dauid, intelligamus & nos in Dauid. Intelligant mẽbra Christi, & in mẽbris suis intelligatur Christus, & mẽbra Christi intelligantur in Christo: quia caput & membra vnus Christus. Caput in cęlo erat, & dicebat: Quid me persequeris? Nos cum illo in cælo per spem, ipse nobiscum in terra per charitatem. Ergo intellectus ipsi Dauid. Admoneamur cùm audimus, & intelligat Ecclesia: pertinet enim ad nos magna cura intelligẽdi, in quo malo nũc sumus, & de quo malo vt liberemur, optamus reminiscentes orationis Dominicæ, vbi in fine dicimus, Libera nos à malo. Inter multas ergo tribulationes huius sęculi, plangit aliquid psalmus iste de intellectu. Ille cum isto non plorat, qui nõ habet intellectum. Porrò autẽ charissimi meminisse debemus ad imaginẽ Dei nos esse factos, nec alibi quàm in ipso intellectu: Nam in multis rebus à bestiis non separamur. Vbi autem homo ad imaginẽ Dei factum se nouit, ibi aliquid in se agnoscit amplius esse quàm datum est pecoribus. Consideratis verò omnibus rebus quas habet homo: inuenit se eo propriè discretum à pecore, quòd ipse habeat intellectum. Vnde quosdã contemnẽtes in se, quod propriũ & præcipuum à cõditore acceperũt; increpat ipse cõditor dicẽs: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et alio loco dicit: Homo in honore positus. In quo honore, nisi quia factus ad imaginẽ Dei? Ergo in honore positus nõ intellexit, ait, cõparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Agnoscamus ergo honorem nostrum, & intelligamus. Si intelligimus, videmus non esse istã regionem gaudendi, sed gemendi: non iam exultãdi, sed adhuc plangendi. Sed & si exultatio quædam habitat in cordibus nostris, nõdum est in re, sed in spe. Ex promissione lætamur, quia scimus nõ nos fallere promittentẽ. Verum quod attinet ad præsens tempus, in quo malo, in quibus angustiis simus audite: & si viam istam tenetis, quod auditis in vobis agnoscite. Quisquis enĩ nondum tenet iter pietatis, miratur, quia talia gemunt mẽbra Dauid. Nõ enim videt in se ista. Quamdiu & in se ista nõ videt, nondũ est ibi. Non sentit quod cõrpus sentit. quia præter corpus est: incorporetur, & sentiet. Dicat ergo & audiamus: audiamus & dicamus: Exaudi Deus deprecationem meam, & ne despexeris precem meam; intende mihi, & exaudi me.) Satagẽtis, solliciti, in tribulatione positi, verba sunt hæc. Orat multa patiens, de malo liberari desiderãs: superest vt videamus in quo malo sit. Et cũ dicere cœperit, agnoscamus ibi nos esse: vt cõmunicata tribulatione, cõiungamus orationẽ. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum.) Vbi contristatus, vbi conturbatus? In exercitatione mea, inquit: Homines malos quos patitur, cõmemoratus est: eãdẽmque passionem malorum hominum exercitationẽ suam dixit. Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt per illum bonus exerceatur. Vtinam ergo qui nos modò exercent cõuertantur, & nobiscũ exerceantur: tamen quamdiu ita sunt vt exerceant, nõ eos oderimus: quia in eo quòd malus est quis eorum, vtrũ vsque in finẽ perseueraturus sit, ignoramus: & plerunque cùm tibi videris odisse inimicum, fratrẽ odisti, & nescis. Diabolus & angeli eius in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quòd ad ignem æternũ sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, id est, non aduersus homines quos videtis, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi, tenebrarũ harum. Ne fortè cùm dixisset, mũdi, intelligeres dæmones esse rectores cæli & terræ. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorũ & iniquorũ: mundi dixit, de quo dicit Euãgelium, Et mundus eum non cognouit. Si enim mundus non cognouit lucem, quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt, & ipsæ tenebræ quæ non cõprehenderunt lucem præsentem, mundi nomine appellantur: harum tenebrarum sunt illi rectores. De ipsis ergo rectoribus habemus determinatã scripturarum sententiam, quòd omnino inde reditus alicuius eorum sperãdus non est. At verò de ipsis tenebris quarum illi rectores sunt, non sumus certi: ne fortè qui erant tenebræ, fiant lux. Fidelibus quippe iã factis dicit Apostolus: Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in Domino: tenebræ in vobis, lux in Domino. Ergo fratres oẽs mali, cum mali sunt, exercẽt bonos. Ecce enim breuiter audite & intelligite. Si bonus es, inimicum nõ habebis nisi malũ. Porrò tibi ea regula bonitatis præfixa est, vt imiteris bonitatẽ patris tui, qui facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nunquid enĩ tu habes inimicum, & Deus nõ habet? Tu quidẽ eum habes inimicum qui tecũ creatus est: ille verò eum quẽ creauit. Inimicos ergo Dei malos & iniquos sæpe in Scripturis legimus, & parcit eis ille qui non habet quod ei imputet inimicus, cui omnis inimicus ingratus est: ab illo enĩ habet quicquid boni habet. Ab ipso enim habet misericordiã, quicquid est etiam vnde tribulatur. Ad hoc enim tribulatur ne superbiat: ad hoc tribulatur vt humilis agnoscat excellũ. Tu ergo inimico tuo quẽ intolerabiliter pateris quid prętitisti? Si ille eum habet inimicum qui ei tanta præstitit, & facit solẽ suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: tu qui nec solẽ potes oriri facere, nec super terras pluere, vnũ aliquid seruare inimico nõ potes, vt sit tibi pax in terra homini bonæ voluntatis? Ergo quoniã hæc tibi dilectionis regula figitur, vt imitãs patrẽ, diligas inimicum: Diligite enim, inquit, inimicos vestros: in hoc præcepto quomodo exercereris, si nullinimicũ patereris? Vides ergo, pdesse tibi ad aliquid, & quòd Deus parcit malis. Prosit tibi ad habendã misericordiã, quia & tu fortè si bonus es, ex malo factus es bonus: & si Deus non parceret malis, nec tu qui gratias ageres, appareres. Parcat ergo aliis qui pepercit & tibi. Nõ enim cùm trãsieris, intercludẽda est via pietatis. Vnde ergo iste orat positus inter malos, quorũ inimicitiis exercebatur? Quid ait? Cõtristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum. Cùm extendit dilectionem, vt diligat inimicos, affectus est tędio multorum inimicitiis, multorum rabie circumlatratus, & quadã humana infirmitate succubuit. Vidit se iã incipere penetrari mala persuasione diabolica, vt odiũ inducat aduersum inimicos: reluctãs odio vt perficeret ipsam dilectionem, in ipsa pugna & lucta turbatus est. Eius enim vox est & in alio Psalmo: Turbatus est præ ira oculus meus. Et quid ibi sequitur? Inueteraui in omnib. inimicis meis. Veluti in tempestate & fluctibus mergi cœperat, sicut Petrus. Ille enim calcat fluctus huius sęculi, qui diligit inimicos. Christus in mari ambulabat intrepidus, cui' omnino de corde auferri nõ poterat inimici dilectio: qui pendens in cruce dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et Petrus voluit ambulare. Ille

Genes. 2. d. Ephes. 5. g. Act. 9. a. Matth. 6. b. Genes. 1. d. Psal. 31. Psal. 48. Psal. 33. Ephes. 6. b. Ioan. 1. a. Ephes. 6. b. Ephes. 5. b. Matt. 5. g. Lucæ. 1. b. Lucæ 6. c. Psal. 6. Lucæ 6. c. Matth. 14. c. Luc. 23. c.

tanquã caput, Petrus tanquam corpus: quia super hãc
petrã, inquit, ædificabo Ecclesiã meã. Iussus est ambu-
lare, & ambulabat gratia iubentis, nõ viribus suis. Sed
cùm videret ventũ validum, timuit: & mergi iã cœpe-
rat, cõturbatus in exercitatione sua. A quo vento vali-
do? A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.) Ergo
quomodo ille clamauit in fluctib. Domine pereo, salua
me: talis & hui⁹ vox præcessit: Exaudi Deus deprecatio-
nẽ meã, & ne despexeris precem meam; intende mihi,
& exaudi me. Quare? Quid enim pateris? quid gemis?
Contristatus sum in exercitatione mea.) Exerceri
me quidẽ inter malos posuisti, sed nimis exurrexerunt
super vires meas. Trãquilla perturbatum, manũ exten-
de mergenti. Cõtristatus sum in exercitatione mea, &
conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione pec-
catoris. Quoniã declinauerunt in me iniquitates, & in
ira adumbrabãt me.) Audistis fluctus & vẽtos: tanquã
humiliato insultabant, & ille orabat. Vndique illi stre-
B pitu insultationis sęuiebant, at ille intus inuocabat quẽ
non videbãt. Cùm aliquid tale patitur Christianus, nõ
debet facilè velut odio ire in eum à quo patitur, & vel-
le ventũ vincere: sed cõuertere se ad orationẽ, ne amit-
tat dilectionẽ. Neque enim timendum est, ne aliquid
faciat homo inimicus. Quid enim facturus est? Multa
mala dicturus, opprobria iaculaturus, in cõuiciis sæui-
Matth. 5.a. tũrus. Sed quid tibi? Gaudete, inquit, & exultate, quo-
niã merces vestra magna est in cælis. Ille in terra gemi-
nat cõuicia, tu in cælo lucra. Sed sæuiãt amplius, possit
Matth.10. c. & aliquid amplius. Quid te securius, cui dictũ est: Nolite
timere eos qui corpus occidunt, animam autem nõ
possunt occidere? Quid est ergo timendum quãdo pa-
teris inimicum? Ne conturbetur in te dilectio, qua dili-
gis inimicum. Etenim inimicus ille homo, caro & san-
Ephes.6.b. guis, ⁊ videt in te, appetit. Alius autẽ inimicus occul-
tus, rector harum tenebrarum, quas tu pateris in carne
C & sanguine, alterum occultum tuum petit: thesauros
tuos interiores deprædari & vastari molitur. Duos er-
go inimicos cõstitue tibi ante oculos: vnum apertum,
& alterum occultum. Apertum, hominem: occultum,
diabolum. Homo ille hoc est quod tu secundum natu-
ram humanã, secundum fidẽ autem & dilectionẽ non-
dum quod tu, sed poterit esse quod tu. Cùm ergo sint
duo, vnum vide, alterum intellige: vnum dilige, alterũ
cane. Nanque & inimicus ille quẽ vides, hoc in te vult
humiliare vnde vincitur. Verbi gratią: Si diuitiis tuis
vincitur, pauperem te vult facere; si honore tuo vinci-
tur, humilẽ te vult facere: si viribus tuis vincitur, debi-
lem te vult facere. Ea ergo attẽdit in te vel deiicere vel
auferre quibus vincitur: & ille occultus inimicus illud
tibi vult tollere vnde vincitur. Homo enim hominem
vincis humana felicitate, diabolum autẽ vincis inimici
dilectione. Quomodo ergo homo ambit auferre tibi &
detruncare, aut auertere felicitatem qua vincitur: sic &
D diabolus hominẽ vult vincere auferendo vnde vincit-
tur. Sed cura in corde seruare inimici dilectionem, qua
diabolum vincis. Sæuiat homo quantum potest, auferat
quicquid potest: si diligitur apertè sæuiẽs, victus est
occultè sæuiens. At iste cõturbatus & contristatus ora-
Psal. 6. bat tanquã turbato præ ira oculo suo. Ira verò fratris si
fuerit inueterata, iã odium est. Ira turbat oculum, odiũ
al. corripis. extinguit: ira festuca est, odium trabs est. Aliquando
odisti & † corripuisti irascentem: in te est odium, in illo
Matth. 7. a. ira quẽ corripis. Meritò tibi dicitur: Eiice primùm tra-
bẽ de oculo tuo, & sic videbis eiicere festucã de oculo
fratris tui. Nam vt noueritis quantum intersit inter irã
& odium, quotidie homines irascuntur filiis suis. Date
qui oderint filios suos. Conturbatus iste orabat & cõ-
tristatus, luctans aduersus oĩa cõuicia omniũ conuicia-
torũ: non vt aliquẽ eorũ conuiciũ reddendo vinceret,
A sed ne aliquẽ eorũ odisset. Hinc orat: hinc petit. A vo-
ce inimici & à tribulatione peccatoris: quoniã declina-
uerunt in me iniquitates, & in ira adũbrabant me. Cor
meum cõtristatũ est in me.) Hoc est illud alibi dictum,
Turbatus est præ ira oculus meus. Et si oculus turbatus Psal. 6.
est, quid sequitur? Et metus mortis cecidit super me.)
Vita nostra dilectio est. Si vita dilectio, mors odiũ est.
Cùm cœperit homo timere ne oderit quẽ diligebat,
mortẽ timet: & acriorẽ mortẽ & interiorẽ mortẽ qua
occiditur anima, nõ corpus. Attẽdebas hominẽ sęuiẽ-
tẽ in te. Quid erat facturus contra quẽ tibi securitatem
tuus Dñs dederat, dicẽs: Nolite timere eos qui corpus Matth.10.d
occidũt? Ille sæuiẽdo corpus occidit, tu odiũ habendo
animã occidisti: & ille corpus alienũ, tu animam tuam.
Metus ergo mortis cecidit super me. Timor & tremor
venerũt super me, & cõtexerunt me tenebræ. Et dixi.)
B Qui odit fratrẽ fuũ, in tenebris est vsq; adhuc. Si dile- 1. Ioan.2.b.
ctio lumẽ est, odiũ tenebræ sunt. Et quid sibi ait in illa
infirmitate positus, & in illa exercitatione cõturbatus?
Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ, & volabo & re-
quiescã?) Aut mortẽ optabat, aut solitudinẽ desidera- Lucæ 6.a.
bat. Quãdiu, inquit, id mecũ agitur, id mihi præcipitur
vt inimicos diligã: cõuicia istorũ crebrescẽtia & adum-
brãtia me cõmouẽt oculũ meũ, perturbãt lumen meũ,
appetunt cor meum, interficiunt animã meã. Vellẽ vt
abirẽ, sed infirmus sum, ne manendo augeam peccata,
peccatis: aut certè separari paululũ à genere humano.
Nõ patiatur vulnus meum crebras plagas, vt sanatum
exercitationi reddatur. Fit hoc fratres, & surgit plerũ-
que in animo serui Dei desiderium solitudinis; non ob
aliud nisi propter turbã tribulationũ & scandalorũ, &
dicit: Quis mihi dabit pẽnas? Videt se sine pẽnis, an po-
tius ligatis pẽnis? Si desunt, dẽtur: si ligatæ sunt, soluan-
C tur: quia etiã qui soluit pennas aui, aut dat aut reddit illi
pẽnas suas. Non enim habebat eas tanquã suas, quibus
volare nõ poterat. Ligatæ pẽnæ onus faciunt. Quis, in-
quit, dabit mihi pẽnas sicut colũbę, & volabo & requie-
scã? Requiescet. Vbi? Duos dixi sensus hic esse: aut sicut
ait Apostolus, Dissolui & esse cũ Christo, multo enim Philip.1.d.
magis optimũ. Etenim & ipse quãuis fortis, quãuis ma-
gnus, quamuis corde robustissimus, quãuis in Christo
miles inuictus, in exercitatione sua quantum legimus,
conturbatus est & ait: De cætero nemo mihi molestus Galat.6.d.
sit. Tanquã diceret de illo psalmo, Tędiũ detinuit me à Psal.119.
peccatoribus derelinquẽtibus legẽ tuã. Conatur ergo
homo plerũque corrigere homines distortos, prauos,
pertinentes quidẽ ad curã suam, sed in quibus deficiat
omnis humana industria & vigilãtia, corrigere nõ po-
test, pati necesse est. Et qui corrigi non potest, tuus est:
aut cõsortio generis humani, aut plerũque Ecclesiasti-
ca cõmunione. Intus est. Quid facies? Quò ibis? Quò te
D separabis, vt ista non patiaris? Sed adesto, loquere, ex-
hortare, blandire, minare, corripe. Feci oĩa, quicquid
virium habui impendi & expressi, nihil me video pro-
fecisse: omnis opera insumpta est, dolor remãsit. Quo- 7. q. 1. Ad-
modo ergo requiescet cor meum à talibus, nisi vt dicã: uersitas.
Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Et tamen non
sicut coruo. Columba à molestiis quęrit auolationem,
sed non amittit dilectionem. Columba enim pro si-
gno dilectionis ponitur, & in ea gemitus amatur. Ni-
hil tam amicum gemitibus quàm columba: die no-
ctúque gemit, tanquam hic posita vbi gemendum
est. Quid ergo dicit iste dilector? Conuicia hominum
ferre non possum, strident, rabie feruntur, accendun-
tur iracundia, in ira adumbrant me. Prodesse illis non
possum. Vtinã requiescam alicubi ab eis separatus cor-
pore, non amore: ne in me conturbetur ipsa dilectio.

Verbis

Verbis meis & collocutione mea prodesse nõ possum,
orando pro eis forsitan prodero. Dicũt ista homines,
sed plerunque ita ligantur vt volare non possint. Fortè
Philip.1. d. enim non ligantur visco, sed ligantur officio. Si autem
ligantur curã & officio &, deserere non possunt: dicãt,
Optabã dissolui, & esse cum Christo. Multò enim ma-
gis optimũ, manere in carne necessarium propter vos.
Columba delicata, religata affectu, nõ cupiditate, vo-
lare non poterat propter implendum officiũ, non pro-
pter paruum meritum. Tamẽ desiderium in corde ne-
cesse est vt sit, nec patitur hoc desiderium, nisi qui cœ-
Matth.7.b. perit ambulare angustam illã viam: vt nouerit quia nõ
desunt Ecclesiæ persecutiones, etiam in hoc tempore
quando tranquillitas videtur Ecclesiæ, ab his quidem
persecutionibus, quas martyres nostri passi sunt. Non
2. Tim.3. c. autem desunt persecutiones, quia verum est illud: Om-
nes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionẽ pa-
B tientur. Non pateris persecutionem, non vis piè viuere
in Christo. Vis probare verum esse quod dictũ est? in-
cipe piè viuere in Christo. Quid est, piè viuere in Chri-
2. Cor. 11.g sto? Vt pertineat ad viscera tua, ⁊ ait Apostolus, Quis
infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, &
ego non vror? Aliorum infirmitates, aliorum scandala,
persecutiones illi fuerunt. Nunquid ergo desunt hoc
tempore? Plures abundant illis qui eas curant. Et ple-
runque videtur de lõginquo homo, & dicitur, bene est
illi. Et ille quid dicit? Aut sua gustat, & alienanõ potest:
aut apud se quod gustet non habet, & alteri gustanti,
imò deuoranti nõ compatitur. Incipiat ergo piè viuere
in Christo, & probet quod dicitur: incipit desiderare
pennas, elongare, fugere, & manere in deserto. Vnde
enim putatis, fratres, seruis Dei impleta esse deserta? Si
bene illi esset inter homines, recederẽt ab hominibus?
Et tamen quid faciunt & ipsi? Ecce elongant fugientes,
manent in deserto. Sed nunquid singulatim tenet eos
C charitas, vt cum multis maneant, & de ipsis multis exi-
stunt qui exerceant? Quia in omni cõgregatione mul-
titudinis necesse est vt inueniãtur mali. Deus enim qui
nouit exercendos nos, miscet nobis & non perseuera-
turos: aut certè ita simulatos, vt nec inchoauerint in
quo perseuerare debeant. Nouit enim necessarium esse
nobis vt feramus malos, & proficiat quòd boni sumus.
Diligamus inimicos; corripiamus, castigemus, excom-
municemus, cum dilectione à nobis etiam separemus.
2. Thess. 3.d Videte enim quid dicat Apostolus: Si quis autem non
obaudit verbo nostro, per epistolã hunc notate, & no-
lite cõmisceri cum eo. Sed ne subrepat tibi ex hoc ira-
cundia, & turbet oculum tuum, non, inquit, vt inimicũ
eum existimetis, sed corripite vt fratrem, vt erubescat.
A quo indixit separationẽ: non præcidit dilectionem.
Viuit ille oculus, viuit vita tua. Est enĩ amissa dilectio,
mors tua. Hanc ille amittere timuit qui dixit: Metus
mortis cecidit super me. Itaque ne amittam dilectionis
D vitam, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & vola-
bo & requiescã? Quò iturus es? Quò volaturus? Vbi re-
quieturus? Ecce elongaui fugiens & mansi in deserto.)
In quo deserto? Vbicunque fueris, congregabunt se cę-
teri: desertum tecum petẽt, affectabunt vitam tuam, tu
repellere nõ potes societatem fratrum. Miscentur tibi
etiã mali, adhuc tibi exercitatio debetur. Ecce elonga-
ui fugiens, & mansi in deserto. In quo deserto? Si fortè
in conscientia, quò nullus hominum intrat, vbi nemo
tecum est, vbi tu & Deus es. Nã si in deserto, in aliquo
loco es, quid facies de congregantibus se? Non enim à
genere humano separatus esse poteris, quamdiu in ho-
minibus viuis. Attende potius consolatorẽ illum Do-
minum & regem, imperatorem & creatorem nostrum,
Ioan.6.g. creatum esse etiam inter nos. Attende quia duodecim

suis miscuit vnũ quẽ pateretur. Dicit, Ecce elõgaui fu-
A giens, & mansi in deserto. Fortè iste, vt dixi, fugerat ad
conscientiã suam, ibi aliquãtũ desertum inuenerat vbi
requiesceret. Sed illa dilectio cõturbat eũ: solus erat in
cõscientia, sed nõ solus in charitate: intus cõsolabatur
conscientia, sed forinsecus tribulationes nõ relinque-
bãt. Itaque in se quietus, ex aliis pendẽs, cùm cõturba-
retur adhuc, quid ait? Expectabã eum qui me saluũ fa-
ceret, à pusillo animo & tẽpestate.) Mare est, tempestas
est: nihil tibi restat nisi exclamare, Domine pereo. Por- Matth.14.d
rigat manũ ille qui fluctus calcat intrepidus, subleuet
trepidationẽ tuã, firmet in se securitatẽ tuã, alloquatur
te intus, & dicat tibi: Me attẽde quid pertulerim. Fra-
trẽ malũ fortè pateris, aut inimicũ forinsecus pateris.
Quos nõ passus sum? Fremebãt forĩsecus Iudæi, intrin-
secus discipulus tradebat. Sęuit ergo tempestas, sed ille
saluos facit à pusillanimitate & tẽpestate. Fortè nauis
B tua ideo turbatur, quia ille in te dormit. Sæuiebat ma-
re, turbabatur nauicula in qua discipuli nauigabant;
Christus autẽ dormiebat. Tandẽ aliquando visum est
illis, quia inter illos dormiebat vẽtorum imperator &
creator. Accesserunt & excitauerũt Christũ: imperauit
vẽtis, & facta est trãquillitas magna. Meritò ergo fortè Matth. 8.
turbatur cor tuũ, quia excidit tibi in quẽ credideris. In n. 24.
tolerabiliter pateris; quia nõ venit tibi in mẽtem quid
pro te pertulerit Christus. Si in mentem non venit tibi
Christus, dormit. Excita Christũ, recole fidẽ. Tunc enĩ
in te dormit Christus, si verum illũ filium Dei abnegas
esse: si oblitus fueris passionis Christi. Tũc in te vigilat
Christus, si memineris passionũ Christi. Cùm autẽ ple-
no corde intuitus fueris quid ille fuerit passus, nónne
æquo animo & tu tolerabis? Et fortassis gaudes, quia
inuẽtus es in aliqua similitudine passionum regis tui.
Cùm ergo ista cogitans consolari & gaudere cœperis,
C ille surrexit, ille vẽtis imperauit: ideo facta est trãquilli-
tas. Expectabã eum qui me saluum faceret à pusilla-
nimitate & tempestate. Submerge Dñe, & diuide linguas
eorũ.) Attẽdit tribulãtes se, & adumbrãtes se: & opta-
uit hoc, nõ de ira; † fratres. Qui se malè extulerunt, ex- al. fratr. tres.
pedit eis vt submergãtur. Qui malè cõspirauerũt, expe-
dit eis vt linguę eorũ diuidãtur: ad bonũ cõsentiant, &
concordent linguæ eorũ. Si autẽ in idipsum aduersum Psal. 40.
me susurrabãt, ait, oẽs inimici mei perdãtur in idipsum
in malo. Diuidãtur linguæ eorum, non sibi cõsentiant.
Submerge Domine, & diuide linguas eorũ. Submerge.
Quare? Quia se extulerunt. Diuide. Quare? Quia in ma-
lum cõspirauerunt. Turrim illã recordare superborum
factã post diluuiũ. Quid dixerũt superbi? Ne pereamus Gene.11.a
diluuio, faciamus altã turrim. Superbia se munitos esse
arbitrabãtur. Extruxerunt altã turrim, & Dominus di-
uisit linguas eorũ. Tũc se cœperunt nõ intelligere: hinc
facta est origo linguarũ multarũ. Antea enim vna lin-
D gua erat: sed vna lingua cõcordibus proderat, vna lin-
gua humilibus proderat. At vbi illa collectio in cõspi-
ratione superbiæ præcipitata est; pepercit illis Deus vt
diuideret lĩguas, ne se intelligẽdo perniciosam facerẽt
vnitatẽ. Per superbos homines diuisæ sunt linguæ, per
humiles Apostolos cõgregatæ sunt linguæ. Spiritus su-
perbiæ dispersit linguas, Spiritus sanctus congregauit
linguas. Quando enĩ Spiritus sanctus venit super disci- Act. 2 a.b.
pulos, oĩm lĩguis locuti sunt, ab omnib. intellecti sunt:
linguæ dispersæ, in vnũ cõgregatæ sunt. Ergo si adhuc
sæuiunt & gentiles sunt, expedit eis diuisas habere lin-
guas. Volũt vnã linguã, veniãt ad Ecclesiã: quia & in di-
uersitate linguarũ carnis, vna est lingua in fide cordis.
Submerge Domine, & diuide linguas eorũ: Quoniã vi-
di iniquitatẽ & contradictionẽ in ciuitate.) Meritò iste
desertum quærebat, quoniam vidit iniquitatẽ & con-

tradictionē in ciuitate. Est quędā ciuitas turbuléta. Ipsa erat quæ turrim ædificauerat, ipsa confusa est, & appellata Babylonia, ipsa per innumerabiles gētes dispersa: inde cōgregatur Ecclesia in desertū bonę conscientiæ. Vidit enim cōtradictionē in ciuitate, Christus venit. Quis, Christus? Cōtradicis. Et filius Dei. Habet filium Deus? Cōtradicis. Natus est de virgine, passus, resurrexit. Et vnde hoc fieri potest? Cōtradicis. Attende saltem gloriā crucis ipsius. Iam in frōte regum crux illa fixa est; cui inimici insultauerunt. Effectus probauit virtutē: domuit orbem, nō ferro, sed ligno. Lignū crucis contumeliis dignum visum est inimicis, & ante ipsum lignum stātes caput agitabant, & dicebāt: Si filius Dei est, descendat de cruce. Extēdebat ille manus suas ad populum non credentē & cōtradicentē. Si enim iustus est, qui ex fide viuit, iniquus est qui nō habet fidē. Quod ergo hic ait, iniquitatē: perfidiā intellige. Videbat ergo Dominus in ciuitate iniquitatē & contradictionē, & extendebat manus suas ad populū non credentem & contradicentem: & tamen & ipsos expectās dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Adhuc sanè reliquiæ sæuiunt illius ciuitatis, adhuc cōtradicunt de frontibus omniū. Modò extendit manus ad reliquias non credentes & contradicentes: Quoniā vidi iniquitatē & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eā super muros eius iniquitas & labor.) Super muros eius, super munimenta eius, tenens quasi capita eius, nobiles eius. Ille nobilis, si Christianus esset, nemo remaneret paganus. Plerunque dicunt homines, Nemo remaneret paganus, si ille esset Christianus. Plerunq; dicunt homines, & ille si fieret Christianus, quis remaneret paganus? Quod ergo nondum fiunt Christiani, quasi muri sunt ciuitatis illius nō credentis & contradicentis. Quādiu isti muri stabunt? Nō semper stabunt. Circumit arca muros Hierico. Veniet tēpus septimo arcę circumitu, vt omnes muri ciuitatis non credētis & cōtradicentis cadāt. Quod donec fiat, turbatur iste in exercitatione sua: & perferens reliquias contradicentium, optat pennas auolationis, optat requiem deserti. Imò duret inter contradicētes, perferat minas, bibat opprobria: expectet qui eum saluum facit à pusillanimitate & tēpestate. Intueatur caput exēplū vitæ suæ, tranquilletur in spe, etsi turbatur in re. Die ac nocte circumdabit eā super muros eius iniquitas & labor. In medio eius & iniustitia.) Et ideo labor ibi, quia iniquitas ibi: quia iniustitia ibi, ideo & labor ibi. Sed audiant extendentem manus: Venite ad me omnes qui laboratis. Vos clamatis, vos contradicitis, vos cōuiciamini: ille econtra. Venite ad me oēs qui laboratis in superbia vestra, & requiescetis in humilitate mea. Discite à me, inquit, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Vnde enim illi laborant, nisi quia nō sunt mites & humiles corde? Deus humilis factus est, erubescat homo esse superbus. Non defecit de plateis eius vsura & dolus.) Vsura & dolus nō abscondunturſaltē, quia mala sunt, sed publicè sæuiunt. Etenī qui in domo aliquid mali facit, vel de malo suo erubescit, in plateis eius vsura & dolus. Fœnus & professionē habet. Fœnus etiā ars vocatur, corpus dicitur. Corpus quasi necessarium ciuitati, & de professione sua vectigal impendit. Vsqueadeò in platea est quod saltē abscondendum erat. Est & alia vsura peior, quando non dimittis, quod tibi debetur: & turbatur oculus in illo versu orationis, Dimitte nobis debita nostra. Quid enim ibi facturus es, quando oraturus es, & ad ipsum versum venturus? Verbum contumeliosum audisti: vis exigere damnationis supplicium? Vel tantū exige, quantum dedisti fœneratori. Iniuriarum pugno percussus es, interfectionē quæris. Vsura mala, quà iturus es in oratione? Si reliqueris orationē, quà circumiturus es ad Dominū? Ecce dices: Pater noster, qui es in cælis, Sāctificetur nomen tuū, Veniat regnum tuū, Fiat voluntas tua, sicut in cęlo & in terra. Dices, Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Venies ad, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vel in ciuitate illa mala abūdent vsuræ istæ, nō intrent parietes istos vbi pectus tunditur. Quid facies, quia ibi tu & ille versus in medio estis? Preces tibi cōposuit eęlestis iurisperitus. Qui nouerat quid ibi ageretur, ait tibi, Aliter nō impetrabis: Amē dico vobis; quia si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittētur & vestra vobis. Si autē non dimiseritis peccata hominibus, neque pater vester dimittet vobis. Quis hoc dicit? Qui scit quid ibi agatur, qui scit quod tu astās petis. Vide quòd voluit esse ipse aduocatus tuus, ipse iurisperitus tuus, ipse assessor patris. Ipse iudex tuus dixit, aliter non accipies. Quid facturus es? Non accepturus, si non dicturus: non accepturus, si falsum dicturus. Ergo aut facturus & dicturus, aut quod petis non promeriturus: quia qui hoc non faciunt, in vsuris illis malis sunt. Sint ibi illi qui adhuc idola aut adorant aut quęrunt: noli tu populus Dei, noli tu plebs Christi, noli tu corpus illius capitis. Attende vinculū pacis tuæ, attēde promissum vitæ tuæ. Quid enim tibi prodest, quia exigis iniurias quas pertulisti? Vltio te reficit? Ergo de malo alieno gaudebis? Passus es malum, ignosce: ne duo mali sitis, & nō deficiat de plateis eius vsura & dolus. Ideo ergo tu quęrebas solitudinē & pēnas, ideo murmuras & ferre nō potes cōtradictionē & iniquitatem ciuitatis huius. Requiesce in his qui tecum intus sunt, & noli quærere solitudinē. Audi & de ipsis quid dicat: Quoniam si inimicus exprobrasset mihi.) Et quidem superius conturbatus erat in exercitatione sua à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Fortè in illa ciuitate positus, superba illa erigente turrē, quæ subuersa est, vt diuiderētur eorum linguæ, attende intus quid gemat propter pericula à falsis fratribus. Quoniam si inimicus exprobrasset mihi, Sustinuissem vtiq;. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset.) Id est, per superbiam mihi insultasset, magnificaret se super me, minaretur mihi quicquid posset. Abscōderem me vtique ab eo.) Ab illo qui foris est, vbi te absconderes? Inter illos qui intus sunt. Nunc autē vide, si nō aliud restat nisi vt solitudinem quæras. Tu verò, inquit, homo vnanimis dux meus & notus meus.) Fortè aliquādo bonum consiliū dedisti, fortè aliquādo prœcessisti me, & salubre aliquid monuisti me: in Ecclesia Dei simul fuimus. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus: Qui simul mecū dulces capiebas cibos.) Qui sunt dulces cibi? Nō oēs qui affunt nouerūt: sed nō amaricentur qui nouerunt, vt possint illis qui adhuc nō nouerunt dicere: Gustate & videte, quoniā dulcis est Dominus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. In domo Dei ambulauimus cum consensu.) Vnde ergo dissensio? Qui intus erat, foris factus es. Ambulauit mecū in domo Dei cum consensu: aliam domum erexit contra domum Dei. Quare illa relicta est, vbi ambulauimus cum consensu? quare illa deserta est, vbi dulces simul capiebamus cibos? Veniat mors super eos, & descendant ad infernum viuentes.) Quomodo replicauit & recolere nos fecit primum illud schismatis initium, quando in illo primo populo Iudæorum quidam superbi se separauerunt, & extra sacrificare voluerunt? Noua mors super eos venit. Aperuit se terra, & viuos absorbuit. Veniat, inquit, mors super eos, & descendant ad infernum viuentes. Quid est viuentes? Scientes quia pereunt,

Gen. 11. b.
Lucæ 2. b. 23. a. b. & 24. a.
Matt. 27. c.
Esa. 65. a.
Rom. 1. b.
Lucæ 23. c.
Ios. 6. a.
Matth. 11. d
Matth 6. b
Matth. 6. b.
Matth. 6. d.
Psal. 33.
Gene. 11. b.
Num. 16. e.

pereunt, & tamen peccantes. Audi viuentes perire & absorberi hiatu terræ, id est, deuoratione terrenarū cupiditatum absorberi. Dicis homini: Quid pateris frater? Fratres sumus, vnum Deū inuocamus, in vnū Christum credimus, vnū Euangeliū audimus, vnum Psalmū cantamus, vnum amen respondemus, vnum haleluia resonamus, vnū pascha celebramus. Quid tu foris es, & ego intus sum? Plerunque angustatus & considerans quàm vera dicātur, reddat, ait, Deus maioribus nostris: Ergo viuus perit. Deinde addis & mones, saltem solū sit malum segregationis, cur adiungis & rebaptizationis? Agnosce in me quod habes: & si tu me odisti, Christo in me parce. Et hoc eis malū plerunque & maximè displicet. Verè, inquiunt, malè fit: vtinam posset non fieri. Sed quid facimus de statutis maiorum nostrorū? Descendant ad infernum viuentes. Si mortuus descenderes, quid ageres ignorares. Cùm verò scis malū esse quod facis, & tamen facis: nónne viuus descendis ad inferos? Sed quare maximè ipsos duces terræ hiatus absorbuit viuos, populum autem illis consentientem è cælo irruens ignis absumpsit? Propterea hanc pœnam commemorans Psalmus iste, à populo cœpit: & ad duces cōclusit. Veniat mors super eos, propter illos dixit, super quos venit ignis de cælo: & statim adiūxit, Descendāt ad infernū viuentes, propter duces quos terrę hiatus absorbuit. Nā quomodo descenderunt ad infernū viuentes, de quibus dixerat, Veniat mors super eos? Si iam super eos mors venerat, quomodo viui ad inferos descendebant? Ergo à minoribus cœpit, ad maiores conclusit. Veniat mors super eos qui consenserunt & cōsecuti sunt. Quid illi duces & principes? Descendant ad infernum viuentes: quia ipsi Scripturas tractāt, & nouerunt bene quotidie legendo quomodo Ecclesia catholica per totum orbē terrarum ita diffusa est, vt omnino contradictio omnis vacet, nec inueniri possit aliquod testimonium pro schismate eorum: no uerunt bene, ideo ad inferos viuentes descendunt, quia malū quod faciunt, malum esse nouerunt. Illos autem diuinę iracundiæ ignis absumpsit. Studio enim contentionis accensi, à dulcibus suis malis recedere noluerunt. Venit super ignē ignis, super ardorem dissensionis ardor consumptionis. Veniat mors super illos, & descēdant ad infernū viuentes. Quoniā nequitia in hospitiis eorum, in medio eorū.) In hospitiis vbi peregrinātur & trāseunt. Non enim hic semper futuri sunt, & tamē pro animositate temporali sic pugnāt: in hospitiis ergo eorū iniquitas, in medio eorum iniquitas: nullum tam medium eorum quàm cor eorum. Ego ad Dominum exclamaui,) Corpus Christi & vnitas Christi in angore, in tædio, in molestia, in conturbatione exercitationis suæ. Ille vnus homo, in vno corpore posita vnitas, cùm tæderet animā eius exclamans à finibus terræ: A finibus terræ ad te clamaui, inquit, cùm angeretur cor meum. Ipse vnus, sed vnitas vnus: & ipse vnus, non in vno loco vnus, sed à finibus terræ clamat vnus. Quomodo à finibus terræ clamaret vnus, nisi in multis esset vnus? Ego ad Dñm exclamaui. Rectè. Tu exclama ad Dominū, noli ad Donatum: nemo tibi sit pro domino dominus, qui sub Domino noluit esse cōseruus. Ego ad Dominū exclamaui. Et Dominus exaudiuit me. Vespere, mane & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam.) Euangeliza tu, noli tacere tu, dic quod accepisti. Vespere de præteritis, mane de futuris, meridie de sempiternis. Ideo ad id q̃ ait, vespere, pertinet q̃ enarrat. Ad id quod ait, mane, pertinet quod annūciat. Ad id quod ait, in meridie, pertinet quòd exauditur vox eius. Finis enim in meridie est, sed inde non declinatur in occasum. In meridie enim lux excelsa est splē-

A
B
C
D

dor sapientiæ, feruor dilectionis. Vespere, mane & meridie. Vespere Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascēsione. Et enarrabo vespere patientiā morientis, annūciabo mane vitā resurrectionis, orabo vt exaudiasmeridie sedens ad dexterā patris: Exaudiet vocē meā qui interpellat pro nobis. Quāta huius securitas? quanta consolatio, quāta refectio? A pusillanimitate & tēpestate cōtra malos; cōtra iniquos, & foris & intus; & in his qui foris sunt, cū fuissent intus. Itaq. fratres mei quos in ipsa cōgregatione parietū horū videtis turbulentos, superbos, sua quærentes, elatos, non habētes zelū Dei castū, sanū, quietū, sed multum sibi tribuētes, ad dissensionē paratos, sed occasionē non inueniētes, ipsa est palea Dominicæ areæ. Hinc illos paucos superbiæ ventus excussit: tota palea non volabit, nisi cùm ille in vltimo ventilabit. Sed nos quid nisi cùm isto cantemus, cum isto oremus, cum isto plangamus & dicamus securi? Redimet in pace animā meā.) Contra illos qui nō amāt pacē. In pace redimet animam meā, quia cū his qui oderunt pacem, erā pacificus. Redimet in pace animā meā. Ab his qui appropinquant mihi.) Nā ab illis qui lōgè sunt à me, facilis causa est. Non me tam citò fallit qui dicit: Veni idolū adorare: multum à me lōgè est, Christianus es? Christianus, inquit. Ex propinquo aduersatur, propè est. Redimet in pace animā meā ab his qui appropinquant mihi: Quoniam in multis erant mecum.) Quare dixit, qui appropinquant mihi? Quia in multis erant mecū. In hoc versu duæ sentētiæ occurrūt. In multis erant mecū. Baptismū habebamus vtique, in eo erant mecū. Euangelium vtrique legebamus, erant in eo mecū. Festa martyrum celebrabamus, erant ibi mecū. Paschæ solēnitatem frequentabamus: erant ibi mecū, sed non omnino mecū. In schismate non mecū, in hęresi non mecū. In multis mecū, in paucis nō mecū. Sed in his paucis in quibus non mecū, non eis prosunt multa, in quibus mecū. Etenim fratres videte quàm multa enarrauit apostolus Paulus: vnū dixit, si illud defuerit, frustra sunt alia. Si linguis hominū loquar & angelorū, ait, si habeam omnem prophetiam & omnem fidem, & omnem scientiam, si montes trāsferam, si distribuam omnia mea pauperibus, si tradam corpus meum ita vt ardeat. Quàm multa enumerauit? His omnib. multis defit vna charitas: illa numero plura sunt, hæc pondere maior est. Ergo in omnibus sacramentis mecum, in vna charitate non mecum: in multis erant mecum. Rursus alio modo, quoniam in multis erant mecum: qui se separauerant à me, mecū erant, nō in paucis, sed in multis. Etenim per totum orbem terarum pauca sunt grana, multæ sunt paleæ. Quid ergo ait? In palea mecū erant, in tritico non mecum erant, Et propinquat palea tritico: de vno semine exit, in vno agro radicatur, vna pluuia nutritur, eundem messorem patitur, eandē trituratione sustinet, eandem ventilationem expectat, non in vnum horreum intrat. Quoniam in multis erant mecum. Exaudiet me Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula.) Illi enim præsumunt de nescio quo duce suo qui cœpit heri, humiliabit illos qui est ante secula: quia etsi extante tempore Christus noster de Maria virgine, ante secula tamen in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Humiliabit illos qui est ante secula. Non enim est illis commutatio.) De illis dico, quibus non est commutatio. Nouerat aliquos perseuerature, & in perseueratione suæ nequitiæ morituros. Videmus enim eos, & non est illis commutatio. Qui sic moriuntur in ipsa peruersitate, in ipso schismate, non est illis commutatio. Humiliabit illos Deus, humiliabit illos in damnatione, quia erecti sunt in dissensione,

Matth. 27. f
Act. 1. b.
Rom. 8. g.
Matt. 3. c.
Psal. 119.
Ioan. 1. a.
1. Cor. 13. a.
Matth 3. a. & 13 d.

Non est illis cõmutatio, quia non mutantur in melius,
sed in peius: nec cùm hic sunt, nec in resurrectione. Oẽs
1 Cor. 15. g enim resurgemus, sed non oẽs immutabimur. Quare?
Psal. 54. Quia non est illis commutatio: Et non timuerũt Deũ.)
Fratres mei, vnum remedium est. Timeant Deum, de-
ferant Donatum. Dicis illi, Peris in hæresi, in schisma-
te, & necesse est vt Deus retribuat istis malis. Venies in
Matth. 15. b dẽnationẽ, noli tibi blandiri verbis tuis, ne sequaris
cæcum ducem. Cæcus autem cæcum ducens, simul in
foueam cadũt. Quid ad me? ait. Quomodo heri vixi, sic
& hodie. Parentes mei quod fuerunt, hoc & ego. Non
times Deũ; habe timorẽ Dei. Cogita quia ista omnia
vera sunt quæ leguntur, quia est fides Christi quæ falli
non potest. Quomodo in hæresi remanebis ad tantam
cuidẽtiã sanctæ catholicæ, quã diffudit Deus per totũ
orbem terrarũ? quam antequam diffunderet promisit,
prænunciauit, sic exhibuit vt promisit. Ergo caueãt &
obseruent qui non timent Deũ. Extendit manum suã
in retribuendo. Polluerunt testamentum eius,) Lege
Genes. 12. a. & 26. a. testamentum quod polluerunt. In semine tuo benedi-
centur omnes gentes. Polluerunt testamentũ eius. Tu
contra ista verba testatoris quid dicis? Africa sola istam
gratiam meruit sancti Donati, in ipso remansit Ecclesia
Christi. Dic saltem Ecclesiam Donati. Quare adiungis
Christi, de quo dictũ est, In semine tuo benedicentur
omnes gentes? Post Donatum vis ire? Pone Christum,
& sic recede. Videte ergo quid sequitur, Polluerunt te-
stamentum eius. Quod testamentum? Abrahæ dictæ
sunt promissiones & semini eius. Apostolus dicit, Fra-
tres, tamen hominis testamentum confirmatum nemo
Galat. 3. e. irritũ facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt pro-
missiones & semini eius. Nõ dicit, & seminibus, tanquã
in multis: sed tanquã in vno, & semini tuo qui est Chri-
stus. In hoc ergo Christo quod promissum est testamẽ-
Genes. 11. a. & 26. a. tum? In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Tu qui
dimiisisti vnitatem omniũ gẽtium, & in parte remãsisti,
polluisti testamentũ eius. Quid tibi ergo contigit? Vt
exterminareris, vt ab hæreditate separareris, de ira Dei
est. Attende enim quid sequatur. Polluerunt testamẽtũ
eius. Diuisi sunt præ ira vultus eius.) Quid expectatis,
qua maiore nota ostendantur hæretici? Diuisi sunt præ
ira vultus eius. Et appropinquauit cor illius.) Cuius in-
telligimus, nisi cuius ira diuisi sunt? Quomodo appro-
pinquauit cor illius? Vt intelligamus voluntatẽ illius.
Etenim hæreticis exerta est catholica, & ex his qui malè
sentiunt probati sunt qui bene sentiunt. Multa enim
latebant in Scripturis: & cùm præcisi essent hæretici,
quæstionibus agitauerũt Ecclesiã Dei. Aperta sunt quę
latebant, & intellecta est voluntas Dei. Inde dicitur in
Psal. 67. alio Psalmo, Cõgregatio taurorum inter vaccas popu-
lorũ, vt excludãtur hi qui probati sunt argento. Exclu-
dantur enim dixit, emineant, eant, appareant. Vnde di-
l. exclusores. cuntur & in arte argentaria, exclusores, id est, ex quadã
confusione massæ, suæ formæ expressores. Ergo multi
D qui optimè potestant Scripturas dignoscere & pertra-
ctare, latebant in populo Dei: nec afferebant solutionẽ
quæstionum difficilium cùm calumniator nullus insta-
ret. Nunquid enim perfectè de Trinitate tractatum est,
antequam oblatrarẽt Ariani: nũquid perfectè de pœ-
nitentia tractatũ est antequã obsisterẽt Nouatiani? Sic
non perfectè de baptismate tractatũ est, antequã cõtra-
dicerent foris positi rebaptizatores: nec de ipsa vnitate
Christi enucleatè dicta erãt quæ dicta sunt, nisi postea
quàm separatio illa vrgere cœpit fratres infirmos, vt iã
illi qui nouerant hæc tractare atq. dissoluere, ne perirẽt
infirmi sollicitati quęstionibus impiorũ, sermonibus &
disputationibus suis obscura legis in publicũ deduxe-
rent. Ergo illi diuisi sunt præ ira vultus eius, & nobis
ad intelligendum appropinquauit cor eius. Itaque in-
A telligite illud quod in Psalmo alio cõmemorauit, Con-
gregatio taurorum, id est, superborũ cornupetarũ, in-
ter vaccas populorum. Quas dixit vaccas? Animas se-
ductibiles. Vt quid hoc? Vt excludantur hi, id est, appa-
reant qui latebant, qui probati sunt argento. Quid est
Psal. 11. argento? Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne
examinatum, probabile terræ, purgatum septies tantũ.
Hunc sensum obscurũ videte quemadmodũ in lucem
1. Cor. 11. excludat Apostolus. Oportet, inquit, & hæreses esse: vt
probati manifesti fiãt inter vos. Quid est probati? Pro-
bati argẽto, probati eloquio. Quid est manifesti fiant?
Excludantur. Quare hoc? Propter hæreticos. Quid est,
propter hæreticos? Propter congregationẽ taurorum
inter vaccas populorũ. Sic ergo & hi diuisi sunt præ ira
vultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti sũt ser-
mones eius super oleũ, & ipsi sunt iacula.) Quædã enim
in Scripturis dura videbãtur, cùm obscura essent, ex-
B posita mollita sunt. Nam & prima hæresis in discipulis
Christi velut ad duritiem sermonis ipsius facta est. Cũ
4. sen. dist. 10. cap. Sunt item. enim diceret, Nisi quis mãducauerit carnem meam, &
biberit sanguinem meũ, non habebit vitam in se: illi nõ
intelligentes dixerunt ad inuicẽ, Durus est hic sermo,
Ioan. 6. quis potest eum audire? Dicentes quia durus est sermo
hic, separauerunt se ab illo: remansit cũ aliis duodecim.
Cùm ei suggessissent, illos in sermone eius fuisse scan-
dalizatos, Nũquid & vos, inquit, vultis abire? Et Petr⁹,
al. Intendite Verbum vitæ æternæ habes, ad quem ibimus? † Intelli-
gite obsecramus vos, & paruuli discite pietatem. Nun-
Ioan. 6. g. quid iam Petrus intelligebat secretum illius sermonis
Dñi? Nondum intelligebat: sed bona esse verba quę nõ
intelligebat, piè credebat. Ergo si durus est sermo, &
nondum intellectus est, durus sit impio, tibi autẽ pieta-
te molliatur: quia quandoque soluetur, & fiet tibi oleũ,
& vsq. ad ossa penetrabit. Proinde tanquã ipse Petrus
post illos duritia sicut putabant sermonis Domini scã-
dalizatos etiam hic diceret, Verbũ vitæ æternæ habes,
C ad quem ibimus: ita subiecit, Iacta in Dominum curam
tuam, & ipse te enutriet.) Paruulus es, nondum intelli-
1. Cor. 3. a. gis secreta verborũ. Fortè tibi panis latet, & adhuc la-
cte nutriendus es. Noli irasci vberibus: ipsa te idoneũ
reddent ad mensam, cui modò minus idoneus es. Ecce
per diuisionem hæreticorum multa dura mollita sunt:
sermones illius duri, molliti sunt super oleũ, & ipsi sunt
iacula. Armauerunt euangelizantes: & ipsi sermones
diriguntur in pectora quorunque audientium ab instã-
tibus opportunè & importunè. Illis sermonibus, illis
verbis tanquã sagittis corda hominum ad amorẽ pa-
cis figuntur. Duri erant, & molles facti sunt. Molliti nõ
virtutem amiserunt, sed in iacula cõuersi sunt. Molliti
sunt sermones eius super oleũ: & ipsi molliti sermones,
ipsi sunt iacula. Sed tu nõdum fortè idoneus es qui ar-
meris his iaculis, & nondũ tibi cluxit quod in sermone
D fortè obscurum est & durum. Iacta in Dominum cu-
ram tuam, & ipse te enutriet.) In Dominum iacta te.
Ecce vis te iactare in Dominum, nemo se supponat pro
Domino. Iacta in Dominum curam tuam. Vide quẽ-
admodum magnus ille miles Christi in se curam paru-
lorum iactari noluit: Nũquid Paulus pro vobis cru-
1. Cor. 1. b. cifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid eis
aliud dicebat, nisi iactate in Dominum curam vestrã,
& ipse vos enutriet? Modò autem vult paruulus iactare
curam suam in Dominum, & occurrit nescio quis, &
dicit, ego excipio. Tanquam naui fluctuanti occurrit
& dicit, ego excipio. Responde & tu. Portum quæro,
non saxum. Iacta in Dominum curam tuam, & ipse
al. quia portus te excipit. te enutriet. Et vide † quis portus te excipiet.

Non dabit in æternum fluctuationem iusto. ¶ Vi-
deris

deris fluctuare in mari isto, sed excipit te portus. Tu
A tantũ antequã intresin portum, ab ancora noli abrũpi.
Fluctuat nauis in ancoris, sed non longè à terra proiici-
tur: nec in æternum fluctuabit, etsi ad tempus fluctuat.
Etenim ad fluctuationẽ pertinent verba superiora: Cõ-
tristatus sum in exercitatione mea, & cõturbatus sum.
Expectabam eum qui me saluũ faceret à pusillanimita-
te & tempestate. Fluctuans loquitur, sed non in æternũ
fluctuabit. Nã ancora ligatur, ancora spes eius est. Non
dabit in æternũ fluctuationem iusto. Illis autem quid?
Tu verò Deus deduces eos in puteum corruptionis.)
Puteus corruptionis, tenebræ sunt submersionis. De-
Matth. 15. b Rom. 1. c. duces eos, inquit, in puteum corruptionis, quia cæcus
cæcum ducens, ambo in foueam cadunt. Deducit illos
Deus in puteum corruptionis: non quòd ipse sit author
culpæ ipsorũ, sed quòd ipse sit iudex iniquitatum corũ.
Tradidit enim eos Deus in concupiscentias cordis eo-
rum. Amauerũt enim tenebras, & non lucem, dilexe-
runt cæcitatem, & non visionẽ. Nã ecce Dominus Ie-
B sus eluxit vniuerso mundo, cantent in vnitate cũ toto
Psal. 18. mundo: Non enim est qui se abscondat a calore illius.
Illi autẽ traducentes se à toto ad partem, à corpore ad
vulnus, à vita ad præcisionem: quid passuri sunt, nisi in
puteũ corruptionis ituri? Viri sanguinũ & dolositatis.)
Viros sanguineos propter interfectiones dicit, atque
vtinam corporales, & nõ spiritales. Sanguis enim de
carne exiens, videtur & horretur. Quis videt sanguinẽ
cordis in rebaptizato? Illæ mortes alios oculos quærũt:
quanquã & de istis mortibus visibilibus non quiescant
armati vbiq. circumcelliones. Et si istas visibiles mor-
tes attendamus, viri sanguinũ sunt. Attende armatũ. Si
vir pacis esset, & nõ sanguinis, fustẽ saltem solũ ferret:
sed fert fundibulum, fert securim, fert lapides, fert lan-
ceas: & ista portantes vbique quà possunt euagantur,
sanguinẽ innocentiũ sitiunt. Ergo & de istis visibilibus
mortib. sunt viri sanguinũ. Sed & de illis dicamus: Vti-
nã solas visibiles facerent, & animas non perimerent.
C Isti qui sunt viri sanguinũ & dolositatis, ne putent quia
nos malè sic intelligimus viros sanguinum, qui animas
occidũt: ipsi Maximinianistas suos sic intellexerũt. Nã
Psal. 13. cùm eos dãnarent, in ipsa sentẽtia cõcilij sui ista verba
posuerũt: Veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ
annunciatorũ, cõtribulatio & calamitas in viis eorũ, &
viam pacis non cognouerunt. Hoc de Maximinianistis
dixerũt. Quæro autẽ ego ab eis quando Maximiniani-
stæ fuderint corporis sanguinẽ, non quia & ipsi non fu-
derint, si esset talis multitudo quæ fũderet, sed propter
timiditatẽ paucitatis suæ magis ab eis passi sint aliquid,
quàm ipsi tale aliquid aliquãdo fecerũt. Ergo interro-
go Donatistã & dico: In cõcilio tuo posuisti de Maxi-
minianistis, veloces pedes eorũ ad effundendũ sangui-
nem. Vnũ mihi date quẽ digito lęserint Maximiniani-
stæ? Quid mihi aliud responsurus est, nisi quod ego di-
co? Qui se separauerunt ab vnitate, & animas seducen-
D do interimunt, spiritaliter, nõ carnaliter sanguinẽ fun-
dũt. Optimè exposuisti, sed in expositione tua cognos-
ce facta tua. Viri sanguinũ & dolositatis. In fraude do-
lositas, in simulatione, in seductione. Quid ergo illi ipsi
qui diuisi sunt prę ira vultus eius? Ipsi sunt viri sanguinũ
& dolositatis. Sed quid de illis ait? Non dimidiabunt
dies suos.) Quid est, nõ dimidiabunt dies suos? Nõ pro-
Hier. 17. b. ficient quantũ putãt: intra tẽpus quod sperãt, peribũt.
Ipse est enim perdix ille, de quo dictum est, In dimidio
dierũ eius derelinquẽt eũ, & in nouissimis suis erit insi-
2. Tim. 3. c. piens. Proficiũt, sed ad tẽpus. Quid enim ait apostolus?
Maligni autem homines & seductores proficient in pe-
Matth. 15. b ius: ipsi errantes, & alios in errorem mittentes. Cæcus
autem cæcum ducens, simul in foueã cadunt. Meritò
cadunt in puteũ corruptionis. Quid ergo ait? Proficiẽt
A in peius, non tamen diu. Nã paulò antè dixit, sed vltrà
non proficient: hoc est, non dimidiabunt dies suos. Se-
quatur apostolus & dicat quare: Dementia enim eorũ
manifesta erit omnibus, sicut & illorũ fuit. Viri sangui-
num & dolositatis non dimidiabunt dies suos: Ego
autem in te speraui Domine.) Meritò autem illi non
dimidiabunt dies suos, quia in homines sperauerunt.
Ego autẽ à diebus temporalibus peruenì ad diem æter-
nam. Quare? Quia in te speraui Domine.

IN PSALMVM LV. ENARRATIO.

SICVT aliquam domum intraturi, cuius sit & ad quẽ
pertineat, in titulo inspicimus; ne fortè importunè
irruamus quò non oportet, neque rursùs timiditate re-
uocemur ab eo quò oportet intrare. Tanquam ergo si
legeremus, hæc prædia illius aut illius, ita in superlimi-
nari Psalmi huius habemus inscriptum: In finẽ pro po-
populo, qui à sanctis longè factus est, ipsi Dauid in tituli
B inscriptionẽ, cùm tenuerunt eum allophyli in Geth.) 1. Reg. 21. a
Agnoscamus ergo populum qui longè factus est à san-
ctis in tituli inscriptione. Pertinet enim hoc ad ipsum
Dauid, quẽ iam nostis intelligere spiritaliter. Neque
enim cõmendatur nobis nisi ille de quo dictum est, Fi- Rom. 10. a.
nis legis Christus ad iustitiã omni credenti. Ergo in fi-
nẽ cùm audis, in Christum intende: ne in via remanẽ-
do non peruenias ad finem. Quicquid enim est, vbi in-
fra steteris, antequã ad Christum peruenias, nihil tibi
aliud sermo diuinus dicit, nisi accede: nondũ est locus
vbi securitas sit. Est quidã locus vbi statio fidissima col-
locatur: est quædam petra, vbi domus secura cõsurgit,
vt non metuat imbrem tempestatis. Flumina enim im- Matth. 7. d
pegerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim
erat supra petram. Petra autem erat Christus. Sub no-
mine Dauid Christus figuratur: quia de illo dictum est,
qui factus est ex semine Dauid secundum carnẽ. Quis 1. Cor. 10. a
est ergo populus qui longè à sanctis factus est in tituli
inscriptionem? Ipse titulus ostendat nobis populum
istum. Scriptus est enim quidam titulus in Dominica Rom. 1. a.
passione, quando Dominus crucifixus est. Erat ibi ti-
tulus inscriptus, Hebraicè, Græcè, & Latinè, Rex Iu-
dæorũ: tribus linguis tanquã tribus testibus titulus ap- Ioan. 19. d
probatus: quia in ore duorũ vel trium stabit omne ver-
bum. Istũ titulum cùm legissent Iudæi, indignati sunt,
& dixerunt ad Pilatum: Noli scribere rex Iudæorum: Deut. 17. b
sed quia ipse dixit, se regem esse Iudęorũ. Ipsum dixisse,
scribe, dixerunt, non hoc esse quod dixit. Sed quia ve-
rum est in alio Psalmo, in tituli inscriptione, ne corrũ- Psal. 56.
pas: respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi: tanquam di-
cens, Scripsi, non corrumpo veritatem, etsi vos diligi- Ioan. 19. d.
tis falsitatẽ. Quia ergo in maledicto isto indignati sunt
Iudæi, dicentes: Nos non habemus regem nisi solũ Cę-
sarem, de tituli offensione longè facti sunt à sanctis.
Propinquent sanctis, & agglutinentur sancto qui regẽ
Christum agnoscunt, & habere concupiscunt. Longè
fiant à sanctis qui cõtradicentes titulo respuerunt regẽ
Deum, & elegerunt regẽ hominem. Omnis ergo po-
pulus humano regno delectatus, respuens in se regnare
Dominum, quo regnante ita quisque subiectus est, vt
regnet & ipse cupiditatibus suis. Omnis ergo populus
talis longè est à sanctis. Nolite itaque, fratres, in solis
Iudæis hoc aduertere. Data sunt quidem in illis quasi
primitiua exempla, vt in illo populo eluceret quod
omnis homo caueret. Apertè illi regem Christum re-
cusauerunt, & regem Cæsarem elegerunt. Est quidem
& Cæsar rex homo hominib. ad humana, sed alius rex
est ad diuina. Alius rex ad vitam temporalem, alius ad
æternam. Alius rex terrenus, alius rex cælestis. Rex
terrenus sub rege cælesti, rex cælestis super omnia,

Non ergo illi quia dixerunt se habere Cæsarem regē,
peccauerunt, sed quia regem Christum habere nolue- A
runt. Et modò multi Christum regem in cælo sedentē
& vbique regnantem habere nolunt, & ipsi sunt qui tri-
bulant nos. Contra tales iste Psalmus confirmat nos.
Necesse est enim vt tales patiamur vsq. in finem, quos
nō pateremur, nisi nobis expediret. Oīs enī tētatio ꝓ-
batio est, & omnis probationis effectus habet fructum
suū: quia homo plerūque etiā sibiipsi ignotus est. Quid
ferat, quidve non ferat, ignorat. & aliquando pręsumit
se ferre quod nō potest, & aliquando desperat se posse
ferre quod potest. Accedit tentatio quasi interrogatio,
& inuenitur homo à seipso, quia latebat & seipsum, sed
artificē non latebat. Proinde Petrus præsumpsit nescio
Lucæ 22.d. quid quod in illo nondum erat, vsque ad mortē se cū
Domino Iesu Christo esse perseueraturū. Vires suas Pe-
trus ignorabat, sed Dominus nouerat. Præuidebat mi-
nus idoneū qui fabricauerat, qui etiā fabricato à se vi-
res idoneas daturus erat. Qui nōdum dederat, sciebat:
ille qui necdum acceperat, nesciebat. Accessit tētatio: B
Matth.26.g negauit, fleuit, accepit. Cùm ergo nesciamus quid pe-
tamus, tanquā non habentes, & vnde gratias agamus
tanquā accipiētes, opus est semper tentationibus & tri-
bulationibus erudiri in isto seculo: sed tribulari nō pos-
sumus, nisi ab eis qui longè fiunt à sanctis. Longinqui-
tatē istam, fratres, intelligite cordis esse, non corporis.
Fit enim plerunq. vt qui corpore longè peregrinatur à
te, cōiunctus sit tibi, quia hoc amat quod tu. Et fit ple-
runque vt stans iuxta te, cōiūctus sit tibi, q̃a hoc amat ꝙ
tu. Et fit plerūq. vt stās iuxta te, ex eo q̃a diligit mundū,
cū tu diligas Deū, lōgè sit à te. Quid ergo sibi vult, ꝙ
ad ipsum titulū adhuc pertinet, quia tenuerūt eum al-
lophyli in Geth? Geth ciuitas quædā erat allophylorū,
id est, alienigenarū, vtiq populi lōgè à sanctis. Ex eo
Ioan.19.c. enim quòd alienigenæ, nō vtiq. appropinquāt sanctis,
sed lōgè sunt à sanctis. Oēs qui recusant Christū regem
Hier.2.d. alienigenæ fiunt. Quare alienigenæ fiunt? Quia & illa
vitis quamuis ab illo plantata, amara facta, quid audi- C
uit? Quare cōuersa es in amaritudinē vitis aliena? Non
1.Reg.21.c. dictū est, vitis mea: quia si mea, dulcis. Si amara, non
mea; si non mea vtique aliena. Tenuerunt ergo eū allo-
phyli in Geth. Inuenimus quidem fratres Dauid ipsum
filium Iesse, regē Israël, peregrinatū esse apud allophy-
los, cùm quæreretur à Saule, & fuit in ista ciuitate & a-
Matth.1.a. pud regē ciuitatis hui⁹, sed ibi retētū esse non legimus.
Ergo Dauid nostrum Dominū Iesum Christum natū
ex semine illius Dauid, nō solùm tenuerūt, sed & tenēt
adhuc allophyli in Geth. Geth diximus quòd ciuitas
Ephes.5.c. sit. Interrogata aūt interp̄tatio huius nominis, indicat
Lucæ 2.b. torcular. Christus secūdū quod caput est saluator cor-
Lucæ 24.a. Rom.8.g. Ephes.1.d. poris, ille natus ex virgine crucifixus, qui iā nobis exē-
plum resurrectionis nostræ in resurrectione suæ carnis
ostēdit: qui sedet ad dexterā patris, & pro nobis inter-
pellat: est & hic, sed in corpore suo ꝙ est Ecclesia. Cor- D
Act.9.a. pus cōiunctū est capiti suo, caput pro corpore clamat,
Saule Saule, quid me persequeris? Et corpus in capite
Ephes.2.b. suo est secundū Apostolū, dicētē: Et simul resuscitauit,
& simul sedere fecit in cęlestibus, & nos ibi sedemus, &
ipse hic laborat. Nos ibi sedemus secūdū spē, & ille hic
nobiscū est secundū charitatē. Hæc cōpago tāquā vni⁹
hominis facit duos in carne vna, spōsū & spōsam. Vnde
& ipse Dūs dicit: Igitur iam nō duo, sed vna caro. Quo-
Matth.19.a Ephes.5.d. modo ergo hic tenetur in Geth? Tenetur in torculari
corpus eius, id est Ecclesia eius. Quid est in torculari?
In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est. Vua
in vite pressurā non sentit, integra videtur, sed nihil in-
de manat: mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniu-
ria videtur fieri vuæ, sed ista iniuria sterilis non est, imò
si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret. Quicūque
ergo sancti pressurā patiuntur ab eis qui lōge facti sunt
à sanctis, attendāt Psalmū istū, agnoscant hic se, dicant
quod hic dicit, qui patiuntur quod hic dicitur. Certè
qui nō patitur, nō dicat. Nō astringo ad vocem, quem
video extra passionē. Sed videat ne cū vult esse lōngè à
passione, lōgè fiat à sanctis. Cogitet ergo vnusquisq. de
inimico suo, si Christianus est: mūdus iste inimicus est.
Priuatas enim inimicitias nemo cogitet, auditurus ver-
ba Psalmi huius: Scimus quia nō est nobis colluctatio Ephes.6.b.
aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes &
potestates, & spiritalia nequitiæ: id est, aduersus diabo-
lū & angelos eius: quia & quādo patimur homines im-
portunos, ille instigat, ille inflāmat, ille tanquā vasa sua
mouet. Attēdamus ergo duos hostes, quē videmus, &
quē nō videmus. Hominē videmus, diabolū non vide-
mus: hominē videamus, diabolū nō videamus: hominē
diligamus, diabolū caueamus: pro homine oremus, cō-
tra diabolū oremus, & dicamus Deo, Miserere mei Do-
mine, q̄m cōculcauit me homo.) Noli timere, quia cō-
culcauit te homo. Vinū habeto, vua factus es vt calce-
ris. Miserere mei Dn̄e, q̄m cōculcauit me homo. Tota
die bellans tribulauit me.) Oīs qui lōgè factus est à sā-
ctis. Sed & ipse diabolus quare hic nō intelligatur? An
fortè quia nō dictus est homo? Ergo errat Euangelium, Matth.13.d
quia dixit, inimicus homo hoc fecit? Sed sub quadā fi-
gura potest & ille dici homo, nō tamē esse homo. Siue
ergo ipsum intueretur qui dicebat hæc, siue populū &
vnumquemq. lōgè factū à sanctis, per quales diabolus
tribulat populū Dei inhærentē sanctis, inhærentē san-
cto, inhærentē regi, ad cuius titulum indignati illi tan- Ioan.19.d.
quā repercussi, lōgè sunt facti: dicat, Miserere mei Dn̄e,
quoniā cōculcauit me homo: ne deficiat in ista cōcul-
catione, sciens quē inuocet, & quo exēplo fortis effe-
ctus sit. Primus botrus in torculari pressus est Christus.
Cùm ille botrus passione expressus est, manauit illud, Esa.63.a.
vnde calix inebriās quàm præclarus est. Dicat ergo & Psal.22.
corpus eius, intuens caput suū: Miserere mei Dn̄e, quo-
niam cōculcauit me homo, tota die bellans tribulauit
me. Tota die, toto tempore. Nemo sibi dicat, fuerunt
tribulationes apud patres nostros, apud nos non sunt.
Si putas te nō habere tribulationes, nondum cœpisti
esse Christianus. Et vbi est vox apostoli, Oēs qui volūt
in Christo piè viuere, persecutiones patiuntur? Si ergo 2.Tim.3.c
nō pateris pro Christo vllam tribulationem, vide ne
nondum cœperis in Christo piè viuere. Cùm autē cœ-
peris in Christo piè viuere, ingressus es torcular. Præ-
para te ad pressuras, sed noli esse aridus, ne de pressura
nihil exeat. Conculcauerunt me inimici mei tota die.)
Illi longè facti à sanctis, ipsi inimici mei tota die. Iā di-
ctum est, Ab altitudine diei.) Quid sibi hoc vult, ab
altitudine diei? Fortè altum est ad intellectum. Nec
mirum, quia altitudo diei est. Fortè enim illi propterea
longè facti sunt à sanctis, quia non potuerunt pene-
trare altitudinem diei, cuius sunt apostoli duodecim
horæ fulgentes. Ergo qui tāquam hominem crucifixe-
runt, in die errauerunt. Quare autē tenebras passi sunt,
vt longè fierent à sanctis? Quia in alto lucebat dies, in
alto latentem non cognouerūt. Si enim cognouissent,
nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Hac ergo 1.Cor.2.b.
altitudine diei repercussi, & longè facti à sanctis, facti
sunt inimici, qui tribulent & conculcent tanquam vuā
in torculari. Est & alius intellectus. Ab altitudine diei
conculcauerunt me inimici mei tota die: hoc est, toto
tempore. Ab altitudine diei, hoc est, à superbia tem-
porali: quādo enim conculcant, alti sunt. Humiles sunt
qui conculcantur: alti sunt qui conculcant. Sed noli ti-
mere altitudinem conculcantiū: diei altitudo tēporalis
est,

est, non æterna. Quoniam multi qui debellāt me time-
bunt. Quando timebunt? Cùm transierint dies qui alti A
sunt. Etenim ad tempus alti sunt, finito tempore altitu-
dinis suæ timebunt. Ego verò in te sperabo Domine.)
Non ait, ego verò non timebo, sed multi qui debellant
me, timebunt. Cùm venerit ille dies iudicij, tunc lamē-
Matth.25.c tabuntur se omnes tribus terræ. Cùm apparuerit signū
filij hominis in cælo, tunc securi erunt omnes sancti.
Illud enim veniet quod sperabant, quod desiderabāt,
quod vt veniret, orabant: illis autem pœnitendi locus
nullus remanebit, quia eo tempore quo fructuosa pos-
set esse pœnitētia, cor obdurauerunt aduersus monen-
tē Dominū. Nunquid & murum erigent aduersus iudi-
cantem Deū? Pietatem sanè huius agnosce, & si in eius
corpore es, imitare. Cùm dixisset, multi qui debellant
me, timebunt: non addidit, ego verò non timebo: ne
suis viribus assignando quod non timet, esset & ipse in
altis temporalibus, & per superbiam temporalem non
mereretur venire ad requiem sempiternam, potius te
fecit intelligere vnde non timebit. Ego verò, inquit, in B
te sperabo Domine: nō dixit præsumptionē suam, sed
causam pręsumptionis suæ. Si enim nō timebo, possum
& duritia cordis nō timere, multi enim nimia superbia
nihil timent. Attendat charitas vestra. Aliud est sanitas
corporis, aliud stupor corporis, aliud immortalitas cor
poris. Sanitas quidē perfecta, immortalitas est: sed di-
citur etiam secundum quendā modum sanitas, quā ha-
bemus in hac vita. Quando non infirmatur, vnusquisq;
sanus vocatur, & cū inspexerit medicus, sanū renūciat:
& cùm ægrotare quisque cæperit, ipsa sanitas pertur-
batur: & quādo curatur, ad ipsam sanitatē reditur. Tres
ergo affectiones quasdā corporis aduertite & inspici-
te: sanitatem, stuporē, immortalitatē. Sanitas ægritudi-
nem non habet, sed tamen quando tangitur & mole-
statur, dolet. Stupor autē non dolet, amisit sensum do-
1.Cor.15.g loris, tanto insensibilior, quanto peior. Rursus immor-
talitas non dolet, absumpta est enim omnis corruptio,
& corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale C
hoc induet immortalitatem. Nullus ergo dolor in cor-
pore immortali, nullus dolor in corpore stupido. Nō se
putet stupidus iā immortalē: vicinior est immortalitati
2.Cor.7.b. sanitas dolētis, quàm stupor nō sentientis. Inuenis ergo
Matt.25.d. hominem superbū typho arrogantissimo, qui sibi per-
suaserit nihil timere. Fortiorem putas illo, qui ait: Foris
pugnæ, intus timores: fortiorē ipso capite nostro Do-
mino Deo nostro, qui dixit: Tristis est anima mea vsq;
ad mortem? Nō est iste fortior. Non te delectet stupor
eius: nō immortalitate indutus, sed sensu exutus est. Tu
verò habeto animā non sine affectu: apprehensi enim
sunt qui sunt sine affectu, & dic de sensu sanitatis: Quis
2.Cor.11.g infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, &
ego nō vror? Si ad istū nō pertineret scandalū, cuiusque
infirmitatis perditio, quasi rigid⁹ & sine dolore videre-
tur melior esse. Absit, stupor esset, nō trāquillitas. Planè D
fratres cùm venerimus ad eū locū, ad eam sedem, ad eā
beatitudinē, ad cęlestē patriā, vbi anima nostra implea-
tur securitate, impleatur quiete & sempiterna felicita-
te, nullus ibi dolor erit, quia vnde doleatur non erit.
Multi, inquit, qui debellāt me timebunt. Et ipsi stupidi
qui modò nihil timēt, timebūt aliquādo. Veniet enim
tantus terror qui totā duritiā frangat & conterat. Mul-
ti qui debellabant me, timebūt: ego verò in te sperabo
Dn̄e. In Deo laudabo sermones meos, in Dn̄o speraui,
nō timebo quid faciat mihi caro.) Quare? Quia in Deo
sperabo. Quare? Quia in Deo laudabo sermones meos.
Si in te laudas sermones tuos, nō dico vt nō timeas: im-
possibile est enim vt non timeas. Sermones enim tuos
aut mēdaces habebis, ideóq; tuos, quia mēdaces: aut si
erunt veraces sermones, & non eos putabis te habere à
Deo, sed à te loqui, veraces erūt: sed tu tamen mendax
eris. Si autē cognoueris nihil te verū in sapiētia Dei, in
fide veritatis posse dicere, nisi quod ab illo accepisti, de
quo dicitur: Quid enim habes quod non accepisti? In 1.Cor.4.b
Deo laudas sermones tuos: vt in Deo lauderis sermoni-
bus Dei. Etenim si quod in te Dei est, honoratur à te, &
tu factus à Deo, honoraberis in Deo: si autē quod in te
Dei est honoraueris tanquā tuū, nō Dei, quomodo po-
pulus ille lōgè factus est à sāctis, sic tu lōgè à sancto. Er-
go in Deo laudabo sermones meos. Si in Deo, quare
meos? Et in Deo & meos. In Deo, quia ab ipso: meos,
quia accepi. Ipse voluit meos esse qui dedit, amando eū
cuius sunt: quia ex illo mihi sunt, mei facti sunt. Vnde Matth.6.b
enim, panē nostrū quotidianum da nobis hodie? Quo-
modo nostrū? Quomodo da? Ab illo petendo non eris
vacuus, tuū confitendo non eris ingratus. Si enim non
dicas tuum, non accepisti: rursus si dicas tuū, ita quasi al. quod.
à te sit † cùm dicis tuū, amittis quod acceperas, quia in-
gratus es illi à quo acceperas. In Deo ergo laudabo ser-
mones meos, quia ibi ipse est fons sermonū verorum.
Meos, quia sitiēs accessi & bibi. In Deo laudabo sermo-
nes meos. In Deo speraui: non timebo quid faciat mihi
caro.) Nónne tu eras qui paulò antè dicebas: Miserere
mei Domine, quoniam conculcauit me homo, tota die
bellans tribulauit me? Quomodo ergo hic non timebo
quid faciat mihi caro? Quid tibi faciet? Tu ipse paulò
antè dixisti, conculcauit me, tribulauit me. Nihil faciet
cùm ista faciet? Respexit ad vinū quod manat de cal-
catura, & respōdit: Planè cōculcauit, planè tribulauit.
Sed quid mihi faciet? Vua eram: vinū ero: in Deo spe-
raui: nō timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba
mea abominabantur.) Sic sunt, nostis. Dicite veritatē,
prædicate veritatē, annunciate Christū Paganis, annū-
ciate Ecclesiā hæreticis, annunciate omnibus salutem:
cōtradicunt, abominantur verba mea. Sed cùm verba
mea abominantur, quē putamus abominātur, nisi eū in
quo laudabo sermones meos? Tota die verba mea abo-
minabantur. Sufficiat, saltem abominentur verba, nihil
vltra progrediantur, reprehendant, respuant. Absit. Vt
quid dicam hoc? Quando verba mea respuunt, quādo
verba mea abominantur, quæ verba de fonte veritatis
manāt: quid facient illi per quem verba ipsa dicuntur?
Quid nisi quod sequitur, Aduersum me omnia cōsilia
eorum in malū?) Si panē ipsum abominantur, vasculo
in quo ministratur quomodo parcunt? Aduersum me
omnia cōsilia eorum in malū. Si sic & in ipsum Dn̄m:
nō dedignetur ergo corpus quod præcessit in capite, vt
corpus hæreat capiti. Cōtemptus est Dn̄s tuus, & tu te
honorari vis ab eis qui longè facti sunt à sanctis? Noli
tibi arrogare velle quod in illo non præcessit. Non est
discipulus maior magistro suo, nō est seruus maior do-
mino suo. Si patrēfamiliâs Beelzebub vocauerūt, quā- Matth.10.c
to magis domesticos eius? Aduersum me oīa consilia
eorum in malum. Incolent & abscondent.) Incolere
peregrinari est. Incolæ dicuntur, qui habitant in patria
non sua: omnis homo in hac vita peregrinus est, in qua
vita videtis quia carne circumtegimur, per quā carnem
cor videri nō potest: ideo Apostolus dicit: Nolite ante 1.Cor.4.a.
tēpus quicquā iudicare, quoadusq. veniat Dn̄s, & illu-
minabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogi-
tationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq. à Deo. Ante-
quā hoc fiat, in hac peregrinatione carnalis vitæ quisq.
cor suum portat, & omne cor omni cordi clausum est.
Proinde isti quorū cōsilia aduersus hūc in malū incolēt,
& abscōdent, quia in ista peregrinatione sunt, & carnē
portāt, dolum tegunt in corde, quicquid mali cogitāt,
abscondūt. Quare? Quia adhuc peregrina est vita ista,

Abſcondant, apparebit quod abſcondunt, & ipſi non
abſcõdentur. Eſt & in hoc abſcondito alius intellectus,
qui fortaſſe magis placebit. Etenim ex iis qui lõgè fa-
cti ſunt à ſanctis, ſubintrant quidam ficti, & peiores tri-
bulationes faciunt corpori Chriſti: & quia non tanquã
penitus alieni deuitantur, ab ipſis pericula grauiora ſu-
ſtinet corpus Chriſti. Quæ cõmemorans apoſtolus, eũ
2. Cor. 11. f. enumeraret multas paſſiones ſuas, & diceret: Periculis
fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, peri-
culis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in de-
ſerto, periculis in mari, periculis, inquit, in falſis fratri-
Pſal. 40. bus. Hi nimis periculoſi ſunt, de quibus dicitur in alio
pſalmo: Et ingrediebantur vt viderent: & nemo dicit,
al. intras. non † intres vt videas. Intrat etenim tanquam tuus, nõ
cauetur vt alienus. Iſti ergo incolẽt & abſcõdent. Quia
ſic intrant in domum magnã, nõ ibi perſeueraturi: ideo
incolent. Tales enim peccatores ſeruos volens intelli-
Ioan. 8. d. gi Dominus, ſecundum illum intellectũ euangelicum,
quo omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, ait: B
Matth. 10. c. Seruus non manet in domo in æternum, filius autẽ ma-
& 24. b. net in æternum. Qui intrat vt filius, non incolet, quia
perſeuerabit vſq. in finẽ: qui intrat vt ſeruus, ſubdolus,
peccator, ad oculũ attẽdens, quærens quid rapiat, que-
rens quid accuſet, aut quid vituperet, incolere intrat,
non inhabitare & perſeuerare. Nec iſtos tamen timea-
mus fratres: in Deo ſperaui, non timebo quid faciat mi-
hi caro. Etſi incolunt, etſi intrant, etſi fingũt, etſi abſcõ-
dunt, caro ſunt: tu in Domino ſpera, nihil tibi faciet ca-
ro. Sed infert tribulationem, infert conculcationem.
Accedit vinũ, quia vua premitur: tribulatio tua infru-
ctuoſa non erit. Alter videt te, imitatur te, quia & tu vt
diſceres talem ferre, caput tuum contemplatus es, bo-
trum illum primũ, ad quẽ intrauit homo vt videret, in-
coluit, & abſcõdit traditor Iudas. Oẽs ergo ficto animo
intrantes, incolentes & abſcondentes noli timere. Pa-
ter ipſorum Iudas cũ Domino tuo fuit, & ille quidem
nouerat eum: quanquã Iudas traditor incolebat & ab-
ſcondebat, tamen cor ipſius Domino rerum patebat.
Sciens ille elegit vnũ, vnde tibi ſolatium faceret neſci-
Ioan. 6. g. turo quos deuites. Poterat enim ille non eligere Iudã,
qui nouerat Iudã: ait quippe diſcipulis: Nõnne ego vos
duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Ergo &
diabolus electus eſt? Aut ſi electus non eſt, quomodo
duodecim elegit, & nõ potius vndecim? Electus & ille
eſt, ſed ad aliud. Electi vndecim ad opus probationis,
electus vnus ad opus tẽtationis. Vnde poſſet tibi exẽ-
plũ dare naſcituro quos deuites malos, quos caueas fal-
ſos & fictos incolentes, & abſcõdentes: niſi vt dicat ti-
bi, Ecce ego mecũ habui vnum ipſorũ? Præceſſit exẽ-
plũ, toleraui, perferre volui quod ſciebã, vt tibi neſciẽti
præberẽ ſolatiũ. Quod mihi fecit, hoc faciet & tibi: vt
multũ poſſit, vt multũ fæuiat, accuſaturus eſt, falſa cri-
mina dicturus eſt. Vt præualeant falſitates, nunquid in
te præualebunt, & in me non præualuerũt? In me certè
D præualuerũt, ſed cælũ mihi nõ abſtulerunt. Caro ipſius
Matt. 17. g. iã ſepulta, falſos teſtes pertulit: parũ fuit eos perpeti in
iudicio, perpeſſus eſt in ſepulchro. Acceperunt pecu-
niam vt mentirentur, & dixerunt: Cùm dormiremus,
Matth. 28. c venerũt diſcipuli eius, & abſtulerunt eum. Tales autem
cæci erant ludri, vt crederent dicto omnino incredi-
bili, crediderunt teſtibus dormientibus. Aut falſũ erat
quod dormierunt, & mendacibus credere non debue-
runt: aut verũ erat quod dormierunt, & quod factũ eſt
neſcierunt. Incolent & abſcondent: incolant & abſcõ-
dant. Quid facturi? In Deo ſperaui, nõ timebo quid fa-
ciet mihi caro. Ipſi calcaneum meum obſeruabunt.)
Etenim ſic incolent & abſcondent, vt obſeruẽt vbi ho-
mo labitur. Intenti ſunt ad calcaneũ quando fiat lapſus,
vt pedem teneant ad ruinam, aut pedem ſupponant ad
A offenſionem, certè vt inueniãt quod accuſent. Et quis
ita ambulet vt nuſquã labatur? Certè quòd citò ſit vel
in lingua? Etenim ſcriptũ eſt, Si quis in linguà nõ offen-
Iacobi 3. d. dit, hic perfectus eſt vir. Quis tandem ſe audeat dicere
aut putare perfectũ? Ergo neceſſe eſt vt aliquis labatur
in lingua. Illi autẽ qui incolent & abſcondent, aucupã-
tur verba omnia, quærunt alicubi laqueos & nodoſas
facere calumnias, quibus prius ipſi implicantur, quàm
quos implicare contendunt: vt prius ipſi capiantur &
pereant, quàm alios capiant vt perdant. Etenim recur-
rit homo in cor ſuum, & inde recurrit ad Deũ, & nouit
dicere: In deo laudabo ſermones meos. Quicquid bo-
nũ dixi, quicquid verũ dixi, Deo dixi, & de Deo dixi.
Quicquid fortè aliud dixi quod dicere non debui, ho-
mo dixi, ſed ſub Deo dixi. Qui confirmat ambulãtem,
minatur erranti, ignoſcit agnoſcenti, reuocat linguam,
reuocat lapſum. Iuſtus enim ſepties cadet & reſurget,
impij verò infirmabuntur in malis. Non ergo timeat Pour. 24. e
vnuſquiſque veſtrũm callidos inſectatores, aucupes
verborũ, dinumeratores penè ſyllabarũ, & præuaricа-
tores præceptorũ. Quid in te arguat attendit: vt credat
per te Chriſto, non attendit. Attende in ſermones eius
quẽ reprehendis, ne fortè te aliquid ſalubriter doceat.
Et quid me, inquit, ſalubriter poterit docere, qui ſic la-
pſus eſt in verbo? Hoc ipſum te fortè ſalubriter docet,
ne ſis auceps verborũ, ſed collector præceptorũ. Ipſi cal
caneũ meũ obſeruabũt. Sicut ſuſtinuit anima mea.) Hoc
dico quod ſuſtinui. Loquebar expertus: Sicut ſuſtinuit
anima mea, incolent & abſcondent. Omnes ſuſtineat
anima mea, foris † latrãtes, intus occultantes, ſuſtine at al. latrantes. Matth. 7. d.
forinſecus venientes. Quaſi fluuius venit tẽtatio, in pe-
tra te inueniat, impingat, nõ deiiciat: fũdata eſt domus
ſupra petrã: intus eſt, incolet, abſcõdet: vt palea tibi vi-
cinetur, intret tritura boum, intrẽt tribulæ tentationũ,
tu purgaris, illa cõminuitur. Sicut ſuſtinuit anima mea:
Pro nihilo ſaluos facies eos.) Docuit & pro ipſis orare.
C Nempe incolent & abſcondent, nempe doloſi, nempe
ſimulatores atque inſidiatores ſunt, tu ora pro eis, &
noli dicere, nunquid ecce talem hominem Deus cor-
rectũrus eſt, tam malum, tã peruerſum? Noli deſperare:
quem roges attende, non pro quo roges. Magnitudinẽ
morbi vides, potẽtiã medici nõ vides? Incolẽt & abſcõ-
dẽt, ſicut ſuſtinuit anima mea. Suſtine, ora: & quid fit?
Pro nihilo ſaluos facies eos. Sic illos ſaluos facies, vt ni
hil tibi ſit: id eſt, vt nullus labor tibi ſit. Hominib. deſpe
rati ſunt, ſed tu verbo curas: non laborabis in curãdo,
quamuis nos ſtupeamus in inſpiciendo. Eſt alius ſenſus
in hoc verſu, Pro nihilo ſaluos facies eos: nullis eorum
meritis præcedentibus ſaluos facies eos. Qui prius fui
blaſphemus, inquit, & perſecutor & iniurioſus: accipie- 1. Tim. 1. c. Act. 9. a.
bam literas à ſacerdotibus, vt vbicunque inuenirem
Chriſtianos, alligarem & adducerem. Vtique vt alliga-
ret & adduceret, primò incolebat & abſcondebat. Nul
D la ergo huius bona merita præceſſerant, immo talia præ-
ceſſerant, de quib. damnaretur: nihil boni attulit, & ſal
uus factus eſt. Pro nihilo ſaluos facies. Non ad te affe-
rentircos, arietes, tauros, nõ dona & aromata afferẽt
in templo tuo, non aliquid de cõſcientia bona lib. ami-
nis ſuperfundũt, totum in illis aſperum, totum tetrum,
totum deteſtandum. Et cùm illi ad te nihil afferant,
vnde ſaluentur. Pro nihilo ſaluos facies eos: id eſt, gra-
tis data gratia tua. Quid ille latro attulerat ad crucem? Lucæ 23. f
De fauce ad iudicium, de iudicio in lignum, de ligno
in paradiſum. Credidit propter quod locutus eſt. Sed Pſal. 115.
& ipſum fidem quis donauit, niſi qui ſuata pependit?
Pro nihilo ſaluos facies eos. In ira populos deduces.)
Iraſceris & deducis, ſæuis & ſaluas, terres & vocas.

Quid

Quid eſt enim, in ira populos deduces? Imples tribula-
tionibus omnia, vt in tribulationibus poſiti omnes re- A
currant ad te, ne deliciis & ſecuritate peruerſa ſeducã-
tur. A te ira videtur, ſed paterna. Iraſcitur pater filio
contemptori præceptorum ſuorũ: iratus ei eum cola-
phizat, cædit, aurẽ vellit, manu trahit, ad ſcholã ducit.
In ira populos deduces. Quàm multi ingreſſi ſunt, quã
multi impleuerũt domum Domini, in ira eius deducti,
id eſt, tribulationibus territi, & fide impleti? Ad hoc
enim exagitat tribulatio, vt exinaniat vas quod plenũ
eſt nequitia, & impleatur gratia. In ira populos dedu-
ces. Deus vitam meam enunciaui tibi.) Vt enim viuã,
tu feciſti, & ad hoc enuncio vitam meã tibi. Itáne verò
Deus ignorabat quod dederat? Quid eſt hoc quod illi
enũcias? Docere vis Deum. Abſit, Ergo quid ait? Enũ-
ciaui tibi. An fortè, quia tibi prodeſt quod enunciaui
vitam meã? Et quid prodeſt Deo? Lucris Dei prodeſt?
Enunciaui Deo vitam meã, quia viuere me fecit Deus.
Quomodo enim enũciauit vitam ſuam Paulus apoſto- B
1. Tim. 1. c. lus, dicens: Qui prius fui blaſphemus & perſecutor &
iniurioſus? Enunciet vitam ſuam. Sed miſericordiã cõ-
ſecutus ſum. Enunciauit vitã ſuam, non ſibi ſed illi: quia
ſic enunciauit vt illi crederetur, non ad lucra ſua, ſed ad
2. Cor. 5. c. lucra illius. Quid enim ait ipſe Paulus? Ideo Chriſtus
mortuus eſt & reſurrexit, vt qui viuit iam nõ ſibi viuat,
ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt. Si ergo viuis, & nõ
à te viuis, quia vt viueres ille præſtitit: enuncia vitã tuã
non tibi, ſed illi; non tua quærens, non tibi viuens, ſed
ei qui pro omnibus mortuus eſt. Etenim de quibuſdam
reprobis quid ait idẽ apoſtolus? Omnes enim ſua quæ-
Philip. 2. c. runt, non quæ Ieſu Chriſti. Sed ſi propterea enuncias
vitam tuã vt tibi proſit, & aliis non proſit, tibi illã enũ-
cias, non Deo: ſi autem ſic enuncias vitam tuã, vt alios
etiam inuites ad accipiendam vitam quam & tu acce-
piſti, enuncias vitam tuam illi à quo accepiſti, & habe-
bis mercedem ampliorem, quia & ex eo quod accepiſti
non ingratus extitiſti. Deus vitam meã enunciaui tibi.
C Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.) Exaudiſti
me deprecantem te. Sicut & in repromiſſione tua.)
Quia ſicut repromiſeras, hoc egiſti. Dixiſti te exaudi-
turum flentem: credidi, fleui, exauditus ſum, inueni te
miſericordem in repromittendo, veracem in reddẽdo.
Sicut & in repromiſſione tua. Conuertantur inimici
mei retrorſum.) Hoc ipſis prodeſt, non malum illis
optat. Etenim præcedere volunt, ideo corrigi nolunt.
Moneſ inimicum tuum vt bene viuat, vt ſe corrigat: ille
cõtemnit, ille reſpuit verbũ tuum. Ecce qui me monet,
ecce à quo auditurus ſum præcepta quibus viuã. Præ-
cedere te vult, & præcedendo non corrigitur. Non at-
tendit, quia verba tua non ſunt tua: non attendit, quia
vitam tuã Deo enuncias, nõ tibi. Præcedendo enim nõ
corrigitur. Bonum eſt illi vt conuertatur retrorſum, &
Matth. 16. c. quem præcedere volebat, ſequatur. Dñs de paſſione
ſua futura diſcipulis loquebatur, exhorruit Petrus, & D
ait, Abſit Domine, nõ fiet iſtud: qui paulo antè dixerat,
Tu es Chriſtus filius Dei viui, confeſſus Deũ, timuit eũ
mori quaſi hominem. Dominus autem qui ſic venerat
vt pateretur: neq. enim aliter ſalui eſſe poſſemus, niſi
Ibidem c. eius ſanguine redimeremur, paulò ante cõfeſſionẽ Pe-
trum laudauerat & dixerat: Quia non tibi caro & ſan-
guis reuelauit hoc, ſed pater meus qui in cælis eſt; pro-
pterea tu es Petrus, & ſuper iſtam petrã ædificabo Ecc-
leſiam meam, & portæ inferorum non vincẽt eam: &
tibi dabo claues regni cælorum. Videte quemadmodũ
proſecutus eſt cõfeſſionem verã, piam, plenam fiduciẽ,
qui dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Continuò autẽ
vbi cœpit loqui Dominus de paſſione ſua, timuit ille
ne periret moriendo, cùm ipſi nos periremus niſi ille
moreretur: & ait, Abſit Domine, non fiet iſtud. Et Dñs
illi cui paulò antè dixerat, Beatus es, & ſuper hanc pe- Matt. 16. d.
tram ædificabo Eccleſiã meam: Redi, inquit, retrò ſa-
tanas, ſcandalũ mihi es. Quare ergo ſatanas, qui paulo
antè beatus & petra? Nõ enim ſapis ea quę Dei ſunt, ait,
ſed quæ ſunt hominis. Paulo antè quæ Dei: quia nõ re-
uelauit tibi caro & ſanguis, ſed pater meus qui in cælis
eſt. Quando in Deo laudabat ſermonẽ, non ſatanas. ſed
Petrus à petra: quando autẽ à ſe, ex humana infirmita-
te, amore hominis carnali, quòd impedimento eſſet ſa-
luti ipſius & cæterorũ, ſatanas dictus eſt. Quare? Quia
præcedere Dominũ volebat, & duci cæleſti terrenũ da-
re conſiliũ: Abſit Dñe, non fiet iſtud. Dicis abſit, & dicis
Domine. Vtiq. ſi Dominus eſt, poteſtate facit: ſi magi-
ſter eſt, nouit quid faciat, nouit quid doceat. Tu aũt vis
ducere ducẽ, docere magiſtrũ, iubere Domino, impe-
rare Deo: multũ præcedis, redi retrò. Nunquid non &
iſtis inimicis hoc proderat? Cõuertantur inimici mei
retrorſum, ſed nõ remaneant retrorſum. Ideo cõuertã-
tur retrorſum, ne præcedant, ſed vt ſequantur, non vt
remaneãt. Cõuertantur inimici mei retrorſum. In qua-
cunq. die inuocauero te, ecce ſciui quoniã Deus meus
es tu.) Magna ſcientia. Non ait, ſciui quia Deus es: ſed,
quia Deus meus es tu. Tuus eſt enim cùm tibi ſubuenit:
tuus eſt cùm tu ab illo alienus non es. Vnde dicitur:
Beatus populus, cuius eſt Dñs Deus ipſius. Quare cuius Pſal. 143.
eſt? Cuius enim nõ eſt? Omnium quidẽ Deus eſt: ſed co-
rum Deus propriè dicitur, qui eum diligunt, qui eũ te-
nẽt, qui illum poſſident, qui illũ colunt. Tanquã de do-
mo ipſius magna, ſunt familiæ eius redẽptę magno ſan-
guine vnici filij. Quantũ dedit nobis Deus, vt ipſius eſ-
C ſemus, & ipſe ſit noſter? At verò alienigenæ longè facti
ſunt à ſanctis, filij alieni ſunt. Videte quid de illis dica- Ibidem
tur in alio Pſalmo: Domine libera me, ait, de manu filio-
rum alienorũ, quorum os locutum eſt vanitatẽ, & dex-
tera eorũ dextera iniquitatis. Et vide altitudinẽ ipſorũ,
ſed altitudinẽ diei, id eſt, ſuperbiã temporalem. Quorũ
filij, inquit, ſicut nouellæ conſtabilitæ, filiæ eorũ ornatę
vt ſimilitudo templi. Felicitatem deſcribit præſentis ſe-
culi, in qua errantes homines, & eam pro magno habẽ-
tes, felicitatẽ veram ſempiternámq. nõ quærunt. Inde
ergo iſti filij alieni, non filij Dei: quorũ filij, inquit, ſicut
nouellæ cõſtabilitæ, filiæ eorum ornatæ ſicut ſimilitu-
do tẽpli. Cellaria eorũ plena, eructantia ex hoc in hoc.
Boues eorũ craſſæ, oues eorum fœcundę, multiplicãtes
in exitibus ſuis, Nõ eſt ruina maceriæ neque tranſitus,
neq. clamor in plateis eorũ. Et quid ſequitur: Beatũ di-
xerunt populũ cui hæc ſunt. Sed qui dixerunt? Filij alie-
ni, quorũ os locutum eſt vanitatẽ. Tu quid dicis? Beatus
populus, cuius eſt Dominus Deus ipſius. Tulit omnia
de medio cætera quæ dat Deus: & dedit ipſum Deum.
Omnia quippe illa fratres, quæ cõmemorauerunt filij Matth. 5. g
alieni, dat Deus: ſed & alienis dat, ſed & malis dat, ſed
D & blaſphemis dat, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper
bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Aliquã-
do iſta bonis dat, aliquando nõ dat: & malis aliquã-
do dat, aliquãdo non dat. Bonis tamen ſeruat ſeipſum,
malis autem ignem ſempiternum. Eſt ergo malũ quod
non dat bonis, & eſt bonũ quod nõ dat malis: ſunt quę-
dam media; & bona & mala, quę dat & bonis & malis.
Nos ergo Deum amemus, fratres, purè & caſtè. Nõ eſt
caſtum cor, ſi Deũ ad mercedẽ colit. Quid ergo? Mer-
cedẽ de Dei cultu non habebimus? Habebimus planè,
ſed ipſum Deũ quẽ colimus. Ipſe nobis merces erit, qã
videbimus eum ſicuti eſt. Attẽde, quia mercedẽ cõſe-
queris. Amatoribus ſuis Dominus noſter Ieſus Chriſt?
quid dicit? Qui diligit me, mandata mea cuſtodit: &
qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum.

Quid illi ergo dabis? Et ostendam meipsum illi. Si non amas, parum est: si amas, si suspiras, si gratis colis eum, à quo gratis emptus es, (non enim eum promerueras, vt te redimeret) si cõsideras in te beneficia eius, suspiras, & inquietũ habes cor desiderio eius: noli extra eũ aliquid ab eo quærere, ipse tibi sufficit. Quantumlibet sis auarus, sufficit tibi Deus. Etenim auaritia terram quærebat possidere totam, adde & cælum: plus est qui fecit cælum & terrã. Dicamus fratres, in istis humanis coniugiis cõsiderate cor castũ quale sit ad Deũ. Certè humana coniugia sunt, non diligit vxorẽ suã, qui propter dotem illam diligit: non maritũ castè diligit, quæ propterea diligit, quia aliquid donauit, aut quia multũ donauit. Donauit & diues maritus, & pauper factus est maritus. Quàm multi proscripti à castis vxoribus amplius dilecti sunt? Probata sunt multa casta cõiugia calamitatibus maritorum: & ne aliud amare quàm maritos putarẽtur, non solùm non deseruerunt, sed amplius obsecutæ sunt. Si ergo maritus carnalis gratis diligitur, si castè diligitur, & vxor carnalis gratis diligitur, si castè diligitur? Deus quomodo diligẽdus est, verus & verax animæ maritus ad prolẽ sempiternæ vitæ fœcundãs, & steriles nos non esse permittens? Illum ergo sic diligamus, vt aliud præter ipsum nõ diligamus: & fit in nobis quod diximus, quod cantauimus, quia & hæc vox nostra est: In quacunq. die inuocauero te, ecce sciui quoniam Deus meus es tu. [Psal. 55.] Hoc est inuocare Deũ, gratis inuocare Deum. Proinde de quibusdam quid dictũ est? Dñm non inuocauerunt. Quasi Dominũ sibi inuocare videbantur: & petebãt eum de hæreditatibus, de amplificanda pecunia, de prolonganda vita ista, de cæteris tẽporalibus rebus. Et quid de illis Scriptura dicit? Dominum non inuocauerunt. Ideo quid sequitur? Ibi timuerunt timore, vbi non erat timor. Quid est, vbi nõ erat timor? Ne illis subtraheretur pecunia, ne aliquid in domo eorum minus fieret. Postremò ne minus annorũ haberent in hac vita, quàm sibi sperabant. Veruntamen illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, quales fuerunt illi Iudæi: Si dimiserimus eum viuere, venient [Ioan. 11. f.] Romani, & auferent à nobis & locum & gentẽ. Ibi timuerunt timore vbi non erat timor. Ecce sciui, quoniã Deus meus es tu. Magnę diuitiæ cordis, magnum lumẽ oculi interioris, magna fiducia securitatis: ecce sciui quoniã Deus meus es tu. In Deo laudabo verbum, in Dño laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.) Iam ipse est sensus qui superius est repetitus. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudis tibi.) Vouete & reddite Dño Deo vestro. [Psal. 75.] Quid voueatis, quid reddatis? An fortè animalia illa quæ offerebãtur ad aras aliquando? Nihil tale offeras, in te est quod voueas & reddas. De cordis arca profer laudis incensum, de cellario bonæ conscientiæ profer sacrificium fidei. Quicquid profers, accende charitate. In te sint vota, quæ reddas laudis Deo. Cuius laudis? Quid enim tibi præstitit? Qñ eruisti animã meã de morte.) Ipsa est illa vita quã enunciat illi, Deus vitã meã enunciaui tibi. [Psal. 55.] Qui enim erã mortuus, per meipsum erã mortuus. Per te quid sum? Viuus: ideo in me sunt Deus vota tua, quæ reddã laudis tibi: & amo Deũ meum. Nemo hunc mihi eripit. Quod illi dem, nemo mihi eripit, quia in corde inclusum est. Et meritò dicitur in illa superiore fiducia, quid faciat mihi homo? Sæuiat homo, permittatur sæuire, permittatur efficere quod conatur. Quid est ablaturus? Aurũ, argentum, pecora, seruos, ancillas, fundos, domos. [Iob. 1. b.] Auferat omnia. Nũquid auferet vota, quæ in me sunt, quæ reddã laudis Deo? Permissus est tentare tẽtator sanctum virum Iob, vno puncto tẽporis abstulit omnia. Quicquid facultatum habuerat ademit; abstulit hæreditatem, interfecit filios. Neque hoc paulatim, sed cateruatim, vno ictu, vno impetu, vt oĩa subitò nunciarentur. Ablatis omnibus solus remãsit Iob. Sed in illo erant vota laudis quæ redderet Deo, in illo planè erant. Arcã sancti pectoris sui fur diabolus non inuaserat, plenus erat vnde sacrificaret. Audi quæ habebat, audi quæ protulit; Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomẽ Domini benedictum. O diuitiæ interiores, quò fur non accedit! Ipse dederat Deus vnde accipiebat: ipse ditauerat, vnde illi offerebat quod amabat. Laudem à te quęrit Deus, confessionẽ tuã quærit Deus. Sed de agro tuo aliquid daturus es? Ipse pluit vt haberes. De arca daturus es aliquid? Ipse instituit quod daturus es. Quid daturus es quod ab illo nõ accepisti? Quid enim habes ꝙ non accepisti? [1. Cor. 4. b] De corde dabis? Ipse dedit fidẽ, spem & charitatem: hoc prolaturus, hoc sacrificaturus es. Sed planè omnia illa cætera potest tibi auferre inimicus inuito, hoc auferre non potest nisi volenti. Illa perdet & inuitus. Et volens habere aurum, perdet aurũ, & volẽs habere domũ, perdet domũ: fidẽ nemo perdet nisi qui spreuerit. In me sunt Deus vota tua, quę reddam laudis tibi, quia eruisti animã meam de morte. Et pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentiũ.) Meritò nõ placet filiis alienis longè factis à sanctis, quia non habent lumen viuentiũ, vnde videant quod Deo placet. Lumen viuentiũ, est lumen immortaliũ, lumen sanctorum. Qui non est in tenebris, placet in lumine viuentium. Attenditur homo & ea quæ ipsius sunt, & nemo scit qualis est: Deus videt qualis est. Aliquando & ipsum diabolum latet: nisi tentet non inuenit, sicut de isto viro quẽ modò cõmemoraui. Nouerat eum Deus, [Iob. 1. b.] & ei testimonium perhibebat. Diabolus eum nõ nouerat, & ideo dixerat: Nunquid Iob gratis colit Deum? Videte quò prouocat inimicus. Ibi perfectio est. Videte quid obiicit inimicus. Videbat hominem Deo seruientẽ, in omnibus obsequentem, omnia bene operantem: & quia diues erat & felicissima domus, hoc obiicit, quia ideo colit Deum, quoniam dedit illi hæc omnia. Nunquid Iob gratis colit Deũ? Hoc enim erat verũ lumen, hoc lumen viuentium, vt gratis coleret Deum. Deus videbat in corde serui sui cultum suum gratuitũ. Placebat enim illud cor in conspectu Domini in lumine viuentium: diabolum latebat, quia in tenebris erat. Admisit Deus tentatorem, non vt ipse nosset quod nouerat, sed vt nobis noscendũ & imitandum præberet. Nunquid enim si tẽtator non admitteretur, videremus nosipsi in Iob quod deberemus & vellemus imitari? Admissus est tentator, abstulit omnia, remansit ille solus à facultatibus, solus à familia, solus à filiis, plenus Deo. Vxor sanè relicta erat. Misericordem putatis diabolum; [Iob. 2. c.] qui ei reliquit vxorem? Nouerat per quem deceperat Adam. Suam reliquerat adiutricem, non mariti consolatricem. Ille ergo plenus Deo in quo vota erant, quæ redderet laudis, vt ostenderet quia gratis Deum colebat, non ideo quia tanta acceperat: & amissis omnibus talis est, quia illum qui dederat omnia non amisit: [Iob. 1. d.] Dominus dedit, inquit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. Vulnere etiam percussus à capite vsque ad pedes, integer tamen intus; respondit tẽtatrici, de lumine viuentium, de lumine cordis sui: Locuta es tanquam vna ex insipientibus mulieribus: id est, tanquam ea quæ non habet lumen viuentium. Lumen enim viuentium sapientia, & tenebræ insipientiũ stultitia est. Locuta es tanquam vna ex insipientibus [Iob. 2. c.] mulieribus: carnem meam vides, lumen cordis mei non vides. Poterat enim illa tunc virũ amplius amare, si

pulchri-

[al. nosset & inspiceret.] pulchritudinẽ interiorem † sufferret inspicere, vbi ille pulcher erat corã oculis Dei: quia in illo erãt vota quæ redderet laudis Deo. Quomodo illud patrimoniũ non inuaserat inimicus? Quàm integrum erat ꝙ possidebat, & propter quod amplius possidendũ sperabat iturus à virtutibus in virtutẽ. Ergo fratres ad hoc valeãt nobis hæc oĩa, vt Deum gratis diligamus, in illo semper speremus, nec hominẽ, nec diabolum timeamus. Nec ille, nec iste facit aliquid, nisi quãtum permittitur: permitti ad nihilum potest, nisi quod nobis prodest. Toleremus malos, simus boni: quia & nos fuimus mali. Pro nihilo saluos faciet Deus oẽs, de quib. desperare nõ debemus. Ergo de nemine desperemus, pro omnib. quos patimur oremus, à Deo nunquã recedamus. Patrimonium nostrũ ipse sit, spes nostra ipse sit, salus nostra ipse sit. Ipse hic consolator, ibi munerator, vbique viuificator & vitæ dator: nõ alterius vitæ, sed illius de qua dictum est: [Ioan. 14. a.] Ego sum via & veritas & vita: vt & hic in lumine fidei, & ibi in lumine speciei tanquam in lumine viuentium in conspectu Domini placeamus.

IN PSALMVM LVI. ENARRATIO.

AVDIVIMVS in euãgelio modò fratres, quantum nos diligat Domin⁹ & Saluator noster Iesus Christus, Deus apud patrem, homo apud nos, ex nobisipsis iam circa patris dexterã. Audistis quãtum nos diligat: nã suæ charitatis mẽsurã, & ipse dixit, & nobis indixit, [Ioan. 13. d.] mãdatũ suũ dicens esse, vt nos inuicẽ diligamus. Et ne quæreremus dubitãtes & æstuantes, quãtũ nos debeamus inuicẽ diligere, quãtáq; illa sit quę Deo placet charitatis perfecta mẽsura (ea enim perfecta est qua maior [Ioan. 15. b.] esse non potest) ipse expressit, ipse docuit, & ait: Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Fecit ipse quod docuit, fecerũt Apostoli quod ab illo didicerunt, & nobis faciẽdum prædicauerunt. Faciamus & nos, quia & si nõ sumus quod ille secundum id ꝙ creauit nos; quod ille tamẽ sumus secundum id quod factus est propter nos: & si solus fecisset, fortè nemo nostrûm deberet audere imitari. Ita enim ille homo erat; vt & Deus esset. Sed in eo quòd homo erat, imitati sunt serui dominum, & discipuli magistrũ: & fecerunt qui nos pręcesserunt in familia eius, patres quidẽ nostri, sed tamẽ cõserui nostri. Neque imperaret hoc Deus vt faceremus, si impossibile esse iudicaret, vt hoc ab homine fieret. Si consideras infirmitatẽ tuã, deficis sub præcepto, cõfortare in exẽplo. Sed etiã exẽplum ad te multum est. Adest ille qui prębuit exẽplum, vt præbeat & auxiliũ. Audiamus ergo & in isto Psalmo: opportunè nãque accidit, & illo [1. Ioan 3. c.] procurante, vt ei cõsonaret Euangelium, commẽdans nobis dilectionẽ Christi, qui animã suã posuit pro nobis, vt & nos animã nostram pro fratribus ponamus. Concordauit & consonuit huic Psalmo, vt videamus quomodo ipse Dominus noster animã suã posuit pro nobis. Psalmus enim iste passionẽ ipsius cantat. Et quoniã totus Christus caput est & corpus, quod bene vos nosse non dubito: caput est ipse Saluator noster, passus [Matt. 27. c. & 28. b. Marc. 16. d. Ephes. 1. d.] sub Põtio Pilato, qui nunc posteaquã resurrexit à mortuis, sedet ad dexterã patris. Corpus autẽ eius est ecclesia: nõ ista aut illa, sed toto orbe diffusa. Nec ea quæ nunc est in hominibus qui pręsentem vitam agunt; sed ad eam pertinẽtibus etiam his qui fuerunt ante nos, & his qui futuri sunt post nos vsque in finem seculi. Tota enim ecclesia constãs ex omnibus fidelibus, quia fideles omnes mẽbra sunt Christi, habet illud caput positum in cælestibus quod gubernat corpus suũ: etsi separatum est à visione, sed annectitur charitate. Quia ergo totus Christus caput est & corpus eius: propterea in omnibus psalmis sic audiamus voces capitis, vt audiamus & voces corporis. Noluit enim loqui separatim, quia noluit esse separatus dicẽs: Ecce ego vobiscũ sum [Matth. 28. d] vsque ad consummationẽ seculi. Si nobiscũ est, loquitur in nobis, loquitur de nobis, loquitur per nos; quia & nos loquimur in illo: & ideo verũ loquimur qui in illo loquimur. Nã quãdo in nobis & ex nobis loqui voluerimus, in mẽdacio remanebimus. Quia ergo passionẽ Dñi cãtat iste Psalmus, vide quẽ titulũ habeat: In finem.) Finis est Christus. Quare dictus est finis? Nõ qui [Rom. 10. a.] consumat, sed qui consummet. Consumere enim, perdere est: consummare, perficere. Finitum enim quicquid dicimus, à fine dicimus: aliter dicimus, finitus est panis: aliter dicimus, finita est tunica. Finitus est panis qui manducabatur, finita est tunica quæ texebatur. Panis ergo finitus est vt consumeretur: tunica finita est vt perficeretur. Finis ergo propositi nostri Christus est; quia quantumlibet conemur, in illo perficimur, & ab illo perficimur; & hæc est perfectio nostra, ad illum peruenire; sed cum ad illum perueneris, vltra non quæris, finis tuus est. Quomodo enĩ finis viæ tuæ locus est quò tẽdis, quò cùm perueneris, iã manebis: sic finis studij tui, propositi tui, conatus tui, intẽtionis tuæ, ille est ad quẽ pertendis, ad quẽ cũ perueneris, vltrà nihil desiderabis, quia melius nihil habebis. Ipse ergo & exẽplum nobis viuẽdi proposuit in hac vita, & præmium viuẽdi dabit in futura vita. In finẽ ne corrũpas ipsi Dauid in tituli inscriptionẽ, cùm fugeret à facie Saul in speluncã.) [1. Reg. 24. a.] Referẽtes nos quidem ad sanctã Scripturã, inuenimus sanctũ Dauid illũ regẽ Israël, ex quo etiã nomen accepit psalterium Dauidicum, persecutorẽ passũ fuisse Saulẽ regẽ ipsius populi: sicut multi vestrûm nouerunt, qui scripturas vel attigerunt vel audierunt. Habuit ergo persecutorẽ Saulẽ rex Dauid: & cum esset ille mitissimus, ille ferocissimus; illę lenis, ille inuidus; ille patiens, ille crudelis; ille beneficus, ille ingratus, pertulit eũ tãta lenitate, vt cùm eũ accepisset in manus, nõ illum attigisset, nõ illũ læsisset. Accepit enĩ à Domino Deo potestatẽ, vt si vellet, occideret Saulẽ ipse Dauid: & elegit parcere quã occidere. Ille autẽ nec tali beneficio victus est vt desineret persequi. Inuenimus ergo illo tẽpore, quando Saul Dauid persequebatur, regẽ futurum & prędestinatum, rex iã reprobatus; quòd fugeret à facie Saul in speluncã ipse Dauid. Quid ergo hoc ad Christum? Si oĩa quæ tũc agebãtur, figurę erant futurorũ, inuenimus ibi Christum & multo maximè: nã illud, Ne corrumpas in tituli inscriptionem, nõ video quomodo pertineat ad illũ Dauid. Nõ enim aliquis titulus inscriptus erat ipsi Dauid, quẽ corrumperet Saul: Videmus autẽ in passione Domini scriptũ [Matth. 27. e] fuisse titulum, Rex Iudęorũ: vt ille titulus exprobraret [Ioan. 19. d.] frontẽ ipsorũ, quòd à rege suo manus nõ abstinuerũt. In illis enĩ Saul erat, in Christo Dauid erat. Christus enim, sicut dicit apostolicum Euangeliũ, est quod nouimus, [Rom. 1. a. Matth. 1. a.] ꝙ confitemur, ex semine Dauid secundum carnem: nam secundum diuinitatẽ supra Dauid, supra oẽs homines, supra cælum & terrã, supra angelos, supra oĩa visibilia & inuisibilia, quia omnia per ipsum facta sunt, [Ioan. 1. a.] & sine ipso factum est nihil: dignatus tamẽ homo fieri ex semine Dauid ad nos venit, quia de tribu Dauid natus est, vnde virgo Maria quę peperit Christum. [Luc 1. b. & 2. a.] Inscriptus itaque titulus ille est, rex Iudæorum. Saul, vt diximus, populus Iudæorum erat, Dauid Christus erat, titulus ibi, Rex Iudęorum. Indignati sunt Iudæi, quia in- [Ioan. 19. d.] scriptus erat titulus, Rex Iudęorũ: puduit illos habere regẽ quẽ crucifigere potuerunt. Nõ enĩ viderunt, quia ipsa crux in qua eum fixerunt, futura erat in frontibus regum. Cùm ergo indignarẽtur ex illo titulo, adierunt Pilatum iudicẽ, cui obtulerunt occidẽdum Christum:

& dixerunt ad eũ: Noli scribere sic, rex Iudæorum: sed
Ioan. 19. d. scribe, quia ipse dixit se regẽ esse Iudæorum. Et quia iã
cãtatum erat per spiritum sanctum, In finẽ, ne corrum-
pas in tituli inscriptionem: respondit eis Pilatus, Quod
scripsi scripsi: quid mihi suggeritis falsitatem? Ego non
corrumpo veritatẽ. Audiuimus ergo quid sibi velit, ne
1 Pe. 3. 24. a. corrũpas in tituli inscriptionẽ. Quid ergo est, cùm fu-
geret à facie Saul in spelunca? Quod quidẽ & Dauid il-
le fecit: sed quia in illo non inuenimus tituli inscriptio-
nẽ, in hoc inueniamus fugã in spelunca. Figurabat enĩ
aliquid illa spelũca qua se texit Dauid. Quare autem se
texit? Vt occultaretur, & non inueniretur. Quid est cõ-
tegi spelunca? Cõtegi terra. Qui enim fugit in spelun-
ca, terra contegitur ne videatur. Portabat autẽ terram
Iesus, carnẽ quam acceperat de terra: & in ea se occul-
1. Cor. 1. b. tabat, ne à Iudęis inueniretur Deus. Si enim cognouis-
sent, nunquã Dominũ gloriæ crucifixissent. Quare er-
go Dominum gloriæ nõ inuenerunt? Quia spelunca se
texerat, id est, carnis infirmitatẽ oculis obiiciebat: ma-
iestatẽ autem diuinitatis in corporis tegmine, tãquam
terrę abdito cõtegebat. Illi ergo nõ cognoscẽtes Deũ,
crucifixerũt hominẽ. Nec mori potuit nisi in homine,
nec crucifigi potuit nisi in homine: quia nec teneri pos-
set nisi in homine. Opposuit malè quærẽtibus terram,
seruauit bene quærentibus vitã. Fugit ergo secundum
carnẽ in spelunca à facie Saul. Quòd si & hoc velis ac-
cipere, ita Dominum fugisse in spelunca à facie Saul,
quia passus est: vsqueadeo se occultauit Iudæis vt &
moreretur. Quantumlibet enim sæuirẽt in eum Iudæi
donec moreretur: adhuc putabant eũ posse liberari, &
ostẽdere miraculũ aliquod quòd filius Dei esset. Hoc
Sap. 2. d. prædictũ erat in lib. Sapiẽtię: Morte turpissima condẽ-
nemus illum: erit enĩ respectus illi ex sermonib. illius.
Si enim verè filius Dei est, suscipiet illũ, & liberabit illũ
de manibus cõtrariorum. Quia ergo crucifigebatur, &
nõ liberabatur, crediderũt illum nõ esse filiũ Dei. Pro-
pterea insultantes pendẽti in ligno, & caput agitantes,
Matth. 27. c dicebãt illi: Si filius Dei es, descẽde de cruce. Alios salu-
os fecit, seipsum saluare nõ potest. Ista dicentes, sicut
Sap. 2 b. est in ipso libro Sapiẽtiæ, hæc cogitauerunt & errauer-
unt. Excęcauit enĩ illos malitia eorũ. Quid enim ma-
gnum erat de cruce descẽdere, cui facile fuit de sepul-
chro resurgere? Sed quare? Quia vsque ad mortẽ voluit
esse patiens, vt fugeret à facie Saul in spelunca. Etenim
spelũca, inferior pars terrę potest accipi. Et certè quod
manifestum est, & certum omnib. hominibus, corpus
eius in monumento positũ est, q̃ erat excisum in petra.
Hoc ergo monumẽtum spelũca erat, illuc fugit à facie
Saul. Tandiu enĩ persecuti sunt illum Iudæi, quoadus-
que poneretur in spelunca. Vnde probamus quòd tã-
diu illum persecuti sunt, quousq; ibi poneretur? Etiam
Ioan. 19 f. mortuum in cruce pendentẽ lancea vulnerauerunt. At
vbi inuolutus, curato funere positus est in spelunca, iã
nihil habuerunt quod carni facerẽt. Resurrexit Domi-
nus ex illa spelunca illæsus, incorruptus, quò fugerat à
1. Reg. 24. a facie Saul, occultãs se impiis quos præfigurabat Saul,
Lucæ 24. f. ostendens se autẽ membris suis. Nã resurgentis mẽbra
à mẽbris eius palpata sunt: mẽbra enim eius Apostoli
tetigerũt resurgentẽ, & crediderunt: & ecce nihil pro-
fuit persecutio Saulis. Audiamus ergo iã psalmũ, quia
de titulo eius satis locuti sumus, quãtum Dominus da-
re dignatus est. Miserere mei Deus, miserere mei, quo-
niã in te confidit anima mea.) Christus in passione di-
cit, Miserere mei Deus. Deo Deus dicit, miserere mei.
Qui cũ patre miseretur tui, in te clamat, miserere mei.
Etenim quod de illo clamat, miserere mei, tuum est. A
te hoc accepit, propter te liberandũ carne indutus est.
Caro ipsa clamat, Miserere mei Deus, miserere mei.
Homo ipse, anima est & caro. Totum enim hominẽ su-
scepit verbũ, & totus homo factus est verbũ. Ne ideo
putetur nõ ibi fuisse animam, quia euãgelista ita dicit:
A Verbũ caro factũ est, & habitauit ĩ nobis. Etenĩ dicitur, Ioan. 1. b.
caro homo, sicut alio loco dicit Scriptura: Et videbit Esa. 40. a.
omnis caro salutare Dei. Nunquid caro sola videbit, & Luc. 3. a.
anima ibi nõ erit? Iterum dicit ipse Dominus de homi-
nibus: Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis. Nũquid Ioan. 17. a.
in solam carnẽ acceperat potestatẽ, & non maximè in
animas quas primitùs liberabat? Ergo ibi erat anima,
ibi erat caro, ibi totus homo: totus homo cum verbo,
& verbum cum homine, & homo & verbum vnus ho-
mo, & verbum & homo vnus Deus. Dicat ergo, Mise-
rere mei Deus, miserere mei. Nõ expauescamus voces
petentis misericordiã & exhibẽtis. Ideo enĩ petit, quia
exhibet: ad hoc enim homo, quia misericors, nõ vt cõ-
ditionis necessitate nasceretur, sed vt nos de cõditione
necessitatis liberaret. Miserere mei Deus, miserere mei:
B Quoniã in te cõfidit anima mea.) Audis magistrũ orã-
tem, disce orare. Ad hoc enĩ orauit, vt doceret orare:
quia ad hoc passus est, vt doceret pati, ad hoc resurre-
xit, vt doceret sperare resurrectionẽ. Et in vmbra alarũ
tuarũ sperabo, donec trãseat iniquitas.) Hoc planè iã
totus Christus dicit: hic est & vox nostra. Non enim iã
transiuit iniquitas, adhuc feruet iniquitas. Et in fine di-
xit ipse Dominus abundantiam futurã iniquitatis: Et Matt. 24. b.
quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas mul-
torum: qui autẽ perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus
erit. Quis autẽ perseuerabit vsque in finẽ, quoadusque
trãseat iniquitas? Qui fuerit in Christi corpore, qui fu-
erit in mẽbris Christi, & à capite didicerit patientiã per-
seuerãdi. Trãsis tu, & ecce trãsierunt tẽtationes tuæ: &
is in aliã vitã in quã ierũt sancti, si sanctus fueris. In aliã
ierunt martyres. Si martyr fueris, ibis & tu in aliã vitã.
Nunquid quia tu trãsisti hinc, propterea iam transiit
iniquitas? Nascũtur alij iniqui, sicut moriuntur alij ini-
C qui. Quomodo ergo alij iniqui moriuntur, & alij na-
scuntur: sic alij iusti eunt, & alij nascuntur. Vsque in finẽ
seculi nec iniquitas deerit premens, nec iustitia patiẽs.
Et in vmbra alarũ tuarum sperabo, donec trãseat ini-
quitas: id est, tu proteges me, & vt ab æstu iniquitatis
non arescam, tu vmbraculum præbebis mihi. Clama-
bo ad Deum altissimum.) Si altissimus est, quomodo
audit te clamantem? Nata est experimento fiducia.
Deum, inquit, qui benefecit mihi) Si antequam eum
quærerem, benefecit mihi, clamantem me non exau-
diet? Bene enim nobis fecit Dominus Deus mittendo
nobis Saluatorem nostrum Iesum Christum: vt more- Rom. 4. d.
retur propter delicta nostra, & resurgeret propter iusti-
ficationem nostram. Pro qualibus mori voluit filium
suum? Pro impiis. Impij autem non quærebant Deũ,
& quæsiti sunt à Deo. Sic est ergo ille altissimus, vt
non sit ab illo longè miseria nostra & gemitus noster:
quia prope est Dominus his qui obtriuerunt cor. Cla- Psal. 33.
D mabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mi-
hi. Misit de cælo, & saluum fecit me.) Iam homo ip-
se, iam caro ipsa, iam filius Dei secundum nostram
participationem manifestum est, quia saluatus est: &
misit de cælo pater, & saluauit eum, & misit de cæ-
lo, & resuscitauit eum. Sed vt noueritis, quia & ipse
Deus est, & ipse se resuscitauit: vtrunque positum est in
scriptura, quia & pater illum resuscitauit, & quia ipse se
resuscitauit. Audite, quia pater illum resuscitauit. Apo-
stolus dicit: Factus est, inquit, obediens vsq; ad mortẽ,
mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus eum exal- Philip. 2. a.
tauit, & donauit ei nomen quod est super omne no-
men. Audistis patrem resuscitantem & exaltantem fi-
lium: audite quia & ipse carnem suam resuscitauit. In
figura

Ioan. 2. d. figura templi dicit ad Iudęos, Soluite tẽplum hoc, & in
triduo suscitabo illud. Euangelista autẽ exposuit nobis
quid diceret: hoc autem, inquit, dicebat de tẽplo cor-
A poris sui. Modò ergo ex persona precantis, ex persona
hominis, ex persona carnis dicit: Misit de cęlo, & saluũ
me fecit.) Dedit in opprobrium conculcãtes me.) Qui
illum cõculcauerunt? Qui mortuo insultauerũt, qui tã-
quam hominẽ crucifixerunt, quia Deum nõ intellexe-
runt, dedit eos in opprobrium. Videte si non est factũ.
Nõ futurum credimus, sed cõpletum agnoscimus. Sæ-
uierunt Iudæi in Christum, superbierunt in Christum.
Vbi? In ciuitate Hierusalẽ. Vbi enim regnabant, ibi tu-
mebant, ibi ceruices erexerunt. Post passionẽ Domini
eradicati inde sunt: & perdiderunt regnum, in quo re-
gẽ Christum agnoscere noluerunt. Quãdmodum da-
ti sunt in opprobrium, videte: dispersi sunt per omnes
gentes, nusquã habentes stabilitatẽ, nusquã certam se-
dẽ. Propterea autẽ adhuc Iudæi sunt, vt libros nostros
portent ad cõfusionẽ suã. Quando enim volumus ostẽ-
B dere prophetatum Christum, proferimus Paganis istas
literas. Et ne fortè dicant duri ad fidem quia nos illas
Christiani cõposuimus, vt cum euãgelio quod prædi-
camus finxerimus prophetas, per quos prædictum vi-
deretur quod prædicamus, hinc eos cõuincimus, quia
oẽs ipsæ literæ quibus Christus prophetatus est, apud
Iudæos sunt, oẽs ipsas literas habẽt Iudæi. Proferimus
codices ab inimicis, vt cõfundamus alios inimicos. In
quali ergo opprobrio sunt Iudæi? Codicem portat Iu-
dæus, vnde credat Christian°. Librarij nostri facti sunt,
quomodo solẽt serui post dominos codices ferre: vt il-
li portando deficiant, illi legẽdo proficiant. In tale op-
probriũ dati sunt Iudæi: & impletum est quod tãto an-
tè prædictum est. Dedit in opprobrium conculcantes
me. Quare autẽ opprobrium est fratres, vt hũc versum
legant, & ipsi cæci attendãt ad speculum suum? Sic enĩ
apparent Iudæi de Scriptura sancta quã portant, quo-
C modo apparet facies cæci de speculo: ab aliis videtur,
ab ipso nõ videtur. Dedit in opprobrium cõculcantes
me. Quærebas fortè cũ diceret, Misit de cælo, & saluũ
me fecit. Quid misit de cælo? Quẽ misit de cęlo? Ange-
lum misit, vt saluum faceret Christum, & per seruum
saluus fit Dominus? Omnes enĩ angeli creatura seruiẽs
Christo est. Ad obsequium mitti potuerunt angeli, ad
seruitium mitti potuerũt, nõ ad adiutorium: sicut scri-
ptum est, quòd angeli ministrabant ei, non tanquã mi-
sericordes indigenti, sed tanquã subiecti omnipotenti.
Matth. 4. b Quid ergo misit de cælo, & saluum fecit me? Modò au-
diemus in alio versu, quid de cælo miserit. Misit de cæ-
lo misericordiam suã & veritatem suam.) Ad quam rẽ?
Et eruit animam meam de medio catulorum leonum.
Misit, inquit, de cælo misericordiam suam & veritatem
Ioan. 14. a. suam: & ipse Christus ait: Ego sum veritas. Missa est er-
go veritas, vt erueret animã meã hinc de medio catu-
lorum leonũ. Missa est misericordia: ipsum Christũ in-
uenimus & misericordiã & veritatẽ. Misericordiã no-
bis compatiẽtem, & veritatẽ nobis tribuentẽ. Hoc est
D ergo quod paulo antè dixi: Quia & ipse se resuscitauit.
Si enim veritas resuscitauit Christum, & si veritas ani-
mã Christi eruit de medio catulorum leonum: vt mi-
sericors fuit mori pro nobis, ita verax fuit resurgere ad
iustificandos nos. Dixerat enim se resurrecturũ, & ve-
ritas mentiri non potuit. Et quia veritas & verax, pro-
pterea cicatrices veras ostendit, quia vera vulnera per-
tulit. Has cicatrices tenuerunt discipuli, palpauerunt,
manifestauerunt sibi: exclamauit qui misit digitos in
Ioan. 20. g. cõpunctum latus, & ait, Dominus meus & Deus meus.
Misericordia pro illo mortuus erat, & veritate ad illum
resurrexerat. Misit de cælo misericordiã suã & veritatẽ
suam; Et eruit animã meã de medio catulorum leonũ.)
Qui sunt catuli leonũ? Populus ille minutus, malè de-
A ceptus, malè seductus à principibus sacerdotũ Iudæo-
rũ: vt illi leones, illi catuli leonum. Omnes fremuerũt,
omnes occiderunt. Audituri enim sumus hic & cædẽ
ipsorum modò in consequentibus versibus psalmi hu-
ius. Et eruit, inquit, animã meam de medio catulorum
leonum. Quare dicis, & eruit animam meã? Quid enim
passurus eras, vt eueretur anima tua? Dormiui conturbatus.) expressit Christus mortẽ suã. Certè de illo Da-
uid legimus, quòd fugerit in spelunca, non tamen quia
dormiuit in spelunca. Alius Dauid est in spelunca, alius 1. Reg. 24. d
Dauid est qui dicit: Dormiui conturbatus. Videmus
perturbationẽ ipsius: nõ illo turbato, sed illis turbãtib.
Turbatum enim se dixit, secundũ opinionẽ frementiũ:
nõ secundum cedentis conscientiã. Putauerunt se illũ
turbasse, putauerũt vicisse: ille autẽ dormiuit cõturba-
tus. Tã placatus erat iste turbatus, vt quãdo vellet, dor-
miret. Nemo dormit turbatus: oẽs qui perturbantur,
B aut à somno excitantur, aut in somnũ vergi nõ permit-
tũtur. Ille autẽ turbatus est, & dormiuit. Magna humi-
litas perturbati, magna potestas dormiẽtis. De qua po-
testate veniebat quòd dormiuit? De qua ipse dicit: Po- Ioan. 10. d.
testatẽ habeo ponendi animã meam, & potestatem ha-
beo sumendi eam. Nemo tollit eam à me; sed ego eam
pono, & iterum sumo eam. Turbauerunt illi, & dormi-
uit ipse: cuius typum gerebat Adã, quando immisit ei Genes. 2. e.
Deus soporẽ, vt de latere illi coniugẽ faceret. Nõ enim
poterat vxorem facere primo homini etiam de latere
vigilãtis? aut propterea voluit eum dormire, ne sentiret
cùm sibi costa detraheretur? Postremò, quis ita dor-
mit, vt osse sibi cõuulso non expergiscatur? Qui potuit
sine dolore auferre costã dormienti, potuit & vigilãti.
Sed quare voluit dormienti facere? Quia dormienti
Christo in cruce, facta est coniux de latere. Percussum Ioan. 19. f.
est enim latus pendentis de lancea, & profluxerunt ec-
C clesiæ sacramenta: Dormiui, inquit, conturbatus. Et in
alio psalmo manifestat hoc, vbi ait: Ego dormiui, & sõ-
num cepi. Ibi expressit potestatẽ suã. Poterat & illic di- Psal. 3.
cere: Dormiui, sicut dixit hic. Quid est autẽ, ego dor-
miui? Id est, quia volui, dormiui. Non illi me in somnũ
nolentẽ compulerunt: sed mea voluntate ego dormiui,
secundũ illud: Potestatẽ habeo ponendi animam meã,
& potestatem habeo iterum sumendi eam. Propterea
ibi sequitur & dicit: Ego dormiui, & somnum cepi, & Ioan. 10. d
exurrexi; quoniã Dominus suscipiet me. Dormiui cõ-
turbatus: Vnde turbatus? Quibus turbantibus? Videa-
mus quomodo indurat malã conscientiã Iudæis, volen-
tibus excusare se ab interfectione Domini. Nã propte-
rea eum, sicut loquitur euãgelium, iudici tradiderunt,
ne ipsi eum occidisse viderẽtur. Cùm enim dixisset eis
iudex tunc Pilatus, Accipite eum vos, & secundum le- Ioan. 19. a.
gem vestram iudicate eum: responderunt, Nobis non
licet interficere quenquã. Interficere nõ licet, tradere
ad interficiendum licet? Quis autẽ occidit? Qui audito
D clamore cessit, an qui clamando vt occideretur extor-
sit? Ipse Dominus dicat testimoniũ à quib. occisus est,
vtrum ab illo Pilato, qui nolens eum occidit: vnde etiã Matt. 27. d.
eum flagellauit, & veste ignominiosa induit, & flagella-
tũ ad eorũ oculos produxit, vt saltẽ pœna flagellorum Ioan. 19. a.
eius satiati, eum occidi nõ extorquerẽt. Propterea etiã
cùm videret eos perseuerare, sicut legim°, lauit manus
suas: & dixit: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Matt. 27. c.
Videritis vtrũ ille innocens, qui vel cessit clamantibus:
multo magis tamẽ illi nocentes, qui clamãdo cum oc-
cidere voluerunt. Sed nos interrogemus & audiamus
Dominũ, quib. tribuat mortẽ suã, quia dixit, Dormiui
turbatus. Interrogemus eũ, & dicamus: Quoniam dor-

misti turbatus,qui te persecuti sunt?Qui te occiderunt?
Nunquid fortè Pilatus qui militibus dedit in ligno su-
spendendum,clauis transfigendũ?Audite qui.Filij ho- A
minũ.)Illos vtique dicit, quos persecutores passus est.
Sed quomodo ipsi occiderũt qui ferrum nõ ferebant?
Qui gladium nõ strinxerunt,qui impetum in eum non
fecerunt ad occidendum,vnde occiderũt?Dentes eo-
rũ,arma & sagittæ:& lingua eorũ gladius acutus.)No-
li attẽdere inermes manus, sed os armatũ:inde gladius
processit quo Christus occideretur, quomodo & de
Apoc. 1.d. ore Christi,vnde & Iudæi occiderẽtur.Habet enim il-
le gladium bis acutum,occidẽtis & resurgẽtis:& resur-
gens percussit eos, & diuisit ab eis quos faceret fideles
suos.Illi malũ gladium,ille bonum. Illi sagittas malas,
ille bonas.Nã habet & ipse sagittas bonas,verba bona:
vnde sagittet cor fidele vt ametur. Ergo aliæ istorũ sa-
gittę, & alius istorum gladius.Filij hominum dẽtes eo-
rum arma & sagittæ: & lingua eorum machæra acuta.
Lingua filiorum hominum machęra acuta,& dẽtes eo-
Matt.27.c. rũ arma & sagittæ.Quãdo ergo percusserunt, nisi quã- B
Ioan. 19.a. do clamauerũt,Crucifige,crucifige? Et quid tibi fece-
runt ô Domine? Exultat hic Propheta. Superius enim
oẽs illos versus Dominus loquebatur.Propheta quidẽ
sed ex persona Domini,quia in Propheta Dominus.Et
quando loquitur ex persona sua Propheta,ipse Domi-
nus loquitur per eum qui ei dictat veritatẽ quã loqua-
tur. Modò ergo ex persona Prophetæ, audite fratres
mei.Vidit Dñm in spiritu iste Propheta humiliatũ,cæ-
sum,flagellatũ,colaphis percussum,expalmatũ manib.
sputis illitũ,spinis coronatum,ligno suspẽsum.Illos sæ-
uientes,illũ tolerantẽ: illos exultãtes, illũ quasi victum
vidit in spiritu: & post illã iam omnẽ humiliationẽ, &
illorũ furorẽ,resurrexisse eum, & illa oĩa quæ fecerant
Iudæi sæuiẽtes facta esse inania, & eleuatus gaudio tã-
quam videret fieri.Exaltare,inquit,super cęlos Deus.)
Homo in cruce,& super cælos Deus.Remaneãt in ter-
ra sęuiẽtes,tu in cęlo esto iudicãs.Vbi sunt qui furebãt? C
vbi sunt dentes eorum arma & sagittæ? Nónne sagittæ
infantiũ factę sunt plagæ eorũ?Alio enim loco Psalmus
hoc dicit,volẽs eos ostẽdere inaniter sęuisse,& inaniter
in furias præcipitatos esse: quoniã nihil potuerunt fa-
cere Christo ad horã crucifixo,& postea resurgẽti,at-
que in cælo sedẽti.Sagittæ infantium factæ sunt plagæ
Psal. 63. eorũ.Quomodo infantes faciunt sibi sagittas?De can-
nis?Sagittæ autẽ quæ? aut quæ vires?aut qui arcus? aut
qui ictus?aut ꝙ vulnus?Exaltare super cælos Deus. Et
super omnẽ terram gloria tua.) Vt quid exaltaris super
cælos Deus?Fratres, exaltatum Deum super cælos nõ
videmus, sed credimus. Super omnẽ autẽ terrã gloriã
eius non tantũ credimus,sed etiã videmus.Qualẽ verò
vesaniã patiantur hæretici,quæso vt attẽdatis.Illi præ-
cisi à cõpagine ecclesiæ Christi,& partẽ tenẽtes, totũ
amittẽtes,nolũt cõmunicare orbi terrarũ, quo diffusa D
est gloria Christi. Nos autẽ catholici in omni terra su-
mus, quia omni terræ cõmunicamus quacũque gloria
Christi diffusa est.Videmus enim ꝙ tunc cantatum est,
modò cõpletũ:Exaltatus est super cælos Deus noster,
& super omnẽ terram gloria ipsius.O hęretica insania,
quod nõ vides credis mecũ;quod vides negas?Credis
mecũ exaltatum Christum super cælos,quod nõ vide-
mus:& negas gloriã eius super omnẽ terrã,quod vide-
mus.Exaltare super cælos Deus,& super omnẽ terram
gloria tua. Redi ad verba Domini, & ipse Dominus
narrare nobis incipit tanquam alloquens nos,exultãte
etiã Propheta & dicẽte:Exaltare super cælos Deus, &
super omnẽ terrã gloria tua.Cõfirmat nos & ipse, tan-
quã dicẽs nobis:Quid mihi facere potuerũt illi qui me
persecuti sunt?Quare autẽ nos alloquitur?Quia faciunt
& nobis.Sed nihil faciunt qui nos similiter fuerint per-
secuti.Videat enim charitas vestra alloquentẽ nos Do-
minum,& exhortantẽ nos exẽplo suo.Muscipulam pa-
rauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animã meã.)
Voluerunt illã quasi de cælo deponere,& ad inferiora
deprimere.Curuauerũt animam meã.) Foderunt ante
faciẽ meam foueam,& ipsi inciderunt in eã.) Mihi no-
cuerũt,an sibi?Ecce ille exaltatus est super cęlos Deus,
& ecce super omnẽ terrã gloria ipsius. Regnũ Christi
videmus,vbi est regnum Iudæorum? Quoniã ergo fe-
cerunt quod facere non debuerunt, factum est in illos
quod pati debuerũt:ipsi foderunt foueam, & ipsi inci-
derunt in eã.Quòd enim persecuti sunt Christũ, Chri-
sto nõ obfuit,sed ipsis obfuit. Et nolite putare fratres,
ipsis solis hoc accidisse.Omnis qui parat foueam fratri
suo,necesse est vt ipse incidat in eam. Intendite fratres
mei,Christianos oculos habete, nolite decipi visibili-
bus.Fortè enim alicui vestrûm,quia hoc dixi,subuenit
modò, si quis voluit fratri suo fraudẽ facere, & voluit
ei aliquas insidias machinari,& machinatus est, & im-
pleuit,& cecidit frater in insidias eius, & spoliatus est,
aut pressus est siue carcere, siue falso testimonio, siue
aliqua nefaria criminatione circumuẽtus: videtur autẽ
iste oppressus,ille oppressisse; iste victus,ille vicisse: &
falsum putatur quod diximus, quoniam quicũque fo-
ueam parauerit fratri suo, ipse cadit in eam. Interrogo
vos tanquam Christianos, vt sumatis exẽplum de his
quæ iã nouimus.Pagani persecuti sunt martyres.Mar-
tyres capti sunt,ligati sunt,in carcerẽ missi sunt, bestiis
subiecti sunt,alij ferro percussi,alij ignibus concrema-
ti.Vicerunt persequentes,& victi sunt martyres?Absit.
Quære gloriam martyrum apud Deum,quęre foueam
Paganorum in confossa consciẽtia.Vbi enim est fouea
quò cadit impius?In cõscientia mala.Putas eum in fo-
ueam nõ cecidisse,qui lucẽ Dei & Christi perdidit, &
cæcitate percussus est:Si non caderet in foueã,videret
ante se: nescit quò eat, quomodo qui ambulat in via
cùm ceciderit in foueam,perdidit viam. Videtis ergo
omnes malefactores perdidisse viã,implicatos facino-
re.Sed iã te tradidit in manus fortè latronis,aut in ma-
nus alicuius iniusti:† vel circũuenire te satagit apud iu- al. vel circũuenti à se iudicii.
dicẽ,& tu in pressura es,ille lætatur, ille exultat. Noli,
vt iam dixi,noli habere oculos Paganorum: Christia-
nos oculos habe.Vide illum qui te exultat,ipsa exulta-
tio est fouea ipsius. Melior est enim tristitia iniqua pa-
tientis,quàm lætitia iniqua facientis.Ipsa lętitia iniqua
facientis,ipsa est fouea:illuc quisque cũ ceciderit,ocu-
los perdit.Te doles,quia perdidisti vestẽ: & illum non
doles,quia perdidit fidẽ? Quis vestrûm grauiore dãno
percussus est? Ecce ille occidit, tu occideris. Viuit ille,
tu mortuus es?Absit. Vbi est fides Christianorum? &
vbi est ille qui moritur ad tempus? Audiat Dominum
suum:Qui credit in me,licet moriatur, viuit. Ergo qui Ioan. 11.d.
non credit, licet viuat mortuus est. Foderunt ante fa-
ciem meã foueam,& ipsi inciderunt in eam. Omnibus
malis necesse est vt hoc cõtingat.Bonorũ autẽ patien-
tia,præparatione cordis excipit voluntatẽ Dei,& glo-
riatur in tribulationibus:dicens quod sequitur: Paratũ
cor meum Deus,paratum cor meum,cantabo & psal-
lam.) Quid fecit mihi?Parauit foueam, cor meũ para-
tum est. Ille parauit foueam ad decipiendum,ego cor
non parabo ad perpetiendum? Ille parauit foueam ad Psal.7.
opprimendum, ego cor non parabo ad tolerandum?
Propterea ille incidet in eam, ego autem cantabo &
psallam. Audi cor paratum in Apostolo, qui imitatus
est Dominum suum:Gloriamur, inquit, in tribulatio- Rom.5.a.
nibus: quia tribulatio patientiam operatur, patientia
probationem,probatio spem,spes verò non cõfundit:
quia

quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spi-
2.Cor. 11.g. ritũ sanctũ qui datus est nobis. Erat in pressuris, in ca-
tenis,in carceribus,in plagis,in fame & siti,in frigore & A
nuditate,in omni vastatione laborũ & dolorum: & di-
cebat,gloriamur in tribulationib. Vnde? Quia paratũ
est cor eius:ideo cãtabat & psallebat,Paratum cor meũ
Deus,paratum cor meum, cãtabo & psallam. Exurge
gloria mea.) Ille qui fugerat à facie Saul in speluncam:
Exurge gloria mea, glorificatus Iesus post passionem.
Exurge psalteriũ & cithara.Quid vocat vt surgat?Duo
organa video,corpus autẽ Christi vnũ video:vna caro
resurrexit,& duo organa surrexerũt.Alterũ ergo orga-
Organa. num psalterium,alterum cithara.Organa dicuntur oĩa
instrumẽta Musicorum.Nõ solum illud organum dici-
tur ꝙ grãde est,& inflatur follibus: sed quicquid apta-
tur ad cantilenã,& corporeum est,quo instrumẽto vti-
tur qui cãtat, organum dicitur. Distincta sunt autẽ in-
ter se ista organa,& volo,quãtum Dominus dat, indi-
care vobis:& quomodo distincta sunt,& quare distin-
cta,& quare vtriq; dicatur,exurge.Iã diximus vna ca- B
Psalteriũ. ro Domini resurrexit:& dicitur:Exurge psalterium &
cithara.Psalterium est organum,quod quidẽ manibus
fertur percutiẽtis,& chordas distẽtas habet: sed illum
locum vnde sonũ accipiunt chordæ,illud cõcauum li-
gnum ꝙ pendet & tactum resonat,quia cõcipit aërem,
Cithara. psalterium in superiore parte habet. Cithara autẽ hoc
genus ligni cauum & resonãs in inferiore parte habet.
Itaque in psalterio chordæ sonũ desuper accipiunt: in
cithara autẽ chordę sonũ ex inferiore parte accipiunt.
Hoc interest inter psalteriũ & citharã. Quid ergo duo
hæc organa nobis figurãt?Excitat enim Christus Do-
minus noster psalteriũ suũ & citharã suã; & dicit:Exur-
gã diluculò.Puto quia hic iã agnoscitis Dominũ resur-
gentẽ.Legimus in Euãgelio: Videte horã resurrectio-
Matt. 28.a. nis.Quãdiu per vmbras quærebatur Christus?Lux ita-
que agnoscatur,diluculo surrexit. Sed quid est psalte-
rium?quid est & cithara? Per carnẽ suã Dominus duo C
genera factorũ operatus est,miracula & passiones.Mi-
racula desuper fuerunt,passiones de inferiori fuerũt.Il-
la enim quæ fecit miracula, diuina erãt:sed per corpus
fecit,per carnẽ fecit.Caro ergo diuina operans,psalte-
riũ est:caro humana patiẽs,cithara est.Sonet psalteriũ,
illuminentur cæci,audiant surdi, stringãtur paralytici,
Matth. 11.a. ambulẽt claudi,surgãt ægroti, resurgãt mortui:iste est
Matth.27.c sonus psalterij.Sonet & cithara,esuriat,sitiat,dormiat,
teneatur, flagelletur,irrideatur, crucifigatur, sepelia-
tur.Cùm ergo vides in illa carne quædã sonuisse desu-
per,quædã de inferiori parte,vna caro resurrexit:& in
vna carne agnoscimus & psalterium & citharã.Et ista
duo genera factorum impleuerunt euãgelium,& præ-
dicatur in gẽtibus.Nã & miracula & passiones Domi-
ni prædicantur.Ergo surrexit psalteriũ & cithara dilu-
culò,& cõfitetur Domino. Et quid ait? Cõfitebor tibi D
in populis Domine,& psallã tibi in gentibus: quia ma-
gnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque
ad nubes veritas tua.)Cæli supra nubes, & nubes infra
cælos: & tamẽ ad hoc cælũ proximũ pertinent nubes.
Sed aliquãdo nubes recumbunt super mõtibus,vsque-
adeò in proximo aëre cõglomerãtur.Cælum autẽ sur-
sum est,habitationes angelorũ,sedium, dominationũ,
principatuũ, potestatũ.Illud ergo fortè videatur fuisse
dicẽdum: Magnificata est vsq. ad cælos veritas tua,&
vsque ad nubes misericordia tua.Etenim in cęlo ange-
li laudant Deum,vidẽtes ipsam speciem veritatis, sine
al. interpellatione. vlla caligine visionis, sine † interpolatione aliqua falsi-
tatis:vidẽt,diligunt,laudãt,non fatigãtur. Ibi veritas:
hic autẽ in nostra miseria vtique misericordia. Misero
enim præbẽda est misericordia: nõ enim opus est mi-
sericordia sursum, vbi nullus est miser. Hoc propterea
dixi,quia videtur cõgruẽtius dici potuisse: Magnifica-
ta est vsque ad cælos veritas tua,& vsque ad nubes mi-
sericordia tua.Nubes enim intelligimus prædicatores
veritatis, homines portantes istã carnem caliginosam
quodãmodo, sed vnde Deus & coruscat miraculis, &
tonat præceptis: & ipsi sunt illæ nubes de quibus dicit
Esaias ex persona Domini,increpãs quandã vineã ma-
lam,sterilẽ,spinosam:Mãdabo nubibus meis,ne pluant Esa.5.b.
super eã imbrẽ:id est, mãdabo apostolis meis vt dese-
rãt Iudęos,& nõ illis euangelizẽt,sed euãgelizẽt in ter-
ra bona gentiũ,vnde nõ spinæ,sed vuę procedãt. No-
uimus ergo nubes Dei esse prædicatores veritatis pro-
phetas,apostolos,oẽs rectè proferẽtes verbũ veritatis,
& habẽtes in se lumẽ occultũ, sicut habẽt nubes vnde
coruscãt:homines ergo nubes.Quid sibi itaq. vult Do-
mine,quia magnificata est vsque ad cęlos misericordia
tua, & vsque ad nubes veritas tua?Veritas prępollet in
angelis:sed dedisti illã & hominibus,& deduxisti illam
vsq. ad nubes. Sursum misericordia vidẽtur angeli nõ
indigere:sed quia hominib. miseris tu misereris,& prę-
bẽdo illis misericordiã cõmunione resurrectionis an-
gelos facis,vsque ad cęlos est misericordia tua. Gloria
Dño Deo nostro,& misericordiæ ipsius, & veritati ip-
sius, quia nec deseruit nos misericordia facere beatos
per gratiã suam,nec fraudauit nos veritate: quia primò
veritas carne cooperta venit ad nos,& sanauit per car-
nẽ suã oculũ interiorẽ cordis nostri, vt eã postea facie
ad faciẽ videre possemus. Agẽtes ergo illi gratias,dica- 1.Cor.13.d
mus cũ Psalmo ipso vltimos versus quos iãdudum etiã
dixi: Exaltare super cælos Deus, & super oẽm terram
gloria tua.) Hoc enĩ ei dixit Propheta ante tot annos,
hoc modò videmus nos:hoc ergo dicamus & nos.

IN PSALMVM LVII. ENARRATIO.

VOx quam cantauimus, audiẽda nobis magis est
quàm clamãda. Omnibus enĩ tanquã in cõcione
generis humani veritas clamat:Si vtique verè iustitiam
loquimini, recta iudicate filij hominũ.) Cui enim ini-
quo nõdum facile est loqui iustitiã?Aut quis de iustitia
interrogatus,quãdo nõ habet causam,nõ facilè respõ-
deat quid sit iustum? Quandoquidẽ manu formatoris
nostri in ipsis cordib. nostris veritas scripsit: Quod tibi
nõ vis fieri,ne facias alteri? Hoc & antequã lex daretur, Matth.7.b. Tob.4.c.
nemo ignorare permissus est: vt esset vnde iudicaren-
tur,& quibus lex nõ esset data.Sed ne sibi homines ali-
quid defuisse quererẽtur,scriptũ est & in talibus quod al. Non enim est scriptum, quia non habebant.
in cordibus nõ legebant.† Non enĩ & scriptum nõ ha-
bebant,sed legere nolebant. Oppositum est oculis eo-
rum ꝙ in consciẽtia videre cogerentur: & quasi forin-
secus admota voce Dei, ad interiora sua homo cõpul-
sus est,dicẽte Scriptura:In cogitationibus enim impij, Sapien.1.c.
interrogatio erit. Vbi interrogatio, ibi lex. Sed quia
homines appetẽtes ea quæ foris sunt,etiã à seipsis exu-
les facti sunt,data est etiã cõscripta lex:nõ quia in cor-
dibus scripta non erat,sed quia tu fugitiuus eras cordis
tui,ab illo qui vbique est comprehenderis, & ad teip-
sum intrò reuocaris.Propterea scripta lex quid clamat Rom. 2.c.
eis qui deseruerunt legem scriptam in cordibus suis: Esa. 46.c.
Redite præuaricatores ad cor. Quis enĩ te docuit,nol-
le accedi ab altero ad vxorẽ tuam?Quis te docuit,nol- Deut.5.b.
le tibi furtum fieri?Quis te docuit, nolle iniuriam pati,
& quicquid aliud vel vniuersaliter vel particulariter
dici potest?Multa enim sunt, de quibus singulis inter-
rogati homines,clara voce respondeant, nolle se pati.
Age,si non vis pati ista,nunquid solus es homo?nónne
in societate viuis generis humani? Qui tecum factus Gene.1.d.
est,socius tuus est: & omnes facti ad imaginẽ Dei, nisi
terrenis cupiditatibus conterant quod ille formauit.

Quod ergo tibi non vis fieri, noli alteri facere. Iudicas enim malũ esse in eo q̃ pati nõ vis: & hoc te cogit nosse lex intima, in ipso tuo corde cõscripta. Faciebas, & clamabatur inter manus tuas. Quomodo cogeris redire ad cor tuũ, cùm hoc pateris inter manus alienas? Furtũ bonum est? Nõ. Interrogo: Adulterium bonum est? Et
Deut. 5. b. oẽs clamãt: Non. Homicidiũ bonum est? Omnes clamãt detestari se. Concupiscere rẽ proximi bonum est? Nõ, vox omnium est. Aut si adhuc nõ confiteris, accedit qui cõcupiscat rẽ tuam: placeat tibi, & responde q̃ vis. Omnes ergo de his rebus interrogati, clamant hęc bona nõ esse. Rursus de beneficiis nõ solùm de nõ nocendo, verumetiam de nõ præstando atque tribuẽdo. Interrogatur omnis anima esuriẽs, famẽ pateris? Alius habet panẽ, & redundat ei vltra sufficientiam, nouit te egere, nõ dat. Displicet tibi esuriẽti: displiceat & satiato, cùm alterum esurire cognoueris. Peregrinus tecto indigens venit in patriam tuam, nõ suscipitur ille: tunc
B clamat inhumanã esse illam ciuitatẽ, facile apud Barbaros sibi esse potuisse refugium. Sentit iniquitatem, quia patitur: tu fortè nõ sentis. Sed oportet, vt & te cogites peregrinũ: & videas quomodo tibi possit displicere qui tibi nõ præstiterit, q̃ tu in patria tua nõ vis peregrino præstare. Interrogo oẽs, vera sunt hæc? Vera. Iusta sunt hęc? Iusta. Sed Psalmũ audite: Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. Non sit iustitia labiorum, sed & factorum. Si enĩ aliter agis quàm loqueris, bona loqueris, & mala iudicas. Si enim agis quomodo iudicas interrogatus quid sit melius, aurum an fides, nõ vsque adeò peruersus & deuius es ab omni veritate, vt aurũ melius esse respõdeas. Præponis ergo interrogatus auro fidẽ. Locutus es iustitiã, audisti Psalmũ: Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ Et vbi probabo nõ te ita vt locutus es iudicare? Iam teneo responsionẽ tuam, præponentẽ auro fidẽ. Ecce nescio vnde amicus venit, & nullo teste aurũ cõmendauit: solus hoc nouit, & tu quantum ad homines attinet. Est ibi alius testis qui nõ videtur & videt: & ille tibi aurũ in secreto & in cubiculo tuo, fortè remotis omnib. arbitris cõmendauit. Testis est qui adest. Nõ in cubiculo adest parietum, sed in cubilibus cõsciẽtiarum vestrarum: commendauit ille atque discessit, nulli suorum notum fecit, rediturum se sperans, & ab amico quod dederat recepturum. Vt humana sunt, mortuus est, filiũ habet, reliquit hęredẽ: ignorat filius quid pater
Esa. 46. c. habuerit, quid tibi cõmẽdauerit. Eia tu redi, redi præ-
Matt. 17. b. uaricator ad cor, ibi scripta est lex: Quod tibi non vis
Tob. 4. fieri, alij ne feceris. Teipsum cogita commẽdasse, nulli tuorum dixisse, mortuum esse, filium reliquisse. Quid ei velles à tuo amico præstari? Responde, iudica causam, iudicis tribunal est in mente tua, sedet ibi Deus, adest accusatrix cõscientia, tortor timor. In rebus humanis es, in societate humana detineris: cogita quid velles
D præstari filio tuo ab amico. Noui quid tibi respondeat cogitatio tua: Sic iudica, sicut audis. Iuridica vox erit. Vox veritatis nõ tacet. Nõ labiis clamat, sed vociferatur ex corde. Adhibe aurẽ, ibi esto cum filio amici tui. Vides fortasse etiam indigentẽ vacare, nescientẽ quid pater eius habuerit, vbi posuerit, cui commendauerit: cogita & filium tuum, fac illum viuere quem contẽnis mortuum, te mortuũ cogita vt viuas. Sed aliud iubet Deus cõtra auaritiam, aliud auaritia iubet cõtra Deũ. Deus aliud, auaritia aliud: aliud in paradiso conditor noster, aliud de transuerso seductor serpens. Veniat in
Genes. 3. c. mentẽ prior casus tuus. Propterea mortalis, propterea laborãs, propterea in sudore vultus tui panẽ comedẽs, propterea spinas & tribulos tibi terra germinat. Experimẽto disce, q̃ noluisti præcepto. Si vincit cupiditas, cut nõ potius veritas? Et vbi est q̃ loquebaris? Ecce cõgitas aurum negare, ecce cogitas hæreditatẽ amici tui
A prorsus abscõdere. Interrogaueram paulo antè quid sit charius, & quid sit melius: aurum an fides. Quare aliud dicis, aliud agis? Nõ times hãc vocẽ: Si verè vtique iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominum? Ecce locutus es mihi meliorẽ esse fidẽ, & in iudicio tuo melius duxisti aurũ. Non sic iudicasti vt locutus es. Vera locutus es, & falsa iudicasti: ergo & cùm loquebaris iustitiã, nõ vera loquebaris. Si enim verè vtique iustitiã loquimini, recta iudicare filij hominum. Quãdo mihi de iustitia respondebas: erubescendo, non fatẽdo loquebaris. Sed ad causam præsentẽ iã veniamus, si placet. Vox est enim illa dulcis, & nota auribus Ecclesiæ, vox Domini nostri Iesu Christi, & vox corporis eius, vox Ecclesiæ laborãtis, peregrinãtis in terra, inter maledicentiũ & adulãtium pericula viuẽtis. Nõ timebis cõminatorẽ, si nõ amas adulatorẽ. Attẽdit ergo ille cuius hæc
B vox est, & videt oẽs loqui iustitiã. Quis enim audet nõ loqui eã, ne dicatur iniustus? Cùm ergo tanquã audiret oĩm voces, & intenderet omnium labia, clamabat ad eos: Si verè vtique iustitiã loquimini, si nõ falso iustitiã loquimini, si nõ aliud in labiis perstrepit, aliud celatur in cordibus: recta iudicate filij hominũ. Audi ex Euãgelio propriam vocẽ, eandẽ ipsam quæ in hoc Psalmo est. Hypocritæ, ait Dominus pharisæis, quomodo po- Matt. 12. b
testis bona loqui, cũ sitis mali? Aut facite arborẽ bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborẽ malã, & fructum eius malũ. Quid te vis dealbare paries lutee? Noui interiora tua, nõ fallor tectorio tuo: noui quid prętẽdas, noui quid tegas. Neque enĩ opus ei erat, ait Euan- Ioan. 2. d
gelista, vt quisquã ei perhiberet testimonium de homine: ipse enĩ sciebat quid esset in homine. Sciebat quid esset in homine, qui fecerat hominem: & homo factus
C erat, vt quæreret hominẽ. Videte ergo si non sequãtur se voces istæ. Hypocritæ, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominum. Nónne iustitiã locuti estis, quando dixistis: Magister, scimus quia iustus es, & nul- Mat. 22. d
lius personã accipis? Quare dolum in corde tegebatis? Quare imaginẽ Cæsaris creatori vestro ostẽdebatis, & eius imaginẽ in vestris cordibus delebatis? Nónne auditum est quid locuti fuerítis, & expertũ est quemadmodũ iudicaueritis? Nónne vos crucifixistis cum quẽ iustum esse dixeratis? Si verè ergo vtique iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. Vt quid audio locutionẽ vestrã, scimus quia iustus es: cùm præuideã iudicium vestrũ: Crucifige crucifige? Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominum. Quid enĩ fecistis sæuiẽdo aduersus Deum qui homo erat, & occidẽdo regem vestrum? Non enim ideo rex non erat futurus, quia occisus est à vobis resurrecturus. In titulo vbi Matth. 27. d
D scriptũ erat, Rex Iudęorũ, posito super crucẽ Domini, Ioan. 19. f.
linguis tribus, Hebraica, Græca & Latina, nouerat dicere iudex homo: Quod scripsi, scripsi: & Deus nõ nouerat dicere, quod scripsi, scripsi? Prorsus rex vester est. Viuus rex vester est, occisus rex vester est. Ecce resurrexit, & in cælo rex vester est. Ecce venturus est: væ vobis, quia rex vester est. Ite nũc, & loquimini iustitiã, & nolite recta iudicare filij hominum. Nõ vultis rectè iudicare, rectè iudicabimini. Viuit enim ille rex vester, Rom. 6. b
& iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Ecce venit, redite præuaricatores ad cor. Ecce veniet: Esa. 46. c.
corrigimini antequam veniat, præuenite faciem eius in confessione. Ecce veniet, rex vester est: recordamini Psal. 94. m
titulum super crucem, si non eum videtis scriptum, manet tamẽ. In terra non legitur, sed in cælo seruatur. Putatis enim illam inscriptionem fuisse corruptam? Ioan. 19. f

Et

Et quid ait titulus Psalmi huius? In finẽ ne corrumpas ipsũ Dauid, in tituli inscriptionẽ.) Nõ ergo corrũpitur
A illa inscriptio tituli. Rex vester est Christus, quia omnium rex Christus: quoniã ipsius est regnũ, & ipse do-
Psal. 21. minabitur gentiũ. Si ergo rex est, ecce antequã veniat, dicit vobis: Adhuc loquor, inquit, nõdum iudico. Qui sic clamo cõminãdo, nolo ferire iudicando. Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. Nũc autẽ quid facitis? Quare ista vobis dico? Etenĩ in corde iniquitates operamini in terra.) Iniquitatẽ fortè in corde solo? Audi quid sequitur: Et cor suum sequũtur manus, & cordi suo famulãtur manus. Cogitatur & fit: aut ideo non fit, nõ quia nolumus, sed quia non possumus. Quicquid vis, & nõ potes, factum Deus cõputat. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Quid deinde? Iniquitates manus vestræ cõnectunt.) Quid est cõnectũt: De peccato peccatũ, & ad peccatum peccatum, propter peccatum. Quid est hoc? Furtũ fecit, peccatum est. Visus est. Occidere quærit eũ à quo visus est.
B Cõnexum est peccatum peccato. Permiserit Deus occulto iudicio occidere eum, quẽ voluit occidere. Sẽtit sciri, quęrit & alterum occidere, cõnexuit tertium. Dũ ea molitur, fortè ne inueniatur, aut quia fecit ne cõuincatur, cõsulit mathematicum: additũ est quartum. Respõdet fortè aliqua dura & mala mathematicus, curritur ad haruspicẽ vt expietur: respõdet haruspex, nõ se posse expiare, maleficus quæritur. Et quis oĩa possit numerare, quæ cõnectuntur peccata peccatis? Iniquitates manus vestręcõnectunt. Quamdiu connectis, ligas peccatum peccato: te solue à peccatis. Sed nõ possum,
Rom. 7. d. inquis. Clama ad illum: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Veniet enĩ gratia Dei vt delectet te iustitia, sicut delectabat iniquitas: & ho-
Psal. 115. mo qui ex vinculis resolutus es, exclamabis ad Deum: Dirupisti vincula mea. Quid est, dirupisti vincula mea:
Prou. 5. d. nisi, remisisti peccata mea? Audi quia vincula sunt. Respõdet Scriptura: Criniculis peccatorum suorũ vnusquisque cõstringitur. Nõ solum vincula, sed & crinicu-
C li sunt. Criniculi sunt, qui fiunt intorquendo: hoc est, quòd peccatis peccata cõnectebas. Væ his qui trahunt
Esa. 5. c. peccata sua, sicut restẽ longã. Esaias clamat: Væ his qui trahunt peccatũ suum sicut restẽ longã: quid est aliud, quàm væ his quorum manus cõnectunt iniquitatẽ? Et quia vnusquisq; peccatis suis cõstringitur, sicut & peccatis suis cæditur: Dominus malè versantes in templo flagello de resticulis facto exclusit. Sed non vis modò dirumpi vincula tua, quia nõ sentis vincula tua, etiam delectãt te, & voluptati sunt: sentiẽs in fine cùm dice-
Matt. 22. b. tur, Ligate illi manus & pedes, & proiicite illũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Exhorrescis, times, pectus tundis: dicis mala esse peccata, bonã esse iustitiã. Si verè ergo iustitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. In vita vestra inueniãtur verba ve-
D stra, in factis vestris cognoscantur labia vestra. Nolite ergo cõnectere iniquitatẽ, quia vobis ad alligaturã adhibebitur quicquid cõnectitis. Non audiunt, non oẽs tamẽ: & qui nõ audiunt præcogniti sunt. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt à vẽtre, locuti sunt falsa.) Et cùm iniquitatẽ loquuntur, falsa loquuntur: quia fallax est iniquitas. Et cùm iustitiã loquuntur, falsa loquũtur: quia aliud ore proferunt, aliud in corde obtegunt. Alienati sunt peccatores à vulua. Quid est hoc? Quæramus diligẽtius: fortassis enĩ illud dicit quia Deus præcognouit homines peccatores, etiam in vteris ma-
Genes. 25. c. trũ. Nã vnde cùm adhuc prægnãs esset Rebecca, & ge-
Malach. 1. a minos in vtero portaret, dictum est: Iacob dilexi, Esau
Rom. 9. c. autẽ odio habui? Dictũ est enim, Maior seruiet minori. Occultũ ibi iudicium Dei: sed tamen à vulua, id est, ab ipsa origine, alienati sunt peccatores. Vnde alienati? Ab ipsa veritate. Vnde alienati? A patria beata, à vita beata. An fortè alienati ab ipsa vulua? Et qui peccatores
A alienati sunt à vulua? Qui enim nascerẽtur, si nõ ibi tenerẽtur? Aut qui hodie viuerẽt, vt hæc sine causa audirẽt, nisi nascerẽtur? Fortè enim à quadã vulua alienati sũt peccatores, in qua dolores patiebatur charitas, per Apostolum dicẽs: Quos iterum parturio, donec Chri- Galat. 4. c.
stus formetur in vobis. Expecta ergo formari. Noli tibi tribuere iudicium q̃ fortè nõ nosti. Carnalis es adhuc, cõceptus es: eo ipso quo accepisti nomẽ Christi, sacramẽto quodã natus es in visceribus matris. Nõ enim ex visceribus tantum homo nascitur, sed & in visceribus. Prius nascitur in visceribus vt possit nasci de visceribus. Propterea dictum est & Mariæ: Quod enĩ natum est in te, de Spiritu sancto est. Nõdum de illa natum erat, sed Luc. 1. d.
iã in illa natũ erat. Ergo nascuntur intra viscera Ecclesię quidã paruuli: & bonũ est vt formati exeãt, ne abortiui labãtur. Generet te mater, non abortiat. Si patiens fueris, vsquequò formeris, vsquequò in te certa sit doctrina veritatis, cõtinere te debent materna viscera. Si autẽ impatiẽtia tua cõcusseris latera matris, cum dolore quidem te excutit foras, sed magis tuo malo quàm suo. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt à vẽtre, locuti sunt falsa. Ideo ergo errauerunt à vẽtre, quia locuti sunt falsa? An potius ideo locuti sunt falsa, quia errauerunt à ventre? In ventre quippe Ecclesiæ, veritas manet. Quisquis ab hoc vẽtre Ecclesiæ separatus fuerit, necesse est vt falsa loquatur. Necesse est, inquam, vt falsa loquatur: quia aut cõcipi noluit, aut quẽ cõceptũ mater excussit. Inde hæretici clamãt cõtra Euangeliũ, vt de his potius loquamur quos dolemus excussos. Recitamus eis. ecce Christus dixit: Oportebat Christum Luc. 24. g.
pati, & resurgere à mortuis tertia die. Agnosco ibi caput nostrum, agnosco ibi spõsum nostrum: Agnosce & tu mecũ spõsam. Vide quid sequitur: Prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per
C oẽs gentes, incipiẽtibus ab Hierusalem. Huc veni, huc veni, Ecclesia per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Non dico, huc veni, ipsa ad te venit. Illi autẽ obsurdescentes aduersus Euãgelium, & non nos permittẽtes legere verba Dei, quæ se iactãt custodisse à flãma, & volunt delere lingua, loquuntur sua, loquuntur inania: ille tradidit, & ille tradidit: immo & ego dico, & ille tradidit, & ille tradidit, & verum dico. Sed quid ad me? Nec tu mihi quos nominas ex Euãgelio legis, nec ego quos nomino ex Euãgelio lego. Auferãtur de medio chartæ nostræ, procedat in mediũ codex Dei: audi Christum dicentem, audi veritatẽ loquentem: Præ- Ibidem. g.
dicari in nomine eius, inquit, pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Non inquiunt, sed quod nos dicimus audite: quod dicit Euangelium nolumus audire. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt à ventre, locuti sunt falsa. Nos loquamur vera, qui audiuimus vera, quod Dominus dicit, nõ quod homo dicit. Potest fieri vt homo mentiatur: non potest fieri vt veritas mentiatur. Ex veritatis ore agnosco Christum, ipsam veritatem: ex veritatis ore agnosco Ecclesiam, participem veritatis. Nemo mihi falsa loquatur, qui errauit ab vtero in visceribus Ecclesiæ, primò viderim quid me velit docere. Video alienatum à vulua, video errasse à ventre, & auditurus sum ab eo, quid, nisi falsa? Errauerunt à ventre, locuti sunt falsa. Indignatio eis secundum similitudinem serpentis.) Magnam rem audituri estis. Indignatio eis secundum similitudinem serpentis. Quasi dixerimus, quid est quod dixisti? Sequitur: Sicut aspidis surdæ.) Vnde surdæ? Vnde? Et ob-

turãtis aures ſuas.) Ideo ſurdæ, quia obturat aures ſuas. Et obturantis aures ſuas. Quę non exaudiet vocem incantantiũ, & medicamenti medicati à ſapiente.) Sicut audiuimus, quod & homines dicũt, qui ea qua potuerũt hæc cognitione didicerũt, ſed tamen quod ſpiritus Dei multo melius omnibus hominibus nouit. Non enĩ fruſtra hoc dixit, niſi quia fieri poteſt vt verũ ſit etiam illud q̃ audiuimus de aſpide. Aſpis cùm cœperit pati incantatorẽ Marſum, qui eã quibuſdã carminibus propriis euocat, ſicut ſunt multa etiã magica, audite quid facit. Sed interim in hoc attendite fratres, hoc enĩ prę-loquẽdum eſt, ne quiſquã veluti hæſitans audiat. Non vndecũque datur ſimilitudo à Scripturis, laudatur ipſa
Lucæ 18.a. res: ſed tantũ inde ſimilitudo trahitur. Nõ enim laudauit iniquũ iudicẽ, qui nolebat audire illã viduã, qui nec Deũ timebat, nec homines reuerebatur: & tamen inde ſimilitudinẽ Dñs traxit. Nec illũ laudauit pigrum, qui
Lucæ 11.a. tres panes, nõ propter amicitiã dedit petẽti, ſed tædio victus: & tamẽ inde ſimilitudinẽ dedit. Et de rebus ergo nõ laudãdis trahuntur ſecundũ quendã modũ nõnullæ ſimilitudines. Aut ſi, ꝓpterea putatis eũdum eſſe ad Marſos, quia hoc audiſtis in Scriptura Dei: eundum
1.Cor. 9.d. eſt & ad ſpectacula theatri, quia dicit Apoſtolus: Non ſic pugillor quaſi aërẽ cædẽs. Pugillari enĩ eſt, pancratium facere. Iã quia hinc data eſt ſimilitudo, ſpectacula iſta delectare nos debent? aut quia dixit, Qui in agone cõtendit, ab omnib. abſtinẽs eſt: propterea agoniſtica iſta vana & ludicra debet affectare Chriſtianus? Attẽde quid tibi dicatur ad ſimilitudinẽ, quid moneatur ad prohibitionẽ. Ita ergo & hic data eſt quędã ſimilitudo de Marſo, qui incãtat vt educat ſpidẽ de tenebroſa cauerna, vtiq; in lucẽ vult educere: illa autẽ amãdo tenebras ſuas, quibus ſe inuoluta occultare dicitur, quòd exire noluerit, recuſans tamẽ audire illas voces quibus ſe cogi ſentit, allidit vnã aurẽ terræ, & de cauda obturat alterã, atq; ita voces illas quantũ poteſt euitãs, nõ exit ad incãtantẽ. Huic ſimiles dixit ſpiritus Dei quoſdam non audiẽtes verbũ Dei: & nõ ſolùm nõ audientes, ſed omnino vt nõ valeãt audire, faciẽtes. Factũ eſt hoc & in primis tẽporibus fidei. Stephanus martyr prædicabat veritatẽ: & tanquã tenebroſis mẽtibus, vt eas in lucẽ educeret, incãtabat. Vbi venit ad cõmemorationẽ Chriſti, quem illi omnino audire noluerũt, quid de eis
Act. 7.g. Scriptura dicit? quid de illis narrat? Clauſerunt, inquit, aures ſuas. Quid autẽ poſtea fecerint, paſſio Stephani narrat atque declarat. Nõ erãt ſurdi, ſed fecerũt ſe ſurdos. Quia enĩ aures patẽtes in corde nõ habebant, violentia tamẽ verbi per aures carnis irruens, etiã ipſis auribus cordis vim faciebat: clauſerũt & aures corporis, & ierunt ad lapides. Ecce aſpides ſurdæ duriores lapidibus, quibus incantatorẽ ſuũ lapidauerũt: nõ audierũt vocem incantãtis, & medicamenti medicati à ſapiẽte. Quid eſt medicamentũ medicatũ à ſapiẽte? Fortè medicamentũ confectũ, dicit medicamentũ medicatum. An quęrimus aliquid ibi, quomodo iã ſi medicamentũ eſt, etiã medicatũ ſit? Medicamẽta erant in Prophetis, medicamenta erãt in lege, præcepta ipſa oĩa, medicamẽta erãt: & hoc medicamentũ nondũ erat medicatũ. Aduẽtu Domini medicamentũ eſt medicatũ. Hoc illi ferre nõ potuerunt: quia nõ curabãtur medicamento, medicatũ eſt ipſum medicamentũ aduẽtu Domini. Iã Stephanus medicamentũ medicatum incantabat, hoc illi audire noluerũt: vnde medicatũ eſt medicamentũ,
al. Non. cõtra hoc aures clauſerunt. † Nã ibi hoc fecerunt, vbi nominatus eſt Chriſtus. Indignatio eorũ, ſicut indignatio ſerpẽtis. Quid aures clauditis? Expectate, audite, & ſi potueritis, ſæuite. Quia nolebant niſi ſæuire, noluerunt audire. Quòd ſi audirẽt, fortè deſæuirẽt. Indignatio eorũ ſicut indignatio ſerpẽtis. Tales etiã iſtos patimur. Primò ſibi veritatẽ tenere videbãtur: nõ ceſſauit
A Deus, nõ quieuit Eccleſia ſua. Prædicata eſt veritas in viſceribus matris, aperta ſunt eorũ mendacia. Pateſactum eſt q̃ lucet, demõſtrata eſt ciuitas ſuper montem cõſtituta, quæ abſcõdi non poteſt: & lucerna poſita eſt ſuper candelabrũ, quę lucet omnib. qui in domo ſunt. Vbi enĩ latet Eccleſia Chriſti, vbi latet veritas Chriſti? Nónne ipſe eſt mõs qui creuit ex minimo lapide: & impleuit vniuerſam faciẽ terræ? Conuincuntur hinc, non habent q̃ dicant cõtra Eccleſiã. Et quid eis remanſit? Quid nos quæritis? Quid nos vultis? Dicunt: Recedite à nobis. Dicũt autẽ & ſuis: Nemo cũ illis loquatur, nemo illis cõiungatur, nemo illos audiat. Indignatio eorũ ſicut indignatio ſerpẽtis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturãtis aures ſuas: quę nõ audiet vocẽ incantãtiũ, & medicamẽti, hoc eſt, vocẽ medicamẽti medicati à ſapiẽte.
B Nónne hinc iã intelligitur quale medicamentũ, quando vocẽ dicit? Nunquid medicamentũ habet vocẽ? Eſt quoddã medicamẽtum q̃ habet vocẽ. Medicamẽtum portamus: vocẽ eius audite, nõ quomodo aſpides ſurdæ. Si verè vtique iuſtitiã loquimini, recta iudicate filij hominũ. Vox eſt medicamẽti, & hoc medicati à ſapiente. Iã enĩ venit Chriſtus qui impleret legẽ & pro- Matth.5.d
phetas, qui veritatẽ ipſam firmaret: in quibus duobus Matt.22.d
præceptis tota lex pẽdet & Prophetæ. An fortè quęrimus aliquid, & in eo q̃ dicitur aſpis ita aures claudere, vt vnã earũ in terrã premat, alterã cauda oppilet? Quid ſibi vult hoc? In cauda poſteriora vtique intelliguntur. Ergo nõ in pręterita, quò iã tergum oportet ponere, vt in ea quæ nobis promittũtur intendamus: ergo nec ex præterita vita noſtra, nec ex præſenti delectari debemus. Hoc enĩ Apoſtolus monet dicẽs: Quem ergo ali- Rom.6.d.
quãdo fructum habuiſtis in his in quibus nunc erube-
C ſcitis? Reuocat à recordandis cũ delectatione præteritis, & cum quadã concupiſcẽtia fruendis: ne redeamus corde in Ægyptũ. Quid de pręſentibus? Quomodo iu- Exo.13.a.b.
bet etiã ipſa contẽni? Non reſpicientibus, inquit, quæ 2. Cor.4.d.
videntur, ſed quæ nõ vidẽtur. Quæ enim videntur, tẽ- 1.Cor.15.c.
poralia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Item de præſenti vita dicit: Si in hac vita tãtùm in Chriſto ſperãtes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominib. Obliuiſcere ergo præterita, quibus malè vixiſti; contẽne præſentia, quibus tẽporaliter viuis; ne te falligando, al. aliquando
præſentia non permittant peruenire ad futura. Si enim præſens vita te delectat, aurem in terra poſuiſti: ſi tuis præteritis etiã retrò labẽtibus delectaris, aurẽ de cauda obturaſti. Debes ergo ire in lucẽ, exire de tenebris audita voce medicamẽti medicati à ſapiente: vt iam in luce ambulans, & exultans dicas: Quæ retrò oblitus in Philip.3.c.
ea quæ antè ſunt extẽtus: Nõ dixit, quæ retrò oblitus, & ex pręſentibus delectatus. Cùm dicit, quæ retrò ob-
D litus, non obturat aurẽ de cauda: cùm dicit: in ea quæ ante ſunt extentus, his pręſentibus non obſurduit. Meritò audiens, meritò prædicans, meritò exultat lingua eius, prædicans veritatem in luce noua, depoſita vetere tunica. Et ad hoc enim valet aſtutia ſerpentis, ad Epheſ.4.c.
quam nos imitandam Dominus exhortatur. Ait enim: Coloſſ.3.b.
Eſtote aſtuti, ſicut ſerpentes. Quid eſt, aſtuti ſicut ſerpentes? Offer omnia membra tua percutiẽti, dummodo caput integrum ſerues. Caput viri, Chriſtus. Sed 1.Cor.11.c.
grauat quaſi pondus corij cuiuſdam, & quaſi ſenecta veteris hominis. Audi Apoſtolũ dicentẽ, exuentes vos Coloſſ. 3.b.
veterem hominẽm, & induentes nouum. Et quomodo exuo, inquis, veterem hominem? Imitare aſtutiam ſerpentis. Quid enim facit ſerpẽs, vt exuat ſe veterem tunicam? Coarctat ſe per foramen anguſtum. Et vbi, inquis, inuenio hoc foramen anguſtum? Audi. Arcta & Matth.7.b.
angu-

anguſta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui in-
A grediuntur per eam. Reformidas eam, & nõ vis ambulare, quia pauci ſũt? Ibi ponẽda eſt vetus tunica, & alibi poni non poteſt. Aut ſi vis vetuſtate impediri, grauari, premi, noli ire per anguſtã. Si autem grauaris vetuſtate quadã peccati tui, & pręteritæ vitæ: tranſire non potes.
Sap. 9.d. Quia ergo corpus quod corrũpitur, aggrauat animam: vel cupiditates corporales non premant, vel concupiſcentiæ carnis exuantur. Vnde exuuntur, niſi ieris per anguſtum, niſi fueris aſtutus vt ſerpens? Deus contriuit dẽtes eorũ in ore ipſorum.) Quorũ? Quibus indignatio eſt ſicut ſimilitudo ſerpẽtis, & aſpidis obturantis aures ſuas, ne audiat vocẽ incantantiũ, & medicamẽti medicati à ſapiente. Quid illis fecit Dñs? Contriuit dentes eorũ in ore ipſorũ. Factum eſt hoc primò, factum eſt, & modò fit. Sed ſufficeret fratres mei, vt diceretur: Deus contriuit dentes eorũ. Quare, in ore ipſorũ? Nolebant audire legẽ, nolebãt audire præcepta veritatis à Chri-
B ſto Phariſæi, ſimiles ſerpenti & illi aſpidi. Præteritis enĩ ſuis peccatis delectabantur, & præſentem vitam nolebãt amittere: id eſt, gaudia terrena pro gaudiis æternis. Vnam aurem claudebant ex delectatione præteritorũ, alteram ex delectatione præſentium: ideo nolebant audire. Nam vnde eſt illud: Si dimiſerimus eũ ſic, venient
Ioan. 11.f. Romani, & tollent nobis & locum & gentem? Vtique qui nolebant perdere locum, ad terrã colliſerunt aurẽ ſuam: & ideo noluerũt audire verba illa medicata à ſapiente. Dictũ eſt de illis & quòd auari erant, & amatores pecunię: & omnis vita eorũ, etiã pręterita, deſcripta eſt à Domino in Euangelio. Qui legit diligenter Euangeliũ, inuenit, vnde illi ambas aures obturabant. Intendat charitas veſtra. Dominus quid fecit? Contriuit dẽtes eorũ in ore ipſorũ. Quid eſt, in ore ipſorũ? Vt ore ſuo cõtra ſe pronunciarent, coẽgit illos ore ſuo in ſe ſententiã dicere. Calumniari volebant ei propter tributũ:
Matt. 22.b. non dixit ille: Licet reddere tributum, aut nõ licet reddere. Et volebat dẽtes eorum quibus inhiabãt vt mor-
C derent conterere, ſed in ore ipſorum volebat. Si diceret, ſoluatur Cæſari tributum, calumniarentur illi quòd maledixiſſet genti Iudæorum, eam tributariã faciẽdo. Ex peccato enim tributum reddebant humiliati, ſicut illis in lege prædictũ erat. Tenemus illũ, aiunt, maledictorẽ gentis noſtræ, ſi nos iuſſerit tributũ perſoluere. Si autẽ dixerit, nolite ſoluere: tenemus eũ quòd cõtradixerit nobis deuotos eſſe Cæſari. Talem bicipitẽ laqueũ quaſi capiẽdo Dño poſuerunt. Sed ad quem venerunt?
Ibidem.c. Qui nouerat conterere dentes eorũ in ore ipſorũ. Oſtẽdite mihi numum, inquit. Quid me tẽtatis hypocritæ? De tributo ſoluendo cogitatis, iuſtitiã facere non vultis, conſiliũ iuſtitiæ quæritis. Si verè vtique iuſtitiam loquimini, recta iudicate filij hominũ. Nunc autẽ quia alia loquimini, alia iudicatis: hypocritæ eſtis: Quid me tentatis? Nunc conteram dentes veſtros in ore veſtro. Oſtẽdite mihi numũ. Et demõſtrauerunt ei. Et ille nõ
D dicit, Cęſaris eſt, ſed interrogat, cuius eſt: vt eorũ dẽtes in ore ipſorũ conterantur. Quærente quippe illo cuius haberet imaginẽ & iuſcriptionẽ, illi, Cæſaris dixerunt. Iam nunc Dñs conterit dentes eorum in ore ipſorũ. Iã
Matth.22.c reſpõdiſtis, iam cõtriti ſunt dentes veſtri in ore veſtro. Reddite Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt. Quærit Cæſar imaginem ſuam, reddite. Quærit Deus imaginẽ ſuam, reddite. Nõ perdat ex vobis Cæſar numũ ſuum: non perdat Deus in vobis numũ ſuum. Et illi nõ inuenerunt quid reſpõderent. Miſſi enim erãt vt calũniarentur ei: & redieruut dicentes, quòd nemo poſſit ei reſpondere. Vnde? Quia contriti erant dentes
Matth.21.c. eorum in ore ipſorũ. Inde eſt & illud: In qua poteſtate iſta facis? Et ego interrogabo vos vnũ ſermonẽ, reſpõdete mihi. Et interrogauit de Ioanne, vnde eſſet baptiſ- Marc. 11.d.
A mus Ioãnis, de cælo, an ex hominibus: vt ſi quid reſpõderent, contra illos eſſet. Noluerũt dicere ex hominib: timẽtes homines, ne lapidarẽtur ab eis: eò quòd Ioãnem Prophetã haberent: dicere de cælo plus formidabant: ne faterentur ipſum Chriſtũ: quia Ioannes prędicauerat Chriſtũ. Coarctati vtrinque ex hac parte, & ex hac parte: qui parabãt obiicere crimen, reſponderunt
Ibidem. ignorantiã, dixerunt: Neſcimus. Calumniã enim præparabant, quando dixerunt: In qua poteſtate iſta facis: vt ſi diceret, Chriſtus ſum, quaſi arrogantẽ, ſuperbũ, ſacrilegum inuaderent. Noluit dicere Chriſtus ſum, ſed quæſiuit de Ioãne qui dixerat quòd ipſe eſſet Chriſtus. Illi non ſunt auſi reprehendere Ioannem, timentes ne à populo occiderentur: non ſunt auſi dicere, verum dixit Ioannes, ne diceretur eis: Credite illi. Obmutuerunt, neſcire ſe dixerunt, iam mordere non valebant. Vnde nõ valebant? Iã occurrit vobis, contriti erant dẽtes eo-
B rum in ore ipſorum. Phariſæo diſplicuit Dominus illi qui ad prãdiũ vocauerat, quòd peccatrix mulier acceſ- Luc. 7. f.
ſerit ei ad pedes: & murmurauit aduerſus eum dicẽs: Si eſſet hic Propheta, ſciret quæ mulier illi acceſſit ad pedes. O tu non propheta, vnde ſcis quòd neſcierit Dñs quæ mulier illi acceſſit ad pedes? Quia nõ ſeruabat mũditiam, videlicet Iudęorum, quę à foris quaſi cuſtodiebatur in carne, & non colebatur ex corde: hoc de Domino ſuſpicatus eſt. Dominus autẽ qui peccata mulieris nouerat, etiã cogitationes hoſpitis audiebat: & reſpondit, quę noſtis. Et ne diu hinc loquar, tamen in ore eius voluit conterere dẽtes eius. Propoſuit enim: Duo Luc. 7. g.
debitores erant cuidã fœneratori: vnus quingentos debebat denarios, alius quinquaginta. Non habebant ambo vnde redderent, dimiſit ambobus. Quis eũ plus dilexit? Ad hoc interrogat ille, vt ille reſpõdeat: ad hoc ille reſpõdit, vt dentes eius in ore eius conterantur. Reſpondit confuſus, excluſus eſt: admiſſa eſt illa ad perci-
C piendam miſericordiam quæ irruperat in habitaculum alienum, ſed non acceſſerat ad Deum alienum: Cõtriuit Dñs dentes eorum in ore ipſorum: Molas leonum confregit Dominus.) Non tantùm aſpidum. Quid de aſpidibus? Aſpides inſidioſæ volunt venena immittere, & ſpargere & inſibilare. Apertiſſimè ſæuierunt gen- Pſal. 2.
tes, & fremuerunt ſicut leones. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Quando inſidiabãt Matt. 22.b
Domino, Licet dare tributum Cæſari, an non licet? aſpides erant, ſerpentes erant. Contriti ſunt dentes eorum in ore ipſorum. Poſtea clamauerunt: Crucifige, Matt. 27.a
crucifige. Iam non eſt lingua aſpidis, ſed fremitus leonis. Sed & molas leonũ confregit Dominus. Fortè hic Ioan. 19.a.
non vacat quod non addidit, in ore eorũ. Inſidiantes enim captioſis interrogationibus, cogebantur reſponſione ſua vinci. Iſti autẽ qui apertè ſæuiebant, nunquid interrogationibus cõuincendi erant? Tamen & eorum molæ contritæ ſunt: crucifixus reſurrexit, aſcendit in cælũ, glorificatus eſt Chriſtus, adoratur ab omnibus Marc. 16.d.
gentibus, adoratur ab omnibus regibus. Sęuiant modò Act. 1.b.
Iudæi, ſi poſſunt. Non ſæuiunt: Molas leonum confregit Dominus. Habemus & in hæreticis hoc documentum & experimentum, quia & ipſos inuenimus eſſe ſerpentes indignatione obſurdatos, nolentes audire medicamentum medicatum à ſapiente: & in ore ipſorum contriuit Dominus dentes eorum. Quomodo ſęuiebãt in nos, reprehendendo quòd quaſi perſecutores eſſemus, excludendo illos de baſilicis? Modò illos interroga: Debent excludi hęretici de baſilicis, an non debẽt? Reſpondeant modò, dicant non debere. Repetant Maximinianiſtę baſilicas. Ne autem repetant, dicunt debere. Quid eſt ergo quod dicebatis aduerſum nos?

An contriti sunt dentes vestri in ore vestro? Quid nobis & regibus inquiunt? Quid nobis & Imperatoribus? Vos de imperatoribus præsumitis. Quæro & ego: Quid vobis ad proconsules quos miserunt Imperatores? Quid vobis ad leges, quas contra vos dederũt Imperatores? Imperatores communionis nostræ, leges aduersus omnes hæreticos dederunt. Eos vtique appellant hæreticos, qui non sunt communionis eorum, inter quos vtique & vos estis. Si veræ sunt leges, valeant & in vos hæreticos: si falsæ sunt leges, quare valent cõtra vestros hæreticos? Fratres paululum aduertite, & intelligite quod diximus. Quando egerunt causas suas aduersus Maximinianistas, vt eos à se damnatos, & schismaticos, suis eiicerent de locis quæ illi tenebant antiquitùs, & successerant Episcopis decessoribus suis: volẽtes illos inde excludere, egerunt legibus publicis, ad iudices venerũt, dixerunt se catholicos, vt possent excludere hæreticos. Quare te dicis catholicũ, vt excludatur hæreticus, & non potius es catholicus, ne sis exclusus hæreticus? Modò catholicus es, vt valeas ad excludendum hæreticum. Iudex enim non posset nisi legibus suis iudicare. Dixerunt se catholicos, admissi sunt agere: dixerunt illos hæreticos, quæsiuit vnde probaretur. Lectũ est cõcilium Bagaitanum, vbi damnati sunt Maximinianistæ: insertum est actis proconsularibus, probatũ est quòd illi dãnati non deberent tenere basilicas, & pronunciauit proconsul ex lege. Ex qua lege? Quæ læta est contra hæreticos. Si contra hæreticos, & cõtra te. Quare, inquit, cõtra me? non enim ego hæreticus sum. Si tu hæreticus non es, falsæ sunt illæ leges: ab his enim Imperatoribus latæ sunt, qui non sunt communionis tuæ. Omnes qui non sunt communionis eorum, legibus suis hæreticos vocant. Non quæro vtrum veræ an falsæ: sequestrata illa sit quæstio, si adhuc quæstio est. Iterum te secundo modo interrogo: veræ leges sunt, an falsæ leges sunt? Si veræ sũt, credatur eis: si falsæ sunt, quare vteris eis? Dixisti procõsuli, catholicus sum, exclude hæreticum. Quæsiuit ille vnde probaretur hæreticus. Protulisti consiliũ tuũ, ostẽdisti quòd cum dãnaueris. Ille vel † cõniuens, vel non intelligens, vsus tamen est lege sicut iudex: & fecisti de iudice quod de te non vis facere. (al. cohibens.) Si enim iudex vsus est lege Imperatoris ad tuam suggestionem, cur ea non vteris & tu ad tuam correctionẽ? Ecce eiicit hæreticũ tuũ ex lege Imperatoris sui. Quare tu ex eadẽ lege nõ vis vt te eiiciat? Replicemus quod fecisti. Ecce basilicæ tenebantur à Maximinianistis, modò à vobis tenẽtur. Exclusi sunt ab eis Maximinianistæ: extant iussiones proconsulum, extat memoria gestorũ, apparitores accipiũtur, ciuitates excitantur, pelluntur homines de locis suis. Quare? Quia hæretici sunt. Qua lege pelluntur? Respõde. Videamus si nõdum contriti sunt dentes vestri in ore vestro. Falsa lex est? non valeat in hæreticum tuũ. Vera lex est: valeat & in te. Non est quod respondeãt, Deus contriuit dentes eorũ in ore ipsorum. Ideóq. vbi non possunt lubrica fallacia serpere vt aspides, aperta violentia fremunt vt leones. Prosiliunt & sæuiunt armatæ turbæ circumcellionum; dant stragem quantã possunt, quantãcunq. possunt. Sed & molas leonum confregit Dñs. Spernẽtur tanquam aqua decurrens.) Non vos terreant fratres quidam fluuij qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, post paululum transit, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit. Diu stare non possunt: Multę hæreses iam emortuæ sunt. Cucurrerunt in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Spernentur tanquam aqua decurrẽs. Sed non solùm ipsi: totũ hoc seculum ad tẽpus perstrepit, & quærit quem trahat. Omnes impij, omnes superbi sonantes ad saxa superbiæ suæ quasi aquis irruentibus & cõfluentibus, nõ vos terreãt, hyemales aquæ sunt, semper manare non possunt: necesse est vt decurrant, necesse defluant in locum suum, in finẽ suũ. Et tamen de isto torrente seculi bibit Dominus, Passus est enim hîc, ipsum torrentẽ bibit, sed in via bibit, sed in transcursu: quia in via peccatorum non stetit. Sed quid ait de illo Scriptura? De torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput. (Psal. 10.) Id est, propterea glorificatus est, quia mortuus est: propterea resurrexit, quia passus est. Si nollet bibere in via de torrẽte, non moreretur: si non moreretur, nõ resurgeret: si nõ resurgeret, non glorificaretur. Ergo de torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput. Exaltatum est iam caput nostrũ: sequantur eum mẽbra sua. Spernentur tanquã aqua decurrens. Intendit arcũ suũ donec infirmẽtur.) Minæ Dei non cessant: arcus Dei, minæ Dei. Intenditur arcus, nondum ferit. Intendit arcum suum donec infirmentur: & multi infirmati sunt ipsius intentione arcus territi. Nam hinc infirmatus est ille qui dixit: Quid me iubes facere? Ego sũ, inquit, Iesus Nazarenus, quẽ tu persequeris. (Act. 9. a.) Qui clamabat de cælo, arcũ tendebat. Multi ergo qui fuerunt inimici, infirmati sunt & conuersi: noluerunt erigere diu ceruices suas aduersus perseuerantiã extenti arcus. Nã sic infirmatus est & ille qui ait, ne timeamus infirmari. Quãdo infirmor, tunc potens sum. (2. Cor. 12. c.) Et cùm oraret à se tolli stimulũ carnis, quid ei responsum est? Virtus in infirmitate perficitur. Intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cera liquefacta auferentur.) Dicturus enim eras: Non omnes sic infirmantur, quomodo ego, vt credãt: perseuerant multi malo suo, & malitia sua. Et de ipsis nihil timeas: Sicut cera liquefacta auferentur. Nõ contra te stabunt, non perdurabunt: igne quodã concupiscentiarũ suarũ peribunt. Est enim hic quædam pœna occulta, de illa dicturus est modò Psalmus vsque in finem. Pauci sunt versus: intenti estote. Est quædã pœna futura, gehennæ ignis, ignis æternus. Futura enim pœna duas species habet. Aut inferorum est, vbi ardebat diues ille, qui volebat sibi stillam aquæ stillari in linguã de digito pauperis, quẽ ante ianuam suã contempserat, quando ait; Quoniam crucior in hac flamma. (Luc. 16. f.) Et altera est illa in fine, de qua audituri sunt, qui ad sinistram ponendi sunt: Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. (Matt. 25. d.) Illæ pœnæ manifestæ erunt eo tempore quando exitũ fuerit ex hac vita, aut finito seculo peruẽtum ad resurrectionem mortuorum. Modò ergo nulla pœna est, & prorsus impunita sinit Deus peccata vsque ad illum diem? Non. Est & hic quædã pœna occulta, de ipsa modò tractatur. Hanc vult cõmendare spiritus Dei: hanc intelligamus, hanc caueamus, hanc euitemus, & in illas multum terribiles non incidemus. Fortè dicturus est mihi aliquis: Sunt & hic pœnæ, carceres, exilia, tormenta, mortes, diuersa genera dolorum & tribulationum. Sunt quidem & ista, & Dei iudicio dispensantur: sed multis ad probationẽ, multis ad damnationem. Videmus tamen aliquando in his pœnis iustos affligi, & ab his pœnis iniustos esse alienos: vnde nutauerunt pedes illius qui postea gratulatus ait: Quàm bonus Israël Deus rectis corde! Mei autẽ penè commoti sunt pedes: (Psal. 72.) quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum intuens. Viderat enim felicitatem malorum, & delectatus erat esse malus. Viderat regnare malos, bene illis esse, abundare eos in omni copia rerum temporalium, qualia adhuc ipse paruulus desiderabat à Domino. Et nutauerunt illi pedes, vsquequò videret quid in finem vel sperandum vel timẽdum sit. Ait enim in eodem Psalmo: Hoc labor est ante me, donec

donec introeam in sanctuariũ Dei, & intelligam in nouissima. Non ergo pœnas inferorum, non pœnas illius post resurrectionem ignis æterni, non pœnas istas quæ adhuc seculo promiscuæ sunt iustis & iniustis, & plerũque grauiores iustorũ quàm iniustorũ: sed nescio quam pœnã præsentis vitæ vult cõmendare spiritus Dei. Aduertite, audite hoc me dicturũ q; noueratis. Sed dulcius est quod in Psalmo ostẽditur: qui obscurus antequam ostenderetur, putabatur. Ea enim profero quæ iã noueratis. Sed quia inde proferuntur, vbi nondũ ea videbatis, fit vt etiã nota tanquã noua delectẽt. Audite pœnã impiorũ: Sicut cera, inquit, liquefacta auferentur. Dixi per concupiscentias suas hoc eis fieri. Concupiscentia malã, quasi ardor est ignis. Ignis consumit vestẽ, libido adulterij nõ consumit animã? (Prouer. 6. d.) De cogitatu adulterij cũ loqueretur Scriptura ait: Alligabit quis ignem in sinu suo, & vestimenta sua non cõburet? Gestas in sinu prunas, perforatur tunica: gestas in corde adulteriũ, & integra est anima? Sed istas pœnas pauci vidẽt, propterea istas maximè cõmendat spiritus Dei. Audi Apostolum dicentem: Tradidit illos Deus in concupiscẽtias cordis illorũ. (Rom. 1. c.) Ecce ignis à cuius facie tanquã cera liquescunt. Soluuntur enim à quadã constantia castitatis, propterea & ipsi euntes in libidines suas, soluti & fluxi dicuntur. Vnde fluxi? vnde soluti? Ab igne concupiscentiarũ. Tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum, vt faciant quæ non conueniunt, repletis omni iniquitate. Et enumerat multa quæ peccata sunt, & pœnas dicit esse peccatorũ. (Eccles. 10. b. 2. sent. dist. 36. cap. 1.) Nã dicit primam pœnam superbiã: imò nõ pœnã, sed primũ peccatũ superbiã. Primũ peccatũ, superbia est: vltima pœna, est ignis ęternus, aut ignis infernus iam dãnatorum. Inter illud primum peccatum & hanc vltimam pœnam, media quæ sunt, & peccata sunt & pœnæ peccatorũ. (Rom. 1. c.) Tam multa enim dicit Apostolus fieri ab eis, quæ peccata sunt detestabilia: & tamen pœnas eas dicit. Propter hoc, inquit, Deus tradidit eos in concupiscentias cordis eorum in immunditiam, vt faciant quæ non conueniunt. Et ne putaret quisquam ipsis pœnis tantùm se affligi quibus modò delectatur, & non timere quod venturum est in fine: commemorauit vltimam pœnam. Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, inquit, quoniam qui ea agunt, digni sunt morte, non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Qui ea agunt digni sunt morte. Quæ? Quæ superius enumerauit in pœnis esse. Nam tradidit illos Deus, dixit, in concupiscentias cordis eorũ, vt faciant quæ non conueniunt. Vt adulter sit, iã pœna est: vt mendax, vt auarus, vt fraudulẽtus, vt homicida, iã pœnæ sunt. (Eccles. 10. b.) Cuius peccati pœnæ? Prioris apostasiæ illius superbiæ. Initiũ peccati oĩs apostatare à Deo: Et initium omnis peccati superbia. Propterea ipsum peccatũ prius dixit: Qui cùm cognouissent Deũ, (Rom. 1. c.) non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ. Iam ista pœna est obscuratio cordis. Sed vnde contigit? Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt: quia à se habere dicebãt, quod à Deo acceperãt. Aut si cognouerũt à quo acceperunt, nõ eum glorificauerũt, à quo se accepisse cognouerũt. Hoc est: Dicentes se esse sapientes. Et ibi statim pœna secuta est: Stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorũ. Dicẽtes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Parua ista pœna est? Vt de ista sola loquamur, obscuratio cordis, excæcatio mentis parua est pœna? Si quis furtũ faciẽs, statim oculũ perdidisset: omnes dicerẽt Deũ præsentem vindicasse. (2. sent. dist. 36. cap. 1.) Oculũ cordis amisit, & ei pepercisse putatur Deus? Sicut cera liquefacta auferentur. Supercecidit ignis, & non viderunt solem.) Videtis quomodò dicit quandam pœnã obscurationis. Ignis supercecidit, ignis superbiæ, ignis fumosus, ignis cõcupiscẽtiæ, ignis iracundiæ. Quantus ignis est? Super quẽ ceciderit, nõ videbit solẽ. Ideo dictũ est: Nõ occidat sol super iracundiam vestram. (Ephes. 4. f.) Ergo fratres, ignẽ malę cõcupiscentiæ timete, si non vultis liquefieri sicut cera, & perire à facie Dei. Supercadit enim ignis iste, & solem non videbitis. Quem solẽ? Non istum quẽ tecũ vident & pecora, & muscæ, & boni & mali: quia facit solẽ suũ oriri super bonos & malos. (Matth. 5. g.) Est & alius sol, de quo dicturi sunt illi: Et sol non ortus est nobis, (Sap. 5. a.) transierũt omnia illa tanquã vmbra. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Quare, nisi quia supercecidit ignis, & non viderunt solem? Vicit illos cõcupiscentia carnis. Et ista cõcupiscẽtia carnis vnde venit? Attẽdite. De traduce natus es cũ eo quod vincas. Noli tibi hostes addere, vince cũ quo natus es. Ad stadiũ vitæ huius cũ illo venisti, cõgredere cũ eo qui tecũ processit. Ipso nõ victo, quare prouocas cateruas concupiscentiarũ? Delectatio enim carnalis, fratres, cũ homine nascitur. Sed qui bene eruditur, citò videt hostem suũ: & aggreditur & luctatur, & citò vincit. Idoneus est enim nondũ crescẽtibus hostibus. Qui autẽ illã concupiscentiã cũ qua de peccati propagine natus est, cõtemnit vincere, & multas adhuc excitat exeritq. libidines: difficulter eas superat, & aduersus se ipse diuisus, igne proprio concrematur. Ne itaq. speres quasi illas solas pœnas futuras, præsentes vide. Supercecidit ignis, & nõ viderunt solẽ. Priusquã producat spinas vestras rhamnus, tanquã viuentes tanquam in ira cõbibit eos.) Quid est rhamnus? Spinarũ genus est, densissimę quędã spinę esse dicũtur. Primò herba est, & cùm herba est, mollis & pulchra est: ibi sunt tamẽ spinę postea processuræ. Modò ergo delectãt peccata, & quasi non cõpungũt. Herba est rhamnus, & modò tamẽ est spina: priusquã producat spinas rhãnus, priusquã miserarum delectationum & voluptatũ manifesta tormẽta pcedãt. Interrogent se qui aliquid amãt, & ad id peruenire non possunt: videãt si nõ cruciãtur desiderio: & cũ peruenerint, & ad id q; illicitè desiderant, attendant si non crucientur timore. Videãt ergo hic pœnas suas, antequã veniat illa resurrectio, cũ in carne resurgentes non immutabũtur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. (1. Cor. 15. f.) Habebunt quippe corruptionẽ carnis in qua doleant, non in qua moriãtur: alioqui & illi dolores finirentur. Tunc spinæ illius rhamni, id est, dolores omnes & compunctiones tormẽtorũ producẽtur. Quales spinas patientur illi qui dicturi sunt: Hi sunt quos aliquãdo habuimus in risum? Spinæ cõpunctionis pœnitẽtiæ: sed seræ & infructuosæ sunt, sicut spinarum sterilitas. Pœnitẽtia huius temporis, dolor medicinalis est: pœnitentia illius tẽporis, dolor pœnalis est. Non vis illas pati spinas, hic compũgere spinis pœnitentiæ? (Psal. 31.) vt facias quòd dictũ est: (Psal. 50.) Conuersus sum in ærunna mea, dum configitur spina. (Psal. 31.) Peccatũ meũ cognoui, & iniquitatẽm meã non operui. Dixi, pronunciabo aduersus me delictũ meum Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Modò fac, modò compungere, ne in te fiat quod dictũ est de quibusdã detestabilibus: Discissi sunt, nec compũcti sunt. Attendite qui discissi sunt, nec compuncti sunt. (Psal. 34.) Videtis discissos, & non videtis cõpunctos. Ecce præter Ecclesiam sunt, & non eos pœnitet vt redeant vnde discissi sunt, producet postea spinas eorum rhamnus. Nolunt modò habere cõpunctionem medicinalem, habebũt postea pœnalem. Sed etiam modò priusquam producat spinas rhamnus, supercecidit ignis, qui eos nõ permittit videre solem, qui eos adhuc viuentes in ira Dei

combibit:ignis concupiscentiarum malarum, honorũ
vanorum,superbiæ,auaritiæ suæ. Et quidquid eos pre-
mit ne cognoscant veritatem,ne victi videãtur,ne sub-
iiciat illos vel ipsa veritas. Quid enim gloriosius fratres,
quàm subiici & vinci à veritate? Superet te veritas vo-
lentem. Nam & inuitum ipsa superabit. Ergo ille ignis
cõcupiscentiarum malarũ, qui superceccidit vt non vi-
deant solẽ, cõbibit rhamnum, priusquã producat spi-
nas eorũ:id est,occultat eorũ malam vitam,priusquam
pareat eadem vita manifestos in fine cruciatus, sed in
ira Dei occultat rhãnum ignis iste.Nõ enim parua pœ-
na est quòd modò nõ vident solẽ,nec spinas pœnarum
credunt ex hac vita malas sibi postea processuras. Vos
enim,inquit,rhãnus estis,quẽ rhamnũ, id est,vosipsos,
viuentes,id est,adhuc in hac vita constitutos, priusquã
in futuro iudicio spinas pœnarũ vestrarum manifestas
producat, nunc in ira combibit, id est, quasi absor-
bendo apparere non sinit. Hic itaque ordo verborum
quãtum puto,planius ita cõtexitur:Supercecidit ignis, B
& non viderunt solem:qui ignis tanquã in ira, tãquam
viuẽtes vos rhamnũ cõbibit,priusquã producat spinas
vestras:id est,vosipsos quos rhamnũ inuenit combibit
ante mortem, priusquam eadẽ rhamnus spinas vestras
post mortẽ in illa pœnali resurrectione producat.Qua-
re autem non dixit viuentes:sed, tanquã viuentes : nisi
quia falsa est hæc vita impiorũ? Neque enim viuũt, sed
viuere sibi videntur. Et quare non,in ira: sed tanquam
in ira:nisi quia trãquillus hoc facit Deus? Nam & hoc
scriptũ est:Tu autẽ Domine virtutũ cum tranquillitate Sap. 12.c.
iudicas.Ille ergo & cùm minatur,non irascitur.Neque
enim perturbatur,sed tanquam irascitur, quia punit &
vindicat.Et qui corrigi nolunt,tãquam viuunt, sed nõ
viuunt.Vindicta enim primi peccati,& eorũ quæ addi-
derunt,manet super eos : & ipsa vocatur ira Dei, quia
de iudicio Dei venit. Vnde Dñs de non credente ait:
Sed ira Dei manet super eum. Cùm ira enim Dei mor- Ioan. 3.d.
tales nascimur. Vnde dicit Apostolus : Fuimus & nos Ephe.2.a.
aliquãdo natura filij iræ,sicut & cæteri. Quid est, natu-
ra filij iræ,nisi quia portamus nobiscum pœnam primi
peccati?Sed si conuertamus nos,aufertur ira,præbetur
gratia.Non vis cõuerti : addis etiam super id quod na-
tus es,tãquã in ira cõbiberis in præsenti tẽpore.Agnos-
cite ergo istam pœnam, & gaudete vos non esse in hac
pœna omnes qui proficitis , oẽs qui intelligitis & ama-
tis veritatem,oẽs qui plus in vobis vultis victoriam ve-
ritatis quàm vestrã , qui non clauditis aduersus verita-
tem aures vestras,de præsentiũ delectatione & de præ-
teritorum recordatione:ne sitis canis reuersus ad suum 2.Petr. 2.d.
vomitũ.Oẽs tales qui estis,videte pœnas eorum qui ta-
les nõ sunt,& gaudete. Adhuc inferorũ pœnæ non ve-
nerunt,adhuc ignis æternus nõ venit.Cõparet qui pro-
ficit in Deo se modò cum impio,cæcũ cor cũ illumina-
to corde.Cõparate duos, videntẽ & non videntem in
carne.Et quid magnũ est,visio carnis ? Nũquid Tobias Tob.4.a.
habebat carneos oculos? Filius ipsius habebat, & ille
nõ habebat:& viã vitæ cæcus videnti ostendebat.Ergo
istam pœnã quando videtis, gaudete quia in illa non
estis.Propterea dicit Scriptura: Lætabitur iustus, cùm
viderit vindictã.) Non illam futuram. Nam vide quid
sequitur : Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.)
Quid est hoc?Intendat charitas vestra.Nunquid quan-
do feriũtur homicidæ , debent illuc innocentes ire , &
lauare manus suas?Sed quid est, in sanguine peccatoris
lauabit manus suas ? Iustus quando videt pœnã pecca-
toris,,pficit ipse: & mors alterius valet ad vitã alterius.
Si enim spiritaliter sanguis currit de his qui intrinsecus
moriuntur,tu videns talem vindictam,laua illic manus
tuas:de cætero nũ dius viue. Et quomodo lauabit ma-

nus suas qui iustus est ? Quid eũ habet in manib. quod
lauetur,si iustus est?Sed iustus ex fide viuit. Iustos ergo
dixit fideles : & ex quo iam credidisti , iam incipis vo-
cari iustus. Facta est enim dimissio peccatorũ. Etsi de Rom. 1.d.
ista residua vita quædam peccata tua sunt,quæ nõ pos-
sunt nisi tãquam aqua de mari in sentinam influere : ta-
mẽ quia credidisti,cùm videris eum qui omnino auer-
sus est à Deo occidi in illa cæcitate , supercadente illo
igne nõ videre solẽ:tu qui iam per fidem vides Christũ,
vt videas per speciẽ, qa iustus ex fide viuit,attẽde impiũ
morientẽ , & purga te à peccatis.Ita lauas quodãmodo
manus tuas in sanguine peccatoris.Manus ergo suas la-
uabit in sanguine peccatoris.Et dicet homo , si ergo est
fructus iusto?) Ecce antequã veniat quod promittitur,
antequã detur vita æterna,antequã impij proiiciãtur in Mat.25.d.
ignẽ ęternũ,hic in hac vita est fructꝰ iusto. Qui fructus?
Spe gaudẽtes,in tribulatione patiẽtes.Qui fructꝰ iusto?
Gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio Rom. 11.c.
patientiam operatur,patientia autẽ probationem,pro- Rom.5.a.
batio verò spem.Spes autẽ non cõfundit,quia charitas
Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ,
qui datus est nobis. Gaudet ebriosus,& non gaudet iu-
stus?In charitate est fructus iusto.Miser ille , etiam cùm
se inebriat:beatus iste,etiã cùm esurit & sitit.Illũ ingur- Matt.5.a.
gitat vinolentia,istũ spes pascit. Videat ergo illius pœ-
nam,suũ gaudium:& cogitet Deum.Qui tale gaudium
modò dedit de fide , de spe, de charitate, de veritate
Scripturarum suarũ,quale præparat in finẽ ? Qui in via
sic pascit,in patria quomodo saginabit?Et dicet homo:
Si ergo est fructus iusto?Credant qui vident,& videant
& intelligant. Lætabitur enim iustus cùm viderit vin-
dictam. Si autẽ nõ habet oculos vnde videat vindictã,
contristabitur,nec corrigetur ex illa.Si autem videt il-
lam, videt quid intersit inter cõtenebratum oculũ cor-
poris, & oculum illuminatũ cordis:inter refrigeriũ ca-
stitatis,& flammam libidinis:inter securitatem spei, &
timorem facinoris. Cùm viderit hoc, discernat se, & C
lauet manus suas in sanguine ipsius. Proficiat ex cõpa-
ratione, & dicat : Ergo est fructus iusto: ergo est Deus
iudicans eos in terra.) Nondum in illa vita,nondum in
igne æterno,nondũ apud inferos,sed hic in terra.Ecce
diues ille adhuc induitur purpura & bysso, & adhuc e- Luc.16.c.
pulatur quotidie splẽdidè. Nõdũ produxit spinas rhã-
nus,nõdum dicit,crucior in hac flãma: sed iam est mẽ-
tis cæcitas, iam oculus mentis extinctus est. Si cæcus
oculis carnis ad mẽsam suã quamlibet opimam discũ-
beret,miserũ eũ diceres. Cæcus interius, panẽ Christũ
nõ videt,& beatus est? Hoc nõ dicit nisi pariter cęcus.
Ergo est fructus iusto, ergo est Deus iudicãs eos in ter-
ra.Si aliquantũ prolixiores fuimus,date veniã. Exhor-
tamur vos in nomine Christi , vt hæc quæ audistis , ad
fructum cogitetis. Quia & prædicare veritatem nihil
est, si cor à lingua dissentiat:& audire veritatem , nihil
prodest,si homo non super petram ædificet. Qui ædifi- D
cat super petram,ipse est qui audit & facit.Qui autẽ au-
dit,& non facit, ædificat super arenam. Qui nec audit Matth.7.d
nec facit,nihil ædificat.Sed quomodo qui ædificat su-
per arenã,ruinam sibi ædificat : sic ille qui non ædificat
super petrã,veniente fluuio,sine domo rapitur. Nõ est
aliud facere,nisi & ædificare, & super petrã ædificare:
id est,& audire & facere.Nec alius dicat , vt quid pro-
cedo ad Ecclesiam?Ecce qui quotidie ad Ecclesiã pro-
cedunt,nõ faciunt quod audiunt,faciunt tamen vt au-
diant:sic possunt facere vt audiant & faciant.Tu autem
quantum longè es à faciendo , qui tantum fugis ab au-
diendo?Sed ego,inquit,nõ ædifico super arenam. Nu-
dum te inuenturus est fluuius. Nunquid ideo te nõ ab-
laturus est?nunquid ideo pluuia non necabit? nunquid
venti

venti propterea non abripient? Ergo veni & audi : sed
cùm audieris, fac. Nam si audieris, & non feceris, ædi- A
ficasti quidem,sed super arenam. Quia ergo sine ædifi-
cio constituti nudi sumus,in ædificio autem super are-
nam posito sub ruina sumus:restat vt super petram ędi-
ficemus,& quod audiuimus,faciamus.

PSALMVS LVIII.

SICVT solet Scriptura Psalmorum mysteria in titulis
ponere , & frontem Psalmi sublimitate sacramenti
decorare, vt sciamus qui intraturi sumus , cùm tanquã
super postem quid intus agatur legerimus,vel cuius do-
mus sit,vel quisnã sit illius prædij possessor:ita & in hoc
Psalmo scriptus est titulus de titulo. Habet enim : in fi-
nem,ne corrumpas ipsi Dauid in tituli inscriptionem.)
Hoc est quod dixi,titulus de titulo.Quænã eũ sit tituli
huius inscriptio,quã corrũpi vetat,Euangeliũ nobis in-
dicat. Nã cùm Dominus crucifigeretur , titulus inscri-
Matt.27.c. ptus est à Pilato,& positus rex Iudæorũ, tribus linguis,
Ioan.19.c. Hebræa,Græca & Latina:quæ linguæ toto orbe maxi- B
mè excellunt.Igitur si rex Iudæorum crucifixus est , &
Iudæi regẽ suum crucifixerunt: crucifigendo eũ etiam
regem gentiũ fecerunt,magis quàm occiderũt.Et qui-
dem quantũ in illis fuit , perdiderunt Christũ , sed sibi,
nõ nobis:& mortuus est ille pro nobis, & sanguine suo
redemit nos. Et modò non est corruptus titulus : quia
ille rex est,non solùm gentium , sed etiam ipsorum Iu-
dæorũ. Quid enim?Quia contradixerunt,ideo regis sui
dominationẽ euertere potuerũt? Rex est & supra illos.
Nam ille rex virgam ferreã gerit , qua & regit & frãgit.
Ego,inquit , cõstitutus sum rex ab eo super Sion mon-
tem sanctũ eius,prædicãs præceptũ Domini. Dominus
Psal.2. dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Po-
stula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & pos-
sessionẽ tuã terminos terræ. Reges eos in virga ferrea,
& tanquã vas figuli conteres eos.Quos regit?quos con
terit?Regit obediẽtes,conterit resistẽtes. Ergo ne cor-
rumpas,optime & prophetice: quandoquidem & illi C
Iudæi suggesserunt tunc Pilato,& dixerunt: Noli scri-
Ioan.19. c. bere rex Iudæorum,sed scribe, quia ipse se dixit regem
Iudæorum. Nam & iste titulus , inquiunt , confirmauit
illũ regem nobis.Et Pilatus:Quod scripsi,scripsi.Et im-
Psal.55.56. & 57. pletũ est : Ne corrumpas. Nec iste solus Psalmus habet
huiusmodi inscriptionẽ , vt titulus non corrumpatur.
Aliquot Psalmi sic prenotati sunt,sed tamen in omnib.
passio Dñi prænũciatur. Ergo & hic intelligamus Dñi
1.Tim.2.b. passionem,& loquatur nobis Christus caput & corpus.
Sic semper, aut propè semper audiamus voces Christi
de Psalmo, vt non solùm intueamur caput illud vnum
mediatorẽ Dei & hominũ , hominem Christũ Iesum:
Ioan.1.a. qui etiã secũdum diuinitatẽ in principio erat verbum,
Matth.1.b. Deus apud Deũ , quod verbũ caro factum est, & habi-
tauit in nobis,caro ex semine Abrahã , ex semine Da-
uid de Maria virgine.Nõ ergo illũ solum qui est caput
nostrũ cogitemus, quando audimus Christum loqui, D
sed cogitemus Christũ caput & corpus totũ integrum
1.Cor.12.d quendam virũ. Nobis enim dicitur:Vos autẽ estis cor-
Ephes.1.d. pus Christi & mẽbra,ab apostolo Paulo. Et de illo di-
Colos.1.c citur ab codẽ Apostolo:Qui est caput Ecclesiæ.Si ergo
ille caput, nos corpus: totus Christus caput & corpus.
Aliquando enim inuenis verba quæ nõ congruunt capi-
ti:& nisi ea coaptaueris corpori, nutabit intellectus
tuus. Rursus inuenis verba quæ nõ apta sunt corpori,&
Christus tamẽ loquitur. Ibi non timendũ est ne erret
quisque : citò enim pergit vt capiti aptet , quod videt
corpori nõ conuenire.Ipse deniq. in cruce pendens,ex
Psalm. 21. persona corporis locutus est, Deus meus Deus meus,
Matt.27.f. respice me,quare me dereliquisti? Nõ enim dereliquerat
Christum , à quo derelictus nõ est. Aut verò sic ad

nos venit,vt illum desereret,aut sic illũ misit , vt ab illo
discederet?Sed quia homo desertus est à Deo , Adam
ille peccans,qui cùm soleret gaudere ad faciẽ Dei, cõ- Genes.3.b.
scientia peccati deterritus fugit à gaudio suo:& verè de-
reliquit illũ Deus,quia ipse deseruit Deũ : ex quo Adã
Christus cùm carnẽ accepisset, hoc ex persona ipsius
carnis ait: quia tũc vetus homo noster simul crucifixus Rom.6.b.
est cum illo. Audiamus ergo quod sequitur : Quando
misit Saul & custodiuit domũ eius, vt eũ interficeret.)
Hoc nõ ad crucem Dñi , sed tamẽ ad passionẽ Domini
pertinet.Crucifixus enim Christus , & mortuus, & se-
pultus est. Erat ergo illa sepultura tanquã domus : ad
quã custodiendã misit regnum Iudæorum,quando cu-
stodes adhibiti sunt sepulchro Christi.Est quædam hi- Matt.27.g.
storia in Scriptura Regnorum,quãdo misit Saul ad cti- 1.Reg.19.d
stodiendã domum,vt interficeret Dauid.Sed & quan-
tũ inde sumpsit qui Psalmũ scripsit,tantũ debemus dis-
cutere , cùm titulum Psalmi tractamus. Hoc nobis si-
gnificare tantum voluit , quia missum est ad domum
vt custodiretur, & ille interficeretur. Quomodo ergo
ad hoc custodita est domus,si Dauid figurabat Christũ
vt Christus interficeretur : quando in sepultura Chri-
stus positus non est nisi in cruce interfectus. Refer hoc
ergo ad corpus Christi,quia interficere Christum,erat
tollere nomẽ Christi,ne crederetur in Christum: dum
mendaciũ præualeret custodum, qui corrupti sunt vt
dicerent:Quia cùm dormirent,venerunt discipuli eius, Matt.28.b.
& abstulerunt eum. Hoc est, verè Christum velle in-
terficere,nomen resurrectionis eius extinguere,vt mẽ-
daciũ Euangelio præferretur.Sed quomodo illud non
effecit Saul vt interficeret Dauid,sic & hoc non potuit
regnum Iudæorũ efficere, vt plus valeret testimonium
custodũ dormientium,quàm Apostolorum vigilantiũ.
Quid enim edocti sunt custodes vt dicerent? Damus Ibidem.
vobis,inquiũt,quantũ vultis pecuniæ:& dicite,quia cũ
dormiretis , venerũt discipuli eius,& abstulerunt eum.
Ecce quales testes mendacij contra veritatem & resur- C
rectionem Christi,inimici eius per Saul figurati produ-
xerunt. Interroga infidelitatis testes dormientes, re-
spondeant tibi quid actũ sit in sepulchro. Qui si dor-
miebant, vnde scierunt?Si vigilabant, fures quare non
tenuerunt?Dicat ergo quod sequitur.

PRIMÆ PARTIS PSALMI *enarratio.*

ERue me de inimicis meis Deus meus, & ab insur-
gentibus super me redime me.) Factum est hoc in
carne Christi,fit & in nobis.Neq. enim cessant inimici
nostri, diabolus & angeli eius insurgere super nos quo-
tidie, & illudere velle infirmitati & fragilitati nostræ,
deceptionibus,suggestionibus, tentationibus , & qui-
buscunq. laqueis irretire,cùm in terra adhuc viuimus.
Sed vox nostra vigilet ad Deum,& clamet in membris
Christi,sub capite in cælo cõstituto: Erue me de inimi-
cis meis Deus meus,& ab insurgentibus super me redi-
me me.Erue me de operantibus iniquitatẽ , & de viris
sanguinũ saluũ me fac.)Erant illi quidem viri sanguinũ,
qui iustũ occiderunt , in quo nullam culpã inuenerunt.
Erant illi viri sanguinũ, quia cùm vellet alienigena lo-
tis manibus dimittere Christum,clamauerunt: Cruci- Matt.27.c.
fige,crucifige. Erant viri sanguinum , quibus cùm iam
obiiceretur crimen sanguinis Christi , responderunt,
propinantes posteris suis:Sanguis eius super nos , & su-
per filios nostros. Sed nec in eius corpus exurgere viri
sanguinũ cessauerunt : nã & post resurrectionẽ ascẽsio-
nẽmque Christi,persecutiones passa est Ecclesia.Et illa
quidem primò quæ effloruit de gente Iudæorum , de
qua & Apostoli nostri fuerunt.Ibi primò Stephanus la- Act.7.g.
pidatus est,& quod vocabatur accepit. Stephanus eũ

corona dicitur. Humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus. Deinde verò in gentibus exurrexerunt regna gentiũ, antequã in eis impleretur quod prædictũ erat:
Psal. 71. Adorabunt eum oẽs reges terræ, omnes gentes seruiẽt ei: & fremuit impetus regni illius aduersus testes Christi, effusus est magnus & multus martyrũ sanguis. Quo effuso, tanquã seminata seges Ecclesiæ fertilius pullulauit: & totum mundũ sicut nunc conspicimus, occupauit. Ab his ergo viris sanguinũ eruitur Christus: non solùm caput, sed etiam corpus. A viris sanguinũ eruitur Christus: & ab his qui fuerunt, & ab his qui sunt, & ab his qui futuri sunt. Eruitur Christus, & qui præcessit, & qui est, & qui venturus est. Christus enim est totũ corpus Christi: & quicunque nunc Christiani boni, & qui ante nos, & qui post nos futuri sunt, totus Christ⁹ eruitur à viris sanguinũ. Nec vacat hęc vox: Et à viris sanguinũ saluũ me fac. Quia ecce venati sunt animã meã.) Potuerunt tenere, potuerunt occidere, venati sunt animam meã. Sed vbi est, Dirupisti vincula mea? Vbi est,
Psal. 115. Psal. 123. Muscipula cõminuta est, & nos eruti sumus? Vbi est quòd benedicimus Deũ, qui non dedit nos in venationẽ dentibus eorum? Illi quidem venati sunt, sed in manibus venantium nõ dimittit qui custodit Israël. Quia ecce venati sunt animã meam. Irruerunt super me fortes.) Non vtcunque transeundum est ab his fortibus. Diligenter insinuandum est qui sint fortes insurgentes. Fortes, super quos, nisi super infirmos, super inualidos, super non fortes? Et laudantur tamen infirmi, & damnantur fortes. Si intelligantur qui sunt fortes, primò
Matt. 12. c. ipsum diabolum Dominus fortẽ dixit: Nemo, inquit, potest intrare in domum fortis, & vasa eius eripere, nisi prius alligauerit fortem. Alligauit ergo fortem vinculis dominationis suæ: & vasa eius abripuit, ac vasa sua fecit. Erant enim omnes iniqui, vasa diaboli, qui credentes facti sunt vasa Christi: quibus Apostolus dicit:
Ephes. 5. b. Rom. 9. c. Fuistis enim aliquando tenebræ, nuncautẽ lux in Dño, qui notas facit diuitias suas in vasa misericordiæ. Possunt ergo isti fortes intelligi. Sed sunt in hominib. quidam fortes reprehẽsibili & damnabili fortitudine; qui præsumunt quidẽ, sed de temporali felicitate. Nõ vobis
Luc. 12 c. videtur fuisse fortis diues iste, qui nunc ex Euangelio recitatus est, quoniam successit ei regio in opulẽtia fructuum? Perturbatus consilium reconditionis inuenit, vt destructis veteribus apothecis, nouas construeret ampliores: eisque cõpletis, animæ suæ diceret: Habes multa bona anima, epulare, iocũdare, satiare. Qualem fortem vides? Ecce homo qui non posuit Deum
Psal 51. adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ. Vide quàm fortis sit, & præualuit, inquit, in vanitate sua. Sunt & alij fortes, nõ de diuitiis, nõ de viribus corporis, non de aliqua in tẽpore præcellenti potentia dignitatis: sed præsumentes de iustitia sua. Hoc genus fortiũ cauendũ, metuendum, auersandũ, non imitãdũ. Præsumentiũ, inquã, non de corpore, nõ de opibus, nõ de genere, non de honore: omnia enim ista quis nõ videat temporalia, fluxa, caduca, volatica: sed præsumẽtium de iustitia sua. Talis fortitudo impediuit Iudæos,
Matt. 19. d. ne per foramen acus intrarent. Cùm enim de se præsumunt quòd iusti sint, & tanquàm sani sibi videntur: medicinam recusauerunt, & ipsum medicum necauerunt. Tales ergo fortes, non infirmos, non venit vocare qui
Math 9. b dixit: Non est opus sanis medicus, sed malè habentib. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Isti erant fortes qui insultabant discipulis Christi, quia magister eorum ad infirmos intrabat, & conuiuabatur
Ibidem. cum infirmis. Quare, inquiunt, magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat? O fortes quibus medicus opus non est! Fortitudo ista non sanitatis est, sed insaniæ. Nam & phreneticis nihil fortius, valentiores sunt sanis: sed quanto maiores vires, tãto mors vicinior. Auertat ergo Deus ab imitatione nostra fortes istos. Timendum est enim, ne eos quisque velit imitari. Doctor autem humilitatis, particeps nostræ infirmitatis, donans participationẽ suæ diuinitatis, ad hoc descendens vt viã doceret, & via fieret, maximè suam humilitatem nobis cõmendare dignatus est: & ideo à seruo baptizari non dedignatus est, vt nos doceret confiteri peccata nostra, & infirmari vt fortes simus, habere potius Apostoli vocẽ dicentis: Quando infirmor, tunc potens sum. Quomodo ergo noluit esse fortis? Isti autẽ qui fortes esse voluerunt, id est, qui de sua virtute præsumere voluerunt tanquã iusti, offenderunt in lapidem offensionis: & hædus visus est eis agnus, & quia veluti hædũ occiderunt, ab agno redimi non meruerunt. Ipsi sunt ergo fortes, qui irruerunt super Christũ cõmendãtes iustitiam suam. Audite fortes istos. Cùm quidam Hierosolymitæ dicerẽt, missi ab eis ad apprehendendũ Christum, & nõ audentes apprehendere, quia quando voluit, tunc apprehensus est, qui verè fortis erat: quare ergo inquiunt, non eum potuistis apprehendere? Et responderunt: Nemo vnquam hominum sic locutus est sicut ille. Et illi fortes: Nunquid aliquis phariseorum in illum credidit, aut aliquis scribarum, nisi populus iste nesciens legem? Præposuerunt se turbę infirmæ ad medicum currenti. Vnde, nisi quia ipsi fortes erãt, & fortitudine sua, quod est grauius, omnem etiam turbam in se traduxerunt, & medicum omnium occiderunt? Sed & ille eo quòd occisus est, de sanguine suo medicamẽtum fecit ægrotis. Irruerunt super me fortes. Hos maximè fortes aduertite: & videte vtrum de vlla re præsumendum sit homini, quando nec de iustitia prę sumendũ est. Iam videte vbi iaceãt præsumẽtes de diuitiis, de viribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate seculi, si qui de ipsa iustitia tanquam de sua præsumpserit, cadit. Irruerũt super me fortes. Ex illis fortibus fuit ille vires suas iactans: Gratias tibi, inquit, ago, quia nõ sum sicut cæteri hominũ, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Vide fortẽ iactantem vires suas: contrà, virũ lõgè stantẽ infirmũ attẽde, & per ipsam humilitatẽ propinquantẽ. Publicanus autẽ, inquit, de lõginquo stabat, & nec oculos suos audebat in cęlum leuare: sed percutiebat pectus suũ, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis, descendit iustificatus publicanus ille magis quàm ille Pharisæus. Et vide iustitiam. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Irruerũt isti fortes, id est, superbi: qui ignorantes Dei iustitiã, & suã iustitiam volentes cõstituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quid deinde? Neq. iniquitas mea neque peccatũ meũ, Domine.) Irruerunt quidẽ fortes de iustitia sua præsumentes: irruerunt, sed peccatũ in me non inuenerunt. Nam vtiq. illi fortes, id est, velut iusti: quare possent persequi Christũ, nisi quasi peccatorẽ? Sed tamẽ illi viderint quàm fortes sint immanitate febris, nõ firmitate sanitatis. Viderint illi quàm fortes sint, & tanquã iusti contra iniquũ sæuierunt. Sed tamen neque iniquitas mea, neque peccatũ meũ Domine. Sine iniquitate cucurri, & dirigebar.) Illi ergo fortes currentem me sequi non potuerũt: ideo peccatorem putauerunt, quia vestigia mea nõ viderũt. Sine iniquitate cucurri, & dirigebar. Exurge in occursum mihi, & vide.) Deo dicitur, sine iniquitate cucurri, & dirigebar: Exurge in occursum mihi, & vide. Quid enim? Si non occurrat, videre non potest? Tanquam si ambulares viam, & de longinquo ab aliquo cognosci non posses, clamares ad eum, & diceres: Occurre mihi,

Ioan. 14. d. Matth. 3. d. 2. Cor. 12. c. Rom. 9. g. Ioan. 7. g.

mihi, & vide quemadmodũ ambulem. Nã quando de longinquo me attendis, gressum meũ videre nõ potes. Itáne & Deus nisi occurreret non videret, quàm sine iniquitate iste dirigebatur, & quàm sine peccato cutrebat? Accipere quidem & hoc possumus: Exurge in occursum mihi, adiuua me. Quod autẽ addidit, & vide, intelligendũ est, fac videri quod curro, fac videri quod
Genes. 22. c dirigor: ex illa figura qua & illud dictũ est Abraham: Nunc cognoui quòd times Deũ. Deus dicit: Nunc cognoui. Vnde, nisi quia nunc te feci cognoscere? Ignotus enim sibi quisq. est ante interrogationẽ tentationis;
Mat. 26. e. g sicut se Petrus præsumendo ignorabat, & negando didicit quales vires haberet: in sua ipsa titubatione intellexit falso sese præsumpsisse, fleuit, & flendo meruit fructuosè nosse quod fuit, & esse quod non fuit. Ergo probatus Abrahã, factus est cognitus sibi: & dictum est à Deo: Nunc cognoui, hoc est, nunc te feci cognoscere.
Genes. 22. e Quomodo lætus dies, quòd facit lætos, & tristis amaritudo, quòd contristat gustantem: sic vidẽs Deus, videre faciens. Exurge ergo, inquit, in occursum mihi, & vide. Quid est, & vide? Adiuua me, id est, fac in illis vt videant cursum meum. Sequãtur me, non eis videatur prauũ esse, quod rectũ est, nõ eis videatur distortũ esse quod tenet regulã veritatis, Quoniã sine iniquitate cucurri, & dirigebar. Exurge in occursum mihi, & vide. Aliquid etiam me dicere admonet in hoc loco capitis ipsius nostri sublimitas, quoniã infirmatus est vsque ad mortẽ, & assumpsit infirmitatis carnem: vt pullos Hie-
Matt. 23. d. rusalẽ colligeret sub alas suas, tanquã gallina infirmata cum paruulis. Nõ enim in aliqua aue hoc aliquã do cõspeximus, earũ etiã quę nidificant ante oculos nostros, sicut parietũ passeres, sicut hirũdines tãquã annuæ nostræ hospites, sicut ciconiæ, sicut aliæ atq. alię aues, quæ ante oculos nostros nidificant, & ouis insidunt, pullos alũt, sicut ipsæ columbę quas quotidie videmus, aliquã auẽ infirmari cũ paruulis nõ cognouimus, non aspeximus, non vidimus. Gallina quomodo hoc habet? Certè notam rem dico, quæ in conspectu nostro quotidie versatur, quomodo raucescit vox, quomodo fit hispidũ totum corpus, demittũtur alæ, laxãtur plumæ: & vides circa pullos nescio quid ægrotũ, & ea est materna charitas quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo Dñs, nisi
Math. 23. d propter hoc gallina esse voluit in sancta Scriptura dicens: Hierusalem Hierusalẽ, quotiens volui congregare filios tuos tanquã gallina pullos suos sub alas, & noluisti? Congregauit autẽ oẽs gentes tanquam gallina pullos suos, qui infirmatus est propter nos, accipiens carnem à nobis, id est, à genere humano: crucifixus,
Mat. 27. d. e cõtemptus, alapis cæsus, flagellatus, ligno suspensus, lã-
Ioan. 19. c. e cea vulneratus. Ergo hoc maternæ infirmitatis est, non amissæ maiestatis. Cùm ergo talis esset Christus, id est, contemptus, id est, lapis offensionis & petra scandali:
Rom 9. g. 1. Petr. 2. b. ideo multi offenderunt in eum. Cùm talis ergo esset Christus, & tamen carnem sine peccato suscepisset, factus est particeps nostræ infirmitatis, non iniquitatis: vt ex eo quod nobiscum cõmunicauit infirmitatẽ, solueret nostram iniquitatem. Ideo sine iniquitate cucurri, & dirigebar. Quid ergo? Secundum id quod Deus est, non est agnoscendus, & illud solum in eo considerandũ est, quod propter nos factus est, non illud quod nos fecit? Plane etiam illud considerandum est quia magnũ pietatis indicium est nosse, quis pro te quid sustinuit.
Philip. 2. a. Non quicunque paruus pro te magno, sed pro te infirmo ille summus. Quid? Factus paruulus, humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem. Quis est iste qui se humiliauit, factus obediens vsque ad mortem? Quis? Suprà audi: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Ergo æqualis Deo, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo: & ita exinaniuit, vt assumeret quod non erat, non vt amitteret quod erat. Quomodo ergo se exinaniuit? Quia tibi talis apparuit, quia tibi dignitatem quam apud patrem habet, non demonstrauit: quia tibi nunc obtulit infirmitatẽ, seruauit purgato postea claritatem. Ille ergo patri æqualis, talis est factus: & tamẽ in ipsa infirmitate agnoscendus est, non visione, sed fide, vt quòd videre nondum possumus, saltem credamus, & credendo quod nõ videmus, etiam videre mereamur. Meritò posteaquã resurrexit ait Mariæ Magdalenæ, cui dignatus est primitùs apparere: Noli me tãgere: nondũ enim
Ioan. 20. d ascendi ad patrem. Quid est hoc? Paulopòst eum mulieres tetigerunt. Nã redeuntes à monumento, obuiã
Matt. 28. b. sibi factũ adorauerunt, & pedes eius teneruẽrũt: discipuli
Ioan. 20. g. etiam cicatrices palpauerunt. Quid est ergo: Noli me tangere, nondũ enim ascendi ad patrem: nisi, noli quòd vides hoc solum me credere, ne & hic remaneat aspectus tuus quasi tactus tuus? Humilis enim tibi videor. Nondum ascendi ad patrem, vnde & ad vos descendi, & inde non recessi: nondum illuc ascendi, quando vos non deserui. Veni non recedens, ascendi non deserens. Sed quid est quòd ascendit ad patrẽ? Quãdo nobis innotescit æqualis patri. Nos enim ascendimus proficiendo: vt hoc videre, vt hoc intelligere, vt hoc vtcunque capere valeamus. Ideo ergo distulit tactum: non abstulit, non repulit, non negauit. Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem. A summo cęlo egressio eius, dicit ipsius Psalmus, & occursus eius vsque ad summum
Psal. 18. cæli. Summum cæli, id est, summum in omnibus spiritalibus pater est: inde excursus eius, & occursus vsque ad summum cæli. Occurrit vsque ad summum, non dicitur nisi de æquali. Denique cum aliqua inæqualia cõparamus, & aliquid breue ad aliquid magnum applicamus, videre quantum ad quantum sit, si inæquale inuenerimus, ita solemus loqui: Non occurrit. Si autẽ æquale sit, occurrit. Ergo occursus eius vsque ad summũ cæli, quia æqualis est patri. Talem se volebat innotescere fidelibus suis, qui dixerat: Noli me tangere. Hoc volebat præstari à patre fidelibus suis, qui dicebat: Exurge in occursum mihi, & vide: innotesce quòd tibi æqualis sim, & vide. Quid est, & vide? Fac videri quòd tibi æqualis sim. Quãdiu mihi Philippus dicit: Ostende nobis
Ioan. 14. a patrem, & sufficit nobis? Quamdiu ego dicam: Tanto tempore vobiscum sum, & patrẽ non nostis: Philippe, qui me videt, videt & patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? & adhuc fortè nõ credit æqualem. Exurge in occursum mihi, & vide. Fac me videri, fac te videri, fac notã hominibus æqualitatem nostrã. Non putent Iudęi se hominem crucifixisse. Quamuis in eo non crucifixum sit, nisi in quãtum homo erat, tamẽ non cognorunt quem crucifixerunt. Si enim cogno-
1. Cor. 2. b. uissent, Dominum gloriæ nunquam crucifixissent. Hunc Dominum glorię vt nouerint fratres mei fideles: Exurge in occursum mihi, & vide: Et tu Domine Deus virtutum, Deus Israël.) Tu Deus Israel qui nõ putaris nisi Deus Israël solius, qui non putaris nisi Deus vnius gentis, quę te colit, eũ omnes gentes idola colant: Tu Deus Israël intende ad visitandum omnes gentes.) Impleatur ista prophetia, in qua Esaias ex persona tua
Esaiæ. 5. a. alloquitur Ecclesiam tuam, sanctam ciuitatem tuã, sterilem illam cuius multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Ei quippe dictum est: Lætare sterilis
Galat. 4. d. quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum: magis quàm gentis Iudææ quæ habet virum, quæ accepit legem, magis quàm eius gentis quæ habuit

euidentem regem. Nam tuus rex latet, & plures tibi fi-
lij ſunt ex occulto ſponſo. Ergo ei dicitur, Multi filij de- A
ſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Deinde ad-
Eſa. 54.a. iungit propheta: Dilata locum tabernaculi tui, & aulas
Matth. 25.c tuas confige. Non eſt quod parcas, extẽde longiùs fu-
Matth. 3.c. Matt. 12.b. niculos tuos, & palos validos cõſtitue etiam atque etiã
in dexteram atq. ſiniſtram. In dextera tene bonos, in
ſiniſtra tene malos, donec veniat ventilabrum: poſſide
Eſa. 54.b. tamen omnes gentes. Inuitentur ad nuptias boni &
mali, impleantur nuptiæ recumbentium. Seruorum eſt
inuitare, domini ſeparare. Etiam atque etiam in dexte-
ram atque ſiniſtrã extẽde. Semen enim tuum hæredi-
tabit gentes, & ciuitates quæ deſertæ erant, inhabita-
bis. Deſertæ à Deo, deſertæ à Prophetis, deſertæ ab
Apoſtolis, deſertæ ab Euangelio, plenæ dæmoniis. Ci-
uitates quæ deſertæ erant inhabitabis, nõ eſt quod me-
tuas. Præualebis enim: nec erubeſcas quòd deteſtabi-
lis fueris. Ergo quia inſurrexerunt ſuper te fortes, ne
erubeſcas: quando cõtra nomen Chriſtianum leges fe-
rebantur, quando ignominia & blaſphemia erat eſſe B
Eſa. 54.a. Chriſtianũ. Ne erubeſcas quòd deteſtabilis fueris. Cõ-
fuſionem enim in perpetuum obliuiſceris, ignominiæ
Pſal. 58. viduitatis tuæ non eris memor: quoniam ego ſum Dñs
qui facio te, Dominus nomen eſt ei: & qui eruit te, ipſe
Dominus Deus Iſraël vniuerſæ terræ vocabitur. Et tu
Domine Deus virtutum, Deus Iſraël, intende ad viſi-
tandum omnes gentes: intende inquam ad viſitan-
dum omnes gentes. Non miſerearis omnium qui ope-
rantur iniquitatem.) Hic planè terruit. Quem non
terreat? Quis ad ſuam conſcientiam rediens non contre-
miſcat? Quæ etiã ſibi conſcia eſt pietatis, mirũ niſi ali-
quid conſcia ſit etiam iniquitatis. Quicũque enim pec-
1. Ioan. 3.a. catũ facit, & iniquitatẽ facit. Si enim iniquitates obſer-
uaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Et tamẽ ve-
Pſalm. 129. rũ eſt, nec fruſtra dictum, nec vacare omnino poteſt aut
poterit: non miſerearis omnium qui operantur iniqui-
tatẽ. Sed ecce miſertus eſt Pauli, qui primò Saulus ope-
rabatur iniquitatẽ. Quid enim fecit boni, vnde prome- C
reretur Deum? Nónne ſanctos eius ad mortem attra-
Act. 9.a. hebat? Nónne epiſtolas à principib. ſacerdotũ ferebat,
vt vbicunque Chriſtianos inueniret, ad pœnã raperet?
Nónne id agens, eò tendens, & cædẽ ſpirans & anhe-
lans, ſicut de illo Scriptura atteſtatur, de cælo vocatus
eſt voce ſublimi, deiectus, erectus, ex cæcatus, illumina-
tus, occiſus, viuificatus perditus, redditus? quo merito?
Nihil nos dicamus, ipſum potius audiamus: Qui prius
1. Tim. 1.c fui, inquit, blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed
miſericordiã cõſecutus ſum. Ergo non miſerearis om-
nium qui operantur iniquitatẽ. Hoc duobus modis in-
telligi poteſt. Siue quia omnino nulla peccata impuni-
ta relinquit Deus: ſiue quòd eſt quædã iniquitas, quam
qui operãtur, omnino eorũ Deus nõ miſeretur. Secũdũ
iſtos duos modos breuiter quantũ tẽporis ſufficit, ali-
quid loquamur charitati veſtrę. Iniquitas omnis, parua
magnaue ſit, puniatur neceſſe eſt: aut ab ipſo homine D
pœnitẽte, aut à Deo vindicãte. Nã & quẽ pœnitet, pu-
nit ſeipſum. Ergo fratres puniamus noſtra peccata, ſi
quærimus miſericordiã Dei. Nõ poteſt Deus miſereri
omniũ operantiũ iniquitatẽ quaſi blandiens peccatis,
aut nõ eradicans peccata. Prorſus aut punis, aut punit.
Vis nõ puniat? Puni tu. Nã & illud feciſti quod impuni-
tũ eſſe nõ poſſit: ſed à te puniatur potius, vt facias quod
in illo pſalmo ſcriptũ eſt, Prçueniamus faciẽ eius in cõ-
Pſal. 94. feſſione. Quid eſt, Præueniamus faciẽ eius in cõfeſſio-
ne? Antequã ipſe attẽdat vt puniat, tu præueni cõfiten-
do & puni. Nõ ille inueniat quod puniat: quia cùm tu
punis iniquitatem, facis æquitatem. Et ideo tui miſere-
bitur Deus, quia iã te operantẽ æquitatẽ inuenit Deus.

Quid eſt, operãtẽ æquitatẽ? Quia hoc in te odiſti, quod
& ille odit: vt incipias placere Deo, dũ hoc in te punis
quod diſplicet Deo. Nam nõ poteſt impunitũ relinqui
peccatũ: quia verũ eſt: Nõ miſerearis omniũ qui operã-
tur iniquitatẽ. Sed videamus iã aliũ modũ, quo hæc ſẽ-
tentia poſſit intelligi. Eſt quædã iniquitas, quã qui ope-
ratur, non poteſt fieri vt miſereatur ei Deus. Quæritis
fortè quænã illa ſit? Ipſa eſt defenſio peccatorũ. Quãdo
quiſque defendit peccata ſua, magnã iniquitatẽ opera-
tur. Hoc defendit quod Deus odit. Et videte quã per-
uersè, quã iniquè. Si quid boni fecerit, ſibi vult impu-
tari: ſi quid mali, Deo. Nã hoc modo defendunt homi-
nes peccata ſua ex Dei perſona, quod peius eſt. Quid
eſt hoc? Nemo eſt qui audeat dicere, bonũ eſt adulte-
rium, bonũ eſt homicidiũ, bona fraus, bonũ periurium:
nullus prorſus hominũ. Nam qui illa etiã faciunt, cla-
mant mala hæc eſſe quando patiũtur. Omnino ergo nõ
inuenies animã tam peruerſam, tam extorrẽ à ſocieta-
te generis humani, & à participatione cõmunis ſangui-
nis ex Adam: cui videatur bonũ eſſe adulteriũ, ſicut di-
xi, fraus, rapina, periuriũ. Sed quomodo ea defendunt?
Si Deus noluiſſet, nõ id feciſſem. Quid vis faciam fato
meo? Iam quæris quid ſit fatũ. Curris ad ſtellas. Quæ-
ris quis fecerit, & ordinauerit ſtellas? Deus eſt. Ergo ad Geneſ. 1.b.
hoc peccatũ tuum defendis, vt Deũ accuſes. Ideo ex-
cuſatur reus, vt culpetur iudex. Prorſus talẽ iniquitatẽ
operantiũ non miſeretur Deus. Nõ miſerearis omniũ
qui operantur iniquitatẽ. Perſequere, inquit, peccata
eorũ, puni, cõpunge, cõuerte illos ante ſe, qui ſe ponũt
poſt ſe: & erubeſcant de ſe, vt gaudeãt de te. Non miſe-
rearis omniũ qui operãtur iniquitatẽ. Cõuertantur ad
veſperum) Neſcio quos dicit quondã operatores ini-
quitatis, & quondam tenebras conuerti ad veſperum.
Quid eſt, ad veſperũ? Poſtea. Quid eſt, ad veſperũ? Se-
rius. Poſtea, quid eſt? Ad veſperũ. Antè enim debuerãt,
quàm crucifigerent Chriſtũ, medicũ agnoſcere. Quare
iam eo crucifixo, reſurgente, in cælum aſcendente, po-
ſtea quàm miſit ſpiritum ſuũ ſanctum, quo repleti ſunt
illi qui in vna domo erant; & cœperunt loqui linguis
omniũ gentium, expauerunt crucifixores Chriſti. Cõ-
puncti ſunt de conſcientia ſua, conſiliũ ſalutis ab Apo-
ſtolis petierunt, audierunt: Agite pœnitentiam, & ba- Act. 2.f.
ptizetur vnuſquiſq; veſtrũm in nomine Domini noſtri
Ieſu Chriſti, & dimittentur vobis peccata veſtra. Poſt
occiſum Chriſtum, poſt effuſum Chriſti ſanguinem di-
mittuntur peccata veſtra. Ille ſic voluit mori, vt ſangui-
ne ſuo etiam effuſores eiuſdẽ ſanguinis redimeret. Fu-
diſtis ſæuientes, bibite confitentes. Meritò conuertan-
tur ad veſperum: Et famẽ patiantur vt canes.) Canes
gentes Iudæi dixerũt, tanquam immundos. Nam in-
de & ipſe Dominus cùm poſt eũ clamaret Chananæa
quædam mulier, non Iudæa, ad ſuam filiam curandam
conuertere volens eius miſericordiam. Ille omnia prę-
uidens, omnia ſciens, ſed fidem eius oſtendere volens,
diſtulit beneficium, & eam ſuſpendit. Et quomodo di- Matth. 15.c.
ſtulit? Nõ ſum, inquit, miſſus, niſi ad oues quę perierunt
domus Iſraël. Iſraël, oues. Gentes quid? Non eſt bo-
num, panem ſumere filiorum, & mittere canibus. Gen-
tes ergo canes appellauit, propter immunditiam. Quid
autem illa mulier eſuriens, hoc magis non repulit. Suſ-
cepit humiliter conuicium, & meruit beneficium. Ne-
que enim conuicium illud dicendum erat, quod à Do-
mino dictum erat. Seruus ſi aliquid tale domino dicat,
conuicium eſt: dominus autem cùm tale aliquid ſeruo
dicit, dignatio potius dici poteſt. Ita inquit, Domine.
Quid eſt, ita? Verum dicis, prorſus verum dicis, canis
ego ſum. Sed & canes, inquit, edunt de micis quæ ca-
dunt de menſa dominorum ſuorum. Et continuo Do-
minus:

minus: O mulier, magna eſt fides tua. Iam dudũ canis,
modò mulier. Vnde iã mulier, quæ paulo antè canis? A
Cõfitendo humiliter, nõ repellendo quod à Domino
dictũ erat. Ergo gentes canes, & ideo eſurientes. Bonũ
eſt & Iudæis, vt agnoſcant ſe peccatores: & licet ad ve-
ſperã conuertantur, & famem patiantur vt canes. Nam
malè ſaturatus erat ille qui dicebat: Ieiuno bis in ſab-
bato. Ille autẽ publicanus canis erat famem patiens: &
Luc. 18.c inde beneficiũ Domini eſuriebat, cùm dicebat: Propi-
tius eſto mihi peccatori. Cõuertãtur ergo & illi ad ve-
ſperam, & famẽ patiantur vt canes. Deſiderent gratiã
Dei, intelligant ſe peccatores. Fortes illi fiant infirmi:
diuites illi fiant pauperes, iuſti illi agnoſcant ſe pecca-
tores: leones illi canes fiant. Conuertantur ad veſperã,
& famem patiãtur vt canes: Et circumibunt ciuitatẽ.)
Quam ciuitatẽ? Mundũ iſtum, quẽ quibuſdã locis vo-
cat Scriptura ciuitatẽ circunſtãtię: id eſt, quia in omni-
bus gentibus vndique circũfuderat mundus vnã gen-
tem Iudæorũ, vbi talia gerebantur, & appellabatur ci- B
uitas circumſtantiæ. Iſtam ciuitatẽ circumibunt illi iã
Act. 9.a canes facti eſuriẽtes. Quomodo circumibunt? Euãge-
lizando. Saulus ex lupo canis factus eſt ad veſperam: id
eſt, ſerò conuerſus. De micis domini ſui in gratia eius
cucurrit, & circumiuit ciuitatẽ. Ecce ipſi loquentur in
Apoc. 1.d ore ſuo, & gladius in labiis eorum.) Iam ille gladius bis
acutus, de quo Apoſtolus dicit: Et gladium ſpiritus,
Epheſ. 6.c quod eſt verbũ Dei. Quare bis acutus? Quare, niſi quia
ex vtroq; teſtamento feriẽs? Hoc gladio mactabantur,
Act. 10.b de quibus dicebatur Petro, Macta & manduca. Et gla-
dius in labiis eorũ. Quoniam quis audiuit?) Loquentur
in ore ſuo, quis audiuit? id eſt, ſtomachabuntur aduer-
ſus pigros ad fidẽ. Qui paulo antè & ipſi credere nole-
bant, tædium de nõ credentibus patiũtur. Et verè fra-
tres, cõtingit. Vides hominẽ pigrum antequã ſit Chri-
ſtianus. Clamas ad illũ quotidie, vix conuertitur. Tan-
dẽ conuerſus, cõuertere vult etiam oẽs & facere Chri- C
ſtianos: & miratur quia nõdum ſunt. Excidit illi quòd
ad veſperã cõuerſus eſt. Sed quia factus eſt eſuriẽs ſicut
canis, habet etiã in labiis gladium. Dicit: Quis audiuit?
Eſaiæ 53.a Roma. 10.d Quid eſt, quis audiuit? Quis credidit auditui noſtro, &
brachiũ Domini cui reuelatum eſt? Quoniã quis audi-
uit? Non credunt Iudæi, & conuerſi ſunt ad gentes, &
annunciauerunt. Iudæi nõ credebant: & tamẽ per cre-
dentes Iudæos euangeliũ circumibat ciuitatẽ, & dice-
bant: Quoniam quis audiuit? Et tu Domine deridebis
eos.) Quis audiuit? oẽs gentes Chriſtianæ futuræ ſunt,
& vos dicitis, quis audiuit? Quid eſt, deridebis eos? Pro
nihilo habebis omnes gentes.) Nihil ante te erit, quia
facillimũ erit vt credant in te omnes gentes. Fortitudi-
nem meã ad te cuſtodiam.) Illi enim fortes ideo ceci-
derũt, quia fortitudinẽ ſuam ad te nõ cuſtodierunt: id
eſt, illi qui ſuper me inſurrexerũt & irruerunt, de ſe prę-
ſumpſerunt. Ego autẽ fortitudinẽ meã ad te cuſtodiã: D
quia ſi recedo, cado: ſi accedo, fortior fio. Videte enim
quid eſt, fratres, in anima humana. Non habet ex ſe lu-
men, nõ habet ex ſe vires. Totũ autẽ quod pulchrũ eſt
in anima, virtus & ſapientia eſt. Sed nec ſapit ſibi, nec
valet ſibi, nec ipſa ſibi lux eſt, nec ipſa ſibi virtus eſt. Eſt
quædã origo fonsq; virtutis, eſt quædã radix ſapien-
tiæ: eſt quædã, vt ita dicã, ſi & hoc dicendum eſt, regio
incõmutabilis veritatis. Ab hac anima recedens tene-
Pſal. 33. bratur, accedẽs illuminatur. Accedite ad eũ & illumi-
namini, quia recedẽdo tenebramini. Ergo fortitudinẽ
meam ad te cuſtodiã: non à te recedam, nõ de me præ-
ſumã. Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam. Quia Deus
ſuſceptor meus es.) Vbi enĩ eram, & vbi ſum? Vnde me
ſuſcepiſti? Quas iniquitates meas dimiſiſti? Vbi iacebã?
quo erectus ſum? Ergo hoc meminiſſe nõ debeo quod

in alio pſalmo dicitur: Quoniam pater meus & mater Pſal. 26.
mea dereliquerunt me, Dominus autẽ aſſumpſit me?
Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiã: quia Deus ſuſceptor
meus es. Deus meus miſericordia eius præueniet me.)
Ecce, quid eſt, fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam. De
me omnino nihil pręſumam. Quid enim attuli boni, vt
mei miſereris, & me iuſtificares? Quid in me inueni-
ſti, niſi ſola peccata? Tuum nihil aliud niſi natura quam
creaſti, cętera mala mea quæ deleuiſti. Nõ ego prior ad
te exurrexi, ſed tu ad me excitandũ veniſti. Nam miſe-
ricordia eius præueniet me. Antequã aliquid boni ego
faciã, miſericordia eius præueniet me. Quid hic reſpõ-
debit infelix Pelagius? Deus meus demonſtrauit mihi
in inimicis meis.) Quid ait? Quantã circa me exhibue-
rit miſericordiã, in inimicis meis mihi demonſtrauit.
Relictis cõparet ſe collectus, & repulſis electus. Com-
paret ſe vaſis irę vas miſericordię: & videat quia ex vna
maſſa fecit Deus, aliud vas in honorẽ, aliud in cõtume-
liam. Quid eſt, demonſtrauit mihi in inimicis meis? Si Rom. 9.c
enĩ Deus volens oſtendere iram, & demonſtrare potẽ-
tiam ſuã, attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfe-
cta ſunt in perditionem. Et propter quid hoc? Vt notas
faceret diuitias ſuas in vaſa miſericordiæ. Si ergo vaſa
iræ attulit, in quibus notas faceret diuitias ſuas in vaſa
miſericordiæ, rectiſſimè dictum eſt: Miſericordia eius
prçueniet me. Deus meus demõſtrauit mihi in inimicis
meis: id eſt, quantã circa me habuit miſericordiã, in il-
lis mihi demõſtrauit circa quos non habuit. Niſi enim
debitor ſuſpẽdatur, minus agit gratias cui debitũ rela-
xatur. Deus meus demõſtrat mihi in inimicis meis. De
ipſis autem inimicis quid? Ne occideris eos, nequando
obliuiſcãtur legis tuæ.) Rogat pro inimicis ſuis, implet
præceptum. Quid eſt, ne miſerearis omniũ qui operan-
tur iniquitatẽ, & ne occideris eos, nequãdo obliuiſcã-
tur legis tuæ? Quomodo nõ miſeretur omniũ qui ope-
rantur iniquitatẽ? & quomodo nõ occidit eos ne obli-
uiſcãtur legis tuæ? Sed hic de inimicis ſuis dixit. Quid
ergo? Inimici eius æquitatẽ operantur? Si qui ei inimi-
cantur æquitatẽ operantur, ergo ipſe iniquitatẽ opera-
tur. Sed quia ipſe æquitatẽ operatur. Porrò qui æqui-
tatẽ operatur, profectò iniquitatẽ ab inimicis patitur:
reſtat vt qui iuſto inimicantur, iniquitatem operentur.
Vnde ergo paulò ſuperius: Non miſerearis omniũ qui
operantur iniquitatẽ: & nunc de inimicis ſuis ne occi-
deris eos, nequãdo obliuiſcantur legis tuæ? Non ergo
miſerearis eorũ, vt occidas peccata eorũ: Ne occidas
eos quorũ peccata occidis. Quid eſt autẽ occidi? Obli-
uiſci legis Domini. Ipſa eſt vera mors, in profundũ ire
peccati. Poteſt quidem & hoc de Iudęis intelligi. Quid
de Iudæis? Ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur
legis tuæ. Iſtos inimicos meos ipſos qui me occiderũt,
noli tu occidere. Maneat gens Iudæorũ: certè victa eſt
à Romanis, certè deleta ciuitas eorũ, non admittuntur
ad ciuitatẽ ſuam Iudæi, & tamen Iudæi ſunt. Nam oẽs
iſtæ prouinciæ à Romanis ſubiugatæ ſunt. † Quiſnã nõ al. Quis iam cognoſcit gẽtes ſubiectas Romano imperio? Quę quid erant.
cognoſcit gẽtes ſubiectas imperio Romano? Quę qui-
dẽ erant quando oẽs Romani facti ſunt, & omnes Ro-
mani dicuntur. Iudæi tamẽ manent cum ſigno: nec ſic
victi ſunt, vt à victoribus abſorberentur. Nõ ſine cau- Geneſ. 4.c
ſa Cain ille eſt, qui cùm fratrem occidiſſet, poſuit in eo
Deus ſignũ, ne quis eum occideret. Hoc eſt ſignũ quod
habent Iudæi: tenẽt omnino reliquias legis ſuæ, circũ-
ciduntur, ſabbata obſeruant, paſcha immolant, azyma
comedunt. Sunt ergo Iudęi, non ſunt occiſi, neceſſarij
ſunt credentibus gentibus. Quare hoc? Vt demonſtret
nobis in inimicis noſtris miſericordiã ſuã. Deus meus
demonſtrauit mihi in inimicis meis. In ramis ſuperbię
pręciſis inſerto miſericordiã ſuam demõſtrat oleaſtro.

Ecce vbi iacent qui superbi erant, ecce vbi insertus es qui tūc iacebas: & tu noli superbire, ne præcidi merearis. Deus meus ne occideris eos, ne quādo obliuiscātur legis tuę. Disperge eos in virtute tua.) Iam factū est: per oēs gentes dispersi sunt Iudæi, testes iniquitatis suæ & veritatis nostræ. Ipsi habēt codices, de quibus prophetatus est Christus, & nos tenemus Christū. Et si quando fortè aliquis Paganus dubitauerit, cū ei dixerimus prophetias de Christo, quarū euidentiā obstupescit, & admirans putauerit à nobis esse cōscriptas: de codicibus Iudæorū probamus, quia hoc totū antè prædictū est. Videte quēadmodū de inimicis nostris alios confundimus inimicos. Disperge eos in virtute tua: tolle illis virtutē, tolle illis fortitudinē eorum. Et deduc eos protector meus Domine. Delicta oris eorum sermones labiorum eorū, & comprehendātur in superbia sua. Et ex maledicto & mēdacio annunciabūtur consummationes in ira consummationis, & non erunt.) Obscura sunt, & timeo ne non insinuentur bene. Iamiā audiendo fatigati estis. Itaq; si placet charitati vestræ, quæ restant in crastinum differamus. Adiuuabit Dominus, vt vobis debitum persoluamus: quia de illo magis quàm de nobis promittimus.

CONCIO SECVNDA, DE *secunda parte eiusdem Psalmi.*

HESTERNVS sermo protractus, debitorem me in hodiernum reliquit. Quia ergo Dominus voluit, reddendi tēpus aduenit. Quàm verò sumus nos deuoti redditores, tā debetis vos esse auidi exactores: hoc est, vt quod ille donat, & nos reddimus (ille enī Dominus, nos serui sumus) sic accipiatis, vt sit fructus in auditione vestra de vita vestra. [Hebr. 6. b] Cultus enī ager fructum non reddēs, & ingratus agricolæ, pro frugibus spinas afferens, non horreū, sed ignē quęrit. Dominus autē Deus noster, sicut eū videtis hanc terrā visitare imbribus solennibus, ita cor nostrum verbo suo tanquā agrum suū visitare dignatur: & de corde nostro fructus quærit: quia nouit & quid ibi seminet, & quantū pluat. Et quia reuera nihil sine illo sumus, quia & antequam essemus, nihil eramus, & quisquis iam homo est, & sine illo esse voluerit, nihil aliud quàm homo peccator erit, verúmque est ꝙ hîc dictū est: Fortitudinē meam ad te custodiam, quoniā quicquid possumus, nisi apud illum & ad illum seruemus, recedendo amittimus: vigilare debet semper mens nostra, nō ab illo recedere, sed & si longè erat, magis magísque propīquare & accedere: nō gressu pedum, nō subuectione vehiculorum, nō celeritate animalium, non eleuatione pennarum, sed puritate affectuū, & probabilitate sanctorum morum. Videamus ergo quid restat de hoc psalmo. In hoc enim dimiseramus: cùm cœpisset de inimicis suis loqui dicens Deo: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ.) Quamuis eos inimicos suos esse dixerit, rogauit tamen Deū ne occiderētur & obliuiscerētur legē ipsius. Non tamē tenere legē, id est, non obliuisci legis, iā perfectio est: & quasi securitas de pręmio, & nulla sollicitudo de supplicio. Sunt enim qui tenent legē memoria, & non implent vita: qui verò implent vita, nō possunt non tenere memoria. Ergo qui moribus præcepta Dei facit, & quodāmodo viuendo semper in corde suo ne deleatur agit quod tenet, viuēdóque semper commemorat quid ei in corde scriptū sit de lege Dei: ipse fructuosè tenet legē Dei, ipse nō inimicus deputabitur. Nā ecce inimici Iudæi, quos videtur significare psalmus iste, legē Dei tenent, & ideo de illis dictum est: Ne occideris eos, ne quādo obliuiscātur legis tuæ: vt gens Iudæorū maneret, & ea manēte cresceret multitudo Christianorū. Per oēs gentes manent certè, & Iudæi sunt, nec destiterūt esse quod erant: id est, gēs ista non ita cessit † in [al. iniuria.] iura Romanorū, vt amiserit formam Iudęorum, sed ita subdita Romanis est, vt etiā leges suas teneat, quę leges sunt Dei. Sed quid in illis factum est? Decimatis mentā & cuminū, & reliquistis quę grauiora sunt legis, misericordiā & iudicium: liquantes culicē, camelum autē glutiētes. [Matt. 23. d. Luc. 11. f] Hoc eis Dominus dicit. Et reuera ita sunt: tenent legē, tenent prophetas; legunt omnia, cantāt omnia: lucē prophetarum non ibi vident, qui est Christus Iesus. Non eū enim solum nunc non vident, cùm sedet in cælo: sed nec tunc viderunt, quādo inter illos humilis ambulabat, & facti sunt rei fundendo sanguinē eius, sed non oēs. Hoc & hodie cōmendamus charitati vestræ. Nō omnes, quia multi eorum cōuersi ad eū quem occiderunt, & in eum credendo, veniā de effusione ipsius sanguinis meruerunt: exemplúmque præbuerunt hominibus quòd nō debeāt diffidere, dimitti sibi qualecunque peccatū, quādo & interfectio Christi dimissa est confitentibus. Inde ergo dictū est: Quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia eius præueniet me: hoc est, ante oīa merita mea bona pręuenit me misericordia ipsius, & si nihil in me boni inuenerit, ipse me facit bonū, & ipse iustificat cōuersum, & ipse admonet vt cōuertatur auersus. Deus meus, inquit, iterū demonstrauit mihi in inimicis meis. [Rom. 4. d] Id est, quantū me diligat, quantúmque mihi largiatur de bonitate sua, ex cōparatione inimicorū meorū mihi ostēdit: quia cùm sint ex vna massa vasa iræ & vasa misericordiæ, per vasa irę discūt vasa misericordiæ, quantum illis Deus largiatur boni. [Rom. 9. d] Et deīde ne occideris eos, ne quādo obliuiscantur legis tuę: hoc dictū est de Iudęis. Sed quid illis facies? Disperge eos in virtute tua.) Ostēde illis, quia tu fortis es, nō ipsi qui de virtute sua præsumēdo, veritatē tuā non cognouerūt: nō quales ipsi fortes sunt, de quib. dictū est: Irruerūt in me fortes, sed qualis tu fortis ad dispergendū eos. Et deduc eos protector meus Domine.) Id est, sic eos disperge, vt nō eos deseras, ne quādo obliuiscātur legis tuæ: & in eo ipso me protegas, vt de ipsorū dispersione habeam testimonium misericordiæ tuę. Et sequitur: Delicta oris eorū, sermones labiorum eorum.) Quo coniungitur, quo connectitur ista sententia? Delicta, inquit, oris eorum, sermones labiorum eorum. Sequentia non ita connectuntur, vt doceant nos quo coniungatur ista sententia. Delicta, inquit, oris eorum, sermones labiorum eorum, & comprehendantur in superbia sua, & ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes, in ira consummationis, & non erunt. Hoc obscurum etiam heri dixeramus, & ideo ad recentiores mētes vestras expositionem distuleramus. Nūc itaque, quoniam nondum fatigati estis in audiendo, erigite corda vestra vt adiuuetis me intentione, ne fortè in obscuritate & perplexitate aliquantum sermo noster non sufficiat intentioni vestræ: & debetis aliquid & à vobis afferre, vt quod nos dicendo nō impleuerimus, intelligēdo suppleatis. Sic ergo posita est ista sententia in medio, vt quo iungatur, nō facilè videamus. Delicta oris eorum, sermones labiorum eorum. Recurramus ergo ad superiora, quoniam cùm dixerat: Ne occideris eos, ne quādo obliuiscantur legis tuæ, quos tamen dixerat inimicos, adiunxit duos versiculos: Disperge eos in virtute tua, & deduc eos protector meus Domine. Et cōtinuò intulit: Delicta oris eorum, sermonem labiorum eorum, hoc est, illum occide, non ipsos. Non ergo occideris eos, ne quādo obliuiscātur legis tuæ: sed est quod in illis occidas, vt impleas quod suprà dictum est, non miserearis omnium qui operantur iniquitatem. Disperge ergo illos, & deduc eos, id est, noli deserere cùm disper-

dispergis: quia nō deserēdo habes quod illis agas, cùm ipsos non occidis. Quid ergo occides? Delicta oris eorum sermones labiorū ipsorum. Quid in illis occides? [Matth. 27. c Ioan. 19. a.] Crucifige crucifige, quod clamauerunt: nō qui clamauerūt. Illi enim Christū delere, interimere, perdere voluerunt: tu autē resuscitando Christum, quem perdere voluerūt, occidis delicta oris eorum, sermonem labiorum eorum. Quippe quem perdendū clamauerunt, viuere expauescant: & quē in terra contempserūt, in cęlo adorari ab omnibus gentibus admirentur. Sic occidantur delicta oris eorū, & sermones labiorum eorum. Et cōprehendātur in superbia sua.) Quid est, comprehendantur in superbia sua? Quia frustra irruerūt fortes, & quasi cessit illis vt aliquid sibi fecisse viderentur, & præualuerūt Domino. Potuerunt hominē crucifigere, potuit infirmitas præualere, & virtus occidi, & visi sibi sunt aliquid, velut fortes, velut potētes, velut præualētes, velut leo paratus ad prędā, velut tauri pingues, sicut eos alio loco commemorat: Tauri pingues obsederūt me. [Psal. 21.] Quid autē fecerunt in Christo? Non vitā, sed mortem occiderunt. Extincta quippe morte in moriēte, & resurgente vita de morte in viuente: etenim & ipse se resuscitauit, quia erat in illo & quod mori non potuit, quid fecerunt? Audi quid fecerunt. Soluerunt templū. Quid verò ipse fecit? Triduo resuscitauit illud. [Ioan. 2. d.] Per hoc ergo occisa sunt delicta oris eorū, & sermo labiorū eorum. Et quid iam factum est illis qui conuersi sunt? Et cōprehendantur in superbia sua. Dictum est enim illis, quia ille quē occiderunt, resurrexit. [Act. 1. b. & 2. c.] Crediderunt eum resurrexisse, quia viderūt eum in cælo positū, spiritum sanctum inde misisse, & eos qui in illū crediderunt impleuisse, & inuenerūt se & nihil dānasse, & nihil fecisse. Factum eorū in irritum venit, peccatū remansit. Quia ergo factum euacuatum est, peccatum autem remansit super facientes: comprehēsi sunt in superbia sua, viderunt se sub iniquitate sua. Restabat ergo vt confiterentur peccatū, & ille ignosceret qui peccātibus cesserat, & mortem suā donaret occisus à mortuis, & viuificans mortuos. Cōprehensi sunt ergo in superbia sua. Et ex maledicto & mēdacio annunciabuntur cōsummationes, in ira cōsummationis, & non erūt.) Et hoc difficilè intelligitur, quo iungatur, & nō erunt. Quid nō erunt? Videamus ergo superiorē textū: cùm cōprehensi fuerint in superbia sua, annunciabuntur ex maledicto & mendacio cōsummationes. Quę sunt cōsummationes? Perfectiones: cōsummari enī, perfici est. Aliud est consummari, aliud consumi. Consummatur enim quod sic finitur vt perficiatur: cōsumitur quod sic finitur vt nō sit. Superbia non permittebat hominē perfici, nihil sic impedit perfectionē. Intendat quippe charitas vestra paulùm ad id quod dico: & videte malum nimis molestū, nimis cauendum. Quare malum putatis? Quamdiu exaggerē quid mali sit in superbia? Diabolus inde solū puniēdus est: certè princeps est omnium peccatorum, certè seductor est ad peccandū. Nō ei imputatur adulterium, nō vinolētia, non fornicatio, non rapina rerum alienarum: sola superbia lapsus est. Et quoniā superbiæ comes est inuidentia, fieri non potest vt superbus non inuideat: ex hoc vitio quod superbiā necessariò sequitur: lapsus enim inuidit stanti, & dedit operā seducere hominē, ne illò leuaretur vnde ille deiectus est, & ideo satagit vera persuadere peccata, quia talem iudicē habemus vbi obiicere falsa non possit. Nam si apud iudicem hominē ageretur causa nostra, quē posset fallere criminationib. falsis, non multū ageret vt peccaremus: quia iudicem fallendo & innocētes posset opprimere, & circumuentos ad se traducere, & secum cōdemnari facere. Nunc verò quia scit talem iudicē qui falli non possit, & quia scit eum iustum, personas accipere non posse: tales ei reos quærit perducere, quos necesse sit vt damnet, quia iustus est. Dat itaque operā vt peccemus sola inuidentia, quæ inuidētia necesse est vt comitetur superbiam. Hoc ergo malum superbia est, impediens perfectionē. Iactet ergo se quisque de diuitiis, iactet de pulchritudine & de viribus corporis; ista certè omnia mortalia sunt. Ridēdi sunt qui se de mortalibus iactāt: à quibus rebus plerunque aut viui deserūtur, aut mortui eas necesse est vt deserant. Illud est vitium capitale, quod cùm quisque bene profecerit, superbia tentatur, vt perdat totum quod profecit. Denique omnia vitia in malefactis timenda sunt, superbia in benefactis plus metuenda est. Non itaque mirum, quia sic est humilis Apostolus vt dicat: Quando infirmor, tunc fortis sum. [2. Cor. 12. a] Nam hoc vitio ne ipse tētaretur, quale sibi medicamētum dicit appositum contra tumorem à medico, qui sciret quid curaret? Ne magnitudine, inquit, reuelationū extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanę, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Videte quæ sunt consummationes. Apostolus doctor gentium, pater fidelium per euangelium, accepit stimulū carnis à quo colaphizaretur. Quis nostrûm hoc dicere auderet, nisi ille confiteri nō erubesceret? Si enim dixerimus hoc nō passum fuisse Paulum: cùm ei quasi honorē deferimus, mendacē facimus. Sed quia verax est, & verum dixit: oportet vt credamus datū illi esse angelū satanę, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Ecce quā timēdus est serpens superbiæ. Quid itaque factum est istis? In peccato suo comprehensi sunt, quia Christum occiderunt, & de ipsa magnitudine peccati plus humiliati sunt, & maiore humilitate erigi meruerunt, hoc est, cōprehendantur in superbia sua. Et ex maledicto & mendacio annūciabuntur cōsummationes: id est, ideo magis perficientur, quia in maledicto & mendacio deprehensi sunt. Superbia quippe eos non permittebat perfici. Facinus abstulit superbiam per eorum confessionem, indulgentia deleuit facinus per Dei miseratione, & ex maledicto & mendacio annunciatæ sunt cōsummationes: id est, dictū est homini: Vidisti quid sis, sensisti quid sis, errasti, excæcatus es, peccasti & lapsus es, agnouisti infirmitatem tuam, supplica medico, noli tibi videri sanus. Vbi est phrenesis tua? Ecce medicum occidisti, quē occidendo perdere non potuisti: tamen quantum ad te pertinuit, occidisti. Ex maledicto mendacio annunciabūtur consummationes. Fecistis quod ad maledictum pertinebat, ô Iudæi. Maledictus enim omnis qui pendet in ligno. [Deut. 21. d. Galat. 3. b.] Crucifixistis Christum, tanquam maledictum putastis. [Matt. 27. b. d.] Adde maledicto mendacium. Custodes ad sepulchrum posuistis: vt mentirentur, pecuniam dedistis. [Matth. 28. c] Ecce Christus resurrexit. Vbi est maledictum crucis quod fecistis? Vbi est mendacium custodum quos corrupistis? Ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis, & non erunt. Quid est, in ira consummationis annunciabuntur consummationes? Est ira consummationis, & est ira consumptionis (nam omnis vindicta Dei ira dicitur) sed aliquando ad hoc vindicat Deus, vt perficiat: aliquādo ad hoc vindicat, vt damnet. Quomodo ad hoc vindicat, vt perficiat? Flagellat omnem filium quem recipit. [Hebr. 12. b.] Quomodo ad hoc vindicat vt damnet? Quando posuerit impios ad sinistram, & dixerit eis: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. [Matth. 25. d] Illa ira consumptionis est, non consummationis. Annunciabuntur autem consummationes in ira consummationis, id est, prædi-

Rom.5. d cabitur ab apostolis: quia vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, & pertinuit ad humiliationis medicinam infirmitas hominis. Hoc cogitãtes illi, & inuenientes atque confitentes iniquitates suas, non erunt. Quid non erunt? In superbia sua. Suprà enim dixerat, Cõprehendãtur in superbia sua, & ex maledicto & mẽdacio annunciabuntur consummationes in ira cõsummationis: & non erunt, vtique in superbia in qua comprehẽsi sunt. Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ.) Antè enim iusti sibi videbantur, quòd
Rom.11. d gens Iudæa legẽ acceperat, quòd Dei præcepta seruauerat: demõstratur illis quia non seruauit, cùm in ipsis Dei præceptis Christũ non intellexit, quia cæcitas ex parte Israël facta est. Vident & ipsi Iudæi, quia non debent gentes contẽnere, quos quasi canes & peccatores putabãt: quomodo enim pariter inuẽti sunt in iniquitate, ita pariter peruenient ad salutẽ. Nõ solùm Iudæis,
Rom.1. b Psalm. 117. inquit Apostolus, verumetiam & gentibus. Ideo enim lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, vt duos iũgeret in se: ãgulus enĩ duos parietes copulat. Iudæi excelsi & magni sibi videbantur: gentes tanquã infirmi, tãquam peccatores, tanquã dæmonũ serui, tanquam idolorũ adoratores, & tamen
Rom.3. b Psal. 13. in vtrisq; iniquitas erat. Demõstrati sunt & Iudęi peccatores: quia non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnũ. Deposuerunt superbiã, & non inuiderũt saluti gẽtiũ, quia parem suam & illorũ infirmitatem cognouerũt, & in angulari lapide copulati simul Dominũ adorauerunt. Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finiũ terræ. Non tantùm Iudæorũ dominabitur, sed & finium terræ: quòd nõ scirent si adhuc in superbia sua essent. In superbia autẽ sua essent, si adhuc sibi iusti viderentur. Vt autẽ sibi iusti nõ viderentur, annunciatæ sunt illis ex maledicto & mẽdacio consummationes in ira cõsummationis: quia cõprehensi fuerũt in superbia sua, ex maledicto quod fecerunt, quando Christũ occiderunt. Ecce quid fecit Dominus noster Iesus Christus. Mortuus est inter manus Iudæorum, & redemit multitudinem gentium, effusus est sanguis, ac profuit, sed conuersis omnibus profuit: quia & illi quem occiderunt, agnouerunt, & ab illo ipsius interfectionis & delicti sui magni veniam meruerunt. Quid ergo de ipsis? Quod suprà: Conuertentur ad vesperam.) Id est, & si serò, id est, post interfectionem Domini nostri Iesu Christi. Conuertentur ad vesperam: Et fame patientur vt canes.) Sed vt canes, non vt oues, aut vituli. Vt canes, vt gentes, vt peccatores: quia & ipsi cognouerunt
Psal. 15. peccatum suum qui sibi iusti videbantur. De quibus dictum est in alio psalmo: Postea accelerauerunt. Hoc dictum est hic: Ad vesperam: nam ibi sic est: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Vnde accelerauerunt postea? Quia multiplicatæ sunt infirmitates eorum: nam si sibi adhuc sani viderẽtur, nunquam accelerarent. Quod ergo ibi dictum est: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum; hoc dictum est hic: Comprehendantur in superbia sua, & ex maledicto & mendacio annunciabuntur consummationes in ira consummationis. Et quod ibi dictum est, Postea accelerauerũt; hoc dictum est hic: Et non erunt in superbia sua. Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ, & conuertentur ad vesperam. Bonum est ergo humiliari peccatorem, & nemo est insanabilior eo qui sibi sanus videtur. Et circumibunt ciuitatem.) Iam & hesterno die exposuimus ciuitatem, id est, circunstantiæ ciuitatem: Omnes gentes Dispergentur vt edant.) Id est, vt lucrentur alios, vt in corpus suũ transforment credentes. Si autem non satiabuntur, & murmurabunt.) Quia & superius murmur eorum dixe-

rat, dicentium: Quoniam quis audiuit. Et tu Domi- Psal. 58.
A ne, inquit, deridebis eos dicentes: Quis audiuit, Quare? Quia pro nihilo † habes omnes gentes. Sic & hic. al. habebit.
Si autem non satiabuntur, & murmurabunt. Concludatur psalmus. Videte angulum exultantem, iam de Ephes. 2. c
vtroque pariete gaudentem. Superbiebant Iudæi, humiliati sunt: desperabant gentes, erectæ sunt. Veniant ad angulum, ibi conueniant, ibi concurrant; ibi pacis osculum inueniãt. De diuerso veniant, sed in aduersum non veniant: illi de circũcisione, isti de præputio. Longè erant parietes, sed antequam ad angulum venirent. In angulo autẽ teneant se, & tota iã ecclesia † ex vtro- al. ex vtrãque parte.
que pariete, quid dicat? Ego autem cantabo potentiam tuam, & exultabo mane † misericordiam tuam.) al. misericordia tua.
Mane transactis tentationibus, mane cùm nox huius seculi transierit, mane quando iam latronum insidias & diaboli & angelorum eius non expauescimus, mane
B quando iam non ad lucernam prophetiæ ambulamus, sed ipsum Dei verbum tanquam solem contẽplamur: Et exultabo mane misericordia tua. Meritò in alio psalmo dicitur: Mane astabo tibi, & contemplabor. Psalm. 5.
Meritò & ipsius Domini resurrectio diluculò fuit; vt impleretur quod dictum est in alio Psalmo: Vespere de- Psalm. 29.
morabitur fletus, & in matutino exultatio. Ad vesperam quippe discipuli mortuum planxerũt Dominum nostrum Iesum Christum, diluculò ad resurrectionem exultauerunt. Exultabo mane misericordia tua. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia tu Deus susceptor meus es.) Quid eram, nisi subuenires? Quàm desperatus eram, nisi curares? Vbi iacebam, nisi aduenires? Certè ingenti vulnere periclitabar, sed illud vulnus meum medicum omnipotentem requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile, non renunciat alicui: opus est vt tu curari velis;
C opus est vt manus eius non refugias. Sed & si nolis curari, vulnus tuum admonet vt cureris: & auersum reuocat, & refugientem quodammodo ad se redire compellit & attrahit. In omnibus implet quod dictum est: Misericordia eius præueniet me. Cogitate quod dictum est, præueniet me. Si aliquid tuum primum attulisti, & ex tuo aliquo bono primo Dei misericordiam meruisti: non te præuenit. Quando autem vel intelligis, quia præuentus es, nisi intelligas quod ait Apostolus: Quid enim habes, quod non ac- 1. Cor. 4. b
cepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc est, misericordia eius præueniet me. Denique attendens omnia bona quæcunque habere possumus, siue in natura, siue in instituto, siue in ipsa conuersatione, in fide, in spe, in charitate, in bonis moribus, in iustitia, in timore Dei, totum non esse nisi ex illius donis: ita conclusit: Deus meus mi-
D sericordia mea.) Non inuenit impletus bonis Dei, quid appellaret Deum suum, nisi misericordiam suam. O nomen sub quo nemini desperandum est! Deus meus, inquit, misericordia mea. Quid est, misericordia mea? Si dicas, salus mea, intelligo quia dat salutem: si dicas, refugium meum, intelligo quia confugis ad eum: si dicas, fortitudo mea, intelligo quia dat tibi fortitudinem. Misericordia mea quid est? Totum quicquid sum, de misericordia tua est. Sed promerui te, inuocando te. Vt essem, quid feci? Vt essem qui te inuocarem, quid egi? Si enim egi aliquid vt essem, iam eram antequam essem. Porrò si omnino nihil eram antequam essem, nihil te promerui vt essem. Fecisti vt essem, & non tu fecisti vt bonus essem? Dedisti mihi vt sim, & potuit mihi alius dare vt bonus sim? Si tu mihi dedisti vt sim, & alius mihi dedit vt bonus

sim:

sim: melior est ille qui mihi dedit vt bonus sim, quàm
A ille qui mihi dedit vt sim. Porrò quia te nemo melior, nemo te potentior, nemo te in misericordia largior: à quo accepi vt essem; ab illo accepi vt bonus essem. Deus meus misericordia mea.

IN PSALMVM LIX. ENARRATIO.

TITVLVS Psalmi huius aliquantũ prolixus est: sed non nos terreat, quia Psalmus breuis est. Tãquam ergo aliquantulum prolixiorem Psalmũ audierimus, sic intendamus: quoniam in nomine Christi nutritis & nutriendis loquimur in ecclesia Dei, nec alienis à sapore istarum literarum à quibus mundus alienus est, non quasi rudia vobis ista semper esse debent. Si enĩ ea quæ sępissimè audistis, cum iocunditate in ore cogitationis ruminastis, nec obliuione tanquã in ventre sepelistis: eadem ipsa recordatio vestra, & memoria multum nos poterit adiuuare, ne multum loquamur ad enodanda quasi rudibus ea, quę iam vos nosse nouimus. Certè illud meminimus sæpe vos audisse quod dicimus: Vix est vt in Psalmis inueniamus vocem, nisi Christi & Ecclesiæ, aut Christi tantùm, aut Ecclesiæ tantùm, quod vtique ex parte & nos sumus. Ac per hoc quando vo-
B ces nostras agnoscimus, sine affectu agnoscere nõ possumus: & tanto magis delectamur, quanto in idem nos esse sentimus. Dauid rex vnus homo fuit, sed nõ vnum hominem figurauit: quando scilicet figurauit Ecclesiã ex multis constantem, distentam vsque ad fines terræ. Quando autem vnum hominẽ figurauit, illum figura-
i. Tim. 2. b uit qui est mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. In hoc ergo Psalmo, vel potius in huius Psalmi titulo, dicuntur quędam victoriosa Dauid, quòd fortiter fecerit debellãdo quosdam inimicos, & eos tributarios faciendo: quando post mortem Saulis perse-
C cutoris sui, regnum illius accepit manifestum in Israël. Nam & antequam persecutionem pateretur, rex erat, sed Deo tantùm notus erat. Postea ergo iã manifestato regno, & euidenter atque eminenter accepto, debellauit eos qui in hoc titulo commemorantur, & natus est Psalmi titulus ita: In finem pro his qui immutabuntur in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrinam, cùm succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Sali-
2. Reg. 8. d narum duodecim milia.) Legimus hæc in libris regnorum, istos oẽs quos nominaui, debellatos esse à Dauid: id est, Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, Ioab, Edom. Facta sunt ista, & quemadmodum facta sunt, ita sibi conscripta sunt, ita leguntur: legat qui vult. Verumtamen sicut solet propheticus spiritus in Psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerũ gestarum, & aliquid dicere quod in historia non inuenitur, & hinc potius admonere, non propter cognoscen-
Psal 35. das res gestas esse huiusmodi titulos inscriptos, sed D
1. Reg. 21. d propter futura præsiguranda: sicut dictum est, quòd coram Abimelech mutauit vultum suum, & dimisit eum, & abiit; cùm indicet Scriptura regnorũ hoc eum non fecisse coram Abimelech, sed coram Achis rege: ita & in hoc titulo inuenimus aliquid, quo cõmonea-
mur ad aliquid. Nanque in illa narratione bellorum
2. Reg. 8. a. b. fortiũmque factorum regis Dauid, vbi hi omnes quos commemorauimus, debellati sunt, cum aliquid succendisse non legimus. Hic autem maximè hoc positum est, quod ibi non est scriptum, quia succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal. Iam ergo incipiamus secundum rerum futurarum significationes ista discutere, & opacitatem vmbrarum in lucem verbi reuocare. In finem.) quid sit nostis: finis enim legis

Christus est. Eos qui immutabũtur.) nostis. Qui enim, Rom. 10. a
nisi qui à veteri vita in nouam transeunt? Absit enim vt hic culpanda immutatio intelligatur. Non quomodo immutatus est Adam à iustitia ad iniquitatem, & à Gen. 3. b.
deliciis ad laborem: sed quomodo mutãtur illi quibus dictum est: Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc au- Ephes. 5. b
tem lux in Domino. Immutantur autem isti: In tituli inscriptionem.) Nostis tituli inscriptionem. Titulus infixus est, super crucem Domini scriptus: Hic est rex Iudæorum. Mutantur in huius tituli inscriptionem, qui Matt. 27. c
in regnum Christi transeũt à regno diaboli. Bene mu- Ioan. 19. d
tantur in huius tituli inscriptionem. Mutantur autem, sicut sequitur, in doctrinã. Cùm enim dixisset pro his qui immutabuntur in tituli inscriptionem, addidit: Ipsi Dauid in doctrinam.) Id est, mutantur non sibi, sed ipsi Dauid, & mutantur in doctrinam. Non enim ita rex Ioan. 18. f
Christus, quasi seculo regnaturus: cùm apertè dixerit:
B Regnum meum non est de hoc mundo. Ergo in eius gratiam & doctrinam transeamus, si volumus in conscriptionem tituli commutari, non nobis, sed ipsi Da- 2. Cor. 5. c
uid: vt qui viuunt iam, non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Quando ergo nos mutaret Christus, nisi fecisset quod dixit: Ignem veni mitte-
re in mundum? Si ergo Christus venit mittere in mun- Luc. 12. f
dum ignem, vtique salubriter atque vtiliter, non quomodo missurus est mundum in ignem, sed quomodo ignem in mundum? Quoniam ergo venit ignem mittere in mundum, quæramus iam quid sit Mesopotamia quę succensa est, quid sit Syria Sobal. Interpretationes ergo nominum interrogemus secundum Hebræum eloquium, quo primum hæc Scriptura locuta est. Mesopotamiam) Dicunt interpretari eleuatam vocationem. Iam totus mundus vocatione eleuatus est. Syria) Interpretatur sublimis. Sed illa quæ erat sublimis,
C incensa est & humiliata: & quemadmodum humiliata est quæ fuerat exaltata, sic exaltetur quæ fuerat humiliata. Sobal) Interpretatur vana vetustas. Gratias Christo qui eam succendit. Quando vetera virgulta succenduntur, vitiecta succedunt: & alacriùs & vberiùs & viridiùs noua nascuntur, cùm ea ignis in vetustorum succensione præcesserit. Non ergo timeatur ignis Christi, si fœnum combusserit. Omnis enim caro Esaiæ 40. b
fœnum, & omnis claritas hominis sicut flos fœni. Succendit ergo ista illo igne. Et conuertit Ioab.) Ioab interpretatur inimicus. Conuersus est inimicus. Quod vis intellige: Si conuersus in fugam, diabolus est: si conuersus ad fidem, Christianus est. Quomodo in fu-
gam? De corde Christiani. Princeps huius mundi, in- Ioan. 12. c
quit, nunc missus est foras. Conuersus autem ad Dominum Christianus, quare inimicus conuersus? Quia fidelis factus, qui fuerat inimicus. Percussit Edom.) Interpretatur Edom terrenũs. Debuit percuti terrenus iste. Vt quid enim viueret terrenus, qui cælestis de-
bet viuere? Interfecta est ergo vita terrena, viuat cæ- D
lestis. Sicut enim portauimus imaginem terreni, por- 1. Cor. 15. f
temus, & imaginẽ eius qui in cælis est. Vide illũ inter-
fici. Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram. Cùm autẽ percussisset Edom, percussit duodecim mi- Colos. 3. b
lia in valle Salinarum.) Duodecim milia perfectus est numerus, cui perfecto numero etiam duodenarius Apostolorum numerus deputatur: non enim frustra, nisi quia per totum mundum mittendũ erat verbum. Verbum autem Dei quod est Christus, in nubibus, hoc est in prædicatoribus veritatis. Mundus autem quatuor partibus constat. Quatuor eius partes notissimæ sunt omnibus, & sæpe in Scripturis memoratæ: quæ etiam quatuor venti dictæ sunt, oriens, occidens, aquilo & meridies: Ad omnes istas quatuor partes missum est Zach. 17. c

verbum,vt in trinitate oēs vocarentur.Duodenarium numerū, ter quaterni faciunt. Meritò ergo duodecim millia terrena percussa sunt,totus mūdus percussus est: A de toto enī mūdo electa est Ecclesia,mortificata à terrena vita.Quare, In valle salinarum?) Vallis humilitas est,salinæ saporē significant. Multi enim humiliantur, sed vanè & fatuè, in vana vetustate humiliantur. Patitur quis tribulationē pro pecunia,patitur tribulationē pro honore temporali, patitur tribulationem pro cōmodis vitæ huius:passurus est tribulationē,& humiliādus.Quare nō propter Deū: quare non propter Christum? Matth.5.b quare nō propter saporē salis? An nescis tibi esse dictū: Vos estis sal terræ?& si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valebit aliud, nisi vt foras proiiciatur.Bonum est ergo sapiēter humiliari.Ecce nunc nónne humiliātur hæretici?Nónne leges contra illos datæ sunt etiam ab hominibus,cōtra quos diuinæ regnāt,quæ illos antè etiam condemnauerant?Ecce humiliantur,ecce fugantur,ecce persecutionem patiuntur, sed sine sapore: pro fatuitate,pro vanitate. Iam enim sal infatuatū est: B ideo proiectum est foras,vt cōculcetur ab hominibus. Audiuimus titulū Psalmi,audiamus etiam verba Psalmi. Deus repulisti nos & destruxisti nos.) Nunquid ille Dauid loquitur qui percussit, qui succendit, qui debellauit,& non illi quibus hæc fecit,vt percuterētur & repellerentur qui mali erant,& rursus viuificarentur,& redirent vt boni essent?Istam quidē stragē fecit Dauid ille manu fortis Christus noster, cuius figurā gerebat ille homo,fecit ista, dedit hāc stragē gladio suo & igne Luc.12.f Matt.10.d suo:nā vtrunque attulit in hunc mundū.Et ignem veni mittere in mundū, habes in Euāgelio:& gladium veni mittere in terrā,habes in Euangelio. Attulit in ignem 2.Reg.8.c vnde succenderetur Mesopotamia Syriæ,& Syria Sobal: attulit gladium vnde percuteretur Edō.Iam ergo ista strages facta est propter eos qui immutātur in tituli inscriptionē ipsi Dauid. Audiamus ergo eorum vocē:salubriter percussi sunt,erecti loquātur. Dicāt ergo C mutati in melius, mutati in tituli inscriptionē,immutati in doctrinam ipsi Dauid:dicāt:Deus repulisti nos,& destruxisti nos:Iratus es,& misertus es nostri.)Destruxisti nos vt ædificares nos.Destruxisti nos malè ædificatos, destruxisti vanam vetustatē: vt sit ædificatio in nouū hominem,ædificatio mansura in æternum.Meritò iratus es,& misertus es nostri.Nō misereris, nisi irascaris.Destruxisti nos in ira tua: sed ira tua in vetustatē nostram fuit, vt destrueretur vetustas.Sed misertus es nostri propter nouitatem, propter eos qui immutātur in tituli inscriptionem:quia & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. 2.Cor.4.d Commouisti terram,& conturbasti eam.) Quomodo conturbata est terra? Conscientia peccatorum. Quò imus? Quò fugimus, quando ille gladius vibratus est? Matt.3.a Agite pœnitentiam: appropinquauit enim regnum cælorum.Commouisti terram,& conturbasti eam:Sana contritiones eius, quoniam mota est.) Non digna est sanari,si mota non est.Sed loqueris,prędicas,minaris de Deo,venturum iudicium non taces,præceptum Dei mones, ab his rebus non quiescis: & qui audit, si non timet,si nō mouetur, non est dignus sanari.Audit alius,mouetur,stimulatur, pectus tūdit, lachrymas fūdit:sana contritiones eius, quoniā mota est. Post hæc, percusso terreno, succensa vetustate, mutato homine in melius, facta luce eis qui tenebræ fuerunt; sequitur Eccl.2.a quod alibi scriptum est: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Prior labor vt displiceas tibi, vt peccata expurges, & muteris in melius. Secundus labor, pro eo quòd mutatus es ferre tribulationes & tentationes huius seculi: & inter illas perseuerare vsque in finē.De his ergo cū loqueretur has significās,quid subiungit?Ostendisti plebi tuæ dura.)Iam plebi tuæ,factæ tributarię,post victoriā Dauid.Ostēdisti plebi tuæ dura.In quibus?In persecutionibus quas pertulit Ecclesia Christi, quando tantus martyrum sanguis effusus est. Ostendisti plebi tuæ dura:Potasti nos vino stimulationis.)Quid est,stimulationis?Nō perēptionis.Nō enim erat perēptio perdens,sed medicina vrens.Potasti nos vino stimulationis.Quare hoc?Dedisti metuentibus te significationē,vt fugiant à facie arcus.)Per tribulationes,inquit,tēporales,significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni.Dicit enim apostolus Petrus: Tēpus est vt 1.Petr.4.d iudicium incipiat à domo Dei.Et exhortans martyres ad tolerātiam cùm sæuiret mundus,cùm strages à persecutoribus fierent, cùm longè latéque sanguis fidelium funderetur, cùm in catenis,in carceribus, in tormentis,multa dura Christiani paterentur.Ne in his ergo duris deficerent,eos alloquitur Petrus: Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei.Et si initium à nobis, qualis finis erit eis qui non credunt Dei Euangelio?Et Ibidem. si iustus vix saluus erit,peccator & impius vbi parebūt? Quid ergo futurum est in iudicio? Arcus est extentus, adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione. Et videte quid sit in arcu. Nónne sagitta in priora mittenda est? Neruus tamen retrò retenditur in contrarium quà illa mittenda est: & quanto plus erit eius extensio retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora. Quid est quod dixi? Quanto magis differtur iudicium, tanto maiore impetu venturum est. Ergo & de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi suæ significationem, vt fugiat à facie arcus: vt exercitati fideles eius in tribulationibus temporalibus, digni sint euadere damnationem ignis æterni, quæ inuentura est omnes qui ista non credunt. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Vt liberentur dilecti tui, saluum me fac dextera tua, & exaudi me.) Dextera tua Domine saluum me fac:ita saluum me fac,vt ad dexteram stem. Saluum me fac dextera tua:non salutem temporalem quæro, de hac fiat voluntas tua. Ad tempus quid nobis prosit, penitus ignoramus(quid enim oremus sicut oportet, nescimus) Rom.8.c sed saluum me fac dextera tua, vt & si in tempore isto tribulationes aliquas patiar,transacta nocte omnium tribulationum ad dexteram inueniar inter oues, non ad sinistram inter hædos. Saluum me fac dextera tua, & exaudi me. Quia Matth.25.c Psal.59. iam illud peto quod dare vis, non verbis delictorum meorum clamo per diem & nocte vt non exaudias, & non ad insipientiam mihi, sed vtique ad commonitionem: addendo saporem de valle salinarum, vt in tribulatione nouerim quid petam. Peto autem vitam D æternam, ergo exaudi me, quia dexteram tuam peto. Intelligat ergo charitas vestra omnem fidelem habentem in corde verbum Dei, cum timore timentem iudicium futurum, viuentem probabiliter, ne de illo blasphemetur nomen sanctum Domini eius, multa deprecari secundum seculum, & non exaudiri: ad vitam autem æternam semper exaudiri. Quis enim sanitatem non petat cùm ægrotat? Et tamen fortè adhuc ægrotare ei vtile est. Potest fieri vt hic non exaudiaris: non tamen exaudiris ad voluntatem, vt exaudiaris ad vtilitatem. At verò cùm illud petis, vt det tibi vitam æternam Deus, vt det tibi regnum cælorum Matth.6.d Matt.25.c Deus, vt det tibi ad dexteram filij sui stare, cùm venerit iudicare terram:securus esto; accipies; si modò non accipis:nō enim iam venit tempus vt accipias. Exaudiris & nescis. Quod petis agitur, & si nescis in

in quo agitur.In radice res est, nondum in fructu. Saluū me fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus est A in sancto suo.) Quid times, ne non fiat quod Deus locutus est?Si haberes aliquem grauem amicū & sapientem,quomodo diceres?Ille locutus est hęc,fiat necesse est quod locutus est. Vir grauis est,non leuitate vtitur, nō facilè de sentētia dimouetur, quod promisit fixum est.Sed tamen homo est,qui aliquando quod promisit facere vult, & non potest. De Deo non est quod tu timeas.Quia verax est,constat:quia omnipotens est,cōstat:fallere te non potest,habet vnde faciat.Quid ergo times ne decipiaris?Opus est vt tu te nō decipias,&perseueres vsque in finē, cùm daturus est quod promisit. 2.Cor.5.d. Deus locutus est in sancto suo.In quo sancto suo?Deus erat in Christo,mundum recōcilians sibi. In sancto illo, de quo alibi audistis, Deus in sancto via tua. Deus locutus est in sancto suo: Lætabor & diuidā Sichimā.) Psal.76. Quia Deus hoc locutus est,fiet:vox Ecclesiæ est:Deus locutus est in sancto suo.Non verba dicit quę Deus lo- B cutus est.Sed quoniam Deus locutus est in sancto suo, nec fieri aliquid potest, nisi quēadmodum locutus est Deus:consequenter ista eueniunt.Lætabor& diuidam Sichimam:Et conuallē tabernaculorum dimetiar.)Sichima,humeri interpretatur.Secundum historiam verò,Iacob rediens à Laban socero suo cū omnibus suis, Genes.35.a abscondit idola in Sichima quæ habebat de Syria: vbi diu peregrinatus tandē aliquando inde veniebat. Tabernacula autē fecit ibi propter oues suas & armēta,& appellauit locum illum tabernacula.Et hęc,inquit Ecclesia,diuidam. Quid hoc est,diuidam Sichimā? Si ad historiam vbi abscondita sunt idola, referatur,gentes significat.Diuido gentes. Quid est, diuido?Non enim 1.Thes.3.a est omnium fides.Quid est,diuido?Alij credent,alij nō credent:sed tamen non timeant qui credūt,inter illos qui non credūt.Diuisi sunt enim nunc fide,postea diui- Matt.25.c. dētur in iudicio:oues ad dexteram, hædi ad sinistram. C Ecce inuenimus quemadmodū Ecclesia diuidat Sichimam.Quomodo diuidit humeros? Secundum nominis interpretationem diuiduntur humeri,vt alios grauent peccata sua,alij tollant sarcinam Christi. Hume- Matt.11.d. ros enim pios quærebat,cùm diceret: Iugum enim meū lene est,& sarcina mea leuis est. Alia sarcina premit & aggrauat te,Christi autē sarcina subleuat te. Alia sarcina pondus habet,Christi sarcina pennas habet. Nam & aui si pennas detrahas,quasi onus tollis:& quo magis onus abstulisti, eo magis in terra remanebit. Quam exonerare voluisti, iacet.Non volat,quia tulisti onus: redeat onus, & volat. Talis est Christi sarcina. Portent illam homines,non sint pigri,non attēdantur illi qui eam ferre nolunt:ferant illam qui volunt,& inuenient quàm sit leuis, quàm suauis, quàm iocunda, quàm rapiens in cælum, & à terra eripiens. Diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. D Fortè propter oues Iacob, conuallis tabernaculorum intelligitur gens Iudæorum, & ipsa diuiditur: nam transierunt inde qui crediderunt, foris reliqui remanserunt. Meus est Galaad.) Nomina sunt ista lecta in literis Dei.Galaad habet interpretationis suæ vocem & magni sacramenti. Interpretatur enim aceruus testimonij. Quantus aceruus testimonij in martyribus? Meus est Galaad, meus est aceruus testimonij: mei al.alij sunt martyres veri.Moriantur † mali pro vetusta vanitate sua sine sale, nunquid pertinent ad aceruum testi- 1.Cor.13.b monij? Quia & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Cùm autem quodam loco moneret Dominus de Matt.9.g. pace retinenda,præmisit salem:Habete, inquit,in vobis salem,& pacē habere inter vos. Ergo meus est Galaad: sed Galaad, id est, aceruus testimonij, in magna tribulatione euidenter factus est. Tunc ignominiosa Ecclesia erat in omnibus hominibus, tunc opprobriū illi viduæ obiectabatur, quia Christi erat,quia signum crucis in fronte portabat. Nondum erat honor,crimē erat tunc. Quando ergo non honor, sed crimen erat, tunc factus est aceruus testimonij: & per aceruum testimonij dilatata est charitas Christi, & per dilatationem charitatis Christi occupatæ sunt gētes. Sequitur: Et meus est Manasses.) Quod interpretatur oblitus. Huic enim dictum erat: Confusionem in perpetuum obliuisceris,& ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor.Erat ergo confusio Ecclesiæ aliquādo,quam mo- Esa.54.a. dò oblita est: confusionis enim & ignominiæ viduitatis suę iam non est memor.Quando enim erat quędam cōfusio inter homines, aceruus testimonij factus erat. Modò iam nemo vel meminit illius confusionis,quando ignominia erat esse Christianum:iam nemo meminit,iā omnes obliti sunt,iam meus est Manasses. Et Effrem fortitudo capitis mei.)Effrem fructificatio interpretatur,Mea,inquit,fructificatio, & hęc fructificatio fortitudo est capitis mei. Caput enī meū Christus est. Et vnde fructificatio fortitudo eius? Quia nisi granum caderet in terram,non multiplicaretur,solum remaneret.Cecidit ergo in terram Christus in passione, & secuta est fructificatio in resurrectione. Et Effrem fortitudo capitis mei.Pendebat & contemnebatur: granū erat intus,habebat vires trahendi post se omnia.Quo- Ioan.12.d. modo in grano numeri seminum latentium,in terra iactum nescio quid apparet oculis,sed vis conuertens in se materiam & proferens fructum abscondita est;sic in Christi cruce abscondita erat virtus, apparebat infirmitas.O magnum granum!Certè infirmus est pendēs, certe ante illum caput plebs illa agitauit,certè dixerūt: Si filius Dei est, descendat de cruce. Audi fortitudinē Matt.27.c. eius: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Meritò tanta fructificatio consecuta est: hæc mea est, 1.Cor.1.d. dicit Ecclesia.Iuda rex meus.)Iuda rex meus.Quis Iuda? qui de tribu Iuda. Quis Iuda, nisi cui dixit ipse Ia- Gen.49.b. cob,Iuda te laudabunt fratres tui?Iuda rex meus.Quid ergo timeam, quando Iuda rex meus dicit: Nolite timere eos qui occidunt corpus? Matt.10.c. Iuda rex meus: Moab olla spei meæ.)Quare olla?Quia tribulatio. Quare spei meæ? Quia præcessit Iuda rex meus. Quia enim præcessit † te, debes sequi.Quid times?Quà præcessit? per al.tu. tribulationes,per angustias,per opprobria. Septa erat via,sed antequam transiret:posteaquam trāsiit, sequere,iam patet via illius transitu.Singularis ego sum, inquit, sed quousque transeam. Singulare granum, sed Psal.140. quoadusque transeat:cùm transierit, sequetur fructifi- Ioan.12.d. catio.Iuda rex meus.Ergo quia Iuda rex meus: Moab olla spei meæ.Moab intelligitur in gentibus. Nata est enim ista gens de peccato, nata est ista gens de filiabus Lot, quæ cum patre inebriato concubuerunt, malè vtentes patre.Melius erat vt steriles remanerent,quàm sic matres fierent. Erat autem illa figura quædam eorū qui malè vtuntur lege.Nolite enim attendere,quia lex in Latina lingua feminini generis est,in Græca masculini est: sed siue sit feminini generis in loquendo, siue masculini, non præscribit veritati locutio. Lex enim magis masculinam vim habet,quia regit, non regitur. Porrò autem apostolus Paulus quid ait?Bona est lex, si 1.Tim.1.b. quis ea legitimè vtatur. Illæ autem filiæ Lot non legitimè vsæ sunt patre. Quomodo autem nascuntur opera bona, cùm quisque lege bene vtitur; sic nascuntur opera mala, cùm lege quisque malè vtitur. Proinde malè illę vtentes patre,hoc est,malè vtētes lege,generauerunt Moabitas:per quos significantur opera mala.

Inde tribulatio Ecclesiæ, inde olla ebulliẽs. De hac ol-
la quodam loco propheticè dicitur: Olla succensa ab A
aquilone. Vnde nisi à partibus diaboli, qui dixit: Ponã
Hier. 1.e Esaiæ 14.c sedem meam ad aquilonem? Tribulationes ergo ma-
ximę non oriuntur aduersum Ecclesiam, nisi ab eis qui
lege malè vtuntur. Quid ergo? Defectura est hinc Ec-
clesia, & propter ollam, id est, abundantiam scandalo-
rum, non erit perseueratura vsque in finem? Nónne Iu-
Matt. 24.b da rex illius prædixit hoc ei? Nónne ait illi: quoniam
abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ? Ol-
la bulliẽte charitas refrigescit. Quare nõ potius ô cha-
ritas, & tu contra ollam feruescis? An ignoras tibi esse
dictum, cùm de illa abundantia scandalorum rex tuus
loqueretur: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic sal-
uus erit? Perseuera ergo vsque in finem contra ollam
scandalorũ. Ardet olla iniquitatis, sed maior est flam-
ma charitatis. Noli vinci, perseuera vsque in finẽ. Quid
times Moabitas, opera mala eorum qui lege male vtũ-
tur? Quid enim? Iuda rex tuus qui præcessit, nónne tales
pertulit? Nescis Iudæos malè vtendo lege, Christũ oc-
cidisse? Ergo propera, & quà præcessit rex tuus seque-
re. Dic, Iuda rex meus. Et ex eo, quia Iuda rex meus,
Moab quid factus est? Olla spei meæ, non consumptio-
nis meæ. Vide in tribulationibus ollã spei, audi Apo-
Rom. 5.a stolum: Sed & gloriamur, inquit, in tribulationibus.
Olla est iam, sed vide istum, si explicat ollã spei. Scien-
tes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ
probationem, probatio spem. Si tribulatio patiẽtiam,
patientia probationem, probatio spem, olla est autem
tribulatio quæ operatur spem: meritò Moab olla spei
meæ. Spes autem non confundit. Et quid? Ferues con-
tra ollam? Ita planè, quia charitas Dei diffusa est in cor-
dibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis.
In Idumæam extendam calceamentũ meum.) Eccle-
sia loquitur, perueniam vsque in Idumæam. Sæuiant
tribulationes, bulliat scandalis mundus, extẽdam cal-
ceamentum meum vsque in Idumæam: vsque ad eos
al. degunt. ipsos, qui terrenam vitam † diligũt. Quoniam Idumæa
interpretatur terrena, vsque ad ipsos, vsque in Idumæã
Rom. 10.c extendam calceamentũ meum. Cuius rei calceamen-
tũ, nisi Euangelij? Quàm speciosi pedes eorum qui an-
nunciant pacem, qui anũnciant bona? &, Calceati pe-
Ephes. 6.c des in præparationem Euangelij pacis. Prorsus quoniã
Rom. 5.a tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ proba-
tionem, probatio spem, olla non me consumet: chari-
tas enim Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ
sanctum qui datus est nobis. Non deficiamus Euange-
lium prædicare, non deficiamus Dominum annuncia-
re, vsque in Idumæam extendam calceamentum meũ.
Nónne seruiunt & ipsi terreni? Etsi cupiditatibus terre-
nis obligantur, Christum tamen adorant. Hodie vide-
mus fratres, quàm multi terreni cõmittunt pro lucro
fraudes, pro fraudibus periuria, ,ppter timores, sorti-
legos, mathematicos consulũt, omnes isti Idumæi ter-
reni: & tamen omnes isti adorant Christũ, sub calceamento ipsius sunt: iam vsq; in Idumæam extendit calceamentum suum. Mihi Allophyli subditi sunt.) Allophyli qui sunt? Alienigenæ non pertinentes ad genus meum. Subditi sunt, quia multi adorant Christum, & non sunt regnaturi cum Christo. Mihi Allophyli subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem circũstantiæ?)
Quæ est ciuitas circunstantiæ? Si meministis, iam eam
Psal. 58. commemorauì in alio Psalmo, vbi dictum est, & circumibunt ciuitatem. Circunstantiæ enim ciuitas gentium circumfusio est, quę circumfusio gentium in medio habebat vnam gentem Iudæorum, colentem vnũ Deum: cętera circumfusio gentium idolis supplicabat, dæmonib. seruiebat. Et mysticè vocata est ciuitas circunstantiæ: quia vndique se gentes circunfuderant, &
ei circunsteterant quæ colebat vnum Deum. Quis de-
ducet me in ciuitatem circunstantiæ? Quis, nisi Deus?
Hoc vult dicere, quomodo deducet per illas nubes, de
quibus dictum est: Vox tonitrui tui in rota. Rota ipsã Psal. 76.
est ciuitas circunstantiæ, quæ dicta est rota: id est, orbis
terrarum. Quis deducet me in ciuitatem circũstantiæ?
Quis deducet me vsque in Idumæã?) Id est, vt regnem
etiam terrenis, vt me venerentur etiam qui de me non
sunt, qui de me nolunt proficere. Quis deducet me in
Idumæam. Nónne tu Deus qui repulisti nos? & non
egredieris Deus in virtutibus nostris. Nónne tu nos
deduces qui nos repulisti? Sed quare repulisti nos? Quia
destruxisti nos. Quare destruxisti nos? Quia iratus es, &
misertus es nostri. Tu ergo deduces qui repulisti nos:
qui non egredieris Deus in virtutibus nostris, tu nos
deduces. Quid est, non egredieris in virtutibus nostris?
B Sæuiturus est mundus, conculcaturus est nos mundus,
futurus est aceruus testimonij effuso martyrũ sanguine: & dicturi sunt pagani sæuientes: Vbi est Deus eorũ?
Tunc non egredieris Deus in virtutibus nostris, non
contra eos apparebis, non ostendes potentiam tuam,
qualem ostendisti in Dauid, in Moyse, in Iesu Naue,
quando eorũ fortitudini gentes cesserunt, & strage facta, magnáque reddita vastitate in terram quã promisisti, plebem tuam induxisti. Hoc tunc non facies, non
egredieris Deus in virtutibus nostris, sed intus operaberis. Quid est, non egredieris? Non apparebis. Certè
enim quando catenati martyres ducebantur, quando
includebantur in carcere, quando ludibrio habendi
producebantur, quando bestiis subigebantur, quãdo
percutiebantur ferro, quando igne cremabantur: nónne contemnebantur tanquam deserti, tanquam sine
adiutore? Quomodo Deus operabatur intus? quomo-
do intus consolabatur? quomodo eis dulcem faciebat
C spem vitę æternę? quomodo non deserebat corda eorum, vbi homo habitat in silentio, bene si bonus: malè
si malus? Nunquid ergo quia non egrediebatur in virtutibus eorũ, ideo deserebat? Nónne magis non egrediendo in virtutibus eorum, deduxit Ecclesiam vsque
ad Idumęam, deduxit Ecclesiam vsque in ciuitatẽ circũstantię? Si enim bellare vellet Ecclesia & gladio vti,
videretur pro vita pręsenti pugnare: quia verò cõtemnebat vitam pręsentẽ, ideo factus est aceruus testimonij de vita futura. Tu ergo Deus qui non egredieris in
virtutibus nostris: Da nobis auxiliũ de tribulatione, &
vana salus hominis.) Eant nunc qui salutẽ non habent,
& optent salutem temporalem suis, quę est vana vetustas. Da nobis auxiliũ: inde da vnde putabaris deserere, inde subueni. Da nobis auxilium de tribulatione, &
vana salus hominis. In Deo faciemus virtutẽ, & ipse ad
nihilum deducet inimicos nostros.) Nõ faciemus virtutem in gladio, non in equis, nõ in loricis, non in scu-
tis, nõ in potentatu exercitus, non foris. Sed vbi? Intus
D vbi latemus. Vbi intus? In Deo faciemus virtutem: &
quasi abiecti, & quasi conculcati, quasi nullius mométi
homines erimus, sed ipse ad nihilum deducet inimicos
nostros. Denique factũ est hoc. Cõculcati sunt martyres: patiendo, perferendo, vsque in finem perseuerãdo,
in Deo fecerunt virtutẽ. Fecit & ipse quod sequitur: ad
nihilũ deducet inimicos nostros. Vbi fũt modò inimici martyrũ, nisi fortè quia modò eos ebriosi calicibus
persequũtur, quos tũc furiosi lapidibus persequebãtur?

IN PSALMVM LX. ENARRATIO.

CONSIDERANDVM cum vestra charitate Psalmum istum suscepimus. Breuis est, aderit Dominus

tus vt sufficienter ex eo & breuiter loquamur, quan-
tum adiuuerit ipse qui nos iubet loqui. Sic ero volenti- A
bus officiosus, vt non sim tardis molestus: nec paucis
multus, nec occupatis onerosus. Titulus eius non nos
tenet. Est enim, In finẽ, in hymnis ipsi Dauid.) In hym-
nis, vtique laudibus: in finẽ, vtique in Christũ. Finis e-
nim legis Christus est, ad iustitiã omni credẽti. Et ipsi
Rom. 10.a. Dauid, non aliũ quàm ipsum accipere debemus, qui
Matt. 1.a. venit ex semine Dauid: vt esset homo inter homines,
& æquales angelis faceret homines. Vocẽ autẽ in isto
Psalmo (si in membris eius & in corpore sumus, sicut
illo exhortante præsumere audemus) nostrã debemus
agnoscere, non alicuius extranei. Nostram autem non
sic dixi, quasi eorũ tantùm qui in præsentia sumus mo-
dò: sed nostram qui sumus per totũ mundũ, qui sumus
ab oriente vsque in occidentem. Et vt noueritis sic es-
se vocem nostram, loquitur hic quasi vnus homo: nõ
est autem vnus homo, sed tãquã vnus vnitas loquitur.
In Christo autem nos omnes vnus homo: quia huius B
vnius hominis caput est in cælo, & membra adhuc la-
borant in terra. Et quia laborant, videte quid dicat:
Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi
meæ.) Quis dicit? Quasi vnus. Vide si vnus. A finibus
terræ ad te clamaui.) Iam ergo nõ vnus: sed ideo vnus,
quia Christus vnus, cuius omnes membra sumus. Nã
quis vnus homo clamat à finibus terræ? Non clamat à
finibus terræ, nisi hæreditas illa, de qua dictum est ipsi
Psal. 2. filio, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,
& possessionem tuam terminos terræ. Hæc ergo Chri-
sti possessio, hæc Christi hæreditas, hoc Christi corpus
hæc vna Christi Ecclesia, hæc vnitas quæ nos sumus,
clamat à finibus terræ. Quid autẽ clamat? Quod suprà
dixit, Exaudi Deus deprecationem meam, intende o-
rationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui. A finibus
terræ, id est, vndique. Sed quare clamaui hoc? Dũ an-
geretur cor meum.) Ostendit se esse per omnes gentes
toto orbe terrarum, nõ in magna gloria, sed in magna C
tẽtatione. Nãque vita nostra in hac peregrinatione nõ
potest esse sine tẽtatione: quia profectus noster per tẽ-
tationem nostram fit, nec sibi quisque innotescit nisi
tẽtatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vin-
cere nisi certauerit, nec potest certare nisi inimicum &
tẽtationes habuerit. Angitur ergo iste à finibus terræ
clamans, sed tamen nõ relinquitur. Quoniam nosipsos
quod est corpus suum, voluit præfigurare & in illo
corpore suo: in quo iam & mortuus est & resurrexit, &
in cælum ascendit: vt quò caput præcessit, illuc se mẽ-
bra secutura confidant. Ergo nos transfigurauit in se,
quando voluit tentari à satana. Modò legebatur in Eu-
angelio, quia Dominus Iesus Christus in eremo ten-
tabatur à diabolo. Prorsus Christus tentabatur à dia-
Matt. 4.a. bolo. In Christo enim tu tẽtabaris, quia Christus de te
sibi habebat carnem, de se tibi salutem: de te sibi mor-
tem, de se tibi vitam: de te sibi contumelias, de se tibi D
honores. Ergo de te sibi tentationem, de se tibi victo-
riam. Si in illo nos tentati sumus, in illo nos diabolũ
superamus. Attendis quia Christus tentatus est, & non
attendis quia vicit? Agnosce te in illo tentatum, & te
in illo agnosce vincentem. Poterat à se diabolum pro-
hibere: sed si non tentaretur, tibi tentando vincendi
magisterium nõ præberet. Itaque non mirum, si in-
ter tentationes positus iste clamat à finibus terræ.
Sed quare non vincitur? In petra exaltasti me.) Iam
ergo hic agnoscimus quis clamet à finibus terræ. Re-
colamus Euangelium: Super hanc petram ædificabo
Matt. 16.c. Ecclesiam meam. Ergo illa clamat à finibus terræ,
quam voluit ædificari super petram. Vt autem ædifi-
caretur Ecclesia super petram, quis factus est petra?
Paulum audi dicentem: Petra autem erat Christus. In
illo ergo ædificati sumus. Propterea petra illa in qua 1. Cor. 10.a. Matt. 7.d.
ædificati sumus, prior percussa est ventis, flumine, plu-
uia, quando Christus à diabolo tẽtabatur. Ecce in qua Matt. 4.a
firmitate te voluit stabilire. Meritò non vacat vox no-
stra, sed exauditur. In magna enim spe positi sumus. In
petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes
mea.) Ille si nostra spes factus nõ esset, nõ nos deduce-
ret. Deducit tanquam dux, & in se ducit tanquam via,
& ad se perducit tanquam patria. Deducit ergo nos.
Vnde? quia factus est spes nostra. Vnde factus est spes
nostra? Ecce sic quomodo audistis quia tẽtat° est, quia
passus est, quia resurrexit, factus est spes nostra. Quid e-
nim nobis dicimus quando hæc legimus? Non enim
perdet nos Deus propter quos filium suũ misit tentari,
crucifigi, mori, resurgere. Non enim verè nos despicit
Deus propter quos filio proprio nõ pepercit, sed pro Matt. 4.a & 27.c.f.g.
nobis omnibus tradidit eum. Sic ergo factus est spes
nostra. In illo vides & laborem tuum, & mercedẽ tuã.
Laborẽ in passione, mercedem in resurrectione. Sic er-
go factus est spes nostra. Habemus enim duas vitas: sed
vnam in qua sumus, alteram quam speramus. In qua
sumus, nota nobis est: quã speramus, ignota nobis est.
Tolera in qua es, & habebis quam nondũ habes. Quo-
modo toleras? Vt non vincaris à tentatore. Laboribus
suis, tentationibus, passionibus, morte sua demonstra-
uit tibi vitam Christus in qua es: resurrectione sua de-
monstrauit tibi vitã in qua eris. Nos enim nõ noueram-
us nisi nasci hominem & mori: resurgere hominẽ &
viuere in æternũ, non noueramus. Suscepit quod no-
ueras, & demonstrauit quod nõ noueras. Ideo ergo fa-
ctus est spes nostra in tribulationibus, in tẽtationibus.
Vide Apostolum dicentem: Non solùm autem, sed & Rom. 5. a.
gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes quia tri-
bulatio patientiam operatur, patientia probationem,
probatio spẽ. Spes autem non confundit. Quoniã cha-
ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ san- C
ctũ qui datus est nobis. Ergo factus est spes nostra qui
dedit nobis spiritũ sãctũ. Et ambulamus modò ad spẽ:
nõ ambularemus, nisi speraremus. Quid ait ipse Apo-
stolus? Quod enĩ videt quis, quid sperat? Si autẽ quod
non videmus speramus, per patientiã expectamus. Et
item: Spe enim salui facti sumus. Deduxisti me, quia Rom. 8.e
factus es spes mea: Turris fortitudinis à facie inimici.)
Angitur cor meum, inquit, ista vnitas à finibus terręę, &
laboro inter tentationes & scandala. Inuident pagani,
quia victi sũt: insidiãtur hæretici pallio velati nominis
Christiani, intus in ipsa Ecclesia vim patitur frumentũ
à palea. Inter hæc omnia cùm angitur cor meum, cla- Matth. 5.e
mabo à finibus terręę. Sed nõ me deserit ipse qui me ex- Psalm. 60.a
altauit super petrã, vt deducat me vsque ad se, quia &
si laboro, diabolo per tot loca & tẽpora & occasiones
insidiante aduersus me, hic est mihi turris fortitudinis:
quò cum fugero, non solùm vitabo tela inimici, sed e-
tiam in illum † quę voluero secutus ipse iaculabor. Ipse al. quem.
enim Christus est turris: ipse nobis factus est turris à
facie inimici, qui est & petra super quam ædificata est
ecclesia. Caue ne feriaris à diabolo: fuge ad turrim.
Nunquam te ad illam turrim diabolica iacula secu- Matt. 16.e
tura sunt: ibi stabis munitus & fixus. Quomodo au-
tem fugies ad turrim? Ne fortè quisque in tentatio-
ne positus corporaliter quærat turrim istam: & cùm
eam non inuenerit, fatigetur ac deficiat in tentatio-
ne. Ante te est turris: recordare Christum, & intra in
turrim. Quomodo recordaris Christum, vt intres
in turrim? Quicquid pateris cogita, quia prior passus
est, & cogita quo fine passus est, vt moreretur & resur-
geret. Talem & tu finem spera qualis in illo præcessit,

& intrasti in turrim nõ consentiendo inimico. Si enim consenseris inimico, tũc ad te peruenit oppugnãtis iaculũ inimici. Tu potius in illũ iaculare tela, quibus feriatur, quibus vincatur. Quæ sunt ista tela? Verba Dei, fides tua, spes ipsa, tua bona opera. Non dico sic esto in ista turri, vt vaces ibi, & sufficiat tibi, ad te hostis tela quòd nõ perueniant: age ibi aliquid, nõ cessent manus. Opera bona tua gladij sunt interficiẽtes inimicum. Inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula.) Videtis quia ille de quo diximus, est qui clamat. Quis nostrũm est inquilinus vsque in secula? Paucis diebus hic viuimus, & transiuimus. Inquilini enim hic sumus, habitatores in cælo erimus. Ibi es inquilinus, vnde auditurus es vocem Domini Dei tui, migra. Nam de domo illa æterna in cælis nemo te iubebit migrare. Hic ergo inquilinus. Vnde etiam dicitur in alio Psalmo: Inquilinus ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hic ergo inquilini sumus, ibi Dominus nobis mãsiones dabit æternas: Multæ, inquit, mansiones sunt apud patrem meum. Mansiones illas non tanquam inquilinis dabit, sed tanquam ciuibus in æternum mansuris. Hic tamen fratres, quia non modico tẽpore futura erat Ecclesia in hac terra, sed hic erit ecclesia vsque in finẽ seculi: ideo hic dixit: Inquilinus ero in tabernaculo tuo, vsque in secula. Sæuiat quantũlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi præparet, scãdalis crebrescat, & faciat angi cor meũ: inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula. Nõ vincetur Ecclesia, nõ eradicabitur, nec cedet quibuslibet tentationibus: donec veniat huius seculi finis, & nos ab ista tẽporali æterna illa habitatio suscipiat, ad quã nos deducet qui factus est spes nostra. Inquilinus ero in tabernaculo tuo vsq; in secula. Si diu eris inquilinus, quasi hoc illi dicerem°, laboraturus ergo es in terra inter tantas tentationes: nã si paucorum dierũ hic esset Ecclesia, citò finirentur tentatoris insidiæ. Bene paucorũ dierũ velles esse tẽtationes. Sed quomodo colligeret natos oẽs, nisi diu hic esset, nisi vsque in finem protenderetur? Noli inuidere cæteris pòst futuris: noli quia iã trãsisti, pontẽ misericordiæ velle præcidere. Sit hic vsque in secula. Et quid de tentationibus quæ necesse est vt abũdẽt, quãto magis veniũt scãdala? Etenim ipse ait: Quoniã abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed illa ecclesia quæ clamat à finibus terræ, in his est de quibus sequitur dicẽs: Qui autẽ perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed vnde perseuerabis? Quæ vires tuæ inter tanta scandala, inter tantas tẽtationes, inter tãtas pugnas? Quibus viribus vincis hostẽ quẽ nõ vides? Nũquid tuis? Ergo quia vsque in secula erit inquilinus iste hic, quæ illi spes est vt duret? Cooperiar in velamento alarũ tuarũ.) Ecce quare securi sumus inter tantas tentationes, donec veniat finis seculi, & suscipiant nos secula æterna: quia cooperimur in velamẽto alarũ ipsi°. Æstus est seculi, sed magna vmbra est sub alis Dei. Cooperiar in velamẽto alarũ tuarũ: Quoniã tu Deus meus exaudisti orationẽ meam.) Quã? A qua cœpit. Exaudi Deus deprecationẽ meam, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui. Hoc ad te clamaui à finibus terræ. Ideo cooperiar in velamento alarum tuarum, quia exaudisti deprecationem meam. Admonemur ergo fratres, non cessare orando, quam diu tempus est tentationum. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuũ.) Perseueremus ergo in timore nominis Dei, æternus pater non nos fallit. Laborant filij, vt suscipiant parentum suorum hæreditatem, quibus mortuis successuri sunt: nos non laboramus accipere hæreditatem ab illo patre, cui non morienti succedimus, sed cum illo in ipsa hæreditate in æternũ viuamus. Dedisti hæreditatem timentibus nomẽ tuum. Dies super dies regis adiicies annos eius.) Hic est ergo rex noster cuius membra sumus. Rex Christus est: caput nostrũ, rex noster. Dedisti illi dies super dies: non solùm istos dies in isto tempore cum fine, sed dies super istos dies sine fine. Habitabo, inquit, in domo Domini, in longitudinem dierum. Quare in longitudinem dierum? Quia modò est breuitas dierum. Omnis enim res quæ finem habet, breuis est: sed regis huius dies super dies, vt non diebus solũ istis trãseuntibus regnet Christus in ecclesia sua: sed regnẽt cum illo sancti in diebus illis qui nõ habẽt finem. Ibi dies vnus est, & multi dies sunt. Quia multi dies sunt, dixi iã: In lõgitudinẽ dierũ: quia vnus dies sic intelligitur: Filius meº es tu, ego hodie genui te. Vnũ diem dixit hodie: sed iste dies nõ ponitur in medio inter hesternum & crastinum, nec initiũ eius finis est hesterni, nec finis eius initiũ est crastini. Nam & anni dicti sunt: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiẽt. Quomodo anni, sic dies, sic dies vnus. Quicquid vis dicis de æternitate. Ideo quicquid vis dicis: quia quicquid dixeris, minus dicis. Sed ideo necesse est aliquid dicas, vt sit vnde cogites quod nõ potest dici. Dies super dies regis adiicies annos eius: Vsque in diem generationis & generationis.) Generationis huius & generationis futuræ. Generationis huius quę comparatur lunæ: propter quod luna nascitur, crescit, perficitur, senescit & occidit, sic sunt generationes istæ mortales: & generatio qua regeneramur resurgendo, & permanebimus in æternum cum Deo, quando iam non sicut luna, sed quomodo, ait Dominus, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Luna enim figuratè in scripturis pro mutabilitate huius mortalitatis ponitur. Ideo ad Hiericho descendebat ille ab Hierusalem qui incurrit in latrones, quia Hiericho ciuitas verbum est Hebræum, & interpretatur Latinè luna. Descendebat ergo tanquam ab immortalitate ad mortalitatem: & meritò in itinere vulneratus à latronibus & semiuiuus relictus est ille Adam, ex quo est totum genus humanũ. Ergo dies super dies regis adijcies annos eius, vsque in diem generationis. Generationis mortalis accipio. Cuius generationis alterius mentionem fecisti? Cuius? Audi: Permanebit in æternum in cõspectu Dei:) Secundum quid, aut propter quid? Misericordiam & veritatem eius quis requirat ei?) Dicit & alio loco: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas: requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Magnus sermo de veritate & misericordia, sed breuitatem promisimus. Breuiter accipite quid sit veritas & misericordia: quia non paruum est quod dictum est: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Misericordia dicitur: quia non merita nostra attendit Deus, sed bonitatem suam, vt peccata nobis omnia dimitteret, & vitam æternam promitteret. Veritas autẽ: quia non fallit reddere quæ promisit. Agnoscamus hic eam & nos: faciamus vt quomodo nobis Deus exhibuit misericordiã suam & veritatem suam: misericordiam dimittendo peccata nostra: veritatem exhibendo promissa sua: sic & nos faciamus hic misericordiam & veritatem: misericordiam circa infirmos, circa egentes, circa inimicos etiam nostros, veritatẽ nõ peccando, nec adiiciendo peccatum super peccatum. Quoniam qui multum sibi pollicetur de misericordia Dei, surrepit in animũ ipsius vt faciat iniustum Deum, & putet, quia si permanserit peccator, & noluerit recedere ab iniquitatibus suis, veniat ille & ibi eum positurus sit, vbi ponit seruos suos qui ei obtemperant. Et iustum hoc erit, vt ibi te ponat perseuerantem in peccatis, vbi positurus est

est illos qui recesserunt à peccatis? Sic vis iniustus esse, vt & Deũ facias iniustũ? Quid vis ergo cõuertere Deũ ad voluntatem tuam? Tu conuertere ad voluntatem Dei. Quis est ergo qui hoc facit, nisi ex illis paucis, de quibus dicitur: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit? Meritò & hic misericordiã & veritatẽ eius quis requiret ei? Quid est, ei? Sufficeret quis requiret. Quare addidit, ei, nisi quia multi requirunt misericordiã eius, & veritatẽ discere in libris eius? Et cùm didicerint, sibi viuunt non illi: sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Prædicant misericordiam & veritatem, & nõ faciunt misericordiam & veritatem. Sed prædicando illam, norunt illam. Non enim prædicarẽt illã, si non nouissent illam. Sed qui Deũ amat & Christum, in prędicando misericordiam & veritatem ipsius, ipse illam requiret ei, nõ sibi: id est, nõ vt ipse habeat ex hac prædicatione commoda temporalia, sed vt prosit mẽbris ipsiũs, id est fidelibus eius, cum veritate ministrando quod nouit: vt qui viuit non iam sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Misericordiã & veritatem eius quis requiret ei? Sic psallã nomini tuo Deus in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem.) Si psallis nomini Dei, ne psallas ad tempus. Vis in seculũ seculi psallere? vis in æternum psallere? Redde ei vota tua de die in diem. Quid est, redde ei vota tua de die in diem? De die isto in diẽ illum. Perseuera reddere vota in isto die, donec venias ad illum diem: hoc est, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

IN PSALMVM LXI.
enarratio.

DELECTATIO diuinorum eloquiorũ, & dulcedo intelligendi verbi Dei, adiuuante ipso qui dat suauitatẽ, vt terra nostra det fructũ suũ, & nos ad loquendũ, & vos ad audiẽdũ exhortatur. Video vos sine fastidio audire, & gaudeo palato cordis vestri, à quo id q; salubre est, nõ respuitur, sed cũ auiditate percipitur, & vtiliter cõtinetur. Loquamur ergo vobis & hodie, quãtũ dñs donat, de isto Psalmo quẽ modò contauimus. Titulus eius est: In finẽ pro Idithũ, Psalmº ipsi Dauid.) Iam vobis insinuatum esse quid sit Idithun, recolo. Ex interpretatione enim Hebrææ linguæ vt ad nos peruenit, Latinè dicitur Idithun, transiliens eos. Transilit ergo iste qui cantat quosdam, quos desuper despicit. Videamus quousque transilierit: & quos transilierit: & vbi quamuis quosdã trasilierit positus sit. De quo spiritali quodã & securo loco intueatur ima, non ita respiciens vt cadat, sed vt moueat qui transiliuit pigros vt sequãtur, & laudet locũ quò trãsiliẽdo peruenit. Ita enim iste trãsiliẽs super aliquid est, vt sub aliquo sit: vnde prius nobis insinuare voluit, sub quo tutus sit vt illud quod trãsiliuit, non sit superbiæ sed profectus. In quodam ergo loco munito positus ait: Nónne Deo subiicietur anima mea?) Audierat enim: Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et trepidus ne trãsiliẽdo superbiret, nec elatus ex his quæ infra essent, sed humilis ex eo quòd supra esset: tanquã minãtibus ei ruinã inuidis qui eũ transiliuisse doluerãt, respõdit: Nónne Deo subiicietur anima mea: Quid est q; mihi veluti trãsiliẽti queritis laqueos? Insultatione deiicere me vultis, aut seductione decipere. Nunquid ita memini supra quod sum, vt oblitus sim sub quo sum? Nónne Deo subiecta erit anima mea? Quantumcunque accedam, quantumcunque ascẽdam, quantũcunque transiliam, sub Deo ero, non contra Deum. Securus ergo transcendo cætera, quando ille me sub se tenet qui est super omnia. Nónne Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse est Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius.) Scio quis supra me sit, scio quis prætẽdat misericordiã suã scientibus se, scio sub cuius alarũ tegmine sperem: non mouebor amplius. Agitis quidem vos, ait quibusdã, transiliẽs eosipsos quibus dicit: Agitis quidem vos vt mouear, sed nõ veniat mihi pes superbiæ. Ex hoc enim fit quod & in ipso Psalmo sequitur: Nec manus peccatorũ dimoueat me, cui cõsonat: Nõ mouebor amplius. Ad illud enim quod ibi dictum est, nec manus peccatorũ dimoueat me, respõdet hic, non mouebor amplius. Ad illud autẽ quod ibi dictũ est, non veniat mihi pes superbiæ, respondet hic: Nónne Deo subiecta erit anima mea? Ergo de superiori loco munitus est & tutus, cui factus est Dñs refugiũ, cui est ipse Deus in locũ munitum, respicit ad eos quos transiliuit, & despiciens eos loquitur tanquam de turri excelsa: nam & hoc dictũ est de eo: Turris fortitudinis à facie inimici. Attendite ergo ad eos, & dicit: Quousque apponitis super hominẽ?) Insultando, opprobria iaciendo, insidiando, persequẽdo, apponitis super hominem onera. Apponitis super hominem quantũ potest ferre homo: sed vt ferat homo, sub illo est qui fecit hominẽ. Quousque apponitis super hominẽ? Si ad hominẽ attẽditis: Interficite oẽs.) Ecce apponite, sæuite, interficite oẽs. Tãquã parieti inclinato & maceriæ impulsę.) Instate, impellite, quasi deiecturi. Et vbi est, Nõ mouebor amplio? Sed quare nõ mouebor amplio? Quia ipse est Deus salutaris meus, susceptor meº. Ergo homines potestis apponere hominẽ super hominẽ: nũquid super Deũ qui tuetur hominẽ? Interficite omnes. Quod tantũ spatiũ corporis in vno homine, vbi possit interfici ab omnibus? Sed debemus intelligere personã nostram, personam Ecclesiæ nostræ, personam corporis Christi. Vnus enim homo cũ capite & corpore suo Iesº Christus saluator corporis & mẽbrorũ corporis duo in carne vna, & in voce vna, & in passione vna, & cum transierit iniquitas, in requie vna. Passiones itaq; Christi nõ in solo Christo: imò passiones Christi non nisi in Christo. Si enim Christum intelligas caput & corpus, passiones Christi nõ nisi in Christo? Si autem Christũ intelligas solũ caput, passiones Christi nõ in solo Christo. Si enĩ passiones Christi in solo Christo, imò in solo capite: vnde dicit quoddã mẽbrũ eius Paulus apostolus: Vt suppleam quæ desunt pressurarũ Christi in carne mea? Si ergo in mẽbris Christi es quicunque homo, quisquis hæc audis, quisquis hæc non audis, sed tamẽ audis, si in membris Christi es: quicquid pateris ab eis qui nõ sũt in mẽbris Christi, deerat passionibus Christi. Ideo additur quia deerat, mensurã implens, nõ superfundens. Tantũ ergo pateris, quantum ex passionibus suis inferendum erat vniuersę passioni Christi: qui passus est in capite nostro, & patitur in mẽbris suis, id est, in nobisipsis ad communem hanc quasi rem publicam. Nã quisque pro modulo nostro exoluimus quod debemus, & pro posse virium nostrarum quasi canonem passionum imferimus, paratoria plenaria: passionum omnium non erit finis, nisi cùm seculum finitum fuerit. Quousque apponitis super hominem? Quicquid passi sunt Prophetæ à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, appositum est super hominem, quia præcesserunt aduentum incarnationis Christi, quædam membra Christi: sicut in nascente quodam, nondum quidem procedente capite præcessit manus, sed tamen capiti connectebatur & manus. Nolite ergo putare fratres, omnes iustos qui passi sunt persecutionem impiorum, etiam illos qui venerunt missi ante Domini aduentum prænunciare Domini aductum, non pertinuisse ad mẽbra Christi. Ab-

sit vt nõ pertineat ad membra Christi, qui pertinet ad ciuitatem quæ regem habet Christum. Illa vna est Hierusalem cælestis, ciuitas sancta: hæc vna ciuitas vnum habet regem. Rex huius ciuitatis Christus est: ipse enim ei dicit: Mater Siõ, dicet homo. Dicit ei mater, sed homo. Mater enim Sion dicet homo, & homo factus
Psal. 86. est in ea: & ipse fundauit eam altissimus. Ille ergo rex ciuis, qui eam fundauit altissimus, ipse in ea homo factus est humillimus. Ipse ergo ante aduentum incarnationis suæ præmisit quædam mẽbra sua, post quæ prenunciantia se venturum, venit & ipse: connexus eis refert similitudinem nascentis illius, quia manus ante caput procedens, & cum capite est, & sub capite. De Christo enim dictum est: Cùm laudaretur excellentia
Rom. 11. c populi primi, & delerentur fracti rami naturales: Quorum adoptio, inquit, & testamenta & legis constitutio, quorum patres ex quibus Christus secũdum carnem,
Rom. 9. a qui est super omnia benedictus in secula deus. Ex quibus Christus secundum carnem tanquam ex Sion,
Psal. 86. quia homo factus est in ea: quia Christus super omnia Deus benedictus in secula, quia ipse fundauit eam Altissimus. Ex quibus Christus secundum carnem, filius Dauid: qui est super omnia Deus benedictus in secula, Dominus Dauid. Tota ergo illa ciuitas loquitur, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ. Inde,
Matth. 23. d & deinceps à sanguine Ioannis, per sanguinem Apostolorum, per sanguinem martyrum, per sanguinem fidelium Christi, vna ciuitas loquitur, vnus homo dicit: Quousque apponitis super hominem? Interficite omnes. Videamus si deletis, videamus si extinguitis, videamus si tollitis de terra nomen eius, videamus si non populi inania meditamini, dicentes: Quando mo-
Psal. 40. rietur, & peribit nomen eius? Tanquã parieti inclinato, & maceriæ impulsæ, incũbite, impellite. Audite suprà: Susceptor meus nõ mouebor amplius: quia tanquam cumulus arenæ impulsus sum vt caderẽ: & Dominus
C suscepit me. Veruntamẽ honorem meum cogitauerũt repellere. Victi dum interficiunt cedẽtes, sanguine interfectorum multiplicantes fideles, cedẽtes his & iam non valentes occidere. Veruntamen honorem meum cogitauerunt repellere. Modò quia non potest occidi Christianus, agitur vt exhoneretur Christianus. Nunc enim honore Christianorum, corda torquẽtur impiorum: iam Ioseph ille spiritalis post venditionem à fratribus, post translationem de patria sua ad gentes tan-
Gen. 37. f quam in Ægyptum, post humiliationẽ carceris, post fractionem falsæ testis, postquam factum est quod de illo dictũ est: Ferrũ pertransiuit animã eius: iam hono-
Psal. 104. rificatus est, iam nõ est subditus fratribus vendẽtibus, sed frumenta erogat esuriẽtibus. Victi eius humilitate
Gen. 41. e & castitate, incorruptione, tentationibus, passionibus: iam eum honoratum videũt, & honorem ipsius cogitant repellere. In cogitationibus quippe eorũ est illud:
D Peccator videbit: neque enim nõ videbit, quando nõ potest ciuitas abscondi supra monten constituta. Peccator ergo videbit & irascetur, dentibus suis frẽdet &
Matt. 5. b Psalm. 111. tabesset. Latet in corde, & tegitur fronte venenũ in sæuientibus & indignantibus. Propterea & hic cogitationi eorum dicit: Honorem, inquit, meum cogitauerũt repellere. Non enim audent verbis proferre quod cogitant. Optemus illis bonã, etiam si optant mala. Iudica illos Deus, decidant à cogitationibus suis. Quid
Psal. 5. enim illis melius, quid vtilius, quàm vt inde cadant vbi malè stant: vt possint ipsi correcti dicere: Statuisti pedes meos supra petram. Veruntamen cogitauerũt honorem meum repellere. Omnes contra vnum, an vnus
Psal. 39. contra omnes? An omnes contra omnes, an vnus contra vnũ? Interim cùm dicit: Apponitis super hominẽ,
A tanquam super vnum: & cùm dicit interficite omnes, quasi omnes contra vnum: sed tamen & omnes contra omnes, quia & Christiani omnes, sed in vno. Quid autem illi diuersi errores inimici Christi, omnes tantum dicendi sunt? Nónne & vnus? Planè audeo & vnũ dicere: quia vna ciuitas & vna ciuitas, vnus populus & vnus pòpulus, rex & rex. Quid est, vna ciuitas, & vna ciuitas? Babylonia vna, Hierusalem vna. Quibuslibet aliis etiam mysticis nominibus appelletur, vna tamen ciuitas & vna ciuitas: il la rege diabolo, ista rege Christo. Intendo enim Euangelio quodam loco, & mouet me, puto quòd & vos. Posteaquam inuitati sunt multi Matt. 22. B ad nuptias boni & mali, & impletæ sunt nuptiæ recũbentium: serui enim missi, vt præceptum erat, inuitauerunt & bonos & malos. Et ingressus est rex, respicere recumbentes: & inuenit hominem non habentem vestem nuptialem, & ait illi quod nostis: Amice, quomodo huc venisti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Et iussit ei ligari manus & pedes, & proiici eum in tenebras exteriores. Leuatus est de conuiuio, & missus est in pœnas, nescio quis homo in tam magna turba recumbentium. Sed tamen Dominus volens ostendere vnum illum hominem, vnum corpus esse quod constat ex multis, vbi iussit eum proiici foras, & mitti in debitas pœnas, subiecit continuò: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Quid Psal. 39. est hoc? Conuocasti turbas, venit ingens multitudo, annunciasti, locutus es, multiplicati sunt super numerum, impletæ sunt nuptiæ recumbentium: proiectus est inde solus vnus, & dicis: multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Cur non potius omnes vocati, multi electi, vnus proiectus? Si diceret, multi enim sunt vocati, & plures electi, pauci verò reprobi: in paucis verissimẽ melius intelligeremus vnum illum. Nunc verò dicit quòd vnus inde proiectus est, & subdit: Matt. 22. b Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Qui sunt electi, nisi qui remanserunt? Proiecto vno, electi remanserunt. Quomodo proiecto vno de multis pauci electi, nisi quia in illo vno multi? Omnes qui terrena sapiunt, omnes qui felicitatem terrenam Deo præseruntur, omnes qui sua quærũt, non quæ Iesu Christi, ad vnam illam ciuitatem pertinent quæ dicitur Ba- Philip. 2. d bylonia mysticè, & habet regem diabolum. Omnes autem qui ea quæ sursum sunt sapiunt, qui cęlestia meditantur, qui cum felicitudine in seculo viuunt ne Deũ offendant, qui cauent peccare, quos peccantes non pudet confiteri, humiles, mites, sancti, iusti, pij, boni, omnes ad vnam ciuitatem pertinent, quæ regem habet Christũ. Illa enĩ in terra quasi maior est tẽpore: nõ sublimitate, nõ honore. Ciuitas illa prior nata, ciuitas ista posterior nata. Illa enĩ incepit à Cain, hæc ab Abel. Hæc duo corpora sub duobus regibus agentia ad singulas ciuitates pertinentia, aduersantur sibi vsque in finem seculi: donec fiat ex commixtione separatio, & alij ponãtur ad dexteram, alij ad sinistram, dicatúrque illis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab exordio mũdi. Illis autem: Matt. 25. c Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Christus enim hoc dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Rex ciuitatis suæ victor super omnia. Illis autem ad sinistram constitutis tanquam ciuitati iniquorum, Ite, inquit, in ignem æternum. Nunquid separat ab eis regem? Non. Addidit enim, qui paratus est diabolo & angelis eius. Intendite fratres, intendite, rogo vos. Delectat enim me pauca adhuc loqui vobis de ci-

Psal. 86. de ciuitate hac dulci. Gloriosissima enim de te dicta
Psal. 136. sunt ciuitas Dei. Et si oblitus fuero tui Hierusalem, o-
A bliuiscatur me dextera mea. Dulcis est enim vna patria, & verè vna patria, sola patria: præter illam quicquid nobis est, peregrinatio est. Dicã ergo quod agnoscatis, quod approbetis: commemorabo quod nostis, nõ
1. Cor. 15. f docebo quod ignoratis. Non prius, inquit Apostolus, quod spiritale est, sed quod animale: postea quod spiritale. Ideo ciuitas illa maior ætate, quia prior natus est
Genes. 4. a Cain, & postea Abel: sed in his maior seruiet minori. Illa maior ætate, ista maior dignitate. Quare illa maior
1. Cor. 15. f Gen. 25. c ætate? Quia non prius quod spiritale est, sed quod ani-
Gene. 4. c male. Quare ista maior dignitate? Quia maior seruiet minori. Ædificauit autem ciuitatem Cain, sicut legimus, antequam esset vlla ciuitas in primordio rerum humanarum, ædificauit ciuitatem Cain. Proculdubiò intelligas iã natos fuisse multos homines ex illis duobus, & ex his quos genuerãt, vt possit esse aptus & cõgruus numerus cui nomẽ ciuitatis imponeretur. Ædi-
B ficauit ergo ciuitatem Cain, vbi non erat ciuitas. Ædificata est & postea Hierusalem, regnum Dei, ciuitas sancta, ciuitas Dei: & posita in specie quadam vmbræ significantis futura. Intelligite itaque magnum mysterium, & tenete quod prælocutus sum: non prius quod
1. Cor. 15. f spiritale, sed quod animale, postea spiritale. Ideo ergo Cain prior ædificauit ciuitatem, & ibi ædificauit vbi nulla erat ciuitas. Vt verò ædificaretur Hierusalẽ, non ibi ædificata est vbi nõ erat ciuitas, sed erat ciuitas pri-
Ios. 18. d. mò quæ appellabatur Hiebus, vnde Hiebusæi. Ea capta, deuicta, subiecta, ædificata est noua ciuitas tanquã destructa vetere: & appellata Hierusalẽ, visio pacis ciuitas Dei. Vnusquisque ergo natus ex Adam, nondum pertinet ad Hierusalem. Portat enim secum traducem iniquitatis, pœnámque peccati, deputatus morti: & pertinet quodãmodo ad veterem quandam ciuitatẽ. Sed si futurus est in populo Dei: destruetur vetus, & ædificabitur nouus. Ideo ergo Cain ciuitatẽ ædifica-
C uit vbi non erat ciuitas. A mortalitate enim & à mali-
Rom. 5. d tia quisque incipit, vt fiat bonus postea. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam vnius homi-
1. Cor. 15. c nis iusti constituentur multi. Et omnes in Adam morimur, & vnusquisque nostrũ ab Adam natus est. Transeat ad Hierusalẽ, destructur vetus, & ædificabitur nouus. Tanquã deuictis Hiebusæis, vt ędificetur Hierusalem, dicitur: Exuite vos veterem hominem, & induite
Philip. 2. d nouũ. Iámque ædificatis in Hierusalem, & gratiæ luce
Ephes. 5. b fulgentibus, dicitur: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dño. Mala ergo ciuitas ab initio vsque in finem currit, & bona ciuitas mutatione malorum conditur. Et sunt istæ duæ ciuitates permixtę interim, in fine separandæ, aduersus se inuicem confligentes: vna pro iniquitate, altera pro iustitia: vna pro vanitate, al-
D tera pro veritate. Et aliquando ipsa commixtio tẽporalis facit, vt quidam pertinentes ad ciuitatem Babyloniam, administrent res pertinentes ad Hierusalem. Et rursum quidam pertinentes ad Hierusalẽ, administrent res pertinentes ad Babyloniam. Difficile aliquid promisisse videor. Patientes estote, donec demonstretur exemplis: omnia enim in vetere populo, sicut scri-
1. Cor. 10. c bit Apostolus, in figura contingebant eis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos finis seculorum obuenit. Respicite ergo populum illum primum positum etiam ad significandum populum posteriorẽ: & videte ibi quæ dico. Fuerunt reges magni in Hierusalem: notum est, numerantur, nominantur. Omnes ergo iniqui ciues erant Babyloniæ, & administrabant res Hierusalem: omnes in finem inde separandi,
A non nisi ad diabolum pertinent. Rursus inuenimus ciues de Hierusalem administrasse res quasdam pertinẽtes ad Babyloniam. Nam tres illos pueros victus mira- Daniel 2. g culo Nabuchodonosor regni sui administratores fecit, & constituit eos super satrapas suos: & administrabãt res Babyloniæ ciues de Hierusalẽ. Respicite nunc impleri hoc & agi in Ecclesia, & his temporibus. Omnes de quibus dictum est, Quæ dicunt, facite, quæ autem Matth. 23. a faciũt, facere nolite, ciues sunt Babyloniæ, administrãtes rempublicam ciuitatis Hierusalem. Si enim nihil administrarent ciuitatis Hierusalem, vnde, Quæ dicũt, facite? Vnde, Cathedram Moysi sedent? Rursus si ciues sunt ipsius Hierusalem qui regnabunt in æternum cum Christo, vnde, Quæ faciunt, facere nolite, nisi quia & Luc. 13. f audituri sunt, Recedite à me omnes qui operamini iniquitatem? Notum est ergo vobis, ciues malæ ciuitatis administrare quosdam actus bonæ ciuitatis. Videamus si & nunc ciues bonæ ciuitatis administrent quosdam actus malæ ciuitatis. Terrena omnis respublica quandoq; vtique peritura, cujus regnum transitorium est, cùm veniet illud regnum de quo oramus: Veniat regnum tuũ, & de quo prædictum est: Et regni eius nõ Matth. 6. b Luc. 1. d erit finis. Terrena ergo respublica habet ciues nostros administrantes res eius. Quàm multi enim fideles, quàm multi boni & magistratus sunt in ciuitatibus suis, & iudices sunt, & duces sunt, & comites sunt, & reges sunt? Omnes iusti & boni, non habentes in corde nisi gloriosissima quæ de te dicta sunt ciuitas Dei. Et Psal. 86. quasi angariam faciunt in ciuitate transitoria, & illic à doctoribus ciuitatis sanctæ iubentur seruare fidẽ præ- 1. Pet. 2. c positis suis: siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tãquam ab eo missis ad vindictam malorũ, laudem verò bonorũ: siue serui, vt dominis suis subditi sint, & Chri- Ephes. 6. a stiani paganis, & seruet fidem melior deteriori ad tempus seruiturus, in æternũ dominaturus. Fiunt enim ista Psal. 56. donec transeat iniquitas. Iubẽtur serui ferre dominos iniquos & difficiles: ciues Babyloniæ iubentur tolerari à ciuibus Hierusalem, & amplius obsequiorum exhibentibus, quàm si ciues essent ex ipsa Babylonia, tanquã implẽtibus? Qui te angariauerit mille passus, vade Matt. 5. g cum illo & alia duo. Hanc totam ciuitatem dispersam, diffusam, permixtã, allo quitur his verbis & dicit: Quousque apponitis super hominem? Interficite omnes, & qui foris estis tanquam spinæ in sepibus, aut tanquam ligna infructuosa in siluis, quique intus estis tanquam Matth. 3. c & 13. d zizania, vel tãquam palea omnes quotquot estis, separati, permixti, tolerandi, separandi, interficite omnes, tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ. Verũtamen honorem meum cogitauerunt repellere. Non dixerunt, sed tamem cogitauerunt. Cogitauerunt repellere honorem meum: Cucurri in siti.) Retribuebãt Psal. 34. enim mala pro bonis. Illi interficiebant, illi repellebãt: ego eos sitiebam, illi honorem meum cogitauerunt repellere, ego eos in corpus meum sitiebam traiicere. Bibẽdo enim quid facimus: nisi humorem foris positum in membra mittimus, & in corpus nostrum ducimus? Hoc fecit Moyses in illo capite vituli. Caput vituli, magnum sacramentum. Caput enim vituli corpus erat impiorum, in similitudine vituli manducantis fœnum terrena quærentium: quia omnis caro fœnum. Erat ergo, vt dixi, corpus impiorum. Iratus Moyses Esa. 40. b in ignem misit, comminuit, in aqua sparsit, biben- Exod. 32. c dum populo dedit: & ira Prophetæ administratio facta est prophetiæ. Corpus enim illud in ignem mittitur tribulationum, & verbo Dei comminuitur. Paulatim enim desistunt ab vnitate corporis eius. Sicut

enim vestimentũ, ita per tẽpus absumitur. Et vnusquisque qui fit Christian⁹, separatur ab illo populo: & quasi à massa comminuitur. Conspirati oderunt, cõminuti credunt. Et quid iam euidentius, quàm in corpus ciuitatis Hierusalẽ, cuius imago erat populꝰ Israël, per baptismum traiicienti erant homines? Ideo in aqua sparsũ est, vt in potũ daretur. Hoc vsque in finẽ sitit iste, currit & sitit. Multos enim bibit, sed nũquam erit sine siti.

Ioan. 4. a. Inde est enim. Sitio, mulier, da mihi bibere. Samaritana illa ad puteum sitientẽ Dominum sensit, & à sitiente satiata est. Sensit prior illa sitientem, vt biberet ille credentẽ. Et in cruce positus, Sitio dixit, quamuis illi non

Ioan. 19. c. hoc dederint quod sitiebat. Ipsos enim ille sitiebat: at illi acetum dederũt, non vinũ nouum, quo implentur

al. acetum. vtres noui: sed vinũ vetus, & malũ vetus. Dicitur enim

Matth. 9. c. &†vinũ vetus, veteres homines, de quibus dictum est:

Psal. 54. Non enim est illis commutatio, vt euersis Hiebusæis

Ios. 18. d. ædificaretur Hierusalẽ. Sic & corpus capitis huius vsq;

2. Reg. 5. a. in finẽ ab initio currit in siti. Et quasi ei diceretur: Quid in siti? quid tibi deest ô corpꝰ Christi, ô Ecclesia Christi? In tanto honore, in tanta sublimitate, in tanta celsitudine etiã & in hoc seculo constituta, quid tibi deest?

Psalm 71. Impletur de teq; prædictũ est: Adorabũt eũ oẽs reges terræ, omnes gẽtes seruiẽt illi. Quid ergo sitis? Quid litis? Tãtis populis nõ satiaris? Quos populos dicis? Ore suo benedicebãt, & corde suo maledicebant.) Multi

Matt. 22. b. vocati, pauci autẽ electi. Mulier fluxũ sanguinis patiẽs,

Marc. 5. c. vestis eius fimbriam tetigit, & sanata est. Et cùm miraretur Dominus tãgentẽ, quòd de se senserat exisse virtutem, scilicet ad sanandã mulierẽ, dixit: Quis me tetigit? Et admirati discipuli dicunt: Turbæ te cõprimũt, & dicis: Quis me tetigit? Et ille: Tetigit me aliquis. Tãquam diceret: Vna me tetigit, turbæ premunt. Qui solennitatibus Hierusalem implent Ecclesias, solennitatibus Babyloniæ implent theatra: & tamen seruiunt, honorant, obsequuntur, non solùm ipsi qui portant sacramẽta Christi, & oderunt præcepta Christi, verum C etiã illi qui nec sacramenta ipsa portant, pagani licet sint, Iudæi licet sint, honorant, laudant, prædicant, sed ore suo benedicebant. Non attendo ad os, nouit ille qui me instruxit, corde suo maledicebant. Ibi maledicebãt vbi honorẽ meum cogitauerunt repellere. Quid tu ô Idithũ corpus Christi, trãsiliens eos? Quid tu inter hæc omnia? Quid tu? Deficies? non perseuerabis vsque

Matth. 10. c & 24. c. in finem? Non audies, Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit? Quoniam quamuis abundat iniquitas,

Philip. 3. d. refrigescet charitas multorũ. Et vbi est quod transilisti eos? vbi est quòd conuersatio tua in cælis est? Illi autẽ inhærent terrenis, tanquã terrigenæ sapiunt terram, & sunt terra serpentis cibus. Quid tu inter hæc? Veruntamen quamuis hæc faciant, quamuis hæc cogitẽt, quãuis impellant, quamuis quasi inclinato instent, quamuis iam erectum sentiant, & honorem meum repellere cogitent, quamuis ore suo benedicant, & corde suo D maledicant, quamuis insidientur vbi possunt, calumnientur vbi possunt: Veruntamen Deo subiicietur anima mea.) Et quis tanta toleret, vel aperta bella, vel occultas insidias? Quis tanta toleret inter apertos hostes, inter falsos fratres? Quis tanta toleret? Nunquid homo? Et si homo, nunquid à seipso homo? Non sic transilui vt extollar, & cadam. Deo subiicietur anima

Rom 8. c mea: Quoniam ab ipso est patientia mea.) Quæ patientia inter tanta scandala, nisi quia si id quod nõ videmus speramus, per patientiã expectamus? Venit dolor meus, veniet & requies mea. Venit tribulatio mea, veniet & purgatio mea. Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamẽto lucebit: patiatur tamen fornacem, vt purgatum à sordibus ve- A niat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum. Illa in cineres vertitur, à sordibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult ergo aurifex, facio: vbi me ponit artifex, tolero. Iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consumendum me: illa in cinerẽ vertitur, ego sordibus careo. Quare? Quia Deo subijcietur anima mea: quoniam ab ipso est patientia mea. Quis est tibi iste à quo est patientia tua? Quoniam ipse est Deus meus & salutaris meus susceptor meus, non emigrabo.) Quoniam ipse est Deus meus, ergo vocat me: & salutaris meus, ergo iustificat me: & susceptor meus, ergo glorificat me. Hic enim vocor & iustificor, ibi Rom. 8. f. autem tecum glorificor: & inde vbi glorificor, non emigrabo. Neque enim in peregrinatione mea remanebo. Est hic vnde emigrem, sed veniam vnde non emigrabo. Nam inquilinus ego sum apud te in terra, sicut omnes patres mei. Ergo ab inquilinatu migrabo, Psal. 38. de domo cælesti non emigrabo. In Deo salutare meũ, & gloria mea.) Saluus ero in Deo, gloriosus ero in Rom. 4. a. Deo: non enim tantum saluus, sed & gloriosus. Saluus, quia iustus ex impio, ab illo iustificatus. Gloriosus autem, quia non solùm iustificatus, sed etiam honorificatus. Etenim quos prædestinauit, illos & vocauit. Vocans eos quid fecit? Hic quos vocauit, ipsos & Rom 8. f. iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Iustificatio ergo ad salutem pertinet, glorificatio ad honorem. Quia glorificatio ad honorem pertinet, disputare opus non est. Quia iustificatio pertinet ad salutem, quæramus aliquod documentum. Ecce occurrit ex Euangelio: Erant qui sibi videbantur iusti, & Luc 15. a reprehendebant Dominum, quòd admittebat ad conuiuium peccatores, & cum publicanis & peccatoribus conuescebatur. Talibus itaque superbientibus fortibus terræ valde eleuatis, multum de sua sanitate gloriantibus, quam putabant, non quam tenebãt, quid Matth. 9. b respondit Dominus? Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Quos dicit sanos, quos dicit malè habentes? Sequitur & dicit: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Appellauit ergo sanos iustos, nõ quia Pharisei hoc erant, sed quia hoc se esse arbitrabantur: & ideo superbiebant, & medicum ægrotantibus inuidebant, & plus ægrotantes medicum occidebant. Appellauit tamen sanos iustos, ægrotantes peccatores. Vt ergo iustificarer, ait iste transiliens, ab ipso mihi est, & vt glorificarer ab ipso mihi est. In Deo salutare meum & gloria mea. Salutare meum, vt saluus sim: gloria mea, vt honoratꝰ sim. Hoc tũc, modò quid? Deus auxilij mei, & spes mea in Deo.) Donec perue- Rom. 8. a niam ad perfectam iustificationem & salutem. Spe e- Matth. 13. f. nim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Donec veniam ad illam glorificationem vbi iusti fulgebunt in regno patris sui tanquam sol. Interim nunc inter tentationes, inter iniquitates, inter scandala, inter apertas oppugnationes & subdolas locutiones, inter eos qui ore suo benedicunt, & corde suo Psal. 61. maledicunt, inter eos qui honorem meum cogitãt repellere: quid hic? Deus auxilij mei: dat enim auxilium certantibus. Cõtra quos certãtibus? Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates. Deus ergo auxilij mei & spes Ephes. 6. b mea in Deo. Spes, quandiu nondum est quod promissum est, & creditur quod nondum videtur. Cùm autem venerit, erit saluatio & glorificatio: non tamen dum

dum illa differũtur, deserimur. Deus enim auxilij mei, & spes mea in Deo. Sperate in eum omne concilium A plebis.) Imitamini Idithun, trãsilite inimicos vestros: repugnantes vobis, resistentes itineri vestro, odio vos habentes transilite. Sperate in eum omne concilium

Psal. 41. plebis. Effundite coram illo corda vera.) Nolite credere eis qui dicunt vobis: Vbi est Deus vester? Factæ sunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Sed quid ibi dicit? Hęc meditatus sum, & effudi super me animã meam. Commemoratus sum quod audio, vbi est Deus tuus. Memoratus sum hæc, & effudi super me animam meam. Quærens Deum meum, effudi super me animã meam, vt illum attingerem, non in me remansi. Ergo sperate in eum omne concilium plebis, effundite coram illo corda vestra deprecando, confitendo, sperãdo. Nolite corda vestra retinere intra corda vestra.

Psal. 61. Effundite coram illo corda vestra. Non perit quod effundis. Ille enim susceptor meus. Si suscipit, quid ti- B mes effundere? Iacta in Domino curam tuam, & spera

Rom. 1. d in eum. Effundite coram illo corda vestra. Deus adiutor noster.) Quid timetis inter susurrones, detractores Deo odibiles? Vbi possunt palam oppugnantes, vbi nõ possunt occulte insidiãtes, falsò laudantes, verè inimicãtes, inter eos quid timetis? Deus adiutor noster? An æmulãtur Deũ? Nunquid fortiores illo sunt? Deus adiutor noster est, securi estote. Si Deus pro nobis, quis

Rom. 8. f cõtra nos? Effundite corã illo corda vestra trãsilientes ad eum, leuantes animas vestras, Deus adiutor noster. Et iam constituti in loco munito, in turri fortitudinis à facie inimici, miseramini eos quos timebatis: currere enim debetis in siti. Despicite ergo illos iã in loco illo constituti, & dicite: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum.) Filij hominum vsquequò

Psal. 4. graues corde? Filij hominum vani, filij hominum mẽdaces, filij hominum vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Cum miseratione ista dicite, atque C sapite. Si trãsiliuistis, si diligitis inimicos vestros, si de-

Luce. 6. d struere cupitis vt ædificetis, si eum amatis qui iudicat in gẽtibus, & replet ruinas, ita his ista dicite, non odio

Rom. 11. d habẽtes, non malum pro malo reddentes. Mendaces filij hominũ. In stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in vnũ.) Certè multi sunt: ecce ille est vnus, vnus ille qui

Matt. 22. b proiectus est de turba conuiuantiũ. Cõspirant, omnes temporalia quærunt, quique carnales carnalia, & in futurum sperant quicunque sperant. Etsi de opinionum varietate in diuersum, de vanitate tamẽ in vnum sunt.

Matth. 12. c Diuersi quidem errores & multiformes, & regnũ adversum se diuisum non stabit: sed similis in omnibus voluntas vana & mendax, pertinens ad vnũ regem, cũ quo in ignem æternum præcipitanda est. Ipsi de vanitate in vnum. Et ad illos videte quia sitit, videte quia

Matt. 25. c currit in siti. Cõuertit ergo se ad illos, sitiens eos. Nolite sperare super iniquitatem.) Nam spes mea in Deo D est, nolite sperare super iniquitatem. Vos qui non vultis accedere & transilire, nolite sperare super iniquita-

Rom. 9. c. tem. Ego enim qui transiliui, spes mea in Deo. Et nũquid iniquitas est apud Deũ? Nolite sperare super iniquitatem. Hoc faciamus, illud faciamus, illud cogitemus, sic insidias componamus, de vanitate in vnũ. Tu sitis: qui cõtra te ista cogitant, ab eis quos bibis prodũtur. Nolite sperare super iniquitatem. Vana est iniquitas, nihil est iniquitas, potens nõ est nisi iustitia. Occultari potest ad tempus veritas, vinci nõ potest. Florere potest ad tẽpus iniquitas, permanere non potest. Nolite sperare super iniquitatem: Et in rapinam ne concupiscatis.) Non es diues, & rapere vis? Quid inuenis? Quid perdis? O lucra damnosa! Inuenis pecuniã, per- dis iustitiã. In rapinã ne cõcupiscatis. Pauper sum, nõ habeo. Ideo rapere vis? Quid rapias, vides: à quo rapiaris, non vides? Nescis circuire inimicũ tanquã leonem 1. Petr. 5. b. rugientem, & quærentẽ quid rapiat? Præda illa quam vis rapere, in muscipula est: tenes & teneris. In rapinã ergo ne concupiscas ô pauper, sed concupisce in Deũ qui præstat nobis omnia abundãter ad fruẽdũ. Pascet te, qui fecit te. Qui pascit latronem, nõ pascet innocẽ- Matt. 5. g tem? Pascet te qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si pascit dãnandos, non pascet liberandos? Ergo in rapinam noli cõcupiscere. Dictum est hoc pauperi, fortassis aliquid de necessitate rapturo. Diues procedat: nõ habeo ego, inquit, necessitatem rapiendi: nihil mihi deest, abundant omnia. Et tu audi: Diuitiæ si fluant, ne apponatis cor.) Ille non habet, iste habet. Ille non quærat rapere quod non habet: iste non apponat cor in eo quod habet. Diuitiæ si fluant, id est, si exũdẽt, tanquam de fõte currant, ne apponatis cor. Noli de te præsumere, noli ibi te figere: certè vel hoc time, diuitiæ si fluãt. Nõ videS quia si ibi cor posueris, & tu flues? Diues es, & ecce iã nõ cõcupiscis adhuc habere, quia multa habes. Audi 1. Tim 6. d Præcipe diuitibus huius mundi, nõ superbè sapere. Et quid est: Ne apponatis cor? Neque sperare in incerto diuitiarum. Ergo diuitię si fluant, ne apponatis cor, nec in diuitiis confidatis, non præsumatis, nec speretis, ne dicatur: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem Psal. 5. 1. suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ, & præualuit in vanitate sua. Ergo vani filij hominũ, mendaces filij hominum. Neque rapiatis, neque si fluant diuitiæ, cor apponatis: non iam vanitatem diligatis, & mendaciũ quæratis. Beatus enim cuius est Dominus Psal. 39. Deus spes eius, & non respexit in vanitates & insanias mendaces. Decipere vultis, fraudẽ vultis facere, quid affertis vt decipiatis? Stateras dolosas. Mẽdaces enim, inquit, filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi proferendo stateras dolosas. Falso examine fallitis intuẽtes. Nescitis alium esse qui appendit, alium qui de pondere iudicat? Non videt cui tu appendis, sed videt qui te & ipsum appendit. Ergo non fraudem, non rapinam cõcupiscatis, nõ in his quæ habetis spem ponatis: monui, prædixi, ait iste Idithun. Quid sequitur: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quoniam potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia, quia tu reddes vnicuique secundũ opera sua.) Dixit Idithun, sonuit de alto, quò trãsiliuit audiuit ibi quiddã, & dixit nobis. Sed aliquãtũ in hoc quod nobis dixit perturbor, fratres, & donec vobiscum participem, vel perturbationem, vel aliquã respirationem meam, intentos vos volo: etenim Psalmum ad terminum duximus adiuuante Domino. Post hæc quæ dicturi sumus, nõ restat aliquid, quod de hoc vlteriùs exponamus. Itaque annitimini mecum, vtrũ possimus intelligere hoc: & si non potuero, & intelligit aliquis vestrum quod ego non possum, gaudebo potius quàm inuidebo. Omnino inuestigare difficile est, quemadmodum positum sit prius: Semel locutus est Deus: deinde cùm ille semel locutus est, ego duo audiui. Si enim diceret: Semel locutus est Deus, vnum hoc audiui: videbatur partem quæstionis huius amputauisse, vt tantummodo quæreremus quid sit, semel locutus est Deus. Nunc verò quæsituri sumus, & quid sit, semel locutus est Deus: & quid sit, duo hæc audiui: cùm semel ille locutus est. Semel locutus est Deus. Quid dicis Idithun? Si tu loqueris qui transiliuisti eos, semel locutus est: ego Scripturam aliam consulo, & dicit mihi: Multifariè multisque modis olim Deus locutus est patribus in Prophetis. Quid Heb. 1. a est: Semel locutus est Deus? Nonne ille est Deus

qui in primordiò generis humani locutus est ad Adã? Nonne idẽ ipse locutus est ad Cain, ad Noë, ad Abra-
Gene. 3.c & 4.b hã, ad Isaac, ad Iacob, ad Prophetas omnes, & ad Moy-
A sen? Vnus erat Moyses, & quoties ad eum locutus est
Matt. 3.d Deus? Ecce etiã vni nõ semel, sed sæpius locutus est Deo. Deinde locutus est ad filiũ hic positũ: Tu es filius meus dilectus. Locutus est Deus Apostolis, locutus est omnibus sanctis, etiã si nõ voce sonãte per nubẽ, in corde
Psal. 84. tamẽ vbi ipse magister est. Vnde ille dicit, Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Quid est ergo, semel locutus est Deus? Multũ trãsiliuerat iste vt peruẽniret illuc, vbi semel locutus est Deus. Ecce breuiter dixi charitati vestræ. Hic inter homines sæpe multis modis, multis partibus, per multiformem creaturã locutus est Deus. A-
Heb. 1. pud se semel Deus locutus est, quia vnum verbum genuit Deus. Iste ergo Idithun transiliens eos, transiliuerat acie mentis forti & valida & præfidenti, trãsiliuerat terrã, & quicquid in terra est, aërem, nubes omnes ex B quibus locutus est Deus multa & sæpe, & multis: transiliuerat etiam omnes angelos acie fidei. Erat enim iste transiliens nõ cõtentus terrenis, sed velut aquila volãs
Eccl. 42.a præteruectus omnẽ nebulam qua tegitur omnis terra. Dicit enim sapiẽtia: Et nebula texit omnẽ terrã. Peruenit ad aliquid liquidum, vniuersam transiliẽs creaturã, & quærẽs Deum, & effundens super se animã suã, peru-
al. Deum. enit ad principium, & verbũ Dei apud Deũ: & inuenit vnius patris vnũ verbum, & vidit quia semel locutus
Ioan. 1.a est Deus. Vidit verbũ per quod facta sunt omnia, & in quo simul sunt omnia, non diuersa, non separata, nõ inæqualia. Non enim Deus quod per verbũ faciebat, ipse non nouerat: si autẽ quod faciebat nouerat, in illo erat antequã fieret quod fiebat. Si enim nõ in illo erat quod fiebat antequam fiebat, vbi nouerat quod faciebat? Nõ enim potes Deũ dicere ignorata fecisse. Sciuit itaque Deus quod fecit. Et vbi sciuit antequã faceret, sciri nisi facta nõ possunt? Sed à factis sciri nisi facta nõ possunt, à te scilicet ab homine in imo facto, & in imo posito. Antequam autem fierent hæc omnia, sciebantur ab illo à quo facta sunt, & quod sciuit fecit. Ergo in verbo illo quod perfecit omnia, antequam fierẽt erãt omnia, & cum facta sunt ibi sunt omnia: sed aliter hic, aliter ibi, aliter in propria natura in qua facta sunt, aliter in arte per quem facta sunt. Quis hoc explicet? Cõnari possumus, ite cum Idithun & videte. Iam ergo vt potuimus diximus, quomodo semel locutus est Deus: videamus quomodo duo hæc audiuit. Duo hæc audiuit: fortè non est cõsequẽs, vt sola duo hęc audierit, sed duo hæc, inquit, audiui. Quædam duo quæ nobis opus est vt dicãtur, audiuit. Audiuit fortè alia multa, sed nõ
Ioan. 16 b opus est ea dici nobis. Ait enim & Dñs: Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis illa portare modò. Quid est ergo, duo hęc audiui? Hæc duo quæ vobis dicturus fũ, nõ a me vobis dico, sed quæ audiui dico. Semel locutus est Deus, vnum verbum habet vnigenitũ Deum. In illo verbo sunt omnia, quia per verbum facta sunt omnia. Vnũ verbũ habet, vbi omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. Vnũ verbũ habet, semel locutus est Deus. Duo hęc quæ vobis dicturus sum, ibi audini, nõ ex me loquor, nõ ex me dico: ad hoc pertinet audiui. Amicus autẽ sponsi stat & audit eum, vt verũ loquatur. Audit enim eũ ne loquendo mẽdacium de suo lo-
Ioan. 7.d quatur: ne diceres: Quis es tu qui mihi hoc dicis? Vnde
Ioan. 6.f mihi hoc dicis? Audiui hęc duo, & illa tibi loquor, quia audiui hæc duo, qui etiã cognoui, quia semel locutus est Deus. Noli cõtemnere auditorẽ dicentẽ tibi quædam duo tibi necessaria, eum qui transiliendo vniuersam creaturam peruenit ad verbum vnigenitum Dei, vbi scirer quia semel locutus est Deus. Dicat ergo iam quędã duo. Multũ enim ad nos pertinẽt hęc duo. Quo niã potestas Dei est, & tibi Domini misericordia. Ista sunt duo, potestas & misericordia. Ista planè intelligite potestatem Dei, intelligite misericordiam Dei. His duobus continẽtur propè omnes Scripturæ. Propter hæc duo Prophetæ, propter hæc duo patriarchæ, propter hæc lex, propter hæc ipse Dñs noster Iesus Christus, propter hæc Apostoli, propter hæc annunciatio omnis & celebratio verbi Dei in ecclesia, propter hæc duo, propter potestatẽ Dei & misericordiã. Potestatẽ eius timete, misericordiã eius amate. Nec sic de misericordia eius præsumatis, vt potestatẽ contẽnatis: nec sic potestatem timeatis, vt de misericordia desperetis. Psal. 74. Apud illũ potestas, apud illũ misericordia. Hũc humiliat, & hunc exaltat: hũc humiliat potestate, illũ exaltat misericordia. Si enim Deus volens ostẽdere irã, & Rom. 9.c demõstrare potentiã suã, attulit in multa patiẽtia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem. Audisti potestatem, quære misericordiã. Et vt notas, inquit, faceret diuitias suas in vasa misericordiæ. Pertinet ergo ad eius potestatẽ damnare iniquos. Et quis illi dicat quid fecisti? Tu enim ô homo, quis es qui respondeas Deo? Rom. 9.e Time ergo & treme eius potestatẽ, sed spera eius misericordiã. Diabolo potestas quædam est, plerumque tamẽ vult nocere, & nõ potest, quia potestas ista sub potestate est. Nam si tantũ posset nocere diabolus quãtũ vult: nõ aliquis iustorũ remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra. Ipse per vasa sua impellit, quasi parietẽ inclinatũ: sed tantũ impellit, quãtũ accipit potestatẽ. Vt autẽ nõ cadat paries, Dñs sucipiet: quoniã qui dat potestatẽ tẽtatori, ipse tẽtato præbet misericordiam. Ad Psal. 79. mẽsurã enim permittitur tentare diabolus. Et potabis nos, inquit, in lachrymis in mensura. Nõli ergo timere permissum aliquid facere tẽtatorẽ: habes enim misericordissimũ saluatorẽ. Tãtũ permittitur ille tẽtare, quãtũ tibi prodest vt exercearis, vt probetis: vt qui te nesciebas, à te ipso inueniaris. Nãvbi velvnde, nisi de hac Dei potestate & misericordia securi esse debemus? Secundũ illã Apostolicã sententiã, Fidelis Deus qui non 1. Cor. 10.d permittit vos tẽtari super id quod potestis. Ergo pote- Rom. 13.a stas Dei est, nõ est enim potestas nisi à Deo. Noli dicere, & quare dat tantã potestatẽ, † & nõ de potestate habet al. & non æquitatẽ? Qui dat potestatẽ, habet æquitatẽ? Tu iniquè dat misericordiam. murmurare potes; ille æquitatem perdere non potest. Nũquid iniquitas apud Deũ? Absit. Hoc fige in corde, Rom. 9.d hoc de cogitatione tua nõ excutiat inimicus. Facere potest aliquid Deo vt tu nescias quare faciat: iniquè tamẽ facere nõ potest, apud quẽ non est iniquitas. Nam ecce reprehẽdis Deũ quasi de iniquitate. Ago tecũ aliquid, attẽde paululũ. Nõ reprehẽderes iniquitatẽ, nisi videdo iustitiã. Reprehensor iniquitatis esse nõ potest qui non cernit iustitiam, cui cõparatã reprehẽdat iniquitatem. Vnde enim scis quia hoc iniustũ est, nisi scias quid sit iustũ? Quid si enim iustũ est, & hoc quod dicis iniustũ? Absit, inquis, iniustum est, & clamas quasi videntibus oculis, videns hoc iniustũ esse vtique ex aliqua regula iustitiæ, cui cõparans quod vides prauum, & cernens nõ conuenire rectitudini regulæ tuæ, reprehendis tanquam artifex discernens iustum ab iniusto. Ergo quæro a te: Iustum hoc esse vnde vides? Vbi, inquam, videbis hoc iustum, quo viso, reprehendis iniustũ? Vnde illud nescio, quid quo aspergitur anima tua ex multis partibus in caligine constituta, nescio quid hoc quod coruscat menti tuæ? Vnde hoc iustum? Itáne non habet fontem suum? A te tibi est quod iustum est; & tu tibi potes dare iustitiam? Nemo sibi dat quod non habet. Ergo cum sis iniustus, esse nõ potes iustus, nisi

nisi conuertendo te ad quandam iustitiam manentẽ: à qua si recedis, iniustus es: ad quam si accedis, iustus es. Te recedente non deficit, te accedẽte non crescit. Vbi A est ergo ista iustitia? Quæres in terra? Absit. Non enim aurum aut lapides pretiosos quæris, iustitiam quærens. Quære in mari, quære in nubibus, quære in stellis, quære in angelis: inuenis in illis, sed & ipsi de fonte bibunt. Iustitia enim angelorũ in omnibus est, sed ab vno capitur. Respice ergo, transcẽde, vade illuc vbi semel locu-
Psalm. 35. tus est Deus, & ibi inuenies fontẽ iustitiæ, vbi est fons vitæ, quoniam apud te est fons vitæ. Si enim tu de rore exiguo iudicare vis quod iustũ est, & quod iniustũ est:
Rom. 9.d nũquid iniquitas apud Deũ, vnde ad te manat tãquam de fonte iustitia, inquantum iustũ sapis, cùm ex multis partibus iniquè desipias? Habet ergo fontem iustitiæ Deus. Noli ibi quærere iniquitatẽ, vbi lux sine vmbra est. Sed planè te potest latere causa. Si latet te causa, respice ignorantiã tuã, vide qui sis: attẽde hæc duo, quo-
Eccl. 3. c niã potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Fortiora te ne quæsieris, & altiora te ne scrutatus fueris: B sed quę præcepit tibi Dominus, illa cogita semper: quia ad hæc quæ tibi præcepit Deus pertinẽt ista duo, quoniã potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Noli timere inimicũ. Tantum facit quãtum acceperit potestatem. Eum time qui habet summã potestatẽ. Eum time qui quantũ vult, tantum facit, & qui iniustè, nihil facit, & quicquid fecerit, iustum est. Putamus iniustũ esse nescio quid, & ex hoc quia fecit Deus crede iustũ esse. Ergo, inquis, si quis hominẽ occidat innocẽtem, iustè facit, an iniquè? Iniquè sanè. Quare hoc permittit Deo?
Esa. 58.b Vide prius ne illud debeas: Frange esuriẽti panem tuũ, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti eum: hæc enim iustitia est, † hæc enim tibi
al. hoc. præcepit Dominus. Lauamini, mundi estote, auferte
Esaiæ 1.c nequitias à cordibus vestris, atque à conspectu oculorum meorũ. Discite bonum facere, iudicate pupillo & viduæ, & venite & disputemus, dicit Dominus. Disputare vis, antequã facias vnde dignus sis disputare, quare hoc permisit Deus? Consiliũ Dei tibi dicere ô homo non possum. Illud tamen dico, quia & iniquè fecit homo qui occidit innocentẽ, & non fieret nisi permitteret Deus. Et quãuis ille iniquè fecerit, non tamen hoc iniquè permisit Deus. Lateat causa in isto nescio quo, de quo moueris: cuius innocẽtia te permouet. Possem enim tibi citò respondere, non occideretur nisi nocẽs esset, sed tu eum innocentẽ putas. Possem tibi hoc citò dicere. Non enim tu scrutareris cor eius, discuteres facta eius, examinares cogitationes eius, vt possis mihi dicere, iniustè occisus est. Possem ergo facilè respõdere, sed opponitur mihi quidã iustus sine controuersia,
al. habet. iustus sine dubitatione, iustus qui nõ † habebat peccatum, occisus à peccatoribus, traditus à peccatore: ipse Christus Deus noster, de quo non possumus dicere D quod habuit aliquam iniquitatẽ, quia ea quæ nõ rapuit exoluebat, obiicitur mihi. Et quid dicam de Christo? Tecũ ago, inquis: Et ego tecũ. De illo proponis quæstionẽ, de illo soluo quæstionẽ. Ibi enim consilium Dei nouimus, quod nõ nisi ipso reuelãte nossemus: vt cùm tu inueneris consiliũ Dei qui permisit innocentẽ filium occidi ab iniustis, & tale cõsilium quale tibi placeat, & quale tibi, si iustus es, displicere non possit, credas quia
Col. 2.c & in aliis consilio id agat Deus, sed latet te. Eia fratres opus erat sanguine iusti ad delendũ chirographũ peccatorum, opus erat exẽplo patientiæ, exẽplo humilitatis, opus erat signo crucis ad diabolum & eius angelos debellandos, opus nobis erat passione Domini nostri: nã passione Domini redẽptus est orbis. Quanta bona egit passio Domini? Et tamẽ passio huius iusti nõ esset, nisi Dominũ iniqui occidissent. Quid ergo? Bonũ hoc quod nobis præstitũ est de Dominica passione, imputandum est iniquis interfectoribus Christi? Absit. Illi voluerũt, Deus permisit. Illi nocẽtes essent, etiã si tantũmodo voluissent. Deus autẽ non permisisset, nisi iustũ esset. Voluerunt occidere. Pone quia non potuerũt.
Psalm. 16. Iniqui essent, homicidæ essent, quis dubitaret? Dominus enim interrogat iustum & impium, & in cogitationib. impij interrogatio erit. Discutit Deus quid quisq; voluerit, nõ quid potuerit. Ergo si voluissent, & nõ potuissent, & non occidissent: iniqui illi remanerent, tibi Christi passio non præstaretur. Voluit ergo facere impius vt damnaretur, permissus est vt tibi præstaretur. Quod voluit, imputatur iniquitati impij: quod † per-
al. permissus missũ est, imputatur potestati Dei. Ille ergo iniquè voluit, Deus iustè permisit. Itaq; fratres mei, & Iudas malignus traditor Christi, & persecutores Christi, maligni omnes, impij oẽs, iniqui omnes, dãnandi omnes: & tamen pater proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Dispone, si potes, distingue, si
Rom. 8.e potes: redde Deo vota tua, quæ distinxerunt labia tua.
Psal. 65. Vide quid tibi fecerit iniquus, quid iustus. Ille voluit, iste permisit. Ille iniustè voluit, iste iustè permisit. Volũtas iniusta dãnetur, permissio iusta glorificetur. Quid enim mali accidit Christo, quia mortuus est Christus? Et illi mali sunt qui mala facere voluerunt, & nihil mali passus est cui fecerũt. Occisa est caro mortalis: interficiens mortẽ morte, præbens patientiæ documentũ, præmittẽs resurrectionis exẽplum. Quanta bona facta sunt iusti, de malo iniusti? Hoc est magnum Dei: quia & bonũ quod facis ipse tibi dedit, & de malo tuo ipse bene facit. Noli ergo mirari, permittit Deus, & iudicio permittit: permittit, & mensura, numero, pondere permittit. Apud illum non est iniquitas, tu tantùm ad eum
Rom. 9.d pertine. In ipso spẽ pone, ipse sit adiutor tuus, salutare
Psalm. 60. tuum. In illo sit locus munitus, turris fortitudinis. Re-
1. Cor. 10.d C fugium tuum ipse est, & nõ te sinit tentari suprà quàm potes ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum vt possis sustinere; vt quod te sinit pati tentationem, potestas eius sit, quod nõ sinit vltra in te fieri quàm potes ferre, misericordia eius sit: quoniam potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique secundum opera eius.

Et post tractatum de psalmo cùm mathematicus in populo monstraretur, de eo idem ipse intulit.

ILLA Ecclesiæ sitis, etiam istum quem videtis bibere vult. Simul etiam vt noueritis, quàm multi in cõmixtione Christianorũ, ore suo benedicãt, & in corde
Psalm. 61. suo maledicant: iste ex Christiano & fideli pœnitẽs redit, & territus potestate Domini, cõuertitur ad misericordiã Domini. Seductus enim ab inimico cùm esset fidelis, diu mathematicus fuit: seductus seducẽs, deceptus decipiens, illexit, fefellit, multa mendacia locutus est contra Deũ; qui dedit hominibus potestatẽ faciendi quod bonũ est, & nõ faciendi quod malum est. Iste dicebat, quia adulteriũ non faciebat voluntas propria, sed Venus: & homicidium non faciebat voluntas propria, sed Mars: & iustum non faciebat Deus, sed Iouis: & alia multa sacrilega non parua. Quàm multis eũ putatis Christianis numos abstulisse? Quàm multi ab illo
Psalm. 4. emerunt mendaciũ, quibus dicebamus: Filij hominum vsq; quò graues corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ? Modò sicut de illo credendũ est, horruit mendacium, & multorum hominum † interi-
al. illectori tum: se aliquando à diabolo sensit illectum, cõuertitur ad Deum pœnitens. Putamus fratres, de magno timore cordis accidisse. Quid enim dicturi sumus? Nũquid si ex pagano conuerteretur mathematicus, magnum

numo, si opus est iumẽto carni huic, à Deo petere debet, nõ à dęmoniis & idolis, & à nescio quibus potestatibus huius seculi. Sunt enĩ qui quãdo famẽ patiuntur in isto seculo, dimittunt Deũ, & rogãt Mercurium, aut rogant Iouẽ vt det illis, aut quę dicũt cælestẽ Pana, aut aliqua dęmonia similia: nõ Deo sitit caro ipsorum. Qui autẽ Deo sitiunt, vndique debẽt sitire & anima & carne: quia & animę Deus dat panẽ suũ, id est, verbũ veritatis: & carni Deus dat, quæ necessaria sunt, quia Deus fecit & animã & carnẽ. Propter carnẽ tuã rogas dęmonia. Nunquid animã Deus fecit, & carnẽ tuã dæmonia fecerunt? Qui fecit animã, ipse fecit & carnẽ. Qui fecit ambas res, ipse pascit ambas res. Vtrunq; nostrũ Deo sitiat, & ex labore multiplici simpliciter satietur. Vbi autẽ sitit anima nostra, & multipliciter caro nostra? Nõ cuicunq;, sed tibi Domine: id est, Deo nostro sitit. Vbi sitit? In terra deserta & sine via, & sine aqua.) Seculum istud diximus, ipsa est Idumęa, hoc est desertũ Idumæę, vnde titulũ Psalmus accepit. In terra deserta. Parũ est deserta, vbi nullus hominũ habitat: insuper & sine via & sine aqua. Vtinã vel viã haberet ipsum desertum: vtinã illuc homo incurrẽs, vel nosset quà inde exiret. Nõ videt hominẽ ad solatium, nõ videt viã qua careat deserto. Ergo ibi diuertit. Vtinã esset vel aqua, vnde reficeretur, qui inde nõ potest exire. Malum desertũ, horribile & timendũ: & tamen Deus misertus est nostri, & fecit nobis viã in deserto, ipsum Dominũ nostrũ Iesum Christum, & fecit nobis cõsolationẽ in deserto, mittẽdo ad nos prædicatores verbi sui, & dedit nobis aquã in deserto, implens spiritu sancto prædicatores suos, vt fieret in eis fõs aquæ salientis in vitam æternã. Et ecce habemus hic oĩa, sed nõ sunt de deserto. Ergo proprietatẽ deserti prius cõmẽdauit Psalmus: vt & cùm audisses in quo malo esses, si quas hic habere posses cõsolationes, vel sociorũ, vel viæ, vel aquæ, non tribueres deserto, sed illi qui te visitare dignatus est in deserto. Sic in sancto apparui tibi, vt viderẽ potẽtiã tuam & gloriã tuã.) Primò sitiuit anima mea, & caro mea multipliciter tibi in deserto, & in terra sine via & sine aqua, & sic in sancto apparui tibi vt viderẽ potentiam tuã & gloriam tuam. Nisi quis primò sitiat in isto deserto, id est, malo in quo est, nunquam peruenit ad bonũ quod est Deus. Apparui autẽ tibi, inquit, in sancto. Nam in sancto est magna cõsolatio. Apparui tibi, quid est? Vt videres me, & ideo vidisti me vt viderẽ te. Apparui tibi vt videre. Nõ dixi, apparui tibi vt videres: sed dixi, apparui tibi vt videre potentiam tuã & gloriam tuam. Vnde & Apostolus: Nunc autẽ, inquit, cognoscẽtes Deum, imò cogniti à Deo. Prius enĩ apparuistis Deo, vt possit vobis apparere Deus. Vt videre potentiam tuam & gloriam tuam. Reuera in isto deserto, id est, in ista eremo, si tanquã ab eremo exigat homo quod sibi saluti est, nunquã videbit potentiã Domini & gloriã Domini: sed remanebit siti moriturus, nec viã inueniet, nec cõsolationẽ, nec aquam per quã duret in eremo. Cùm autẽ erexerit se ad Deũ, vt dicat illi ex medullis omnibus: Sitiuit tibi anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: ne fortè vel necessaria carnis ab aliis petat, & nõ à Deo, aut nõ desideret illam resurrectionẽ carnis quam nobis promittit Deus: cùm ergo se erexerit, habebit non paruas cõsolationes. Ecce fratres, quomodo caro nostra quãdiu mortalis est, quandiu fragilis est, ante illam resurrectionẽ habet solatia ista quibus viuimus: panẽ, aquam, fructus, vinũ, oleũ. Ista oĩa solatia & subsidia si nos deserant, vtique durare non possumus, quamuis nõdum receperit caro ista sanitatem illã perfectam, vbi nullam patietur angustiam, nullam indigentiã: sicẽ anima nostra cùm hic est in ista carne inter tẽtationes, & periculo sæculi huius, adhuc est infirma. Habet etiã ipsa solatia verbi, solatia orationis, solatia disputationis. Sic sũt ista animæ nostræ, quomodo illa carnis nostræ. Cùm autẽ resurrexerit caro nostra, vt iam istis non indigeamus, habebit locum quendã & statũ incorruptionis suæ: sic & anima nostra habebit cibum suũ ipsum verbũ Dei, per quod facta sunt omnia. Tamẽ gratias Deo, qui modò in hac eremo nõ nos deserit: siue dãdo nobis quod necessarium est carni, siue dãdo nobis quod animæ necessariũ est. Et quãdo nos aliquibus necessitatibus erudit, vult vt amplius illũ diligamus: ne fortè per saginã corrumpamur & obliuiscamur eum. Subtrahit nobis aliquãdo quæ necessaria sunt, & atterit nos: vt sciamus quia pater & dominus est, non solùm blandiens, sed & flagellans. Præparat enĩ nos cuidam hæreditati incorruptibili & magnæ. Si vnam cuppam, aut vnam cellam tuã, aut siquid habes in domo tua, cogitas dimittere filio tuo, & ne perdat illud, erudis eum, & flagellis eũ ad disciplinam corrigis, ne perdat nihil tuũ, quod & ipse hic dimissurus est, sicut & tu: nõ vis vt nos erudiat pater noster in flagellis etiam necessitatũ aut tribulationũ, qui nobis talẽ hæreditatẽ daturus est, & quę transire nõ possit? Hæreditatẽ enĩ nobis dabit seipsum Deus, vt ipsum possideamus, & ab ipso possideamur in æternũ. Ergo in sancto appareamus Deo, vt appareat nobis. Appareamus illi in sancto desiderio, vt appareat nobis in potẽtia & gloria filij Dei. Multis enĩ nõ apparuit: sint in sancto, vt appareat & illis. Nã multi putant illũ tantummodo hominẽ fuisse, quia prędicatur natus ex homine, crucifixus & mortuus, ambulasse in terra, manducasse & bibisse, & cætera egisse, quę sunt humana, & putant illum talem fuisse quales sunt cæteri homines. Audistis autem modò cùm Euangelium legeretur, quomodo commendauit maiestatem suam: Ego & pater vnũ sumus. Ecce quanta maiestas & quanta æqualitas patris, descendit ad carnẽ propter infirmitatẽ nostram. Ecce quantum dilecti sumus, antequam Deũ diligeremus. Si antequam Deum diligeremus, tantùm ab illo dilecti sumus, vt æqualem sibi filium suum hominẽ faceret propter nos, quid nobis seruauit iam diligentibus se? Ergo multi nescio quid minimũ putant apparuisse in terra filium Dei: quia non sunt in sancto, non eis apparet potentia ipsius & gloria ipsius: id est, quia nondum sanctificatum habent cor, vnde intelligant eminentiam virtutis illius, & gratias agant Deo, quia propter ipsos tantus quò venit, ad quam natiuitatem, ad quam passionem, non possunt videre gloriam ipsius & potentiam ipsius. Quoniam melior est misericordia tua super vitas.) Multæ sunt vitæ humanæ, sed Deus vnam vitam promittit: & non illã dat nobis quasi propter merita nostra, sed propter misericordiam suã. Quid enim boni egimus, vt illud mereremur? Aut quæ bona facta nostra præcesserũt, vt Deus nobis gratiam suã daret? Nunquid inuenit iustitias quas coronaret, & non delicta quæ donaret? Vtiq; delicta quæ donauit, si punire vellet, non esset iniustum. Quid enim tam iustũ, quàm vt puniatur peccator? Cùm iustũ sit, vt puniatur peccator, pertinuit ad misericordiam ipsius nõ punire peccatorẽ, sed iustificare, & de peccatore facere iustũ, & de impio facere pium. Ergo misericordia ipsius melior super vitas. Quas vitas? Quas sibi homines elegerunt. Alius elegit sibi vitam negotiandi, alius vitam rusticandi, alius vitam fœnerandi, alius vitam militandi: alius illam, alius illam. Diuersæ sunt vitę, sed melior est misericordia tua super vitas nostras. Melius est quod das correctis, quàm quod eligũt peruersi. Vnam vitam donas, quæ præponatur omnibus nostris, quocunque in mũdo eligere potuerimus. Quoniam melior est misericordia

fericordia tua super vitas. Labia mea laudabunt te.) Nõ te laudarẽt labia mea, nisi me præcederet misericordia tua. Dono tuo te laudo, per misericordiam tuã te laudo. Non enĩ ego possem laudare Deũ, nisi mihi donaret laudare se posse. Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.) Sic benedicam te in vita mea. Iã in vita mea quã mihi donasti, nõ in illa quam ego elegi secundum mundum cũ cęteris inter multas vitas, sed quam dedisti mihi per misericordiam tuã, vt te laudarẽ. Sic benedicam te in vita mea. Quid est sic? Vt misericordiæ tuæ tribuã vitã meam in qua te laudo, non meritis meis. Et in nomine tuo leuabo manus meas. Leua ergo manus in oratione. Leuauit p nobis Dominus Deus noster manus in cruce, & extensæ sunt manus eius pro nobis. Ideo extensæ sunt manus eius in cruce, vt manus nostræ extẽdantur in bona opera: quia crux ipsius misericordiam nobis præbuit. Ecce leuauit ille manus & obtulit pro nobis sacrificium Deo seipsum, & per illud sacrificium deleta sunt oĩa peccata nostra. Leuemus & nos manus nostras ad Deum in prece: & nõ confundentur manus nostræ leuatæ ad Deũ, si exerceantur in bonis operibus. Quid enĩ facit qui leuat manus? Vnde præceptum est vt leuatis manibus oremus ad Deum? Apostolus enim dicit: Leuantes puras manus sine ira & disceptatione: vt cùm leuas manus tuas ad Deum, veniant tibi in mentẽ opera tua. Quia enĩ manus istæ leuantur vt impetres quod vis, ipsas manus cogitas in bonis operibus exercere, ne erubescãt leuari ad Deũ. In nomine tuo leuabo manus meas. Istę preces nostrę sunt in hac Idumæa, in hoc deserto, in terra sine aqua & sine via, vbi nobis Christus est via, sed non via de hac terra. In nomine tuo leuabo manus meas. Et quid dicam, cùm leuo manus meas in nomine tuo? Quid petã? Eia fratres, quando leuatis manus, quærite quid petatis: ab omnipotente enĩ petitis. Aliquid magnum petite, nõ qualia petunt qui nõdum crediderũt. Videtis qualia dẽtur & impiis. Petiturus es à Deo tuo pecuniã. Nunquid nõ donat eam & sceleratis, qui in illum nõ credunt? Quid ergo pro magno petiturus es quod donat & malis? Sed non tibi displiceat, quia quę donat & malis, tam friuola sunt, vt hæc & malis donari digna sint: ne tibi quasi magna videãtur quę possunt donari & malis. Dei quidẽ sunt & oĩa dona terrena: sed videte, quia quæ donat & malis, non pro magno habẽda sunt. Est aliud quod nobis seruat. Cogitemus autẽ quæ donat & malis, & hĩc intelligamus quid seruet bonis. Quæ donat malis, videte. Donat illis lucẽ istam, videte quia vident illam boni & mali. Pluuiam quæ descendit super terrã, & hinc quãta bona nascuntur, & malis inde præstatur & bonis; dicente Euãgelio: Qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Dona ergo ista quæ nascuntur, vel de pluuia, vel de sole, à Domino quidẽ nostro petere debemus, cùm sint necessaria: sed non ista sola, quia ista dantur bonis & malis. Quid ergo debemus petere, quãdo leuamus manus? Quia quomodo potuit dixit illud Psalmus. Quid est q̃ dixi, quomodo potuit? Quomodo potuit os humanum auribus humanis. Quia per ora humana ista dicta sunt, & per quasdã similitudines dicta sunt: quomodo capere possent oẽs infirmi, omnes paruuli. Quid dixit? Quid petiuit? In nomine, inquit, tuo leuabo manus meas. Quid accepturus? Tanquam adipe & pinguedine repleatur anima mea.) Putatis aliqua pinguedine repleatur anima mea? Putatis aliquam pinguedinẽ carnis desiderasse animam istam, fratres mei? Non enim hoc pro magno desiderauit, vt pingues arietes, vt pingues porci illi mactarẽtur, vt veniret ad aliquã coquinã, vbi inueniret obsonia pinguia vnde saturaretur. Si hoc crediderim?, digni sumus qui ista audiamus. Ergo aliquid spiritale debemus intelligere. Habet quandam pinguedinem anima nostra. Est quædã saturitas pinguis sapiẽtiæ. Sapientia enĩ ista animæ qui carẽt, marcescunt: & omnino ita exiles fiũt, vt in omnibus bonis operibus citò deficiant. Quare citò deficiunt in omnib. bonis operibus? Quia non habent pinguedinẽ saturitatis suę. Audi Apostolum dicentem de pingui anima, præcipientẽ vt quisq; bene operetur. Quid ait? Hilarẽ datorem diligit Deus. Pinguis anima vnde esset pinguis, nisi à Domino saturaretur? Et tamẽ quantũlibet hic sit pinguis, quid erit in illo futuro seculo, quo nos pascit Deus? interĩ in hac peregrinatione, quid erimus tunc, nec dici potest. Et fortasse ipsam saturitatẽ optamus hic, quãdo leuamus manus nostras, vbi pinguedine sic saturabimur, vt omnino omnis indigẽtia nostra intereat, & nihil desideremus: quia totũ præsto nobis erit, quicquid hic desideramus, quicquid hic pro magno amamus. Iã patres nostri mortui sunt: Deus autẽ viuit. Non hic potuimus semper habere patres, ibi autẽ semper habebimus viuum vnũ patrẽ. Habentes patriã nostram, quæcũque terrena sunt, semper ibi † esse nõ possumus: & necesse est vt alij nascantur, & ad hoc nascantur filij ciuium illorum, vt excludãt inde parẽtes suos. Ad hoc enĩ nascitur puer, vt dicat maiori: Quid hic agis? Necesse est vt qui succedunt & qui nascuntur, excludant eos qui se præcesserunt. Ibi oẽs pariter viuemus: non ibi erit successor, quia nullus decessor. Qualis illa patria? Sed diuitias hic amas, ipse Deus tibi erit diuitiæ tuæ. Sed amas fontem bonũ. Quid prẽclarius illa sapiẽtia? quid lucidius? Quicquid hic potest amari, pro omnibus tibi erit qui fecit oĩa. Tanquã adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et labia exultationis laudabũt nomen tuũ.) In hac eremo, in nomine tuo leuabo manus meas. Impleatur anima mea tanquam adipe & pinguedine, & labia exultationis laudabunt nomen tuũ. Modò enĩ oratio, quamdiũ sitis: cùm sitis transiẽtit, trãsit oratio, & succedet laudatio. Et labia exultationis laudabunt nomen tuum. Si memoratus sum tui super stratum meũ, in diluculis † meditabar in te, quia factus es adiutor meus.) Stratum suũ quietẽ suam dixit. Quando aliquis quietus est, memor sit Dei: quando aliquis quietus est, non per quietẽ dissoluatur & obliuiscatur Deum. Si memor est Dei quando quietus est, in actionibus suis in Deum meditatur. Diluculò enim dixit actiones, quia omnis homo diluculò incipit aliquid agere. Quid ergo dixit? Si memor fui tui in stratu meo, & in diluculis meditabor in te. Si ergò non fui memor in stratu meo, nec in diluculo meditabar in te. Qui quando otiosus est, nõ cogitat Deum, in actionibus suis cogitare Deum potest? Qui autem memor eius est, quãdo quietus est: in ipso meditatur cùm agit, ne in actionib. suis deficiat. Ideo quid adiecit? Et in diluculis meditabar in te, quia factus es adiutor meus. Etenĩ nisi Deus adiuuet bona opera nostra, impleri à nobis non possunt. Et digna debemus operari: id est, tanquam in luce, quãdo Christo demõstrante operamur. Quicunque operatur mala, in nocte operatur, non in diluculo; Apostolo dicente: Qui inebriantur, nocte inebriantur: & qui dormiunt, nocte dormiunt: nos qui dici sumus, sobrij simus. Hortatur nos vt secundũ diẽ ambulemus honestè: Sicut in die, inquit, honestè ambulemus. Et iterum: Vos, inquit, filij lucis estis, & filij dici: non estis noctis neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis, & filij tenebrarum? Qui omnia mala operantur. Vsqueadeo filij noctis sunt, vt timeãt videri quæ operantur: & quæ publicè operantur mala, ideo publicè operantur, qui

multi illa operantur. Quæ pauci operantur, in abſcōdito operātur. A Qui autē talia publicè operantur, ſunt quidem in luce ſolis, ſed in tenebris cordis. Nemo ergo in diluculo operatur, niſi qui in Chriſto operatur. Sed qui otioſus memor eſt Chriſti, in ipſo meditatur in omnibus actionibus ſuis, & eſt illi adiutor in bono opere, ne per infirmitatē ſuam deficiat. Si memoratus ſum tui ſuper ſtratū meū, in diluculis meditabor in te, quia factus es adiutor meus. Et in velamento pēnarum tuarū exultabo.) Hilareſco in bonis operibus, quia ſuper me eſt velamē pennarum tuarū. Si me nō protegas: quia pullus ſum, miluus me rapiet. Dicit enim quodā loco ipſe Dominus noſter ad Hieruſalē quādam ciuitatē illam, Matth.23.d vbi crucifixus eſt: Hieruſalē, inquit, Hieruſalē, quotiēs volui filios tuos cōgregare, tanquā gallina pullos ſuos, & noluiſti. Paruuli ſumus, ergo protegat nos Deus ſub vmbraculo alarum ſuarū. Quid cūm maiores facti fuerimus? B Bonum eſt nobis vt & tunc protegat nos, vt ſub illo maiore ſemper nos pulli ſimus. Semper enī ille maior eſt, quantūcunque creuerimus. Nemo dicat, protegat me, cùm paruulus ſum: quaſi aliquando ad tantam magnitudinem poſſit peruenire, quæ ſibi ſufficiat. Sine protectione Dei nihil es, ſemper ab illo ꝓtegi velimus. Tūc ſemper in illo magni eſſe poterimus, ſi ſemper ſub illo paruuli ſimus. Et in velamento pennarum tuarum exultabo. Agglutinata eſt anima mea poſt te.) Videte deſiderantem, videte ſitientē, videte quomodo hæret Deo. Naſcatur in vobis iſte affectus. Si iam germinat, cōpluatur & creſcat: perueniat ad tale robur, vt & vos dicatis ex toto corde, agglutinata eſt anima mea poſt te. Vbi eſt ipſum glutē? Ipſum gluten charitas eſt. Charitatem habe, quo glutine agglutinetur anima tua poſt Deum. Non cū Deo, ſed poſt Deum: vt ille pręcedat, tu ſequaris. Qui enim voluerit Deum antecedere: cōſilio ſuo vult viuere, & nō vult ſequi præcepta Dei. C Propterea & Petrus repulſus eſt, quando voluit conſiliū dare Chriſto paſſuro pro nobis. Adhuc enim infirmus erat Petrus, & quāta vtilitas eſſet generis humani in ſanguine Chriſti, nō nouerat: Dominus autē qui venerat redimere nos, & dare pretiū pro nobis ſanguinem ſuum, cœpit prædicare paſſionē ſuam. Expauit Petrus quaſi moriturū Dominum, quem volebat hic ſemper viuere quomodo illū videbat, quia carnalibus oculis deditus, carnali affectu circa Dominū tenebatur; & ait illi: Ab- Matth.16.d ſit à te Domine, propitius eſto tibi. Et Dominus: Redi poſt me ſatanas: nō enī ſapis quæ Dei ſunt, ſed quę ſunt hominum. Quare quæ ſunt hominū? Quia antecedere me vis, redi poſt me vt ſequaris me: vt iā ſequens Chriſtum diceret: Agglutinata eſt anima mea poſt te. Merito annectit: Me ſuſcepit dextera tua.) Agglutinata eſt poſt te anima mea, me ſuſcepit dextera tua. Dixit hoc Chriſtus in nobis: id eſt, in homine quem geſtabat pro nobis, quē offerebat pro nobis. Dixit hoc, dicit hoc & Eccleſia in Chriſto, dicit in capite ſuo: quia & ipſa paſſa D eſt hic perſecutiones magnas, & ſingillatim etiā modò patitur. Quis enim pertinēs ad Chriſtū, non variis tentationibus agitatur, & quotidie agit cū illo diabolus & angeli eius, vt peruertatur qualibet cupiditate, qualibet ſuggeſtione, aut promiſſione lucri, vel terrore dāni, vel promiſſione vitę, vel terrore mortis, aut alicuius potentis inimicitiis, aut alicuius potētis amicitiis? Omnibus modis inſtat diabolus, quemadmodum deiiciat. Et in perſecutionibus viuimus, & habemus perpetuos inimicos, diabolum & angelos eius: ſed nō timeamus. Sic ſunt diabolus & angeli eius, quaſi milui. Sub illius Matth.23.d gallinæ alis ſimus, & nō nos poteſt contingere. Gallina enim quæ nos protegit, fortis eſt. Infirma eſt propter nos: ſed fortis eſt in ſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ipſa ſapiētia Dei. Ergo dicit hoc & Eccleſia: Agglutinata eſt anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Ipſi verò in vanū quæſierunt animā meam.) Quid mihi fecerunt qui quæſierūt animam meam perdere? Vtinam quærerent animam meā vt crederent mecum, ſed quęſierūt animam meā vt perderent me. Quid facturi? Nō enim rapturi erant gluten quo adhæſit anima mea poſt te. Quis enim nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribu- Rom. 8.g latio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Dextera tua ſuſcepit me. Ergo propter illud glutē, & propter potentiſſimā dexteram tuam, in vanū quæſierunt animā meam. Quotquot perſecuti ſunt, vel perſequi cupiunt eccleſiam, poteſt de his hoc intelligi: maximè hoc tamen accipiamus de Iudæis, qui quæſierunt animam Chriſti perdere, & in ipſo capite noſtro quod crucifixerūt, & in diſcipulis eius quos poſtea perſecuti ſunt. Quęſierunt animā meam. Introibunt in inferiora terrę.) Terram perdere noluerunt, vt crucifigerent Chriſtū, in inferiora terræ ierunt. Quæ ſunt inferiora terræ? Terrenæ cupiditates. Melius eſt carne ambulare ſuper terrā, quàm cupiditate ire ſub terrā. Omnis enim qui contra ſalutē ſuam cupit terrena, ſub terra eſt: quia terram ſibi præpoſuit, terrā ſuper ſe poſuit, & ſe ſubter fecit. Illi ergo timētes terrā perdere, quid dixerūt de Domino Ieſu Chriſto, cùm viderent multas turbas ire poſt illū, quia mirabilia faciebat? Si illum dimi- Ioan.11.f ſerimus viuum, venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem. Timuerunt perdere terram, & ierunt ſub terram: accidit eis & quod timuerunt. Nā ideo voluerunt Chriſtum occidere, ne terram perderent: & ideo terram perdiderunt, quia Chriſtum occiderunt. Occiſo enim Chriſto, quia dixerat illis ipſe Dominus: Auferetur à vobis regnū, & tradetur genti facien- Matth.21.d ti iuſtitiam: ſecutæ ſunt illos magnæ calamitates perſecutionum. Vicerunt illos imperatores Romani, & reges gentium. Excluſi ſunt de ipſo loco vbi crucifixerunt Chriſtum, & modò locus ille plenus eſt laudatoribus Chriſtianis: nullum Iudæum habet. Caruit inimicis Chriſti, impletus eſt laudatoribus Chriſti. Ecce perdiderunt à Romanis locum, quia Chriſtum occiderunt: qui propterea occiderunt, ne locum à Romanis perderent. Ergo introibunt in ima terræ. Tradentur in manus gladij.) Reuera ſic illis viſibiliter cōtigit, expugnati ſunt irruentibus hoſtibus. Partes vulpium erunt.) Vulpes dicit reges ſeculi, qui tunc fuerunt quādo debellata eſt Iudæa. Audite vt noueritis & intelligatis, quia ipſos dicit vulpes. Herodem regem ipſe Dominus vulpem appellauit: Ite, inquit, & dicite vulpi illi. Luc.13.g Videte & attendite fratres mei: Chriſtum regem habere noluerunt, & partes vulpium facti ſunt. Quando enim Pilatus præſes in Iudæa legatus, occidit Chriſtū ex vocibus Iudæorum, dixit ipſis Iudæis: Regē veſtrū Ioan.19.a crucifigam? Quia dicebatur rex Iudæorum, & verus rex ipſe. Et illi repellentes Chriſtum, dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. Repulerunt agnū, elegerunt vulpem: meritò partes vulpium facti ſunt. Rex verò, ideo ita poſitum eſt, quia illi vulpem elegerunt, regem verò noluerunt. Rex verò, id eſt, verus rex, cui titulus inſcriptus eſt, quando paſſus eſt. Nam Pilatus hunc titulum ſuper caput eius inſcriptum poſuit, rex Iudæorum, Hebræa lingua, Græca, & Latina: vt omnes qui tranſirent legerent gloriam regis, & ignominiam ipſorum Iudæorum, qui reiiciētes verum regem, elegerunt vulpem Cæſarem. Rex verò lætabitur in Deo.) Illi facti ſunt partes vulpium: Rex verò lætabitur in Deo. Quem ſibi viſi ſunt quaſi ſuperaſſe cùm crucifigerent, tunc crucifixus fudit pretium, quo emit orbem terrarum. Rex verò lætabitur in Deo: Laudabitur omnis qui iurat in ipſo.) Quare laudabitur omnis qui iurat in ipſo? Quia ſibi elegit Chriſtum, non vulpē: quia quando illi Iudæi inſultauerunt, tunc dedit A ille vnde redimeremur. Ad ipſum ergo pertinemus, qui nos redemit, qui pro nobis mundum vicit: non armato milite, ſed irriſa cruce. Rex verò lętabitur in Deo, laudabitur omnis qui iurat in ipſo. Quis iurat in eo? Qui pollicetur ei vitam ſuam, qui vouet illi & reddit, qui fit Chriſtianus: hoc eſt quod ait: Laudabitur omnis qui iurat in ipſo. Quoniā oppilatum eſt os loquētium iniqua.) Quanta iniqua locuti ſunt Iudæi? quanta mala dixerunt, nō ſolùm Iudæi, ſed & omnes qui propter idola Chriſtianos perſecuti ſunt? Quando ſæuiebant in Chriſtianos, putabāt quòd poſſent finire Chriſtianos. Cùm putabant quòd poſſent finire, Chriſtiani creuerunt, & ipſi finiti ſunt. Oppilatū eſt os loquentium iniqua. Nemo audet modò publicè loqui contra Chriſtum, iam omnes timent Chriſtum. Quoniam oppilatum eſt os loquentium iniqua. Quando in infirmitate Apoc. 5. b. agnus erat, etiam vulpes audebant contra agnum. Vi- B cit leo de tribu Iuda, & ſiluerunt vulpes: quoniam oppilatum eſt os loquentium iniqua.

IN PSALMVM LXIII. ENARRATIO.

PASSIONIS ſanctorum martyrum diem hodie feſtum habentes, in eorum recordatione gaudeamus; recolētes quid patiebantur, & intelligētes quid intuebantur. Nunquam enī tantas tribulationes carne tolerarent, niſi magnam quietē mente † conciperēt. al. conſpicerent. Hunc itaque Pſalmū pro ipſa ſollennitate curramus. Heſterno enī die multa audiuit charitas veſtra, nec hodie tamen huic feſtiuitati negare potuimus noſtrā ſeruitutē. Itaque quoniā maximè Domini paſſio commendatur in hoc Pſalmo, nec potuerunt eſſe fortes martyres, niſi intuerētur eum, qui primus paſſus eſt: nec talia ſuſtinerent in paſſione, qualia ille, niſi talia ſperarēt in reſurrectione, qualia ipſe de ſe demōſtrauit. Nouit autem ſanctitas veſtra caput noſtrum eſſe Dominum noſtrū Ie- C ſum Chriſtum: omnéſque illi cohærētes membra eſſe illius capitis: eiúſque vocē iam habetis notiſſimā, quoniam non ex ſolo capite, ſed etiā ex corpore loquitur; Marc.16.d vocéſq; eius non tantùm ipſum Dominū Ieſum Chri- Actor.1.b ſtum, qui iā aſcendit in cælum, vel ſignificant, vel prædicant, ſed etiā eius membra caput proprium ſecutura. Agnoſcamus hic nō ſolùm illius vocem, ſed & noſtrā. Et nemo dicat, quòd hodie in tribulatione paſſionum non ſumus. Suprà enim audiſtis hoc, quia illis temporibus Eccleſia quaſi tota ſimul impellebatur, nunc autē per ſingulos tentatur. Alligatus eſt quidē diabolus, ne faciat quantum poteſt, ne faciat quantum vult: tamen tantum tentare ſinitur, quantum expedit proficientibus. Non nobis expedit eſſe ſine tētationibus. Nec rogemus Deum vt non tentemur, ſed vt non inducamur in tentationē. Dicamus ergo & nos, Exaudi Deus ora- D al. tribulor. tionē meā cùm † deprecor, à timore inimici erue animam meam.) Sæuierūt inimici in martyres. Quid orabat iſta vox corporis Chriſti? Hoc orabat vt eruerētur ab inimicis, & non eos poſſent occidere inimici. Ergo exauditi nō ſunt, quia occiſi ſunt, & deſeruit Deus cōtritos corde ſeruos ſuos, & ſperātes in ſe deſpexit? Abſit. Quis enim inuocauit Dominum, & derelictus eſt ab eo? Quis ſperauit in eum, & deſertus eſt ab eo? Exaudiebātur ergo & occidebantur, & tamē ab inimicis eruebantur. Alij timentes conſentiebant, & viuebant, & tamen ipſi ab inimicis abſorbebantur. Occiſi eruebātur, viuentes abſorbebātur. Inde eſt & illa vox gratulatio- Pſalm. 123. nis, forſitan viuos abſorbuiſſent nos. Multi abſorpti, & viui abſorpti, multi mortui abſorpti. Qui putauerunt inanē eſſe fidē Chriſtianam, mortui abſorpti ſunt. Qui autē ſcientes veritatem eſſe prædicationem Euāgelij, Chriſtum eſſe filium Dei ſcientes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, ceſſerunt tamē doloribus, & idolis ſacrificauerūt, viui abſorpti ſunt. Illi abſorpti ſunt, quia mortui; illi autē quia abſorpti, mortui. Non enī abſorpti viuere potuerunt, quāuis viui abſorberentur. Ergo hoc orat vox martyrū: A timore inimici erue animam meā; non vt me non occidat inimicus, ſed vt non timeā occidentē inimicū. Hoc orat in pſalmo impleri ſeruus, quod modò iubebat in Euāgelio Dominus. Quid modò iubebat Dominus? Nolite timere eos qui corpus Matt.10.e occidunt, animā autem non poſſunt occidere: ſed eum potius timete, qui habet poteſtatē & animā & corpus occidere in gehenna ignis. Et repetiuit: Ita dico vobis, eum timete. Qui ſunt qui corpus occidūt? Inimici. Quid iubebat Dominus? Ne timerētur. Oretur ergo, vt præſtet quod iubet. A timore inimici erue animam meam. Erue me à timore inimici, & ſubde timori tuo. Non timeam eū qui corpus occidit, ſed timeā eum qui habet poteſtatē & corpus & animā occidere in gehēna ignis. Nō enim à timore volo eſſe immunis: ſed à timore inimici liber, ſub timore Domini ſeruus. Protexiſti me à conuentu malignantium, à multitudine operantiū iniquitatem.) Iam ipſum caput noſtrum intueamur. Multi martyres talia paſſi ſunt, ſed nihil ſic elucet quomodo caput martyrum, ibi melius intuemur quod illi experti ſunt. Protectus eſt à multitudine malignantium protegente ſe Deo, protegente carnē ſuam ipſo filio & homine quē gerebat: quia filius hominis eſt, & filius Dei eſt. Filius Dei propter formā Dei: filius hominis pro- Philip. 2.a pter formā ſerui, habens in poteſtate ponere animam ſuam, & recipere eam. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animā non occiderunt. Intēdi- Ioan.10.d Matt.10.e te. Parū ergo erat † Domino hortari martyres verbo, al. Domini. niſi firmaret exēplo. Noſtis qui conuentus erat malignantiū Iudæorum, & quæ multitudo erat operātium iniquitatem. Quam iniquitatē? Quia voluerūt occidere Dominum Ieſum Chriſtum. Tanta opera bona, in- Ioan.10.f quit, oſtendi vobis, propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorū, curauit omnes languidos eorum, prædicauit regnum cælorum, non tacuit vitia eorum, vt ipſa potius eis diſplicerent, non medicus à quo ſanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquam multa febri phrenetici inſanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitauerūt conſilium perdendi eum: tanquam ibi volentes probare, vtrum verè homo ſit, qui mori poſſit, an aliquid ſuper homines ſit, & mori ſe nō permittat. Verbum ipſorū agnoſcimus in ſapientia Salomonis. Morte turpiſſi- Sap.2.d ma, inquiunt, condēnemus eum. Interrogemus eū, erit enim reſpectus in ſermonibus illius. Si enim verè filius Dei eſt, liberet eū. Videamus ergo quid factum ſit. Quia Pſal.56. exacuerūt tanquā gladium linguas ſuas.) Filij hominū dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus: quod dicit & alius Pſalmus, ſic & hic, Exacuerunt tanquā gladium linguas ſuas. Non dicant Iudæi, non occidimus Chriſtum. Etenim propterea eū dederunt iudici Pilato, vt quaſi ipſi à morte eius viderentur immunes. Nam cùm dixiſſet eis Pilatus, Vos eū occidite; reſponderunt: Nobis nō licet occidere quemquā. Ioan. 18.f Iniquitatem facinoris ſui in iudicem hominē refundere volebant. Sed nunquid Deum iudicē fallebāt? Quod fecit Pilatus, in eo ipſo quod fecit, aliquantū particeps fuit, ſed in cōparatione illorū multo ipſe innocentior. Inſtitit enim quantum potuit, vt illum ex eorum manibus liberaret. Nā propterea flagellatum produxit ad Ioan. 19.a eos. Non perſequendo Dominū flagellauit, ſed eorum furori ſatisfacere volens: vt vel ſic iā miteſcerent & de-

sinerent velle occidere, cùm flagellatum viderent, fe-
Mat 27.c cit & hoc. At vbi perseuerauerũt, nostis illũ lauisse ma- A
nus, & dixisse, quòd ipse non fecisset, mundum se esse à
morte illius. Fecit tamen. Sed si reus quia fecit vel inui-
tus, illi innocẽtes qui coëgerunt vt faceret? Nullo mo-
do. Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eũ crucifi-
gi: & quasi ipse occidit, & vos ô Iudæi occidistis. Vnde
occidistis? Gladio linguæ. Acuistis enĩ linguas vestras.
Et quando percussistis, nisi quando clamastis, Crucifi-
Luc. 23.d. ge, crucifige? Propterea enim nõ est prętermittendum,
Ioan. 19.c quia venit in mentẽ, ne fortè aliquem perturbet lectio
diuinorum librorum. Quidam Euangelista dicit, hora
sexta crucifixum Dominum, & quidã hora tertia: nisi
intelligamus perturbamur. Et iam incipiente sexta ho-
ra dicitur Pilatus sedisse pro tribunali: & reuera quãdo
Marc. 15.c leuatus est Dominus in ligno, hora sexta erat. Sed alius
Euangelista intuens animum Iudæorũ, quia volebãt se
immunes videri à morte Domini, narrando eos osten- B
dit reos, dicens Dominum hora tertia crucifixũ. Con-
siderantes autem omnẽ circunstantiã lectionis, quan-
ta agi potuerunt, cùm apud Pilatum Dominus accusa-
retur, vt crucifigeretur: inuenimus horam tertiam esse
potuisse, quando illi clamauerunt: Crucifige, crucifige.
Ergo verius illi tunc occiderunt, quando clamauerũt.
Matt. 27.c Apparitores potestatis hora sexta crucifixerunt, præ-
uaricatores legis hora tertia clamauerũt: quod illi ma-
nibus hora sexta, hoc illi lingua hora tertia. Rei magis
isti qui clamando sæuiebant, quàm illi qui obtẽperan-
do administrabant. Ipsum est totum acumen Iudæorũ,
hoc est quod pro magno quæsierunt: Occidamus, &
non occidamus: sic occidamus vt non ipsi occidisse iu-
dicemur. Exacuerunt tanquam gladiũ linguas suas: In-
tenderunt arcum rem amaram.) Arcum dicit insidias.
Qui enĩ gladio cominus pugnat, apertè pugnat: qui sa-
gittã mittit, fallit vt feriat. Prius enim sagitta percutit,
quàm venire ad vulnus præuideatur. Sed quem laterẽt C
insidiæ cordis humani? Nunquid & Dominum nostrũ
Ioan. 2.d Iesum Christum, qui non opus habebat vt ei testimo-
nium quisquam perhiberet de homine? Ipse enim scie-
bat quid esset in homine, sicut Euãgelista testatur. Ta-
men audiamus eos, & intueamur eos quasi nesciente
Domino facere quod moliuntur. Intenderunt arcum
rem amaram. Vt sagittarent in abscondito immacula-
tum.) Quod dixit, intenderunt arcũ, hoc est in abscon-
dito: quasi fallentes insidiis. Nostis enim quibus dolis
Matt. 26.b id egerint, quẽadmodum discipulum ei cohærentem
pecunia corruperint, vt sibi traderetur: quomodo fal-
sos testes procurauerint, quibus insidiis & dolis egerĩt,
vt sagittarent in abscõdito immaculatum. Magna ini-
quitas. Ecce de abscondito venit sagitta, quę immacu-
latum ferit, qui nec tantum habebat maculæ, quãtum
potest pungi à sagitta. Agnus quippe immaculatus, to-
tus immaculatus, semper immaculatus: nõ cui maculæ D
ablatæ sint, sed qui maculas nullas cõtraxerit. Nam fe-
cit multos immaculatos donando peccata, ipse imma-
culatus non habendo peccata. Vt sagittent in abscon-
dito immaculatum. Repentè sagittabunt eum, & non
timebunt.) O cor durum, occidere velle hominem qui
mortuos suscitabat! Repẽte, id est insidiosè: quasi ino-
pinatè, quasi non præuisè. Similis enim nescienti erat
inter ipsos Dominus ignorantes quid nesciret, & quid
sciret: immo ignorantes eũ nihil nescire, & omnia sci-
re, & ad hoc venisse vt illi facerẽt quod se potestate fa-
cere arbitrabantur. Repentè sagittabunt eum, & nõ ti-
mebunt. Obfirmauerunt sibi sermonem malignum.)
Obfirmauerunt. Facta sunt tanta miracula, non sunt
moti, perstiterũt in cõsilio sermonis maligni. Traditus
est ille iudici: trepidat iudex, & nõ trepidant qui iudici
tradiderunt. Cõtremiscit potestas, & non cõtremiscit
immanitas. Vult ille lauare manus, & illi inquinant lin-
guas. Sed quare hoc? Firmauerunt sibi sermonem ma-
lignum. Quanta egit Pilatus, quanta vt refrenarentur?
Quæ dixit? quid egit? Sed firmauerũt sibi sermonem
malignum: Crucifige, crucifige. Repetitio, cõfirmatio Luc. 23.d.
est sermonis maligni. Videamus quomodo firmauerũt
sibi sermonẽ malignum. Regem vestrum crucifigam?
Dixerunt: Nos non habemus regem nisi Cæsarẽ. Ob- Ioan. 19.c.
firmauerunt sermonem malignum. Offerebat ille regẽ
filium Dei, illi ad hominem recurrebant: digni qui illũ
haberent, & illum non haberent. Adhuc audi, quomo-
do firmauerunt sibi sermonem malignum: Non inueni Luc. 23.d.
aliquid in isto homine, ait iudex, quo dignus sit morte.
Et illi qui firmauerunt sermonem malignum, dixerũt:
Sanguis eius super nos & super filios nostros. Firmaue- Mat. 27.c
runt sibi sermonem malignum. Firmauerunt sermo-
nem malignum, nõ Domino, sed sibi. Quomodo enim
non sibi: cùm dicunt, Super nos & super filios nostros.
Quod ergo firmauerunt, sibi firmauerũt: quia ipsa vox
est alibi: Foderunt ante faciem meam foueam, & inci- Psa. 56.
derunt in eam. Dominum mors non occidit, sed ipse
mortem: illos autem iniquitas occidit, quia noluerunt
occidere iniquitatem. Prorsus fratres certum est: aut
occides iniquitatem, aut occideris ab iniquitate. Noli
autem quærere occidere iniquitatem, tanquam ali-
quid extra te. Ad teipsum respice, vide quid tecum pu-
gnet in te, & caue ne expugnet te iniquitas tua, inimi-
ca tua, si interfecta non erit: ex te enim est, & anima
tua aduersus te rebellat, non aliud aliquid. Ex quadam
parte cohæres Deo, ex quadam parte delectaris secu-
lo. Illud quo delectaris seculo, pugnat aduersus men-
tem quæ cohæret Deo. Sed quæ cohæret cohæreat,
non deficiat, nõ se dimittat, magnum adiutorium ha-
bet. Vincit quod in illa sibi rebellat, si perseuerat in pu-
gnando. Est peccatum in corpore tuo, sed nõ regnet.
Non ergo regnet, inquit, peccatum in vestro mortali Rom. 6.b
corpore, ad obaudiendum desideriis eius. Si verò non
obaudieris, & si est quod suadeat, quod delectet ad
malum: non obtemperando facis vt non regnet quod
est, & ita fiet postea vt non sit quod erat. Quãdo? Cùm 1. Cor. 15.g
absorbebitur mors in victoria, cùm corruptibile hoc
induerit incorruptionem: ibi non erit quod tibi repu-
gnet, non erit quod te aliud delectet nisi Deus. Ergo
& isti Iudæi inuiderunt Domino, delectabat eos prin-
cipatus. Quidam videbant sibi ab eo auferri principa-
tum, & ex delectatione sua rebellauerunt aduersus
Dominum: qui si rebellassent aduersus delectationem
suam malam, ipsam inuidentiam vincerent, nec vin-
cerẽtur ab ea, & esset illis Dominus saluator qui vene-
rat vt sanaret. Nunc autem fauerunt febri, repugnaue-
runt medico. Quicquid suggerebat febris, faciebant:
quicquid iubebat contrà medicus, negligebant. Ergo
illi magis occisi sunt, non Dominus: nam in Domino
mors occisa est, in illis iniquitas vixit. Viuente autem
in se iniquitate, illi mortui sunt. Narrauerunt vt abscõ-
derent muscipulas, dixerunt, quis videbit eas.) Latere
putabant eum quem occidebant, latere Deum. Ecce
puta homo erat Christus, sicut & cæteri homines: ne-
sciebat quid de illo cogitarent, nũquid & Deus nescit?
O cor humanũ, quare tibi dixisti, quis videt me, cùm
ille videat qui te fecit? Dixerunt, quis videbit eas? Vi-
debat Deus, videbat & Christus; quia & Christus
Deus. Sed quare videbatur eis nõ videre? Audi sequẽ-
tia: Perscrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutan-
tes scrutationes.) Id est acerba & acuta consilia. Non
tradatur per nos, sed per discipulum suũ: nõ occidatur
à nobis, sed à iudice. Totum nos faciamus, & nihil fe-
cisse

Lucæ 23.d. cisse videamur. Et vbi est clamor linguæ, Crucifige,
Ioan. 19.c crucifige? Sic cæci estis, vt & surdi sitis. Simulata inno- A
centia nõ est innocẽtia, simulata ęquitas nõ est ęquitas,
sed duplex iniquitas: quia & iniquitas est & simulatio.
Ibi ergo isti defecerunt scrutantes scrutationes. Quãto
acutiùs sibi excogitare videbãtur, tãto magis deficie-
bant: quia à lumine veritatis & æquitatis in profunda
consiliorũ malignorũ demergebantur. Habet iustitia
quandã lucẽ suã, perfundit & illustrat animam inhęrẽ-
tem sibi. Anima verò auertẽs se à luce iustitiæ, quanto
magis quærit quod inueniat contra iustitiã, tanto plus
à luce repellitur, & in tenebrosa demergitur. Meritò
ergo & isti perscrutantes quod contra iustũ molieban-
tur, à iustitia recedebant: & quãto à iustitia recedebãt,
tantò plus deficiebãt scrutãtes scrutationes. Magnum
consiliũ innocẽtiæ: quãdo ipsum Iudã pœnituit quòd
tradidisset Christum, & proiecit illis pecuniã quã de-
derant. Illi noluerũt eam mittere in gazophylacium, &
dixerunt: Pecunia sanguinis est, nõ illam mittamus in B
Matt. 27.b. gazophylacium. Quid est gazophylacium? Arca Dei
vbi colligebantur ea quæ ad indigentiã seruorum Dei
mittebantur. O homo, cor tuũ sit potius arca Dei, vbi
habitent diuitiæ Dei, vbi sit numus Dei, mẽs tua habẽs
imaginẽ imperatoris tui. Cùm ergo hęc ita sint, qualis
illa innocentiæ simulatio fuit, pecuniã sanguinis non
mittere in arcam, & ipsum sanguinẽ mittere in cõsciẽ-
tiam? Sed quid eis contigit? Defecerunt scrutãtes scru-
tationes. Vnde? Quia dicit, quis videbit eos: id est, quia
eos nemo videbat. Hoc dicebãt, hoc apud se opinabã-
tur, quòd nemo eos videret. Vide quid contingat ani-
mæ malæ. Recedit à luce veritatis: & quia ipsa nõ videt
Deum, putat se nõ videri à Deo. Sic & isti recedendo
ierunt in tenebras, vt ipsi non viderent Deum: & dixe-
runt, quis nos videt? Videbat & ille quẽ crucifigebant:
illi deficiendo, nec illum filiũ, nec patrem videbant. Si
ergo & ille videbat, quare se patiebatur teneri ab eis,
occidi ab eis? Quare si videbat, voluit cõsilia eorũ præ- C
ualere in se? Quare? Quia homo erat propter hominẽ,
& Deus latẽs in homine: quia venerat nesciẽtibus exẽ-
plum fortitudinis dare, ideo ipse sciens omnia sustine-
bat. Quid enim sequitur? Accedat homo ad cor altum,
& exaltabitur Deus.) Illi dixerunt: Quis nos videbit?
Defecerũt scrutãtes scrutationes, cõsilia mala. Accessit
Matth. 26.c homo ad ipsa cõsilia, passus est se teneri vt homo. Non
enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut
cęderetur nisi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur
nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passio-
nes, quę in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille
nõ esset homo, nõ liberaretur homo. Accessit homo ad
cor altũ, id est, cor secretũ: obiiciẽs aspectibus huma-
Philip. 2.a nis hominẽ, seruans intus Deum, celãs formam Dei, in
qua æqualis est patri, & offerens formam serui qua mi-
nor est patre. Ipse enim dixit vtrũq;: sed aliud est ex for
ma Dei, aliud ex forma serui. Dixit ex forma Dei, Ego D
& pater vnũ sumus. Dixit ex forma serui: Quoniã pa-
Ioan. 10.f ter maior me est. Vnde ex forma Dei, Ego & pater vnũ
Ioan. 14.d sum⁹? Quia cùm in forma Dei esset cõstitutus, nõ rapi-
nã arbitratus est esse æqualis Deo. Vnde ex forma serui,
Philip. 2.a. Quoniã pater maior me est? Quia semetipsũ exinaniuit
formã serui accipiẽs. Accessit ergo homo ad cor altũ,
& exaltat⁹ est Deus. Occiditur homo, & exaltatur Deus.
1. Cor. 13.b Quòd enim occisus est, ex infirmitate humana fuit:
quòd resurrexit & ascẽdit, ex potestate diuina. Acce-
dit homo ad cor altũ, cor secretũ, cor abditũ: nõ ostẽ-
dẽs quid nosset, nõ ostẽdens quid esset. Illi putãtes hoc
totũ esse quod videbatur, occidũt hominem in corde
alto, & exaltatur Deus in corde diuino: potentia enim
maiestatis suæ exaltatus est. Et quò iuit exaltat⁹ Vnde
nõ recessit humiliatus. Accedet homo ad cor altum, &
exaltabitur Deus: propter ea iã attẽdite fratres mei cor
altũ hominis. Cuius hominis? Mater Siõ dicit homo, & Psal. 86.
homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. In
ipsa ciuitate factus est homo, quã idẽ ipse fũdauit altis-
simus, qui in ea factus est homo. Ergo accessit homo ad
cor altũ. Intuere hominẽ in corde alto: vide quantum
potes, si potes & Deũ in corde alto. Accessit homo. Et
quia Deus erat, & quia passurus erat volẽs, & quia exẽ-
plum præbiturus infirmis, & quia nihil ei facturi erant
qui sæuiebãt tanquã passuro Deo, sed in homine, sed in
carne, quid sequitur: Sagittæ infantiũ factæ sunt plagæ
eorũ.) Vbi est illa sæuitia? Vbi est ille fremitus leonis,
populi rugiẽtis & dicẽtis, Crucifige, crucifige? Vbi sũt
insidię arcũ tendentiũ? Nõnne sagittæ infantium factæ
sunt plagæ eorũ? Nostis quẽadmodũ sibi faciũt de can- Lucæ 23.d Ioann. 19.c
niciis sagittas infantes. Quid feriunt, aut vnde feriunt?
Quæ manus, aut quod telũ? quæ arma, aut quæ mẽbra?
Sagittæ infantiũ factæ sunt plagæ eorũ. Et infirmatæ
sunt super eos linguæ eorũ.) Acuant nunc linguas suas
tanquã gladiũ, firmẽt sibi sermonẽ malignũ. Meritò si-
bi cum firmauerũt, quia infirmatę sunt super eos linguę
eorũ. Nũquid poterat esse hoc firmũ aduersus Deum?
Mentita est, inquit, iniquitas sibi: Infirmatæ sunt super
eos linguæ eorũ. Ecce resurrexit Dñs qui occisus erat. Psal. 26.
Trãsibãt ante crucẽ, vel stabãt, & intuebãtur illũ, sicut
tãto antè Psalmus prędixerat: Foderũt manus meas & Psal. 21.
pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea, ipsi verò
cõsiderauerũt & aspexerũt me. Tũc caput agitabãt di-
cẽtes: Si fili⁹ Dei est, descẽdat de cruce. Tẽtauerũt quo- Matt. 27.c
dãmodo, vtrũ filius Dei esset, & quasi inuenerũt quòd
nõ esset, quia insultãtibus illis, de cruce nõ descẽdebat:
si descẽderet de cruce, fili⁹ Dei esset. Quid tibi videtur
qui de cruce nõ descẽdit, & de sepulcro surrexit? Quid
ergo profecerũt? Quòd & si Dñs nõ resurrexisset, quid
profecisset, nisi q̃ profecerũt & persecutores martyrũ?
Nã & martyres nondũ surrexerũt, & tamẽ illi nõ pro- C
fecerunt: nõdum resurgẽtium iã natalitia celebramus.
Vbi est furor sęuiẽtium? Sagittę infãtiũ factę sunt plagę
eorum, & infirmatæ sunt super eos linguę eorum. Quò
perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutãtes
defecerunt, vt etiã mortuo Domino & sepulto, custo-
des ponerẽt ad sepulchrum? Dixerunt enim Pilato, se-
ductor ille, hoc appellabatur nomine Dñs Iesus Chri- Matt. 27.g
stus, ad solatiũ seruorum suorum quãdo dicuntur sedu-
ctores: ergo illi Pilato: Seductor ille, inquiunt, dixit ad-
huc viuẽs, post tres dies resurgã. Iube itaque custodiri
sepulchrum vsq; in diẽ tertium, ne fortè veniant disci-
puli eius, & furẽtur eum, & dicãt plebi, surrexit à mor-
tuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pila-
tus, Habetis custodiã, ite custodite sicut scitis. Illi autẽ
abeuntes munierunt sepulchrum, signãtes lapidẽ cum
custodibus. Posuerunt custodes milites ad sepulchrũ.
Concussa terra Dñs resurrexit, miracula facta sunt ta- D
lia circa sepulchrum, vt & ipsi milites qui custodes ad-
uenerant, testes fierent, si vellent vera nunciare, sed a-
uaritia illa quæ captiuauit discipulum comitẽ Christi,
captiuauit & militem custodem sepulchri. Damus, in- Matt. 28.c
quiunt, vobis pecuniam: & dicite, quia vobis dormiẽti-
bus venerũt discipuli eius, & abstulerunt eũ. Verè defe-
cerunt scrutãtes scrutationes. Quid est, quod dixisti, ô
infelix astutia? Tãtum ne deseris lucẽ cõsilij pietatis, &
in profunda versutiæ demergeris, vt hoc dicas, dicite
quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, &
abstulerũt eum? Dormiẽtes testes adhibes: verè tu ipse
obdormisti, qui scrutando talia †fecisti. Si dormiebãt, al. defecisti
quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo
testes sunt? Sed defecerunt scrutantes scrutationes.

Defecerunt à luce Dei, defecerunt in ipso effectu cōsiliorū suorum: quando quod voluerunt, nihil perficere potuerunt, vtiq; defecerunt. Quare hoc? Quia accessit homo ad cor altum, & exaltatus est Deus. Propterea postea cùm innotuisse Christi resurrectio, & veniens spiritus sanctus impleret fiducia timētes quosdam discipulos, vt auderēt iam mortē non timentes prędicare quod viderāt: [Act. 2.a] exaltato Deo in maiestate sua, qui propter nostrā infirmitatē humilis iudicatus est, & vbi cœperūt tubæ cælestes personare iudicē venturū, quem primò viderant iudicatum. Cōturbati sunt omnes qui videbant eos.) Exaltato Deo, vt dixi, prædicato Christo, visi sunt Iudæi à quibusdā Iudæis, visi sunt deficientes in scrutationibus suis. Videbāt enim illi in nomine crucifixi & occisi manibus suis fieri tanta miracula, & recesserūt corde ab eis qui permanserunt in impietate. Displicuit eis illorum duritia: quæsierunt consiliū salutis suæ, & dixerunt Apostolis: Quid faciemus? Conturbati enim sunt omnes qui videbāt, eos id est, qui intelligebāt quòd linguę eorum infirmatæ sunt super eos: qui intelligebāt, quia in omnibus suis malis perscrutationibus cōsiliorū †vtique defecerunt. [al. vbique.] Cōturbati sunt isti. Et timuit omnis homo.) Qui nō timuerūt, nec homines fuerunt. Timuit omnis homo: id est, omnis vtēs ratione ad intelligenda quæ facta erāt. Vnde illi qui nō timuerūt, pecora potius nominādi sunt, bestiæ potius immanes & truces. Leo rapiēs & rugiēs, ille adhuc populus. At verò omnis homo timuit: id est, qui credere voluerūt, qui iudiciū venturum contremuerunt. Et timuit omnis homo. Et annunciauerūt opera Dei.) Ille qui dicebat: A timore inimici erue animā meā, timuit omnis homo. A timore inimici eruebatur, sed timori Dei subdebatur. [Matth 10.c] Nō timebat eos, qui corpus occidūt, sed eum qui potestatē habet & corpus & animam mittere in gehennam. Prędicauerunt Dominū: nam primò Petrus timuit, & inimicū timuit, nōdū erat anima eius eruta ab inimico. Interrogatus ab ancilla, quòd inter [Matt. 26.g] discipulos eius esset, negauit Dominū ter. Resurrexit Dominus, firmauit columnā: iam Petrus prędicat sine timore, & cū timore. Sine timore eorū qui corpus occidūt, [Matth 10.c] cum timore eius qui habet potestatē, & corpus & animam occidendi in gehenna ignis. Timuit omnis homo, & annunciauerunt opera Dei. Namq; annunciātes istos Apostolos opera Dei, exhibuerūt sibi principes sacerdotū, [Act. 5.f] & cōminati sunt dicētes: ne in nomine Iesu prædicarēt. Et illi dixerūt: Dicite nobis, cui magis obtēperare oporteat, Deo an hominibus? Quid illi dicerēt? Hominibus potius quā Deo? Sine dubio nō respōderēt, nisi Deo potius. Illi autē sciebāt, quæ iuberet Deus, & contēpserunt minātes sacerdotes. Quia ergo timuit omnis homo, nō terruit homo, & annūciauerūt opera Dei. Si timet homo, nō terreat homo: cum enim timere debet homo, à quo factꝰ est homo. Quod supra homines est time, & homines te nō terrebūt. Mortē sempiternā time, & pręsentē nō curabis. Voluptatē illā incorruptā, & quietē sine labe concupisce: & promittētem dona ista tēporalia, & totū mundū deridebis. Ama ergo & time. Ama quod promittit Deus, time quod minatur Deus: nec corrumperis ex eo quod promittit, nec terreberis ex eo quod minatur homo. Et timuit omnis homo, & annūciauerūt opera Dei. Et facta eius intellexerunt.) Quid est, facta eius intellexerūt? Hoc erat illud, ò Dñe Iesu Christe quod tacebas, & sicut ouis ad victimā ducebaris, [Esa. 53.c] & nō aperiebas corā tondēte os tuū, [Psalm. 44.] & nos te putabamus esse in plaga & dolore positum, & scientē ferre infirmitatē. [Esaiæ 53.b.] Hoccine erat quòd abscondebas speciem tuā speciose forma prę filiis hominū: hoccine erat illud in quo videbaris non habere speciem neque decorē? Portabas in cruce insultantes & dicētes: [Matth. 27.d] Si filius Dei est, descēdat de cruce. Quis fortè sciēs potestatē tuam seruus tuus & dilectus tuus, nō exclamauit in corde suo, & dixit: O si modò descenderet, & isti omnes qui insultāt confunderētur? Sed non erat sic. Moriendū erat propter morituros, & resurgēdū propter semper victuros. Hoc illi qui volebant illū de cruce descēdere, non intelligebāt. at vbi resurrexit, & glorificatus ascēdit in cęlū, intellexerunt opera Dñi. Annunciauerūt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Lętabitur iustus in Domino.) Iam non est tristis iustus. Tristes enim erant discipuli crucifixo Dño, cōtristati, mærentes discesserūt, perdidisse se spem putauerūt. Resurrexit, etiam apparens tristes inuenit. Tenuit oculos duorum in via ambulantiū, ne ab eis agnosceretur, & inuenit eos gementes & suspirātes, [Lucæ 24.d] & tenuit eos donec exponeret scripturas: & per ipsas scripturas ostēderet, quia ita fieri oportebat sicut factū est. Ostendit enim in scripturis, quia post tertium diem resurgere oportebat Dñm. [Lucæ 24.g] Et quomodo tertio die resurgeret, si de cruce descenderet? Modò vos qui tristes estis in via, si Iudæis insultātibus videretis Dñm de cruce descēdisse, quantū efferremini? Lætaremini quòd ora Iudæorum sic obturasset. Expectate consiliū medici: quòd non descēdit, quòd occidi vult, antidotū terit. Ecce iam resurrexit, ecce iā loquitur: nondū agnoscitur, vt lętius agnoscatur. [Luc. 24.e] Postea aperuit oculos eorum in fractione panis: agnoscūt eū, lætātur, exclamāt: Lętabitur iustus in Dño. Nūciatur cuidā duriori, visꝰ est Dñs: resurrexit Dñs adhuc ille tristis est, nō credit. Nisi misero, inquit, manū meā, & tetigero cicatrices clauorū, non credā. [Ioan. 20.f] Præbetur & corpus tangendum: mittit manū, contrectat & exclamat: Dñs meus & Deus meus. Lætabitur iustus in Domino. Illi ergo lætati sunt iusti in Dño, qui viderūt, tetigerūt & crediderūt. Quid iusti qui modò sunt, quia nō vidēt, quia non tangunt, non lætantur in Domino? Et vbi est illa vox Domini ad ipsum Thomam: [Ibidem g] Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderūt, & crediderūt? Ergo omnes lætemur in Domino, omnes secundū fidē vnus iustus simus, omnésque in vno corpore vnū caput habeamus, & lętemur in Domino, non in nobis: quia bonū nostrū nō nos nobis, sed ille q̄ fecit nos. Ipse est bonū nostrū ad lætificandos nos. Nemo lætetur in se, nemo pręsumat: nemo desperet de se: nemo de quoquā homine, quē debet adducere vt socius sit spei ipsiꝰ, nō dator spei. Lætabitur iustus in Domino. Et sperabit in eū, & laudabūtur omnes qui recti sunt corde.) Iam quia Dominus resurrexit, iā quia ascendit in cælū, [Marc. 16.d Act. 1.b.] iam quia ostēdit esse aliā vitā, iam quia manifesta sunt consilia eius, quibus latuit corde alto nō fuisse inania, quia ideo sāguis ille fusus est vt esset pretiū redēptorū, iam quia manifesta sunt omnia, quia prædicata sunt omnia, quia credita sunt omnia, sub omni cælo lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eum, & laudabuntur omnes qui recti sunt corde. Qui sunt recti corde? Eia fratres mei sępe diximus, & bonū est vt noueritis. Qui sunt recti corde? Qui omnia quæcunq; in hac vita patiuntur, non ea tribuunt insipientiæ, sed cōsilio Dei ad medicinam suam, nec præsumunt de iustitia sua, vt putent se iniustè pati quod patiuntur: aut ideo esse Deū iniustum, quia nō plura patitur, qui plus peccat. Videte fratres, hæc sæpe dicimus: aliquid sentis, siue secundum corpus, siue secundum dispendium rei familiaris: siue per orbitatē aliquam charissimorum tuorum: noli respicere eos quos nosti iniquiores te. Non enim fortè audes dicere iustū te, sed nosti peiores te, & florere in istis, & non flagellari, vt displiceat tibi consiliū Dei: & dicas: Ecce puta peccator sum, & propterea flagellor: quare

quare ille non flagellatur, cuius noui tāta flagitia? Quātūcunque mali fecerim ego, nunquid ego tantum feci quantū ille? Distortum est cor tuū. Quàm bonus Deus [Psalm. 72.] Israël, sed rectis corde! Tui autem labuntur pedes, quia zelas in peccatores, pacem peccatorū intuēs. Sine curare: nouit Deus quid agat, qui vulnus nouit. Nō secatur alius. Quid si desperatur? Quid si propterea tu secaris, quia non desperatis? Patere ergo quicquid pateris recto corde: nouit Deus quid tibi donet, quid tibi subtrahat. Quod tibi donat, ad consolationē valeat, non ad corruptionē: & quod tibi subtrahit, ad tolerantiam valeat, nō ad blasphemiā. Si autē blasphemas, & displicet tibi Deus, & tu tibi places, peruerso corde & distorto es: & hoc peius, quia cor Dei vis corrigere ad cor tuum, vt hoc ille faciat quod tu vis, cùm tu debeas facere quod ille vult. Quid ergo? Vis detorquere cor Dei quod sēper rectū est, ad prauitatē cordis tui? Quāto melius ad rectitudinē Dei corrigis cor tuū? Nónne hoc te docuit Dominus tuus, de cuius passione modò loquebamur? Nónne infirmitatē tuā portabat, quādo [Matt. 26.d] dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortē? Nónne teipsū in se figurabat, cùm dicebat: Pater, si fieri potest, trāseat à me calix iste? Nō enim duo corda & diuersa patris & filij: sed in forma serui portauit cor tuū, vt doceret illud exēplo suo. Iam ecce quasi aliud cor tuū inuenit tribulatio volēs transire quod imminebat: sed noluit Deus. Nō cōsentit Deus cordi tuo, consenti tu cordi Dei. Audi vocē ipsius: Verū nō quod ego volo, sed q̄ tu vis pater. Laudabūtur ergo omnes recti corde. Quid sequitur? Si laudabuntur omnes recti corde, dānabuntur peruersi corde. Duo tibi modò proposita sunt, elige cùm tēpus est. Si recto corde fueris, ad dex- [Matth. 25.c] teram eris & laudaberis. Quomodo? Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mūdi. Peruerso autē corde si fueris, si subsānaueris Deū, si prouidentiā eius irriseris, si dixeris in animo tuo: Verè non curat Deus res humanas: si curaret res humanas, ille latro tantū haberet, & ego innocens indigerē? Peruerso corde factus es, veniet iudiciū illud, apparebūt omnia propter quæ ista omnia faciat Deus: & tu qui noluisti in hac vita corrigere cor tuū ad rectitudinē Dei, & te ad dexteram præparare, vbi laudabūtur omnes recti corde, eris ad sinistram, vbi tūc audies: [Ibidem d.] Ite in ignem æternū, qui prępatatus est diabolo & angelis eius. Et nunquid erit tunc tempus corrigere cor? Modò ergo corrigite fratres, modò corrigite. Quis prohibet? Cātatur Psalmus, legitur euangeliū, sonat lector, sonat disputator, patiens est Dominus: peccas & parcit, adhuc peccas, adhuc parcit, & adhuc addis. Quā diu patiēs est Deꝰ? Sēties & iustū Deū. Terremur, quia timemus: docete nos nō timere, & non terremur. Sed melius nos Deus docet timere, quàm quisquā hominū nō timere. Timuit enim omnis homo, & annunciauerūt opera Dei. Inter illos nos cōputet Deus, qui timuerunt & annūciauerūt. Quia timemus, annūciamus vobis fratres. Videmus alacritatē vestrā ad audiēdū verbū, & ad exigēdū videmus vota vestra, videmus affectus vestros. Bene cōpluitur terra, frumēta non spinas generet: frumētis horreum paratur, ignis spinis. Nosti quid facias de agro tuo, & nescit Deꝰ quid faciat de seruo suo? Quod pluit in agrū vberem, dulce est: & quod pluit in agrū spinosū, dulce est. Nūquid pluuiā accusat, quòd spinas genuerit? Nónne erit pluuia illa testis in iudicio Dei, & dicet: Ego dulcis super omnia veni? Tu ergo quid proferas vide, vt quid tibi paretur attēdas. Profers frumētū, horreū sperā: profers spinas, ignē sperā. Sed nōdū venit, aut tēpus horrei, aut tempus ignis: modò ergo paretur, & nō timebitur: In nomine Christi & qui loquimur viuimus, & quibus loquimur viuitis. Nūquid cōsilij corrigēdi & mutandæ vitæ male in bonā, nō est locus, nō est tēpus? Nónne si vis, hodie fit? Nónne si vis, modò fit? Quid empturus es vt facias? quę emplastra quæsiturus es? ad quos Indos nauigaturus? quā nauim præparaturus? Ecce cùm loquor, muta cor: & factum est quod tam sæpe & tam diu clamatur vt fiat, & quod æternam pœnam parturit, si non fiat.

IN PSALMVM LXIIII. ENARRATIO.

AGNOSCENDA est vox sanctæ prophetiæ ex ipso titulo Psalmi huius. Inscribitur, In finem Psalmus Dauid, canticum Hieremiæ & Ezechielis ex populo trāsmigrationis, cùm inciperent exire.) Res quemadmodum gesta sit apud patres nostros tempore trāsmigrationis Babyloniæ, [4.Reg. 24.d] nō omnibus notum est, sed his qui Scripturas sanctas diligēter aduertūt, vel audiēdo vel legēdo. Captiuatus enim populus Israel, ex ciuitate Hierusalem ductus est in seruitutē Babyloniæ. Prophetauit autem Hieremias sanctus, [Hier. 25.a & 29.a] post septuaginta annos rediturū populū de captiuitate, & instauraturū ciuitatē ipsā Hierusalē, quā deuictā ab hostibus plāxerat. Illo autem tempore fuerunt prophetę in illa captiuitate populi constituti in Babylonia, inter quos erat sanctus Ezechiel propheta. Expectabat autem ille populus donec implerētur tempora septuaginta annorū, secundum prophetiam Hieremiæ. Factum est, cōpletis septuaginta annis, restitutum est templum quod† deletum erat: [al. deuictū.] & regressa est de captiuitate magna pars illius populi. Sed quoniam dicit Apostolus: Hæc in figura contingebant in illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis seculorum obuenit: [1. Cor. 10.c] debemus & nos nosse prius captiuitatem nostram, deinde liberationem nostram, debemus nosse Babyloniam, in qua captiui sumus, & Hierusalem, ad cuius reditum suspiramus. Istæ quippe duæ ciuitates, secundum literam reuera duæ ciuitates. Et illa quidem Hierusalem modò à Iudęis non incolitur: post crucifixum enim Dominum vindicatum est in illos flagello magno, & eradicati ab eo loco, vbi impia libertate furiosi aduersus medicum insanierāt, dispersi sunt per omnes gentes, & data est illa terra Christianis. Impletū est illud quod de his prædixerat Dñs: Propterea auferetur à vobis regnū, & dabitur gēti facienti iustitiā. [Matt. 21.d] Cùm autē viderent tūc multas turbas ire post Dominū prædicantē regnū cælorū, & mirabilia faciētē, dixerūt principes illius ciuitatis: Si dimiserimus eum, omnes ibunt post illū, & venient Romani, [Ioan. 11.g] & tollent nobis & locum & gentē. Ne locū perderent, Dominū occiderūt: & ideo perdiderunt, quia occiderunt. Ciuitas ergo quædam illa terrena, cuiusdam ciuitatis æternæ in cælis vmbrā gerebat. At vbi cœpit illa quæ significabatur, euidenter prædicari, vmbra qua significabatur, deiecta est: propterea ibi modò templum non est, quod fabricatum fuerat in imaginē futuri corporis Domini. [2. Reg 5.b] Tenemus lucem, vmbra transiuit: tamē adhuc in quadam captiuitate sumus. Quandiu sumus, ait Apostolus, in corpore, peregrinamur à Domino. [2. Cor. 5.b] Et videte nomina duarum istarum ciuitatum, Babylonis & Hierusalem. Babylon, confusio interpretatur, Hierusalem, visio pacis. Intendite nunc ciuitatem confusionis, vt intelligatis visionem pacis: istam toleretis, ad illam suspiretis. Vnde dignosci possunt istæ duæ ciuitates? Nunquid possumus eas modò separare ab inuicem? Permixtæ sunt, & ab ipso exordio generis humani permixtæ currunt vsque in finem seculi. Hierusalem accepit exordium per Abel, Babylon per Cain: ædificia quippe vrbium postea facta sunt. Illa Hierusalem in terra Hiebuzæorum: [2. Reg 5.d] nam primò Hiebus dicebatur, inde gens Hiebuzæorum † deleta est, [al. deiecta.]

quãdo populus Dei liberatus est de Ægypto, & introductus est in terrã promissionis. Babylon autẽ cõdita A
est in intimis Persidis regionibus, quæ diuturno tẽpore
caput extulit super cæteras gentes. Duæ ergo istæ vrbes certis temporibus conditæ sunt, vt manifestaretur
figura duarum ciuitatum olim cœptarum: & vsque in
finem in isto seculo mansurarum, sed in fine separandarum. Vnde ergo possumus eas modò ostendere, quæ
permixtę sũt? Ostẽdet tũc Dominus cũ alios ponet ad
dexterã, alios ad sinistram. Hierusalẽ ad dexterã erit,
Babylon ad sinistrã. Hierusalẽ auditura est: Venite be-
nedicti patris mei, percipite regnum quod vobis para-
Matt. 25.d tum est ab origine mũdi. Babylon auditura est: Ite in ig-
nem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.
Possumus tamen & aliquid afferre quantum Dominus
donat, vnde distinguantur pij fideles, etiam hoc tempore ciues Hierusalem à ciuibus Babylonię. Duas
istas ciuitates faciunt duo amores. Hierusalem facit a-
mor Dei, Babyloniam facit amor seculi. Interroget er- B
go se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis: & si
se inuenerit ciuem Babyloniæ, extirpet cupiditatem,
plantet charitatem. Si autem se inuenerit ciuẽ Hierusalem, toleret captiuitatem, speret libertatem. Multi enim ciues sãctæ matris Hierusalẽ cupiditatibus Babyloniæ corrupti tenebantur, & ipsa corruptione cupiditatũ tanquã ciues inde facti erant, & multi adhuc ita
sunt, & multi post nos in hac terra futuri ita erunt: sed
nouit Dominus conditor Hierusalem, quos ciues eius
prædestinauerit, quos videat adhuc sub dominatu diaboli redimẽdos sanguine Christi. Nouit illos ipse antequã se ipsi nouerint. Sub hac ergo figura cãtantur hic
Psalmus: in cuius titulo positi sunt etiã duo prophetæ,
qui illo tempore in captiuitate fuerunt, Hieremias &
Ezechiel, & cantabant quædam cùm inciperent exire.
Incipit exire, qui incipit amare: exeũt enim multi latẽter, & exeuntiũ pedes sunt cordis affectus, exeunt autẽ
de Babylonia. Quid est de Babylonia? De confusione.
C Quomodo exitur de Babylone, id est, de confusione?
Qui primò cõfusi erant similibus cupiditatibus, incipiunt charitate distingui: iam distincti, nõ sunt confusi.
Etsi adhuc corpore permixti sunt, desiderio tamẽ sanẽto discernuntur: & propter permixtionem corporalẽ
nondũ exierunt, propter affectum cordis exire cœperunt. Iam ergo audiamus fratres, audiamus & cãtemus
& desideremus vnde ciues sumus. Et quæ gaudia cantãtur nobis? Quomodo in nobis reformatur amor ciuitatis nostræ, quã diuturna peregrinatione obliti fueramus? Sed misit inde ad nos epistolas pater noster, ministrauit nobis scripturas Deus, quibus epistolis fieret
in nobis redeũdi desideriũ: quia peregrinationẽ nostrã
diligendo, ad hostes faciẽ posueramus, & dorsum ad
patriã. Quid ergo hic cantatur? Te decet hymnus Deus
in Sion.) Patria illa est Siõ. Ipsa est Hierusalẽ quæ Siõ:
& huius nominis interpretationẽ nosse debetis. Sicut D
Hierusalem interpretatur visio pacis: ita Sion speculatio, id est visio & contẽplatio. Nescio quod nobis magnum spectaculũ promittitur: & hoc ipse Deus est qui condidit ciuitatem. Pulchra & decora ciuitas, quam pulchriorẽ habet conditorẽ? Te decet hymnus Deus, inquit. Sed vbi? In Siõ, in Babylone nõ decet. Etenim quisque cùm cœperit innouari, iam corde in Hierusa-
Philip. 3.d. lem cantat, dicente Apostolo: Cõuersatio nostra in cęlis est. In carne enim ambulantes, inquit, non secundũ
carnem militamus. Iam desiderio ibi sumus, iam spẽ in
illam terram, quasi ancorã præmisimus, ne in isto mari turbati naufragemus. Quemadmodum ergo de naui,
quæ in ancoris est, rectè dicimus quod iam in terra sit,
adhuc tamẽ fluctuat, sed in terra quodãmodo educta
est contra ventos & contra tempestates: sic contra tẽtationes huius peregrinationis nostrę, spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem facit nos non abripi in
saxa. Qui ergo secundũ hanc spẽ cantat, ibi cãtat: ergo
dicat: Te decet hymnus Deus in Sion. In Sion, non in Babylone. Sed modò ibi es adhuc in Babylone? Ibi, inquit, sum. Amator iste & ciuis iste ibi sũt: sed carne, nõ
corde. Cùm autem duo quædam dixerim, quia ibi sũ
carne, non corde, vnde canto non ibi: non enim carne
cãto, sed corde: carnem quidẽ sonantem audiunt & ciues Babylonię, cordis autem sonũ audit cõditor Hierusalẽ. Vnde dicit Apostolus, exhortãs ipsos ciues ad
amatoria quædam cantica & desideria redeundi, ad illã pulcherrimã ciuitatem visionem pacis: Cantãtes, in-
quit, & psallentes in cordibus vestris Domino. Quid Ephes. 5.d
est, cãtantes in cordibus vestris? Ne inde cãtetis vnde
estis in Babylonia, sed inde cantate vnde sursum habitatis. Ergo te decet hymnus Deus in Sion. In Sion
te decet hymnus, non in Babylonia. Quid cantant
in Babylonia? Ciues Babyloniæ, etiam hymnum
Dei nõ decẽter cãtant: audi vocẽ scripturæ: Nõ est speciosa laus in ore peccatoris. Te decet hymnus Deus in Eccel. 15.
Sion: Et tibi reddetur votũ in Hierusalẽ. Hic vouemus,
& bonũ est vt ibi reddamus. Qui autẽ hic vouẽt, & nõ
reddũt? Qui nõ perseuerãt vsque in finẽ in eo quod vo-
uerũt. Vnde dicit alius psalmus: Vouete & reddite Do- Matt. 24.b
mino Deo vestro: Et, Tibi reddetur votũ in Hierusalẽ. Psalm. 75.
Ibi enim erimus toti, id est, integri in resurrectione iustorũ: ibi reddetur votũ totũ nostrũ, nõ sola anima, sed
etiã ipsa caro iã non corruptibilis, quia iam non in Babylonia, sed etiam in corpus cælestę immutatũ. Qualis 1. Cor. 15. g
mutatio promittitur? Omnes enim resurgemus, ait Apostolus, sed nõ omnes immutabimur. Quomodo autẽ
immutabũtur? Ipse dixit: In ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti,
id est, integri, & nos immutabimur. Qualis autẽ erit illa
immutatio? Sequitur & dicit: Oportet enim corrupti- C 1. Cor. 15. g
bile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc
induere immortalitatem: cùm autem corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit
immortalitatẽ, tũc fiet sermo qui script' est: Absorpta
est mors in victoriã. Vbi est mors aculeus tuus? Modò
enim inchoatis in nobis primitiis mẽtis, vnde desideramus Hierusalẽ, multa ex carne corruptibili cõtẽdũt
aduersũ nos, quæ nõ cõtendẽt, cùm fuerit mors absorpta in victoriã. Vincet pax, & finietur bellũ. Quãdo autem vincet pax, vincet & illa ciuitas, quæ dicitur visio
pacis. Nulla ergo erit à morte cõtentio. Modò cũ morte quãta cõtendimus? Inde sũt enim delectationes carnales, quæ nobis etiã illicitè multa suggerunt: quibus
non consentimus, sed tamen non cõsentiendo cõtendimus. Primò ergo cõcupiscentia carnis sequentes duxit nos, postea renitentes traxit nos: deinde accepta
gratia cœpit nos nec ducere, nec trahere, sed adhuc
cõtendere nobiscum: post cõtentionẽ erit & victoria.
Modò te & si oppugnat, nõ expugnet: postea cùm absorpta fuerit mors invictoriã, & pugnare cessabit. Quid
dictum est? Nouissima inimica destruetur mors. Reddam votum meũ. Quod votũ? Quasi holocaustũ. Holocaustũ enim tunc dicitur, quando totũ ignis absumit.
Holocaustum sacrificiũ est vbi totũ consumitur: ὅλον
enim totum dicitur, καῦσις, incensio. Holocaustũ totũ
incẽsum. Arripiat ergo nos ignis, ignis diuinus in Hierusalẽ. Incipiamus ardere charitate, donec totũ morta
le cõsumatur, & quod contra nos fuerit, eat in sacrificium Dño. vnde alibi dicitur: Benigne fac Dñe in bo- Psalm. 50.
na voluntate tua Sion, vt ædificẽtur muri Hierusalem.
Tũc acceptabis sacrificiũ iustitiæ, oblationes & holocausta.

Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur
votum in Hierusalẽ. Quærimus hic, ne fortè rex nobis A
ipsius ciuitatis cõmendetur. Dñs & Saluator noster Iesus Christus. Cãtemus ergo donec ad euidẽtiora perueniamus. Possẽ enim iã dicere ipsum esse cui dicitur:
Te decet hymnus Deus in Siõ, & tibi reddetur votum
in Hierusalẽ. Sed si dicerẽ, mihi potius quàm scripturæ
crederetur, & ideo fortè nõ mihi crederetur. Audiam'
Matt. 28.d sequẽtia: Exaudi, inquit, orationẽ meã, ad te omnis ca-
ro veniet.) Et habemus Dñm dicẽtẽ, datã sibi potesta-
Psalm. 64. tẽ omnis carnis. Cœpit ergo apparere iã rex ille, cùm
diceretur: Ad te omnis caro veniet. Ad te, inquit, om-
Lucæ 2.a nis caro veniet. Quare ad illũ omnis caro veniet? Quia
carnẽ assumpsit. Quò veniet omnis caro? Tulit inde
primitias ex vtero virginali: assumptis primitiis cetera
cõsequẽtur, vt holocaustũ cõpleatur. Vnde ergo omnis caro? omnis homo. Et vnde omnis homo? Nũquid
omnes crediturí prenũciati sũt in Christũ? Nõne multi impij qui etiã dãnabũtur? Nõne quotidie multi non
credẽtes in sua infidelitate moriuntur? Secundũ quid B
ergo intelligimus, Ad te omnis caro veniet? Omnis caro dixit, omnis generis caro: ex omni genere carnis venietur ad te. Quid est, ex omni genere carnis? Nunquid
venerũt pauperes, & nõ venerũt diuites? Nunquid venerũt humiles, & nõ venerũt sublimes? Nunquid venerũt docti, & nõ venerũt indocti? Nunquid venerũt viri,
& nõ venerũt feminę? Nũquid venerũt domini, & non
venerũt serui? Nũquid venerũt senes, & nõ venerũt iuuenes? Aut venerũt iuuenes, & nõ venerũt adolescẽtes?
Aut venerũt adolescẽtes, & nõ venerũt pueri? Aut venerũt pueri, & nõ allati sũt infãtes? Postremò nunquid
venerunt Iudæi: nã inde erãt apostoli, inde multa milia
primò tradentiũ, postea credentiũ, & nõ venerũt Græci? Aut venerũt Græci, & nõ venerũt Romani? Aut ve-
Act. 2.f nerũt Romani, & nõ venerũt barbari? Et quis numeret
omnes gentes veniẽtes ad eũ cui dictũ est, Ad te omnis
caro veniet? Exaudi orationẽ meam, ad te omnis caro
veniet. Sermones iniquorũ præualuerunt super nos, & C
impietates nostras tu propitiaberis.) Quid est, sermones iniquorũ præualuerũt super nos, & impietates nostras tu propitiaberis? Quòd nati sumus in hac terra, iniquos inuenimus quos loquẽtes audiuimus. Si possim
explicare quod sẽtio, adiuuet me intẽtio charitatis vestræ. Omnis homo vbicũque nascitur, ipsius terræ vel
regionis vel ciuitatis linguã discit: illius imbuitur moribus & vita. Quid faceret puer natus inter paganos, vt
nõ coleret lapidẽ, quãdo illũ cultũ insinuauerunt parẽtes? Inde prima verba audiuit, illũ errorẽ cũ lacte suxit:
& quia illi qui loquebãtur maiores erãt, & puer qui loqui discebat infãs erat, vnde poterat paruulus nisi maiorũ authoritatẽ sequi, & id sibi bonũ ducere quod illi
laudarẽt? Ergo gẽtes cõuersæ ad Christũ postea, & recordãtes impietates parentũ suorũ, & dicẽtes iã quod
Hier. 16.d dixit propheta ipse Hieremias: Verè mẽdaciũ coluerũt D
patres nostri, vanitatẽ quæ eis nõ profuit. Cùm ergo
iã hoc dicunt, renunciãt opinionibus & sacrilegiis parẽtum suorum iniquorum. Sed quia vt inserẽrẽtur talibus opinionibus & sacrilegiis, persuasiones fecerunt
corũ, qui quãto ętate pręcedebãt, tãto authoritate pręcedere debere putabãtur: cõfitetur iã redire volẽs ad
Hierusalẽ de Babylonia, & dicit: Sermones iniquorum
præualuerunt super nos. Duxerunt nos mala docẽtes,
ciues Babyloniæ nos fecerunt, dimisimus creatorem,
adorauimus creaturam: dimisimus eum à quo facti sumus, adorauimus quod ipsi fecimus. Sermones enim
iniquorum præualuerunt super nos, sed tamen nõ oppresserunt nos. Quare? Impietates nostras tu propitiaberis. Intendat charitas vestra. Propitiaberis impietates nostras, nõ dicitur nisi cuidã sacerdoti offerẽti ali-
quid vnde impietas expietur & propitietur. Impietas e- A
nim tunc dicitur propitiari, cum propitius fit Deus
impietati. Quid est, fieri Deum impietati propitium? Id
est, ignoscentẽ, & veniã dantẽ. Sed vt Dei venia impetretur, propitiatio fit per aliquod sacrificium. Extitit
ergo à Deo Dño missus quidã sacerdos noster, assumpsit à nobis quod offerret Dño, ipsas diximus sãctas primitias carnis ex vtero virginis. Hoc holocaustum ob- Matt. 27.d
tulit Deo: extẽdit manus in cruce, vt diceret: Dirigatur Psal. 140.
oratio mea sicut incẽsum in cõspectu tuo, eleuatio
manuum mearum sacrificium vespertinum. Sicut nostis, Matt. 27.c
quia Dñs circa vesperã pepẽdit in cruce, & impietates
nostrę propitiatæ sunt, alioqui absorbuerant nos. Sermones iniquorum præualuerunt super nos: Duxerant
nos prędicatores Iouis, & Saturni, & Mercurij. Sermones iniquorum prędualuerũt super nos? Sed quid facies?
Impietates nostras tu propitiaberis. Tu sacerdos, tu vi- Heb. 9.b
ctima: tu oblator, tu oblatio. Ipse sacerdos est, qui nũc
ingressus interiora veli, solus ibi ex his qui carnem gustauerunt, interpellat pro nobis. In cuius rei figura in illo
primo populo, & in illo primo tẽplo vnus sacerdos
intrabat in sãcta sãctorum, populus omnis foris stabat.
Et ille qui solus ingrediebatur in interiora veli, offerebat sacrificium pro populo foris stante. Si intelligatur
bene, spiritus viuificat: si nõ intelligatur, litera occidit.
Modò cùm legeretur Apostolus, audistis: Litera occi- 2. Cor. 3.b
dit, spiritus autem viuificat. Quid enim ageretur in illo
populo, Iudæi nescierunt, sed nec modò sciunt. De illis
quippe dictum est: Quãdiu legitur Moyses, velamẽ su- Exod. 34.d
per cor eorum positum est. Ibi velamen figura est: sed
tolletur figura, & apparebit veritas in cispis. Sed quãdo tolletur velamẽ? Audi Apostolum: Cùm autem trãsierint ad Dñm, auferetur velamen. Dum ergo nõ trãseunt ad Dñm, quandiu legunt Moysen, velamen habent super cor. Ad hoc sacramẽtum fulgebat tunc fa- 2. Cor. 3. d
cies Moysi ita vt non possent intendere filij Israël in
faciem eius. Audistis modò cùm legeretur, & velamen
erat inter faciem Moysi loquentis, & populũ audientem verba. Per velum verba audiebant, faciem nõ videbant. Et quid ait Apostolus? Ita vt nõ possent intendere filij Israël in faciem Moysi. Nõ intendebãt, inquit,
vsque in finem. Quid est, vsque in finem? Vsquequò in-
telligerẽt Christũ. Dicit quippe Apostolus: Finis enim Rom. 10.a
legis Christus, ad iustitiã omni credẽti. Est quidẽ splẽdor in facie Moysi, tanquã in facie carnali & mortali.
Nunquid diuturnus aut æternus esse posset? Morte enim succedente, profectò auferretur: splendor autem
gloriæ beati Dñi nostri Iesu Christi, sẽpiternus est. Sed
illud figura erat temporalis, hoc autem quod illa figura significabatur, veritas. legunt itaque, & non intelligunt Christũ, non perducunt intentionẽ vsque in finẽ,
quia velũ oppositum negat eis aspectum splendoris in-
terioris. Et vide ibi sub velo Christum. Ait ipse Domi- Ioan. 5.g
nus noster Iesus Christus: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Propitiatis autem
peccatis nostris, & impietatibus, per illud sacrificium
vespertinum trãsimus ad Dominũ vt auferatur vela- Matth. 27.e
men: propterea & Domino crucifixo, velũ templi scissum est. Exaudi orationem meã, ad te omnis caro veniet. Sermones iniquorum præualuerunt super nos, & impietates nostras tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti.) Quis est electus ab eo, & assumptus
ab eo? Et assumptus est aliquis electus à saluatore Domino nostro Iesu Christo? An ipse secundum carnem
quod homo est, electus & assumptus est? Vt tãquã verbo Dei dicatur, quod erat in principio, sicut dicit Euã-
gelista: In principio erat verbum, & verbum erat apud

Deũ,& Deus erat verbũ:quia & ipse est filius Dei, verbũ Dei, de quo etiam dicit: Omnia per ipsum facta sũt, & sine ipso factũ est nihil: vt illi dicatur filio Dei, quia ipse est sacerdos noster, postea carne assumpta: Beatus quem elegisti & assumpsisti:id est,ille homo quo indutus es, qui cœpit ex tempore,natus ex femina,tẽplum quodammodo illius est qui semper in æternũ est, & in æternum fuit. An potius ipse Christus assumpsit quẽdam beatum,& non dicitur ipse quẽ assumpsit quasi in plurali numero,sed in singulari? Vnum enim assumit, quia vnitatem assumit:schismata non assumit,hæreses non assumit,multitudinẽ de se fecerunt, non est vnus qui assumatur.Qui autem manẽt in compage Christi, & membra eius sunt,faciunt quodammodo vnum virum: de quo dicit Apostolus: Donec occurramus omnes in agnitionem filij Dei in virum perfectum in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi.Itaque vnus vir assumitur,cui caput est Christus, quia caput viri Christus est.Ipse est ille beatus vir qui non abiit in consilio impiorũ,&cętera quę ibi dicuntur.Ipse est qui assumitur. Non est extra nos, in ipsius membris sumus: sub vno capite regimur:vno spiritu omnes viuimus, vnam patriam omnes desideramus. Videamus ergo quod ad Christum dicitur,vtrũ ad nos pertineat,& de nobis dicatur.Interrogemus cõscientias nostras,amorẽ illum perscrutemur:& si adhuc paruus est, & modò natus amor iste:fortè enim modò in aliquo germinauit,diligẽter extirpet iuxta germinãtes spinas,id est, curas seculares,ne crescẽdo sanctũ germẽ offocẽt.Beatus quẽ elegisti &assũpsisti.In illo sumus,& assumemur:in illo simus,&electi erimus.Et quid nobis dabit?Inhabitabit, inquit,in atriis tuis.)Hierusalẽ illa est cui cantãt qui incipiunt exire de Babylonia: Inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuę.) Quæ sunt bona domus Dei?Fratres,constituamus nobis aliquã domũ diuitẽ,quãtis bonis referta sit,quàm copiosa sit,vasa quã multa ibi aurea,sed & argẽtea,quantũ familiæ,quantũ iumentorũ & animaliũ:ipsa denique domus quàm delectet picturis,marmore,laquearibus, colũnis, spatiis, cubiculis,& desiderantur talia,sed adhuc ex cõfusione Babyloniæ. Amputa omnia ista desideria,ô ciuis Hierusalẽ,amputa,si vis redire:non te delectet captiuitas. Sed iam cœpisti exire.Noli retrò respicere,noli remanere in via. Nõ defũt adhuc hostes qui tibi persuadẽt captiuitatẽ & peregrinationẽ. Iam nõ præualeãt super te sermones iniquorũ. Domũ Dei desidera, & bona eius domus desidera:sed noli talia,qualia desiderare soles vel in domo tua,vel in domo vicini tui, vel in domo patroni tui.Aliud quiddã est,bonum domus illius. Quid opus est vt nos dicam⁹ quę sint bona illius dom⁹? Ipse in dicet qui cãtat exiens de Babylonia: Replebimur,inquit,in bonis domus tuę.Quę sũt bona ista? Exeramus fortasse cor ad aurum, ad argentũ, & cætera pretiosa:noli talia quęrere,ista premũt, nõ leuant. Hic ergo iã bona illa Hierusalẽ, bona illa domus Domini, bona illa templi Domini meditemur:quia quæ domus Domini hoc ipsũ templũ Dñi.Replebimur in bonis domus tuæ:Sãctũ est tẽplũ tuum mirabile in iustitia.) Ista sũt bona domus illius.Nõ dixit,tẽplum sanctũ tuũ mirabile in columnis,mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis:sed mirabile in iustitia. Habes foris oculos vnde videas marmora & aurum:intus est oculus vnde videatur pulchritudo iustitiæ:intus,inquã, est oculus vnde videatur pulchritudo iustitiæ. Si nulla est pulchritudo iustitię,vnde amatur iustus senex? Quid affert in corpore quod oculos delectet? Curua mẽbra, frõtẽ rugatã,caput canis albatũ,imbecillitatẽ vndique querelis plenã.Sed fortè quia tuos oculos nõ delectat senex iste decrepitus,aures tuas delectat.Quibus vocibus?Quo cãtu?Et si fortè adolescẽs bene cãtauit, omnia cũ ætate defecerũt.An fortè sonus verborum eius delectat aures tuas, qui verba vix plenè enũciat lapsis dẽtibus;Tamẽ si iustus est,si alienũ nõ cõcupiscit, si de suo quod habet erogat indigẽtibus, si bene monet, & rectũ sapit,si integrè credit,si paratus est pro fide veritatis etiã ipsa confracta mẽbra impendere, multi enim martyres etiã senes:vnde illũ amamus? quid in eo bonũ videmus oculis carnis?nihil.Quædam ergo est pulchritudo iustitiæ,quã videmus oculis cordis, & amamus,& exardescimus: quã multũ dilexerũt homines in ipsis martyribus, cùm corũ mẽbra bestiæ laniarent. Nónne cùm sãguis fœdaret omnia,cùm morsibus beluinis viscera fũderẽtur,non habebant oculi,nisi quod horrerẽt:Quid ibi erat quod amaretur:nisi quia erat in illa fœditate dilaniatorũ mẽbrorũ, integra pulchritudo iustitiæ?Ista sunt bona domus Dei,his te para satiari.Sed vt inde satieris cùm peruenerís, hoc te oportet esurire & sitire cũ peregrinaris:hoc siti,hoc esuri, quia ipsa erunt bona Dei.Audi illũ regẽ cui ista dicũtur,qui venit vt te reducat,& se tibi fecit viã.Quid dicit? Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabũtur. Sãctum tẽplum tuũ admirabile in iustitia.Et ipsum tẽplũ fratres,nolite præter vos cogitare. Amate iustitiã, & vos estis tẽplum Dei.Exaudi nos Deus saluator noster.)Aperuit modò quẽ Deum dicat.Saluator est propriè Dominus Iesus Christus. Aperuit modò apertius de quo dixerat: Ad te omnis caro veniet. Exaudi nos Deus saluator noster. Ille vnus vir qui assumitur in tẽplum Dei, & plures sunt & vnus est. Ex vnius persona dixit:Exaudi Deus orationẽ meã: & quia ipse vnus ex pluribus constat,modò ait:Exaudi nos Deus saluator noster. Audi illum iam apertiùs prædicari:Exaudi nos Deus saluator noster.Spes omniũ finiũ terrę & in mari lõgè.)Ecce vnde dictum est: Ad te omnis caro veniet. Vndique venitur.Spes omnium finiũ terræ, nõ spes vnius anguli,nõ spes solius Iudææ,nõ spes solius Africę, nõ spes Pãnoniæ,nõ spes Orientis aut Occidentis: sed spes omniũ finium terræ & in mari lõgè:Ipsorum finiũ terræ & in mari lõgè:& quia in mari,ideo longè. Mare enim in figura dicitur seculũ hoc,salsitate amarũ, procellis turbulentũ: vbi homines cupiditatibus peruersis & prauis facti sunt velut pisces inuicẽ se deuorãtes. Attẽdite mare malum,mare amarũ, fluctibus fæuum:attẽdite qualibus hominibus plenum sit.Quis optat hæreditatẽ,nisi morte alterius?Quis optat lucrũ,nisi dãno alterius?Quã multi aliorum defectione cupiunt sublimari?Quã multi vt emãt optant alios vendere res suas? Quomodo se inuicẽ opprimunt, & qui possunt deuorãt?Et cùm deuorauerit vnus piscis maior minorẽ, deuoratur & ipse à maiore. O piscis male,prædam vis de paruo,præda efficieris maiori. Quotidie ista cueniunt, ante nos sunt:vitemus illa,horreamus.Nõ illa agamus fratres,quia spes est ille finiũ terræ.Ille si nõ esset spes, & in mari lõgè,nõ diceret discipulis suis: Faciã vos piscatores hominum. Iã in mari capti per retia fidei,gaudeamus nos ibi natare adhuc intra retia, quia adhuc mare hoc sæuit procellis, sed retia quæ nos ceperunt, perducẽtur ad litus.Litt⁹ est finis maris.Ergo peruẽtio in finẽ seculi. Interim intra ipsa retia fratres bene viuamus:nõ retia rũpẽtes,foras exeamus.multi enim ruperunt retia,& schismata fecerunt,& foras exierũt.Quia malos pisces intra retia captos se nolle tolerare dixerunt:ipsi mali facti sunt potius, quàm illi quos se non potuisse tolerare dixerunt. Nãque illa retia ceperunt pisces & bonos & malos. Dominus dicit: Simile est regnum cęlorum sagenę missæ in mare,quę cõgregat ex omni

Ioan.1.a.

Ephes.4.c

1. Cor.11.a

Psal. 1.

Matth. 5.a

Matth.4.c

Matth.13.f

omni genere:quam cùm impleta esset educentes,& sedentes littus sedẽtes,elegerũt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.Sic erit,inquit,in cõsummatione seculi.Ostendit litus,ostendit finem maris. Exibũt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis:ibi erit fletus & stridor dentium.Eia ciues Hierusalẽ qui intra retia estis,& pisces boni estis, tolerate malos, retia nolite rumpere: cum illis estis in mari,nõ cũ illis eritis invasis.Spes enim ille finiũ terrę, ipse spes est & in mari lõge. Lõgè,quia & in mari.Preparans montes in fortitudine sua.) Non in fortitudine illorum. Præparauit enim magnos prædicatores, & ipsos appellauit montes:humiles in se,excelsos in illo. Præparãs mõtes in fortitudine sua. Quid dicit vhus ex ipsis mõtibus?Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt nõ fidẽtes in nobismetipsis simus, sed in deo q̃ suscitat mortuos.Qui in se fidit,& in Christo nõ fidit,nõ est de his mõtibus quos ille preparat in fortitudine sua. Preparãs mõtes in fortitudine sua,Circũcinctus in potentatu.)Potẽtatum intelligo. Circũcinctus quid est?Christũ quẽ in medio ponunt,circuncinctum faciunt,id est,vndique cinctũ. Habemus illum omnes cõmuniter,ideo in medio est.Circũcingimus illũ omnes qui credimus in illũ. Et quia fides nostra nõ de viribus nostris,sed de illius potẽtia est:ideo circũcinctus in potẽtatu suo, nõ nostra fortitudine. Qui conturbas fundũ maris.)Fecit hoc,videtur quid fecerit:preparauit enim mõtes in fortitudine sua,misit illos prędicare. Circũcinctus est à credẽtibus in potẽtatu: & motũ est mare,commotũ est seculũ, & cœpit persequi sanctos eius.Circumcinctus in potentatu, qui conturbas fundũ maris.Nõ dixit,qui cõturbas mare,sed fũdũ maris. Fũdũ maris est,cor impiorũ.Sicut enim à fundo vehemẽtius omnia mouentur, & fundus cõtinet omnia:sic quicquid processit per linguã,per manus, per potestates diuersas,ad persecutionem Ecclesiæ, à fundo processit. Si enim nõ esset radix iniquitatis in corde, non illa omnia procederẽt aduersus Christũ.Fundũ cõturbauit fortè,vt fundũ exhauriret:nam in malis quibusdam exhausit mare à fundo, & posuit mare desertum. Dicit illud alius Psalmus:Qui conuertit mare in aridã. Omnes impij & pagani qui crediderunt, mare erant: terra facti sunt,salsis fluctibus primò sterilęs,postea iustitiæ fructu fœcundi.Qui cõturbas fundũ maris. Sonum fluctuũ eius quis sufferet?) Quid est, quis sufferet? Quis homo sufferet sonũ fluctuũ maris iussiones sublimitatum seculi? Sed vnde sufferuntur? Quia præparat mõtes in fortitudine sua.Quod ergo dixit, quis sufferet?hoc ait:Nosipsi per nosmetipsos sufferre illas persecutiones non possemus,nisi ille daret fortitudinẽ.Qui cõturbas fundũ maris,sonũ fluctuũ eius quis sufferet? Turbabuntur gentes.)Primò turbabũtur:sed illi montes parati in fortitudine Christi, nunquid turbati sunt? Turbatũ est mare, elisũ est in montem: mare fractũ est, mõtes inconcussi mãserunt.Turbabũtur gentes: Et timebunt omnes.)Ecce iã omnes timent, antea qui turbati erant,timent iam omnes.Et timuerũt Christiani, & timentur iam Christiani.Omnes qui persequebãtur, modò timent.Superauit enim ille qui circũcinctus est in potẽtatu:sic ad illũ venit omnis caro,vt cæteri paucitatem ipsam iam timeant. Et timebunt omnes Qui inhabitant fines terræ à signis tuis.) Miracula enim fecerunt apostoli, & ideo omnes fines terræ timuerunt & crediderunt. Exitus mane & vespere delectabis.) Id est,delectabiles facis. Iã in ista vita quid nobis promittitur?Exitus delectabilis,mane & vespere. Sũt exitus mane,sunt exitus vespere. Mane significat prosperitatem seculi,vespera signat tribulationem seculi. Intendat charitas vestra.In vtroque enim tẽtatur anima humana & prosperitate,ne corrũpatur, & aduersitate, ne frangatur.Ideo autem mane prosperitatẽ significat quia mane lętũ est,trãsacta velut tristitia noctis.Tristes autẽ sunt tenebræ,veniẽte vespera: ideo veniẽte quasi mũdi vespera, obtulit sacrificiũ vespertinũ. Nos ergo timeamus vnusquisque vesperum,ne mane corrumpamur.Ecce nescio quis vt facias mali aliquid, promisit lucrũ mane est. Arridet tibi ampla pecunia, mane tibi fit. Noli corrũpi,& habebis exitũ mane.Si enim habes exitum,nõ capieris.Sic est enim promissio lucri, quasi esca in muscipula.Coarctaris,& nõ est quò exeas, caperis in muscipula. Dedit autem tibi exitũ Dominus Deus tuus,ne lucro capiaris, cùm tibi dicit in corde: Ego sum diuitiæ tuæ, noli attẽdere quod mũdus promittit,sed quod promittit cõditor mũdi.Attẽde q̃ tibi promisit Deus faciẽti iustitiã,& contẽne q̃ tibi promittit homo,& à iustitia abducat,& adducat ad iniustitiã. Noli ergo attendere quod mũdus promittit,sed quod conditor mundi:& habebis exitum mane per Domini verbũ dicentis:Quid prodest homini,si totũ mundum lucretur,animæ autẽ suæ detrimentũ patiatur? Sed ille qui te promisso lucro corrumpere,& ad iniquitatẽ adducere nõ potuit,minatur pœnas:& cõuertit se ad inimicitias,& incipit tibi dicere:Si hoc nõ feceris,ego ostendã,ego faciã,habebis me inimicũ. Primò cum lucrũ promittebat, mane tibi erat: modò iã vesperascit, tristis factus es.Sed qui dedit tibi exitũ mane, dabit & vespere.Quomodo contempsisti mane seculi ex luce Domini,sic cõtemne & vesperam ex passionibus Domini,vt dicas animæ tuæ: Quid mihi amplius facturus est iste,quàm passus est pro me Dominus meus, vt teneã iustitiã,nõ cõsentiã ad iniquitatẽ? Sęuiat in carne: frãgetur muscipula,& volabo ad Dominũ meũ qui mihi ait:Nolite timere eos qui corpus occidũt, animã autẽ non possunt occidere. Et de ipso corpore securitatẽ dedit, dicẽs: Capillus capitis vestri nõ periet. Magnificè hîc posuit,delectabis exitus mane & vespere Si enim nõ te delectet ipse exitus,nõ laborabis exire inde. Mittis caput in lucrũ promissum, si nõ te delectet promissio saluatoris.Et rursus cedis tẽtanti,& terrẽti,si nõ te delectet ille qui prior passus est,vt tibi exitũ faceret. Exitus mane & vespere delectabis.Visitasti terram, & inebriasti eam.)Vnde inebriasti terrã? Calix tuus inebriãs quàm præclar⁹ est!Visitasti terrã, & inebriasti eã: misisti nubes tuas,pluerũt prædicationẽ veritatis, inebriata est terra.Multiplicasti ditare eam.)Vnde multiplicasti eã ditare?Fluuius Dei repletus est aqua.) Quid est fluuius Dei?Populus Dei. Primus populus repletus est,vnde & cætera terra rigaretur.Audi illũ promittẽtẽ aquã.Si quis sitit, veniat & bibat, Qui credit in me, flumina aquę viuæ de vẽtre eius fluẽt.Si flumina, & vnus fluuius:quia propter vnitatẽ multi vnũ sũt. Multæ Ecclesię & vna Ecclesia:multi fideles & vna spõsa Christi:sic multa flumina,& vnus fluuius.Crediderũt multi Israẽlitę,& impleti sunt Spiritu sancto. Inde diffusi sũt per gentes,cœperũt prædicare veritatem, & de fluuio Dei qui impletus est aqua irrigata est tota terra. Parasti cibũ illorũ,quia ita est præparatio tua.)Non quia te promeruerũt,quibus peccata donasti. Merita enim illorum mala erant:sed tu propter misericordiam tuam, quia ita est præparatio tua, ita præparasti cibum illorum.Sulcos eius inebria.) Fiant ergo primò sulci qui inebrientur, duritia pectoris nostri aperiatur vomere sermonis Dei,Sulcos eius inebria: Multiplica generationes eius.) Videmus credunt, & ex credentibus alij credunt,& ex illis alij credunt: & non sufficit vni homini vt factus ipse sit fidelis, si non & alium lucretur,

1. Cor.4.b

Psal. 65.

Matth.10.c

Luc.21.d.

Psalm.22.

Ioan.7.f.

Matth.16.d

Sic multiplicatur & semen: pauca grana mittuntur, & segetes exurgũt. Sulcos ei⁹ inebria, multiplica generationes eius: In stillicidiis suis letabitur cùm exorietur.) In stillicidiis suis, id est, antequã sit fortè idonea capacitati fluminis, cùm exorietur in stillicidiis suis, id est, sibi congruis lætabitur. Paruulis enim adhuc & infirmis stillãtur quædã de sacramẽtis, quia nõ possunt capere plenitudinem veritatis. Audi quomodo stillet paruulis dũ exoriũtur: id est, in recenti ortu, minus capacibus.

1. Cor. 3. a Apostolus dicit: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo. Cùm dicit paruulos in Christo, iam dicit exortos: sed nondũ idoneos ad capiendã illam vberem sapiẽtiam,

1. Cor. 2. b de qua dicit: Sapiẽtiã loquimur inter perfectos. Lætetur in stillicidiis suis cũ exorietur, augeatur & roboretur & capiet sapientiam: quomodo infans nutritur lacte, & fit idoneus cibo, tamen primò de ipso cibo cui minus idoneus erat, ille lac factum est. In stillicidiis suis lætabitur cùm exorietur. Benedices coronam anni benignitatis tuæ.) Seminatur modò, crescit quod semi-

Matt. 13. d natur, erit & messis, & modò super semẽ superseminauit inimicus zizania: & exorti sunt mali inter bonos, pseudochristiani, similem habentes herbam, sed non parẽ fructũ. Etenim zizania ea propriè dicuntur, quæ nascuntur in similitudine frumẽtorum: sicuti est loliũ, sicuti est auena, & cætera talia quæ primã herbã prorsus similem habẽt. Propterea de seminatione zizaniorũ hoc dicit Dominus: Venit inimicus & superseminauit zizania. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Ergo venit inimicus, & superseminauit zizania. Sed quid fecit tritico? Non opprimitur zizaniis frumentũ, immo per tolerantiam

Ibidem. d zizaniorum crescit fructus frumentorũ. Ipse enim Dominus dixit quibusdam operariis volentibus eradicare zizania: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne fortè cùm vultis eradicare zizania, eradicetis simul & frumẽtũ: & in tẽpore messis, dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate fasciculos ad combu- C rendum, frumentum autẽ recondite in horreũ. Ille est finis anni messis seculi. Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Coronã vbi audis, gloria victoriæ significatur. Vince diabolũ, & habebis coronam. Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Rursus commẽdat benignitatẽ Dei, ne quisquã de suis meritis glorietur. Et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent fines deserti, & colles exultatione accingẽtur.) Campi, colles, fines deserti: idem ipsi sunt homines. Campi propter æqualitatem. Ergo propter æqualitatem, inde dicti sũt campi populi iusti. Colles propter erectionẽ: quia erigit in se Deus eos qui se humiliãt. Fines deserti, omnes gẽtes. Quare fines deserti? Deserti erant, nullus ad eos Propheta missus erat. Sic erant illi quomodo eremus, quã nõ trãsit homo. Nullũ verbum Dei missum erat ad gẽtes, soli populo Israẽl prædicauerunt Prophetæ. vẽtum est ad Dominũ, crediderũt frumẽta in ipso popu-

Ioan. 4. c lo Iudæorũ. Nam dixit tũc discipulis suis, Dicitis quia lõgè est messis: respicite & videte, quia albæ sunt regiones ad messem. Fuit ergo messis prima, erit secunda in vltimo seculo. Messis prima de Iudæis, quia mittebantur ad illos Prophetæ annunciantes venturum saluatorẽ. Ideo dixit discipulis suis Dominus, Videte quia

Ibidem c. albæ sunt regiones ad messem: regiones vtique Iudęæ. Alij, inquit, laborauerunt, & vos in eorum labores intrastis. Laborauerunt Prophetæ vt seminarent, & vos cum falce intrastis ad illorum labores. Facta est ergo prima messis: & inde de ipso frumento quod tunc purgatum, estleminatus est orbis terrarum, vt surgat alia

Matth. 13. d messis quæ in fine metenda est. In secunda messe superseminata sũt zizania, modò hic laboratur. Quomodo in illa prima laborauerunt Prophetæ quousque ve- A niret Dominus: sic in ista secunda laborauerũt Apostoli, & omnes prædicatores veritatis laborãt, quousque in finem Dominus mittat in messem angelos suos. Antea ergo desertum erat; sed pinguescent fines deserti. Ecce vbi Prophetæ nõ sonuerãt, Dominus Prophetarũ acceptus est. Pinguescent fines deserti, & exultatione colles accingẽtur. Induti sunt arietes ouium.) Subaudiẽdũ exultatione. Qua enim exultatione collesaccingẽtur, hac induuntur arietes ouiũ. Ipsi arietes, qui colles. Colles enim eminẽtiore gratia: arietes, quia duces gregũ. Arietes ergo Apostoli induti sunt exultatione: gaudent de fructibus suis, non sine causa laborauerũt, non sine causa prędicauerunt. Induti sunt arietes ouiũ: Et conualles abundabũt frumento.) Et humiles populi multũ fructũ afferent. Clamabunt.) Inde abundabũt frumento, quia clamabunt. Quid clamabunt? Et enim hymnum dicent.) Aliud est enim clamare aduersus B Deum, aliud hymnũ dicere: aliud clamare sacrilegiũ, aliud clamare laudes Dei. Si clamas in blasphemia, spinas protulisti. Si clamas in hymno, abundas frumẽto.

IN PSALMVM LXV. ENARRATIO.

INSCRIBITVR in titulo Psalmus iste, In finem cãticum Psalmi resurrectionis. In finem cùm auditis

Rom. 10. a quando Psalmi pronũciantur, In Christum intelligite: dicente Apostolo: Finis enim legis, Christus ad iustitiã omni credẽti. Quomodo ergo hic cãtetur resurrectio, & cuius resurrectio, quantum ipse donare & aperire dignatur, audietis. Resurrectionẽ enim Christiani nouimus in capite nostro iam factam, & in membris futuram. Caput Ecclesiæ Christus est, membra Christi

Col. 1. a ecclesia. Quod pręcessit in capite, sequetur in corpore. Hæc est spes nostra. Ad hoc credimus, ad hoc duramus & perseueramus in tanta malignitate huius seculi:

Matt. 11. e consolante nos spe, antequã spes fiat res. Res enim erit cùm & nos resurrexerimus, & in cælestem habitũ commutati ęquales angelis facti fuerimus. Quis hoc sperare auderet, nisi veritas promitteret? Hanc autem spem promissam sibi Iudæi tenebant, & de bonis, & de

Matt. 11. e quasi iustis operibus multùm gloriabantur, quòd acceperant legem secundum quam viuendo, & hic haberent bona carnalia, & in resurrectione mortuorum talia sperabant, de qualibus hic gaudebant. Propterea

Lucæ 20. c Sadducæis, qui negabãt futurã resurrectionẽ, Iudęi respondere non poterant proponentibus quæstionem quam Domino proposuerũt iidem Sadducæi. Hinc enim intelligimus eos hanc quæstionẽ soluere non po-

Deut. 25. b tuisse, quia Domino soluente mirati sunt. Proponebãt ergo Sadducæi quæstionẽ de quadã muliere quæ habuit septem viros, nõ simul, sed succedentes sibi. Erat enim hoc legis ad populum propagandũ, vt qui fortè sine liberis defungeretur, frater eius si haberet, accipe- D ret vxorem eius, ad suscitandum semen fratri suo. Proposita ergo illa muliere quæ habuit septẽ viros omnes mortuos sine liberis, & ad hoc officium implendũ ducentes fratris vxorẽ, dixerũt quærẽtes, In resurrectione cuius eorum erit vxor? Proculdubio Iudæi nõ fatigarentur, non deficerent in ista quæstione: si non talia sibi in resurrectione sperarent, qualia agebant in hac vita. Dominus autẽ æqualitatem angelorũ promittẽs,

Matt. 22. e Lucæ. 20. non humanam carnis corruptionem, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque vxores ducent: neque enim incipiẽt mori, sed erunt ęquales angelis Dei. Demonstrauit quòd ibi nõ sit necessaria successio, vbi deletur decessio. Ibi quia decessores non erunt, nec successores querentur. Ad hoc subiecit, non enim incipient

cipient mori. Veruntamẽ quia Iudæi tenebãt, & si carnaliter spẽ resurrectionis futuræ gauisi sunt responsum A esse Sadducæis: cum quibus illis erat de hac ancipiti & obscura quæstione certamen. Tenebãt ergo Iudæi spẽ resurrectionis mortuorũ: & solos se ad beatã vitã resurrecturos sperabãt propter opus legis, & propter iustificationes scripturarũ quas habebant soli Iudęi, & gẽtes nõ habebant. Crucifixus est Christus, cæcitas ex parte

Rom. 11. d Israẽl facta est, vt plenitudo gentium intraret. Hoc Apostolo dicẽte, cœpit etiã gentibus, pmitti resurrectio mortuorũ, credentibus in Iesum Christũ quòd resurrexerit. Inde Psalmus iste est aduersus prę sumptionẽ & superbiã Iudæorũ, pro fide gentium ad candẽ spem resurrectionis vocatarũ. Quodãmodo, fratres mei, animũ Psalmi audistis. In hoc quod dixi, in hoc quod proposui, tota vestra suspendatur intentio. Hinc vos nulla cogitatio auertat: cõtra præsumptionẽ dicitur Iudæorũ, qui de iustificationibus legis sperabant sibi resurrectionẽ, & crucifixerunt Christũ qui primus resurrexit, nõ mẽbra resurrectura solos Iudæos habituros, sed o- B mnes qui in eũ credidissent: id est, omnes gentes. Inde

Psal. 99. cœpit, Iubilate Deo.) Qui? Omnis terra.) nõ ergo sola Iudęa. Videtẽ fratres, quemadmodũ cõmendetur vniuersitas Ecclesię toto orbe diffusæ: & nõ solùm dolete Iudæos, qui gratiã istã gẽtibus inuidebant, sed plus hęreticos plangite. Si enim dolendi sunt qui collecti non sunt, quanto amplius qui collecti diuisi sunt? Iubilate Deo omnis terra. Quid est, iubilate? In vocẽ erumpite gaudiorũ, si nõ potestis verborũ. Nõ enim verbis iubilatur, sed solus gaudẽtiũ sonitus redditur: quasi parturiẽtis & pariẽtis cordis lętitiã in vocẽ rei cõceptę quę verbis explicari non possit. Iubilate Deo omnis terra: nemo iubilet in parte. Nemo, inquã, iubilet in parte: omnis terra iubilet, catholica iubilet, catholica totũ tenet. Quicũq; partẽ tenet, & à toto præcisus est, vlulare vult, nõ iubilare. Iubilate Deo omnis terra: Psallite autẽ nomini eius.) Quid dixit? Psallẽtibus vobis benedicatur nomẽ ei⁹. Quid sit autẽ psallere, heri dixi, & cre- C do meminisse charitatẽ vestrã. Psallere, est organũ etiã assumere, q̃ psalteriũ dicitur, & pulsu atq; opere manũ vocib' cõcordare. Si ergo iubilatis quòd Deus audiat, psallite etiã quòd homines videãt & audiãt: sed nõ, p-

Matth. 6. a pter nomẽ vestrũ. Cauete enim facere iustitiã vestram corã hominibus, vt videamini ab eis. Et propter cuius nomẽ, inquies, psallã, vt nõ videãtur ab hominibus o-

Mat. 5. b pera mea? Attẽdite alio loco, Luceãt opera vestra corã hominibus, vt videãt bona facta vestra, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Videãt bona facta vestra: & glorificẽt nõ vos, sed Deũ. Nã si propter vos glorificandos facitis opera bona, respõdetur vobis quod ipse dixit de quibusdã talibus: Amẽ dico vobis, perceperũt

Matth. 6. a mercedẽ suã. Et iterũ: Alioqui mercedẽ non habebitis apud patrẽ vestrũ qui in cælis est. Ergo, inquies, debeo abscondere opera mea, ne faciam coram hominibus? D Nõ. Sed quid ait? Luceant opera vestra corã homini-

Ibidem a bus. Anceps ergo remanebo. Hac mihi dicis, Cauete facere iustitiã vestram coram hominibus. Hac mihi dicis, Luceãt opera vestra bona coram hominibus. Quid obseruabo? quid faciam? quid relinquam? Tam nõ potest homo seruire duobus dominis diuersa iubentibus, quàm nec vni diuersa iubenti. Nõ, ait Dũs, diuersa iubeo. Finem attende, in finẽ canta: quo fine facias, vide. Si ideo facis vt tu glorificeris, hoc prohibui: si autem ideo vt Deus glorificetur, hoc iussi. Psallite ergo non nomini vestro, sed nomini Domini Dei vestri. Vos psallite, ille laudetur: vos bene viuite, ille glorificetur. Vnde enim habetis ipsum bene viuere? Si æternũ haberetis, nunquam malè vixissetis: si à vobis haberetis, nunquã bene vixissetis. Psallite autẽ nomini eius: Date gloriam laudi eius.) Totã intentionẽ nostrã in laudẽ Dei mittit, nihil nobis relinquit vnde laudemur. Gloriemur in Deo magis, & gaudeamus: illi inhæreamus, in illo laudemur. Audistis cùm legeretur Apostolus, 1. Cor. 1. d Videte vocationẽ vestrã fratres, quia nõ multi sapiẽtes secundũ carnem, nõ multi potentes, nõ multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, vt cõfundat sapientes: & infirma mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mundi elegit Deus, & ea quæ nõ sunt tanquã quæ sunt, vt ea quę sũt euacuẽtur. Quid voluit dicere? Quid voluit ostẽdere? Defecẽdit Dũs Deus noster Iesus Christus in spiritu reparare genus humanum, & dare gratiã suam omnibus intelligentibus: quia gratia illius est, nõ merita corũ. Et ne quęlibet persona gloriaretur in carne, infirmos elegit: nã inde nõ est electus ille Nathanaẽl etiam. Quid enim tibi videtur, vt publicanũ in telonio Marc. 2. b sedentem eligeret Matthęũ, & non eligeret Nathanaẽl cui perhibuit testimoniũ ipse Dominus, dicens: Ecce Ioan. 1. g verus Israẽlita, in quo dolus non est? Intelligitur ergo Nathanaẽl iste doctus fuisse in lege. Nõ quia doctos nõ erat electurus: sed si ipsos primò elegisset, doctrinæ suę merito se electos putarent, & ita illorũ scientia laudaretur, & laus Christi gratiæ minueretur. Perhibuit testimoniũ tanquã bono fideli, in quo dolus nõ erat, sed tamen cum nõ assumpsit inter illos discipulos, quos primùm idiotas elegit. Et vnde intelligimus quòd ille peritus erat legis? Quando audiuit ab vno ex eis qui secuti erant Dominũ dicentem: Inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus: quæsiuit vnde, & dictum est à Nazareth. Et ille, A Nazareth potest aliquid boni esse. Ibidem g Proculdubiò qui intellexit, quia à Nazareth potest aliquid boni esse: peritus erat legis, & bene prophetas inspexerat. Noui esse in illius verbis aliam pronunciationem, sed à prudentioribus non est approbata, vt quasi desperasse videatur ille, cùm audiens dixisset: A Nazareth potest aliquid boni esse? id est, nunquid potest? Sic C pronunciando quasi desperaret. Sequitur autẽ ibi, Veni & vide. Hæc verba, id est, veni & vide, vtranq; possunt pronunciationẽ sequi. Si dicas, quasi non credens, à Nazareth potest aliquid boni esse? Respondetur: Veni & vide quòd nõ credis. Rursus si dicas cõfirmans: A Nazareth potest aliquid boni esse: respõdetur, veni & vide quod credis, quàm verè bonũ sit bonũ quod nuncio à Nazareth: & quàm rectè credas, veni & experire. Hinc tamẽ æstimatur doctus ille in lege fuisse, quia nõ est electus inter discipulos ab illo, qui stulta mũdi prius elegit, cùm tantũ ei perhibuerit testimoniũ Dominus 2. Cor. 1. d. dicens: Ecce verè Israẽlita, in quo dolus nõ est. Elegit Ioan. 1. g ergo Dũs postea & oratores, sed illi superbirent, si non prius eligeret piscatores. Elegit diuites: sed dicerẽt merito diuitiarũ suarum se electos esse, nisi primò elegisset pauperes. Elegit imperatores postea: sed melius est vt Romam cùm venerit imperator, deposito diademate, D ploret ad memoriam piscatoris, quàm vt piscator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma enim mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mundi elegit, 1. Cor. 1. d. & ea quæ non sunt tanquã ea quæ sunt, vt ea quæ sunt euacuarentur. Et quid sequitur? Quid ait? Cõclusit Apostolus, Vt nõ glorietur coram Deo omnis caro. Vi- Ibidem d. dete quemadmodum nobis abstulit gloriam, vt daret gloriam. Abstulit nostram, vt daret suam. Abstulit inanem, vt daret plenam. Abstulit nutantẽ, vt daret solidam. Tanto ergo gloria nostra fortior & firmior, quia in Deo. Non ergo in te debes gloriari quod prohibuit veritas: sed quod ait Apostolus, hoc pręcepit veritas. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Date ergo gloriam laudi eius. Nolite imitari Iudæos, qui quasi iniqui

suis volebāt tribuere iustificationes suas, & inuidebant gentibus accedentib' ad gratiā Euangelicā, vt peccata omnia donarētur eis, quasi illi nō haberēt ꝙ donaretur sibi, quasi iā boni operarij mercedē expectātes. Et cùm adhuc ægroti essent, sanos se esse putabant, & inde periculosi' ægrotabant. Nā si vel mitius ægrotassent, non quasi phrenetici medicū occidissent. Date gloriā laudi
Psalm. 2. eius. Dicite Deo, quàm timēda sunt opera tua.) Quare
Philip. 2. b timenda & non amāda? Audi aliā vocē Psalmi: Seruite Dño in timore, & exultate ei cum tremore. Quid sibi hoc vult? Audi vocē Apostoli: Cum timore, inquit, & tremore vestrā ipsorum salutē operamini. Quare cum timore & tremore? Subiecit causam: deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari ꝓ bona voluntate. Si ergo Deus operatur in te, gratia Dei bene operaris, nō virib' tuis. Ergo si gaudes, & time: ne fortè quod datum est humili, auferatur superbo. Nam vt noueritis hoc esse factū de ipsa superbia Iudęorum, quasi se ex operib' legis
al. gaudentium. iustificantiū, & ideo cadentium: dicit alius Psalm': Hi in currib', & hi in equis, quasi in suis quibusdā passibus & instrumentis ad erectionē suam: nos autē, inquit, in
Psalm. 19. nomine Dñi Dei nostri magnificabimur. Hi in currib', & hi in equis: nos autem in nomine Dñi Dei nostri magnificabimur. Vide quemadmodum illi extollebantur in se. Vide quemadmodū isti gloriabātur in Deo. Propterea quid secutum est? Illis obligati sunt pedes, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Audi
Ioan. 9. g ipsum Dñm nostrum hoc idem dicentē: Ego, inquit, veni, vt qui nō vident, videant: & qui vident, cęci fiant. Vide in vna parte bonitatē, in alia quasi malitiam. Sed quid melius illo? Quid misericordius? Quid iusti'? Quare ergo qui nō vident videant? Propter bonitatē. Quare & qui vident cæci fiant? Propter elationem. Et verè videbant, & facti sunt cæci? Nō videbāt, sed videre sibi videbantur. Nam ecce videte fratres, cùm dicerent ipsi
Ibidem g. Iudęi: Num sumus cæci? Ait illis Dominus, Si cæci essetis, peccatū nō haberetis: modò aūt quia dicitis, videmus, peccatū vestrum in vobis manet. Ad medicū venisti, videre te dicis? Cessabunt collyria, semper cæcus remanebis. Cōfitere te cæcum, vt illuminari merearis. Attende Iudæos, attēde gentes. Qui nō vidēt, videant, inquit. Ideo veni, vt qui vidēt, cęci fiant. Ipsū Dominū nostrū Iesum Christū in carne videbant Iudæi, gentes nō videbant. Ecce qui viderunt, crucifixerunt: qui non viderunt, crediderunt. Ergo quid fecisti, ô Christe, aduersus superbos? Quid fecisti? Videmus quia dignat' es, & mēbra tua sumus. Videmus. Abscōdisti Deū, obiecisti hominē. Quare hoc? Vt cęcitas ex parte Israēl fieret,
Rom. 11. d & plenitudo gentiū intraret. Ad hoc abscondisti Deū, & hominē aspectibus obiecisti. Videbant, & non videbant. Videbant ꝙ acceperas, & nō videbant quod eras.
Philip. 2. a Videbant formam serui, nō videbāt formam Dei. Formam serui, qua maior est pater, nō formam Dei, ꝓpter
Ioan. 14. d quam modo audistis: Ego & pater vnū sumus. Tenuerunt quod videbant, crucifixerunt quod videbant: in-
Ioan. 10. f Matt. 26. c & 27. c, sultauerunt ei quem videbant, non agnouerunt qui la-
1. Cor. 2. b. tebat. Audi Apostolū dicentē: Si enim cognouissent, nunquam Dominū gloriæ crucifixissent. Ergo gentes quæ vocatæ estis attendite ramos præcisos, ꝓpter seue-
Rom. 11. c ritatē, vos aūt insertos, ꝓpter bonitatē, & participes factos pinguedinis oleæ, non altum sapientes, id est, non superbientes. Non enim tu radicē portas, ait, sed radix te.
Ibidem. Magis terreamini, quia videtis amputatos ramos naturales: Iudæi enim per patriarchas venerunt, & de carne Abrahæ nati sunt. Et quid ait Apostolus? Sed dicis: Fra-
Rom. 11. c cti sunt rami, vt ego inserar. Bene. Propter infidelitatē fracti sunt: tu autem, inquit, fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim naturalibus ramis Deus non pepcit,

A neq; tibi parcet. Attende ergo ramos fractos, & te insertū. Noli extolli super ramos fractos: sed magis dicito Deo, quàm metuēda sunt opera tua! Fratres, si aduersus Iudęos olim præcisos de radice patriarchārū extollere nos nō debemus, sed timere potius & dicere Deo, quàm timēda sunt opera tua: quanto minus nō nos debemus extollere aduersus recentia vulnera præcisionū? Præcisi sunt antè Iudæi, insertæ sunt gētes. De ipsa insertione præcisi sunt hæretici: sed neq; contra illos nos extollere debemus, ne fortè præcidi mereamur, quos delectat insultare præcisis. Fratres mei, qualiscūq; episcopi vox sonuit vobis, rogam' vos vt caueatis quicūq; in Ecclesia estis: nolite insultare eis qui non sunt intus,
sed orate potius vt & ipsi intus sint. Potēs est enī Deus Ibidem ęi
iterū inserere illos. De ipsis Iudæis dixit hoc Apostol', & factū est in eis. Resurrexit Dñs, & multi crediderunt: nō intellexerūt cùm crucifigerent, tamē postea crediderunt in eū, & donatū est eis tam magnum delictum.
B Fusus Dñi sanguis donatus est homicidis, vt non dicā
Deicidis: quia si cognouissent, nunquam Dñm gloriæ 1. Cor. 2. b
crucifixissent. Modò homicidis donatus est fusus sanguis innocentis: & ipsum sanguinē quem ꝓ insaniā fuderunt, ꝓ gratiam biberunt. Dicite ergo Deo, quàm timenda sunt opera tua! Vnde timenda? Quia cæcitas ex
Rom. 11. d parte Israēl facta est, vt plenitudo gentium intraret. O gentiū plenitudo, dic Deo, quàm timenda sunt opera tua! & sic gaude vt cōtremiscas, noli extolli super ramos præcisos. Dicite Deo, quàm timenda sunt opera tua! In multitudine potentiæ tuę mentientur tibi inimici tui.) Ad hoc tibi, inquit, mentientur inimici tui, vt multa sit potentia tua. Quid est hoc? Intentius audite. Potentia Dñi nostri Iesu Christi, maximè apparuit in resurrectione, vnde Psalmus iste titulum accepit. Et resurgens apparuit discipulis suis. Nō apparuit inimicis suis, sed di-
Act. 10. f scipulis suis. Crucifixus apparuit omnibus, resurgēs fidelibus: vt etiam postea qui vellet crederet, & credenti resurrectio promitteretur. Multi sancti multa miracula fecerunt, nullus eorū mortuus resurrexit: quia & qui ab cis resuscitati sunt, morituri resuscitati sunt. Intendat
Ioan. 10. g charitas vestra. Cōmendans Dñs opera sua dixit: Operibus credite, si mihi non vultis credere. Et cōmendātur etiā præterita opera ꝓphetarum: & si non eadē, tamen multa eiusdē potentiæ. Ambulauit Dñs super mare,
Matth. 14. d iussit & Petrū. Nunquid non ibi erat ipse Dñs, quādo se
Exod. 14. b diuisit mare, vt Moyses cum populo Israēl transiret? Idē Dominus illa faciebat. Qui fecit ista per carnem suam, ipse illa faciebat per carnem seruorum suorū. Illud tamen per seruos suos non fecit (nā ipse omnia faciebat) vt aliquis ipsorum mortuus esset, & resurgeret in vitam æternam. Quia ergo possent dicere Iudæi, cùm miracula faceret Dominus, fecit hoc & Moyses, fecit hoc
3. Reg. 17. a & Helias, fecit hoc & Heliseus: possent sibi ista dicere, 4. Reg. 4. f
quia & illi mortuos resuscitauerunt, & multa miracu-
D la fecerunt: propterea cùm ab illo signum peteretur, proprium signum commendans quod in se solo futu-
Matth. 12. c rum erat, ait: Generatio ista praua & amicans signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ Pro-
Ioan. 1. a phetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Quomodo fuit Ionas in ventre ceti? Nónne vt postea viuus euomeretur: Hoc fuit infernus Domino, quod Ionæ cetus. Hoc signum proprium cōmendauit, hoc est potē-
tissimum. Potentius est reuixisse mortuum, quàm non fuisse mortuum. Magnitudo potentię Domini secundū quod homo factus est, in virtute resurrectionis appa-
Philip. 3. b ret. Hanc commendat & Apostolus, cum dicit: Non habens meam iustitiā quæ ex lege est, sed eam quæ est

per

per fidē Christi, quæ est ex Deo iustitia in fide, ad co-
2. Cor. 5. b gnoscendū eum, & virtutē resurrectionis eius. Sic cōmendatur & alio loco: Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit in virtute Dei. Cùm ergo ista magna potē-
tia Domini in resurrectione intelligatur, vnde titulum Psalmus iste accepit, quid sibi vult, in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui: nisi vt sic intelligas, ideo tibi mētiētur inimici tui vt crucifigaris, ideo crucifigeris vt resurgas? Mendaciū ergo illorū ad commendandā multā potentiā tuam † valebit. Quare solēt
al. valebat. inimici mentiri? Vt potentiā cuiusque minuant, de quo mentiuntur. Tibi, inquit, cōtrarium accidit. Nā minus appareret potentia tūa, si illi tibi nō mentirentur. Attē-
dite & ipsum mendaciū falsorum testiū in Euāgelio, & videte quia de resurrectione est. Cùm enim Domino
Matth. 12. c dictum esset, Quod signum ostendis nobis, quia ista fa-
B cis: excepto eo quod dixerat de Iona, per aliam simili-
tudinē hoc ipsum itē dixit: vt noueritis hoc proprium
Deut. 2. d signū maximè cōmendatum: Soluite templum, inquit, hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et illi dixerunt: Quadraginta & sex annis ædificatū est templū hoc, &
tu in triduo excitabis illud? Et Euangelista, quid illud
Ibidem. esset exponens: Hoc autē, inquit, dicebat Iesus de templo corporis sui, Ecce hāc potentiā suam hominibus se demonstraturū dicebat, vnde similitudinē de templo
dederat propter carnem suā, quæ erat templū latentis
al. lumen. intus diuinitatis. Vnde Iudæi tēplū foris videbāt, † numen intus habitās nō videbāt. Ex istis verbis Domini cōcinnauerunt falsi testes mendaciū, quod cōtra eum dicerent, ex his ipsis vbi cōmendauit resurrectionē suā futurā, loquens de templo. Dixerunt enim falsi testes aduersus eum, cùm quæreretur ab eis, quòd illū audissent dixisse blasphemias: Audiuimus eum dicentē: Solu-
am templum hoc, & post triduum resuscitabo illud.
Matt. 26. f. Post triduum resuscitabo, audierāt: soluam, nō audierant, sed audierant, soluite. Vnum verbum mutauerunt & paucas literas, vt falsum testimoniū molirentur. Sed cui mutas verbum, ô humana vanitas, ô humana infirmitas? Verbō incōmutabili verbū mutas? Mutas tu tuū verbum, nunquid mutas Dei verbum? Vnde alio loco
Psalm. 26. dicitur: Et mentita est iniquitas sibi. Quare ergo tibi mentiti sunt inimici tui, ô Domine, cui iubilat omnis terra? In multitudine potētię tuę mētientur tibi inimici tui. Dicunt, soluam: cùm tu dixeris, soluite. Quare te dixerunt dixisse, soluā: & nō dixerunt quod tu dixisti, soluite? Vt quasi ipsi se à crimine soluti templi defenderēt sine causa. Christus enim, quia voluit, mortuus est, & tamē vos occidistis. Ecce cōcedimus vobis, ô men-
Galat. 2. d daces, ipse soluit templū. Dictū est enim ab Apostolo:
Rom. 8. f Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Dictum est de patre: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si ergo pater filium tradidit, & filius semetipsum tradidit, Iudas quid fecit? Pater tradendo filium ad mortem pro nobis, bene fecit: Christus tradendo seipsum pro nobis, fecit bene: tra-
D dēdo Iudas magistrum pro auaritia sua, fecit malè. Nō
Matt. 26. c enim quod nobis prēstitum est de passione Christi, ma-
Ioan. 2. d litiæ Iudæ deputabitur. Habet ille mercedem malitiæ, Christus laudē gratiæ. Prorsus ipse soluerit templum,
Ioan. 10. d ipse soluerit qui dixit: Potestatē habeo ponendi animā meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam à me, sed ego ipse pono eā à me, & iterū sumo eam. Ipse soluit templum gratia sua, non malitia vestra. In multitudine potentiæ tuæ mētientur tibi inimici tui. Ecce mētiuntur, ecce creditur eis, ecce opprimeris, ecce crucifigeris, ecce insultatur tibi, ecce caput
Matth. 27. c agitatur, Si filius Dei es, descende de cruce. Ecce quā-
Ioan. 19. f do vis animam ponis, & lancea latus percuteris, & sa-

A cramenta de latere tuo defluunt: deponeris de ligno, inuolueris linteaminibus, poneris in sepulchro, addū-
tur custodes ne tollāt te discipuli tui: venit hora resur-
Matt. 28. a rectionis tuę, terra cōcutitur, monumenta scinduntur, resurgis occultus, appares manifestus. Vbi sunt ergo illi mendaces? Vbi est falsum testimonium maleuolentiæ? Nónne in multitudine potentiæ tuæ mētientur tibi inimici tui? Da & illos sepulchri custodes, referant quid viderint: accipiant pecuniā, & ipsi mētiantur. Dicant etiā ipsi moniti peruersi à peruersis, dicāt à Iudęis corrupti, qui in Christo noluerunt esse integri: dicant, Mentiātur etiā ipsi. Quid dicturi sunt? Dicite, videam': mentiemini & vos in multitudine potentiæ Dñi. Quid
Matt. 28. e dicturi estis? Cùm dormiremus nos, venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum de monumento. O verè stultitia dormiēs! Aut vigilabas, & prohibere debuisti: aut
B dormiebas, & quid sit gestum nescisti. Accesserunt & ipsi mendacio inimicorum: auctus est & numerus mētientiū, vt augeretur merces credentiū: quia in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui. Ergo mentiti sunt, in multitudine potentiæ tuæ mētiti sunt. Apparuisti cōtra mendaces veracibus, & apparuisti eis veracibus quos tu veraces fecisti. Remaneant Iudæi in mendaciis, quia tibi in multitudine potentię tuæ mentiti sunt: fiat quod sequitur, Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo altissime.) Paulo antè humillime, modò altissime. Humillime inter manus mentientiū inimicorū: altissime sup verticē laudātium angelorū. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo altissime. Venite & videte opa Dñi.) O gētes, ô vltimæ nationes! relinquite Iudæos mentientes, venite cōfitentes. Venite & videte opera Domini. Terribilis in cōsiliis sup filios hominū.) Filius hominis & ipse quidem dictus est, & verè filius hominis factus est.
C Verè filius Dei in forma Dei: verè filius hominis in for-
Philip. 2. a ma serui, sed nolite formā istam serui ex aliorum similium cōditione pēsare. Terribilis est in consiliis sup filios hominum. Machinati sunt filij hominum cōsilium ad crucifigendum Christum, crucifixus excęcauit crucifigētes. Quid ergo fecistis filij hominum machinādo acuta consilia aduersus Dominū vestrū, in quo latebat maiestas, & apparebat infirmitas? Vos machinati estis cōsilia ꝓdendi, ille excæcādi & saluādi: excæcādi superbos, saluandi humiles. Ad hoc autē superbos istos excæcādi, vt cæcati humiliarentur: humiliati confiterentur, cōfessi illuminarētur. Terribilis in consiliis super filios
hominū. Verè terribilis: ecce cęcitas ex parte Israēl fa-
Rom. 11. d cta est. Ecce Iudæi ex quibus natus est Christus, foris sunt: ecce gētes quæ cōtra Iudæā erant, in Christo intus sunt. Terribilis in consiliis super filios hominum. Propterea quid fecit terrore cōsilij suī? Cōuertit mare in aridā. Hoc enim sequitur, Qui cōuertit mare in aridam.) Mare erat mundus amarus salsitate, turbulentus tempestate, sæuiens fluctibus persecutionū, mare erat.
D Certè in aridam conuersum est mare: modò sitit aquā
al. qui. dulcem mundus, † quia salsa plenus erat. Quis hoc fecit? Qui conuertit mare in aridam. Iam anima gentium omnium quid dicit? Anima mea velut terra sine aqua tibi. Qui conuertit mare in aridam. In flumine per-
Psalm. 136. a transibunt pede.) Illi ipsi qui conuersi sunt in aridam, cùm essent antea amari, in flumine pede pertransibunt. Quid est flumen? Flumen est omnis mortalitas
al. Fidei. seculi. * Vide flumen, alia veniunt & transeunt, alia transitura succedunt. Nónne sic fit in aqua fluminis, quæ de terra nascitur & manat? Omnis qui natus est, cedat oportet nascituro: & omnis iste ordo rerum labentium, fluuius quidam est. In istum fluuium non se mittat cupida anima, non se mittat, ſtet. Et quomodo

trãsiet delectationes rerũ periturarũ? Credat in Christum, & facilè pertrãsibit pede: trãsibit illo duce, pede trãsibit. Quid est, pede transire? Facilè trãsire. Nõ quẽrat equum vt trãseat, nõ erigatur superbia ad trãseundum flumen: humilis transeat, & tutiùs transit. In flumine pertransibunt pede: Ibi iocundabimur in ipso.) In bonis operibus iocundare. O Iudæi, de vestris operibus gloriamini: deponite superbiam gloriãdi de vobis, sumite gratiam iocundandi in Christo. Ibi enim iocundabimur, sed nõ in nobis: ibi iocũdabimur in ipso. Quãdo iocũdabimur? Cùm flumẽ transierimus pede. Vita æterna promittitur, resurrectio ꝓmittitur, ibi caro nostra iam non erit flumen. Flumen enim modò est, quando mortalitas est. Videte si stat aliqua ætas. Pueri crescere volunt: & nesciunt quod spatiũ vitę suæ annis succedentibus minuitur. Non enim adduntur anni, sed subtrahuntur crescentibus: sicut aqua fluminis prorsus accedit, sed à fonte recedit: & volunt crescere pueri vt careant dominatu maiorũ. Ecce crescunt, agitur citò, perueniunt ad iuuentutem. Qui excesserunt pueritiã, si possunt teneant iuuentutẽ. Transit & ipsa, senectus succedit: vel senectus ęterna succedat, vel senectus æterna sit. Morte aufertur, ergo fluuius est carnis nascentis. In hunc fluuium mortalitatis nemo se mortalium rerum cõcupiscẽtia subuertat, ne rapiatur: facilè trãsit qui humiliter, id est, pede trãsit, duce illo qui prior trãsiit, qui de torrente in via vsq; ad mortẽ bibit, propterea exal-
Psalm.109. tauit caput. Transeuntes ergo pede fluuiũ istum, id est, facilè transeuntes mortalitatẽ istã fluentem: ibi iocundabimur in ipso. Modò autẽ in quo, nisi vel in ipso, vel in spe ipsius? Et si enim iocundamur modò, in spe iocũ-
1.Cor. 13.d damur, tunc autem in ipso iocundabimur. Et modò in ipso, sed per spẽ: tunc aũt facie ad faciem, ibi iocundabimur in ipso. In quo? Qui dominatur in virtute sua in æternũ.) Nã nos quantã virtutem habemus? Nunquid
Gen.3.b. æternã? Si æterna esset virtus nostra, non lapsi essemus, nõ cecidissemus in peccatum, nõ meruissemus mortalitatẽ pœnalem. Ille voluntate suscepit, quò nos meritum nostrum deiecit. Qui dominatur in virtute sua in æternũ, eius participes efficiamur, in cuius virtute nos erimus fortes, ille autẽ in sua. Nos illuminati, ille lumẽ illuminãs: nos auersi ab illo cõtenebramur, ille auerti à se nõ potest. Calore ipsius accendimur, vnde recedẽtes frigueramus, accedentes rursum accendimur. Ergo dicamus ei vt custodiat nos in virtute sua, quia in ipso iocundabimur qui dominatur in virtute sua in æternum. Sed nõ hoc solis Iudæis præstitit credentib', quia multum se extulerunt Iudæi de virtute sua præsumentes: postea cognouerunt in cuius virtute fuerunt salubriter fortes, & quidã eorũ crediderunt, sed nõ sufficit Christo. Multũ est quod dedit, magnũ pretiũ dedit: non pro solis Iudæis debuit valere quod dedit. Oculi eius super
D gentes respiciunt.) Ergo oculi eius super gentes respiciunt. Et quid facimus? Murmurabunt Iudæi, dicturi sunt Iudæi: quod nobis, hoc & illis. Nobis Euãgelium, illis Euangelium: nobis gratiam resurrectionis, & illis gratiã resurrectionis: nihil nobis prodest quòd nos legẽ accepimus, & in iustificationibus legis viximus, & tenuimus præcepta patrũ? Nihil valebit, hoc illis quod nobis. Non litigent, non contendant. Qui amaricant, nõ exaltẽtur in semetipsis.) O caro misera & tabescens, nonne peccatrix es? Quid clamat lingua tua? Attenda-
Rom.5.c tur conscientia. Omnes enim peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Agnosce te infirmitas humana. Accepisti legẽ, vt & prẽuaricatrix legis esses: nõ enim tenuisti & implesti quod accepisti. Accessit tibi ex lege non iustificatio
Rom.5.d quam lex iubet, sed præuaricatio quam tu fecisti. Si ergo abundauit peccatum, quid inuides superabundanti

A gratiæ? Noli amaricare, quia qui amaricant, non exaltentur. Quasi maledixisse videtur, qui amaricant, non exaltentur: imò exaltentur, sed nõ in seipsis. Humilientur in seipsis, exaltentur in Christo. Qui enim se humi- Mat.23.b
liat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Qui amaricant, nõ exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes Deum nostrũ.) Ecce repulsi sunt qui amaricãt, reddita est illis ratio: aliqui cõuersi sunt, aliqui superbi remanserunt. Non vos terreant qui gratiã Euangelicam inuident gẽtibus, iã venit semen Abrahæ in quo bene- Gen.12.a
dicentur omnes gentes. Benedicite eum in quo benedicimini, Benedicite gentes Deum nostrum: Et audite vocẽ laudis eius.) Ne vosipsos laudetis, sed ipsum laudetis. Quę est vox laudis eius? Quia gratia ipsius sumus, quicquid boni sumus. Qui posuit animã meam in vitam.) Ecce vox laudis eius: Qui posuit animam meam in vitam. Ergo in morte erat. In morte erat, quia in te erat. Inde est quòd nõ debuistis exaltari in vobisipsis. Ecce in morte erat, in te. Vbi erit in vita, nisi in illo qui
B dixit: Ego sum via, veritas & vita: Quomodo quibusdã Ioan.14.a
credentibus ait Apostolus: Fuistis aliquando tenebræ, Ephes.5.b
nunc autẽ lux in Domino. Tenebræ ergo in vobis, lux in Domino: sic mors in vobis, vita in Domino. Qui posuit animã meã in vitã. Ecce posuit animã nostrã in vitã, quia credimus in eũ qui in vitã posuit animã nostrã. Sed quid deinde opus est, nisi vt ꝓseueremus vsq; in finẽ? Et hoc quis dabit, nisi de quo cõsequenter dictum est: Et nõ dedit in motũ pedes meos?) Ipse posuit animã meã in vitã, ipse regit & pedes ne nutẽt, ne moueãtur, & dentur in motũ: & ipse nos faciet viuere, ipse ꝓ- Mat.10.c & 24.b
seuerare vsq; in finẽ, vt in æternũ viuamus. Et nõ dedit in motũ pedes meos. Quare hoc dixisti, & nõ dedit in motũ pedes meos? Quid enim passus es, aut quid pati potuisti vt mouerentur pedes tui? Quid? Audi quæ sequantur. Quare dixi, non dedit in motum pedes meos? Quia multa passi sumus, de quib' mouerẽtur de via pe-
C des nostri, nisi ipse regeret eos, & in motum non daret. Quæ sunt ista? Quoniã ꝓbasti nos Deus, ignisti nos sicut ignitur argentũ.) Nõ ignisti sicut fœnũ, sed sicut argentũ: adhibendo nobis ignẽ, nõ in cinerem conuertisti, sed sordes abluisti. Ignisti nos sicut ignitur argentũ. Et vide quomodo fœuit Deus in illos, quorũ animam posuit in vitam. Induxisti nos in muscipulam: non vt capti moreremur, sed vnde liberati experiremur. Posuisti tribulationes in dorso nostro.) Erecti enim malè, superbi eramus: malè erecti curuati sumus, vt curuati bene erigeremur. Posuisti tribulationes in dorso nostro. Imposuisti homines super capita nostra.) Hæc omnia passa est Ecclesia variis & diuersis persecutionibus: passa est hoc & singillatim, & modò patitur etiam. Nõ enim quisquã est, qui se in hac vita ab his tentatio-
D nibus possit dicere immunem. Ergo imponuntur & homines sup capita nostra: toleramus quos nolumus, patimur superiores aliquando quos nouimus peiores. Peccata autem si desint, bene superior est homo: quãto autem plura assunt, tanto est inferior. Et bonum est vt consideremus nos peccatores esse, & sic toleremus impositos super capita nostra: vt & nos Deo confiteamur, quia digna patimur. Quid enim indignè pateris, quod facit qui iustus est? Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Sæuire videtur Deus, cùm ista facit: ne metuas, quoniam pater est, nunquam sic sæuit vt perdat. Quando malè viuis, si parcit, plus irascitur. Omnino istæ tribulationes flagella sunt corrigentis, ne sit sententia punientis. Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam. Ignis & aqua, vtrunque periculosum est.

In hac

In hac vita certè videtur aqua ignẽ extinguere, & ignis
A videtur aquã siccare. Ita & ipsæ tentationes sunt, quibus abundat hæc vita. Ignis vrit, aqua corrũpit: vtrunque metuendum, & vstio tribulationis, & aqua corruptionis. Quando sunt res angustæ quæ infelicitates dicuntur in hoc mundo, quasi ignis est: quando sunt res prosperæ, & abundãtia seculi circũfluit, quasi aqua est. Vide ne te ignis exurat, ne aqua corrũpat. Firmus esto aduersus ignẽ, coqui te oportet, tanquã vas fictum mitteris in caminũ ignis, vt firmetur quod formatũ est. Vas ergo quod in igne formatũ est, aquã non timet: vas autẽ si solidatum igne non fuerit, tanquã lutum aqua soluetur. Noli festinare ad aquã: per ignem transi ad aquã, vt transeas & aquam. Propterea & in sacramentis & in catechizando & in exorcizãdo adhibetur prius ignis. Nã vnde plerunq; immundi spiritus clamant, ardeo, si ille ignis nõ est? Post ignem autẽ exorcismi venitur ad
B baptismum: vt ab igne ad aquã, ab aqua ad refrigeriũ. Quod autẽ in sacramẽtis aqua baptismi, hoc in tentationibus huius seculi, angustia timoris. Accedit prima vice ignis, postea ablato timore metuendũ est, ne felicitas corrumpat mundana. Cùm autẽ te ignis crepare
al. *fecerit.* non † suffecerit, & in aquã non merseris, sed enataueris: per disciplinam transis ad requiẽ, & transiens per ignẽ & aquam educeris in refrigerium. Quarũ enim rerum signa sunt in sacramentis, ipsę res sunt in illa perfectione vitæ æternæ. Iam cùm transierimus ad illud refrigeriũ, fratres charissimi, nullũ ibi timebimus inimicum, nullum tẽtatorem, nullum inuidum, nullum ignẽ, nullam aquam: perpetuum ibi refrigerium erit. Refrigeriũ propter quietem dicitur. Nam si dicas calor est, verum est: si dicas refrigerium, verum est. Si enim refrigerium malè accipias, quasi torpescimus ibi. Non autem torpescimus ibi, sed requiescimus: nec quia calor dicitur, æstuabimus ibi, sed feruebimus spiritu. Attende ipsum
C calorem in alio Psalmo: Nec est qui se abscõdat à calo-
Psal.18. re eius. Quid dicit & Apostolus? Spiritu feruentes. Er-
Rom.12.c go transiuimus per ignẽ & aquam. Et eduxisti nos ad refrigerium.) Attende quia nõ tantũ de refrigerio, sed nec de ipso igne optabili tacuit. Introibo in domũ tuã in holocaustis. Quid est holocaustũ? Totum incensum, sed igne diuino. Holocaustũ enim dicitur sacrificium, cùm totum accenditur. Alię sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Quando totum ardet, & totũ consumitur igne diuino, holocaustũ dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidem holocaustum sacrificium: sed non omne sacrificium holocaustum. Holocausta enim promittit, (corpus Christi loquitur, vnitas Christi loquitur) Introibo in domum tuam in holocaustis. Totum enim meũ cõsumat ignis tuus, nihil mei rema-
al. *iustorum.* neat mihi, totum sit tibi. Hoc autẽ erit in resurrectio-
1.Cor.15.g. ne † mortuorum, quando & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet quod scriptum est, Absorpta est mors in
D victoriã. Victoria quasi ignis diuinus est: cùm absorbet & mortẽ nostram, holocaustum est. Nõ remanet mortale aliquid in carne, non remanet culpabile aliquid in spiritu: totum ex mortali vita consumetur, vt in æterna vita consummetur, vt à morte seruemur in vitam. Erunt ergo illa holocausta. Et quid erit in holocaustis? Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.) Quæ est distinctio in votis? Hæc est distinctio, vt te accuses, illum laudes: te intelligas creaturam, illum creatorẽ: te tenebras, illum illuminatorem, cui dicas: Tu il-
Psal.17. luminabis lucernam meam Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas. Nam quãdo dixeris, ô anima, quia ex te tibi lucet, non distingues. Si non distingues, non reddes vota distincta. Redde vota distincta, cõfi-

tere te mutabilem, illum incommutabilem: cõfitere te sine illo nihil esse, ipsum autẽ sine te perfectum esse: te indigere illo, illum autem tui non indigere. Clama ad illum: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniã bonorũ Psal.15.
meorum non indiges. Iam eo quòd te in holocaustum assumit Deus, nõ ille crescit, non ille augetur, nõ ille ditior, non ille instructior fit, tibi est melius quicquid de te pro te facit, non ei qui facit. Hæc si discernas, reddis vota Deo tuo, quæ distinxerunt labia tua. Reddã tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum in tribulatione mea.) Quàm dulcis est sæpe tribulatio, quàm necessaria est tibi. Quid ibi locutũ est os ipsius in tribulatione sua? Holocausta medullata offeram tibi.) Quid est medullata? Intus teneam charitatem tuã, nõ erit in superficie, in medullis meis erit ꝗ diligo te. Nihil enim interi' medullis nostris. Interiora
B ossa sunt carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus. Aliud autem intus sentiens, nõ offert holocausta medullarum, cuius autem medullã inspicit, ipsum totũ accepit. Holocausta medullata offerã tibi: Cum incenso & arietibus.) Arietes sunt duces Ecclesiæ. Totũ corpus Christi loquitur, hoc est quod offert Deo incensum. Quid est oratio cum incenso & arietibus? Maximè arietes orant pro gregibus. Offeram tibi boues cum hircis.) Boues inuenimus triturãtes, & ipsi offeruntur Deo. Apostolus de annunciatoribus Euan-
gelij dixit intelligendum, quod scriptum est: Bouĩ tri- 1. Cor.9.b
turanti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad Deum? Ergo magni illi arietes, magni boues. Quid reliqui qui fortè cõscij sunt aliquorum peccatorũ, qui fortè in ipso itinere lapsi sunt, & sauciati per pœnitentiam sanantur? Nunquid & ipsi remanebunt, & ad holocausta non pertinebunt? Ne ipsi timeant, addidit &
C hircos. Holocausta, inquit, medullata offeram tibi, cũ incenso & arietibus: offerã tibi boues cum hircis. Adiunctione ipsa saluantur hirci: per se nõ possunt accipi, adiuncti bobus accipiuntur. Talibus enim dictum est: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt & Lucæ 16.c
ipsi recipiant vos in æterna tabernacula. Ergo illi hirci non erunt à sinistris, quia fecerũt sibi amicos de mammona iniquitatis. Qui autem hirci ad sinistram? Quibus Matt.25.c
dicetur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare: non qui peccata sua eleemosynis redemerunt. Venite audite, & narrabo omnes qui timetis Deum.) Veniamus, audiamus quid narraturus est. Venite audite, & narrabo. Sed quid? Venite audite, & narrabo omnes qui timetis Deum. Si Deum non timetis, non narrabo. Non est quibus narretur, vbi Dei timor non est. Dei timor aperiat aures: vt sit quod intret, & quà intret quod narraturus sum. Sed quid est narraturus? Quanta fecit animæ meæ.) Ecce narrare vult. Sed quid est narraturus? An fortè quantum pateat terra, quantum distendatur cælum, & quot sint sidera, & quæ sint vices solis
D & lunæ? Ista creatura peragit ordinem suum: qui multũ eam curiosè quæsierunt, eius creatorem ignorauerunt. Illud audite, illud accipite, ô qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Si vultis, & vestra est. Quanta fecit animæ meæ? Ad ipsũ ore meo clamaui.) Et hoc ipsum factum dicit animæ suæ: vt ad ipsum ore suo clamaret, factum esse dicit animę suę. Ecce fratres gẽtes eramus, etsi non in nobis, in parentibus nostris. Et quid dicit Apostolus? Scitis quando gentes eratis, ad simulachra 1.Cor.12.a
sine voce quomodo ascendebatis inducti. Dicat nunc Ecclesia quãta fecit animæ meę, ad ipsum ore meo clamaui. † Olim ad lapidem clamabam, ad lignum surdũ al. Hæc.
clamabam, simulacris surdis mutis loquebar: iam ima- Hieron.b
go Dei conuersa est ad creatorem suum. Qui dicebam

ligno, pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti: modò
Matt.6.b dico, Pater noster, qui es in cælis. Ad ipsum ore meo
1 Petr.1.c clamaui. Ore meo iã, non ore alieno. Quando clamabã
ad lapides in vana conuersatione patrnæ traditionis,
ore alieno clamabam: quando clamaui ad Dominum,
quod ipse donauit, quod ipse inspirauit, ad ipsum ore
meo clamaui. Et exaltaui sub lingua mea.) Quid est,
clamaui ore meo, & exaltaui sub lingua mea? Ipsũ pu-
blicè prædicaui, ipsum in secreto confessus sum: parũ
est Deũ exaltare lingua, sed & sub lingua, vt quod cer-
tus loqueris, hoc tacitus cogites. Ad ipsum ore meo
clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Vide quàm vult in
secreto esse integer, qui in secreto affert holocausta
medullata. Hoc agite fratres, hoc imitamini, vt dicatis:
Venite, audite quanta fecit animæ meæ. Omnia enim
quæ enarrat, ipsius gratia fiunt in anima nostra. Videte
& alia quæ dicat, Iniquitatẽ si aspexi in corde meo, nõ
exaudiet Dominus.) Cõsiderate modò fratres, quàm
facilè, quàm quotidie homines erubescẽtes in homini-
bus iniquitates accusant: Malè fecit, perditè fecit, sce-
leratus homo est. hoc fortè ꝓpter homines dicit. Vide
al. concapiscit. si non in corde tuo † cõspicis iniquitatẽ, ne fortè quod
reprehendis in altero, cogites facere: & ideo in illum
clames, nõ quia fecit, sed quia inuentus est. Redi ad te,
intus esto tibi iudex. Ecce in cubiculo tuo abscõdito,
in ipsa vena intima cordis tui vbi tu solus es, & ille qui
videt, illic tibi displiceat iniquitas, vt placeas Deo. No-
li illã respicere, id est, noli illã diligere: sed potius des-
pice, id est, contẽne, & auertere ab ea. Quicquid lætũ ꝓ-
miserit, vt illiciat ad peccandũ, quicquid triste minata
fuerit, vt impellat ad malefaciendum, totũ nihil est, to-
tum trãsit: despici dignũ est vt calcetur, nõ conspici vt
acceptetur. Suggerit enim aliquãdo per cogitationes,
1. Cor. 15.c vel per verba colloquentiũ malorũ. Corrumpũt enim
mores bonos colloquia mala: tu noli ea respicere. Sed
parum est in vultu, parũ est in lingua, in corde noli re-
spicere: id est, noli diligere, noli acceptare. Nam rese-
ctum pro dilectione poni quotidianum est: primò quia
de Deo dicimus, respexit me. Quid est, respexit me?
Antè enim te non videbat? Aut rursum attendebat, &
precibus tuis commonitus est, vt in te oculos mitteret?
Videbat te & antè: sed respexit me, dicis, dilexit me. Et
homini qui te videt, & rogas eum, dicis vt misereatur
tui, respice me. Videt te, & dicis, respice me. Quid est,
respice me? Dilige, attende, miserere mei. Ergo nõ ideo
dixit, iniquitatem si aspexi in corde meo, quia omnino
nulla iniquitas suggeritur cordi humano. Ibi suggeri-
tur, nõ cessat suggestio, sed non fiat respectio. Si enim
respicis iniquitatẽ, retrò aspicis: & incurris sententiam
Luc. 9.g Domini dicentis in Euãgelio: Nemo ponens manum
super aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.
Philip. 3.c Quid ergo debeo facere? Quod ait Apostolus: Quę re-
trò oblitus, in ea quæ ante sunt extentus. Retrò enim
nostra omnia quæ trãsierunt iniqua sunt. Nemo ex bo-
Rom 3.c no venit ad Christũ: omnes peccatores fuerunt: omnes
peccauerunt, sed credendo iustificantur. Perfecta iusti-
tia non erit, nisi in illa vita: tamen ad profectũ, & mo-
res bonos ab ipso inspirantur, ab ipso donantur. Noli
ergo tua merita cõputare, noli. Etsi suggerit iniquitas,
noli consentire. Quid enim ait? Iniquitatem si cõspexi
in corde meo, nõ exaudiet Dominus. Propterea exau-
diuit me Deus.) Quia iniquitatem non cõspexi in cor-
de meo. Et intendit voci orationis meæ. Benedictus
Deus, qui non amouit deprecationem meam, & mise-
ricordiam suã à me.) Tenet sensum ab eo loco, vbi ait:
Venite audite, & narrabo vobis omnes qui timetis
Deũ, quanta fecit animæ meæ: & dixit quæ audistis, &
ad finẽ ita cõclusit: Benedict' Deus qui nõ amouit de-

A precationem meã & misericordiã suam à me. Sic enim
peruenit ad resurrectionẽ iste qui loquitur, vbi iã & nos
ſpe sumus, imò & nos sumus. Etenim nostra vox ista est.
Quãdiu ergo hic sumus hoc rogemus Deũ, vt nõ à no-
bis amoueat deprecationẽ nostram, & misericordiam
suã: id est, vt perseuerãter oremus, & perseueranter mi-
sereatur. Multi enim languescunt in orando, & in noui-
tate suæ cõuersionis feruenter orant, postea languidè,
postea frigidè, postea negligẽter. Quasi securi fiunt: vi-
gilat hostis: dormis tu. Ipse Dominus præcepit in Euã- Luc. 18.a
gelio: Quia oportet semper orare, & nõ deficere. Et dat
similitudinẽ de illo iniquo iudice, qui nec Deum time-
bat, nec hominẽ reuerebatur, quẽ interpellabat illa vi-
dua quotidie vt audiret eã: & cessit tædio, qui non fle-
ctebatur misericordia: & ait sibi iudex nequam: Si nec
Deũ timeo, nec homines reuereor, vel propter tędium
q̃ mihi quotidie facit hæc vidua, audiã causam eius, &
vindicabo eã. Et ait Dominus: Si iudex nequã hoc fe- Ibidem.
cit, pater vester nõ vindicabit electos suos qui ad eum
B clamãt die ac nocte? Ita dico vobis, faciet iudiciũ corũ
citò. Ergo nõ deficiamus in oratione. Ille quod cõces-
surus est, & si differt, nõ aufert. Securi de pollicitatione
ipsius nõ deficiamus orando, & hoc ex beneficio ipsius
est. Propterea dixit: Benedictus Deus meus, qui non
amouit deprecationẽ meã, & misericordiam suã à me.
Cùm videris non à te amotam deprecationem tuã, se-
curus esto, quia non est à te amota misericordia eius.

IN PSALMVM LXVI. ENARRATIO.

MEMINIT charitas vestra de duobus Psalmis, qui
iam tractati sunt, exhortatos nos fuisse animã no-
stram vt benediceret Dominũ, & pio cantu dixisse: Be-
nedic anima mea Dominum. Si ergo hortati sumus in
illis Psalmis animam nostram vt benediceret Domi-
nũ: in hoc Psalmo rectè dicitur: Deus misereatur no-
C stri, & benedicat nos.) Benedicat anima nostra Domi- Psal.102
nũ, & Deus benedicat nos. Cùm benedicit nos Deus,
nos crescimus: & cùm nos benedicimus Dominum,
crescimus: vtrunq; nobis prodest. Nõ augetur ille be-
nedictione nostra, nec minuitur maledictione nostra.
Qui malè dicit Domino, ipse minuitur, qui benedicit
Dominum, ipse augetur. Prior est in nobis benedictio
Domini, & cõsequens est, vt & nos benedicamus Do-
minum. Illa pluuia, iste fructus est. Ergo redditur tan-
quam fructus agricolæ Deo, compluenti nos & colẽti.
Cantemus ista deuotione non sterili, non inani voce,
sed vero corde. Apertissimè enim Deus pater dictus
est agricola. Apostolus dicit: Dei agricultura estis, Dei 1.Cor.3.b
ædificatio estis. In rebus huius mundi visibilibus, vitis
non est ædificium, & ædificium non est vinea, nos au-
D tem vinea Domini sumus, quia colit nos ad fructum.
Ædificiũ Dei sumus, quia qui colit nos, habitat in no-
bis. Et quid ait idem Apostolus? Ego plantaui, Apollo
rigauit, sed Deus incrementum dedit. Ergo neque qui
plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ
dat Deus. Ille ergo incrementum dat. Nunquid fortè
isti sunt agricolæ? Agricola enim dicitur qui plãtat, qui
rigat. Dixit autem Apostolus, Ego plantaui, Apollo
rigauit. Quærimus vnde ipse hoc fecerit? Respondet
apostolus; Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 1.Cor.15.b
Ergo quocunque te verteris, siue per angelos, Deum
inuenies agricolam tuum, siue per prophetas, ipse est
agricola tuus, siue per apostolos, eundẽ ipsum agnosce
agricolam tuum. Quid ergo nos? Fortasse operarij su-
mus agricolæ illius, & hoc ipsum ab ipso impartitis vi-
ribus, & ab ipso donata gratia. Ipse ergo & colit & in-
crementum dat. Agricola autem homo vineam colit
hactenus,

hactenus, vt aret, putet, adhibeat cætera quę pertinent A
ad agricolarum diligentiam: pluere vineæ suæ non po-
test. Quod si fortè irrigare potest, de cuius potest? Ipse
ducit quidem irriguum, sed Deus implet fontẽ. Postre-
mò in vinea sua incrementum dare sarmentis non po-
test, formare fructus non potest, modificare semina nõ
potest, tempora gignendi temperare non potest. Deus
autem qui omnia potest, agricola noster est, securi su-
mus. Fortè ait aliquis: Tu dicis agricolam nostrum esse
Deum: imò ego apostolos agricolas dico esse, qui di-
xerũt: Ego plantaui, Apollo rigauit. Si ego dico, nemo
credat: si Christus dicit, Væ qui non credit. Quid ergo
Ioann. 15.a. Dominus Christus ait? Ego sum vitis, vos sarmenta,
pater meus agricola. Sitiat ergo terra, & edat voces si-
Psal. 124. tis suæ: quoniam scriptum est: Anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Dicat ergo terra nostra, nosipsi, pluuiam
Dei desiderans, Deus misereatur nostri, & benedicat
B nos: Illuminet vultum suũ super nos.) Quęsiturus eras
fortasse quid est, benedicat nos. Multis modis se volũt
homines benedici à Deo. Alius benedici se vult, vt ha-
beat plenam domum necessariis rebus huic vitæ: alius
benedici se cupit, vt obtineat salutem corporis sine la-
be: alius benedici se vult, si fortè ægrotat vt reparet sa-
nitatẽ: alius desiderans filios, & fortè cõtristatus quòd
non nascantur, benedici se vult vt habeat posteritatẽ.
Et quis enumeret diuersa vota hominum, se à Domi-
no Deo benedici cupientium? Quis autem nostrũ di-
cturus est nõ esse illam Dei benedictionem: si vel agri-
cultura ei fructum ferat, vel domus cuiusque abundet
copia rerum temporalium, vel ipsa corporis salus, aut
teneatur ne amittatur, aut amissa reparetur? Fœcundi-
tas etiam feminarum, & casta vota filios desiderantiũ,
ad quem pertinent nisi ad Dominum Deum? Qui enim
creauit omnia quando non erant, ipse prolis successu
facit permanere quod cõdidit. Facit hæc Deus, donat C
hæc Deus. Parum est nobis dicere, facit hæc Deus, do-
nat hæc Deus: sed solus hæc facit, solus donat. Quid si
enim facit hæc Deus, sed facit hæc & aliquis nõ Deus?
Facit hæc Deus, & solus facit. Et sine causa ista petun-
tur, vel ab hominibus, vel à dæmonibus, & quæcunq;
bona accipiunt inimici Dei, ab illo accipiunt: & cùm
ab aliis petunt & accipiunt, nesciẽtes ab illo accipiunt.
Quomodo cùm puniuntur, & putant se ab aliis puniri,
nescientes ab illo puniuntur: sic & cùm vegetantur,
implentur, saluantur, liberantur, & si hoc nescientes,
vel hominibus vel dæmonibus vel angelis tribuunt,
non habent nisi ab illo penes quem potestas est omniũ.
Ad hoc dixerimus hæc fratres, vt quisquis etiam ista
terrena fortè, vel propter supplementa necessitatis, vel
propter aliquam infirmitatem desiderat, non nisi ab il-
lo desideret, qui est fons omnium bonorum & creator
& recreator vniuersorum. Sed alia sunt dona quæ dat
Deus & inimicis suis, alia quæ non seruat nisi amicis
suis. Quæ sunt dona quæ dat inimicis suis? Ea quæ nu-
meraui. Non enim soli boni plenas habent domos re-
bus necessariis, aut soli boni vel salui facti sunt, vel ab
ęgritudine conualescunt, aut soli boni filios habent,
soli boni pecuniam, soli boni cętera apta huic vitę tẽ-
porali atque transeunti: habent hęc & mali, & aliquan-
do desunt bonis: sed desunt & malis, & plerunque istis
magis quàm illis: aliquãdo illis quàm istis potius abun-
dant. Permixta ista temporalia Deus esse voluit, quia
si bonis solis ea daret, putarent & mali propter hęc co-
lendum Deum. Rursus si ea solis malis daret, timerent
boni infirmi conuerti, ne ista illis fortè deessent. Est
enim adhuc anima infirma minus capax regni Dei, nu-
trire illam debet Deus agricola noster. Nam & quę
arbor iam tempestates robore sustinet, cùm de terra

A nasceretur, herba erat. Nouit ergo ille agricola nõ so-
lùm robustas arbores putare atque purgare: sed etiam
teneras in recenti ortu sepire. Propter ea dilectissimi,
vt dicere cœperam, si solis bonis darentur ista, omnes
propter hæc accipienda vellent conuerti ad Deũ. Rur-
sus si solis malis darentur, timerent infirmi, ne cùm cõ-
uerterentur, amitterent quod soli mali haberent. Per-
mixtè data sunt & bonis & malis. Rursus si solis bonis
auferrentur, idem ille timor esset infirmorum, nec cõ-
uerterentur ad Deum. Rursus si solis malis auferren-
tur, ipsa sola pœna putaretur qua mali plectũtur. Quòd
ergo dat ea bonis, consolatur itinerantes: quòd dat ea
& malis, admonet bonos vt alia desiderent, quæ non
habent cum malis communia. Rursus bonis aufert ea
quando vult, vt interrogent se de suis viribus: & inue-
niant se, qui fortè latebant se, vtrũ iam possint dicere:
B Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino pla- Iob.1.a.
cuit, ita factũ est: sit nomen Domini benedictũ. Bene-
dixit enim & illa anima Dominum, & reddidit fructus
cõpluta sagina benedictionis: Dominus dedit, Domi-
nus abstulit. Subtraxit data, sed nõ subtraxit datorem.
Anima benedicta omnis simplex, nõ hęrẽs terrenis re-
bus, nec visco implicatis pennis iacens, sed exerto ni-
tore virtutẽ in geminis alis geminæ dilectionis exultat
in auras liberas: & videt sibi subtractũ esse quod calca-
bat, nõ vbi incumbebat, & dicit fęcura: Dominus de-
dit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factũ
est: sit nomen Domini benedictum. Dedit & abstulit.
Manet qui dedit, & abstulit quod dedit: sit ergo nomẽ
eius benedictum. Ad hoc ergo ista auferuntur bonis.
Sed ne quis fortè infirmus diceret: Quando ego esse
possem tantæ virtutis, sicut sanctus Iob? Robur miraris
arboris quæ modò nata est? Hæc magna quam modò
miraris, sub cuius ramis & vmbra refrigeraris, virga
C fuit. Sed times ne tibi auferantur hæc, cùm talis fueris,
attende quia auferuntur & malis. Quid te ergo differs
à cõuersione? Quod bonus times amittere, fortè amis-
surus malus es. Si bonus ea perdideris, adest consola-
tor qui abstulit. Arca exinanita est auro, cor plenũ est
fide. Foris pauper es, sed intus diues es. Diuitias tecum
portas, quas nõ amitteres, etiamsi de naufragio nudus
exires. Quod ergo fortè perditurus es malus, cur non
bonum te inuenit damnum, quandoquidem vides &
malos pati damnum? Sed maiore illi damno feriuntur.
Inanis est domus, inanior cõscientia est. Quisquis ma-
lus ista perdiderit, non habet foris quod teneat, non
habet intus vbi requiescat. Fugit hæc vbi damnũ pas-
sus est, vbi se ab oculis hominum de diuitiarum osten-
tatione iactabat. Iam se in oculis hominum iactare nõ
potest, ad se intrò non redit, quia nihil habet. Non est Prou.6.a.
imitatus formicam, non sibi collegit grana, cùm æstas & 30.d.
esset. Quid dixi, cùm æstas esset? Cùm esset vitæ tran-
quillitas, cùm esset seculi huius erga illum prosperitas,
quando ei vacabat, quando felix vocabatur ab omni-
D bus: æstas ipsius erat. Imitaretur formicam, si audiret
verba Dei, colligeret grana, & intus reconderet. Vene-
rat tentatio tribulationis, superuenerat hyems torpo-
ris, tempestas timoris, frigus tristitiæ, siue damnũ esset,
siue salutis periculum, siue aliqua orbitas suorum, siue
aliqua exhonoratio & humiliatio: hyems erat. Redit
formica ad id quod æstate collegit: & intus in secreto
suo vbi nemo videt, ęstiuis laboribus recreatur. Quan-
do sibi ista colligebat æstate, videbant omnes: cum his
pascitur hyeme, nullus videt. Quid est hoc? Vide for-
micam Dei. Surgit quotidie, currit ad Ecclesiam Dei,
orat, audit lectionem, hymnum cantat, ruminat quod
auduit, apud se cogitat, recondit intus grana collecta
de area. Hæc ipsa quæ modò dicuntur qui prudentiæ

audiunt, hoc agunt, & ab omnibus videtur procedere ad Ecclesiã, redire de Ecclesia, audire sermonẽ, audire lectionem; inuenire librũ, aperire & legere: omnia ista videtur cùm fiunt. Formica illa est conterens iter, portans & recondens in cõspectu cernentiũ. Venit hyems aliquãdo, cui enim nõ venit? Accidit damnum, accidit orbitas. Cæteri miserantur fortè vt miserum, qui non norunt quid intus habeat formica quod comedat, & dicunt: Miser ille cui hoc accidit, aut ille cui hoc accidit. Quid illi credis animi esse? quomodo cõfectus est? Metitur ex se, cõpatitur ex viribus suis, & ideo fallitur: quia mensurã qua se metitur, vult afferre ad eum quem non nouit. Vides illum passum damnum, aut humiliatum, aut orbitate percussum. Quid credis? Iste aliquid mali fecit, vt hoc illi contingeret. Tale cor habeãt, aut talem animum inimici mei. Ignoras ô homo, verè tu tibi inimicus es, qui per æstatẽ tibi non colligis quod iste collegit. Modò int' formica comedit labores ęstatis: sed eã colligentẽ videre poteras, manducantem videre nõ potes. Ista fratres, quantũ Dñs dedit, quãtum suggerere & imbuere dignatus est infirmitatẽ & humilitatem nostram, quantũ capimus pro modulo nostro, diximus quare det Deus omnia ista permixta, & bonis & malis, & quare auferat & bonis & malis. Dedit tibi, non extollaris: abstulit tibi, nõ frangaris. Times ne auferat, potest auferre & malo. Melius ergo bonus quod Dei est amittis, sed Deum tenes. Sic ergo & ille malus, ipsum hortamur. Passurus es damnũ. Quis nõ passurus est orbitatem? Aliquis casus irruet, aliqua calamitas de transuerso, vndecunq; plenus est mundus, exempla nõ cessant. Loquor tibi in æstate, grana quæ colligas non desunt. Attende ad formicã ô piger, collige ęstate eùm potes: hyems colligere te nõ sinet, sed mãducare sinet quod collegeris. Quàm multi enim tribulationem ita patiuntur, vt nõ eis vacet, nec legere aliquid, nec audire aliquid, nec fortè admittuntur ad eos qui eos consolentur. Remansit formica in cauerna, videat si collegit æstate aliquid quò se auocet hyeme. Sed modò quia benedicet nos Deus. Quare benedicet nos? Quã benedictionẽ petit hæc vox? Vt benedicat nos Deus benedictione quã seruat amicis suis, quã solis bonis dat. Ne pro magno appetas quod & mali accipiũt: quia bonus Deus facit illa, qui solẽ suum facit oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Quid ergo præcipuè bonis? quid præcipuè iustis? Illuminet vultum suũ sup nos. Solis huius vultũ illuminas super bonos & malos, vultũ tuũ illumina sup nos. Videt istã lucẽ cum pecorib' & boni & mali. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbunt. Illuminet vultũ suum super nos. Geminus intellectus est, vterq; dicendus est: Illumina, inquit, vultũ tuum sup nos, ostende nobis vultũ tuum. Non enim aliquãdo illuminat vultum suũ Deus, quasi aliquãdo fuerit sine lumine: sed illuminat super nos, vt quod nos latebat, aperiatur nobis, & quod erat, sed nobis absconditũ erat, reueletur super nos, hoc est illuminetur. Aut certè imaginẽ tuam illumina super nos, vt hoc dixerit, illumina vultum tuum super nos: impressisti nobis vultum tuum, fecisti nos ad imaginem & similitudinem tuam, fecisti nos numum tuum, sed non debet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium sapientiæ tuæ, expellat tenebras nostras, & fulgeat in nobis imago tua. Cognoscamus nos imaginem tuam, audiamus quod dictum est in Cãticis cãticorum, Nisi cognoueris temetipsam ô pulcherrima inter mulieres. Dicitur enim Ecclesiæ, nisi cognoueris temetipsam. Quid est hoc? Nisi cognoueris ad imaginẽ Dei te factã. O anima Ecclesiæ pretiosa redẽpta sanguine agni immaculati, attende quanti valeas, quid pro te datum

Matt. 5.a

Genes. 1. d

Cant. 1. c

A sit cogita. Dicamus ergo & optemus, illuminet vultũ suũ super nos. Gestamus vultũ eius, quomodo dicũtur vultus imperatorum. Verè quidẽ sacer vultus Dei est in imagine ipsius, sed iniqui nõ cognoscũt in se imaginẽ Dei. Vt illuminetur vultus Dei super illos, quid debẽt dicere? Tu illuminabis lucernã meã Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas. Sum in tenebris peccatorum, sed radio sapientiæ tuæ discutiantur tenebræ meæ. Appareat vultus tuus: & si fortè appareat per me aliquantulũ deformis effectus, à te reformetur quod à te formatũ est. Illuminet ergo vultum suum super nos: Vt cognoscamus in terra viã tuam.) In terra hac, in hac vita cognoscamus viã tuã. Quæ est via tua? Quæ ducit ad te. Agnoscamus quò eamus, agnoscamus quà eamus, vtrũq; in tenebris nõ possumus. Lõgè es à peregrinantibus, viã nobis porrexisti per quã redeundũ sit ad te. Agnoscamus in terra viam tuã. Quę est via ipsius, quia hoc optauimus, vt cognoscamus in terra viã tuã? Quęsituri sumus eã nos, nõ per nos discituri. Possumus

B eam de Euangelio discere: Ego sum via, Dominus ait: Christus dicit, Ego sum via. Sed times ne erres: adiecit & veritas, Quis errat in veritate? Errat in veritate qui recesserit à veritate. Veritas Christus, via Christ'. Ambula. Times ne moriaris antequam peruenias: Ego sum vita: Ego sum, inquit, via & veritas & vita. Quasi diceret, Quid times? Per me ambulas, ad me ambulas, in me requiescis. Quid ergo ait: Cognoscamus in terra viam tuã, nisi cognoscamus in terra Christum tuũ? Sed ipse Psalmus respõdeat. Ne putetis ex aliis scripturis adhibendũ esse testimoniũ, quod fortè hic deest: repetẽdo ostẽdit quid dixerit, Vt cognoscamus in terra viã tuã. Et quasi tu quæreres, in qua terra, quam viã? In omnib' gẽtib' salutare tuũ. In qua terra quęris? Audi: In omnibus gentibus. Quã viam quæris? Audi, Salutare tuum. An fortè Christus non est salutare ipsius? Et quid est q; dixit senex ille Simeon, senex ille in euãgelio seruatus

C annosus vsq; ad infantiam verbi? Accepit enim senex ille in manibus suis infantẽ verbum Dei. Qui & in vtero esse dignatus est, in manib' senis esse dedignaretur? Ille in vtero virginis, qui in manibus senis, infirmus infans & intra viscera & in manibus senis, ad dãdam nobis firmitatẽ per quem facta sunt omnia. Et si omnia, & ipsa mater. Venit humilis, venit infirmus, sed indutus infirmitate mutanda: quia & si crucifixus est Christus, ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, Apostolus ait. Erat ergo in manibus senis. Et quid ait senex ille? Quid ait gratulans quòd iam soluendus hinc esset, videns suis manibus cõtineri à quo & in quo salus eius cõtinebatur? Iã dimittis, inquit, Domine, seruum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuũ. Ergo benedicat nos Deus, & misereatur nostri, illuminet vultum

D suũ super nos, vt cognoscamus in terra viã tuã. In qua terra? In omnibus gentibus. Quam viam? Salutare tuũ. Quid sequitur, quia cognoscitur in terra via Dei, quia cognoscitur in omnibus gẽtibus salutare Dei? Confiteãtur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi, inquit, populi omnes.) Existit hæreticus, & dicit: Ego in Africa populos habeo, & alius ex alia parte: & ego in Galatia populos habeo. Tu in Africa, ille in Galatia, ego illũ quẹro qui vbique habet. Certè ad istam vocẽ exultare vos ausi estis, quoniã audistis, cõfiteantur tibi populi deus. Audite sequentem versum, quia nõ de parte loquitur: Cõfiteantur tibi populi omnes. Ambulate in via cum omnibus gentibus, ambulate in via cum omnibus populis, ô filij pacis, filij vnicę catholicæ ambulate in via, cantate ambulantes. Faciunt hoc viatores ad solamen laboris. Cantate vos in hac via: obsecro vos per ipsam viam, cantate in hac via. Canticum nouum cantate, nemo

Psalm. 17.

Luca. 2. b

1. Cor. 13. b

Luca. 2. b

nemo ibi vetera cantet. Cantate amatoria patriæ vestræ, nemo vetera. Via noua, viator nouus, canticũ nouum. Audi Apostolũ hortantem te ad canticũ nouũ. Si

1. Cor. 5. d qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierũt, ecce noua facta sunt. Canticum nouum cantate in via, quã cognouistis in terra. In qua terra? In omnibus gentibus. Propterea & canticũ nouũ nõ pertinet ad partẽ. Qui in parte cantat, vetus cãtat. Quodlibet cãtet, vetus cãtat, vetus homo cãtat. Diuisus est, carnalis est. Certè inquantũ carnalis est, intantũ vetus: & inquantũ spiri-

1. Cor. 3. a talis, intantũ nouus. Vide quid dicat Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde illos probat carnales? Cùm enim vnus dicit, Ego sum Pauli: alter verò, ego Apollo: nónne, inquit, carnales estis? Ergo in spiritu canticũ nouũ canta in via securа. Sicut viatores cantãt, & plerunque in nocte cãtant. Formidolosa circũstrepunt omnia, vel potius nõ circũstrepunt, sed circumsilent: & quãto magis silẽtia, tanto magis formidolosa, cantant tamẽ & qui latrones

B timent. Quanto securiùs cantas in Christo? Non habet via ista latronem: si tu non deserendo viam, incidas in

Psalm. 95. latronẽ. Canta, inquam, securus canticũ nouum in via quã cognouisti in terra, hoc est, in omnibus gentibus. Vide quia ipsum canticũ nouũ non tecum cantat qui in parte esse voluit. Cantate, inquit, Domino canticum nouũ. Et sequitur: Cãtate Domino omnis terra. Cõfiteantur tibi populi Deus. Inuenerunt viam tuã, confiteãtur. Ipsa cãtatio cõfessio est, cõfessio peccatorũ tuorũ & virtutis Dei. Tuã iniquitatẽ confitere, gratiã Dei cõfitere. Te accusa, illũ glorifica. Te reprehende, illum lauda: vt & ipse veniens, inueniat te punitorẽ tuum, & exhibeat se tibi saluatorem tuũ. Quid enim timetis cõfiteri, qui inuenistis hãc viã in omnibus gentibus? Quid timetis confiteri, & in confessione vestra cãtare canticum nouum cũ omni terra? In omni terra, in pace catholica, cõfiteri times Deo ne cõfessum damnet? Si nõ confessus lates, non cõfessus dãnaberis. Times cõfiteri

C qui non confitendo esse non potes occultus: damnaberis tacitus, qui posses liberari cõfessus. Cõfiteantur tibi populi Deus, cõfiteãtur tibi populi omnes. Et quia ista confessio non ad suppliciũ ducit: sequitur & dicit, Lætentur & exultent gentes.) Si plãgunt ante hominẽ confessi latrones, lætentur ante Deũ confessi fideles. Si homo iudicet, exigit à latrone confessionem tortor & timor: imò aliquando cõfessionẽ premit timor, exigit dolor. Et ille qui plangit in tormẽtis, timet autẽ occidi confessus, portat tormenta quantũ potest: & si victus dolore fuerit, profert ad mortẽ vocẽ suã. Nusquã ergo lætus, nusquã exultans: antequã confiteatur, exarat vngula, cùm confessus fuerit, damnat carnifex, ducitur miser vbique. Sed lætẽtur & exultent gẽtes. Vnde? Per ipsam confessionem. Quare? Quia bonus est cui confitẽtur. Ad hoc exigit confessionem, vt liberet humilem: ad hoc damnat non confitentem, vt puniat su-

D perbũ. Ergo tristis esto antequam confitearis, cõfessus exulta: iam sanaberis. Non confitentis conscientia saniem collegerat, apostema tumuerat, cruciabat te, requiescere non sinebat. Adhibet medicus fomenta verborũ, & aliquando secat, adhibet medicinale ferrũ in correptione tribulationis. Tu agnosce medici manum: confitere, exeat in cõfessione, & defluat omnis sanies. Iam exulta, iam lætare: quod reliquum est facilè sanabitur. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Et quia confitentur, lætentur & exultẽt gentes, Quoniam iudicas populos in æquitate.) Nemo te fallit: gaudeat iudicandus, qui timuit iudicaturum. Præuidit enim & præuenit faciem eius in confessione: ille autem cùm venerit, populos in æquitate iu-

A dicabit. Quid ibi valebit calliditas accusatoris, vbi est testis cõscientia: vbi tu eris & causa tua, vbi iudex non quærit testẽ? Aduocatũ misit tibi, propter illũ, & per illum confitere. Age causam tuã, & defensor est pœnitentis, & petitor veniæ confitentis, & iudex innocẽtis. Verè timere poteris causã tuã, vbi aduocatus tuus erit iudex tuus? Lætẽtur ergo & exultent gẽtes, quoniã iudicas populos in ęquitate. Sed timere potuerũt ne malè iudicentur: dent se corrigẽdos, dent se dirigendos ei qui videt iudicandos. Hic corrigãtur, † & non timeant al. vt

Psalm 53 cùm iudicabũtur. Vide quid dicat in alio Psalmo: Deus in nomine tuo saluũ me fac, & in virtute tua iudica me. Quid ait? Si non me prius saluas in nomine tuo, debeo timere cùm me iudicabis in virtute tua. Si aũt me prius saluas in nomine tuo: quid timebo iudicãtem in virtute, cuius salus præcessit in nomine? Sic etiam hoc loco, confiteantur tibi populi omnes. Et ne putetis aliquid timendũ in cõfessione, lætẽtur, inquit, & exultẽt gen-

B tes. Quare lætentur & exultent? Quoniã iudicas populos in æquitate. Nemo contra nos prẽmiũ dat, nemo te corrumpit, nemo te fallit. Ergo securus sis. Sed quid de causa tua? Nemo corrumpit Deũ, manifestũ est: ne fortè ideo magis timendus sit, quia corrumpi nullo modo potest. Quomodo ergo securus est secundũ illud quod iam dictum est, Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me: sic & hic, Lætentur & exultẽt gẽtes, quoniã iudicas populos in ęquitate. Et ne timeãt iniqui, subiecit: Et gẽtes in terra dirigis.) Prauæ erant gentes, & tortuosæ erant gentes, peruersæ erant gẽtes: merito prauitatis & distortionis & peruersitatis suę iudicem venientem timebant. Venit manus ipsius, extẽta est misericorditer in populos, diriguntur vt ambulent rectam viam. Quid timeant venturum iudicẽ, qui primò agnouerunt correctorem? Manibus eius dẽt se, ipse gentes in terra dirigit. Directæ autem gentes ambulantes in fide, exultãtes in illo, facientes opera bona: & si qua fortè, quoniã per mare nauigant, intrat aqua per minutissimas cauernas, per rimulas ad sentinã, exhauriendo eam per opera bona, ne plus intrãdo cumulum faciat, & nauim deprimat, exhauriendo quotidie, ieiunando, orãdo, eleemosynas faciendo, dicẽdo puro corde, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit- Matth. 6. b

timus debitoribus nostris. Dicendo ista, ambula securus, & exulta in via, canta in via, noli timere iudicem. Antequã esses fidelis, timebas, sed iam inuenisti saluatorẽ. Impium te quæsiuit vt redimeret, redemptũ deseret vt perdat? Et gentes in terra dirigis. Exultat, gaudet, hortatur, repetit eosdem versus in exhortatione. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructũ suum.) Quem fructum? Confiteantur tibi populi omnes. Terra erat, spinis plena erat. Accessit eradicantis manus, accessit vocatio maiestatis eius & misericordiæ, cœpit terra confiteri, Iã dat terra fructum suũ. Daret fructũ suũ, nisi antè cõplueretur? Daret terra fructum suum, nisi antè misericordia Dei veniret desuper? Legant mihi, inquis, quòd compluta dederit terra fructum suum. Audi cõpluentem Dominum: Agite pœnitentiam, appropinquauit Matth.

enim regnum cælorũ. Pluit, & ipsa pluuia tonitruus est, terret. Time tonantem, & excipe pluentem. Ecce post illam vocem tonantis & pluentis Dei, post illam vocẽ aliquid de ipso Euangelio audiamus. Ecce illa mere- Luca. 7. f.

trix malam famam habens in ciuitate, irrupit in alienam domum, quò non erat inuitata ab hospite, sed ab inuitato vocata: non lingua, sed gratia. Nouerat ægra habere ibi se locum, vbi medicum suum discumbere sciebat. Ingressa est quæ erat peccatrix, non audet accedere nisi ad pedes. Flet ad pedes, irrigat lachrymis,

tergit crinibus, vngit vnguento. Quid miraris? Terra A
dedit fructum suum. Ergo hoc factũ est ibi, pluẽte Do-
mino per os suum, facta sunt quæ legimus in Euãgelio:
quo pluente per nubes suas, missis Apostolis & prædi-
cantibus veritatem, terra amplius dedit fructũ suũ, &
ista seges iam impleuit orbẽ terrarum. Vide quid dein-
de dicatur: Benedicat nos Deus Deus noster, benedi-
cat nos Deus.) Benedicat sicut iam dixit, etiã atq; etiã
benedicat, multiplicet benedicẽdo. Attendat charitas
vestra, quoniã iam pręcessit fructus terrę in Hierusalẽ.
Inde enim cœpit Ecclesia: venit ibi spiritus sanctus, &
Act.7.a impleuit sanctos in vnũ cõgregatos, facta sunt miracu-
la, linguis omniũ locuti sunt. Impleti sunt spiritu Dei,
Act.2.a &4.g. cõuersi sunt qui ibi erãt, timentes & suscipientes imbrẽ
diuinũ, dederũt in cõfessione tantum fructũ, vt omnia
sua in cõmune conferrent, distribuẽtes pauperibus, vt
nemo diceret aliquid ꝓpriũ, sed essent illis omnia cõ-
munia, & haberent animam vnã & cor vnũ in Deum.
Donatus enim illis erat sanguis Dñi quẽ fuderant, do-
natus erat ignoscente Domino, vt iam quod fuderant etiã B
bibere discerent. Magnus ibi fructus: terra dedit fructũ
suum, & magnum fructũ & optimum fructũ. Nunquid
terra illa sola debuit dare fructum suũ? Benedicat nos
Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Adhuc bene-
dicat: benedictio enim in multiplicatione solet maxi-
mè & propriè intelligi. Probemus hoc in Genesi, vide
Gen.1.b opera Dei: Fecit Deus lucẽ, & diuisit Deus inter lucẽ &
tenebras. Lucẽ vocauit diẽ, & tenebras vocauit noctẽ.
Nõ dictũ est benedixit lucẽ. Etenim eadẽ lux redit &
alternat diebus ac noctibus. Vocauit cęlũ firmamentũ
inter aquas & aquas: nõ dictũ est, benedixit cęlũ. Dis-
creuit mare ab arida, & nominauit vtrunq;, aridã terrã,
& congregationẽ aquarũ mare: nec hic dictũ est, bene-
dixit Deus. Ventũ est ad ea quę fœcunditatis habitura
erant semen, & ex aquis existẽtia. Ipsa enim maximam
multiplicationis vbertatẽ habent: & benedixit ea Dñs
dicẽs: Crescite & multiplicamini, & replete aquas ma-
ris, & volatilia multiplicẽtur super terram. Sic & cùm C
omnia subiecit homini, quẽ fecit ad imaginẽ suã: scri-
ptũ est: Et benedixit eos Deus dicens, Crescite & mul-
tiplicamini, & implete faciẽ terrę. Ergo benedictio ꝓ-
priè ad multiplicationẽ valet, & ad implendã faciem
terræ. Audi & in hoc Psalmo: Benedicat nos Deus De⁹
noster, benedicat nos Deus. Et quò valet ista benedi-
ctio? Et metuãt eũ omnes fines terrę.) Ergo fratres mei
charissimi, sic abundanter in nomine Christi benedixit
nos Deus: vt filiis suis impleat vniuersam faciẽ terræ,
adoptatis in regnũ suũ cohæredibus vnigeniti sui. Vni-
cũ genuit, inquã, & vnũ esse noluit: vnicum genuit, in-
quã, & vnũ eũ noluit remanere. Fecit ei fratres: & si nõ
gignẽdo, tamẽ adoptando fecit ei cohæredes. Fecit eũ
participẽ prius mortalitatis nostræ, vt crederemus nos
esse posse participes diuinitatis eius. Attẽdamus pretiũ
nostrũ. Prędicta sunt omnia, exhibentur omnia, it Euã- D
geliũ per orbẽ terrarũ. Omnis labor humani generis in
hoc tẽpore testimonium dicit, implẽtur omnia quæ in
scripturis prędicta sunt. Sicut vsque ad hodiernũ diem
omnia venerunt, sic & quę restãt euentura sunt. Timea-
mus iudicij diẽ, vẽturus est Dñs. Qui venit humilis, ve-
niet excelsus. Qui venit iudicãdus, veniet iudicaturus.
Agnoscamus humilẽ, vt nõ expauescamus excelsum:
amplectamur humilẽ, vt desideremus excelsum. Desi-
derantibus enim se, propitius veniet. Illi enim desiderãt
qui tenuerint fidem eius, & fecerint mandata eius. Nã
& si nolumus, veniet. Velimus ergo veniat, quia veniet
Psal.57. etsi nolumus. Quomodo velimus vt veniat? Bene vi-
uendo, bene agendo. Pręterita nos non delectent, pręe-
sentia nos non teneant, ne claudamus aurem tanquam
de cauda, ne premamus aurẽ in terra, ne præteritis re-
tardemur obaudiẽdo, ne præsentibus implicemur: sed
ad futura meditando, extendamus nos in ea quæ ante
sunt, obliuiscamur pręterita. Et quod modò laboram⁹, Philip.3.d
& quod modò gemimus, quod modò suspiram⁹, quod
modò loquimur, quod ex quantulacunq; parte senti-
mus, & capere nõ possumus: capiemus, perfruemur in
resurrectione iustorũ. Renouabitur iuuentus nostra si- Psal.102.
cut aquilę, tantummodo nos vetustatem nostrã ad pe-
trã Christum cõteramus. Siue illa vera sint fratres, quę
dicuntur de serpente, vel quæ dicuntur de aquila, siue
sit fama potius hominũ quàm veritas: veritas est tamẽ
in scripturis, & non sine causa hoc dixerunt scripturæ:
nos quicquid illud significat faciamus, & quàm sit il-
lud verum nõ laboremus. Tu esto talis, vt iuuentus tua
renouari possit sicut aquilæ. Et scias eam non posse re- 1.Cor.10.a
nouari, nisi vetustas tua in petra contrita fuerit: id est,
nisi auxilio petræ: nisi auxilio Christi, non poteris re-
nouari. Tu noli dulcedine præteritæ vitæ obsurdesce-
re aduersus verbum Dei: noli præsentibus rebus sic te-
neri & impediri vt dicas, nõ mihi vacat legere, nõ mihi
vacat audire. Hoc autẽ aurem premere in terrã est. Tu
ergo talis noli esse: sed esto talis quod contra iuuenis,
id est, vt præterita obliuiscaris, in anteriora te extẽdas,
vt vetustatẽ tuã in petra conteras. Et si quæ tibi simili-
tudines datæ fuerint, si inueneris in scripturis, crede: si
non inueneris dici nisi fama, nec valde credas. Res ipsa
fortè ita est, forte nõ est ita. Tu profice, tibi valeat ad
salutem ista similitudo. Nõ vis per istã similitudinẽ, per
aliã fac, dum tamen facias: & securus expecta regnum
Dei, ne rixetur tecum oratio tua. Tu enim Christiane
quãdo dicis, Veniat regnũ tuũ, quomodo dicis, veniat
regnum tuum? Excute cor tuũ: vide, Ecce veniet regnũ Matt.6.b
tuum. Clamat tibi venio, nõ times. Sæpe diximus cha-
ritati vestræ: Prædicare veritatem nihil est, si cor à lin-
gua dissentiat: & audire veritatem nihil est, si non audi-
tionem fructus sequatur. De isto loco quasi sublimiore
loquimur ad vos: quàm simus autem timore sub pedi-
bus vestris, Deus nouerit, qui propitius sit humilibus:
quia nõ nos tã delectant voces laudantiũ, quàm deuo-
tio confitentiũ & facta rectorũ. Et quàm non delecte-
mur nisi profectib⁹ vestris, in istis autẽ laudibus quàm
periclitemur, ille nouerit qui nos ab omnibus pericu-
lis liberet, & nos vobiscum ab omni tentatione salua-
tos in regno suo cognoscere & coronare dignetur.

IN PSALMVM LXVII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulus non videtur esse operosæ di-
sputationis: simplex enim apparet & facilis. Nã ita
se habet: In finem ipsi Dauid Psalmus cantici.) In mul-
tis autẽ iam Psalmis admonuimus quid sit in finẽ, quo-
niam finis legis Christus ad iustitiã omni credenti. Fi- Rom.10.a
nis qui perficiat, non qui cõsumat aut perdat. Verunta-
men si quisquã conetur inquirere, quid sibi velit Psal-
mus cantici: cur nõ aut Psalmus aut canticũ, sed vtrun-
que, vel quid intersit inter Psalmũ cantici, & canticum
Psalmi, quia & sic quorundã Psalmorum tituli inscri-
buntur: inueniet fortasse aliquid, quod acutioribus &
otiosioribus nos relinquimus. Discreuerunt quidam
ante nos inter canticum & Psalmum: vt quoniam can-
ticum ore profertur, Psalmus autẽ visibili organo ad-
hibito, id est, Psalterio canitur, videatur cantico signi-
ficari intelligentia mentis, Psalmo verò opera corpo-
ris: sicut in hoc ipso sexagesimo septimo, quem nunc
tractandum suscepimus, illud quod dictum est: Cãta-
te Deo, psallite nomini eius: ita quidam discreuerunt,
vt cantate Deo dictum videatur, quia ea quæ in seipsa
mens agit, Deo nota sunt quæ ab hominibus non vi-
dentur: opera verò bona quoniã ideo videnda sunt ab
homini-

Matt.5.b hominibus, vt glorificent patrẽ nostrũ qui in cælis est, A
meritò dictũ sit, psallite nomini eius, id est, diffamatio-
Psal.46. ni eius, vt laudabiliter nominetur. Hanc differentiam
alicubi, quantũ recolo, etiam ipse secutus sum. Memini
autẽ legisse nos etiam, psallite Deo: quia talia quæ visi-
biliter bene operamur, nõ tantum hominibus, sed etiã
Deo placent. Non autẽ omnia quæ Deo placent, etiam
hominibus possunt, quæ videre nõ possunt. Vnde mirũ
est, si quemadmodũ vtrunq; legitur, & cantate Deo, &
psallite Deo: ita alicubi legi potest, cãtate nomini eius.
Quod si & hoc in Scripturis sanctis dictũ inuenitur, hęc
differentia frustra elaborata est. Mouet etiam me quòd
generali nomine magis Psalmi quàm cantica vocãtur,
ita vt Dominus diceret, quæ scripta sunt in lege & Pro-
Luc.24.c phetis & Psalmis de me. Et liber ipse Psalmorum dici-
tur, nõ canticorũ: sicut scriptũ est, inquit, in libro Psal-
morum: cùm potius secundum istam differentiã, can-
tica dici debuisse videantur: quoniã canticum etiã sine
Psalmo esse potest: Psalmus verò sine cantico esse non B
potest. Possunt etenim cogitationes esse mentis, quarũ
nõ sint opera corporalia. Nullũ est autem opus bonũ,
cuius nõ sit in mente cogitatio. Ac per hoc vtrobique
cantica, nõ vtrobique Psalmi: & tamẽ, sicut dixi, gene-
raliter Psalmi appellantur nõ cãtica, liberq; Psalmorũ,
non canticorũ. Et si intelligãtur atque discutiãtur sen-
sus dictorũ, vbi titulus est tantummodo Psalmi, & vbi
tantummodo cãtici, & vbi nõ Psalmus cantici, sicut in
isto, sed canticũ Psalmi inscriptũ est: nescio vtrũ possit
ista differentia demõstrari. Proinde sicut cœperamus
relinquentes ista eis qui possunt, & quibus vacat talia
discernere, & certa differentiarũ ratione definire: nos
quantũ adiuuãte Dño valemus, huius Psalmi textũ cõ-
sideremus atque tractemus. Exurgat Deus, & dissipẽ-
Rom.9.b tur inimici eius.) Iam factũ est, exurrexit Christus, qui
est super omnia Deus benedictus in secula: & dispersi
sunt inimici eius per omnes gẽtes. Iudæi, in eo ipso lo-
co vbi inimicitias exercuerunt, debellati, atque inde ꝑ C
cuncta dispersi: & nunc oderunt, & metuunt, & in ipso
metu faciunt quod sequitur: Et fugiãt qui oderunt eũ
à facie eius.) Fuga quippe animi, est timor. Nam carna-
li fuga quò fugiunt ab eius facie, qui vbique præsentiæ
Psal.138. suæ demonstrat effectũ? Quò abibo, inquit ille, à spiritu
tuo, & à facie tua quò fugiã? Animo ergo, non corpore
fugiunt, timẽdo scilicet, nõ latẽdo: nec ab ea facie quã
non vidẽt, sed ab ea quã videre coguntur. Facies quip-
pe eius appellata est præsentia eius per Ecclesiam eius.
Matt.24.c Vnde illis inimicantibus dixit: Amodo videbitis filiũ
hominis venientẽ in nubib⁹: sicut venit in Ecclesia sua,
diffundẽs eã toto orbe terrarũ, in quo dispersi sunt ini-
mici eius. Venit autem in talibus nubibus, de qualibus
Esaiæ 5.b dicit: Mãdabo nubibus meis, ne pluant super eã imbrẽ:
Fugiant ergo qui oderunt eum à facie eius: timeant à
præsentia sanctorũ fideliúmque eius, de quibus dicit:
Matt.25.d Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sicut D
Psal.72. deficit fumus deficiant.) Extulerunt enim se ab ignib⁹
odiorũ suorũ in superbiæ typhum, & ponentes in cælũ
Ioan.19.a os suũ, atque clamantes, crucifige, crucifige, capto illu-
serunt, pendentẽ irriserũt: & vnde victores tumuerũt,
mox victi euanuerunt. Sicut fluit cera à facie ignis, sic
pereant peccatores à facie Dei.) Quanquam fortasse
eos hoc loco significauerit, quorũ duritia in pœniten-
tiæ lachrymas soluitur: tamẽ etiã illud intelligi potest,
vt futurũ iudicium cõminetur: quia cùm in hoc secu-
lo sicut fumus se extollendo, id est, superbiẽdo defece-
rint, veniet illis in fine extrema damnatio, vt ab eius
facie pereant in æternum: cùm in sua claritate fuerit
præsentatus, velut ignis ad pœnam impiorũ luménq;
iustorũ. Denique sequitur: Et iusti iocundẽtur, & exul-
tent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.) Tunc
enim audiẽt: Venite benedicti patris mei percipite re- Matt.25.d
gnũ. Iocundẽtur ergo qui laborauerũt, & exultẽt in cõ-
spectu Dei. Nõ enim erit exultationis huius tanquã co-
rã hominibus inanis vlla iactãtia, sed in conspectu eius
qui sine errore inspicit quod donauit. Delectetur in lę-
titia: non iam exultãtes cũ tremore, sicut in hoc seculo,
quãdiu tẽtatio est vita humana sup terrã. Deinde se ad
ipsos cõuertit, quibus tantã spẽ dedit, & hic viuẽtes al-
loquitur & hortatur: Cãtate Deo, psallite nomini eius.)
Iã hinc in tituli expositione quod videbatur prælocuti
sum⁹. Cãtat Deo, qui viuit Deo: psallit nomini eius, qui
operatur in gloriã eius. Ita cãtando, ita psallẽdo: id est, sic
viuẽdo, sic operãdo. Iter facite ei, inquit, qui ascendit
super occasum.) Iter facite Christo: vt ꝑ speciosos pe-
des euangelizantiũ, peruia sint ei corda credentiũ. Ipse
est enim qui ascendit super occasum: siue quia nõ eum Esa.52.c
excipit noua vita se ad eũ cõuertẽtis, nisi vetus occide-
rit huic seculo renũciantis: siue quia ascẽdit sup occa-
sum, cùm resurgendo vicit corporis casum. Dñs enim
nomẽ est ei.) Quod illi si cognouissent, nunquã Domi- 1.Cor.2.b
nũ gloriæ crucifixissent. Exultate in cõspectu eius.) O
vos quib⁹ dictũ est, cãtate Deo, psallite nomini eius, iter 2.Cor.6.b
facite ei qui ascẽdit super occasum, & iã exultate in cõ-
spectu eius: quasi tristes, semper autẽ gaudentes. Dum
enim facitis iter ei, dũ præparatis quà veniat gẽtésque
possideat, multa passuri estis in conspectu hominũ tri-
stia. Sed vos nõ solũ nolite deficere, sed etiam exultate:
nõ in cõspectu hominũ, sed in cõspectu Dei. Spe gau- Rom.12.c
dẽtes, in tribulatione tolerãtes. Exultate in conspectu
eius. Illi enim qui vos in conspectu hominum turbant:
Turbabuntur à facie eius, patris orphanorũ & iudicis
viduarũ.) Desolatos enim putãt à quibus plerunq; gla-
dio verbi Dei, & parẽtes à filiis, & mariti ab vxoribus Matt.10.c
separãtur: sed habẽt consolationẽ destituti atq; vidua-
ti patris orphanorũ & iudicis viduarũ. Habent eius cõ-
solationẽ qui ei dicũt, quoniã pater meus & mater mea
dereliquerũt me, Dñs autẽ assumpsit me, & qui spera- Psal.26.
uerunt in Domino, persistẽtes in orationibus nocte ac
die: à cuius facie illi turbabũtur, cùm viderint se nihil Ioan.12.c
ꝓficere, quoniã totus mundus post eũ abiit. Nã de his
orphanis & viduis, id est, spei secularis societate desti-
tutis, Dñs sibi tẽplũ fabricat: de quo cõsequẽter dicit:
Dominus in loco sancto suo.) Quis enim sit locus eius,
aperuit cùm dicit: Deus qui inhabitare facit vniusmo-
di in domo. Vnanimes, vnũ sentiẽtes: iste est locus san-
ctus Dñi. Cùm enim dixisset, Dominus in loco sancto
suo: tanquã requireremus in quo loco, cùm ille vbique
sit totus, & nullus eũ contineat corporaliũ spatiorũ lo-
cus, illico subiecit, ne quęramus eũ absq; nobis, sed po-
tius vniusmodi habitãtes in domo, mereamur vt habi-
tare etiã ipse dignetur in nobis. Iste est enim locus san-
ctus Dñi, quod plerique homines quærunt, vt habeant
vbi orãtes exaudiãtur. Sint ergo ipsi quod quærunt, &
quæ dicunt in cordibus suis, id est, in talibus cubilibus Psal.4.
suis cõpungãtur, habitantes vniusmodi in domo: vt à
Domino magnæ domus inhabitentur, & apud seipsos
exaudiãtur. Est enim domus magna, in qua non solùm 2.Tim.2.d
aurea vasa sunt & argentea, sed & lignea & fictilia. Et
alia quidẽ sunt in honorem, alia in cõtumeliam. Si qui
autem mundauerint semetipsos à vasis contumeliæ,
erunt vniusmodi in domo, & locus sanctus Domini.
Nam sicut in magna hominis domo, non in qualicun-
que loco eius requiescit Dominus eius, sed in aliquo
vtique secretiore & honoratiore loco: sic Deus non in
omnibus qui in domo eius sunt habitat (nõ enim habi-
tat in vasis cõtumeliæ) sed locus sanctus eius sunt quos
habitare facit vniusmodi, vel vnius moris in domo.

Qui enim τρόποι Græcè dicuntur, & modi & mores Latinè interpretari possũt. Nec habet Græcus, Qui inhabitare facit: sed tantũ, habitare facit. Dñs ergo in loco sancto suo. Quis est locus iste? Ipse Deus qui eũ sibi facit. Deus enim habitare facit vnius moris in domo, hic est locus sanctus eius. Quòd autem gratia sua sibi ædificet hunc locũ, nõ meritis eorũ præcedentibus ex quibus eũ ædificat: vide quid sequatur: Qui educit cõpeditos in fortitudine.) Soluit enim grauia vincula peccatorũ, quibus impediebãtur ne ambularẽt in via præceptorũ: educit autem eos in fortitudine, quã ante eius gratiã non habebant. Similiter amaricãtes qui habitãt in sepulchris.) Id est, omnino mortuos occupatos in operibus mortuis. Hi enim amaricant resistendo iustitiæ: nã illi cõpediti forsitã volũt ambulare, nec possũt,
Psal. 24. Deúmq; precantur vt possint, eíq; dicũt: De necessitatibus meis educ me. A quo exauditi, gratias agunt dicentes: Dirupisti vincula mea. Isti autem amaricantes qui habitant in sepulchris, in eo genere sunt, quod alio
Eccl. 17. d loco scriptura significat, dicẽs: A mortuo velut qui nõ
Prou. 18. a sit, perit cõfessio. Vnde est illud: Peccator cùm venerit in profundũ malorũ, contemnet. Aliud est enim desiderare, aliud oppugnare iustitiam: aliud à malo liberari velle, aliud mala sua defendere potius quã fateri: vtrosque tamẽ gratia Christi educit in fortitudine. Qua fortitudine, nisi vt aduersus peccatũ vsq; ad sanguinẽ certent? Ex vtroq; enim genere fiunt idonei, quibus con-
Luc. 13. d struatur locus sanctus eius. Illi soluti, illi resuscitati: quia & mulieris quam alligauerat satanas per decem & octo annos, iubendo vincula soluit, & Lazari mortem cla-
Ioan. 11. c mando superauit. Qui fecit hæc in corporibus, potest mirabiliora facere in moribus, & facere vniusmodi habitare in domo: educens compeditos in fortitudine, similiter amaricantes qui habitãt in sepulchris. Deus cùm egredieris corã populo tuo.) Egressus eius intelligitur, cùm apparet in operibus suis. Apparet autem nõ omnibus, sed eis qui nouerunt opera eius intueri. Non enim ea nunc opera dico, quæ cõspicua sunt omnibus, C cælũ & terrã & mare & vniuersa quæ in eis sunt: sed opera quib' educit cõpeditos in fortitudine, similiter amaricãtes qui habitãt in sepulchris, & facit eos vniusmoris habitare in domo. Sic egreditur coram populo suo, id est, corã eis qui istã gratiã intelligũt. Deniq; sequitur: Cùm trãsieris in deserto, terra mota est.) Desertum erãt gẽtes quæ ignorabãt Deũ. Desertũ erat vbi lex nulla ab ipso Deo data erat: vbi nulli prophetæ habitauerãt, Dominũq. esse venturũ prædixerant. Cùm ergo trãsieris in deserto, cùm prædicaueris in gẽtibus, terra mota est: terreni homines ad fidem excitati sunt. Sed vnde mota est? Etenim cæli distillauerunt à facie Dei.) Forsitã hic aliquis recolat illud tempus, quando in deserto Deus trãsibat corã populo suo, coram filiis Israël, die in colũna nubis, nocte in fulgore ignis: & hoc
Exod. 13. d Psalm. 77. esse sentiat, quod cæli distillauerunt à facie Dei, quo-
Exod. 16. d niã manna pluit populo suo, hoc etiã esse quod sequitur: Mõs Sina à facie Dei Israël. Pluuiam voluntariam
Exod. 19. a segregans Deus hæreditati tuæ.) Quia in mõte Sina locut' est Deus ad Moysen, quando legẽ dedit, vt manna fit pluuia voluntaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ, id est, populo suo, quia solos eos ita pauit, nõ vt cæteras gẽtes: vt quod deinde dicit, Et infirmata est ipsa
Num. 11. a hæreditas infirmata intelligatur: quoniã murmurantes mãna fastidiosi respuerũt, desiderantes escas carnium, & ea quibus vesci in Ægypto consueuerant. Sed in his verbis si proprietas tantummodo literæ, non spiritalis requirẽdus est intellectus, oportet vt ostẽdatur secundum proprietatem corporalẽ, qui tunc cõpediti, quinq; etiã habitãtes in sepulchris, educti sunt in fortitudine.

A Deinde si ille populus, illa scilicet hæreditas Dei, fastidio manna respuens infirmata est: nõ debuit sequi, Tu
Ibidem. verò perfecisti eã:) sed, tu verò ꝓcussisti eã. Deo quippe offenso per illa murmura atq; fastidia, ingens plaga secuta est. Postremò illi omnes in eremo consternati
Num. 14. e sunt, nec quisquã eorũ præter duos terrã meruit promissionis intrare: quanquã etiã si dicatur in filiis eorũ hæreditas illa perfecta, nos sensum spiritalem liberius tenere debemus. Omnia quippe illa in figura cõtingebant in illis: donec aspiraret dies, & remouerentur vm-
1. Cor. 10. c bræ. Aperiat itaq; nobis pulsantibus Dominus, & my-
Cant. 2. d steriorũ eius quantũ ipse dignatur, secreta pandantur. Etenim vt terra mota esset ad fidem, cùm in desertum gentiũ trãsiret Euangeliũ, cæli distillauerũt à facie Dei.
Psal. 18. Hi sunt cæli de quib' in alio Psalmo canitur: Cęli enarrãt gloriã Dei. De his quippe paulopòst ibi dicitur: Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ nõ audiantur voces eorũ. In omnẽ terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Nec tamen istis cælis tãta gloria
B tribuenda est, tanquã ab hominibus illa gratia venerit: vt desertũ, id est, gentiũ terra moueretur ad fidem. Nõ enim cæli à seipsis distillauerunt, sed à facie Dei vtique inhabitantis eos, & faciẽtis eos inhabitare vniusmoris in domo. Ipsi enim sunt & mõtes, de quib' dicitur: Le-
Psal. 120. uaui oculos meos ad mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Et tamẽ ne in hominibus spẽ posuisse videretur: continuò subiecit: Auxiliũ meũ à Dño qui fecit cælũ & ter-
Psal. 75. rã. Ei quippe alio loco dicitur: Illuminãs tu admirabiliter, à montibus æternis: quamuis à montibus ęternis,
Ephes. 4. b tamẽ illuminãs tu. Sic & hic, cæli distillauerũt: sed à facie Dei. Etenim ipsi salui facti sunt per fidẽ, & hoc non ex seipsis: sed donũ Dei est, nõ ex operib', ne fortè quis extollatur. Ipsius enim sumus figmẽtũ, qui facit vniusmodi habitare in domo. Sed quid est quod sequitur, mons Sina à facie Dei Israël? An subaudiendũ est, distillauit, vt quod vocauit cælorũ nomine, hoc voluerit intelligi nomine etiam montis Sina, sicut diximus eos
C vocari montes, qui vocati sunt cæli? Nec in isto sensu mouere debet quòd ait mons non montes, cùm ibi dictum sit cæli, nõ cælũ: quia & in alio psalmo cùm dictũ
Psal. 18. esset, Cæli enarrãt gloriã Dei, more Scripturæ eundem sensum verbis aliis repetẽtis subsequenter dictũ est: Et opa manuũ eius annũciat firmamentũ. Prius dixit cęli, nõ cælũ: & tamen postea nõ firmamẽta, sed firmamentũ. Vocauit enim Deus firmamẽtum cælũ, sicut in Ge-
Genes. 1. a neli scriptũ est. Ita ergo cæli & cælũ, montes & mõs nõ aliud, sed hoc ipsum: sicut Ecclesiæ multæ & vna eccle-
Gala. 4. d sia, nõ aliud sed hoc ipsum. Cur ergo mons Sina qui in seruitutem generat, sicut dicit Apostolus? An fortè lex ipsa intelligẽda est in mõte Sina, quã distillauerũt cæli
Exod. 19. a à facie Dei, vt terra moueretur? Et ipse est terræmotus, cùm conturbãtur homines, quia legẽ implere nõ possunt. Quod si ita est, hæc est & pluuia volũtaria, de qua
D consequẽter dicit: Pluuiam voluntariã segregãs Deus hæreditati tuæ: quia non fecit sic vlli gẽti, & iudicia sua
Psal. 147. non manifestauit eis. Segregauit itaque pluuiã hãc voluntariam Deus hæreditati suæ, quòd legẽ dedit: & infirmata est vel ipsa lex, vel ipsa hæreditas. Lex infirmata sic accipi potest, eo quòd non impleretur: non quòd ipsa infirma sit, sed quòd infirmos facit minãdo pœnã, nec adiuuando per gratiam. Nam & Apostolus ipso
Rom. 8. a verbo vsus est, vbi ait: Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, significare volens quì per Spiritum sanctum impletur: tamen ipsam dixit infirmari, cùm ab infirmis non possit impleri. Infirmata verò ipsa hæreditas, id est, ipse populus, data sibi lege sine vlla ambiguitate intelligitur. Lex enim sub-
Rom. 5. d iuuauit, vt abundaret delictum. Quod autem sequitur,

Tu verò

Tu verò perfecisti eã, ad legem ita refertur: quia secundum illud perfecta, id est, impleta est quod Dominus in
A Euãgelio dicit: Nõ veni legem soluere, sed adimplere.
al. *infirmatam.* Vnde & Apostolus qui dixerat legẽ † infirmã esse per
Matt. 5. b carnẽ, quia caro nõ implet, quod per spiritũ impletur,
Rom. 8. a id est, per gratiã spiritalẽ. Ipse item dicit: Vt iustitia le-
Ibidem. gis impleretur in nobis, qui nõ secundum carnẽ ambulamus, sed secundũ spiritum. Hoc est ergo: Tu verò ꝓ-
Rom. 13. c fecisti eã, quia plenitudo legis est charitas: & charitas
Rom. 5. a Dei diffusa est in cordibus nostris, nõ per nosipsos, sed per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Hoc est, tu verò perfecisti eam, si legem perfecisse intelligatur. Si verò hæreditatẽ, facilior est intellectus. Si enim propter hoc
Rom. 5. d dicta est hæreditas Dei infirmata, id est, populus Dei infirmatus data lege, quia lex subintrauit, vt abũdaret delictũ: ergo & quod sequitur, tu verò perfecisti eam, ex illo intelligitur quod etiã in Apostolo sequitur: Vbi
Psal. 15. autem abundauit delictũ, superabundauit gratia. Nãq; abundante delicto, multiplicatæ sunt infirmitates co-
B rũ: & postea accelerauerunt, quia ingemuerunt, & inuocauerunt, vt ipso adiuuante impleretur, quod ipso iubente non implebatur. Est in his verbis & alius sensus, qui ꝓbabilior mihi videtur. Multo enim cõgruentius intelligitur ipsa gratia pluuia volũtaria, quia nullis præcedentibus operũ meritis gratis datur. Si enim gratia, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.
Rom. 11. b Non enim dignus sum, inquit, vocari apostolus, quia
1. Cor. 15. b persecutus sum ecclesiã Dei: gratia autẽ Dei sum id ꝙ
Iacobi 1. c sum. Hæc est pluuia voluntaria. Voluntariè quippe genuit nos verbo veritatis: hæc est pluuia voluntaria. Inde alibi dicitur, Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti
Psal. 5. nos. Istã pluuiam cùm Deus transiret in deserto, id est, prædicaretur in gentibus, cęli distillauerunt: non tamẽ à seipsis, sed à facie Dei, quoniã & ipsi gratia Dei sunt id
1. Cor. 15. b ꝙ sunt. Et ideo mons Sina, quia & ipse qui plus omnibus illis laborauit, nõ ipse autẽ, sed gratia Dei cum illo, vt abundantiùs distillaret in gẽtibus, id est, in deserto,
C vbi Christus nõ erat annunciatus, ne supra alienũ fundamentũ ędificaret: ipse, inquã, Israëlita erat ex genere
Rom. 11. c Israël, de tribu Beniamin. Et ipse ergo in seruitutẽ ge-
Philip. 3. a neratus erat de Hierusalem terrena, quæ seruit cũ filiis
Galat. 4. d suis, & ideo persequebatur ecclesiam: nã quod ipse cõmonuit, sicut tunc qui secundũ carnẽ generatus est pse-
1. Tim. 1. c quebatur eum qui secundũ spiritum: ita & nunc: sed misericordiã consecutus est, quia ignorans fecit in incredulitate. Miramur ergo quòd cæli distillauerunt à
Philip. 3. a facie Dei: magis miremur quòd mons Sina, id est, qui prius persequebatur Hebræus ex Hebræis, secundũ legem pharisæus. Quid autẽ miramur? Nõ enim à seipso,
Galat. 6. d sed quod sequitur, à facie Dei Israël, de quo ipse dicit:
Ioan. 1. g Et super Israël Dei: de quo Dominus dicit: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Hanc ergo pluuiam voluntariam nullis præcedentibus meritis operum bonorum segregauit Deus hæreditati suæ, & infirmata est. D Agnouit enim nõ esse se aliquid per seipsum: nõ virib'
2. Cor. 11. c suis, sed gratiæ Dei tribuendum esse quod est. Agnouit
Rom. 11. c quod dictũ est: In infirmitatib' meis gloriabor. Agno-
Iac. 4. b uit quod dictum est: Noli altũ sapere, sed time. Agnouit quod dictum est: Humilibus autem dat gratiam. Et
2. Cor. 11. c infirmata est: tu verò perfecisti eã, quia virtus in infirmitate perficitur. Quidã sanè codices, & Latini & Græci non habent mons Sina, sed à facie Dei Sina, à facie Dei Israël: id est, cęli distillauerunt à facie Dei. Et quasi quæreretur cuius Dei, à facie Dei, inquit, Sina, à facie Dei Israël, id est, à facie Dei qui legẽ dedit populo Israël. Quare ergo cæli distillauerunt à facie Dei, à facie
Psal. 83. huius Dei: nisi quia impletũ est ꝙ prædictum est: Benedictionẽ dabit qui legẽ dedit? Legem, qua terreat de humanis viribus præsumentẽ: benedictionẽ, qua libe-
A ret in Deum sperantẽ. Tu ergo perfecisti Deus hęreditatẽ tuã: quia infirmata est in se, vt perficeretur abs te. Animalia tua inhabitabunt in ea.) Tua, nõ sua: tibi subdita, nõ sibi libera: à te egentia, nõ sibi sufficientia. Denique sequitur, Parasti in tua suauitate egenti Deus.) In tua suauitate, non in illius facultate. Egens est enim, quoniã infirmatus est vt perficiatur: agnouit se indigẽtem, vt repleatur. Hæc est illã suauitas, de qua alibi dicitur: Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit
Psal. 84. fructũ suũ: vt bonũ opus fiat non timore, sed amore: nõ formidine pœnę, sed delectatione iustitię. Ipsa est enim vera & sana libertas. Sed Dominus hoc egenti parauit, nõ abundanti, cui opprobrio est ista paupertas: de qualibus alibi dicitur: Opprobriũ his qui abundant, & de-
Psal. 122. spectio superbis. Hos enim dixit superbos, quos dixit, qui abundant. Dominus dabit verbũ.) Cibaria scilicet animalibus suis, quę inhabitabunt in ea. Sed quid ope-
B rabuntur hæc animalia, quibus dabit verbũ? Quid nisi quod sequitur: Euangelizantibus virtute multa?) Qua virtute, nisi fortitudine illa in qua educit compeditos? Fortasse etiã virtutẽ hic dicit illã, qua euangelizantes mirabilia signa fecerunt. Quis ergo dabit verbum euãgelizãtibus virtute multa? Rex, inquit, virtutũ dilecti.) Pater ergo, est rex virtutũ filij. Dilectus enim quando nõ ponitur quis dilectus, per Antonomasiã filius vnicus intelligitur. An virtutũ suarũ rex ipse filius? Virtutũ scilicet sibi seruientiũ: quia virtute multa euangelizãti-
bus dabit verbũ rex virtutũ, de quo dictum est: Domi-
Psal. 23. nus virtutũ, ipse est rex glorię. Quòd autẽ nõ dixit, rex virtutum suarũ, sed, rex virtutum dilecti, locutio est in Scripturis vsitatissima, si quis aduertat: quod ibi maximè apparet, vbi etiam propriũ nomen exprimitur, vt cundẽ esse, de quo dicitur, dubitari omnino nõ possit. Qualis est illa, & in pentateucho multis locis inuenitur, & fecit Moyses illud atq; illud, sicut præcepit Do-
Exod. 4. a minus Moysi. Non dixit quod vsitatũ est in locutioni-
C bus nostris, & fecit Moyses sicut præcepit ei Dominus: sed fecit Moyses sicut præcepit Dominus Moysi: quasi alius sit Moyses cui præcepit, & alius Moyses qui fecit, cùm idẽ ipse sit. Tales locutiones in Nouo testamento difficillimè reperiuntur. Inde est tamen quod Apostolus ait, De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid se-
Rom. 1. a cundũ carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundũ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri: tanquã alius sit filius Dei qui factus est ex semine Dauid secundum carnẽ, & alius Iesus Christus Dominus noster, cùm sit vnus atque idem. In veteribus autẽ libris crebra est ista locutio: & ideo quãdo subobscurè fit, ex manifestis sui generis exemplis intelligẽda est, sicut hoc loco psalmi huius quem tractamus, subobscurè facta est. Nã si diceretur Iesus Christus rex virtutum Iesu Christi, tam aperta esset quàm illa, fecit Moyses sicut præcepit Dominus Moysi: quia verò dictũ est rex virtutũ dilecti, non facilè est vt occurrat ipsum esse regem virtutum, qui est & dilectus. Rex ergo virtutum dilecti sic intelligi potest, ac si diceretur, rex virtutum suarum, quia & rex virtutum Christus est, & dilectus est idẽ ipse Christus: quamuis non habeat iste sensus tantam necessitatem, vt aliud non valeat accipi: quia & pater potest intelligi rex virtutum filij sui dilecti, cui dicit ipse dilectus: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Quòd si fortè
Ioan. 17. b quæritur, vtrum Deus Domini Iesu Christi pater etiam rex dici possit: nescio vtrum quisquam audeat hoc ab eo nomen auferre, vbi Apostolus dicit: Regi autem
1. Tim. 1. d seculorum immortali, inuisibili soli Deo: quia & si hoc de ipsa trinitate dictum est, ibi est & Deus pater,

Psalm.71. Si autē nō carnaliter intelligamus, Deus iudiciū tuum regi da, & iustitiā tuā filio regis: nescio vtrum aliud aliquid dictū est quàm filio tuo. Rex ergo est & pater. Vnde versiculʼ iste Psalmi huius rex virtutū dilecti, vtroq; modo intelligi potest. Cùm itaque dixisset, Dominus dabit verbū euangelizantibus virtute multa, quia ipsa virtus ab eo regitur, eique militat à quo datur: ipse, inquit, Dñs qui dabit verbum euangelizantibus virtute multa, rex est virtutū dilecti. Deinde sequitur, Dilecti & speciei domus diuidere spolia.) Repetitio ꝓtinet ad cōmendationē, quanquā istā repetitionē non omnes codices habeāt, & eā diligentiores stella apposita, speciei domus diuidere spolia, id est, dilecti etiā prēnotāt: quæ signa vocātur asteriſci, quibʼ agnosci volunt ea nō esse in interpretatione Septuaginta, sed esse in Hebrēo, quæ talibus insigniuntur notis. Sed siue repetatur, siue semel dictū accipiatur quod positum est, dilecti, sic intelligendum puto quod sequitur, & speciei domus diuidere spolia: ac si diceretur, dilecti etiā speciei domus diuidere spolia, id est, dilecti etiā ad diuidenda spolia. Speciosam quippe domū, id est, ecclesiā Christus fecit, diuidendo spolia illi: sicut speciosum est corpus distributione membrorū. Spolia porrò dicuntur quæ victis hostibʼ detrahuntur. Hoc quid sit, Euāgelium nos admonet, vbi legimʼ: Nemo intrat in domū fortis vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortē. Alligauit ergo diabolū Christus spiritalibus vinculis, superādo mortē, & super cælos ab inferis ascendēdo. Alligauit eum sacramēto incarnationis suę, quod nihil in eo reperiēs morte dignū, tamē est permissus occidere: ac sic alligato abstulit tanquā spolia vasa eius. Operabatur quippe in filios diffidentiæ, quorū infidelitate vtebatur ad voluntatē suā. Hæc vasa Dominus mundans remissione peccatorū, hęc spolia sanctificās hosti erepta prostrato atq; alligato, diuisit ea speciei domus suæ: alios constituens apostolos, alios prophetas, alios pastores & doctores in opʼ ministerij, in ædificationē corporis Christi. Sicut enim vnū corpus est, & membra multa habet, omnia autē mēbra corporis cùm sint multa, vnum est corpus: sic & Christus. Nunquid omnes apostoli? Nūquid omnes ꝓphetæ? Nūquid omnes virtutes? Nūquid omnes dona habēt curationū? Nūquid omnes linguis loquūtur? Nūquid omnes interpretātur? Omnia autem hæc operatur vnus atq; idē spiritus, diuidens ꝓpria vnicuiq; ꝓut vult. Et hæc est species domus, cui spolia diuidūtur: vt amator eius hac pulchritudine accēsus exclamet, Dñe, dilexi decorē domus tuę. Iā in eo ꝙ sequitur, se ad ipsa mēbra, de quibus sit species domus, alloquēda cōuertit, dicens: Si dormiatis inter medios cleros pēnæ colūbæ deargentatæ, & inter scapulas eius in viriditate auri.) Prius hic quērēdus est ordo verborum quomodo finiatur sentētia: quæ vtiq; pēdet, cùm dicitur, si dormiatis: deinde quòd ait, pennæ colūbæ deargentatæ, vtrū singulari numero intelligendū est, huius pēnæ, an plurali, hæ pēnæ. Sed singularē numerū Græcus excludit, vbi omnino pluraliter hoc positū legitur. Sed adhuc incertū est vtrū hæ pēnæ, an ō vos pēnæ, vt ad ipsas pēnas loqui videatur. Vtrum ergo verbis quæ præcesserūt, finiatur ista sentētia, vt ordo sit, Dominus dabit verbū euāgelizātibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros, ō vos pennæ colūbæ deargētatæ: an in his quæ sequuntur, vt ordo sit, si dormiatis inter medios cleros pennæ colūbæ deargentatæ, niue dealbabuntur in Selmon: id est, ipsæ pennæ dealbabuntur, si dormiatis inter medios cleros: vt illis hoc dicere intelligatur, qui speciei domus tanquā spolia diuidūtur, id est, si dormiatis inter medios cleros, ō vos qui diuidimini speciei domus, per manifestationem spiritus ad

Ephes.2.a

Ephes.4.b

1.Cor.12.d

Psalm.25.

A vtilitatē, vt alij quidē detur per spiritū sermo sapiētiæ, 1.Cor.12.a alij sermo scientiæ secundū eundē spiritū, alij fides, alij genera curationū in eodē spiritu: & cętera. Si ergo vos dormiatis inter medios cleros, tunc pēnę colūbę deargētatæ niue dealbabūtur in Selmō. Potest & sic, si vos pēnæ colūbæ deargētatæ dormiatis inter medios cleros, niue dealbabuntur in Selmō: vt subintelligātur homines, qui per gratiā remissionē accipiunt peccatorū. Vnde etiā de ipsa ecclesia dicitur in Cātico canticorū, Can.3.e Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Promissio quippe Esa.1.d Dei tenetur per ꝓphetā dicētis: Si fuerint peccata vestra tanquā phœniciū, sicut niuē dealbabo. Potest & sic intelligi, vt in eo quod dictū est, pēnæ columbæ deargentatæ, subaudiatur eritis: & iste sit sensus, O vos qui tanquam spolia speciei domus diuidimini, si dormiatis inter medios cleros, pēnæ colūbæ deargētatæ eritis: id est, in altiora eleuabimini, cōpagini tamē ecclesiæ cohærentes. Nullam quippe aliā meliūs hic intelligi puto columbā deargētatā, quàm illā de qua dictū est: Vna

B est colūba mea. Deargentata est autē, quia diuinis clo- Cantic.6.d quiis est erudita: eloquia namq; Domini alio loco dicuntur argentū igne examinatū terræ, purgatū septu- Psalm.11. plū. Magnū itaq; aliquod bonū est, dormire inter medios cleros, quæ nōnulli duo testamēta esse voluerunt, vt dormire sit inter medios cleros, in eorū testamētorū authoritate requiescere, id est, vtriusq; testamēti testimoniis acquiescere, vt quādo aliquid ex his ꝓfertur & probatur, omnis contentio pacifica quiete finiatur. Quod si ita est, quid aliud admonere videtur euāgelizātes virtute multa: nisi quia tūc eis Dñs dabit verbum vt euāgelizare possint, si dormiāt inter medios cleros? Tūc enim eis verbū veritatis datur, si authoritas ab eis duorum testamentorum non relinquatur: vt ipsi sint & pēnæ columbæ deargentatæ, quorum prędicatione in cælum gloria fertur ecclesiæ. Inter scapulas autē, pars est vtiq; corporis, pars est circa regionē cordis, à posterioribus tamē, id est, à dorso: quā columbæ illius deargentatæ partem in viriditate auri esse dicit, hoc est in

C vigore sapientiæ, quē vigorē melius non puto intelligi posse quàm charitatē. Sed quare à dorso, & nō à pectore? Quanquā mirer quomodo positū sit hoc verbum in alio Psalmo, vbi dicitur: Inter scapulas suas obumbra- Psal.90. bit tibi, & sub alis eius sperabis: cùm sub alis obūbrari nō possit, nisi quod à pectore fuerit. Et Latinè quidem inter scapulas fortasse aliquo modo ex vtraque parte posit intelligi & ante & post, vt scapulas accipiamus quæ in medio caput habent: & in Hebræo sit fortasis ambiguum, quod posit & hoc modo intelligi. Sed ꝙ in Græco est μετάφρενον, nō nisi à posterioribus significat, quod est inter scapulas: vtrū propterea ibi est auri viriditas, id est, sapientia & charitas, quia ibi sunt quodāmodo & radices alarū: an quia ibi portatur illa farcina leuis? Quid enim sunt vel ipsæ alæ, nisi duo prędicta

D charitatis, in quibus tota lex pēdet & prophetæ? Quid ipsa farcina leuis, nisi ipsa charitas quæ in his duobus Matt.22.d præceptis impletur? Quicquid enim difficile est in præcepto, leue est amanti. Nec ob aliud rectē intelligitur dictū, Onus meum leue est, nisi quia dat spiritum san- Matt.11.d ctum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris: vt amādo liberaliter faciamus, quod timēdo qui Rom.5.a facit, seruiliter facit. Nec est amicus recti, quādo mallet, si fieri posset, id quod rectum est non iuberi. Quæri etiam potest, cur non sit dictum, si dormiatis in cleris: sed, inter medios cleros. Quid si hoc expressius, inter medios cleros? Quod quidem si expressius transferretur ex Græco, inter medium clerorum diceretur, quod in nullo interpretum legi: propterea credo, quia tātundem valet quod dictum est inter medios cleros.

Hinc

Hinc ergo quid mihi videatur exponā. Sæpe hoc verbum ad aliqua connectenda atque pacāda, ne inter se A dissideāt poni solet, sicut testamentū inter se & populū Deo constituente, hoc verbū Scriptura ponit: nā pro eo quod est in Latino, inter me & vos, Græcus habet, inter mediū meum & vestrū. Sic & de signo circūcisionis cùm loquitur Deus ad Abrahā, dicit: Erit testamē- Genes.17.b tum inter me & te, & omne semen tuū, qꝰ Græcus habet inter medium meum & tuū, & inter medium seminis tui. Itē cùm loqueretur ad Noë de arcu in nubibus ad Gen.9.c signum constituendū, hoc verbum sæpissimè repetit: & quod habēt Latini codices inter me & vos, vel inter me & omnē animā viuā, & si qua ibi talia dicuntur, inter mediū meum & vestrū inuenitur in Græco, quod est ἀνὰ μέσον. Dauid quoq; & Ionathā signū inter se cōstituunt, ne aliud opinādo dissideant: & quod Latinè dicitur inter ambos, inter medium amborū habet Græcus eodē verbo, quod est ἀνὰ μέσον. Optimè autē factū est, vt hoc loco Psalmi huius interpretes nostri nō dicerēt inter cleros, quòd Latinę locutioni vsitatum est:

B sed inter medios cleros, tāquā inter medium clerorū, quod potius in Græco legitur: & quod dici solet in eis rebʼ, vt dixi, quæ inter se debeāt habere cōsensum. Iubet ergo scriptura vt inter medios cleros dormiāt, qui vel sunt pēnæ colūbæ deargentatæ, vel ex hoc eis prēstatur vt sint. Porrò si isti cleri duo testamēta significāt, quid aliud admonemur, nisi vt testamētis inter se consentientibus nō repugnemus: sed intelligēdo acquiescamus, nōsq; simus eorum cōcordiæ signū atq. documentū, cùm alterum aduersus alterū nihil dixisse sentimus, & cū pacifica admiratione, quasi ecstasis sopore mōstramus? Cur autē in cleris testamēta intelligantur, cùm hoc nomē Græcū sit quidē, sed testamentū nō ita dicatur, hæc causa est, quia per testamentum datur hæreditas, quæ Græcè appellatur κληρονομία, & hęres κληρονόμος. Cleros autē sors Grecè dicitur, & sortes ex promissione Dei, partes hæreditatis vocātur, quæ populo

C Num.18.c. sunt distributę. Vnde tribʼ Leui prēcepta est nō habere sortē inter fratres suos, quòd ex eorū decimis sustētaretur. Nā & cleros & clericos hinc appellatos puto, qui Concor.12. q.1.Clericoʼ. & ca. duo sunt. sunt in ecclesiastici ministerij gradibus ordinati: quia Act.1.d. Matthias sorte electʼ est, quē primum per apostolos legimus ordinatum. Proinde propter hæreditatē quæ fit testamēto, tanquā per id quod efficitur id ꝙ efficit, nomine clerorū testamēta ipsa significata sunt: quamquā mihi & alius hic sensus occurrat, nisi fallor, anteponēdus, vt cleros multo ꝓbabilʼ ipsas hæreditates intelligamʼ: vt quoniā hæreditas veteris testamēti est quādiu in vmbra significatiua futuri, terrena felicitas: hæreditas verò noui testamenti est æterna immortalitas, dormire sit inter medios cleros, nec illā iā quærere ardenter, & adhuc istā expectare patiētēr. Nā qui Deo pro-

D pterea seruiunt, vel potiʼ propterea seruire nolunt: dum quærunt in hac vita & in hac terra felicitatē, ablatʼ est somnus ab eis, & nō dormiunt. Inflāmantibʼ enim cupiditatibus agitati in flagitia & facinora propelluntur, nec omnino requiescunt: desiderādo vt acquirāt, metuendo ne amittāt. Qui autē me audit, ait sapientia, in- Prouer.1.d. habitabit in spe, & requiescet sine timore ab omni malignitate. Hoc est, quantū mihi videtur, dormire inter medios cleros, id est, inter medias hæreditates: nondū in re, sed tamen in spe cælestis hæreditatis habitare, & à terrenæ felicitatis iā cupiditate cōquiescere. Cùm autem venerit quod speramus, non iā inter duas hæreditates requiescemus: sed in noua vera, cuius vetus erat vmbra, regnabimus. Quapropter etiā si intellexerimus quod dictum est, si dormiatis inter medios cleros, tanquam si diceretur, si moriamini inter medios cleros, vt istā mortē carnis more suo Scriptura dormitionē vocauerit: hæc est mors optima, vt in cupiditatum cohibitione à terrenis, in spe cælestis hæreditatis homo vsque in finē perseuerās, diem vitę huius vltimū claudat. Sic enim dormientes inter medios cleros erunt pennę columbæ deargentatæ: vt tēpore quo resurgent, rapiātur in nubibʼ obuiā Christo in aëra, & semper iam cum Dño viuant: aut certē, quia per eos qui sic moriuntur, quāto securius, tanto sublimius ecclesia diffamatur, & quasi quibusdā pennis excelsę laudis attollitur. Neque enim frustra dictū est, Ante mortem ne laudes hominē quenquā. Omnes ergo sancti Dei ab initio generis hu- Eccl.11.d mani, vsq. ad tempus Apostolorum (quia & ipsi nouerant dicere: Diem hominis nō cōcupiui, tu scis: & Vnā Hier.17.c petij à Dño, hanc requirā) eo tempore Apostolorū, ex Psal.26. quo duorum testamentorū differentia clarius reuelata est, ipsi Apostoli & beati martyres cæterique iusti, tanquā arietes & arietum filij vsq. ad hoc tempʼ dormierunt inter medios cleros, regni terreni felicitatem iam

B cōtemnentes, & regni cælorum æternitatem sperātes, & nōdum tenentes. Et quia tā bene dormierunt, eis velut pennis nunc volitat, & laudibus exaltatur Ecclesia. Columba igitur deargentata est, vt hac eorum fama ad imitandum posteris inuitatis, dū sic etiā dormiunt cæteri, addātur pennæ quibʼ vsq. in finem seculi sublimiter prędicetur: dum discernit supercælestis reges super eā, niue dealbabuntur in Selmō.) Ille supercælestis, ille qui ascendit super omnes cælos vt adimpleret omnia, dum discernit reges super eā, id est, super candē columbā deargentatā: sequitur eā Apostolus ac dicit: Et ipse Ephes.4.b dedit quosdā quidē Apostolos, quosdam autē Prophetas, quosdā verò Euāgelistas, quosdam autem pastores & doctores. Nam quid est aliud reges discernere super eam, nisi in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, quandoquidē ipsa est corpus Christi: Dicuntur autem illi reges, vtiq; à regendo. Et quid magis quàm

C carnis concupiscentias, ne regnet peccatum in eorum Rom.6.b. mortali corpore ad obediendū desideriis eiʼ, ne exhibeant membra sua arma iniquitatis peccato, sed exhibeant se Deo, tanquā ex mortuis viuentes, & membra sua arma iustitię Deo? Sic enim erant reges primitʼ discreti ab alienigenis, quia nō erant iugum ducētes cum infidelibus, deinde discreti cōcorditer inter se muneribʼ propriis. Nō enim omnes apostoli, aut omnes prophetæ, aut omnes doctores, aut omnes dona habēt curationum, aut omnes linguis loquuntur, aut omnes in- 1.Cor.12.d. terpretantur. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique, prout vult: Ibidem b. quem dando ille supercęlestis discernit reges super columbam deargentatam. De quo spiritu sancto cùm ad eius matrem gratia plenam missus angelus loqueretur,

D quęrenti quomodo fieret quòd paritura nunciabatur, quoniam nō cognoscebat virum: Spiritus sanctus, in- Lucæ 1.d quit, superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid est, obumbrabit tibi: nisi, vmbrā faciet. Vnde & isti reges dum gratia spiritus Domini Christi discernuntur super columbam deargentatam, niue dealbabuntur in Selmon. Selmō quippe interpretatur vmbra. Non enim meritis aut virtute propria discernuntur. Quis enim te, inquit, discernit? Quid autem habes quod nō accepisti? Vt ergo discernantur ab impiis, ac- 1.Cor.4.d cipiunt remissionem peccatorum ab illo qui ait: Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, tanquam niuem Esaiæ.1.c dealbabo. Ecce quomodo niue dealbabuntur in Selmon, in gratia spiritus Christi, quo eis etiam propria dona discreta sunt, de quo dictum est quod suprà cōmemoraui, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: hoc est, vmbrā faciet tibi. Lucæ 1.d

Propterea & quod nascetur ex te, sanctũ, vocabitur fi-
lius Dei. Vmbra porrò ista defensaculũ intelligitur ab
æstu cõcupiscentiarum carnaliũ: vnde illa virgo Chri-
stũ nõ carnaliter cõcupiscendo, sed spiritaliter creden-
do cõcepit. Constat autem vmbra lumine & corpore:
proinde illud quod in principio erat verbũ, lumẽ illud
verum, vt vmbraculũ meridianum fieret nobis, verbũ
caro factum est, & habitauit in nobis. Deo scilicet ho-
mo, tanquã lumini corpus accessit: & in eum credentes
Sup. 5. b vmbra protectionis operuit. Nõ enim de quali vmbra
dicitur, Transierunt omnia illa tãquam vmbra: nec de
Col. 2. c quali vmbra dicit Apostolus: Nemo vos iudicet in ci-
bo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniç, aut
sabbatorum, quod est vmbra futurorum: sed de quali
Psalm. 16. vmbra scriptũ est, Sub vmbra alarum tuarum protege
me. Dum ergo discernit ille supercælestis reges super
columbam deargentatam, nõ sua merita extollant, nõ
de sua propria virtute cõfidant: niue quippe dealbabũ-
tur in Selmon, gratia candificabuntur in protectione
corporis Christi. Hunc autem montẽ cõsequenter di-
cit montem Dei, montẽ vberem, montem incaseatum
vel montẽ pinguem. Quid hic autẽ aliud pinguẽ, quàm
vberem diceret? Est enim & mõs isto nomine nuncu-
patus, id est, Selmõ. Sed quem montẽ intelligere debe-
mus montẽ Dei, mõtem vberẽ, mõtem incaseatũ, nisi
eundem Dominũ Christũ: de quo & alius propheta
dicit, Erit in nouissimis temporibus manifestus mons
Esa. 2. a Domini paratus in cacumine montiũ? Ipse est mõs in-
1. Cor. 3. a casatus propter paruulos, gratia tanquã lacte nutrien-
dos, mõs vber ad roborandos atq. ditandos donorum
excellentia: nã & ipsum lac vnde fit caseus, miro modo
significat gratiã. Manat quippe ex abundãtia viscerum
maternorũ, & misericordia delectabili paruulis gratis
infunditur. Ambiguus est autem in Græco casus, vtrũ
sit nominatiuus, an accusatiuus: quoniam in ea lingua
mõs neutri generis est, nõ masculini: ideo nonnulli La-
tini non interpretati sunt montem Dei, sed mons Dei.
Puto autem melius esse in Selmon montẽ Dei, hoc est
in montẽ Dei qui vocatur Selmõ: secundũ intellectum
quem suprà vt potuimus exposuimus. Deinde quòd
dixit montẽ Dei, montẽ incaseatum, montẽ vberem,
ne quis auderet ex hoc Dominũ Iesum Christum cõ-
Psal. 35. parare cæteris sanctis, quia & ipsi dicti sunt mõtes Dei:
2. Cor. 5. d legitur quippe, Iustitia tua sicut mõtes Dei. Vnde Apo-
stolus ait: Vt nos simus iustitia Dei in ipso. De quibus
Psalm. 75. mõtibus & alio loco dicitur: Illuminãs tu admirabili-
terà mõtibus ęternis: quia vita eis ęterna donata est, &
per eos sanctarũ scripturarũ eminentissima authoritas
Psalm. 120. cõstituta est, sed illuminante illo cui dicitur, Illuminãs
tu: leuaui enim oculos meos in mõtes, vnde veniet au-
xilium mihi. Nec tamen auxilium meũ ab ipsis propriè
montibus, sed auxiliũ meum à Domino qui fecit cælũ
& terram. Vnus quippe ipsorum montiũ multum ex-
cellẽs cùm dixisset, quòd plus illis omnibus laborauẽ-
1. Cor. 15. b rit: nõ autẽ ego, inquit, sed gratia Dei mecũ. Ne quis er-
Psalm. 44. go auderet etiã montem speciosum forma prę filiis ho-
minũ mõtibus filiis hominum cõparare: quoniam non
Matth. 16. c desuerunt qui eum dicerẽt, alij Ioannem baptistã, alij
Heliã, alij Hieremiã, aut vnum ex prophetis: conuertit
se ad illos & ait: Vt quid suspicamini montes incasea-
Matth. 5. b tos? Montem, inquit, in quo placuit Deo inhabitare in
co.) Vt quid suspicamini? Sicut enim lumen illi, quia &
ipsis dictum est: Vos estis lumen mundi: sed aliud illud
Ioan. 1. a dictum est lumen verũ quod illuminat omnem homi-
Esaiæ 2. a nem. Sic montes illi: sed longè alius maior mons para-
tus in cacumine montium. Mõtes itaq; isti illum mon-
tem portando gloriosi sunt: quorũ ille vnus dicit: Mihi
Galat. 6. d autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu

A Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego
mundo: vt qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino
glorietur. Vt quid ergo suspicamini mõtes incaseatos, 1. Cor. 1. d
eum montẽ in quo placuit Deo habitare in eo? Nõ quia
in aliis nõ inhabitat, sed quia in ipsis per ipsum. In ipso Col. 2. b
quippe inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, nõ vm-
braliter tãquã in tẽplo à rege Salomone facto: sed cor- 3. Reg. 6. a
poraliter, id est, solidè atq; veraciter: quoniã Deus erat
in Christo mundũ recõcilians sibi. Quod siue de patre 2. Cor. 5. d
dictũ accipiamus, quoniã ipse ait: Pater autẽ in me ma-
nẽs facit opera, ego autem in patre & pater in me: siue Ioann. 14. c
ita intelligatur, Deus erat in Christo, verbũ erat in ho-
mine: sic erat vtiq; verbum in carne, vt verbum etiã ca- Ioann. 1. a
ro factum solus propriè diceretur, id est, homo verbũ
in vnã Christi personam copularetur. Vt quid ergo su-
spicamini montes incaseatos, cũ montẽ in quo placuit
B Deo inhabitare in eo? Longè vtiq; aliter quàm in illis
montib⁹, quorũ aliquem etiam hunc suspicamini. Non
enim quia & illi per adoptionis gratiam filij Dei sunt,
ideo quisquã illorum est vnigenitus: cui diceret, Sede Psalm. 109.
ad dexterã meã, donec ponã inimicos tuos sub pedib⁹
tuis. Etenim Dominus inhabitabit vsque in finẽ: id est, Esaiæ 2. a
illos montes nõ cõparãdos huic monti, ipse Dominus
inhabitabit, qui est mons paratus in cacumine montiũ:
vt perducat eos in finẽ, id est, in seipsum sicut Deus est,
contẽplandum. Finis enim legis Christus, ad iustitiam Rom. 10. a
omni credenti. Deo itaque placuit habitare in isto mõ-
te, qui paratus est in cacumine montium: cui dicit, Tu Matth. 3. d
es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Ipse
autẽ mons Dominus est, qui alios montes inhabitabit 1. Tim. 2. b
in finẽ, in quorũ cacumine paratus est. Vnus enim Deus
& vnus mediator Dei & hominum homo, Christus Ie-
sus, mons montiũ, sicut sanctus sanctorum: vnde dicit,
Ego in eis, & tu in me. Vt quid ergo suspicamini mon- Ioan. 17. d
C tes incaseatos, montẽ in quo placuit Deo inhabitare in
eo? Etenim mõtes illos incaseatos Dominus iste mons
inhabitabit vsque in finem, vt aliquid sint quibus ait: Ioan. 15. a
Quia sine me nihil potestis facere. Ita fit etiã quod se-
quitur: Currus Dei decem miliũ multiplex.) Vel denũ
miliũ multiplex, vel decies milies multiplex. Vnũ ver-
bũ enim Græcũ sicut quisque potuit Latinorum inter-
pretum trãstulit, quod ibi dictũ est, μυριοπλάσιον, La-
tinè autẽ satis exprimi non potuit: quoniã mille apud
Græcos χίλια dicuntur, μυριάδες autẽ plura dena mi-
lia: μυριάς quippe vna, decẽ milia sunt. Ingentẽ itaque
multitudinẽ sanctorũ atque fidelium, qui portãdo Deũ
fiunt quodãmodo currus Dei, significauit hoc nomine.
Hãc immanendo & regendo perducit in finem tanquã
currũ suũ, velut in locum aliquem destinatũ. Initium
enim Christus, deinde qui sunt Christi in præsentia
eius, deinde finis. Hęc est sancta ecclesia: quę sunt quod
sequitur, Milia lætantium.) Spe enim sunt gaudentes, Rom. 12. c
donec perducantur in finẽ, quem nunc expectant per
patientiã. Mirificè autẽ cùm dixisset, Milia lætantium:
continuò subiecit, Dñs in illis.) Ne miremur quòd
D lætentur, Dñs in illis. Nam per multas tribulationes Act. 14. d
oportet nos introire in regnum Dei. Sed Dominus in
illis. Ideo & si sunt quasi tristes, semper tamen gauden- 2. Cor. 6. b
tes, nec iam in ipso fine quò nondum venerunt, sed spe
sunt gaudentes, & in tribulatione patientes, quoniam
Dominus in illis. In Sina in sancto.) In nominũ He-
braeorũ interpretationib⁹ inuenimus Sina interpretari
mandatum: & alia quędam interpretatur, sed hoc puta
præsenti loco aptius cõuenire. Reddens enim causam
quare lætarentur illa milia quibus constat currus Dei,
Dñs, inquit, in illis, in Sina in sancto: id est, Dominus
in illis in mandato, quod mandatũ sanctũ est, sicut di-
cit Apostolus: Itaq; lex quidẽ sancta, & mãdatũ sanctũ Rom. 7. b
& iustum

& iustum & bonũ. Sed quid prodesset mandatum, nisi
Philip. 2. b Dominus ibi esset, de quo dicitur, Deus enĩ est qui ope-
ratur in vobis & velle & operari pro bona voluntate?
2. Cor. 3. b Nam mandatũ sine Dei adiutorio litera est occidens.
Rom. 5. d. Rom. 13. d Lex enĩ subintrauit, vt abundaret delictũ. Sed quoniã
plenitudo legis charitas est, ideo per charitatẽ lex im-
Rom. 5. a pletur, nõ per timorẽ. Charitas enim Dei diffusa est in
cordibus nostris per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis.
Ideo lætantur hæc milia. Tantũ enim faciunt iustitiam
legis, quantũ adiuuantur spiritu gratiæ, quoniã Domi-
nus in illis in Sina in sancto. Deinde ad ipsum Domi-
nũ locutione conuersa, Ascẽdisti, inquit, in altum, ca-
ptiuasti captiuitatẽ: accepisti dona in hominibus.) Hoc
Apostolus sic cõmemorat, sic exponit de Dño Christo
Ephes. 4. a. loquens: Vnicuique autẽ nostrum, inquit, datur gratia
secundũ mensuram donationis Christi. Propter quod
dicit: Ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit
dona hominibus. Quòd autẽ ascendit, quid est nisi quia
& descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit,
Ibidem b. ipse est & qui ascẽdit super omnes cælos, vt adimpleret
omnia. Christo ergo sine dubitatione dictũ est: Ascen-
disti in altum, captiuasti captiuitatẽ, accepisti dona in
hominibus. Nec moueat quòd Apostolus idẽ testimo-
nium cõmemorans non ait: Accepisti dona in homini-
bus: sed, dedit dona hominibus. Ille quippe authorita-
te Apostolica secũdum hoc locutus est, quod Deus fi-
lius cum patre fecit. Secũdum hoc quippe dedit dona
hominibus, mittens eis Spiritum sanctum, qui spiritus
est patris & filij. Secundum illud verò quod idem ipse
Christus in corpore suo intelligitur quod est Ecclesia,
propter quod & mẽbra eius sunt sancti & fideles eius,
1. Cor. 12. d vnde eis dicitur: Vos autẽ estis corpus Christi & mẽ-
bra: proculdubiò & ipse accepit dona in hominibus.
Act. 1. b. Christus quippe ascendit in cælũ, & sedet ad dexteram
patris: sed nisi & hic esset in terris, non inde clamasset:
Act. 9. a. Saule, Saule, quid me persequeris? Cùm ergo idẽ ipse
Matth. 25. d dicat: Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi feci-
C stis: quid dubitamus eũ accipere in membris suis, quæ
dona mẽbra eius accipiunt? Sed quid est, captiuasti ca-
ptiuitatẽ? Vtrũ quia vicit mortẽ, quæ captiuos tenebat
in quibus regnabat: an ipsos homines appellauit capti-
uitatẽ, qui captiui sub diabolo tenebantur? Cuius rei
Psalm. 95. mysterium cõtinet etiam titulus illius Psalmi, quando
domus ædificabatur post captiuitatem: id est, Ecclesia
post gẽtilitatẽ. Ipsos itaque homines qui captiui tene-
bãtur appellauit captiuitatẽ, sicut militia cùm dicitur,
intelliguntur qui militant: eandẽ captiuitatem à Chri-
sto captiuatam dicit. Cur enim non sit captiuitas felix,
si & ad bonum homines possunt capi? Vnde Petro di-
Lucæ 5. c. ctũ est: Ex hoc iã homines eris capiens. Captiuati ergo
Matth. 11. d quia capti, & capti quia subiugati, sub lene illud iugum
Rom. 6. d. missi, liberati à peccato, cuius serui erant: & iustitię ser-
ui facti, cuius liberi erant. Vnde & ipse in illis est, qui
D dedit dona hominibus, & accepit dona in hominibus.
Ideóque in ista captiuitate, in ista seruitute, in isto cur-
ru, sub isto iugo non sunt milia plorantiũ; sed milia læ-
tantium. Dominus quippe in illis in Sina in sancto. Cui
sensui congruit & alia interpretatio, qua interpretatur
Sina mensura. Nã & de his donis lætitię spiritalis Apo-
Ephes. 4. a. stolus loquens idẽ quod suprà cõmemorauì: Vnicuiq;
autẽ, inquit, nostrum data est gratia secũdum mensurã
donationis Christi. Ac deinde sequitur, quod etiã hic
sequitur. Propter quod dicit, ascẽdit in altum, captiua-
uit captiuitatem, dedit dona hominibus: quod hic est,
accepisti dona in hominibus. Quid hae & illa veritate
cõcordius? Quid manifestius? Sed quid deinde adiun-
git? Etenim qui nõ credunt inhabitare. Vel quod non-
nulli codices habent, Etenĩ non credẽtes inhabitare.)

A Nunquid sunt alij nõ credẽtes, nisi qui nõ credunt? De
quibus dictum sit, non est facilis intellectus. Tanquam
enim ratio redderetur superiorũ verborum, cùm dictũ
esset: Captiuasti captiuitatẽ, accepisti dona in homini-
bus: ita subiunctũ est, Etenim qui nõ credunt inhabita-
re, id est, non credentes vt inhabitarent. Quid est hoc?
De quibus hoc dicit? An illa captiuitas antequã tranſi-
ret in bonam captiuitatẽ, vnde fuerit mala captiuitas
ostendit? Non credẽdo enim possidebãtur ab inimico, Ephes. 2. a.
qui operatur in filiis diffidẽtię: in quibus & vos, inquit,
fuistis aliquãdo cùm viueretis in illis. Donis ergo gra-
tiæ suæ, qui accepit dona in hominibus, captiuauit istã
captiuitatẽ. Etenim non credẽtes erãt vt inhabitarẽt.
Nam fides eos inde liberabit, vt iam credentes inhabi-
tẽt in domo Dei, facti & ipsi domus Dei, & currus Dei
decẽ milium lætantiũ. Vnde qui hæc canebat, in spiri-
tu ea præuidẽs impletus etiã ipse lętitia eructauit hym-
num dicens, Dominus Deus benedictus. Benedictus
Dominus Deus de die in diẽ.) Quod nonnulli codices
B habẽt: Die quotidie.) Quia sic habẽt Græci ἡμέραν καθ'
ἡμέραν, quod verius exprimitur die quotidie. Quã pu-
to locutionẽ hoc significare quod dictum est, de die in
diẽ. Quotidie quippe hoc agit vsque in finem: captiuat
captiuitatẽ, accipiens dona in hominibus. Et quoniam
currum illum ducit vsque in finẽ, sequitur & dicit: Pro-
sperũ iter faciet nobis Deus sanitatum nostrarũ. Deus
noster Deus saluos faciendi. Multum gratia cõmenda-
tur. Quis enim saluus esset, nisi ipse sanaret? Sed ne oc-
curreret cogitationi, cur ergo morimur, si per eius gra-
tiã salui facti sumus; continuò subiecit: Et Domini exi-
tus mortis.) Tanquam diceret: Quid indignaris huma-
na cõditio habere te exitum mortis? & Domini tui exi-
tus non alius quàm mortis fuit. Potius ergo consolare
quàm indignare, nã & Dñi exitus mortis. Spe enĩ salui
facti sumus. Si autem quod nõ videmus speramus, per Rom. 8. c.
patientiã expectamus. Patiẽter ergo etiã ipsam mortẽ
C feramus illius exẽplo: qui licet nullo peccato esset de-
bitor mortis, & Dominus esset, à quo nemo animã tol-
leret, sed ipse eam à semetipso poneret, etiã ipsius fuit
exitus mortis. Veruntamen Deus conquassabit capita
inimicorum suorũ, verticem capilli perambulantiũ in
delictis suis.) Id est, nimis se extollentium, nimis super-
biẽtium in delictis suis: in quibus saltẽ humiles esse de-
berent, dicẽtes: Domine propitius esto mihi peccato- Lucæ 18. c.
ri. Sed cõquassauit capita eorũ, quoniã qui se exaltat,
humiliabitur. Ac per hoc quamuis & Domini sit exi-
tus mortis, tamen idẽ Dominus, quoniam Deus est, &
voluntate nõ necessitate secundum carnẽ mortuus est,
cõquassauit capita inimicorum suorũ: non solùm eorũ
qui crucifixo illudẽtes & mouẽtes capita sua dicebant,
Si filius Dei est, descẽdat de cruce; sed etiam omnium Matt. 27. c.
extollentium se aduersus doctrinam eius, & tanquam
D mortẽ hominis irridentiũ. Idẽ quippe ipse de quo di-
ctũ est: Alios saluos fecit, semetipsum nõ potest saluum
facere. Deus est sanitatũ nostrarũ, & Deus est saluos fa-
ciẽdi: sed propter humilitatis & patiẽtiæ documentũ,
& sanguine suo delendũ nostrorũ chirographũ pecca- Esaiæ 2. a.
torũ, etiam suũ esse voluit exitũ mortis, ne mortẽ istam
timeremus, sed illã potius vnde nos liberauit per istã.
Veruntamẽ illusus & mortuus conquassauit capita ini-
micorũ suorum; de quibus ait: Resuscita me, & reddam Psalm. 40.
illis, siue bona pro malis, dum sibi subdit capita credẽ-
tium: siue iusta pro iniustis, dũ punit capita superbien-
tium. Vtroque enim modo cõquassantur & cõfringũ-
tur capita inimicorũ, cùm à superbia deiiciuntur, siue
humilitate correcti, siue in ima tartari abrepti. Dixit
Dominus, Ex Basan cõuertar.) Vel vt nõnulli codices
habent, Ex Basan cõuertam.) Ille quippe conuertit vt

salui simus, de quo dictum est suprà, Deus sanitatũ no-
strarum, & Deus saluos faciẽdi. Ei quippe & alibi dici- A
Psal. 79. tur: Deus virtutũ conuerte nos, & ostẽde faciem tuam,
& salui erimus. Itẽ alibi: Cõuerte nos Deus sanitatum
nostrarũ. Ille autẽ dixit, Ex Basan cõuertam. Basan in-
terpretatur confusio. Quid est ergo, conuertam ex cõ-
fusione: nisi quia confunditur de peccatis suis, qui pro
eis dimittendis precatur misericordiam Dei? Inde est
Luc. 18. b. quòd ille publicanus nec oculos ad cælũ audebat leua-
re, ita se cõsiderans confundebatur: sed descẽdit iusti-
ficatus, quia dixit Dominus, Ex Basan conuertã. Basan
interpretatur & siccitas. Et rectè intelligitur Dominus
ex siccitate conuertere, id est, ex inopia. Nã qui sibi vi-
dẽtur copiosi, cùm sint famelici; & pleni, cùm sint ina-
Matth. 5. a. nissimi: non cõuertuntur. Beati enim qui esuriunt & si-
tiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabũtur. Ex ista Domi-
nus siccitate conuertit: de anima quippe sicca illi dici-
Psalm. 142. tur: Extendi manus meas ad te, anima mea velut terra B
sine aqua tibi. Ibi illud quoq; nõ absurdè intelligitur,
quod habẽt alij codices: Ex Basan conuertar. Cõuer-
Zach. 1. a. titur enim ad nos etiam ipse qui dicit: Cõuertimini ad
me, & ego cõuertar ad vos: & nõ nisi extra cõfusionẽ,
cùm peccatum nostrũ ante nos est semper: & extra sic-
al. *qua.* citatẽ, † quia eius desideramus imbrẽ, qui pluuiam vo-
Psal. 66. luntariã segregauit hereditati suæ. Nam siccitate infir-
mata est, ipse verò cõuersus perficit eam; cui dicitur: Et
cõuersus viuificasti me. Dixit ergo Dominus, ex Basan
cõuertam. Conuertam in profundũ maris.) Si conuer-
tam, quare in profundũ maris? In seipsum quippe con-
uertit Dominus, cùm salubriter cõuertit, & nõ est vti-
al. *profundũ.* que ipse † in profundo maris. An fallit fortè Latina lo-
cutio, & pro eo positũ est in profundũ, quod est in pro-
fundo? Non enim ille se conuertit, sed ibi conuertit eos
qui in profundo huius seculi iacent demersi pondere
peccatorũ; vbi cõuersus ille dicit: De profundis clama-
Psalm. 129. ui ad te Domine. Si autẽ non est, conuertam, sed con- C
uertar in profundũ maris; hoc intelligitur dixisse Do-
minũ nostrũ, quòd sua misericordia cõuerteretur etiã
in profundum maris ad eos quoque liberandos, qui es-
sent etiam desperatissimi peccatores: quanquam in ali-
quo Græco codice inuenerim, non in profundũ, sed in
profundis, hoc est, ἐν βυθοῖς, quod priorem sensum cõ-
firmat, quòd etiam ibi Deus cõuertat ad se de profun-
dis clamantes. Qui & si intelligatur, ibi ipse conuerti
ad liberandos etiã tales, nõ est incongruũ: & ita eos cõ-
uertit, vel ad eos liberandos cõuertitur ita, Vt intinga-
tur pes tuus in sãguine.) Quod ad ipsum Dominũ Pro-
pheta dicit, vt tĩgatur pes tuus in sanguine: id est, vt ip-
si qui ad te cõuertuntur, vel ad quos liberandos cõuer-
teris, licet in profundo maris onere iniquitatis depressi
fuerint, intantũ gratia tua proficiant, quoniã vbi abun-
Rom. 5. d. dauit peccatũ, superabundauit gratia, vt fiant pes tuus
inter mẽbra tua ad annunciandũ Euangelium tuum, & D
pro nomine tuo diu ducentes martyriũ, vsque ad san-
guinẽ certent. Sic enim, vt arbitror, conuenientius in-
telligitur pes eius tinctus in sanguine. Denique adiun-
git: Lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipso.) Eosdem
ipsos qui vsque ad sanguinẽ fuerant pro fide Euangeli-
ca certaturi, etiã canes vocat: tanquam pro suo Domi-
no latrantes. Non illos canes, de quibus dicit Apo-
Philip. 3. a. stolus; Cauete canes: sed illos qui edunt de micis quæ
cadunt de mensa dominorũ suorum. Hoc enĩ confessa
Chananæa meruit audire: O mulier, magna est fides
Matth. 15. c tua, fiat tibi sicut vis. Canes laudabiles, nõ detestabiles:
fidẽ seruantes domino suo, & pro eius domo cõtra ini-
micos latrantes. Non enim tantũmodo canũ dixit, sed
canum tuorũ. Nec corũ dentes, sed lingua laudata est:
quoniã non vtiq; frustrà, nec sine magno sacramento
Gedeõ solos eos iussus est ducere, qui fluminis aquã si- Iudic.
cut canes lamberent, talésque nõ amplius quàm trecẽ-
ti in tanta multitudine inuẽti sunt. In quo numero cru-
cis signum est propter τ literam, quę in Græcis nume-
rorũ notis trecẽtos significat. De talibus canibus & in
alio Psalmo dicitur: Conuertẽtur ad vesperã, & famem Psal. 58.
patientur vt canes: nam & quidã canes reprehensi sunt
à Propheta Esaia, non ideo quia canes essent, sed quòd Esaiæ 56. d
latrare nescirẽt, & dormitare amarent. Vbi vtique de-
monstrauit, quia si vigilarent & pro domino suo latra-
rẽt, laudabiles canes essent, sicut laudantur isti, de qui-
bus dicitur: Lingua canum tuorũ: quos tamẽ Prophe-
ta ex inimicis futuros esse prædixit, per illam scilicet,
conuersionẽ, de qua superius loquebatur. Vnde & ille Psal. 58.
Psalmus: Conuertentur, inquit, ad vesperam, & famẽ
patientur vt canes. Deinde veluti quærentibus vnde
hoc illis tantum bonum, vt canes eius fierẽt, cuius fue-
rant inimici: responsum est ab ipso. Sic enĩ legitur: Lin-
gua canum tuorũ ex inimicis, ab ipso. Ipsius vtique di-
lectione, ipsius misericordia, ipsius gratia. Nam quãdo
id possent à seipsis? Etenim cùm inimici essemus, recõ-
ciliati sumus Deo per mortem filij eius: ad hoc & Do- Rom. 5. b.
mini fuit exitus mortis. Visi sunt gressus tui Deus.)
Gressus quibus venisti per mundũ tãquam in illo cur-
ru peragraturus orbẽ terrarum: quos & nubes in Euã-
gelio sanctos & fideles suos significat; vbi ait: Amodò Marc. 13. a.
videbitis filiũ hominis veniẽtem in nubibus. Excepto 2. Tim. 4. a
illo aduentu in quo erit iudex viuorum atque mortuo-
rum: Amodò, inquit, videbitis filium hominis venien-
tę in nubibus. Hi gressus tui visi sunt, id est, manifestati
sunt, reuelata gratia Testamenti noui. vnde dictum est:
Quàm speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, Rom. 10. c
qui annunciant bona! Hæc enim gratia & isti gressus
latebant in veteri Testamẽto: cùm autem venit pleni- Galat. 4. a
tudo † temporũ, & placuit Deo reuelare filiũ suum vt al. *temporis*
annunciaretur in gentibus, visi sunt gressus tui Deus.
Gressus Dei mei regis mei qui est in sãcto.) In quo san-
cto, nisi in templo suo? Templũ enim Dei sanctum est, 1. Cor. 3. d
inquit, quod estis vos. Vt autem gressus isti viderentur,
Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in me-
dio adolescentularũ tympanistriarum.) Principes sunt
Apostoli: ipsi enim præuenerunt vt populi sequeren-
tur. Præuenerunt annunciantes. Nouum testamentum
cõiuncti psallentibus, de quorum bonis operibus etiã
visibilibus tanquã organis laudis glorificaretur Deus.
Iidem autem principes in medio adolescentularum
tympanistriarum, in ministerio scilicet honorabili: nã
ita sunt in medio ministri præpositi Ecclesiarum noua-
rum. Hoc enim est adolescentularum carne edomita
Deum laudantium: hoc enim est tympanistriarum, eò
quòd tympana fiant corio siccato & extento. Ideo ne
quisquam carnaliter ista acciperet, & ex his verbis
quosdam luxuriæ choros in animum induceret; se-
quitur, & dicit: In Ecclesiis benedicite Dominum.)
Tanquam diceret: Quicunque auditis adolescentulas
tympanistrias, lasciua delectamenta cogitantes, in Ec-
clesiis benedicite Dominum. Ecclesiæ quippe vobis
hac mystica significatione monstrantur. Ecclesiæ sunt
adolescentulæ, noua gratia decoratæ. Ecclesiæ sunt
tympanistriæ, castigata carne spiritaliter sonoræ. In
Ecclesiis ergo benedicite Dominum Deum de fonti-
bus Israël.) Inde prius elegit quos fontes faceret. Nam
inde sunt electi Apostoli; & hi primitùs audierunt:
Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet vn- Ioan. 4. b.
quam: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æter-
nam. Ibi Beniamin adolescentior in ecstasi.) Ibi Pau-
lus nouissimus Apostolorum; qui dicit: Nam & ego
Israëlita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Philip. 3. a.
Sed

Sed planè in ecstasi, expauescentibus omnibus tã ma- A
gnum in eius vocatione miraculum. Ecstasis nãque est
mentis excessus, quod aliquãdo pauore contingit, nõ-
nunquã verò per aliquam reuelationem & alienationẽ
mẽtis à sensibus corporis, vt spiritui quod demõstran-
dum est, demonstretur. Vnde intelligi etiam sic potest
quod hic positũ est, in ecstasi; quia cùm ei persecutori
Act. 9. a dictũ esset de cælo, Saule, Saule, quid me persequeris,
adẽpto lumine oculorum carnalium, respõdebat Do-
mino, quẽ spiritu videbat, qui autem cum illo erãt, vo-
cẽ respondentis audiebant, neminem autem videntes
cui loqueretur. Potest hic ecstasis etiam illa eius intelli
2. Cor. 12. a gi, de qua ipse loquẽs ait: Scire se hominem raptum vs-
que ad tertium cælũ, siue autem in corpore, siue extra
corpus, nescire: sed raptũ in paradisum, audisse ineffa-
bilia verba, quæ nõ liceret homini loqui. Principes Iu-
da duces eorum, principes Zabulon, principes Neph-
thalim.) Cũ Apostolos significet principes, vbi est & B
Beniamin adolescentior in ecstasi: quibus verbis Pau-
lum significari nemo ambigit. Vel nomine principum
oẽs significantur in Ecclesiis excellentes atque imita-
tione dignissimi. Quid sibi volũt hæc nomina tribuum
Israëliticarum? Si enĩ tantùm Iudæ mentio fieret, quo-
niam ex hac tribu reges fuerant, ex qua & Dominus
Rom. 9. b Christus secundũ carnẽ: ideo ex hac tribu putaremus
figuratos etiã principes Testamẽti noui. Cùm verò ad-
iũgit principes Zabulon, principes Nephthalim: quis-
quã forsitan dicat ex his tribubus Apostolos fuisse, ex
aliis autẽ non fuisse. Quod licet vnde probari hoc pos-
set non videã, tamen quia nec vnde refellatur inuenio,
& hoc loco principes Ecclesiarum, ducésque eorũ qui
in Ecclesiis benedicũt Dominum, video cõmendari;
non absurdè etiã istũ sensum † probo: sed plus me de-
al. *prodo* lectat quod ex istorum nominum interpretatione cla-
rescit. Hebræa quippe sunt nomina: quorũ Iuda con- C
fessio interpretari dicitur, Zabulon habitaculũ fortitu-
dinis, Nephthalim dilatatio mea. Quæ oĩa verissimos
nobis insinuãt principes Ecclesiarum, dignos ducatu,
dignos imitatione, dignos honoribus. Martyres nam-
que in Ecclesiis locũ summũ tenẽt, atque apice sanctæ
dignitatis excellunt. Iam verò in martyrio prima con-
fessio est, & pro illa quicquid acciderit tolerãdi sequẽs
assumitur fortitudo: deĩde post omnia tolerata, finitis
angustiis, latitudo consequitur in præmio. Potest & sic
intelligi, vt quoniam tria hæc præcipuè commendat
1. Cor. 13. d Apostolus, fidem, spem, charitatẽ: confessio sit in fide,
fortitudo in spe, latitudo in charitate. Fidei quippe res
Rom. 10. b est, vt corde credatur ad iustitiã, ore autẽ confessio fiat
ad salutẽ. In passionibus autẽ tribulationũ res tristis est,
sed spes fortis est. Si enim quod nõ videmus speramus,
Rom. 8. c per patientiam expectamus. Latitudinẽ verò præstat
charitatis in corde diffusio: nam consummata charitas
1. Ioan. 4. d foras mittit timorẽ: qui timor tormẽtũ habet per ani-
mæ angustias. Principes ergo Iuda duces eorum. Quo- D
rum? Qui in Ecclesiis benedicũt Dominum. Principes
Zabulõ, principes Nephthalim, principes cõfessionis,
fortitudinis, latitudinis, principes fidei, spei, & charita-
1. Cor. 8. b tis. Manda Deus virtutẽ tuam.) Vnus enim Dominus
1 Cor. 1. d noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos in ipso,
quem legimus Dei virtutem & Dei sapientiã. Quomo-
do autem Deus mãdat Christum suum, nisi dum eum
Rom. 5. b commendat? Commendat enim Deus charitatem suã
in nobis, quoniã dũ adhuc peccatores essemus, Chri-
stus pro nobis mortuus est. Quomodo non & cum illo
omnia nobis donauit? Manda Deus virtutẽ tuam. Cõ-
firma Deus hoc quod operatus es in nobis.) Mãda do-
cendo, confirma iuuando. A tẽplo tuo in Hierusalem,
Galat. 4. d tibi offerent reges munera.) A tẽplo tuo in Hierusalẽ,
quæ est libera mater nostra, quia & ipsa est tẽplum san-
ctum tuũ. Ab illo ergo tẽplo tibi offerent reges mune-
ra. Quicunque reges intelligantur, siue reges terrę, siue
reges quos discernit supercęlestis super columbã dear-
gentatam: tibi offerent reges munera. Et quæ munera?
Gratiosa. Quę sacrificia? Laudis. Sed huic laudi obstre-
punt Christianum vocabulum habẽtes; & diuersa sen-
tiẽtes. Fiat ergo quod sequitur: Increpa feras calami.)
Nam & feræ sunt, quoniã non intelligendo nocent. Et
feræ calami sunt, quoniã scripturarum sensum pro suo
errore peruertunt. Per calamũ quippe tam conuenien-
ter scripturæ significantur, quàm sermo per linguã: se-
cundũ quod dicitur lingua Hebræa, vel Gręca, vel La-
tina, vel alia quælibet, per efficientem scilicet id quod
efficitur. Vsitatum est autem in Latino eloquio, vt scri-
ptura stylus vocetur, quòd stylo fiat: ita ergo & cala-
mus, quòd calamo fiat. Dicit Apostolus Petrus, indo-
ctos & instabiles peruertere scripturas ad propriũ suum 2. Pet. 3. d.
interitum. Hæ sunt feræ calami, de quibus hic dicitur:
Increpa feras calami. De his est etiam quod adiungit:
Congregatio taurorum inter vacas populorum, vt ex-
cludantur ij qui probati sunt argento.) Tauros vocans
propter superbiam duræ indomitęque ceruicis. Signi-
ficat enim hæreticos. Vaccas autem populorum sedu-
ctibiles animas intelligendas puto, quia facilè hos tau-
ros sequuntur. Non enim populos vniuersos seducũt,
in quibus sunt graues & stabiles; vnde scriptum est: In Psalm. 34.
populo graui laudabo te: sed in eis populis quos inue-
nerint vaccas. Ex his enim sunt qui penetrant domos,
& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ 2. Tim. 3. b
ducuntur variis desideriis, semper discẽtes, & ad veri-
tatis scientiã nunquam peruenientes. Quòd autem ait
idẽ Apostolus: Oportet & hæreses esse, vt probati ma- 1. Cor. 11. d.
nifesti fiant in vobis: hoc etiam hic sequitur: Vt exclu-
dãtur ij qui probati sunt argẽto, id est, qui probati sunt
eloquiis Domini. Eloquia quippe Domini eloquia ca- Psalm. 11.
sta, argẽtum igne probatum terræ. Nã excludantur di-
ctũ est appareant, emineãt: quod ait ille, manifesti fiãt.
Vnde & in arte argentaria exclusores vocantur, qui de
confusione massæ nouerunt formam vasis exprimere.
Multi enĩ sensus Scripturarum sanctarũ latent, & pau-
cis intelligentioribus noti sunt: nec asserũtur commo-
dius & acceptabilius, nisi cùm respondendi hæreticis
cura cõpellit. Tunc enim etiã qui negligunt studia do-
ctrinæ, sopore discusso ad audiendi excitãtur diligen-
tiã, vt aduersarij refellãtur. Denique quàm multi Scri-
pturarum sanctarũ sensus de Christo Deo asserti sunt
cõtra Photinũ, quàm multi de homine Christo contra
Manichæum, quàm multi de trinitate contra Sabelliũ,
quã multi de vnitate trinitatis cõtra Arrianos, Euno-
mianos, Macedonianos? quàm multi de catholica Ec-
clesia toto orbe diffusa, & de malorum cõmixtione vs-
que in finẽ seculi, quod bonis in sacramentorum eius
societate non † obstat aduersus Donatistas & Lucife- al. *obsint.*
rianos aliósq;, si qui sunt qui simili errore à veritate dis-
sentiũt: quàm multi cõtra cęteros hęreticos, quos enu-
merare vel cõmemorare nimis longum est, & præsenti
operi nõ necessarium. Quorum tamẽ sensuum probati
assertores aut prorsus laterẽt, aut nõ ita eminerẽt, vt eos
eminere fecerunt superborum contradictiones, quos
velut tauros, id est, iugo disciplinæ pacifico lenique nõ Matth. 11. d
subditos commemorat Apostolus: vbi talem dixit eli- Tit. 1. c
gendum ad episcopatum, vt potẽs sit exhortari in do-
ctrina sana, & contradicentes redarguere. Sunt enim
multi non subditi, vt sunt tauri: elatione ceruicis impa-
tientes aratri atque iuncturæ, vaniloqui, & mẽtis sedu-
ctores. Has mẽtes significauit iste Psalmus appellatio-
ne vaccarum. Ad hãc ergo vtilitatẽ prouidẽtia diuina

permittit tauros congregari inter vaccas populorum: vt excludantur, id est, vt emineant qui probati sunt argento. Ad hoc enim hęreses sinuntur esse, vt probati manifesti fiant. Quanquã & sic etiam possit intelligi, congregatio taurorum inter vaccas populorum: vt ab eis vaccis excludãtur qui probati sunt argento. Hãc enim habẽt intentionẽ hæretici doctores, vt ab auribus animarum, quas seducere moliuntur, excludãt eos, id est, separent eos qui probati sunt argento, id est, qui idonei sunt docere eloquia Domini. Sed siue ille huius verbi, siue iste sit sensus; sequitur: Dispergę gentes quæ bella volunt.) Non enim correctioni, sed cõtentioni studẽt. Hoc ergo prophetat, vt ipsi potius dispergantur, qui corrigi nolunt, qui gregẽ Christi dispergere affectant. Gentes autẽ appellauit, non propter generationes familiarũ, sed, ppter genera sectarũ, vbi series successionis confirmat errorem. Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius.) Ægypti vel Æthiopiæ nomine; omnium gentium fidẽ significauit, à parte totũ: legatos appellans recõciliationis prædicatores. Pro
2. Cor. 5.d Christo enim, inquit, legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos: Obsecramus pro Christo recõciliari Deo. Nõ ergo de solis Israëlitis, vnde Apostoli electi sunt; sed etiã de cæteris gẽtibus futuros prædicatores Christianæ pacis, hoc modo mysticè prophetatum est. Quod verò ait, Præueniet manus eius: hoc ait, præueniet vindictã eius: conuersione scilicet ad eũ, vt peccata dimittãtur, ne peccatores permanendo puniãtur.
Psalm. 94. Quod etiam in alio Psalmo dicitur, Prę ueniamus faciẽ eius in confessione. Sicut per manus vindictam, ita per faciem reuelationẽ præsentiámque signat, quæ futura est in iudicio. Quia ergo per Ægyptum atque Æthiopiam totius orbis gentes significauit: cõtinuò subiunxit, Deo regna terræ.) Non Sabellio, non Arrio, non Donato, non cæteris tauris ceruicatis: sed Deo regna terræ. Plures autẽ codices Latini, & maximè Gręci ita distinctos versus habent, vt non sit in eis vnus versiculus, Deo regna terrę, sed, Deo, in fine sit versus superioris: atque ita dicatur, Æthiopia præueniet manus eius Deo, ac inde sequatur in alio versu, Regna terræ cãtate Deo, psallite Domino.) Qua distinctione (multorũ codicũ, & authoritate digniorum consonanti sine dubio præferenda) fides cõmendari mihi videtur, quæ opera præcedit: quia sine bonorũ operum meritis per fidem
Rom. 4.a iustificatur impius, sicut dicit Apostolus, Credenti in eũ, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiã, vt deinde ipsa fides per dilectionẽ incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionẽ Dei. Hæc autem necesse est, vt antecedat fides, vt inde ista, non ab istis incipiat illa: quoniã nullus operatur per dilectionẽ Dei, nisi prius credat in Deum.
Galat. 5.a. Hæc est fides, de qua dicitur, In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque pręputiũ, sed fides quę
Cant. 1.c per dilectionẽ operatur. Hæc est fides, de qua ipsi Ecclesiæ dicitur in Canticis canticorũ: Venies & pertrãsies ab initio fidei. Venit enim tãquã currus Dei in mi-
Ioan. 13.a. libus lætantiũ, prosperum iter habens, & pertransiit de hoc mundo ad patrẽ: vt fiat in ea quod sponsus ipse di-
Ioan. 17.d cit, qui transiit de hoc mũdo ad patrẽ, volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum, sed ab initio fidei. Quia ergo vt bona opera sequantur præcedit fides, nec vlla sunt bona opera, nisi quæ sequuntur præcedentẽ fidem: nihil aliud videtur dictum, Æthiopia præueniet manus eius Deo, nisi Æthiopia credet Deo. Sic enim præueniet manus eius, id est, opera eius. Cuius nisi ipsius Æthiopiæ? Quia hoc in Græco nõ est ambiguũ: eius quippe ibi feminino genere apertissimè positũ est: Ac per hoc aliud nihil dictũ est, quàm Æthiopia præueniet manus eius Deo, id est, credendo in Deũ præueniet opera sua. Exi- Rom. 3.d
stimo enim, inquit Apostolus, iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tãtum? Nónne & gentiũ? Sic ergo Æthiopia, quæ videtur extrema gentium, iustificatur per fidem sine operibus legis. Non enim vt iustificetur de legis operibus gloriatur: nec præponit fidei merita sua; sed fide præuenit opera sua. Plures sanè codices Græci non habent manus, sed manum: quod tantundem valet, quoniam pro operibus positum est. Mallem autẽ Latini interpretes sic trãstulissent: Æthiopia prę ueniet manus suas, quàm manus eius Deo: quoniã planius hoc esset quàm quod nũc dictũ est eius. Et salua veritate sic fieri posset, quia in Græca lingua id pronomen non solùm eius, sed etiã suam vel suas potest intelligi, quod est αὐτῆς: suam ergo, si manum; suas autem, si manus. Nam quod est in Græco, χεῖρα αὐτῆς, quod plures codices habẽt, & manum eius & manum suam potest intelligi: quod verò rarum est in codicibus Græcis, χειρὰς αὐτῆς, & manus eius, & manus suas Latinè potest dici. Hinc iam velut decursis per prophetiã rebus omnibus quas impletas esse iam cernimus, hortatur ad laudẽ Christi, ac deinde prænunciat futurum eius aduentum. Regna terræ cantate Deo, psallite Domino. Psallite Deo qui ascendit super cęlum cælorum ad Orientem.) Vel sicut nonnulli codices habent, Qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem.) In his verbis ille non intelligit Christũ, qui eius resurrectionem ascensionémque non credit. Ad Orientem verò quod addidit, nónne etiam ipsum locum, quoniam in partibus Orientis est, vbi resurrexit, & vnde ascendit, expressit? Ergo super cælum cæli Marc. 16.d. Act. 1.b Ephes. 4.b
sedet ad dexteram patris. Hoc est quod dicit Apostolus, Ipse est qui ascẽdit super omnes cælos. Quid enim Genes. 1.b
cælorum restat post cælum cæli? Quos & cælos cælorum possumus dicere, sicut vocauit firmamentum cælum: quod tamẽ cælum, etiam cælos legimus, vbi scri- Psalm. 148. Act. 1.b
ptum est, Et aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomẽ Domini. Et quoniam inde venturus est ad iudicandos viuos & mortuos, attende quod sequitur: Ecce dabit vocem suam, vocem virtutis.) Ille qui sicut agnus co- Esa. 53.c
ram tondẽte se fuit sine voce, ecce dabit vocem suam: nec vocem infirmitatis tanquam iudicandus, sed vocem virtutis tãquam iudicaturus. Non enim Deus occultus sicut prius, & in hominum iudicio non aperiens os suum: sed Deus manifestus veniet, Deus noster, & Psal. 49.
non silebit. Quid desperatis infideles? Quid irridetis? Quid dicit seruus malus? Tardat Dominus meus veni- Luc. 12.f
re? Ecce dabit vocẽ suã vocẽ virtutis. Date gloriã deo, Galat. 6.d
super Israël magnificentia eius. De quo dicit Apostolus super Israël Dei. Non enim omnes qui ex Israël hi Rom. 9.b
sunt Israëlitæ, quoniam est & Israël secundum carnem. Vnde ait, Videte Israël secundum carnem. Non 1. Cor. 10.e
autem qui filij carnis, hi filij sunt Dei, sed filij promis- Rom. 9.b
sionis deputantur in semine. Tunc ergo quando erit Matth. 3.c.
sine vlla malorum commixtione populus eius tan- Ioan. 1.g
quam massa ventilabro emundata tanquam Israël, in quo dolus non est, tunc eminentissima erit super Israël
magnificentia eius. Et virtus eius in nubibus.) Non Esaiæ 3.c. Matt. 19.d
enim solus veniet ad iudicium, sed cum senioribus po- 1. Cor. 6.a
puli sui: quibus promisit quòd sedebunt super sedes iudicaturi, qui etiam angelos iudicabunt. Hæ sunt nubes. Denique ne aliud nubes intelligerentur, secutus adiunxit: Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël.) Tunc enim & nomen ipsum verissimè, ac plenissimè implebitur Israël, quod est videns Deum: quoniam vi-
debimus eum sicuti est. Ipse dabit virtutem & fortitu- 1. Ioan. 3.a
dinem plebi suæ, benedictus Deus.) Nunc fragiles & infirmi: habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus:

2. Cor. 4.b bus: tunc verò etiam corporum gloriosissima commu-
1. Cor. 15. f tatione, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. Seminatur enim hoc corpus in infirmitate, surget in virtute. Ipse ergo dabit virtutẽ, quam in sua carne præmi-
Philip. 3. b 1. Cor. 15. d sit, de qua dicit Apostolus, Virtutẽ resurrectionis eius. Fortitudinẽ autẽ, qua inimica destructur mors. Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum tandem aliquando, ipso adiuuante, finiuimus, benedictus Deus. Amen.

Concio prima, de prima parte Psalmi LXVIII.

EO tempore in hoc seculo exorti sumus, & aggregati populo Dei, quo iam olus illud ex grano sinapis te-
Matth. 13. c tendit brachia sua: quo iã fermẽtum illud quod primò
Luc. 13. d. contemptibile fuit, fermẽtauit tres mensuras, id est, totum orbẽ terrarum reparatũ ex tribus filiis Noë: quo-
Genes. 9. c niam ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro
Matth. 8. b. veniunt, qui recumbent cum Patriarchis, expulsis foras eis, qui de illorum carne sunt nati, & eorum fidem non sunt imitati. Ad hanc ergo Christi Ecclesiæ gloriã B
oculos aperimus, & istam sterilem cui gaudium indi-
Esaiæ 54. a Galat. 4. d ctum atque prædictum est, quòd plures filios habitura esset, quàm illa quæ habebat virum, iam talem inuenimus quæ oblita esset opprobriorũ & ignominiæ viduitatis suæ: & ideo possumus fortè mirari cùm voces humilitatis Christi, vel nostræ relegerimus in aliqua prophetia. Et fieri potest, vt minus ex eis afficiamur, quia non eo tempore venimus quando ista cum sapore legebantur abundante pressura. Sed rursus si tribulationum abundantiã cogitemus, & in qua ambulemus via
Matth. 7. b cognoscamus (si tamẽ in illa ambulamus) quàm sit angusta, & per pressuras atque tribulationes perducat ad requiem sempiternam: quámque ipsa quæ in rebus humanis vocatur felicitas, plus sit timenda quàm miseria, quandoquidẽ miseria plerumque affert ex tribulatione fructũ bonum, felicitas autem corrumpit animam peruersa securitate, & dat locũ diabolo tentatori. Cùm
Iob. 7. a ergo cogitauerimus prudenter & rectè, & sicut psallit hæc victima, tentationem esse vitam humanam super terram, neminémque omnino esse securum, nec debere esse securũ, donec ad illam patriã veniatur, vnde nemo exit amicus, quò nemo admittitur inimicus, etiam nunc in ipsa Ecclesiæ gloria agnoscimus voces tribulationis nostræ: & tanquam membra Christi, compage charitatis subdita capiti nostro, & nos inuicem retinẽtia, dicemus de Psalmis, quod hic dixisse inuenerimus martyres, qui fuerunt ante nos, quia tribulatio est omnibus communis ab initio vsque in finem. Tamẽ istum Psalmum quem tractandum suscepimus, & de quo lo-
Matth. 13. c qui charitati vestræ in nomine Domini proposuimus, in grano sinapis agnoscamus: paululum ab altitudine oleris & diffusione ramorum, & ab illa gloria, vbi aues cæli requiescunt, auocemus cogitationem, & hæc magnitudo quæ nos delectat in olere, quàm de paruo sur- D
rexit audiamus. Christus enim hic loquitur. Sed iam scientibus dicimus, Christus non solùm caput, sed & corpus est. Ex ipsis verbis agnoscimus. Nã quia Christus hic loquitur, dubitare omnino non permittimur. Hic sunt enim expressa verba, quæ in eius passione cõ-
Psal. 21. pleta sunt: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: quando ista ad literam impleta sunt, & prorsus quomodo prædicta, sic reddita. Cúmque ipse Christus dixisset, Sitio, pendens in cruce, & ad hoc verbum ei acetum in spongia datum esset, quo ac-
Ioan. 19. f. cepto dixit, Consummatum est, & sic inclinato capite tradidit spiritum, ostendens ista omnia quæ prædicta sunt in illo fuisse tunc consummata, non licet hic aliud intelligere. Apostoli etiam loquentes de Christo, testimonia ex isto Psalmo dederunt. Quis autem deuiet à sententiis eorum? Aut quis agnus non sequatur arietes? A
Ergo Christus hic loquitur: magisque nobis demonstrandum est, vbi eius membra loquantur, vt ostendamus quia totus hic loquitur, quàm dubitandum quòd Christus loquatur.

Titulus Psalmi est:

In finem pro his qui commutabuntur ipsi Dauid.

NVNC commutationem in melius audi: conimutatio enim, vel in deterius est, vel in melius. Adam & Genes. 3. b
Eua in deterius: qui ex Adam & Eua Christo adhæserunt, in melius commutati sunt. Sicut enim per vnum Rom. 5. c
hominem mors, ita & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, sic & 1. Cor. 15. c
in Christo omnes viuificabuntur. Ab eo quod formauit Deus, mutatus est Adã, sed in peius iniquitatis suæ. Ab eo quod operata est iniquitas mutantur fideles, sed in melius per gratiam Dei. Vt mutaremur in peius, nostra iniquitas fuit: vt mutaremur in melius, non nostra iustitia, sed gratia Dei præstat. Quòd ergo in peius mutati sumus, nobis imputemus: quòd in melius commutamur, Deum laudemus. Pro his ergo iste Psalmus, qui commutabuntur. Vnde autem ista commutatio facta est, nisi ex passione Christi? Pascha ipsum, Latinè transitus interpretatur. Non est enim Pascha Græcum nomen, sed Hebræum. Resonat quidem in Greca lingua passionem, quia παχεῖν pati dicitur: sed consultum Hebręum eloquium, aliud indicat. Pascha trãsitum commendat. Quod admonuit etiam Ioannes Euangelista: qui imminente passione cùm veniret Dominus ad cœnam, qua commendauit sacramentum corporis & sanguinis sui, ita loquitur: Cùm autem venisset hora qua
transiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Expressit er- Ioan. 15. c.
go transitum paschę. Sed nisi ipse transisset hinc ad patrem qui propter nos venit, nos transire hinc quomodo possemus, qui non propter aliquid leuandum descendimus, sed cecidimus? ipse autem non cecidit: sed descendit, vt eum qui ceciderat subleuaret. Transitus ergo illius & noster hinc ad patrem, de hoc mundo ad regnum cęlorum, de vita mortali ad vitam æternã, de vita terrena ad vitam cęlestem: de vita corruptibili ad incorruptibilem, de tribulationum conuersatione ad perpętuam securitatem. Ideo pro his qui cõmutabuntur, Psalmi titulus est. Causam igitur commutationis nostrę, id est, ipsam Domini passionem nostrámque in tribulationibus vocem in textu Psalmi aduertamus, cognoscamus, congemiscamus, & audiendo, cognoscendo, congemiscendo mutemur, vt impleatur in nobis titulus Psalmi, Pro his qui commutabuntur.

Enarratio primæ partis.

SALVVM me fac Deus, quoniam introierunt aquę vsque ad animam meam.) Granum illud est cõtemptum modò, quod videtur humiles dare voces. In horto oritur, miraturo mundo oleris magnitudinem, cuius oleris semen cõtemptum est à Iudęis. Reuera enim considerate semen sinapis minutum, fuscum, aspernabile prorsus, vt ibi impleatur quod dictũ est: Vidimus Esaiæ 53. a
eum, & non habebat speciem neque decorem. Aquas autem intrasse vsque ad animam suam dicit: quia potuerunt illæ turbæ, quas aquarum nomine significauit, eousque prævalere vt occiderent Christum. Prævaluerunt ad contemnendum, ad tenendum, ad ligandum, Matth. 26. c
ad insultandum, ad colaphizandum, ad conspuẽdum. & 27. b. c.
Adhuc quousque? Vsque ad mortem. Ergo introierũt aquæ vsque ad animam meam. Hanc quippe vitam dixit animam suam, quousque illi accedere sęuiendo potuerunt. Sed nunquid hoc possent, nisi ab ipso permitterentur? Vnde ergo tanquam aliquid inuitus patiatur sic clamat, nisi quia caput mẽbra sua præfigurat? Passus

est quippe ille, quia voluit, martyres verò etiam si no-
Ioan. 21. d luerunt. Petro nãque ita prædixit passionẽ suam, Cùm
senueris, inquit, alius te præcinget, & feret quò tu non
vis. Quanquam enim Christo inhærere cupiamus, mo-
ri tamen nolumus: & ideo libenter, vel potius patiẽter
patimur, quia alius transitus non datur, per quẽ Chri-
sto cohæreamus. Nam si possemus aliter peruenire ad
Christum, id est, ad vitam æternam, quis vellet mori?
Naturam quippe nostram, id est, cõsortium quoddam
animæ & corporis, & quandam in his duobus familia-
ritatem conglutinationis atque compaginis, exponẽs
2. Cor. 5. a quodã loco Apostolus ait, habere nos domũ non ma-
nufactam, æternam in cælis: id est, immortalitatẽ præ-
paratam nobis, qua induendi sumus in finem cùm re-
Ibidem. surrexerimus à mortuis; & ait: In quo nolumus spolia-
ri, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Si fie-
ri posset, sic vellemus, ait, fieri immortales, vt iam veni-
ret ipsa immortalitas: & modò sicut sumus mutaret B
nos, vt mortale hoc nostrum absorberetur à vita, non
per mortẽ corpus puniretur, vt in fine iterum recipere-
tur. Quãuis ergo à malis ad bona transeamus, tamẽ ip-
se transitus aliquantũ amarus est: & habet sel quod de-
Matt. 27. f derũt Domino in passione Iudæi, habet acre quiddam
tolerandũ, quo ostenduntur qui eum aceto potauerũt.
Præfigurans ergo & trãsformãs in se nosipsos, hoc ait:
Saluum me fac Deus, quoniã introierunt aquæ vsq; ad
animam meã. Potuerũt qui persecuti sunt etiam occi-
dere, sed amplius quod faciant nõ habebunt. Præmisit
enim exhortationẽ ipse Dominus dicẽs: Nolite time-
re eos qui corpus occidunt, & amplius nõ habẽt quid
Matth. 10. c faciant: sed eum timete qui habet potestatẽ & corpus
& animam occidere in gehenna ignis. Maiore timore
minora contemnimus, & maiore æternitatis cupiditã-
te omnia temporalia fastidimus. Nam & hic deliciẽ tẽ-
porales dulces sunt, & tribulationes tẽporales amaræ C
sunt. Sed quis nõ bibat tribulationis tẽporalis poculũ,
metuens ignem gehennarũ? Et quis non contẽnat dul-
cedinem seculi, inhiãs dulcedini vitẽ æternẽ? Hinc er-
go vt liberemur clamemus: ne fortè in pressuris cõsen-
tiamus iniquitati, & verè irreparabiliter sorbeamur.
Saluum me fac Deus, quoniã introierunt aquæ vsque
ad animam meã. Infixus sum in limo profundi, & non
est substantia.) Quid dicit limũ? An ipsos qui persecuti
Genes. 2. b sunt? De limo enim factus est homo. Sed isti cadendo à
iustitia limus profundi facti sunt, quibus persequenti-
bus, & ad iniquitatem trahere cupientibus quisquis nõ
consenserit, de limo suo aurũ facit. Merebitur enim li-
mus ipsius conuerti in habitudinem cælestẽ, & socius
fieri eorum, de quibus dicit titulus Psalmi, pro iis qui
cõmutabuntur. Isti autem cùm limus profundi essent,
hæsi in illis: id est, tenuerunt me, præualuerũt mihi, oc-
ciderunt me. Infixus sum ergo in limo profundi, & nõ
est substantia. Quid est hoc, nõ est substãtia? Nunquid-
nam ipse limus nõ est substantia? An ego inhærẽdo fa- D
ctus sum non esse substãtia? Quid est ergo, infixus sum?
Nunquid nã sic hæsit Christus? An verò hæsit? An nõ,
Iob. 9. d. sicut dictum est in libro Iob, Terra tradita est in manus
impij? An secundum corpus infixus est, quia teneri po-
tuit, & ipsam crucifixionem habebat? Nisi enim clauis
fixus esset, crucifixus non esset. Vnde ergo non est sub-
stantia? An limus ille non est substantia? Intelligamus
ergo, si potuerimus, quid sit, & nõ est substantia, si prius
intellexerimus quid sit substantia. Substantia quippe
dicitur & diuitiarum: secundum quam dicimus, habuit
substantiam, & perdidit substantiam. Sed nũquid hoc
putauimus hic dictum esse, & non est substantia: id est,
non sunt diuitiæ, quasi modò aliquid de diuitiis agere-
tur, aut aliqua quæstio de diuitiis haberetur? An fortè
quia ille ipse limus paupertas erat, & diuitiæ nõ erunt,
nisi quãdo æternitatis participes effecti fuerimus? Tũc A
sunt enim veræ diuitiæ, quando nobis nihil deerit. Po-
test etiam secundum huius verbi intellectũ accipi sen-
sus iste, vt diceretur; Infixus sum in limo profundi, &
non est substãtia: id est, ad paupertatem peruenì. Nam
hic dicit, Pauper & dolẽs ego sum. Dicit & Apostolus:
Quoniã propter vos pauper factus est cùm esset dives, 2. Cor. 8. b
vt illius inopia vos ditaremini. Ergo paupertatẽ suam
volẽs Dominus nobis cõmendare, fortasse dixerit, Nõ
est substantia. Ad summã enim paupertatem peruenit,
quãdo formã serui se induit. Diuitiæ eius quę sunt? Qui
cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse Philip. 2. a
æqualis Deo. Hę magnę incõparabilẽsque diuitię. Vn-
de ergo ista paupertas? Quia semetipsũ exinaniuit for- Ibidem.
mã serui accipiens, in similitudinem hominum factus,
& habitu inuentus vt homo, humiliauit se, factus obe-
diens vsque ad mortẽ; vt diceret: Introierunt aquæ vs-
que ad animam meã. Adde super mortẽ. Quid amplius
additurus es? Ignominiam crucis. Ideo sequitur, Mor-
tem autẽ crucis. Magna paupertas. Sed hinc erunt ma-
gnę diuitię: quia sicut impleta est paupertas eius, ita &
implebuntur diuitię nostrę de paupertate ipsius. Quã-
tas diuitias habet vt de sua paupertate nos diuites face-
ret? Quales nos facturus est de diuitiis suis, quos diuites
fecit de paupertate sua? Infixus sum in limo profundi,
& nõ est substantia. Intelligitur alio modo substantia,
illud quod sumus quicquid sumus. Sed hoc ad intelli-
gendum est aliquanto difficilius, quãquam res vsitatæ
sint. Sed quia inusitatum verbũ est, indiget cõmenda-
tionis & expositionis aliquantulæ: cui tamen si intenti
fueritis, fortassis in ea nõ laborabimus. Dicitur homo,
dicitur pecus, dicitur terra, dicitur cælum, sol, luna, la-
pis, mare, aër: omnia ista substantiæ sunt, eo ipso quo
sunt. Naturę ipsę, substantię dicuntur. Deus est quẽ- C
dam substantia: nam quod nulla substantia est, nihil
omnino est. Substantia ergo aliquid esse est. Vnde etiã
in fide catholica contra venena quorundam hęreticorum
sic ædificamus, vt dicamus patrẽ & filium & spiritum
sanctum vnius substantiæ esse. Quid est, vnius
substantię? Verbi gratia, Si aurum est pater, aurum & fi-
lius, aurum & spiritus sanctus. Quicquid est pater quod
Deus est, hoc est filius, hoc spiritus sanctus. Cùm autẽ
pater est, non illud est quod est. Pater enim non ad se,
sed ad filium dicitur: ad se autem Deus dicitur. Itaque
eò quòd Deus est, hoc ipso substantia est. Et quia eiusdẽ
substantiæ filius, proculdubiò & filius Deus. At
verò quod pater est, quia non substantiæ nomẽ est, sed
refertur ad filium: non sic dicimus filium patrem esse,
quomodo dicimus filium Deum esse. Quæris quid sit
pater? Respondetur, Deus. Quæris quid sit filius? Re-
spondetur, Deus. Quæris quid sit pater & filius? Respõ-
detur, Deus. De solo patre interrogatus, Deum respõ-
de: de solo filio interrogatus, Deum responde: de vtro-
que interrogatus, non deos, sed Deum responde. Non
sicut in hominibus quæris, quid sit pater Abraham, re-
spondetur, homo: substantia eius respondetur. Quæ-
ris quid sit filius eius Isaac, respondetur, homo: eiusdẽ
substantiæ Abraham & Isaac. Quæris quid sit Abra-
ham & Isaac? Non respondetur, homo, sed homi-
nes. Non sic in diuinis. Tanta enim ibi est substãtię so-
cietas, vt ęqualitatem admittat, pluralitatem non ad-
mittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cùm dicis mihi filiũ
hoc esse quod pater est, profectò & filius pater est: re-
sponde, secundum substantiam tibi dixi hoc esse filiũ
quod pater est, non secũdum id quod ad aliud dicitur.
Ad se enim Deus dicitur, ad patrem filius dicitur. Rur-
sũsque pater ad se Deus dicitur, ad filiũ pater dicitur.

Quod

Quod dicitur ad filiũ, pater non est filius. Quod dicitur
filius ad patrẽ, non est pater. Quod dicitur ad se pater, A
& filius ad se: hoc est pater & filius, idem Deus. Quid est
ergo, non est substantia? Secundũ hunc intellectũ sub-
stantiæ, quomodo poterimus intelligere istam Psalmi
sententiã: Infixus sum in limo profundi, & non est sub-
Genes. 1. d. stantia? Deus fecit hominẽ, substantiam fecit: atq; vti-
nã maneret in eo quod Deus fecit. Si maneret homo
in eo quod Deus fecit, in illo infixus esset quem Deus
genuit. Porrò autem quia per iniquitatem homo lapsus
est à substantia in qua factus est (iniquitas quippe ipsa
Genes. 3. b non est substãtia: nõ enĩ iniquitas est natura quàm for-
mauit Deus, sed iniquitas est peruersitas quã fecit ho-
mo) venit filius Dei ad limũ profundi, & infixus est, &
non erat substantia in qua infixus est, quia in iniquitate
illorũ infixus est. Infixus sum in limo profundi, & non
Ioan. 1. a. est substãtia. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
ctũ est nihil. Naturæ oẽs per ipsum factę sunt, iniquitas B
per ipsum facta nõ est, quia iniquitas facta nõ est. Sub-
stantiæ illæ per eũ factæ sunt, quæ laudant eũ. Vniuersa
creatura laudans Deum, à tribus pueris in camino cõ-
memoratur: & à terrenis ad cælestia, vel à cęlestibus ad
terrena hymnus laudantiũ Deum peruenit. Non quo
cuncta ista habeãt sensum laudãdi, sed quiã cuncta be-
ne cogitata laudẽ pariunt, & impletur cor cõsideratio-
ne creaturę ad eructandũ hymnũ creatori. Laudãt om-
nia Deum, sed quę fecit Deus. Nunquid in illo hymno
aduertistis quòd auaritia laudet Deum? Laudat ibi Deũ
& serpens, auaritia non laudat. Omnia quippe repentia
nominata ibi sunt in laudem Dei. Nominata sunt
oĩa repentia: sed nõ sunt ibi nominata aliqua vitia. Vi-
tia enĩ ex nobis, & ex nostra volũtate habemus: & vitia
nõ sunt substantia. In his infixus est Dominus, quando
persecutionẽ passus est: in vitio Iudęorũ, non in substã-
tia hominũ, quæ per illum facta est. Infixus sum, inquit, C
in limo profundi, & non est substantia. Infixus sum: &
non inueni quod feci. Veni in altitudinẽ maris, & tem-
pestas demersit me.) Gratias ipsius misericordiæ qui
venit in altitudinem maris, & glutiri à marino ceto di-
gnatus est: sed euomitus est tertio die. Venit in altitudi-
nẽ maris: in qua altitudine nos depressi eramus, in qua
altitudine nos naufragiũ passi eramus. Venit illuc ipse,
& tẽpestas demersit illũ: quia fluctus ibi passus est ipsos
homines, tẽpestates, voces dicentium, Crucifige, cru-
cifige. Dicẽte Pilato, Non inuenio causam vllã in hoc
homine quare occidendus sit: inualescebant voces di-
Ioan. 19. a. centiũ, Crucifige, crucifige. Augebatur tempestas, do-
nec demergeretur, qui venerat in altitudinẽ maris. Et
passus est Dominus inter manus Iudæorũ, quod nõ est
Mat. 14. d. passus cùm super aquas ambularet: quod nõ solùm ipse
passus nõ erat, sed nec Petrum pati permiserat. Veni in
altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Laboraui
clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.) Hoc vbi? Hoc
quando? Interrogemus Euangeliũ. Passionem quippe D
Domini nostri in hoc Psalmo cognoscimus. Equidem
passum eum nouimus, intrasse aquas vsque ad animam
eius; quia populi prealuerunt vsque ad mortẽ eius, le-
gimus, credimus: tẽpestate illũ demersũ esse, quia præ-
ualuit seditio ad eum occidendum, agnoscimus verum
esse: laborasse eum clamando, & raucas factas esse fau-
ces illius, non solùm non legimus, sed etiam contrà le-
gimus, quia non respondebat eis verbũ, vt impleretur
Esai. 37. quod in alio Psalmo dictũ est, Factus sum quasi homo
non audiens, & nõ habens in ore suo redargutiones. Et
Esaiæ 53. c. quod in Esaia prophetatũ est, Sicut ouis ad immolan-
dum ductus est, & sicut agnus corã tondente se, sic non
aperuit os suũ. Si factus est sicut homo non audiens, &
non habens in ore suo redargutiones, quomodo labo-

rauit clamans, & raucæ factæ sunt fauces eius? An ideo
iã tunc tacebat, quia raucus erat, qui sine causa tantùm
clamauerat? Et illã quidem eius vocẽ de Psalmo quo-
dam in cruce nouimus, Deus meus Deus meus, vt quid Psalm. 21.
me dereliquisti? Sed quanta illa vox fuit, aut quàm diu-
turna, vt in ea raucæ factæ essent fauces eius? Diu cla-
Matt. 23. b mauit: Væ vobis scribæ & Pharisæi, diu clamauit, Væ
Mat. 18. a. mũdo ab scandalis. Et reuera quodãmodo raucus clã-
mabat, & ideo nõ intelligebatur, quãdo dicebãt Iudęi,
Quid est quod dicit? Durus est hic sermo, quis potest
Ioan. 6. g. illã audire? Non scimus quid dicat. Illę omnia † verba
al. vera. dicebat: sed illis raucæ fuerunt fauces eius, qui voces
eius non intelligebant. Laborani clamans, raucæ factæ
sunt fauces meæ. Defecerunt oculi mei ab sperando in
Deum meũ.) Absit vt hoc de persona capitis accipia-
tur. Absit vt defecerint oculi eius ab sperando in Deũ
2 Cor. 5. d. eius, in quo magis Deus erat mundum reconcilians si-
Ioann. 1. b. bi, & qui verbum caro factũ est, & habitauit in nobis:
vt non solùm Deus in illo esset, sed etiã ipse Deus esset.
Non ergo ita, non ipsius capitis nostri oculi defecerũt
ab sperando in Deũ eius: sed defecerunt oculi eius in
corpore eius, id est, in mẽbris eius. Hæc vox membro-
rum est, hæc vox corporis est, non capitis. Quomodo
eam ergo in eius corpore mẽbrisque inuenimus? Quid
aliud dicam? quid aliud cõmemorem? Quando passus
est, quando mortuus est, omnes discipuli desperauerũt
Luc. 23. f quòd ipse esset Christus. A latrone Apostoli victi sunt,
qui tunc credidit, quando illi defecerunt. Vide mẽbra
eius desperantia: attende duos illos quos post resurre-
ctionẽ inuenit in via colloquẽtes secum, quorum vnus
Luc. 24. c. erat Cleophas, quando detinebantur oculi eorũ ne
eũ agnoscerent. Quomodo enim oculis agnoscerent, à
quo mente titubabant? Factum erat aliquid in oculis
corum simile mentis ipsorum. Loquebãtur enim inter
se: & cùm ab eo cõpellarentur vnde loquerẽtur, respõ-
Ibidem. derunt: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nescis
quæ facta sunt? quomodo Iesus Nazarenus potẽs in fa-
ctis & dictis, occisus est à senioribus & principibus sa-
cerdotũ: & nos sperabamus quòd ipse erat redẽpturus
Israël. Sperauerant, & non sperabant. Defecerunt ocu-
li eorũ ab sperando in Deum ipsorum. Ipsos ergo in se
transfigurauit dicendo, Defecerũt oculi mei ab sperã-
do in Deum meũ. Hanc spem reddidit quãdo cicatri-
ces palpandas obtulit: quas cùm tetigisset Thomas, re-
Ioan. 20. g diit ad spem quã perdiderat, & exclamauit: Dominus
meus & Deus meus. Defecerunt oculi tui ab sperando
in Deum tuum. Palpasti cicatrices, & inuenisti Deum
tuũ. Palpasti formã serui, & cognouisti Dominum tuũ.
Cui tamẽ ipse Dominus ait, Quia vidisti, credidisti. Et
Ibidem nos prænuncians voce misericordię suæ, Beati, inquit,
qui non vidẽt & credunt. Defecerũt oculi mei ab sperando in Deum meum. Multipliçati sunt super capillos
capitis mei, qui oderunt me gratis.) Quàm multiplica-
ti? Vt adderent sibi & vnum ex duodecim. Multipliçati
Matt. 26. c. sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.
Matt. 27. d. Capillis capitis sui cõparauit inimicos suos. Meritò ra-
si sunt, quando in loco caluariæ crucifixus est. Accipiãt
membra vocem hanc, discant odio haberi gratis. Iam
enĩ si necesse est Christiane, vt mundus oderit te: quare
non facis vt gratis te oderit, vt in corpore Dñi tui, &
in hoc Psalmo de illo præmisso agnoscas vocem tuã?
Quomodo fiet vt oderit te mundus gratis? Si nihil cui-
quam noceas, & sic odio habearis: hoc est enim gratis,
sine causa. Parum sit tibi sine causa odio haberi, insuper
& pręsta vt retribuant tibi mala pro bonis. Confortati
sunt inimici mei, qui persequuntur me iniustè.) Quod
dixit, multiplicati sunt super capillos capitis mei: hoc
postea, confortati sunt inimici mei: & quod primò, qui

oderunt me gratis: hoc postea, qui persequũtur me iniustè. Quod ergo gratis, hoc est iniustè. Ipsa est vox martyrum, non in pœna, sed in causa. Non persecutionẽ pati, non teneri, non flagellari, non includi, nõ proscribi, non occidi, laus est: sed habẽdo causam bonam, ista pati, hæc laus est. Laus enim est in causæ bonitate, non in pœnę acerbitate. Nã quantacũque fuerint supplicia martyrum, nunquid æquantur suppliciis omniũ latronum, omnium sacrilegorum, omnium sceleratorum? Quid enim? Et hos odit mundus? Odit planè. Excedunt enim mundi medietatem amplitudine malitię, & ab ipsa mundanorum quodammodo hominũ societate alieni sunt, infestantes pacẽ etiam terrenam: & patiuntur multa mala, sed non gratis. Denique vide vocẽ illius latronis cum Domino in cruce pendentis, cùm insultaret ex alia parte vnus duorum latronũ Domino
Luc. 23. f. crucifixo, & diceret, Si filius Dei es, libera te: compescuit illum alter & dixit: Tu non times Deum, vel quia in eadem damnatione positus es? Et nos quidem rectè pro factis nostris. Ecce nõ gratis: sed confessione effudit ex se sanguinem, & factus est aptus cibo Domini. Exclusit iniquitatem suam, accusauit eam, & caruit ea. Ecce ibi duo latrones, & ibi Dominus: & illi crucifixi, & ille crucifixus: & illos odio habuit mundus, sed non gratis: & illum odio habuit, sed gratis. Quæ non rapui tunc exoluebam.) Hoc est gratis. Nõ rapui, & exoluebam: nõ peccaui, & pœnas dabam. Solus enim ipse talis, ipse verè nihil rapuit. Nõ solùm nihil rapuit: sed etiã quod nõ de rapina habebat, hoc se euacuauit vt ad nos
Philip. 2. a veniret. Non enim rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo: & tamen semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Omnino non rapuit. Sed quis rapuit? Adam.
Gen. 3. b. Quis rapuit primò? Ille qui seduxit Adam. Quomodo
Esaiæ. 14. d rapuit diabolus? Ponam sedem meã ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Vsurpauit sibi quod non acceperat. Ecce rapinã. Vsurpauit sibi diabolus, quod non acceperat: perdidit quod acceperat: & de ipso calice su-
Gen. 3. b. perbiæ suæ, ei quẽ decipere volebat propinauit: Gustate, inquit, & eritis sicut dij. Rapere voluerunt diuinitatẽ, perdiderunt felicitatẽ: ille ergo rapuit, & ideo exoluit. Ego autem, inquit, quæ non rapui, tunc exoluebã. Ipse Dominus propinquans passioni, in Euangelio sic
Ioan. 14. d. loquitur: Ecce venit princeps huius mundi, id est, diabolus, & in me nihil inueniet: id est, quare me occidat non inueniet. Sed vt sciant omnes, quia voluntatẽ patris mei facio, surgite eamus. Et iit ad passionem soluere quod nõ rapuit. Quid est enim, in me nihil inueniet? Nullam culpam. An aliquid perdidit de domo sua diabolus iste? discutiat, raptoris nihil apud me inueniet. Et tamen nihil rapuisse se dicit, peccatum attendens, nihil
al. esset. vsurpasse quod eius non † erat. Hoc est enĩ rapinæ, hoc iniquitatis: nam ab ipso diabolo extorsit quos ipse ra-
Matth. 12. c puerat. Nemo, inquit, in domum fortis intrat, & vasa eius diripit, nisi prius alligauerit fortem. Alligauit fortem, & vasa eius diripuit: certè non rapuit? Sed respondet tibi: Vasa ista de domo mea magna perierant; non furtum feci, sed furtum recepi. Deus tu scis imprudentiam meam.) Iterum ex ore corporis. Nam quę imprudentia in Christo? Nónne ipse est Dei virtus & Dei sapientia? An illam dicit imprudentiam suam, de qua di-
1. Cor. 1. d. cit Apostolus, Stultum Dei sapientius est hominibus? Imprudentiam meam, hoc ipsum quod in me irriserũt qui sibi videntur esse sapientes. Tu scisti quare fieret, tu scisti imprudentiam meam. Quid enim tam simile imprudentiæ, quàm cùm haberet in potestate, vna voce suos persecutores prosternere, pateretur se teneri, flagellari, conspui, colaphizari, spinis coronari, ligno affi-
Mat. 26. e. f & 27. b. d. gi? Imprudentiæ simile est, stultum videtur: sed stultum hoc superat omnes sapientes. Stultum quidem est: sed & granum quando cadit in terram, si nemo sciat consuetudinem agricolarum, stultum videtur: Labore magno metitur, portatur ad aream, trituratur, ventilatur, post tanta pericula cæli & tempestates & labores rusticanorum, curámque dominorum mittitur in horreum frumentum purgatum. Venit hyems, & quod purgatum erat, profertur & proiicitur: imprudentiæ
Rom 8. f videtur: sed vt non sit imprudentia, spes facit. Non ergo ille pepercit sibi: quia & pater illi non pepercit, sed
Galat. 2. d. pro nobis omnibus tradidit illum. Et de ipso, Qui di-
Ioan. 11. d. lexit me, inquit Apostolus, & tradidit seipsum pro me: quia granum nisi ceciderit in terram vt moriatur, fructum, inquit, non reddet. Hæc est imprudentia, sed tu nosti illam. Isti autem si cognouissent, nunquam
1. Cor. 2. b. Dominum gloriæ crucifixissent. Deus tu scis imprudentiam meam: Et delicta mea à te non sunt abscondita.) Hoc planè, lucidè & apertè: quia ex ore corporis intelligendum est. Delicta nulla Christus habuit, fuit delictorum susceptor, sed non commissor. Et delicta mea à te non sunt abscondita: id est, confessus sum tibi omnia delicta mea, & ante os meum vidisti ea in cogitatione mea, vidisti vulnera quæ sanares. Sed vbi? Vtique in corpore, in membris: in illis fidelibus vnde illi hærebat iam membrum illud quod confitebatur peccata sua. Et delicta, inquit, mea à te non sunt abscondita. Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum. Rursus vox capitis, non erubescant in me: non dicatur illis, Vbi est de quo præsumebatis? non dicatur illis, Vbi est qui
Ioan. 14. d vobis dicebat, Creditis in Deum, & in me credite? Non erubescant in me, qui expectant te Domine, Domine virtutum. Non confundantur super me, qui quærunt te Deus Israël.) Potest hoc & de corpore intelligi, sed si corpus eius non vnum hominem ponas: quia reuera non est vnus homo corpus eius, sed exiguum membrum, corpus autem ex membris constat. Corpus ergo eius plenum, tota Ecclesia. Meritò ergo dicit Ecclesia, Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum. Non sic affligar ab insurgentibus persecutoribus, non sic obterar ab inuidentibus inimicis meis, ab oblatrantibus hæreticis qui à me exierunt, quia non erant ex me. Nam si fuissent ex me, mecum forsitan permansissent. Non sic eorum scandalis premar, vt erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum. Non confundantur super me, qui quærunt te Deus Israël. Quoniam propter te sustinui exprobrationem, operuit irreuerentia faciem meam.) Nihil magnum est quod dicitur, sustinui: sed quod dicitur, propter te sustinui. Si enim sustines quia peccasti: propter te sustines,
1. Pet. 2. d non propter Deum. Quæ enim vobis gloria est, ait Petrus, si peccantes punimini, & suffertis? Si autem sustines quia mandatum Dei seruasti, verè propter Deum sustines: & merces tua manet in æternum, quia propter Deum sustinuisti opprobria. Ideo enim prior ille sustinuit, vt nos sustinere disceremus. Et si ille, qui non habebat quod illi obiiciebatur: quanto magis nos, qui etsi non habemus peccatum quod nobis obiicit inimicus, habemus tamen alterum quod dignè in nobis flagelletur? Nescio quis te furem dicit, & non es fur. Audis opprobrium: non tamen sic non es fur, vt nõ sis aliquid quod Deo displicet. Porrò si ille qui omnino nihil rapuerat, qui verissimè dixerat, Ecce venit prin-
Ioan. 14 ceps mundi huius, & in me nihil inueniet, dictus est
Ioan. 9. Matth. 10. c. peccator, dictus est iniquus, dictus est Beelzebub, dictus est insanus: tu dedignaris serue audire pro meritis tuis, quod Dominus audiuit nullis meritis suis?

Ille

Ille venit vt tibi præberet exemplum. Quasi gratis hoc fecerit, si tu non proficis. Quare enim ille audiuit, nisi A vt tu cùm audires non deficeres? Ecce tu audis & deficis. Frustra ergo ille audiuit: non enim propter se, sed propter te audiuit. Quoniã propter te sustinui exprobrationem, operuit irreuerentia faciem meam. Irreuerentia, inquit, operuit faciem meam. Irreuerentia quid est? Non confundi. Denique quasi vitium videtur, cùm dicitur, irreuerens homo est. Magna irreuerẽtia hominis, non illum erubescere. Ergo irreuerentia quasi impudentia est. Oportet vt habeat Christianus irreuerentiam istam, quandò venerit inter homines quibus displicet Christus. Si erubuerit de Christo, delebitur de libro viuentium. Opus est ergo vt habeas irreuerentiã quando tibi de Christo insultatur: quando dicitur cultor crucifixi, adorator malè mortui, venerator occisi. Hęc si erubueris, mortuus es. Sententiam quippe ipsius
Matt. 10. d. vide qui neminẽ fallit. Qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eũ coram angelis, Dei. Obserua igitur tu, sit in te irreuerentia. Frontosus esto, quan- B do audis opprobrium de Christo: prorsus esto frontosus. Quid times fronti tuę, quã signo crucis Christi armasti? Hoc est enim, propter te sustinui exprobrationẽ. Et quia non de te erubui, quãdo mihi propter te insultabatur, operuit irreuerentia faciem meam. Alienatus factus sũ à fratribus meis, & hospes filiis matris meæ.) Filiis synagogæ hospes factus est. In patria quidẽ ipsius
Luc. 4. d. dicebatur: Nónne nos scimus eum esse filium Marię &
Ioan. 9. f Ioseph? Et vnde alio loco: Hunc autem nescimus vnde sit? Factus sum ergo hospes filiis matris meæ. Non scierũt vnde sim, de quibus erat caro mea. Nónne sciebãt de femore Abrahã natum, vnde caro mea occulta erat, quando sub ipso femore manum seruus ponens iurauit per Deum cæli? Hospes, inquit, factus sum filiis matris meæ. Quare hoc? Quare non agnouerunt? Quare alienum dixerunt? Quare ausi sunt dicere, nescimus vnde sit? Quoniam zelus domus tuæ comedit me.) Id est, quia persecutus sum in illis iniquitates ipsorum, quia C non patienter tuli quos sic corripui, quia quæsiui gloriam tuam in domo tua, quia flagellaui in templo malè
Ioan. 2 c versantes: vbi etiam positum est, Zelus domus tuæ comedit me. Hinc alienus, hinc hospes, hinc nescimus vnde sit. Agnoscerent vnde sim, si agnoscerent quod mandasti. Si enim inuenirem illos seruantes mandata tua, zelus domus tuæ nõ comederet me. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.) Hoc testimonio vsus est & Paulus apostolus: lecta est ipsa modò
Rom. 15. a. lectio, & ait: Quæcunque autẽ scripta sunt, vt nos doceremur, scripta sunt, vt per consolationẽ Scripturarũ spem habeamus. Dixit ergo Christi fuisse istam vocẽ, Opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. Quare tibi? Nũquid patri exprobratur, & nõ ipsi Christo? Quare opprobria exprobrantium tibi ceciderunt
Ioan. 14. o super me? Quia qui me cognouit, cognouit & patrem: D quia nemo exprobrauit Christo, nisi Deo exprobrans.
Ioan. 5. d Quia nemo honorat patrem, nisi qui honorat & filiũ. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, quia me inuenerunt. Et cooperui in ieiunio animam meam, & factum est mihi in opprobrium.) Ieiunium Christi spiritaliter iam in alio Psalmo commendauimus charitati vestræ. Ieiunium ipsius erat, quando defecerunt omnes qui in eum crediderant, quia & esuries ipsius erat, vt in eum crederetur: quia & sitis ipsius
Ioan. 4. a. erat, quando dixit mulieri, Sitio, da mihi bibere: fidem quippe ipsius sitiebat. Et de cruce cùm diceret,
Ioan. 19. f Sitio: fidem illorum quærebat, pro quibus dixerat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed illi
Luc. 23. f homines quid propinarunt sitienti? Acetum. Acetum enim vinum vetus dicitur. Meritò de veteri homine propinarunt, quia noui esse noluerunt. Quare noui esse noluerunt? Quia ad titulum Psalmi huius vbi scriptum est, Pro iis qui commutabuntur, non pertinuerunt. Ergo operui in ieiunio animam meam. Denique respuit etiam fel quod illi obtulerunt. Ieiunare elegit, quàm amaritudinem accipere. Non enim intrant in corpus eius amaricantes, de quibus alio loco Psalmus
Psal. 69. dicit: Qui amarieant, non exaltentur in semetipsis. Ergo operui in ieiunio animam meam, & factum est mihi in opprobrium. Hoc ipsum mihi in opprobrium factum est, quia non illis consensi, hoc est, ab illis ieiunaui. Qui enim non consentit malè suadentibus, ieiunat ab ipsis: & per hoc ieiunium meretur opprobrium, vt ideo illi insultetur, quia non consentit ad malum. Et posui vestimentum meum saccum.) Iã & de sacco
Psal. 34. aliquid diximus: vnde illud est, Ego autem cùm mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Posui vestimentum meum saccum: id est, oppositi illis in quam sæuirent carnẽ meã, occultaui diuinitatem meam. Saccum, quia mortalis caro erat, vt de peccato condemnaret peccatũ in carne. Et posui vestimentum meum saccum. Et factus
Rom. 8. a sum illis in parabolam.) Id est, in irrisionem. Parabola autẽ dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quãdo de illo malè dicitur. Sic ille, verbi gratia, pereat, quomodo ille, parabola est: id est, cõparatio & similitudo maledicti. Factus ergo sum illis in parabolã. Aduersus me insultabant, qui sedebant, in porta.) In porta, nihil aliud quàm in publico. Et in me psallebant, qui bibebant vinum.) Putatis hoc fratres, Christo tantummodo contigisse? Quotidie illi in membris eius cõtingit, quando fortè necesse erit seruo Dei prohibere ebrietates, & luxurias in aliquo vel fundo vel opido, vbi non auditũ fuerit verbum Dei: parum est quia cantant, insuper & in ipsum incipiunt cantare, à quo prohibẽtur cantare. Cõparate nunc illius ieiunium, & illorum vinũ. Et in me psallebant, qui bibebant vinum: vinum erroris, vinum impietatis, vinum superbiæ. Ego autem oratio mea ad te Domine.) Ego autem ad te eram. Sed quomodo? Ad te orando. Quãdo enim malediceris, & quid agas nõ habes, quando tibi iactantur opprobria, & quomodo corrigas eum à quo iactantur nõ inuenis: nihil tibi restat nisi orare. Sed memẽto & pro ipso orare. Ego autẽ oratio mea ad te Domine. Tẽpus beneplaciti Deus.) Ecce enim sepelitur granum, exurget fru- 2. Cor. 6. a
ctus. Tempus beneplaciti Deus. De hoc tempore & Prophetæ dixerũt, quod cõmemorat Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus beneplaciti Deo. In multitudine misericordiæ tuę.) Hoc est tempus beneplaciti in multitudine misericordiæ tuæ. Nam si non esset multitudo misericordiæ tuę, quid nos faceremus de multitudine iniquitatis nostrę? In multitudine misericordię tuę. Exaudi me in veritate salutis tuæ.) Quia dixit misericordiam, subiunxit & veritatem: quia misericordia, & veritas vniuersæ viæ Domini. Quare misericordia? Dimittendo peccata. Quare veritas? Reddendo promissa. Exaudi me in veritate salutis tuæ. Saluum me fac de luto, vt non inhæreã.) De illo de quo suprà dixerat, Infixus sum in limo profundi, & nõ est substantia. Proinde quia illud expositũ bene accepistis, quid hic audiatis, expressius nõ est. Hinc se dicit liberandum, vbi se antè dixit infixũ. Saluum me fac de luto, vt non inhæream. Exponit hoc ipse. Eruat ex iis qui oderunt me.) Ipsi sunt ergo lutum vbi hæseram. Sed hoc fortè suggeritur. Paulo ante dixerat. Infixus sum, modò dicit, Saluum me fac de luto, vt non inhæream: cùm secundum sententiam prio-

rem deberet dicere, Saluum me fac de luto vbi hæserã
eruendo me, non agendo vt non inhæream. Ergo hæ- A
serat carne, sed non hæserat spiritu. Dicit hoc ex infir-
mitate membrorum suorum. Quando fortè caperis ab
eo, qui te premit ad iniquitatem, tenetur quidem cor-
pus tuum, secundum corpus infixus es in limo profun-
di: sed quandiu non consentis, non hæsisti: si autẽ con-
sentis, hęsisti. Oratio ergo tua ibi sit, vt quomodo iam
tenetur corpus tuum, non teneatur & anima tua, sis li-
ber in vinculis. Eruar ex his qui oderunt me, Et de pro-
fundo aquarum. Non me demergat tempestas aquę.)
Sed iam demersus erat. Veni in altitudinem maris, tu
dixisti, & tempestas demersit me, tu dixisti. Demersit
secundum carnem, non demergat secundum spiritum.
Matth.10.c Quibus dictum est, Si vos persecuti fuerint in vna ciui-
tate, fugite in aliam: hoc eis dictum est, vt nec carne hę-
rerent, nec spiritu. Non enim appetendum est, vt hæ-
reamus vel carne, sed quantum possumus vitare debe-
mus. Si verò hæserimus, & in manus peccatorũ vene- B
rimus, iã corpore hæsimus, fixi sumus in limo profun-
di: restat pro anima deprecari, vt nõ inhęreamus, id est,
non consentiamus. Non nos demergat tẽpestas aquæ,
vt eamus in profũdum limi. Neque absorbeat me pro-
fundũ, neq; coarẽtet super me puteus os suum.) Quid
est hoc, fratres? Quid deprecatus est? Magnus est pute°,
profunditas iniquitatis humanæ. Illuc quisque si ceci-
derit, in altum cadet. Sed tamen ibi positus, si cõfitetur
peccata sua Deo suo, non super eum claudit puteus os
Psalm. 12.9 suum: vt est in alio quodam Psalmo scriptum: De pro-
fundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem
meam. Si autem factum fuerit in illo, quod in alia sen-
Prou. 18. a. tẽtia Scriptura dicit: Peccator cùm venerit in profun-
dum malorum, cõtemnet: clausit super eum puteus os
suum. Quare clausit os suum? Quia clausit os illius. Per-
didit enim confessionem: verè mortuus est, impletũq;
est in eo q̃ alibi dicitur: A mortuo, velut qui nõ sit, pe-
Eccl.17.d rit confessio. Metuenda ista res est vehementer, fratres. C
Si videris hominem fecisse iniquitatẽ, mersus est in pu-
teum. Quãdo autem illi dixeris iniquitatẽ ipsius, & di-
xerit, Verè peccaui, fateor: non super eum clausit pute-
us os suum. Cùm autẽ videris eum dicere, Quid enim
mali feci? factus est defensor peccati sui: clausit super
cum puteus os suum, quà eruatur non habet. Amissa
confessione, non erit locus misericordiæ. Tu factus es
peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator? Vt
ergo sit ille liberator, tu esto accusator.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

POSTERIOR pars Psalmi, de quo hesterno die locu-
ti sumus charitati vestræ, hodie nobis explicãda re-
mãserat. Et video esse tẽpus reddendi debiti, si tamen
eius prolixitas non nos etiam hodie debitores reliqueri-
t. Itaque hoc præloquor, & peto ne diuturnũ sermo- D
nem in his quæ manifesta sũt expectetis. Ita enim pos-
sumus in obscurioribus necessitate immorari; & for-
tasse supplere quod debemus: vt aliis dieb° alia debea-
mus, aliáque reddamus. Videamus ergo quæ sequũtur.
Posteaquam dixit: Neque coarctet super me puteus os
suum: quod hesterno die commendauimus charitati
vestræ, vt omni animi intẽtione, & fide pietatis caueamus, ne hoc maledictum superueniat nobis. Tũc enim
coarctat puteus super hominem os suum, id est, profũ-
ditas iniquitatis, quando non solùm mersus in peccatis
iacet, sed etiam perdit aditum confessionis. Quando
autem dicit homo, Peccator sum, radiatur aliquo lu-
mine etiam profunditas putei. Sequitur ergo inter
passiones exclamãs Dominus noster Iesus Christus,
caput & corpus, sicut commendauimus, vt quibusdã
locis capitis verba cognoscatis: quæ autẽ dicta fuerint
ita vt capiti conuenire non possint, ad corpus referatis.
Sic enim loquitur Christus tanquam vnus: quia & verè Ephes.5.g.
vnus, de quo dictum est, Erunt duo in carne vna. Si e- Genes.2.d.
nim in carne vna, quid miraris, quia & in voce vna? Se-
quitur ergo, Exaudi me Domine quoniam suauis est
misericordia tua.) Hanc causam asseruit quare debeat
exaudiri, quia suauis est misericordia Dei. Nónne ma-
gis hoc erat consequẽs vt diceret, Exaudi me Domine,
vt suauis mihi sit misericordia tua? Quare ergo, Exau-
di me Domine, quoniam suauis est misericordia tua?
Suauitatem misericordiæ Domini de tribulatione sua,
commendauit aliis quodammodo verbis, cùm dixit,
Exaudi me Domine, quoniã tribulor. Reuera enim qui
dicit, Exaudi me, quoniam tribulor Domine: causam
dicit quare se exaudiri roget: sed homini in tribulatio-
ne posito, necesse est vt suauis sit misericordia Dei. De
hac suauitate misericordiæ Dei videte quid alio loco B
Scriptura dicat: Sicut pluuia in siccitate, ita speciosa est Eccles.35.d
misericordia Dei in tribulatione. Quod ibi ait, specio-
sa: hoc ait hic, suauis. Nec panis dulcis esset, nisi fames
præcederet. Ergo & quãdo Dominus permittit aut fa-
cit vt in tribulatione aliqua simus, etiã tunc misericors
est: non enim alimentum subtrahit, sed desideriũ mo-
uet. Itaque quod ait modò, Exaudi me Domine quo-
niam suauis est misericordia tua: tantundem valet ac si
dixisset, Iam noli differre exauditionẽ, in tanta tribu-
latione sum, vt suauis mihi sit misericordia tua. Ad hoc
ergo subuenire differebas, vt mihi dulce esset quod
subueniebas. Iam ergo vltrà nõ est quod differas: pe-
uenit tribulatio mea ad mensurã certã calamitatis, ve-
niat misericordia tua ad faciẽdũ opus bonitatis. Exau-
di me Domine, quoniam suauis est misericordia tua:
Secundum multitudinem miserationum tuarũ respi-
ce in me.) Non secundum multitudinem peccatorum
meorũ. Ne auertas faciem tuam à puero tuo.) Et hæc
humilitatis cõmendatio est. A puero tuo, id est, à paru-
o: quià iam carui superbia per disciplinam tribulatio-
nis. Ne auertas faciem tuã à puero tuo Hæc est illa spe-
ciosa misericordia Dei, quam suprà dixit. Nam sequẽti
versu exponit quod dixit: Quoniã tribulor, velociter
exaudi me.) Quid est velociter? Iam non est quod diffe-
ras. Tribulor, præcessit afflictio mea, sequatur miseri-
cordia tua. Intẽde animæ meæ, & redime eã.) Nõ indi-
get expositione. Videam° ergo quid sequitur. Propter
inimicos meos erue me.) Hæc planè mirãda petitio est,
nec breuiter perstringẽda, nec cursim trãsiliẽda, pror-
sus mirãda: Propter inimicos meos erue me. Quid est,
propter inimicos meos erue me? Vt confundantur, vt
crucientur liberatione mea. Quid ergo? Si non essent
illi qui liberatione mea essent cruciãdi, mihi subuenirì
non debuit? & tunc tibi acceptabilis est liberatio, cùm
fuerit alterius dãnatio? Ecce non sunt inimici, qui vel
confundantur vel torqueantur de liberatione tua. Sic
remanebis, nõ liberaberis. An ad hoc vt valeat inimi-
cis tuis, quo possint & ipsi tua liberatione cõuerti? Sed
& hoc mirũ est, si habeat aliquã petitionis causã. Nun-
quid enim ad hoc liberatur seruus Dei à Domino Deo
suo, vt alij proficiant? Quid si deessent qui proficerent,
ille seruus Dei non erat liberãdus? Quocũque ergo me
conuertam, siue ad punitionem, siue ad liberationem
inimicorum, non video causam petitionis huius, pro-
pter inimicos meos erue me, nisi aliud quid intelligamus. Quod cùm dixero adiuuante Domino, iudicabit
in vobis, qui habitat in vobis. Est quædam liberatio
sanctorũ occulta: & propter ipsos fit quòd Deus san-
ctos suos, quosdam occultè, quosdam verò liberat
publicè.

2 Mach.7.a publicè. Occultè, sicut Machabæos: publicè, sicut tres
Dan. 3.c pueros de camino ignis educens. Est quædã publica & A
manifesta: & propter inimicos eorum fit, siue puniẽdos
siue liberandos. Nam vtique Deus de ignibus persecu-
toris non liberauit fratres Machabæos, quibus Antio-
chus sæuiens etiam matrem adhibuit, cuius blanditiis
ad amorem vitæ conuerterentur: & amando viuerent
hominibus, Deo morerentur. At illa mater, iam non
Euæ, sed matri Ecclesiæ similis, quos cum dolore pepe-
rerat vt viuos agnosceret, cũ gaudio vidit morientes, &
ad hoc hortata est, vt eligerẽt potius mori pro paternis
legibus Domini Dei sui, quàm viuere contra eas. Quid
hic credituri sumus fratres, nisi quia liberati sunt? Sed
occulta fuit illorũ liberatio. Denique ipse Antiochus à
quo occisi sunt, visus est sibi aliquid fecisse, quod eius
crudelitas dictabat, vel potius incitabat. At verò tres
pueri de camino ignis apertè liberati sunt: quia & cor-
pus eorum erutum est, salus eorum publica fuit. Illi er-
go sunt in occulto coronati, isti in aperto liberati: om- B
nes tamen saluati. Quis autem fructus liberationis triũ
puerorum? Quare eorum corona dilata est? Ipse Nabu-
chodonosor conuersus est ad Deum ipsorum, eúmque
prædicauit: quia eruit seruos suos, quem contempserat,
cùm eos miserat in caminũ. Est ergo liberatio occulta,
est liberatio manifesta. Liberatio occulta ad animam,
liberatio manifesta etiam ad corpus pertinet. In occul-
to enim anima liberatur, in manifesto corpus. Porrò si
ita est, in hoc Psalmo vocem Domini agnoscamus. Ad
occultam liberationem pertinet quod suprà dixit, In-
Marc. 16.d tende animæ meæ, & redime eam. Restat corporis libe-
Act.1.b ratio: quia eo resurgente, & in cælos ascendente, &
& 2.c spiritum sanctum desuper mittente, conuersi sunt ad eius
fidem qui in eius morte sæuierunt, & ex inimicis amici
facti sunt per illius gratiam, non per iustitiã suam. Ideo
secutus est, Propter inimicos meos erue me. Intende a-
nimæ meæ, sed hoc in occulto: Propter inimicos autẽ
meos, erue me & corpus meum. Nihil enim inimicis C
meis proderit, si solãanimã liberaueris: aliquid se egisse,
aliquid se impleuisse crediturì sunt. Quæ vtilitas in san-
Psal. 29. guine meo, dum descendo in corruptionem? Ergo in-
tende animæ meæ, & redime eam, quod tu solus scis.
Deinde propter inimicos meos erue me, vt caro mea
non videat corruptionẽ. Tu enim agnoscis opprobriũ
meũ, & confusionem meam, & verecundiam meam.)
Quid est opprobrium meum? Quid est confusio? Quid
est verecũdia? Opprobrium est, quod obiicit inimicus.
Confusio est, quæ mordet conscientiam. Verecundia
est, quæ facit ingenuam frontem, etiam de falsi criminis
obiectione erubescere. Erubescere quidem non est cri-
men: aut si crimen est, non est illius cui obiicitur, sed
eius qui obiicit. Sed tamen infirmitas humani animi
plerumque verecundatur etiam cùm falsum obiicitur:
non quia obiectũ est, sed quia creditũ. Omnia hæc sunt
in corpore Domini. Nã cõfusio in illo nõ poterat esse, D
in quo culpa non inueniebatur. Obiiciebatur crimen
Christianis, hoc ipsũ quòd Christiani essent. Illa quidẽ
gloria erat. Fortes libenter accipiebant, & sic accipie-
bant, vt omnino in nomine Domini sui non erubescerent. Operuerat enim irreuerentia faciem ipsorum, ha-
bentium frontem Pauli dicentis: Non enim erubesco
Rom. 1.b de euangelio. Virtus enim Dei est in salutem omni cre-
denti. O Paule, nónne tu es adorator crucifixi? Parum
est, inquit, inde mihi non erubescere: imò hinc solùm
glorior, vnde me putat inimicus erubescere. Mihi au-
tem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Chri-
Galat.6.d sti, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mun-
do. Huic ergo tali fronti opprobrium solum poterat o-
biici. Nam nec confusio poterat esse in conscientia iam
sanata, nec verecundia in fronte tam libera. Sed cùm
obiiceretur quibusdam quòd Christum interfecerint,
meritò cõpuncti sunt mala conscientia, & salubriter
confusi atque conuersi: vt possent dicere, Tu cognoui-
sti confusionẽ meam. Tu ergo Domine nosti, non solũ Psal.18.
opprobrium meum, sed & confusionem meam in qui-
busdam, & verecundiam in quibusdam. Qui quamuis
in me credant, publicè me tamẽ coram impiis confite- Matth.10.d
ri erubescunt: plus apud se valente lingua humana, quã
promissione diuina. Videte ergo eos. Et commendan-
tur ergo tales Deo: non vt sic relinquat, sed vt eos ad-
iuuando perficiat. Dixit enim & quidam credens & ti- Marc.9.d
tubans: Credo Domine, adiuua incredulitatem meã. In
conspectu tuo sunt omnes tribulantes me.) Quare mihi
sit opprobrium tu nosti: quare confusio, tu nosti: quare
verecundia, tu nosti. Ergo erue me propter inimicos
meos, quia tu nosti ista mea, illi nõ nouerũt: ac per hoc,
quia ipsi in conspectu tuo sunt, ista nescientes non po-
tuerunt vel confundi vel corrigi, nisi manifestè me e-
rueris propter inimicos meos. Opprobriũ expectauit
cor meum & miseriã.) Quid est, expectauit? Futura ista
præuidit, futura ista prædixit. Non enim venit ad aliud.
Si mori nollet, nec nasci vellet: causa resurrectionis vtrũ
que fecit. Duo enim quædam nobis in genere humano
nota erant, vnũ autẽ incognitũ. Nasci quippe homines
& mori, sciebamus: resurgere & in æternũ viuere, ne-
sciebamus. Vt ostẽderet nobis quod nõ noueramus, su-
scepit duo quę noueramus. Ad hoc ergo venit. Oppro-
briũ expectauit cor meũ & miseriã. Sed miseriã cuius?
Expectauit enim miseriã, sed magis crucifigẽtiũ, magis
persequẽtiũ: vt in illis esset miseria, in illo misericordia.
Miseriam quippe illorũ miserans etiã pendens in cruce, Luc. 23.f.
Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Op-
probriũ expectauit cor meũ & miseriã. Et sustinui qui
simul cõtristaretur, & nõ fuit.) Quid ergo profuit, quia
expectaui: hoc est, quid profuit, quia prędixi? Quid pro-
fuit, quia dixi ideo me venisse? Ventũ est vt impleretur
quod dixi, sustinui qui simul cõtristaretur, & nõ fuit: Et
cõsolantes, & nõ inueni: Hoc est, non fuit. Quod enim
superiori versu dixit, Sustinui qui simul cõstristaretur.
hoc sequẽti versu, Et cõsolantes. Quod autẽ superiore
versu, Et nõ fuit: hoc sequẽti versu, Et nõ inueni. Ergo
nõ altera subiecta, sed superior repetita sentẽtia est. quã
sententiã si retractemus, quæstio nõnulla poterit obo-
riri. Nũquid enim discipuli eius nõ sunt cõtristati, quã-
do ductus est ad passionẽ, quãdo ligno suspẽsus, quãdo
mortuus? Vsque adeò cõtristati sunt, vt illa Maria Mag-
dalena, quę primò eũ vidit, gaudẽs lugẽtibus nunciaret Ioan.20.e
quid viderit. Euãgeliũ ista loquitur: nõ nostra pręsũptio, Marc.16.c
nõ nostra suspicio est. Cõstat doluisse, cõstat luxisse di-
scipulos. Extraneę mulieres flebãt, quando ad passionẽ
ducebatur: ad quas conuersus ait, Flete, sed vos: nolite Luc.23.e.
flere me. Quomodo ergo sustinuit qui simul cõtristare-
tur, & nõ fuit? Attẽdamus, & inueniemus tristes, & lu-
gẽtes, & plãgentes. Vnde nobis mira videtur ista sentẽ-
tia, Sustinui qui simul cõtristaretur, & nõ fuit: & cõsolãtes, & non inueni. Intendamus diligẽtius, & videbimus
eum sustinuisse qui simul contristaretur, & non fuisse.
Contristabantur enim illi carnaliter de vita mortali,
quæ mutanda fuerat morte, & reparãda resurrectione.
Hinc erat illa tristitia. De illis enim esse debuit, qui cæ-
ci medicum occiderunt, qui tanquã perniciosè febriẽ-
tes phrenetici, faciebãt iniuriam ei à quo illis fuerat
salus allata. Ille volebat curare, illi sæuire. Hinc tristi-
tia medico. Quære vtrũ inuenerit huius tristitiæ comi-
tẽ. Non enim ait, sustinui qui contristaretur, & nõ fuit,
sed, qui simul cõtristaretur: id est, ex ea re qua ego cõtri-
stabar, & nõ inueni. Petrus certè inde plurimũ amauit,

& in fluctus calcandos ſe ſine dubitatione proiecit, &
Matth.14.d ad vocẽ Domini liberatus eſt: & cum ductũ ad paſſio-
nẽ, amoris audacia conſecutus, tamen turbatus, ter ne-
gauit. Vnde, niſi quia malũ illi videbatur mori? Id enim
deuitabat quod malum putabat. Hoc ergo & in Domi-
no dolebat, quod ipſe deuitabat. Propterea & ante di-
xerat: Abſit à te Domine, propitius tibi eſto Domine, ne
Mat.16.d fiat iſtud: quando meruit audire ſatanas, poſtea quàm
audierat: Beatus es Simõ Bar Iona. Ergo in triſtitia quã
Luc.23.f habebat Dominus de illis pro quibus orauit, Pater, i-
gnoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: nullũ comitem
inuenit. Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & nõ fuit.
Prorſus non fuit: & conſolantes, & non inueni. Qui ſũt
conſolantes? Proficientes. Ipſi enim nos cõſolãtur, ipſi
ſunt ſolatio omnibus prædicatoribus veritatis. Et de-
derunt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerunt me a-
ceto. Factum eſt quidem ad literam, & euãgelium hoc
nobis indicat. Sed intelligendum eſt fratres, hoc ipſum
quod nõ inueni cõſolantes, hoc ipſum quod nõ inueni (B)
qui ſimul cõtriſtaretur, hoc fuit fel meum, hoc mihi a-
marum, hoc acetũ fuit. Amarum propter mærorem, a-
Matt.27.d cetũ propter eorum vetuſtatẽ. Nãque legimus illi qui-
dem oblatum fel, ſicut euangeliũ loquitur: ſed in potũ,
non in eſcam. Veruntamen ſic accipiendũ & impletũ,
quod hic fuerat antè prædictũ, dederũt in eſcam meam
fel: & in iſto ipſo facto, non ſolùm in hoc dicto myſte-
riũ requirere debemus, ſecreta pulſare, velũ templi cõ-
ſciſſum intrare, videre ibi ſacramentũ, vel quod ita di-
ctum eſt, vel quod ita factũ eſt. Dederũt, inquit, in eſcã
meam fel. Nõ ipſum quod dederunt eſca erat: potus e-
Ibidem. nim erat, ſed in eſcam dederũt, quia iam Dominus eſcã
Luc.22.b. acceperat, & in ipſam iniectum eſt fel. Acceperat autẽ
ipſe eſcam ſuauem, quando paſcha mãducauit cum di-
ſcipulis ſuis: ibi ſacramẽtũ ſui corporis demõſtrauit. In
hanc eſcam tam ſuauem, tam dulcem vnitatis Chriſti,
1.Cor.10.e quam commendauit Apoſtolus, dicens: Quia vnus pa-
nis vnum corpus multi ſumus. In hanc eſcam ſuauem (C)
quis eſt qui dat fel, niſi contradictores Euangelij, tan-
quam illi perſecutores Chriſti? Minus enim peccauerũt
Iudæi crucifigẽtes in terra ambulantẽ, quàm qui con-
temnunt in cælo ſedentẽ. Quod ergo fecerũt Iudæi, vt
in eſcam quam iam acceperat darẽt bibendũ amarum
illum potum, hoc faciunt qui malè viuendo ſcandalũ
Pſalm.65. inferunt eccleſiæ. Hoc faciunt hæretici amaricantes,
ſed non exaltentur in ſemetipſis. Dant fel ſuper tam io-
cundũ cibum. Sed quid facit Dominus? Non admittit
Matt.27.d ad corpus ſuũ. Hoc ſacramento ipſe Dominus quando
Ioan.19.d illi obtulerunt fel guſtauit, & noluit bibere. Si non eos
pateremur, nec omnino guſtaremus. Quia verò neceſſe
eſt eos pati, neceſſe eſt guſtari. Sed quia in mẽbris Chri-
ſti tales eſſe non poſſunt, guſtari poſſunt, recipi in cor-
pus nõ poſſunt. Et dederũt in eſcã meã fel, & in ſiti mea
potauerũt me aceto. Sitiebã, & acetum accepi: id eſt fi-
dem illorum deſideraui, & vetuſtatẽ inueni. Fiat menſa (D)
eorum coram ipſis in muſcipulam.) Qualem muſcipu-
lam mihi exhibuerunt, dando mihi talem potum: talis
muſcipula illis ſit. Quare ergo coram ipſis? Sufficeret,
fiat menſa eorũ in muſcipulam. Sunt tales qui iniquita-
tem ſuã nouerunt, & in ea pertinaciſſimè perſeuerant:
coram ipſis fit muſcipula eorum. Pernicioſi nimis ipſi
ſunt, qui deſcẽdunt in infernũ viuẽtes. Denique de per-
Pſal.54. ſecutoribus quid dictũ eſt? Niſi quia Dominus erat in
Pſalm.123. nobis fortaſſe viuos abſorbuiſſent nos. Quid eſt viuos?
Cõſentientes illis, & ſciẽtes quia hæc eis conſentire nõ
debebamus. Ergo coram ipſis fit muſcipula, & nõ cor-
riguntur. Vel quia coram ipſis eſt muſcipula, † & inci-
dunt. Ecce norunt muſcipulam, & pedem mittunt: &
al.norũ. tenenda colla ſubiiciunt. Quanto melius erat auerti à
muſcipula, peccatum cognoſcere, errorem damnare,
(A) amaritudine carere, in corpus Chriſti tranſire, Domini
gloriam quærere? Sed tantum valet animi præſumptio,
vt & coram ipſis muſcipula ſit, & incidant in eam. Ob-
ſcurentur oculi eorum ne videãt. Sequitur hic: vt quo-
niam ſine cauſa viderunt, fiat illis & non videre. Fiat
ergo menſa eorum corã ipſis in muſcipulam. Corã ipſis
fiat in muſcipulam, non optantis eſt, ſed prophetantis:
nõ vt fiat, ſed quia fiet. Hoc ſæpè commendauimus, &
meminiſſe debetis, ne quod preſaga mens in ſpiritu Dei
dicit, maleuolè imprecari videatur. Fiat ergo, nec po-
teſt aliter fieri, niſi vt talibus iſta eueniant. Et quoniam
videmus per ſpiritum Dei dici talia euentura malis: ad
hoc in illis hæc intelligamus, vt nos talia deuitemus.
Hoc enim nobis prodeſt intelligere, & ex inimicis pro-
ficere, Fiat ergo illis & in retributionem & in ſcandalũ.
Et nunquid iniuſtũ eſt hoc? Iuſtum eſt. Quare? Quoniam
In retributionem.) Non enim aliquid illis accideret,
quod non debebatur. In retributionem fit, & in ſcãda-
lum: quia ipſi ſibi ſunt ſcandalũ. Obſcurẽtur oculi eorũ
ne videant, & dorſum illorũ ſemper incurua. Hoc con-
ſequens eſt. Nam quorũ oculi fuerint obſcurati ne vi-
deant, ſequitur vt dorſum illorum incuruetur. Vnde
hoc? Quia cùm ceſſauerint ſuperna cognoſcere, neceſſe
eſt vt de inferioribus cogitent. Qui bene audiunt, ſur-
ſum cor: curuum dorſum non habent. Erecta quippe
ſtatura eſt, & expectat ſpem repoſitam ſibi in cælo: ma-
ximè ſi præmittat theſaurũ ſuum, quò ſequatur cor ei⁹. Matth.6.c
At verò qui futuræ vitæ ſpẽ nõ intelligunt, iã excęcati
de inferioribus cogitãt: & hoc eſt habere dorſum cur-
uum, à quo morbo Dominus mulierem illam liberauit.
Alligauerat enim eam ſatanas annis decem & octo, & Luc.13.c
eam curuatam erexit: & quia ſabbato faciebat, ſcanda-
lizati ſunt Iudæi, bene ſcandalizati ſunt de illa erecta,
ipſi curui. Et dorſum illorum ſemper incurua. Et effũde
ſuper eos iram tuam, & indignatio iræ tuæ cõprehen-
dat eos.) Plana ſunt: ſed tamen comprehẽdat eos, quaſi
fugientes agnoſcimus. Quò autem fugituri ſunt? In cæ-
lum? Tu ibi es. In infernum? Ades. Pennas ſuas nolunt Pſalm.68.
recipere vt volent in directum: comprehendat eos in- Act.1.d
dignatio iræ tuę, non eos permittat effugere. Fiat habi-
tatio eorum deſerta.) Hoc iam in manifeſto. Quomo-
do enim liberationem ſuam non ſolũ occultam com-
mendauit dicens, Intende animæ meæ, & redime eam,
verumetiã manifeſtam ſecundũ corpus adiiciens, pro-
pter inimicos meos erue me: ita & his futuras quaſdam
calamitates prædicit occultas, de quibus paulo antè lo-
quebatur. Nam quotus quiſque eſt, qui intelligat infeli-
citatem hominis, cuius cor iam cæcum eſt? Tollantur
illi oculi corporis, omnes homines miſerum dicunt.
Perdat oculos mentis, ſed tamen circumfluant omnia
temporalia, felicem appellant: ſed qui ſimiliter oculos
mentis perdiderunt. Ergo iam quid? Apertè appareat
omnibus quia vindicatum eſt in eis: nã cæcitas Iudæo-
rum, occulta vindicta eſt. Manifeſta verò quæ eſt? Fiat
habitatio eorũ deſerta: Et in tabernaculis eorum non
ſit qui inhabitet.) Factum eſt hoc in ipſa ciuitate Hieru-
ſalem, in qua ſibi viſi ſunt potentes clamando aduerſus
filium Dei, Crucifige crucifige: & præualendo, quia Ioan.19.d
potuerũt occidere eum qui mortuos ſuſcitabat. Quàm
ſibi potentes, quàm magni viſi ſunt? Conſecuta eſt po-
ſtea vindicta Domini, expugnata eſt ciuitas, debellati
Iudæi, occiſa neſcio quot hominum milia. Nullus mo-
dò illuc permittitur accedere Iudæorum. Vbi potue-
runt aduerſus Dominum clamare, ibi à Domino non
permittuntur habitare. Perdiderũt locum furoris ſui,
atque vtinam vel nunc agnoſcant locum quietis ſuæ.
Quid profuit illis Caiphas dicendo: Nos ſi iſtum di- Ioan.11.g
miſeri-

miſerimus ſic, venient Romani, & tollent nobis locũ &
gentem? Ecce & non eum dimiſerunt viuum, & ille vi-
Matt.23.d uit, & venerunt Romani, & tulerunt eis & locum & re-
gnum. Modò audiebamus cùm euangelium legeretur:
Hieruſalem, Hieruſalem, quotiens volui congregare fi-
lios tuos, tanquã gallina pullos ſuos ſub alas ſuas, & no-
luiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.
Hoc & hic dicitur: Fiat habitatio eorum deſerta, & in
tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Non ſit qui
inhabitet, ſed ex numero illorum. Nam loca illa omnia
& hominibus plena ſunt, & Iudæis inania. Quare hoc?
Quoniam quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt, & ſu-
per dolorem vulnerũ meorum addiderunt.) Quid ergo
peccauerunt, ſi à Deo percuſſum perſecuti ſunt? Quid
animo eorum imputatur? Malitia. Nam id in Chriſto
factum eſt quod oportebat. Pati vtique venerat, & pu-
niuit per quem paſſus eſt. Nam Iudas traditor punitus
Matth.27.a eſt, & Chriſtus crucifixus eſt: ſed nos redemit ſanguine
ſuo, & puniuit illum de pretio ſuo. Proiecit enim preti-
um argenti qua ab illo Dominus venditus erat, nec a- (B)
gnouit pretium quo ipſe à Domino redemptus erat. Fa-
ctum eſt hoc in Iuda. Sed cùm videamus menſurã quã-
dam eſſe retributionis in omnibus, nec quenquam poſ-
ſe permitti amplius ſæuire, quàm acceperit poteſtatẽ:
quomodo illi addiderunt, aut quæ eſt iſta percuſſio Do-
mini? Nimirũ ex perſona locutus eſt eius vnde corpus
acceperat, vnde carnem aſſumpſerat: id eſt, generis hu-
mani ipſius Adæ, qui percuſſus eſt primò morte pro-
Geneſ.3.d pter peccatum ſuum. Mortales ergo hic homines cum
pœna naſcuntur: huic pœnę addunt, quicunque homi-
nes fuerint perſecuti. Iã enim hic homo moriturus non
eſſet, niſi illũ Deus percuſſiſſet. Quid ergo tu homo ſæ-
uis amplius? Parum ne homini eſt, quòd aliquãdo mo-
riturus eſt? Portat ergo vnuſquiſque noſtrûm pœnam
ſuam. Huic pœnæ volunt addere qui nos perſequũtur.
Geneſ.2.c Hæc pœna percuſſio eſt Domini. Dominus quippe ſẽ-
tentia percuſſit hominem: Qua die tetigeritis, inquit,
Rom.6.b morte moriemini. Ex hac morte carnem ſuſceperat, & (C)
vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum illo. Ex il-
lius voce iſta dixit: Quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti
ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Super quem dolorem vulnerum? Super dolorem pec-
catorum ipſi addiderunt. Vulnera enim ſua peccata di-
xit. Sed ne caput reſpicias, ad corpus aduerte: ſecundũ
cuius vocem dictũ eſt ab ipſo in alio Pſalmo, in quo vo-
cem ſuam oſtendit, quia eius primum verſum de cruce
clamauit, Deus Deus meus reſpice in me, quare me de-
Pſalm.21. reliquiſti? Ibi ſecutus ait: Longè à ſalute mea verba de-
lictorum meorũ. Ipſa ſunt vulnera inflicta à latronibus
Luc.10.f in via, ei quem leuauit in iumentum ſuũ: quẽ ſacerdos
& Leuites tranſeuntes inuenerant & contempſerant, à
quibus curari nõ potuit. Trãſiens autem Samaritanus,
miſertus eſt eius: acceſſit, & in iumentũ proprium leua-
uit. Samarites Latinè cuſtos interpretatur. Quis autem
Rom.6.b cuſtos, niſi ſaluator Domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus? Qui (D)
Pſal.120. quoniã ſurrexit à mortuis iã non moriturus, nõ dormit
neque obdormiet qui cuſtodit Iſraël. Et ſuper dolorẽ
vulnerũ meorũ addiderũt. Appone iniquitatem ſuper
iniquitatem ipſorum.) Quid eſt hoc? Quis non expaue-
ſcat? Deo dicitur, Appone iniquitatem ſuper inquitatẽ
ipſorum. Vnde apponet Deus iniquitatem? Habet ini-
Rom.9.c quitatem quam apponat? Scimus enim verũ eſſe quod
dictum eſt per Paulum apoſtolum, Quid ergo dicemus?
Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Vnde ergo
apponet iniquitatem ſuper iniquitatem? Quomodo id
intellecturi ſumus? Adſit Dominus vt dicamus, & pro-
pter fatigationẽ veſtram breuiter dicere valeamus. Ini-
quitas ipſorum erat, qui hominem iuſtum occiderunt.
Addita eſt alia, quia filium Dei crucifixerunt. Sæuire
(A) ipſorum tãquam in hominem fuit. Sed ſi cognouiſſẽt, 1.Cor.2.b
nunquã Dominum gloriæ crucifixiſſent. Illi in iniqui-
tate ſua tanquam hominem occidere voluerunt: appo-
ſita eſt iniquitas ſuper iniquitatem ipſorum, vt filium
Dei crucifigerent. Quis hanc iniquitatem appoſuit? Ille Matth.21.d
qui dixit, Fortè reuerebuntur filiũ meum, ipſum mittã.
Solebant enim occidere miſſos ad ſe ſeruos, exactores
locationis atque mercedis. Miſit ipſum filium, vt & i-
pſum occiderent. Appoſuit iniquitatem ſuper iniquita-
tem ipſorum. Et hæc Deus ſæuiendo fecit, an potius iu-
ſtè retribuendo? Fiat enim illis, inquit, in retributionẽ
& in ſcandalum. Meriti erant ſic excæcari, vt filium Dei
non agnoſcerent. Et hoc fecit Deus apponẽs iniquita-
tem ſuper iniquitatem ipſorum: non vulnerando, ſed
non ſanando. Quomodo enim auges febrẽ, auges mor-
bum, non morbum adhibendo, ſed non ſuccurrendo:
ſic quia tales fuerunt vt curari non mererentur, in ipſa 2.Tim.3.d
malitia quodam modo profecerunt, ſicut dictum eſt:
Mali autẽ & facinoroſi proficiunt in peius. Et appoſita
eſt iniquitas ſuper iniquitatẽ ipſorũ. Et nõ intrẽt in tua
iuſtitia.) Hoc planũ eſt. Deleantur de libro viuẽtiũ.) A-
liquãdo enim illic ſcripti erant? Fratres, nõ ſic accipere Ioan.19.c.
debemus, quòd quẽquã Deus ſcribat in libro vitæ, & Rom.8.f
deleat illũ. Si homo dixit, Quod ſcripſi ſcripſi, de titulo
vbi ſcriptum erat, Rex Iudæorũ: Deus quenquã ſcribit
& delet? Præſcius eſt, prędeſtinauit omnes ante cõſtitu-
tionẽ mundi regnaturos cũ filio ſuo in vita æterna. Hos
quos cõſcripſit, ipſos continet liber vitæ. Denique in A-
pocalypſi quid ait ſpiritus Dei, cũ de preſſuris ab Anti-
chriſto futuris loqueretur eadem ſcriptura? Cõſentient Apoc.20.d
illi, inquit, omnes qui non ſunt ſcripti in libro vitę. Pro-
inde ſine dubitatione non erunt conſenſuri qui ſcripti
ſunt. Iſti ergo quomodo inde delẽtur, vbi nunquã ſcri-
pti ſunt? Hoc dictum eſt ſecundũ ſpem ipſorũ, quia ibi
ſe ſcriptos putabant. Quid eſt, deleantur de libro vitæ?
Et ipſis conſtet, non illos ibi eſſe. Ex hac locutione di-
ctum eſt in alio Pſalmo, Cadẽt à latere tuo mille, & de- Pſalm.90.
na milia à dextris tuis: id eſt, multi ſcandalizabuntur, &
ex eo numero qui ſe ſperabant ſeſſuros tecum, & ex eo
numero qui ſe ſperabãt ſtaturos ad dexteram tuam, ſe- Matth.25
parati ab hædis ſiniſtris: nõ quia cùm ibi ſteterit aliquis,
poſtea cadet, aut cùm ſederit cum illo quiſquã, abiicie-
tur: ſed quia multi caſuri erãt in ſcandalũ, qui iam ibi ſe
eſſe putabãt: id eſt, multi qui ſe ſperabant ſeſſuros tecũ,
multi qui ſe ſperauerant ſtaturos ad dexteram, ipſi ca- Ioan.5.f.
ſuri ſunt. Sic ergo & hic illi qui ſe ſperabant tãquã me-
rito iuſtitiæ ſuæ in libro ſcriptos Dei, quibus dicitur:
Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitã æter-
nam habere: cùm perducta fuerit damnatio eorum etiã
ad cognitionem eorum, delebuntur de libro viuentiũ,
id eſt, non ibi ſe eſſe cognoſcent. Nam verſus qui ſequi-
tur exponit quod dictum eſt: Et cum iuſtis non ſcri-
bantur.) Dixi ergo. Deleantur ſecundum ſpem eorum.
(D) Secundum autem æquitatem tuam quid dico? Non
ſcribantur. Pauper & dolens ego ſum.) Quare hoc?
An vt agnoſceremus quod per amaritudinem animi
maledicit pauper iſte? Multa enim dixit quæ illis eue-
niant. Et quaſi ei diceremus, vt quid talia? Noli tan-
tum. Reſpondet, Pauper & dolens ego ſum. Perduxe-
runt me ad egeſtatem, ad iſtum dolorem depoſue-
runt, ideo iſta dico. Non eſt tamen ſtomachatio ma-
ledicentis, ſed prędictio prophetantis. Nam de pau-
pertate ſua & dolore ſuo quædam quæ poſterius dicit,
commendaturus eſt nobis, vt diſcamus eſſe pauperes
& dolentes: Beati enim pauperes, quoniam ipſorũ eſt
regnum cælorum. Et: Beati qui lugent, quoniam ipſi Matt.5.a
conſolabuntur. Hoc ergo ipſe prius iam nobis oſtẽdit,

& ideo pauper & dolens ego sum. Totum corpus eius hoc dicit. Corpus Christi in hac terra pauper est & dolens. Sed sunt diuites Christiani. Prorsus si Christiani sunt, pauperes sunt, in comparatione diuitiarũ cælestiũ quas sperant, omne aurum suum arenam deputãt. Pauper & dolens ego sum: Et salus vultus tui Deus suscepit me.) Nunquid desertus est pauperiste, quando tu dignaris pannosum pauperẽ applicare ad mensam tuam? Porrò autem pauperem istum salus vultus Dei suscepit, in vultu suo abscondit eius egestatem. De illo quippe dictum est, abscondes eos in abdito vultus tui. In illo autem vultu quæ sint diuitiæ, vultis nosse? Diuitiæ istæ hoc tibi præstãt, vt quod vis, quando vis prandeas: illæ verò vt numquam esurias. Pauper & dolẽs ego sum, & salus vultus tui Deus suscepit me. Ad quam rẽ? Vt iam non sim pauper, & non sim dolens. Laudabo nomẽ Dei cum cantico, magnificabo eum in laude.) Iam dictum est, pauper iste laudat nomen Dei cum cantico, magnificat eum in laude. Quãdo auderet cantare, nisi recreatus esset à fame? Laudabo nomẽ Dei cum cantico, magnificabo eum in laude. Magnæ diuitiæ. Quas gemmas laudis Dei de thesauro interiore protulit. Magnificabo eum in laude. Hæ sunt diuitiæ meæ. Dominus dedit, Dominus abstulit. Ergo miser remansit? Absit. Vide diuitias: Sicut Domino placuit, ita factũ est, sit nomẽ Domini benedictum. Laudabo nomen Dei cum cantico, magnificabo eũ in laude. Et placebit Deo.) Hoc quod cum laudabo, placebit. Super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.) Gratius erit illi sacrificium laudis, quàm sacrificium vituli. Sacrificium laudis glorificabit me, & ibi via est in qua ostendam illi salutare Dei, Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Ergo laudabo Deum, & plus ei placebit quàm vitulus nouellus, cornua producens & vngulas. Amplius ergo placebit Deo laus eius exiens de ore meo, quàm magna victima adducta ad aram ipsius. An aliquid de cornibus & vngulis vituli huius dicendum est? Qui bene instructus est, & laude Dei opulentus: & cornua debet habere quibus aduersarium ventilet, & vngulas quibus terram excitet. Nostis enim hoc facere vitulos pubescentes, & in taurinam audaciam grandescentes. Nam ideo nouellus est, propter vitam nouã. Aliquis ergo hæreticus fortè contradicit, cornibus ventiletur. Alius non cõtradicit, sed tamen terrenum abiectè sapit, vngulis excitetur. Ergo super hunc vitulũ placebit tibi laudatio mea. Nam illam post paupertatẽ & dolorem in æterna societate angelorum, vbi nec aduersarius erit in certamine ventilãdus, nec piger de terra excitandus. Videant inopes & lætentur.) Credant, & spe gaudeant. Magis inopes sint, vt saturari mereantur: ne cùm superbiæ saginã eructãt, negetur eis panis quo salubriter viuant. Quærite Dominũ inopes, & esurite & sitite: Ipse est enim panis viuus qui de cælo descendit. Quærite Dominũ, & viuet anima vestra.) Quæritis panem vt viuat caro vestra, Dominũ quærite vt viuat anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus.) Exaudiuit pauperes, nec exaudiret pauperes nisi essent pauperes. Vis exaudiri? Pauper esto. Dolor de te clamet, non fastidium. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: Et cõpeditos suos nõ spreuit.) Offensus à seruis, fecit eos compeditos: sed clamantes de cõpedibus non contẽpsit. Quæ sunt istę compedes? Mortalitas, corruptibilitas carnis, compedes sunt quibus ligati sumus. Et vultis nosse istarum compedum grauitatem? Inde dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. Quando homines in seculo esse diuites volunt, istis cõpedibus pannos quærunt. Sed sufficiant panni compedũ: tãtum quære, quantum depellendæ necessitati satis est.

Psal. 50.

Iob. 1. a

Psal. 49.

Sap. 9. c

Matth. 5. a
Ioan. 6. f

Cùm autem superflua quæris, compedes tuas onerare desideras. In tali ergo custodia vel solæ compedes remaneãt. Sufficiat dici malitia sua. De ista malitia clamamus ad Deũ. Quoniã exaudiuit pauperes Dominus, & cõpeditos suos non spreuit. Laudent illum cęli & terra, mare & omnia repentia in eis.) Veræ diuitiæ huius pauperis istæ sunt, considerare creaturam, & laudare creatorem. Laudẽt illum cæli & terra, mare & omnia repẽtia in eis. Et creatura ista sola laudat Deum, quoniã cõsiderata ea laudatur Deus. Audi & aliud: Quoniam Deus saluam faciet Sion.) Reparat ecclesiam suam, gentes fideles incorporat vnigenito suo: non fraudat credentes in se præmio repromissionis suæ. Quoniã Deus saluam faciet Sion: Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.) Ipsæ sunt ecclesiæ. Nemo dicat, quado erit istud vt ædificentur ciuitates Iudæ? O si velis agnoscere structuram, & esse lapis viuus, vt intres in eam. Et nunc ciuitates Iudæ ædificantur. Iuda enim confessio interpretatur. De confessione humilitatis ædificãtur ciuitates Iudæ: vt foris ab eis superbi remaneant qui confiteri erubescũt. Quoniam Deus saluam faciet Sion. Quam Sion? Audi in sequẽtibus: Et semen seruorum eius obtinebunt eam, & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.) Psalmus finitus est, sed paululum istos duos versus nõ relinquamus. Admonent enim nos aliquid, ne desperando in illam structuram non intremus. Semẽ, inquit, seruorum eius obtinebũt eã. Iam ergo semen seruorũ eius qui sũt? Fortè dicis, Iudæi nati de Abraham. Nos autẽ qui non sumus nati de Abraham, quomodo habebimus istam ciuitatem? Sed non sunt semen Abrahæ illi Iudæi, quibus dictũ est: Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. Semẽ ergo seruorũ eius, imitatores fidei seruorum eius obtinebũt eã. Denique vltimus versus superiorẽ exponit. Quasi enim turbat⁹, ne putares fortè hoc de Iudæis dici, Et semen seruorum eius obtinebunt eam, dicens, Nos semen gentium sumus quæ idola coluerunt, & dęmonibus seruierũt: quid ergo nobis in hac ciuitate sperãdum est, statim subiecit vt præsumas & speres: Et qui diligunt nomen eius, inhabitabunt in ea. Hoc est enim semen seruorum eius, qui diligunt nomen eius. Quia enim serui eius dilexerunt nomen eius, quicunque non diligũt nomẽ eius, nõ se dicãt semẽ seruorũ eius: & qui diligunt nomen eius, nõ se negẽt semen seruorum eius.

Matth. 7. b

Ioan. 8. c

IN PSALMVM LXIX. PRAEFATIO.

GRATIAS grano tritici, quia mori voluit & multiplicari: gratias vnico filio Dei Domino & saluatori nostro Iesu Christo, qui mortem nostram subire non dedignatus est, vt nos vita sua dignos faceret. Ecce quia singularis erat donec transiret, sicut dixit in Psalmo: Singularis sum ego donec transeam. Quia sic erat singulare granum, vt in se haberet magnam multitudinis fœcunditatem: in quantis granis passionem eius imitantibus exultamus, quando natalitia martyrũ celebramus? Multa ergo membra eius sub vno capite ipso saluatore nostro charitatis & pacis vinculo colligata, sicut nosse dignamini, quoniam sæpissimè audistis, vnus homo sunt: & ipsorum vnius hominis vox in psalmis plerunque auditur, & sic clamat vnus tanquam omnes, quia omnes in vno vnus sunt. Audiamus ergo quoniam laborauerunt martyres, & inter magnas tempestates odiorum in hoc seculo periclitati sunt, nõ tam corpore quod quandoque posituri erant, sed ipsa fide: ne deficientes & fortè acerbis persecutionum cedentes doloribus vel amori vitæ huius, amitterent quod promiserat Deus, qui non solum verbo, sed etiam exemplo abstulerat omnem timorem. Verbo: dicens, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem

Ioan. 12. d

Psal. 140.

Matt. 10. b

ecm non possunt occidere. Exemplo faciens quod verbo præcepit, vt nec eorum verberantium manus vellet deuitare, nec alapas percutientium, nec saliuas cõspuẽtium, nec coronam de spinis imponentium, nec crucẽ interficientium. Nihil horum vitare voluit, cui nihil opus erat, propter eos quibus hoc opus erat: faciens ægrotis de seipso medicamentum. Laborauerunt ergo martyres: & nisi ille sẽper adesset qui ait, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, vtique defecissent. Est ergo in hoc Psalmo vox contribulatorum, & ideo vtique martyrum inter passiones periclitãtium, sed de suo capite præsumentium. Audiamus eos, & loquamur cum eis ex affectu cordis, etiam si non similitudine passionis. Illi enim iam coronati sunt, nos adhuc periclitamur: nõ quia tales nos persecutiones vrgent, quales ipsos vrgebant, sed fortasse peiores in omnimodis generibus tantorum scandalorum. Nostra enim tempora magis abundant illo væ, quod clamauit Dominus: Vę mũdo ab scandalis. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Neque enim & Lot ille sanctus in Sodomis ab aliquo corporalẽ persecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret: persecutio eius, facta mala Sodomitarum erant. Nunc ergo iam Christo in cælo sedente, iam glorificato, iam subiectis ceruicibus regum iugo eius, & suppositis eorum frontibus signo eius, iam nullo remanente qui palàm Christianis audeat insultare: adhuc tamen inter organa & symphoniacos gemimus, adhuc illi inimici martyrum, quia vocibus & ferro non possunt, eos sua luxuria persequũtur. Atque vtinam Paganos tãtum modo toleraremus: esset qualecũque solatium expectare eos qui nõdum cruce Christi signati sunt, quãdo signentur, & quãdo eius authoritate alligati desinãt furere. Videmus etiam in fronte portantes signũ eius, simul in ipsa frõte portare impudentiã luxuriarũ, diebũsque & solẽnitatibus martyrũ nõ exultare, sed insultare. Et inter hęc gemimus, & hęc persecutio nostra est: si est in nobis charitas quæ dicat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Nullus ergo seruus Dei sine persecutione: verũmque est illud quod Apostolus ait: Sed & omnes qui volunt in Christo piè viuere, persecutionẽ patiẽtur. Videris vnde videris quomodo, diabolus biformis est. Leo est in impetu, draco in insidiis. Leo minetur, inimicus est: draco insidietur, inimicus est. Quando nos securi? Ecce fiant omnes Christiani, nunquid & diabolus Christianus erit? Tentare ergo non cessat, insidiari non cessat. Infrenatus est atque illigatus in cordibus impiorum, ne sæuiat in ecclesiam, & tantum faciat quantum vult. Fremunt dentes impiorum aduersus dignitatẽ ecclesiæ & pacẽ Christianorũ, & quia non habent quid agant sæuiendo, faltãdo, blasphemãdo, luxuriando, non impellunt corpora Christianorum, sed lacerant animas Christianorũ. Clamemus ergo vna voce omnes hæc verba:

Mat. 2

Matth 18. a
Matt. 24 b
Genes. 19. f

2. Cor. 11. g

2. Tim. 3. c

Enarratio Psalmi.

DEVS in adiutorium meum intẽde.) Opus enim habemus sempiterno adiutorio in isto seculo. Quando autem non? Modò tamen in tribulatione positi, maximè dicamus: Deus in adiutorium meũ intende. Confundantur & reuereantur qui quærunt animã meam.) Christus dixit: Siue caput dicat, siue corpus dicat: ille dicit qui dixit, Quid me persequeris? Ille dicit qui dixit, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nota est ergo vox huius hominis, totius hominis, capitis & corporis, non sæpè cõmendanda, quia nota. Cõfundãtur, inquit & reuereãtur qui quęrũt animã meã. In alio psalmo dicit, Cõsiderabã ad dexterã, & videbã, & non erat qui cognosceret me. Periit fuga à me, & nõ est qui requirat animam meam. Ibi de persecutoribus ait, quia nõ erat qui requireret animã eius: hic autẽ, cõfundantur & reuereantur qui quærunt animam meam. Dolebat se non queri ad imitandũ: gemebat se queri ad opprimẽdum. Quæris animam iusti, cùm imitari cogitas: quæris animã iusti, cùm occidere cogitas. Quoniã ducbus modis quęritur anima hominis iusti, singuli in singulis psalmis expressi sunt. Illic dolet, quia non est qui requirat animã eius ad imitãdã passionẽ eius. Hic autẽ, cõfundantur & reuereantur qui quęrunt animam meã. Quærunt animã eius, nõ vt duas habeant. Nõ enim sic quęrebant animã eius, quomodo quęrit latro tunicam viatoris: ad hoc occidit, vt expoliet, vt habeat. Qui autẽ persequitur vt occidat: excludit animam, non se vestit. Quęrũt illi animã meã, occidere me volunt. Quid ergo tu illis optas? Confundantur & reuereantur. Et vbi est quod audisti à Domino tuo, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro his qui persequũtur vos? Ecce persecutionẽ pateris, & maledicis eis à quibus pateris. Quomodo imitaris passiones præcedentes Domini tui pendentis in cruce & dicẽtis, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt? Respõdet talia dicẽtibus martyr & dicit, Dominũ mihi proposuisti dicentẽ, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciũt: agnosce & vocem meam, vt sit & tua. Quid enim dixi de inimicis meis? Cõfundantur & reuereantur. Iam facta est talis vindicta de inimicis martyrũ. Saulus ille qui Stephanum persecutus est, cõfusus est & reueritus. Anhelabat cędes, quęrebat quos attraheret & necaret: audita desuper voce, Saule Saule, quid me persequeris, confusus & prostratus est, & erectus ad obediendum, qui inflammatus erat ad persequendum. Hoc ergo optant martyres inimicis suis, confundantur & reuereantur. Quandiu enim non confunduntur & reuerentur, necesse est facta sua defendãt. Gloriosi sibi videtur, quia tenẽt, quia ligãt, quia verberãt quia occidũt, quia saltãt, quia insultãt. De his omnibus factis aliquãdo cõfũdãtur & reuereantur. Si enim confundẽtur, & conuertentur: quia conuerti non possunt, nisi confusi fuerint & reueriti. Optemus ergo hæc inimicis nostris, securi optemus. Ecce ego dixi, & vobiscum dixerim, omnes qui adhuc saltant & cantant & insultant martyribus, confundantur & reuereantur: & aliquando in his parietibus tundant confusi pectora sua. Auertantur retrorsum & erubescant, qui cogitant mihi mala.) Primò fuit impetus persequentium, modò remansit maleuolẽtia cogitantium. Prorsus tempora sunt in ecclesię persecutione distincta. Sequere sequentia. Factus est impetus in ecclesia, quando reges persequebantur: & quia prædicti erant reges & persecuturi & crediturí, impleto vno vtique alterum sequebatur. Factum est & illud quod consequens fuit. Crediderunt reges, data pax est ecclesiæ, cœpit esse in culmine dignitatis ecclesia, etiam in hac terra, etiam in hac vita, sed non deest fremitus persecutorum, impetus suos ac cogitationes verterunt. In illis cogitationibus tanquam in abysso, visco ligatus est diabolus, fremit, & non erumpit. Dictum est enim de his temporibus ecclesiæ, Peccator videbit, & irascetur. Et quid faciet? Nunquid quod primò? Attrahe, liga, percute. Non facit hoc. Quid ergo? Dentibus suis frendet, & tabescet. Et his tanquam irascitur martyr, & tamen pro his orat martyr. Quomodo enim bene optauit illis, de quibus dixit, Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam: sic & nunc, Auertantur retrorsum & erubescant, qui cogitant mihi mala. Quare? Vt non præcedant, sed vt sequantur. Qui enim reprehendit Christianam religionem, & cõsilio suo vult viuere, quasi præcedere vult Christum.

Act. 9. a
Matth. 25. d

Psal. 141.

Act. 9. a

Psalm. 111.

Psalm. 57.

vt ille videlicet erraverit, & inualidus infirmusque fuerit, qui vel voluerit pati inter manus Iudæorũ, vel potuerit. Ille autẽ cordatus sit cauens ista omnia, declinãs mortem, mentiens etiam inique ne moriatur, interficiens animã suam vt viuat corpore: magni consilij prudẽtisque sibi videtur. Præcedit reprehendẽs Christũ, veluti antecedit Christũ: credat in Christum & sequatur Christũ. Nã quod optatũ est modò persecutoribus cogitãtibus mala, dixi hoc ipse dñs Petro. Præcedere quippe quodam loco Petrus voluit dominum. Loquebatur enim saluator de passione sua, quam si non suscepisset, nos salui non essemus. Et Petrus qui paulo ante cum confessus erat filium Dei, & in illa confessione appellatus erat petra, supra quã fabricaretur ecclesia, paulo pòst Domino dicẽte de futura passione sua ait: Absit
Matth.16.d Domine, propitius tibi esto, non fiet istud. Paulo antè, Beatus es Simõ Bar Iona, quia non tibi reuelauit caro
Ibidem c. & sanguis, sed pater meus qui in cælis est: modò repẽtè, Redi post me satanas. Quid est, redi post me? Sequere me. Præcedere me vis, cõsiliũ mihi dare vis. Melius est vt consilium meũ sequaris, hoc est, redi retrò, redi post me. Antecedentẽ cõpescit, vt retrò redeat: & appellat satanã, quia vult præcedere dñm. Paulo antè beat⁹, modò satanas. Vnde paulo antè beat⁹? Quia nõ tibi, inquit, reuelauit caro & sãguis, sed pater meus qui in cælis est. Vnde modò satanas? Quia non sapis, inquit, quæ Dei sunt, sed quæ hominũ. Qui ergo volumus rectè celebrare natalitia martyrũ, desideremus imitationẽ martyrũ: ne velimus præcedere martyres, & melioris cõsilij nobis videri esse, quia euitamus passiones pro iustitia & pro fide, quas illi non euitauerunt. Ergo illi qui cogitãt mala, & in luxuria nutriunt corda sua, auertãtur retrorsum & erubescãt. Audiant ab Apostolo postea dicente:
Rom.6.d. Quẽ autẽ fructum habuistis aliquando, in quibus nunc erubescitis? Quid sequitur? Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge.) Duo sunt genera persecutorum: vituperantium, & adulãtium. Plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. C Nã & ipsam caminum dixit Scriptura. Certè cùm de persecutione loqueretur Scriptura dixit: Tanquã aurũ
Sap. 3.b. in fornace probauit illos, de martyribus interfectis, & sicut holocausti hostiã accepit illos. Audi quia & lin-
Prou. 27. c. gua adulantiũ talis est. Probatio, inquit, argẽti & auri ignis: vir autẽ probatur peros laudantiũeũ. Argenti, inquit, & auri ignis ille, ingnis & iste: de vtroq; te saluũ oportet exire. Fregit te reprehẽsor, fractus es in fornace tãquã vas fictile. Formauit te verbum, & venit tentatio tribulationis. Illud quod formatum est, oportet vt coquatur: si bene formatum est, accedit ignis vt firmet.
Vnde ille dicebat in passione: Aruit sicut testa virtus
Psal.21. mea. Passio quippe & caminus tribulationis fecerat fortiorẽ. Rursus si lauderis ab adulantibus & assentãtibus,
Matth.25.a & annueris eis veluti emens oleũ, nõ tecũ portãs, sicut quinque virgines insipiẽtes: erit caminus fracturæ tuæ, etiã os laudãtiũ te. Sed sine his nõ possumus, necesse est vt intremus in hæc & excamus inde. Intremus in vituperationem aliquam malorum & improborum, intremus & in assentationem aliquam adulatorum: sed exire inde opus est. Rogemus cum de quo dictũ est: Cu-
Psal.120. stodiat Dñs introitũ tuũ & exitũ tuũ: vt intrãs integer, sic exeas integer. Ait enim & Apostolus: Fidelis est
1.Cor.10.d. Deus qui nõ vos sinat tẽtari supra quàm potestis. Ecce habetis ingressum. Non dixit, nõ tentemini. Qui enim non tentatur, non probatur: & qui non probatur, non proficit. Quid ergo optauit? Fidelis Deus qui nõ vos sinat tẽtari supra quàm potestis. Audistis ingressũ, audite & exitũ, sed faciet cũ tentatione etiã exitum vt possitis tolerare. Ergo & illi auertãtur statim erubescẽtes, qui dicũt mihi euge euge. Quare enim me laudãt? Laudent Deum. Quis enim ego sum vt lauder in me? Aut
A quid ego feci? Quid habeo quod non accepi? Si accepi- 1.Cor.4.b
sti, inquit, quid gloriaris quasi non acceperis? Auertantur ergo statim erubescẽtes qui dicunt mihi euge euge. Psal.140.
Tali oleo pingue factum est caput hæreticorum, cùm dicunt, Ego sum, ego sum, & dicitur illis: Tu Domine. Acceperunt euge euge, secuti sunt euge euge: facti sunt
duces cæci cæcorũ sequentium. Apertissimis vocibus Matthæ.b
Donato dicũtur ista †cãtica, Euge euge, dux bone, dux al. canitata.
præclare. Et non dixit ille, Auertãtur statim, & erubescãt qui dicunt mihi euge euge: nec eos corrigere voluit vt Christo dicerẽt, dux bone, dux præclare. At verò Apostolus formidãs euge hominũ, vt verè laudaretur in
Christo, noluit se laudari pro Christo: dicentibusque 1.Cor.1.b
quibusdã, Ego sum Pauli, Respõdit in libertate Domini: Nũquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ergo dicãt martyres etiã in persecutione adulationũ: Auertantur statim erubescentes qui dicũt mihi euge euge. Et quid fit cùm illi auertũtur & erubescunt, omnes siue qui quærunt animã meã, siue qui cogitãt mihi mala, siue qui peruersa & simulata beneuolentia lingua volunt emollire quod feriant? cùm fuerint & ipsi auersi & cõfusi, quid fiet? Exultẽt & iocũdentur in te.) Non in me, nõ in illo aut in illo: sed in quo facti sunt lux qui fuerunt tenebræ. Exultẽt & iocundẽtur in te, omnes qui quęrunt te.) Aliud est quęrere Deũ, aliud est quærere hominem. Iocundẽtur qui quęrunt te. Nõ iocũdabũtur ergo qui quęrũt se, quos prior quęsisti antequã quærerẽt te. Nondũ quęrebat ouis illa pa- Luc.15.d
storẽ, ab erraverat à grege, & descendit ad eam: quæsiuit eam, reportauit in humeris suis. Cõtemnet te ô ouis quærentẽ se, qui prior quæsiuit contẽnentẽ se, & non quærentem se? Iam ergo quærere eum incipe qui prior quæsiuit te, & reportauit in humeris suis. Fac quod ait: Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequun- Ioan.10.a
tur me. Si ergo quæris eum qui prior quæsiuit te, & ouis facta es eius, & audis vocem pastoris tui, & sequeris eum: vide quid tibi de se ostendit, quid de corpore suo, ne in ipso errares, ne in ecclesia erraves, ne quis tibi diceret? Christus est qui non est Christus, aut ecclesia est quæ nõ est ecclesia. Multi enim dixerunt carnẽ non habuisse Christum, & nõ incorpore suo resurrexisse Christum, noli sequi voces eorũ. Audi vocẽ ipsius pastoris, qui indutus est carne vt quæreret perditã carnẽ. Resur- Luc.24.f
rexit & ait, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnẽ nõ habet, sicut me videtis habere. Ostẽdit se tibi, vocẽque eius sequere. Ostẽdit & Ecclesiam, ne quis te fallat Ibidem g.
nomine Ecclesiæ. Oportebat, inquit, Christum pati & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine Ioan.10.a
eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Habes vocem pastoris tui, noli sequi vocem alienorum: & furem non timebis, si vocem pastoris fueris secutus. Vnde autem se-
D queris? Si nec cuiquã hominum dixeris, quasi eius merito euge euge: nec cum gratulatione audieris, ne oleo peccatoris pinguescat caput tuum. Exultent & iocũdẽtur in te omnes qui quærunt te: Et dicant.) Quid di- Psal.140.
cent qui exultant? Sẽper magnificetur Dominus.) Dicant hoc omnes qui exultant & qui quærunt te. Quid? Semper magnificetur Dominus: Qui diligunt salutare tuum.) Non tantum magnificetur Dominus, sed etiam Dominus semper. Ecce errabas & auersus ab eo eras: vocauit te, magnificetur Dominus. Ecce inspirauit tibi confessionem peccatorum, confessus es, dedit veniam, magnificetur Dominus. Iam cœpisti iustè viuere: iam puto quasi iustum est, vt & tu magnificeris. Etenim cùm te vocaret errantem, magnificandus erat Domi-

nus;

nus, cùm tibi cõfitenti peccata dimitteret, magnificãdus erat Dominus. Modò iam audiens verba eius cœpisti proficere, iustificatus es, peruenisti ad quandam A
virtutis excellentiam: dignũ est vt & tu aliquando magnificeris. Dicũt semper, magnificetur Dominus. Peccator es, magnificetur vt vocet: confiteris, magnificetur, vt ignoscat: iam iustè viuis, magnificetur vt regat: perseueras vsque in finem, magnificetur vt glorificet. Sẽper ergo magnificetur Dominus. Hoc dicant iusti, hoc dicant qui quærunt eũ. Quisquis hoc nõ dicit, non quærit eũ. Ecce magnificetur Dominus; Exultẽt & iocundẽtur omnes, qui quærunt eũ: & dicant, Sẽper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare eius: ab illo est enim illis salus, nõ à se. Salutare Domini Dei nostri Saluator Dominus noster Iesus Christus. Quisquis diligit Saluatorẽ, confitetur se sanatum: quisquis se cõfitetur sanatũ, fuisse cõfitetur ægrotũ. Dicant ergo semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuũ: non salutare suum, quasi ipsi se saluent, nõ quasi salutare hominis, tanquã ab illo saluẽtur. Nolite, inquit, cõ- Psal.145.
B fidere in principes, & in filios hominum, in quibus non est salus. Quare hoc? Domini est salus, & super populũ tuum benedictio tua. Ergo semper magnificetur Dominus. Qui hoc dicunt? Qui diligũt salutare tuum. Ecce magnificetur Dominus: nunquã tu, nusquam tu. In illo aliquid, in me nihil, Si autẽ in illo quicquid ego, ille non ego. Tu ergo quid? Ego verò egenus & pauper sum.) Ille diues, ille abundãs, ille nullius indigẽs. Ecce Psal.17.
lumen meum, ecce vnde illuminor, quoniã clamo, Tu illuminabis lucernã meam Domine, Deus meus illu- Psal.145.
minabis tenebras meas. Dominus soluit compeditos, Dominus erigit elisos, Dominus sapiẽtes facit cæcos, Dominus custodit proselytos. Quid ergo tu? Ego verò egenus & pauper. Ego tanquã pupillus, anima mea tãquã vidua destituta & desolata: auxiliũ quæro, semper infirmitatem meã confiteor. Ego verò egenus & pauper. Donata sunt mihi peccata, iã cœpi sequi præcepta C
Dei: adhuc tamen egenus & pauper. Vnde adhuc ege- Rom. 7. d.
nus & pauper? Quia video aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vnde egenus & pau- Matth. 5.a.
per? Quia, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã. Adhuc esurio, adhuc sitio. Saturitas meã dilata est, non ablata. Ego verò egenus & pauper, Deus adiua me.) Vnde cœpit, Deus in adiutorium meum intende, Deus adiua me. Rectissimè & Lazarus adiutus interpretari dicitur. Ille egenus & pauper, qui ablatus est in sinum A-
Lucæ 16. f. brahæ: & gerit typum Ecclesiæ Dei, quæ semper confiteri debet adiutorio sibi opus esse. Hoc est verũ, hoc
Psal.15. pium. Dixit Domino, Deus meus es tu. Quare? Quoniã bonorum meorum non eges. Ille non eget nostri, nos egemus ipsius: Ideo verus Dominus. Nam tu nõ valde verus Dominus serui tui: ambo homines, ambo egentes Deo. Si autẽ putas egere tui seruũ tuum, vt des pa-
D nẽ, eges & tu serui tui, vt adiuuet labores tuos. Vterque vestrũm altero vestrũm indiget. Itaque nullus vestrũm verè dominus, & nullus vestrũm verè seruus. Audi verum Dominum, cuius verus es seruus. Dixi Domino, Deus meus es tu. Quare tu Dominus? Quoniam bonorum meorum nõ eges. Quid autẽ tu? Ego verò egenus & pauper. Ecce egenus & pauper. Pascat Deus, sublevet Deus, adiuuet Deus. Deus, inquit, adiua me. Adiutor & erutor meus es tu, Domine ne tardaueris.) Tu adiutor & erutor. Indigeo auxilio, adiua: implicatus sum, erue. Nemo enĩ eruet de implicationibus, nisi tu. Circumstãt nos nexus diuersarum curarum, hinc atq;
Matth. 7.b. inde dilaniamur quasi spinis & sepibus. Ambulamus angustam viam, fortasse hæsimus in sepibus: dicamus Deo, Tu es erutor meus. Qui ostendit angustam viam, fecit vt sequeremur. Hæc vox perseueret in nobis, fratres. Quantumcunque hic vixerimus, quantũcunque hic profecerimus, nemo dicat, sufficit mihi, iustus sum. Qui dixerit, remansit in via, non nouit peruenire. Vbi dixerit sufficit, ibi hæsit. Attende Apostolum cui non
sufficit. Vide quomodo se vult adiuuari donec perue- Philip. 3. e.
niat: Fratres, inquit, ego me non arbitror apprehẽdisse, ne illi sibi viderentur apprehendisse; quibus rursus
dicit: Qui se putat aliquid scire, non dum scit quemad- 1.Cor.8.a.
modũ oporteat eum scire. Quid ergo ait? Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Suprà dixerat, Non quia iam acceperim, aut iã perfectus sim. Et ibi sequi-
tur: Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Si nõ- Philip.3.e.
dum accepit, egenus & pauper est: si nõdum perfectus est, egenus & pauper est. Bene dicit, Deus adiuua me. Sed intelligit aliquid, & excelsius intelligit. Vide tamẽ
quid dicat: Ei autẽ qui potens est omnia facere super- 2. Cor. 9.e.
abundantius quàm petimus & intelligimus: Vide ergo quia nondum peruenit, nondum apprehendit. Quid ergo ait? Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem quæ retrò oblitus, in ea quę ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis. Ille ergo currit, tu hæsisti. Ille dicit nondum se perfectum, & tu iam de perfectione gloriaris? Confundantur qui tibi dicunt, euge euge Confundaris inter illos & tu, quia tu tibi dicis euge euge. Qui enim seipsum laudat, sibi dicit euge: quia ab aliis lau-
datur & consentit, non portat oleum secum. Deficiunt Matth.25.d
faces, clausurus est ille ianuam. Hoc ergo nos docuit Psalmus iste breuiter charissimi, ex admonitione solẽnitatis martyrum, vt intelligamus quia martyres tribulationem hic passi sunt corporalem: nos in quantacũque pace simus, necesse est patiamur tribulationem spiritalem. Et necesse est vt inter scandala & zizania & Matth. 13.d
palcam gemat Ecclesia & illa massa, donec messis ve-
niat, donec ventilabrum, donec veniat vltima ventila- Matth. 3. e.
tio: vt separetur palea à frumento, donec ad horreum redigatur. Quod donec fiat clamemus: Ego verò egenus & pauper sum, Deus adiuua me. Adiutor meus es tu, Domine ne tardaueris. Quid est, ne tardaueris? Quia multi dicunt, longum est vt veniat Christus. Quid igitur? Quia dicimus, ne tardaueris, iam venturus est antequam statuit venire? Quid sibi vult hoc votum, ne tardaueris? Ne mihi tardius videatur quòd venturus
es. Tibi enim longum videtur, non Deo longum vide- Psal. 89.
tur: cui mille anni dies vnus est, vel tres horæ vigiliæ. Sed tu si non habueris tolerantiam, tardum tibi erit. Et cùm tibi tardum erit, deflecteris ab eo, & eris similis illis, qui in eremo fatigati sunt, & festinauerunt à Deo petere delicias, quas illis in patria reseruabat: & cùm non darentur deliciæ in itinere, quibus fortè corrum-
perentur, murmurauerunt aduersus Deum, & redie- Exod.16.a.
runt corde in Ægyptum. Vnde corpore erant separati, corde redierunt. Noli ergo tu sic, noli sic: time verbum Domini dicentis: Mementote vxoris Lot. Et ipsa Luc. 17.f.
in via iam liberata de Sodomis, retrò respexit: vbi respexit, ibi remansit: facta est statua salis vt condiat te. Exemplo enim tibi data est, vt tu eor habeas, non remaneas fatuus in via. Attende remanentem, & transi: attende respicientem retrò, & tu in anteriora extentus
esto sicut Paulus. Quid est, non respice retrò? Quæ re- Philip.3.e.
trò oblitus, inquit. Idéo sequeris vocatus ad supernam palmam, de qua postea glorieris: quia idem Apostolus
dicit: Superest mihi corona iustitiæ, quam mihi reddet 2. Tim 4.b
Dominus in illo die iustus iudex.

Concio prima, de prima parte Psalmi septuagesimi.

IN omnibus Scripturis sanctis gratia Dei quæ liberat nos, commendat se nobis, vt commendatos habeat nos. Hoc in isto Psalmo cantatur, de quo cum vestra charitate loqui suscepimus. Aderit Dominus, vt sic eã in corde concipiam quomodo dignum est, & sic eam promã quomodo expedit vobis. Multum enim mouet Dei amor & timor. Timor Dei, quia iustus est: amor, quia misericors est. Quis enim ei diceret, quid fecisti? si dãnaret iustum? Quãta ergo misericordia eius vt iustificet iniustum? Ex hoc prælectum nobis & Apostolum audiuimus eandem maximè gratiam commẽdantem, & de cuius commẽdatione habebat Iudæos inimicos, velut de litera legis præsumentes, & tanquam iustitiam
Rom. 10. a. suam diligentes atque iactantes: de quibus dicit, Testimoniũ perhibeo illis, quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiã. Et tanquam ei diceretur, quid est enim habere zelum Dei nõ secundum scientiam; subiecit continuò: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Gloriantes, inquit, tanquã de operibus, excludunt à se gratiam: & tanquam de sanitate sua falsã præsumentes, respuunt medicinam. Contra tales enim & Dominus di-
Matth. 9. b. xerat, Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiã: non est opus sanis medicus, sed malè habẽtibus. Hæc est ergo tota sciẽtia magna hominẽ scire quia ipse per se nihil est: & quoniam quicquid est, à Deo est, &
1. Cor. 4. b. propter Deum est. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hanc gratiã ergo cõmendat Apostolus: hinc habere meruit inimicos Iudæos, de litera legis, & de sua iustitia gloriantes. Hanc ergo cõmendans in lectio-
1. Cor. 15. b. ne quæ lecta est, sic ait: Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia
1. Tim. 1. c. persecutus sum Ecclesiã Dei. Sed ideo, inquit, misericordiã consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Deinde paulo pòst, Fidelis sermo est, inquit, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Nũquid ante illũ non erant peccatores? Quid est ergo, primus ego? Antecedens oẽs non tempore, sed malignitate. Sed ideo, inquit, misericordiam consecutus sum, vt in me ostẽderet Christus Iesus omnem longanimitatẽ, ad informationẽ eorum qui credituri sunt illi in vitã æternam: id est, vt vnusquisque peccator & iniquus iã de se desperans, iam habẽs quasi gladiatorium animum, vt ideo faciat quicquid vult, quia necessariò dãnandus est, respiciat tamen ad apostolum Paulum, cui tanta crudelitas, tantáque malitia à Deo donata est, & non de se desperando, cõuertatur ad Deum. Hanc ergo gratiam cõmendat nobis Deus, & in isto Psalmo intueamur illam: & videamus an ita sit, an fortè ego aliter suspicer. Etenim arbitror hunc D cum habere affectum, & hoc omnibus propè suis syllabis resonare: id est, hoc nobis cõmendare gratiam Dei gratuitam quæ nos liberat indignos, non propter nos, sed propter se: vt etiam si non hoc dicerem, neque hoc prælocutus essem, quilibet mediocris cordis homo attentè audiens verba eiusdè Psalmi, saperet hoc: & fortè ipsis verbis si aliud habebat in corde, mutaretur & fieret quod hic sonat. Quid est hoc? Vt tota spes nostra in Deo sit, nihilque de nobis tanquã de nostris viribus præsumamus: ne nostrum facientes quod ab illo est, & quod accepimus amittamus. Titulus est ergo Psalmi huius, vt solet titulus Psalmi, indicans in limine quid agatur in domo: Ipsi Dauid filiorum Ionadab, & eorũ qui primi captiui ducti sunt.) Ionadab homo fuit qui-
Hier. 35. b. dam, cõmendatur nobis ex prophetia Hieremiæ: qui filiis suis præceperat vt vinum non biberent, neque in A domibus residerent, sed in tabernaculis habitarẽt. Præceptum autem patris filij tenuerunt & seruauerunt, & ex hoc benedici à Domino meruerunt. Dominus autẽ hoc non præceperat, sed pater ipsorum. Sic autem hoc acceperunt tanquam præceptum à Domino Deo suo: quia & si Dominus non præceperat vt non biberẽt vinum, & in tabernaculis habitarent, præceperat tamen Dominus vt filij patri obedirent. In ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra Dominum Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater, quando sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater quod contra Dominum non sit, sic audiendus est quomodo Deus: quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam, eósque obiecit inobedienti populo suo: exprobrans, quia cùm filij Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obedirent Deo suo. Cùm autem B ageret ista Hieremias, id agebat cum populo Israël, vt Hier. 35. b. pararent se ad captiuitatẽ, ducendos se esse in Babyloniã: non resisterent voluntati Dei, nec sperarent aliud, nisi quia futuri essent captiui. Videtur ergo inde coloratus titulus huius Psalmi, vt cùm dixisset, filiorum Ionadab, subiiceret, & eorũ qui primi captiui ducti sunt: non quia filij Ionadab captiui ducti sunt, sed quia illis qui captiui ducendi erant oppositi sunt filij Ionadab, quia patri obedientes erant, vt intelligerẽt illi propterea se fieri captiuos, quia Deo obediẽtes non fuerunt. Accedit etiam quia Ionadab interpretatur Domini spontaneus. Quid est hoc, Domini spontaneus? Dei voluntati libenter seruiens. Quid est, Domini spontaneus? In me sunt Deus, vota quæ reddam laudis tibi. Quid est, Domini spontaneus? Voluntariè sacrificabo Psal. 53. tibi. Si enim disciplina apostolica seruũ monet, vt ho- Psal. 53. C mini domino suo, non tanquam ex necessitate, sed ex voluntate seruiat, & libenter seruiẽdo se in corde liberum faciat; quanto magis Deo tota & plena & libenti voluntate seruiendum est, qui videt ipsam voluntatem tuam? Nam si seruus tibi non ex animo seruiat, manus eius, faciem eius, præsentiam eius potes videre, cor eius non potes: & tamen ait illis Apostolus, Non ad oculum seruiẽtes. Et quid est, non ad oculum? Quid enim? Ephes. 6. a Visurus est Dominus meus quomodo illi seruiam, vt dicas mihi non ad oculum seruientes? Adiecit, Sed quasi serui Christi. Dominus homo non videt, sed Dominus Christus videt. Ex animo, inquit, cum bona voluntate. Non quia filij Ionadab captiui ducti sunt, talis fuit Ionadab, id est, hoc nomen ipsius interpretatur. Qui sunt ergo qui primi captiui ducti sunt? Ducti sunt filij Israël captiui primi & secundi & tertij. Sed pro his Psalmus, aut de his Psalmus qui primò ducti sunt, non hoc sonat. Idem ipse D Psalmus discussus, perscrutatus, interrogatus omnibus versibus suis, aliud tibi dicit, non de illis se loqui, qui homines nescio qui, nescio quando irruentibus hostibus in Babyloniam captiui ducti sunt ex Hierusalem. Sed quid dicit Psalmus? Quid, nisi quod audistis ab Apostolo? Cõmendat nobis gratiam Dei, commendat nobis, quia nos per nosmetipsos nihil sumus: commendat nobis, quia quicquid sumus, illius misericordia sumus. Quicquid autem ex nobis sumus, mali sumus. Quare ergo captiui? & quare nomine captiuitatis commendatur ipsa gratia liberatoris? Aperit: ipse dicit Apostolus, Condelector legi Dei secundum inte- Rom. 7. d. riorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Ecce habes duci captiuum. Quid ergo commen-

De verbis Domi. 6. & circa fi. & concor. 11. q. 3. Qui resistit.

Ibidem. mendat iste Psalmus? Quod sequitur ibi Apostolus, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum no- A strum. Quare ergo primi? Nã dictum est, quare captiui. Quantum arbitror & hoc elucet: quoniã in comparatione
Hier. 35. b. filiorũ Ionadab, omnis inobedientia culpata est. Per inobedientiam autẽ captiui facti sumus, quia ipse
Genes. 3. b. Adam non obediendo peccauit. Dictum est autem ab
1. Cor. 15. c. eodem Apostolo, quod & verum est, quia oẽs in Adam moriuntur, in quo omnes peccauerunt. Meritò & primi ducti sunt captiui: quia primus homo de terra terre-
Ibidem f. nus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni; portemus & imaginem eius qui de cælo est. Primus homo captiuos nos fecit, secũdus homo nos de captiuitate liberauit. Sicut enim in Adã omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Sed in Adam omnes moriuntur per carnis natiuitatem, in Christo liberãtur per cordis fidem. Non erat in potestate tua, vt non nascereris ex Adam: B est in potestate tua vt credas in Christum. Quantumcunque ergo ad primum hominem pertinere volueris, ad captiuitatem pertinebis. Et quid est, pertinere volueris, aut quid est pertinebis? Iam pertines; exclama: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Audiamus ergo istum hoc exclamantem.

Enarratio primæ partis.

DEVS in te speraui, Domine, nõ confundar in æter- Psal. 30.
num. Iã confusus sum, vel non cõfundar in æter- Rom. 6. d.
nũ. Quomodo enim non est confusus cui dicitur, Quẽ fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis?
Psal. 33. Quid ergo fiet, ne confundamur in ęternum? Accedite ad eũ, & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Confusi estis in Adam: recedite ab Adam, accedite ad Christum, & iam nõ confundemini. In te speraui Domine, non cõfundar in æternum. Si in me confundor; in te non cõfundar in æternum. In tua iustitia erue me, C & exime me.) Nõ in mea, sed in tua: si enim in mea, ero
Rom. 10. a. ex illis de quibus ille ait, Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ergo in tua iustitia, nõ in mea. Quia mea quid? Præcessit iniquitas. Et cùm ero iustus, in tua iustitia erit; quia iustitia mihi abs te data iustus ero: & sic erit mea vt
Rom. 4. a. tua sit, id est abs te mihi data. In eum enĩ credo qui iustificat impium, vt deputetur fides mea ad iustitiã. Erit ergo & sic iustitia mea, non tamen tanquam propria mea, non tanquam à me ipso mihi data: sicut putabant qui per literam gloriabantur, & gratiam respuebant.
Psal. 7. Nã dictum est in alio loco: Iudica me Domine secundũ iustitiam meã. Certè non gloriabatur in sua iustitia.
1. Cor. 4. b. Sed reuoca te ad Apostolum. Quid enim habes quod non accepisti? Et sic dic iustitiam tuam, vt memineris quòd acceperis eam, & non eã inuideas accipientibus. D
Luc. 18. c. Nam & ille pharisæus tanquam à Deo accepisset, dicebat: Gratias tibi, quia non sum sicut cæteri homines. Gratias tibi. Bene. Quia non sum sicut cæteri homines. Quare? Inde enim te delectat quia bonus es, quòd alter malus est? denique quid addidit? Iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. Hoc iam non est exultare, sed insultare. Ille autẽ captiuus nec oculos ad cælũ audebat leuare, sed percutiebat pectus suum, dicẽs: Deus propitius esto mihi peccatori. Parum itaque est vt illud quod in te est bonum agnoscas quòd à Deo sit, nisi etiã inde nõ te extollas super illum qui nondum habet: qui
Act. 7. g. fortasse cùm acceperit, transiet te. Quando enim erat Saulus Stephani lapidator, quàm multi erant Christiani quorum erat ille persecutor? tamen quando conuersus est, omnes qui se præcesserant superauit. Ergo dic Deo quod audis in psalmo, In te speraui Domine, non confundar in æternum: in tua iustitia, non in mea erue me & exime me. Inclina ad me aurẽ tuam.) Et hæc cõfessio est humilitatis. Qui dicit, inclina ad me: confitetur quia iacet tanquam æger prostratus medico stanti. Denique videt quia æger loquitur: Inclina ad me aurẽ tuam, Et saluũ me fac. Esto mihi in Deum protectorẽ.) Non ad me iacula inimici perueniant: ego enĩ me protegere non possum. Et parum est, in protectorẽ: addidit, Et in locum munitum esto mihi.) In locũ munitum mihi esto, tu esto locus munitus meus. Vbi est quòd ab illo fugiebas Adã, & te inter paradisi ligna absconde- Genes. 3. c. bas? Vbi est quòd eius faciem formidabas, ad quẽ gaudere consueueras? Abisti & peristi: captiuatus es, & ecce visitaris, & ecce non dimitteris: & ecce dimittuntur non agintanouem oues in montibus, & quæritur ouis Luc. 15. b. perdita. Et ecce dicitur de inuenta oue: Mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuẽtus est. Ecce ipse Deus factus est locus refugij tui, qui primò erat metus fugæ tuæ. In locũ munitum, inquit, esto mihi, Vt saluum facias me.) B Nõ ero saluus nisi in te: nisi tu fueris requies mea, sanari non poterit ægritudo mea. Leua me à terra: in te iaceam, vt surgam in locum munitum. Quid munitius, cùm ad illum locum confugeris? Dic mihi quos aduersarios formidabis? Quis insidiabitur, & peruenietad te? Nescio quis dicitur de montis vertice clamasse, cùm imperator transiret, Non de te loquor: respexisse ille dicitur & dixisse, Nec ego de te. Contẽpserat imperatorem cum insignibus armis, exercitu, potestate. Vnde? De loco munito. Si securus ille in alta terra, quomodo tu nõ in eo à quo factum est cælum & terra? Esto mihi ergo in Deum protectorem, & in locum munitũ, vt saluum me facias. Ego si mihi alium locum elegero, saluus esse non potero. Elige certè homo si inueneris munitiorem. Non est ergo quò fugiatur ab illo, nisi ad illum. Si vis euadere iratum, fuge ad placatum. Quo- C niam firmamentum meum, & refugium meum es tu.) Firmamentum meum quid est? Per te sum firmus, & ex te sum firmus. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu: vt fiam firmus ex te, sicubi fuero infirmatus in me, refugiam ad te. Firmum te facit gratia Christi, & immobilem aduersus omnes tẽtationes inimici. Sed ibi est, & humana fragilitas, ibi est adhuc prima captiuitas, ibi est & lex in membris repugnans legi Rom. 7. d. mentis, & captiuum volens ducere in legem peccati: adhuc corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sap. 9. c. Quãtumlibet firmus sis ex gratia Dei, quamdiu adhuc portas terrenum vas in quo thesaurus est Dei, aliquid 2. Cor. 4. b. etiam de ipso vase fictili formidãdum est. Ergo firmamentum meum es tu, vt firmus sim in hoc seculo aduersus omnes tentationes. Sed si multæ sunt, & turbãt me, refugium meum es tu. Ad hoc enim confiteor infirmitatem meam, vt sim timidus tanquam lepus, quia spinis plenus tanquam ericius. Et sicut in alio Psalmo dicitur, Petra est refugiũ erinaciis & leporibus. Petra Psal. 103. autem erat Christus. Deus meus erue me de manu pec- 1. Cor. 10. a. catoris.) Generaliter intellige peccatores, inter quos laborat iste, qui de captiuitate iam liberandus est: iste qui iam clamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de Rom. 7. d. corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Intus est hostis, lex illa in mẽbris. Sunt & foris hostes, propter quos clamas, ad illum cui clamatum est, Ab occultis meis munda me Domine, Psal. 18. & ab alienis parce seruo tuo. Ergo saluum me fac, cùm dicitur, ab ægritudine tua dicitur interiore, id est, ab iniquitate tua, ab ea qua captiuus es, ab ea qua ad primum hominem pertines, vt inter primos captiuos clames. Saluus autem factus ab iniquitate tua, vide iam &

de iniquitatibus alienis, inter quos tibi necesse est viuere quousque vita ista finiatur. Et quousque? Ecce finitur tibi. Nunquid finitur Ecclesiæ, nisi in fine seculi? Iste autē vnus homo vnitas Christi clamat has voces. Necesse est ergo, vt multi exeuntes de hoc corpore fideles iam sint in illa requie, quam præstat Deus spiritibus fidelium. Sed hic adhuc sunt mēbra Christi in his, qui in hac vita degunt, in his qui postea nascentur. Ergo vsque in finē seculi erit hic iste homo, qui clamat à peccatis suis liberati, & à lege membrorum repugnāte legi mentis. Deinde inter peccata aliorū inter quos necesse est, vt viuat vsque in finē. Sed duo habent genera peccatores isti. Alij sunt qui legē acceperunt; alij sunt qui nō acceperunt. Omnes Pagani legem non acceperunt, omnes Iudæi & Christiani legem acceperunt. Ergo generale nomē est peccator. Aut transgressor legis, si accepit legē: aut tantummodo iniquus sine lege, sinō accepit legem. De vtroque genere loquitur Apostolus
Rom. 2. b. & dicit: Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & qui in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur. Tu autem qui inter vtrunque genus gemis, dic Deo quod audis in Psalmo, Deus meus erue me de manu peccatoris. Cuius peccatoris? De manu legem prætereuntis & iniqui.) Est quidē & iniquus legē præteriens, nō enim non iniquus qui legē præterit, sed omnis legē pręteriēs
Rom. 4. c. iniquus est, nō omnis iniquus legē præterit. Vbi enim nō est lex, ait Apostolus, nec prēuaricatio. Qui ergo legē non acceperunt, iniqui dici possunt, prēuaricatores non possunt. Iudicantur vtrique secundum merita sua. Sed ego qui de captiuitate volo liberari per gratiā tuā, clamo ad te: libera me de manu peccatoris. Quid est, de manu eius? De potestate eius, ne cùm sæuit adducat ad cōsensionē; ne cùm insidiatur, persuadeat iniquitatē. De manu legem prætereuntis & iniqui. Responde illi. Quid te quæris liberari de manu legem prætereuntis & iniqui? Noli consentire: sed si sæuit, patiens esto, tolera. Sed quis te tolerat, si deserat ille qui est locus munitus? Quare ergo dico, libera me de manu legē pręteriēs & iniqui? Quia non est in me, vt patiens sim, sed in te qui donas patientiā. Denique sequitur quare hoc dico: Quoniā tu es patientia mea Domine.) Iam si patientia: rectè & quod sequitur: Dñs est spes mea à iuuētute mea.) Ideo patiētia mea, quia spes mea. An potius ideo spes mea, quia patiētia mea?
Rom. 5. a. Tribulatio, ait Apostolus, patientiā operatur, patientia probationem, probatio autē spem, spes verò non cōfundit. Meritò in te speraui Domine, non cōfundar in æternum. Domine spes mea à iuuentute mea. A iuuētute tua, Deus spes tua? Nónne & à pueritia, & ab infantia tua? Planè, inquit. Nā vide quid sequitur, ne hoc putares ita me dixisse, Spes mea à iuuentute mea, quasi nihil profuerit Deus infantiæ vel pueritiæ meæ; audi quod sequitur, In te confirmatus sum ex vtero.) Adhuc audi: De ventre matris meæ tu es protector meus.) Quare ergo à iuuentute mea, nisi ex quo in te cœpi sperare? Antè enim nō in te sperabā, quamuis tu fueris protector meus, qui me saluū perduxisti ad tēpus quo in te discerē sperare. A iuuētute autē mea cœpi in te sperare, ex quo me aduersus diabolum armasti, vt in procinctu exercitus tui armatus fide tua, spe, charitate, cæterísque donis tuis confligerē aduersus inuisibiles inimicos tuos, audirēq; ab Apostolo, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ. Ergo iuuenis est qui pugnat cōtra ista:
Ephes. 9. b sed quāuis iuuenis sit, cadet, nisi ille sit spes eius cui clamat, Domine spes mea à iuuentute mea. In te decantatio mea semper.) Nunquid ex quo in te sperare cœpi vsque nunc? Sed semper. Quid est semper? Non tātum tempore fidei, sed & tempore speciei. Nunc enim quādiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, nō per speciem. Veniet tempus vt videamus quod non visum credimus. Viso autem quod credimus, lætabimur: viso autem quod non crediderunt impij, confundentur. Tunc veniet res, cuius modò est spes. Spes enim quæ videtur, non est spes. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Modò ergo gemis, modò in locum refugij curris vt saluus fias: modò in infirmitate positus medicum rogas. Quid, cùm acceperis perfectam etiā sanitatem? Quid cùm effectus fueris æqualis angelis Dei? Iam fortè istam gratiam qua liberatus es obliuisceris? Absit. In te decantatio mea semper: Tanquam prodigium factus sum multis.) Hic tempore spei, tempore gemitus, tempore humilitatis, tempore doloris, tempore infirmitatis, tempore vocis à compedibus.

2. Cor. 5. b.

Rom. 8. c.

Matt. 13. f.

Hic ergo quid? Tanquam prodigium factus sum multis. Vnde tanquam prodigium? vnde mihi insultāt qui me prodigium putant? Quia credo quod non video. Illi enim beati in his quæ vident, exultant in potu, in luxuria, in scortationibus, in auaritia, in diuitiis, in rapinis, in secularibus dignitatibus, in dealbatione lutei parietis, in his exultant. Ambulabo autem ego in viam dissimilem, contemnens ea quæ præsentia sunt, & timens etiam prospera seculi: nec alicubi securus nisi in promissis Dei. Et illi: Manducemus & bibamus, cras
1. Cor. 15. d. enim moriemur. Quid ais? Repete, Manducemus, inquit, & bibamus. Age. Quid postea dixisti? Cras enim moriemur. Terruisti, non seduxisti. Planè hoc ipso quod postea dixisti, incussisti mihi timorem, ne tibi consentiam. Cras enim moriemur, dixisti: & præcessit, Manducemus & bibamus. Cùm enim dixisses, mādūcemus & bibamus: adiunxisti, cras enim moriemur.
C Audi cōtrà à me, Imò ieiunemus & oremus, cras enim moriemur. Hanc viam tenēs arctam & angustam, tanquā prodigium factus sum multis: Sed tu adiutor fortis.) Adesto ô Dñe Iesu qui mihi dicas, noli deficere in
Matth. 7. g via angusta: ego prior transij, ego sum ipsa via, ego duco, in me duco, ad me perduco. Ergo quamuis prodigium factus sum multis, tamen nō timebo, quia tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude, vt hymno dicam gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam.) Quid est tota die? Sine intermissione. In prosperis, quia cōsolaris: in aduersis, quia corrigis. Antequam essem, quia fecisti: cùm essem, quia salutem dedisti: cùm peccassem, quia ignouisti: cùm conuersus essem, quia adiuuisti: cùm perseuerassem, quia coronasti. Ita planè repleatur os meum laude, vt hymno dicam gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam. Ne proiicias me in tempore senectutis.) Spes mea à iuuentute mea,
D ne proiicias me in tempore senectutis. Quid est tempus senectutis? Cùm deficiet virtus mea, ne derelinquas me.) Respondet hic tibi Deus: Imò verò deficiat virtus tua, vt in te maneat mea: vt dicas cū Apostolo: Quando infirmor, tunc potens sum. Noli time-
2. Cor. 12. c. re, ne proiiciaris in infirmitatem in ista senectute. Quid enim? Dominus tuus non est infirmatus in cruce? Nónne ante illum tanquam ante hominem nihil valentem, captiuatum & oppressum, caput agitauerunt fortissimi, & tauri pingues, & dixerunt, Si filius Dei est,
Matth. 27. c descendat de cruce? Nunquid ille quia infirmus erat desertus est, qui maluit non descendere de cruce; ne non potentiam ostendisse, sed insultantibus cessisse videretur? Quid te docuit pendens, qui descendere
Ibidem. noluit, nisi patientiam inter insultantes, nisi vt sis fortis in Deo tuo? An fortè & ex eius persona dictum est, tanquam

quam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis? Ex persona eius secundū infirmitatē, non secundū A potestatē: secundū id quòd nos in se transfigurauerat, non secundū id quòd ipse descēderat. Factus est enim multis prodigium, Et fortè ipsa erat senectus eius, quia ex vetustate non incōgruè senectus vocatur, & ait A-
Rom. 6. b. postolus: Vetus homo noster simul crucifixus est cum illo. Si ibi erat vetus homo noster, senectus ibi erat: quia
Psal. 102. vetus senectus. Tamen quia verum est, Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Resurrexit ipse die tertio, pro-
Matt. 20. c. misit resurrectionē finito seculo. Iam præcessit caput, mēbra secutura sunt. Quid times ne derelinquat te, ne abiiciat in tēpus senectutis eū defecerit virtus tua? Immo tunc in te erit virtus eius, quando defecerit virtus tua. Quare hoc dico? Quia dixerūt inimici mei mihi, & qui custodiebāt animā meam, consiliū fecerunt in vnū dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & cōprehendite eum, quia nō est qui eruat eum.) Dictū est hoc
B de Christo. Ille enī qui potentia magna diuinitatis qua
Matt. 26. c. patri æqualis est, resuscitauerat mortuos, subitò inter manus inimicorū infirmus factus est, & quasi nihil valens cōprehēsus est. Quando cōprehenderetur, nisi illi primò in corde suo dicerēt, Deus dereliquit eū? Vnde
Psal. 21. illa vox est in cruce, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Ergo Deus dereliquit Christum, cùm
2. Cor. 5. d. Deus esset in Christo mundū recōciliās sibi, cùm esset & Christus Deus? Et Iudæis quidē secundum carnem qui est super oīa Deus benedictus in secula, Deus reliquit illum? Absit. Sed in vetere nostro vox nostra erat,
Rom. 6. b. quia simul crucifixus erat vetus homo noster cum illo: & de ipso vetere nostro corpus acceperat, quia Maria
Matt. 27. c. de Adam erat. Ergo quod illi putauerunt, hoc de cruce dixit: Quare me dereliquisti? Quare me isti derelictū putant malo suo? Quid est, derelictum putāt malo suo?
1. Cor. 2. b. Si enim cognouissent, nunquam Dominū gloriæ crucifixissent. Persequimini & cōprehendite eum. Familiarius tamen hoc, fratres, accipiamus ex mēbris Christi, & vocē nostram in his verbis agnoscamus, quia & ille tales voces ex persona nostra habuit, nō ex potētia & maiestate sua: sed ex eo quod factus est propter nos, non secundū id quod erat qui fecit nos. Domine Deus meus ne elonges à me.) Ita fit, & non elongat omnino.
Psal. 33. Prope est enim Dominus his qui obtriuerunt cor. Deus meus in adiutorium meum respice. Confundantur & deficiant cōmittentes animam meam.) Quid optauit? Confundantur & deficiant. Quare optauit? Cōmittentes animam meā. Quid est, cōmittentes animam meā? Committētes quasi in rixam aliquā. Committi enim dicuntur, qui rixari prouocātur. Si ergo ita est: caueamus cōmittentes animā nostrā. Quid est, cōmittentes animā nostram? Primò prouocātes nos vt Deo resistamus, vt in malis nostris Deus nobis displiceat. Quando
Psal. 72. enim rectus es, vt bonus sit tibi Deus Israēl, bonus rectis corde? Quādo rectus es? Vis audire? Quando in eo bono quod facis Deus tibi placet: in eo autem malo quod pateris, Deus tibi nō displicet. Videte quid dixerim fratres, & cauti estote contra cōmittentes animas vestras. Omnes enim qui vobiscum agunt, vt in mærōribus & tribulationibus fatigemini: id agunt vt in eo quod patimini, Deus vobis displiceat, & exeat ex ore vestro. Quid est hoc? Quid enim feci? Iam ergò tu nihil mali fecisti, & tu iustus es, ille iniustus? Peccator sum, inquis, fateor iustum me nō dico. Sed quid? Peccator. Nunquid tantū quantū ille cui bene est? quantū Caius? Ego scio mala ipsius, ego scio iniquitates ipsius, à quib. ego etsi peccator longè absum: & tamen video eū florere omnibus bonis, & ego tāta patior. Non ergo ideo dico, Deus quid tibi feci, quia nihil omnino mali feci, sed quia nō tantum feci vt ista dignus sim pati. Iterum tu iustus es, ille iniustus. Euigila miser, cōmissa est anima tua: Non, inquit, ego iustum me dixi. Quid ergo tu dicis? Peccator sum, sed nō tanta cōmisi, vt ista dignus essem pati. Nō ergo dicis Deo, Iustus sum, & tu iniustus es: sed dicis, iniustus sum, sed tu es iniustior. Ecce commissa est anima tua, ecce iā bellū gerit anima tua. Quę? Contra quē? Anima tua, contra Deū, quæ facta est contra illū à quo facta est. Vel quæ es quæ cōtra illum clames? Ingrata es. Redi ergo ad cōfessionem infirmitatis tuæ, implora medici manū. Non tibi videantur felices qui florēt ad tēpus. Tu castigaris, illis parcitur: fortè tibi castigato & emēdato filio hæreditas reseruatur. Re-
Esaiæ 48. b. di ergo, redi præuaricator ad cor, non cōmittatur anima tua. Potentior est multum cui bellū indixisti. Quāto grandiores lapides in cælum miseris, tāto te fortior ruina pressura est. Redi potius ad cognoscēdū te, Deus est qui tibi displicet. Erubesce, tu tibi displice: nihil boni faceres, nisi ille bonus esset: & nihil mali patereris, nisi ille iustus esset. Euigila ergo in hāc vocē, Dominus
Iob. 1. d. dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est: sit nomē Domini benedictū. Iniusti erant qui
Iob. 2. d. iuxta Iob putrescētem sani sedebant: & tamen ille suscipiendus flagellabatur, illis puniendis parcebatur. Quicquid ergo tribulationis tibi acciderit, quicquid insultationis, non cōmittatur anima tua, non cōmittatur, nō solùm cōtra Deum, sed nec contra eos ipsos qui tibi ista faciunt. Si enim vel ipsos odio habueris, & cōtra illos cōmissa est anima tua: prorsus illi gratias age, pro istis ora. Fortè enim & oratio pro ipsis est ista quā audisti, Confundantur & deficiant committentes animam meā. Confundantur & deficiant. Multū enim de iustitia sua præsumunt, ergo confundātur. Hoc illis expedit vt peccata sua cognoscant vnde cōfundantur & deficiant (malè enim de viribus suis pręsumebāt) & ip-
C si defecti dicāt: Quando infirmor, tunc potens sum: & ipsi defecti dicant: Ne abiicias me in tēpus senectutis.
2. Cor. 12. d. Bonū ergo illis optauit, vt confundantur de malis suis, & deficiant à peruersis viribus suis: & tunc iam defecti & confusi quærant illuminatorem à confusione, & refectorem à defectione. Denique vide quid sequitur:

Induantur cōfusione & verecundia, qui cogitāt mihi mala.) Confusionē & verecundiā. Confusionem de mala conscientia, verecundiā propter modestiam. Fiat hoc in illis, & boni erunt. Non tibi videatur sæuire, vtinā exaudiatur pro illis: nā sæuire videbatur. & Stepha-
Act. 7. f. nus, quādo ore flammanti verba illa iaculabatur: Dura ceruice, & non circūcisi corde & auribus, vos semper resistitis spiritui sancto. Quā accēsa iracūdia, quàm vehemens aduersus inimicos! cōmissa tibi videtur anima ipsius? Absit. Salutem ipsorū requirebat, phreneticos malè sæuiētes verbis ligabat. Nā vide quomodo non
D erat cōmissa anima ipsius, nō solùm non contra Deum, sed nec cōtra ipsos. Dñe, inquit, Iesu aceipe spiritū meū. Nō ei displicuit Iesus, quia † passurus erat lapidationē
al. passus. pro verbo ipsius: non ergo erat cōmissa anima eius cōtra Deum. Item dixit, Domine ne statuas illis hoc delictum: non ergo erat commissa anima eius: nec contra inimicos suos. Induantur confusione & verecundia, qui cogitant mihi mala. Hoc enim quærunt omnes qui me tribulant, mala mihi quærunt. Quæ mala quærebat etiā mulier illa, quādo suggessit: Dic aliquid in Deum,
Iob. 2. c. & morere. Et illa vxor Tobiæ quæ ait marito, Vbi sunt
Tob. 2. c. iustitiæ tuę? Ad hoc dicebat, vt displiceret illi Deus qui illum fecerat cæcum; & cùm illi displiceret, committeretur anima ipsius. Si ergo nemo tibi tribulando persuaserit, nemo extorserit vt tibi displiceat Deus in his quæ pateris: aut vt oderis homines per quos pateris,

nõ cõmittitur anima tua: securus dicis quod sequitur:
Ergo autẽ semper in te sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam.) Quid est hoc? Mouere nos debet, A
adiiciam super omnẽ laudem tuam. Perfectiorẽ facturus es laudẽ Dei? Est aliquid quod superadiiciatur? Si iã
omnis illa laus est, tu quid adiecturus es? Laudatus est
Deus in omnib. bonis factis suis, in omni creatura sua,
in omni institutione rerum omniũ, in gubernatione &
regimine seculorũ, in ordine temporũ, in eminẽtia cęli, in fœcunditate terrarũ, in cireũfusione maris, in omni
præpollentia nascentis vbique creaturę, & in ipsis filiis hominum, in dãda lege, in liberandis suis à captiuitate Ægyptiorũ, & cæteris omnibus mirabilibus suis:
nondũ erat laudatus in eo quòd suscitauit carnẽ in vitam æternã. Sit ergo ista laus adiecta per resurrectionẽ
Domini nostri Iesu Christi, vt hic eius vocẽ intelligamus super omnẽ laudem præteritam, si hoc & rectè intelligamus. Sed quid tu fortè peccator qui timebas cõ- B
mitti animam tuã, qui in ipso solo sperabas, vt à prima
illa captiuitate liberareris, qui de iustitia tua nõ præsumebas, sed de gratia illius quam cõmẽdat hic Psalmus,
quid tu? Adiicies aliquid super omnem laudẽ Dei? Adiiciam, inquit. Videamus quid adiiciat. Posset esse omnis laus tua, & nihil omnino deesse videretur ad laudẽ
tuã: quia & nihil deesset, si damnares omnes iniquos.
Non enim nõ esset magna laus Dei iustitia ipsa qua ini-
Genes. 2. b. qui dãnantur: Magna laus esset. Fecisti hominẽ, dedisti
ei liberum arbitrium, in paradiso collocasti, præceptũ
imposuisti, mortem si præceptum violaret, iustissimam
denunciasti. Nihil nõ fecisti, nemo est qui à te amplius
exigat. Peccauit, factum est genus humanum tanquam
massa peccatorum, profluẽs de peccatoribus. Quid ergo? Tu si massam istam iniquitatis damnes: quisquã tibi
dicet, Iniustè fecisti? Esses planè etiam sic iustus, & omnis esset ista laus tua; sed quia liberasti & ipsum pecca- C
torem iustificando impium, adiiciam super omnẽ laudem tuam. Os meum pronunciabit iustitiam tuã.) Non
meam. Inde adiiciã super omnẽ laudem tuam: quia &
quòd iustus sum, si iustus sum, iustitia tua est in me, non
Rom. 4. a. mea. Tu enim iustificas impium. Os meum annũciauit
iustitiam tuam, Tota die salutem tuã.) Quid est, salutem
tuam? Domini est salus. Nemo sibi vsurpet, quia se sal-
Psal. 3. uum facit: Domini est salus. Nõ se saluũ per se quisquã
facit, Domini est salus, vana salus hominis. Tota die salutem tuã, toto tempore. Aliquid aduersi est, prædica
salutem Domini: aliquid prosperi est, prædica salutem
Domini. Ne prædices in prosperis, & obmutescas in
aduersis: alioquin nõ erit quod dictũ est, tota die. Tota
enim dies cũ sua nocte est. Nunquid quando dicimus,
triginta dies, verbi causa, transierunt, non dicimus &
noctes? Nónne & in ipso numero dierum includimus
& noctes? In Genesi quid dicebatur? Factum est vespe-
Genes. 1. a. re & mane dies vnus. Ergo dies totus est cũ sua nocte,
nox enim dici seruit, non dies nocti. Quicquid facis in D
carne mortali, iustitiæ debet seruire: quicquid facis ex
præcepto Dei, nõ propter emolumenta carnis fiat, ne
dies seruiat nocti. Ergo tota die laudem Dei dic, scilicet in prosperis & in aduersis: in prosperis tanquam
Psal. 33. tempore diurno, in aduersis tanquam tempore nocturno. Tota tamen die laudem Dei dic, vt non fru-
stra cantaueris, Benedicam Dominum in omni tẽpore; semper laus eius in ore meo. Saluis filiis, pecoribus,
familia, omni re sua, Iob laudabat Deũ: hoc quasi diurno tempore. Dãna venerunt, orbitas irruit, periit quod
seruabatur, obierunt quibus seruabatur: hoc quasi nocturno tẽpore. Vide tamen tota die laudantem. Nunquid post illud diurnum tẽpus vbi lætabatur, quia fa-
ctus est illius quasi lucis, hoc est prosperitatis occasus,
defecit à laudibus Dei? Nonne dies erat in corde, vnde
fulgebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Do- Iob. 1. d.
mino placuit, ita factũ est: sit nomẽ domini benedictũ?
Et hoc quasi adhuc vespertinum erat tempus; venit &
nox crassior, tenebrę profũdiores, corporis dolor, putredo vermiũ: nec sic in ipsa putredine defecit à laudibus Dei, foris in nocte, qui intus exultabat in die. Nã-
que vxori persuadẽti blasphemiã, & cõmittenti animã
ipsius malè suadenti miseræ tanquã vmbræ nocturnæ,
Locuta es, inquit, tanquã vna ex insipientibus mulier: Iob. 2. c.
bus. Verè filia noctis: Si bona suscepimus de manu Domini, quare mala nõ sustinebimus? Laudauimus in die,
deficiemus in nocte? Tota die, id est, cum sua nocte salutem tuã. Quoniam nõ cognoui negotiationes.) Ideo,
inquit, tota die salutem tuam, quoniã non cognoui negotiationes. Quæ sunt istæ negotiationes? Audiant negotiatores, & mutent vitã, & si fuerunt nõ sint, non cognoscant quod fuerunt, obliuiscantur: postremò, non
approbent, nõ laudẽt, improbent, dãnent, mutentur, si
peccatũ est negotiatio. Hinc enim auiditate nescio qua
acquirendi ô negotiator, quando damnum passus fueris, blasphemas: & non erit in te quod dictum est, Tota
die laudem tuã. Quando autem pro pretiis rerum quas
vendis, non solùm mentiris, verumetiam falsum iuras:
quomodo in ore tuo tota die laus Dei? Vel quando, si
Christianus es, etiam ex ore tuo blasphemãtur nomen Rom. 2. d.
Dei, vt dicatur: Ecce quales sunt Christiani? Ergo si
propterea iste tota die laudẽ Dei dicit, quia nõ cognouit negotiationes: corrigant se Christiani, nõ negotiẽtur. Sed ait mihi negotiator, Ecce ego affero quidẽ ex
longinquo merces ad ea loca in quibus nõ sunt ea quæ
attulero, vnde viuam, tanquam mercedem laboris mei
peto, vt carius vendam quàm emerim. Vnde enim viuam, cùm scriptum sit, Dignus est operarius mercede Luc. 10. b.
sua? Sed agitur de mendacio, de periurio. Hoc vitium
meum est, non negotiationis: † neque enim nõ si vellẽ, Id est nam si vellem.
nõ possem agere sine isto vitio. Nõ ergo culpam autor
ad negotiũ transfero: sed si mentior, ego mentior, non
negotiũ. Possem enim dicere, tãto emi, sed tanto vendã: si placet eme. Nõ enim istã veritatẽ audiẽs emptor
repelleretur, & non oẽs potius accurrerent: quia plus
fidem qàm mercem diligerent. Hoc ergo, inquit, me
mone, ne mentiar, ne periurem: non vt abiiciam negotium vnde me transigo. Quò enim vocas, quando hinc
reuocas? Fortè ad artem aliquam? Ero sutor, calciamẽta faciam hominibus. Mendaces enim & ipsi nõ sunt?
Periuri & ipsi non sunt? Nónne locatis ab alio calciamẽtis, cùm acceperint ab alio pretiũ, dimittunt quod
faciebant, & suscipiunt alteri facere, & fallunt eum cui
promiserãt citò se facturos? Nónne sæpè dicunt, hodie
facio, hodie impleo? Deìde in ipsa futura tãtas fraudes
nõ faciũt? Faciũt ista & dicũt ista: sed ipsi mali sunt, non
ars quã profitentur. Omnes ergo artifices mali Deum
non timentes, vel pro lucro, vel pro timore damni, aut
egestatis mentiuntur, periurant: non est continua Dei
laus in eis. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? An
vt agricola sim, & aduersus Deum tonantem murmurem, vt grandinem timens fortilegum consulam, vt
quæram quid faciam contra cælum, vt optem pauperibus famem quo possim vendere quod seruaui? Ad
hoc me adducis? Sed non ea faciunt, inquis, agricolæ
boni. Nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam
& filios habere malum est, quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas & incantationes quærunt? Ista hominum, non rerum peccata sunt. Potest mihi hoc dicere negotiator. Quære ergo episcope quemadmodum intelligas negotiationes quas legisti in psalterio; ne fortè tu non intelligas,

ligas, & me à negotiatione prohibeas. Mone ergo quẽ-
admodum viuã. Si bene, bene mihi erit: vnum tamen A
scio, quia si malus fuero, non negotiatio mihi facit, sed
iniquitas mea. Quando verum dicitur, non est quod
contradicatur. Quæramus ergo quas dixerit negotiationes: quas verè qui non cognouit, tota die laudat
Deũ. Negotiatio & in Græca lingua ab actu dicitur, &
in Latina. Negotiatio siue actus siue negotium, discutiatur quid sit. Qui enĩ negotiatores actuosi, quasi ex eo
quod agunt præsumunt, opera sua laudant, non perueniunt ad gratiã Dei. Ergo contra illã gratiam sunt negotiatores, quam commendat hic psalmus. Illam enim
gratiã commẽdat, vt nemo de suis operibus glorietur.
Psal. 87. Quomodo quodã loco dicitur, Medici non resuscitabũt: deserere debẽt homines medicinam? Sed quid est
hoc? Sub isto nomine intelliguntur superbi, pollicẽtes
Psal. 3. salutem hominibus, cùm Domini sit salus. Quomodo
ergo contra medicos, id est, superbos salutis pollicita- B
tores vigilat hoc quod dictum est, Tota die salutẽ tuã:
sic cõtra negotiatores, id est, qui de actu suo & operib.
Psal. 70. gaudent, vigilat hoc quod dictũ est, Os meum annunciabit iustitiam tuã, id est, non mea. Qui sunt negotia-
Rom. 10. a. tores, id est, quasi de actu suo sibi placentes? Qui ignorantes Dei iustitiã, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Meritò & negotium dictum
est, quòd neget otiũ. Quantũ mali est quod negat otiũ?
Meritò Dominus expulit illos de tẽplo, quibus dictũ
Matt. 21. b. est: Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam domum negotiationis: id
est, gloriantes de operibus vestris, otium nõ quærentes, nec audientes contra inquietudinẽ & negotiatio-
Psalm. 45. nẽ vestram dicentẽ scripturam, Vacate & videte, quoniã ego sum Dominus. Quid est, vacate & videte, quo-
niã ego sum Dominus: nisi vt sciatis quia Deus est qui
operatur in vobis, & nõ de vestris operibus extollami- C
Matt. 11. d. ni? Non audis vocẽ dicentis, Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam: tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum &
humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris?
Hæc requies contra negotiatores prædicatur: hæc requies cõtra eos qui oderunt otiũ prædicatur: agẽdo &
iactando se de operibus suis, vt non longius requiescãt
in Deo, & tanto longius à gratia resiliant, quãto magis
de suis operibus extollũtur. Sed est in quibusdam exẽplaribus, Quoniam non cognoui literaturam.) Vbi alij
codices habent, negotiationem, ibi alij, literaturam:
quomodo concordent, inuenire difficile est, & tamen
interpretum diuersitas fortè sensum ostendit, nõ errorem inducit. Quæramus ergo & literaturam quomodo
intelligamus, ne sic offendamus Grãmaticos, quomodo paulo antè negotiatores: quia & Grammaticus potest in arte sua honestè viuere, non peierare, nõ mentiri. Quæramus ergo literaturam quã non cognouit iste,
in cuius ore tota die laus Dei est. Est quædã literatura D
Iudæorum: ad illos enim & hoc referamus. Ibi inueniemus quod dictũ est, quomodo cùm de negotiatoribus
quærer emus, propter actus & opera, inuenimus illam
dici negotiationem detestandam, quàm notauit Apo-
Rom. 10. a. stolus, dicens: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam
volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Cõ-
Ephes. 2. b. tra quã dicit idem Apostolus: Nõ ex operibus, ne fortè quis extollatur. Quomodo ergo? Nunquid nõ operabimur bonum? Operabimur, sed ipso in nobis operãte. Ipsius enim sumus figmẽtum, creati in Christo Iesu
in operibus bonis. Quomodo hoc ergo inuenimus cõtra negotiatores, id est de actu gloriantes, de negotio
quòd neget otiũ se extollentes, inquietos potius quàm
bonos operatores, quia boni operatores illi sũt, in qui-
bus Deus operatur: sic & nescio quam literaturam inuenimus apud Iudæos, Dominus assit vt explicem verbis, quod dignatus est donare vt corde conspicerem.
Superbia Iudæorum præsumentium tanquam de viribus suis, & de iustitia operum suorũ gloriabatur de lege, quòd ipsi legem acceperint, aliæ gẽtes non acceperint: in qua lege, non de gratia gloriabãtur, sed de litera. Lex enim sine gratia, sola litera est: manet ad cõuincendam iniquitatem, non ad dandam salutem. Quid
enim ait Apostolus? Si enim data esset lex quæ posset Galat. 3. d.
viuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit
scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu
Christi daretur credẽtibus. De hac litera dicit alio loco, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Habes lite- 2. Cor. 3. b.
ram, si præuaricator legis es. Qui per literam, inquit, &
circũcisionem præuaricator legis es. Nónne bene cantatur & dicitur, Erue me de manu legẽ prætereuntis &
iniqui? Habes literã, sed nõ imples literã. Vnde nõ im-
ples literam? Quoniam qui prædicas nõ furandũ, furaris: qui dicis non adulterandũ, adulteras: qui abomina- Rom. 2. c.
ris idola, sacrilegium facis. Nomen enim Dei per vos
blasphematur in gentibus, sicut scriptum est. Quid tibi
ergo profuit litera, quam non imples? Quare autem nõ
imples? Quia de te præsumis. Quare non imples? Quia
negotiator es, opera tua extollis. Nescis necessariã esse
gratiam adiuuantis, vt impleatur præceptum iubentis.
Ecce iussit Deus, age quod iussit. Incipis agere quasi ex
viribus tuis, & cadis; & manet super te litera puniens
non saluans. Meritò lex per Moysen data est, gratia & Ioan. 1. b.
veritas per Iesum Christum facta est. Moyses quinque
libros scripsit: sed in quinque porticibus piscinam cin- Ioan. 5. a.
gentibus languidi iacebant, sed curari non poterant.
Vide quomodo manet litera, conuincens reum, non
saluans iniquum. Illis enim quinque porticibus in figu-
ra quinque librorum prodebantur potius quàm sanabantur ægroti. Quid ergo ibi tunc sanabat ægrotum?
Motus aquæ. Piscina illa mota descendebat ægrotus,
& sanabatur vnus, quia vnitas: quisquis alius ante ipsum motum descenderet, non sanabatur. Quomodo
commendabatur vnitas corporis clamantis a finibus
terræ? Alius non sanabatur, nisi rursus mota fuisset piscina. Significabat ergo piscinæ motus perturbationem populi Iudæorum, quando venit Dominus Iesus
Christus. Angeli enim aduentu intelligebatur moueri
aqua in piscina. Aqua ergo cincta porticibus quinque,
gens erat Iudęa cincta lege. Et in porticibus ægroti iacebant, & in sola aqua turbata & mota sanabãtur. Venit Dominus, turbata est aqua: crucifixus est, descẽdat
vt sanetur ægrotus. Quid est descendat? Humiliet se.
Ergo quicunque amatis literam sine gratia, in porticibus remanebitis, ægri eritis, iacentes, non cõualescentes: de litera enim præsumitis. Si enim data esset lex
quę posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed Galat. 3. d.
data est lex, vt reos vos faceret, rei facti timeretis, timentes indulgentiam peteretis, iam de viribus vestris
non præsumeretis, de litera vos non extolleretis. nam
ipsa figura est etiam, quòd Heliseus primò ad mortuũ 4. Reg. 4. c.
resuscitandum baculum suum misit per seruum. Mortuus erat filius viduæ hospitæ ipsius: nunciatum est ei,
seruo suo dedit baculum suum: Vade, inquit, pone su- 4. Reg. 4. c.
per mortuum. Nesciebat propheta quid ageret? Præcessit seruus suus, posuit baculum super mortuum, non
surrexit mortuus: si enim data esset lex quæ posset vi- Galat. 3. d.
uificare, verè ex lege esset iustitia. Non viuificauit lex
per seruum missa: & tamẽ ille misit baculum suum per
seruum suum, qui postea secutus viuificauit. Namque
cùm ille infans non resurrexisset, venit Heliseus iam figuram portans Domini qui seruum suum cum bacu-

lo tanquam cum lege præmiserat: venit ad iacentem mortuum, posuit mẽbra sua super illũ. Ille infans erat, ille iuuenis erat: contraxit & breuiauit quodammodo iuuẽtutis suæ magnitudinem, paruulus factus vt mortuo congrueret. Mortuus ergo surrexit, cùm se viuus mortuo coaptauit: & fecit Dominus quod non fecit baculus, fecit gratia quod nõ fecit litera. Illi ergo qui in baculo remansserunt, in litera gloriantur, & ideo non
Galat. 6. d. viuificãtur: Ego autem de gratia tua volo gloriari. Mihi autẽ, ait Apostolus, absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, nisi in illo qui se mihi viuus mortuo vt resurgerem coaptauit: vt iam ego non viuerem,
Galat. 2. d. al. *litera.* viueret autem in me Christus. In ipsa gratia gloriãs, literaturam non cognoui: id est, homines de † literatura præsumentes, & à gratia resilientes, toto corde reprobaui. Meritò sequitur: Introibo, in potentiã Domini.) Non meam, sed Domini. Nã illi in potentia sua de litera gloriati sunt, ideo adiunctam literæ gratiã non co-
Ioan. 1. b. gnouerunt: nam lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Ipse enim venit vt le-
Rom. 13. c. gem impleret, quando charitatẽ donauit per quam lex posset impleri. Plenitudo enim legis charitas. Illi non habentes charitatem, id est, non habentes spiritũ gra-
Rom. 5. a. tiæ, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, remãserunt glo-
2. Cor. 3. b. riantes in litera. Sed quia litera occidit, spiritus autem viuificat: nõ cognoui literaturam, & introibo in potẽtiam Domini. Ideo versus iste sequẽs confirmat perficitque sententiã, ita vt eam figat in cordibus hominũ, nec alium permittat omnino irrepere vlla ex parte intellectum. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.) O solius! Quid addidit solius, rogo vos? Sufficeret, me-
morabor iustitiæ tuæ. Solius, inquit, prorsus: vbi meã
2. Cor. 4. b. non cogito. Quid enim habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iustitia tua sola liberat me, mea sola non sunt nisi peccata. Non glorier ergo de viribus meis, non in litera remaneam: reprobem literaturam, id est homines de litera gloriantes, & de suis viribus peruersè tanquam phrenetici præsumẽtes. Reprobẽ tales, in trem in potẽtiam Domini, vt quando infirmus sum, tũc potens sim: vt tu in me sis potẽs, quoniã memorabor iustitię tuæ solius.

Concio secunda, de secunda parte eiusdem Psalmi.

GRATIAM Deiqua gratis salui facti sumus nullis nostris meritis præcedentibus, nisi quibus suppliciũ debebatur, in isto cõmendari psalmo hesterno die insinuauimus charitati vestræ: eúmque tractãdo quoniã finire nequiuimus, extremam eius partẽ in hodiernam diem distulimus, promittẽtes in nomine Dñi nos debitum soluturos. Quod soluendi quoniam tempus est, adestote animo tanquam agro fertili, vbi & semen multiplicetis, & pluuiæ ingrati non sitis. Commendauimus hesterno die titulum eius, sed propter renouandam intentionem vestram, & his intimandum qui heri absentes fuerunt, breuiter cõmemoramus; quod recolant qui audierunt, audiant qui nesciẽrunt. Filiorũ Ionadab psalmus est; quod nomen interpretatur, Domini spontaneus: quoniam spõtaneè, hoc est bona, pura,
syncera & perfecta voluntate, non ficto corde Domino seruiendũ est: quod etiam illud indicat, vbi dictum
Psal. 53. est, Voluntariè sacrificabo tibi. Filiis huius, id est, filiis obediẽtiæ cãtatur psalmus, & his qui primi captiui ducti sunt, vt agnoscatur hic gemitus noster, & sufficiat diei malitia sua. Iam enim si superbi deseruimus, vel fatigati redeamus. Nec rediri nisi per gratiã potest: gratia, gratis data. Nam nisi gratis, gratia non esset. Porrò autem si propterea gratia est, qui gratis est: nihil tuum præcessit vt acciperes. Nã si aliqua bona opera tua præcesserunt, pretium accepisti, nõ gratis: pretium autem quod nobis debebatur, suppliciũ est. Quòd ergo liberamur, nõ meritis nostris, sed illius gratia est. Illum ergo laudemus: illi totum quod sumus, & quod salui efficimur, debeamus. Ad quod cõclusit, cùm multa dixisset, dicẽs: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Ad istum versum conclusa est hesterna tractatio. Primi ergo captiui, id est, pertinentes ad primũ hominem: propter hoc enim captiui propter primũ hominem: in quo
omnes morimur: quia non prius, quod spiritale est, sed 1. Co. 15. f.
quod animale, postea quod spiritale. Propter primum hominẽ primi captiui, propter secundum hominẽ secundi redempti: nam & ipsa redemptio clamat captiuitatem nostram. Vnde enim redempti, si nõ antea captiui? Et eam captiuitatem expressius ab Apostolo insinuatã ex epistola eius verba quædam cõmemorantes,
insinuauimus & repetimus: Video aliam legem in mẽ- Rom. 7. d.
bris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentẽ in lege peccati, quæ est in membris meis,
Ipsa est prima captiuitas nostra, qua cõcupiscit aduer- Galat. 5. c.
sus spiritum caro. Venit autẽ hoc de pœna peccati: vt homo aduersus seipsum diuideretur, qui vni subditus esse noluit. Nihil enim tam expedit animæ quàm obedire. Et si expedit animæ obedire in seruo vt obediat domino, in filio vt obediat patri, in vxore vt obediat viro: quanto magis in homine vt obediat Deo? Expertus ergo malum Adam, omnis autem homo Adã, sicut in his qui crediderunt omnis homo Christus, quia mẽbra sunt Christi. Expertus ergo malũ quod non debuit
experiri, si crederet dicenti, Noli tãgere. Expertus er- Gen. 3. a.
go malum, postea saltem obtemperet præceptis medici vt surgat, qui noluit credere medico vt non ægrotaret. nã & sanis bonus & fidelis medicus dat præceptũ,
ne sit illis necessarius. Non est enim sanis necessarius Matt. 9. b.
medicus, sed malè habentibus. Boni autem amici medici qui nolunt vendere artem suam, & plus gaudẽt ad
C sanos quàm ad ægrotos: dant quædam præcepta sanis, quę obseruando in ægritudinem nõ cadant. Porrò autem illi si pręcepta contẽpserint, & in ægritudinem inciderint, supplicant medico: quẽ contempserunt sani, rogant ægroti. Vtinam salutem rogent, ne per febrem mente perdita medicum cædant. Audistis modò cùm Euangelium legeretur, quẽadmodum in illos dicta sit
parabola. Mentis sanæ erant qui dixerunt, Hic est hæ- Matth. 21. d
res, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas? Vtique non. Puta quia occiderũt filium, & patrem occisuri erant? Hoc est mentem sanam non habere. Postremò ecce quia occiderunt filium: resurrexit filius, &
lapis reprobatus ab ædificantibus factus est in caput
anguli. Offenderunt in illũ, & conquassati sunt: veniet Psal. 117.
super eos, & conteret eos. Sed non ita iste qui cantat in psalmo & dicit, Introibo in potentiam Domini: non
D meam, sed Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Nullã meam agnosco, solius tuæ iustitiæ memorabor. A te habeo, quicquid boni habeo: quicquid autem mali habeo, à me habeo. Non meritis supplicium reddidisti, sed gratiam gratis impertisti. Tuæ itaque solius iustitiæ memorabor. Deus docuisti me ex iuuentute mea.) Quid est, me docuisti? Quia tuæ solius iustitiæ memorari debeo. Considerans enim vitã meam præteritam, video quid mihi debebatur, & quid acceperim pro eo quod mihi debebatur. Debebatur pœna, sed reddita est gratia: debebatur gehenna, data est vita æterna. Deus docuisti me ex iuuentute mea. Ex ipso initio fidei meæ, qua me innouasti, docuisti me, nihil in me præcessisse, vnde mihi dicerem deberi quod dedisti. Quis enim conuertitur ad Deum nisi ab iniquitate? Quis redimitur nisi à captiuitate? Quis autem

potest

potest dicere iniustã fuisse captiuitatẽ suam, quãdo de-
seruit imperatorem, & diuertit ad desertorẽ? Impera- A
tor enim Deus, desertor autem diabolus. Præceptum
Gen. 2. c. & 3. a. dedit imperator, fraudem suggessit desertor. Vbi autes tuæ inter præceptionem & deceptiõnem? Meliórne diabolus quàm Deus? Melior qui defecit, quàm qui te fecit? Credidisti quod promisit diabolus, & inuenisti quod minatus est Deus. Iam ergo ex captiuitate liberatus, adhuc tamen in spe, nõdum in re, ambulas per fidẽ, nondum per speciem. Deus, inquit, docuisti me ex iuuentute mea. Ex quo conuersus sum ad te, innouatus à te qui factus à te, recreatus qui creatus, reformatus qui formatus: ex quo cõuersus sum didici merita mea nulla præcessisse, sed gratiam tuam mihi gratis venisse, vt memorarer iustitiæ tuæ solius. Quid deinde post iuuentutem? Quoniam docuisti me, inquit, ex iuuẽtute mea. Quid post iuuentutem? In ipsa enim prima cõuersione tua didicisti, quòd ante conuersionem iustus nõ fuisti: sed præcessit iniquitas, vt expulsa iniquitate succede-
B ret charitas, vt sis renouatus in nouum hominem spe duntaxat, nõdum re. Didicisti quòd nihil tui boni præcesserat, & gratia Dei conuersus es ad Deũ. Iã fortè ex quo cõuersus es, habebis aliquid tuũ, & de viribus tuis pręsumere debes, quemadmodũ solent homines dicere, Iã dimitte, opus erat vt viam ostenderes: sufficit, ambulabo viam. Et ille qui tibi viam ostẽdit, Ne fortè vis vt deducã te? Tu autẽ si superbis, Absit, Sufficit, ambulabo viã. Dimitteris, & per infirmitatẽ iterũ aberrabis. Bonum erat tibi vt deduceret te, qui prius in via collocauit te. Cęterùm nisi & ipse ducat, rursus errabis: die
Psal. 50 illi ergo, Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Quòd autem viã ingressus es, inuentus est ipsa renouatio & initium fidei. Antea enim ambulabas per vias tuas vagabundus, errãs per syluosa, per aspera, laceratus omnibus membris; patriã quærebas, hoc est stabilitatem quandam spiritus tui, vbi diceris, bene est: & securus diceres, quietus ab omni molestia, ab omni
C tentatione, ab omni postremò captiuitate, & nõ inue- niebas. Quid dicam? Venit ad te qui tibi ostenderet viã, venit ad te ipsa via, & cõstitutus es in ea, nullis tuis meritis præcedentibus, quoniam vtique errabas. Quid est, ex quo ingressus es? Iã regis te, iam ille qui viã docuit te, dimittet te? Non, inquit, docuisti me ex iuuentute mea. Et vsque nũc annunciabo mirabilia tua.) Mirabile est enim quod adhuc facis vt regas me, qui in via posuisti me: & hæc sunt mirabilia Dei. Quę sunt putas mirabilia Dei? Quid mirabilius inter Dei mirabilia, quàm mortuos suscitare? Nunquid nam ego mortuus sum, inquis? Si mortuus nõ esses, nõ diceretur tibi, Surge qui
dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.
Ephes. 5. c. Mortui sunt omnes infideles: omnes iniqui corpore viuũt, sed corde extincti sunt. Qui autem suscitat mortuũ secundũ corpus, reddit eum luci huic videndæ, & huic aëri ducendo: non autem suscitator eius ipse illi lux &
D aër est. Incipit videre, quemadmodum videbat antea. Anima non sic exuscitatur. Anima enim exuscitatur à Deo, quanquã & corpus exuscitetur à Deo. Sed Deus quãdo exuscitat corpus, mundo reddit: quãdo exuscitat animam, sibi reddit. Si recedat aër mũdi istius, moritur corpus: si recedat Deus moritur anima. Cùm ergo animã suscitat Deus: nisi assit qui suscitauit, suscitata nõ viuit. Nõ enim suscitat, & dimittit vt viuat sibi, sicut Lazarus quãdo resuscitatus est quatriduanus mortuus, suscitatus est corpore per Domini corporalẽ
Ioan. 11. c. De pe. di. 3. *resuscitat°.* præsentiã. Accessit enim corporaliter ad sepulcrũ, clamauit, Lazare, veni foras: & surrexit Lazarus, processit de sepulchro ligatus, deinde solut° discessit. Resuscitatus est Domino pręsẽte, sed vixit & Dño absẽte, quãquã cum Dominus corporaliter resuscitasset, quantũ ad visibilia pertinet: cæterùm præsentia maiestatis suæ illum suscitauit, qua præsentia nusquã recedit. Interim tamen ad præsentiam visibilẽ Dominus suscitauit Lazarũ. Discessit de ipsa ciuitate Dominus vel de illo loco. Nũquid Lazarus nõ vixit? Nõ sic anima suscitatur. Suscitat illã Deus, moritur si discesserit Deus. Dicam enim audacter fratres, sed tamen verum. Duæ vitæ sunt: vna corporis, altera animæ. Sicut vita corporis anima, sic vita animæ Deus. Quomodo si anima deserat, moritur corpus: sic anima moritur, si deserat Deus. Ipsa est enim gratia eius, vt resuscitet & sit nobiscum. Quòd ergo nos suscitat à morte nostra præterita, & innouat quodammodo vitã nostrã: dicimus ei, Deus docuisti me ex iuuentute mea. Quia verò nõ recedit ab eis quos suscitat, ne cùm recesserit moriantur, dicimus ei, Et vsque nunc annunciabo mirabilia tua: quia cùm mecum es viuo, & animæ meæ vita tu es, quæ morietur si dimittatur sibi. Ergo dũ adest vita mea, hoc est, Deus meus, vsque nũc, quid postea? Et vsque in senectã & seniũ.) Duo ista nomina senectutis sunt, & discernũtur à Græcis. Grauitas enim post iuuẽtutẽ aliud nomen habet apud Græcos, & post ipsam grauitatem veniẽs, vltima ætas aliud nomen habet. Nã πρεσβύτης dicitur grauis, & γέραιος, senex. Quia verò in Latina lingua duorũ istorũ nominũ distinctio deficit, de senectute ambo sunt posita, senecta & senium. Scitis autẽ esse duas ætates. Docuisti me gratiã tuã à iuuẽtute mea, & vsque nũc: post iuuentutẽ meã annunciabo mirabilia tua, quia mecum es vt nõ moriar, quia venisti vt surgã. Et vsque in senectã, & seniũ: id est, vsque ad vltimũ meũ, nisi mecũ fueris, non erit aliquid meriti mei. Gratia tua semper perseueret mecũ. Hoc diceret etiam vnus homo, tu ille, ego. Quia verò vox ista vnius cuiusdã magni hominis est, hoc est, ipsius vnitatis, vox est enim Ecclesiæ: quæramus iuuẽtutẽ Ecclesiæ. Quãdò venit Christus, mortuus est, crucifixus est, surrexit, vocauit gentes, cœperunt conuerti, facti sunt martyres fortes in Christo, fusus est sãguis fidelis, surrexit seges Ecclesiæ: hæc iuuentus. Progredientibus autem temporibus confiteatur Ecclesia, dicat: Vsque nunc annunciabo mirabilia tua, non tantùm in iuuentute quãdo Paulus, quando Petrus, quando primi Apostoli nunciauerunt, procedente etiam ætate ego ipse, id est, vnitas tua, mẽbra tua, corpus tuũ, annunciabo mirabilia tua. Quid postea? Et vsque ad senectã & seniũ annunciabo mirabilia tua: vsque in finem seculi erit hic ecclesia. Si enim nõ hic futura est vsque in finẽ seculi: quibus Dñs dixit, Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque in consũmationẽ seculi? Quare ista oportebat vt dicerentur in Matt. 28. d
scripturis? Quia futuri erãt inimici Christianę fidei qui dicerẽt, ad paruum tempus sunt Christiani, postea peribũt & redibũt idola, rediet quod erat antea. Quãdiu erũt Christiani? Vsque ad senectã & senium: id est, vsque in finem seculi. Tu cùm expectas miser infidelis vt
transeant Christiani, trãsis tu sine Christianis. Et Christiani vsque in finem seculi permanebunt: & tu per infidelitatem tuam cùm finieris breuem vitam tuam, qua fronte exies ad iudicẽ, quem cùm viueres blasphemasti? Ergo à iuuentute mea & vsque nũc, & vsq; ad senectam & seniũ, Domine ne derelinquas me.) Non, quomodo dicunt inimici mei, vsque ad tempus erit. Ne derelinquas me, Donec annunciẽ brachium tuum generationi omni superuenturæ.) Et brachium Domini cui
reuelatum est? Brachium Domini, Christus. Noli ergo Esa. 53. a
derelinquere meinõ gaudeat qui dicit, Vsq; ad certum tẽpus erunt Christiani. Sint qui annuncient brachium tuũ. Cui? Generationi omni superuenturæ. Si ergo omni generationi superuenturæ, vsque in finem seculi:

finito enim seculo, iam nulla superueniet generatio.

Potentiam tuam & iustitiam tuam.) Hoc est, annunciem generationi omni superuenturæ brachium tuum. Et quid præstitit brachium tuũ? Liberationem nostrã gratuitam. Hoc ergo annunciem, ipsam gratiam omni generationi superuenturæ: dicam omni homini nascituro: Nihil es per te, Deum inuoca, tua peccata sunt, merita Dei sunt: supplicium tibi debetur, & cum præmium venerit, sua dona coronabit, non merita tua. Dicam omni generationi superuenturę, de captiuitate venisti, ad Adam pertinebas. Dicã hoc omni generationi superuenturæ, nullas vires meas, nullam iustitiã meã; sed potentiam tuam, & iustitiam tuã, Deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia.) Potentiam tuam & iustitiam tuam, vsquequò? Vsque ad carnem & sanguinem? Imò vsque ad altissima, quæ fecisti magnalia. In altis cæli sunt, in altis angeli sunt, sedes, dominationes, principatus, potestates: tibi debẽt q̃ sũt, tibi debẽt q̃ viuũt, tibi debẽt quòd iustè viuũt, tibi debẽt q̃ beatè viuunt. Potentiam tuã & iustitiam tuã, vsquequò? Vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Ne putes hominem solum pertinere ad gratiam Dei. Quid erat angelus antequam fieret? quid est angelus si deserat qui creauit? Ergo potentiam tuam & iustitiam tuam, vsque in altissima, quæ fecisti magnalia. Et homo se extollit: & vt pertineat ad primam captiuitatem, audit serpentem suggerentem,
Genes. 3.b. Gustate & eritis sicut dij. Homines sicut dij? Deus quis similis tibi?) Non in abysso, non in inferno, non in terra, non in cælo; omnia enim tu fecisti. Quid contendit opus cum artifice? Deus quis similis tibi? Ego autem, ait Adam miser, & in Adam omnis homo, cùm volo esse peruersè similis tibi, ecce quid factus sum, vt de captiuitate ad te clamem. Cui bene erat sub rege bono, captiuus factus sum sub meo seductore: & clamo ad te, quia cecidi abs te. Et vnde abs te cecidi? Cùm quæro esse peruersè similis tibi. Quid enim? Deus nónne ad suam similitudinem nos vocat? Nónne ipse est qui di-
Matth. 5.f. cit, Diligite inimicos vestros, orate pro eis qui vos persequũtur, benefacite eis qui vos oderunt? Hæc dicens, ad similitudinem Dei nos hortatur. Denique quid adiungit? Vt sitis, inquit, filij patris vestri qui in cælis est. Quid enim ipse facit? Hoc facit certè. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Qui enim bene vult inimico suo, Deo similis est. nec ista superbia, sed obedientia est. Quare? Quia ad
Genes. 1.d. imaginem Dei facti sumus. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Non ergo aliquid alienum est. si imaginem Dei tenemus in nobis: vtinam eam per superbiam non amittamus. Sed quid est per superbiam? Velle esse similis Deo. Quid putamus vt exclamaret captiuus, Domine quis similis tibi? Quæ est ista peruersa similitudo? Audite & intelligite, si potestis. Credimus autem quòd ipse qui nos posuit hæc vobis dicere, dabit vobis etiam posse & intelligere. D
Deus nullo indiget bono, & ipse est summum bonum, & ab ipso est omne bonum. Vt ergo boni simus, Deo indigemus: vt bonus sit Deus nobis non indiget. Nec nobis tantum, sed vsque ad altissima quæ fecit magnalia: nec ipsis cælestibus, nec supercælestibus, nec cælo cæli quod dicitur indiget Deus, vt aut melior sit, aut potentior, aut beatior. Quid enim esset quicquid aliud est, nisi ipse fecisset? Quo ergo eget abs te qui erat ante te, & tam potens erat, vt cùm tu nihil esses, faceret te? Nunquid quomodo parentes faciunt filios? Per quandam concupiscentiam carnalem generãt potiùs quàm creant: istis enim generantibus, Deus creat. Nam si tu ita creas, dic quid tua mulier paritura est. Quid dicã, tu dic? Ipsa dicat, quæ quod portat ignorat. Generãt tamẽ homines filios, & ad solatium suum, & ad subsidium A senectutis. Nũquid ideo creauit hęc omnia Deus, à quibus senex adiuuaretur? Nouit ergo Deus quod creat, & quale sit per eius bonitatem: & quale futurũ sit per propriam voluntatem. Nouit Deus & ordinauit omnia. Vt autem homo sit aliquid, conuertit se ad illũ à quo creatus est. Recedendo enim frigescit, accedendo feruescit: recedendo tenebrescit, accedendo clarescit. A quo enim habet vt sit, apud illum habet vt ei bene sit. Deni- Luc. 15. c.
que filius minor, qui voluit in sua potestate habere substantiam suam, quæ illi apud patrẽ optimè seruabatur: factus suæ potestatis, profectus est in regionem longin- Psal. 58.
quam, hæsit principi malo, porcos pauit, fame correctus est, qui saturitate superbus abscesserat. Ergo quisquis ita vult esse similis Deo, vt ad illum stet, fortitudinémque suã, sicut scriptum est, ad illũ custodiat, non ab illo recedat: ei cohærẽdo signetur tãquã ex annulo cera, illi affixus habeat imaginẽ ei⁹: faciẽs quod dictũ est, Psal. 72.
B Mihi autem adhærere Deo, bonum est, verè custodit similitudinẽ & imaginẽ ad quã factus est. Porrò autem si Genes. 1. d.
peruersè voluerit imitari Deũ, vt quomodo Deus non habet à quo formetur, nõ habet à quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti, vt quomodo Deus, nullo formãte, nullo regẽte viuat: quid restat fratres, nisi vt recedẽs ab eius calore torpescat, recedẽs à veritate vanescat, recedẽs ab eo quod summè atque incõparabiliter est, in
deterius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit: imitari Gen. 1. & 3.
Deũ voluit, sed peruersè, non esse sub illius potestate, sed habere cõtra illũ potestatẽ. Homo autẽ positus sub præcepto, audiuit à Domino Deo, Noli tangere. Quid? Hanc arborẽ. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare nõ tango? Si male est, quid facit in paradiso? Prorsus ideo est in paradiso, quia bona est: sed nolo tãgas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem seruũ: ad hoc serue, sed noli male serue. Serue audi prius Domini iussum, & tunc iubentis disce consi-
C lium. Bona est arbor, nolo tangas. Quare? Quia dominus sum, & seruus es. Hæc tota causa est. Si parua est, dedignaris esse seruus. Quid autem tibi expedit, nisi esse sub Domino? Quomodo eris sub Domino, nisi fueris sub præcepto? Porrò si expedit tibi esse sub Domino & sub præcepto, quid tibi iussurus erat Deus? Aliquid enim quærit abs te: Offer mihi sacrificium, dicturus est tibi? Nõne ipse fecit omnia, in quibus & te fecit? Obsequere mihi, dicturus est tibi, siue ad lectum, cùm requiesco: siue ad mensam, cùm me reficio: siue ad balneas, cùm lauo? Quia ergo nullo abs te indiget Deus, nihil tibi debuit iubere? Si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, sentires esse sub Domino, ab aliqua re prohibẽdus eras: nõ propter illius arboris malitiã, sed propter tuã obediẽtiam. Nõ potuit Deus perfectius demõstrare quantum sit bonum obedientiæ, nisi cum prohibuit ab ea re, quæ non erat mala. Sola ibi obediẽtia tenet palmam, sola ibi inobediẽtia inuenit pœnam. nonũ est, nolo tangas. Non enim non tãgendo moriturus es. Nunquid qui hinc prohibuit, aliã subtraxit? Nónne est paradisus fructuosis plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc nolo tangas, hinc nolo gustes. Bonum est, sed obedientia melior est. Proinde cùm tetigeris, nũquid arbor illa malum erit, vt moriaris? Sed inobedientia te subiecit morti, quia prohibita tetigisti. Ideo arbor illa Ibidem.
appellata est scientia dignoscendi boni & mali, nõ quia inde talia quasi poma pendebant: sed quicquid esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia homo qui nollet bonum à malo discernere per præceptum, discreturus erat per experimentum, vt tangendo vetitũ, inueniret suppliciũ. Quare autem tetigit, fratres mei? Quid illi deerat? Dicatur mihi,

mihi, quid illi deerat in paradiso constituto, in media opulentia, mediisque deliciis, cui magnæ deliciæ erant A
ipsa visio Dei, cuius faciẽ quasi inimici timuit post peccatum? Quid illi deerat vt tangeret, nisi quia sua potestate vti voluit, præceptum rũpere delectauit? Vt nullo sibi dominante fieret sicut Deus, quia Deo nullus vtique dominatur. Male vagus, male prę̃sumens, futurus mortuus, recedẽdo à via iustitiæ: ecce soluit præceptũ, excussit à ceruice iugum disciplinæ, habenas regiminis exaltante animositate dirupit. Vbi est nunc? Ecce cap-
Psal. 34. tiuus clamat, Domine, quis similis tibi? Volui esse peruerse similis tibi, & factus sũ similis pecori. Sub tua dominatione, sub tuo pręcepto verè similis erã: sed homo in honore positus nõ intellexit, cõparat⁹ est iumẽtis insensatis, & similis factus est illis. Iam de similitudine iumentorum clama serò ergo & dic, Deus quis similis tibi? Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas.) Meritò superbe serue. Voluisti enim peruerse esse similis Domino tuo, qui factus eras ad imaginem Do-
B mini tui. Bene tibi velles vt esset, recedenti ab illo bo-
Genes. 1.d. no? Prorsus dicit tibi Deus, Si recedis à me, & bene tibi est, ego non sum bonum tuum. Proinde si ille bonus & summè bonus, & de se sibi bonus, & nullo alieno bono bonus, & ipse nostrũ summũ bonum: recedendo inde, quid eris nisi malus? Item si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedẽti, nisi miseria? Redi ergo post miseriã, & dic, Dñe quis similis tibi? Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas? Sed disciplina fuit, admonitio, non desertio. Denique gratias agens quid dicit? Et conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum
al. Iterum cecidisti. reduxisti me.) Quando enim antea? Quid est hoc iterũ? Cecidisti ab altitudine ô homo, mancipium inobediẽs superbe aduersus Dominum cecidisti. Factum est in te,
Luc. 14. c. Omnis qui se exaltat, humiliabitur: fiat in te, Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Redi de profundo. Redeo, inquit, redeo, agnosco, Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & cõuer- C
sus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Intelligimus, audio. Reduxisti me enim de abyssis terræ, reduxisti me à profunditate & submersione peccati. Sed quare iterum? Quando iam factũ erat? Sequamur, ne fortè posteriora Psalmi ipsius exponant nobis, quod hic nondum intelligimus quid dixerit iterum. Ergo audiamus. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Quid deinde? Multiplicasti iustitiam tuam, & conuersus consolatus es me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Ecce alterum iterum. Si hoc iterum soluere laboramus semel positum, quis poterit soluere geminatum? Iam ipsum iterum geminatio est, & rursum positum est iterum. Assit ille à quo gratia, assit & brachium quod annunciamus omni generationi superuenturæ. Assit ipse, & tanquam claue crucis suæ clausum sacramentũ D
Matt. 27.f. aperiat. Neque enim frustra illo crucifixo, velũ templi mediũ scissũ est: nisi quia per ipsius passionem omnium mysteriorũ secreta patuerunt. Assit ergo ipse trãseuntibus ad eum, auferatur velamẽ: dicat nobis Dominus
2. Cor. 3. d. noster & Saluator Iesus Christus, quare talis vox Prophetæ præmissa est, Ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & cõuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. En hoc primum positũ est iterum: videamus quid hoc sit, & inueniemus quare alte-
Ioan. 1. a. rum iterũ. Quid est Christus? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deũ: omnia per ipsũ facta sũt, & sine ipso factum est nihil. Grande hoc, magnũ hoc. Tu quid captiue? Vbi iaces? In carne, sub morte. Quis ergo ille? Quis tu? Et quid ille postea? Propter quem? Quis ille, nisi quod dictum est verbũ? Quod verbũ? Ne fortè sonat & transit? Verbum Deus apud Deũ, verbum, per quod facta sunt omnia. Quid propter te? Et verbũ caro factũ
est, & habitauit in nobis. Qui filio proprio nõ pepercit, Rom. 8. f.
sed pro nobis omnib⁹ tradidit illũ. Quomodo ergo nõ & cũ illo omnia nobis donauit? Ecce quid, quis, propter quẽ. Filius Dei caro propter peccatorẽ, propter iniquũ, propter desertorẽ, propter superbũ, propter peruersũ Dei sui imitatorẽ. Factus ille quod tu, filius hominis: vt nos efficeremur filij Dei. Caro factus. Vnde caro? Ex
Luc. 2. a. Maria virgine. Vnde Maria virgo? Ex Adã. Ergo ex illo primo captiuo & caro in Christo, de massa captiuitatis. Vt quid hoc? Ad exẽplum. Suscepit à te, in quo moreretur pro te. Suscepit à te quod offerret ꝓ te, quo exẽplo doceret te: Quid doceret te? Quia resurrecturus es. Vnde enim crederes, nisi exemplũ carnis præcederet assũptæ de massa mortis tuæ? Ergo in illo primo resurrexi-
B mus: quia & Christus cũ resurrexit, nos resurreximus. Nõ enim verbum mortuũ est, & resurrexit, sed in verbo caro mortua est & resurrexit. Ibi mortuus est Christus, vbi es tu moriturus: & ibi resurrexit Christus, vbi tu es resurrecturus. Exẽplo suo docuit quid nõ timeres, quid sperares. Timebas mortẽ, mortuus est, desperabas de resurrectione, resurrexit. Sed dicis mihi: Ille resurrexit, nũquid ego? Sed resurrexit in eo quod ꝓ te accepit ex te? Ergo natura tua in illo præcessit te: & quod sumptũ est ex te, ascẽdit ante te. Ibi ergo & tu ascẽdisti. Ascẽdit ergo ille prior, & in illo nos: quia caro illa de genere humano. Ergo & illo resurgente, reducti sumus ex abyssis terræ. Cũ itaque resurrexit Christus, de abyssis terræ reduxisti me. Cùm verò credimus in Christũ, de abyssis terrę iterũ reduxisti me. Ecce vnum iterũ audi impleri ab Apostolo: Si ergo resurrexistis cũ
Colos. 3. a. Christo, quæ sursũ sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedẽs: quæ sursũ sunt sapite, nõ quæ super terrã. Præcessit ergo ille: iã resurreximus & nos, sed adhuc in spe. Audi hoc idẽ Apostolũ Paulũ dicentẽ: Et ipsi in Rom. 8. d.
nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectãtes redẽptionem corporis nostri. Adhuc ingemiscis: adhuc expectas. Quid ergo est q̃ tibi prę̃stitit Christus? Audi q̃ sequitur: Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Reducti ergo sumus iterũ ab abyssis, spe. Quare iterũ? Quia iam Christus præcesserat. Sed quia resurgemus in re, modò enim spe viuimus, modò secundũ fidẽ ambulamus: reducti sumus ab abysis terrę, credẽdo in eũ qui ante nos resurrexit ab abysis terræ. Resuscitata est anima nostra ab iniquitate infidelitatis, & facta est in nobis quasi prima resurrectio per fidẽ. Sed si sola erit, vbi est quod Apostolus ait, Adoptionẽ expectantes redẽptionem corporis nostri? Vbi est quod illo loco dixit, Corpus mortuum est propter peccatum, spiritus vita est propter iustitiam? Si autem qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis. Ergo iam resurreximus mente, fide, spe, charitate: sed restat vt resurgamus corpore. Audisti vnum iterum, audi alterum iterum. Vnum iterum propter Christum præcedentem: tu iterum, sed adhuc spe. Quid restat in re? Multiplicasti iustitiam tuam, iam in credentibus: iam in illis qui primò resurrexerunt in spe. Multiplicasti iustitiam tuam. Ad ipsam iustitiam pertinet & flagellum: quia tempus est vt iudi- 1. Pet. 4. d.
cium incipiat à domo Dei, ait Petrus, id est, à sanctis eius.

Flagellat autem omnem filium quem recipit. Multiplicasti iustitiam tuam, quia iam nec filiis pepercisti: sed quibus hæreditatem æternam seruabas, disciplina non deseruisti. Multiplicasti iustitiam tuam, & cõuersus cõsolatus es me: & propter corpus in fine resurrecturum, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Etenim ego cõfitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam.) Vasa Psalmi, psalterium. Sed quid est psalterium? Organũ ligneũ cum chordis. Quid significat? Interest aliquid inter ipsum & citharam? Interesse dicunt qui norunt: eò quòd concauum illud lignum cui chordæ supertenduntur vt resonent, in superiore parte habet psalterium, cithara in inferiore. Et quia spiritus desuper, caro de terra: significari videtur, per psalteriũ spiritus, per citharã caro. Et quia duas dixerat reductiones nostras ab abyssis terræ, vnam secundum spiritum in spe, alteram secundum corpus in re: audi eas duas. Etenim ego confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam. Hoc secundũ spiritum. Quid de corpore? Psallam tibi in cithara sanctus Israël.) Iterum hoc audi, propter ipsum iterum & iterum. Exultabunt labia mea, cùm psallam tibi.) Sed quia labia solent dici & interioris hominis & exterioris, incertũ est quomodo posita sint labia. Sequitur ergo: Et anima mea quam redemisti.) Ergo de labiis interioribus saluati in spe, reducti ab abyssis terræ in fide & charitate: expectãtes tamen adhuc redemptionem corporis nostri, quid dicimus? Iam dixit: Et anima mea quã redemisti. Sed ne solã animam redemptã putares, in qua nunc audisti vnum iterũ. Adhuc autem, inquit, Quid adhuc? Adhuc autem & lingua mea.) Ergo iam lingua corporis: Tota die meditabitur iustitiam tuam.) Id est, in æternitate sine fine. Sed quãdo hoc? Iã in fine seculi, in resurrectione corporis, & immutatione in angelicũ statũ. vnde hoc probatur, quia de fine dicitur: Adhuc autẽ & lingua mea tota die meditabitur iustitiã tuã?

Cùm confusi fuerint & erubuerint, qui quærũt mala mihi.) Quando confundentur, quando erubescent, nisi in fine seculi? Duobus enim modis confundentur: aut cùm credent in Christum, aut cùm venerit Christus. Nam quàm diu hic est Ecclesia, quàm diu gemit triticum inter paleas, quàm diu gemunt spicæ inter zizania, quàm diu gemũt vasa misericordiæ inter vasa iræ facta in contumeliam, quàm diu gemit lilium inter spinas: non deerunt inimici qui dicãt: Quãdo morietur & peribit nomen eius? Id est, ecce veniet tẽpus vt finiãtur, & nõ sint Christiani: Sicut cœperũt ex aliquo tẽpore, ita vsque ad certum tempus erunt. Sed cùm ista dicunt, & sine fine moriuntur, & permanet Ecclesia prædicans brachiũ Domini omni generationi superuenturæ: veniet & ipse vltimus in claritate sua, resurgẽt omnes mortui, quisque cum causa sua: separabuntur boni ad dexterã, mali autem ad sinistram, & cõfundẽtur qui insultabãt, erubescẽt qui garriebãt: & sic lingua mea post resurrectionem meditabitur iustitiã tuam, tota die laudẽ tuã, cũ cõfusi fuerint & erubuerint, qui quærũt mihi mala.

IN PSALMVM LXXI. ENARRATIO.

IN Salomonem) quidem Psalmi huius titulus prænotatur: sed hæc in eo dicũtur, quæ non possunt illi Salomoni regi Israël secundum carnem iuxta ea, quæ de illo sancta Scriptura loquitur, conuenire, Domino autem Christo aptissimè possunt. Vnde intelligitur etiã ipsum vocabulum Salomonis ad figuratam significationem adhibitum, vt in eo Christus accipiatur. Salomon quippe interpretatur pacificus: ac per hoc tale vocabulum illi verissimè atque optimè congruit, per quẽ mediatorem ex inimicis accepta remissione peccatorum reconciliamur Deo. Etenim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Idem ipse est ille pacificus, qui fecit vtraque vnum, & mediũ parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in se in vnum nouum hominem, faciens pacem: & veniens euangelizauit pacem iis qui longè, & pacem iis qui propè. Ipse in Euangelio dicit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et multis aliis testimoniis Dominus Christus pacificus esse monstratur: non secundum pacem quam nouit & quærit hic mundus, sed illam pacem, de qua dicitur apud Prophetam: Dabo eis solatium verum, pacem super pacem, cui scilicet paci reconciliationis, additur pax immortalitatis. Nã post omnia reddita, quæ promisit Deus nouissimam pacem nos expectare debere, qua cum Deo viuamus in æternum; idem Propheta ostendit, vbi ait: Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim dedisti nobis. Pax erit planè illa perfecta, quando nouissima inimica destruetur mors. Et in quo erit hoc, nisi in pacifico illo reconciliatore nostro? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Quoniã ergo inuenim' verũ Salomonem, hoc est, verũ pacificũ: quid deinde Psal. ipse de illo doceat, attẽdam'.

Enarratio Psalmi.

DEVS iudicium tuum regi da, & iustitiam tuã filio regis. Dominus ipse in Euangelio dicit, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: hoc est ergo, Deus iudicium tuum regi da. Qui rex, etiã fili' est regis: quia & Deus pater vtique rex est. Ita scriptum est, quòd rex fecit nuptias filio suo. More autẽ scripturæ idem repetitur. Nam quod dixit, iudicium tuũ, hoc aliter dixit, iustitiam tuam: & quod dixit, regi, hoc aliter dixit, filio regis: sicut est illud: Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus subsãnabit eos. Quod est, qui habitat in cęlis, hoc est, & Dominus: & quod est, irridebit eos, hoc est, subsannabit eos. Et: Cæli enarrãt gloriã Dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Cæli repetiti sunt nomine firmamenti. Et quod dictum est, gloria Dei: repetitum est, opera manuum eius. Et quod dictum est, enarrant, repetitum est, annuciant. Istæ autem repetitiones multum eloquia diuina commendant, siue eadem verba alia sententia, siue aliis verbis eadem sententia repetatur: & maximè reperiũtur in Psalmis, & in eo genere sermonis, quo animi est mouendus affectus. Deinde sequitur: Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Rex pater regi filio ad quam rem dedit iudicium suum & iustitiam suam, satis ostenditur cùm dicit: Iudicare populum tuum in iustitia, id est, ad iudicandum populum tuum. Talis locutio est apud Salomonem: Prouerbia Salomonis filij Dauid, scire sapientiam & disciplinam: hoc est, Prouerbia Salomonis, ad sciendam sapientiam & disciplinam. Ita iudicium tuum regi da, iudicare populum tuum: id est, iudiciũ tuũ da ad iudicandum populũ tuũ. Quod autem ait prius, populum tuũ: hoc ait posterius, pauperes tuos: & quod ait prius, in iustitia; hoc posterius, in iudicio: more illo repetitionis. Vbi sanè demonstrat populum Dei pauperem esse debere, id est, non superbum; sed humilem. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Qua paupertate etiam beatus Iob pauper fuit, & antequam magnas illas terrenas diuitias amisisset. Quod ideo commemorãdum putaui, quoniã sunt quidam qui facilius omnia sua pauperibus distribuunt, quàm ipsi pauperes Dei fiant. Inflati sunt enim iactantia, qua putant sibi esse tribuendum non gratiæ Dei, quòd bene viuunt, & ideo iam nec bene viuunt quantacunque bona opera facere videantur. De suo quippe habere se putant, & gloriantur quasi non acceperint.

Diui-

Diuites sui, non pauperes Dei: abundantes sibi, nõ egẽtes Deo. Sed ait Apostolus: Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ autẽ non habeam, nihil mihi prodest. Tanquã si diceret: Si distribuero omnia mea pauperibus, & pauper Dei nõ fuero, nihil mihi prodest. Charitas enim nõ inflatur: nec est † veritas Dei in eo, qui ingratus est spiritui sãcto eius, per quẽ diffunditur in cordibus nostris charitas eius. Et ideo tales nõ pertinẽt ad populũ Dei, quia non sunt pauperes Dei. Pauperes quippe Dei dicunt: Nos autem nõ spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sũt nobis. Nã cùm & in isto Psalmo propter suscepti hominis sacramentũ, quo verbũ caro factum est, dicatur Deo patri regi, iustitiam tuam da filio regis: nolunt isti sibi dari iustitiã, sed à semetipsis eam habere cõfidũt. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Non sunt itaque, vt dixi, pauperes Dei, sed diuites sui: quia nõ sunt humiles, sed superbi. Veniet verò ille iudicare, populum Dei in iustitia, & pauperes Dei in iudicio: & eo iudicio discernet à diuitibus eorum pauperes suos, sed quos paupertate sua fecit diuites suos. Clamat ei quippe populus pauper, Iudica me Deus, & discerne causam meã de gente non sancta. Quod autem mutato verborum ordine, cùm prius dixisset, Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: prius ponens iudicium, deinde iustitiã: prius iustitiam posuit, deinde iudici, dicens: Iudicare populũ tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio: magis ostendit iudicium se appellasse iustitiam, nihil interesse demonstrans quo ordine ponatur, cùm idem significet. Solet enim dici iudicium prauum quod iniustum est: iustitiam verò iniquam vel iniustam dicere nõ solemus. Si enim praua, & iniusta erit: nec iustitia iam dicenda est. Proinde ponendo iudicium atque iustitiæ nomine repetendo, vel ponendo iustitiam & eam iudicij nomine repetendo, satis edocet propriè se appellare iudicium quod pro iustitia poni solet: id est, quod in malè iudicando intelligi non potest: Vbi enim Dominus dicit, Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate: ostendit esse posse prauum iudiciũ, cùm dicit: Rectum iudicium iudicate. Denique illud vetat, hoc pręcipit. Cùm verò sine vlla adiectione dicit iudicium, continuò iustum vult intelligi: sicut est quod ait: Relinquitis grauiora legis, misericordiã & iudiciũ. Et illud quod Hieremias dicit. Faciens diuitias suas nõ cum iudicio. Non ait, Faciẽs diuitias suas prauo vel iniusto iudicio, vel non cum iudicio recto aut iusto, sed non cum iudicio, iudicium non appellans, nisi quod rectum ac iustum est. Suscipiant mõtes pacem populo, & colles iustitiam.) Montes maiores sunt, colles minores. Nimirum ergo hi sunt quos alius habet Psalmus: Pusillos cum magnis. Isti quippe montes exultauerunt sicut arietes, & isti colles sicut agni ouium, in exitu Israel de Ægypto, id est, in populi Dei liberatione ab huius seculi seruitute. Excellenti ergo sanctitate eminentes in Ecclesia, montes sunt, qui idonei sunt & alios docere, sic loquendo vt fideliter instruantur, sic viuendo vt salubriter imitentur. Colles autem sunt illorum excellentiam sua obedientia subsequentes. Quare ergo mõtes pacem, & colles iustitiam? An fortè nihil interesset, etiam si ita diceretur: Suscipiant montes iustitiã populo, & colles pacẽ? Vtrisque enim iustitia, & vtrisque pax necessaria est. Et fieri potest, vt alio nomine pax appellata sit ipsa iustitia. Hæc est enim vera pax, non qualem iniusti inter se faciunt. An potius cum distinctione non contemnenda intelligendum est, quod ait, Mõtes pacem, & colles iustitiã? Excellẽtes quippe in Ecclesia, paci debent vigilanti intentione consulere: ne propter suos honores superbè agendo schismata faciant, vnitatis compage dirupta. Colles autem ita eos imitando & obediendo subsequantur, vt eis Christum anteponant: ne malorum montium, quoniam vidẽtur excellere, vana authoritate seducti, se à Christi vnitate dirumpant. Ideo dictum est, Suscipiant montes pacem populo. Dicant quidẽ: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed rursus dicant: Licet si nos aut angelus de cælo vobis annũciauerit præterquã quod accepistis, anathema sit. Dicã etiã. Nũquid Paul' pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ita suscipiãt pacẽ populo Dei, id est, pauperibus Dei: non illis sed cum illis regnare cupientes. Illi quoque non dicãt, Ego sum Pauli, ego sum Appollo, ego verò Cephæ: sed omnes dicant, ego sum Christi. Hæc est iustitia, non anteponere seruos Domino nec æquare: ita leuare oculos in montes vnde veniat auxilium sibi, vt tamen auxilium suum nõ sperent à montibus, sed à Domino qui fecit cælum & terram. Potest & sic cõuenientissimè intelligi: Suscipiãt montes pacem populo: vt pacẽ intelligamus in reconciliatione qua Deo reconciliamur: montes quippe eam suscipiũt populo eius. Hoc Apostolus ita testatur: Vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministeriũ recõciliationis. Ecce quomodo suscipiunt mõtes pacẽ populo eius. Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi: non reputans illis delicta eorum, & ponens in nobis verbum recõciliationis. In quibus, nisi in montibus qui suscipiunt pacem populo eius? Quocirca legati pacis subsequenter adiungunt & dicũt: Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquã Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliari Deo. Hanc pacem suscipiunt montes populo eius, id est, prędicationem legationémque pacis eius. Colles autem iustitiam, hoc est obedientiam, quod est in hominibus & in omni rationali creatura omnis iustitiæ origo atque perfectio: ita vt duorum hominum, id est, Adam qui fuit caput mortis nostræ, & Christi, qui est caput salutis nostræ, hæc commendetur magna distinctio; quia sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores constitu sunt multi, ita & per obedientiam vnius hominis iusti constituentur multi. Suscipiant ergo montes pacem populo, & colles iustitiam, vt hoc modo vtrisque concordantibus, fiat quod scriptum est, Iustitia & pax osculatę sunt se. Quod verò alij codices habent, Suscipiãt montes pacẽ populo & colles: vtrosque prædicatores euangelicæ pacis intelligendos puto, siue præcedẽtes, siue subsequẽtes. In his autẽ codicib' illud sequitur: In iustitia iudicabit pauperes populi. Sed illi magis codices approbantur, qui habẽt quod suprà exposuimus: Suscipiãt mõtes pacem populo, & colles iustitiã. Aliqui autẽ habent, populo tuo, aliqui non habẽt, tuo, sed tantummodo populo. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ.) Pauperes & filij pauperum idem ipsi mihi videntur, sicut eadem ciuitas est Siõ, & filia Sion. Si autem distinctius intelligendum est, pauperes accipimus montes, filios autẽ pauperum colles, velut Prophetas atque Apostolos pauperes: filios autem eorum, id est, qui sub eorum authoritate proficiunt, filios pauperum. Quod verò suprà dictum est; iudicabit; & postea, saluos faciet: quædam velut expositio est quomodo iudicabit. Ad hoc enim iudicabit, vt saluos faciat, id est, à perdendis damnãdisque discernat, quibus donat salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, † vt alibi illi dicitur: Ne comperdas cum impiis animam meam. Et: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta.

Considerandum etiam quòd non ait, Iudicabit pauperem populum, sed, pauperes populi. Suprà enim vbi dixit, Iudicare populũ tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio: eundẽ dixit populũ Dei quos pauperes eius, id est, tantummodò bonos, & ad dexterã partem pertinentes. Quia verò in hoc seculo simul dextri sinistriq; pascuntur, qui velut agni & hędi in fine separandi sunt: totum sicut cõmixtum est, nomine populi nũcupauit.
Matth. 25.a Et quia iudiciũ etiã hic in bono ponit, id est, ad saluos faciẽdos: ideo ait, Iudicabit pauperes populi, id est, eos ad salutem discernet, qui sunt in populo pauperes. Iam qui sint pauperes, suprà exposuimus, hos & egenos intelligamus. Et humiliabit calumniatorẽ.) Nullus melius quàm diabolus hic calumniator agnoscitur. Calumnia eius est.
Iob. 1.b. Nunquid gratis colit Iob Deũ? Humiliauit autem illũm Dominus Iesus gratia sua suos adiuuans, vt gratis Deũ colant, id est, delectentur in Domino. Humiliauit etiã sic: quia cùm diabolus, id est, prin-
Ioan. 14. d. ceps huius mũdi nihil in eo inuenisset, occidit per calumnias Iudæorum, quibus est vsus calumniator tan-
Ephes. 2. a. B quã vasis suis operans in filiis diffidentiæ. Humiliatus est enim, quia ille quem occiderãt, resurrexit, & regnũ
Rom. 5. c. abstulit mortis: cuius ille potestatem ita gerebat, vt ex vno homine quẽ deceperat, omnes per mortem traheret ad condemnationẽ. Sed humiliatus est: quoniam si ob vnius delictũ mors regnauit per vnum, multo magis
Ibidem d. qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita, regnabunt per vnũ Iesum Christũ, qui humiliauit calũniatorem, falsa crimina, iniquos iudices, falsos testes, vt eum perderent immittentem. Et permanebit soli.) vel permanebit cum sole. Sic enim melius interpretandũ quidã nostri putauerunt, q̃ in Græco est συμπαραμενει. Quod si Latinè vno verbo dici posset, compermanebit dicendum esset: ideo quia Latinè verbũ non potest dici, vt saltẽ sententia exprimeretur, dictũ est, permanebit cum sole. Nihil est enim aliud, cõpermanebit soli: quàm permanebit cũ sole. Quid autem magnũ est per-
Ioan. 1. a. C manere cum sole ei per quem facta sunt omnia, & sine quo factũ est nihil: nisi quia hæc prophetia propter eos prǫmissa est, qui putant religionem nominis Christiani vsque ad certũ tempus in hoc seculo victurã, & postea non futurã? Permanebit ergo cũ sole, quamdiu sol oritur & occidit: hoc est, quamdiu tempora ista voluũtur, non deerit Ecclesia Dei, id est, Christi corpus in terris. Quòd verò adiungit, Et ante lunã, generationes generationũ:) Potuit dicere, & ante solem, id est, & cũ sole, & ante solem: quod intelligeretur, & cũ temporibus, & ante tempora. Quod ergo tempus antecedit, æternum est: & hoc verè habendum est æternum, quod nullo tẽ-
Ibidem. pore variatur, sicut in principio erat verbũ. Sed per lunam significare maluit increm ẽta defectúsq. mortaliũ. Denique cùm dixisset, ante lunam, volẽs quodãmodo exponere pro qua re lunam posuerit, generationes, inquit, generationum. Tanquam diceret: Ante lunam, id est, ante generationes generationum: quæ-transeũt de-
D cessione & successione mortaliũ, tanquã decrementis incrementísque lunarib. Ac per hoc quid melius intelligitur permanere ante lunã, nisi omnia mortalia immortalitate præcedere? Quod etiam sic non inconuenienter accipi potest: vt quoniam humiliato calumniatore sedet ad dexteram patris, hoc sit permanere cum
Heb. 1. a. sole. Splendor enim æternæ gloriæ intelligitur filius: tanquam sol sit pater, & splendor eius filius eius. Sed sicut ista dici possunt de inuisibili substantia creatoris, non sicut de ista visibili creatura, in qua sunt corpora cælestia quo illustrius eminet sol, de quo hęc similitudo adhibita est: sic adhibetur etiam de terrestribus, petra, leo, agnus, homo habẽs duos filios, & cætera. Ergo humiliato calũniatore permanet cum sole: quia victo diabolo per resurrectionẽ, sedet ad dexterã patris, vbi iam
A nõ moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Et hoc ante lunã, tanquã primogenitus à mortuis præcedens Ecclesiã, mortaliũ decessione ac successione transeũtẽ. Ipsæ sunt generationes generationũ. Aut fortè quia generationes sunt quibus generamur mortaliter: generationes autẽ generationũ quibus regeneramur immortaliter. Et hæc est ecclesia quã ille antecessit, vt permaneret ante lunã, qui primogenitus est ex mortuis. Sanè quod est in Græco γενεᾶς γενεῶν, nonnulli interpretati sunt, non generationes, sed generationis generationũ: quia γενεας ambiguus est casus in Græco, & vtrũ genitiuus singularis τῆς γενεᾶς, id est, huius generationis, an accusatiuus pluralis τὰς γενεὰς, id est, has generationes, non euidenter apparet: nisi quia meritò sensus ille prælatus est, vt tanquã exponendo quid dixerit lunã, secutus adiungeret, generationes generationũ. Et descẽdet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ stillantes super terrã.) Recoluit & admonuit illud quod factũ est per iudicem Gedeon, de Christo id habere finem. Petiit
Iudic. 6. g. quippe ille signum à Domino, vt in area positum solũ vellus cõplueretur, & sicca esset area: & rursum solum vellus siccũ esset, & cõplueretur area: & ita factum est. Quod significauit, tãquam in area in toto orbe terrarũ, siccũ vellus fuisse priorẽ populũ Israël. Idem ipse ergo Christus descendit sicut pluuia in vellus, cũ adhuc area
Matth. 15. c sicca esset. vnde etiã dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israël. Ibi matrem de qua formã
Matth. 10. a serui acciperet, in qua hominibus appareret elegit: ibi discipulos quibus hoc idem præcepit, dicens, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis: Ite primùm ad oues quæ perierunt domus Israël. Cùm dicit, Ite primùm ad illas, ostẽdit & postea cùm iam esset area cõplueda, ituros eos etiã ad alias oues, quæ non essent ex veteri populo Israël: de quibus
Ioan. 10. d dicit, Habeo alias oues quæ nõ sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, vt fit vn° grex & vnus pastor.
Rom. 15. b. Hinc & apostolus: Dico enim, inquit, Christũ ministrũ fuisse circũcisionis propter veritatem Dei, ad cõfirmãdas promissiones patrũ. Sic pluuia descẽdit super vellus, sicca adhuc area. Sed qm̃ sequitur, Gẽtes autem su-
Ibidem. per misericordia glorificare Deũ, vt accedẽte tempore cõpleretur quod per Prophetã dicit, Populus quẽ non
Psal. 17. cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi: videmus iã gratia Christi siccã remansisse gentem Iudæorũ, totúmq. orbem terrarum in omnibus gentibus Christianæ gratiæ plenis nubibus cõplui. Alio quippe verbo candẽ pluuiã significauit, dicens: Guttæ stillãtes
Lucæ 21. c. non iã super vellus, sed super terrã. Quid est enim aliud pluuia quàm guttæ stillantes? Ideo autẽ illã gentẽ velleris nomine significari puto, vel quia expolianda fuerat authoritate doctrinæ, sicut ouis expoliatur vellere, vel quia in abdito candẽ pluuiã detinebat, quam nolebat
D præputio prædicari, id est, incircũcisis gẽtibus reuelari. Orietur in diebus iustitia eius & abũdãtia pacis, donec tollatur luna.) Id quod dictũ est, tollatur, alij interpretati sunt, auferatur: alij verò extollatur, vnũ verbũ Græcũ, sicut vnicuiq. visum est, transferentes, quod ibi positũ est, ἀνταναιρεθῇ. Sed qui dixerunt tollatur, & qui dixerunt auferatur, nõ vsquadeò dissonant. Tollatur enim, magis habet cõsuetudo ita dici, vt auferatur & nõ fit, quàm ita vt altiùs eleuetur. Auferatur verò prorsus aliter intelligi nõ potest, nisi vt perdatur, hoc est, vt nõ fit. Extollatur autem nihil nisi vt altiùs eleuetur. Quòd quidem cùm in malo ponitur, superbiam solet significare, sicuti est, In tua sapientia noli extolli. In bono aũt
Prouer. 23. b ad honorem pertinet ampliorem, velut cùm aliquid eleua-

Psal. 83. eleuatur: sicuti est, In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dñm. Hic ergo si auferatur di-
A ctum, intellexerimus quid erit donec auferatur luna, nisi efficiatur vt non sit? Fortassis enim hoc intelligi voluit, ne vlterius sit mortalitas, quando nouissima inimi-
1. Cor. 15. d. ca destruetur mors, vt pacis abundantia vsque ad hoc perducatur, ne quid resistat felicitati beatorum ex infirmitate mortalitatis, quod erit in illo seculo, cuius tenemus fidelem promissionẽ Dei per Iesum Christum Dñm nostrum, de quo dicitur, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec morte omnino deuicta atq. destructa omnis mortalitas absumatur. Sin verò vocabulo lunę, nõ mortalitas carnis per quã nunc trãsit Ecclesia, sed ipsa omnino Ecclesia significata est, quæ permaneat in æternũ, ab hac mortalitate liberata, ita dictum accipiendũ est: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec extollatur luna: tanquã diceretur, orietur in diebus eius iustitia quæ cõtradictionem ac rebellationem carnis vincat, & fiat pax in tan-
B tũ crescẽs & abundãs, donec luna extollatur: id est, eleuetur Ecclesia, per gloriam resurrectionis cum illo re-
Marc. 16. d gnatura, qui eam in hac gloria primogenitus à mortuis antecessit, vt sederet ad dexterã patris: ita cũ sole permanet ante lunam, quo postea extolleretur & luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ.) De quo vtiq. dixerat: Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis, donec extollatur luna. Si Ecclesia hic rectè significatur vocabulo lunæ, consequenter ostendit quàm latè eandẽ Ecclesiam fuerat diffusurus: cùm adiecit, & dominabitur à mari vsque ad mare. Mari quippe magno cingitur terra, qui vocatur Oceanus: de quo influit quiddã exiguũ in medio terrarum, & facit ista maria nota nobis, quæ nauigiis frequentantur. Proinde à mari vsque ad mare, à quolibet fine terræ, vsq. ad quẽlibet finẽ dominaturũ dixit: cuius nomẽ & potestas toto orbe fuerat prędicãda multúmq. valitura. Quod ne aliter posset intelligi, à mari vsq. ad mare: cõtinuò subiecit, Et à flumine
C vsq. ad terminos orbis terræ. Quod ergo ait vsque ad terminos orbis terræ, hoc antè dixerat, à mari vsque ad mare. Quod verò nunc ait, à flumine, euidẽter expressit inde voluisse Christũ potestatem suam iam cõmendare, vnde & discipulos cœpit eligere, à flumine scili-
Matth. 3. d. cet Iordane, vbi suprà baptizatũ Dominũ, cùm descẽderet Spiritus sanctus, sonuit vox de cælo: Hic est filius meus dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiẽs, & magisterij cælestis authoritas dilatatur vsque ad terminos orbis terræ: cùm prædicatur Euangelium regni in vniuerso orbe in testimoniũ omnibus gentibus, & tũc veniet finis. Corã illo procidẽt Æthiopes, & inimici eius terrã lingẽt.) Per Æthiopes à parte totũ, omnes gẽtes significat: eam eligẽs gentẽ quã potissimũ nominaret, quæ in finibus terræ est. Corã illo procident, dictũ est adorabũt eum. Et quoniã schismata futura erãt per di-
D uersa terrarũ loca, quæ inuiderent Ecclesiæ catholicæ toto terrarũ orbe diffusæ, eadem porrò schismata per hominũ nomina se fuerant diuisura, & homines amando quibus authoribus scissa sunt glorię Christi, quę per omnes terras est inimicatura: ideò cùm dixisset, Corã illo decident Æthiopes; adiunxit, & inimici eius terrã lingent: id est, homines amabunt vt inuideant Christi
Psal. 107. gloriæ, cui dictũ est: Exaltare super cęlos Deus, & super omnẽ terram gloria tua. Homo quippe audire meruit,
Gen. 3. d. Terra es, & in terram ibis. Hanc terram lingẽdo, id est, talium authoritate vaniloqua delectari, eos amando, & in suauissimos habendo, contradicunt diuinis eloquiis: quibus catholica Ecclesia prænunciata est, non in aliqua parte terrarũ futura, sicut quælibet schisma-
ta, sed in vniuerso mũdo fructificando atque crescẽdo vsque ad Æthiopes, extremos videlicet & teterrimos hominum peruentura. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eũ omnes reges terræ, oẽs gentes seruient ei.) Hoc iam non expositorem, sed contemplatorẽ desiderat, immò non solùm lætantium fidelium, sed etiã infidelium gementiũ infertur aspectibus: nisi quod fortasse quærendũ est quid dictum sit, dona adducent. Ea quippe adduci solent quæ ambulare possunt. Nũquidnam ergo de immolandis victimis dici potuit: Absit vt talis oriatur in diebus eius iustitia. Sed ista dona quæ adducenda prædicta sunt, homines mihi videtur significare, quos in societatem Ecclesiæ Christi, regum adducit authoritas: quamuis reges etiam persequẽtes dona adduxerint, non scientes quid facerẽt, sanctos martyres immolando. Cùm verò exponeret causas cur ei tantus honor deferretur à regibus, eique seruiretur ab
B omnibus gẽtibus: Quia liberauit, inquit, egenum à potente: & pauperem cui non erat adiutor.) Iste egenus & pauper, populus est credentiũ in eum. In hoc populo sunt etiã reges adorantes eum. Non enim egeni esse dedignantur & pauperes: id est, humiliter peccata confitentes, egentes gloria & gratia Dei, vt eos rex ille filij regis liberet à potente. Idem quippe est potens ille qui superius calumniator est dictus: quem potentẽ ad homines sibi subdendos, & in captiuitate retinendos non virtus eius fecit, sed humana peccata. Idem ipse & fortis est dictus, ideo & hic potens: sed qui humiliauit ca-
Matt. 12. c lumniatorem, & intrauit in domum fortis, vt eo alligato vasa eius diriperet, hic liberauit egenum à potente, pauperem cui non erat adiutor. Nõ enim hoc efficere potuit vel cuiusquam virtus, vel quisquã homo iustus, vel aliquis angelus. Cùm ergo nullus esset adiutor, ipse adueniens saluos fecit eos. Occurrebat autem, Si propter peccata homo tenebatur à diabolo, nunquidnam
C Christo qui eruit egenũ à potente, peccata placuerũt? Absit. Sed: Parcet ipse inopi & pauperi.) Id est, peccata dimittet illi humili, & non de suis meritis confidẽti, aut de sua virtute salutẽ speranti, sed indigenti gratia saluatoris sui. Cùm autem addidit, Et animas pauperum saluas faciet:) Vtrumque adiutorium gratiæ commendauit, & quod est in remissionem peccatorũ, cùm ait, Parcet pauperi & inopi, & quod est in participatione iustitiæ, cùm addidit, Et animas pauperum saluas faciet. Nemo enim sibi est idoneus ad salutem, quæ salus non est perfecta iustitia, nisi Dei adiuuet gratia: quia plenitudo legis non est nisi charitas, quæ non à nobis existit in nobis, sed diffunditur in cordibus no-
Rom. 5. a. stris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.) Quæ sunt istę vsuræ, nisi peccata, quæ etiam debita nominãtur? Vsuras autem appellatas puto: quia plus mali inuenitur in suppliciis, quàm commissum est in peccatis. Nam, verbi gratia, cùm homicida corpus tantum hominis peri-
D mat, animæ autem nihil nocere possit: ipsius & anima & corpus perditur in gehenna. Propter huiusmodi cõtemptores præsentis præcepti, & irrisores futuri sup-
Matt. 25. c. plicij dictum est, Ego veniens cum vsuris exigerem. Ab his vsuris redimentur animæ pauperum sanguine illo qui fusus est in remissionem peccatorum. Redimet ergo ab vsuris, remittendo peccata quibus debebãtur ampliora supplicia. Redimet autẽ ab iniquitate, adiuuando per gratiam etiã ad faciendã iustitiã. Eadẽ itaq. duo repetita sunt quæ suprà dicta erant. Quod enim suprà est, Parcet inopi & pauperi; hoc intelligitur, Redimet ex vsuris. Quod verò ibi dicit, Et animas pauperũ saluas faciet; hoc dictũ videtur, Ex iniquitate redimet;

vt vtrunque subaudiatur. Nam parcendo redimet ab vsuris, saluos autē faciendo redimet ab iniquitate. Itaque sicut parcet pauperi & inopi, & animas pauperum A saluas faciet: sic ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Et honorabile nomen eius coram ipsis.) Dant enim honorem nomini eius pro tantis beneficiis, qui respondent dignū & iustum esse gratias agere Domino Deo suo. Vel quod habēt codices aliqui, Et honorabile nomen eorū coram ipso: quia & si videntur huic seculo contemptibiles Christiani, nomen eorum coram ipso est honorabile, qui eis illud dedit, iam non memor

Psal. 15. nominum eorū per labia sua, quibus antea vocabātur, cū essent gentilium superstitionibus obligati, vel suorum malorum meritorum signati vocabulis, antequā essent Christiani. Quod nomen honorabile est coram ipso, & si contemptibile videtur inimicis. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ.) Non diceretur, & viuet (de quo enim non posset dici hoc quantulocunq. spa-

Rom. 6.b. tio temporis viuente in hac terra?) nisi in illa vita commendaretur, in qua iam non moritur, & mors ei vltrà B non dominabitur. Atque ideo & viuet qui contēptus est moriens: quoniam sicut alius Propheta dicit, Tolletur de terra vita eius. Sed quid est, & dabitur ei de auro Arabiæ? Nam quod inde aurum etiam ille Salomō accepit, in hunc Psalmum figuratè traiectum est in alium verum Salomonem: id est, verum pacificum. Non enī ille dominatus est à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sic ergo prophetatum est, etiam sapientes huius mundi in Christo fuisse credituros. Per Arabiam autē etiam gentes intelligimus, per aurū sapientiam: quæ ita excellit inter omnes doctrinas, vt aurum inter metalla.

Prouer. 8.b. Vnde scriptum est, Accipite prudentiam sicut argentū, & sapientiam sicut aurum probatū. Et orabunt de ipso semper.) Quod habet Græcus, περὶ αὐτοῦ, aliqui interpretati sunt de ipso, aliqui pro ipso, vel pro eo. Quid est autē, de ipso, nisi fortè quod oramus dicentes, Veniat

Math. 6.b. regnum tuum? Christi nanque aduentus præsentauit fidelibus regnum Dei. Pro eo verò quomodo intelli- C gatur, angustū est: nisi quia cū oratur pro Ecclesia, pro ipso oratur, quia corpus est eius. De Christo quippe & Ecclesia præmissum est sacramentum magnum. Erunt

Ephes. 5.g. duo in carne vna. Iam verò quod sequitur, Tota die) id est, toto tempore, Benedicent ei.) Satis apertum est. Et erit firmamentum in terra in summis montiū.) Oēs enim promissiones Dei in illo etiam, id est in Christo firmatæ sunt, quia in illo impletum, quicquid pro salute nostra prophetatum est. Nam summa montium, scripturarum diuinarū authores, id est, per quos ministratæ sunt, intelligere conuenit: in quibus vtique ipse est firmamētum, quoniā ad illū omnia quæ diuinitùs scripta sunt, referuntur. Hoc autē in terra esse voluit, quia propter eos qui in terra sunt, illa conscripta sunt. Vnde & ipse in terram venit, vt ea cuncta firmaret: id est, in se

Luc. 24.d. mōstraret impleri. Oportebat enim, inquit, impleri oīa D quæ scripta sunt in lege & Prophetis & psalmis de me, id est, in summis montiū. Sic enim venit in nouissimis

Esa. 2.b. temporibus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montiū: quod hic ait, in summis montium. Superextolletur super Libanum fructus eius.) Libanum solemus accipere veluti huius seculi dignitatem, quoniam mons est Libanus, excelsas arbores habens, & nomen ipsum interpretatur candidatio. Quid ergo mirū, si super huius seculi præclarum omne fastigium fructus superextolletur Christi, cuius fructus dilectores omnia secularia culmina contempserunt? Si autem in bono accipimus Libanum propter cedros Libani quas plantauit, quis alius fructus intelligendus est, qui super hūc Libanū extollitur: nisi de quo Apostolus dicit de charitate sua locuturus, Adhuc supereminentē viā vobis

1.Cor. 12.d. demōstro? Hæc enim & in primo proponitur munerū diuinorū, vbi ait, Fructus autē spiritus est charitas: atq.

Galat. 5. inde cætera vtique consequentia contexuntur. Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.) Quoniam ambiguè posita est ciuitas, nec adiunctum est eius aut Dei (non enim dictū est de ciuitate eius, vel de ciuitate Dei, sed tantū de ciuitate) in bono intelligitur, vt de ciuitate Dei, hoc est, de Ecclesia floreant sicut fœnū, sed fœnū fructiferum, sicuti est frumentū: nam & hoc fœnū ap-

Gene. 1.c. pellatur in sancta Scriptura, sicut in Genesi iussum est producere terrā omne lignū & omne fœnum, nec adiunctum est, omne frumentum: quod proculdubio nō præteriretur nisi fœni nomine etiā hoc intelligeretur, & in multis aliis scripturarū locis hoc inuenitur. Si au-

Esa. 40.b. tem sic accipiendum est, florebunt sicut fœnum terræ, quemadmodum dictum est, Omnis caro fœnum, & claritas hominis sicut flos fœni: profectò & ciuitas illa intelligēda est quæ seculi huius societatē significat: non enim frustra primus Cain condidit ciuitatē. Exaltato itaque fructu Christi super Libanū, id est super arbores diuturnas, & ligna imputribilia, quia ille fructus æternus est, omnis claritas hominis secundum temporalem seculi celsitudinem fœno cōparatur, quoniam à credentibus & vitam æternam iam sperantibus spernitur felicitas tēporalis, vt impleatur illud quod scriptū

Esa. 40.b. est, Omnis caro fœnum, & omnis claritas carnis vt flos fœni. Fœnū aruit, flos decidit, verbum autē Domini manet in æternū. Ibi est fructus eius exaltatus super Libanū. Semper enim caro fœnum fuit, & claritas carnis vt flos fœni. Sed quia nō demonstrabatur quæ fuerat eligenda & præponenda felicitas, flos fœni pro magno habebatur: nec solùm minimè contemnebatur, sed etiā maximè appetebatur. Quasi ergo tunc ita esse cœperit, quando auersum est atque contemptū, quicquid florebat in seculo, ita dictum est, superextolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnū terræ: id est, diffamabitur super omnia quod in æternū promittitur, & cōparabitur fœno terræ, quicquid pro magno habetur in seculo. Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius.) Per solē tempora significata sunt. Ergo in æternum permanet nomen eius. Æternum enim antecedit tempora, nec clauditur tempore. Et benedicentur in ipso omnes

Galat. 3.c. tribus terræ.) In ipso quippe impletur quod promissum est Abrahæ. Non enim dicit in seminibus tanquā

Genes. 22.d. in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Abrahæ autem dicitur, In semine tuo bene-

Rom. 9.b. dicentur omnes tribus terræ. Neque filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Omnes gentes magnificabunt eum.) Tanquam exponendo repetitū est quod suprà dictum est. Quia enim benedicentur in eo, magnificabunt eum: non ipsi faciendo vt magnus

Matth. 6.a. sit qui per seipsum magnus est, sed laudando & magnū fatendo. Sic enim magnificamus Deum: sic etiam dicimus, Sanctificetur nomen tuum, quod semper vtique sanctum est. Benedictus Dominus Deus Israël qui facit mirabilia solus.) Cōsideratis omnibus suprà dictis cructatur hymnus, & benedicitur Dominus Deus Is-

Esa. 54.b. raël. Impletur enim quod ad illam sterilem dictum est, Et qui eruit te, ipse Dominus Deus Israël vniuersæ terræ vocabitur. Ipse facit mirabilia solus: quoniam quicunque faciunt, ipse in eis operatur, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ eius in ęternum, & in seculum seculi.) Quid aliud Latini interpretes dicerent, qui non possent dicere, in æternum, & in æternum æterni? Quasi enim aliud dictum sit in æternum, & aliud in seculum, ita sonat. Sed Græcus habet, εἰς τὸν

αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, quod fortè cōmo- A dius diceretur in seculū, & in seculū seculi: vt in seculū intelligeretur, quantum hoc seculum durat: in seculum autē seculi, quod post huius finē futurum promittitur. Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat.) Iussisti Domine, ita fit, ita fit: donec illud quod cœpit à flumine, perueniat omnino vsque ad terminos orbis terræ.

IN PSALMVM LXXII. ENARRATIO.

Psal 39. AVDITE audite dilectissima viscera corporis Christi, quorum spes Dominus Deus vester est, & non respicitis in vanitates & insanias mendaces: & qui adhuc respicitis, audite ne respiciatis. Psalmus iste inscriptionem habet, id est titulum: Defecerunt hymni Dauid, filij Iesse, Psalmus ipsi Asaph.) Tot habemus Psalmos, in quorum titulis scriptum est nomē Dauid, nusquam est additum filij Iesse, nisi in hoc solo. Quod credēdum est non frustra factum, neque inaniter. Vbi-

al. innuit. que enim nobis † innotuit Deus, & ad intellectū vocat pium studium charitatis. Quid est, defecerunt hymni Dauid, filij Iesse? Hymni laudes sunt Dei cum cantico. Hymni cantus sunt continentes laudes Dei. Si sit laus, & nō sit Dei, non est hymnus. Si sit & laus, & Dei laus, & nō cantetur: nō est hymnus. Oportet ergo vt si sit hymnus, habeat hęc tria, & laudem, & Dei, & canticum. Quid est ergo, defecerunt hymni? Defecerūt laudes quæ cantantur in Deum. Molestā rem & quasi luctuosam videtur nunciare. Qui enim cantat laudē, non solùm laudat, sed etiam hilariter laudat. Qui cātat laudem, non solùm cantat, sed & amat eū quem cantat. In laude confitentis est pręedicatio, in cantico amantis af-

1.Reg. 16.d fectio. Defecerunt ergo hymni Dauid ait, & addidit, filij Iesse. Erat enim Dauid rex Israël filius Iesse, tēpore quodā veteris Testamenti: quo tempore nouum Testamentū occultatum ibi erat tanquā fructus in radice. Si enim quæras fructum, in radice non inuenis: nec tamē inuenis in ramis fructum, nisi qui de radice processerit. Illo ergo tempore populo primò venienti ex semine C Abrahæ carnaliter: nam & populus secundus pertinēs ad nouum Testamentum, ad semen Abrahæ pertinet, sed iā spiritaliter. Illi ergo populo primo adhuc carnali: vbi pauci Prophetæ intelligebāt & quid desideraretur à Deo, & quādo haberet publicè prædicari: pręnūciauerunt futura hæc tempora, & aduentū Domini nostri Iesu Christi. Et quemadmodū ipse Christus secundum carnē nasciturus, in radice erat occultus in semi-

Esaiæ 11.a. ne Patriarcharū, & quodā tempore reuelandus tanquā fructu apparēte, sicut scriptum est: Floruit virga de radice Iesse: sic etiam ipsum nouum testamentum, quod in Christo est, prioribus illis temporibus occultū erat, solis Prophetis cognitum, & paucissimis piis, non ex manifestatione præsentiū, sed ex reuelatione futurorū. Nā quid sibi vult fratres, vt vnum quiddā commemo- D rem, quod Abraham mittens seruum suum fidelem, ad

Genes. 24.a desponsandā vxorem vnico filio suo, facit eum iurare sibi: & in iuramento dicit ei: Pone manum sub femore meo, & iura? Quid erat in femore Abrahæ, vbi ille manum iurans posuit? Quid ibi erat, nisi quod & tunc ei promissum est: In semine tuo benedicētur omnes gen-

Genes. 22.a. tes? Femoris nomine caro significatur. De carne Abrahæ, per Isaac & Iacob, & ne multa commemoremus, per Mariam Dominus noster Iesus Christus. Quia verò radix erat in Patriarchis, vnde ostēdemus? Paulum interrogemus. Gentes iam credentes in Christū, & quasi superbire cupientes contra Iudæos qui crucifixerunt Christum: cùm & de ipso populo venerit alius paries, occurrens in angulo, id est, in ipso Christo, de diuerso venienti pariete præputij, id est, gentium. Cùm ergo se

Rom. 11.c. erigerent gentes, sic eas reprimit. Si enim tu, inquit, ex

naturali incisus es oleastro, insertus es in illis, noli gloriari aduersus ramos. Nā si gloriaris, nō tu radicē portas, sed radix te. Ergo de radice Patriarcharum dicit fractos quosdā ramos propter infidelitatē, & insertū ibi oleastrū: vt esset particeps pinguedinis oliuæ, id est, Ecclesiā ex gentibus venientem. Et quis inserit oleastrum in oliua? Oliua solet esse in oleastro, oleastrū in oliua nunquā vidimus. Nam quisquis fecerit, nō inueniet baccas nisi oleastri. Quod enim inseritur, hoc crescit, & eius rei fructus inuenitur. Inuenitur non radicis fructus, sed surculi. Hoc ostendens Apostolus omnipotentia sua Deū fecisse, vt oleaster in radicem oliuæ insereretur, & nō baccas syluestres, sed oliuā daret: ad omnipotentiā Dei reuocans hoc Apostolus ait: Si tu ex naturali incisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonam oliuam, noli gloriari aduersus ramos, inquit. Sed dicis, ait: Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide sta. Noli altū sapere, sed time. Quid enim est, noli altum sapere? Noli super- Ibidem.
B bire, quia insertus es: sed time ne frangaris per infidelitatem, sicut illi fracti sunt. Propter infidelitatē, inquit, fracti sunt. Tu autem fide sta. Noli altū sapere, sed time. Nā si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. Et sequitur bonus locus necessarius, & totus audiendus: Vides ergo, inquit, bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui fracti sunt, seueritatē, in te autem qui insertus es, bonitatē, si permanseris in bonitate. Alioquin, id est, si tu nō permāseris in bonitate, & tu excideris: & illi si nō permāserint in infidelitate, inserētur. Tēpore igitur veteris testamēti fratres promissiones à Deo nostro populo illi carnali terrenæ erāt & tēporales. Promissum est regnū terrenum, promissa est terra illa, in quam etiā inducti sunt ab Ægypto liberati: per Iesum Naue introducti sunt in terram repromissionis, vbi etiā Hierusalem terrena ędificata est, vbi regnauit Dauid. Acceperunt terrā, liberati ex Ægypto, trāseuntes per rubrum mare: finitis anfractibus ac terroribus solitudinum, acceperunt terrā, acceperunt regnū. Deinde post regnum acceptū, quia terrena acceperāt, cœperunt merito peccatorum suorum oppugnari, expugnari & captiuari: ad extremum euersā est & ipsa ciuitas. Tales erāt & illæ promissiones nō perseueraturę, per quas tamen figurabātur futuræ promissiones perseueraturæ: vt ille omnis decursus temporaliū promissionum, figura esset & quædā prophetia futurorū. Itaq; cùm illud regnum deficeret, vbi regnauit Dauid filius Iesse, id est, homo quidā, etsi Propheta, etsi sanctus, quia videbat & pręuidebat Christum venturū, de cuius semine etiā secundū carnē nasciturus erat: tamen homo, tamen nondum Christus, tamen nondū rex noster filius Dei, sed rex Dauid filius Iesse. Quia ergo defecturum erat illud regnū, per quod regnum acceptum laudabatur tūc Deus à carnalibus: hoc solū enim pro magno tunc habebant, quia liberati erāt temporaliter ab his à quibus tunc opprimebantur, & euaserant hostes persequentes per mare rubrū, & ducti erant per solitudinē, & inuenerant patriā & regnum: hinc solum laudabant Deum, nondum intelligentes quid in illis figuris præsignaret & promitteret Deus. Deficientibus ergo rebus pro quibus laudabat Deū populus ille carnalis, cui regnauit ille Dauid: defecerunt hymni Dauid, nō filij Dei, sed filij Iesse. Periculosum locū tituli Psalmi pręsentis, sicut Dominus voluit, prætereuecti sumus. Accepistis quare dictum sit, defecerunt hymni Dauid filij Iesse, cuius vox est Psalmus Asaph. Quid est Asaph? Sicut inuenimus in interpretationibus ex lingua Hebræa in Græcam, & ex Græca nobis in Latinam translatis, Asaph synagoga interpretatur. Vox est ergo

synagoge. Sed tu cùm audieris synagogã, noli cõtinuò detestari quasi interfectricẽ Domini. Erat quidẽ illa synagoga interfectrix Domini, nemo dubitat: sed memẽto de synagoga fuisse arietes, quorum filij sumus. Vnde dicitur in Psalmo, Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum, afferte Domino gloriã & honorẽ. Qui inde arietes? Petrus, Ioannes, Iacobus, Andreas, Bartholomæus, & cæteri Apostoli. Hinc & ipse primò Saulus, postea Paulus: id est, primò superb⁹, postea humilis. Saul enim, vnde dictum est nomen Sauli, nostis quia rex superbus & infrenis fuit. Non quasi aliqua iactantia sibi nomen mutauit Apostolus: sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus. Paulum enim modicũ est. Vis nosse quid Saulus? Ipsum audi iã Paulum recordantem quid fuerit per malitiã suam, & quid iam nunc sit per gratiã Dei. Audi quomodo fuerit Saulus, & quomodo sit Paulus. Quid fuit prius? quid? Blasphemus & persecutor & iniuriosus. Audisti Saulum, audi & Paulum: Ego enim sum, inquit, minimus Apostolorũ. Quid est minimus, nisi ego sum Paulus? Et sequitur, Qui nõ sum dignus vocari Apostolus. Quare? Quia fui Saulus. Quid est, fui Saulus? Ipse dicat, Quia persecutus sum, inquit, Ecclesiã Dei: sed gratia Dei, ait, sum id quod sum. Abstulit sibi omnem granditatem suam: minimus iã in se, grandis in Christo. Et iste Paulus quid dicit? Non repulit Deus plebem suam, de plebe ex Iudæis veniente: Plebem suã, inquit, quam præsciuit. Nã & ego Israëlita sum ex semine Abrahã de tribu Beniamin. Ergo & Paulus nobis de synagoga, & Petrus, & alij Apostoli de synagoga. Itaque cùm audis veteris vocem synagoge, noli attendere meritum, sed intende partum. Loquitur ergo in hoc Psalmo synagoga, deficientibus hymnis Dauid filij Iesse; id est, deficientibus rebus temporalibus, per quas solebat à carnali populo laudari Deus. Quare autem illæ defecerunt, nisi vt aliq̃ quærerentur? Vt quærerentur quæ? Quæ ibi nõ erant? Nõ, Sed quæ ibi tegebãtur figuris, non quæ iam ibi nõ erant, sed ibi tanquã in radice occultabantur quibusdã secretis mysteriorum, quæ, inquit ipse Apostolus, figuræ nostræ fuerunt. Et attendite iam breuiter ipsam figuram nostrã. Populus Israël sub Pharaonis & Ægyptiorũ dominatione; Populus Christianus ante fidem prædestinatus à Deo, & adhuc seruiens dæmonibus & diabolo principi eorum. Ecce populus subiugatus Ægyptiis, seruiens peccatis suis. Nõ enim nisi per peccata nostra potest diabolus dominari. Liberatur populus ab Ægyptiis per Moysen, liberatur populus à præterita vita peccatorum per Dominum nostrum Iesum Christum. Transiit populus ille per mare rubrum, iste per baptismum. Moriuntur in mari rubro omnes inimici populi illius, moriũtur in baptismo omnia peccata nostra. Intendite fratres. Post mare illud rubrum nõ continuò patria datur, nec tanquã iam hostes desint, securè triumphatur, sed restat eremi solitudo, restãt hostes insidiantes in via. Sic & post baptismũ restat vita Christiana in tentationibus. In illa eremo suspirabatur patria promissa. Quid aliud Christiani suspirãt iam abluti in baptismo? Nunquid iam regnant cum Christo? Nondum ventum est ad terrã promissionis nostræ, sed nõ defecturam, non enim ibi deficient hymni Dauid. Hoc modo audiant omnes fideles, sciant vbi sint. In eremo sunt, patriæ suspirant. Mortui sunt hostes in baptismo, sed insequentes à tergo. Quid est insequentes à tergo? Ante faciem futura habemus, à tergo præterita. Omnia præterita peccata deleta sunt in baptismo: quibus modò tentamur, non à tergo insequuntur, sed in via insidiantur. Vnde Apostolus adhuc in via huius eremi constitutus, Quæ retrò, inquit, oblitus, in ea quę ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei. Tanquã diceret, Ad patriam supernæ promissionis Dei. Et ibi iam fratres, in eremo quicquid passus est populus ille, & quicquid eis Deus largitus est, quæcunque illa flagella fuerunt, quæcunque dona significationes sunt rerũ, quas in hac solitudine huius vitæ ambulantes in Christo quærẽtes patriã, & accipimus ad consolationem, & patimur ad probationem. Nõ ergo mirum, quia illud defecit quod figurabat futurum. Nam perductus est populus ad patriam promissionis, nunquid semper staturam? Si hoc esset: non esset figura, sed res. Quia verò figura erat, ad temporale quiddã perductus est ille populus. Si ad tẽporale quiddam perductus est, oportebat vt deficeret: & defectu suo cogeretur quærere quod nunquã deficeret. Synagoga ergo, id est, qui Deum ibi piè colebant, sed tamen propter terrenas res, propter ista præsentia. Sunt enim impij qui præsentium rerum bona à dæmonibus quærunt. Hic autẽ populus ideo melior erat gẽtibus, quòd quamuis præsentia bona & temporalia, tamen ab vno Deo quærebat, qui est creator omnium & spiritalium & corporalium. Cùm ergo illi pij secundũ carnem attenderẽt, id est, illa synagoga quę erat in bonis, pro temporalibus bonis, non spiritalibus, quales erant ibi Prophetę, quales pauci intellectores regni cęlestis æterni: ergo illa synagoga animaduertit quæ acceperit à Deo, & quę promiserit Deus populo illi, abũdantiam rerum terrenarum, patriã, pacem, felicitatem terrenam. Sed in his omnibus figuræ erant, & non intelligens quid ibi lateret in rebus figuratis, putauit hoc pro magno dare Deum, nec habere melius quod dare posset diligẽtibus se & seruientibus sibi. Attendit & vidit quosdã peccatores impios, blasphemos, seruos dæmonũ, filios diaboli viuentes in magna nequitia & superbia, abũdare rebus talibus terrenis & temporalibus, pro qualibus rebus ipsa Deo seruiebat: & nata est cogitatio pessima in corde quæ faceret nutare pedes, & propè labi à via Dei. Et ecce ista cogitatio in populo erat veteris testamẽti. Vtinã nõ sit in carnalibus fratribus nostris, cùm iã apertè prædicatur felicitas noui testamẽti. Quid enim dixit illa tunc synagoga? quid dixit ille populus? Nos seruimus Deo & corripimur, flagellamur: sub ducuntur nobis ea quæ diligimus, & quæ pro magno à Deo acceperamus. Illi autẽ scelerati homines nequissimi, superbi, blasphemi, inquieti, abundant his omnibus rebus, propter quas nos Deo seruimus: puto sine causa seruitur Deo. Hic sensus est Psalmi deficiẽtis populi & nutãtis, dum cõsiderat bona terrena, propter quæ seruiebat Deo, abundare his qui nõ seruirẽt Deo, nutat, & propè labitur, & cũ hymnis illis deficit, quia in talibus cordibus hymni deficiebãt. Quid est, in talibus cordibus hymni deficiebant? Quia iam talia cogitabãt, & Deum nõ laudabãt. Quomodo enim laudarent Deũ, quibus quasi peruersus videbatur: dans impiis tãtam felicitatem, & auferens eã seruientibus sibi? Nõ illis bonus videbatur Deus. Et quibus Deus bonus non videbatur, nõ vtique ab eis laudabatur. A quibus autẽ Deus nõ laudabatur, defecerunt in illis hymni. Postea verò populus iste intellexit quid eum admoneret Deus quærere, cùm ista temporalia subtraheret seruis suis, & donaret ea inimicis suis, blasphemis, impiis: admonitus intellexit, quia præ omnibus, quæ dat Deus & bonis & malis, & aliquando aufert & bonis & malis, præ omnibus seruat aliquid bonis. Quid est, seruat aliquid bonis? Quid illis seruat? Seipsum. Iam quantum arbitror, curritur in Psalmo, intellectus est in nomine Domini. Audi recordantem & pœnitentem qui erraueret, putando Deum non bonum, qui dat bona terrena malis,

Psal. 28.
1. Tim. 1. c.
1. Cor. 15. b.
Ibidem.
Rom. 11. a.
1. Cor. 10. c.
Exod. 1. b. c
Exod. 14. b
Philip. 3. c.

malis, & aufert illa à seruis suis. Intellexit enim quid Deus seruaret seruis suis, & cogitãs, sęque castigãs erupit hoc modo: Quàm bonus Deus Israël!) Sed quibus? Rectis corde.) Peruersis quid? Peruersus videtur. Sic & in alio Psalmo dicit: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cũ peruerso peruersus eris. Quid est, peruersus eris cum peruerso? Peruersum te putabit peruersus, nõ quòd vllo modo peruertatur Deus. Absit, quod est, est. Sed quemadmodum sol oculos puros, sanos, vegetos, fortes habenti, tranquillus apparet, in oculos autẽ lippos quasi tela aspera iaculatur, intuentẽ illũ vegetat, hunc exruciat, non mutatus, sed mutatũ: sic cũ cœperit esse peruersus, & tibi Deus peruersus esse videbitur, tu mutatus es, non ille. Ergo erit tibi pœna, quod bonis gaudiũ. Hoc iste recolẽs, quàm bonus, inquit, Deus Israël rectis corde. Quid autẽ tibi? Mei autẽ penè commoti sunt pedes.) Quando cõmoti sunt pedes, nisi quando non erat rectũ cor? Vnde non erat rectum cor? Audi: Paulominus effusi sunt gressus mei.) Quod dixit penè, hoc dixit, paulominus: & quod dixit, penè moti sunt pedes, hoc dixit, effusi sunt gressus mei. Penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Moti pedes. Sed vnde moti pedes & effusi gressus? Ad errandum fusi sunt gressus, pedes ad lapsum, nõ omnino, sed penè. Quid enim est? Iam ibã in errorem, non ieram: iam cadebã, non ceciderã. Sed quare ad hoc? Quia zelaui, inquit, in peccatoribus, pacem peccatorũ intuens.) Attendi peccatores, vidi illos habere pacem. Quã pacem? Temporalẽ, fluxã, caducã atque terrenã: sed tamen talem qualẽ & à Deo ego desiderabam. Vidi illos habere qui non seruiebant Deo, quod ego desiderabam vt seruirem Deo: & moti sunt pedes mei, & penè effusi sunt gressus mei. Quare autem hoc habent peccatores, dicit breuiter. Quia nõ est declinatio mortis eorum, & firmamentũ in flagello eorũ. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur.) Iam intellexi, inquit, quare illi habent pacem, & florent in terra: quia morti eorum non est declinatio, id est, quia certa mors & æterna eos manet, quæ nec declinat ab eis, nec ipsi declinare ab ea possũt. Quia non est declinatio mortis eorum, & firmamentũ in flagello eorũ. Et est firmamentum in flagello eorũ. Non est enim temporale flagellum eorum, sed firmum in sempiternum. Propter hæc ergo mala quæ illis ęterna futura sunt, modò quid? In laboribus hominum nõ sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Nunquid & ipse diabolus cum hominibus non flagellatur, cui tamen æternum suppliciũ præparatur? Propterea quid hinc isti dum non flagellantur, dum non laborãt cum hominibus? Ideo, inquit, obtinuit eos superbia.) Attende illos superbos, indisciplinatos: attende taurum deuotum victimæ, permissum errare liberè & vastare quę potest vsque ad diem occisionis. Iam bonũ est fratres, in ipsis Prophetę verbis audiamus hunc quasi taurum, de quo dixi. Sic enim illum & alibi Scriptura cõmemorat: Ducit eos tanquam ad victimam præparatos, & parcit eis ad malam libertatem. ideo dixit, Obtinuit eos superbia. Quid est, obtinuit eos superbia? Circumamicti sunt iniquitate & impietate sua.) Non dixit tecti, sed circumamicti, vndique cooperti impietate sua. Meritò miseri nec vidẽt nec vidẽtur, quia circumamicti sunt, nec vidẽtur interiora eorum. Nã quisquis malorum hominum quasi felicium secundũ tempus interiora conspiceret, quisquis eorum videret truces conscientias, quisquis animas eorum posset inspicere diuerberari tantis perturbationibus cupiditatum & timorũ: videret illos miseros & quando felices vocãtur. Sed quia circumamicti sunt iniquitate & impietate sua, nõ vident, sed nec videntur. Nouerat illos spiritus qui de illis ista dicit: & eo oculo tales debemus inspicere, quo scimus videre, si nobis auferatur tegmẽ ab oculis impietatis. Videamus istos, & cùm felices sunt fugiamus, & cùm felices sunt, non imitemur: nec à Domino Deo nostro talia nobis pro magno petamus, qualia accipere meruerunt qui illi non seruiunt. Aliud quiddã seruat, aliud desiderandum est. Quid sit autem, audite. Primò isti describantur. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ.) Vide si non taurus ille agnitus est. Audite fratres. Non quomodocunque transeundum est, quod dixit, Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ. Sunt enim mali, sed macie mali, ideo mali, quia macri: id est exiles, exiguitate quadã necessitatis affecti, & ipsi mali & damnandi. Ferẽda est enim magis omnis necessitas, quàm perpetranda aliqua iniquitas: tamen aliud est de necessitate peccare, aliud in abundantia. Pauper mendicus furtum fecit, ex macie processit iniquitas. Diues abundans rebus tantis, quare diripit res alienas? Illius iniquitas ex macie, huius ex adipe processit. Ideo macro cùm dicis, quare hoc fecisti? humiliter afflictus & abiectus, respõdet, Necessitas coëgit me. Quare nõ timuisti Deum? Egestas cõpulit. Diẽ diuiti, quare hæc facis, & nõ times Deum? Si tamẽ tantus es qui possis dicere, vide si vel dignatur audire: vide si non etiam in te ipso prodiet iniquitas ex adipe eius. Iã enim præceptoribus & correptoribus suis inimicitias indicunt: & fiunt inimici verum dicentibus, iã sueti palpari verbis adulãtium, aure molli, corde nõ sano. Quis dicat diuiti, malè fecisti rapiendo res alienas? Aut fortè si ausus fuerit aliquis dicere, & talis est cui non possit ille resistere, quid respondet? Totum in contemptũ Dei loquitur. Quare? Quia superb⁹ est. Quare? Quia pinguis est. Quare? Quia deuotus ad victimã est. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ: Transierunt in dispositionem cordis.) Ibi intus transierunt. Quid est trãsierunt? Prætergressi sunt viã. Quid est transierunt? Excesserunt metas humani generis, homines se pares cæteris nõ putãt. Transierunt, inquã, metas humani generis. Quando dicis tali homini: frater tuus est iste pauper, eosdẽ parẽtes habuistis Adã & Euam: noli attendere tumorem tuum, noli attẽdere typhum tuum in quo eleuatus es: & si te circunstãt familiæ, & si numerosum aurum & argentum, & si domus marmorata continet, & si tecta laqueata contegunt, simul te & pauperem contegit tectum mundi cęlum: sed diuersus es à paupere rebus nõ tuis, extrinsecus appositis. Te in illis vide, non illa in te. Attẽde te ipsum qui sis ad pauperem: te ipsum, non quod habes. Quid enim despicis fratrem? In visceribus matrum vestrarum ambo nudi fuistis. Certè etiam cùm de ista vita exieritis, & istę carnes exuta anima fuerint putrefactæ, dignoscantur ossa diuitis & pauperis. De cõditione loquor æquali, de ipsa sorte generis humani in qua omnes nascũtur: & diues enim hic fit, & pauper nõ semper hic erit. Et sicut diues nõ venit diues, sic nec diues abscedit: idẽ ipse est vtriusque introitus, & par exitus. Addo quod fortè mutabitis vices. Iam vbique Euangelium prædicatur. Attende quendam pauperem vlcerosum qui iacebat ante ianuam diuitis, & cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis. Attende illum parem tuũ, qui induebatur purpura & byssò, & epulabatur quotidie splendidè. Contigit nempe mori inopem illum, & afferri ab angelis in sinum Abrahæ. Ille autem mortuus & sepultus est: nam illius fortè sepulturam nemo curauit. Et cùm apud inferos ille diues in tormentis esset, nónne eleuauit oculos suos, & vidit in infinito gaudio cum quem contempsit ante ianuam suam, & digito eius aquæ stillam desiderauit, qui de mensa eius

Psal. 17.
Prou. 7. d.
Luc. 16. c.

cadentes micas desiderauerat? Fratres, labor ille pauperis quãtus fuit? Deliciæ illę diuitis quàm lõgè fuerũt? Quod autẽ mutauerunt, perpetuum est. Illius ergo quia non erat declinatio in morte, & firmamentum erat in flagello eius: in laboribus hominũ non fuit, & inter homines flagellatus non est. Ille autem flagellatus hic, requieuit ibi: quia flagellat omnẽ filium quẽ recipit. Sed cui dicis ista? Epulãti splendidè, & induenti se quotidie purpura & byſſo. Cui dicis? Qui transiit in dispositionem cordis. Meritò serò dicturus est, Mitte Lazarũ dicat vel fratribus meis, quãdo ei non cõceditur fructus pœnitentiæ. Nõ enim pœnitentia nõ datur, sed sempiterna erit pœnitentia, & nulla salus post pœnitentiam. Ergo isti transierunt in dispositionẽ cordis. Cogitauerunt & locuti sunt malignitatẽ.) Sed loquuntur malignitatem homines & cũ timore. Isti autem quomodo? Iniquitatẽ in altum locuti sunt.) Non solùm locuti sunt iniquitatem: sed etiam clarè, audientibus omnibus superbè. Ego facio, ego ostendo, senties cum quo habes, viuere te non sinam. Superbè vel cogitares ea, nõ etiã effunderes, vel intra claustra cogitationis mala cupiditas coërceretur, refrenares eã intra cogitationem suã. Quare? An fortè macer est? Prodiet quasi ex adipe iniquitas eorum. Iniquitatem in altum locuti sunt. Posuerunt in cælũ os suum, & lingua eorũ transiuit super terram.) Quid est hoc, trãsiuit super terrã? Quod dictũ est, Posuerunt in cælũ os suũ, hoc est, transit super terram. Trãseunt terrena omnia. Quid est terrena omnia trãsire? Non se cogitat hominẽ subitò mori posse, cùm loquitur, quasi semper victurus minatur. Trãscendit iniquitas cogitationis illius terrenã fragilitatẽ: nescit quali vase coopertus est, nescit quod scriptũ est in alio loco de talibus: Exiet spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eius. Sed isti diem vltimum suum non cogitantes, loquuntur superbiam: & in cælum ponunt os suum, & transcendunt terram. Si vltimum suum diem nõ cogitaret, id est, iudicij sui vltimum diem latro missus in carcerem, nihil illo esset immanius: & tamẽ posset effugere. Quò fugis ne moriaris? Certus erit ille dies. Quid est diu quod victurus es? Quantũ est diu quod habet finem, & si diu esset? Huc accedit quia nõ est diu, & incertũ est ipsum quod dicitur diu. Quare hoc nõ cogitat? Quia posuit in cælũ os suum, & lingua eius transiuit super terrã. Ideo reuertetur populus meus huc. Iam ipse Asaph reuertitur huc. Vidit enim ista abundare iniquis, vidit superbis: redit ad Deum, & incipit quærere & disputare. Sed quando? Cùm dies pleni inuenientur in eis. Quid est dies pleni? Cùm autem venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suũ. Ipsa est plenitudo temporis, quãdo venit ille temporalia docere cõtemni, nõ habere magnũ quicquid mali homines cupiũt, pati quicquid mali homines metuunt. Factus est via, reuocauit ad cogitationem intimam, admonuit quid à Deo quærendũ esset. Et vide de qua cogitatione reuerberata in se, & quodãmodo reuocante fluctus impetus sui transitur ad vera eligẽda. Ideo reuertetur populus meus huc, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt, Quomodo sciuit Deus, & si est scientia in altissimo?) Vide per quam cogitationem transeunt. Ecce iniqui felices sunt, nõ curat Deus res humanas. Verè scie quid agamus. Videte quæ dicuntur. Rogamus fratres, iam à Christianis nõ dicatur, quomodo sciuit Deus, & si est scientia in altissimo? Vnde enim tibi videtur non scire Deum, & non esse scientiã in altissimo? Respõdet, Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.) Et peccatores sunt, & abundantes diuitias in seculo obtinuerunt. Confessus est, quia ideo nolebat esse peccator, vt

Hebr. 12. b.

Luc. 16. g.

Psalm. 145.

Galat. 4. a.

A haberet diuitias. Carnalis anima visibilibus rebus & terrenis vendiderat iustitiam suam. Qualis iustitia, quę propter aurum habetur, quasi pretiosius sit aurũ quàm ipsa iustitia, aut cùm quisquam negat res alienas, maius damnum patiatur cui negat, quàm ille qui negat? Ille perdit vestem, iste fidẽ. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Inde ergo nescit Deus, & inde non est scientia in altissimo. Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum.) Quando seruio Deo, & ista non habeo, nõ seruiunt illi, & his abundant. Ergo sine causa iustificaui cor meum: Et laui inter innocentes manus meas.) Hoc sine causa feci. Vbi est merces bonæ vitę meę? Vbi est præmium seruitutis meæ? Bene viuo & egeo, & inimicus abũdat. Et laui inter innocentes manus meas: Et fui flagellatus tota die.) A me non recedunt flagella Dei. Bene seruio & flagellor, nõ seruit & ornatur. Magnã quæstionem sibi fecit. Agitatur anima, transit anima trãsitura ad contemnenda terrena, & cõcupiscenda æterna. Transitus est ipsius animæ in hac cogitatione. Vbi fluctuat in quadã tempestate, peruentura est ad portũ. Et quomodo solent ægri, qui lentiùs ægrotant, cùm sanitas longè est, vicina sanitate plus æstuant (Accessionem criticã medici vocant, per quam transitur ad sanitatẽ.) Maior ibi æstus, sed ducẽs ad salutẽ: maior ibi ardor, sed vicina refectio. Sic ergo & hic æstuat. Nam periculosa verba sunt fratres, molesta, & penè blasphema, quomodo sciuit Deus, hoc est & penè. Non dixit, nesciuit Deus, nõ dixit, nõ est scientia in altissimo: sed quasi quærens, hæsitãs & dubitans. Hoc est quod ait paulo antè, Penè effusi sunt gressus mei. Quomodo sciuit Deus, & si est sciẽtia in altissimo? Non cõfirmat, sed ipsa dubitatio periculosa est. Per periculum trãsit ad sanitatem. Audi iam sanitatem. Ergo in vanum iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellat° tota die. Et argutio mea in matutinum.) Argutio, correptio est. Qui arguitur, corripitur. Quid est in matutinum? Non differtur. Differtur impiorum, mea non differtur. Illa sera vel nulla est, mea in matutinum. Et fui flagellatus tota die, & argutio mea in matutinum. Si dicebam, narrabo sic.) id est docebo sic. Quomodo docturus es, quia nõ est sciẽtia in altissimo, quia nõ scit Deus? Hanc † scientiam vis proferre, quia sine causa iustè viuunt, qui iustè viuunt: quia perdidit homo iustus seruitutem suam, quia magis Deus malis fauet, aut neminem curat? Hoc vis dicere, hoc vis narrare? Reprimit se authoritate compescente. Qua authoritate? Aliquando vult homo erumpere in istam sententiã: sed reuocatur Scripturis dicentibus, vt semper bene viuatur, dicentibus, quia Deus curat res humanas, quia discernit inter pium & impiũ. Ergo & iste volens iam iftã proferre sententiam, reuocat se. Et quid ait? Si dicebam narrabo sic: Ecce generationẽ filiorum tuorũ reprobaui.) Reprobaui generationem filiorum tuorũ: si narrabo sic, generationem iustorũ reprobabo. Sicut & quædã habent exẽplaria, Ecce generationem filiorũ tuorũ cui concinui: id est, cui filiorum tuorũ concinui. Id est, cui cõgrui, cui accõmodatus sum. Dissonui ab omnibus si sic doceo. Concinit enim qui consonat, qui autem non cõsonat, nõ concinit. Aliud dicturus sum quàm dixit Abraham, quàm dixit Isaac, quàm dixit Iacob, quàm dixerũt prophetę? Illi enim omnes dixerũt, quia curat deus res humanas, ego dicturus sum, quia non curat? Maior ne in me prudentia, quàm in illis: maior ne intellectus in me quàm in illis? Saluberrima authoritas reuocauit cogitationẽ ab impietate. Sed quid sequitur? Si dicebam, narrabo sic, ecce generationem filiorum tuorum reprobaui. Ergo ne reprobaret, quid fecit? Et suscepi cognoscere.)

Psal. 15.

al. sententiã.

scere.) Suscepit cognoscere, Deus illi asit vt cognoscat. Interim fratres, à magno lapsu reuocatur, quando nõ se iã scientẽ prę sumit, sed suscepit cognoscere quod nesciebat. Iã enim volebat quasi sciẽs videri, & prædicare nullã Deo esse curam de rebus humanis. Facta est enim ista iniquorũ nequissima & impia doctrina. Sciatis fratres, multos disputare & dicere: quia Deus res humanas nõ curat, quia casib° regũtur omnia, vel quia stellis subiectę sunt volũtates nostræ, quia vnusquisque non pro meritis agitur, sed necessitate stellarum suarũ. Doctrina mala, doctrina impia. In hæc iste ibat, cuius penè commoti sunt pedes, & cuius paulominus effusi sunt gressus. In hunc ibat errorem. Sed quia non concinebat generationi filiorũ Dei, suscepit cognoscere: & damnauit scientiã, in qua iustis Dei nõ congruebat. Et quid dicat, audiam°, quia suscepit cognoscere, & adiutus est: & didicit aliquid, & indicauit nobis. Et suscepit, inquit, cognoscere. Hoc labor est ante me.) Verè magnus labor cognoscere, quomodo & Deus curet res humanas, & bene sit malis, & laborent boni. Magna vis quæstionis: Ideo hoc labor est ante me. Quasi stat mihi in facie murus quidã: sed habes vocem Psalmi: In Deo meo trãsgrediar murũ. Hoc labor est ante me. Verũ dicis, Labor est ante me, sed ante Deũ non est labor. Fac te ante Deũ, vbi non est labor, & nec tibi erit labor. Et fecit hoc: Nã dicit, quamdiu labor ante se. Donec introeã in sanctuariũ Dei, & intelligã in nouissima.) Magna res, fratres. Tãdiu laboro, inquit, & ante faciẽ meã laborem quendã quasi inextricabilẽ video: vt cognoscam quomodo & iustus sit Deus, & res humanas curet, & nõ sit iniquus, quòd † peccatores & scelera facientes felicitatẽ habent in hac terra. Pij verò & Deo seruiẽtes in tentationibus plerunque, & in laboribus fatigantur. Magna difficultas est, hoc scire, sed donec introeam in sanctuariũ Dei. In sanctuario enim Dei quid tibi præstatur, vt hãc soluas quæstionẽ? Et intelligam, inquit, in nouissima, non in præsentia. Ego, inquit, de sanctuario Dei intendo oculũ in finem, prę sentia trãsgredior. Totũ hoc quod vocatur humanũ genus, omnis ista massa mortalitatis ventura est ad examẽ, ventura est ad librã, appendentur ibi opera hominum cuncta. Modò nubes inuoluit, sed Deo cognita sunt merita singulorũ. Et intelligã, inquit, in nouissima, sed non à me: nam ante me labor est. Vnde intelligã in nouissima? Intrẽ in sanctuarium Dei. Ibi ergo intellexit, & vnde modò isti felices. Veruntamen propter dolositatẽ posuisti eis.) Quia dolosi sunt, id est, fraudulenti: quia dolosi sunt, dolos patiuntur. Quid est hoc, quia fraudulenti sunt, fraudem patiuntur? Fraudem volunt facere generi humano in omnibus nequitiis suis, fraudẽ & ipsi patiuntur, vt terrena bona eligãt, & relinquãt ęterna. Ergo fratres in eo quòd fraudẽ faciunt, fraudẽ patiuntur. Quod iamdudũ dixi, fratres, quale cor habet quis vt lucretur vestẽ, & perdat fidem? Ille cui tulit vestẽ passus est fraudẽ, an iste qui tanto damno percutitur? Si pretiosior est vestis quàm fides, maiore damno ille afficitur. Si autẽ incõparabiliter fides excedit totum mundũ, ille videbitur damnũ vestis perpeti. Huic autẽ dicitur: Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ damnũ patiatur? Ergo quid illis contigit? Propter dolositatẽ posuisti eis: Deiecisti eos dum extollerentur.) Non dixit, deiecisti eos, quia elati sunt: nõ quasi postea quàm elati sunt deiecisti eos, sed in eo ipso quòd elati sunt, deiecti sunt. Sic enim efferri, iam cadere est. Deiecisti eos dum extollerentur. Quomodo facti sunt in desolationem subitò?) Admiratur super eos, intelligens in nouissima. Defecerunt.) Verè quomodo fumus, qui dum extollitur, deficit. Defecerũt. Quomodo dicit, defecerũt? Quomodo qui intelligit in nouissima. Defecerunt: Perierunt propter iniquitatem suam: Velut somniũ exurgentis.) Quomodo defecerunt? Quomodo deficit somnium exurgentis. Fac hominem in somnis videre se inuenisse thesauros: diues est, sed donec euigilet. Veluti somnium exurgentis, sic defecerũt quomodo somnium euigilantis. Quæritur igitur, & nõ est: nihil in manibus, nihil in lecto. Pauper dormierat, diues in somnis factus fuerat. Si non euigilasset, diues esset. Euigilauit, inuenit ærumnam quã dimiserat dormiens. Et isti non inuenient miseriã quam sibi comparauerant? Cùm euigilauerint de hac vita, transit illud quod quasi somno tenebatur veluti somnium exurgẽtis. Et ne diceretur, Quid ergo? Parua tibi videtur claritas eorum, parua tibi videtur pompa eorũ, parui tibi videntur tituli, imagines, statuæ, laudes, cunei clientũ? Domine, ait, in ciuitate tua imaginem illorũ ad nihilũ rediges.) Itaque fratres mei, liberè loquẽs de hoc loco, veluti vnde libet, quia quãdo vobis miscemur, magis vos ferimus, quàm docemus: in nomine Christi & in timore eius exhortor vos, vt quicũq; ista non habetis, nõ cupiatis: quicũq; habetis, nõ in eis prę sumatis. Ecce dixi vobis, nõ dico damnamini qũia habetis, sed dãnamini, si de talibus prę sumatis. Si de talibus prę sumatis, si de talibus inflemini, si propter talia magni vobis videamini, si propter talia pauperes nõ agnoscatis; si generis humani conditionẽ cõmunem propter excellentẽ vanitatẽ obliuiscamini. Tunc enim Deus necesse est retribuat in nouissima, & in ciuitate sua imaginẽ taliũ ad nihilũ redigat. Qui autẽ diues est, hoc modo sit quo præcepit Apostolus: Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi nõ superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ suarum, sed in Deo viuo, qui præstat omnia nobis abundãter ad fruendum. Abstulit superbiã diuitũ, dat consilium. Quasi dicerent, diuites sumus, superbire nos prohibes, iactare pompas diuitiarum nostrarum vetas. Quid ergo facturi sumus de istis diuitiis? Vsqueadeò nõ est quod inde fiat? Diuites, inquit, sint in operibus bonis, facilè tribuãt, communicẽt. Et quid prodest hoc? Thesaurizent sibi fundamentũ bonũ in futurum, vt apprehendant verã vitam. Vbi debent sibi thesaurizare? Quò misit iste oculũ, intrans in sanctuariũ Dei. Exhorrescãt omnes fratres nostri diuites, abundãtes pecunia, auro, argẽto, familia, honorib°, exhorrescãt quod modò dictũ est, Domine in ciuitate tua imaginem illorum ad nihilũ rediges. Nónne digni sunt hæc pati, vt Deus in ciuitate sua imaginẽ illorum ad nihilũ redigat, quia & ipsi in ciuitate sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerũt? In ciuitate tua imaginẽ eorũ ad nihilũ rediges. Quia delectatũ est cor meũ.) Dicit quibus rebus tentatur, quia delectatũ est, inquit, cor meũ: Et renes mei mutati sunt.) Quãdo me delectauerũt temporalia ista, mutati sunt renes mei. Potest & sic intelligi, quia delectatum est cor meum in Deum: & renes mei mutati sunt, id est, libidines meæ mutatæ sunt, & castus totus fact° sum. Renes mei mutati sunt. Et audi quomodo. Et ego ad nihilum redactus sum, & non cognoui.) Ego ille qui modò ista dico de diuitibus, aliquãdo talia desideraui: ideo & ego ad nihilum redactus sum, quãdo penè effusi sunt gressus mei. Et ego ad nihilũ redactus sum, & non cognoui. Non est ergo desperandum & de illis, in quos talia dicebã. Quid est, non cognoui? Quasi pecus factus sum ad te, & ego semper tecum.) Multum interest inter istum & alios. Iste quasi pecus factus est desiderando terrena, quando redactus ad nihilum non cognouit æterna: sed non recessit à Deo suo, quia non illa desiderauit à dæmonibus, à diabolo. Hoc enim iam vobis commendaui. Vox est synagogæ,

A

B

Psal. 17.

al. peccantes.

Matth. 16. d

C

1. Tim. 6. d.

Ibidem.

D

id est, illius populi qui non seruit idolis. Pecus quidem
factus sum, à Deo meo terrena desiderãs: sed nunquam
recessi ab ipso Deo meo. Quia ergo quamuis factus pe-
cus, non recessi à Deo meo: sequitur, Tenuisti manũ
dexteræ meæ.) Nõ dixit manum dexteram meam, sed
manum dexteræ meæ. Si dexteræ manus est, manus
habet manũ. Manum tenuisti dexteræ meę, vt deduce-
res me. Quid posuit manũ? Potestatem. Hoc enim di-
cimus quemquã habere in manu, quod habet in pote-
Iob.1.b. state: quomodo dixit diabolus Deo de Iob, Mitte ma-
num tuã, & tolle quæ habet. Quid est, mitte manũ tuã?
Da potestatem. Manum Dei, potestatem Dei dixit, si-
Prou.18.d. cut scriptum est alio loco: Mors & vita in manibus lin-
guæ. Nunquid lingua manus habet? Quid est, in mani-
bus linguæ? In potestate linguæ. Quid est, in potestate
Matt.12.c. linguæ? Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo cõdem-
naberis. Tenuisti ergo manum dexteræ meæ, potestatẽ
dexteræ meæ. Quæ † est dextera mea? Quia ego semper
al. erat. tecum. In sinistra habebã, quia pecus factus sum: id est,
quia terrena in me fuit cõcupiscentia. Sed dextera mea
erat, quia semper tecum erã. Huius dexteræ meæ ma-
num tenuisti, id est, potestatem rexisti. Quam potesta-
al. Dedit. Ioan.1.a. tem? † Dedisti eis potestatẽ filios Dei fieri. Cœpit esse
iam inter filios Dei ad Nouum testamentum pertinẽs.
Vide quomodo retenta est manus dexterę eius. In vo-
luntate tua deduxisti me.) Quid est, in voluntate tua?
Nõ meis meritis. Quid est, in voluntate tua? Audi Apo-
stolũ, qui fuit pecus primò terrena desiderãs, & secun-
1.Tim.1.c. dum Vetus testamentum viuens. Quid ait? Qui primò
fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed miseri-
cordiam consecutus sum. Quid est, in voluntate tua?
Gratia Dei sum id quod sum. Et cum gloria assumpsisti
me.) Iam quo assumptus est, & in qua gloria eius quis
explicat? Quis dicit? Expectemus hoc, quia in resur-
rectione erit, in nouissimis erit. Cum gloria assumpsisti
me. Et cœpit cogitare felicitatem ipsam cælestem, &
arguere se, quia pecus fuit, & terrena desiderauit. Quid
enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?)
Ex voce vestra intellexisse vos video. Comparauit vo-
luntati suæ terrenæ pręmium cæleste quod accepturus
est, vidit quid ibi sibi seruaretur, & cogitans & æstuans
1.Cor.2.b. in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec ocu-
lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit,
non dixit illud, aut illud mihi est in cælo: sed, quid mi-
hi est in cælo? Quid est illud quod habeo in cælo? Quã-
tum est? quale est? quid est? Et cùm nõ transit quod ha-
beo in cælo, à te quid volui super terram? Seruas mihi
tu, dicam vt possum, sed date veniam. Accipite cona-
tum meum, deuotionem nitendi: nam explicãdi nulla
facultas est. Seruas, inquit, mihi tu in cælo diuitias im-
mortales teipsum, & ego volui à te in terra quod habẽt
& impij, quod habent & mali, quod habent & facino-
rosi, pecuniam, aurum & argentum, gemmas, familias,
quod habent & scelerati multi, quod habent multæ fe-
minæ turpes, multi viri turpes. Hæc pro magno desi-
deraui à Deo meo super terrã, cùm seruet se mihi in cę-
lo Deus meus. Quid enim mihi est in cælo? Ostendere
habet ipsum quid. Et à te quid volui super terrã? De-
fecit cor meũ & caro mea, Deus cordis mei.) Hoc ergo
mihi est in cælo seruatũ, Deus cordis mei. Et pars mea
al. Inueniamus. Deus meus.) Quid est, fratres? † Inuenimus diuitias no-
stras, eligat sibi partes genus humanum. Videamus ho-
mines cupiditatũ diuersitate dilaniari. Eligant alij mi-
litiam, alij aduocationem, alij diuersas variásq; doctri-
nas, alij negotiationem, alij agriculturã. Istas partes si-
bi faciant de rebus humanis, clamet populus Dei, Pars
mea Deus meus. Non ad tẽpus pars mea: sed pars mea
Deus, In secula.) Aurum & si semper habeo, quid
habeo? Deum si semper haberem, quàm magnum bo-
num haberem? Huc accedit quia Deus seipsum mihi
promittit, & id me in æternum habiturum promittit.
Tantum habeo, & nunquam non habeo. Magna feli-
citas pars mea Deus. Quamdiu? In secula. † Quomo- al. Quoniam ecce.
do? Ecce vide quomodo illum amauit. Fecit cor ca-
stum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in secula.
Factum est cor castum, gratis iam amatur Deus. Non
ab illo petitur aliud præmium. Qui aliud præmium pe-
tit à Deo, & propterea seruire vult Deo, carius facit
quod vult accipere, quàm ipsum à quo vult accipere.
Quid ergo? Nullum præmium Dei? Nullum, præter
ipsum. Præmium Dei, ipse Deus est. Hoc amat, hoc
diligit, si aliud dilexerit, non erit castus amor. Rece-
dis ab igne immortali, frigesces, corrumperis. Noli re-
cedere, corruptio tua erit, fornicatio tua erit. Iam iste
redit, iam istum pœnitet, iam pœnitentiam iste elegit:
iam dicit, pars mea Deus. Et quomodo delectatur in
ipso quem partem sibi elegit? Ecce qui longè se fa-
ciunt à te, peribunt.) Iste ergo recessit à Deo, sed non
longè: quia quasi pecus factus sum, inquit, & ego sem-
per tecum. Illi verò longè recesserunt: quia non so-
lùm terrena desiderauerunt, sed ea à dæmonibus & à
diabolo petierunt. Qui longè se faciunt à te, peribunt.
Et quid est, longè à Deo fieri? Perdidisti omnem qui
fornicatur abs te.) Huic fornicationi contrarius est
amor castus. Quis est amor castus? Amat iam anima
sponsum suum. Quid ab illo quærit, ab sponso suo
quem diligit? Fortè quomodo sibi eligunt homines
aut generos, aut sponsos feminæ eligunt. Fortè diui-
tias & aurum eius amat, & fundos, & argentum, & pe-
cuniam, & equos, & familiam, & cætera? Absit. Iste
ipsum solum amat, gratis amat, quia in ipso habet om- Ioan.1.a.
nia, quia per ipsum facta sunt omnia. Perdidisti, inquit,
omnem qui fornicatur abs te. Tu autem quid facis?
Mihi autem adhærere Deo bonum est.) Hoc est to-
tum bonum. Vultis amplius? Doleo volentes. Fratres,
quid vultis amplius? Deo adhærere nihil est melius,
quando eum videbimus facie ad faciem. Modò ergo 1.Cor.13.d.
quid? Quia adhuc peregrinus loquor, Adhærere Deo,
inquit, bonum est: sed modò in peregrinatione, quia
nondum venit res, Ponere in Deo spem meã.) Quan-
diu ergo nondum adhæsisti, ibi pone spem. Fluctuas,
præmitte ad terram hanc ancoram. Nondum hæres
per præsentiam, inhære per spem. Ponere in Deum
spem meam. Et quid hic ages ponens in Deo spem tuã?
Quod erit negotium tuum, nisi vt laudes quem diligis,
& † saties te cum coamatoribus eius? Ecce si amares al. facias te cũ coamatores.
aurigam, non raperes cæteros vt tecum amarent? A-
mator aurigæ quacunque transit loquitur de illo, vt cũ
illo eum ament & cæteri. Gratis amantur flagitiosi ho-
mines, & à Deo præmium quæritur vt ametur? Ama
Deum gratis, nulli inuideas Deum. Rapite eum quot-
quot potestis, quotquot possessuri estis: non fit angu-
stus. Nullos in illo limites facietis: totum singuli possi-
debitis, & totum omnes habebitis. Ergo hoc fac dum
hic es: id est, cùm ponis in Deo spem tuam. Quid enim
hic sequitur? Vt annunciẽ omnes laudes tuas in atriis
filiæ Sion.) Vt annunciem omnes laudes tuas. Sed vbi?
In atriis filiæ Sion, quia prædicatio Dei præter eccle-
siam inanis est. Parum est laudare Deum, & annuncia-
re omnes laudes eius: In atriis filiæ Sion annuncia. Ad
vnitatem attende, noli diuidere populum, sed rape ad
vnum, & fac vnum. Oblitus sum quandiu dixi. Iam fi-
nito Psalmo, ex isto odore coniicio me diuturnum ha-
buisse sermonem: sed studiis vestris non sufficio. Vio-
lenti estis nimis, vtinam ista violentia rapiatis regna
cælorum.

IN

IN PSALMVM LXXIII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulus est, Intellectus Asaph.) A-
saph Latinè congregatio, Grecè synagoga dicitur.
Videamus quid intellexerit ista synagoga. Nos autem
intelligamus primitùs synagogã, exinde intelligemus
quid intellexerit synagoga. Omnis congregatio gene-
rali nomine synagoga appellatur, & pecorum & homi-
num potest dici congregatio. Nõ autem hic pecorum
congregatio est, quando audiuimus intellectum. Nam
homo si neglexerit intellectũ in honore positus, quid
Psal.48. de illo dictum est, audi: Homo in honore positus non
intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis
factus est illis. Quia ergo non est pecorum cõgregatio,
nec diu differendum est, nec diligentiùs commendan-
dum est, sed quia hominum est, quorum hominum sit
hoc debemus intelligere. Non vtique eorum hominũ
est, qui in honore positi non intelligentes cõparati sunt
iumẽtis insensatis, & similes facti sunt eis: sed eorũ qui
intelligunt. Præscribit enim hoc titulus Psalmi, dicẽs,
Intellectus Asaph. Intellectus quædam cõgregatio est,
cuius vocem audituri sumus. Sed quoniam propriè sy-
nagoga dicta est congregatio populi Israël, ita vt vbi-
cunque audierimus synagogam, non iam soleamus in-
telligere nisi populum Iudæorum: videamus ne fortè
ipsius vox sit in isto Psalmo. Sed qualium Iudæorum,
Matth.3.c. & qualis populi Israël? Non enim paleæ, sed fortè fru-
menti: non ramorum fractorum, sed fortè cõfirmato-
rum. Non enim omnes, qui sunt ex Israël, hi sunt Israë-
Rom.9.b. litæ: sed in Isaac, inquit, vocabitur tibi semen: hoc est,
non hi qui filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis
deputantur in semine. Sunt ergo quidam Israëlitæ, ex
Ioan.1.g. quibus erat ille de quo dictum est, Ecce verè Israëlita,
in quo dolus non est. Non secundum hoc dico, quòd
& nos Israëlitæ sumus, quia & nos semen Abrahæ su-
mus. Gentibus quippe loquebatur Apostolus, cùm
Galat.3.d. diceret, Ergo Abrahæ semen estis secundum promis-
sionem hæredes. Secundum hoc ergo omnes Israëli-
tæ, qui sequimur vestigia fidei patris nostri Abrahæ.
Sed illo modo hic intelligamus Israëlitarum vocem,
Rom.11.a. quomodo dixit Apostolus, Nã & ego Israëlita sum ex
semine Abrahę de tribu Beniamin. Hic ergo intelliga-
Rom.9.f. mus, quod prophetę dixerunt, Reliquię saluę fient. Re-
liquiarũ itaq; saluatarũ audiamus hic vocem: & loqua-
tur synagoga quę acceperat vetus Testamentum, & in-
tenta erat in promissa carnalia, & ex hoc factum est, vt
nutarent ei pedes. Nam & in alio quodã Psalmo, vbi ti-
Psal.72. tulus etiam habet Asaph, quid dicitur? Quàm bonus
Deus Israël rectis corde! Mei autẽ penè commoti sunt
Ibidem. pedes. Et quasi diceremus, Vnde tibi cõmoti sunt pe-
des? Paulominus, inquit, effusi sunt gressus mei, quia
zelaui in peccatoribus, pacẽ peccatorum intuẽs. Cùm
enim secundum promissa Dei ad vetus Testamentum
pertinẽtia expectaret felicitatẽ terrenam, animaduer-
tit eam abundare apud impios, in his rebus quas expe-
ctauerat à Deo, pollere illos, qui non colerent Deum:
& tanquam sine causa Deo seruisset, nutauerunt pedes
eius. Ibi enim dicit: Ecce ipsi peccatores, & abundan-
tes in seculo obtinuerunt diuitias. Nunquid in vano
iustificaui cor meum? Videte quemadmodũ paulomi-
nus effusi sunt gressus eius, vt iã sibi dicat anima: Quæ
vtilitas, quia seruio Deo? Ecce ille nõ seruit & felix est,
ego seruio & laboro. Postremò puta quia & ego felix
sum, quando & ille felix est, qui non seruit: quare me
putem ideo felicem esse quia seruio? Ille autẽ Psalmus
cuius testimonium produxi, præcedit istum quẽ nunc
in manibus habemus. Opportunè autem nõ ex nostra,
sed ex Dei dispensatione factum est, vt modò audire-
Ioan.1.b. mus ex Euãgelio, Quia lex per Moysen data est, gratia
& veritas per Iesum Christum facta est. Si enim discer-
nimus duo testamenta, Vetus & Nouum, non sunt ea-
dem sacramenta, nec eadem promissa, eadem tamen
pleraque præcepta. Nam non occides, non mœchabe- Exod.20.c.
ris, non furaberis, honora patrem & matrem, non fal-
sum testimonium dixeris, nõ concupisces res proximi
tui, & non concupisces vxorem proximi tui, & nobis
præceptum est: & quisquis ea nõ obseruauerit deuiat,
nec omnino dignus est, qui accipere mereatur mõtem
sanctũ Dei, de quo dictum est, Quis habitabit in taber- Psal.14.
naculo tuo, aut quis requiescet in mõte sancto tuo? In-
nocens manibus, & mundo corde. Hæc dicimus, fra-
tres charissimi, vt omnes de nouo Testamento discatis,
non inhærere terrenis rebus, sed cælestia adipisci. Dis-
cussa ergo præcepta, aut omnia eadẽ inueniuntur, aut
vix aliqua in Euangelio, quæ nõ dicta sint à prophetis.
Præcepta eadem, sacramenta non eadem, promissa nõ
eadem. Videamus quare præcepta eadem, quia secun-
dum hæc Deo seruire debemus. Sacramenta nõ eadẽ,
quia alia sunt sacramenta dantia salutem, alia promit-
tentia Saluatorem. Sacramẽta noui Testamẽti dant sa-
lutem, sacramenta veteris Testamenti promiserũt Sal-
uatorem. Cùm ergo iam teneas promissa, quid quęris
promittentia? Saluatorem habens iam in hoc teneas
promissa, non quòd iam acceperimus vitam æternam,
sed quia iam venerit Christus, qui per prophetas præ-
nunciabatur. Mutata sunt sacramẽta, facta sunt facilio-
ra, pauciora, salubriora, feliciora. Promissa quare non
eadem? Quia promissa est terra Chanaan, terra copio- Exod.3.c.
sa, fructuosa, affluẽs lacte & melle, promissum regnum
temporale, promissa felicitas seculi, promissa fœcun-
ditas filiorũ, promissa subiectio inimicorũ. Hæc omnia
ad terrenam felicitatem pertinent. Sed quare ipsa pri-
mò promitti oportebat? Quia nõ primò quod spirita-
le est, sed quod animale: postea, inquit, spiritale. Primus 1.Cor.15.f.
homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cæle-
stis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis,
tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni,
portemus & imaginem eius qui de cælo est. Ad imagi-
nẽ terreni pertinet vetus Testamentum, ad imaginem
cælestis nouum Testamentum. Sed ne quisquam puta-
ret ab alio factum esse hominem terrenũ, ab alio cęle-
stem, ideo Deus ostendens se esse vtriusq; creatorem,
etiam vtriusque Testamenti se esse voluit authorẽ: vt &
terrena promitteret in veteri Testamẽto, & cœlestia in
nouo Testamento. Sed tamdiu primus homo terrenus
es, quãdiu terrena sapis. Nũquid quoniã puero dantur
quędã puerilia ludicra, quibus puerilis animus auoce-
tur, propterea grãdescenti nõ excutiuntur è manibus,
vt aliquid iam vtilius tractet, quod grandẽ decet? Ve-
runtamen tuipse dedisti filio tuo, & nuces paruulo, &
codicẽ grandi. Nõ ergo, quia illa quasi ludicra puero-
rum, Deus per nouũ Testamẽtum excussit de manibus
filiorum, vt aliquid vtilius daret grandescentibus: pro-
pterea priora illa nõ ipse dedisse putãdus est. Ipse vtrũ-
que dedit. Sed lex ipsa per Moysen data est, gratia & Ioan.1.b.
veritas per Iesum Christũ facta est. Gratia, quia imple-
tur per charitatẽ, ꝙ per literam iubebatur: veritas, quia
redditur quod promittebatur. Hoc ergo intellexit A-
saph iste. Denique omnia quę Iudęis promissa fuerant,
ablata sunt. Vbi est regnũ eorũ? vbi templũ? vbi vnctio? Deut.9.c.
vbi sacerdos? vbi iam apud illos prophetę? Ex quo ve-
nit, qui per prophetas prędicabatur in illa gente, iam
nihil horum est: iam perdidit terrena, & nondum quę-
rit cęlestia. Inhęrere ergo terrenis, quãuis ea Deus do-
net, non debes. Veruntamen non quia eis inhęrere nõ
debemus, alium ea dare, nisi Deum, credere debemus:
ipse ea dat, sed noli pro magno expectare ab eo bonũ,

quod dat & non bono. Nã si pro magno ea daret, ma-
lis ea non daret. Ideo autem ea voluit dare & malis, vt
discant boni aliud ab eo quærere, quod non dat & ma-
lis. Illi autem inhærentes terrenis miseri, & non de illo
præsumentes qui fecit cęlum & terram, qui eis dedit &
Exod.14.b. ipsa terrena, qui eos etiam temporaliter de Aegypti
captiuitate liberauit, qui eos per diuisum mare duxit,
qui eorum inimicos persequentes fluctibus obruit, nõ
in illo pręsumentes qui daret vtique cælestia grãdibus,
sicut terrena paruulis dedit, timentes perdere quod ac-
ceperant, occiderũt qui dederat. Hæc dicimus fratres,
vt omnes de nouo Testamento discatis non inhærere
terrenis. Si enim illi inexcusabiliter terrenis inhęserũt,
quibus ipsum nouum Testamentũ nondũ fuerat reue-
latum, quanto inexcusabilius terrena sectantur, quibus
iã promissa cęlestia in nouo Testamento reuelata sunt?
Nã recolite fratres mei, quid dictum sit à persequenti-
Ioan.11.f bus Christum. Si dimiserimus eum sic, venient Roma-
ni, & tollent nobis & locum & gentem. Videte quia ti-
mendo terrena perdere, regẽ cæli occiderunt. Et quid
eis factũ est? Perdiderunt etiam ipsa terrena. Et vbi oc-
ciderunt Christum, ibi occisi sunt. Et cùm terram no-
lentes perdere, datorem vitæ occiderunt, eandem ter-
ram occisi perdiderunt. Et eo tempore quo illum oc-
ciderunt, eo ipso tempore admonentur, quare ista per-
pessi sunt. Quando enim euersa est ciuitas Iudæorum,
pascha celebrabant, & in multis milibus hominũ tota
ipsa gens conuenerat ad illius festiuitatis celebrationẽ.
Ibi Deus per malos quidem, sed tamen ille bonus, per
iniustos, sed iustus & iustè ita in eos vindicauit: vt peri-
merentur multa milia hominum, & ipsa ciuitas euerte-
retur. Hoc in isto Psalmo plangit intellectus Asaph, &
in ipso planctu tanquam intellectus discernit terrena à
cælestibus, discernit vetus Testamẽtum à nouo Testa-
mento: vt videas per quæ transeas, quid expectes, quid
relinquas, quibus hæreas. Sic ergo cœpit: Vt quid re-
pulisti nos Deus in finem?) Repulisti in finem, ex perso-
na populi Iudæorũ, & ex persona congregationis, quæ
ppriè synagoga appellatur. Vt quid repulisti nos Deus
in finẽ? Non reprehendit, sed quærit vt quid, quamob-
rẽ, propter quid hoc fecisti? Quid fecisti? Repulisti nos
Rom.10.a. in finem. Quid est, in finẽ? Fortè vsq; in finẽ seculi. An
repulisti nos in Christo, qui finis est omni credenti? Vt
quid enim repulisti nos Deus in finem? Iratus est ani-
mus tuus super oues gregis tui?) Quare iratus es super
oues gregis tui, nisi quia terrenis inhærebamus, & pa-
storẽ nõ agnoscebamus? Memẽto cõgregationis tuę,
quã possedisti ab initio. Nunquid ista potest esse vox
gentium? Nunquid gẽtes possedit ab initio? Sed posse-
dit semen Abrahæ populum Israël etiam secundũ car-
nem natũ de patriarchis patribus nostris: quorum nos
filij facti sumus, non veniendo de carne, sed imitãdo fi-
dem. Illi autem à Deo possessi ab initio, quid eis cõti-
git? Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab
initio. Redemisti virgã hæreditatis tuæ.) Ipsam cõgre-
gationem tuam, virgam hæreditatis tuę redemisti. Hãc
ipsam congregationem dixit virgam hæreditatis. Re-
spiciamus ad factum primum, quãdo voluit possidere
ipsam cõgregationem liberãs illam de Aegypto, quod
signũ dederit Moysi cùm diceret Moyses ei, Quod si-
Exod.4.a. gnũ dabo vt credant mihi, quia tu me misisti? Et Deus
ait ad illũ, Quid in manu tua portas? Virgam. Proiice
illam in terram. Et dimisit virgam in terrã: & facta est
serpens, & expauit Moyses, & fugit ab eo. Et ait illi Do-
minus, Apprehende caudam eius. Et apprehendit, &
reuersa est in statum suum virga facta, sicut antea virga
Genes.3.a. erat. Quid significat? Non enim frustra factũ est. Inter-
rogemus literas Dei. Quid serpens persuasit homini?

A Mortem. Ergo mors à serpente. Si mors à serpẽte, vir-
ga in serpente, Christus in morte. Ideo etiã cùm à ser-
pentibus in deserto morderentur & necarentur, præ-
cepit Dominus Moysi, vt serpentem æneum exaltaret Num.21.c. Ioan.3.b.
in eremo, & admoneret populum, vt quisquis à serpen-
te morsus esset, illum intueretur, & sanaretur. Sic & fie-
bat: sic & homines à venenis, morsi à serpentibus sana-
bantur intuendo serpentem. Sanari à serpente, magnũ
sacramentum. Quid est, intuendo serpentem sanari à
serpente? Credendo in mortuum, sanari à morte. Et ta-
men expauit & fugit Moyses. Quid est, ab illo serpente Exod.4.c.
fugisse Moysen? Quid fratres, nisi quod scimus in Euã-
gelio factum? Mortuus est Christus, & expauerunt di- Luc.24.a.b.
scipuli, & ab illa spe in qua fuerãt recesserunt. Sed quid Exod.4.a.
dictum est? Apprehende caudam eius. Quid est, caudã? Exod.34.d.
Posteriora cõprehende. Hoc significauit & illud, Po-
steriora mea videbis. Primò factus est serpens, sed cau-
da retẽta facta virga. Primò occisus, postea resurrexit.
B Est etiam in cauda serpentis finis seculi, quia sic modò
mortalitas ecclesiæ ambulat. Alij eunt, alij veniunt per
mortẽ tanquam per serpẽtem, quia à serpente mors se-
minata est: sed in fine seculi, tanquã cauda redimus ad
manũ Dei, & efficimur stabilitum regnum Dei, vt im-
pleatur in nobis, Redemisti virgã hæreditatis tuæ. Sed
quia synagogæ vox est, redemisti autem virgam hære-
ditatis tuæ, magis apparet in gẽtibus: occulta autẽ spes
Iudæorum, vel eorum qui futuri sunt vt credãt, vel eo- Act.2.a.
rum qui eo tempore crediderunt, quando misso spiritu Ibidem.
sancto, discipuli omniũ gentiũ linguis locuti sunt. Tũc & 4.a.
enim aliquot milia de Iudæis ipsis Christi crucifixori-
bus crediderunt: & quia propè inuenti erant, ita credi-
derunt, vt omnia quæ habebant venderẽt, & pretia re-
rum suarum ante pedes Apostolorum ponerent. Quia
ergo occultum erat hoc, magísq; redemptio virgę Dei
clara futura erat in gẽtibus: exprimit vnde dicat quod
dixit, Redemisti virgã hæreditatis tuæ. Hoc dixit non
C de gentibus, in quibus manifestum est. Sed vnde? Mõ-
tem Sion.) Ad hæc & mons Sion potest aliter intelligi.
Istum, In quẽ habitasti in ipso.) Vbi erat populus an-
tè, vbi institutum templum, vbi celebrata sacrificia, vbi
omnia illo tempore necessaria, Christum promittẽtia.
Promissio cùm redditur res, iam fit superflua. Nã ante-
quã reddatur quod promittitur, necessaria est ipsa pro-
missio: ne promissum sibi obliuiscatur cui promittitur,
& nõ expectãdo moriatur. Oportet ergo vt expectet,
vt cùm venerit accipiat: ideo non debet deserere pro-
missionẽ. Propter hoc nõ deserebãtur figurę, vt veniẽ-
te die, vmbræ tollerentur. Montem Sion istum quẽ in-
habitasti in ipso. Eleua manum tuam in superbiã eorũ
in finem.) Quomodo nos repellebas in finem, sic eleua
manum tuam in superbiam eorum in finem. Quorum
superbiã? A quibus euersa est Hierusalem. A quibus au-
tem, nisi à regibus gentiũ? Bene eleuata est manus eius
D in superbiã eorum in finem, nam & ipsi iam Christum
cognouerunt. Finis enim legis Christus ad iustitiam
omni credenti. Quàm bene illis optat. Quasi iratus lo- Rom.10.a.
quitur, & maledicere videtur, & vtinam eueniat quod
maledicit, immo iam in nomine Christi euenire gau-
deamus. Iam tenentes sceptrum, subduntur ligno cru- Psal.71.
cis: iam fit quod prædictum est, Adorabũt eum omnes
reges terræ, omnes gẽtes seruient illi. Iam in frontibus
regum pretiosius est signum crucis, quàm gemma dia-
dematis. Eleua manum tuam in superbiam eorum in
finem. Quanta malignè operatus est inimicus in san-
ctis tuis?) In his quæ sancta tua erant, id est, in templo,
in sacerdotio: in illis omnibus sacramentis quæ illo tẽ-
pore fuerunt, quanta malignè operatus est inimicus?
Reuera inimicus tunc operatus est. Gentes enim tunc
quæ

quę hoc fecerunt, deos falsos colebãt, simulachra ado-
rabant, dęmonibus seruiebant: operati sunt tamẽ mul-
ta mala in sanctis Dei. Quando possent nisi permitte-
rentur? Quando autem permitterentur, nisi iam sancta
illa prima promissiua nõ essent, cũ ipse qui promiserat
teneretur? Ergo quanta malignatus est inimicus in san-
ctis tuis: Et gloriati sunt omnes qui oderũt te.) Seruos
attende dæmonum, seruos simulachrorũ: quales tunc
gentes erant, quando euerterunt templũ & ciuitatem
Dei. Et gloriati sunt, In medio solennitatis tuæ.) Me-
mentote quòd dixi, tũc euersam esse Hierusalem, cùm
ipsa solennitas ageretur: in qua solennitate Dominum
crucifixerunt. Congregati sæuierunt, cõgregati perie-
runt. Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt.)
Habebant signa sua quæ ibi ponerent, vexilla sua, aqui-
las suas, dracones suos, signa Romana, aut etiam statuas
suas, quas primò in templo posuerunt: aut fortè signa
sua quæ audierant à vatibus dæmonum suorũ. Et non
cognouerunt. Quid non cognouerunt? Quia non ha-
Ioan.19.b. beres in me potestatem, nisi tibi data esset desuper. Nõ
cognouerunt, quia non ipsis honor delatus est, vt affli-
gerẽt, vt caperẽt, vel euerterẽt ciuitatem: sed impietas
eorũ tanquã securis Dei facta est. Facti sunt instrumẽ-
tum irati, non regnum placati. Facit hoc enim Deus,
quod plerunque facit & homo. Aliquãdo iratus homo
apprehendit virgã iacentem in medio, fortasse qualc-
cunq; sarmentũ, cædit inde filiũ suum: ac deinde proii-
cit sarmentum in ignem, & filio seruat hæreditatẽ. Sic
aliquãdo Deus per malos erudit bonos, & per tempo-
ralẽ potentiã damnandorũ, exercet disciplinam libe-
randorũ. Quid enim? Putatis fratres, quia verè sic data
est disciplina illi genti, vt omnino periret? Quanti inde
postea crediderunt, quanti adhuc credituri sunt? Alia
est palea, aliud frumentũ, super vtrunq; tamẽ intrat tri-
bula: sed sub vna tribula aliud comminuitur, aliud pur-
gatur. Quantum bonum præstitit nobis Deus de malo
Iudæ traditoris? De ipsa sæuitia Iudæorum quantũ bo-
num præstitũ est fidelibus Gentibus. Occisus est Chri-
Num.21.c. stus, vt esset in cruce, quẽ attenderet qui esset à serpen-
te percussus. sic ergo & isti fortè à diuinis suis audierãt,
quia debuerunt ire ad Hierusalem, & capere eã: & cùm
cepissent atq; euertissent eã, dixerunt sibi quòd à dæ-
monibus suis factum sit: posuerũt signa sua signa, & nõ
cognouerunt. Quid non cognouerũt? Sicut in egressu
desuper.) Quia nisi desuper egrederetur iussio, nunquã
sæuientibus gentibus in Iudæorum populum talia lice-
Daniel.9.f rent. Sed egressum est desuper: quomodo dicit Daniel
à principio orationis suæ, Egressus est sermo. Hoc &
Dominus ipsi Pilato inflanti se, & ponenti signa sua si-
gna, & nõ cognoscenti & dicenti ad Christũ, Mihi non
respondes? nescis quia potestatem habeo occidendi te,
& potestatem habeo dimittendi te? Et Dominus ad in-
Ioan.19.b. flatum tanquam vesicam inflatã pungens, Nõ haberes,
inquit, in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper.
Sic & hic posuerunt signa sua signa, & non cognouerũt.
Quomodo non cognouerũt? Sicut in egressu desuper.
Quomodo egressus fact⁹ fuerat desuper, vt hoc imple-
retur? Nunquid sic illi cognoscere potuerunt? Iã per-
curramus versus istos euersa Hierusalẽ, propterea quia
& manifesti sunt, & non libet immorari nec in pœna
inimicorum. Quasi in sylua lignorum securibus conci-
derunt ianuas eius in idipsum, in dolabro & fractorio
deiecerunt eam.) Id est, conspiranter, constanter, in
4.Re.25.c.d. dolabro & fractorio deiecerunt eam. Incenderũt igni
sanctuarium tuum, polluerunt in terra tabernaculum
nominis tui. Dixerunt in corde suo, cognatio eorũ in
vnum.) Quid dixerunt? Venite comprimamus omnes
solennitates Domini de terra.) Domini ex persona

A huius interpositum est, id est, ex persona Asaph. Non
enim illi sæuientes Dominum appellarent, cuius tem-
plum euertebant. Venite cõprimamus omnes solenni-
tates Domini de terra. Quid Asaph? Quid intellectus
Asaph in his? Quid? Non proficit vel disciplina data?
Mentis prauitas non corrigitur? Euersa sunt omnia quę
primò erãt: nusquam sacerdos, nusquam altare Iudęo-
rum, nusquã victima, nusquã templũ. Ergo nihil aliud
cognoscendum est quod huic decedẽti successit? Aut
verò hoc promissum signum auferretur, nisi venisset
quod promittebatur? Videamus ergo hoc modo in-
tellectum Asaph, videamus si proficit ex tribulatione.
Attendite quid dicat. Signa nostra non vidimus, iam
non est Propheta, & nos non cognoscet adhuc.) Ecce
isti Iudæi qui se dicunt non agnosci adhuc, id est, in ca-
ptiuitate adhuc se esse, nondũ se liberari, expectant ad-
huc Christũ. Venturus est Christus, sed veniet vt iudex:
primò vocator, postea discretor. Veniet, † quia venit, al. qui iam
& eum venturum esse manifestum est: sed iam desuper
B veniet. Ante te erat, ô Israël. Quassatus es, quia offen-
disti in iacentem, ne cõteraris obserua desuper venien- Luc.20.b.
tem: ita enim prædictum est per Prophetam; Quisquis
offenderit in lapidẽ illum, cõquassabitur, & super quẽ
venerit, conteret eum. Cõquassat paruos, cõteret ma-
gnos. Iam signa tua non vides, non est Propheta: & di-
cis, Et nos non cognoscet adhuc, quia vos nõ agnosci-
tis adhuc. Iam nõ est Propheta, & nos non cognoscet
adhuc. Vsquequò Deus exprobrabit inimicus?) Cla-
mas quasi derelictus, quasi desertus, clamas tanquam
æger qui medicum cædere quàm curari maluisti: nõ te
agnoscit adhuc. Vide quid fecerit qui te non agnoscit
adhuc. Etenim quibus non est annunciatum, de eo vi-
debunt, & qui non audierunt, intelligent: & tu adhuc
clamas, Iam non est Propheta, & nos non cognoscet
adhuc? Vbi est intellectus tuus? Irritat aduersarius no-
men tuum in finem.) Ad hoc irritat aduersarius nomẽ
C tuum in finẽ, vt iratus corripias, corripiens cognoscas
in finem: aut certè in finem vsque ad finem. Vsque ad
quem finem? Quousque cognoscas, quousque clames,
quousque apprehensa cauda redeatur ad regnum. Vt
quid auertis manum tuã, & dexteram tuã de medio si-
nu tuo in finem?) Iterum aliud signum quod datum est
Moysi. Quomodo enim superius de virga signũ, ita &
de dextera. Cùm enim illud factum esset de virga, de-
dit Deus alterum signum: Mitte, inquit, manum tuã in Exod.4.b.
sinum tuum, & misit: produc eam, & produxit: & inuẽ-
ta est alba, id est immunda. Albor enim in cute, lepra
est, non candor. Ipsa enim hæreditas Dei, id est, popu-
lus eius foras ab eo missus, immundus factus est. Sed
quid illi ait? Reuoca eam in sinũ tuum. Reuocauit, & re-
uersa est ad colorem suum. Quando hoc facis, ait Asaph
D iste? Quousque dexteram tuam alienas à sinu tuo, vt fo-
ris immunda remaneat? Reuoca eã, redeat ad colorẽ,
agnoscat saluatorem. Vt quid auertis manum tuam, &
dexteram tuã de medio sinu tuo in finem? Hæc clamat
cæcus non intelligens, & hoc Deus facit quod facit.
Quare enim venit Christus? Cæcitas ex parte Israël Rom.11.d.
facta est, vt plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Is-
raël saluus fieret. Ergo iam Asaph agnosce quod præ-
cessit, vt vel sequaris, si præcedere non potuisti. Non
enim frustra venit Christus, aut frustra occisus est Ioan.12.d.
Christus, aut frustra granũ cecidit in terrã, nisi vt mul- Num.21.c.
tipliciter surgeret. Exaltatus est serpens in eremo, vt
percussos à veneno sanaret. Attende quod factum est.
Noli putare vacare quòd venit, ne te malum inueniat,
cùm iterũ venerit. Intellexit Asaph, quia in titulo Psal-
mi intellectus Asaph. Et quid ait? Deus autem rex no-
ster ante secula, operatus est salutem in medio terræ.)

ſæuiendo. Ne tradideris beſtiis animam confitentẽ tibi. Quibus beſtiis, niſi quarum capita contrita ſunt ſuper aquã? Quia dictus eſt beſtia, leo & draco ipſe diabolus. Noli, inquit, dare diabolo & angelis eius animam cõfitentem tibi. Deuoret ſerpẽs, ſi adhuc terrena ſapio, ſi terrena deſidero, ſi adhuc in promiſsis veteris teſtamenti nouo reuelato remaneo. Cùm autem iam depoſuerim ſuperbiã, & iuſtitiam meã non agnoſcã, ſed gratiam tuã, non habeant in me ſuperbæ beſtiæ poteſtatẽ. Ne tradideris beſtiis animam cõfitentem tibi: Animas pauperũ tuorũ ne obliuiſcaris in finẽ.) Diuites eramus, fortes eramus, ſed ſiccaſti fluuios Etham. Iã modò non conſtituimus iuſtitiã noſtram, ſed agnoſcimus gratiam tuam: pauperes ſumus, exaudi mendicos tuos. Iã oculos nõ audemus ad cælum leuare, ſed percutientes pe-
Lucæ 18 c. ctus noſtrũ dicimus: Domine, propitius eſto mihi peccatori. Animas pauperum tuorũ ne obliuiſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum tuũ.) Redde quod promiſiſti, tabulas tenemus, hęreditatem expectamus. Reſpice in teſtamentũ tuum, non illud vetus: non propter terram Chanaan rogo, non propter inimicorũ temporalem ſubiectionem, non propter filiorum carnalẽ fœ-
B cunditatem, non propter diuitias terrenas, nõ propter ſalutem temporalem. Reſpice in teſtamentum tuũ, quo promiſiſti regnum cælorum. Iam agnoſco teſtamentũ tuum, iam intellectus eſt Aſaph, nõ eſt pecus Aſaph, iã
Hier. 31. f. videt quod dictum eſt, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & cõſummabo domui Iſraël & domui Iuda teſta-
Hebr. 8. c. mentum nouum, nõ ſecundum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum. Reſpice in teſtamentum tuum: Quoniam repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domorum iniquarum.) Quia corda habebant iniqua. Domus noſtræ, corda noſtra: ibi libenter habitant beati mun-
Matth. 5. a. do corde. Reſpice ergo in teſtamentum tuum, & reli-
Rom. 9. f. quiæ ſaluę fiant: quia multi qui attendunt ad terrã, obſcurati ſunt, & repleti ſunt terra. Intrauit in oculos eorum puluis, & excæcauit eos, & facti ſunt puluis quem
Pſal. 1. proiicit ventus à facie terræ. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domorũ iniquarum. Attendendo enim terram obſcurati ſunt, de quibus dictũ eſt in alio Pſal-
Pſal. 68. mo, Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Terra ergo repleti ſunt qui ob-
C ſcurati ſunt terræ domorum iniquarũ, quia corda habent iniqua. Domus enim noſtræ, ſicut ſuprà diximus, corda noſtra ſunt: ibi libenter habitabimus, ſi ea ab iniquitate mundemus. Ibi eſt mala conſcientia quæ inde repellit hominem, quò iubetur ire portans grabatum
Ioan. 5. b ſuum, cui peccata dimiſſa ſunt: dicente Domino, Tollẽ grabatum tuum, & vade in domum tuam. Porta carnem tuam, & intra ad ſanatam conſcientiam tuã: quoniam repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domorum iniquarum. Obſcurati ſunt, repleti ſunt terra. Illi obſcurati qui ſunt? Qui cõrda iniqua habent. Reddet illis Dominus ſecundum cor ſuum: Ne auertatur humilis confuſus.) Illos enim ſuperbia confudit. Egenus & inops laudabunt nomen tuum.) Videtis fratres quàm debeat dulcis eſſe paupertas, videtis pauperes & inopes pertinere ad Deum: ſed pauperes ſpiritu, quoniã ipſo-
Matth. 5. a. rum eſt regnum cælorum. Qui ſunt pauperes ſpiritu? Humiles, trementes verba Dei, cõfitentes peccata ſua, non de ſuis meritis, nec de ſua iuſtitia præſumentes. Qui ſunt pauperes ſpiritu? Qui quãdo faciunt aliquid
Eſa. 66. a. boni, Deum laudant, quando malè, ſe accuſant. Super quem requieſcet ſpiritus meus, ait Propheta, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem verba mea? Iam ergo Aſaph intellexit, iam terræ non hæret, iam promiſſa terrena ex veteri teſtamento nõ expetit: mẽdicus tuus factus eſt, pauper tuus factus eſt, fluuios tuos ſitit,

A quia fui ſiccati ſunt. Quia ergo talis factus eſt, nõ fraudetur ſpe. Quæſiuit manibus nocte coram te, nõ deci-
Pſal. 76. piatur. Ne auertatur humilis confuſus, egenus & inops
Pſal. 73. laudabunt nomen tuum. Cõfitentes peccata ſua laudabunt nomen tuum, deſiderantes æterna promiſſa tua, laudabunt nomen tuum, non de temporalibus turgidi, non de propria iuſtitia in ſuperbiã elati & inflati. Non ipſi: ſed qui? Egenus & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Domine iudica cauſam meã.) Deſertus enim videor, quia nondum accepi quod promiſiſti, & factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dici-
Pſal. 41. tur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Et quia nõ poſſum oſtendere Deum meum, quaſi inane ſequar, inſultatur mihi. Nec Paganus tãtùm, vel Iudęus, vel hęreticus, ſed aliquãdo frater ipſe catholicus torquet os, quãdo promiſſa Dei prædicantur, quãdo futura reſurrectio prænunciatur. Et adhuc ipſe quamuis iam tinctus aqua ſalutis æternæ portãs ſacramentũ Chriſti, forſitan dicit, Et quis huc reſurrexit? &, Nõ audiui patrem meum de ſepulchro loquentẽ, ex quo cum ſepeliui. Deus dedit legem ad tempus ſeruis ſuis, ad quod ſe auocarẽt: nam
B quis redit ab inferis? Et quid faciam talibus? Oſtendam quod non vident? Nõ poſſum: non enim propter illos Deus viſibilis debet fieri. Iam id agant, ſi placet; ita faciant, ita conentur: quia ipſi nolunt cõuerti in melius, Deum conuertant in peius. Videat qui poteſt, credat qui nõ poteſt, eſſe Deũ. Et ſi videt qui poteſt, nunquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Nõ enim ſolem & lunam volebat oſtẽdere qui dicebat: Beati mun-
Matth. 5. a. do corde, quoniã ipſi Deum videbunt. Immundũ autem cor nec ad fidem idoneum, quod nõ poteſt videre vel credat. Non video, inquit. Quid crediturus ſum? Anima enim tua videtur? Vt opinor ſtultè, corpus tuũ videtur. Animam tuam quis videt? Cùm ergo corpus tuum ſolum videatur, quare nõ ſepeliris? Miratur quia dixi, ſi corpus tantùm videtur, quare non ſepeliris? Et reſpondet, ſapit enim adhuc quia viuo. Vnde ſcio quia viuis, cuius animã non video? Vnde ſcio? Reſpõdebis, quia loquor, quia ambulo, quia operor. Stultè ex operibus corporis agnoſco viuentem, ex operibus creaturæ nõ potes agnoſcere creatorem? Et fortè quis dicit:
C Cùm mortuus fuero, poſtea nihil ero. Et literas didicit, & ab Epicuro didicit hoc, neſcio quo deliro philoſopho, vel potius amatore vanitatis, non ſapientiæ, quẽ ipſi etiã philoſophi porcum nominauerunt, quia voluptatem corporis ſummum bonum dixit: hunc philoſophum porcum nominauerunt volutantẽ in cœno carnali. Ab illo fortè didicit iſte literatus dicere: Non ero poſteaquã mortuus fuero. Siccentur flumina Etham, pereant doctrinę iſtæ gentium, pullulent vireta Hieruſalem, videant quod poterunt, credant corde quod videre nõ poſſunt. Certè iſta omnia quę per mundũ modò videntur, quando operabatur Deus ſalutẽ in medio terræ, cũ iſta dicebãtur, nondũ erant: & ecce tunc prædicta ſunt, nũc impleta monſtrãtur, & adhuc dicit ſtultus in corde ſuo, non eſt Deus. Væ peruerſis cordibus:
Pſal. 13. quoniam ita ventura ſunt quæ reſtant, ſicut venerunt
D iſta quæ tunc nõ fuerunt, & ventura prænunciabãtur. An verò exhibuit nobis Deus omnia quæ promiſit, & de ſolo die iudicij nos fefellit? Nõ erat Chriſtus in terra: promiſit, exhibuit. Non virgo pepererat: promiſit, exhibuit. Non erat fuſus ſanguis pretioſus, quo deleretur chirographũ mortis noſtræ: promiſit, exhibuit. Nondum reſurrexerat caro in vitam æternã: promiſit, exhibuit. Nondum crediderant gentes: promiſit, exhibuit. Nondum hæretici in nomine Chriſti armati, contra Chriſtum militabant; prædixit, exhibuit. Nondũ idola gentium de terra iſta deleta erant; prædixit, exhibuit.

Iſta

Iſta omnia cùm prædixiſſet & exhibuiſſet, de ſolo die
A iudicij mentitus eſt? Veniet omnino quomodo iſta venerunt, quia & iſta antequã venirent futura erãt, & futura prius prenunciata ſunt, & poſtea venerunt. Veniet fratres mei. Nemo dicat, non veniet: aut veniet, ſed lõgè eſt quòd veniet: ſed tibi propè eſt vt eas hinc. Sufficiat prima deceptio: ſi nõ potuimus primo permanere
Geneſ. 2. c. in præcepto, ſaltem corrigamur exemplo. Nondũ erat
& 3. a. exemplum caſus humani, quando dictum eſt ad Adam: Morte morieris, ſi tetigeris: & venit de tranſuerſo ſerpẽs, & dixit: Nõ morte morieris. Creditus eſt ſerpens, cõtemptus eſt Deus: tactũ eſt vetitũ, mortu' eſt homo. Nónne impletũ eſt potius quod minatus eſt Deus, quã quod promiſerat inimicus? Sic eſt certè. Agnoſcimus hoc, ideo omnes in morte iam vel experti cauti ſimus. Nõ enim ceſſat & modò ſerpens inſuſurrare & dicere: Nunquid verè dãnatus eſt Deus tantas turbas, liberaturus eſt paucos? Quid eſt aliud, quàm facite cõtra pre-
B ceptũ, non morte moriemini? Sed quomodo tunc, ſic & nunc. Si feceris quod ſuggerit diabolus, & contempſeris quod præcepit Deus: veniet iudicij dies, & inuenies verũ quod minatus eſt Deus, & falſum quod pollicitus eſt diabolus. Exurge Domine iudica cauſã meã.
Pſal. 41. Mortuus es & cõtemptus es, dicitur mihi: Vbi eſt Deus tuus? Exurge, iudica cauſam meã. Nõ enim vẽturus eſt ad iudiciũ, niſi qui exurrexit à mortuis. Venturus prænunciabatur: venit, & contemptus eſt à Iudęis ambulãs in terra, contemnitur à falſis Chriſtianis ſedẽs in cælo. Exurge Domine, iudica cauſam meã. Quoniã in te credidi: non peream, quia credidi quod non vidi: ſpe mea nõ fallar, accipiã quod promiſiſti. Iudica cauſam meã, Memento opprobriorum tuorum, eorum quæ ab imprudente ſunt tota die.) Adhuc enim inſultatur Chriſto: nec deerunt tota die, hoc eſt, vſq; in finẽ ſeculi, vaſa iræ. Adhuc dicitur: Vana prædicant Chriſtiani, adhuc
C dicitur, Inanis eſt reſurrectio mortuorũ. Iudica cauſam meam, memento opprobriorum tuorum. Sed quorũ, niſi eorum quæ ab imprudente ſunt tota die? Nunquid prudens hoc dicit? Prudens enim dictus eſt, porrò videns. Si prudens porrò videns, fide videtur porrò: nã oculis vix ante pedes videtur tota die. Ne obliuiſcaris voces deprecantium te.) Ingemiſcentium & expectãtium iam quod promiſiſti de Nouo teſtamento: & ad ipſam fidem ambulantium, ne obliuiſcatis voces deprecantium te. Sed illi adhuc dicunt, Vbi eſt Deus tuus? Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper ad te.) Noli & eorum ſuperbiam obliuiſci. Nec obliuiſcitur: omnino aut punit, aut corrigit.

IN PSALMVM LXXIIII. ENARRATIO.

PSALMVS iſte tumori ſuperbiæ medicinam humilitatis apportat. Humiles autem conſolatur in ſpe: hoc agens, vt ne quiſquam ſuperbè de ſe preſumat, nec quiſquam humilis de Domino deſperet. Eſt enim promiſsio Dei rata, certa, fixa & incõcuſſa, fidelis & omni
Iob. 7. a. dubitatione carens, quæ cõſolãtur afflictos. Tota enim
D vita humana ſuper terram, ſicut ſcriptum eſt, tentatio eſt. Nec quaſi proſpera eligenda eſt, & ſola aduerſa deuitanda, ſed vtraque cauenda eſt: illa ne corrumpat, iſta ne frangat: vt vnicuique hominum in quocunq; ſtatu rerum in hac vita egerit, nõ ſit refugium niſi Deus, nec vllum gaudium, niſi in promiſsis eius. Vita enim hæc qualibet redũdãs felicitate multos fallit, Deus neminem. Quia ergo omni homini conuerſo ad Deum mutatur delectatio, mutantur deliciæ: non enim ſubtrahuntur, ſed mutantur. Omnes autem deliciæ noſtrę in hac vita, nondum ſunt in re: ſed ipſa ſpes tam certa eſt, vt omnibus huius ſeculi deliciis præponenda ſit, ſicut
Pſal. 36. ſcriptũ eſt: Delectare in Domino. Et ne putares te iam

A habere quod promittit, ſubiecit ſtatim, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondum habes petitiones cordis tui: vnde delectaris in Domino, niſi quia tenes certũ promiſſorẽ qui ſe effecit promittendo debitorẽ? Huius igitur deprecationis vt permaneat nobiſcum ſpes noſtra, & introducamur in id quod promiſit Deus, loquitur titulus huius Pſalmi: In finem ne corrumpas:) Quid eſt, ne corrumpas? Quod promiſiſti, exhibe. Sed quando? In finem: illuc ergo mentis oculus dirigatur in finem. Omnia quæ in via occurrerint, trãſeantur, vt perueniatur in finẽ. Exultent ſuperbi de preſenti felicitate, tumeant honoribus, fulgeant auro, redundent familiis, obſequiis clientum cõſtipentur: prętereunt iſta, & tranſeunt tanquã vmbra. Cùm ille finis venerit, vbi omnes qui modò in Domino ſperant gaudebunt: tunc illis veniet ſine fine triſtitia. Quando ac-
B ceperint humiles quod irrident ſuperbi, tunc ſuperborum typhus conuertetur in luctum. Tunc erit illa vox quã in libro Sapientiæ nouimus. Dicent enim tunc videntes gloriã ſanctorum, qui cùm hic humiliarentur, tolerauerunt: qui cùm hic ſublimarẽtur, nõ annuerũt. Tunc ergo illi dicẽt: Hi ſunt quos aliquãdo habuimus in riſum, vbi etiã dicent: Quid nobis profuit ſuperbia,
Sapient. 5. b & diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Tranſierunt omnia tanquam vmbra. Quia de corruptibilibus preſumpſerunt, ſpes eorum corrumpetur, noſtra verò ſpes tunc erit res. Promiſsio enim Dei vt maneat integra & firma & certa erga nos: diximus ex corde fidei: In finem ne corrumpas. Noli ergo timere, ne promiſsiones Dei corrumpat aliquis potentum. Ipſe verò non corrumpit, quia verax eſt: potentiorem non haber à quo eius promiſsio corrumpatur. Certi ergo ſimus de promiſsis Dei, cantemus iam vnde incipit Pſalmus.

Expoſitio Pſalmi.

C ONfitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuum.) Noli antequã confitearis inuocare, confitere & inuoca. Illum quippe quẽ inuocas, in te vocas. Quid eſt enim inuocare, niſi in teipſum vocare? Si inuocatur à te, id eſt, ſi vocatur in te, ad quẽ accedit? Ad ſuperbum non accedit. Certè altus eſt, nõ eum attingit elatus. Omnia ſublimia vt contingamus, attollimus nos: & ſi attingere nõ poſſumus, machinamẽta aliqua vel ſcalas quærimus, vt ſublimati ſublimia contingamus. Contrà Deus & altus eſt, & ab humilibus contingitur. Scriptum eſt: Propè eſt Dominus his
Pſal. 33. qui obtriuerunt cor. Tritura cordis, pietas, humilitas. Qui ſe cõterit, iraſcitur ſibi. Se habeat iratum, vt illum habeat propitium: ſe habeat iudicem, vt illum habeat defenſorem. Ergo inuocatus Deus venit. Ad quem venit? Ad ſuperbum non venit. Audi aliud teſtimonium:
Pſal. 137. Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, excelſa autem à longè cognoſcit. Excelſus Dominus & humilia reſpicit non à longè: excelſa autem à longè cognoſcit. Et ne fortè cùm dictum eſſet, quia humilia reſpicit, ſu-
D perbi de impunitate gauderent, quaſi eos ſuperbientes non agnoſcat qui in excelſis habitat, teriti ſunt, & dictum eſt eis: videt vos, & cognoſcit vos, ſed à lõgè. Hos facit beatos quibus propinquat. Vos autem, inquit, ô ſuperbi, ô excelſi non eritis impuniti, quia cognoſcit: non eritis beati, quia à longè cognoſcit. Videte ergo quid agatis: quia ſi agnoſcit, non ignoſcit. Melius ergo ignoſcit quàm agnoſcit. Quid eſt enim ipſum ignoſcere, niſi non noſcere? Quid eſt non agnoſcere? non animaduertere: nam & vindicantis ſolet dici animaduerſio. Audi † orationem vt ignoſcat: Auerte fa-
al. orantem. Pſal. 50. ciem tuam à peccatis meis. Quid igitur facies, ſi auerterit faciem ſuam à te? Moleſtum eſt, & timendum ne deſerat te. Rurſus ſi faciem non auertit, animaduertit.

Nouit hoc Deus, potest hoc Deus, & auertere faciem à peccāte, & non auertere à cōfitente. Itaque alibi ei dicitur, Auerte faciem tuā à peccatis meis: & alibi ei dicitur, Psal. 26. Ne auertas faciem tuā à me. Ibi à peccatis meis auerte, hic autem à me noli auertere. Cōfitere ergo & inuoca: cōfitendo enim mūdas templum quò veniat inuocatus. Confitere & inuoca. Auertat faciem suā à peccatis tuis, nō auertat à te. Auertat faciē ab eo quod tu fecisti, nō auertat ab eo quod ipse fecit. Te enim hominem ipse fecit, peccata tua ipse fecisti. Cōfitere ergo & inuoca: dic, Cōfitebimur tibi Deus, cōfitebimur tibi. Psal. 117. Ipsa repetitio, cōfirmatio est, ne te confessū esse pœniteat. Nō enim alicui crudeli confessus es, non vltori, nō insultatori: confitere securus. Audi aliā vocē Psalmi adhortantem, Cōfitemini Domino, quoniā bonus est. Quid est, quoniā bonus est? Quid timetis cōfiteri? Bonus est, ignoscit cōfitenti. Time confiteri iudici homini, ne fortè cōfessum puniat. Deo noli. Fac confitendo propitium, quem negādo non facis nescium. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & securi iam inuocabimus nomen tuū. Exhausimus corda nostra cōfessione, B terruisti, mundasti. Confessio nos humiles facit: propinqua humilibus, qui recedis ab excelsis. Firmamentum autē esse sententiæ in repetitione, multis scripturarum locis docemur. Ioan. 1. g. Inde est quod Dominus ait, Amen, amen. Psal. 71. & 85. Inde in aliquibus Psalmis, Fiat, fiat. Ad significationem rei sufficeret vnum fiat, ad significationem firmitatis accessit alterum fiat. Rex Ægypti Pharao nostis, quod cùm ibi iam esset Ioseph propter pudicitiæ amorē inclusus in carcerem, vidit somnium idē Pharao notum omnibus nobis, à septem macris consumptas esse septem boues pingues, & rursus à septem spicis exilibus cōsumptas esse septē fœcundas. Et quid est interpretatus Ioseph? Si meministis, non duo sunt ista somnia, sed visum vnum. Vna est, inquit, interpretatio eorū: Genes. 41. c. sed quod rursus vidisti, ait, ad cōfirmationē valet. Hæc dixi, vt non putetis repetitionem in verbis sanctæ linguæ, quasi loquacitatis esse appetitum. Sæpè ibi repetitio firmamenti habet vim. Psal. 56. Paratum cor meū Deus, inquit, paratū cor meum: alio loco dicit, Psal. 26. Sustine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuū, & sustine Dominum. C Innumerabilia talia sunt per omnes scripturas. His sufficit commendasse nos loquendi genus, quod obseruetis in omnibus similibus. Modò ad rem aduertite, Confitebimur tibi, inquit, & inuocabimus: Dixi quare ante inuocationē præcedit cōfessio: quia quem inuocas, inuitas. Venire autē nō vult inuocatus, si tu fueris elatus. Elatus si fueris, confiteri nō poteris, nec ea negas Deo quę nescit. Itaque confessio tua non illū docet, sed te mundat. Et iam confessus est & inuocauit, immò confessi sunt, inuocauerunt: & dicitur ex persona vnius, Enarrabo omnia mirabilia tua.) Confessus exinaniuit se malis, inuocās impleuit se bonis, enarrās eructauit quo se impleuit. Et videte fratres, cùm confiterentur multi erant. Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, & inuocabimus nomē tuum. Multa enim sunt corda cōfitentium, vnum credentiū. D Quare multa sunt corda confitentium, vnum credentium? Diuersa enim peccata homines cōfitentur, vnam fidem homines credunt. Ephes. 3. c. Iā ergo cùm cœperit Christus habitare in interiore homine per fidē, cœperítq; inuocatus possidere confessum: fit totus Christus caput & corpus, & ex multis vnus. Audite iam Christiana verba: nā quasi non verba eius videbantur, Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuū. Iam incipit ex persona capitis sermo. Siue autē caput loquatur, siue membra loquantur, Christus loquitur: loquitur ex persona capitis, loquitur ex persona

A corporis. Sed quid dictū est? Erunt duo in carne vna: Gen. 1. d. Ephes. 5. g. Sacramentū hoc magnū est, Ego, inquit, dico in Christo & in Ecclesia. Et ipse in Euangelio: Matt. 19. a. Igitur iam non duo, sed vna caro. Nā vt noueritis has duas quodāmodo esse personas, & rursus vnā copulationem cōiugij, tanquā vnus loquitur apud Esaiam, & dicit: Esaiæ 61. d. Sicut spōso alligauit mihi mitram, & sicut spōsam induit me ornamento. Sponsum se dixit ex capite, sponsam ex corpore. Loquitur ergo vnus, audiamus eum, & in eo nos quoque loquamur. Simus membra eius, vt hęc vox & nostra esse possit. Enarrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Euangelizat Christus seipsum, euangelizat se etiā in membris suis iam existentibus, vt & alios adducat, & accedant qui non erāt, & copulentur membris eius, per quæ membra eius prædicatum est Euangelium, & fiat vnū corpus sub vno capite, in vno spiritu, in vna vita. Et quid ait? Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.) Quādo iudicabit iustitias? Cū acceperit tēpus. Nondum est ipsum tempus. Gratias misericordię eius. Prius præcedit iustitia & sic iudicat iustitias. Nā si antè vellet iudicare quàm prædicare, quis inueniretur liberādus? B Quis absoluēdus occurreret? Modò ergo prædicationis tempus est: Narrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Audi narrantem, audi prædicantē: nam si contempseris, cùm accepero tempus, inquit, ego iustitias iudicabo. Dono, inquit, nunc peccata confitenti, non parcā postea cōtemnenti. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Dicitur in Psalmo, misericordia & iudicium. Psal. 100. Modò misericordia, postea iudiciū, in qua misericordia peccata donantur, in quo iudicio peccata puniuntur. Vis nō timere peccatorum punitorē? Ama donatorem, noli respuere, noli extolli, noli dicere, non habet quod mihi donet: audi enim quod sequitur, Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Accepit tempus Christus? Accepit tempus filius Dei? Filius Dei nō accepit tempus, sed filius hominis accepit tempus. Idē ipse autem & filius Dei per quem facti sumus, & filius hominis per quē refecti sumus. Concor. 3. ser. lib. 2. Recedente Homine assumpto, ipse non assumptus homine mutato in melius, nullo modo ipse in deterius cōmutatus: non destitit esse quod erat, sed accepit quod non erat. Quid erat? Philip. 2. a. Cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualis Deo. C Apostoli verba sunt. Et quid accepit? Sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs. Sicut formam serui accepit, ita & tempus accepit. Demutatus est ergo? Diminutus est? Exilio redditus? In defectū lapsus? Absit. Quid ergo? Semetipsum exinaniuit formam serui accipiēns? Exinanisse se dictus est accipiendo inferiorē, nō degenerando ab æquali. Ergo fratres quid est hoc, Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo? Accepit tempus vt filius hominis: gubernat tempora vt filius Dei. Audi quia vt filius hominis accepit tempus iudicandi. Dicit in euangelio, Ioan. 5. a. Dedit ei potestatem iudicij faciēdi, quoniam filius hominis est. Secundū quod filius Dei, nunquam accepit potestatem iudicandi, quia nunquam caruit potestate iudicādi: secundum quod filius hominis, accepit tempus sicut nascendi & patiendi, sicut & D moriendi & resurgendi & ascendendi, ita veniendi & iudicandi. Dicit in illo ista & corpus eius: non enim sine illis iudicabit. Dicit quippe in euangelio: Matt. 19. d. Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Ergo totus Christus dicit, id est, caput & corpus in sanctis: Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Modò autem quid? Defluxit terra.) Si defluxit terra, vnde defluxit nisi peccatis? Ideo & delicta dicuntur. Delinquere est, tanquam de liquido quodam defluere à stabilitate firmamenti virtutis atque iustitiæ. Cupiditate enim inferiorum quisque peccat, sicut roboratur chari-

charitate superiorum, sic deficit & quasi liquescit cupiditate inferiorum. A Hunc fluxum rerū in peccatis hominum attendens donator misericors, & donator peccatorum, nondū exactor suppliciorū, attendit & ait: Defluxit terra, Et omnes inhabitantes in ea.) Ipsa vtique terra defluxit inhabitātibus se. Expositio est cōsequēs, non additio. Tanquam si diceres: Quomodo defluxit terra? Subtracta sunt fundamenta, & aliquid in ea hiatu quodā demersum est? Quòd dico terrā, omnes inhabitātes in ea. Inueni, inquit, terram peccatricem. Et quid feci? Ego cōfirmaui columnas eius.) Quas columnas confirmauit? Columnas Apostolos dicit. Sic apostolus Paulus de coapostolis suis: Galat. 2. b. Qui videbantur, inquit, columnæ esse. Et quid essent illæ columnæ, nisi ab illo firmarentur? Quia terræmotu quodā etiā ipsæ columnæ nutauerunt, in passione Domini omnes Apostoli desperauerunt. Ergo columnæ illæ quæ in passione Domini nutauerunt, resurrectione firmatæ sunt. Clamauit initium ædificij per columnas suas, & in eis omnibus columnis architectus ipse clamauit. Columna enim vna erat ex illis Paulus apostolus, cùm diceret: 2. Cor. 13. a. An vultis experimentū accipere eius qui in me loquitur Christus? Ioan. 10. c. Ergo ego, inquit, confirmaui columnas eius: resurrexi, ostendi mortem non esse metuendam, ostendi timentibus nec ipsum corpus perire in morientibus. Terruerunt eos vulnera, firmauerunt cicatrices. Posset Dominus Iesus Christus sine vlla cicatrice resurgere (quid enim illius potestati magnū erat?) ad tantam integritatem compagem corporis reuocare, vt nullum omnino vestigium pręteriti vulneris appareret. Habebat potestatem vnde illud etiam sine cicatrice sanaret, sed habere voluit vnde nutantes columnas firmaret. Audiuimus iam fratres, quod quotidie nō tacetur, audiamus quid clamauerit per columnas has. Tēpus audiendi est propter terrorē illum, ego iustitias iudicabo cùm accepero tempus. Ille accepturus est tempus iustitias iudicandi, vos iam nunc habetis tempus iustitias faciēdi. Si taceret, nō haberetis quid faceretis: sed cōfirmatis columnis clamat. Quid clamat? Dixi iniquis, nolite iniquè facere.) Clamat fratres mei, certè clamantis, delectat vos, audite clamantē. Per ipsum obsecro, terreat vos ista vox: non tā nos vestræ istæ voces delectare debēt, quàm vos istæ terrere. Dixi iniquis, nolite iniquè facere. Sed iā fecerunt & rei sunt: iā defluxit terra, & omnes qui habitāt in ea. Act. 2. f. Compuncti sunt corde qui Christū crucifixerunt, agnouerunt peccatū suum, didicerunt aliquid ab Apostolis, ne desperarent de indulgentia prędicatoris. Matth. 9. b. Medicus enim venerat, & ideo non ad sanos venerat. Nō est opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitētiā. Ergo dixi iniquis, nolite iniquè facere. Non audierunt. Olim enim nobis dictū est: Non audiuimus, lapsi sumus, mortales facti, mortales geniti. Defluxit terra, audiant vel modò vt surgant ad medicum, qui venit ad languidū: quem noluerunt audire sani vt non caderent, audiant iacentes vt surgant. Dixit iniquis, nolite iniquè facere. Quid agimus? Iā fecimus. Et delinquentibus, nolite exaltare cornu vestrum.) Quid est hoc? Si fecistis iniquitatem per cupiditatē, nolite eā defendere per elationem. Cōfitemini, si fecistis: qui enim nō cōfitetur, & iniquus est, & exaltat cornu. Dixi iniquis, nolite iniquè facere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu vestrū. Exaltabitur in vobis cornu Christi, si nō exaltetur cornu vestrū. Cornu vestrū de iniquitate est, cornu Christi de maiestate est. Nolite ergo efferri: Ne loquamini aduersus Deum iniquitatē.) Audite iam voces multorum, audiat vnusquisque, & pungatur. Quid solēt homines dicere? Verè

non iudicat Deus de rebus humanis. Et est vllum iudicium Dei? Aut verò curat quid agatur in terra? Tā multi iniqui redundant felicitatibus, innocētes premuntur laboribus. Sed illi accidit nescio quid mali castigante Deo & admonēte, & nouit cōscientiā suam, nouit pro merito peccatorū suorū aliquid se posse perpeti, vnde argumētetur aduersus Deū. Quia nō potest dicere, iustus sum, quid putamus eū dicere? Sunt peiores iniqui, & tamen ista non patiuntur. Hæc est iniquitas quā loquuntur homines aduersus Deū. Videte autem quàm iniquū sit, dum se vult iustum videri, illum facit iniustū. Qui enim dicit, iniquè patior quod patior: illū iniquū facit cuius iudicio patitur, se autem iustum qui iniquè patitur. Rogo vos fratres mei, æquum est hoc, vt Deus credatur iniustus, tu iustus? Cùm autē hoc dicis, loqueris aduersus Deū iniquitatē. Quid dicit in alio Psalmo? B Hæc fecisti. Numeratis quibusdā peccatis, hæc, inquit, fecisti, & tacui. Quid est, tacui? Nunquā tacet pręcepto, sed interim tacet supplicio: quiescit à vindicta, nō profert in damnatū sententiā: Sed hoc ille dicit, Feci illa & illa, & nō vindicauit Deus. Ecce sanus sum, nihil mali contigit mihi. Hęc fecisti, & tacui: suspicatus es iniquitatem quòd ero tibi similis. Quid est, quòd ero tibi similis? Psal. 49. Quia tu iniquus es, & me iniquum putasti: tanquā approbatorem facinorum tuorū, non aduersatorem, non vltorē. Et quid postea tibi dicit? Arguā te, & constituā te ante faciem tuā. Quid est hoc? Quia modò peccando post terga te ponis, nō te vides, non te inspicis: Ibidem. ego te ponā ante te, & faciam tibi supplicium de te. Sic & hic: Ne loquamini aduersus Deum iniquitatem. Attendite. Multi autē loquuntur istam iniquitatē: sed non audent palàm, ne blasphemi exhorreantur ab hominibus piis. In corde suo ista rodunt, intus tali nefario cibo pascuntur: delectat eos loqui aduersus Deum ini- C quitatē, & si non erumpunt lingua, corde non tacent. Vnde in alio Psalmo dicitur: Dixit stultus in corde suo, non est Deus. Psal. 13. Dixit stultus, sed homines timuit: noluit dicere vbi audirent homines. Et vbi dixit? Vbi audierat ipse de quo dixit. Propterea & hic in isto Psalmo charissimi attēdite, quoniā hoc dixit, Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem: vidit multos hæc in corde agere, & adiunxit: Quoniā neque ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; à desertis montiū, quoniā Deus iudex est.) Iniquitatum tuarum iudex Deus est. Et si Deus est, vbique præsens est. Quò te auferes ab oculis Dei, vt in parte aliqua loquaris quòd ille nō audiat? Si ab Oriente iudicat Deus, secede in Occidentem, & dic quicquid vis aduersus Deum. Si ab Occidente, vade in Orientē, & ibi loquere. Si à desertis montium iudicat Deus, vade in medium populorum, vbi tibi submurmures. De nullo loco non iudicat, qui vbique secretus est, vbique publicus: quem nulli licet vt est cognoscere, & quem nemo permittitur ignorare. Vide quid agas. Loqueris aduersus Deū iniquitatem. Spiritus Domini repleuit D orbem terrarum. Sap. 1. b. Alia Scriptura dicit hoc, & hoc quod continet omnia, scientiā habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere. Noli ergo cogitare Deum in locis: ille tecum est talis, qualis fueris. Quid est, talis, qualis fueris? Bonus, si bonus fueris: & malus tibi videbitur, si malus fueris: sed opitulator, si bonus fueris: vltor, si malus fueris. Ibi habes iudicem in secreto tuo. Volens facere aliquid mali, de publico recipis te in domum tuam, vbi nemo inimicorum videat: de locis domus tuæ promptis & in faciem constitutis, remoues te in cubiculum. Times & in cubiculo aliunde cōscium, secedis in cor tuum, ibi meditaris: ille in corde tuo interior est. Quocunq; ergo fugeris, ibi est. Teipsum quò fugies? Nónne quocunq; fugeris, te sequeris?

Quando autem & re ipso interior est, nõ est quò fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatũ. Prorsus non est quò fugias. Vis fugere ab ipso? Fuge ad ipsum. Ergo ne loquamini aduersus Deum iniquitatem, nec illic vbi loquimini. Iniquitatẽ, inquit, meditatus est in cubili suo. Psal. 35. Quid meditatus est in cubili suo? Cubile cor eius, dicens: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Psal. 4. Sed suprà dixit, Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini. Quot habes ibi cõpunctiones facinorum, tot habe illic punctiones confessionum. Vbi ergo loqueris aduersus Deum iniquitatẽ, ibi te iudicat: non iudicium differ⁊, sed pœnã. Iam iudicat, iam nouit, iã videt: pœna restat cùm fuerit præsentata, habebis & pœnam. Mat. 27. d. e. Cùm apparuerit facies illius hominis, qui hic irrisus est, qui iudicatus est, qui crucifixus est, qui sub iudice stetit: cùm apparuerit iudicãs in præsentia sua, tunc habebis pœnam, si te non correxeris. Quid ergo modò faciemus? Præueniamus faciem eius ἐν ἐξομολογήσει. Psal. 94. Præueni in cõfessione, veniet mitis quẽ feceras iratum. Neque à desertis montium, quoniam Deus iudex est: non ab oriente, non ab occidente, non à desertis montium. Quare? Quoniam Deus iudex est. Si in alio loco esset, non esset Deus: quia verò Deus iudex est, non homo, noli illum expectare de locis. Locus eius tu es, si bonus, si confessus inuocaueris eum.

Hunc humiliat, & hunc exaltat.) Quem humiliat, quem exaltat iudex ille? Attendite duos illos in tẽplo, & videtis quem humiliat, & quem exaltat. Ascenderũt in tẽplo orare, ait, vnus pharisæus, & alter publicanus. Luc. 18. b. Pharisæus dicebat: Gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæcunque possideo. Ad medicum ascenderat, & mẽbra sanã ostẽdebat, vulnera tegebat. Quid ergo ille qui melius nouerat vnde sanaretur? Publicanus autem de longinquo stabat, & percutiebat pectus suum. Videtis eum de longinquo stantem: illi propinquabat quem Ibidem e. inuocabat. Et percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis, descẽdit iustificatus Publicanus ille magis, quàm Pharisæus ille: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Expositus est versus Psalmi huⁱ⁹. Deus iudex quid facit? Hunc humiliat, & hunc exaltat: humiliat superbum, exaltat humilẽ. Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.) Meritò. Et inclinauit ex hoc in hunc, veruntamen fex eius non est exinanita, bibẽt omnes peccatores terræ.) Renouamini paululum, obscurum aliquid est. Sed quomodo audiuimus Matth. 7. b. Euangelij lectionem recentissimam: Petite, & dabitur vobis: quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Sed dicis mihi, Quò pulso vt aperiatur mihi? Neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montiũ, quoniam Deus iudex est. Si præsens est hic atque illic, & absens nusquam, vbi stas, ibi pulsa: ibi tãtùm sta, quia stando pulsatur. Quid ergo est hoc? Primò quæstio ista occurrit, Vini meri plenus est mixto. Quomodo meri, si mixto? Cæterùm calix in manu Domini, cùm dicit (eruditis in Ecclesia Christi loquor) non vtique veluti forma humana circumscriptum Deum debetis vobis in corde pingere, ne clausis templis simulachra in cordibus fabricetis. Calix ergo iste aliquid significat. Inueniemus hoc. In manu autem Domini est, in potestate Domini est. Manus enim Dei, potestas Dei commendata est. Nam & de hominibus plerunque dicitur: In manu hoc habet: hoc est, in potestate habet, vt cùm vult faciat. Vini meri plenus mixto. Cõsequenter ipse exposuit, inclinauit, inquit, ex hoc in hunc, veruntamẽ fex eius non est exinanita. Ecce vnde mixto vino plenus erat. Non ergo vos terreat, quia & merum & mixtum: merum propter sinceritatem, mixtũ propter fecẽ. Quid ergo ibi vinum, & quid ibi fex? Et quid est, inclinauit ex hoc in hunc, ita vt fex eius non sit exinanita? Vnde venerit ad hoc, recordamini: hunc humiliat, & hunc exaltat. Luc. 18. b. Quod figuratum est nobis in Euangelio per duos homines, Pharisæũ & Publicanum, hoc latius accipientes, intelligamus duos populos, Iudæorũ & Gentium: Iudæorũ populus Pharisæus ille, Gentiũ populus Publicanus ille. Iudęorũ populus iactabat merita sua, Gentiũ populus cõfitebatur peccata sua. Qui nouit in literis sanctis, & epistolas apostolicas, & actus Apostolorũ, videt ibi quod dico: Ne lõgum faciã, quomodo Apostoli exhortabãtur gentes ne desperarẽt, quòd in magnis peccatis iacuissent, & reprimebãt Iudæos ne se extollerent, quasi ex iustificationibus legis, & ideo se Rom. 3. a. b putarent iustos, gentes autem peccatores esse, quia Iudæis & lex erat, & templum erat, & sacerdotium erat. Illi autẽ omnes cultores idolorum, veneratores dęmoniorum, longè quidem positi, sicut Publicanus ille de longinquo stabat. Sicut illi superbiendo recesserunt, sic istí confitendo propinquauerunt. Calix ergo vini meri plenus in manu Domini, quãtum donat Dominus vt intelligã. Potest enim alius melius, quia sic se habet obscuritas scripturarum, difficile est vt vnum pariant intellectum. Quicũque tamen intellectus exierit, opus est vt regulæ fidei cõgruat: nec maioribus inuidemus, nec de paruulis desperam⁹. Quid nobis videatur dico charitati vestræ, nõ vt obstruã aures vestras aduersus alios aliquid melius fortè dicturos. Calix enim vini meri plenus mixto, videtur mihi esse lex, quę data est Iudęis: & omnis illa Scriptura veteris quod dicitur testamẽti, vbi sunt pondera omnium sententiarum. Nã ibi nouũ absconditum latet testamentum, tanquam in fece corporalium sacramentorum. Circuncisio carnis magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo circuncisio cordis. Templum Hierusalẽ illud magni sacramẽti est res, & intelligitur ex eo corpus Domini. Terra promissionis, intelligitur regnum cęlorum. Sacrificium victimarum & pecorum magnum habet sacramentum: sed in omnibus illis generibus sacrificiorum intelligitur vnũ illud sacrificium, & vnica victima in cruce Domini. Pro quibus omnibus sacrificiis vnum nos habemus, quia & illa figurabant hæc: id est, illis hæc figurabantur. Accepit populus ille legem, accepit mandata iusta Deut. 5. b & bona. Quid tam iustum, quàm non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces rem proximi tui, vnum Deum adorabis, & illi soli seruies? Omnia ista ad vnum pertinent. Illa verò carnalia quasi resederunt, vt remanerent apud illos, & effunderetur inde omnis spiritalis intellectus. Calix verò in manu Domini, id est in potestate Domini, vini meri, id est legis sinceræ: plenus est mixto, id est cum fece corporalium sacramentorum. Et quia hunc humiliat superbum Iudæum, & hunc exaltat confitentem gentilem: Inclinauit ex hoc in hunc, id est, à Iudaico populo in gentilem populum. Quid inclinauit? Legem. Eliquatus est inde spiritalis intellectus. Veruntamen fex eius non est exinanita, quia omnia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bibent omnes peccatores terræ. Qui bibent? Omnes peccatores terræ. Qui peccatores terræ? Iudæi quidem erant peccatores, sed superbi: gentiles autem erant peccatores, sed humiles. Omnes peccatores bibent: sed vide qui fecem, qui vinum. Etenim illi bibendo fecem cuanuerunt, isti bibendo vinum iustificati sunt. Audeam dicere & inebriatos, & non timebo: atque vtinam omnes sic inebrie-

inebriemini. Recordamini: Calix tuus inebriãs quàm Psal. 22. præclarus est. Quid enim? Putatis fratres mei, oẽs illos qui confitẽdo Christum etiam mori voluerũt, sobrios fuisse? Vsqueadeò ebrij erãt, vt suos non agnoscerent. Oẽs propinqui sui qui eos à spe cælestium præmiorum terrenis blãdimẽtis auertere moliti sunt, nõ sunt agniti, nõ sunt auditi ab ebriis. Nõ erãt ebrij, quibus mutatum cor erat? Non erãt ebrij, quorũ mens alienata erat ab hoc seculo? Bibẽt, inquit, oẽs peccatores terræ. Sed quid bibent? Vinum. Peccatores bibent, sed ne remaneãt peccatores; vt iustificentur, nõ vt puniantur. Ego autẽ.) Nam oẽs bibũt, sed seorsum ego; id est, Christus cum corpore suo. In seculum gaudebo, psallam Deo Iacob.) Promissione illa futura de qua dicitur, in finem ne corrumpas. Ego autem in seculum gaudebo.

Et omnia cornua peccatorum cõfringã, & exaltabũtur cornua iusti.) Hoc est, hunc humiliat, & hunc exaltat. Nolunt sibi frãgi cornua peccatores, quæ sine dubio frangẽtur in fine. Non vis vt ille tunc frãgat, tu hodie frãge. Audisti enim suprà, noli contẽnere: Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquẽtibus, nolite exaltare cornu. Quãdo audisti, nolite exaltare cornu, contẽpsisti & exaltasti cornu; venies ad finẽ, vbi fiet, omnia cornua peccatorum cõfringã, & exaltabuntur cornua iusti. Cornua peccatorũ, dignitates superborum: cornua iusti, munera Christi. Per cornua enĩ sublimitates intelliguntur. Oderis in terra sublimitatẽ terrenam, vt possis habere cælestẽ. Amas terrenam, non te admittit ad cælestẽ: & ad confusionẽ pertinebit quod frangitur tibi cornu, quomodo ad gloriã pertinebit, si exaltetur tibi cornu. Modò ergo est tibi tempus eligendi, tunc non erit. Non es dicturus, dimittar & eligam. Præcesserunt enim voces, dixi iniquis: Si non dixi, para excusationem, para defensionem: si autem dixi, præoccupa confessionem, vt non venias ad damnationem, quia tunc confessio sera erit, & defensio nulla erit.

IN PSALMVM LXXV. PRAEFATIO.

SOLENT inimici Domini nostri Iesu Christi omnibus noti Iudæi gloriari in isto Psalmo quẽ cantauimus, dicẽtes: Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius: & insultare gentibus, quibus nõ est notus Deus, & dicere quia sibi solis notus est Deus, quando Propheta dicit: Notus in Iudæa Deus; alibi ergo ignotus. Notus est autẽ reuera in Iudæa Deus, si intelligant quid sit Iudæa. Nã verè non est notus Deus, nisi in Iudæa. Ecce & nos hoc dicimus, quia nisi quisque fuerit in Iudæa, notus ei Deus esse non potest. Sed quid dicit Rom. 2. d. Apostolus? Qui in occulto Iudæus est, qui circuncisione cordis, non litera; sed spiritu. Sunt ergo Iudæi in circũcisione carnis, & sunt Iudæi in circuncisione cordis. Patres nostri multi sancti & circũcisionẽ carnis habebant propter signaculum fidei, & circuncisionẽ cordis propter ipsam fidẽ. Ab his patribus degenerantes isti qui modò in nomine gloriantur, & facta perdiderunt. Ab his ergo patribus degenerantes remãserunt in carne Iudæi, in corde Pagani. Ipsi enim Iudæi qui sunt? Ex Gen. 29. g. Abrahã, à quo Isaac natus est, & ex illo Iacob, & ex Iacob duodecim patriarchę, & ex duodecim patriarchis populus vniuersus Iudæorũ. Sed Iudæi propterea maximè appellati sunt, quia Iudas vnus erat de filiis duodecim Iacob, patriarcha inter duodecim filios Iacob; & de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Nam omnis ille populus secundùm numerũ duodecim filiorum Iacob, duodecim tribus habebat. Tribus dicuntur tanquam curiæ & congregationes distinctæ populorum. Habebat ergo ille populus duodecim tribus, è quibus duodecim tribubus vna tribus erat Iuda, ex qua erant reges; & erat altera tribus Leui, ex qua erãt sacerdotes. Sed quia sacerdotibus templo seruiẽtibus terra diuisa nõ est, oportebat vt duodecim tribubus dispertiretur omnis regio promissionis. Excepta ergo vna tribu ma- Num. 18. a. ioris dignitatis, id est, tribu Leui, quę erat in sacerdotibus, remanerent vndecim; nisi per adoptionẽ duorum filiorum Ioseph duodecim cõplerentur. Hoc quid sit, aduertite. Vnus de duodecĩ filiis Iacob erat & Ioseph. Iste est Ioseph quẽ fratres sui in Ægyptũ vendiderunt, & illic merito castitatis ad sublimitatẽ dignitatis perductus est; & affuit illi Deus in omni opere suo, & suscepit fratres suos à quibus vẽditus erat, & patrẽ fame laborãtes, sed propter panẽ ad Ægyptum descendẽtes. Genes. 48. a. Iste Ioseph duos filios habuit, Ephraim & Manasse. Moriẽs Iacob tanquã testamẽto assumpto, assumpsit illos nepotes suos in numerum filiorum; & dixit filio suo Ioseph: Cæteri qui nascuntur, tibi erunt, isti autẽ mihi; & diuident terrã cùm fratribus suis. Adhuc nõ erat data nec diuisa terra promissionis, sed dicebat ille in spiritu prophetans: Accedentibus ergo duobus filiis Ioseph, factæ sunt nihilominus duodecim tribus, quia iã tredecim sunt. Pro vna enim tribu Ioseph, duę accesserũt, & factæ sunt tredecĩ. Excepta ergo tribu Leui, illa tribu sacerdotum quæ seruiebat tẽplo, & de decimis viuebat cæterarum omniũ quibus terra diuisa est, remanẽt duodecim. In his duodecim erat tribus Iuda, vnde reges erãt. Nam primò de alia tribu datus est rex Saul, 1. Reg. 9. c. & reprobatus est tanquam malus rex; postea datus rex de tribu Iuda rex Dauid, & ex illo de tribu Iuda fuerũt reges. Iacob autẽ ille hoc dixerat, quando benedixerat 1. Reg. 16. c. filios suos: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de Genes. 49. b femoribus eius, donec veniat cui repromissum est. De tribu autẽ Iuda venit Dominus noster Iesus Christus. Rom. 1. a. Est enim, sicut Scriptura dicit, & modò audistis, ex semine Dauid natus de Maria. Cæterùm quod attinet ad diuinitatẽ Domini nostri Iesu Christi, in qua æqualis est patri, non solùm ante Iudæos, sed etiam ante ipsum Abrahã; nec solùm ante Abraham, sed & ante Adam; Ioan. 8. g. nec solùm ante Adam, sed & ante cælum & terram & ante secula: quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ip- Ioan. 1. a. so factum est nihil. Quia ergo in prophetia dictum est, Genes. 49. b Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repromissum est; cõsiderentur priora tẽpora, & inuenitur quia Iudæi de tribu Iuda semper reges habuerunt, vnde dicti sunt Iudæi, & non habuerunt regẽ prius alienigenam, nisi Herodẽ illum, Lucæ 3. a. qui fuit quãdo Dominus natus est. Vnde cœperunt reges alienigenæ? Ab Herode. Ante Herodẽ omnes de tribu Iuda, sed donec veniret cui repromissum est. Ipso Genes. 49. b itaque veniente Domino, euersum est regnum Iudæorum, & sublatum est ex Iudæis. Modò non habent regnum, quia nolunt cognoscere verum regem. Videte iã, si Iudæi sint appellandi. Iam videtis quia Iudæi non sunt appellãdi. Ipsi voce sua abdicauerunt se ab isto nomine, vt Iudæi non sint digni appellari, nisi tãtùm carne. Vbi ergo se separauerunt ab isto nomine? Dicebãt: sæuiebãt in Christũ; id est, in genus Iuda, sæuiebant in semen Dauid. Et ait illis Pilatus: Regem vestrum cru- Ioan. 19. c. cifigã? Et illi: Nos non habemus regem, nisi Cæsarẽ. O Iudæi qui vocamini, & nõ estis! Si non habetis regem, nisi Cæsarem; defecit iam princeps de Iuda. Venit er- Genes. 49. b go ille cui repromissum est. Illi ergo verius Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudęis; cęteri Iudęi qui in Christum non crediderunt, etiam nomẽ ipsum perdere digni fuerunt. Iudæi ergo vera Christi Ecclesia est, credens in illum regem, qui venit ex tribu Iuda per virginẽ Mariam; credẽs in illũ de quo modò Apostolus dicebat, ad Timotheũ scribẽs: Memor esto, Iesum Chri- 2. Tim. 2. b. stum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secun-

dùm Euangelium meum. De Iuda enim Dauid, & ex Dauid Dominus Iesus Christus. Nos autem credentes in Christum pertinemus ad Iudam, & nos cognouimus Christum. Qui oculis nõ vidimus, fide retinemus. Nõ ergo insultent Iudęi, qui iam non sunt Iudæi. Ipsi dixe-
Ioan. 19. c. runt: Nos non habemus regẽ, nisi Cæsarem. Nam melius illis erat, vt rex illorum esset Christus, ex semine Dauid de tribu Iuda. Tamen quia ipse Christus ex semine Dauid secundùm carnem, Deus autem super oĩa benedictus in secula, ipse rex noster & Dominus noster; rex noster, secundùm quod natus est ex tribu Iuda secũdùm carnẽ Christus Dominus Saluator; Deus au-
Ioan. 1. a. tẽ noster, quia est ante Iudam, & ante cælum & terrã, per quẽ facta sunt omnia, & spiritalia & corporalia. Si enim omnia per ipsum facta sunt, & ipsa Maria de qua natus est, per ipsum facta est. Quomodo ergo ille quasi cæteri homines nasceretur, qui sibi fecit matrẽ de qua
Rom. 9. a. nasceretur? Ergo ipse Dominus, Apostolo dicẽte, cùm loqueretur de Iudæis: Quorum patres, & ex quibus est Christus secũdùm carnẽ; qui est super oĩa, Deus benedictus in secula. Quia ergo Iudæi viderunt Christum, & crucifixerunt, non viderunt Deũ. Gentes autẽ quia non viderunt & crediderunt, intellexerũt Deũ. Ergo si innotuit eis Deus in Christo mundum reconciliãs sibi, & ideo illi crucifixerunt, quia in carne latentẽ Deum non intellexerunt; recedat illa quæ vocatur Iudæa, &
Psal. 33. non est; accedat vera Iudæa, cui dicitur: Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Vultus vestri Iudæi nõ confundentur. Etenĩ audierunt & crediderũt, & facta est Ecclesia vera Iudæa, vbi notus Christus qui homo est ex semine Dauid, Deus super Dauid. Notus in Iudæa Deus, in Israël magnũ nomẽ eius.) Et de Israël sic debemus accipere, quomodo de Iudæa; quomodo illi nõ sunt veri Iudæi, sic nec verus Israël. Quis enim dicitur Israël? Videns Deum. Et quomodo illi viderũt Deum, inter quos ambulauit in carne; & cùm putarent hominem, occiderunt? Resurgens ille apparuit Deus omnibus quibus se voluit demõstrare. Illi ergo digni sunt Israël dici, qui meruerunt Christũ intelligere Deum, in carne positũ, vt nõ quod videbant, contẽnerent; sed quod non videbant adorarent. Nõ visum enĩ oculis gentes humili mente perceperunt illum quem non videbant, & fide tenuerunt. Proinde illi qui manibus tenuerunt, occiderũt; qui fide tenuerunt, adorauerunt. In Israël magnum nomen eius. Vis esse Israël? Illum attẽde, de quo Dominus ait:
Ioan. 1. g. Ecce verè Israëlita, in quo dolus nõ est. Si verus Israëlita in quo dolus non est, dolosi & mendaces non sunt veri Israëlitæ. Non ergo dicant isti, quoniam apud illos est Deus, & magnum nomẽ eius in Israël. Probent se Israëlitas; & cõcedo ego, quia in Israël magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion) Rursus Sion quasi patria est Iudæorum; vera Siõ, Ecclesia est Christianorum. Interpretatio autẽ nominum Hebræorum sic nobis traditur. Iudæa cõfessio interpretatur, Israël videns Deum. Post Iudæã Israël, sic hic positum est: Notus in Iudæa Deus, in Israël magnũ
Psal. 75. nomẽ eius. Deum vis videre? Prius cõfitere tu, & sic in teipso fit locus Dei; quia factus est in pace locus eius. Quamdiu enim non confiteris peccata tua, quodãmodo rixaris cum Deo. Quomodo enim non cum illo litigas, qui quod illi displicet laudas? Punit ille furem, tu furtum laudas; punit ille ebriosum, tu laudas ebriositatem. Litigas cum Deo, non fecisti illi locum in corde tuo, quia in pace factus est locus eius. Et quomodo incipis pacẽ habere cum Deo? Incipis illi in confessione. Psalmi vox est dicentis: Incipite Domino in cõfessione. Quid est, incipite Domino in confessione? Incipite

A adiũgi Deo. Quomodo? Vt hoc vobis displiceat, quod & illi displicet. Displicet illi vita tua mala. Si placeat tibi, disiungeris ab illo; si displiceat tibi, per confessionẽ illi cõiungeris. Vide ex quanta parte dissimilis es, quãdo vtiq; propter ipsam dissimilitudinem displicet. Factus enim es ô homo ad imaginem Dei; per vitam verò peruersam & malam perturbasti in te, & exterminasti in te imaginem conditoris tui. Factus dissimilis, attẽdis in te, & displices tibi; iã ex eo cœpisti similis fieri, quia hoc in te tibi displicet quod displicet & Deo. Sed quomodo sum similis, inquis, Deo, quãdo adhuc mihi displiceo? Ideo dictũ est, incipite. Incipite, inquit, Domino in cõfessione, perficieris in pace. Adhuc enĩ habes aduersum te bellum. Indicitur tibi bellum, non solùm aduersus suggestiones diaboli, aduersus principẽ potestatis aëris huius, qui operatur in filiis diffidentię, aduersus diabolum & angelos eius spiritalia nequitiæ;
B non solùm ergo aduersus ipsos tibi bellũ indicitur, sed Ephes. 6. b. aduersus teipsum. Quomodo aduersus teipsũ? Aduersus tuã consuetudinẽ malam, aduersus vetustatem vitę tuæ malę, quę trahit te ad solitã, & † refrenatur à noua. al. refrenat. Indicitur enĩ tibi quædã noua vita, & tu vetus es. Nouitatis gaudio suspẽderis, vetustatis onere pręgrauaris. Incipit tibi esse bellũ aduersus te. Sed ex qua parte tibi displices, iungeris Deo; & ex qua parte iã iũgeris Deo, idoneus eris ad vincendum te; quia ille tecum est qui oĩa superat. Attẽde quid dicit Apostolus: Mẽte seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati. Vnde mente? Quia di- Rom. 7. d. displicet tibi vita tua mala. Vnde carne? Quia non desunt suggestiones & delectationes malę; sed ex eo quòd mẽte iungeris Deo, vincis quod in te nõ vult sequi. Præcessisti enĩ ex parte, & ex parte tardaris. Trahe teipsum ad illum qui te sursum tollit. Pondere quodã vetustatis deprimeris, clama & dic: Infelix ego homo, quis me li-
C berabit de corpore mortis huius? Quis me liberabit ab Rom. 7. d. eo à quo grauor? Corpus enim q̃ corrũpitur, aggrauat Sap. 9. c. animã. Quis ergo liberabit? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. Quare autẽ permittitur, vt diu contra te litiges, donec absorbeantur oẽs cupiditates malæ? Vt intelligas in te pœnam tuã. In te ex teipso est flagellum tuum, sit rixa tua tecũ. Sic vindicatur in rebellẽ aduersus Deum, vt ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo. Sed tene mẽbra tua aduersus cõcupiscentias tuas malas. Surrexit ira, tene tu manum coniunctus Deo. Potuit surgere, sed non inuenit arma. Apud iram tuã impetus est, apud te arma sunt. Sit impetus inermis, & discit iam non surgere qui frustrà surrexit. Hoc autem dico charissimi: ne fortè quia dixi- Rom. 7. d. mus, carne autẽ legi peccati, putetis consentiẽdum esse desideriis vestris carnalibus. Et si non possunt modò nisi esse desideria carnalia, non est illis consentiẽdum. Propterea nõ dixit Apostolus: Nõ sit peccatum in vestro mortali corpore, nouit enim quia quãdiu mortale
D est, est tibi peccatum. Sed quid ait? Nõ ergo regnet pec- Rom. 6. b. catũ in vestro mortali corpore. Quid est, nõ regnet? Ipse exposuit. Ad obediendũ, inquit, desideriis eius. Sũt desideria, existunt desideria, non tu obaudis desideriis tuis, non sequeris ipsa desideria, non illis consentis. Est tibi peccatum, sed amisit regnum, quando iam in te non regnat peccatum, postea inimica nouissima de- 1. Cor. 15. d. al. quoniam. structur mors. Quid enim nobis promittitur, † quãdo Rom. 7. d. dictum est: Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati? Audi promissionem, quia non semper erunt in carne desideria illicita. Etenim resurget & mutabitur, & cùm mutata fuerit caro ista mortalis in spiritale corpus, iam nullis concupiscentiis secularibus, iam nullis terrenis delectationibus titillabit animam, nec auertet à contẽplatione Dei. Fit ergo in ea quod dicit

Aposto-

Rom. 8. b. A Apostolus: Corpus quidẽ mortũ est propter peccatum; spiritus autẽ vita est propter iustitiã. Si autem qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter spiritum suũ qui habitat in vobis. Viuificatis ergo corporibus nostris, erit pax vera, vbi locus est Dei: sed præcedat confessio. Notus in Iudæa Deus. Confitere ergo priùs, in Israël magnum nomen eius. Nondum vides in specie, vide ex fide; & fiet in te quod sequitur: Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Sion interpretatur contẽplatio.
1. Cor. 13. d. Quid est contẽplatio? Contemplabimur enim Deum facie ad faciẽ. Hic nobis promittitur, in quẽ modò nõ vidẽtes credimus. Quomodo gaudebimus cùm viderimus eum? Fratres, si modò tantum gaudium in nobis facit promissio, quantum est factura redditio? Reddet enim nobis quod promisit, seipsum; vt facie ipsius & illius contẽplatione gaudeamus, & nõ aliquid aliud de-
B lectabit nos, quia nihil est melius illo qui fecit oĩa quæ delectãt. Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion; id est, in contẽplatione quadam & speculatione, facta est habitatio eius in Siõ. Ibi confregit fortitudines arcuũ, & scutum & gladiũ & bellum.) Vbi cõfregit? In illa pace æterna, in illa pace perfecta. Et modò fratres mei, qui bene crediderunt, vidẽt quia de se non debent præsumere; & omnẽ potentiam minarum suarũ, & quicquid in eis acutum est ad nocendũ, confringunt illud; & quicquid quasi pro magno habẽt vnde se protegãt tẽporaliter, & bellũ quod aduersus Deũ defendẽdo peccata sua gerebãt, omnia hæc ibi cõfregit.

Illuminãs tu admirabiliter à montibus æternis.) Qui sunt montes æterni? Quos ipse fecit æternos. Qui sunt montes magni? Prædicatores veritatis. Tu illuminans, sed à montibus æternis. Primi magni mõtes excipiunt lucem tuam, & à luce tua quã suscipiunt montes, vesti-
C tur & terra. Sed illi magni mõtes exceperunt Apostoli, tanquam orientis luminis primordia exceperunt Apostoli. Nunquid quod exceperũt, apud se retinuerũt?
Matt. 25. c. Non. Ne diceretur & illis: Serue nequã & piger, dares pecuniã meam numulariis. Si ergo quod susceperunt, non apud se retinuerunt, sed omni orbi terrarum prædicauerunt: Illuminans tu admirabiliter à montibus æternis. Quos æternos fecisti, per illos vitam æternam & cæteris promisisti. Illuminãs tu admirabiliter à mõtibus æternis. Magnificè cum pondere dictum est: Tu, ne putet aliquis quòd cum montes illuminent, Multi enim putantes quòd ab ipsis montibus illuminarẽtur, fecerunt sibi partes de montibus; & ipsos montes cõciderunt, & ipsi confracti sunt. Nescio qui sibi fecerunt Donatum, nescio qui sibi fecerunt Maximianũ, nescio qui sibi fecerunt illum & illum. Quare computãt salutem suã in hominibus esse, non in Deo? O homo, venit ad te lux per montes! sed Deus te illuminat, non montes. Illuminans tu, inquit, non mõtes. Tu illuminans, à D montibus quidẽ æternis; sed tu illuminans. Vnde & in
Psal. 110. alio loco quid ait Psalmus? Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Quid ergo? In montibus est spes tua, & inde tibi venict auxilium? Remansisti in mõtibus, vide quid agas. Est aliquid super montes? Super mõtes est quẽ tremunt mõtes. Leuaui, inquit, oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Sed quid sequitur? Auxilium meum, inquit, à Domino, qui fecit cælum & terrã. In montes quidẽ leuaui oculos meos, quia per mõtes mihi sunt scripturæ monstratę; sed ego cor habeo in illo qui illuminat oẽs montes. Ergo fratres, ad hoc dictum est, ne quisquã vestrũm velit spem suã ponere in homine. Tãdiu est aliquid homo, quamdiu hæret illi à quo factus est homo. Nã recẽdens ab il-

lo, nihil homo est; & cùm hæret illi, tu sic accipe consilium per hominẽ, vt illum cõsidetes qui illuminat hominẽ. Etenĩ & tu potes accedere ad illum, qui tibi per hominẽ loquitur. Non enim fecit illũ accedere ad se, & te repellit. Et qui verè sic accessit ad Deũ, vt in illo habitet Deus; displicent illi oẽs qui in illo ponunt spem suam. Propterea datũ est quoddam exẽplum, cùm ipsos Apostolos sibi diuiserũt, & in schismata ierunt qui dicebãt: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephę, id est, 1. Cor. 1. b. Petri. Hos plangit Apostolus & dicit eis: Diuisus est Christus? Et se elegit quẽ apud ipsos contẽneret. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Vnde bonum montẽ quærentem gloriã non sibi, sed à quo mõtes illuminãtur. Nolebat de se præsumi, sed de illo de quo ipse præsumpserat. Quisquis ergo ita se cõmendare voluerit populis, vt si fortè cõtigerit ei aliquis tumultus, frãgat post se popu-
B los, & diuidat ecclesiã catholicam propter se; nõ est de illis montibus quos illuminat Altissimus. Sed quis est iste? Contenebratus à se; non illuminatus à Domino. Vnde autem probantur isti montes? Si fortè contigerit aliquis tumultus aduersus montes in ecclesia, aut per populares seditiones carnaliũ, aut per aliquas falsas suspiciones hominũ; bonus mons repellit à se omnes qui propter ipsum volũt ab vnitate recedere. Sic enim ipse remanebit in vnitate, si propter ipsum nõ diuisa fuerit ipsa vnitas. Illi autẽ diuisi sunt; quãdo recessit populus ab orbe terrarũ, & secutus est nomẽ ipsorũ, gauisi sunt, elati sunt, & deiecti sunt. Humiliarẽtur & exaltarẽtur, quomodo humiliatus est Apostolus, dicens: Nunquid 1. Cor. 1. b. Paulus pro vobis crucifixus est? Et alio loco: Ego plã- 1. Cor. 3. b. taui, Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Ergo neque qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Tales mõtes in se humiles sunt, in
C Deo excelsi sunt. Qui autẽ in seipsis excelsi sunt, à Deo Luc. 14. d. humiliãtur; quoniã qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Ideo tales † quia superbias suas al. qui. attẽdunt, inamaricant hominibus pacificis in ecclesia. Illi volunt coagulare pacẽ, isti inter se miscẽt dissensionẽ. Et quid de illis dicit alius Psalmus? Qui amaricant, Psal. 65. non exaltentur in semetipsis. Illuminans tu, attẽde hic Tu, admirabilis à montibus æternis. Conturbati sunt omnes insipientes corde.) Prædicata est veritas, dicta est æterna vita; dicta est esse alia vita, quæ nõ est de ista terra. Contẽpserunt homines vitam præsentẽ, & amauerunt vitam futurã, illuminati per mõtes illuminatos. Insipientes autẽ corde conturbati sunt. Quomodo cõturbati sunt? Cùm Euangeliũ prædicatur. Et † quid est al. quæ. vita æterna? & quis est qui resurrexit à mortuis? Admirati sunt Atheniẽses, loquẽte Paulo Apostolo de resur- Act. 17. f. rectione mortuorũ; & putauerunt eum nescio quas fabulas dicere. Sed quia dicebat esse aliã vitam, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽ- 1. Cor. 2. e. dit; ergo insipiẽtes corde turbati sunt. Sed quid eis cõtigit? Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis.) Amauerũt præsentia, & dormierunt in ipsis præsentibus, & sic illis facta sunt ipsa præsentia deliciosa, quomodo qui videt per somniũ inuenisse se thesauros, tandiu diuęs, quamdiu nõ euigilet. Sõnium illum diuitem fecit, euigilatio pauperem fecit. Tenuit illum somnus fortasse in terra dormientem, & in duro iacentem, pauperem & fortè mendicum. In somnis vidit se iacere in lecto eburneo vel aureo, & in plumis aureis altiùs extructis, quandiu dormit bene dormit, euigilans inuenit se iacere in duro, in quo illum somnus tenuerat. Tales sunt & isti: Venerunt in hãc vitam, & per cupiditates tẽporales quasi obdormierunt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vanæ

pōpæ volaticæ, & transierunt, non intellexerunt quātū inde boni posset fieri. Nā si nossent aliam vitam, illic sibi thesaurizarent, quod hic erat periturum; sicut Zachæus vidit illud bonū maior publicanorum, quando
Luc.19.b. suscepit Dominum Iesum hospitio, & ait: Dimidiū rerum mearum do pauperibus, & si cui aliquid fraudaui, quadruplum reddo. Nō erat iste in vanitate somniantium, sed in fide euigilantiū. Ideò Dominus quia medicus intrauerat ad ægrotum, pronunciauit salutē illius,
Ibidem. & ait: Hodie salus huic domui facta est, quoniā & hic est filius Abrahæ; vt noueritis quia nos imitando fidē, filij Abrahæ sumus; Iudæi autē qui de carne superbiunt, à fide degenerauerūt. Ergo dormierunt somnum suū viri diuitiarū, & nihil inuenerunt in manibus suis. Dormierunt enī in cupiditatibus suis, delectat illos, transit somnus iste, transit vita ista, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerūt in manu Christi. Vis aliquid inuenire in manibus tuis postea? Noli contēnere modò manū pauperis & respice manus inanes, si visha-
Matt. 25. c. bere manus plenas. Dixit enī Dominus, Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi potū, hospes fui, & adduxistis me, & cętera. Et illi: Quādo te vidimus esurientē, sitientē, aut hospitem? Et ille dicit illis: Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Esurire in pauperibus voluit, qui diues in cælo est, & tu dubitas homo dare homini, cū scias te Christo dare q̄ das, à quo accepisti quicquid das? Sed illi dormierunt somnum suū, & nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum in manib. suis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt omnes qui ascenderunt equos.) Qui sunt qui ascenderūt equos? Qui humiles esse noluerunt. Non in equis sedere peccatum est, sed ceruicē potestatis contra Deum erigere, & putare se in aliquo honore esse. Quia diues es, ascēdisti, increpat Deus, & dormis. Magna ira increpātis, magna ira. Attendat charitas vestra rē tremendā. Increpatio strepitum habet, strepitus expergisci solet homines facere. Tantum pondus est in-
C crepātis Dei, vt diceret: Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt oēs qui ascenderunt equos. Ecce quo somno dormitauit ille Pharao, qui ascendebat
Exod. 14.b. equos. Non enim vigilauit in corde, quia de increpatione durū cor habebat. Duritia enim cordis, obdormitio est. Rogo vos, fratres mei, videte quomodo dormiunt, qui sonante Euangelio & amen & haleluia per totum orbē terrarum, adhuc vitā veterē nolunt dānare, & in nouam euigilare. Erat Scriptura Dei in Iudæa, modò per totum orbē terrarū cantatur. In illa vna gēte dicebatur Deus vnus, qui fecit oīa, esse adorandus & colendus, modò ibi tacetur Christus. Resurrexit Christus, irrisus est in cruce, ipsam crucē suam in qua irrisus est, iā fixit in frontib. regū, & adhuc dormitur. Magna
Ephes.5.c. ira Dei, fratres. Melius nos eū audiuimus qui dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te
D Christus. Sed qui illum audiunt? Qui non ascendunt equos. Qui sunt qui nō ascendūt equos? Qui non se iactāt, & extollunt, quasi in honorib. & potestatibus suis. Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi tunc ab ira tua?) Modò dormiunt, & iratum non sentiunt, sed vt dormirēt, iratus est. Modò quod dormiētes non sentiunt, in fine sentiēt. Apparebit enim iudex viuorum & mortuorū. Et quis resistet tibi tunc ab ira tua? Modò enī loquuntur quod volūt, & disputant cōtra Deum, & dicunt: Qui sunt Christiani, aut quis est Christus? aut quales inepti qui credunt quod non vident, & dimittunt delicias quas vident, & sequūtur fidē rerum quæ oculis ipsorum nō exhibentur? Dormitis & balatis, loquimini aduersus Deum quantum potestis. Vsquequò peccatores Domine, vsquequò peccā- Psal. 93.
tores gloriabuntur? Respondent & loquuntur iniquitatem. Quando autē nemo respondet, & nemo loquitur, nisi quando se in se conuertat? Quando in se conuertent dentes, quibus modò nos rodunt, quibus nos discerpunt irridendo Christianos, & reprehendendo vitam sanctorum? Tunc se in se conuertent, cùm illis
eueniet quod dicitur in libro Sapientiæ, Dicent inter Sap.5.a
se pœnitentiā agentes, & per angustiam spiritus gemētes, cùm viderint gloriam sanctorum. Tunc dicent: Hi sunt quos aliquādo habuimus in risum. O qui multum dormistis! certè iam euigilatis, & in vestris manibus nihil inuenitis. Videtis quomodo plenas habeant manus gloria Dei, quos tanquam pauperes irrisistis. Dicite ergo tunc vobis, quando nō resistitis iræ Dei, non manu, nec lingua, nec verbo nec cogitatione. Apparebit enim vobis manifestus, quem irridendum putastis, cùm vobis venturus nunciaretur. Et quid dicent? Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, &
B sol nō ortus est nobis. Quomodo iustitię sol oritur dor- Ibidem.
mientibus? Sed ab ira & increpatione eius dormiunt. Hoc fortè dicturus est, sed melius est, non ascendere equum, & tamē ipsi equos suos accusabunt. Audi illos accusantes equos suos in quibus dormierunt. Ergo errauimus, inquit Scriptura, à via veritatis, & iustitiæ lumen nō luxit nobis, & sol nō ortus est nobis. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt oīa tanquam vmbra. Ergo vigilasti aliquando. Sed melius equum non ascenderes, vt tunc nō dormitares, quādo vigilare debuisti, & audire vocē Christi, vt illuminaret te Christus. Tu terribilis es, & quis resistet tibi tunc ab ira tua? Quid enim erit tunc?

De cælo iaculatus es iudicium, terra tremuit & quie-
uit.) Quæ se modò turbat, quæ modò loquitur, timere habet in finē & quiescere. Melius modò quiesceret, vt
C in finem gauderet. Terra tremuit, & quieuit. Quando? Cùm exurgeret in iudicio Dominus, vt saluos faceret oēs mites corde.) Qui sunt mites corde? Qui fremētes equos non ascenderunt, sed in humilitate sua peccata cōfessi sunt. Vt saluos faceret oēs mites corde. Quoniā cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquię cogitationis solennia celebrabunt tibi.) Prima cogitatio, posteriores reliquiæ cogitationis. Quæ est cogitatio prima? Vnde incipimus, bona illa cogitatio vnde incipies confiteri. Confessio adiunget nos Christo. Iam verò confessio ipsa, id est, prima cogitatio, facit in nobis reliquias cogitationis: & ipsæ reliquiæ cogitationis solēnia celebrabunt tibi. Cogitatio hominis confitebitur tibi, reliquiæ cogitationis solennia celebrabunt tibi. Quæ est cogitatio quæ confitebitur? Quæ damnat vitam priorem cui displicet quod erat, vt fit quod non
D erat, ipsa est prima cogitatio. Sed quia sic debes recedere à peccatis, primam cogitationem confessus Deo, vt nō tibi recedat de memoria, quia peccator fuisti, per hoc quod peccator fuisti, solennia celebras Deo. Adhuc intelligendum est. Prima cogitatio confessionem habet, & † remissionē à vetere vita. Sed si oblitus fueris al. recessionē
à quibus peccatis liberatus sis, nō agis gratias liberatori, & non celebras solēnia Deo tuo. Ecce prima cogitatio confitens Sauli apostoli, iam Pauli, qui primò Saulus fuit, quando audiuit vocem de cælo, cùm persequeretur Christū, & fureret in Christianos, & vellet vt vbicunque inuentos adduceret necandos, audiuit vocem de cælo, Saule Saule, quid me persequeris? Et circumfulsus lumine, facta sibi cæcitate in oculis vt intus videret, emisit primam cogitationem obedientiæ, cùm audiret, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu Act. 9.a
per-

persequeris: Domine, ait, quid me iubes facere? Et hæc
A cogitatio cōfitentis, iā Dominum appellat quē persequebatur. Quomodo reliquiæ cogitationis solēnia celebrabāt, in Paulo audistis, cùm ipse Apostolus legere-
2.Tim.1.b. tur: Memor esto, Christū Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundùm Euāgelium meum. Quid est, memor esto? Nō deleatur de memoria tua cogitatio qua primò cōfessus es: sint reliquiæ cogitationis in memoria. Et vide quēadmodum repetit quod sibi do-
1.Tim.1.c. natum est, idē Paulus Apostolus alio loco: Qui prius, inquit, fui blasphemus & persecutor, & iniurio sus. Quid dicit? Prius fui blasphemus. Nunquid adhuc blasphemus est? Vt nō esset blasphemus, fuit primò cogitatio confitens: vt autē cōmemoraret quid illi donatum est, reliquię cogitationis erāt, per ipsas reliquias cogitationis solēnia celebrabat. Etenī fratres mei, ecce innouauit nos Christus, donauit nobis oīa peccata, & cōuersi sumus. Si obliuiscamur quid nobis donatū est, & à quo
B donatū est, obliuiscimur munus saluatoris. Cū autē nō obliuiscimur munus Saluatoris, nonne quotidie nobis Christus immolatur? Et semel pro nobis Christus immolatus est. Cùm credidimus, tunc nobis fuit cogitatio: modò autē reliquiæ cogitationis sunt, qua meminimus quis ad nos venerit, & quid nobis donauerit. Ex ipsis reliquiis cogitationis, id est, ex ipsa memoria, quotidie nobis sic immolatur, quasi quotidie nos innouet, qui prima gratia sua nos innouauit. Iā enim innouauit nos Dominus in baptismo, & facti sumus noui homines, in spe quidē gaudētes, vt in tribulatione simus pa-
Rom. 12.c. tientes: tamē non debet de memoria nostra recedere, quid nobis præstitū sit, & si modò nō est cogitatio quę fuit. Etenim prima cogitatio fuit cōfitentis recedere à peccato, modò autē non recedis, sed tū cecessisti: sint reliquię cogitationis, nec excidat à memoria qui sanauit. Vulnus te habuisse si oblitus fueris, nō tibi erūt re-
C liquiæ cogitationis. Quid enim putatis dixisse Dauid? Ecce ex omniū persona loquitur. Peccauit Dauid san-
2.Reg.12.c ctus grauiter, missus est Nathā propheta ad illū, & corripuit illum, & confessus est, & dixit: Peccaui. Hæc fuit prima cogitatio confitentis. Cogitatio hominis cōfi-
Psal.50. tebitur tibi. Quæ erant reliquiæ cogitationis? Quando ait, Et peccatum meum ante me est semper. Quæ fuit ergo prima cogitatio? Vt recederet à peccato. Et si iam recessit à peccato, quomodo peccatum illius ante illū est semper? Siquidē illa cogitatio transiit, sed reliquiæ cogitationis solennia celebrabūt. Meminerimus ergo fratres charissimi, rogamus vos. Quisquis liberatus est à peccato, meminerit quid fuit: sint in illo reliquiæ cogitationis. Tunc enī portat alium ad sanādum, si se meminerit esse sanatū. Ergo vnusquisque recordetur quid fuit, & vtrū iā nō sit: & tunc subueniet ei qui adhuc est quod ille iā nō est. Si autē iactat se quasi de meritis suis, & repellit tanquā indignos peccatores, & sine misericordia sæuit: equum ascēdit, videat ne dormiat. Dor-
D mitauerunt enī qui ascenderunt equos. Iam tunc dimisit equum: humiliauit se, nō iterum ascendat equum, id est, non se rursus erigat in superbiā. Vnde fit illi hoc: Si reliquiæ cogitationis solennia celebrent Deo. Vouete & reddite Domino Deo nostro.) Quisque quod potest voueat, & reddat. Ne vouēatis, & nō reddatis; sed quisque quod potest, voueat & reddat. Non sitis pigri ad vouēdum: nō enim viribus vestris implebitis. Deficietis si de vobis præsumitis: si autē de illo cui vouetis, vouete, securi reddetis. Vouete & reddite Domino Deo nostro oēs cōmuniter. Quid debemus vouere? Credere in illum, sperare ab illo vitam æternā, bene viuere secundùm cōmunem modum. Est enim quidam modus cōmunis omnibus. Furtum nō facere, nō castimoniali præcipitur, & nuptę nō præcipitur, adulterium nō facere, omnibus præcipitur. Nō amare vinolentiā, qua ingurgitatur anima, & corrūpitur in se tēplum Dei, omnibus æqualiter præcipitur. Non superbire, omnibus æqualiter præcipitur. Non hominē occidere, nō odisse fratrē, nō aduersus aliquē tenere pernicię, omnibus in cōmuni præcipitur. Hoc totū oēs vouere debemus. Sunt etiā vota propria singulorū, alius vouet Deo castitatē cōiugalē, vt præter vxorē suam nō nouerit aliā: sic & femina, vt præter virum suum nō nouerit alium. Alij etiā vouent, & si experti tale coniugiū, vltra nihil tale pati, nihil tale cōcupiscere aut sustinere: & ipsi vouerūt aliquid maius quàm illi. Alij virginitatē ipsam ab ineunte ætate vouēt, vt nihil tale vel experiantur, quale illi experti sunt & reliquerunt: & isti vouerunt plurimum. Alij vouent domum suā esse hospitalē omnibus sanctis aduenientibus, magnū votum vouēt. Alius vo-
B uet relinquere oīa sua distribuēdo pauperibus, & ire in cōmunem vitam, in societatē sanctorum, magnum votū vouit. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quisque q̄ vouere voluerit voueat: illud attendat, vt quod vouerit reddat. Vnusquisq; Deo quod vouet, si respicit retrorsum, malum est. Nescio quę castimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. Quid voluit? Quod & mater ipsius. Aliquid mali voluit? Mali planè. Quare? Quia iā vouerat Domino Deo suo. Quid 1. Tim. 5.b
enī dicit de talibus apostolus Paulus, cùm dicat viduas adolescētulas nubere si velint? Sed tamen ait quodam loco, Beatior autē erit, si sic permānserit secundùm meū 1. Cor. 7.g.
cōsilium. Ostendit beatiorē, si sic permanserit: non tamen dānandam, si nubere voluerit. Quid autem ait de quibusdā quæ vouerunt, & nō reddiderunt? Habentes, 1. Tim. 5.b
inquit, dānationem, quia primā fidem irritam fecerūt. Quid est, primā fidem irritā fecerunt? Vouerunt, & non
C reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio frater, dicat: Recedo de monasterio: neque enim soli qui sunt in monasterio, peruenturi sunt ad regnum cælorum; & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei: Sed illi non vouerunt, tu vouisti, tu retrò respexisti. De die iudicij cū Dominus minaretur, quid ait? Mementote vxoris Lot. Omnibus dixit: Quid Lucæ 17. f.
enim fecit vxor Lot? Liberata est à Sodomis, & in via Genes. 19.c
posita, retrorsum respexit. Vbi respexit, ibi remansit. Facta est autem statua salis, vt illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non sint fatui, non retrò respiciant: ne malum exemplum dantes, ipsi remaneant, & alios condiant. Nā & modò dicimus illud quibusdā fratribus nostris, quos fortè videtimus velut infirmari in proposito bono: Et talis vis esse, quales illi? Obiicimus illis quosdam qui retrò respexerunt. Illi fatui sunt in se, sed alios condiunt, quādo commemorantur: vt illorum exemplum timentes, isti retrò ne respiciant. Vouete & reddite Domino Deo nostro, quia
D illa vxor Lot ad omnes pertinet. Maritata mulier voluit facere adulterium, de loco suo quò peruenerat retrò respexit. Vidua quæ iam sic permanere voluerat, voluit nubere. Hoc voluit quod licuit ei quæ nupsit: sed illi non licuit, quæ de loco suo retrò respexit. Virgo est castimonialis, iam dicata Deo: habebat & cætera quæ verè ornant ipsam virginitatem, & sine quibus illa virginitas turpis est. Quid si enim sit corpore integra, & mente corrupta? Quid est quod dixi? Quid si nullus tetigerit corpus, sed si fortè ebriosa sit, superba sit, litigiosa sit, linguosa sit? Hæc omnia damnat Deus. Si antequam vouisset nupsisset, non damnaretur. Elegit aliquid melius, superauit quod ei licebat: superbit, & illicita tanta committit. Hoc dico, nubere licet antequam voueat, superbire nunquam licet.

O tu virgo Dei nubere noluisti, q̃ licet: extollis te, quod nõ licet. Melior virgo humilis, quàm maritata humilis; sed melior maritata humilis, quã virgo superba. Quæ autẽ respexit ad nuptias, nõ quia voluit nubere, dãnatur; sed quia iã antè recesserat, & fit vxor Lot respiciẽdo retrorsum. Nõ sitis pigri qui potestis, quibus aspirat Deus apprehẽdere gradus meliores, quia nõ ista ideo loquimur vt non voueatis, sed vt voueatis & reddatis: Vouete & reddite Domino Deo nostro. Iã quia ista tractauimus, fortè volebas vouere, & modò nõ vis vouere. Sed quid tibi dixerit Psalmus, attẽde. Nõ dixit, nolite vouere, sed, vouete & reddite. Quia audisti reddite, non vis vouere? Ergo vouere volebas, & non reddere? Immo vtrũque fac. Vnum sit ex professione tua, aliud ex adiutorio Dei perficietur. Aspice eũ qui te ducit, & nõ respicies retrò vnde te educit. Qui te ducit, ante te ambulat, vnde te educit post te est. Ama ducentem, & nõ te dãnat retrò respiciẽtẽ. Vouete & reddite Domino Deo nostro. Omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera.) Qui sunt in circuitu eius? Vbi est enĩ iste, vt ducat oẽs qui in circuitu eius sunt? Si Deum patrem cogites, vbi nõ est qui vbique præsens est? Si filium cogites secundùm formã diuinitatis, & ipse cũ patre vbique est, quia ipse est sapiẽtia Dei, de qua dictũ est: Attĩgit autẽ vbique propter suã munditiã. Si autẽ filium sic intelligas, secundùm quod assumpsit carnẽ, & visus est inter homines, & crucifixus est, & resurrexit, nouimus quia ascẽdit in cælum. Qui sunt in circuitu eius? Angeli. Ergo nos nõ offerimus munera, quia oẽs qui in circuitu eius sunt, dixit, offerent munera? Si sepultus Dominus noster hic esset in terra, & iaceret corpus ipsius, quomodo alicuius martyris vel Apostoli attẽderemus eos, qui in circuitu eius essent, quæcunque vel gentes essent circa ipsum locũ vndique, vel cõuenientes ad illã sepulturã cũ muneribus. Nunc autẽ ascẽdit, sursum est. Quid est hoc: Oẽs qui in circuitu eius sunt, offerent munera? Hoc interim quod Deus admonet dicã vobis, quid ex his verbis ipse mihi inspirare dignatus sit: si melius aliquid postea visũ fuerit, & hoc vestrũ est, quia cõmunis est omnib. veritas. Nõ est mea, nec tua, non est illius, aut illius, omnib. cõmunis est. Et fortassis ideo media est, vt in circuitu eius sint oẽs qui diligunt veritatẽ. Quicquid enĩ omnibus cõmune est, in medio est. Quare in medio dicitur? Vt tantum distet ab omnibus, & tãtum propinquet omnibus. Quod nõ in medio est, quasi priuatum fit. Quod publicum est in medio ponitur, vt oẽs qui veniunt, percipiant, illuminẽtur. Nemo dicat, meũ est, ne in parte sua velit facere quod in medio est omnibus. Quid est ergo, omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera? Omnes qui intelligunt cõmunem esse omnibus veritatẽ, & non illã faciunt quasi suam superbiendo de illa, ipsi offerent munera, quia humilitatẽ habent. Qui autẽ quasi suum faciunt quod omnibus commune est, tanquam in medio positum ad partẽ seducere conantur, non offerent hi munera, quia omnes qui in circuitu eius sunt, offerent munera terribili: Offerẽtur munera terribili. Timeant ergo omnes, qui in circuitu eius sunt. Ideo enim timebunt, & cum tremore laudabunt, quia ideo in circuitu eius sunt, vt oẽs assequantur eum, & publicè omnibus confluat, & publicè illuminet. Hoc est, cõtremiscere. Tu cùm feceris eum tibi quasi proprium, & iã non communem, extolleris in superbiam, cùm scriptum sit: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ergo offerẽt munera, qui in circuitu eius sunt. Ipsi enĩ humiles sunt, qui communẽ nouerunt esse omnibus veritatem. Cui offerent munera? Terribili, & ei qui aufert spiritũ principum.) Spiritus enĩ principũ, superbi sunt spiritus. Illi ergo nõ sunt spiritus eius, quia & si aliquid nouerunt, suũ volunt esse, nõ publicum. Sed ille qui cõmendat se tanquã æqualẽ omnibus, qui se in medio ponit, vt omnes capiãt quantũ possunt, quicquid possunt, nõ de cuiusquã hominis, sed de Dei, & ideo de suo, quia ipsi facti sunt eius. Ergo illi oẽs humiles sint necesse est. Perdiderunt spiritum suum, & spiritum Dei habẽt. A quo perdiderũt spiritũ suũ? Ab illo qui aufert spiritũ principũ. Quando quidẽ dicitur ei in alio loco: Auferes spiritũ eorum, & deficiẽt, & in puluerem suum conuertentur. Emittes spiritũ tuum, & creabuntur, & innouabis faciem terræ. Nescio quis intellexit aliquid, suum vult esse, adhuc spiritum suum habet: Bonum est illi vt perdat spiritum suũ, & habeat spiritum Dei. Adhuc inter principes superbit, bonum est illi vt redeat ad puluerẽ suum, & dicat: Memẽto Domine quia puluis sumus. Si enim te cõfessus fueris puluerem, Deus de puluere facit hominem. Omnes qui in circuitu eius sunt, offerẽt munera. Omnes humiles cõfitentur ei, & adorãt eum. Terribili offerẽt munera. Vnde terribili? Exultate cum tremore: Et ei qui aufert spiritum principum, id est, tollit audaciam superborum. Terribili apud reges terræ.) Terribiles sunt reges terræ, sed ille super omnes qui terret reges terræ. Esto rex terræ, & erit tibi terribilis Deus. Quomodo, inquies, ero rex terræ? Rege terram, & eris rex terræ. Noli ergo auiditate imperandi ponere tibi ante oculos prouincias latissimas, quà tua regna diffundas, terram quam portas rege. Audi Apostolum regentem terram: Non sic pugillor quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Ergo fratres mei, estote in circuitu eius, vt per quemcunque vobis veritas sonuerit, non illã imputetis illi, per quem sonat, sed de medio sit omnibus, quia æqualiter adest omnibus. Et estote humiles, ne vobis & vosipsi vsurpetis, si quid fortè boni illius intellexeritis. Quia & nos quod melius intellexerimus, vestrum est, & quod vos melius intellexeritis, nostrum est, vt in circuitu eius simus, & humiles simus. Atque ita perdentes spiritum nostrum offerremus munera terribili super omnes reges terræ, id est, super omnes regentes carnem suam, sed subiectos creatori suo.

Sap. 8. a.
Baruch. 3. d.
Marc. 16. d.
1. Cor. 9. d. 9.
Psal. 2.

IN PSALMVM LXXVI. ENARRATIO.

PSALMI huius limen ita scribitur: In finem pro Idithun, Psalmus ipsi Asaph.) In finem quid sit, nostis. Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credẽti. Idithun interpretatur transiliẽs eos, Asaph interpretatur cõgregatio. Loquitur hic ergo congregatio transiliẽs, vt perueniat ad finẽ, qui est Christus Iesus. Quę sint itaque transilienda, vt ad illum finẽ peruenire possimus, vbi iã quod transiliamus non habemus, Psalmi textus ipse demõstrat. Etenim tãdiu transilire debemus, quicquid nos impedit, quicquid irretit, quicquid visco quo dã illigat, & onere aggrauat volatum nostrum, donec perueniamus ad id quod sufficit, vltra quod nihil est, infra quod sunt omnia, & ex quo sunt omnia. Patrem quippe ipsum volebat Philippus intueri, & dicebat Domino Iesu Christo: Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis, tanquam tamdiu transiliendum esset, quicquid aliud esset, donec perueniret ad patrem, vbi iam securus assisteret, & quid ei vltra requirendum esset nõ haberet. Hoc est enim, sufficit. Verùm ille qui verissimè dixerat, Ego & pater vnum sumus, admonuit Philippum, docuitque omnem hominem qui Christum intelligeret, etiam in eo habere finem, quia ipse & pater vnum sunt. Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non vidistis me? Philippe, qui me vidit, vidit & patrem. Quisquis ergo Psalmi huius animum sentire, imitari, tenere vult, omnia desideria carnalia transiliat, seculique huius pompam & illecebrã calcet; nihilque sibi aliud proponat vbi consistat, nisi ex quo sunt oẽa. In quibus omnibus etiam ipse laborat, donec ad finem perueniat. Quid nobis ergo indicat transiliens iste?

Rom. 10. a.
Ioan. 14. a.
Ioan. 10. f.
Ioan. 14. a.

Expositio Psalmi.

Psal. 141. VOce mea, inquit, ad Dominũ clamaui.) Sed multi clamant ad Dominum pro diuitiis acquirendis damnisque deuitandis, pro suorum salute, pro stabilitate domus suæ, pro felicitate temporali, pro dignitate seculari; postremò etiã pro ipsa salute corporis, quę patrimoniũ est pauperis. Pro his atque huiusmodi rebus multi clamant ad Dominũ, vix quisquam propter ipsum Dominũ. Facile quippe homini est quod libet desiderare à Domino, & ipsum Dominũ non desiderare; quasi verò suauius esse possit quod dat, quàm ipse qui dat. Quisquis ergo pro alia re qualibet clamat ad Dominũ, nondũ est trãsiliens. Hic verò trãsiliens quid dicit? Voce mea ad Dominũ clamaui. Et ne arbitreris vocẽ ipsius qua clamauit ad Dominũ, propter aliud emissam, quã propter ipsum Dominum, secutus ait: Et vox mea ad Deum.) Emittitur enim vox qua clamemus ad Deũ, & ipsa vox ad aliud est, nõ ad Deum. Ad hoc enĩ est vox, propter quod editur vox. Iste verò qui Deum gratis amabat, qui volũtariè Deo sacrificabat, qui trãsilierat quicquid infra est, nihilque aliud supra se viderat, quò effunderet animam suã, nisi ex quo & per quẽ & in quo creatus erat, ad quẽ clamauerat voce sua, ad illum esse fecerat ipsam vocem suã: Vox mea, inquit, ad Deum. Et nũquid sine causa? Vide quid sequitur: Et attendit mihi.) Verè tunc tibi attendit, quando ipsum quæris, non quando per ipsum aliud quæris. Dictũ est de quibusdã: Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos. Quare? Quia vox eorum non ad Deum. Exprimit hoc alio loco Scriptura, vbi dicit de talibus: Dominum non inuocauerunt. Ad illum clamare nõ cessauerunt, & tamẽ Dominum non inuocauerunt: Quid est, Dominum nõ inuocauerunt? Dominum in se nõ vocauerunt. Ad cor suum Dominũ non inuitauerunt, à Domino se habitari noluerunt. Et ideo quid eis cõtigit? Ibi trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor. Ideo de rerum præsentiũ amissione tremuerunt, quoniã nõ erant pleni illo quẽ nõ inuocauerunt. Non gratis amauerunt, vt amissis temporalibus rebus possent dicere: Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomẽ Domini benedictum. Ergo iste, vox mea, inquit, ad Dominũ, & attẽdit mihi. Doceat nos quomodo id fiat. In die tribulationis meæ Deum exquisiui.) Quis es qui hoc facis? In die tribulationis tuę, vide quid exquiras. Si carcer facit tribulationẽ, exire de carcere exquiris. Si febris facit tribulationẽ, sanitatẽ exquiris. Si fames facit tribulationem, saturitatẽ exquiris. Si dãna faciunt tribulationẽ, lucrum exquiris. Si peregrinatio facit tribulationem, ciuitatẽ tuę carnis exquiris. Et quid cuncta cõmemorem, aut quãdo cuncta commemorem? Vis esse transiliens? In die tribulationis tuę Deũ exquire, nõ per Deũ aliud, sed ex tribulatione Deũ, vt ad hoc Deus remoueat tribulationẽ, vt securus inhæreas Deo. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, nõ aliud aliquid, sed Deum exquisiui. Et quomodo exquisisti? Manibus meis nocte corã eo.) Dic hoc rursus videamus, intelligamus, imitemur, si possumus. In die tribulationis tuæ quid exquisisti? Deũ. Quomodo exquisisti? Manibus meis. Quando exquisisti? Nocte. Vbi exquisisti? Corã eo. Et quo fructu exquisisti? Et nõ sum deceptus.) Omnia ergo videamus fratres, omnia cõsideremus, omnia interrogemus: & quid sit tribulatio in qua iste Deũ exquisiuit, & quid sit manibus inquirere Deũ, & quid sit nocte, & quid sit corã illo, & sequitur, quod omnes intelligunt: Et nõ sum deceptus. Quid est enim, & nõ sum deceptus? Inueni quod quærebã. Tribulatio nõ illa vel illa cogitãda est. Etenĩ vnusquisque nõdum transiliens, nõdum putat esse tribulationẽ, nisi quæ acciderit huic vitę ex aliquo tristi tẽpore. At verò ille transiliens, totã vitam istam tribulationẽ suã reputat. Hic enĩ amat patriam supernã, vt terrena peregrinatio, ipsa sit maxima tribulatio. Quomodo enim non sit tribulatio vita ista, rogo vos? Quomodo non sit tribulatio quæ dicta est tota tentatio? Habes scriptũ in libro Iob: Nunquid non tentatio est vita humana super terrã? Nunquid dixit, tẽtatur vita humana super terrã? Ipsa vita tẽtatio est. Si ergo tentatio, vtique tribulatio. In hac igitur tribulatione, hoc est, in hac vita, Deũ exquisiuit iste trãsiliẽs. Quomodo? Manibus, inquit, meis. Quid est, manibus meis? Operibus meis. Nõ enim aliquid corporeum quærebat, vt cõtrectando inueniret, quod perdiderat, vt manibus quæreret numum, aurũ, argẽtum, vestẽ, quicquid tale est quod manibus teneri possit, quanquã & ipse Dominus noster Iesus Christus voluit se manibus inquiri, quando dubitanti discipulo cicatrices ostendit. Sed nunquid cùm ille exclamasset tangẽs cicatrices vulnerũ eius, Dominus meus & Deus meus, nónne audiuit: Quia vidisti, credidisti, beati qui nõ viderunt & crediderunt? Si ergo ille manibus quęrens Christũ, hoc audire meruit, vt opprobrium ei fuerit ita quæsisse nos qui beati dicti sumus, qui non vidimus & credimus. Quid ergo? Ad nos pertinet manibus quærere? Pertinet, sicut dixi, operibus quærere. Quando hoc? Nocte. Quid est nocte? In hoc seculo. Nox enĩ est antequã effulgeat dies, in aduẽtu clarificato Domini nostri Iesu Christi: Nam vultis videre quia nox est? Nisi lucernam hic haberemus, in tenebris permaneremus. Petrus enim dicit: Et nos habemus certiorẽ Propheticum sermonẽ, cui bene facitis intendentes, velut lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Venturus est ergo dies post istam noctẽ, interim in hac nocte lucerna nõ desit. Et hoc est fortasse quod nunc facimus. Has literas exponendo, lucernam inferimus, vt in hac nocte gaudeamus: Quæ quidem debet accensa esse semper in domibus vestris. Talibus enim dicitur: Nolite spiritum extinguere. Et tanquam exponens quid diceret, secutus ait: Prophetiam nolite spernere, id est, lucerna in vobis semper luceat. Et hæc quidem lux in cõparatione cuiusdam ineffabilis diei nox dicitur. Nam ipsa vita fidelium in cõparatione vitæ infidelium dies est. Quomodo autem sit nox, iam diximus, & ostendimus Petri Apostoli testimonio. Qui quidem etiam & lucernam nominauit, & de ipsa lucerna nos admonuit vt intendamus ei, id est, prophetico sermoni, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris. Quomodo autem iam vita fidelium dies sit in comparatione vitæ impiorum, Paulus ostendit. Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemꝰ. Ergo honestè viuentes in cõparatione vitæ impiorum, in die sumus. Sed iste dies vitæ fideliũ non sufficit huic Idithun, transilire vult & istum diem, donec veniat ad illum diem, vbi nocte tentationẽ nullam omnino formidet. Hic enim quamuis dies sit vita fidelium, tentatio est vita humana super terram. Nox & dies. Dies in comparatione infidelium, nox in cõparatione angelorum. Habent enim diem angeli, quem nos nondum habemus. Iam nos habemus, quem non habent infideles. Sed nondum habent fideles, quẽ angeli habent: Tunc autem habebunt cùm erunt æquales angelis Dei, quod illis in resurrectione promissum est.

Iob. 1. d.
Iob. 7. a.
Ioan. 20. g.
1. Thes. 5. d.
2. Pet. 1. d.
Rom. 13. d.
Iob. 7. a.
Mat. 22. c.

In hac ergo iam die & adhuc nocte, in comparatione futuri diei quẽ desideramus, die in comparatione præteritæ noctis cui renunciauimus: In hac ergo, inquam, A nocte Deum requiramus manibus nostris. Nõ cessent opera, quæramus Deum, nõ sit inane desiderium. Si in via sumus, sumptus erogemus, vt peruenire possimus. Manibus quæramus Deum. Et si nocte quærimus quẽ manibus quærimus, nõ decipimur; quia corã ipso quẽrimus. Quid est corã ipso? Nolite facere iustitiam vestrã corã hominibus, vt videamini ab eis, alioqui nõ habebitis mercedẽ apud patrem vestrum. Cùm ergo facis eleemosynã, ait, manus illæ sunt quẽrentes Deum, noli tubicinare ante te, sicut hypocritæ faciunt; sed sit eleemosyna tua in occulto; & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Ergo manibus meis nocte corã eo, & nõ sum deceptus. Quanta tamen iste Idithun pertulerit in hac terra, & in hac nocte, & quomodo habuerit quodammodo transiliendi necessitatem impingẽtibus atque pungentibus deorsum tribulationibus, vt necesse fuerit transilire; intentissimè audiamus. B

Matth. 6. a. ibidem.

Negaui consolari animam meam.) Tantum tædium me hic occupauit, vt contra omnẽ consolationẽ clauderet se anima mea. Vnde huic tali tædium? Fortasse quia vinea grandinata est, aut quia olea non prouenit, aut quia vindemia à pluuia intercepta est. Vnde huic tædium? Audi hoc ex alio Psalmo. Ipsius enĩ & ibi vox est: Tædiũ detinuit me, à peccatoribus relinquentibus legem tuã. Tanto ergo tædio de huiusmodi malo affectum se iste dicit, vt negaret consolari animam ipsius: Propè absorbuerat eum tædiũ. Tristitia quæ cum omnino irreparabiliter merserat, negat se consolari. Quid igitur restabat? Primò vide vnde cõsoletur. Nónne sustinuerat, qui simul cõtristaretur, & nõ inuenerat? Quò enim se verteret ad cõsolationem, quem occupauerat tædium de peccatoribus relinquentibus legem Dei? Quò se verteret? Ad hominem Dei quẽlibet? In multis iam fortè iste expertus erat magnam tribulationem, C †qui magis de illorum aliqua delectatione præsumpserat. Videntur enim aliquando iusti homines, & gaudetur ad eos. Et necesse est, vt gaudeatur, quoniam charitas sine gaudio talis esse non potest. In his autẽ in quibus gauisus est homo, si fortè aliquid prauum contigerit, quomodo sæpe contingit, quanta lætitia ibi erat, tantus mæror accedit; ita vt postea iam timeat homo laxare habenas gaudiorum, timeat se lætitiæ committere, ne quanto magis lætatus fuerat, tanto amplius si aliquid contigerit, contabescat. Percussus ergo scãdalis abundantibus quasi multis vulneribus, clausit se cõtra humanam cõsolationem, & negauit consolari animam ipsius. Et vnde vita? Vnde respiratio? Memor fui Dei, & delectatus sum.) Non frustra manus operatæ fuerant, inuenerant magnum consolatorẽ. Non quiescendo memor fui Dei, & delectatus sum. Prædicãdus igitur est Deus, cuius iste memor factus delectatus est, & consolatus in quadam tristitia; & quodammodo salute desperata recreatus. Prædicandus est Deus. Denique, quod cõsolatus est iste, secutus ait, Garriui.) In ipsa consolatione memor factus Dei, delectatus garriui. Quid est, Garriui? Lætatus sum, exultaui loquendo. Garruli enim proprièdicũtur, qui à vulgo verbosi appellantur, accedente lætitia, nec valentes nec volentes tacere. Factus est iste talis. Et rursus quid ait? Et defecit spiritus meus.) Tædio contabuerat, recolendo Deum delectatus fuerat, rursus garriendo defecerat. Quid sequitur? Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei.) Vigilauerunt super me omnes inimici mei. Plus me vigilauerunt, vigilando præoccupauerunt me. Vbi non muscipulas ponunt? Nónne vigilias anticipauerunt omnes inimici mei? Qui sunt enim isti inimici, nisi illi de quibus dicit Apostolus, Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus? Ergo aduersus diabolũ, & angelos eius inimicitias exercemus. Rectores eos mundi dixit, quia ipsi regunt dilectores mundi. Non enim regunt mundum, quasi rectores sint cæli & terræ; sed mundum peccatores dicit. Et mundus eum non cognouit. Talem mundum illi regunt, qui non cognoscunt Christum. Cõtra hos habemus inimicitias perpetuas. Denique quaslibet habeas inimicitias aduersus hominem, cogitas finire, siue illius satisfactione, si ille te læsit, siue tua, si tu læsisti, siue vtriusque, si vos inuicem læsistis, laboras satisfacere & concordare. Cum diabolo autem, & angelis eius nulla concordia est. Ipsi nobis inuident regnum cælorum. Mitescere omnino erga nos non possunt, quia anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Plus illi vigilauerunt ad decipiendum, quàm ego ad custodiendum me. Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Quomodo enim non anticipauerunt vigilias, qui vbique scandala, vbique muscipulas posuerunt? Tædium inest cordi. Metuendum est ne absorbeat tristitia lætitiam, metuendum est ne garriendo deficiat spirituus tuus. Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei. Denique in ipsa garrulitate dum loqueris, & securus loqueris, quanta plerunque inueniuntur, quæ velint tenere inimici & reprehendere, vnde velint etiam criminari & calumniari? hoc dixit, illud sensit, hoc locutus est. Quid faciat homo, nisi quod sequitur? Conturbatus sum, & non sum locutus.) Conturbatus ergo, ne in eius garrulitate inimici anticipantes vigilias, calumnias quærerent & inuenirent; non est locutus. Nunquam tamen iste transiliens cessaret in se. Etsi fortè à garrulitate cessauit, qua subrepserat ei de ipsa locutione placere hominibus; non tamen destitit, non cessauit, vt conaretur & hoc ipsum transcendere. Et quid dicit?

Ephes. 6. b.

Ioan. 1. a.

Psal. 118.

Psal. 68

al. quã magis de illorum aliqua delectatione.

Cogitaui dies antiquos.) Iam iste velut qui vapulauerat foris, tulit se intrò. In secretario suæ mentis agit. Et quid ibi agat dicat nobis. Cogitaui dies antiquos. Bene est illi. Videte quæ cogitat, rogo vos. Intus est, apud se cogitat dies antiquos. Nemo illi dicit, malè dixisti, nemo illi dicit, multum locutus es, nemo ei dicit, peruerse sensisti. Ita sit ei bene secum. Adiuuet Deus, cogitet dies antiquos, & dicat nobis in ipso interiore cubiculo suo quid egerit, quò peruenerit, quid transilierit, vbi manserit: Cogitaui dies antiquos. Et annorum æternorum memor fui.) Qui sunt anni æterni? Magna cogitatio. Videte quid sibi vult ista cogitatio, nisi magnum silentium, ab omni forinsecùs strepitu, ab omni rerum humanarum tumultu? Intus requiescat, qui cogitare vult istos annos æternos. Nunquid anni in quibus sumus, æterni sunt, aut in quibus fuerunt maiores nostri, aut in quibus futuri sunt posteri nostri? Absit vt æterni existimentur. Quid enim de his annis manet? Ecce loquendo dicimus, hoc anno. Et quid tenemus de hoc anno, præter vnum diem in quo sumus? Nam superiores dies anni huius iam transierunt nec tenentur, futuri autem nondum venerunt. In vno die sumus, & dicimus hoc anno; imò die hodie, si aliquid vis præsens dicere. Nam de toto anno quid præsens tenes? Quicquid de illo præteritum est, iam non est; quicquid de illo futurum est, nondum est. Quomodo hoc anno? Corrige locutionem: Hodie dic, verum dicis. Hodie iam dicamus. Rursus & hoc attende. Cùm hodie hoc horæ

D

horæ matutinæ transierunt, horæ futuræ nondũ venerunt. Et hoc ergo corrige. Hac hora dic. Et de ista hora quid tenes? Momenta eius quædam iam transierunt, quæ futura sunt nondum venerunt. Hoc momẽto dic. Quo momento? Dum syllabas loquor, si duas syllabas dicam, altera non sonat, nisi cùm illa transierit. Ipsa denique vna syllaba, si duas literas habeat, non sonat posterior litera, nisi prior abierit. Quid ergo tenemus de his annis? Anni isti mutabiles sunt, anni æterni cogitandi sunt, anni qui stant, qui non venientibus & abeũtibus diebus peragũtur; anni de quibus alio loco Scriptura dicit Deo, Tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficient. Hos annos iste transiliens, non in garrulitate forinsecùs, sed in silentio cogitauit. Et annorum æternorum memor fui: Et meditatus sum nocte cum corde meo.) Nemo illi calumniosus tendiculas verborum requirit, in corde suo meditatus est. Garriebã.) Ecce est illud garrire. Obserua iterum, ne deficiat spiritus tuus. Non, inquit, non sic garriebam quasi foris; alio modo nunc. Quomodo nunc? Garriebam: Et B scrutabar spiritum meum.) Si scrutaretur iste terram, vt venas auri inueniret, nemo eum desipere diceret; imò sapientem multi dicerent, qui vellet ad aurum peruenire. Quanta homo habet intus, & non fodit? Scrutabatur iste spiritum suum, & cum ipso spiritu suo loquebatur, & in ipsa locutione garriebat. Seipsum enim interrogabat, seipsum examinabat, in se iudex erat. Et quid sequitur? Scrutabar spiritum meum. Timendum ne in ipso spiritu suo remaneat, garriuit enim foris. Et quia anticipauerunt vigilias omnes inimici eius, inuenit ibi tristitiam, & defecit spiritus eius. Qui garriebat foris, ecce cœpit intus garrire securus; ibi solus, ibi in silentio cogitat annos æternos. Et perscrutabar, inquit, spiritum meum. Et hic timendum, ne in spiritu suo remaneat, & non sit transiliens. Iam tamen melius agit, quàm foris agebat. Transcendit aliquid. Et hinc videamus quò. Non enim cessat iste transiliẽs, donec veniat in finem, vnde habet titulum Psalmus: C Garriebam, inquit, & scrutabar spiritum meum. Et quid inuenisti? Non in æternum repellet Deus.) Tædium inuenerat in hac vita; nusquam fidam, nusquam securam consolationem. Ad quoscunque homines intendebat, scandalum in eis inueniebat, aut timebat. Nusquam ergo securus. Tacere illi malum erat, ne sileret à bonis. Loqui & foris garrire molestum erat; ne anticiparent vigilias omnes inimici eius, calumnias inquirerent in verbis eius. Angustatus in hac vita vehementer, multum de alia vita cogitauit, vbi ista non sit tentatio. Et quando illuc peruenitur? Non enim non constat, quia quod hic patimur, ira Dei est. Dicitur hoc in Esaia, Non in æternum vindex in vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis. Et dicit quare. Spiritus enim à me procedet, & omnem flatum ego feci. Propter peccatum paululum quid contristaui eum, & D percussi eum, & auerti faciẽ meam ab illo, & abiit tristis, & ambulauit vias suas. Quid ergo? Hæc ira Dei semper erit? Non hoc inuenit iste in silentio. Quid enĩ dicit? Non in æternum repellet Deus: Et non apponit vltra vt beneplaceat ei adhuc.) Quid est vt beneplaceat ei adhuc? Repellere, & in æternum repellere non apponet. Necesse est vt reuocet ad se seruos suos, necesse est vt recipiat fugitiuos redeuntes ad Dominum, necesse est vt exaudiat vocem compeditorum. Non in æternum repellet Deus, & non apponet vltrà vt beneplaceat ei adhuc: Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem: Aut obliuiscetur misereri Deus?) In te, à te, in alterum nulla est misericordia, nisi eam tibi Deus donet: Et ipse Deus obliuiscitur misericordiã? Riuus currit, fons ipse siccatur? A Aut obliuiscetur misereri Deus? Aut continebit in ira sua miserationes suas?) Id est, sic irascetur, vt non misereatur? Facilius ille iram, quàm misericordiam continebit. Hoc & per Esaiam dixerat, Non in æternum vindex in vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis. Hoc & posteaquàm dixit, Abiit tristis, & ambulauit vias suas: Vias, inquit, eius vidi, & sanaui eum. Hoc vbi cognouit iste, transcendit se, & delectatur Domino, vt ibi esset, & in eius operibus magis garriret, non in spiritu suo, non in eo quod erat, sed in eum à quo factus erat. Et hinc ergo transiliens transcendit. Videte transilientem, videte si remaneat alicubi quousque peruenat ad Deum. Et dixi.) Iam seipsum transiliens, quid dixit? Nunc cœpi.) Cùm excessissem & me, nunc cœpi. Hinc iam nullum periculum est, nam in meipso remanere, periculum fuit. Et dixi, Nunc cœpi. Hæc est immutatio dexteræ excelsi.) Modò me cœpit mutare excelsus, modò cœpi aliquid, vbi securus sim, modò intraui aliquam aulam gaudiorum, vbi nullus timetur inimicus. Modò cœpi esse in ea regione, vbi non anticipent vigilias omnes inimici mei. Nunc cœpi, hæc est immutatio dexteræ excelsi. Memor fui operum Domini.) Iam videte illum spatiari in operibus Domini. Garriebat enim foris, & contristatus inde defecit spiritus eius. Garriuit intus cum corde suo, & cum spiritu suo, & perscrutatus eundem spiritum suum, memor fuit annorum æternorũ, memor fuit misericordiæ Domini, quia non repellet Dominus in æternũ, & cœpit iam in eius operibus securus gaudere, securus exultare. Audiamus iam opera ipsa, & exultemus & nos. Sed affectibus etiam nos transiliamus, nec ad temporalia gaudeamus. Habemus enim & nos cubile nostrum. Quare non illuc intramus? Quare non in silentio agimus? Quare non spiritum nostrum perscrutamur? Quare annos æternos non cogitamus? Quare in operibus Dei non lætamur? ‡Sed nunc audiamus, & ipso dicente delectemur, vt etiã cùm hinc abierimus, faciamus quod ipso loquente faciebamus; si tamen facimus cœptum ipsius quod dixit, nunc cœpi. Gaudere in operibus Dei, est obliuisci & te, si potes illo solo delectari. Quid enim melius illo? Non vides, quia cùm ad te redis, in deteriorem redis? Memor fui operum Domini: Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in affectionibus tuis garriam.) Ecce tertium garrire. Garriuit foris, quando defecit; garriuit in spiritu suo intus, quando profecit; garriuit in operibus Dei, quando peruenit quò profecit. Et in affectionibus tuis garriam, non in affectionibus meis. Quis viuit sine affectionibus? Et putatis fratres, quia qui Deum timent, Deum colunt, Deum diligunt, nullas habent affectiones? Verè hoc putabis, & putare audebis, quòd affectiones habeat tabula, theatrum, venatio, aucupium, piscatus, & non habeant opera Dei, & non habeant meditationes Dei interiores affectiones quasdam suas, cùm inspicitur mundus, & ponitur ante oculos spectaculum naturæ rerum, & in his quæritur artifex, & inuenitur nusquam displicẽns, & super omnia placens? Deus in sancto via tua.) Inspicit iam opera misericordiæ Dei circa nos, ex his garrit, & in his affectionibus exultat. Primò inde cœpit, in sancto via tua. Quæ via tua in sancto? Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Redite ergo homines ab affectionibus vestris. Quò itis? Quò curritis? Quò non solùm à Deo, sed etiam à vobis fugitis? Redite præuaricatores ad cor; scrutamini spiritum vestrum, recolite

Psal. 101.

Esaiæ 57. d.

Esaiæ 57. d.

al. Sed.

Ioan. 14. a.

Esaiæ 46. c.

annos æternos, inuenite misericordiam Dei circa vos,
attendite opera misericordiæ eius, in sancto via eius. A
Filij hominum vsquequò graues corde? Quid quæritis
Psal. 4. in affectionibus vestris? Vt quid diligitis vanitatem, &
quæritis mendaciũ? Et scitote quoniam magnificauit
Dñs sanctũ suum. In sancto via tua. Ad ipsum ergo at-
tẽdamus Christũ; attẽdamus ibi viã eius. Deus in san-
cto via tua. Quis Deus magnus, sicut Deus noster?) Ha-
Psal. 1.13 bẽt gẽtes affectiones circa deos suos, idola adorãt; ocu
los habent, & non vident, aures habent, & non audiẽt;
pedes habẽt, & nõ ambulabunt. Quid ambulas ad Deũ
qui non ambulat? Non, inquit, ea colo. Et quid colis?
Psal. 95. Numen quod ibi est? Certè hoc colis quod alibi dictũ
est: Quoniam dij gentium dæmonia. Aut idola colis,
aut dæmonia. Nec idola, nec dæmonia, inquit. Et quid
colis? Stellas, solem, lunam, ista cælestia. Quanto melius
qui fecit & terrena & cælestia? Quis Deus magnus si-
cut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia solus.)
Tu verè magnus Deus, faciens mirabilia in corpore, in B
anima, solus faciens. Audierunt surdi, viderunt cæci:
conualuerũt languidi, surrexerunt mortui, constricti
sunt paralytici. Sed miracula ista tunc in corporibus.
Videamus in anima. Sobrij sunt, paulò antè ebriosi. Fi-
deles sunt, paulò antè adoratores simulachrorum. Res
suas donant pauperibus, qui alienas antea rapiebant.
Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus qui
facis mirabilia solus. Fecit & Moyses, sed non solus, fe-
cit & Helias, fecit & Heliseus, fecerunt & Apostoli, sed
nullus eorum solus. Illi cùm facerẽt, tu cum eis; tu quã-
do fecisti, illi nõ tecum. Non enim tecum fuerunt cùm
fecisti, quando & ipsos tu fecisti. Tu es Deus qui facis
mirabilia solus. Quomodo solus? Nunquid fortè pater
& non filius, aut filius, & nõ pater? Immo pater & filius
& Spiritus sanctus. Tu es Deus qui facit mirabilia so-
lus. Non enim tres dij, sed vnus Deus facis mirabilia so-
lus, & in ipso transiliente. Nã vt etiam transiliret, & ad
ista peruenireт, miraculum Dei fuit. Quando intus gar-
riuit cum spiritu suo, vt transiliret & ipsum spiritũ suũ,
1. Cor. 1. d. & in Dei operibus delectaretur, ipse ibi fecit mirabilia.
Sed quid fecit Deus? Notam fecisti in populis virtutem
tuam.) Inde congregatio ista Asaph transiliens, quia
notam fecit in populis virtutem suam. Quam virtutem
suam notam fecit in populis? Nos autem prædicamus
Christum crucifixũ, Iudæis quidẽ scandalum, gentibus
autẽ stultitiam; ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis
Christum Dei virtutem, & Dei sapientiã. Si ergo virtus
Dei Christus, notum fecit Christum in populis. An &
Esa. 53 a. hoc nondum agnoscimus? & ita desipimus, ita infra ia-
cemus, ita nihil transilimus vt hoc non videamus? No-
tam fecisti in populis virtutẽ tuã. Redemisti in brachio
tuo populum tuũ.) Brachio tuo, hoc est, virtute tua.
Et brachium Dñi cui reuelatũ est? Redemisti in brachio
tuo populum tuum: Filios Israël & Ioseph.) Quomodo
quasi duos populos filios Israël & Ioseph? Nonne filij
Ioseph in filiis Israël? Ita planè. Hoc scimus, hoc legi-
mus, hoc Scriptura clamat, hoc veritas indicat, quoniã
Israël idẽ qui Iacob, habuit filios duodecim, inter quos
vnus erat Ioseph, & ex duodecim filiis Israël quotquot
nati sunt, ad populum Israël pertinent. Quomodo ergo
ait, filios Israël & Ioseph? Nescio quid hic distinguendũ
admonuit. Perseruetur spiritum nostrũ, fortassis ibi
aliquem posuit Deus, quem debemus & nocte quærere
manibus nõstris, vt non decipiamur, fortè inueniemus
& nos in hac distinctione filios Israël & Ioseph. Per
Ioseph aliũ populũ intelligi voluit, gentium populũ in-
telligi voluit. Quare gentiũ populum per Ioseph? Quia
Gen. 37. f. Ioseph venditus est in Ægyptum à fratribus suis. Ille
Ioseph cui fratres inuiderunt, & cum in Ægyptũ ven-
diderunt; venditus in Ægyptum laborauit, humiliatus
est, agnitus, exaltatus, floruit, imperauit. Et his omnib.
quid significauit? Quid nisi Christum à fratribus vendi-
tum, eiectũ de terra sua tanquam in Aegyptum gentiũ?
Ibi primo humiliatum, quando persecutiones marty-
res patiebantur, nunc exaltatum, sicut videmus, quo-
niam impletum est in eo: Adorabunt eum omnes re-
Psal. 71. ges terræ, omnes gentes seruient illi, ergo Ioseph popu-
lus ex gentibus, Israël verò populus ex gẽte Hebrẽorũ.
Redemit populum suum Deus filios Israel & Ioseph.
Per quid? Per lapidem angularem, in quo duo parietes
Ephes. 2. d. copulati sunt. Et exequitur quomodo. Viderunt te a-
quæ Deus.) Quid sunt aquę? Populi. Quæ sunt istę aquę?
Dictum est in Apocalypsi, responsum est, populi: Ibi in-
Apoc. 17. d. uenimus apertissimè aquas in figura positas populorũ.
Suprà autem dixerat: Notam fecisti in populis virtutẽ
tuam. Meritò ergo viderunt te aquæ Deus: Viderunt
te aquæ, & timuerunt.) Ideo mutatæ sunt, quia timue-
runt. Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt: Et contur-
batæ sunt abyssi.) Quæ sunt abyssi? Altitudines aqua-
rum. Quis non turbatur in populis, cùm conscientia
pulsatur? Quæris altitudinem maris, quid profundius
humana conscientia? Ista profunditas turbata est, quã-
do in brachio suo redemit populum suum Deus. Quo-
modo turbatæ sunt abyssi? Quando omnes cõscientias
suas confitendo fuderunt. Et turbatæ sunt abyssi. Mul-
titudo sonitus aquarum.) In laudibus Dei, in confessio-
nibus peccatorum, in hymnis & canticis, in orationib.
Multitudo sonitus aquarum: Vocem dederunt nubes.)
Inde iste sonitus aquarũ, inde abyssorum perturbatio,
quia vocem dederũt nubes. Quæ nubes? Prædicatores
verbi veritatis. Quæ nubes? De quibus minatur cui-
Esaiæ 5. b. dam vineæ Deus, quæ pro vua fecit spinas: & dicit:
Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam im-
brem. Denique Apostoli relinquentes Iudæos, ierunt
ad gentes: In omnibus gentibus vocem dederunt nu-
C bes prædicando Christum. Vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ pertransierunt.) Easdem voces
nubium rursus sagittas dixit. Verba enim Euangeli-
starum sagittæ fuerunt. Similitudines enim sunt. Nam
propriè nec sagitta est pluuia, nec pluuia sagitta. At ve-
rò verbum Dei, & sagitta est, quia percutit, & plu-
uia, quia rigat. Nemo ergo iam miretur abyssorum
conturbationem, quando sagittæ tuæ pertransierunt.
Quid est, pertransierunt? Non in auribus remanserunt,
sed corda transfixerunt. Vox tonitrui tui in rota.) Quid
est hoc? Quomodo intellecturi sumus? Adiuuet Do-
minus. Vox tonitrui tui in rota. Solebamus pueri suspi-
cari, cùm audiremus tonitrua de cælo, quasi vehi-
cula de stabulo processisse. Habent enim tonitrua
quandam concussionem similem vehiculis. Nunquid
ad ista puerilia redituri sumus, vt intelligamus: Vox
tonitrui tui in rota, quasi aliqua vehicula habeat Deus
D in nubibus, & transitus vehiculorum illorum strepi-
tum concitet? Absit. Hoc puerile est, vanum, nuga-
torium. Quid est ergo, Vox tonitrui tui in rota? Vol-
uitur vox tua. Neq. hoc intelligo. Quid faciemus? In-
terrogemus ipsum Idithun, ne fortè ipse exponat quod
dixit: Vox, inquit, tonitrui tui in rota. Non intelligo.
Audiam quid dicis: Apparuerũt fulgura tua orbi terra-
rum.) Dic ergo, non intellexeram. Orbis terrarum
est rota. Nã circumitus orbis terrarũ, meritò & orbis
dicitur, vnde breuis etiã rotella, orbiculus appellatur.
Vox tonitrui tui in rota, apparuerunt fulgura tua orbi
terrarum. Nubes illæ in rota circumierunt orbem ter-
rarum, circumierunt tonando & coruscando, abys-
sum commouerunt, præceptis tonuerunt, miraculis
coruscauerunt. In omnem enim terram exiit sonus Psal. 18.

eorum,

eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Commota
est, & contremebunda facta est terra.) Id est, omnes qui A
habitant in terra. Per similitudinẽ autẽ ipsa terra, mare
est. Quare? Quia gentes omnes maris nomine nuncu-
pantur, quòd vita humana amara est, & procellis ac tẽ-
pestatibus subdita. Iam illud si attẽdas quòd homines
se tanquã pisces deuorant, cùm maior minorem abs-
orbet, hoc est ergo hoc mare, illuc Euangelistæ ierunt. In
Matt. 14. c. mari est via tua.) Iamdudũ in sancto via tua, modò in
mari est via tua, quia ipse sanctus in mari, & meritò etiã
Psal. 69. super aquas maris ambulauit. In mari est via tua, id est,
in gentibus prædicatur Christus tuus. In alio quippe
Psalmo ita dicitur: Deus misereatur nostri, & benedicat
nos, illuminet vultum suũ super nos, vt cognoscamus in
terra viam tuam. Vbi in terra? In omnibus gentibus
salutare tuũ: hoc est, in mari est via tua. Et semitæ tuę in
aquis multis.) Hoc est, in populis multis. Et vestigia tua
non cognoscentur.) Nescio quos tetigit, & mirum nisi
& ipsos Iudæos. Ecce iam sic prolata est gentibus mise- B
ricordia Christi, vt in mari sit via tua, & semitæ tuæ in
aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Vnde?
A quibus nõ cognoscentur, nisi ab his qui adhuc dicũt,
Nondum venit Christus? Quare dicunt, nondum venit
Matt. 14. e. Christus? Quia non agnoscunt vestigia super mare am-
bulantis. Deduxisti sicut oues plebem tuam in manu
Moysi & Aaron.) Quare hoc addiderit, indagare ali-
quantulum difficile est. Adiuuate ergo nos intentione
vestra, quia post ipsos duos versus finis erit & Psalmi &
sermonis; ne fortè cũ aliquid restare arbitramini, ti-
more laboris minus ad præsens attendatis. Cùm dixis-
set, In mari est via tua, quod intelligimus in gentibus, &
semitæ tuæ in aquis multis, quod intelligimus in popu-
lis multis, adiunxit: Et vestigia tua non agnoscentur. Et
quærebamus à quibus non agnoscerentur, & subiecit
continuò: Deduxisti sicut oues plebem tuam in manu
Moysi & Aarõ, id est, ab ista plebe tua, quæ deducta est
in manu Moysi & Aaron, vestigia tua non cognoscen- C
tur. Quare ergo positum est, nisi increpandi & expro-
brandi causa, in mari est via tua? Vnde in mari est via
tua, nisi quia exclusa est à terra tua? Expulerũt Christũ,
noluerunt esse suũ Saluatorem ægri. Ille autem cœpit
esse in gentibus, & in omnibus gentibus, in multis po-
Gen. 32. f. pulis. Saluæ factæ sunt etiam reliquiæ populi illius. Re-
mansit foris ingrata multitudo, & claudicans Iacob fe-
moris latitudo. Latitudo enim femoris intelligitur via
in multitudine generis, & facta est in maiori parte Israë-
litarum turba quædam vana & insipiẽs, quæ nõ agnos-
ceret vestigia Christi in aquis. Deduxisti sicut oues ple-
bem tuam, & non te cognouerunt. Tãta cum illis bona
fecisti, mare diuisisti, inter aquas per aridam traiecisti,
persequentes inimicos fluctibus operuisti, in deserto
egentibus manna pluisti, deducens eos in manu Moysi
& Aaron, & expulerunt te à se, vt in mari esset via tua,
& vestigia tua non agnoscerent. D

IN PSALMVM LXXVII. PRÆFATIO.

PSALMVS iste ea cõtinet, quæ in veteri populo acta
narrantur, recẽtior autem, & posterior populus ad-
monetur, vt caueat ne sit ingratus beneficiis Dei, eiũsq.
in se prouocet iracundiam, cuius obedienter, & fideli-
ter debet suscipere gratiã: Ne fiant, inquit, sicut patres
eorum generatio praua & amarians, generatio quæ
non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spi-
ritus eius. Hæc est igitur Psalmi huius intẽtio, hæc vti-
litas, hic vberrimus fructus. Sed cùm omnia videantur
perspicua, & aperta dici atque narrari, primitùs mouet
atque intentos facit titulus eius. Neque enim frustrà
inscribitur: intellectus Asaph.) Nisi quia fortasse non
quod superficies sonat, sed interius aliquid intelligentẽ
quærunt ista lectorem. Deinde narraturus & comme-
moraturus hæc omnia quæ videntur auditore quàm
expositore potius indigere: Aperiam, inquit in parabo-
lis os meum, eloquar propositiones ab initio. Quis non
hic de somno excitetur? Quis audeat velut manifestas
legendo percurrere parabolas & propositiones, quæ
nominibus suis indicant altiùs se perscrutari oportere?
Parabola quippe alicuius rei similitudinẽ præ se gerit,
quod licet sit vocabulum Græcum, iam tamen pro La-
tino vsurpatur. Et notum est quòd in parabolis quæ
dicuntur, rerum similitudines rebus de quibus agitur,
comparantur. Propositiones autem quæ Græcè appel-
lantur problemata, quæstiones sunt, habentes aliquid
quod in disputatione soluendum sit. Quis ergo parabo-
las & propositiones transitoriè legat? Quis non his au-
ditis vigilantiam mentis intendat, vt ad earum fructũ
intelligendo perueniat?

Expositio Psalmi.

ATtendite, inquit, populus meus legẽ meam.) Quẽ
hic credamus loqui nisi Deum? Ipse enim legem
dedit populo suo, quem liberatum ex Ægypto cõgre-
gauit, quæ congregatio propriè synagoga nuncupatur,
quod interpretatur Asaph. Vtrum ergo ita dictum est,
Intellectus Asaph, quòd ipse Asaph intellexerit, an fi-
guratè intelligẽdum, quòd eadẽ synagoga, hoc est, idẽ
populus intellexerit, cui dicitur: Attendite populus
meus legem meam? Quid est ergo quòd eundem popu-
lum per Prophetam increpat, dicens: Israël autem me
non agnouit, & populus meus non intellexit? Sed pro- Esa. 1. d.
fectò erant etiam in illo populo qui intelligerẽt, habẽ-
tes fidem quæ postea reuelata est, non ad legis literam,
sed ad gratiam spiritus pertinentẽ. Non enim sine ipsa
fide fuerunt qui eius in Christo futuram reuelationem
præuidere & prẽnunciare potuerunt, cùm & illa vetera
sacramenta significatiua fuerint futurorum. An soli
Prophetæ habebant hanc fidem, non & populus? Imò
verò etiam qui Prophetas fideliter audiebant, eadem
adiuuabantur gratia, vt intelligerent quod audiebant.
Sed vtique sacramentum regni cælorum velabatur in
veteri Testamento, quod plenitudine temporis reuela-
retur in nouo. Nolo enim vos, ait Apostolus, ignorare 1. Cor. 10. a.
fratres, qm̃ patres nostri omnes sub nube fuerũt, & oẽs
mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt
in nube & in mari, & oẽs eundem cibum spiritalẽ mã-
ducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem bibe-
runt. Bibebant enim de spiritali cõsequente eos petra,
petra autem erat Christus. Idẽ itaque in mysterio cibus
& potus illorum qui noster, sed significatione idem, nõ
specie, quia idem ipse Christus illis in petra figuratus,
nobis in carne manifestatus est. Sed non, inquit, in om-
nibus illis beneplacitum est Deo. Omnes quidem eun-
dem cibum spiritalem manducauerunt, & eundem po- Ibidem.
tum spiritalem biberunt, id est, spiritale aliquid signifi-
cantẽ, sed nõ in omnibus illis beneplacitum est Deo.
Cùm dicit, Non in omnibus, erant ergo ibi aliqui in
quibus beneplacitum est Deo. Et cùm essent omnia
cõmunia sacramenta, non cõmunis erat omnibus gra-
tia, quæ sacramentorum virtus est. Sicut & nunc iam
reuelata fide quæ tunc velabatur, omnibus in nomine
patris & filij & Spiritus sancti baptizatis cõmune est la-
uacrũ regenerationis, sed ipsa gratia cuius ipsa sunt sa-
cramenta, qua mẽbra corporis Christi cum suo capite Matt. 28. d.
regenerata sunt, non communis est omnibus. Nam &
hæretici habent eundem baptismum, & falsi fratres in
cõmunione catholici nominis. Ergo & hic rectè dici-
tur: Sed non in omnibus illis beneplacitum est Deo.
Neq; tunc tamẽ, neq; nũc infructuosa est vox, dicẽtis:
Attendite populus meus legem meam. Quæ locutio

nota est in omnibus literis, quòd non ait, attende, sed attendite. Ex multis enim populus constat, quibus multis quod sequitur pluraliter dicitur: Inclinate aurẽ vestram in verba oris mei.) Quod est attendite, hoc est, inclinate aurem vestram. Et quod ibi ait, legem meam: hoc ait hic, verba oris mei. Ille namq. piè attendit legem Dei & verba oris eius, cuius aurem inclinat humilitas: non cuius erigit ceruicem superbia. Quod enim
Prou. 22. c. infunditur, concauo humilitatis excipitur, eminentia tumoris expellitur. Vnde alio loco, Inclina, inquit, aurem tuam, & excipe verba intellectus. Satis itaque admoniti sumus etiam istum Psalmum huius intellectus Asaph, quia genitiuo casu in titulo positum est huius intellectus, non hic intellectus, inclinata aure suscipere: id est, humili pietate. Nec ipsius Asaph dictum est, sed ipsi Asaph: quod Græco articulo apparet, & in quibusdam Latinis codicibus inuenitur. Verba igitur ista intellectus sunt, id est, intelligentiæ sunt, quæ data est ipsi Asaph, quod non vni homini, sed melius congregatio- B ni populi Dei, vnde nequaquã nos alienare debemus. Quamuis enim propriè dicatur synagoga Iudæorum, Ecclesia verò Christianorum, quia congregatio magis pecorũ, conuocatio verò magis hominũ intelligi solet: tamen & illã dictã inuenimus Ecclesiam, & nobis fortasse potius conuenit dicere: Salua nos Domine Deus
Psal. 105. noster, & congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo. Neque dedignari nos oportet, imò gratias ineffabiles agere, quòd sumus oues manuũ eius,
Ioan. 10. c. quas præuidebat cũ diceret: Habeo alias oues quæ nõ sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, vt fit vnus grex & vnus pastor: iungendo scilicet fidelẽ populum gentium, fideli populo Israëlitarum, de quibus
Matth. 15. c prius dixerat: Non sum missus nisi ad oues quę perierũt domus Israël. Nam & congregabuntur ante eum oẽs gẽtes, & separabit eos sicut pastor segregat oues ab hędis. Sic igitur audiamus quod dictum est, Attẽdite po-
Matth. 25. c pulus meus legem meã, Inclinate aurem vestrã, in verba oris mei: non tanquã Iudæis, sed potius tanquã nobis, vel certè tanquam etiam nobis ista dicantur. Cùm
1. Cor. 10. b. enim dixisset Apostolus, Sed non in omnibus illis beneplacitum est Deo: ita ostendens fuisse ibi etiam illos in quibus beneplacitum est Deo, continuò subiecit: Prostrati enim sunt in deserto. Deinde adiunxit, Hæc autem figuræ nostræ factæ sunt, vt non simus concupiscentes mala, sicut & illi concupierunt. Neque idolis seruientes, sicut quidam eorum seruierunt, sicut scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam eorũ fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorũ tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmurauerit-
Ibidem. is, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierũt ab exterminatore. Omnia autem hæc in figura contingebant illis. Scripta autẽ sunt ad correptionẽ nostram, D in quos finis seculorũ obuenit. Nobis ergo potius ista cantata sunt. Vnde in hoc Psalmo inter cætera dictum est: Vt cognoscat generatio altera, filij qui nascentur & exurgent. Porrò si ille interitus à serpentibus, & ab exterminatore illa perditio, & gladij trucidatio, figuræ fuerunt, sicut euidẽter dicit Apostolus, cùm illa omnia contigisse manifestum sit. non enim ait: in figura dice-
1. Cor. 10. c. bantur, vel, in figura scripta sunt: sed, in figura, inquit, contingebant illis: quanto maiore diligentia pietatis cauendæ sunt pœnæ, quarum figuræ illæ fuerunt? Proculdubiò quippe sicut in bonis rebus multo amplius bonũ est in eo quod per figuram significatur quàm in ipsa figura: ita & in malis longè vtique peiora sunt quæ significantur figuris, cùm tanta mala sunt etiam significantes figuræ. Nam sicut terra illa promissionis quò ille populus ducebatur, in comparatione regni cælorũ nihil est quò Christianus populus ducitur: ita & pœnæ illæ quæ figuræ fuerunt, cùm tam sint atroces, in comparatione pœnarum quas significant, nihil sunt. Quas autem figuras dixit Apostolus, eas dicit iste Psalmus, quãtum existimare possumus, parabolas & propositiones: non habentes in eo finem, quòd contigerunt, sed in his rebus ad quas rationabili comparatione deferũtur. Attendamus ergo legẽ Dei populus eius, & inclinemus aurem nostram in verba oris eius. Aperiam, inquit, in parabolis os meũ, eloquar propositiones ab initio.) A quo initio dicat, satis apparet in consequentib. Non enim ex quo factum est cælum & terra, vel ex quo creatum est in primo homine genus humanum, sed ex quo populi congregatio quæ abducta est ex Ægypto: vt sensus pertineat ad Asaph, quod interpretatur congregatio. Sed vtinam qui dixit, Aperiam in parabolis os meum, etiam intellectũ nostrũ in eas aperire dignetur. Si enim sicut os suum aperuit in parabolis, ita aperiret etiam ipsas parabolas, & sicut eloquitur propositiones, ita eloqueretur & earum expositiones: non hic æstuaremus. Nunc verò ita obtecta & clausa sunt omnia, vt etiã si ad aliquid ipso adiuuante, vnde salubriter pascamur, peruenire possimus, in sudore tamen vultus nostri edamus panem: & pœnam definitionis antiquæ, Gen. 3. d. non corporis tantùm, sed & cordis labore pendamus. Dicat ergo, & audiamus parabolas & propositiones. Quãta, inquit, audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerũt nobis.) Dominus superiùs loquebatur. Nam cuius alterius verba credenda sunt, Attendite populus meus legẽ meam? Quid est ergo quòd nunc repentè homo loquitur? Iam enim hominis verba sunt, Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerũt nobis. Nimirum iam Deus ex hominis ministerio locuturus, sicut ait Apostolus, An vultis experimẽtum accipere eius qui in me loquitur Christus? ex 2. Cor. 13. c. C persona sua primùm verba fieri voluit, ne verba eius loquens homo, contemneretur vt homo. Ita enim se habent locutiones Dei, quæ nobis insinuantur per sensum corporis nostri. Creaturam subditam, opere inuisibili creator mouet. Non eius substãtia in aliquid corporale & temporale conuertitur, aut corporalibus & temporalibus signis, siue ad oculos siue ad aures pertinentibus, quantum capere homines possunt, suam facit innotescere voluntatem. Si enim angelus vti potest æthere, aëre, nube, igne, & alia qualibet natura vel specie corporali, & homo vultu, lingua, manu, calamo, literis, aliísue significãtibus rebus ad suæ mentis indicãda secreta: postremò cum homo sit, nuncios homines Luc. 7. b. mittit, & dicit alij, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo suo, fac hoc, & facit: quanto maiore & efficaciore potestate Deus, cui Dño vniuersa subiecta sunt, & ipso angelo & homine vtitur, vt quod ei placet annũciet? Quamuis itaque iam homo dicat, Quanta audiuimus & cognouimus, ea & patres nostri narrauerũt nobis: tamẽ tanquã Dei verba, non tanquam humanas fabulas audiamus. Propter hoc enim præmissum est: Attendite populus meus legem meã, inclinate aurem vestrã in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meũ, eloquar propositiones ab initio. Quanta ergo audiuimus, inquit, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Sic est, audiuimus & cognouimus, quomodo: Audi filia & vide. Audita enim sunt in veteri Testamento quæ cognoscuntur in nouo. Audita cùm prophetarentur, cognita cùm implerentur. Vbi pro- Psal. 44. missio redditur, non fraudatur auditio. Et patres nostri Moyses & Prophetæ narrauerunt nobis. Non

sunt

sunt absconditа à filiis eorum, in generatione altera.) Hæc est nostra generatio, in qua nobis donata est rege- A neratio. Annunciantes laudes Dñi & potentias eius, & mirabilia eius quæ fecit.) Ordo verborum est, Et patres nostri narrauerunt nobis, annunciãtes laudes Domini. Laudatur Dominus vt ametur. Quid enim salubrius amatur? Et suscitauit testimoniũ in Iacob, & legem po-
Psal. 110. suit in Israël.) Hoc est initium, de quo suprà dictũ est,
Prouer. 1. a. Eloquar propositiones ab initio. Initium est ergo vetus
Rom. 10. a. Testamentũ, finis nouũ. Timor enim præualet in lege,
Rom. 5. a. Et initium sapientiæ, timor Dñi. Finis autẽ legis Chri-
1. Ioan. 4. d. stus est ad iustitiã omni credenti, quo donante diffundi- tur charitas in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis, & consummata charitas foras mittit timorem, quoniã nunc sine lege iustitia Dei manifestata est. Sed quoniã testimoniũ habet à lege & prophetis, ideo suscitauit testimoniũ in Iacob, & legem posuit in Israël. Nam & illud quod tam insigni & pleno tantis significationibus opere tabernaculum cõstitutum est, B
Exod 40. a. tabernaculũ testimonij nominatur, in quo erat velamẽ contra arcam legis, sicut velamen contra faciem ministri legis, quia in illa dispensatione parabolæ & propositiones erant. Ea quippe quæ prædicabantur & faciebant, velatis significationibus condebãtur, & non re-
2. Cor. 3. d. uelatis manifestationibus cernebantur. Cùm autẽ trã-
2. Cor. 1. d. sierit ad Christum, ait Apostolus, auferetur velamen. Quotquot enim sunt promissiones Dei, in illo erant. Quisquis igitur Christo adhæret, totũ bonũ quod etiã in literis legis nõ intelligit habet, quisquis autẽ est alienus à Christo, nec intelligit, nec habet. Suscitauit ergo testimoniũ in Iacob, & legẽ posuit in Israël. More suo repetit. Nã quod est, suscitauit testimoniũ, hoc est legẽ posuit: & quod est, in Iacob, hoc est, in Israël. Nã sicut ista duo nomina sunt hominis vnius, ita lex & vetus testimonium duo sunt nomina rei vnius. Interest aliquid,
Genes. 25. d. ait quispiã, inter suscitauit & posuit? Ita sanè, quemad- & 32. f. modum interest etiam inter Iacob & Israël, non quia C erant duo homines, sed eadẽ duo nomina diuersis cau- sis vni homini sunt imposita, Iacob propter supplantationem, quoniam nascentis tenuit plantam fratris: Israël autẽ propter visionẽ Dei. Sic aliud est suscitauit, aliud posuit. Nã suscitauit testimoniũ, quantũ existimo,
Rom. 7. b. dictum est, quòd illo aliquid suscitatum est. Sine lege enim, ait Apostolus, peccatum mortuum est: ego autem viuebam aliquando sine lege. Adueniente autem mãdato, peccatum reuixit. Ecce quod suscitatum est per
Ibidem. testimonium, quod est lex, vt appareat quòd latebat, sicut paulò pòst dicit: Sed peccatum vt apparcat peccatum, per bonum mihi operatum est mortẽ. Posuit autẽ
1. Tim. 1. b. legem, dictum est, tanquã iugum peccatoribus. vnde dicitur: Quia iusto nõ est lex posita. Testimoniũ est igitur inquantũ aliquid probat, lex autẽ inquantum iubet,
Psal. 117. cùm sit vna eadẽmq. res. Quocirca sicut lapis Christ⁹, sed credentibus in caput anguli, nõ credentibus autem lapis offensionis & petra scandali, ita testimoniũ legis eis qui legẽ nõ legitimè vtuntur, testimoniũ est quo cõuincãtur puniendi peccatores, his verò qui ea legitimè vtuntur, testimonium est quo demonstratur ad quem
1. Pet. 1. b. liberandi confugere debent peccatores. In eius enim gratia est iustitia Dei, testimonium habens à lege &
Rom. 10. a. prophetis qua iustificatur impius, quã quidã ignorãtes, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quanta, inquit, mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera? Filij qui nascentur & exurgent, & narrabunt filiis suis: Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operũ Dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & amaricans. Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cũ Deo spiritus eius.) Hæc verba indicant duos quodammodo populos, alterum ad vetus, alterum ad nouum Testamentum pertinentẽ, nam quod ait, Quatãta mandauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis, mandata eos accepisse dixit, nota ea facere filiis suis, non tamẽ eos agnouisse aut fecisse: sed ad hoc acceperũt ipsi, vt cognoscat generatio altera, quod illa nõ cognouit. Filij qui nascẽtur & exurgent. Nã illi qui nati sunt, non exurrexerunt: quia non sursum cor, sed in terra potius habuerunt. Cũ Christo enim exurgitur. vnde dictũ est: Si exsurrexistis Coloss. 3. a. cum Christo, quæ sursum sunt sapite. Et narrẽt, inquit, filiis suis, vt ponant in Deo spem suam. Ita enim nõ suã Rom. 10. a. iustitiam iusti volunt constituere, sed reuelant ad Deũ Psal. 36. viam suam, & sperant in eum, vt ipse faciat. Et nõ obliuiscantur operũ Dei, magnificando scilicet & iactãdo opera sua tanquam ipsi faciant, cùm Deus sit qui ope- Philip. 2. b. ratur in eis qui bona operantur, & velle & operari pro bona voluntate. Et mandata eius exquirant. Cùm iam ea didicerint, quomodo exquirant? Quanta enim, inquit, mãdauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera? Quid cognoscat? Vtique mandata quę mandauit. Quomodo ergo adhuc exquirant, nisi quia ponendo in Deo spem suam? Tunc mandata eius exquirant, vt ab eis illo adiuuante compleantur: Ne fiant sicut patres eorũ generatio praua & amaricans, generatio quæ non direxit cor suũ. Et dicit, quare continuò subiungendo, Et nõ est creditus cum Deo spiritus eius: Id est, quia nõ habebat fidẽ quæ impetrat quod lex imperat. Quando enim cum spiritu Dei operãte spiritus hominis cooperatur, tunc quod Deus iussit impletur: & hoc non fit, nisi credẽdo in eum qui iu- stificat impium. Quam fidem nõ habuit generatio pra- Rom. 4. d. ua & amaricans, & ideo de illa dictum est: Non est creditus cum Deo spiritus eius. Multo enim hoc expres- Psal. 77. sius dictum est, ad significandam gratiam Dei, quæ nõ solùm operatur remissionem peccatorũ, sed etiã cooperantem sibi facit hominis spiritum in opere bonorũ factorũ quasi diceret: Non credidit Deo spiritus eius. Hoc est enim habere cum Deo creditũ spiritum: non credere spiritum suum posse facere sine Deo iustitiam, 3. sent. dist. 31. aliud est, sed cũ Deo. Hoc est enim credere in Deum, quod vti- que plus est quàm credere Deo. Nam & homini cuilibet plerunque credendũ est, quamuis in eũ non sit credendũ. Hoc est ergo credere in Deũ, credendo adhærere ad bene cooperandũ bona operanti Deo: Quia si- Ioan. 15. c. ne me, inquit, nihil potestis facere. Quid autẽ plus hinc Apostolus dicere potuit quã quod ait, Qui autem ad- 1. Cor. 6. d. D haeret Deo, vnus spiritus est? Alioquĩ lex ista testimoniũ est quo damnetur, nõ quo absoluatur reus. Litera enim est minax quæ conuincat præuaricatores, non spiritus adiuuans qui liberet & iustificet peccatores. Generatio ergo illa cuius exẽplũ cauendũ est, ideo praua & amaricans fuit, quia nõ est creditus cum Deo spiritus eius: quia etsi aliqua credidit Deo, non tamen credidit in Deum. Non ex fide adhæsit Deo, vt sanata à Deo bene cooperaretur operanti in se Deo. Denique, Filij Ephrem intendentes & mittentes arcus, conuersi sunt in die belli.) Persequentes legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenerunt. Quare? Quia non ex fide. Ge- Rom. 9. g. neratio enim erat cuius spiritus cum Deo creditus non est, sed tanquam ex operibus: quia non sicut tetendit misit arcus quod foris appareret. Tanquã in operibus legis, ita direxit & cor, vbi iustus viuit ex fide quæ per Rom. 1. b. dilectionẽ operatur, qua inhæretur Deo, qui operatur Galat. 5. a. in homine & velle & operari pro bona voluntate. Nã Philip. 2. b. quid est aliud tendere arcus, & mittere, & conuerti in die belli; nisi attẽdere & promittere in die auditionis, &

deserere in die tentationis, armis quasi proludere, & ad horã certaminis nolle pugnare? Quod sanè ait tendẽtes & mittẽtes arcus, cùm debuisse dicere videatur, tendentes arcus, & mittentes sagittas, non enim arcus mittitur, sed ab arcu aliquid mittitur: aut illa locutio est de qua superius disseruimus, vbi dictũ est, Suscitauit testimoniũ; quia suscitauit aliquid testimonio; ita & hic mittentes arcus, quia miserunt aliquid arcubus: aut obscurus ordo verborum est cum prætermissione verbi, quod etiã tacitũ subaudiendum est, vt iste ordo sit: Filij Ephrem intẽdentes arcus & mittentes, & subaudiatur sagittas, plenúsq. fit sensus, tendentes arcus, & mittentes sagittas: quia etiã si diceret, tendentes arcus & mittentes sagittas, nõ vtique tendentes sagittas intelligere deberemus, sed audito eo quod dixit, tendẽtes, subaudire potius arcum, quamuis dictũ nõ fuerit. Nõnulli sanè codices Græci habere dicuntur, tendentes & mittentes arcubus, vt sine dubitatione subaudiamus sagittas. Quod verò per filios Ephrem vniuersam illam generationem amaricantem intelligi voluit, locutio est à parte totum significans. Et ideo fortasse electa est ista pars, ex qua totus ille populus significaretur, quia de his potissimum boni aliquid expectandũ fuit, quia ex illo nati sunt, quẽ nepotem suũ Iacob, quamuis à patre eius tanquã minorẽ ad sinistrã constitutũ, manu tamen dextera benedixit, cumq. maiori fratri arcana benedictione præposuit; vt quod ita hoc loco tribus illa culpatur, nec apparuisse in ea quod illa benedictio promittebat ostenditur, satis intelligamus quod etiam tũc ex verbis Patriarchæ Iacob lõgè aliud figurabatur, quã prudentia carnis expectat. Figurabatur enim quòd futuri essent nouissimi qui erant primi, & primi futuri essent qui erãt nouissimi, per Saluatoris aduentũ, de quo dictum est: Qui post me venit, ante me factus est. Sic Abel iustus maiori prelatus est fratri, sic Hismaël Isaac, sic Esau cõgemino suo, sed tamẽ prius nato, ipse Iacob: sic Phares & ipse cõgemino suo, qui prius manũ ex vtero miserat, & cœperat nasci, & iam nascendo præcessit. Sic Dauid maioribus prælatus est fratribus: & propter quod istæ omnes atque aliæ similitudines non solùm dictorum sed etiam factorum parabolæ præcesserunt: Sic populo Iudæorũ prælatus est populus Christianus, pro quo redimẽdo quemadmodũ Abel à Cain, sic à Iudæis occisus est Christus. Hoc præfiguratũ est eũ etiã cùm Iacob decussatim porrectis manibus, dextera tetigit Ephrem ad sinistrã constitutum: cũmque præposuit Manasse ad dexterã constituto, quẽ sinistra ipse tangebat. Nam secundũ carnem filij Ephrem intendentes & mittentes arcus, conuersi sunt in die belli. Quid sit autem quod ait, Cõuersi sunt in die belli, consequẽtia docent, quibus id apertissimè exposuit: Non custodierũt, inquit, testamentũ Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.) Ecce quid est, Cõuersi sunt in die belli: non obseruauerunt testamentũ Dei. Vbi arcus tendentes & mittentes, etiã promissionis verba promptissimè protulerunt dicentes: Quæcunque locutus est Dñs Deus nostter, audiemus & faciemus. Cõuersi sunt in die belli, quia promissionẽ obedientiæ, nõ auditio, sed tentatio probat. Cuius est autẽ cum Deo spiritus creditus, fidem tenet Deũ, qui non cum permittet tentari super id quod potest: sed faciet cum tentatione etiam exitũ, vt possit sustinere, ne conuertatur in die belli. Qui autẽ in se, nõ in Deo gloriatur, quantumnis iactet pollicitationem virtutis suæ, velut tendens & mittẽs arcus, cõuertitur in die belli. Quia enim nõ est creditus cũ Deo spiritus eius, non est cum illo etiam spiritus Dei: Et sicut scriptum est, quia non credidit, ideo non protegetur. Quòd verò cùm dixisset, Non obseruauerunt testamentũ Dei, adiecit & ait: Et in lege eius noluerunt ambulare: repetitio est superioris sententiẽ, cum quadã eius expositione. Hoc enim appellauit legẽ eius, quod supra dixerat testamentum Dei, vt illud quod dictum est, non custodierunt, repetitum intelligatur, in eo ambulare noluerunt. Sed cùm breuius dici posset, Et in lege eius noluerunt ambulare: non nihil mihi videtur in hoc verbo nos quærere voluisse quod maluit dicere, noluerunt ambulare, quàm, non ambulauerunt. Poterat enim putari lex operũ quasi sufficere ad iustificationem, cùm ea quæ præcipiuntur forinsecus fiunt ab eis hominibus, qui mallent nõ præcipi quæ non ex corde faciunt, & tamen faciunt, ac per hoc quasi videtur ambulare in lege Dei, sed nolunt ambulare: non enim ex corde faciunt. Ex corde autẽ nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, nõ dilectione iustitiæ. Nam quantum attinet ad facta quæ forinsecus aguntur, & qui timent pœnam, & qui amant iustitiam, non furantur: & ideo pares sunt manu, dispares corde, pares opere, dispares voluntate. Ideo illic sic notati sunt: Generatio, inquit, quæ non direxit cor suum. Non dictum est opera, sed cor. Recto enim corde, recta sunt opera. Cum autẽ cor rectũ non est, opera recta non sunt, etiã si recta videantur. Et vnde cor non direxit praua generatio, satis aperuit, cùm ait: Et non est creditus cũ Deo spiritus eius. Rectus est enim Deus: & ideo rectè adhærens, tanquam incõmutabili regulæ, potest fieri rectum quod in se fuit prauum cor hominis. Vt autem cor cũ illo sit, & per hoc rectum esse possit: accedit ad eum, non pede, sed fide. Ideo dicitur etiam in Epistola ad Hebræos de illa ipsa generatione praua & amaricante: Nõ profuit sermo auditus illis, nõ contemperans fidei eorũ qui obaudierunt. Voluntas igitur quæ est in corde recto, paratur à Domino: fide præcedente, qua accedit ad Deum directum, vt cor fiat rectum. Quæ fides præueniente & vocante misericordia Dei, per obediẽtiam suscitatur, & applicare incipit ad Deum cor vt dirigatur, & quanto magis magísque dirigitur, tanto magis videt quod non videbat, & valet quod nõ valebat. Hoc nõ fecerat Simõ, cui Petrus apostolus dixit: Non est tibi pars neque sors in hac fide, cor enim tuum non est rectum cum Deo. Ibi enim ostendit, quia nõ potest esse rectum sine Deo, vt incipiãt homines non tanquã serui sub lege ambulare metuentes, sed in lege tãquam filij volentes, in qua illi ambulare noluerunt, & sub illa rei remanserunt. Hanc enim voluntatem nõ timor, sed charitas habet: quæ diffunditur in cordibus credentiũ per Spiritum sanctũ. Quibus dicitur: Gratia saluj facti estis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, sed Dei donum est, nõ ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentũ creati in Christo Iesu, in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus: non quomodo isti qui in lege eius noluerunt ambulare, nõ credẽdo in eum, neq. viam suã reuelando ad eum, & sperando in eum vt ipse faceret: Et obliti sunt beneficiorum eius, & mirabiliũ eius quæ ostendit eis: Corã patribus eorum fecit mirabilia.) Quid sit hoc, nõ est quæstio negligenda. De ipsis patribus paulò antè dicebat, quòd fuisset generatio praua & amaricans. Ne fiant, inquit, sicut patres eorũ generatio praua & amaricãs, generatio quæ nõ direxit cor suum, & cætera quæ adhuc de ipsa generatione dicuntur, cuius imitationẽ eo modo cauendam præcipit alteri generationi, vt ponant in Deo spẽ suam, & non obliuiscãtur operum Dei, & mãdata eius exquirant: de quibus iam satis quod visum est disseruimus. Quid sibi ergo vult cũ de ipsa generatione praua loquatur, quomodo obliti sunt beneficiorum Dei, & mirabilium eius quæ ostendit eis, quod

Gen. 48. a.
Matt. 20. b.
Ioan. 1. d.
Gen. 4. a. & 21. a. & 25. d
Gen. 38. g.
1. Reg. 16. c.
Genes. 4. b.
Genes. 48. b
Exod. 19. b.
1. Cor. 10. d
1. Cor. 1. d.
Eccl. 2. b.
Hebr. 4. a.
Act. 8. d.
Rom. 5. a.
Ephes. 2. b

addidit

addidit & dicit: Corã patribus eorum fecit mirabilia.) Quibus patribus, cùm ipsi sint patres eorum, quorũ nõ vult esse posteros similes? Si illos acceperimus ex quib. isti nati erant, velut Abraham, Isaac & Iacob, iam olim dormierant, quando mirabilia Deus ostendit in Ægypto. Sequitur enim: In terra Ægypti, in campo Thaneos.) Vbi dicit ostendisse Deum istis mirabilia coram patribus eorum. An fortè spiritu præsentes erant? quia de ipsis Dominus in Euangelio ait: Oẽs enim illi viuũt. An accõmodatiùs accipimus patres Moysen & Aarõ, aliósque seniores qui cõmemorantur in eadẽ scriptura etiam spiritum accepisse, vnde acceperat & Moyses, vt eum adiuuarent ad eundem populum regendum ac ferendum? Cur enim non appellarẽtur patres? Non sicut Deus pater vnus est qui regenerat Spiritu sancto quos facit filios ad æternam hæreditatem, sed honoris gratia propter ætatem curamque pietatis; sicut Paulus senior dicit: Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo, cũ sciret vtique à Domino dictum: Ne vobis dicatis patrem in terra; vnus est enim pater vester Deus. Quod non ideo dictum est, vt hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur, sed ne gratia Dei qua in æternam vitam regeneramur, naturæ, vel potestati, vel etiam sanctitati cuiusquam hominis tribueretur. Ideo cùm diceret, Ego vos genui, prædixit, in Christo & per Euãgelium, ne ipsius putaretur esse quod Dei est. Ergo illa generatio praua & amaricans, obliti sunt beneficiorum Dei, & mirabilium eius quæ ostendit eis corã patribus eorum, quæ fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Thaneos. Et incipit eadem mirabilia commemorando retexere. Quæ si parabolę sunt & propositiones, profectò ad aliquid† cõparandum referendæ sunt: Nec oculum intentionis debemus auferre ab eo quod Psalmus iste intendit ostendere, hunc esse fructum omnium quæ dicuntur, & quare admoniti sumus hæc intẽtissimè audire; Deo dicente: Attẽdite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei, vt ponamus in Deo spem nostram, & ne obliuiscamur operũ Dei, & mãdata eius exquiramus, ne fiamus sicut illi patres, generatio praua & amaricans, generatio quæ cor nõ direxit suum, & nõ est creditus cũ Deo spiritus eius. Ad hoc ergo omnia referẽda sunt, ac per hoc quicquid figurata actione ista significant; ita fieri possunt spiritaliter in homine, vel gratia Dei si bona sunt, vel iudicio Dei, si mala sunt, sicut illa bona facta sunt in Israëlitas, vel mala & in ipsos & in eorum inimicos. Quæ si non obliuiscamur, sed in Deo spem nostrã ponamus, nec ipsius gratiæ simus ingrati, cũmq. timeamus, non timore seruili, quo sola mala corporalia formidantur, sed timore casto permanente in seculum seculi, qui timor magnam esse iudicat pœnam priuari luce iustitiæ, non efficiemur tanquam patres illi generatio praua & amaricans. Terra itaque Ægypti in figura intelligenda est huius seculi. Campus Thaneos planicies est mandati humilis. Nam mandatũ humile interpretatur Thanis. In hoc ergo seculo humilitatis mãdatum suscipiamus, vt in alio seculo exaltationem, quam promisit qui propter nos hic factus est humilis, accipere mereamur. Nam qui dirupit mare, & traiecit eos, statuit aquas quasi in vtres.) Vt sic staret vnda tanquam fuisset inclusa, potest per suam gratiam cohibere fluida & labentia concupiscentiarum carnalium, cùm huic seculo renunciatur, vt tanquam inimicis peccatis omnibus perdeletis fidelium populus per sacramentũ baptismatis traiiciatur. Qui deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.) Potest etiam spiritaliter dirigere itinera, si ad eũ clamet fides: Itinera mea dirige secundùm verbum tuũ, de quo alibi dicitur: Ipse eũ rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace perducet per Iesum Christum Dominũ nostrum, cuius in hoc seculo tanquam in die sacramentum manifestatũ est in carne, velut in nube, in iudicio verò tanquam in terrore nocturno, quia tũc erit magna tribulatio seculi tanquàm ignis, & lucebit iustis, & ardebit iniustis. Qui dirupit in deserto petrã, & adaquauit eos sicut in abysso multa: Et eduxit aquã de petra, & deduxit tanquam flumina aquas.) Potest vtique sitienti fidei donum Spiritus sancti quod illa res gesta spiritaliter significabat infundere, de spiritali sequente petra, qui est Christus, qui stabat & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me; &: Qui biberit de aqua quam ego dabo, flumina aquæ viuæ fluẽt de ventre eius. Hoc enim dicebat, sicut in Euãgelio legitur, de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Ad quẽ velut virga lignum passionis accessit, vt emanaret credentibus gratia. Et tamen illi, tãquam generatio praua & amaricans: Apposuerũt adhuc peccare ei.) Id est, non credere. Nam hoc est peccatum, de quo arguit spiritus mundum, sicut Dominus dicit: De peccato quidem, quia non crediderunt in me. Et exacerbauerunt altissimum in siccitate.) Quod alij codices habẽt, in inaquoso. Quod de Græco est expressius, nec aliud quàm siccitatem significat. Vtrum in alia eremi siccitate, an potius in sua? Quia licet bibissent de petra, non ventres, sed mentes aridas habebant, nulla virentes fœcunditate iustitiæ. In qua siccitate magis fideliter Deo supplices esse debuerant, vt qui satiatatẽ donauerat faucibus, æquitatem donaret & moribus. Ad eum quippe fidelis anima clamat: Oculi mei videant æquitatem. Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis.) Aliud est petere credẽdo, vt aliud tentando. Denique sequitur: Et detraxerunt de Deo, & dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mẽsam populo suo?) Non credentes ergo petierunt escas animabus suis. Nõ sic Apostolus Iacobus escam mentis præcepit postulari, sed à credentibus eam peti admonet, non à tentantibus atque detrahentibus Deo. Si quis autem vestrũm, inquit, indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Hanc fidem non habebat generatio quæ cor non direxit suum, & non erat creditus cum Deo spiritus eius. Propter hoc audiuit Dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israël.) Exposuit quid ignem dixerit. Iram quippe appellauit ignem, quanquam multos propè etiam ignis accenderit. Quid ergo est quod ait, Audiuit Dominus & distulit? An distulit eos introducere in terram promissionis quò ducebantur, quod intra paucos dies fieri poterat? Sed propter peccata in eremo fuerant cõterendi, vbi & contriti sunt per quadraginta annos. Quod si ita est, distulit ergo populũ, non istos ipsos qui tentantes detrahebant Deo, nam omnes in eremo perierunt, & filij eorum in terrã promissionis ingressi sunt. An distulit pœnam, vt prius satiaret etiam infidelẽ concupiscentiam, ne propterea putaretur iratus, quia hoc ab illo licet tentantes & detrahentes petebant quod facere non posset? Audiuit ergo & distulit vindicare; & posteaquam fecit quod eum illi facere non posse putauerunt, tunc ira ascendit in Israël. Denique vtrumque breuiter positum, deinceps apertè ordinem narrationis exequitur. Quia non crediderunt in Deum, nec sperauerunt in salutare eius.) Namque cum dixisset, quare ignis accensus

Lucæ 20. f.
Num. 11. d
1. Cor. 4. c.
Matth. 23. b
al: comparandæ.
Psal. 118.
Prouer. 4. d
Exo 17. b. d
Ioan. 7. f. & 4. b.
Ioan. 16. b
Psal. 16.
Num. 11. b
Iacob. 1. a

est in Iacob, & ira ascendit in Israël, id est, quia non crediderunt in Deũ, nec sperauerunt in salutare eius, continuò subiiciens quàm euidentibus beneficiis ingrati
Exod. 16. d. Sap. 16. c. fuerunt. Et mãdauit, inquit, nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit: Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. Panem angelorũ manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Transtulit Austrum
Num. 11. b. de cælo, & induxit in virtute sua Africum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenã maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorũ eorũ, circa tabernacula eorũ. Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorũ attulit eis, non sunt priuati à desiderio suo.) Ecce quare distulerat. Quid autẽ distulerat, audiamus. Adhuc esca erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.) Ecce quid distulerat. Prius enim distulit; & postea ignis accẽsus est in Iacob, & ira ascendit in Israël. Distulerat ergo, vt prius faceret quod eum facere nõ posse crediderant; deinde inferret quod eos pati oportebat. Nam si ponerent in Deo spẽ
B suam, nõ solùm eis illa desideria carnis, sed etiã spiritus, implerentur. Qui enim mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panẽ cæli dedit eis, vt panẽ angelorum mãducaret homo, qui cibaria misit eis in abundãtia, vt satiaret incredulos, nõ est inefficax dare credẽtibus verum ipsum de cęlo panem, quẽ manna significabat, qui verè cibus est angelorũ; quod Dei verbum corruptibiles in-
Ioan. 1. b. corruptibiliter pascit, quod vt manducaret homo, caro factum est, & habitauit in nobis. Ipse enim panis per nubes euangelicas vniuerso orbi pluitur; & apertis prædicatorum cordibus tanquam cælestibus ianuis, non murmuranti & tentanti synagogæ, sed credenti & in illo spẽ ponenti ecclesiæ prædicatur. Qui trãstulit Austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africũ, & pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata: Et ceciderunt in medio castrorũ eorum, circa tabernacula eorum: Et manducauerunt, & C saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, nec sunt priuati à desiderio suo. Potest & non tentantiũ, sed credentiũ paruulam fidem, carne editis vocũ signis & per aërem transcurrentibus, tanquã volatilibus pascere; non tamen ab Aquilone venientibus, vbi frigus & caligo præualent, id est, eloquentia quæ huic seculo
al. fauces. † placet, sed transferendo Austrum de cælo. Quò, nisi ad terras? Vt qui in fide sunt paruuli, audiẽdo terrestria
Ioan. 3. b. nutriãtur ad capiẽda cælestia. Si enim terrestria, inquit, dixi vobis, & non creditis; quomodo si cælestia dixero vobis, credetis? Translatus enim erat ille de cælo quodammodo, vbi mente excesserat Deo; vt temperãs eis
1. Cor. 3. a. 2. Cor. 12. b. esset quibus dicebat: Nõ potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Ibi enim audierat ineffabilia verba, quę in terra illi non licebat loqui, per verba sonantia quasi per volatilia pennata. Et inducendo in virtute sua Africum, hoc est, per ventos meridianos
D feruentes & lucentes prædicantium spiritus. Et hoc in virtute sua, ne sibi tribuat Africus quod habet ex Deo. Veniunt autem vltrò isti venti ad homines, & apportãt
al. colligant. eis verba diuinitùs missa; vt in suis sedibus & circa tabernacula sua † colligantur ciusmodi volatilia, & adoret vnusquisque Dominum de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed infidelibus tanquã prauæ & amaricanti generationi, cùm adhuc esca esset in ore ipsorum, ira Dei ascendit in eos. Et occidit in plurimis eorũ.) Hoc est, plurimos eorum; vel sicut nonnulli codices habẽt: Pingues eorum.) Quod quidẽ in Græcis quos habuimus, non inuenimus. Sed si hoc est verius, quid aliud intelligendi sunt pingues eorum, nisi in superbia præualentes, de quibus dicitur: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum? Et electos Israël impediuit.) Erant illic Psal. 72.
etiam electi, quorũ fidei non contemperabatur generatio praua & amaricans. Impediti sunt autem, ne aliquid eis prodessent, quibus paterno affectu consulere cupiebant. Quibus enim Deus irascitur, quid misericordia cõferet humana? An potius simul cum eis compeditos etiam electos intelligi voluit; vt qui mente & vita discernebantur, ad exemplum non iustitiæ tãtùm, sed etiam patientiæ cum illis molestias sustinerent? Nã sanctos cum peccatoribus non ob aliam forsitan causam etiam captiuos ductos esse didicimus, quoniam in Græcis codicibus non ἐνεπόδισεν, quod est impediuit, sed συνεπόδισεν legimus, quod est potius compediuit. Sed generatio praua & amaricãs. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderũt in mirabilibus eius: Et defecerunt in vanitate dies eorum.) Cùm possent, si crederent, dies in veritate sine defectu habere apud eum cui dictum est: Anni tui non deficient. Defecerũt
B ergo in vanitate dies eorum: Et anni eorum cum festi- Psal. 101.
natione.) Festinatur quippe tota vita mortalium, & quæ videtur prolixior, vapor est aliquanto diuturnior. Veruntamen cùm occideret eos, quærebant eum.) Nõ propter ęternã vitam, sed vaporem citius finire metuẽtes. Quærebant ergo eum, nõ vtique ij quos occiderat, sed qui exemplo eorũ occidi timebant. Sic autẽ de illis Scriptura locuta est, tanquam hi Deum quærerent qui occidebãtur, quia vnus populus erat, & tanquã de vno corpore dicitur: Et reuertebantur, & diluculò veniebant ad Deum. Et rememorati sunt, quoniam Deus est adiutor eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.) Sed hoc totum propter acquirenda temporalia bona, & vitanda temporalia mala. Nam qui propter beneficia terrena Deum quærebant, non vtique Deũ, sed illa quærebant, quia eo modo timore seruili, non liberali dilectione Deus colitur. Sic ergo Deus non colitur, hoc enim colitur quod diligitur. Vnde quia C Deus rebus omnibus maior & melior inuenitur, plus omnibus diligendus est vt colatur. Denique hic sequentia videamus: Et dilexerunt eum, inquit, in ore suo, & in lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.) Aliud in lingua eorum, aliud in corde eorum inueniebat, cui secreta hominum nuda sunt, & fine vllo obstaculo quid potius amarent videbãt. Re- Psal. 16.
ctum itaque cor cum Deo est, quando propter Deum quærit Deum. Vnam quippe concupiuit à Domino, Exod. 16.
hanc requiret, vt inhabitet in domo Domini semper, & contempletur eius delectationem. Cui dicit cor fidelium: Saturabor, non ollis carnium Ægyptiorum, nec melonibus & peponibus, & allio & cepis, quæ generatio praua & amaricans etiam pani cælesti præferebat, Psal. 16.
nec manna visibili atque ipsis volatilibus pennatis, sed saturabor, cùm manifestabitur gloria tua. Hæc est enim hæreditas noui Testamenti, in quo illi fideles D habiti non sunt, cuius tamen fides etiam tunc quando velabatur erat in electis, & nunc quando iam reuelata est, non est in multis vocatis. Multi enim sunt vo- Matt. 20. b.
cati, pauci autem electi. Talis ergo erat generatio praua & amaricans, etiam cùm Deum quærere videretur diligens in ore, & in lingua mentiens, in corde autem non recto cum Deo, vbi ea potius diligebat propter quæ Dei adiutorium requirebat. Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non reuertens.) In his verbis multi sibi iniquitatis impunitatem de diuina misericordia pollicentur, etiam si tales esse perstiterint,

terint, qualis generatio ista describitur praua & amari- A
cans, quæ cor nõ direxit suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius: quibus cõsentire nõ expedit. Si enim, vt secundùm ipsos loquar, Deus fortasse nõ perdet nec malos, sine dubio non perdet bonos. Cur ergo nõ potius id eligimus, vbi dubitatio nulla est? Nã qui in lingua sua mentiuntur illi, cùm aliud habeat cor eorum: putant vtique & volunt quando pœnam ęternam talibus comminatur, etiam Deum esse mendacẽ. Sed cùm ipsi eum mentiendo non fallãt, ille verum dicendo nõ fallit. Hæc itaque verba diuinorum eloquiorũ, de quibus sibi generatio praua blãditur, nõ ea deprauet, sicut cor suum: quia & illo deprauato ista recta persistunt. Primò quippe secundùm hoc intelligi potest quod in
Matt. 5. g. Euangelio scriptum est: Vt sitis sicut pater vester qui in cælis est, qui facit oriri solem suũ super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quis enim non videat quãta misericordię patientia malis parcat? Sed ante iudicium. Sic ergo pepercit illi genti, vt non accenderet omnem iram suã ad eam penitus eradicandam atq; finiendam: quod in verbis eius & intercessione pro peccatis eorum Moysi serui eius euidenter apparet, vbi
Exod. 32. c. Deus dicit: Deleam eos, & faciam te in gentem magnã. Ille intercedit, paratior deleri pro ipsis quàm ipsos, sciens apud misericordem se id agere, qui quoniã nullo modo deleret ipsum, etiam illis ipsis parceret propter ipsum. Videamus enim quantum pepercerit, & adhuc parcat. Nã introduxit eos in terrã promissionis: & seruauit eam gentẽ quousque se Christum interficiendo sceleri omnium maximo colligarent. Quòd eos ex illo regno eradicatos per cũcta gentiũ regna disseminauit, non vtique deleuit: sed manet idem populus prolis suc-
Genes. 4. c. cessione seruatus, velut Cain signo accepto, ne quis eum occidat, id est, penitus perdat. Ecce quemadmodũ impletur quod dicitur: Ipse autẽ est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & nõ disperdet eos, & abundauit vt auerteret irã suam, & nõ accendit omnem C iram suam: quia si omnis ira eius, id est, quantum digni
Psal. 100. sunt in eos accẽderetur, Gens illa nulla relinqueretur. Ita Deus cui cãtatur misericordia & iudiciũ, & in isto seculo per misericordiã facit oriri solẽ suum super bo-
Matth. 5. g. nos & malos: & in fine seculi per iudicium ab æterna luce sua separatos, ęternis tenebris punit malos. Deinde ne vim diuinis verbis inferre videamur, & vbi dictũ est: Nõ perdet eos: nos dicamus, sed postea perdet eos: de hoc ipso præsenti Psalmo vsitatissimam scripturæ locutionem aduertamus, vnde ista quæstio multo diligentiùs veriúsque soluatur. Certè de hisipsis loquens paulò pòst, cùm commemorasset, quę propter eos Ægyptij perpessi fuerant, commemorans etiam vltimam plagam: Et percussit, inquit, omne primitiuum in terra Ægypti, primitias laboris eorũ in tabernaculis Cham: D Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto: Et eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare: Et induxit eos in montem sanctificationis suę, montẽ quem acquisiuit dextera eius: Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte distribuit eis terram in funiculo distributionis. Si quis ad hęc verba nobis inferens quæstionem dicat, quomodo eis hæc omnia collata esse cõmemorantur, cùm ipsi non fuerint perducti in terram promissionis, qui ab Ægypto liberati sunt, quoniam illi mortui sunt: quid respondebimus, nisi eos ductos, quia idem ipse populus fuit per successionem filiorum? Sic ergo cùm audiuimus maximè quia futuri temporis verba sunt, Et propitius fiet peccatis eorum, & nõ disperdet eos,
al. auerteret. & abundauit † vt auertat iram suam, & non accendit omnem iram suam: intelligamus in his impletum, de quibus dicit Apostolus: Sic ergo & in hoc tempore re- Rom. 11. b.
liquiæ per electionẽ gratię saluæ factę sunt. vnde etiam dicit: Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nã Ibidem. a.
& ego Israëlita sum ex genere Israël, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebręis. Hos igitur Scriptura præuidit, qui in Christum fuerãt ex isto populo credituri, & accepturi peccatorum remissionem: vsq; ad illud maximum, quo insanientes ipsum medicum peremerunt. Hinc omnino dictum est: Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos, & abundauit vt auerteret iram suã: quia etiam illud remisit, quòd ab eis vnicus filius eius occisus est. Et non accendit omnem iram suã, quia reliquiæ saluę factę sunt. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & nõ reuertens. Ideo eos vocando & miserando per suam gratiam ipse reuocauit, quia per seipsos redire nõ possent. Quomodo enim redit caro spiritus ambulans, & non reuertens, vrgente se in ima malorum atque longinqua pondere meritorum, nisi per electionẽ gratiæ, B
quę non meritis tanquam merces redditur, sed tanquã donum gratis datur, vt iustificetur impius, & redeat Rom. 4. a.
ouis perdita: non tamen in viribus suis, sed in humeris Lucæ 15. d.
reportata pastoris, quæ se perdere potuit dum sponte vagaretur, se autem inuenire non potuit? Nec omnino inueniretur, nisi pastoris misericordia quæreretur. Non enim & ille filius ad hanc ouem nõ pertinet, qui reuersus in semetipsum dixit: Surgam & ibo ad patrẽ meum. Luc. 15. d.
Occulta itaque vocatione & inspiratione etiã ipse quęsitus est & resuscitatus, non nisi ab illo qui viuificat omnia. Et inuentus, à quo, nisi ab illo qui perrexit saluare & quærere quod perierat? Mortuus enim erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Nam & illa non leuis sic soluitur quæstio, quod in Prouerbiis scriptum est, cũ de via iniquitatis Scriptura loqueretur: Omnes qui Prouer. 2. d.
ambulant in ea, non reuertentur. Sic enim dictum est, quasi de iniquis hominibus desperãdum sit. Scriptura verò gratiã commendauit, quia per seipsum homo potest in illa ambulare: nõ potest autem per seipsum redire, nisi gratia reuocatus. Hi ergo praui & amaricantes: Quotiens exacerbauerunt eum in deserto, & in iram concitauerunt eum in inaquoso? Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & sanctum Israël exacerbauerũt.) Eandem illorum infidelitatem repetit, quam superiùs iam commemorauerat. Sed repetendi causa est, vt cõmemorentur plagæ quas inflixit Ægyptiis propter illos: quæ omnia vtiq; recordari debuerunt, neque existere ingrati. Denique quid sequitur? Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.) Et incipit dicere, quæ fecit Ægyptiis. Posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Thaneos: Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & Exod. 7. d.
imbres eorum ne biberent: vel potius, manationes aquarum.) Sicut nõnulli meliùs intelligunt, quod Græcè scriptum est, τὰ ὀμβρήματα, quas Latinè scaturigines dicimus, ab imo aquas ebullientes. Foderũt enim Ægyptij, & sanguinem pro aquis inuenerunt. Misit in Exod. 8. b.
eos cynomyiam, & comedit eos; & ranam, & disperdidit eos. Et dedit ærugini fructum eorum, & labores Psal. 104. Exod. 10. a. Exod. 9. d.
eorum locustæ. Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animarũ Ibidem.
eorum, & iumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primitiuum in terra Aegypti, primitias laborum eorum in tabernaculis Cham.) Hæ omnes Aegyptiorum pœnæ allegorica interpretatione ex-

poni possunt, prout ea quisque intelligere, & rebus ad quas referendę sunt, cõparare voluerit. Quod nos quoque facere tentabimus, tanto aptiùs facturi, quãto magis diuinitùs fuerimus adiuti. Psal. 77. Ad hoc enim Psalmi huius illa verba cõstringunt, vbi dictũ est: Aperiã in parabolis os meũ, eloquar propositiones ab initio. Propter hoc quippe etiã aliqua hic dicta sunt, quæ omnino accidisse Aegyptiis nõ legimus, cùm omnes eorũ plagæ in Exodo diligentissimè ex ordine cõtexantur, vt quoniã id quod ibi nõ dictum est, non frustrà in Psalmo dictum esse certi sumus, neq; id interpretari nisi figuratè possumus, simul intelligamus etiã cætera quę facta esse constat, ob aliquam figuratam significationẽ facta atq; cõscripta. Facit enim hoc scriptura in multis locis propheticorum eloquiorum. Dicit aliquid quod in illa re gesta quam videtur cõmemorare, nõ inuenitur, imò & aliter esse inuenitur, vt hinc intelligatur nõ hoc dicere quod potest putari, sed illud potius quod magis debet aduerti, sicut est illud: Psal. 71. Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Quod in illius Salomonis regno constat nõ esse completum, de quo putari posset iste Psalmus loqui, cùm de Christo Domino loqueretur. In plagis ergo Aegyptiorũ, quæ sunt in libro, qui Exodus nominatur, vbi maximè Scriptura curauit, vt ea quibus afflicti sunt omnia ex ordine dicerentur: non inuenitur, quod habet iste Psalmus: Et dedit ærugini fructus eorũ. Illud etiã quod cùm dixisset, Et tradidit grandini iumenta eorũ, addidit: Et possessionẽ eorum igni. De iumentis grãdine occisis legitur in Exodo: Exod. 9. d. quòd verò possessio eorũ igne cremata sit, omnino non legimus. Quamuis voces & grandines cum igne fierent, sicut tonitrua cum fulgoribus solent, nõ tamẽ scriptum est aliquid traditum igni vt arderet. Denique mollia quę lędere grãdo non poterat, dicuntur nõ esse percussa, id est, duris ictibus læsa, quę postea comedit locusta. Itẽ quod hic dicitur: Et moros eorum in pruina, nõ est in Exodo, multum enim pruina distat à grãdine, nã serenis hyemalibus noctibus pruina terra canescit. Quid ergo ista significent, dicat tractator vt potest: iudicet lector & auditor vt iustũ est. A qua in sanguinem conuersa, mihi videtur significare de rerũ caussis sentire carnaliter. Cynomyia, canini mores sunt, qui nec parentes quãdo nascuntur, vidẽt. Rana, est loquacissima vanitas. Rubigo occultè nocet, quam etiã æruginem nõnulli interpretati sunt, alij caniculã: quod malum cui vitiorum aptiùs comparatur, nisi quod difficillimè apparet, sicuti est multũ de se fidere? Aura est enim noxia, quæ hoc in fructibus latenter operatur, sicut in moribus occulta superbia, quando se quisquam putat aliquid esse, cùm nihil sit. Locusta est malitia ore lædens, infideli scilicet testimonio. Grãdo, est iniquitas res alienas auferens, vnde furta, rapinæ, prædationesq; nascuntur, plus autem vitio suo vastatur ipse vastator. Pruina significatur vitium, quo charitas proximi stultitiæ tenebris velut nocturno frigore cõgelascit. Ignis verò, si non ille hic cõmemoratur, qui erat in grandine ex fulgurantibus nubibus, quoniã hic dixit: Tradidit possessionem eorum igni, vbi eam significat vtique incensam, quod ignis ille fecisse non legitur: immanitatẽ ergo iracundiæ mihi videtur significare, qua & homicidium admitti potest. Morte pecorum figuratum est, quantum arbitror, damnum pudicitiæ. Concupiscentiã quippe qua fœtus exoritur, communem cum pecoribus habemus. Hãc itaque edomitam habere & ordinatã, pudicitię virtus est. Mors primitiuorum, est amissio ipsius iustitiæ, qua quisque humano generi socialis est. Sed siue ita se habeant harum rerum figuratæ significationes, siue aliter melius intelligantur, quem non moueat quòd decem plagis percutiuntur Aegyptij, & decẽ præceptis scribuntur tabulæ, quibus regatur populus Dei? De quibus econtrariò inter se comparãdis, id est, plagis & præceptis, quoniam alibi diximus, expositionem Psalmi huius in his onerare nõ opus est, tãtum admonemus, quia & hic etsi non eodem ordine, decem tamen Aegyptiorum plagæ commemorantur, Exod. 8. b. & 9. d. & 10. c. dum pro his tribus quæ sunt in Exodo, & hic nõ sunt, id est, ciniphes, vlcera, tenebræ, aliæ tres commemorantur, quæ ibi non sunt, id est, rubigo, pruina & ignis, non fulgurum, sed cui dicta est tradita possessio eorum, quod ibi nõ legitur. Satis autem hic expressum est, iudicio Dei fieri hæc in illis per angelos malos, in hoc seculo maligno, tanquam in Aegypto & in campo Thaneos, vbi humiles esse debemus, donec veniat seculum vbi exaltari ex ista humilitate mereamur. Nã & Aegyptus in Hebręa lingua, tenebras vel tribulationes significat, in qua lingua Thanis sicut commemoraui, humile intelligitur esse mandatum. De angelis ergo malis in isto Psalmo, cùm de ipsis plagis loqueretur, sic interpositum est, quod non transitoriè prætereundum est: Misit in eos, inquit, iram indignationis suæ, indignationẽ & irã & tribulationẽ, immissiones per angelos malos. Esse autem diabolum & angelos eius tam malos, vtiq; vt eis ignis præparetur æternus, nullus fidelis ignorat. Sed immitti per eos immissionẽ super quoslibet à Domino Deo, quos hac pœna iudicat dignos, durũ videtur eis qui minus idonei sunt cogitare, quemadmodũ summa Dei iustitia bene vtatur & malis. Quos quidem quãtum pertinet ad eorũ substantiam, quis alius quàm ipse fecit? Sed malos ipse nõ fecit, vtitur tamen eis qui bonus est bene, id est, cõuenienter & iustè, sicut econtrà iniqui creaturis eius bonis vtũtur malè. Vtitur ergo Deus angelis malis, non solùm ad puniẽdos malos, sicuti in istis omnibus, de quibus loquitur Psalmus, sicut 3. Reg. 22. c. in rege Achã, quem fallaciæ spiritus ex Dei voluntate seduxit vt caderet in bello, verumetiam ad probandos & manifestãdos bonos, sicuti fecit in Iob. Quod autem pertinet ad istam materiã corporalem visibiliũ elemẽtorum, puto quòd ea possunt vti angeli & boni & mali, quãtum cuique potestas est, quemadmodũ & homines boni malíque vtuntur talibus, quantũ possunt pro modulo infirmitatis humanæ. Nã & terra vtimur & aqua & aëre & igni, non solùm in necessariis rebus sustentationis nostrę, verumetiã in multis superfluis & ludicris, & mirabiliter artificiosis operibꝰ. Nam innumerabilia quæ appellantur μηχανήματα, his elementis arte tractatis modificantur. Sed † in hæc angelis lõgè amplior est (al. hæc in) potestas & bonis & malis, quãuis vtique maior bonis, sed quantũ Dei nutu atque ordine iubetur aut finitur, sicut & nobis. Neque enim in his omnia quæ volumus possumus. In libro autem fidelissimo legimus diabolũ potuisse etiam de cælo ignem immittere, ad sancti viri tantum pecorum numerum mirabili & horrendo impetu cõsumendum, quod diabolo tribuere nemo fideliũ fortassis auderet, nisi sanctæ Scripturæ authoritate legeretur. Sed ille vir, Dei dono iustus & fortis & piè peritus, nõ ait, Dominus dedit, diabolus abstulit: sed, Iob. 1. d. Dominus dedit, Dominꝰ abstulit, optimè sciẽs diabolũ etiã quod facere de istis elemẽtis poterat, nõ tamen seruo Dei, nisi eius Domino volente ac permittente fuisse factã malitiam diaboli cõfidebat, quoniam quis illa in se probando vteretur, sciebat. In filiis verò diffidentiæ Ephes. 2. a. tanquam in suis mancipiis operatur, quemadmodum homines in pecoribus suis, & illic tamẽ quantum Dei iusto iudicio finitur. (Concord. 2 sent. dist. illud quoque) Sed aliud est, quãdo potestas eius etiam suis, sicut ei placet, tractandis maiore potestate prohibetur, aliud quando ei potestas etiam in eos, qui ab illo alieni sunt, datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit, quod vult, nec sanè facit, si prohibeatur à potestatẽ maiore, de alieno autẽ pecore vt faciat, expectat sibi potestatem dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas quæ fuerat, prohibetur, hic autem quæ non fuerat, tribuitur. Exod. 7. d. Quæ cùm ita sint, si per angelos malos Deus illas plagas inflixit AEgyptiis, nunquid audebimus dicere, & aquam in sanguinẽ per eosdem angelos versam, & ranas per eosdem angelos factas, quorum similia etiam Magi Pharaonis veneficiis suis facere potuerunt, vt angeli mali ex vtraque parte consisterent, hinc illos affligentes, inde fallentes, secundũ iudicium & dispensationem iustissimi & omnipotentissimi Dei iustè vtentis etiam iniquorum malitia? Exod. 8. b. Non audeo dicere. Vnde enim ciniphes facere magi Pharaonis minimè potuerũt? An quia hoc permissi ipsi angeli mali non † sunt? (al. possunt?) An quod verius dicendum est, occulta caussa est, & vires nostræ inquisitionis excedit? Nam si propterea per malos angelos illa Deum fecisse putauerimus, quia pœnæ infligebantur, non beneficia præstabantur, tanquam nemini Deus pœnas irroget per angelos bonos, sed per illos velut militiæ cælestis carnifices, consequens erit, vt etiam Sodomã per malos angelos euersam esse credamus, & malos angelos Abraham & Lot hospitio suscepisse videantur, Gen. 19. a. quod absit vt cõtra scripturas apertissimas sentiamus. Claret igitur, ista hominibus fieri per bonos & malos angelos posse. Quid, aut quando fieri oporteat, me latet, illum verò qui facit, non latet, & cui voluerit reuelare. Veruntamen quantũ nostræ intentioni Scriptura diuina moderatur malis pœnas irrogari, & per bonos angelos sicut Sodomitis, & per malos angelos sicut AEgyptiis legimus, iustos verò corporalibus pœnis ꝑ bonos angelos tentari & probari, non mihi occurrit. Quod verò pertineat ad pręsentem Psalmi huius locũ, si ea quæ mirabiliter de creaturis facta sunt, malis angelis tribuere non audemus, habemus quod eis tribuere sine dubitatione possumus, mortes pecorum, mortes primitiuorum, & illud maximè vnde religata sunt omnia, obdurationem cordis illorum, vt populũ Dei nollent dimittere. Exod. 4. f. Hanc enim iniquissimam & malignissimam obstinationem Deus cũ facere dicitur, non instigando & inspirando, sed deserendo facit, vt illi operentur in filiis diffidentiæ, Ephes. 2. a. Esaiæ 64. b quod Deus debitè iusteq; permittit. Nam & illud quod Esaias propheta dicit, Domine ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propter ea errauimus, & facti sumus sicut immundi oẽs, ea ratione intelligitur. Præcessit enim aliquid vnde Deus iustissimè iratus ab eis suũ lumẽ auferret, vt in peccata quæ nulla tergiuersatione defendi possunt nõ esse peccata, cæcitas humanæ mentis offenderet ab itinere iustitiæ deuiando & errando. Psal. 104. Et quod in alio Psalmo scriptũ de hisipsis AEgyptiis, quod Deus conuerterit cor eorũ vt odissent populum eius, & dolum facerẽt in seruos eius, bene creditur Deus fecisse per illos angelos malos, vt etiã vitiosæ mẽtes filiorũ infidelitatis per eos angelos, quibus eadẽ amica sunt vitia, excitarentur in odiũ populi Dei, atq; ad terrendos & corrigẽdos bonos illa mirabilia sequerentur. Illa etiam mala morum quæ his corporalibus plagis significata esse prędiximꝰ, propter quod dictũ est: Aperiam in parabolis os meũ, per malos angelos exerceri in eos qui illis diuina ęquitate subduntur, conuenientissimè creditur. Rom. 1. c. Neque enim cùm sit quod ait Apostolus: Tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum, vt faciant quæ non conueniunt, non illic mali angeli, tanquam in materia sui operis versantur & gaudent: quibus iustissimè subdita est vitiositas humana, præter eos quos liberat gratia. Et ad hæc quis idoneus? Vnde cùm dixisset, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissionem per angelos malos, illud quod addidit, Viam fecit semitæ iræ suæ, cuius tãdem acies sufficit penetrare, vt intelligat capiatq; sententiam in tanta profunditate latitantem? Erat enim semita iræ Dei, quæ AEgyptiorum impietatem occulta æquitate puniret, sed eidem semitę viam fecit, vt eos tanquam ex abditis per malos angelos in manifesta scelera perducens, in euidentissimos impios euidentissimè vindicaret. Ab hac potestate malorum angelorum non liberat hominem nisi gratia Dei, de qua dicit Apostolus: Coloss. 1. b. Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ, cuius rei populus iste figurã gerebat, cùm esset erutus de potestate AEgyptiorum, & translatus in regnum terræ promissionis fluentis lac & mel, quod suauitatem significat gratiæ. Sequitur ergo post commemorationem plagarum AEgyptiorum Psalmus, & dicit: Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt, & Exod. 14. d inimicos eorum operuit mare.) Tanto fit hoc melius, quanto interius, vbi eruti de potestate tenebrarum in in regno Dei mente transferimur, & secundùm pascua spiritalia efficimur oues Dei, ambulantes in hoc seculo velut in deserto, quoniam nemini est fides nostra conspicua. vnde dicit Apostolus: Coloss. 3. a. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Rom. 8. c. Deducimur autem in spe, quoniam spe salui facti sumus, nec timere debemus. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. f Et inimicos nostros operuit mare, aboleuit in baptismo remissione peccatorum. Deinde sequitur: Et induxit eos in montem sanctificationis suæ.) Quanto melius in sanctam Ecclesiam? Montem quem acquisiuit dextera eius.) Quanto est Ecclesia sublimior quam acquisiuit Christus eius, Esaiæ 53. a. de quo dictum est: Et brachium Domini cui reuelatum est? Et eiecit à facie eorum gentes.) Et à facie fidelium suorum. Nam quodammodo gentes sunt gentilium errorum maligni spiritus. Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.) Et in nobis omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.) In tabernaculis, inquit, gentium habitare fecit tribus Israël. Quod spiritaliter sic melius desiderandum puto, vt ad cælestem gloriam, vnde peccantes angeli eiecti sunt, nos per Christi gratiam subleuemur. Illa enim generatio praua & amaricans quoniam istis beneficiis corporalibus non ponebat tunicam vetustatis: Tentauerunt adhuc & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum.) Pacto enim quodam & placito dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus noster, faciemus & audiemus. Exod. 19. b Notandum sanè quod ait, Quemadmodum patres eorum, cùm per totum Psalmi textum tanquam de hominibus eisdem loqui videretur, apparet tamen nunc de illis dici, qui iam erant in terra promissionis, & patres eorum dictos qui in eremo amaricauerunt. Conuersi sunt, inquit, in arcum prauum.) Vel, sicut alij codices habent, In arcum peruersum.) Quid autem hoc sit, in eo quod sequitur magis apparet, vbi ait: Et in iram concitauerunt eum in collibus suis.) In idololatriam eos prosiluisse significat. Arcus ergo peruersus est, non pro nomine Domini, sed contra nomen Domini, qui dixit eidem populo: Non erunt tibi dij alij præter me. Exod. 20. a. Per arcum autem significat animi intentionem. Hoc ipsum denique Psalmus planius

exprimens, Et in sculptilibus suis, inquit, ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit Deus, & spreuit.) Id est, aduertit & vindicauit. Et ad nihilum redegit nimis Israël.) Deo quippe spernente quid remanserunt, qui Deo adiuuante fuerunt quod fuerunt? Nimirum autem rem istam gestam commemorat, quando victi sunt ab allophylis tempore Heli sacerdotis: & arca [1. Reg. 4. b.] Domini capta est, & magna strage vastati sunt. Hoc est quod dicit, Et repulit tabernaculum Selom, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.) Eleganter exposuit quare repulerit tabernaculum suum, cùm ait, vbi habitauit in hominibus. Cùm ergo digni nõ essent in quibus habitaret: cur non repelleret tabernaculum, quod vtique propter se non instituerat, sed propter ipsos quos iam iudicabat indignos in quibus habitaret? Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.) Ipsam arcam vnde sibi videbantur inuicti, & vnde sibi plaudebant, virtutem & pulchritudinem eorum dicit. Denique & postea malè viuentes, & de templo Domini gloriantes, terret per Prophetam, dicens: Videte quid feci Selom, vbi erat tabernaculum meum. Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis.) Id est, ira. Et virgines eorum nõ sunt lamentatæ.) Quia neque hoc vacabat in hostili metu. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.) [1. Reg. 4. c.] Ceciderunt enim in gladio filij Heli, quorũ vnius vxor viduata, & mox in partu mortua, propter eandẽ perturbationem plangi non potuit honore funeris. Excitatus est tanquam dormiens Dominus.) Videtur enim dormire, quando populum suum dat in manus eorum quos odit, vbi eis dicitur: Vbi est Deus tuus? Excitatus est ergo tanquam [Psal. 41.] dormiens Dominus. Tanquam potens crapulatus à vino.) Nullus hoc de Deo dicere auderet, nisi spiritus eius. Dixit enim, sicut videtur impiis insultantibus quod velut ebrius diu dormiat: quando non tam citò quàm putant, hominibus subuenit. Et percussit inimicos suos in posteriora.) Illos vtique qui gaudebant quòd arcã eius captiuare potuerunt: percussi enim sunt in sedibus suis. Quod eius pœnæ signum mihi videtur, qua quisq; cruciabitur, si in posteriora respexerit, quæ sicut Apo- [Philip. 3. b.] stolus æstimare debet vt stercora. Qui enim sic suscipiũt testamentum Dei, vt veteri vanitate non se exuãt: similes sunt hostib. populi eius, qui arcam testamenti captiuatam iuxta sua idola posuerunt. Et illa quidẽ vetera etiam illis nolentibus cadunt: quia omnis caro fœ- [Esaiæ 40. b] num, & claritas hominis vt flos fœni. Fœnum aruit, & flos decidit, arca autem Domini manet in æternum: secretum scilicet testamenti regnum cælorum, vbi est æternum verbum Dei. Sed illi qui posteriora dilexerunt, ex ipsis iustissimè cruciabuntur: opprobrium enim sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephrem non elegit. Et elegit tribum Iuda.) Non dixit, repulit tabernaculum Ruben, qui fuit primogenitus Iacob, nec eos qui sequuntur, & Iudam nascendo præcedunt, vt illis repulsis, & non electis, tribus Iuda eligeretur. Poterat [Gen. 49. a.] enim meritò dici illos repulsos, quia & in benedictione Iacob qua filios suos benedixit, peccata eorum commemorans grauiter detestatur, quamuis in eis [Exod. 2. b.] tribus Leui sacerdotalis tribus esse meruerit, vnde etiã Moyses fuit. Nec dixit, repulit tabernaculum Beniamin, vel tribum Beniamin non elegit, ex qua rex esse iã [1. Reg. 9. c.] cœperat: nam inde electus fuerat Saul. Vnde ex ipsa vicinitate temporis, quando ille repulsus est atque reprobatus, & Dauid electus, conuenienter posset hoc [1. Reg. 16. c.] dici, nec tamen dictum est: sed eos potissimum nominauit, qui clarioribus meritis videbantur excellere. Nam Ioseph pauit in AEgypto patrem & fratres suos, [Gen. 41. d.] & impiè venditus merito pietatis, castitatis, sapientiæ, iustissimè sublimatus est: & Ephrem maiori fratri aui sui Iacob benedictione prælatus est: & tamen Deus repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephrem non [Gen. 48. d.] elegit. Vbi per hæc præclari meriti nomina, quid aliud quàm vniuersum populum illum vetusta cupiditate à Domino terrena præmia requirentem, repulsum & reprobatum intelligimus: electam autem tribum Iuda, non pro meritis ipsius Iudæ? Longè quippe maiora sunt merita Ioseph, sed per tribum Iuda, quoniam inde extitit Christus secundum carnem, nouum populum Christi illi populo veteri prælatum Scriptura testatur, aperiente Domino in parabolis os suum. Iam vide etiã quod sequitur, Montem Sion quem dilexit.) Ecclesiã Christi melius intelligimus, non propter præsentis tẽporis beneficia carnalia Deum colentem, sed futura & æterna præmia oculis fidei longè speculantem: nam & Sion speculatio interpretatur. Denique sequitur, Et ædificauit sicut vnicorniorum sanctificationem suã.) Vel, sicut quidam interpretes verbum nouum fecerũt, Sanctificium suum.) Vnicornij rectè intelliguntur, quorum firma spes in vnum illud erigitur, de quo dicit alius Psalmus, Vnam petij à Domino, hanc requiram. [Psal. 26.] Sanctificium verò Dei est secundum Apostolum Petrum, intellecta plebs sancta & regale sacerdotium. [1. Pet. 2. b.] Quod verò sequitur, In terra quam fundauit in æternum.) Quod habent Græci codices εἰς τὸν αἰῶνα, vtrũ in æternum an in seculum dicatur à nobis, in Latinorũ interpretum potestate est, quoniam vtrumque significat: & ideo hoc in Latinis codicibus, illud in aliis inuenitur. Habent aliqui etiam pluraliter, id est, in secula: quod in Gręcis quos habuimus, non inuenimus. Quis verò fidelium dubitet, Ecclesiam etiam si aliis abeuntibus, aliis venientibus ex hac vita mortaliter transit, tamen in æternum esse fundatam? Et elegit Dauid seruum suum.) Tribum ergo Iuda propter Dauid. Dauid [1. Reg. 16. c.] autẽ propter Christum. Quo transeunte clamauerunt cæci, Miserere nobis fili Dauid: & continuò misericor- [Matt. 20. d.] diæ eius lumen receperunt, quia verum erat quod clamauerunt. Hoc igitur non transeunter dicit, sed attentè commendat Apostolus scribens ad Timotheum, Memor esto, Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundùm Euangelium meum, in [2. Tim. 2. b.] quo laboro vsque ad vincula tanquam malefaciens, sed sermo Dei non est alligatus. Ipse itaque Saluator secundùm carnem factus ex semine Dauid, figuratur in hoc loco nomine Dauid, aperiente Domino in parabolis os suum. Nec moueat quod cùm dixisset, Et elegit Dauid, quo nomine Christum significauit, addidit: seruum suum, non filium suum. Imò verò hinc agnoscamus, non patri coæternam vnigeniti substantiam, sed formam serui susceptam ex semine Dauid. Et sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum, Pascere Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam.) Ille quidem Dauid, ex cuius semine caro Christi est, ab officio pastorali pecorum, ad hominum regnum translatus est: noster autem Dauid ipse Iesus ab hominibus ad homines, à Iudæis ad gentes, tamen secundùm parabolam ab ouibus ad oues ablatus atque translatus est. Non sunt enim modò in terra illa Ecclesiæ Iudææ in Christo, quæ fuerunt circuncisorum recenti passione, & resurrectione Domini nostri: de quibus dicit Apostolus, Eram autem ignotus faciẹ Ecclesiis Iudeæ, quæ sunt in Christo. Tantum au- [Galat. 1. d.] tem audiebant, quia is qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliquando vastabat,

bat, & in me magnificabant Dominum. Iam hinc illæ ecclesiæ transierunt populorum circuncisorum, ac per hoc in Iudæa, quæ modò in terra est, non est modò Christus. Ablatus est inde, nunc gẽtium greges pascit. Sanè de post fœtantes inde acceptus est. Illæ quippe priores fuerunt tales, de qualibus dicitur in Cantico [Cant. 4. c.] canticorum, vni Ecclesiæ quæ constat ex multis, id est, vni gregi cuius membra sunt multi greges. De talibus ergo ei dicitur: Dentes tui, id est, per quos loqueris, vel per quos in corpus tuum velut manducando cæteros traiicis. Hoc itaque significantes dentes tui, sicut grex detonsarum ascendens de lauacro, quæ omnes geminos creant, & sterilis non est in eis. Deposuerunt enim tunc velut vellera onera seculi, quando ante pedes A- [Act. 2. g. & 4. g.] postolorum venditarum rerum suarum pretia posuerunt, ascendentes de lauacro illo, de quo eos admonet Apostolus Petrus: sollicitos quòd Christi sanguinem [Act. 2. f.] fuderint, & dicit: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra. Geminos autem creauerunt, opera scilicet duorum præceptorum geminæ charitatis, dilectionis Dei, & dilectionis proximi, vnde sterilis non erat in eis. De post has oues fœtantes Dauid noster acceptus, nunc alios greges pascit in gẽtibus, & ipsos Iacob & Israël. Sic enim dictũ est, Pascere Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam. Nõ enim, quia ex gentibus sunt istæ oues, ideo ab illo semine alienatæ sunt, quod est Iacob & Israël. Semen est enim Abrahæ, semen promissionis, de quo ei Dñs di- [Gen. 21. a.] xit, In Isaac vocatur tibi semen. Quod exponens Apo- [Rom. 9. b] stolus, Non, inquit, filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Ex gentibus enim erant fideles, [Galat 3. d.] quibus dicebat: Si autem vos Christi, ergo Abrahę semen estis, & secundùm repromissionẽ hæredes. Quod verò ait, Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suã, more suo Scriptura repetiuit eandem sententiam. Nisi fortè quispiam sic distinguere velit, vt hoc tempore Iacob seruiat, tunc autem sit æterna hæreditas Dei, quãdo videbit Deũ facie ad faciem, vnde Israël nomẽ accepit. Et pauit eos, inquit, in innocentia cordis sui.) Quid illo innocentius, qui vllum peccatum, non solùm à quo vinceretur, sed etiam quod vinceret, non habebat? Et intellectu manuum suarum deduxit eos.) Vel, sicut aliqui codices habent, In intellectibus manuum suarum.) Alius putaret ita congruentius potuisse dici, Innocentia manuum & intellectu cordis. Hic autem qui magis quàm alius quid loqueretur sciebat, cordi maluit adiungere innocentiam, & manibus intelligẽtiam. Illud propterea quantum existimo, quia multi sibi videntur innocentes, qui non faciunt mala, cum timent ne patiantur si fecerint, vellent autem facere, si impunè potuissent. Tales videri possent habere innocentiam manuum, non tamen cordis. Et quæ tandem aut qualis est ista innocentia, si cordis non est, vbi homo factus est ad imaginem Dei? Quod verò ait, In intellectu vel intelligentia manuum suarum deduxit eos, videtur mihi eam dixisse ipse intelligentiam quã fecit in credentibus, Ideo manuum suarum. Facere quippe [al. sicut.] ad manus pertinet. Sed † si sic possunt intelligi manus Dei, quia & Christus sic homo, vt etiam Deus, hoc certè & ille Dauid, de cuius est iste semine, facere non poterat in populo, cui sicut homo regnabat, sed ille hoc [Psal. 118.] facit, cui rectè anima fidelis dicere potest: Intelligere me facito, & perscrutabor legem tuam. Proinde ne ab illo erremus, dum de nostra velut ex nobis sit intelligentia fidimus: eius manibus nos credendo subdamus. Ipse in nobis eam faciat, vt intelligentia manuum suarum nos deducat erutos ab errore, eoq; perducat vbi iam non possimus errare. Hic est fructus populi Dei, attendentis legem Dei, & inclinantis aurem suam in verbo oris eius, vt dirigat in eo cor sursum; & sit cũ illo creditus spiritus eius, ne immutetur in generationem prauam & amaricantem, sed his omnibus sibi annunciatis, non solùm ad præsentem vitam, verumetiam ad æternam, nec tantùm ad recipienda bonorum operum præmia, sed etiam in ipsa bona opera facienda, ponat in Deo spem suam.

IN PSALMVM LXXVIII.

Expositio.

IN titulo Psalmi huius tam breui & simplici immorandum esse non puto: prophetiam verò quam hic præmissam legimus, euidenter scimus impletam. Cùm enim ista canerentur temporibus regis Dauid, nihil tale adhuc contigerat ex aduersitate gentium ciuitati Hierusalem, nec templo Dei, quod nec ædificatum adhuc erat. Post mortem quippe Dauid filium eius Salomonem Deo templum fecisse quis nesciat? Dicitur ergo tanquam preteritum, quod in spiritu videbatur esse futurum. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuã.) Qua loquendi consuetudine etiã illud est prophetatũ de Domini passione: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. & alia quæ in eodem Psalmo ventura velut facta narrantur. Nec illud mirãdum est, quòd Deo ista dicuntur. Non enim † nescien- [al. nescienti.] di indicantur, quo reuelante præsciuntur, sed anima cũ Deo loquitur pietatis affectu, quem nouit Deus. Nam & angeli quæ hominibus nunciant, nescientibus nunciant. Quæ autem Deo nunciant, scienti nunciant, qui illi offerunt orationes nostras, & ineffabili modo de actibus suis æternam veritatem, tanquam legem incõmutabilem consulunt. Et iste ergo homo Dei dicit Deo quod discat à Deo, tanquam discipulus magistro non ignorant, sed iudicanti, ac sic aut probanti quod docuit, aut quod non docuit reprehendenti, maximè quia specie præsenti Propheta eos in se transfigurat, qui tunc futuri essent quando ista veniebant. Solẽt autẽ in oratione dici Deo, quæ vindicans fecerit, & adiũgi petitio, vt iam misereatur & parcat. Hoc modo & hic dicuntur, à quo prædicuntur, tanquam ab eis dicantur quibus acciderunt: & ipsa deploratio atque precatio, prophetatio est, Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuam: Polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrę. Effuderunt sanguinẽ eorum sicut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.) Si in ista prophetia quisquam nostrûm eam vastationem Hierusalem intelligendã putauerit, quę facta est à Tito Imperatore Romano, cùm iam Dominus Iesus Christus post resurrectionem & ascensionem suam prędicaretur in gentibus, non mihi occurrit quomodo dici potuerit iam ille populus hęreditas Dei nõ tenens Christum, quo reprobato & occiso factus est reprobus, qui in eum nec post eius resurrectionem credere voluit, & insuper martyres eius occidit. Ex illo enim populo Israël quicunq. in Christum crediderunt, quibus facta est Christi pręsentatio, & quodammodo promissi redditio salubris atque fructuosa, de quibus & ipse Dominus dicit: Non sum [Matth. 15. c.] missus nisi ad oues quę perierunt domus Israël, ipsi [Rom. 9. b.] ex illis sunt filij promissionis, ipsi deputantur in semine, ipsi pertinent ad hęreditatem Dei. Hinc sunt Io- [Matt. 1. b. Lucæ. 1. c.] seph homo iustus, & virgo Maria quę peperit Christum. Hinc Ioannes Baptista amicus sponsi, & parentes eius Zacharias & Helizabet. Hinc Simeon senex [Lucæ 2. b. c. & 2. d. e.] & Anna vidua, qui Christum non loquentem, sensu

corporis audierunt, ſed adhuc infantem non loquentem, ſpiritu cognouerunt. Hinc beati Apoſtoli. Hinc
Ioan. 1. g. Nathanaël, in quo dolus non erat. Hinc alius Ioſeph
Ioan. 19. g. qui expectabat etiam ipſe regnum Dei. Hinc tanta illa
Luc. 23. g. multitudo quæ præcedebat & ſequebatur iumẽtũ eiº,
Matt. 21. b. dicẽs: Benedictus qui venit in nomine Domini: in qua
erat & congregatio puerorum, in quib. dixit impletũ:
Pſal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ. Hinc
Act. 2. & 4. etiam illi poſt eius reſurrectionẽ, quorũ die vno tria mi
2. & 3. lia, & alio quinq; milia baptizati ſunt, in animam vnã
& cor vnũ cõflati charitatis igne: quorum nemo dice-
Act. 7. g. bat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia.
Hinc ſancti diaconi, quorũ Stephanus ante Apoſtolos
Galat. 1. d. martyrio eſt coronatus. Hinc tot Eccleſiæ Iudææ quæ
in Chriſto erant, quib. erat facie Paulus ignotus, notus
autẽ ſæuitia famoſiſſima, ſed notior Chriſti miſericor-
Gen. 49. d. diſſima gratia. Hinc & ipſe ſecundùm præmiſſam de ſe
prophetiam: Lupus rapax, mane rapiens, & ad veſperũ
diuidens eſcas, id eſt, prius rapiens perſecutor ad mor-
tẽ, poſtea paſcens prædicator ad vitam. Hi erant ex il-
Rom. 11. a. lo populo hæreditas Dei. Vnde & ait ipſe minimus A-
poſtolorum doctor gentium. Dico ergo: Nũquid Deº
repulit plebẽ ſuam? Abſit. Nam & ego Iſraëlita ſum ex
ſemine Iſraël, de tribu Beniamin. Nõ repulit Deus ple-
bẽ ſuã quã præſciuit. Hæc plebs quę ex illa gente Chri-
ſti corpori acceſſit, hæreditas Dei eſt. Nã quod ait Apo
ſtolus, Non repulit Deus plebem ſuam quã præſciuit,
illi Pſalmo vtique reſpondit, vbi ſcriptum eſt: Quoniã
Pſal. 93. non repellet Dominus plebem ſuam. Vbi autẽ ſequi-
tur, Et hæreditatẽ ſuam non derelinquet, ibi euidẽter
apparet, talem plebem eſſe hæreditatem Dei. Vt enim
Rom. 10. d. hoc diceret, & Apoſtolus ſuprà commemorauerat Pro
pheticum teſtimonium de prænunciata futura incre-
Eſaiæ. 65. a. dulitate populi Iſraël: Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem & contradicentem. Hic
ergo ne quiſquam malè intelligens vniuerſum illũ po-
pulum crimine incredulitatis & contradictionis arbi-C
tretur eſſe damnatum, continuò ſubiecit, Dico ergo:
Rom. 11. a. Nunquid repulit Deus plebem ſuã? Abſit. Nam & ego
Iſraëlita ſum ex genere Iſraël, de tribu Beniamin. Hic
oſtendit quam plebẽ dixerit, vtiq; populi prioris, quã
ſi totam Deus repuliſſet atq; damnaſſet, non vtiq; ipſe
Chriſti eſſet apoſtolus, Iſraëlita ex ſemine Abraham,
de tribu Beniamin. Adhibet autem valde neceſſarium
teſtimonium, dicens: An neſcitis in Helia quid dicit
Ibidem. 3. Reg. 19. d Scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduerſus
Iſraël? Dñe, prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuf-
foderũt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam
meam. Sed quid dicit illi reſpõſum diuinũ? Reliqui mi-
hi ſeptem milia virorũ, qui non incuruauerũt genua añ
Baal. Sic ergo & in tempore hoc reliquię per electionẽ
gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Iſtæ reliquiæ ſunt ex illa
Rom. 11. b gente hæreditatis Dei, nõ illi de quibus paulò pòſt di-
cit: Cæteri verò excæcati ſunt. Sic enim ait: Quid ergo? D
Quod quærebat Iſraël, hoc non eſt conſecutus. Electio
autem cõſecuta eſt, cæteri verò excæcati ſunt. Iſta igi-
tur electio, iſtæ reliquiæ, iſta plebs Dei quam nõ repu-
lit Deus, hæreditas eius dicitur. In illo autem Iſraël qui
hoc non eſt conſecutus, illis cæteris excæcatis non e-
rat iam hæreditas Dei, de qua dici poſſet poſt Chriſti
in cælis glorificationem tempore Titi imperatoris,
Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã, & cætera quę
de illius populi & templi & ciuitatis vaſtatione vide-
ntur in hoc Pſalmo eſſe prædicta. Proinde aut ea debe-
mus intelligere, quæ facta ſunt ab aliis hoſtibus, ante-
quam Chriſtus veniſſet in carnem. Non enim erat alia
tũc hæreditas Dei, vbi & prophetæ ſancti erant, quan-
4. Reg. 24. b. c. do facta eſt tranſmigratio in Babyloniam, grauiterque

A gens illa vaſtata eſt, & ſub Antiocho etiam Machabæi
horrẽda perpeſſi, glorioſiſſimè coronati ſunt. Ea quip- 2. Mac. 7. b.
pe dicta ſunt in hoc Pſalmo, quæ ſolent fieri etiã ſtrage
bellorum. Aut certè ſi poſt reſurrectionẽ & aſcenſionẽ
Domini accipienda eſt hic commemorata hæreditas
Dei, ea ſunt intelligenda quæ à cultoribus idolorum &
inimicis nominis Chriſti, Eccleſia eius in tanta marty-
rum numeroſitate perpeſſa eſt. Quanquã enim Aſaph
ſynagoga interpretetur, quæ eſt congregatio, idq. no-
men viſitatius inſederit genti Iudęorum, tamen & Ec-
cleſiam iſtam poſſe dici cõgregationem, & illũ veterẽ
populũ dictũ eſſe Eccleſiam, iam in alio Pſalmo ſatis a-
pertéque monſtrauimus. Hæc igitur Eccleſia, hęc hę-
reditas Dei ex circumciſione & pręputio congregata
eſt, id eſt, ex populo Iſraël, & ex cæteris gentibus per Pſal. 117.
lapidem quem reprobauerunt ędificantes, & factus eſt
in caput anguli, in quo angulo tanquam duo parietes
de diuerſo venientes copularentur. Ipſe eſt enim pax Epheſ. 2. c.
B noſtra, qui fecit vtraque vnum, vt duos cõderet in ſe in
vnum nouum hominem, faciens pacem, & † coaduna- al. cõmu-
ret vtroſque in vno corpore Deo, in quo corpore ſu- tatet.
mus filij Dei, clamãtes, abba pater. Abba propter illorũ Rom. 8. c.
linguam, pater ępter noſtrã. Hoc enim eſt abba, quod Galat. 4. a.
& pater. Vnde Dominus qui dixit, Nõ ſum miſſus niſi Matt. 15. a.
ad oues quæ perierunt domus Iſraël, oſtẽdens illi gẽti
redditam præſentiæ ipſius promiſſionem: ait tamẽ alio
loco, Habeo alias oues, quę nõ ſunt ex hoc ouili, opor- Ioan. 10. d.
tet me & ipſas adducere, vt ſit vnus grex & vnus paſtor;
gentes ſignificans quas erat adducturus, non quidẽ per
ſuam præſentiã corporalem, vt illud verum ſit, Nõ ſum Matth. 15. c.
miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël: ſed ta-
mẽ per Euangeliũ ſuum quod erant diſſeminaturi ſpe- Rom. 10. c.
cioſi pedes annunciantiũ pacem, annunciantiũ bona.
In omnẽ terram enim exiit ſonus eorum, & in fines or- Pſal. 18.
bis terræ verba eorũ. Hinc & Apoſtolus ait: Dico enim
Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fuiſſe circũciſionis propter ve- Rom. 15. b.
ritatẽ Dei ad confirmandas promiſſiones patrũ. Ecce
quod eſt, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt do-
mus Iſraël. Deinde ſubiungit Apoſtolus, Gẽtes autem
ſuper miſericordia glorificare Deum. Ecce quod eſt,
Habeo alias oues, quę nõ ſunt de hoc ouili, oportet me Ioan. 10. d.
& ipſas adducere, vt ſit vnus grex & vnus paſtor. Quod
vtrunque breuiter dictum eſt in eo quod de prophetia
idem Apoſtolus commemorat, Lætamini gentes cum Rom. 15. b.
plebe eius. Iſte ergo vnus grex ſub paſtore vno, hęredi-
tas Dei eſt; non ſolùm patris, ſed etiã filij. Nam filij vox
eſt: Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hęredi- Pſal. 15.
tas mea præclara eſt mihi. Et ipſius hæreditatis vox eſt
apud Prophetam, Domine Deus noſter poſſide nos.
Hanc hæreditatem nõ moriens pater filio reliquit, ſed
ipſe filius eam ſua morte mirabiliter acquiſiuit, cum re-
ſurrectione poſſedit. Si ergo de hac intelligendum eſt
quod in Pſalmi huius prophetia canitur, Deus vene-
runt gentes in hæreditatem tuam, vt veniſſe gentes D
accipiamus in Eccleſiam, non credendo, ſed perſe-
quendo, id eſt, eam inuaſiſſe voluntate delendi atque
omnino perdendi, ſicut tot perſecutionum exempla
mõſtrarunt: oportet vt quod ſequitur, Polluerunt tem-
plũ ſanctum tuũ, non in lignis & lapidibus, ſed in ipſis
intelligatur hominibus, de quibus, tanquam lapidibus
viuis, conſtrui dicit apoſtolus Petrus domũ Dei. Vnde 1. Pet. 2. a.
& apoſtolus Paulus apertiſsimè, Templum, inquit, 1. Cor. 3. d.
Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Hoc itaque templum
perſecutores in his vtique polluerunt, quos ad negan-
dum Chriſtũ, terrendo vel cruciãdo coẽgerunt, atque
vt idolis ſupplicarent vehementer inſtando fecerunt;
quorum multos pœnitẽtia reparauit, atq; ab illa inqui-
natione mundauit. Pœnitentis enim vox eſt: Et à de-
licto

Pſal. 50. licto meo munda me; &, Cor mundũ crea in me Deus, A
& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Iam verò
quod ſequitur, Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cu-
Galat. 4. d. ſtodiam; & ipſa Eccleſia hoc nomine rectè intelligitur,
Eſaiæ 54. a Hieruſalem libera mater noſtra, de qua ſcriptum eſt:
Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe, & exclama, quę
non parturis: quoniam multi filij deſertæ magis quàm
eius quæ habet virum. In cuſtodiam pomorum, quod
dictum eſt, deſertionem intelligẽdam exiſtimo, quam
fecit vaſtitas perſecutionum, id eſt, velut cuſtodiã po-
morum; quia deſeruntur pomorum cuſtodiæ, cùm po-
ma tranſierint. Et certè quando gentilibus perſequen-
tibus, Eccleſia deſerta viſa eſt, in cælestem menſam ſpi-
ritus martyrum, tanquam de horto Dominico multa
& ſuauiſſima poma tranſierunt. Poſuerũt, inquit, mor-
ticina ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus cæli, carnes
ſanctorum tuorum beſtiis terrę. Quod dictum eſt mor-
ticina: hoc repetitum eſt, carnes. Et quod dictum eſt,
ſeruorum tuorum: hoc repetitum eſt, ſanctorum tuo-
rum. Illud tantummodo variatum eſt, volatilibus cæli, B
& beſtiis terræ. Melius ſanè interpretati ſunt qui mor-
ticina poſuerunt, quàm ſicut quidam mortalia. Morti-
cina enim non dicuntur niſi mortuorũ; mortalia verò
etiam viuorum corporum nomen eſt. Cùm ergo, ſicut
dixi, ad agricolam ſuum ſpiritus martyrum velut po-
ma tranſiſſent, morticina eorum & carnes eorum po-
ſuerunt volatilibus cæli, & beſtiis terræ; quaſi quiequã
eorum reſurrectioni deperiret, ex occultis naturæ ſini-
bus totum redintegraturo illo, cui & capilli capitis no-
ſtri numerati ſunt. Effuderunt ſanguinem eorum ſicut
aquam, id eſt, abundanter & viliter, in circuitu Hieru-
Matt. 10. d. ſalem. Si Hieruſalem terrenam vrbem hic accipimus,
eorum ſanguinẽ intelligimus effuſum in circuitu eius,
quos hoſtes extra muros reperire potuerunt. Si autem
Hieruſalem illam intelligimus, de qua dictum eſt, Mul-
ti filij deſertæ magis quàm eius quæ habet virum: cir-
cuitus eius eſt per vniuerſam terram. In ea quippe le-C
Galat. 4. d. ctione prophetica, vbi ſcriptum eſt, Multi filij deſertæ
Eſaiæ 54. a. magis quàm eius quæ habet virum: paulò pòſt ei dici-
tur: Et qui eruit te, Deus Iſraël vniuerſæ terræ vocabi-
tur. Circuitus ergo huius Hieruſalem in hoc Pſalmo
intelligẽdus eſt, quouſque tunc fuerat eadem Eccleſia
dilatata, fructificans & creſcens in vniuerſo mundo.
al. Quando. † Quoniam in omni parte eius perſecutio ſæuiebat, &
martyrum ſtragem, quorum ſanguis ſicut aqua effun-
debatur, cum magnis lucris theſaurorum cæleſtium
faciebat. Quod verò adiunctum eſt, Et non erat qui ſe-
peliret: aut non incredibile debet videri tam magnum
in aliquibus locis fuiſſe terrorem, vt ſepultores ſancto-
rum corporum nulli prorſus exiſterent: aut certè quia
inſepulta cadauera in multis locis diu iacere potuerũt,
donec à religioſis quodammodo furata ſepelirentur. D
Pſal. 115. Facti ſumus, inquit, opprobrium vicinis noſtris.) Ideo
pretioſa non in cõſpectu hominum, à quibus hoc erat
opprobrium, ſed in conſpectu Domini mors ſanctorũ
eius. Subſannatio & irriſio.) Vel, vt quidam interpre-
tati ſunt: Illuſio eis qui in circuitu noſtro ſunt.) Re-
petitio eſt ſententiæ ſuperioris. Nam quod ſuprà dictũ
eſt, opprobrium: hoc repetitum eſt, ſubſannatio & ir-
riſio. Et quod ſuprà dictum eſt, vicinis noſtris: hoc re-
petitum eſt, eis qui in circuitu noſtro ſunt. Proinde ſe-
cundùm Hieruſalem terrenam vicini, & qui in circuitu
gentis eius, vtique aliæ gentes intelligũtur. Secundùm
autem Hieruſalem liberam matrem noſtram, vicini
ſunt & in circuitu eius, inter quos inimicos ſuos habi-
tat Eccleſia in circuitu orbis terrarum. Deinde iam
manifeſtam precẽ fundens, vnde intelligatur ſuperio-
ris afflictionis cõmemoratio non eſſe quaſi indicatio,

ſed deploratio. Vſquequò, inquit, Domine iraſceris
in finem, exardeſcet velut ignis zelus tuus?) Rogat vti-
que ne Deus vſque in finem iraſcatur, id eſt, ne illa tan-
ta preſſura & tribulatio atque vaſtatio vſque in finem
perſeueret: ſed temperet correptionẽ ſuam, ſecundùm
illud quod in alio Pſalmo dicitur: Cibabis nos pane Pſal. 78.
lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in menſura.
Nam quouſque Domine iraſceris in finem: ita dictum
eſt, ac ſi diceretur: Noli Domine iraſci in finem. Et in
eo quod ſequitur, Exardeſcet velut ignis zelus tuus:
vtrunque ſubaudiendum eſt, & quouſque, & in finem.
ac ſi diceretur: Quouſque exardeſcet velut ignis zelus
tuus in finem? Nam ita hic duo iſta ſubaudienda ſunt,
ſicut ſuperiùs vnum illud quod dictum eſt, poſuerunt.
Nam cùm habeat prior ſententia, Poſuerunt morticina
ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: hoc verbũ
poſterior non habet, vbi dictum eſt, Carnes ſancto-
rum tuorum beſtiis terræ: ſed ſubauditur vtique quod
habet ſuperius, poſuerunt. Ira porrò & zelus Dei, non
B ſunt perturbationes Dei, ſicut nonnulli Scripturas
quas non intelligunt, arguunt: ſed nomine iræ intelli-
guntur vindicta iniquitatis, nomine zeli exactio caſti-
tatis: ne anima legem Domini ſui contemnat, & à Deo
ſuo fornicando diſpereat. Hęc ergo ipſo affectu in ho-
minum afflictione ſunt turbulenta: in Dei autem diſ-
poſitione tranquilla ſunt, cui dictum eſt: Tu autem
Domine virtutum cum tranquillitate iudicas. Satis Sa. 12. d.
autem oſtenditur his verbis, propter peccata homini-
bus licet fidelibus has fieri tribulationes, quamuis hinc
floreſcat martyrum gloria merito patientiæ, & piè ſu-
ſtentato in flagello Domini moderamine diſciplinæ.
Hoc Machabæi inter fœuiſſima tormenta, hoc tres viri 2. Mach. 7. b.
inter noxias flammas, hoc Prophetæ ſancti in captiui-
tate teſtantur. Quamuis enim paternam correptionem Dan. 3. c.
fortiſsimè & piiſsimè perferant: non tamen tacent hęc
accidere meritis peccatorum. Horum enim vox eſt &
C in Pſalmis: Emẽdans emẽdauit me Dominus, & mor-
ti non tradidit me. Flagellat enim omnem filium quem Pſal. 117.
recipit. Et quis eſt filius cui non det diſciplinam pater Hebr. 12. b.
eius? Quod verò adiungit, Effunde iram tuam in gen-
tes quæ te non nouerunt, & in regna quæ non inuoca- Hier. 10. b.
uerunt nomen tuum:) Etiam iſta prophetatio eſt, non
optatio. Non maleuolentiæ voto iſta dicuntur, ſed ſpi-
ritu præuiſa prædicantur: ſicut de Iuda traditore, quæ
mala illi fuerant pro ſuis meritis euentura, ita prophe-
tata ſunt, quaſi optata ſint. Quemadmodũ enim
Propheta nõ imperat Chriſto, quamuis modo imperatiuo
pronunciet quod dicit, Accingere gladio tuo circa Pſal. 44.
femur potentiſsime, Specie tua & pulchritudine tua,
& intende, & proſperè procede, & regna: ita nõ optat,
ſed prophetat qui dicit: Effunde iram tuam in gentes
D quæ te non nouerunt. Quod more ſuo repetit, dicens:
Et in regna quæ non inuocauerunt nomen tuum. Nam
gentes per regna repetitæ ſunt. Et quòd eum non no-
uerunt, per hoc repetitum eſt, quòd non inuocaue-
runt nomen eius. Quomodo ergo intelligendum eſt,
quod ait Dominus in Euangelio: Seruus qui neſcit vo- Luc. 12. f.
luntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit
paucis: ſeruus autem qui ſcit voluntatem domini ſui,
& facit digna plagis, vapulabit multis: ſi maior ira
Dei eſt in gentes, quæ Dominum non cognouerunt?
In eo quippe, quod ait, Effunde iram tuam: ſatis hoc
verbo indicauit, quàm multam iram voluerit intelli-
gi. Vnde poſtea dicit: Redde vicinis noſtris ſepties
tantum. An quia multum intereſt inter ſeruos, qui li-
cet neſciant voluntatem Domini ſui, tamen inuocant
nomen eius, & alienos à familia tanti patrisfamiliãs,
qui ſic ignorant Deum, vt nec inuocent Deum? In-

uocant enim pro eo simulacra, vel dæmonia, vel qualibet creaturā; non creatorē, qui est benedictus in secula. Neque enim istos de quibus hoc prophetat, ita nescientes significat sui Domini voluntatē, vt tamē ipsum Dominum timeant: sed ita ipsum Dominū nescientes, vt nec inuocent eum, & inimici nominis eius existant. Multum ergo distat inter seruos voluntatē domini sui nescientes, & tamen in familia eius atque in domo viuentes, & inimicos non solùm ipsum dominū scire nolentes, sed & non eius nomen inuocantes, atque seruos eius insuper oppugnantes. Denique sequitur, Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.) Iacob
Hier. ro. b. quippe figuram gestat Ecclesię, sicut Esau veteris synagogæ. Vnde dictum est: Maior seruiet minori. Potest
Genes. 25. c in hoc nomine intelligi ea de qua loquebamur hæreditas Dei, in quam inuadēdam atque vastandam post resurrectionem & ascensionē Domini gentes persequendo venerunt. Sed locum Iacob quomodo intueamur, intelligendum est. Magis enim locus Iacob illa ciuitas putari potest, in qua erat & templum, quo vniuersam illam gentem sacrificandi & adorādi causa & pascha celebrandi, Dominus præceperat conuenire. Nā si Christianorum conuentus inhabitatos atque compressos à persecutoribus Propheta vellet intelligi, loca desolata videretur dicere debuisse, non locum. Sed possumus accipere pro numero plurali, numerum singularē positum, sicut vestem pro vestibus, militem pro militibus, pecus pro pecoribus. multa enim huiusmodi moris est dici, nec solùm vulgo loquentium, verumetiam disertissimorum autorum eloquentiæ. Nec ab ipsa diuina
Psal. 77. Scriptura hoc genus locutionis alienū est. Posuit enim & ipsa ranam pro ranis, locustam pro locustis, & innumerabilia talia. Quod verò dictum est, Comederunt Iacob; hoc bene intelligitur, quòd multos in suum malignū corpus, hoc est, in suā societatē terrendo transire coëgerūt. Meminit sanè, quamuis illis pro merito pessimæ voluntatis ex ira Dei digna reddenda sint: nō tamen eos aliquid aduersus hæreditatem eius valere potuisse, nisi eam voluisset ipse pro peccatis eius flagellādo emendare. Vnde subiungit, Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.) Non ait præteritarum, quæ possent esse etiam recentiores: sed antiquarū, hoc est, à parentibus venientium. Talibus quippe iniquitatibus damnatio nō correptio debetur. Citò anticipēt nos misericordiæ tuę.) Anticipent vtique ad iudicium
Iacobi. 2. c. tuū. Superexaltat enim misericordia in iudicio, iudicium autem sine misericordia, sed ei qui non fecit misericordiam. Quod autem adiungit, Quia pauperes facti sumus nimis:) Hoc vult intelligi anticipare nos misericordiam Dei; vt nostra paupertas, id est, infirmitas, eo miserante adiuuetur ad eius præcepta facienda, ne ad iudicium eius damnandi veniamus. Ideo sequitur, Adiuua nos Deus salutaris noster.) Hoc verò quod ait, Salutaris noster: satis exponit quam voluerit paupertatem in eo quod dixerat, Quoniam pauperes facti sumus nimis. Ipsa est quippe infirmitas, cui salutaris est necessarius. Cùm verò adiuuari nos vult, nec ingratus est gratię, nec tollit liberum arbitrium. Qui enim adiuuatur, etiam per seipsum aliquid agit. Addidit etiam, Propter gloriam nominis tui Domine libera nos.) Vt
1 Cor. 1. d. qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino glorietur. Et propitius esto, inquit, peccatis nostris propter nomen tuum.) Non propter nos. Nam quid aliud merentur peccata nostra, quàm debita & digna supplicia? Sed propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sic ergo nos liberas, id est, eruis à malis: cùm & adiuuas nos ad faciendā iustitiam, & propitius es peccatis nostris, sine quibus in hac vita non sumus. Quoniā non

A iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Peccatum Psal. 142.
autem iniquitas est. Et si iniquitates obseruaueris, quis 1. Ioan. 3.
sustinebit? Quod autem adiungit, Nequando dicant Psal. 129.
in gentibus, vbi est Deus eorum?) Magis pro ipsis gentibus est accipiendum. Malè enim pereunt qui de Deo vero desperauerunt putātes eum vel non esse, vel suos non adiuuare, nec eis esse propitium. Illud verò quod sequitur, Et innotescat in nationibus coram oculis nostris, Vindicta sanguinis seruorum tuorū qui effusus est:) Vel sic intelligitur, cùm credunt in Deum verum, qui persequebantur eius hæreditatē; quia & ipsa vindicta est, qua perimitur sæua iniquitas eorū gladio verbi Dei, de quo dictum est, Accingere gladio tuo. Vel cùm Psal. 44.
perseuerantes inimici in fine puniuntur. Nā mala temporalia quæ in hoc seculo patiuntur, cōmunia possunt habere cum bonis. Est aliud vindictæ genus, quo Ecclesiæ dilatationē & fœcunditatem in hoc seculo post tantas persecutiones, quibus eam omnino periturā pu-
B tabāt, peccator & incredulus & inimicus videt & irascitur, dentibus suis frendet & tabescet. Quis enim ne- Psal. 111.
gare audeat hanc etiā esse grauissimā pœnam? Sed nescio vtrum satis elegāter accipiatur quod ait, ante oculos nostros, si hoc pœnæ genus intelligamus quod in intimis cordis agitur, & torquet etiam illos qui nobis adulāter arrident, nec à nobis videri potest quid in homine interiore patiātur. Illud autem quod siue eis credentibus iniquitas eorum interimitur, siue in malignitate perseuerātibus, suppliciū nouissimum redditur; sine scrupulo quæstionis intelligitur dictum, Innotescat ante oculos nostros vindicta in nationibus. Hæc quidem, vt diximus, prophetatio est, nō optatio. Sed propter illud quod scriptum est in Apocalypsi, sub ara Dei Apoc. 6. c.
martyres ad Deū clamare & dicere, Quousque Domine nō vindicas sanguinem nostrum, nō est prætereundū quemadmodū accipi oporteat: ne propter exsaturandum odium, credantur sancti desiderare vindictā,
C quod ab eorū perfectione lōgè abest; & tamen scriptū est, Lætabitur iustus, cùm viderit vindictā impiorum, Psal. 57.
manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et apostolus Paulus ait: Non vosipsos vindicātes charissimi, sed Rom. 12. d.
date locum iræ. Scriptū est enim, Mihi vindictā, & ego retribuam, dicit Dominus. Nec ipse itaque præcepit Deut. 32. c.
vt nolint vindicari, sed vt non seipsi vindicantes dent locum iræ Dei, qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et Dominus in Euangelio viduam proponit in Lucæ 18. a.
similitudinem, quæ vindicari desiderans, iudicem interpellabat iniustum; qui eam tandem aliquando non iustitia ductus, sed tædio victus audiuit. Hoc autem Dominus proposuit, vt ostēderet multo magis Deum Apoc. 6. c. a
iustum citò facturum iudicium electorum suorum, qui ad eum clamāt die ac nocte. Inde est & ille sub ara Dei martyrum clamor, vt Dei iudicio vindicentur. Vbi est ergo illud, Diligite inimicos vestros, Benefacite eis Matth. 5. g.
D qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequuntur? Vbi est & illud, Non reddentes malum pro malo, nec maledictū pro maledicto, & Nulli malum pro ma- 1. Pet. 3. b.
lo reddentes? Si enim malum pro malo non est cuiquā reddendum: non solùm factum malum pro facto malo, sed nec votum malum reddendum est pro facto vel voto malo. Reddit autem malum votum, qui etiam si non seipsum vindicat, tamen vt eius inimicum Deus puniat, expectat atque optat. Quapropter cū & homo iustus & homo malus de inimicis suis velint à Domino vindicari, vnde discernentur, nisi quia iustus & magis cupit inimicum suum corrigi quàm puniri, & cùm in eum videt à Domino vindicari, non eius delectatur pœna, quia non eum odit, sed diuina iustitia, quia Deum diligit? Denique si in hoc seculo in eum vindicatur,

dicatur, vel pro illo etiā lætatur, si corrigitur, vel certè A
pro aliis vt eum timeāt imitari. Ipse quoque fit melior: non supplicio illius odia sua pascendo, sed errata emēdando. Ac per hoc de beneuolentia est, non de malitia quòd lętatur iustus, cùm videt vindictam, & manus suas lauat, id est, opera sua mundiora efficit in sanguine; hoc est, in exitio peccatorum: sumens inde nō mali alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum. Si autem in futuro seculo vltimo Dei iudicio vindicatur, hoc ei placet quod Deo: ne bene sit malis, ne piorū præmiis etiā impij perfruantur. Quod vtique iniustum est, & à regula veritatis, quam iustus diligit, alienum. Cùm enim nos ad diligēdos inimicos Dominus hortaretur, exemplū proposuit patris nostri qui in cęlis est:
Matth. 5. g. qui facit solē suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nunquid tamen ideo vel temporalibus correptionibus non emendat, vel pertinaciter duros in fine non damnat? Sic ergo inimicus dili- B
gatur, vt non displiceat Domini iustitia qua punitur: & sic placeat iustitia qua punitur, vt nō de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Maleuolus enim animus cōtristatur, si eius inimicus correctus euaserit pœnam. Et cùm puniri eū videt: vindicari ita se gaudet, vt non iustitia Dei, quem nō diligit, sed illius quem odit, miseria delectetur. Et cū Deo dimittit iudiciū: vt plus noceat Deus quā ipse nocere possit, exoptat. Et cùm dat cibū esurienti inimico, potúmque sitienti, malitiosè sapit,
Rom. 12. d. quod scriptū est: Hoc enim faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Agit enim vt amplius aggrauet, & ei excitet indignationem Dei, quā carbonibus ignis significari putat, nō intelligens illum ignē esse pœnitētiæ vrentē dolore, quousque caput erectū superbia beneficiis inimici ad humilitatem salubrem deponitur, & in bono illius huius malū vincitur. Vnde Apostolus vi-
Ibidem. gilanter adiunxit, Noli vinci à malo, sed vince in bono C
malū. Quomodo autem potest vincere in bono malū,
al. alto. in superficie bonus, & in †abdito malus, qui opere parcit, & corde sæuit, manu mitis, voluntate crudelis? Sic ergo specie poscentis in hoc Psalmo futura in impios vindicta prophetatur, vt intelligamus sanctos homines Dei suos inimicos dilexisse, nec cuiquā voluisse nisi bonū: quod est pietas in hoc seculo, æternitas in futuro. In pœnis autem malorum, nō malis eorum, sed Dei bonis iudiciis fuisse delectatos. Et vbicunque in Scripturis sanctis legūtur in homines odia eorū, odia fuisse vitiorum, quæ ipse etiā vnusquisque hominū odire debet in se, si diligit se. Iā verò quod sequitur, Intret ante conspectum tuum:) Vel, sicut alij codices habent, In conspectu tuo gemitus compeditorum:) Non facilè quisquam repperit coniectos in compedes à persecutoribus sanctos. Et si accidit in tam magna atque multiplici varietate pœnarū, tam raro accidit, vt nō sit credendum hoc in isto versu quod commemoraret potissimum elegisse Prophetam. Sed nimirum compedes sunt infirmitas, & corruptibilitas corporis, quæ aggra- D
uant animam. Per eius enim fragilitatē velut quorundam dolorum molestiarúmque materiam ad impietatem poterat compellere persecutor. Ab his compedi-
Philip. 1. d. bus concupiscebat dissolui Apostolus, & esse cū Christo; manere autem in carne necessarium propter illos quibus Euangeliū ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat in corruptionē, & mortale hoc induat
1. Cor. 15. g. immortalitatem, velut cōpedibus, caro infirma promptum impedit spiritum. Has ergo compedes non sentiunt, nisi qui in semetipsis ingemiscunt grauati, habitaculū quod de cælo est superindui cupientes: quia &
2. Cor. 5. a. mors horrori est, & mærori vita mortalis. Pro his Propheta gemitibus ingemit, vt intret in conspectu Dei

gemitus cōpeditorum. Possunt & illi intelligi cōpediti, qui præceptis sapientiæ colligati sunt, quæ patienter sustentata in ornamenta vertuntur. vnde scriptum est, Iniice pedē tuum in cōpedes eius. Secundùm magni- Eccles. 6. c.
tudinē, inquit, brachij tui, recipe in adoptionem filios mortificatorū.) Vel, sicut in aliis codicib⁹ legitur, Posside filios morte punitorū.) Vbi satis mihi videtur ostēdisse Scriptura, quis fuerit gemitus cōpeditorum; qui pro nomine Christi persecutiones grauissimas pertulerunt, quæ in isto Psalmo apertissimè prophetantur. In diuersis enim passionibus cōstituti orabant pro Ecclesia, ne infructuosus esset posteris sanguis illorū; vt Dominica seges vnde inimici eam putabant periturā, inde feracius pullularet. Filios quippe mortificatorū dicit, qui non solùm non sunt territi præcedentiū passionibus, sed in eum pro cuius nomine passos eos nouerant, exhortante illorum gloria ad imitandū accensi, copiosissimis agminibus crediderunt. ideo dixit: Secundùm magnitudinē brachij tui. Res enim tam magna secuta est in populis Christianis, vt eam qui se aliquid persequēdo proficere putabāt, nullo modo crederent secuturā. Redde, inquit, vicinis nostris septies tantū in sinus eorū.) Non mala optat, sed iusta prænunciat, & futura prophetat. Septenario autē numero, id est, septupla retributione perfectionem pœnæ vult intelligi, quia isto numero plenitudo significari solet. Vnde & illud est in bonis accipiendū, & in hoc seculo septies tantū, quod positū est pro omnibus; quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Vicinos dicit, quia inter illos habitat Ec- 2. Cor. 6. b.
clesia vsque in diem separationis: Non enim modò fit discessio corporalis. In sinus eorū, dicit, vtique nunc in occultis; vt vindicta quæ in hac vita agitur in occulto, pòst innotescat in nationibus ante oculos nostros. Homo nanque cùm datur in reprobū sensum, in interiore sinu accipit suppliciorū meritum futurorū. Opprobriū eorum, quod exprobrauerunt tibi Domine:) Hoc eis redde septuplū in sinus eorū: id est, pro isto opprobrio eos in occultis eorū plenissimè reproba. Ibi enim exprobrauerūt nomē tuū, te arbitrantes in seruis tuis delere de terra. Nos aūt populus tuus.) Generaliter accipiendū de omni genere piorū & verorum Christianorū. Nos ergo quos perdere se posse putauerunt populus tuus, Et oues gregis tui.) Vt qui gloriatur, in Domino glorietur: Confitebimur tibi in seculum.) Alij autē codices habent, Cōfitebimur tibi in æternum. Ex ambiguo Græco facta est ista diuersitas. Quod enim habet Græcus εἰς τὸν αἰῶνα, & in æternum, & in seculū interpretari potest. Sed pro loco intelligēdum quid melius interpretandum sit. Sensus ergo huius loci magis mihi videtur ostendere, in seculum dici oportere; id est, vsque in finem seculi. Sequens autem versus more scripturarum, maximéque Psalmorum, repetitio superioris est ordine commutato, prius habens quod ibi est posterius, & posterius quod ibi est prius. Nam quod ibi
D dictum est, Confitebimur tibi, pro ipso hic dictum est, Annunciabimus laudem tuam. Quod itaque ibi dictū est, In seculum, pro ipso hic dictum est, in generationem. Ista quippe generationis repetitio perpetuitatem significat: siue, vt nonnulli intelligunt, quia duæ sunt generationes, vetus & noua. Sed in hoc fit seculo vtraque. Quoniam qui non renatus fuerit ex aqua Ioan. 3. a.
& spiritu, non intrabit in regnum cælorum. Denique quia in isto seculo annunciatur laus Dei, nam in futuro seculo cùm videbimus eum sicuti est, cui deinceps an- 1. Ioan. 3. a.
nuncietur, non erit. Nos ergo populus tuus, & oues gregis tui, quas persequendo illi crediderunt se posse consumere: Confitebimur tibi in seculum, permanēte vtique Ecclesia vsq; in finē, quā illi delere conati sunt.

In generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.) Quæ laus vt taceretur, nos finire conati sunt. Multis autem iam locis sanctarum scripturarum insinuauimus confessionem etiam pro laude poni: sicuti est illud, Hæc dicetis in confessione: Opera Domini vniuersa quoniam bona valde. maximéque illud quod ait ipse Saluator, qui nullum habebat omnino peccatum, quod pœnitendo confiteretur: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hoc dixi, vt apertius intelligatur, id esse repetitum in eo quod dictum est: Annunciabimus laudem tuam: quod superius dictum erat, Confitebimur tibi.

Eccl. 39. d.

Matth. 11. d

IN PSALMVM LXXIX. ENARRATIO.

NON adeò multa sunt in hoc Psalmo, in quibus sermo noster patiatur difficultatem, vel intentio auditorum intelligendi impedimentum. Proinde adiuuante Domino cum affectu audiendi & videndi iam quæ prophetata & prædicta sunt, tanquam eruditi in schola Christi currere debemus quæ plana sunt: vt si fortè obscura exigunt officium interpretandi, ea quæ plana sunt, legendi officium à me debeant flagitare. Cantatur hic de aduentu Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, & de vinea eius. Sed cantat ille Asaph, quantum apparet, illuminatus atque correctus, cuius nomine nostis significari synagogam. Denique titulus Psalmi est: In finem pro his qui immutabuntur.) Vtique in melius. Quoniam Christus finis legis, ideo venit, vt immutet in melius; & ait: Testimonium ipsius Asaph.) Bonum testimonium veritatis. Denique hoc testimonium, & Christum & vineam confitetur; hoc est, caput & corpus, regem & plebem, pastorem & gregem, & totum omnium scripturarũ mysterium Christum & Ecclesiam. Concludit autem titulus Psalmi: Pro Assyriis.) Assyrij interpretantur, dirigentes. Iam ergo non sit generatio quæ cor non direxit suum, sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus quid dicat in hoc testimonio: Qui pascis Israël intende.) Quid est, qui pascis Israël intẽde? Qui deducis velut oues Ioseph. Inuocatur vt veniat, expectatur vt veniat, desideratur vt veniat. Ergo dirigentes inueniat: Qui deducis, inquit, velut oues Ioseph. Ipsum Ioseph velut oues, ipse Ioseph oues sunt, & ipse Ioseph ouis est. Audito Ioseph, quanquam & interpretatio eius nominis multũ iuuet, significat enim augmentum: & ideo vtique venit ille, vt mortificatum granum multipliciter surgeret, hoc est augeretur populus Dei: tamen ex eo quod iam nostis contigisse Ioseph, veniat in mentem à fratribus vẽditus, veniat à suis exhonoratus, apud alienigenas exaltatus & intelligetis in cuius grege esse debeamus, simul cũ illis qui iam dirigunt cor suum, vt lapis reprobatus ab ædificantibus fiat in caput anguli, tenens duos parietes de diuerso venientes, sed in angulo cõcordantes.

Rom. 10. a.

Ioan. 12. d.

Genes. 37. f.

Genes. 42. b

Matth. 21. d.

Isa. 17.

Qui sedes super Cherubim.) Cherubim sedes est gloriæ Dei, & interpretatur plenitudo scientiæ: Ibi sedet Deus in plenitudine sciẽtiæ. Licet intelligamus Cherubim sublimes esse cęlorũ potestates atq; virtutes: tamẽ si vis, eris Cherubim. Si enim Cherubim sedes est Dei, audi quid dicat Scriptura: Anima iusti, sedes est sapiẽtiæ. Quomodo, inquis, ero plenitudo sciẽtiæ? Quis hoc implet? Habes vnde impleas: Plenitudo legis charitas. Noli per multa ire atque distẽdi. Terret te ramorũ diffusio: radicẽ tene, & de magnitudine arboris noli cogitare. Sit in te charitas, & necesse est plenitudo scientiæ consequatur. Quid enim nescit qui charitatẽ scit? Quãdoquidem dictum: Deus charitas est. Qui sedes super Cherubim appare.) Ideo enim erraui mus, quia nõ apparebas. Appare: Coram Ephrem & Beniamin & Manasse.) Appare, inquam, coram gente Iudæorum, coram populo Israël. Ibi enim Ephrem, ibi Manasses, ibi Beniamin. Sed interpretationẽ videamus: Ephrem fructificatio, Beniamin filius dexteræ, Manasses oblitus. Appare enim coram fructificato, coram filio dexteræ: appare coram oblito, vt iam non sit oblitus, sed venias illi in mentem qui liberasti. Si enim gentes cõmemorabuntur, & cõuertentur ad Dominum vniuersæ fines terræ: populus ipse de Abraham veniens, non habuit parietẽ suum qui gaudeat in angulo, cùm scriptum sit: Reliquiæ saluæ fient? Excita potẽtiam tuam.) Nam infirmus eras, quando dicebatur: Si filius Dei est, descendat de cruce. Nihil valere videbaris. Præualuit super te persecutor: demonstrasti hoc antea, quia & Iacob ipse præualuit angelo in luctando. Quando, nisi vellet angelus? Et præualuit homo, & victus est angelus, & victor homo tenet angelum, & dicit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Magnum sacramentum. Et stat victus, & benedicit victorem. Victus, quia voluit: carne infirmus, maiestate fortis, & benedixit: Vocaberis, inquit, Israël. Tetigit tamen & femoris latitudinem & aruit, eundémque hominẽ vnum fecit & benedictũ & claudum. Vides claudicasse populum Iudæorum: vide ibi & benedictum genus Apostolorum. Excita ergo potentiam tuam. Quamdiu videris infirmus? Crucifixus ex infirmitate, resurge in virtute: Excita potentiã tuam: Et veni, vt saluos facias nos, Deus conuerte nos.) Auersi enim sumus à te, & nisi tu conuertas, nõ conuertemur. Et illumina faciem tuam, & salui erimus.) Nunquid ille obscuram habet faciem? Non habet obscuram faciem, sed opposuit ei nubem carnis, & tanquã velum infirmitatis, & nõ est putatus ipse cùm penderet in ligno, agnoscendus cùm sederet in cælo. Nam ita factum est. Præsentem in terra Christum & miracula facientẽ non agnouit Asaph, mortuũ tamen posteaquam resurrexit & ascendit in cælum, agnouit, compunctus est, dixerat & de illo totũ, hoc est testimoniũ quomodo agnoscimus in hoc Psalmo, illumina faciẽ tuam, & salui erimus. Obtexisti faciẽ tuam, & ęgrotauimus, illumina illam, & salui erimus. Domine Deus virtutum vsquequò irasceris in orationẽ serui tui?) Iam serui tui. Irascebaris in orationẽ inimici tui, adhuc irasceris in orationem serui tui? Cõuertisti nos, agnouimus, & adhuc irasceris in orationem serui tui? Ita planè irasceris vt pater corrigẽs, non vt iudex damnans. Ita planè irasceris, quia scriptum est: Fili accedẽs ad seruiturẽ Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Ne putes iam transisse iram Dei, quia conuersus est, transiit, sed ne damnet in ęternum. Flagellat autẽ, non parcit, quia flagellat omnem filium quem recipit. Si flagellari detrectas, recipi quare desideras? Flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellat omnem, qui & vnico non pepercit. Sed tamen quamdiu irasceris in orationem serui tui? Non iam inimici tui. Sed irasceris in orationem serui tui. Quamdiu? sequitur: Cibabis nos pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in mensura.) Quid est in mensura? Apostolum audi: Fidelis Deus qui non vos permittit tentari, suprà quã potestis ferre. Ipsa est mensura pro viribus tuis, ipsa est mensura vt erudiaris, non vt opprimaris. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris.) Planè factum est, nam de Asaph electi sunt qui irent ad gentes, & prædicarent Christum, & diceretur eis: Quis est iste nouorum dæmoniorum annunciator? Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris. Eum enim prædicabant cui contradicebatur, quem prædicabant mortuum resurrexisse Christum. Quis hoc audiat? Quis hoc nouerit? Noua res. Sed signa consequebantur

Rom. 13. c.

1. Ioan. 4. b.

Sap. 7.

Psal. 11.

Rom. 7. f.

Matt. 27. a.

Genes. 32. f.

Ibidem.

2. Cori. 13. b.

Ecclesi. 2. a.

Hebr. 12. b.

1. Cor. 10. d.

Act. 17. d.

bantur, & incredibili rei fidem miracula faciebant. Cõtradicebatur, sed contradictor vincebatur, & ex contradictore fidelis efficiebatur. Ibi tamẽ magna flamma, ibi martyres cibati pane lachrymarum & potati in lachrymis, sed in mensura, non amplius quàm poterant ferre, vt post mensuram lachrymarum sequeretur corona gaudiorũ. Et inimici nostri subsannauerunt nos.) Et vbi sunt qui subsannauerunt? Diu dictum est: Qui sunt isti colentes mortuum, adorantes crucifixũ? Diu dictum est: Vbi est nasus subsannantium? Nónne nunc qui reprehendunt, in cauernas fugiunt, ne videantur? Et inimici nostri subsannauerunt nos. Sed videtis quid sequatur: Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Vineam ex Ægypto transtulisti, eiecisti gẽtes & plantasti eam.) Nouimus, factum est. Quot gentes eiectæ sunt? Amorrhęi, Cethæi, Hiebusæi, Gergesæi, & Euæi; quibus expulsis & victis, introductus est populus ex Ægypto liberatus in terram promissionis. Vnde vinea eiecta sit, & vbi plantata sit, audiuimus. Videamus quid deinde factum est; quomodo crediderit, quantũ creuerit, quid occupauerit. Vineã ex Ægypto transtulisti, eiecisti gẽtes, & plantasti eam. Viam fecisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.) Nunquid impleret terram, nisi via fieret in conspectu eius? Quæ via facta est in conspectu eius? Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Meritò impleuit terram. HOC dictũ modò de vinea ista quod perfectum est vsque in finem. Veruntamen quid prius? Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. Extendisti palmites eius vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.) HOC desiderat officium expositoris, nõ sufficit lectoris & laudatoris. Adiuuate me intendendo. Solet enim vineæ huius commemoratio in hoc Psalmo caliginem facere minus intentis. Etenim magnitudo vineę huius iam à nobis explicata est; & vnde facta est, & vnde facta sit magna, prædictũ est. Viam fecisti in cõspectu eius, & plantasti radices eiº, & impleuit terrã. HOC de perfectione ipsius dictum est. Sed tamen prima gens Iudęa fuit ista vinea. Gens autẽ Iudæa vsque ad mare, & vsque ad flumen regnauit. Vsque ad mare, apparet in Scriptura quod mare ibi vicinum sit. Et vsq; ad flumẽ Iordanẽ. Trans Iordanem enim aliquid Iudæorum collocatum est, intra Iordanem autẽ tota gẽs. Ergo vsque ad mare, & vsque ad flumen regnũ Iudæorum, regnũ Israël; nõ à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ, illa iã perfectio vineæ est, de qua hic prędixit: Viam fecisti in cõspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terrã. Cũ tibi ergo prędixisset perfectionẽ, rediit ad initiũ, de quo initio sit facta perfectio. Initiũ vis audire? Vsque ad mare & vsque ad flumẽ. Finẽ vis audire? Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ; hoc est, impleuit terrã. Videamus ergo testimonium Asaph, quid factũ est primæ vineæ: quid est expectandũ secundæ vineæ, imò eidẽ vineæ. Ipsa est enim, nõ enim altera est. Inde Christus salus ex Iudęis, inde Apostoli, inde primi credẽtes, & pretia rerum suarũ ante pedes Apostolorũ ponentes, inde omnia hæc. Et si aliqui ex ramis fracti sunt, propter incredulitatẽ fracti sunt: tu autẽ populus gentiũ fide sta. Noli altum sapere, sed time. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. Si autem altum sapis, non tu radicem portas, sed radix te. Quid ergo vinea, ante cuius conspectum facta est via? Facta est vt impleret terram. Primò vbi fuit? Operuit montes vmbra eius. Qui sunt montes? Prophetæ. Quare operuit illos vmbra eius? Quia obscurè locuti sunt. Quare futura annunciata sunt? Audis à Prophetis: Obserua sabbatũ, octauo die circũcide infantem, offer sacrificiũ arietis, vituli, hirci: noli moueri, vmbra eius est cooperiẽs mõtes Dei: Veniet & post vmbrã manifestatio. Et arbusta eius cedros Dei, id est, cooperuit cedros Dei altissimas sedes Dei. Sunt enim cedri significãtes superbos euertendos. Cedros Libani, altitudines mundi operuit crescendo vinea ista: Et montes Dei omnes sanctos prophetas, & patriarchas. Sed quousque extẽdisti palmites eius? Vsque ad mare & vsque ad flumẽ propagines eius. Inde quid? Vt quid destruxisti maceriã eius.) Iam videtis euersam illam gentẽ Iudæorum: iam ex alio Psalmo audistis: In dolabro & fractorio deiecerunt eã. Quando fieret, nisi eius maceria destrueretur? Quæ est maceria eius? Munitio eius. Extitit enim superbia aduersus plãtatorem suũ. Seruos ad se missos, & petentes mercedẽ coloni flagellauerunt, ceciderunt, occiderũt. Venit ad eos vnicus filius, dixerunt: Hic est hæres, venite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas. Occiderũt, & extra vineam proiecerũt. Proiectus, magis possidet vnde proiectus est. Sic enim ei minatur per Esaiam: Destruã maceriã eius. Quare? Expectaui enim vt faceret vuam, fecit autẽ spinas. Expectaui inde fructũ, & inueni peccatum. Quid ergo quæris, ô Asaph: vt quid destruxisti maceriam eius? Tu enim nescis, quare? Expectaui vt faceret iudicium, & fecit iniquitatẽ. Non erat destruẽda maceria eiũs? Et venerunt gentes, destructa maceria inuasa est vinea, ac deletũ regnum Iudęorum. Hoc primum plangit, sed nõ sine spe. De directione enim cordis iam loquitur, id est, pro Assyriis, pro dirigentibus Psalmus est. Vt quid destruxisti maceriam eius? Et vindemiant eam omnes transeuntes viam.) Quid est, viam transeuntes? Temporaliter dominãtes. Deuastabit eam aper de sylua.) Aprũ de sylua quid intelligimus? Iudæis porcus aduersus est, & in porco ponũt tanquã immunditiam gentium. A gentibus autem euersa gens Iudæa; sed rex ille qui euertit, nõ tantũ porcus immundus, sed etiam aper fuit. Quid enim aper, nisi porcus sęuus, porcus superbus? Aper de sylua vastauit eam: De sylua, de gentibus. Etenim illa vinea erat, gentes autem sylua erant. Sed quando crediderunt gentes, quid dictũ est? Tunc exultabunt omnia ligna sylua rũ. Deuastauit eam aper de sylua. Et singularis ferus depastus est eam.) Quid est; singularis ferus? Ipse aper qui deuastauit eam, singularis ferus. Singularis, quia superbus. Hoc enim dicit omnis superbº: Ego sũ, ego sum, & nemo. Sed quo fructu hæc? Deus virtutũ cõuertere verò.) Quamuis hæc facta sint, cõuertere verò. Respice de cælo, & vide & visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua.) Nõ aliam institue, sed hanc perfice. Ipsum est enim semen Abraham, ipsum est semẽ in quo benedicuntur omnes gentes: ibi est radix, ibi portatur oleaster insertus. Perfice vineam istam, quã plantauit dextera tua. Sed vbi perficit? Et super filium hominis, quem confirmasti tibi.) Quid euidẽtius? Quid adhuc expectatis, vt vobis disputando exponamus, & nõ potius vobiscum admirando clamemus: Perfice vineam istam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis eam perfice? Quem filium hominis? Quem confirmasti tibi. Magnum firmamentum, ædifica quantũ potes: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est Christus Iesus. Succensa igni & effossa ab increpatione vultus tui peribunt.) Quæ sunt succensa igni & effossa, quæ peribunt ab increpatione vultus tui? Videamus & intelligamus, quæ sint igni succensa & effossa. Quid increpauit Christus? Peccata. Ab increpatione vultus eius peccata perierũt. Quare ergo peccata igni succensa & effossa? Omnia peccata duę res faciunt in homine, cupiditas & timor, autem.

Num. 34. c.

Psal. 71.

Ioan. 4. c.

Act. 2. & 4. g.

Rom. 11. c.

Psal. 73.

Matt. 21. d

Esa. 5. b.

Psal. 95.

1. Cor. 3. e.

2 sent. dist. 43. Modi

Cogitate, discutite, interrogate corda vestra, perscrutamini conscientias, videte vtrum possint esse peccata, nisi aut cupiendo aut timendo. Proponitur præmium vt pecces, id est, quod te delectat: facis ꝓpter quod cupis. Sed fortè non induceris donis. Terreris minis, facis propter quod times. Corrumpere te vult aliquis vt dicas, verbi gratia, falsum testimonium. Innumerabilia sunt, sed planiora propono, de quibus cętera coniiciatis. Attendisti tu Deum, & dixisti in animo tuo: Quid

Matt.16.d.

prodest homini, si totum mundum lucretur, animę aũt suæ detrimentum patiatur? Nõ adducor præmio, vt perdam animam meam pro lucro pecuniæ. Conuertit ille se ad incutiendum metum: qui præmio corrumpere non valuit, incipit minari damnum, & expulsionem, cædes, fortasis mortem. Ibi iam si cupiditas nõ valuit, fortè timor valebit vt pecces. Porrò autem si de Scripturis contra cupiditatem venit tibi in mentem: Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur, veniat etiam contra timorem in mentem: Nolite timere eos, qui corpus occi-

Matt.10.d

dunt, animam autem non possunt occidere. Quicunq; te vult occidere, vsque ad corpus ei licet, vsque ad animam non licet. Anima tua non morietur, nisi tu eã volueris occidere. Perimat aliena iniquitas carnem tuã, dum seruet veritas animam tuam. Si autẽ à veritate resilieris, quid tibi ampliùs facturus est inimicus, quã tu tibi ipse facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere: tu autem dicendo falsum testimonium animam occidis. Audi Scripturã: Os quod mentitur, occidit ani-

Sap.1.c.

mam. Itaque fratres mei, ad omne rectè factum amor & timor ducit. Vt facias bene, amas Deum, & times Deum, vt autem facias malè, amas mundum, & times mundum. Hæc duo conuertantur ad bonum. Amabas terram, ama vitam æternam: timebas mortem, time gehennam. Quicquid tibi iniquo promiserit mundus, nũquid potest dare quantum dabit iusto Deus? Quicquid tibi iusto minatus fuerit mundus, nunquid potest facere, quod facit iniquo Deus? Vis audire quid daturus est

Matth.25.d

Deus, si iustè vixeris? Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mũdi. Vis audire quid facturus est impiis? Ite in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Bene quidem tu nihil aliud vis, quàm vt bene tibi sit. Nã in eo ꝙ amas, vis vt bene tibi sit, & in eo quod times, non vis vt malè tibi sit: sed nõ in ea regione quæris, in qua quærẽdũ est. Festinas: nam & sine indigentia vis esse, & sine molestia. Bonum est quod vis, sed tolera quod non vis, vt assequaris quod vis. Proinde illius facies delens peccata, quid faciet? Quæ sunt peccata succensa igni & effossa. Quid fecerat amor malus? Tanquam ignem succenderat. Quid fecerat timor malus? Tanquam effoderat. Amor quippe inflammat, timor humiliat, ideo peccata mali amoris igne succensa sunt, peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat & bonus timor, accẽdit & bonus amor: sed aliter atque aliter. Nam & colonus intercedens pro arbore, quę fructus non dabat ne sub-

Luc.13.b.

uerteretur, ait: Circumfodio eam, adhibeo cophinum stercoris. Fossa significat piam humilitatem timentis, & stercoris cophinus sordes vtiles pœnitentis. De igne autem boni amoris Dominus dicit: Ignem veni mit-

Lucæ.12.f.

tere in terram, quo igne inardescãt spiritu feruentes, & Dei ac proximi charitate flagrantes. Ac per hoc sicut omnia iusta opera bono timore, & bono amore fiunt, sic malo amore, & malo timore omnia peccata committuntur. Ergo succensa igni & effossa, omnia scilicet peccata ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi: Et non discedimus à te.) Quàmdiu generatio praua & amaricans, & quæ

A

cor non dirigit suum, dicat Asaph, & ostendat se misericordia tua. Fac bene cum vinea tua, perfice illã, quoniam cæcitas ex parte Israël facta est, vt plenitudo gẽtium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret. Demõstrata facie tua super virum dexteræ tuæ quẽ cõfirmasti tibi, non discedimus à te. Quàm diu nos increpas? Quàm diu accusas? Hoc fac, & non discedimus à te. Viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.) Tu nobis dulcis eris, viuificabis nos. Nam prius amabamus terram, non te; sed mortificasti mẽbra nostra quę sunt super terram. Illud enim vetus Testamentum habens promissa terrena, hoc videtur suadere, ne gratis colatur Deus, sed quia aliquid dat in terra, ideo diligitur. Quid amas vt Deum non ames? Dic mihi. Ama si potes aliquid quod ille non fecit. Circunspice vniuersam creaturam, vide vtrum alicubi cupiditatis visco tenea-

Psa.77. — Rom.11.d. — Coloss.3.a.

B

ris, & à diligendo creatorẽ impediaris, nisi ea re quam creauit ipse quem negligis. Quare autem amas ista, nisi quia pulchra sunt? Possunt esse tam pulchra, quã ille à quo facta sunt? Miraris hæc, quia illũ non vides: sed per ea quæ miraris, ama quem non vides. Interroga creaturam: si à seipsa est, remane in illa. Si autem ab illo est, nõ ob aliud perniciosa est amatori, nisi quia ꝑponitur creatori. Quare hoc dixi? Propter versum istũ fratres. Mortui ergo erant qui propterea Deũ colebant, vt eis secũdùm carnẽ bene esset. Sapere enim secundùm carnem mors est, & mortui sunt qui nõ Deũ gratis colunt: id est, quia ipse bonꝰ est, nõ quia dat talia bona, quæ dat & nõ bonis. Pecuniã vis à Deo? habet & latro. Vxorem, fœcunditatẽ filiorũ, salutem corporis, dignitatẽ seculi, attende quã multi mali habẽt, hoc est totum propter ꝙ eum colis. Nutabũt pedes tui, putabis te sine causa colere, quãdo in eis vides ista qui eũ non colunt. Ergo ista

Rom.8.a.

C

dat omnia etiam malis, se solum seruat bonis. Viuificabis nos, nam mortui eramus quãdo terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus quando terreni hominis imaginem portabamus. Viuificabis nos, innouabis nos, vitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuum inuocabimus, id est, te diligemus. Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum, tu eris totum præmium iustificatorum. Domine Deus virtutum cõuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

IN PSALMVM LXXX. ENARRATIO.

LOQVI ad vos de præsenti Psalmo suscepimus, adiuuet vocem nostram, qui & vestram. Etenim aliquanto est obtusior: dabit ei vires intentio audientiũ, & adiutoriũ iubentis vt loquar. Titulũ habet Psalmus iste: In finẽ pro torcularib. quinta sabbati, Psalmus ipsi

D

Asaph.) In vnũ titulũ multa sunt cõgesta mysteria, ita tamen vt limen Psalmi indicet interiora. Cũ de torcularib. locuturi sumus, nemo vestrûm aliquid expectet nos dicturos esse de lacu, de prelo, de fiscinis, quia nec ipse Psalmus hoc habet, & ideo magis indicat mysterium. Nã & si aliquid tale Psalmi textus contineret, nõ deesset qui putaret ad literã esse accipienda torcularia, nec aliquid illic amplius requirendum, nec mysticè aliquid positum, & sacratè significatũ, sed diceret simpliciter, Psalmus de torcularibus loquitur. Et tu mihi nescio quid aliud suspicaris? nihil hic tale audistis cùm legeretur. Ergo accipite torcularia mysteriũ Ecclesiæ, quod nunc agitur. In torcularibus animaduertimus quædã tria, pressuram, & de pressura quædã duo, vnum recondendum, alterum proiiciendum. Fit ergo in torculari cõculcatio, tribulatio, pondus: & in his oleum eliquatur occultè in gemellarium, amurca publicè per plateas currit. Intendite ad magnum hoc spectaculũ. Non enim deserit Deus dare nobis quod cum magno

al. expectem.

gno gaudio † spectemus: aut circi insania huic spectaculo comparanda est? Illa ad amurcam pertinet, hoc ad oleum. Quando ergo auditis contumaciter garrire blasphemos & dicere, abundare pressuras temporibus Christianis, scitis enim quia hoc amant dicere: & vetus quidem, sed à temporibus Christianis cœpit prouerbium, Non pluit Deus, dicat Christianus, quanquam priores ista dixerunt. Isti autem modò dicunt, & quia pluit Deus, dicant Christiani: non pluit Deus, non seminamus, pluit Deus, non trituramus: & inde volunt superbire, vnde deberẽt ampliùs supplicare, eligentes blasphemare quàm orare: Cũ ergo ista commemorãt, cũ ista iactant, cũ ista dicunt, & contumaciter dicunt, non cum timore, sed cum elatione, non vos perturbẽt. Puta enim quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca insultet, & illa tanquã per plateas proiecta publicè insultet: tu apud te in cor-

Matth.6.a.

de tuo, vbi qui videt in occulto reddet tibi, liquare in gemellarium. Oliua in arbore quibusdam quidem tempestatibus agitatur, nõ tamen pressuris torcularis atteritur: ideo vtrumque simul pendet ex arbore, & quod proiiciendum est, & quod recondendum est. At vbi ad torcular & pressuras ventum fuerit, vtrunque discernitur, dirimitur: & aliud appetitur, aliud respuitur. Vultis nosse vim torcularium istorum? Vt vnum aliquid dicam, vnde & ipsi murmurant qui ea faciunt: Quantæ, inquiunt, rapinæ temporibus nostris, quantæ pressuræ innocentium, quantæ expoliationes rerum alienarum? Ita sanè in amurcam attenditis, quia rapiuntur res alienæ: in oleum non attenditis, quia pauperibus donantur & propriæ? Non habebat antiquitas tales raptores rerum alienarum, sed habebat antiquitas tales donatores rerum suarum? Aliquanto esto curiosior in torculari, noli hoc solum videre quod publicè fluit: est aliquid quòd quærendo inuenias. Discute, audi, cognosce quã multi faciunt, quòd ex ore Domini cùm audisset vnus diues, tristis abscessit. Ex Euangelio multi audiunt, Va-

Matt.19.c.

de, vende omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni sequere me. Non attendis quã multi id faciunt? Pauci, inquiunt, sunt. Ipsi tamen pauci oleum sunt, & qui bene vtuntur his rebus quas possident, ad oleum pertinent. Adiunge omnia, & videbis patrisfamiliâs tui plenas apothecas. Vides raptorem qualem nunquam vidisti: vide contemptorẽ rerum suarum qualem nunquam vidisti: lauda torcularia, impletur prophetia de Apocalypsi, Iustus iustior

Apoc.22.c.

fiat, & sordidus sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sententia: Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc. Quare & quinta sabbati? Quid est hoc? Recurramus ad prima opera Dei, ne fortè ibi aliquid inueniamus quo & sacramentum intelligamus. Sabbatum enĩ septimus dies est, quo requieuit Deus ab omnib. operi-

Gen.2.a.

bus suis: magnum intimans mysterium quietis nostræ futuræ ab omnibus operibus nostris. Prima sabbati dicitur primus dies, quem Dominicum etiam nominamus: secunda sabbati, secundus dies: tertia sabbati, tertius dies: quarta sabbati, quartus dies: quinta ergo sabbati, quintus dies à Dominico die: post quẽ sexta sabbati, sextus dies: & ipsum sabbatum, septimus dies. Videte itaque quibus loquatur hic Psalmus. Videtur enĩ mihi quoniam baptizatis loquitur: quinto enim die

Gen.1.e.

Deus ex aquis creauit animalia. Quinto die, id est, quinta sabbati dixit Deus, Producant aquæ reptilia animarum viuarum. Videte ergo vos in quibus iam produxerunt aquæ reptilia animarum viuarum. Vos enim ad torcularia pertinetis: & in vobis quod produxerũt aquæ, aliud eliquatur, aliud proiicitur. Sunt enim multi non dignè viuentes baptismo quod perceperunt. Quã

A

multi enim baptizati hodie circum implere, quàm istã basilicam maluerunt? Quã multi baptizati, aut casas in vicis faciunt, aut non fieri conqueruntur! Psalmus autem iste pro torcularibus & quinta sabbati cantatur: & in pressura discretionis, & in sacramento baptismi cantatur ipsi Asaph. Asaph homo quidam fuit hoc nomine appellatus, sicut Idithun, sicut Chore, sicut alia nomina quæ inuenimus in titulis Psalmorum: interpretatio tamen nominis mysterium intimat occultæ veritatis. Asaph quippe Latinè dicitur congregatio. Ergo pro torcularibus quinta sabbati cantatur ipsi Asaph, id est, pro pressura discernente baptizatis ex aqua renatis cantatur Psalmus Dominicæ congregationis. Titulum in limine legimus, & in his prædiis quid sibi velint, intelleximus. Iam si placet etiam ipsam domum operis,

B

id est, ipsius torcularis interiora videamus. Intremus, inspiciamus & gaudeamus, timeamus, appetamus, fugiamus. Omnia enim hæc inuẽturi estis in hac interiore domo, id est, in textu ipsius Psalmi; cũ legere, & adiuuante Domino quod donauerit loqui cœperimus: Ecce vos ô Asaph congregatio Domini, Exultate Deo adiutori nostro.) Vos qui congregati estis hodie, vos hodie Asaph Domini, si quidem vobis canitur Psalmꝰ ipsi Asaph, Exultate Deo adiutori nostro. Exultant alij circo, vos Deo: exultant alij deceptori suo, exultate vos adiutori vestro. Exultant alij Deo suo ventri suo, exultate vos Deo vestro adiutori nostro. Iubilate Deo Iacob.) Quia & vos pertinetis ad Iacob, immò vos estis Iacob minor populus cui seruit maior, Iubilate Deo Iacob. Quicquid verbis explicare non potueritis, non ideo tamen ab exultatione cessetis: quod potueritis explicare, clamate: quod non potestis, iubilate. Etenim abundantia gaudiorũ, cui verba sufficere non possunt, in iubilationem solet erumpere, Iubilate Deo Iacob.

Gen.25.c.

C

Accipite Psalmum & date tympanum.) Et accipite & date. Quid accipite? Quid date? Accipite Psalmum, & date tympanum. Dicit quodam loco Apostolus Paulus, reprehendens & dolens quod nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti. Quid est in ratione dati & accepti, nisi quod alio loco apertè exposuit, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et verum est quòd tympanũ quod de corio fit, ad carnem pertinet. Psalmus ergo spiritalis est, tympanum carnale. Ergo plebs Dei, congregatio Dei accipite Psalmum, & date tympanum, accipite spiritalia, & date carnalia: hoc est quod & vos ad illam mẽsam beati martyris exhortati sumus, vt accipientes spiritalia, daretis carnalia. Hæc enim quæ extruuntur ad tempus, ad recipienda corpora vel viuorũ vel mortuorum necessaria sunt, sed tempore prætereũti. Nunquid post iudicium Dei istas fabricas in cælum leuabimus? Sine his tamen hoc tempore agere quæ ad possidendum cælum pertinent non poterimus. Si ergo auidi estis in spiritalibus accipiendis, deuoti estote in

Philip.4.c. — 1.Cor.9.b. — Fabricarũ cõstructio.

D

carnalibus erogãdis. Accipite Psalmum, & date tympanum: accipite vocem nostrã, reddite manus vestras. Psalterium iucundum cum cithara.) Memini nos aliquando differentiam Psalterij & citharæ intimasse charitati vestræ. Studiosi qui meminerunt recognoscant: qui vel non audierunt, vel non meminerunt, discant. Istorum duorum organorum musicorum, & psalterij & citharæ hæc differentia est, quod psalterium lignum illud concauum, vnde canoræ chordæ redduntur, in superiore parte habet: deorsum feriuntur chordæ, vt desuper sonent. In cithara verò hæc eadem cõcauitas ligni partem inferiorem tenet, tanquam illud sit de cælo, hoc de terra. Cælestis enim est prædicatio verbi Dei. Sed si expectamus cælestia, non simus pigri

ad operãnda terrena, quia psalterium iucundum, sed cũ cithara. Hoc alio modo dictum est quod suprà: Accipite Psalmum & date tympanum: hic pro Psalmo psalterium, pro tympano cithara posita est. Hoc tamen admoniti sumus, vt prædicationi verbi Dei corporalibus respondeamus operibus. Tuba canite.) Hoc est clarius
Esaiæ 58. & fidentius prædicate, ne terreamini, sicut ait Propheta quodam loco: Exclama, & exalta sicut tuba vocem tuam. Tuba canite: In initio mensis tubæ.) Præceptum erat vt initio mensis tuba canerent, & hoc vsque nunc Iudæi corporaliter faciunt, spiritaliter non intelligunt. Initium enim mensis, noua luna est. Noua luna, noua
2. Cor. 5. d. vita est. Quid est noua luna? Si qua igitur in Christo noua creatura. Quid est, tuba canite in initio mensis tubę? Cũ tota fiducia nouam vitam prædicate, strepitum vitæ veteris nolite metuere. Quia præceptum ipsi Israël
Rom. 2. b. est, & iudicium Deo Iacob.) Vbi præceptum, ibi iudicium. Qui enim in lege peccauerunt, per legem iudica-
Ioan. 1. b. buntur. Et ipse præcepti dator Dominus Christus, ver-
Ioan. 9. g. bum caro factum, In iudicium, inquit, veni in hũc mũdum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiãt. Quid est, vt qui non vident videant, qui vident cæci fiant, nisi, humiles exaltentur, superbi deiiciantur? Nõ enim qui vident cæci fiant, sed qui sibi videre videtur, de cæcitate conuincantur. Hoc agit mysterium torcularis, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiãt. Testimonium in Ioseph posuit illud.) Eia fratres quid est? Ioseph interpretatur augmentatio. Meministis, no-
Gen. 37. f. & 41. g. stis Ioseph in Ægyptum venditum, Christus ad gẽtes trãsiens. Ibi Ioseph post tribulationes exaltatus, & hic Christus post passionem martyrum glorificatus. Ergo
Esaiæ 54. b ad Ioseph magis gentes pertinent, & ideo augmẽtatio, quia multi filij desertæ magis quã eius, quæ habet virũ. Testimonium in Ioseph posuit illud, Dum exiret de terra Ægypti.) Videte & hic significari quintam sabbati, quando exiit de terra Ægypti Ioseph, id est, popu-
Exod. 14. b. lus multiplicatus per Ioseph per mare rubrum traiect° est. Et tunc ergo produxerunt aquę reptilia animarum
Genes. 1. c. viuarum. Nihil aliud tunc in figura portendebat transitus populi per mare, nisi transitum fideliũ per baptis-
1. Cor. 10. a mum, testis est Apostolus: Nolo enim vos, inquit ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes per mare transierunt, & omnes in Moysen baptizati sunt in nube & in mari. Nihil ergo aliud significabat transitus per mare, nisi sacramentum baptizatorum, nihil aliud insequentes Ægyptij, nisi abundantiam præteritorum delictorum. Videtis euidentissimã sacramenta? Premunt Ægyptij, vrgent, instãt ergo peccata, sed vsque ad aquam. Quid ergo times, qui nondum venisti, venire ad baptismum Christi, transire per mare rubrum? Quid est rubrum? Sanguine Dñi consecratum. Quid times venire? Conscientia fortè aliquorum immanium delictorum stimulat, & excruciat in te animum, & dicit tibi tam magnum esse illud quod cõmisisti, vt desperes tibi dimitti. Time ne remaneat aliquid peccatorum, si vixit aliquis Ægyptiorum. Cùm autem transieris rubrum mare, cùm eductus fueris à delictis tuis in manu potenti, & brachio forti, percepturus es mysteria quæ non noueras, quia & ipse Ioseph cũ exiret de terra AEgypti, Linguam quam non nouerat audiuit.) Audies linguam quam non noueras, quam modò audiunt, & recognoscũt testantes, & sciẽtes qui norunt. Audies vbi debeas habere cor. Quòd modò cùm dicerem multi intellexerunt & acclamauerunt, reliqui muti steterunt, quia nondum linguam quam non nouerant audierunt. Accelerent ergo, transeant, discant. Linguam quam non nouerat audiuit. Auerrit ab oneribus dorsum eius.) Quis auerrit ab oneribus dorsum eius, nisi ille qui clamauit, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis? Alio modo hoc Matth. 11. d
A idem significatur. Quod faciebat insecutio AEgyptiorum, hoc faciunt sarcinæ peccatorum. Auertit ab oneribus dorsum eius. Et quasi diceres, à quibus oneribus? Manus eius in cophino seruierunt.) Per cophinum significantur opera seruilia, mundare stercora, terram portare, cophino fit. Seruilia sunt opera, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, & si vos filius li-
Ioan. 8. d. berauerit, tunc verè liberi eritis. Meritò & abiecta mũdi, quasi cophini deputantur. Sed & cophinos Deus
Matt. 14. c. buccellis impleuit. Duodecim cophinos buccellarum impleuit, quia abiecta huius mundi elegit, vt confun-
1. Cor. 1. d. deret fortia. Sed & quando in cophino seruiebat Ioseph, terram ibi portabat, quia lateres faciebat. Manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione inuocasti me, & erui te.) Recognoscat se vnaquæque conscictia
B Christiana, si deuotè transierit mare rubrum, si cũ fide
Exod. 14. b. credendi, & obseruandi linguam quam non nouerat audiuit, recognoscat se in tribulatione exauditam. Ipsa enim magna tribulatio erat, premi sarcinis peccatorum. Quantum gaudet reuelata conscientia? Ecce baptizatus es, conscientia quæ heri premebatur, hodie gratulatur. Exauditus es in tribulatione, memento tribulationis tuæ. Antequam accederes ad aquam, quid solicitudinis gerebas? quid ieiuniorum exhibebas? Quid tribulationum in corde gestabas, orationũ internarum, piarum, deuotarum? Occisi sunt hostes tui, omnia peccata tua deleta sunt. In tribulatione inuocasti me, & erui te. Exaudiui te in abscondito tempestatis.) Non enim tempestate maris, sed in tempestate cordis. Exaudiui te in abscondito tempestatis. Probaui te in aqua contradictionis.) Reuera fratres, reuera, qui exauditus est in abscondito tempestatis, debet pbari in aqua contradictionis. Cùm enim crediderit,
C cùm baptizatus fuerit, cùm viam Dei carpere cœperit, cùm in gemellarium eliquari intenderit, & ab amurca publicè currente se extraxerit, habebit multos exagitatores, multos insultatores, multos detractores, dehortatores, minantes etiam vbi possunt, deterrentes, deprimentes. Hæc tota aqua contradictionis est. Num. 20. b
Puto esse hodie hic sic, arbitror esse hic nonnullos quos amici sui volebant rapere ad circum, & ad nescio quas hodiernæ festiuitatis nugas, fortè ipsi illos adduxerunt ad Ecclesiam. Sed siue ipsi illos adduxerunt, siue ab eis ad circum abduci non potuerunt, in aqua contradictionis probati sunt. Non ergo erubescas prædicare quod nosti, defendere & inter blasphemos quod credidisti. Si enim exaudiris in absconRom. 10. d
dito tempestatis, corde creditur ad iustitiam: si probaris in aqua contradictionis, ore confessio fit ad salutẽ. Quanta est enim ipsa aqua cõtradictionis? Iam penè siccata est. Senserunt illam maiores nostri, quando verbo Dei, quando mysterio Christi acriter resistebãt gentes, turbabatur aqua. Aquas enim pro populis
Apoc. 17. d aliquando intelligendas euidenter Apocalypsis scriptura demonstrat, vbi aquæ multæ cùm viderentur, & cùm quæreretur quid essent, responsum est: Populi sunt. Pertulerunt ergo illi aquam contradictionis, Psal. 2.
quando fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, quando astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Quando fremuerunt gentes, tunc Iudic. 14. b
leo ille viro forti Samson venienti ad ducendam de alienigenis vxorem, Christo scilicet descendenti ad habendam Ecclesiam de gentibus, fremens ibat in obuiam. Sed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, dissipauit leonem; factus est in manibus eius velut hædus capra-

carum. Quid enim fieret populus fremens, nisi lan- A
guidus peccator? Occisa autem illa feritate, iam non sic fremit regia potestas, non sic fremit populus gentium, nõ it obuiam Christo: imò verò in ipso regno gentium inuenimus leges pro ecclesia, tanquã fauum in ore leonis. Quid ergo iam metuam aquã contradictionis, quę propè iam tota siccata est? Illa penè iam silet, si amurca non contradicat. Quantumlibet mali sęuiant alieni, ô si eos non adiuuent mali nostri. Exaudiui te in absco-
dito tempestatis, probaui te in aqua contradictionis.
Lucę 2. c. Recolitis quid de Christo dictum sit, sic natum eũ esse in multorum ruinam, & multorum resurrectionem, & in signum cui contradicetur. Nouimus, videmus signũ crucis erectum esse, & contradictum est ei. Contradictum est gloriæ crucis, sed titulus erat super crucẽ, qui
Psal. 59. non corrupebatur. Est enim titulus in Psalmo: In tituli inscriptionem ne corrumpas. Signum erat, cui cõ-
Ioan. 19. d. tradiceretur: dixerunt enim Iudæi: Noli facere rex Iudæorum, sed fac quòd ipse dixerit regem se esse Iudęorum. Victa est contradictio; respõsum est: quod scripsi scripsi. Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te in aqua cõtradictionis. Hoc totum ab initio Psalmi vsque ad hunc versum, de oleo torcularis audiuimus. Quod restat magis dolendum est & cauendũ: ad amurcam enim torcularis pertinet vsque in finem, fortasse non frustra & interposito diapsalmate. Sed hoc etiam audire vtile est, vt qui se iam in oleo videt, gaudeat: qui periclitatur, ne in amurcã incurrat, caueat. Vtrunque audi: vnum dilige, alterum time. Audi populus meus, & loquar, & testificabor tibi.) Non enim populo alieno, non enim populo nõ pertinenti ad torcular:
Esaiæ 5. a. Iudicate, inquit, inter me & vineam meã: Audi populus meus & loquar, & testificabor tibi: Israël si me au-
3. sen. dist. 11 post prędicta, dieris, non erit in te Deus recens.) Deus recens, est ad
C tempus factus: Deus autem noster nõ recens, sed ab æternitate in æternitatẽ. Et Christus noster recens fortè homo, sed sempiternus Deus. Quid enim ante principiũ? & vtiq; in principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Et ipse Deus noster verbũ caro factum, vt habitaret in nobis. Absit ergo vt sit in aliquo Deus recens. Deus recens, aut lapis, aut phãtasma est. Non est, inquit, lapis: ego argenteum habeo & aureũ. Meritò ipsa pretiosa voluit numerari qui dixit:
Psal 113. Idola gentium argentum & aurum. Magna sunt, quia aurea & argentea sunt, pretiosa sunt, lucida sunt: sed tamen oculos habent, & non vident. Recentes hi dij. Quid recentius Deo ex officina, licet illos iam vetustos aranearum casses cõtexerint? Qui sempiterni non sunt, recẽtes sunt. Hoc de Paganis nescio quis alius, in vanitatẽ accipiens nomẽ Domini Dei sui, fecit sibi Christũ creaturã, Christum imparem & inæqualem generanti, filium Dei dicens, & filium Dei negans. Si enim filius vnicus est, hoc quod pater est, & hoc est ex æternitate. Tu autẽ nescio quid aliud cogitasti in corde tuo, Deũ recentem posuisti: Fecit sibi alius Deum pugnantem D
contra gentem tenebratum, timencem ne inuadatur, satagentẽ ne corrumpatur, ex parte tamen corruptum, vt posset esse totus saluus: sed non totus, quia ex parte corruptus. Manichæi ista dicunt, faciunt sibi & isti in corde recentem Deum. Non est talis Deus noster, non est talis portio tua Iacob: sed qui fecit cęlum & terram, ipse est Deus tuus qui non eget bonis, qui non timet à malis. Multi ergo hæretici cum Paganis alios & alios deos ipsi sibi finxerunt, alios & alios deos sibi ipsi fecerunt, & eos etiam si non in templis: tamen quod est peius in suo corde posuerunt: & falsorũ ridẽdorũmque simulachrorum templa ipsi facti sunt. Magnum opus est intus hęc idola frangere: & locum Deo viuenti, non recenti mundare. Omnes enim isti aliud atque aliud sentientes alios atque alios deos sibi faciẽtes, ipsamq; fidem falsitate variantes videtur dissentire: sed omnes à terrenis cogitationibus non recedunt, in terrenis cogitationibus consentiunt sibi. Opinio diuersa est, vanitas vna est. De illis in alio Psalmo dicitur: Ipsi de vani- Psal. 61.
tate in vnum colligantur. Quamuis opinionum varietate discordent, simili tamen vanitate colligantur. Et
nostis quia vanitas retrò est, posterior est; ideo ille quæ Philip. 3. a.
retrò oblitus est, id est, vanitatem oblitus, in ea quę ante sunt, id est in veritatem extensus, sequitur ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Ergo in peius sibi isti consentiunt, quamuis dissentire à se inuicem videantur. Ideo Samson caudas vulpium colliga-
uit. Vulpes insidiosos maximéque hæreticos significant, dolosos, fraudulentos, cauernosis anfractibus latentes & decipientes, odore etiã tetro putentes. Cõtra
B quem odorem dicit Apostolus, Christi bonus odor 2. Cor. 2. d.
sumus Deo in omni loco. Istæ vulpes significantur in Canticis canticorum, vbi dicitur: Capite nobis vulpes Cant. 2. d.
pusillas exterminantes vineas, latentes in cauernis tortuosis. Capite nobis, cõuincite nobis, capis enim eum quem de falsitate cõuincis. Cõtradicentibus denique vulpeculis Domino, & dicentibus, In qua potestate ista Matt. 21. e.
facis? respondete mihi & vos, inquit, vnum sermonem: Baptismus Ioannis vnde est? de cęlo, an ex hominibus? Vulpes autem solẽt habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex alia parte exeant. Ad vtrumque foramen captor vulpium retia posuit. Dicite mihi, De cęlo est, an ex hominibus? Sentiunt illi eum ex vtraq; parte tetendisse vnde caperet: & aiunt apud se: Si dixerimus, inquiunt, de cælo, dicturus est nobis: Quare ergo non credidistis? Ille enim testimonium Christo perhibuit. Si dixerimus, de terra, lapidabit nos populus, quia vt
C Prophetam eum habent. Sentientes ergo hàc atq; hàc esse vnde caperentur, responderunt: nescimus. Et Do- Ibidem.
minus: Nec ego vobis dico in qua potestate ista facio. Vos dicitis vos nescire quod scitis, ego vobis non dico quod quæritis. Quia ex nulla parte exire ausi estis, in vestris tenebris remansistis. Obtẽperemus ergo & nos, si possumus, dicenti verbo Dei: Capite nobis vulpes Cant. 2. d.
pusillas exterminãtes vineas. Videamus si & nos quasdam vulpeculas capere possumus. Proponamus ad foramen vtrunque, vt vnde vulpes exire voluerit, capiatur. Verbi gratia: Manichęo facienti sibi Deum recentem, & in corde suo ponẽti quod nõ est, dicamus & interrogemus eũ: Substantia Dei corruptibilis est, an incorruptibilis? Elige quod vis, & exi quà vis, sed nõ effugies. Si dixeris corruptibilis, non à populo, sed à teipso lapidaberis. Si autẽ dixeris incorruptibilẽ Deũ, incorruptibilis quomodo timuit gentẽ tenebrarũ? Quid fa-
ctura erat incorruptibili gẽs corruptionis? Quid restat Matth. 21. e
nisi vt dicatur, nescimus? Sed tamẽ si hoc nõ dolo, sed ignorantia dicitur, non remaneat in tenebris, ex vulpe
fiat ouis, credat inuisibili, incorruptibili soli Deo, non recenti soli ab eo quod est solus, nõ ab eo quod est sol, ne nos ipsi vulpi fugienti aliam cauernam aperuisse videamur, quãquam nec nomen solis formidabimus. Est Malac. 4. a.
enim in Scripturis nostris sol iustitię, & sanitas in pennis eius. Ab æstu solis huius vmbra appetitur, sub alas autem solis huius ab æstu fugitur: sanitas enim in pẽnis
eius. Iste est sol de quo dicturi sunt impij: Ergo erraui- Sap. 5. a.
mus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Dicturi sunt adoratores solis: Sol non ortus est nobis, quia cùm adorent solem, quẽ facit oriri super bonos & malos, non est eis ortus sol, qui solos illuminat bonos. Faciunt sibi ergo deos recẽtes quique quales volũt. Quid enim impedit officinam

decepti cordis fabricare phãtasma quale voluerit? Sed omnes hi in posterioribus consentiunt, id est, simili vanitate detinentur. Vnde Samson noster, qui etiam interpretatur sol ipsorum, eorum scilicet quibus lucet, non omnium, sicuti est oriens super bonos & malos,
Matth. 5. g. sed sol quorundam, sol iustitiæ (figuram enim habebat Christi) colligauit vt dicere cœperam, caudas vulpiũ, & ibi ignẽ alligauit: ignem ad incendendũ, sed messes
Iudic. 15. a. alienigenarum. Proinde tales consentientes, in posterioribus tanquam caudis colligati, trahant ignem corrumpentem, sed non incendunt nostrorũ segetes. Nouit enim Dominus qui sunt eius, & recedit ab iniquita-
2. Tim. 2. d. te omnis qui inuocat nomẽ Domini. In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & alia quidem sunt in honorẽ, alia verò in cõtumeliam. Si quis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas in honorem, vtile Deo, ad omne opus bonum paratum, & ideo nec caudas vulpiũ, nec faces vulpium pertimescet. Sed videamus de populo isto. Si me audieris, inquit, non erit in te Deus recens. Mouet me, quod dixit in te. Non enim dixit à te, quasi simulachrum forinsecùs adhibitum: sed in te, in corde tuo, in imagine phantasmatis tui, in deceptione erroris tui tecum portabis Deum tuum recentẽ, remanẽs vetustus. Si ergo me audieris: me, inquit, quia ego sum qui sum, non erit in te Deus recens. Nec adorabis Deum alienum.) Si enim in te nõ sit, non adorabis Deum alienũ. Si tu non cogites deum falsum, non adorabis deum fabricatum. Non enim erit in te Deus recens. Ego enim
Exod. 20. a. sum.) Quid vis adorare quod non est? Ego enim sum Dominus Deus tuus.) Quia ego sum qui sum. Et ego quidẽ sum, inquit, qui sum, super omnem creaturã. Ti-
Exod. 3. c. bi tamen temporaliter quid præstiti? Qui eduxi te de terra Aegypti.) Non tantum illi populo dicitur: Omnes enim educti sumus de terra Aegypti, omnes per mare rubrũ transiuimus, inimici nostri persequentes nos in aqua perierũt. Nõ simus ingrati Deo nostro, nõ obliuiscamur Deũ manentem, & fabricemus in nobis Deum recentẽ. Qui eduxi te de terra Aegypti, loquitur Deus. Dilata os tuũ, & adimplebo illud.) Angustias pateris in te propter Deũ recentem constitutũ in corde tuo: frãge vanũ simulachrum, deiice de cõscientia tua fictum idolũ, dilata os tuum cõfitendo, amãdo, & adimplebo
Psa. 35. illud, quoniam apud te est fons vitæ. Hoc quidem dicit Dominus, sed quid sequitur? Et nõ obaudiuit populus meus vocem meam.) Non enim loqueretur ista,
Rom. 3. c. nisi populo suo. Scimus enim quia quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt dicit: Et nõ obaudiuit populus meus vocem meã: Et Israël nõ intendit mihi.) Quis? cui? Israël mihi. O ingrata anima! per me anima, à me vocata anima, à me in spem reducta, à me à peccatis abluta, & Israël nõ intendit mihi. Baptizantur enim & transeunt per mare rubrum: sed in via murmurant, cõtradicunt, conqueruntur, seditionibus perturbãtur, ingrati ei qui liberauit à persequentibus hostibus, qui ducit per siccum, per eremum, cum cibo tamẽ & potu, cum lumine nocturno & vmbraculo diurno. Et Israël non intendit mihi. Et dimisi eos secundùm affectiones cordis eorum.) Ecce torcular. Aperta sunt foramina, currit amurca. Et dimisi eos, nõ secundùm salutem præceptorum meorum: sed secundùm affectiones cordis eorum
Rom. 1. e. donaui eos sibi. Dicit & Apostolus: Tradidit illos Deus in cõcupiscentias cordis eorum. Dimisi eos secundum affectiones cordis eorum. Ibunt in affectionibus suis.) Inde est quòd horretis: si tamen eliquamini in gemellaria abscondita Domini, si tamen apothecas eius adamastis, inde est quòd horretis. Alij defendunt circũ, alij amphitheatrum, alij casas in vicis, alij theatra, alij

A illud, alij illud, alij postremò deos recẽtes suos. Ibũt in affectionibus suis. Israël si in viis meis ambulasset.) Dicit enim fortasse iste Israël. Ecce pecco, manifestum est, eo post affectiones cordis mei. Sed quid facio? Diabolus hoc facit, dæmones hoc faciunt. Quid est diabolus? Qui sunt dæmones? Certè inimici tui. Israël si in viis meis ambulasset: In nihilum omnes inimicos eorũ humiliassem.) Ergo si plebs mea audisset me. Quare enim mea, si non audit me? Si plebs mea audisset me. Quis est plebs mea? Israël. Quid est, audisset me? Si in viis meis ambulasset? Queritur & gemit sub inimicis. In nihilum inimicos eorũ humiliassem: Et super tribulantes eos misissem manũ meã.) Nunc verò quid queritur de inimicis? Ipsi facti sunt peiores inimici. Quomodo enim? quid sequitur? de inimicis querimini? Vos quid estis? Inimici Domini mentiti sunt ei.) Renuncias? Renuncio. Et redit ad quod renunciatur. Vtiq; quibus rebus renuncias nisi factis malis, factis diabolicis, factis à Deo damnandis, furtis, rapinis, periuriis, homicidiis, adulteriis, sacrilegiis, sacris abominãdis, curiositatib? His omnibus renuncias, & rursus his inflexus superaris.
B Facta sunt tibi posteriora deteriora prioribus. Canis 2. Pet. 2. d.
reuersus ad vomitum suũ, & sus lota in volutabris cœni. Inimici Domini mentiti sunt ei. Et quanta patientia Domini? Quare nõ prosternuntur? Quare nõ trucidantur? Quare non terra dehiscente forbentur? Quare non cælo flagrante incenduntur? Quia magna patiẽtia Domini. Et erunt impuniti? Absit. Non sibi tãtum de Dei misericordia blandiantur, vt sibi eius iniustitiam pollicentur. Ignoras quia Dei patientia ad pœnitentiam te Rom. 2. a.
adducit? Tu autẽ secũdùm duritiã cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundùm opera sua. Et si modò nõ reddit, tunc reddet. Si enim modò reddit, ad tempus reddit. Non cõuerso autem nec correcto in æternum reddet. Vide ergo quia nõ erunt impuniti, attende quod sequitur: Inimici Domini mẽtiti sunt ei. Dicturus es, & quid eis fecit? Nõ viuunt, nõ auras carpunt, non lucẽ hauriunt, non fontes potãt, non fructus terræ edunt? Et erit tempus eorum in æternũ.) Nemo sibi ergo blandiatur, quia quasi ad torcular pertinet: bonum est illi, si ad oleum in torculari pertineat.
C Non sibi polliceatur vnusquisque habẽs facta nefaria, Galat. 5. d.
quæ regnum Dei non possidebunt, & dicat sibi: Quoniam habeo signum Christi & sacramenta Christi, non delebor in æternum: & si purgor, per ignem saluus ero. Nã quid est quod ait Apostolus de his qui habent fundamentum? Fundamentum aliud nemo potest ponere 1. Cor. 3. b.
præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quid est, inquiunt, quod sequitur: Vnusquisque autem super fundamentum videat quid superædificet? Alius Ibidem.
enim superædificat aurum, argẽtum, lapides pretiosos: alius ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Si cuius opus permanserit quod superædificauit, mercedem accipiet: hoc est, quia super fundamentum iusta opera ædificauit, aurũ,
D argentum, lapides pretiosos. Si autẽ peccata, lignum, fœnum, stipulam: tamen propter fundamentum ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Fratres, nimis timidus esse volo: melius est enim non vobis dare securitatem malam. Non dabo quod non accipio, timens terreo. Securos vos facerẽ, si securus fierem ego. Ignem æternum timeo. Et erit tempus eorum in æternum, non accipio nisi ignem æternum: de quo alio loco Scriptura dicit: Ignis eorum non extinguetur, & Esaiæ 66. b
vermis eorum non morietur. Sed de impiis dixit, ait aliquis, non dixit de me, qui quamuis peccator sim, quamuis

quamuis adulter, quamuis fraudator, quamuis raptor, quãuis periurus: habeo tamẽ in fundamento Christũ: Christianus sum, baptizatus sum: ego per ignẽ purgor, A
& propter fundamentũ non pereo. Dic mihi iterum: Quis es? Christianus sum, inquit. Interim transi. Quid
Galat. 5. d aliud? Raptor, adulter, & cętera de quibus Apostolus dicit: Quoniã qui talia agũt, regnum Dei non possidebũt. Certè ergo à talibus non correctus, de talibus cõmissis pœnitentiam non agens, regnũ cęlorum speras? Nõ opinor: quoniã qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt. Et ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam
Rom. 2. b te adducit? Tu nescio quid tibi pollicens secũdum duritiam tuã & cor impœnitens thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Attendite ergo ipsum iudicẽ venientem. Bene. Deo gratias. Non tacuit sententiã definitiuã, non misit foras reos, & duxit velum. Antè voluit prænunciare, quod disposuit facere: nẽpe congregabũtur ante eum oẽs gẽtes. Quid de illis faciet? Separabit eas, & alios ponet ad dexterã, alios ad sinistram. B
Nũquid medius locus seruatus est? Quid dextris dictu-
Matt. 25. d rus est? Venite benedicti patris mei percipite regnum. Quid sinistris? Ite in ignẽ æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Si nõ times mitti quò, vide cũ quo.
Galat. 5. d Si ergo opera illa oĩa regnũ Dei non possidebunt, imò nõ opera, sed qui talia agunt: nã opera talia in igne non erunt. Non enĩ illo igne ardentes furaturi sunt & adulteraturi: sed quia qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt. Non ergo erunt à dextris cũ illis quibus dicetur:
Matt. 25. d Venite benedicti patris mei percipite regnũ: quia qui talia agunt, regnũ Dei non possidebunt. Si ergo à dextris non erunt, non restat nisi vt sint à sinistris. Sinistris quid dicet? Ite in ignem æternũ, quia erit tempus eorũ in æternũ. Expone ergo, inquis, nobis ligna, fœnũ, stipulã, quæ qui ædificant super fundamentũ, quomodo
4. seu dist. 21. In illo. nõ pereant, sed salui fiant, sic tamen quasi per ignẽ. Obscura quidem illa quęstio, sed vt possum breuiter dico. C
Fratres, sunt homines omnino contẽptores sęculi huius, quibus non est notũ quicquid tẽporaliter fluit, non hærẽt dilectione aliqua terrenis operibus, sancti, casti, cõtinentes, iusti, fortassis & oĩa sua vendẽtes & pauperibus distribuentes, aut possidentes tãquam non possidentes, & vtentes hoc mundo tanquam non vtentes.
1. Cor. 7. c Sunt autem alij qui rebus infirmitati concessis inhęrẽt aliquantum dilectione. Non rapit villam alienam, sed sic amat suam, vt si perdiderit, conturbetur: non appetit vxorem alienã, sed sic inhæret suæ, sic miscetur suæ, vt modũ non ibi teneat præscriptũ tabulis, liberorum procreãdorum causa. Non tollit aliena, sed repetit sua,
1. Cor. 6. b & habet cum fratre suo iudiciũ. Talibus enim dicitur: Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicium habetis vobiscum. Verùm ipsa iudicia in Ecclesia iubet agi, non ad forum trahi, tamen delicta esse dicit. D
Contendit enĩ Christianus pro rebus terrenis amplius quàm decet eum cui promissum est regnum cælorum. Non totũ cor sursũ leuat, sed aliquam partem eius trahit in terrã. Denique si veniat tẽtatio ducendi martyrij, illi qui habent in fundamento Christũ, & ædificant
1. Cor. 3. c aurum, argentũ, lapides pretiosos, quid dicunt ex hac opportunitate? Bonũ est mihi dissolui, & esse cũ Christo. Alacres currunt, aut nihil, aut modicè de terrena
Philip. 1. d fragilitate contristantur. Illi autẽ amãtes res proprias, domos proprias, grauiter cõturbantur, fœnũ & stipula, & ligna ardent. Habent ergo ligna, fœnum, stipulã, super fundamentũ: sed rerum concessarum, non illicitarũ. Dico enĩ fratres, possides fundamentũ, hære cælo, calca terram. Si talis es, non ædificas nisi aurũ, argentũ, & lapidẽs pretiosos. Cùm autẽ dixeris, amo possessionẽ istam, timeo ne pereat, & imminet damnũ, & tu contristaris, non quidem præponis eam Christo: nam
A si sic amas possessionem istam, vt si dicatur tibi: Ipsam vis an Christũ? & si tristis eã perdis, plus tamen amplecteris Christũ, quem posuisti in fundamẽto, saluus eris tanquã per ignẽ. Audi aliud: Non potes tenere possessionem istam, nisi dixeris falsum testimoniũ. Et hoc nõ facere, Christum in fundamẽto ponere est: veritas enĩ
Sap. 1. c dixit: Os quod mentitur, occidit animam. Ergo si possessionẽ tuam diligis, non tamen propter illã facis rapinã, non propter illã dicis falsum testimoniũ, non propter illã facis homicidiũ, non propter illam falsum iuras, non propter illã Christũ negas: eo quòd non propter illam facis hæc, Christũ habes in fundamẽto. Sed tamen quia diligis illã, & cõtristaris si perdas illam, super fundamentũ posuisti, non aurũ, non argentum, nõ lapides pretiosos, sed lignum, fœnum, stipulam. Saluus ergo eris, cùm ardere cœperit quod ædificasti, sic tamen quasi per ignem. Nemo enim super fundamentũ hoc ędificans adulteria, blasphemias, sacrilegia, idololatrias, periuria, putet se saluũ futurum per ignem, quasi ista sint ligna, fœnum, stipula: sed qui ædificat amorem terrenorum super fundamentũ regni cælorũ, id est, super Christum, ardebit amor rerum temporaliũ, & ipse saluus erit per idoneum fundamẽtum. Inimici Domini mẽtiti sunt ei, dicẽdo: Eo ad vineam, & non eundo: & erit tempus eorũ, non ad tempus, sed in æternum. Et qui sunt isti? Et cibauit illos ex adipe frumenti.) Nostis adipẽ frumẽti, vnde cibantur multi inimici qui mẽtiti sunt ei. Et cibauit illos ex adipe frumẽti, miscuit eos sacramentis suis. Et Iudam, quando dedit buccellã, ex Ioan. 13. a.
adipe frumenti cibauit. Et inimicus Domini mentitus est ei, & erit tempus eius in æternum. Et cibauit illos ex adipe frumenti. Et de petra melle saturauit eos.) O ingratos! Cibauit ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. In eremo de petra aquã produxit, nõ mel.
C Mel sapientia est, primatũ dulcoris tenẽs in cęcis cor- Exod. 17. b
dis. Quàm multi ergo inimici Domini mentiẽtes Domino cibantur, non solùm ex adipe frumẽti, sed etiam de petra melle, de sapientia Christi? quàm multi delectantur verbo eius & cognitione sacramẽtorum eius, solutione parabolarum eius; quàm multi delectantur, quàm multi clamant? Et non est hoc mel de quolibet homine, sed de petra. Petra autẽ erat Christus. Quàm 1. Cor. 10. a.
multi ergo satiantur de melle isto, clamãt, dicunt: Suauе est: dicunt: Nihil melius est, nihil dulcius vel intelligi vel dici potuit. Et tamen inimici Domini mentiti sunt ei. Nolo amplius immorari in rebus dolẽdis: quãquam terribiliter Psalmus ad hoc finitus sit, tamen à fine eius, obsecro vos, recurramus ad caput: Exultate Deo adiutori nostro.

D *Commendatio populi & adhortatio ad sequentem tractatum audiendum, & ludos seculares contemnendum.*

NON parum vestras mentes in nomine Christi diuina spectacula tenuerunt, & suspenderunt vos, nõ solùm ad appetenda quædam, sed ad quædam etiã fugienda. Ista sunt spectacula vtilia, salubria, ædificantia, non destruentia, imò & destruentia, & ædificantia. Destruentia recentes deos, ædificantia fidem in verum & æternum Deum. Etiam in crastinum diem inuitamus charitatem vestram. Cras illi habẽt, vt audiuimus, mare in theatro: nos habeamus portum in Christo. Sed quoniam perẽdino die, id est, quarta sabbati, nõ possumus ad mẽsam Cypriani conuenire, quia festinitas est sanctorum martyrum: crastino ad ipsam mensam conueniamus.

IN PSALMVM LXXXI. ENARRATIO.

PSALMVS ipsi Asaph.) Psalmo huic titulũ sicut aliis A qui similiter prænotantur, vel nomen eius hominis indidit à quo scriptus est, vel eiusdẽ nominis interpretatio: vt ad synagogã quod est Asaph, eius intelligẽtia referatur: præsertĩ quia hoc & primus eius versus assignat. Sic enim incipit: Deus stetit in synagoga deorũ.) Quos deos? Absit vt intelligamus Deos gentium, siue idola, siue aliquã præter homines cælestẽ, terrestrémque creaturam, cùm paulo pòst hunc versum idem iste Psalmus afferat: & quos deos intelligi velit, in quorum synagoga stetit Deus, apertiùs exprimat, vbi ait: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi oẽs. Vos autẽ sicut homines moriemini; & sicut vnus de principibus cadetis. In horum ergo synagoga filiorum altissimi, de quibus idẽ (Esaiæ 1.a) altissimus per Esaiam dicit: Filios genui & exaltaui, ipsi autẽ me spreuerunt, stetit Deus. In synagoga populum Israël accipimus: quia & ipsorũ propriè synagoga dici solet, quãuis & Ecclesia dicta sit. B Nostrã verò Apostoli nũquam synagogam dixerunt, sed semper Ecclesiam: siue discernendi causa, siue quòd inter congregationẽ vnde synagoga, & conuocationẽ vnde ecclesia nomen accepit, distet aliquid: quòd scilicet cõgregari & pecora solent, atque ipsa propriè, quorum & greges propriè dicimus: conuocari autem magis est vtentium ratione, (Psalm. 72.) sicut sunt homines, vnde ex persona ipsius Asaph in alio Psalmo canitur: Quasi pecus factus sum apud te, & ego semper tecum. Cùm vtique quãuis vni vero Deo mancipatus videretur, pro magnis tamen ac summis bonis ab illo carnalia, terrena, tẽporalia requirebat. Inuenimus etiam sæpè eos filios appellatos, nõ ea gratia quæ ad nouum Testamentum pertinet, sed illa quæ ad vetus: quia & ipsa gratia est qua elegit Abraham, & ex eius carne tã magnum populum propagauit: qua nondum natos Iacob dilexit: (Malac. 1.a) Esau autem odio habuit, qua liberauit ex Ægypto, qua in terrã promissionis eiectis C gentibus introduxit. Nisi enim & ipsa esset gratia, non vtique de nobis quibus nõ ad terrenum, sed ad regnũ (Ioan. 1.a) cælorũ capessendũ data est potestas filios Dei fieri, in eodem mox Euãgelio diceretur, quòd accepimus gratiã pro gratia, id est, pro testamẽti veteris promissionibus Testamẽti noui promissiones. Liquet igitur quantum existimo, in qua deorum synagoga steterit Deus. Deinceps requirendũ est, vtrum patrem, an filium, an spiritum sanctum, an ipsam trinitatem accipere debeamus stetisse in synagoga deorum. In medio autẽ deos discernere.) Quia & singulus quisq; Deus, & ipsa trinitas vnus Deus. Non quidem hoc facile est eliquare: & quia non corporalẽ, sed spiritalem Dei præsentiã, quæ congruit eius substantiæ, negari non potest ab eo esse conditis rebus mirabili videlicet & vix paucis intelligibili modo, cui dicitur: Si ascendero in cælum, tu ibi (Psal. 138.) es: si descendero in infernũ, ades. D Vnde meritò perhi- (Hier. .6) betur stare Deus in congregatione hominũ inuisibiliter, sic vt cælum & terrã ipse implet, quòd per prophetam ipse de se prædicat: nec tãtum perhibetur, sed pro (Ioan. 3.d) captu mentis humanæ vtcunque noscitur stare in eis quæ creauit, & si homo stet & audiat eũ, & gaudio gaudeat propter eius intimam vocem. Veruntamen, quãtum arbitror, psalmus iste insinuare aliquid molitur, quod ex quodam tẽpore factum est: vt staret Deus in synagoga deorũ. Nam illa statio qua cælum & terram implet, nec ad synagogam propriè pertinet, nec tẽpore variatur. Deus itaq; stetit in synagoga deorũ: nimi- (Matt. 15.c) rum ille qui de se dixit: Nõ sum missus nisi ad oues quę perierant domus Israël. Dicitur & causa: In medio autẽ deos discernere. Agnosco igitur Deũ stetisse in synagoga deorũ, quorum patres, & ex quibus Christus secundũ carnem: vt enĩ staret Deus in synagoga deorũ, ad hoc ex ipsis secundum carnem. Sed quis Deus? Neque enim quales illi in quorum deorũ synagoga stetit: sed sicut illic Apostolus sequitur: Qui est super omnia (Rom. 9.a) Deus benedictus in secula. Agnosco, inquam, stetisse, agnosco & in medio Deum sponsum, de quo amicus eius quidam dicit: In medio autem vestrum stat, quem (Ioan. 1.d) vos nescitis. Quippe de quibus paulo pòst in hoc psalmo dicitur: Nescierũt neque intellexerunt, in tenebris ambulãt. Testificatur & Apostolus: Quoniã cæcitas ex (Rom. 11.d) parte Israël facta est, vt plenitudo gentiũ intraret. Stãtem quippe in medio sui videbant eum: sed non eũ videbant Deum, qualem se volebat videri dicẽs: Qui me (Ioan. 14.a) videt, videt & patrem. Discernit autem deos, non eorum meritis, sed gratia sua: ex eadem conspersione faciẽs alia vasa in honorẽ, alia in contumeliã. Quis enim (Rom. 9.c) te discernit? Quid enim habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Audi & (1 Cor. 4.b) vocẽ Dei discernentis, audi & vocẽ Domini diuidentis flammam ignis: Vsquequò iudicatis iniquitatem, & (Psal. 28.) facies peccãtium sumitis? Sicut alibi: Vsquequò graues (Psalm. 4.) corde? Nunquid & vsque ad aduentum eius qui lumen est cordis? Dedi legem, duriter restitistis: misi prophetas, iniuriis affecistis, aut interfecistis, aut hæc agẽtibus conniuistis. Sed vt illis nec loqui dignũ sit qui occiderunt seruos Dei præmissos ad se, vos qui cùm hæc fierent tacuistis, id est, vos qui eos qui tunc tacuerũt velut innocẽtes imitari voluistis, vsquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccantium sumitis? Nunquid etiam nunc & ipse hæres veniens occidendus est? Nónne ipse propter vos sine patre esse voluit tanquam pupillus? Nonne propter vos esuriuit & sitiuit vt egenus? Nónne (2. Cor. 8.b) ad vos clamauit: Discite à me, quia mitis sum, & humi- (Matth. 11.d) lis corde? Nónne pauper factus est cùm diues esset, vt ipsius paupertate ditaremini? Iudicate ergo pupillo & egeno, humilem & pauperẽ iustificate.) Non illos propter se superbos & diuites, sed istum propter vos humilem & pauperem, iustũ credite, iustum prædicate. Sed inuidebunt ei, nec omnino parcent: dicentes: Hic est (Matt. 21.d) hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Auferte ergo inopem, & pauperem de manu peccatoris eruite.) Hęc dicta sunt, vt sciretur in eo populo in quo natus & occisus est Christus, nec illos fuisse immunes à tanto scelere, qui cùm essent tantę multitudinis, vt eos sicut Euangeliũ loquitur, timerent Iudęi, & propterea in Christum manus mittere non auderent, postea conniuerunt, cúmque interimi à malignis & inuidis Iudęorũ principibus permiserũt: qui si voluissent timerentur semper, & nunquã in eũ sceleratorum pręualerent manus. De his quippe & alibi dicitur: Canes (Esa. 56.d & 57.a) muti nescierunt latrare: de his etiã illud: Ecce quomodo iustus periit, & nemo considerat. Periit quantum in ipsis est qui eum perdere voluerunt. Nam quomodo ille posset perire moriendo, qui eo modo potius quod erat perditum requirebat? Porrò si isti iustè increpantur, meritóque arguuntur qui tantum scelus fieri dissimulando siluerunt: quomodo increpandi, aut ne increpãdi quidem, sed qua seueritate dãnandi sunt, qui hoc consilio malitiáque fecerunt? Veruntamen omnibus quod sequitur, rectissimè congruit: Nescierunt, & nõ intellexerunt, in tenebris ambulant.) Quia (1. Cor. 2.b) & illi si cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixissent: & illi si cognouissent, nunquam Barabbam liberandum, & Christum crucifigendum petere consensissent. Sed quoniam suprà memorata cęcitas ex (Rom. 11.d) parte Israël facta est donec plenitudo gentium intraret: per hanc vtique illius populi cęcitatem crucifixo Christo: Mouebuntur omnia fundamenta terrę.)

Sic

Sic mota sunt & mouebũtur, donec intret quæ prędestinata est gentiũ plenitudo. (Matt. 27.f) Nam & in ipsa morte Domini terra mota est, & petræ scissæ sunt. Et si intelligamus fundamenta terræ terrenorum bonorũ copia felices, rectè prædictum est quòd mouerentur: vel admirando sic amari, sic coli humilitatẽ, paupertatem, mortem, velut magnam secundum ipsos miseriam Christi, vel ipsi quoque huius mundi vana felicitate cõtempta illam diligendo atque sectando. Ita mouentur omnia fundamenta terrę, cùm partim mirantur, partim etiam (al. commouentur.) † cõmutantur. Sicut enim nõ absurdè dicimus fundamenta cæli, quibus regnum cælorũ superædificatur in sanctis & fidelibus, quos dicit scriptura lapides viuos, (1. Petr. 2.a) quorum fundamentũ est primitus ipse Christus ex virgine: de quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est (1. Cor. 3.c) Christus Iesus: deinde ipsi Apostoli & Prophetæ, quorum authoritate locus cælestis eligitur, vt † eos sectan- B (al. eum.) (Ephes. 2.d) do coædificemur: vnde dicit ad Ephesios: Iã non estis peregrini & inquilini, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superędificati super fundamentũ Apostolorum & prophetarũ ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu, in quo omnis ædificatio compacta crescit in tẽplum sanctum in Domino: ita nõ inconuenienter fundamẽta terræ intelliguntur, quorum terrenam felicitatem præpollẽtem atque potentẽ homines inuidendo eorũ authoritati, ad huius mundi bona cõcupiscenda pertrahuntur, & adipiscẽdo coædificantur tanquam terra super terram, sicut in illo superno ædificio cælum super cælũ; quia & peccatori dictũ est: Ter- (Genes. 3.d) ra es, & in terram ibis. Et: Cæli enarrant gloriam Dei, (Psal 18.) cùm in omnem terrã exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Terrenæ autẽ felicitatis regnũ superbia est, contra quã venit humilitas Christi, exprobrans eis quos vult ex humilitate filios altissimi facere, C atque increpans: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi om- (Ioan. 10.g) nes. Vos autẽ sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis.) Siue ad illos dixerit: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi oẽs, ad eos vtique qui prędestinati sunt in vitam æternã: ad alios verò: Vos autẽ sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis, hoc modo etiam deos discernens: siue omnes simul increpat, vt obediẽtes correctósq; discernat: Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij altissimi oẽs: id est, omnibus vobis promisi felicitatem cælestem: vos autẽ per infirmitatẽ carnis, sicut homines moriemini, & per elationẽ animi, sicut vnus ex principibus, id est, diabolus, nõ extollemini, sed cadetis. Velut si diceret: Cũ tam pauci sint dies vitæ vestræ, vt citò sicut homines moriamini, nõ vobis prodest ad correctionẽ, sed tanquam diabolus, cuius dies in hoc seculo multi sunt, quia carne non moritur, extollimini vt cadatis. Per diabolicã quippe superbiã factum est, vt Christi gloriæ peruersi & cæci principes Iudæorũ inuidissent. Per hoc vitium factum D est & fit, vt Christi vsque ad mortẽ crucifixi humilitas vilescat eis, qui huius seculi diligũt excellentiã. Proinde vt hoc vitiũ sanetur, ex ipsius Prophetæ persona dicitur: Surge Deus iudica terrã.) Timuit enĩ terra, cùm te crucifigerent; surge à mortuis, & iudica terrã. Quoniã tu disperdes in omnibus gentibus.) Quid, nisi terrã, hoc est, eos qui terrena sapiunt? siue ipsum affectum in (al. elationem.) credẽtibus terrenæ cupiditatis & † electionẽ assumẽs, siue non credentes terrã conterendam disperdẽdámque discernens. Sic per membra sua, quorũ conuersatio in cælis est, iudicat terram, & disperdit in omnibus gentibus. Nec prætereundum, quod nonnulli codices habent: Quoniam tu hæreditabis in omnibus gẽtibus: quia & hoc non inconuenienter accipitur, neque vt simul vtrunque sit quicquam repugnat. A Fit ergo hæreditas eius per charitatem, quã suis præceptis & gratia misericorditer excolẽdo, terrenam disperdit cupiditatẽ.

IN PSALMVM LXXXII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulus est: Cãticum Psalmi Asaph.) Iam sæpè diximus quid interpretetur Asaph, id est, congregationẽ. Homo ergo ille qui vocabatur Asaph in figura congregationis populi Dei, in multorũ Psalmorum titulis ponitur. Græcè autẽ congregatio synagoga dicitur, quod velut proprium nomen Iudæorum populus detinuit, vt synagoga appelletur: sicut populus Christianus vsitatius vocatur Ecclesia, cùm & ipse vtique cõgregetur. Populus itaque Dei in isto Psalmo dicit: Deus quis similis erit tibi?) Quod ego arbitror (Philip. 2.a) accommodatius accipi in Christo, quia in similitudine B hominum factus, putatus est ab eis à quibus contẽptus est cæteris hominibus cõparandus: nã & inter iniquos deputatus est, sed ad hoc vt iudicaretur. Cùm autẽ veniet iudicaturus, tunc fiet quod hic dicitur: Deus quis similis erit tibi? Si enim Psalmi nõ solerẽt loqui ad Dominũ Christum, non diceretur etiã illud quod ipsi di- (Psal. 44.) ctũ esse nullus potest dubitare fidelium. Thronus tuus Deus in seculũ seculi, virga directionis virga regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hinc ergo & nunc dicitur: Deus quis similis erit tibi? Multis enim similis in humilitate esse voluisti, (Luc. 23.e) vsqueadeò vt & latronibus, qui tecum sunt crucifixi. Sed in claritate cùm venies, quis similis erit tibi? Quid enim magnũ dicitur, cùm Deo dicitur, quis similis erit tibi: nisi illi dicatur, qui similis esse hominibus voluit, (Philip. 2.a) formam serui accipiens, in similitudinem hominum C factus, & habitu inuẽtus vt homo? Et ideo nõ ait: Quis similis est tibi: quod vtique rectè diceretur, si hoc ad diuinitatem referretur. Quia verò ad formam serui relatum est, tunc eius à cæteris hominibus dissimilitudo apparebit, quando apparebit in gloria: ideo sequitur: Ne taceas neque cõpescaris Deus.) Quia primò tacuit (Esa. 53.c) vt iudicaretur: quando sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, sic non aperuit os suum, & suam compescuit potestatem. Quam vt se compescere ostenderet: ad illam eius vocem qua dixit: Ego sum, hi qui eũ ap- (Ioan. 18.a) prehendẽdũ quęrebant, redierunt retrò, & ceciderunt. Quando ergo teneretur atque pateretur, nisi se ipse cohiberet atque compesceret, & quodammodo mitigaret? Nam & sic quidam interpretati sunt quod hic positum est: Neque cõpescaris Deus: vt dicerent, neque (Esa. 42.c) mitescas Deus. Ipse alibi dicit: Tacui, nunquid semper tacebo? Cui dicitur hic, ne taceas: de illo alibi dicitur: Deus manifestus veniet, Deus noster, & non silebit. Cui dicitur hic: Ne taceas. tacuit enim vt iudicaretur, (Psalm. 49.) D quando venit occultus. Non autem tacebit vt iudicet, quando veniet manifestus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput.) Nouissimos dies significare mihi videtur, quando hæc quæ nunc metu comprimuntur, in liberam vocẽ eruptura sunt: sed planè irrationabilem, vt sonitus magis quàm locutio vel sermo dicendus sit. Non itaque tunc odisse incipient, sed qui oderunt te, tunc leuabũt caput. Nec capita, sed caput: quando eò peruenturi sunt, vt etiam illud caput habeant quod extollitur super omne quod dicitur Deus, & quod colitur, vt in illo maximè impleatur: Qui se exaltat, humiliabitur: & cùm eum ille cui dicitur: Ne taceas neque mitescas Deus, interfi- (2. Thess. 2.a) ciet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsen- (Luc. 14.c) tiæ suæ. Super populum tuum malignauerunt consi-

lium.) Vel, sicut alij codices habent, Astutè cogitauerunt consilium, & cogitauerũt aduersus sanctos tuos.)
Irridenter ista dicuntur. Quando enim valerent nocere populo vel plebi Dei, vel sanctis eius qui nouerunt
Rom.8.f dicere: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente.) Singularẽ numerum posuit pro plurali: sicut dicitur: Cuius est hoc pecus, etiam si de grege interrogaretur, & intelligunturpecora. Denique alij codices de gentibus habent, vbi magis interpretes intellectũ quàm verbum secuti sunt. Venite & disperdamus eos de gente. Ipse est ille sonus, quem sonuerũt magis quàm locuti sunt, quoniam inaniter inania strepuerũt. Et non memoretur nominis Israël vltrà.) Hoc alij planius dixerũt: Et non sit memoria nominis Israël adhuc. Quia memoretur nominis, in Latina lingua inusitata locutio est. Potius enĩ dici solet, memoretur nomen, sed eadem ipsa sententia est. Nam qui dixit, memoretur nominis, Græcam transtulit locutionem. Israël autẽ hic debet intelligi vtique se-
Galat.3.d men Abrahæ, cui dicit Apostolus: Ergo Abrahæ semẽ
B estis secundum promissionem hæredes: non Israël se-
1.Cor. 10.c cundum carnem: de quo dicit: Videte Israël secundum carnem. Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul adversus te testamentũ disposuerunt.) Quasi possent esse fortiores. Testamentum sanè in Scripturis nõ illud solùm dicitur, quod non valet nisi testatoribus mortuis: sed omne pactum & placitum testamentum vocabant;
Gen. 31.f Nam Laban & Iacob testamẽtum fecerunt, quod vtique etiam inter viuos valeret: & innumerabilia talia in diuinis leguntur eloquiis. Deinde incipit inimicos Christi commemorare sub quibusdam vocabulis gentium: quorum vocabulorũ interpretatio satis indicat quid velit intelligi. Talibus enĩ nominibus conuenientissimè figurantur veritatis inimici. Idumęi quippe interpretãtur, vel sanguinei, vel terreni. Hismaëlitę, obedientes sibi, vtique non Deo, sed sibi. Moab ex patre. Quod in malo nõ intelligitur melius, nisi cũ ipsa histo-
C ria cogitatur, quòd pater Lot filię suę illicitè se vtenti permixtus eum genuit, quia ex ipsa re tale nomen accepit. Bonus autem pater lex, sed sicut Apostolus ait, si
Gen.19.g
1.Tim.1.b quis ea legitimè vtatur, non incestè, & illicitè. Agareni, proselyti, id est, aduenę. Quo nomine significantur inter inimicos populi Dei, non illi qui ciues sunt: sed qui in animo alieno atq; aduenticio perseuerãt, & nocendi occasione inuenta se ostendunt. Gebal, vallis vana, id est, fallaciter humilis. Amon, populus turbidus, vel populus męroris. Amalech, populus lingens. vnde
Psal.71. alibi dictũ est: Et inimici eius terram lingent. Alienigenę quamuis & ipso nomine Latino se indicẽt alienos, & ob hoc consequẽter inimicos, tamen in Hebręo dicuntur Philistiim, quod interpretatur, cadentes potione: velut quos fecit ebrios luxuria secularis. Tyrus lingua Hebræa dicitur Sor: quod siue angustia siue tribulatio interpretetur, secundũ illud accipiendũ est, in his
Rom.2.b inimicis populi Dei, quod ait Apostolus: Tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malum. Omnes ergo hi sic enumerãtur in hoc Psalmo: Tabernacula Idumæorum & Hismaëlitæ, Moab & Agareni, Gebal & Amon & Amalech, & alienigenæ cum habitantibus Tyrũ.) Et tanquam indicãs causam quare sint inimici populo Dei, adiungit & dicit: Etenim Assur ve-
Ephe.2.a nit cum illis.) Assur autẽ pro ipso diabolo figuratè intelligi solet, qui operatur in filiis diffidentiæ tanquã in vasis suis, vt oppugnent populũ Dei: Facti sunt, inquit, in adiutorium filiis Lot.) Quia omnes inimici operãte in se principe suo diabolo, facti sunt in adiutoriũ filiis Lot, qui interpretatur declinãs. Angeli autem apostatici bene intelliguntur tãquam filij declinationis: à veritate quippe declinando, in satellitium diaboli discesserunt. Hi sunt de quibus dicit Apostolus: Non est vo-
Ephes.6.b
A bis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus. Quia istos inuisibiles inimicos adiuuant homines infideles, in quibus operantur ad oppugnãdum populum Dei. Iam nũc videamus quid imprecetur Propheticus spiritus, magis prædicens quàm maledicens. Fac illis sicut Madian & Sysaræ, sicut Iabin in torrente. Cyson.
Iudi. 4.c.d Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terræ.) Hos omnes secundũ historiam populus Israël, qui tunc erat populus Dei, debellauit & vicit: sicut etiam illos quos deinceps commemorat dicens: Pone princeps eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana.) Interpretationes autem eorum nominum istæ sunt. Madiã interpretatur declinans iudicium: Sysara, gaudij exclusio: Iabin, sapiẽs. Sed in his inimicis à populo Dei superatis,
1.Cor.1.c ille intelligẽdus est sapiẽs, de quo Apostolus dicit: Vbi
B sapiẽs, vbi scriba, vbi cõquisitor huius seculi? Oreb siccitas, Zeb lupus, Zebee victima, sed lupi: habet enim & ipse victimas suas. Salmana vmbra commotionis. Hęc omnia congruunt malis, quos in bono vincit populus Dei. Porrò autem Cyson, in quo torrẽte victi sunt, interpretatur duritia eorum. Endor vbi perierunt, interpretatur fons generationis, sed vtique carnalis, cui dediti perierunt: non curantes regenerationem, quæ perducit ad vitam, vbi non nubent, neque vxores ducent:
Matt.22.b Non enim incipient mori. Meritò ergo de his dictum est: Facti sunt vt stercus terræ: de quibus nihil propagatum est, nisi terrena fœcũditas. Sicut ergo illi omnes in
1.Cor.4.d figura superati sũt à populo Dei, sic istos inimicos precatur in veritate superari. Omnes, inquit, principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuariũ Dei.) Ipse est sonitus inanis, quo, vt suprà dictũ est, inimici tui sonuerunt. Sanctuarium autem Dei quid in-
C telligendum est, nisi templũ Dei, de quo Apostolus ait:
1.Cor.3.d Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos? Nam quid aliud inimici, nisi populum Dei possidere, id est, subiugare moliuntur, vt † cadat in eorum impias volũ- al.cædat.
tates? Sed quid sequitur? Deus meus pone illos vt rotam.) Conuenienter quidem accipitur, vt non sint in eo quod cogitant stabiles. Veruntamen etiam sic rectè posse intelligi existimo: Pone illos vt rotam, quòd rota ex his quæ retrò sunt extollitur, ex his quæ ante sunt deiicitur, sic fiunt omnes inimici populi Dei: non enim hæc optatio, sed prophetatio est. Adiungit etiã: Sicut stipulam ante faciem venti.) Faciem dicit præsentiam. Nam quæ facies est venti, cui nulla liniamenta sunt corporis: cùm sit motus, id est, quasi fluctus aëris? Ponitur autem pro tentatione, qua leuia & inania corda rapiuntur. Leuitatem porrò qua facilè con-
D sentitur ad mala, grauis sequitur cruciatus. Vnde deinceps dicitur: Sicut ignis qui comburit siluam, sicut flamma cõburens montes: ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua conturbabis eos.) Siluam dixit propter sterilitatem, montes propter elationem: tales enim sunt inimici populi Dei, inanes iustitiæ, pleni superbia. Ignem verò & flammam dicens, hoc idem alio nomine repetiuit, quod intelligi voluit iudicantem atque punientem Deum. Quod autem ait, In tempestate tua: hoc idem consequenter exposuit dicens: In ira tua. & quod suprà dixit, Persequeris eos: hoc postea, conturbabis eos. Meminerimus sanè, iram Dei sine vlla affectione turbulenta nos debere intelligere. Ira quippe eius dicitur, ratio iusta vindictæ: tanquam si lex dicatur irasci, cùm ministri eius secundum eam commoti vindicant. Imple, inquit, facies

corum

eorum ignominia, & quærent nomen tuũ Domine.)
Hoc sanè illis bonũ & optabile prophetatur. Nec pro- A
phetaretur, nisi essent in ea societate inimicorũ populi Dei etiam tales homines, quibus hoc ante vltimum iudicium præstaretur: quia & nunc idem ipsi sunt, & ipsum corpus est inimicorũ secundum inuidentiam qua æmulantur populum Dei. Et nũc vbi possunt, & sonãt & leuant caput, sed particulatim, non vniuersaliter, sicut in fine seculi, nouissimo imminente iudicio: tamen ipsum corpus est, & in his qui inde crediturí sunt, atque in corpus aliud transituri. Horũ enim facies salubriter impletur ignominia, vt quærant nomen Domini: & in illis qui vsque in finem in eadẽ malitià perseuerant, qui ponuntur vt stipula ante faciem venti, & sylua montibúsque infructuosis similes comburũtur. Ad quos denuò reuertitur dicens: Erubescant & conturbentur in seculum seculi.) Non enim in seculũ seculi conturbantur, qui quærunt nomen Domini, sed respiciẽtes igno-
B miniam peccatorum suorum, ad hoc conturbantur, vt quærant nomen Domini, per quod non conturbẽtur. Rursũsque ad hos redit, qui in eadẽ societate inimicorum ad hoc confundẽdi sunt, ne confundãtur in æternum: & ad hoc perdendi sunt, inquantum mali sunt, vt boni facti inueniantur in æternũ. De his enim cùm dixisset, Et confundantur & pereant;) statim subiecit: Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra.) Ad hanc cognitionẽ venientes sic confundantur vt placeant, sic pereant vt permaneant. Cognoscant, inquit, quia nomen tibi Dominus, tanquam nec vero nec suo nomine nuncupentur, quicunque alij domini nominãtur: quoniam seruiliter dominantur, & vero Domino cõparati, nec domini sunt, si-
Exod.3.d cut dictum est: Ego sum qui sum, tanquam non sint ea quę facta sunt, si comparẽtur ei à quo facta sunt. Quod verò adiunxit, Tu solus altissimus in omni terra, vel, si-
C cut alij codices habent, Super omnem terrã; vtique & in omni cælo, vel super omne cælum: sed hoc dicere maluit, quo terrena superbia premeretur. Desinet enim
Gene.3.d superbire terra, id est homo, cui dictũ est: Terra es. Et:
Eccl.10.a Quid superbit terra & cinis? cùm cognoscit Dominum esse altissimum super omnem terram, id est, nullius hominis cogitationes valere aduersus eos, qui secundum
Rom.8.e propositum vocati sunt, & de quibus dicitur: Si Deus pro nobis, quis contra nos?

IN PSALMVM LXXXIII. ENARRATIO.

PSALMVS iste pro torcularibus inscribitur. Et quãtum aduertit nobiscum charitas vestra, quia vos intentissimè audire aduertebamus, nihil in eius textu dictum est, vel de prelo, vel de fiscinis, vel de lacu, vel de instrumẽtis, aut ædificio torcularis: omnino nihil in eo tale audiuimus. Vnde quid sibi velit titulus eius, quòd inscribitur pro torcularibus, nõ parua quæstio est. Profectò enim si post istũ titulum aliquid de talibus rebus
D diceret, quales cõmemoraui, crederetur à carnalibus verè ista visibilia torcularia voluisse cãtare. Quia verò titulũ imposuit pro torcularibus, & nihil postea in omni versu Psalmi dixit de his torcularib. notissimis oculis nostris: non dubitatur, esse alia torcularia, quæ nos hic quærere & intelligere voluit spiritus Dei. Quapropter quid agatur in his visibilibus torcularibus, recordemur, & hoc videamus quẽadmodũ spiritaliter agatur in Ecclesia. Vua certè pendet in vitibus, & oliua in arboribus: his enĩ duobus fructibus solent torcularia præparari. Et quãdiu pendent in frutetis suis, tanquam libero aëre perfruũtur: & nec vua vinum est, nec oliua oleũ, ante pressurã. Sic sunt & homines quos prædesti-
Rom. 8.f nauit Deus ante secula cõformes fieri imaginis vnigeniti filij sui, qui præcipuè in passione magnus botrus expressus est. Huiusmodi ergo homines antequã accedant ad seruitutem Dei, fruuntur in hoc seculo tanquã
Eccl. 2.a delciosa libertate, velut vuæ aut oliuę pendentes. Sed quoniam dictũ est, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prępara animam tuã ad tẽtationem; accedens quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia se venisse cognoscat, contribulabitur, conteretur, cõprimetur, non vt in hoc seculo pereat, sed vt in apothecas Dei defluat. Exuitur carnalium desideriorũ integumentis quasi vinaciis: hoc enim ei contingit in de-
Coloss. 3.b sideriis carnalibus, ppter quę & Apostolus dicit: Exuite vos veterẽ hominem, & induite nouũ. Hoc totum non fit nisi de pressura. Propterea torcularia nominantur Ecclesię Dei huius temporis, & in torcularibus positi qui sumus, filij Chore.) Sic enim additum est, pro torcularibus Filiis Chore.) Filios Chore interpretatos habemus filios calui, quantum nobis qui illam linguã nouerunt, per ministeriũ quod Deo debuerunt, interpretari potuerunt: & in hoc nõ diffugio magnum mysteriũ intueri, & adiuuante Domino inuenire vobiscũ. Non enim tanquã à filiis pestilentiæ omnis est irridenda caluicies: ne cùm quisque sacratã caluiciem irrise-
4.Reg. 2.d rit, à dæmoniis dissipetur. Nã & Heliseus ibat, & insensati pueri clamauerunt post eũ: Calue calue: & propter sacramentum implendum cõuersus ad Dominum petiuit, vt eos vrsi de sylua exeuntes comederẽt. Arrepta est quidẽ illorum infantia in exitiũ vitæ de hoc seculo. Mortui sunt pueri, senes quandoque morituri: verũtamẽ sacramẽti terror datus est hominibus. Heliseus enĩ
C personam cuiusdam tũc gerebat, cuius filij sumus, filij Chore, Domini scilicet nostri Iesu Christi. Iam occurrit charitati vestræ ex Euãgelio, quare caluus gerebat
Matt. 27.d personã Christi, recordamini quòd in Caluariæ loco crucifixus est. Siue ergo hoc interpretetur filius Chore, sicut secuti priores diximus, siue aliud aliquid quod nos forsitan latet: interim quod occurrit, videtis quia plenũ est sacramento: Filij Chore, filij Christi. Nam &
Matt.9.b filios suos dicit sponsus, cùm ait: Non possunt filij spõsi iciunare, quamdiu cum illis est sponsus. Christianorũ sunt ergo ista torcularia. In pressuris autem constituti ad hoc conterimur, vt amorẽ nostrum quo ferebamur in ista mundana, secularia, temporalia, fluxa atque peritura, passi in eis in hac vita tormenta & tribulationes pressurarũ, & abundantiã tentationũ, incipiamus quę-
Psalm.5. rere illam quietem, quæ non est de hac vita, nec de hac terra, & fit Dominus, vt scriptũ est, refugium pauperi. Quid est pauperi? Tanquam destituto, sine ope, sine auxilio, sine aliqua re, de qua in terra præsumat. Talibus enim pauperibus adest Deus, quia homines etsi abundent pecunia in hac terra, respiciũt quod ait Apostolus: Præcipe diuitibus huius mundi nõ superbè sapere,
1.Tim. 6.d neque sperare in incerto diuitiarum. Et considerantes
D quàm sit incertũ vnde gaudebant, antequã accederẽt ad seruitutẽ Dei, id est, antequam intrarent in torcularia, vident ex ipsis diuitiis, vel habere se pressuras cogitationũ, quomodo ea gubernentur, quomodo custodiantur: vel si paululũ inclinauerint cupiditatem vt ea diligãt, plus eos impleri timoribus quã fructibus. Quid enim tam incertum, quàm res volubilis? Nec immeritò ipsa pecunia rotunda signatur, quia nõ stat. Tales ergo etsi habeant aliquid, pauperes sunt. Qui verò nihil horum habent, & habere desiderãt, inter reprobandos diuites cõputantur: non enim attendit Deus facultatẽ, sed voluntatẽ. Pauperes igitur destituti omni ope seculari, quia etsi ea circũfluant, intelligũt quã incerta sint, & ingemiscentes ad Deum nihil habẽtes in hoc seculo quo delectentur, quo teneantur in abũdantia tentationum & pressurarum tanquã in torcularibus constituti,

desuant vinum, desuant oleum. Quæ sunt ista nisi bona desideria? Restat enim illis desiderandus Deus, iam non amant terram. Amant eum qui fecit cælum & terram, amant, & nondum cum eo sunt. Desiderium eorũ differtur vt crescat, crescit vt capiat: non enim parum aliquid daturus est Deus desideranti, aut parum exercendus est ad capacitatẽ tanti boni. Non aliquid Deus quod fecit daturus est, sed seipsum qui fecit omnia. Ad capiẽdum Deum exercere, quod semper habiturus es diu desidera. Reprobati sunt in populo Israël, qui festinauerũt assiduè. affectus iste reprehenditur in Scriptura festinantiũ. Qui sunt enim qui festinant? Qui cõuersi ad Deum cùm hic non inuenerint requiem quã quærebãt, & gaudia quæ promittebantur, tanquã in itinere deficientes, & longũ sibi quiddam donec hoc seculum vel hæc vita finiatur, restare arbitrantes, & quærentes hic aliquam requiẽ, quæ si habetur, falsa est; respiciunt retrò, & decidunt à proposito, nec attẽdunt cũ quanto terrore dictũ est: Memẽtote vxoris Lot. Vt quid enim statua salis effecta, si non homines cõdit vt sapiant? Ergo exemplũ illius malũ, tibi fit bonũ, si caueris. Memẽtote, inquit, vxoris Lot. Respexit enĩ retrò vnde liberata erat à Sodomis, & ibi remansit vnde respexit: ipsa in loco mãsura & transeuntes alios conditura. Liberati ergo à Sodomis præteritę vitæ; nõ respiciamus retrò. Nam hoc festinare est, non attendere quod promisit Deus: quia longè est: & respicere ad id quod proximũ est, vnde iã liberatus es. De talibus quid dicit apostolus Petrus? Contigit illis res veri prouerbij, canis reuersus ad suum vomitum. Premebat enim pectus conscientia peccatorũ, accepta indulgentia quasi vomuisti, & † reuelatum est peccatũ tuum: Facta est bona conscientia ex mala cõscientia. Quid rursus cõuerteris ad vomitũ tuum? Si canis hoc faciẽs horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Vnusquisque autẽ fratres charissimi, de loco itineris sui ad quem proficiendo peruenit, & quem vouit Deo, inde respicit retrò, cùm ipsum dimiserit. Verbi gratia, statuit castitatẽ coniugalem seruare (inde enim incipit iustitia) recessit à fornicationibus, & ab illa illicita immũditia: quando se ad fornicationes conuerterit, retrò respexit. Alius ex munere Dei maius aliquid vouit, statuit nec nuptias pati. Qui non damnaretur, si duxisset vxorẽ, post votum quod Deo promisit, si duxerit, dãnabitur, cùm hoc faciat quod ille qui non promiserat: tamen ille non damnatur, iste damnatur. Quare, nisi quia iste respexit retrò? Iam enim ille antè erat, iste autẽ illuc nõdum peruenerat. Sic virgo, quæ si nuberet, nõ peccaret: sanctimonialis si nupserit: Christi adultera reputabitur. Respexit enim retrò de loco quò accesserat. Sic quib. placet relicta omni spe seculari, & omni actione terrena conferre se in societatẽ sanctorum, in cõmunem illam vitã, vbi non dicit aliquis aliquid proprium, sed sunt illis oĩa communia, & est illis anima vna & cor vnũ in Deum: quisquis inde recedere voluerit, nõ talis habetur qualis ille qui non intrauit. Ille enĩ nondũ accessit, iste retrò respexit. Quapropter charissimi, quomodo quisq; potest, vouete & reddite Domino Deo vestro quod quisque potuerit, nemo retrò respiciat, nemo pristinis suis delectetur, nemo auertatur ab eo quod ante est, ad id quod retrò est: currat donec peruenia: nõ enĩ pedibus, sed desiderio currimus. Nullus autẽ in hac vita peruenisse se dicat. Quis enim potest tam perfectus esse quàm Paulus? Et tamen ait: Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem quæ retrò oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundũ intentionẽ sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Vides Paulũ adhuc currere, & te iam existimas peruenisse? Si ergo sentis pressuras huius mundi, etiã cùm felix es, intellexisti te esse in torculari. Putatis enim fratres charissimi infelicitatẽ seculi metuendã esse, & felicitatẽ non esse metuendã? Imò verò nulla infelicitas frangit, quẽ felicitas nulla corrũpit. Quomodo ergo cauẽda & timenda est ipsa corruptrix, ne te blandiendo seducat, ne incumbas in baculũ arundinis? Nam & hoc scriptum est, quosdam incũbere in baculum arũdinis. Nolite credere, fragile est in quo niteris, frangitur & interimit te. Si ergo felicitate tibi iste mũdus arrideat, in pressura te cõputa; vt dicas: Tribulationem & dolorẽ inueni, & nomẽ Domini inuocaui: Non dixit, inueni tribulationem, nisi quãdam quę latet. Quædam enim tribulatio, & dolor quosdam in hoc seculo latent, qui putant sibi bene esse cùm peregrinantur à Domino. Quamdiu enim sumus in hoc corpore, inquit, peregrinamur à Domino. Si à patre tuo homine peregrinareris, miser esses: à Domino peregrinaris, & felix es? Ergo sunt qui putãt sibi bene esse. Qui autẽ intelligunt in qualibet circumfluentia copiarũ & voluptatum, quãuis ad nutum cuncta deseruiant, quamuis nihil molestũ irrepat, nihil aduersum terreat, tamen in malo se esse quamdiu peregrinãtur à Domino: acutissimo oculo tribulationem & dolorem inuenerunt, & nomen Domini inuocauerunt. Talis est qui cantat in hoc Psalmo. Quis est? Corpus Christi. Quis est iste? Vos, si vultis: nos omnes, si volumus: omnes filij Chore, & omnes vnus homo, quia vnum Christi corpus. Quomodo non est vnus homo, qui vnum caput habet? Caput omnium nostrũ Christus est, corpus illius capitis omnes nos sumus. Et omnes in hac vita in torcularibus sumus: si bene sapimus, si iã ad torcularia venimus. Ergo in pressuris tentationum cõstituti, edamus hanc vocem, & præmittamus desiderium nostrũ. Quàm amabilia sunt, inquit, tabernacula tua Domine virtutum!) Erat in tabernaculis quibusdam, id est, in torcularibus: sed desiderabat alia tabernacula, vbi nulla pressura est. In his illuc suspirabat, ab his in illa per desiderium carnale quodam modo defluebat. Et quid sequitur? Cõcupiscit & deficit anima mea in atria Domini.)Parum est, concupiscit & deficit. Sed quò deficit? In atria Domini. Defecit vua pressa. Sed quò defecit? In vinum & in lacum, & in apothecæ requie seruãda, in quiete magna. Hic desideratur, ibi capitur: hic suspiratur, ibi gaudetur: hic oratur, ibi laudatur: hic gemitur, ibi exultatur. Ea quæ dixi quasi dura, hic nemo auersetur, nemo quasi nolit pati. Metuendum est, ne vua dum torcular timet, ab auibus vel à feris comedatur. In magna videtur tristitia esse, cùm dicit: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: non enim habet quod desiderat. Sed nunquid sine gaudio est? Quo gaudio? Quid ait Apostolus: Spe gaudentes. Ibi iam re gaudebit, modò adhuc spe. Ideóque qui spe gaudent, quia certi sunt se accepturos, tolerant. In torculari omnes pressuras. propterea & ipse Apostolus cũ dixisset, Spe gaudentes, quasi his loqueretur, qui iam in torculari sunt, addidit statim: In tribulatione patientes. In tribulatione, inquit, patientes. Quid inde? In oratione tolerantes. Quid est, tolerantes? Quia differimini. Oratis & differimini, tolerate quòd differimini. Toleretur quod differtur, quia cùm venerit, non aufertur. Audisti gemitum in torculari: desiderat & deficit anima mea in atria Domini. Audi vnde duret: Spe gaudentes. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.) Exultauerunt hic in illud. Vnde exultatio, nisi de spe? Quò exultauerunt? In Deum viuum. Quid ibi exultauerunt? Cor meũ & caro mea. Vnde exultauerunt? Nam & passer, inquit, inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos.)

Luc 17.g
Gene.19.f
2.Petr.2.d
al. *reuelatũ est pectus tuum.*
1.Co.7.c
Act.2.g.& 4.g
Psal.76.
Philip.3.d
4.Reg 18.c
Psal.114.
2.Cor.5.d
D

Quid

Quid est hoc? Duo dixerat, & duo reddidit, in similitudinem auiũ. Dixerat exultasse cor suũ, & carnem suam, & his duobus reddidit passerem & turturem: cor tanquam passer, caro tãquam turtur. Inuenit sibi domum passer, inuenit sibi domũ cor meum. Exercet pennas in virtutibus huius temporis, in ipsa fide, spe & charitate, quibus volet in domũ suam: & cùm venerit permanebit, & iã querula vox passeris quę hic est, nõ erit ibi. Nã ipse est querulus passer, de quo in alio Psalmo dicit: Sicut passer singularis in tecto, de tecto volat ad domũ. Iam sic sit in tecto, calcet domum carnalem: habebit quendã cælestem locũ, perpetuam domum. Passer iste finiẽt querelas suas. Turturi autẽ dedit & pullos, id est carni: inuenit nidum turtur vbi ponat pullos suos. Passer domũ, turtur nidum, & nidũ vtique vbi ponat pullos suos. Domus tanquã ad sempiternũ eligitur, nidus ad tẽpus congeritur. Corde cogitamus Deũ tanquam volantem passerẽ ad suam domũ, carne autem agimus opera bona: videtis enim per carnem sanctorũ quanta bona fiãt. Per hanc enĩ operamur quæ iussi sumus operari, quibus adiuuamur in hac vita. Frange esuriẽti panem tuũ, & egenum sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & cætera talia quæ nobis præcepta sunt, non operamur nisi per carnẽ. Passer ergo ille qui cogitat domũ suam, non recedit à turture quærente sibi nidũ, vbi ponat pullos suos: non enim abiicit illos vbicunque, sed inuenit sibi nidum, vbi eos ponat. Dicimus autẽ fratres, quod nostis. Quanti videtur prẽter Ecclesiam bona operari? Quàm multi etiam pagani pascunt esurientẽ, vestiunt nudum, suscipiunt hospitẽ, visitant ægrotum, consolantur inclusum? Quàm multi hæc faciũt? Quasi videtur párere turtur, sed non sibi inuenit nidũ. Quàm multa multi hæretici non in Ecclesia operãtur, non in nido pullos ponunt? Conculcabũtur & conterentur: non seruabũtur, non custodientur. In huius enĩ carnis operatricis persona posita est quædam mulier ab Apostolo Paulo, cùm ait: Adam nõ est seductus, mulier autẽ seducta est. Postea enim Adã cõsensit mulieri: nam à serpente mulier seducta est. Nec modo potest aliqua mala suasio, nisi carnis tuæ primò desideriũ commouerit: cui postea si mente cõsenseris, cecidit & passer. Si autẽ vincuntur desideria carnis, tenentur mẽbra ad opera bona, arma concupiscẽtiæ auferũtur: & incipit turtur habere pullos. Propterea quid ibi ait Apostolus? Salua autẽ erit per filiorũ generationẽ. Mulier vidua sine filiis, si perseuerauerit, nónne beatior? Nunquid salua non erit, quia nõ parit filios? Virgo Dei nónne melior erit? Nũquid salua non erit, quia filios non habet? aut ad Deum non pertinet? Salua ergo erit mulier, quæ in typo carnis accipitur, per filiorum generationem, id est, si faciat opera bona. Sed nõ vbicũque turtur inueniat nidũ sibi: vbi ponat pullos suos: In fide vera, in fide catholica, in societate vnitatis ecclesię pariat opera sua. Propterea & de illa cùm loqueretur Apostolus, ita subiecit: Salua autẽ erit per filiorũ generationẽ, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate. Permanẽdo ergo in fide, ipsa fides nidus est pullorũ tuorum. Nam propter infirmitatem pullorũ turturis tuæ dignatus est Dominus præbere tibi vnde nidũ faceres: indutus est enĩ fœno carnis, vt ad te veniret. In ista fide pone pullos tuos, in isto nido operare opera tua. Qui enim sunt nidi, vel quis est nidus? Sequitur statim: Altaria tua Domine virtutũ.) Cùm dixisset: Et turtur inuenit sibi nidum? vbi ponat pullos suos: quasi quæsisses, quẽ nidũ? Altaria tua Domine virtutũ: Rex meus & Deus meus.) Quid est: Rex meus & Deus meus? Qui regis me, qui creasti me. Sed hic nidus est, & hic peregrinatio, & hic suspiriũ, & hic tritura, & hic pressura, quia & hic torcular. Quid est autem quod desiderat? quid concupiscit? quò it? quò tendit desideriũ nostrũ? quò nos rapit? Hic positus illa meditatur positus inter tẽtationes, positus inter pressuras, positus in torcularibus, suspirans in superna promissa: quasi quid ibi acturus, iã præmeditatur gaudia futura. Beati, inquit, qui habitant in domo tua.) Vnde beati? Quid habituri? quid acturi? Omnes qui beati dicuntur in terra, habent aliquid, & agũt aliquid. Beatus est homo ille, qui tot prædiis, tanta familia, tanto auro & argento, habendo beatus dicitur. Beatus est, ad illos honores peruenit, ad procõsulatum, ad præfecturã agendam. Beatus ergo dicitur, aut habendo, aut agẽdo. Vnde autẽ ibi beati? Quid habituri? quid acturi? Quid habituri, iam suprà dixi: Beati qui habitant in domo tua. Domũ tuam si habueris, pauper es: domũ Dei si habueris, diues es. In domo tua timebis latrones, domui Dei murus ipse Deus est. Beati ergo qui habitant in domo tua. Possidẽt Hierusalẽ cælestẽ sine angustia, sine pressura, sine diuersitate & diuisione limitum: oẽs habent eam, & singuli habent totam. Magnæ illæ diuitiæ. Non angustat frater fratrem, nulla ibi indigentia est. Quid ergo ibi acturi? Omnium enim actionum humanarum mater necessitas. Iam fratres breuiter dixi: Currite animo per quaslibet actiones, videte, si eas parit, nisi necessitas. Ipsæ memorabiles artes quæ magnæ videntur in subueniendo, patrocinia linguæ & adiutoria medicinæ: ipsæ sunt enim in hoc seculo excellẽtes actiones: tolle litigatores, quib. opitulatur aduocatus: tolle vulnera & morbos, quid curat medicus? Et oẽs istæ actiones nostræ ad quotidianã vitam quæ exiguntur & fiũt, ex necessitate veniunt. Arare, seminare, nouellare, nauigare, talia omnia opera quę parit nisi necessitas & indigentia? Tolle famẽ, sitim, nuditatẽ, cui opus sunt ista omnia? Hæc etiam quæ nobis iubentur bona opera: nã ista quæ cõmemoraui, honesta sunt, sed oĩm hominũ, exceptis operibus pessimis, loquor detestabilibus operibus, flagitiis & facinoribus, homicidiis & effractoribus, adulteriis, illa nec deputo inter actiones humanas. Hęc honesta loquor, non parit nisi necessitas: necessitas fragilitatis carnalis. Hæc etiã quæ dixit iuberi nobis: Frãge esurienti panem tuũ. Cui frangis, vbi nemo esurit? Egenum sine tecto induc in domũ tuam. Quem hospitem suscipis, vbi oẽs in patria sua viuunt? Quem visitas ægrotum, vbi perpetua sanitate gaudẽt? Quem cõcordas litigiosũ, vbi pax sempiterna est? Quẽ sepelis mortuum, vbi semper viuitur? Nihil ergo horũ acturus eris ex operibus honestis illis omniũ hominũ. Nihil acturus es ex istis bonis operibus, quia isti pulli turturis iam volabãt de nido. Quid ergo? Iam dixisti quid habituri sumus? Qui habitãt in domo tua, beati sunt. Dic etiam quid acturi sunt, quia nõ video ibi aliquas necessitates quę me impellãt ad agendũ. Ecce modò quod loquor & disputo, necessitas parit. Nunquid enĩ ibi talis disputatio erit, quæ quasi doceat ignaros, quæ quasi cõmemoret obliuiosos? Aut verò in illa patria Euangelium recitabitur, vbi ipsum Dei verbũ contemplabitur? Ergo quia dixit istæ desiderans & suspirãs ex voce nostra, quid habituri sumus in illa patria cui suspiratur, & ait: Beati qui habitant in domo tua: dicat & quid acturi sumus. In secula seculorũ laudabunt te.) Hoc erit totum negotium nostrum, sine defectu, halleluia. Non vobis fratres videatur, quasi fastidium ibi futurũ: quia si modò hoc diu dicatis, non duratis, ab illo gaudio necessitas vos auertit. Et quia non tantũ delectat quod nõ videtur, si tãta alacritate in ipsa pressura & fragilitate carnis laudamus quod credimus, quomodo laudabimus, quod videbimus? Cùm absorpta fuerit mors in victo-

Psal.101.
Esa.58.b
2. seu dist 41. His aũt
1.Tim.2.d
Gen.3.b
Esa.58.b
1.Tim.2.d
1.Cor.7.g
D
1.Cor.15.g

riã, cùm mortale hoc induerit immortalitatẽ, & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, nemo dicet, diu A
ſteti: nemo dicet, diu ieiunaui, diu vigilaui. Stabilitas
enim magna ibi, & ipſa immortalitas iã corporis noſtri
ſuſpendetur in contemplationẽ Dei. Et ſi modò verbũ
hoc quod vobis erogamus, tam diu fragilitatẽ carnis
1. Ioan. 3. a noſtrę ſtãtẽ tenet, quid nobis faciet illud gaudiũ? Quo-
modo nos mutabit? Similes enim ei erimus, quoniã vi-
debimus eum ſicuti eſt. Iam ſimiles illi, quãdo deficie-
mus? quò auertemur? Securi ergo ſimus fratres, nõ nos
ſatiabit niſi laus Dei, amor Dei. Si deficias ab amore,
deficies à laude. Si autẽ amor ſempiternus erit, quia illa
inſatiabilis pulchritudo erit: noli timere, ne non poſſis
ſemper laudare, quẽ ſemper poteris amare. Ergo beati
qui habitãt in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabũt
te. Huic vitæ ſuſpiremus. Sed quomodo illuc venie-
mus? Beatus vir cuius eſt ſuſceptio eius abs te Domi-
ne.) Intellexit vbi eſſet, quia per fragilitatẽ carnis ſuæ
ad illã beatitudinem volare non poſſet. Circunſpexit B
Sap. 9. d pondera ſua, quia dicitur alio loco: Corpus enim quod
corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inha-
bitatio ſẽſum multa cogitantẽ. Spiritus ſurſum vocat,
põdus carnis deorſum reuocat. Inter duos conatus ſu-
ſpenſionis & põderis colluctatio quędã eſt: & ipſa col-
luctatio ad preſſurã pertinet torcularis. Audi ipſam lu-
ctã de torculari ab Apoſtolo expreſſam, quia & ipſe ibi
Rom. 7. d conterebatur, ibi premebatur. Condelector, inquit, le-
gi Dei ſecundũ interiorẽ hominẽ. Video autẽ aliã legẽ
in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & capti-
uũ me ducentẽ in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis.
Magna lucta, & euadẽdi magna deſperatio, niſi ſubue-
Ibidem, niatur de conſequẽti: Infelix ego homo, quis me libe-
rabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum
Chriſtum Dominũ noſtrũ. Ergo & hic in iſto Pſalmo
vidit in illa gaudia: cogitauit animo: Beati qui habitãt
in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. C
al. facio. Sed quis illuc aſcẽdet? Quid † faciã de carnis pondere?
Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorũ lau-
dabunt te: Cõdelector enim legi Dei ſecundũ interio-
rem hominẽ. Sed quid faciã? quomodo volabo? Quo-
modo peruenia? Video enim aliam legẽ in mẽbris meis
repugnantẽ legi mentis meæ. Dixit ſe infelicẽ, & dixit:
Quis me liberabit de corpore mortis huius, vt inhabi-
tẽ in domo Domini, & in ſecula ſeculorum laudem eũ?
Quis me liberabit? Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Do-
minum noſtrũ. Sicut ergo in verbis Apoſtoli illi diffi-
cultati, & quaſi inextricabili luctæ ſubuenit quod ſub-
iecit: Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ:
ſic & hic cùm ſuſpiraret flãmante deſiderio in domum
Dei, & in illas laudes Dei, cõſiderata grauedine corpo-
ris ſui, & mole carnis ſuę, & deſperatione quadã ſubor-
ta: rurſus in ſpẽ euigilauit, & ait: Beatus vir cuius eſt ſu-
ſceptio eius abs te Domine. Quid ergo prẽſtat Deus in D
hac gratia ei quẽ ſuſcipit perducendũ? Sequitur, & di-
cit: Aſcenſus in corde eius.) Facit illi gradus quibus
aſcendat. Vbi illi facit gradus? In corde. Quanto ergo
plus amaueris, tãto plus aſcendes. Aſcenſus, inquit, in
corde eius Diſpoſuit.) Quis? Qui ſuſcepit eum: beatus
enim, cuius eſt ſuſceptio eius abs te Domine. Quia per
ſe nõ poteſt, opus eſt vt gratia tua ſuſcipiat. Et quid fa-
cit gratia tua? Diſponit aſcenſus in corde. Vbi diſponit
aſcenſus? in corde. In cõualle plorationis.) Ecce habe-
tis torcular conuallem plorationis: ipſæ lachrymæ piæ
contribulatorũ, multum ſunt amantium. Aſcenſus in
corde eius diſpoſuit. Vbi ergo diſpoſuit? In conualle
plorationis. Hic enĩ diſpoſuit aſcenſus in conualle plo-
Pſalm. 125. rationis: hic enim ploratur, vbi ſeminatur. Euntes, in-
quit, ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Ergo aſcẽ-
ſus in corde tuo ſunt diſpoſiti à Deo per gratiã ipſius.
Amando aſcende. Inde cantatur canticum graduũ. Et
vbi tibi diſpoſuit hos aſcẽſus? In corde, in cõualle plo-
rationis. Dixit, vbi diſpoſuit, quod diſpoſuit. Quid diſ-
poſuit? Aſcẽſus. Vbi? Intus in corde. In qua regione, &
quaſi habitationis loco? In cõualle plorationis. Et quò
aſcendatur? In locũ quem diſpoſuit.) Quid eſt hoc fra-
tres, in locum quem diſpoſuit? Quem locũ dicere, quẽ
diſpoſuit, ſi dici poſſet. Dictum tibi eſt: Aſcẽſus diſpo-
ſuit in corde, in cõualle plorationis. Quæris quò? Quid
tibi dicturus eſt? Quod oculus nõ vidit, nec auris audi- 1. Cor. 2. b
uit, nec in cor hominis aſcendit. Collis eſt, mons eſt,
terra eſt, pratum eſt, propè omnia iſta dictus eſt locus
ille: nõ quòd ſit per proprietatem, ſed per ſimilitudinẽ.
Videmus enim nũc per ſpeculum in ænigmate quid ſit
illę locus, tunc videbimus facie ad faciem. Quis expli- 1. Cor. 13. d
cet? Noli ergo quærere quod diſpoſuit in locum quem
diſpoſuit. Ipſe nouit quò, ipſe nouit qui diſpoſuit quò
te ducat, cuius aſcenſus in corde diſpoſuit. Quid times
aſcendere, ne erret qui te ducit? Ecce in conualle plo-
rationis diſpoſuit aſcenſus, in locum quem diſpoſuit.
Ploramus modò. Vnde? Vbi diſpoſiti ſunt noſtri aſcen-
ſus. Vnde ploramus, niſi inde vnde ſe miſerum excla-
mabat Apoſtolus, quia videbat aliam legem in mem- Rom. 7. d
bris ſuis repugnãtem legi mentis ſuæ? Et vnde hoc no-
bis? Ex pœna peccati. Et putabamus nos facilè iuſtos
eſſe poſſe quaſi viribus noſtris, antequam acciperemus
mandatum. Adueniente autem mãdato, peccatum re-
uixit: ego autem mortuus ſum, hoc ait Apoſtolus: data
eſt enim lex hominibus, non quæ ſaluaret eos iam, ſed
per quam cognoſcerent in qua ægritudine iacebant.
Audi verba Apoſtoli: Si enim data eſſet lex quæ poſ- Galat. 3. d
ſet viuificare, omnino ex lege eſſet iuſtitia. Sed con-
cluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fi-
de Ieſu Chriſti daretur credentibus. Veniret gratia
poſt legem, inueniret hominem non ſolùm iacentem,
ſed iam etiam confitentem & dicentem: Miſer ego
homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt
opportunè veniret medicus ad cõuallem plorationis,
& diceret: Certè cognouiſti, quia cecidiſti: audi me vt
ſurgas, qui me contempſiſti vt caderes. Data eſt ergo
lex vt ægrum de morbo conuinceret, qui ſibi ſanus vi-
debatur: vt peccata demonſtrarentur, non vt auferen-
tur. Demonſtrato peccato per datam legem, au-
ctum eſt peccatum, quia peccatũ eſt & contra legem.
Occaſione, inquit, accepta, peccatum per mandatum Rom. 7. b
operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Quid
eſt, occaſione accepta per mandatum? Acceptũ man-
datum quaſi viribus ſuis conati ſunt facere homines:
victi concupiſcentia, mandati etiam ipſius tranſgreſ-
ſione rei facti ſunt. Sed quid ait Apoſtolus? Vbi au- Rom. 5. d
tem abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia, id
eſt, auctus eſt morbus, commẽdata eſt medicina. Pro-
pterea fratres, quinque illæ porticus Salomonis: nun-
quid curabant ægrotos, vbi erat piſcina in medio eo-
rum? Et iacebant, inquit, ægroti in quinque portici- Ioan. 5. a
bus, in Euangelio dictum habemus. Quinque illæ por-
ticus, lex eſt in quinque libris Moyſi. Ad hoc produ-
cebãtur ægroti de domibus ſuis, vt iacerent in portici-
bus. Ergo lex prodebat ægrotos, non ſanabat, ſed
benedictione Dei turbabatur aqua, tanquam angelo
deſcendente. Viſa aqua turbata, qui poterat vnus de-
ſcendebat, & ſanabatur. Aqua illa cincta quinque por-
ticibus, populus Iudæorum erat lege concluſus: hunc
perturbauit Dominus præſentia ſua, vt occideretur.
Niſi enim deſcenſu ſuo Dominus perturbaret popu-
lum Iudæorum, nunquam crucifigeretur. Iraque per-
turbata aqua paſſionem Domini ſignificabat, quæ fa-
cta

cta eſt perturbata gente Iudæorum. In hac paſſionem
credit languidus, tanquam in aquam turbatam deſcẽ- A
dens, & ſanatur. Qui non ſanabatur lege, id eſt porticibus:
ſanatur gratia, per paſſionis fidem Domini noſtri
Ieſu Chriſti. Vnus, quia vnitas. Ergo & hic quid ait? Aſ-
cenſus in corde eius diſpoſuit, in conualle plorationis,
in locum quem diſpoſuit: iam in illo loco gaudebimus.
Quare autem in conualle plorationis? Et ex qua cõual-
le plorationis ad illum locum gaudij veniemus? Nam
& benedictionem, inquit, dabit qui legem dedit.) Affli-
xit nos lege, preſſit nos lege, oſtendit nobis torcular,
vidimus preſſuram, carnis noſtræ tribulationẽ cogno-
uimus, ingemuimus rebellante peccato, aduerſus men-
tem noſtram clamauimus: Miſer ego homo, ſub lege
Rom. 7. d gemuimus. Quid reſtat, niſi vt benedictionem det qui
legem dedit? Adueniet gratia poſt legem, ipſa eſt bene-
dictio. Et quid nobis præſtitit iſta gratia & benedictio?
Ambulabunt à virtutibus in virtutem.) Hic enim per
1. Cor. 12. a gratiam multæ virtutes dantur. Alij quidem datur per B
ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundũ
eundem ſpiritum, alij fides, alij donatio ſanitatum, alij
genera linguarum, alij interpretatio ſermonũ, alij pro-
phetatio. Multæ virtutes, ſed hîc neceſſariæ: & ab his
1. Cor. 1. d virtutibus imus in virtutem. Quam virtutem? Chriſtũ
Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Ipſe dat diuerſas vir-
tutes in loco hoc, qui pro omnibus virtutibus neceſſa-
al. vtilibus. riis, in conualle plorationis & † vtilitatibus dabit vnã
virtutem ſeipſum. Nam & virtutes agendæ vitæ noſtrę
quatuor deſcribuntur à multis, & in Scriptura inueniũ-
tur. Prudentia dicitur, qua dinoſcimus inter bonum &
malum. Iuſtitia dicitur, qua ſua cuique tribuimus: ne-
Rom. 13. c mini quicquam debentes, ſed omnes diligentes. Tem-
perantia dicitur, qua libidines refrenamus. Fortitudo
dicitur, qua omnia moleſta toleram'. Iſtæ virtutes nũc
in cõualle plorationis per gratiã Dei donãtur nobis. Ab
his virtutibus imus in illam virtutẽ. Et quæ erit illa vir-
tus, niſi ſolius contẽplationis Dei? Neceſſaria ibi nõ erit C
iſta prudentia, vbi nulla mala occurſura ſunt quæ vite-
mus. Sed quid putamus fratres? Nõ iſta iuſtitia, vbi nul-
la erit cuiuſquã indigẽtia, cui ſubuenire debeamus. Nõ
iſta tẽperantia, vbi nulla erit libido refrenanda: nõ iſta
fortitudo, vbi nulla erunt mala toleranda. Ergo ab his
virtutibus huius actionis ibimus in virtutem illius con-
templationis, qua contẽplemur Deum: ſicut ſcriptum
Pſal. 5. eſt: Mane aſtabo tibi & contemplabor. Et audi quia ab
huius actionis virtutibus, in illam contemplationem i-
bimus. Sequitur ibi: Ibunt à virtutibus in virtutẽ. Quã
virtutem? Contemplandi. Quid eſt contemplandi? Ap-
Pſal. 81. parebit Deus deorum in Sion.) Deus deorum, Chriſtus
Ioan. 1. a Chriſtianorum. Quomodo Deus deorum, Chriſtus
Chriſtianorum? Ego dixi, dij eſtis, & filij altiſſimi om-
nes. Dedit enim eis poteſtatem filios Dei fieri ille in
quem credimus, pulcher ſponſus, qui hic propter de-
formitatem noſtrã deformis apparuit: Quia vidimus D
Eſa. 53. a eum, inquit, & non habebat ſpeciem neque decorem.
Finita omni neceſſitate mortalitatis, ſicuti eſt Deus, a-
Ioan. 1. a pud Deum, verbum apud patrem, per quod facta ſunt
Matt. 5. a omnia, apparebit mundis corde. Beati enim mundo
corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Apparebit Deus
deorum in Sion. Et rurſus iſte à cogitatione illorum
gaudiorum redit ad ſuſpiria ſua. Videt quid præuene-
rit ſpe, & vbi adhuc ſit re. Apparebit tunc Deus de-
orum in Sion. Hoc eſt vnde gaudebimus, ipſum in ſe-
cula ſeculorum laudabimus. Sed adhuc modò tem-
pus eſt orandi, tempus deprecandi, & ſi aliquantulum
gaudendi, ſed adhuc in ſpe: in peregrinatione ſumus,
in conualle plorationis ſumus. Ad huius ergo loci ge-
mitum rediens dicit: Domine Deus virtutum exau-
di precem meam, auribus percipe Deus Iacob.) Quia & A
ipſum Iacob feciſti & de Iacob Iſrael. Apparuit enim
illi Deus, & dictus eſt Iſrael, videns Deũ. Audi ergo me
Deus Iacob, & fac me Iſrael. Quando fiam Iſrael. Cùm Geneſ. 32. f
apparebit Deus deorum in Sion. Protector noſter aſ-
pice Deus.) Sub vmbra alarum tuarum ſperabunt: ideo
protector noſter aſpice Deus. Et reſpice in faciẽ Chri-
ſti tui.) Quando enim non reſpicit in faciem Chriſti ſui
Deus? Quid eſt, reſpice in faciem Chriſti tui? Per faciẽ
innoteſcimus. Quid eſt ergo, reſpice in faciem Chriſti
tui: Fac innoteſcere omnibus Chriſtum tuum. Reſpice
in faciem Chriſti tui: notus ſit omnibus Chriſtus tuus,
vt poſſimus ire à virtutibus in virtutem, & poſſit ſuper-
abundare gratia, quoniam abundauit peccatum. Quo- Rom. 5. d
niam melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia.) Atria
illa ſunt in quæ ſuſpirabat, in quæ deficiebat. Deſiderat
& deficit anima mea in atria Domini. Melior ibi eſt dies
vna, ſuper milia dierum. Milia dierum deſiderãt homi-
nes, & multum volunt hic viuere: contemnãt milia die-
rum, deſiderent vnum diem, qui non habet ortum &
occaſum. Vnum diem, diem ſempiternum, cui nõ cedit
heſternus, quem nõ vrget craſtinus. Ipſe vnus dies de-
ſideretur à nobis. Quid nobis eſt cum milibus dierum?
Imus à milibus dierum ad vnum diem. Ad vnum diem
feſtinemus, ſicut imus à virtutibus in virtutẽ. Elegi ab-
iici in domo Domini magis, quàm habitare in taberna-
culis peccatorum.) Inuenit enim iſte conuallem plora-
tionis, inuenit iſte humilitatem vnde aſcẽdat. Scit quia
ſi ſe extollere voluerit, cadet: ſi ſe humiliauerit, erigetur
elegit abiici, vt ſubleuetur. Quàm multi præter taber-
naculum hoc torcularis Dominici, id eſt, præter Eccle-
ſiam catholicã volentes ſublimari, & amãtes honores
ſuos, nolũt cognoſcere veritatem? Si eſſet illis in corde
verſus iſte: Elegi abiici in domo Domini, magis quàm
habitare in tabernaculis peccatorum: nónne abiicerẽt
honores, & currerent ad cõuallem plorationis, & hinc
inuenirent aſcenſus in corde, & hinc irent à virtutibus
in virtutem, ponentes ſpem ſuam in Chriſto, nõ in nef-
cio quo homine? Bona vox, gaudenda vox, eligenda
vox: Elegi abiici in domo Domini, magis quàm habi-
tare in tabernaculis peccatorũ. Ipſe elegit abiici in do-
mo Domini: ſed ille qui inuitauit ad conuiuium, eligẽ-
tem inferiorem locũ vocat ad ſuperiorem, & dicit illi:
Aſcende. Ipſe tamen non elegit niſi eſſe in domo Do- Luc. 14. c
mini, in quocunque loco, non tamen extra limẽ. Quare
elegit abiectus eſſe in domo Domini, magis quã habi-
tare in tabernaculis peccatorum? Quia miſericordiã &
veritatem diligit Deus,) Dominus miſericordiã diligit,
quia mihi primò ſubuenit: veritatem diligit, vt credẽti
det quod promiſit. Audi miſericordiã & veritatẽ in a-
poſtolo Paulo, prius Saulo perſecutore. Indigebat mi-
ſericordia, & dixit in ſe factam: Qui prius fui blaſphe- 1 Tim. 1. c
mus & perſecutor & iniurioſus, ſed miſericordiã cõſe-
cutus ſum, vt in me oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem
longanimitatem in eos, qui crediturí ſunt illi in vitam
æternã: vt cùm indulgentiã tantorum ſceleratum accipe-
ret Paulus, nemo deſperare poſſet ſibi donari quæcũq;
peccata. Ecce habes miſericordiam, Noluit tunc Deus
exercere veritatem, vt puniret peccantem. Etenim ſi
puniretur peccator, nõne veritas eſſet? Aut auderet di-
cere, non debeo puniri, qui non poſſet dicere, non pec-
caui? Et ſi diceret: Nõ peccaui, cui diceret? Quem falle-
ret? Ergo primò Dominus miſericordiam in eum præ-
rogauit, poſt miſericordiam veritatem. Audi illum iam
exigentẽ veritatẽ. Primò ergo, inquit, miſericordiam
cõſecutus ſum, qui prius fui blaſphemus & perſecutor 1 Tim. 1. c
& iniurioſus: ſed gratia Dei ſum id quod ſum. Poſte 1. Cor. 15. b
dicit cùm paſſioni propinquaret: Bonũ agonẽ certaui: 2. Tim. 4. b

curſum conſummaui, fidem ſeruaui, ſupereſt mihi corona iuſtitiæ. Ille qui tribuit miſericordiã, ſeruat veritatem. Vnde ſeruat veritatẽ? Quam reddet mihi Dominus in illo die iuſtus iudex. Indulgentiam donauit, coronam reddet: donator eſt indulgentiæ, debitor coronæ. Vnde debitor? accepit aliquid? cui debet aliquid Deus? Ecce videmus quia tenet cũ debitorem Paulus. Cõſecutus eſt miſericordiam, exigens veritatem. Reddet mihi, inquit, Dominus in illo die. Quid tibi reddet, niſi quod tibi debet? Vnde tibi debet? quid ei dediſti? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Debitorem Dominus ipſe fecit ſe, nõ accipiendo, ſed promittẽdo. Nõ ei dicitur: Redde quod accepiſti: ſed, redde quod promiſiſti. Miſericordiam mihi erogauit, inquit, vt faceret me innocentem: nam prius fui blaſphemus & iniurioſus, ſed ex illius gratia factus ſum innocens. Ille autem qui prærogauit miſericordiam, negare poterit debitũ? Diligit miſericordiam & veritatem. Gratiã & gloriam dabit.) Quam gratiã, niſi de qua ipſe dixit: Gratia Dei ſum id quod ſum? Quam gloriam, niſi de qua ipſe dixit: Super eſt mihi corona iuſtitiæ? Ideo Dominus, inquit, non priuauit bonis ambulantes in innocentia.) Quare ergo homines non vultis tenere innocentiam, niſi vt habeatis bona. Nõ vultis tenere innocentiam, vt non reddat q̃ ille aſſignat? Aurũ vult habere, & perdit innocẽtiã. Quid lucratur? quid dãnificatur? nabet lucrũ auri, paſſus eſt dãnũ innocẽtiæ. Eſt aliquid pretioſius innocẽtia? Sed ſi innocẽtiã retinebo, inquit, pauper ero. Paruæ ne diuitiæ ipſa innocẽtia? Si arcam plenam auro habueris, dives eris: ſi cor habueris plenum innocentia, pauper eris? Sed hęc bona deſiderũs, modò in egeſtate, in tribulatione, in conualle plorationis, in preſſura, in tentationibus, ſerua innocentiam. Erit enim poſtea etiam bonum tuum quod deſideras, requies, æternitas, immortalitas, impaſſibilitas erit poſtea: ipſa ſunt bona quę ſeruat Deus iuſtis ſuis. Nã bona quę modò deſideras pro magno, propter quæ vis eſſe nocens, & non innocens: attende illa qui habeant, qui talibus abundant. Vides diuitias apud latrones, apud impios, apud ſceleratos, apud turpes, apud flagitioſos & facinoroſos vides diuitias dat illis Deus iſta propter communionem genetis humani, propter abundantiã affluẽtiæ bonitatis ſuæ, qui etiã ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tanta dat & malis, & tibi nihil ſeruat? Falſũ eſt quod tibi promiſit? Seruat, ſecurus eſto. Qui miſertus eſt tui cùm eſſes impius, deſerit te cùm factus es pius? Qui peccatori donauit mortẽ filij ſui, quid ſeruat ſaluato per mortẽ filij ſui? Securus ergo eſto. Tene debitorẽ, quia credidiſti in promiſſorẽ. Dominus non priuabit bonis ambulantes in innocentia. Ergo quid nobis hic reſtat in torculari, in afflictione, in re dura, in præſẽtia vitæ periculoſę? Quid nobis reſtat vt illuc peruenamus? Domine Deus virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

1. Tim. 4. c
1. Cor. 15. b
2. Tim. 4. b
Matth. 5. g

IN PSALMVM LXXXIIII. ENARRATIO.

DEPRECATI ſumus Dominum Deum noſtrum, vt oſtendat nobis miſericordiam ſuam, & ſalutare ſuum det nobis. Dictum eſt hoc quidem in prophetia, cùm primum pſalmi iſti dicerentur & ſcriberentur: cętetum quod attinet ad hoc tempus, iam oſtendit Dominus gentibus miſericordiam ſuam, & dedit eis ſalutare ſuum. Ille quidem oſtendit: ſed multi ſanari nolũt, vt videant hoc quod oſtendit. Sed quia ipſe ſanat oculos cordis ad videndum ſe propterea cùm dixiſſet, Oſtende nobis miſericordiam tuam, tanquam multis cęcis dicturis, quomodo videbimus, cùm cœperit oſtendere, adiunxit: Et ſalutare tuum da nobis. Dando enim ſalutare ſuũ, ſanat in nobis vnde poſſimus videre quod oſtendit: non quomodo medicus homo ipſe curat, vt lucẽ iſtam oſtendat eis quos curauerit. Et aliud eſt iſta lux, quam demonſtraturus eſt: aliud autem ipſe medicus, qui curat oculos quibus oſtendat lucem, quæ lux non eſt ipſe medicus. Non ergo ſic Dominus Deus noſter. Ipſe eſt enim medicus qui curat vnde nos videre poſſumus, & ipſe eſt lux quam videre poſſumus. Totũ tamen pſalmum breuiter, quantum poſſumus, quantũ donat Dominus, pro anguſtia temporis attentẽ curramus. Titulus eius eſt: In finem filiis Chore, Pſalmus.) Finem non intelligimus, niſi quem dicit Apoſtolus: Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credẽti. Ergo cùm primo in titulo pſalmi poſuit, in finem: direxit cor noſtrum in Chriſtum. In illum ſi intendamus, non errabimus: quia ipſe eſt veritas quò feſtinamus, & ipſe eſt via per quam currimus. Quid eſt filiis Chore? Interpretatur Chore ex verbo Hebræo in Latinum caluum. Ergo filiis Chore, filiis calui. Quid eſt iſte caluus? Non vt irrideamus illum, ſed vt ploremus ante illum. Nam & irriſerunt illũ quidã, & à demonibus vaſtati ſunt: quomodo in regnorũ libro caluum Heliſeum irriſerũt pueri, dicebántque poſt illum: Calue calue, proceſſerũt vnſi de ſilua & comederunt pueros malè ridẽtes, & plangendos à parentibus ſuis. Significauit hoc factum prophetia quadam, futurũ Dũm noſtrum Ieſum Chriſtum. Ille enim à Iudæis irridentibus velut caluus irriſus eſt, qui in Caluariæ loco crucifixus eſt. Nos autem ſi in illũ crediderimus, filij ipſius ſumus. Nobis ergo cantatur pſalmus iſte, vbi inſcribitur filiis Chore: ſumus enim filij ſponſi. Ille quippe ſponſus, dans arras ſponſæ ſuæ, ſãguinem ſuum & ſpiritum ſuum, quo locupletauit nos interim in iſta peregrinatione, adhuc autem ſeruat nobis occultas diuitias ſuas. Vnde enim tale pignũ dedit? Quid eſt quod ſeruat? Itaque cantat ei propheta in futurum, vtitur verbis quaſi iam præteriti temporis, tanquam facta dicit, quæ futura erãt: quia apud Deum & quod futurum eſt, iam factum eſt. Ibi ergo propheta videbat futura nobis, iamverò facta in illius prouidentia, & prædeſtinatione certiſſima, quomodo dicit & in illo Pſalmo vbi omnes Chriſtum agnoſcunt: ſic enim recitatus eſt pſalmus tanquam Euãgeliũ legatur. Foderunt manũ meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia oſſa mea: ipſi verò cõſideraueruẽt & cõſpexerũt me, diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtẽ meã miſerũt ſortẽ. Quis nõ legente lectore pſalmũ, agnoſcat euangeliũ? & tamẽ cùm diceretur in pſalmo, non dictum eſt: Foſſuri ſunt manus meas & pedes: ſed, foderunt manus meas & pedes meos, nec dictum eſt: Dinumeraturi ſunt oſſa mea: ſed, dinumerauerũt oſſa mea, nec dictum eſt: Diuiſuri ſunt veſtimenta mea: ſed, diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea. Hæc omnia quæ futura videbat Propheta, tanquam præterita indicabat. Sic & hic: Benedixiſti Domine terram tuam.) tanquam iam fecerit. Auertiſti captiuitatem Iacob.) Populus eius antiquus Iacob. Iacob populus Iſraël natus de ſemine Abrahæ in repromiſſione, futurus aliquando hæres Dei erat. Quidam ergo ille populus cui datum eſt Teſtamentum vetus, figurabat Teſtamentum nouum. Illa figura erat, hæc expreſſio veritatis. In illa autem figura ſecundum quandam prenunciationem futurorum, data eſt illi populo terra quædam promiſſionis, in quadam regione vbi habitauit populus Iudæorum: vbi eſt etiam Hieruſalem ciuitas, cuius nomen omnes audiuimus. Hanc ergo terram cùm accepiſſet ille populus, ab hoſtibus ſuis vicinis circumquaque inimicantibus multas moleſtias patiebatur: & cùm peccabat in Deum ſuum, dabatur in captiuitatem, non ad interitũ, ſed ad diſciplinam,

Pſal. 84.
Rom. 10. a
Ioan. 14. a
Ioan. 8. c
4. Reg. 2. d
Matt. 27. d
Pſal. 21.

plinã, nõ dãnante patre, ſed flagellãte. Et cùm poſſeſſa eſſet, liberabatur, & aliquotiẽs captiuata eſt, & liberata eſt illa gẽs: & modò in captiuitate eſt, & hoc pro peccato magno, quòd Dũm ſuũ crucifixit. Quid igitur ſecundũ iſtos accipimus, quod ait: Auertiſti captiuitatẽ Iacob? An fortè intelligimꝰ hic aliã captiuitatẽ, de qua omnes nos volumus liberari? Nam omnes pertinemus ad Iacob, ſi pertinemus ad ſemẽ Abrahæ. Hoc enim dicit Apoſtolus: In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ. Id eſt, non hi qui filij carnis, hi filij Dei, ſed filij promiſſionis in ſemẽ deputãtur. Si filij promiſſionis in ſemẽ deputantur offendẽdo Dũm Iudæi degenerarũt: nos promerendo Deũ de genere Abrahæ facti ſumus, nõ pertinentes ad carnẽ, ſed pertinẽtes ad fidẽ. Imitati enim fidẽ, filij facti ſumus: illi autẽ degenerando à fide exhæredari meruerũt. Nã, vt hoc noueritis, quia perdiderunt illud, quòd nati erãt de Abrahã, cùm ſe arrogãter iactarẽt audiẽte Domino noſtro Ieſu Chriſto, gloriãtes de ſanguine, & nõ de vita, & dicerẽt Dño: Nos patrẽ habemus Abrahã, ait illis Dũs tanquã degenerãtibus: Si filij Abrahę eſtis, facta Abrahæ facite. Si ergo illi propterea iam nõ filij, quia nõ faciebãt facta Abrahæ: nos propterea filij, quia facimus facta Abrahę. Quę ſũt facta Abrahę quæ facimus? Credidit autẽ Abrahã Deo, & deputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Ergo omnes ad Iacob pertinemus, imitãtes Abrahæ fidẽ, qui credidit Deo, & deputatum eſt illi ad iuſtitiã. Quæ eſt ergo illa captiuitas, vnde nos volumus liberari? Puto enim neminem noſtrũm modò eſſe apud Barbaros, nec aliquam gentem irruiſſe armatam, & captiuos duxiſſe nos. Sed modò oſtendo quandam captiuitatem in qua gemimus, & vnde nos liberari cupimus. Paulus Apoſtolus procedat, & ipſe illam dicat: ſit ipſe ſpeculum noſtrum, ille loquatur, & nos vbi videamus. Nemo eſt qui nõ ſe hic agnoſcat, ait ergo ille beatus Apoſtolus: Condelector enim legi Dei ſecundũ interiorem hominem. Intus me delectat lex Dei. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Iam audiſti legem, audiſti pugnam. Captiuitatem necdum audieras, audi quæ ſequuntur: Repugnantẽ, inquit, legi mentis meę, & captiuũ & me ducẽtem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Agnouimus enim captiuitatem. Quis noſtrũm eſt qui nolit ſe captiuitate liberari? Et vnde liberabimur? Quoniam hoc cantauit iſte Pſalmus futurum: Auertiſti captiuitatem Iacob. Cui dixit? Chriſto, propter in finem, propter filios Chore: ille enim auertit captiuitatem Iacob. Audi & ipſum Paulũ confitentẽ. Cùm diceret ſe trahi captiuum à lege in membris ſuis repugnante legi mentis ſuæ, exclamauit ſub illa captiuitate, & ait: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quæſiuit quis eſſet, & ſtatim illi occurrit: Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum. De hac gratia Dei Propheta dicit huic Domino noſtro Ieſu Chriſto: Auertiſti captiuitatem Iacob. Attendite captiuitatẽ Iacob, attendite, quia hoc eſt, auertiſti captiuitatẽ noſtrã. Non liberando à Barbaris, in quos nõ incurrimus: ſed liberãdo nos ab operibus malis, à peccatis noſtris per quæ nobis ſatanas dominabatur. Si quis enim liberatus fuerit à peccatis ſuis, non habet vnde ei dominetur princeps peccatorum. Quomodo enim auertit captiuitatem Iacob? Videte quia iſta liberatio ſpiritalis eſt: videte quia intus agitur. Remiſiſti, inquit, iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum.) Ecce vnde auertit captiuitatem, qui remiſiſti iniquitatem. Iniquitas tenebat captiuum, remiſſa iniquitate liberaris. Confitere ergo te eſſe in captiuitate, vt dignus ſis liberari. Nam qui hoſtem ſuum non intelligit, quomodo inuocat liberatorem? Operuiſti omnia peccata corum. Quid eſt, operuiſti? Vt nõ illa videres. Quid eſt, vt non illa videres? Vt non in illa vindicares: Noluiſti videre peccata noſtra: & ideo non vidiſti, quia ipſa videre noluiſti. Operuiſti omnia peccata eorũ: Sedaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ.) Et quoniam de futuro iſta dicũtur, quamuis verba præterita ſonẽt, ſequitur & dicit: Conuerte nos Domine ſanitatum noſtrarum.) Quomodo narrat quaſi factũ eſſet, & quomodo orat vt fiat, niſi quia voluit oſtendere præterita verba ſe in prophetia dixiſſe, nondum autem factũ eſſe quod dicebat iam factum? Hinc oſtẽdit, quia orat vt fiat. Conuerte nos Domine ſanitatum noſtrarum. Et auerte iracundiam tuam à nobis.) Nónne iam dudum dicebat: Auertiſti captiuitatem Iacob, operuiſti omnia peccata eorum, ſedaſti omnem iram tuam, auerſus es ab ira indignationis tuæ? Quomodo hic: Et auerte iracundiam tuam à nobis? reſpondet tibi Propheta. Illa dico quaſi facta, quia video futura, quia verò nõdũ facta ſunt, oro vt veniãt, quæ iam vidi. Auerte iracundiam tuam à nobis. Non in æternum iraſcaris nobis.) De ira enim Dei mortales ſumus, & de ira Dei in iſta terra in egeſtate & labore vultus noſtri manducamus panem. Hoc enim audiuit Adam, quãdo peccauit, & Adã ille omnes nos eramus, quia in Adã omnes moriuntur. Quod ille audiuit, ſecutum eſt & nos. Nõ enim eramus iam nos, ſed eramus in Adam. Ideo quicquid euenit ipſi Adam, ſecutũ eſt & nos, vt moreremur: omnes quippe in illo fuimus. Ea enim peccata parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filiis. Iam enim nati filij ad ſe pertinent, & parentes ad ſe pertinent. Itaque illi qui nati ſunt ſi tenuerint vias parentũ ſuorũ malas, neceſſe eſt vt portẽt & merita ipſorum. Si autem mutauerint ſe, & non fuerint imitati parentes malos: incipiunt habere meritum ſuum, nõ meritum parentum ſuorum. Vſque adeò autem non ibi obeſt peccatum patris tui, ſi te mutaueris, vt nec ipſi patri tuo obſit, ſi ſe mutauerit. Sed iam quod accepit ad mortalitatẽ iſtam radix noſtra duxit de Adã. Quid duxit? Iſtam fragilitatem carnis, hoc tormẽtum dolorum, hanc domũ paupertatis, hoc vinculũ mortis, & laqueos tentationũ. Portamus omnia iſta in carne hac, & ira Dei eſt iſta, quia vindicta Dei eſt. Sed quia futurũ erat vt regeneraremur, & credendo noui efficeremur, atque in reſurrectione omnis illa mortalitas abſumeretur, & nouitas totius hominis repararetur: Sicut enim in Adã omnes moriũtur, ſic & in Chriſto oẽs viuificabuntur, hoc vidẽs Propheta ait: Non in æternum iraſcaris nobis: Vel extẽdas irã tuã à generatione in generationẽ.) Fuit prima generatio mortalis de ira tua, erit altera generatio immortalis de miſericordia Dei. Quid ergo? Hoc tibi præſtitiſti tu ô homo, vt quia conuerſus es ad Deũ, merearis miſericordiã ipſius? Qui autẽ cõuerſi nõ ſunt, nõ ſunt adepti miſericordiã, ſed inuenerunt iram. Quid autẽ? Vt conuertereris, poſſes, niſi vocareris? Nõne ille qui te vocauit auerſum, ipſe præſtitit vt conuertereris? Noli ergo tibi arrogare nec ipſam conuerſionẽ, quia niſi te ille vocaret fugientẽ, non poſſes conuerti. Propterea & ipſius conuerſionis beneficium Deo tribuens Propheta orat, & dicit: Deus tu conuertens viuificabis nos.) Et non quaſi noſ ipſi noſtra ſponte ſine miſericordia tua cõuertimur ad te, & tu viuificabis nos: ſed tu conuertens viuificabis nos, vt non ſolùm viuificatio noſtra à te ſit, ſed etiam ipſa conuerſio vt viuificemur. Deus tu conuertens viuificabis nos: Et plebs tua lætabitur in te.) Malo ſuo lætabitur in ſe, bono ſuo lætabitur in te. Quando enim voluit habere gaudia de ſe, inuenit planctum in ſe. Nunc verò quia totum gaudium noſtrum Deus eſt, qui vult ſecurus gaudere,

Rom. 9. b
Rom. 7. d
Ibidem.
Gene. 3. d
Concor. 2. ſentẽ. di. 33 Sed vt aiũt.
1. Cor. 15. ẽ

in illo gaudeat qui nõ potest perire. Quid enim, fratres mei, gaudere vultis in argẽto? Aut argentũ perit, aut tu, & nemo scit quid prius: veruntamẽ illud cõstat, quia vtrunque periturum est: quid prius, incertũ est. Nã nec homo hic potest manere semper, nec argẽtũ hic potest manere semper: sic aurũ, sic vestis, sic domus, sic pecunia, sic lata prædia, sic postremò lux ista. Noli ergo velle gaudere in istis, sed gaude in illa lucẽ, quẽ nõ habet occasum, gaude in illa luce, quam non præcedit hesternº dies, nec sequitur crastinus. Quid est ista lux? Ego sum, inquit, lux mundi. Qui tibi dicit, Ego sum lux mundi: vocat te ad se. Cùm vocat te, conuertit te: cùm cõuertit te, sanat te: cùm sanauerit te, videbis conuersorem tuũ, cui dicitur: Et plebs tua lætabitur in te. Ostẽde nobis Domine misericordiam tuam.) Hoc est quod cantauimus, & iam hinc diximus, Ostende nobis Domine misericordiam tuã: Et salutare tuum da nobis.) Salutare tuum, Christum tuum. Felix est cui ostẽdit Deus misericordiam suam. Ipse est qui superbire non potest, cui Deus ostendit misericordiã suã. Ostẽdendo enĩ illi misericordiam suam persuadet illi, quia quicquid boni habet ipse homo, non habet nisi ab illo, quia omne bonũ nostrũ ipse est. Et cùm viderit homo quicquid boni habet, non se habere à se, sed à Deo suo: videt quia totũ quod in illo laudatur, de misericordia Dei est, non de meritis ipsius. Et videndo ista non superbit, non superbiendo non extollitur, non se extollendo nõ cadit, nõ cadendo stat, stando inhæret, inhærendo manet manẽdo perfruitur & lætatur in Domino Deo suo. Erunt illi deliciæ ipse qui fecit illum: & delicias ipsas nemo corrumpit, nemo interpellat, nemo aufert. Quis potẽs minabitur auferre? Quis vicinus malus, quis latro, quis insidiator tibi tollit Deũ? Et potest tibi tollere totũ quod possides corpore, non tibi tollit eum quẽ possides corde. Ipsa est misericordia quam vtinam Deus ostendat nobis. Ostẽde nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuũ da nobis. Christum tuum da nobis, in illo enim est misericordia tua. Dicamus illi & nos, da nobis Christũ tuũ. Iam quidem dedit nobis Christum suum: adhuc tamẽ illi dicamus: Da nobis Christum tuũ, quia dicimus illi: Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Et quis est panis noster, nisi ipse qui dixit: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi? Dicamus illi: Da nobis Christũ tuũ. Dedit enim nobis Christũ, sed hominem quem nouimus. Dedit hominẽ, eum ipsum nobis daturus est Deũ. Hominibus enim hominem dedit, quia talem illũ hominibus dedit, qualis posset capi ab hominibus. Deũ enim Christũ nullus hominũ capere poterat. Factus est hominibus homo, seruauit se Deum diis. An fortè arrogãter dixi? Reuera arrogãter, nisi ipse dixisset: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Ad hãc ipsam adoptionẽ reuocamur, vt efficiamur filij Dei. Iã quidem sumus, sed per fidẽ. Sumus quidem, sed in spe: nondum sumus in re. Spe enim salui facti sumus, sicut dicit Apostolus: Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patiẽtiã expectamº. Quid enim expectamus per patientiã, nisi videre quod credimus? Modò enim credimus, quod non videmus. permanendo in eo quod credentes non videmus, merebimur videre quod credimus. Propterea Ioãnes in Epistola sua quid ait? Dilectissimi, filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Quis non exultet, si subitò nescio cui peregrinanti & ignoranti genus suum, patienti aliquam egestatẽ & ærumnam, & in labore constituto diceretur: Filius senatoris es, pater tuus amplo patrimonio gaudet in re vestra, reuoco te ad patrẽ tuum? Quali gaudio exultaret, si hoc non fallax promissor diceret?

Ioan. 8. b

Matt. 6. b

Ioan. 6. c

Psal. 81.

Rom. 8. c

1. Ioan. 3. a

Venit ergo nõ fallax Apostolus Christi, & ait: Quid est quòd de vobis desperatis? Quid est quòd vos affligitis, & mærore cõteritis? Quid est quòd cõcupiscentias vestras sequendo, in egestate istarũm voluptatũ conteri vultis? Habetis patrẽ, habetis patriã, habetis patrimonium. Quis est iste pater? Dilectissimi, filij Dei sumus. Quare ergo nondũ videmus patrẽ nostrum? Quia nondũ apparuit quid erimus. Iam sumus, sed in spe: nam q̃ erimus, nõdũ apparuit. Et quid erimus? Scimus, inquit, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus cũm sicuti est. Sed hoc de patre dixit, de filio autem Domino nostro Iesu Christo nõ dixit. Et fortè videndo patrẽ, non filium, erimus beati? Ipsũ audi Christũ: Qui me videt, videt & patrẽ. Cùm enim vnus Deus videtur, trinitas videtur, pater & filius & spiritus sanctº. Audi expressius, quia ipsius filij visio tribuet nobis beatitudinẽ, & nihil interest inter visionem ipsius, & visionem patris. Ipse ait in Euangelio: Quid diligit me, mãdata mea custodit, & ego diligam illum, & ostendã meipsum illi: loquebatur illis, & dicebat: Ostendã meipsũ illi. Quare? Non erat ipse qui loquebatur? Sed carnẽ caro videbat, diuinitatem cor non videbat. Ad hoc autẽ caro carnem vidit, vt per fidem cor mundaretur, vnde Deus videretur, Dictũ est enim de Domino: Fide mundans cor eorũ: & dixit Dominus: Beati mundo cordẽ, quoniam ipsi Deum videbunt. Ergo si nobis promisit ostendere se nobis, qualis est pulchritudo eius? Fratres cogitate: oĩa ista quæ videtis pulchra, quæ amatis, ipse fecit. Si hæc pulchra sunt, quid est ipse? Si hæc magna sunt, quãtus est ipse? Ergo ex istis q̃ hic amamus, illũ magis desideremus, & contemnentes ista, illũ diligamus: vt ipsa dilectione per fidẽ cor mundemus, & mũdatum cor nostrũ inueniat aspectus illius. Lux quæ nobis ostẽditur, sanos nos debet inuenire: hoc agit modò fides. Hoc ergo modò diximus. Et salutare tuũ da nobis. Da nobis Christum tuũ, nouerimus Christũ tuum, videamus Christũ tuum, non quomodo illũ viderunt Iudæi, & crucifixerunt, sed quomodo illũ vidẽt angeli & gaudẽt, Audiã quid loquatur in me Dominus Deº.) Propheta dixit. Loquebatur in illo Deus intus, & mũdus faciebat illi strepitũ foris. Cohibẽs ergo aliquantũ ab strepitu mundi, & auertẽs se ad se, & à se in illũ cuius vocẽ audiebat interius, quasi obturans aurem cõtra tumultuantẽ vitæ huius inquietudinẽ, & cõtra animam corpore, quod corrumpitur, aggrauatã, & sensum terrena inhabitatione deprimentem multa cogitantẽ, ait: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, & audiuit. Quid? Quoniam loquetur pacem in plebẽ suam. Et super sãctos suos.) Vox ergo Christi, vox ergo Dei pax est, ad pacem vocat. Eia dicit, quicunque nondũ estis in pace, amate pacem. Quid enim vobis melius de me inuenire potestis quàm pacẽ. Pax quid est? Vbi nullum bellũ est. Quid est, vbi nullũ bellũ est? Vbi nulla est contradictio, vbi nihil resistit, nihil aduersũ est. Videte si iã ibi sumus, videte si iam nõ est conflictus cũ diabolo, videte si nõ oẽs sancti & fideles cũ principe dæmoniorũ luctantur. Et quomodo cum illo luctãtur quẽ non vident? Luctantur cum concupiscentiis suis, quibus ille suggerit peccata: & nõ consentiendo quod suggerit, & si non vincunt, tamen pugnant, Nondum est ergo pax, vbi pugnà est. Aut date mihi hominem qui nihil tentationis patitur in carne sua, & possit mihi dicere, quia iam pax est. Nihil quidem tentationis fortè patitur in illicitis voluptatibus, saltem suggestiones ipsas patitur, vel suggeritur illi quòd desposit: vel delectat vnde contineat. Sed ecce iam nihil delectat illicitum vel cõtra famem & sitim pugnat quotidie. Quis enim iustus hinc alienus? Pugnat ergo quotidie fames & sitis, pugnat

Ioan. 14. c

Ibidem. c

Act. 15. b

Matt. 5. c

Sap. 9. d

pugnat contra nos lassitudo carnis, pugnat delectatio somni, pugnat oppressio. Vigilare volumus, dormitamus: iciunare volumus, esurimus & sitimus: stare volumus, defatigamur: quærimus sedere, si & hoc diu facimus, deficimus. Quicquid nobis prouiderimus ad refectionẽ, illic rursus inueniemus defectionẽ. Esuris, dicit tibi aliquis: Respõdes: Esurio. Ponit ante te cibũ, ad refectionẽ posuerat: perseuera in eo quod posuit. Certè reficere te volebas, hoc age sæpe: hoc agendo, in eo q̃ adhibueras ad refectionem, ibi inuenias lassitudinem. Multũ sedendo fatigatus eras, surgis, deambulando reficeris. Perseuera in eo quo reficeris, multũ deambulãdo lassaris: sedere iterũ quæris. Inueni aliquid mihi vnde te reficias: vbi non, si perseueraueris, iterũ deficias. Qualis est ergo ista pax, quã hic habẽt homines tantis resistẽtibus molestiis, cupiditatibus, indigẽtiis, lassitudinibus? Non est ista vera, non est perfecta pax. Quæ erit perfecta pax? Opportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ: tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Vbi enim adhuc mortalitas, quomodo est plena pax? Etenim de morte venit lassitudo ista, quã inuenimus in omnibus refectionibus nostris. De morte est, quia corpus mortale portamus: q̃ quidẽ mortuum dicit Apostolus & ante animæ resolutionem. Corpus quidẽ, inquit, mortuũ est propter peccatũ. Nam si perseueraueris in eo quo te reficis, etiã morieris. Perseuera in multũ manducando. Ipsa res te interficiet. Perseuera in multũ iciunãdo, inde morieris. Sede semper vt nolis surgere, morieris inde. Ambula semper, vt nolis quiescere: morieris inde. Vigila sæpe, vt nolis dormire, morieris inde, Dormi semper, vt nolis vigilare, morieris inde. Quãdo ergo absorpta fuerit mors in victoriã, non erũt ista: & erit pax plena & æterna. Erimus in quadam ciuitate fratres: quãdo de illa loquor, finire nolo, & maximè quãdo scãdala crebrescũt. Quis nõ desideret illam pacẽ, vnde amicus non exit, quò inimicus nõ intrat, vbi nullus tentator est, nullus seditiosus, nullus diuidẽs populũ Dei, nullus fatigans ecclesiã in ministerio diaboli, quãdo ipse princeps ipsorũ mittitur in ignẽ æternum, & hi cum illo quicunque illi consentiunt, & recedere ab eo nolũt? Erit ergo pax purgata in filiis Dei omnibus amantibus se, vidẽtibus se plenos Deo, cùm erit Deus omnia in omnibus. Cõmune spectaculũ habebimus Deum, cõmunẽ possessionẽ habebimus Deum, cõmunẽ pacem habebimus Deum. Quicquid enim est quod modò nobis dat, ipse nobis erit pro omnibus quæ dat: ipse erit perfecta & plena pax. Hanc loquitur in plebẽ suã, hãc volebat audire ille qui ait: Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebẽ suã, & super sanctos suos: Et in eos qui cõuertũt cor ad ipsum.) Eia fratres, vultis vt ad vos pertineat ipsa pax quã loquitur Deus? Conuertite cor ad ipsum, nõ ad me aut ad illum, aut ad illũ aut ad quẽquã hominẽ. Quisquis enim hominem voluerit cõuertere ad se corda hominũ, cadit cum ipsis. Quid est melius, vt cadas cum illo ad quem conuerteris, an vt stes cum illo cum quo conuerteris? Gaudium nostrum, pax nostra, requies nostra, finis omnium molestiarum, non est nisi Deus. Beati qui conuertunt cor ad ipsum. Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius.) Erant quidam qui iam timebant eum in gente Iudæorũ. Per omnem terram vbique idola colebantur: dæmonia timebantur, non Deus. In illa gẽte timebatur Deus. Sed propter qui timebatur? In veteri Testamento timebatur Deus, ne daret illos in captiuitatem, ne tolleret illis terram, ne grandine contunderet vites ipsorum, ne faceret steriles vxores eorum, ne auferret ab eis filios ipsorũ. Hæc enim carnalia promissa Dei tenebãt adhuc paruas animas, & propter hæc timebatur Deus: sed prope illis erat, qui vel propter hæc ipsum timebant. Terram petebat Paganus à diabolo, terrã petebat Iudæus à Deo. Vnum erat quod petebant, sed nõ vnus à quo petebant. Petebat iste quod Paganus petebat, discernebatur tamẽ à Pagano, quia ab illo ista petebat, qui omnia fecerat, & propè illis erat Deus qui gẽtibus lõgè erat: tamẽ respexit & eos qui lõgè erant, & eos qui propè erant, sicut dicit Apostolus: Et veniens euangelizauit pacem his qui erant lõgè, & pacẽ his qui propè. Quos dixit qui erãt propè? Iudæos qui vnũ Deum colebant. Quos dixit qui erãt longè? Gentes qui dimiserãt Deũ à quo facti erant, & colebant illa quæ ipsi fecerãt. Nõ enim regionibus longè est quisque à Deo, sed affectibus. Amas Deũ, propè es: odisti Deũ, longè es. Vno loco stans, & propè es, & longè es. Ergo fratres respexit iste Propheta, quanquã generalem vidit misericordiam Dei super omnes, tamen aliquid speciale & propriũ vidit in gẽte Iudæa, & ait: Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacẽ in plebẽ suam. Et plebs ipsius non Iudæa sola erit, sed de omnibus gentibus colligetur, quia super sanctos suos loquetur pacem, & in eos qui conuertunt cor ad ipsum, & omnes qui conuersuri sunt cor ad ipsum de omni orbe terrarũ. Verũtamen propè timentes eum salutare ipsius: Vt inhabitet gloria in terra nostra.) id est, in ea terra in qua natus erat Propheta, vt inhabitet gloria maior, quia inde cœpit prædicare Christus. Inde Apostoli, & illuc prius missi: inde Prophetæ, ibi primò templum, ibi sacrificabatur Deo, ibi Patriarchę, ibi ipse etiã venit de semine Abrahæ, ibi manifestatus est Christus. Ibi apparuit Christus, inde enim virgo Maria quæ peperit Christũ. Ibi ambulauit pedibus suis, ibi mirabilia fecit. Postremò tãtũ honorẽ illi gẽti detulit, vt cùm eũ interpellaret quædã mulier Chananæa salutẽ quẽrens filiæ suæ, dixerit ei: Nõ sũ missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israël. Hoc ergo videẽs Propheta, ait: Verũtamẽ propè timẽtes eũ salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas occurrerunt sibi.) Veritas in terra nostra ex persona Iudæorũ, misericordia in terra gẽtiũ. Veritas enim vbi? Vbi erãt eloquia Dei. Misericordia vbi? In illis qui dimiserãt Deum suũ, & cõuerterãt se ad dæmonia. Nũquid & ipsos despexit? Quomodo si diceret: Voca & istos lõgè fugitiuos, qui multũ à me recesserũt, voca, inueniẽt me quærentẽ se, quia ipsi nolebãt quærere me. Ergo misericordia & veritas occurrerunt sibi, Iustitia & pax osculatæ sũt se.) Fac iustitiã, & habebis pacẽ, vt osculẽtur se iustitia & pax. Si enĩ nõ amaueris iustitiã, pacẽ nõ habebis. Amãt enim se duo ista, iustitia & pax, osculantur se, vt qui fecerit iustitiã, inueniat pacẽ osculãtẽ iustitiã. Duæ amicæ sunt, tu fortè vnam vis, & alteram nõ facis. Nemo est enim qui non vult pacẽ, sed nõ omnes volũt operari iustitiã. Interroga omnes homines, Vultis pacẽ? Vno ore tibi respõdet totum genus humanũ, opto, cupio, volo, amo. Ama & iustitiam, quia duæ amicæ sunt iustitia & pax. Iustitia & pax, ipse se osculantur. Si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Quid enim magnũ est desiderare pacem? Quiuis malus desiderat pacem. Bona enim res est pax. Sed fac iustitiã, quia iustitia & pax se osculantur, non litigant. Tu quare litigas cũ iustitia? Ecce iustitia dicit tibi. Ne fureris, & non audis. Ne adulteres, & non vis audire. Non facias alteri quod tu pati non vis, non dicas alteri quod & tibi dici non vis. Inimicus es amicæ meæ, dixit tibi pax, quid me quæris? Amica sũ iustitiæ, quem-

al. resumptionem.

Rom. 8. b

1. Cor. 15. g

1. Cor. 15. g

al. plenis Deo.

Ephes. 2. d

Matt. 15. c

Exod. 20. b

Matth. 7. b

quemcunque inuenero inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo. Vis ergo venire ad pacē? Fac iustitiam. A Ideo alius Psalm⁹ dicit tibi: (Psal. 36.) Declina à malo, & fac bonũ, hoc est, ama iustitiã: & cùm iam declinaueris à malo, & feceris bonum, quære pacem, & persequere eam. Iam enim non diu illam quæres: quia & ipsa occurret tibi, vt osculetur iustitiam. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.) Veritas de terra orta est, Christus de femina natus est. Veritas de terra orta est, filius Dei de carne processit. Quid est veritas? Filius Dei. Quid est terra? Caro. Interroga vnde natus est Christ⁹, & vides quia veritas de terra orta est. Sed hæc veritas quę orta est de terra, erat ante terrã: & per ipsã factũ est cælum & terra. Sed vt iustitia de cælo prospiceret, id est, vt iustificarentur homines diuina gratia, veritas nata est de Maria virgine: vt possit pro illis iustificandis offerri sacrificium, sacrificium passionis, sacrificiũ crucis. Et vnde offerret sacrificiũ pro peccatis nostris, nisi moreretur? Vnde autē moreretur, nisi à nobis B acciperet vbi moreretur? Id est, nisi à nobis sumeret carnē mortalē, Christus mori nō posset: quia verbũ nō moritur, diuinitas non moritur, virtus & sapientia Dei nō moritur. Quomodo ergo offerret sacrificium victimã salutarē, si nō moreretur? Quomodo autē moreretur, nisi carnem indueret? Quomodo carnē indueret, nisi veritas de terra oriretur? Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit) Possumus hinc dicere alterũ sēsũ: Veritas de terra orta est, cōfessio ab homine: homo enim peccator eras. O terra! qui quãdo peccasti, (De pœn. dist. 1. Gratia Dei. Genes. 3.d.) audisti: Terra es, & in terrã ibis. Oriatur de te veritas, vt respiciat de cælo iustitia. Quomodo ergo orietur à te veritas, cùm tu peccator sis, cùm tu iniquus sis: Cōfitere peccata tua, & orietur de te veritas. Si enim cùm sis iniquus dicis te iustũ, quomodo à te orietur veritas? Si autē cùm sis iniquus, dicis te iniquum, veritas de terra orta est. Intende illũ publicanũ longè à pharisæo in tēplo orantem, qui neque oculos ad cælum audebat le- C uare, sed percutiebat pectus suum, dicēs: (Luc. 18. c.) Domine propiti⁹ esto mihi peccatori. Ecce veritas de terra orta est, quia confessio peccatorum ab homine facta est. Quid ergo sequitur? (Ibidem.) Amen dico vobis, quia descendit iustificatus publicanus ille magis quàm ille pharisæus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Orta est veritas de terra in cōfessione peccatorũ: & iustitia de cælo prospexit, vt descēderet iustificatus publicanus ille magis quàm ille pharisæus. Nã vt noueritis, quia veritas pertinet ad confessionem peccatorum, ait Ioannes Euãgelista: (1. Ioan. 1.d.) Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quomodo ergo veritas de terra orietur, & iustitia de cælo prospiciet, audi illũ sequentē & dicentē: (Ibidem.) Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata, & purget nos ab omni iniquitate. Veritas ergo de terra orta est, & iustitia de D de cælo prospexit. Quæ iustitia de cælo prospexit? Tãquã Dei dicentis: Parcamus huic homini, quia ipse sibi nō pepercit: ignoscamus, quia ipse agnoscit. Cōuersus est ad puniendum peccatum suum, conuertar & ego ad eũ liberandũ. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Etenim Dominus dabit suauitatē, & terra nostra dabit fructum suum.) Vnus versus restat, peto vt sine tædio sit quod dicturus sum. Attēdite rē necessariam fratres mei, attēdite, percipite, ferte vobiscum, & non sit inane semē Dei in cordibus vestris. Veritas, inquit, de terra orta est, confessio peccatorũ ab homine, & iustitia de cælo prospexit, id est, à Domino Deo data est iustificatio confitenti: vt ipse agnoscat impius pium se fieri non posse, nisi ille fecerit cui confitetur, credendo in eum qui iustificat impiũ. (Rom. 4.) Tu ergo peccata potes habere, fructũ bonũ nō potes habere, nisi ille dederit cui confiteris: ideo cùm dixisset: Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit: tanquã diceretur ei: Quid est quod dixisti, Iustitia de cęlo prospexit? Etenim Dominus inquit, dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructũ suũ. Nos ergo respiciamus nos: & si nihil in nobis inuenerimus nisi peccata, oderim⁹ peccata, & desideremus iustitiã. Cũ enim cœperimus odisse peccata, iam ipsum odiũ peccatorũ similes nos incipit facere Deo, quia hoc odimus quod odit & Deus. Cùm ergo cœperis odisse peccata, & confiteri Deo, cùm te delectationes illicitæ rapiũt, & ducũt te ad ea quæ tibi non prosunt, ingemisce ad Deũ: & cōfitens illi peccata tua, mereberis ab illo delectationē, & suauitatē iustitiæ faciendæ dabit tibi, vt incipiat te delectare iustitia, quē primò delectabat iniquitas: vt qui primò gaudebas in ebrietate, gaudeas in sobrietate: & qui primò gaudebas de furtis vt tolleres homini quod nō habebas, quęras donare non habenti quod habebas. Et quem delectabat rapere, delectet donare: quē delectabat spectare, delectet orare: quē delectabãt cãtica nugatoria & adulterina, delectet hymnũ dicere Deo, currere ad Ecclesiam qui primò currebas ad theatrũ. Vnde nata est ista suauitas, nisi quia Dominus dabit suauitatē, & terra nostra dabit fructũ suũ? Ecce enim videte quod dico. Ecce locuti sumus vobis verbum Dei, semē sparsimus deuotis cordibus, tãquã sulcata inueniētes pectora vestra aratro cōfessionis, deuotione & intētione, suscepistis semē, cogitate de verbo quod audistis, tanquã glebas frãgentes, ne semē rapiãt volatilia, vt possit ibi germinare quod seminatum est. Et nisi Deus pluerit, quid prodest quod seminatur? Hoc est, Dominus dabit suauitatē, & terra nostra dabit fructũ suũ. Ille enim visitationibus suis, in otio, in negotio, in domo, in lecto, in conuiuio, in collocutione, in deambulatione visitet vestra corda, vbi nos non sumus: Veniat imber Dei, & fructificet quod ibi seminatũ est. Et ibi non sumus nos & securi quiescimus, aut aliud agimus, Deus det incremētũ seminibus, quæ sparsimus: vt attendētes postea bonos mores vestros, etiã de fructu gaudeamus. Quoniã Dñs dabit suauitatē, & terra nostra dabit fructũ suũ. Iustitia ante eum præibit, & ponet in via gressus suos.) Iustitia illa est quæ est in cōfessione peccatorũ: veritas enĩ ipsa est. Iustus enim debes esse in te, vt punias te: ipsa prima est hominis iustitia, vt punias te malũ, & faciat te Deus bonũ. Quia ergo ipsa est prima hominis iustitia, ipsa fit via deo vt veniat ad te Deus: ibi illi fac viã in cōfessione peccatorum. Ideo & Ioannes cùm baptizaret in aqua pœnitētiæ, & vellet ad se venire pœnitētes de suis prioribus factis, dicebat hoc: Parate viam Dño, rectas facite semitas eius. Placebas tibi in peccatis tuis, ô homo, displiceat tibi quod eras, vt possis esse quod non eras. Parate viam Domino, præcedat ista iustitia, vt cōfitearis peccata. (Matt. 3.c.) Veniet ille & visitabit te, quia ponet in via gressus suos: est enim iã vbi ponat gressus suos, est vbi ad te veniat. Antè autē quã confitereris peccata, intercluseras ad te viã Dei, non erat quà ad te veniret. Cōfitere vitam, & aperis viam: & veniet Christus, & ponet in via gressus suos, vt te informet vestigiis suis.

IN PSALMVM LXXXV.

enarratio.

NVLLVM maius donum præstare Deus posset hominibus, quàm vt verbum suum per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos ei tanquam mēbra coaptaret: vt esset filius Dei, & filius hominis, & vnus Deus cum patre, vnus homo cum hominibus: vt & quando loquimur ad Deum deprecantes, non inde filium

separemus, & quando precatur corpus filij, non à se separet caput suũ, sitque vnus ipse saluator corporis sui Dñs noster Iesus Christus filius Dei, qui & oret pro nobis, & oret in nobis, & oretur à nobis. Orat pro nobis, vt sacerdos noster: orat in nobis, vt caput nostrũ: oratur à nobis, vt Deus noster. Agnoscamus ergo & in illo voces nostras, & voces eius in nobis. Neque cùm aliquid dicitur de Domino nostro Iesu Christo, maximè in prophetia, quod pertineat velut ad quãdã humilitatem indignã Deo, dubitemus illi eam tribuere, qui nō dubitauit se nobis adiũgere. Ei quippe seruit vniuersa creatura, quia per ipsũ facta est vniuersa creatura. Et propterea tũc eius sublimitatem diuinitatemque intuemur, quando audimus: (Ioan. 1.a) In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ: Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsũ facta sũt, & sine ipso factum est nihil: intuētes hanc excelsam & supereminētissimam & excedentem omnia creaturarũ sublimia diuinitatem filij Dei: audimus etiam in aliqua B parte Scripturarũ velut gementem, orantē, confitentem: vt dubitemus ei tribuere verba hæc, ex eo quòd cogitatio nostra de recēti eius contēplatione quę erat in diuinitate, pigrescit descendere ad eius humilitatē: & tanquam faciat illi iniuriam, si eius verba in homine agnoscat ad quē verba dirigebat cùm Deũ deprecaretur, hæret plerũque & conatur mutare sentētiã, & nō ei occurrit in Scriptura, nisi quòd ad ipsũ recurrat, & ab illo deuiare nō sinat. Expergiscatur ergo & euigilet in fide sua: & videat quia ille quē cōtēplabatur paulo antè in forma Dei, (Philip. 2.a) formã serui accepit, in similitudine hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se factus obediens vsque ad mortē. Et verba Psalmi voluit esse sua, in cruce pendēs: & dicēs: (Psal. 21.) Deus meus, Deus me⁹, vt quid me dereliquisti? Oratur ergo in forma Dei, orat in forma serui: ibi creator, hic creatus, creaturam mutandam non mutatus assumens, & secũ nos faciens vnũ hominem, caput & corpus. Oramus ergo ad illũ, per illũ, in illo: & dicimus cũ illo, & dicit nobiscũ. Cùm C dicimus in illo, dicit in nobis Psalmi huius orationem, qui intitulatur: Oratio Dauid.) quia Dominus noster secundum carnem filius Dauid, secundum verò diuinitatem Dominus Dauid, & creator Dauid. Et non solùm ante Dauid, sed ante Abraham, ex quo Dauid: sed ante Adã, ex quo omnes homines, sed & ante cælũ & terrã, in quo omnis creatura est. Nemo ergo cùm audit hæc verba, dicat, nō Christus dicit: aut rursus dicat, nō ego dico: imò si se in Christi corpore agnoscit, vtrumque dicat, & Christus dicit, & ego dico. Non potes aliquid dicere sine illo, & dicit aliquid sine te. Nónne habemus in Euangelio, vbi certè scriptũ est: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & De⁹ erat verbũ, (Ioan. 1.a) omnia per ipsũ facta sunt. Ibi certè habemus: Et cōtristatus est Iesus, & fatigatus est Iesus, & dormiuit Iesus, (Matt. 26.d. Ioan. 4.a. Matt. 8.c. Luc. 22.c.) & esuriuit & sitiuit Iesus, & orauit, & pernoctauit in D orando Iesus. Pernoctabat, inquit, Iesus, & perstabat in orando, & globi sanguinis decurrebant per corpus eius. Quid ostendebat, quando per corpus orantis globi sanguinis distillabant, nisi quia corpus eius quod est ecclesia, martyrum iam sanguine defluebat?

Expositio Psalmi.

INCLINA Domine aurem tuam, & exaudi me.) Ille ex forma serui dicit, tu serue in forma Domini tui: Inclina Domine aurem tuam. Inclinat aurem, si tu non erigis ceruicē. Humiliato enim appropinquat, ab exaltato longè discedit: nisi quē ipse humiliatum exaltauerit. Inclinet ergo Dominus aurem suam ad nos. Ille enim sursum est, nos deorsum. Ille in altitudine, nos in humilitate, sed non relicti. Ostendit enim dilectionē suam Deus in nobis. A Etenim cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: (Rom. 5.b) Vix enim, inquit, pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitã quis audeat mori. Domin⁹ autē noster pro impiis mortuus est. Neque enim merita nostra præcesserant, pro quib⁹ filius Dei moreretur: sed magis quia nulla erãt merita, magna erat misericordia. Quã certa ergo, quàm firma promissione seruat iustis vitam suam, qui donauit iniustis mortem suam? Inclina Domine aurē tuam, & exaudi me. Quoniam egenus & inops ego sum.) Ergo non inclinat aurē ad diuitem, sed ad inopem & egenũ inclinat aurem, id est, ad humilem & ad confitentem, ad indigētem misericordia, non ad saturatum & extollentē se & iactantem, quasi nihil ei desit, & dicētem: Gratias (Luc. 18.b) tibi, quia nō sum sicut publicanus iste. Diues enim pharisæus iactabat merita sua: inops publican⁹ confitebatur peccata sua. Nec sic accipiatis fratres, quod dixi, ad diuitem non inclinat aurem suam, tanquã nō exaudiat Deus eos qui habent aurum & argentũ, & familiam & fundos, si sic fortè nati sunt, aut cũ† lucrum rerum humanarũ tenēt, tãtum meminerint, quod ait Apostolus: (al. locum. 1. Tim. 6.d) Pręcipe diuitibus huius mundi nō superbè sapere. Qui enim nō superbè sapiũt, in Deo pauperes sunt. Et pauperibus atque inopibus & egenis inclinat aurem suam. Norunt enim spem suã non esse in auro & argento, neque in illis rebus quibus ad tēpus circũfluere vidētur. Sufficit vt diuitiæ non illos perdant, vt non obsint satis est, nam prodesse nihil possunt. Planè prodest opus misericordiæ & in diuite & in paupere: in diuite ex volũtate & opera, in paupere ex sola voluntate. Cùm ergo talis est cōtēnens in se quicquid est vnde superbia solet inflari, pauper Dei est: inclinat illi aurē suã, nouit enim cōtribulatũ cor eius. Certè fratres ille pauper ante ianuam diuitis vlcerosus qui iacebat, ab angelis sublatus est in sinũ Abrahæ: sic legimus, sic credimus. Diues autē ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur (Lucæ. 16.c) quotidie splendidè, ablatus est ad inferos ad tormēta. Nunquid verè ille pauper merito illius inopiæ ablatus est ab angelis, diues autem ille peccato diuitiarũ suarũ ad tormēta missus est? In illo paupere humilitas intelligitur honorificata, in illo diuite superbia damnata. Breuiter probo, quia nō diuitiæ, sed superbia in illo diuite cruciabatur. Certè ille pauper in sinũ Abrahæ sublat⁹ est. De ipso Abrahã dicit Scriptura, (Luc. 16.c) quia habebat hic plurimũ auri & argēti, & diues fuit in terra. Si qui diues est, ad tormenta rapitur, quomodo Abrahã pręcesserat pauperē, vt ablatũ in sinũ suũ susciperet? Sed erat Abrahã in diuitiis pauper humilis, tremens omnia pręcepta & obaudiēs. Vsque adeò autē pro nihilo habebat illas diuitias, (Gen. 22.a) vt iussus à Domino filiũ suũ immolaret, cui seruabat diuitias. Discite ergo esse inopes & pauperes, siue qui habetis aliquid in isto seculo, siue qui nō habetis. Nã & hominē mēdicũ inuenitis superbiētem, & hominem superabundantem diuitiis inuenitis confitentem. Resistit Deus superbis, (Iacob. 4.b) & holosericatis & pannosis, humilibus autē dat gratiam: & habētibus aliquã substantiam huius seculi, & non habentibus interior inspector est Deus. Ibi appēdit, ibi examinat: stateram Dei non vides, cogitatio tua in illam leuatur. Videte quia meritum exauditionis suæ, id est, quo exaudiretur, in eo posuit vt diceret: Quoniam egenus & inops ego sum. Obserua ne non sis egenus & inops: si non fueris, non exaudieris. Quicquid est circa te vel in te vnde possis præsumere, abiice à te, & tota præsumptio tua Deus sit: illius indigēs esto, vt ipso implearis. Quicquid enim aliud habueris sine ipso, latiùs inanis eris. Custodi animã meã quoniã sanctus sum.) Hoc verò, quoniã sanct⁹ sum, nescio vtrũ potuerit fortè ali⁹

dicere nisi ille, qui sine peccato erat in hoc mũdo: peccatorum omniũ nõ cõmissor, sed dimissor. Agnoscamus vocẽ dicentis, quoniam sanctus sum, custodi animam meã: vtque in illa forma serui quã assumpserat. Ibi enim caro, ibi & anima. Neque enim vt nõnulli dixerunt, caro sola erat & verbũ, sed & caro & anima & verbũ: & totũ hoc vnus filius Dei, vnus Christus, vnus Saluator, in forma Dei æqualis patri, in forma serui caput ecclesiæ. Ergo quoniã sanctus sum cùm audio, vocem eius agnosco, & hic separo meã. Certè inseparabiliter à corpore suo loquitur, cùm sic loquitur. Et audebo ego dicere, quoniã sanctus sum? Si sanctus tãquã sanctificans, & nullo sanctificante indigẽs, superbus & mendax: si autem sanctus sanctificatus, secũdũ id quod
Leuit.19.a dictũ est: Sãcti estote, quoniã ego sanctus sum: audeat & corpus Christi, audeat & vnus ille homo clamans à finibus terræ, cùm capite suo, & sub capite suo dicere,
Psal. 60. sanctus sum. Accepit enim gratiã sanctitatis, gratiã ba-
1. Cor. 6.c ptismi, & remissionis peccatorum. Et hæc quidem fui- B
stis, ait Apostolus, enumerans multa peccata, & leuia & grauia, & vsitata & horribilia. Et hæc quidem fuistis, sed ablati estis, sed sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit, dicat & vnusquisque fideliũ, sanctus sum. Nõ est ista superbia elati, sed confessio nõ ingrati. Si enim dixeris te sanctũ esse ex te, superbus es: rursus fidelis in Christo, & membrum Christi, si te nõ dixeris esse
1. Cor. 4.b sanctũ, ingratus es. Arguẽs enim superbiã Apostolus, non ait, non habes: sed ait: Quid enim habes, quod nõ accepisti? Nõ arguebaris, quia dicebas te habere quod nõ habebas: sed quia ex te tibi volebas esse quod habebas. Imò & habere te agnosce, & ex te nihil habere: vt nec superbus sis, nec ingratus. Dic Deo tuo: Sanctus sum, quia sanctificasti me: quia accepi, non quia habui, quia tu dedisti, non quia ego merui. Etenim ex alio latere incipis iniuriã facere ipsi Dño nostro Iesu Christo. Si enim Christiani omnes, & fideles baptizati in illo ipsum induerunt, sicut Apostolus dicit: Quotquot in
Gala. 3.d Christo baptizati estis, Christũ induistis: si mẽbra sunt C
facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt iniuriã, cuius mẽbra sancta sunt. Iam vide vbi sis, & de capite tuo dignitatem cape. Etenim eratis
Ephes. 5.c aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Fuistis aliquãdo, inquit, tenebræ: sed nunquid tenebræ remãsistis? Ad hoc illuminator venit, vt & tenebræ remaneretis, an vt in illo lux fieretis? Ergo dicat & vnusquisque Christianus, imò dicat totũ corp⁹ Christi, clamet vbiq; patiẽs tribulationes, diuersas tẽtationes, & scandala innumerabilia: dicat, Custodi animã meã, quoniã sãctus sũ. Saluũ fac seruũ tuũ Deus meus sperãtẽ in te.) Ecce ille sanctus nõ est superbus, quia sperat in Domino, Miserere mei Dñe, quoniã ad te clamaui tota die.) Non vna die. Tota die, omni tẽpore intellige: ex quo corpus Christi gemit in pressuris vsq; in finẽ seculi quò transeunt pressuræ, gemit iste homo, & clamat ad Deũ, D
& vnusquisque nostrũ pro portione habet clamorem suum in toto isto corpore. Clamasti tu diebus tuis, & transierunt dies tui: successit tibi alius, & clamauit diebus suis, & tu hic, ille alibi: corpus Christi tota die clamat sibi decedentibus, & succedentibus membris. Vnus homo vsque ad finem seculi extenditur. Eadem membra Christi clamant, & quædam membra iam in illo requiescunt: quædam modò clamant, quædam verò cùm ipsi nos requieuerimus clamabunt, & post illa alia clamabunt. Totius corporis Christi hic attẽdit
Rom. 8.f vocem, dicentis: Ad te clamaui tota die. Caput autem nostrum ad dexterã patris interpellat pro nobis. Alia membra recipit, alia flagellat, alia mundat, alia consolatur, alia creat, alia vocat, alia reuocat, alia corrigit, alia redintegrat. Iocunda animã serui tui, quoniã ad te
A Domine animã meã leuaui. Iocũda eã, quia ad te leuaui eam. In terra enim erat, & in terra amaritudinẽ sentiebat: ne in amaritudine contabesceret, ne omnẽ tuæ gratiæ suauitatẽ amitteret, leuaui eam ad te, iocunda eam apud te. Solus enim tu es iocunditas, amaritudine plenus est mũdus. Certè rectè admonet mẽbra sua, vt sursum corda habeant. Audiant ergo & faciant, leuẽt ad illum quod malè est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad Deũ. Frumẽtũ si haberes in inferioribus, ne putresceret leuares ad superiora. Frumento tuo quæris mutare locũ, & cor permittis in terra putrescere? Frumentum leuares in superiora, cor leua in cælum. Et vnde, inquis, possum? Qui funes, quę machinæ, quæ scalæ opus sunt? Gradus, affectus sunt: iter tuum, volũtas tua est. Amando ascendis, negligendo descendis. Stans in terra, in cælo es, si diligas Deũ. Non enim sic leuatur cor, quomodo leuatur corpus. Corpus vt leuetur, locũ mutat, cor vt leuetur, voluntatẽ mutat. Quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Quia tu Domine suauis es ac mitis,) Ideo iocunda. Tãquam tædio affectus ex amaritudine terrenorum indulcari voluit, & quæsuit fontem dulcedinis, & in terra non inuenit. Quacũque enim se vertebat, scãdala, tribulationes, timores, tentationes inueniebat. In quo homine securitas? De quo certum gaudium? Nec de seipso vtiq;. Quãto magis de alio? Aut mali sunt, & necesse est eos pati: sed sperare, quia mutari possunt. Aut boni sunt, & sic eos oportet diligere vt timeamus: quia possunt mutari ne mali sint. Ibi malitia eorũ facit amaritudinẽ animę, hic solicitudo & timor, ne labatur qui bene ambulat. Quocũque ergo cor se cõuerterit in terrenis rebus, amaritudinem inuenit: vnde dulcescat nõ habet, nisi leuet se ad Deum. Quoniam tu Domine suauis & mitis. Quid est mitis? Portas me, donec perficias me. Verè enim fratres mei, dicam tanquã homo in hominibus, & C
ex hominibus: ferat quisque cor suũ, & intueatur se sine adulatione, & sine palpatione. Nihil est enim stulti⁹, quã si seipsum quisque palpet atque seducat. Attendat ergo & videat quãta agũtur in corde humano, quemadmodũ ipsæ plerũque orationes impediantur vanis cogitationibus, ita vt vix stet cor ad Deũ suum, & vult se tenere vt stet, & quodãmodo fugit à se, nec inuenit cãcellos quibus se includat, aut obices quosdã quibus retineat auolationes suas, & vagos quosdã motus, sed stet iucũdari à Deo suo. Vix est vt occurrat talis oratio inter multas orationes. Diceret vnusquisque sibi contingere, & alteri nõ cõtingere, nisi inuenirem⁹ in Scripturis Dei Dauid orãtem quodã in loco, & dicentem: Quoniam inueni Domine cor meũ, vt orarẽ ad te. Inu- 2. Reg. 7.c
eniri se dixit cor suũ, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posse cõprehendere, & Psal. 39
clamare ad Dominũ: Quoniã cor meũ dereliquit me. D
Itaque fratres mei attẽdẽs quod hic ait: Suauis es tu & mitis: videor mihi videre hic quod ait mitis. Iocunda animam serui tui, quoniam ad te leuaui animam meã, quoniã tu suauis & mitis es: videor mihi videre ad hoc dixisse mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen à nobis orationẽ, vt perficiat nos: & quando illi eam dederimus, accipit gratè, & exaudit, nec meminit tantas quas inconsultè fundimus, & accipit vnam quam vix inuenimus. Quis enim est, fratres mei, homo, cũ quo si amicus eius cœperit colloqui, & noluerit illi respondere collocutioni eius, & viderit eum auerti à se, & aliud loqui ad alium, qui hoc ferat? Aut si fortè interpelles iudicem, & costituas eum loco vt te audiat, & subitò cùm ad eum loqueris, dimittas eum, & incipias fabulari cum amico tuo, quando te tole-

tolerat? Et tolerat Deus tot corda precantiũ, & diuersas res cogitantiũ: omitto dicere & noxias, omitto di- A
cere aliquando peruersas & inimicas Deo, ipsas superfluas cogitare iniuria est eius cũ quo loqui cœperas. Oratio tua locutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur: quãdo oras, cũ Deo loqueris. Sed quid? Desperandũ est de genere humano, & dicendũ iam ad dãnationem pertinere omnẽ hominẽ cui surrepserit aliqua cogitatio oranti, & interruperit orationẽ ipsius; si hoc dixerimus fratres, quæ spes remaneat, non video. Porrò quia est aliqua spes ad Deũ, quia magna est eius misericordia: dicamus ei, Iocũda animã serui tui, quoniã ad te Domine animam meam leuaui. Et quomodo eã leuaui. Quomodo potui, quomodo tu vires dedisti. Quomodo eã fugientẽ apprehendere valuisti, & excidit tibi? Quia quotienscũque ante me stetisti, puta Deũ dicere, tanta vana & superflua cogitasti, & vix mihi fixã & stabilem orationẽ fudisti. Quia tu suauis es Domine B
ac mitis. Mitis es, tolerãs me. Ex ægritudine defluo, cura & stabo: confirma, & firmus ero. Donec autẽ facias, toleras me: quia tu suauis es Domine & mitis: Et multũ misericors.) Non enim solùm misericors, sed & multum misericors. Abundat enim iniquitas nostra, abũdat & Prouerb. 1.d
tua misericordia. Et multum misericors es, Omnibus inuocãtib. te.) Et quid est quod dicit multis locis Scriptura: Quia inuocabũt, & non exaudiã eos? Certè misericors omnibus inuocãtibus se, nisi quia quidã inuo- Psalm. 32.
cantes, nõ ipsum inuocãt: de quibus dicitur, Deum nõ inuocauerunt. Inuocant, sed nõ Deum. Inuocas quicquid amas: inuocas quicquid in te vocas, inuocas quicquid vis vt veniat ad te. Porrò si Deũ propterea inuocas, vt veniat ad te pecunia, vt veniat ad te hæreditas, vt veniat ad te secularis dignitas, illa inuocas quæ vis vt veniant ad te: sed Deum tibi adiutorẽ ponis cupiditatum, non exauditorẽ desideriorũ. Deus bonus, si det C
quod vis. Quid, si malè vis? Nónne erit tibi magis non dando misericors? Porrò si non dederit, iam nihil tibi Deus est: & dicis, Quantũ rogaui, quàm sæpe rogaui, & nõ sum exauditus. Quid enim petebas? Fortè mortem inimici tui. Quid si & ille petebat tuam? Qui te creauit, ipse & illũ: homo es, homo est & ille. Deus autem iudex est: audit ambos, sed non exaudiuit ambos. Tristis es, quia nõ es exaudit⁹ cõtra illũ: gaude, quia nõ est exauditus contra te. Ego, inquis, nõ hoc petebã: non inimici mei petebã mortẽ, sed vitam petebã filij mei. Quid mali petebã? Nihil mali petebas, sicut tu sentiebas. Nã quid si ille raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius? Sed peccator, inquis, erat: & ideo volebam eũ viuere, vt corrigeretur. Tu volebas eum viuere, vt melior esset. Quid si Deus nouerat si viueret, peiorẽ futurum? Vnde ergo nosti quid illi prodesset, mori an viuere? Si ergo nõ nosti, redi ad cor tuũ, dimitte Deo consilium suum. Quid ergo, inquis, faciã? Quid orem? Quid ores? Quod te docuit Dominus, quod te docuit cęlestis ma- D
gister. Inuoca Deũ tanquã Deum, ama Deum tanquã Deum. Illo melius nihil est, ipsum desidera, ipsum con- Psalm. 26.
cupisce. Vide inuocantẽ Deum in alio Psalmo: Vnam petij à Domino, hanc requirã. Quid est quod petit? Vt inhabitẽ in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Vt quid hoc? Vt contẽpler delectationẽ Domini. Si ergo amator Dei esse vis, synceriſſimis medullis castísq; suspiriis ipsũ dilige, ipsum ama, illi flagra, illi inhia quo iocũdius nihil inuenis, quo melius, quo lętius, quo diuturnius. Quid enim tam diuturnum, quàm id quod est sempiternum? Non times ne aliquando à te pereat, qui facit ne tu pereas. Si ergo tu inuocas Deum, tanquam Deum, securus esto, exauditis: pertines ad istũ versum: Et multũ misericors omnibus inuocãtibus te. Noli ergo dicere: Illud mihi non dedit. Redi ad cor tuum, & cõscientiã tuam libra: interroga, parcere illi noli. Si vere Deum inuocasti, certus esto quia id fortè quod volebas tẽporaliter, ideo nõ dedit, quia non tibi proderat. Ædificetur in hoc cor vestrũ fratres, cor Christianum, cor fidele: ne incipiatis tristes facti veluti fraudati desideriis vestris, ire in indignationẽ contra Deũ. Etenim nõ expedit aduersus stimulum calcitrare. Recurrite ad Scripturas. Exauditur diabolus, & nõ exauditur Apo- Act. 9. a
stolus. Quid vobis videtur, quomodo exaudiũtur dæmones? Petierunt se ire in porcos, & concessum est eis. Matth. 8.d
Quomodo exauditus est diabolus? Petiit Iob tẽtandũ, Iob. 1.c
& accepit. Quomodo non exauditus est Apostolus? In 2. Cor. 12.b
magnitudine, inquit, reuelationũ ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meę angelus satanæ qui me colaphizet: propter quod ter dominũ rogauiv t auferret eũ à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in B
infirmitate perficitur. Exaudiuit eũ quem disponebat dãnare, & nõ exaudiuit eũ quẽ volebat sanare. Nã ęger petit multa à medico, nõ dat medicus: non exaudit ad voluntatẽ, vt exaudiat ad sanitatẽ. Ergo medicum tuũ pone Deũ, pete ab illo salutẽ, & salus tua ipse erit. Non quasi salutẽ extrinsecus, sed vt salus ipse sit: Ne rursus ames aliã salutẽ præter ipsum, sed quomodo habes in Psalmo: Dic animæ meę, salus tua ego sum. Quid ad te, Psalm. 34.
quid tibi dicat, vt se tibi det? Vis vt det se tibi? Quid si quod vis habere, non vult ipse vt habeas, vt se tibi det? Impedimẽta remouet, vt intret ad te. Bona cogitate & cõsiderate fratres, quæ dat Deus peccatoribus, & hinc intelligite quid seruet seruis suis. Peccatorib. blasphemantibus eum quotidie dat cælum & terrã, dat fontes, fructus, salutẽ, filios, copias, vbertatẽ. Hæc omnia bona non dat nisi Deus. Qui talia peccatoribus dat, quid eum putas seruare fidelibus suis? Hoc ne de illo sentiẽ- C
dũ est, quia qui talia malis dat, nihil seruat bonis? Imò verò seruat non terrã, sed cælũ. Vilius fortè aliquid dico cùm dico cælũ, sed seipsum qui fecit cælũ. Pulchrũ est cælum, sed pulchrior est fabricator cæli. Sed video cælũ, & illum nõ video. Oculos enim habes ad videndum cælũ, cor nondũ habes ad videndũ fabricatorem cæli. Ideo venit de cęlo in terrã, vt mundet cor quo videatur qui fecit cælum & terrã. Sed planè cum patientia salutem expecta. Quibus te medicamẽtis curet, ille nouit: quibus sectionibus, quib. vstionibus, ille nouit. Tu tibi ægritudinem cõparasti peccãdo, ille venit non solùm fouere, sed & secare & vrere. Non vides quanta hominęs patiantur sub medicorũ manibus, spẽ incertã homini promittẽtium? Sanaberis, dicit medicus: sanaberis, si secuero. Et homo dicit, & homini dicit. Nec qui dicit certus est, nec qui audit: quia ille dicit homini, qui non fecit hominẽ, & non perfectè scit quid agatur in homine. Et tamẽ ad verba hominis plus nesciẽtis quid agatur in homine credit homo, sub dit mẽbra, D
ligari se patitur, aut plerunque etiã non ligatus secatur & vritur, & accipit fortè salutem paucorum dierum, iã sanatus quãdo moriatur ignorãs, & fortasse dũ curatur moritur, & fortasse curari nõ poterit. Cui autẽ promisit Deus aliquid, & fefellit? Auribus infige Domine orationem meam.) Magnus orantis affectus. Auribus infige Domine orationem meã: id est, nõ exeat de auribus tuis oratio mea, fige illã ibi in auribus tuis. Quomodo parturiuit vt figeret orationem suam in auribus Dei? Respondeat Deus, & dicat nobis, Vis figam orationem tuam in auribus meis? Fige in corde tuo legem meã. Auribus infige Domine orationẽ meã: Et intẽde voci orationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quoniam exaudisti me.) Causa vt exaudires me, quia in die tribulationis meæ clamaui ad te. Paulo antè

dixerat: Tota die clamaui, tota die tribulatus sum. Nullus ergo Christianus dicat esse diem in quo non sit tribulatus: totã diem, totũ tempus intelligimus. Tota die tribulatur. Quid ergo tribulatio est? & quãdo bene est; 2.Cor.5.a vtique tribulatio. Vnde tribulatio? Quia quãdiu in corpore sumus, peregrinamur à Domino. Quodlibet hic abundet, nondum sumus in illa patria quò redire festinamus. Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Si amaraperegrinatio, tota die tribulatio. Psalm.15. Quando non est tribulatio? Quãdo in patria delectatio. Delectationes in dextera tua, vsque in finẽ. Implebis me lætitia, ait, cũ vultu tuo, vt contẽpler delectationẽ Domini. Ibi transiet labor & gemitus: ibi nõ oratio, sed laudatio: ibi haleluia, amen, ibi vox consona cum angelis: ibi visio sine defectu, & amor sine fastidio. Quamdiu ergo nõ ibi, videtis quia non in bono. Sed abũdant oĩa. Abundent omnia, vide si securus es quia nõ pereunt oĩa. Sed habeo quod non habebam, accessit pecunia quæ nõ erat. Fortè accessit & timor qui non erat: fortè tanto securior eras, quanto pauperior. Postremò sint copiæ, redundet affluentia huius seculi, detur securitas quòd non pereat. Dicat Deus desuper, æternus in his eris, æterna tecum erunt ista, sed meam faciem nõ videbis. Nemo carnem consulat, spiritum consulite. Respondeat vobis cor vestrum: respondeat spes, fides, charitas, quę in vobis esse cœperunt. Ergo ne si acceperimus securitatẽ nos in affluentia bonorum secularium semper futuros, & diceret nobis Deus: Facię meã non videbitis, gauderemus in illis bonis? Eligeret fortè aliquis gaudere & dicere: Abundãt mihi ista, bene mihi est, nihil amplius quæro. Nondum cœpit esse amator Dei, nõdum cœpit suspirare tanquã peregrinus. Absit, absit. Recedant omnia seductoria, recedant blandimẽta falsa, recedãt ea quæ nobis quotidie dicunt: Psalm.41. Vbi est Deus tuus? Effundamus super nos animã nostrã, confiteamur in lachrymis, gemamus in cõfessionibus, in miseriis suspiremus. Quicquid nobis adest præter Deum nostrũ, non est dulce. Nolumus oĩa quæ dedit, si non dat seipsum qui omnia dedit. Auribus infige Domine orationẽ meã, & intende voci orationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quoniã exaudisti me. Non est similis tibi in diis Domine.) Et quid dixit? Non est similis tibi in diis Domine. Fingant sibi deos quos volunt Pagani, adducant fabros argẽtarios, aurifices, expolitores, sculpto- Psalm.113. res: faciãt deos. Quales deos? Oculos habentes, & non videtes: & cætera quæ dicit Psalmus cõsequenter. Sed ista non colimus, ait, non colimus, hæc signa sunt. Et quid colitis? Aliud aliquid peius, quoniam dij gentium dæmonia. Et quid? Nec dæmonia, inquiunt, colimus. Planè nihil aliud habetis in templis, nihil aliud implet vates vestros quàm dæmonium. Sed quid dicitis? Angelos colimus, angelos habemus deos. Non planè nostis angelos. Angeli enim vnum Deũ colunt, nec fauent hominibus, qui volunt colere angelos, & non Deum. Apoc.19.b Nam inuenimus honoratos angelos prohibentes homines ne se adorarent, sed verũ Deum. Sed angelos di- Psalm.81. cant, homines dicant, quia dictũ est: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi oẽs: non est similis tibi in diis Domine. Quodlibet aliud cogitet homo, nõ est simile, quod factum est illi qui fecit. Excepto Deo quicquid aliud est in natura rerum, factũ est à Deo. Quantum interest inter eum qui fecit, & illud quod factũ est, quis dignè cogitet? Iste ergo dixit: Non est similis tibi in diis Domine. Quantum autẽ sit dissimilis Deus, nõ dixit, quia dici nõ potest. Intendat charitas vestra, Deus ineffabilis est. Facilius dicimus quid nõ sit, quàm quid sit. Terram cogitas, non est hoc Deus: mare cogitas, non est hoc Deus. Omnia quæ sunt in terra homines & animalia; non est hoc Deus. Omnia quę sunt in mari; quæ volant per aërẽ, nõ est hoc Deus. Quicquid lucet in cælo, stellæ, sol & luna, non est hoc Deus. Ipsum cælum, non est hoc Deus. Angelos cogita, virtutes, potestates, archãgelos, thronos, sedes, dominationes, nõ est hoc Deus. Et quid est hoc? Solũ potui dicere, quid nõ sit. Quæris 1.Cor.2.b quid sit? Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit. Quid quæris vt ascẽdat in linguã, quòd in cor nõ ascendit? Nõ est similis tibi in diis Domine. Et nõ est secundũ opera tua. Omnes gẽtes quotquot fecisti venient, & adorabunt coram te Domine.) Annunciant ecclesiam oẽs gentes quotquot fecisti. Si est gens quam non fecit Deus, non adorabit eũ. Nulla est autem gẽs quã non fecit Deus; quia fontem omniũ gẽtium Adã & Euam fecit Deus: inde propagatæ sunt oẽs gentes. Omnes ergo gẽtes fecit Deus. Omnes ergo gentes quotquot fecisti venient, & adorabunt corã te Domine. Quando dictum est? Quando coram eo nõ B adorabãt, nisi pauci sancti in vno populo Hebręorum, tunc dictum est hoc: & modò videtur, quod dictũ est: Omnes gentes quotquot fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine. Quando dicebãtur hæc, non videbãtur & credebantur. Quando videntur, quare negantur? Omnes gentes quotquot fecisti, venient, & adorabunt corã te Domine: Et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciẽs mirabilia, tu es Deus solus magnus.) Nemo se dicat magnum. Futuri erant, qui se dicerẽt magnos. Contra hos dicitur: Tu es Deus solus magnus. Nam quid magnũ dicitur Deo, quia ipse est solus Deus magnus? Qũis hoc nescit, quia ipse est Deus magnus? Sed quia futuri erant, qui se dicerẽt magnos, & Deũ facerent paruũ: contra illos dicitur: Tu es solus Deus magnus. Etenĩ quod tu dicis, impletur, non quod illi dicũt, qui se dicunt magnos. Quid dixit Deus per spiritũ suũ? Omnes gentes quotquot fecisti veniẽt, C & aborabunt corã te Domine. Quid dicit nescio quis, qui se dicit magnũ? Absit. Non adoratur Deus in omnibus gentibus: Perierunt omnes gẽtes, sola Africa remansit. Hoc tu dicis qui te dicis magnũ, aliud dicit qui est solus Deus magnus. Quid dicit, qui est solus Deus magnus? Omnes gentes quotquot fecisti venient, & adorabunt coram te Domine. Video quod dixit solus Deus magnus, taceat homo falsò magnus. Ideo fallaciter magnus, quia dedignatur esse paruus. Quis paruus Matt.20.d esse dedignatur? Iste qui hoc dicit. Quicunque vult inter vos maior esse, dixit Dominus, erit vester seruus. Ille si seruus vellet esse fratrũ suorum, nõ eos separaret à Iacob.4.b matre ipsorum. Sed cum vult esse magnus, & non vult esse salubriter paruus: Deus qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, quia solus est magnus, implet omnia quæ prædixit, & contradicit maledicentibus. D Christo enim tales maledicunt, qui dicunt quia periit ecclesia de toto orbe terrarum, & remãsit in sola Africa. Si diceres illi, perdes villam tuam, fortè non à te tẽperaret manum: & dicit Christum perdidisse hæreditatem suam redemptam sanguine suo? Quam autem faciat iniuriam, videte fratres. Scriptura dicit: In lata Prouerb. 14.d gente gloria regis, in diminutione populi contritio principis: Ergo hanc iniuriã facis Christo, vt dicas populum eius ad istam exiguitatem diminutum. Ideo natus es, ideo Christianũ te dicis, vt inuideas glorię Christi, cuius signum te in fronte portare asseris, & de corde perdidisti? In lata gẽte gloria regis. Agnosce regem tuũ. Da illi gloriã, da illi latam gentẽ. Quam latam gentẽ dabo, inquis? Noli ex tuo corde dare, & rectè dabis. Vnde do, inquies? Ecce hinc da: Omnes gentes quotquot fecisti, venient & adorabunt coram te Domine.

Dic hoc, confitere hoc, & dedisti latam gentem: quia oẽs gentes in vno, vna ipsa est vnitas. Quomodo enim A ecclesia, & ecclesiæ, illæ ecclesię quę ecclesia: si illa gẽs quæ gẽtes. Antea gẽtes, multæ gentes: modò vna gẽs. Quare vna gẽs? Quia vna fides, quia vna spes, quia vna charitas, quia vna expectatio. Postremò quare nõ vna gens, si vna patria? Patria cęlestis est, patria Hierusalem est: quisquis inde ciuis non est, ad istam gentẽ non pertinet. Quisquis autẽ inde ciuis est, in vna gente Dei est. Et hæc gens ab Oriente in Occidentem, ab Aquilone, & mari distẽditur per quatuor partes totius orbis. Hoc Deus dicit: Ab Oriente & occidente, ab Aquilone, & mari date gloriã Deo. Hoc prædixit, hoc impleuit, qui solus est magnus. Desinat ergo hoc dicere contra solũ magnum, qui noluit esse paruus: quia non possunt esse duo magni, Deus & Donatus. Deduc me Domine in Ioan.14.a via tua, & ambulabo in veritate tua.) Via tua, veritas Ibidem. tua, vita tua, Christus. Ergo corpus ad illum, & corpus B de illo. Ego sum via & veritas & vita. Deduc me Domine in via tua. In qua via? Et ambulabo in veritate tua. Aliud est, vt ducat ad viã: aliud, vt deducat in via. Vide homines vbique pauperes, vbiq; adiutorio egẽtes. Qui præter viã sunt, Christiani nõ sunt, aut catholici nondum sunt: deducantur ad viã. Sed cùm perducti fuerint ad viã, & catholici in Christo facti fuerint: ab ipso deducantur in ipsa via ne cadant. Certè iã ambulant in via. Deduc me Domine in via tua. Certè iam in via tua sum: deduc me ibi, & ambulabo in veritate tua. Deducente te, nõ errabo: si dimiseris, errabo. Ora ergo vt nõ te dimittat, sed vsque in finẽ deducat. Quomodo deducit? Semper monendo, semper dando tibi Esa.53.a manum suam. Et brachium Domini cui reuelatum est? Dando enim Christum suũ, dat manum suam: dando manum suam, Christũm suum dat. Ad viam ducit, perducendo ad Christũ suum. In via deducit, deducendo in Christo suo. Christus autẽ veritas. Deduc me ergo C Ioan.14.a Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. In illo vtique qui ait: Ego sum via & veritas & vita. Nam qui in via & veritate deducis, quò nisi ad vitam perducis? Deducis ergo in illo, & ad illũ. Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua: Iocundetur cor meum, vt timeat nomen tuũ.) Ergo timor in iocunditate est. Et quomodo iocũditas, si timor? Nónne timor amarus solet esse? Erit ergo aliquando iocunditas sine timore, modò iocũditas cum timore. Nondũ est enim plena securitas, nec perfecta iocunditas. Si nulla iocũditas, deficimus. Si plena securitas, malè exultamus. Ergo & iocunditatẽ aspergat, & timorem incutiat: vt de dulcedine iocunditatis perducat nos ad sedẽ securitatis. Dando timorẽ non nos faciat malè exultare, & Psal.2. recedere de via. Ideo sic dicit Psalmus: Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Sic & apostolus Paulus dicit: Philip.2.b Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis. Quicquid ergo prosperum venit fratres, magis metuendũ est: quæ putatis prospera, magis tentationes sunt. Venit hæreditas, venit copia rerum, abundat circumfluentia nescio cuius felicitatis, tentationes sunt istę, caueten vos ista corrũpant. Quicquid etiam prosperum est secũdum Christum, & germanam charitatẽ Christi. Si fortè lucratus es vxorem tuam quæ fuit in parte Donati, si fortè crediderunt filij tui qui fuerunt Pagani, si fortè lucratus es amicum tuũ qui te volebat seducere ad theatrum, & tu eum deduxisti ad ecclesiã, si fortè cõtradictor nescio quis inimicus tuus, & rabidè sæuiẽs, deposita illa rabie factus est mitis, & agnouit Deũ, nec oblatrat aduersum te, sed clamat tecum aduersus malũ: ista iocũda sunt. Vnde enim gaudemus, si de his nõ gaudemus? Aut quæ sunt alia gaudia nostra, nisi ista? Sed quia abundant & tribulationes & tẽtationes & dissensiones, & schismata & cætera mala, sine quibus non potest esse hoc seculũ, donec transeat iniquitas, exultatio illa nõ nos faciat securos: sed ita iocũdetur cor nostrũ, vt timeat nomen Domini, ne aliunde iocũdetur, aliunde feriatur. Securitatẽ non expectetis in peregrinatione: quando hic illam voluerimus, viscũ erit corporis, non securitas hominis. Iocundetur cor meum, vt timeat nomen tuũ. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quoniam misericordia tua magna est super me, & eruisti animã meã ex inferno inferiori.) Quod dicimus fratres, hoc si non vobis tanquã certus exposuero, ne succẽseatis. Homo enim sum, & quantũ conceditur de Scripturis sanctis, tãtum audeo dicere; nihil ex me. Infernũ nec ego expertus sum adhuc, nec vos: & fortassis alia via erit, & non per infernum erit. Incerta sunt enim hæc. Verum quia dicit Scriptura cui contradici nõ potest: Eruisti animam meã ex inferno inferiori. Intelligimus tãquã duo inferna esse, superius & inferius. Nã vnde infernũ inferius, nisi quia est infernũ superius? Aliud non diceretur infernum, nisi in cõparatione illius superioris partis. Videtur ergo fratres esse quædã habitatio cælestis angelorũ, vbi vita ineffabiliũ gaudiorum, vbi immortalitas & incorruptio, vbi oĩa secundum Dei donum & gratiam permanẽtia. Illa pars rerũ superna est. Si ergo illa superna est, hæc terrena vbi caro & sanguis, vbi corruptibilitas, vbi natiuitas & mortalitas, vbi decessio atque successio, vbi mutabilitas & incõstantia, vbi timores, cupiditates, horrores, lætitiæ incertæ, spes fragilis, caduca substantia: puto quia omnis ista pars non potest comparari illi cælo, de quo loquebar paulo antè. Si ergo illi parti hæc pars nõ comparatur, illa superna est, hæc inferna. Et post mortem quò hinc, nisi sit infernum inferius hoc inferno, in quo sumus in carne & in ista mortalitate? Corpus enĩ Rom.8.b mortuũ est, ait Apostolus, propter peccatum. Ergo & hic sunt mortui: vt nõ mireris quia infernum dicitur, si mortuis abundat. Non enim ait, corpus moriturũ est, sed corpus mortuũ est. Adhuc habet vitã vtique corpus nostrũ, & tamen cõparatum corpori illi quod futurũ est, qualia sunt angelorũ corpora, inuenitur corpus hominis mortuũ, quãuis adhuc habẽs animã. Sed rursus ab hoc inferno, id est, ab hac parte inferni est aliud inferius, quò eũt mortui: vnde voluit Deus eruere animas nostras, etiã illuc mittendo filiũ suũ. Etenim fratres propter ista duo inferna missus est filius Dei, vndique liberãs. Ad hoc infernũ missus est nascẽdo, ad illud moriendo. Propterea vox eius est in illo psalmo, nõ quoquã homine cõiiciẽte, sed Apostolo exponẽte, vbi ait: Quoniã non dereliquisti animã meam in infer- Psal.15. no. Ergo aut ipsius vox est hic: Et eruisti animã meã ex D inferno inferiori: aut nostra vox per ipsum Christum Act.2.d Dominũ nostrũ, quia ideo ille peruenit vsq; ad infernũ, ne nos maneremus in inferno. Aliam etiã opinionẽ dicã. Fortassis enim apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quò trudũtur impij, qui plurimũ peccauerũt. Etenim apud inferos vtrũ in locis quibusdã fuisset iam Abrahã, nõ satis possumus definire. Nondũ enim Dominus venerat ad infernũ, vt erueret inde omnium sanctorũ præcedẽtium animas, & tamẽ Abrahã in requie ibi erat. Et quidã diues cùm torqueretur apud inferos, cũ videret Abrahã, leuauit oculos. Non eum posset le- Luc.16.f uatis oculis videre, nisi ille esset superius, ille inferius. Et quid ei respõdit Abrahã, cũ diceret: Pater Abrahã, mitte Lazarũ vt intingat digitum suum, & stillet in linguam meam, quoniam crucior in hac flamma? Fili, ait,

memento quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autē
A maia: nunc autē hic requiescit, tu verò torqueris. & su-
per hoc ait: Inter nos & vos magnū chaos firmatū est,
vt nec nos possimus venire ad vos, nec inde aliquis ve-
nire ad nos. Ergo inter ista fortasse duo inferna, quorū
in vno quieuerunt animæ iustorū, in altero torquentur
animæ impiorū, attendens quidā orans hic iam in cor-
pore Christi positus, & orans in voce Christi, eruisse
Deum animā suā ab inferno inferiori dixit: quia libe-
rauit se à talib. peccatis, per quæ posset deduci ad tor-
mēta inferni inferioris. Quēadmodum si medicus vi-
deat tibi imminentē ægritudinem fortè ex aliquo la-
bore, & dicat: Parce tibi, sic te tracta, requiesce, his ci-
bis vtere: nā si nō feceris, ægrotabis: tu autē si feceris, &
saluus fueris, rectè dicis medico: Liberasti me ab ægri-
tudine, nō in qua iam eras, sed in qua futurus eras. Ne-
scio quis habens causam molestiam, mittendus erat in
carcerē. Venit alius, defendit eum. Gratias agens quid
B dicit? Eruisti animā meā de carcere. Suspēdendus erat
debitor, solutum est pro eo: liberatus dicitur de suspē-
dio. In his omnibus non erant, sed quia talibus meritis
agebātur, vt nisi subuentū esset, ibi essent, inde se rectè
dicunt liberari, quò per liberatores suos non sunt per-
missi perduci. Ergo fratres siue illud siue istud sit, hic
me scrutatorē verbi Dei, non temerarium affirmatorē
teneatis. Et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus prætereuntes legē insurrexerūt super me.) Quos
dicit prætereūtes legē? Non Paganos, qui non accepe-
runt legē. Nemo enim præterit quod nō accepit. Dicit
Rom. 4.c Apostolus definitè: Vbi enim lex non est, nec præuari-
catio. Prætereuntes legem, præuaricatores legis dicit.
Quos ergo intelligimus fratres? Si ab ipso Domino ac-
cipiamus hanc vocē, prætereūtes legē Iudæi erant. In-
surrexerūt super me prætereuntes legē: nō seruauerūt
legem, & accusauerunt Christum, quasi ipse præteriret
legē. Prætereuntes legem insurrexerunt super me. Et
passus est Dominus quę nouimus. Putas nihil tale pati-
Matt.10.c tur modò corpus eius? Vnde fieri potest? Si patrēfami-
liās Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos
eius? Non est discipulus super magistrū, nec seruus su-
per dominum suum. Patitur & corpus prætereūtes le-
gem, & insurgunt super corpus Christi. Prætereuntes
legem qui sunt? Nunquid fortè Iudęi audent insurgere
super Christum? Non. Nam nec ipsi nobis valde faciūt
tribulationes. Nondum enim crediderunt, nondū sa-
lutē cognouerunt. Insurgunt super corpus Christi ma-
li Christiani, de quibus quotidie tribulationem patitur
corpus Christi. Omnia schismata, oēs hæreses, omnes
intus pessimè viuentes, & mores suos bene viuentibus
1.Cor.15.c imponētes, & ad sua trahentes, & malis colloquiis bo-
nos mores corrūpentes: ipsi prætereūtes legē insurre-
xerunt super me. Dicat omnis anima pia, dicat omnis
anima Christiana. Quę hoc nō patitur, nō dicat. Si au-
tem Christiana anima est, nouit quia mala patitur. Si a-
gnoscit in se passionē suam, agnoscit hic vocem suā. Si
autem extra passionē est, & extra vocem sit necesse est.
Matt.7.b Vt autē non sit extra passionē, ambulet per viā angu-
stam, & incipiat piè viuere in Christo: & necesse est vt
2.Tim.3.c hanc persecutionē patiatur. Omnes enim, inquit Apo-
stolus, qui volūt piè viuere in Christo Iesu, persecutio-
nē patiuntur. Deus prætereuntes legē insurrexerūt su-
per me: Et synagoga potētiū inquisierunt animā meā.)
Synagoga potentiū congregatio est superborū. Syna-
goga potentiū insurrexit super caput, id est, super Do-
minū nostrū Iesum Christū, clamantium & dicentium
Ioan.19.a vno ore, Crucifige, crucifige: de quibus dictū est: Filij
Psal.56. hominū dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorū
gladius acutus. Nō percusserunt, sed clamauerūt. Cla-
mādo ferierunt, clamādo crucifixerunt. Voluntas cla-
mantiū impleta est, quādo Dominus crucifixus est. Et
synagoga potentiū inquisierūt animā meā. Et nō pro-
posuerunt te in cōspectu suo.) Quomodo non propo-
suerunt? Nō intellexerunt Deū, vt homini parcerēt: vt
quod videbāt, ad hoc ambularent. Puta quia Deus nō
erat, homo erat. Ideo occidēdus erat, quia homo erat?
Parce homini, & agnosce Deum. Et tu, Domine Deus
miserator & misericors, longanimis & multum miseri-
cors & verax.) Quare lōganimis & multum misericors
& miserator? Quia in cruce pendēs ait: Pater ignosce il- Luc.23.a
lis, quia nesciūt quid faciūt, Quē petit? Pro quibus pe-
titi? Quis petit? Vbi petit? Patrē filius, pro impiis crucifi-
xus, inter ipsas iniurias, nō verborū, sed mortis illatæ,
pendēs in cruce: tanquā ad hoc extētas manus habue-
rit, vt sic pro illis oraret, vt dirigetur oratio eius tanquā
incensum in cōspectu patris, & eleuatio manuū eius sa-
C crificiū vespertinū. Longanimis & multū misericors & Psal.140.
verax. Si ergo tu verax: Respice in me, & miserere mei,
da potestatē puero tuo.) Quia verax, da potestatē pue-
ro tuo. Transiet tēpus patientiæ, veniet tēpus iudicij.
Quomodo, da potestatem puero tuo? Pater nō iudicat Ioan.5.d
quenquā, sed omne iudiciū dedit filio. Ille resurgēs, &
in terrā ipse veniēs iudicaturus: ipse videbitur terribi-
lis qui visus est contēptibilis. Demōstrabit potentiam,
qui demonstrauit patientiā. In cruce patientia erat, in
iudicio potentia erit. Apparebit enī homo iudicās, sed
in claritate: quia sicut eū vidistis ire, dixerunt angeli, sic Act.1.b
veniet. Forma ipsa veniet ad iudiciū, ideo videbunt il-
lū & impij: nā formā Dei nō videbunt. Beati enī mun- Matth.5.a
do corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Apparēs in ho- Matt.25.d
minis forma, dicet: Ite in ignē æternum: vt impleatur
quod dixit Esaias: Tollatur impius vt non videat clari-
tatē Domini. Formā ergo videbūt hominis. Qui cùm
C in forma Dei esset æqualis Deo, hoc nō videbūt impij. Philip.2.a
In principio erat verbū, & verbum erat apud Deū, & Ioan.1.a
Deus erat verbū: hoc non videbunt impij. Si enī Deus Matt.5.d
verbum: Et beati mundo corde, quoniā ipsi Deum vi-
debunt. Impij autē immundi sunt corde: pro culdubio
Deū non videbūt. Et vbi est: Videbunt in quē pupuge- Ioan.19.g
rūt: nisi quia apparet formā hominis eos visuros vt iu-
dicentur, formā Dei nō visuros, nisi eos qui ad dexterā
separabuntur? Etenī cùm separati fuerint ad dexterā,
hoc eis dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite Matt.25.e
regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. Impiis
verò ad sinistrā quid? Ite in ignē æternum, quē parauit Ibidem.e
pater meus diabolo & angelis eius. Finito autē iudicio
quomodo eōcludit? Sic ibūt impij in ambustionē æterna,
iusti autē in vitā æternā. Iā à visione formę hominis
pergūt illi ad visionē formę Dei. Hæc est enim, inquit, Ioan.17.a
vita æterna, vt cognoscāt te vnū verum Deum, & quē
misisti Iesum Christū: subaudis & Iesum Christum vnū
verum Deū, quia pater & filius vnus verus Deus. vt iste
D sit sensus: Te & quē misisti Iesum Christum, cognoscāt
vnum verum Deum. Non enī illi ibunt ad visionē pa-
tris, & nō ibi videbunt & filium: Si non esset & filius in
patris sui visione: non diceret ipse filius discipulis suis,
quia filius in patre est, & pater in filio. Dicunt illi disci-
puli: Ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Ait illis: Tāto
tēpore vobiscū sum, & nō me nostis? Philippe, qui me
videt, videt & patrē. Videtis, quia in visione patris & fi- Ioan.14.a
lij visio est, & in visione filij & patris visio est. Ideo cō-
sequēter subiecit & dixit: Nescitis, quia ego in patre, &
pater in me est? Id est, & me viso videtur & pater, & pa- Ibidem.b
tre viso videtur & filius. Patris & filij separari nō potest
visio. Vbi nō vnius separatur natura & substantia, visio
separari nō potest. Nā vt noueritis illuc debere prepa-
rari cor ad videndā diuinitatē patris & filij & spiritus sā-
cti, in

cti, in quā nō visam credimus, & credēdo cor vnde vi-
deri possit mundamus: ipse Dominus alio loco dicit:
Qui audit mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit A
Ibidem.c me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego
diligā eum, & manifestabo ei meipsum. Nunquid non
eum videbāt cum quibus loquebatur? Et videbant, &
non videbant. Aliquid videbant, aliquid credebāt. Vi-
debant hominē, credebāt Deum. In iudicio autē cun-
dē Dominum nostrū Iesum Christū videbunt hominē
cum impiis, post iudicium videbunt Deum præter im-
pios. Da potestatē puero tuo: Et saluum fac filium an-
cillæ tuæ.) Dominus, filius ancillæ tuæ. Dominus filius
ancillę. Cuius ancillę? Cui nasciturus quādo nunciatus
Luc.1.d est, respōdit & ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-
dum verbū tuum. Saluū fecit filium ancillæ suæ, & filiū
Philip.2.a suum. Filium suū, in forma Dei: filiū ancillæ suæ, in for-
ma serui. De ancilla Dei natus est ergo Dominus in for-
ma serui: & dixit: Saluū fac filiū ancillæ tuæ. Et saluatus
est à morte, sicut nostis, resuscitata carne sua, quę mor-
tua erat. Sed vt videatis quia Deus est, & nō à patre sic B
est suscitatus, vt à se nō sit suscitatus, quia & ipse carnē
Dan.2.g suā suscitauit: habes in Euāgelio dictum: Destruite tē-
plū hoc, & in triduo suscitabo illud. Ne autē nos aliud
suspicaremur, Euāgelista secutus ait: Hoc autē dicebat
de tēplo corporis sui. Saluus ergo factus est filius ancil-
læ. Dicat & vnusquisq; Christianus in corpore Christi
positus: Saluū fac filium ancillę tuę. Fortè nō potes di-
cere: Da potestatē puero tuo: quia ille filius accepit po-
Matt.19.d testatē. Sed quare nō dicit & hoc? An nō seruis dictum
est: Sedebitis super duodecim sedes iudicātes duode-
1.Cor.6.a cim tribus Israēl? Et serui dicūt: Nescitis quia angelos
iudicabimus? Accipit ergo & vnusquisq; sanctorū po-
testatē, & est vnusquisque sanctorū filius ancillæ eius.
Quid si de Pagana natus est, & Christianus factus est?
Filius Paganę quomodo potest esse filij ancillæ ipsius?
Est quidem Paganę filius carnaliter, sed filius Ecclesiæ
spiritaliter. Et saluum fac filiū ancillæ tuæ. Fac mecū si- C
gnū in bono.) Quod signū, nisi resurrectionis? Domi-
Matt.12.c nus dicit: Generatio hęc praua & amaricās signū quæ-
rit, & signum non dabitur ei nisi signū Ionæ Prophetæ.
Sicut enī Ionas fuit in vētre ceti tribus diebus & tribus
noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ. Fac
mecum signum in bono. Ergo cum capite nostro iā fa-
ctum est signum in bono. Dicat & vnusquisq; nostrūm:
Fac mecū signū in bono: quia in nouissima tuba, in ad-
1.Cor.15.f uētu Domini, & mortui resurgēt incorrupti, & nos im-
mutabimur. Erit hoc signum in bono. Fac mecū signū
in bono: Vt videāt qui oderunt me, & cōfundātur.) In
iudicio confundētur perniciosè, qui modò nolunt cō-
fundi salubriter. Modò ergo cōfundātur, accusent vias
suas malas, teneant viam bonā: quia nemo nostrūm vi-
uit sine cōfusione, nisi prius cōfusus reuiuiscat. Præbet
illis Deus modò aditum salubris cōfusionis, si nō con- D
tēnant medicinam confessionis. Si autē modò nolunt
confundi, tunc confundētur quando deducent eos ex
Sap.5.a aduerso iniquitates eorū. Quando confundētur? Quā-
do dicent: Hi sunt quos aliquādo habuimus in risum &
in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illorum
æstimabamus insaniā: quomodo cōputati sunt inter fi-
lios Dei? Quid nobis profuit superbia, tunc dicēt, mo-
dò dicant, & salubriter dicunt. Conuertatur enī vnus-
quisque humilis ad Dominum, & modò dicat: Quid
Rom.6.d mihi profuit superbia: & audiat ab Apostolo, Quàm
enim gloriā habuistis in his in quibus nūc erubescitis?
Videtis esse & modò confusionē salubrem in loco pœ-
nitentiæ: tunc autē serā, inutilem, infructuosam, Quid
nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia
cōtulit nobis? Transierunt omnia tanquā vmbra. Quid
enim? Quādo hic viuebas, nō videbas quia transierunt
ista oīa tanquā vmbra? Tu ne relinqueres vmbrā vt es-
ses in luce? non postea diceres, transierunt omnia velut
vmbra, quādo ab vmbra in tenebras iturus es? Fac me-
cū signum in bono, vt videant qui me oderunt, & con-
fundantur: Quoniā tu Domine adiuuisti me, & conso-
latus es me.) Adiuuisti me in certamine, & consolatus
es me in tristitia: nemo enī cōsolationē quærit, nisi qui
est in miseria. Non vultis consolari: dicite quia felices
estis, & auditus populus meus? Iā respondetis, & audio
murmur bene tenētium scripturas. Deus qui hoc scri-
psit in cordibus vestris, cōfirmet & in factis vestris. Vi-
detis fratres, quia qui vobis dicunt, Felices estis, sedu- Esaiæ 3.c
cunt vos. Populus meus qui vos felices dicunt, in erro-
rē vos mittunt: & turbāt semitas pedū vestrorum. Sic
& de epistola Iacobi apostoli: Miseri estote, inquit, & Iacob.4.c
lugete, risus vester in luctum cōuertatur. Videtis quæ
audistis, quādo nobis hæc dicerentur in regione secu-
ritatis. Vtique regio ista scādalorum est & tentationū
& oīm malorum, vt gemamus hic, & mereamur gau-
dere ibi: hic tribulari, & cōsolari ibi & dicere: Quoniā Psalm.55.
exemisti oculos meos à lachrymis, pedes meos à ruina,
quoniā placebo Domino in regione viuorum. Ista re-
gio mortuorum est. Trāsit regio mortuorum, venit re-
gio viuorū. In regione mortuorū, labor, dolor, timor,
tribulatio, tētatio, gemitus, suspirium. Hic falsi felices,
veri infelices: quia falsa felicitas, vera miseria est. Qui
verò agnoscit in vera esse miseria, erit etiā in vera feli-
citate. Et tamē nunc quia miser es, Dominum audi di- Matth.5.a
centē. Beati lugētes. O beati lugentes! Nihil tā coniū-
ctum miseriæ quàm luctus: nihil tā remotum & cōtra-
rium miseriæ quàm beatitudo. Tu dicis lugentes, & tu
dicis beatos? Intelligite inquā, quod dico: Beatos dico
lugētes. Quare beati? In spe. Quare lugentes? In re. Et enim lugent in morte ista, in tribulationibus istis, in pe-
regrinatione sua. Et quia agnoscūt se in ista miseria, &
gemunt, beati sunt. Quare lugent? Cōtristatus est be- C
atus Cyprianus in passione, modò cōsolatus est in coro-
na. Modò & cōsolatus adhuc tristis est: Dominus enim
noster Iesus Christus adhuc interpellat pro nobis. Oēs Rom.8.f
martyres qui cum illo sunt, interpellant pro nobis. Nō
transeunt interpellationes ipsorum, nisi cùm transierit
gemitus noster. Cùm autem transierit gemitus noster,
omnes vna voce, in vno populo, in vna patria cōsola-
bimur: milia miliū coniuncta psallētibus angelis, cho-
ris cęlestiū potestatum in vna ciuitate viuētium: Quis
ibi gemit? Quis ibi suspirat? Quis ibi laborat? Quis ibi
eget? Quis ibi moritur? Quis ibi misericordiā præbet?
Quis ibi frangit panē esurienti, vbi oēs pane iustitię sa-
giātur? Nemo tibi dicet: Hospitē suscipe. Peregrinus
ibi nemo erit, omnes in patria sua viuūt. Nemo tibi di-
cit: Concorda amicos tuos litigātes: in pace sempiter-
na Dei vultu perfruūtur. Nemo tibi dicit: Visita ægro- Matt.25.e
tum: sanitas immortalitāsque permanet. Nemo tibi di-
cit: Sepeli mortuum: oēs in vita æterna erunt. Cessant
opera misericordiæ, quia miseria ibi non inuenitur. Et
quid ibi faciemus? Dormiemus fortasse. Si modò pu-
gnamus contra nos, quamuis geramus domum somni
carnē istam, & euigilamus in his luminaribus, & solē-
nitas ista dat nobis animum vigilandi, dies illa quales
vigilias nobis dabit? Ergo vigilabimus, non dormie-
mus. Quid agemus? Opera misericordiæ? Ista nō erunt,
quia nulla miseria erit. Fortè opera necessitatis erunt
ista quæ hic sunt modò seminandi, arandi, coquendi,
molēdi, texendi? Nihil horum, quia necessitas nō erit.
Sic non erunt opera misericordiæ, quia trāsit miseria.
Vbi necessitas non erit, nec miseria, opera necessitatis
& misericordiæ non erunt. Quid ibi erit? Quod nego-

tium nostrũ? Quæ actio nostra? Nulla actio, quia quies. Sedebimus ergo & torpebimus, & nihil agemus? Si re- A
frigescit amor noster, refrigescit & actio nostra. Amor
ergo quietus in vultu Dei, quẽ modò desideramus, cui
suspiramus cùm ad eum venerimus, quomodo nos ac-
cendet, in quem nõdum visum sic suspiramus? Cùm ad
cum venerimus, quomodo nos illuminabit? Quomo-
do nos mutabit? Quid de nobis faciet? Quid ergo age-
Psal. 83. mus fratres? Psalmus nobis indicat: Beati qui habitant
in domo tua. Vnde in secula seculorum laudabunt te.
Hęc erit actio nostra, laus Dei. Amas & laudas. Desinis
laudare, si desinis amare. Nõ autẽ desines amare, quia
talis est quẽ vides, qui nullo te offendat fastidio: & sa-
tiat te, & nõ te satiat. Mirum est quod dico. Si dicã quia
satiat te, timeo ne quasi satiatus velis abscedere: quo-
modo de prãdio, quomodo de cœna. Ergo quid dico,
nõ te satiat? Timeo rursus, ne si dixero, nõ te satiat, indi-
gens videaris: & quasi inanior existas, & minus in te sit
aliquid quod debeat impleri. Quid ergo dicã nisi quod B
dici potest, cogitari vix potest? Et satiat te, & nõ te sa-
tiat: quia vtrũq; inuenio in Scriptura. Nã cùm diceret:
Beati esurientes, quia ipsi saturabuntur. Et rursum de
Matth. 5. a sapientia dictũ est: Qui te manducant, iterum esurient:
Eccl. 24. c & qui de te bibunt, iterum sitient. Imò verò non dixit
iterũ, sed dixit adhuc. Nam iterum sitiet, quasi primò
saginatus discesserit & digesserit, & redierit bibere. Ta-
le est: Qui te edunt, adhuc esurient, sic cùm edunt esu-
rient: & qui te bibunt, sic bibendo sitient. Quid est bi-
bẽdo sitire? Nunquam fastidire. Si ergo ista ineffabilis
& sempiterna dulcedo erit: modò quid à nobis petit
fratres, nisi fidem non fictam, spem firmam, charitatẽ
puram, vt ambulet homo in via quam Dominus dedit?
Ferat tentationes, & suscipiat consolationes.

IN PSALMVM LXXXVI. ENARRATIO.

PSALMVS iste qui modò cantatus est, breuis est nu-
mero verborum, magnus est pondere omnium sen- C
tentiarum. Nã totus lectus est, & videtis quàm exiguo
tẽpore ad terminum vsque perductus. Hic nobis quã-
tum Dominus donare dignatur, cum vestra charitate
tractandus modò est, propositus à beatissimo prę sente
al. papa. † patre nostro. Repentina propositio me grauaret, nisi
me continuò proponentis oratio subleuaret. Intendat
ergo charitas vestra: Ciuitas quædã in isto Psalmo cã-
tata & commendata est: cuius ciues sumus in quãtum
Christiani sumus, & vnde peregrinamur, quãdiu mor-
tales sumus, & ad quam tendimus per eius viam, quæ
omnino quasi dumetis & sentibus intercłusa non inue-
niebatur. Rex ipsius ciuitatis se fecit viam, vt ad ciuita-
tẽ peruenirem us. Ambulantes ergo in Christo, & ad-
huc peregrinantes donec peruenianus, & suspirantes
desiderio cuiusdã ineffabilis quietis quæ habitat in ci-
uitate illa, de qua quiete dictum est hoc nobis esse pro-
missum: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec D
1. Cor. 2. b in cor hominis ascẽdit. Ambulãtes ergo sic cantemus,
vt desideremus. Nam qui desiderat, etsi lingua taceat,
corde tãtat. Qui autem nõ desiderat: quolibet amore,
quolibet clamore aures hominũ feriat, mutus est Deo.
Videte quomodo erant amatores huius ciuitatis ardẽ-
tes, illi ipsi per quos hęc dicta sunt, per quos hæc nobis
cõmendata sunt, quãto per eos affectu ista cãtata sunt.
Affectũ istum generabat in eis amor ciuitatis, amorem
Rom. 5. a autẽ ciuitatis infuderat spiritus Dei. Chlaritas, inquit,
Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum,
qui datus est nobis. Hoc ergo spiritu ferentes, audia-
mus quæ dicta sunt de hac ciuitate. Sic ergo cœpit: Fũ-
damenta eius in montibus sanctis.) Nihil de illa adhuc
dixerat Psalmus: hinc incipit, & ait: Fũdamẽta eius in
mõtibus sanctis. Cuius fundamenta: Non dubium est,
quia fundamẽta præsertim in mõtibus ciuitatis alicu-
ius sunt. Repletus ergo spiritu sancto ciuis iste, & multa A
de amore & desiderio ciuitatis huius volũs secum, tã-
quã plura intus apud se meditatus erupit in hoc: Fũda-
mẽta eius in montib. sanctis: quasi iã de illa dixerit ali-
quid. Quomodo de illa nihil dixerat, qui nunquam de
illa corde tacuerat? Quomodo enĩ dicitur eius, de qua
nihil dictũ est? Sed multa, vt dixi, secum in silẽtio de il-
la ciuitate parturiens, clamãs ad Dominum, erupit etiã
in aures hominum: Fundamenta eius in montibus san-
ctis. Et quasi homines audientes quęrerẽt, cuius? Dili-
git Dominus, inquit, portas Sion.) Ecce cuius funda-
menta in mõtibus sanctis, cuiusdã ciuitatis Sion: cuius
Dominus portas diligit, sicut consequẽter dicit: Super
oĩa tabernacula Iacob.) Sed quid est, Fundamẽta eius
in montibus sanctis? Qui sunt mõtes sancti, super quos
fũdata ista ciuitas? Alter quidã ciuis planiùs hoc dixit,
Apostolus Paulus. Ciuis inde Propheta, ciuis inde A-
B postolus. Et hi propterea loquebãtur, vt cæteros ciues
exhortarẽtur. Sed hi, id est, Prophetę & Apostoli, quo-
modo ciues? Fortasse ita vt etiã ipsi mõtes, super quos
fũdamẽta sunt huius ciuitatis, cuius portas diligit Do-
minus. Dicat ergo alius ciuis hoc apertè, ne nos hoc su-
spicari videamur: loquẽs ad gẽtes, & commemorãs vt
redirẽt, & quasi cõstruerẽtur in fabricã sanctã: Super- Ephes. 2. d
ędificati, inquit, super fundamẽtũ Apostolorũ & Pro-
phetarũ. Et quia nec ipsi apostoli aut Prophetę in quib.
fundamentũ est ciuitatis se tenerẽt in se; secutus ibi ait:
Ipso sũmo existẽte lapide angulari Christo Iesu. Ne ita- Ibidem.
que putarẽt gentes nõ se pertinere ad Sion: Erat enim
quædam ciuitas Siõ terrena quæ per vmbram gestauit
imaginẽ cuiusdam Sion, de qua modò dicitur cælestis
illius Hierusalem, de qua dicit Apostolus: Quæ est ma- Galat. 4. d
ter omnium nostrũm. Ne ergo illi se non pertinere di-
cerent ad Sion, quia nõ erant de populo Iudęorũ, hoc
eis dixit: Igitur iam non estis peregrini & inquilini, sed
estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati Ephes. 2. d
super fundamentũ Apostolorũ & Prophetarũ. Habes
constructionẽ tantæ ciuitatis. Sed omnis ista cõpages
vbi innititur, vbi incumbit, vt nusquã cadat? Ipso, in-
quit, summo angulari lapide existente Christo Iesu.
Dicet fortasse aliquis: Si angularis lapis est Christus
Iesus, in illo quidem duo parietes compaginãtur. Ne-
que enim angulum faciunt, nisi duò parietes in vnum
de diuerso venientes. Sic & populi duo ex circuncisio-
ne & ex præputio, ad pacem Christianã sibimet con-
nexi in vna fide, vna spe, vna charitate. Sed si angulus
summus Christus Iesus, quasi videntur priora funda-
menta & posterior lapis angularis. Potest ergo aliquis
dicere, quia magis Christus super Prophetas & Apo-
stolos incumbit, non illi super illum: si illi sunt in fun-
damento, ipse in angulo. Sed cogitet qui hoc dicit, an-
gulum, & in fundamento esse. Neque enim ibi est tan-
tum angulus vbi videtur vt surgat in apicem: à funda-
mento enim incipit. Nã vt nouerit is quia fundamen-
tum Christus & primũ & maximũ: Fundamentum, in-
quit Apostolus, nemo potest ponere præter id quod 1. Cor. 3. c
positũ est, Christus Iesus. Quomodo ergo fundamẽta
Prophetę & Apostoli? Et quomodo fundamẽtũ Chri-
stus Iesus, quo vlterius nihil est? Quomodo putamus,
nisi quemadmodũ apertè dicitur, sanctus sanctorũ; sic
figuratè fundamentũ fundamentorum? Si ergo sacra-
menta cogites, Christus sanctus sanctorum: si gregem
sub ditũ cogites, Christus pastor pastorũ: si fabricã co-
gites, Christus fundamentũ fundamentorum. In ædi-
ficiis istis non potest idẽ lapis esse in imo & in summo.
Si fuerit in imo, in summo nõ erit: si in summo fuerit,
in imo non erit. Angustias enim omnia penè corpora
patiun-

tiuntur, nec vbique esse possunt, nec semper. Diuini-
tas autẽ quæ vbique præsto est, vndique ad eam potest A
duci similitudo: & totũ potest esse in similitudinibus,
quia nihil eorum est in proprietatibus. Nunquid Chri-
stus est ianua, quẽadmodum videmus ianuas factas à
Ioan. 10. b fabro? Non vtique. Et tamen dixit: Ego sum ianua. Aut
nũquid sic est pastor, quomodo videmus pastores istos
præpositos pecorum? Et tamen dixit: Ego sum pastor.
& vno loco ambas res dixit. In Euangelio dixit, quia
Ibidem. pastor per ianuã intrat. Et ibi dixit: Ego sum pastor bo-
nus. & ibi dixit: Ego sũ ianua. Pastor intrat per ianuã.
Et quis est pastor qui intrat per ianuã? Ego sum pastor
bonus. Quæ est ergo ianua qua intras tu pastor bone?
Ego sum ianua. Quomodo ergo tu oĩa? Quomodo er-
go per te oĩa? Verbi gratia, cùm Paulus intrat per ia-
nuã, nonne Christus intrat per ianuã? Quare? Non quia
1. Cor. 13. a Paulus Christus: sed quia in Paulo Christus, & per
Christũ Paulus. Ipse dicit: An experimentũ eius vultis B
accipere, qui in me loquitur Christus? Cùm sancti eius
& fideles eius intrant per ianuã, nonne Christus intrat
per ianuam? Quomodo probamus? Quia ipsos sanctos
eius persequebatur Saulus, nondum Paulus, quando ei
Act. 9. a clamauit de cęlo: Saule Saule, quid me persequeris? Er-
Ephes. 2. d go fundamẽtũ & lapis angularis ipse est ab imo surgẽs,
si tamen ab imo. Etenim origo fundamẽti huius sum-
mitatẽ tenet: & quẽadmodum fundamentũ corporeæ
fabricæ in imo est, sic fundamentũ spiritalis fabricæ in
summo est. Si ad terrã ædificaremur, in imo nobis po-
nendũ erat fundamentum. Quia cęlestis fabrica est, &
ad cælos præcessit fundamentum nostrũ. Ipse ergo an-
gularis lapis, mõtésq; Apostoli, Prophetæ magni, por-
tantes fabricã ciuitatis, faciunt viuum quoddã ædifi-
cium. Hoc ædificiũ modò clamat de cordibus vestris,
hoc agit artificiosa manus Dei etiã per linguam nostrã,
Genes. 6. c. vt ad illius ædificij fabricã conquadremini. Non enim C
frustra etiã de lignis quadratis ædificata est arca Noe,
quę nihilominus figurã gestabat Ecclesiæ. Quid est enim
quadrari? Attẽdite similitudinẽ quadrati lapidis, simi-
lis debet esse Christianus. In omni tẽtatione sua Chri-
stianus nõ cadit: & si impellitur, & si quà vertitur, non
cadit. Nam quadratũ lapidem quacũque verteris, stat.
Cadere visi sunt martyres, cùm percuterẽtur. Sed quid
dixit quędã vox cantici? Cùm ceciderit iustus, non cõ-
Psalm 36. turbabitur, quoniã Dominus cõfirmat manus eius. Sic
ergo cõquadramini, ad oẽstẽtationes parati: quicquid
impulerit, non vos euertat. Stantem te inueniat omnis
casus. Erigeris ergo in hãc fabricã affectu pio, religio-
ne syncera, fide, spe, charitate: & ipsum ædificari ambu-
lare est. In istis ciuitatibus alia est fabrica ædificiorum,
alij sunt ciues inhabitantes in fabrica. Illa ciuitas ciui-
bus suis ædificatur, ipsi ibi sunt lapides qui sunt ciues:
1. Petr. 2. lapides enĩ sunt viui. Et vos, inquit, tanquã lapides viui
ædificamini in domum spiritalẽ. Ad nos directa vox
est. Ergo sequamur de ista ciuitate. Fundamẽta eius in D
mõtibus sanctis, diligit Dominus portas Siõ. Iam ideo
prælocutus sum, ne putetis alia esse fundamenta, alias
portas. Quare sunt fundamenta Apostoli & Prophetę?
Quia eorum authoritas portat infirmitatem nostram.
Quare sunt portæ? Quia per ipsos intramus ad regnum
Ioan. 10. b Dei: prædicant enĩ nobis. Et cùm per ipsos intramus,
per Christũ intramus. Ipse est enim ianua. Et cùm di-
Apoc. 21. f cuntur duodecim porte Hierusalẽ, & vna porta Chri-
stus, & xij portæ Christus: quia in xij portis Christus.
Et ideo duodenarius numerus Apostolorũ. Sacramẽ-
tum magnũ huius duodenarij significatio est numeri.
Mat. 19. d. 2. sen. dist. 47. Non autem. Sedebitis, inquit, super xij sedes, iudicantes xij tribus
Israël. Si xij sellæ ibi sunt, nõ est vbi sedeat tertiusdecimus Paulus Apostolus, & nõ erit quomodo iudicet: & ipse se iudicaturum dixit, nõ homines tantũ, sed & an-
gelos. Quos angelos nisi apostatas angelos? Nescitis, in- 1. Cor. 6. a
quit, quia angelos iudicabimus? Respõderet ergo tur-
ba: Quid te iactas iudicaturũ? Vbi sedebis? Duodecim
sedes, dixit Dominus xij Apostolis, vnus cecidit Iudas, Act. 1. d
in locum ipsius sanctus Matthias ordinatus est, imple-
tus est duodenarius numerus sedium. Primò locumin-
ueni vbi sedeas, & sic te minare iudicaturũ. Duodecim
ergo sedes quid sibi velint, videamus. Sacramẽtum est
cuiusdã vniuersitatis, quia per totum orbẽ terrarũ fu-
tura erat Ecclesia, vnde vocatur hoc ædificiũ ad Chri-
sti compagẽ. Et ideo quia vndique venitur ad iudican-
dum, xij sedes sunt: sicut quia vndique intratur in illam
ciuitatem, duodecim portæ sunt. Non solùm ergo illi
duodecim, & Apostolus Paulus, sed quotquot iudica-
turi sunt, propter significationẽ vniuersitatis ad sedes
duodecim pertinent: quẽadmodũ quotquot intrabũt,
B ad duodecim portas pertinent. Partes enĩ mundi qua-
tuor sunt, oriẽs, occidens, aquilo, & meridies. Istę qua-
tuor partes assiduè nominãtur in scripturis. Ab omni-
bus istis quatuor † vẽtis, sicut dicit Dominus in Euãge- al. partibus.
lio, à quatuor ventis se collecturũ electos suos: ab om- Marc. 13. c
nibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quo-
modo vocatur? Vndique in trinitate vocatur. Non vo-
catur nisi per baptismũ in nomine patris & filij & spiri-
tus sancti. Quatuor ergo ter ducta, duodecim inueniũ-
tur. Pulsate ergo affectu ad has portas, & clamet in vo-
bis Christus: Aperite mihi portas iustitiæ. Pręcessit enĩ Psalm. 117.
in capite, sequitur se in corpore. Videte ergo quid dixit
Apostolus, quia in ipso Christus patiebatur: Vt adim- Colos. 1. d
plẽã, inquit, quæ desunt pressurarum Christi in carne
mea. Vt adimpleam. Quid? Quæ desunt. Cui desunt?
Pressurarũ Christi. Et vbi desunt? In carne mea. Nun-
quid aliquid pressurarũ deerat in illo homine, quod fa-
C ctum est verbum Dei natum ex Maria virgine? Passus Luc. 2. a
enim est quicquid pati deberet ex sua voluntate, nõ ex
peccati necessitate, & videtur quia omnia. In cruce enĩ
positus accepit acetum in vltimo, & ait: Perfectum est.
Et inclinato capite emisit spiritum. Quid est? perfectũ Ioan. 19. c
est? Iam de mensura passionum nihil mihi deest, quia
omnia quæ de me dicta sunt, completa sunt, tanquam
ideo expectaret vt complerentur. Quis est qui sic pro-
ficiscatur, quomodo ille de corpore egressus est? Sed
quis est qui hic potuit? Qui primo dixerat: Potestatem Ioan. 10. d
habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo
iterum sumendi eã. Nemo tollit eam à me: sed ego po-
no eam à me, & iterum sumo eam. Posuit quando vo-
luit, sumpsit quando voluit. Nemo abstulit, nemo ex-
torsit. Ergo impletæ erãt omnes passiones, sed in capi-
te: restabant adhuc Christi passiones in corpore. Vos
autem estis corpus Christi & membra. In his ergo mẽ- 1. Cor. 12. d.
bris cùm esset Apostolus dixit: Vt adimpleam quæ de- Colos. 1. d.
sunt pressurarum Christi in carne mea. Ergo illuc imus
D quò Christus præcessit, & adhuc Christus illuc pergit
quò præcessit. Præcessit etenim Christus in capite, se-
quitur in corpore: & adhuc Christus hic laborat. Et
Christus hic patiebatur à Saulo, quãdo audiuit Saulus: Act. 9. a
Saule Saule, quid me persequeris: quomodo solet lin-
gua dicere calcato pede: Calcas me. Linguam nullus
tetigit: compassione clamat, non attritione. Adhuc
Christus hic eget: Christus hic peregrinatur: Christus
hic ægrotat: Christus hic in carcere includitur. Iniuriã
ei facimus, si nõ ipse dixit: Esuriui, & dedistis mihi mã- Matth. 25. c
ducare: sitiui, & potastis me: hospes, & collegistis me:
nudus, & vestistis me: æger, & visitastis me. Et illi: quã-
do te vidimus hæc patientẽ, & ministrauimus tibi? Et
ille: Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.
Ergo ædificemur in Christo super fundamentũ Apo- Ephes. 2. d

stolorũ & Prophetarũ, ipso sũmo angulari lapide exi-
stente: quia diligit Dominus portas Sion super omnia
tabernacula Iacob. Quasi verò & ipsa Siõ non sit inter A
tabernacula Iacob. Et vbi erat Sion nisi in populo Ia-
Genes. 32. f cob? Iacob enĩ nepos Abrahę, vnde populus natus Iu-
dęorũ dicitur populus Israël, quia ipse Iacob appella-
tus est Israël hic. Hęc bene nouit sanctitas vestra. Sed
quia erãt quędã tabernacula tẽporalia & imaginaria:
loquitur autẽ iste de ciuitate quadã, quã spiritaliter in-
telligit, cuius vmbra & figura erat illa terrena: ait, Dili-
git Dominus portas Siõ super oĩa tabernacula Iacob.
Diligit illã spiritalẽ ciuitatẽ super oĩa figurata, quibus
intimabatur illa ciuitas semper manẽs, & semper cæle-
stis in pace. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.) Qua-
si intuebatur ciuitatẽ illã Hierusalem in terra. Nam vi-
dete quã ciuitatẽ dicit, de qua dicta sunt quædam glo-
riosissima, Nã illa destructa est in terra, hostes passa ce-
cidit in terram, iã non est quod erat: expressit imaginẽ,
transiuit vmbra. Vnde igitur gloriosa dicta sunt de te,
ciuitas Dei? Audi vnde: memor ero Raab & Babylonis, B
sciẽtibus me.) In illa ciuitate, inquit iã ex persona Dei,
memor ero Raab, & memor ero Babylonis. Raab non
pertinet ad populũ Iudæorũ. Babylon non pertinet ad
populũ Iudæorũ. Nam sequitur: Etenim alienigenæ &
Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt ibi.) Meritò
gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, vbi non solùm est
ille populus Iudæorum natus ex carne Abrahæ: sed ibi
oẽs gentes, quarum quædã nominatæ sunt, vt oẽs in-
telligantur. Memor ero, inquit, Raab. Quæ ista est? Me-
Iosue. 2. a retrix illa in Hierico. Meretrix quę fuscepit nuncios, &
alia via eiecit, quæ præsumpsit in promissione, quæ ti-
muit Deum, cui dictũ est, vt per fenestrã mitteret coc-
cum, id est, vt in frõte haberet signũ sanguinis Christi.
Saluata est ibi, & Ecclesiã gentium significauit. Vnde
Matt. 21. c Dominus superbientibus pharisæis dixit: Amen dico
vobis, publicani & meretrices præcedũt vos in regnũ
cælorũ. Præcedunt, quia vim faciũt. Impellunt credẽ-
do & ceditur fidei, nec obsistere potest quisquã, quia C
Matt. 11. b qui vim faciunt, diripiũt illud. Ibi enim positũ est: Re-
gnum cælorũ vim patitur: & qui vim faciunt, diripiunt
illud. Hoc fecit ille latro, fortior in cruce quàm in fau-
Luc. 23. e. cce. Memor ero Raab & Babylonis. Babylon ciuitas di-
citur secũdum seculum. Quomodo vna ciuitas sancta,
Hierusalẽ: vna ciuitas iniqua, Babylon. Omnes iniqui
ad Babyloniã pertinent, quomodo oẽs sancti ad Hie-
rusalẽ. Sed delabitur de Babylone in Hierusalẽ. Vnde
nisi per eum qui iustificat impium? Piorum ciuitas Hie-
Rom. 4. a rusalẽ, impiorum ciuitas Babylõ. Sed venit ille qui iu-
stificat impiũ: quia memor ero, inquit, non solũ Raab,
sed etiã Babylonis. Sed quomodo memor ero Raab &
Babylonis? Scientibus me. Ideo quodã loco dicit Scri-
Psalm. 78. ptura: Effunde irã tuam in gentes quæ te nõ nouerunt.
Psal. 35. Et alibi: Prætende misericordiam tuã scientibus te. Et D
vt noueritis quia in Raab & Babylone gẽtes significa-
uit, quasi diceretur, quid est quod dixisti, Memor ero
Raab & Babylonis scientibus me: quare hoc dixisti?
Etenim alienigenæ, inquit, id est, pertinentes ad Raab,
pertinẽtes ad Babylonẽ, & Tyrus. Sed quousque gen-
tes? Vsque in fines terrę. Elegit eũ populum qui in terrę
fine est: Et populus, inquit, Æthiopũ, hi fuerunt ibi. Si
ergo ibi Raab & Babylõ, quia ibi & alienigenę, ibi Ty-
rus, ibi populus Æthiopũ, meritò gloriosissima dicta
sunt de te ciuitas Dei. Iã attendite sacramentũ magnũ.
Per eũ illic Raab, per quẽ illic Babylon, iam nõ Baby-
lonia, caret enĩ Babylone, & incipit esse Hierusalẽ. Diui-
ditur filia aduersus matrẽ suã, & erit in mẽbris reginę
illius cui dicitur: Obliuiscere populũ tuũ, & domũ pa-
Psal. 44. tris tui, cõcupiuit rex speciẽ tuã. Nã vnde Babylõ aspi-
raret ad Hierusalẽ, vnde Raab ad illa fundamẽta per-
ueniret, vnde alienigenæ, vnde Tyrus, vnde populus
Æthiopũ? Audi vnde: Mater Siõ dicet homo.) Est qui-
dã homo qui dicit mater Sion, & per hunc veniunt isti
oẽs. Sed iste homo quid est? Dicit, si audiamus, si capia-
mus: Mater Sion dicet homo. Sequitur ibi quasi quæ-
reres, per quẽ venerit Raab, Babylõ, alienigenę, Tyrus,
Æthiopes. Ecce per quẽ venerũt, Mater Siõ dicet ho-
mo: Et homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissi-
mus.) Quid apertius fratres? Verè gloriosissima dicta
sunt de te ciuitas Dei: Ecce mater Sion dicit homo.
Quis homo? Qui homo factus est in ea. In ea ipse factus
est homo, & ipse eã fũdauit. Quomodo in ea factus est,
& ipse eã fundauit? Vt in ea fieret homo, iã fũdata erat.
Sic intellige, si potes. Etenim mater Sion dicet, sed ho-
mo. Mater Siõ dicet, homo autem factus est in ea. Ipse
autẽ fundauit eã, nõ homo, sed altissimus. Sic fundauit
ciuitatẽ in qua nasceretur, quomodo creauit matrem,
de qua nasceretur. Quid est hoc fratres? Quales pro-
missiones, quantã spem tenemus? Ecce propter nos al-
tissimus qui fundauit ciuitatẽ, mater dicit ipsi ciuitati,
& homo in ea factus est, & altissimus eã fundauit. Qua-
si diceretur: Vnde ista scitis? Cantabimus hæc omnes,
& cantat homo in omnibus Christus. Homo propter
nos, Deus ante nos. Sed quid magnum ante nos? Ante
terrã & cælũ, ante secula. Hic ergo homo propter nos
factus est in ea, idem ipse altissimus fundauit eã. Vnde
ista scimus? Dominus narrauit in scripturis populorũ.)
Hoc enim sequitur in Psalmo: Mater Siõ dicet homo,
& homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus.
Dominus narrauit in scripturis populorum, Et princi-
pum.) Quorum principũ? Horum qui facti sunt in ea.)
Principes qui facti sunt in ea, in ea facti sunt principes.
Nam antequã in ea fierent principes, abiecta mũdi ele- 1. Cor. 1. d
git Deus, vt cõfunderet fortia. Nunquid princeps pi-
scator? Nũquid princeps publicanus? Principes planè:
sed quia facti sunt in ea. Quales isti principes venerunt Matth. 4. d
de Babylone? Principes credentes de seculo: principes
venerũt ad vrbẽ Romam, quasi caput Babylonis, non
ierunt ad templũ Imperatoris, sed ad memoriã pisca-
toris. Vnde enim isti principes? Infirma mundi elegit 1. Cor. 1. d
Deus, vt confundat fortia: & ignobilia elegit Deus, &
ea quæ nõ sunt tanquã ea quæ sunt, vt ea quæ sunt eua-
cuẽtur. Hoc facit qui erigit de terra inopem, & dester- Psal. 112.
core exaltat pauperẽ. Vt quid erigit? Vt collocet eum
cũ principibus, cum principibus populi sui. Magna res,
magnũ gaudiũ, magna lætitia. Postea venerunt in hanc
ciuitatem & oratores: sed non venirent, nisi præcede-
rent piscatores. Magna hæc: sed vbi hæc, nisi in illa ci-
uitate Dei, de qua gloriosissima dicta sunt? Ideo colla-
tis omnibus gaudiis atque conflatis, quomodo clausit?
Tanquam iocundatorũ omnium habitatio in te.) Tan-
quã iocundatorũ habitatio omnium iocũdatorum in
hac ciuitate: in peregrinatione ista conterimur. Habi-
tatio nostra, iocunditas sola erit. Peribit labor & gemi-
tus, transeunt orationes, succedunt laudationes. Ibi er-
go habitatio iocundatorũ non erit gemitus desideran-
tiũ, sed lętitia perfructiũ. Aderit enim cui modò suspi- 1. Ioan. 3. d
ramus: similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti
est. Ibi totum negotium nostrum non erit nisi laudare
Deum, & frui Deo. Et quid alium quæremus, vbi solus Ioan. 5. a
sufficit, per quẽ facta sunt omnia? Habitabimur & ha-
bitabimus: subiicientur illi omnia, vt sit Deus omnia 1. Cor. 15. d
in omnibus. Beati ergo qui habitant in domo tua. Vn- Psalm. 83.
de beati? Habendo aurum, habẽdo argentum, nume-
rosam familiam, multiplicẽ prolem? vnde beati? Beati
qui habitant in domo tua, in secula seculorum lauda-
bũt te. Hoc vno beati otioso negotio. Hoc ergo vnum
de si-

desideremus fratres, cùm venerimus ad hoc nos pare-
mus gaudere ad Dominũ, laudare Deum. Opera bona A
quæ modò nos perducunt, non ibi erunt. Diximus &
hesterno die quantum potuimus, non ibi erunt opera
Matt. 25. d misericordiæ, vbi nulla erit miseria. Egentẽ non inue-
nies, nudũ nõ inuenies, nemo ibi occurret sitiens, nul-
lus peregrinus erit; nullus ægrotus quem visites, nullus
mortuus quem sepelias, nullus litigatorum inter quos
pacẽ cõponas. Quid facturus es? An fortè propter ne-
cessitatẽ nostri corporis nouellabimus & arabimus, &
negotiabimur, & peregrinabimur? Magna ibi requies.
Nam ibi omnia opera, quæ necessitas flagitat, subtra-
hentur: mortua necessitate, peribũt opera necessitatis.
Quid ergo erit? Quomodo potuit dixit lingua humana:
Tanquã iocũdatorum omniũ habitatio in te. Quid
est tanquam? Quare tanquam? Quia talis ibi erit iocun-
ditas, qualem hic non nouimus. Video hic multas io-
cunditates, & multi gaudent in seculo, alij hinc, alij in-
de: & non est quod illi gaudio comparent, sed tãquam B
iocunditas erit. Nam si dicam iocunditas, incipit ho-
mini occurrere talis iocunditas, qualẽ solet habere in
poculis, in prandiis, in auaritia, in honoribus seculi.
Extolluntur enim homines, & lætitia quadam insaniũt
1. Cor. 2. b sed non est gaudere impiis, dicit Dñs. Est enim iocun-
ditas quædã, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascendit. Tanquam iocundatorum
omniũ habitatio in te. Ad aliud gaudiũ nos paremus:
quia & hic tanquam simile inuenimus, & non est hoc:
ne quasi paremus nos talibus ibi perfrui, qualibus hic
gaudemus, alioquin continẽtia nostra auaritia erit. Sũt
enim homines qui inuitãtur ad cœnã opimã, vbi mul-
ta & pretiosa ponenda sunt: & non prandent. Iã si quę-
ras ab eis, quare non prandeant. respondẽt: Ieiunam⁹.
Magnum opus, Christianum opus ieiunium: noli citò
laudare: quęre causam, negotium ventris agitur, nõ re-
ligionis. Quare ieiunant? Ne ventrem præoccupẽt vi-
lia, & nõ possint admittere pretiosa. Ergo negotiũ gut-
turis gerit in ieiunio. Magna res. Vtique ieiunium cõ- C
tra ventrẽ & guttur pugnat: aliquando illis militat. Ita-
que fratres mei, si putatis aliquid tale habituros nos
in illa patria ad quam nos exhortatur tuba cælestis, &
propterea vos à præsentibus abstinetis, vt illic talia co-
piosiùs recipiatis: sic estis quomodo illi qui ieiunant
propter epulas maiores, & continent se à maiori incõ-
tinentia. Nolite ergo sic: ad aliquid vos ineffabile prę-
parate, mundate cor ab omnibus affectionibus vestris
terrenis & secularibus. Visuri sumus quiddam, quo vi-
su beati erimus, & hoc solum nobis sufficiet. Et quid?
Non manducabimus? Immo manducabimus: & ipse
erit cibus noster, qui & reficiat, & nõ deficiat. Tanquã
iocundatorum omnium habitatio in te. Iam dictum
est vnde iocundabimur: Beati qui habitant in domo
Psal. 83. tua, in secula seculorum laudabũt te. Laudemus & mo-
dò Dominum quantũ possumus mixtis gemitibus:
quia laudando eum desideramus eum, & nondũ tene-
mus. Cùm tenuerimus, subtrahetur omnis gemitus, & D
remanebit sola & pura & æterna laudatio.

IN PSALMVM LXXXVII ENARRATIO.

PSALMI huius octogesimi & septimi titulus habet
aliquid quod nouum negotium disputatori affe-
rat. Nusquam enim aliorum psalmorum positum
est quod hic legitur: Pro melech ad respondendum.)
Nam de Psalmo cantici & cantico psalmi aliàs quid
nobis videretur diximus: & filiis Chore visitatum in
titulis psalmorum sæpissimẽque tractatum est, & quid
sit in finem, sed quod sequitur, Pro melech ad respo-
dendum, hoc inusitatum habet iste titulus. Pro me-
lech autẽ, Latinè pro choro dici potest: melech enim
verbo Hebræo chorus significatur. Quid est ergo cho-
ro ad respondendũ, nisi fortè vt canenti chorus cõsõ-
nando respondeat? Sicut nõ istũ solum, sed alios quò-
que psalmos credendũ est esse cãtatos, quãuis alios ti-
tulos acceperint: quod factũ existimo causa varietatis,
qua fastidium leuaretur. Nõ enim solus iste psalmus di-
gnus est habitus vbi respõderet chorus, cùm vtique nõ
sit solus de Domini passione conscriptus. Aut si est alia
causa cur tanta sit varietas titulorum, qua possit ostẽdi
ita psalmos omnes esse prænotatos, qui sunt aliter at-
que aliter prænotati, vt nullius titulus valeat alicui alte-
ri cõuenire: ego eam, fateor, cùm multum conatus es-
sem, penetrare nõ potui. Et si quid de hac re legi ab eis
dictũ qui ante nos istã tractauerunt, nõ satisfecit expe-
ctationi siue tarditati meę. In quo igitur misterio dictũ
mihi videatur: Pro choro ad respõdendũ: id est, vt ca-
nenti per chorum respondeatur, exponã. Domini hic
passio prophetatur. Dicit autẽ Apostol⁹ Petrus: Chri- 1. Pet. 2. d
stus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplũ vt
sequamur vestigia eĩ⁹: hoc est respõdere. Dicit etiã A-
postolus Ioãnes: Sicut Christus pro nobis animã suam 1. Ioan. 3. c
posuit, ita & nos debemus animã pro fratribus ponere:
hoc est respõdere. Chor⁹ autẽ cõcordiã significat, quæ
in charitate cõsistit. Quisquis ergo quasi æmulator do-
minicę passionis tradiderit corpus suũ vt ardeat, si cha-
ritatẽ nõ habeat, nõ respõdet in choro: & ideo nihil ei
prodest. Proinde quẽadmodũ dicuntur in arte musica, 1. Cor. 13. b
sicut ea docti homines Latinè dicere potuerũt, prącẽ-
tor & succẽtor, præcẽtor scilicet qui vocẽ prąemittit in
cantu, succentor autẽ qui subsequenter canendo, re-
spondet: ita in hoc cantico passionis prącedentẽ Chri-
stũ subsequitur chorus martyrũ in finẽ cælestium cõ-
ronarum. Hoc enim canitur filiis Chore, id est, imita-
torib. passionis Christi, quoniã in caluariæ loco cruci- Matt. 27. d
xus est Christ⁹, quæ illius Hebræi nominis interpreta-
tio perhibetur, id est, Chore, Et hic est intellectus Emã
Israelitę.) Quod in tituli huius vltimo positũ est. Eman
quippe interpretari dicitur, frater eius. Eos enĩ fratres
suos Christ⁹ facere dignatus est, qui sacramẽtũ crucis
eius intelligunt, & nõ solùm de illa nõ erubescũt, verũ-
etiã in illa fideliter gloriantur, nõ se de suis meritis ex-
tollẽtes. sed eius gratię nõ ingrati, vt vnicuiq; eorũ dici
possit: Ecce verè Israelita, in quo dolus nõ est, sicut ipsũ Ioan. 1. g.
Israel scriptura sine dolo fuisse commẽdat. Iam itaque
Christi vocem in prophetia præcinentis audiamus, cui
suus chorus vel imitatione vel gratiarũ actione respõ-
deat. Dñe Deus salutis meę, in die clamaui & nocte coã
te. Intret in cõspectu tuo oratio mea, inclina aurem
tuã ad precẽ meam.) Orauit enim & Dñs, non secun-
dum formã Dei, sed secũdum formam serui: secũdum
hanc enim & passus est. Orauit autem & cùm in lætis
rebus ageret, quod diei nomine, & cũ in aduersis, quod
noctis nomine significari arbitror. Ingressus orationis
in conspectu Dei, acceptatio eius est: inclinatio auris
Dei, misericors exauditio est: nam mẽbra talia qualia
nos habemus in corpore, non habet Deus. Est autẽ so-
lita repetitio. Nam quod est, Intret in conspectu tuo
oratio mea: idipsum est, Inclina aurẽ tuam ad precem
meam. Quoniam repleta est malis anima mea, & vita
mea in inferno appropinquauit.) Audemũsne dicere
animã Christi repletã malis, cùm illa passionis afflictio
in carne valuerit quicquid valuit? Vnde & ipse suos ad
tolerantiã passionis accendẽs, & tanquã ad respõden-
dum exhortãs chorũ suum: Nolite, inquit, timere eos Matt. 10. c
qui corpus occidunt, animã autem non possunt occi-
dere. An occidi anima à persecutoribus nõ potest, ma- 3. sen. dist.
lis autem repleri potest? Quod si ita est, quærendũ qui- 15. Sed quia.

bus. Non enim vitiis per quæ homini dominatur iniquitas, animã illã repletã possum⁹ dicere: sed fortè doloribus, quibus anima suæ carni in eius passione cõpatitur: nõ enĩ vel ipse qui dicitur corporis dolor, potest esse sine anima, quẽ ineuitabiliter imminentẽ præcedit mæstitia, quæ solius animæ dolor est. Dolere ergo anima etiã non dolente corpore potest, dolere autẽ corp⁹ sine anima nõ potest. Cur itaque non dicamus nõ hominis peccatis, sed tamen humanis malis repletã fuisse
Esa. 53. a animã Christi? De quo alius Propheta dicit quòd pro nobis doluerit: & Euãgelista: Assumpto, inquit, Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mæstus esse. Et ipse Dominus de seipso. Tũc ait illis: Tristis est
Matt. 26. d anima mea vsque ad mortẽ. Hæc futura præuidẽs Propheta, Psalmi huius cõscriptor, inducẽs eũ loquẽtem, quoniã repleta est, inquit, malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquauit: nã ipsã sentẽtiam omnino verbis aliis explicauit, qua dictum est: Tristis est anima
Ibidem. mea vsque ad mortem. Quod enim ait, tristis est anima B mea, hoc dictum est. Repleta est malis anima mea. Et ꝙ sequitur, vsque ad mortẽ, hoc dictũ est, & vita mea in inferno appropĩquauit. Hos autẽ humanę infirmitatis affectus, sicut ipsa carnẽ infirmitatis humanę, ac mortẽ carnis humanæ Dũs Iesus non cõditionis necessitate, sed miserationis volũtate suscepit, vt trãsfiguraret in se corpus suũ ꝙ est Ecclesia, cui caput esse dignat⁹ est, hoc est, mẽbra sua in sanctis & fidelibus suis: vt si cui eorũ inter humanas tẽtationes cõtristari & dolere cõtingeret, nõ ideo se ab eius gratia putaret alienum, & nõ esse ista peccata, sed humanæ infirmitatis indicia, tanquam voci præmisse concinẽs chorus, ita corpus eius ex ipso suo capite addisceret. In hoc quippe corpore pręcipuũ mẽbrorũ apostolũ Paulũ legimus, & audimus confitẽtẽ talibus malis repletã esse animã suã: cùm dicit tristitiã sibi esse magnã, & cõtinuũ dolorem cordi suo pro
Rom. 9. a fratribus suis secũdũ carnẽ, qui sunt Israelitæ. Pro quibus si cõtristatũ dicamus & Dominũ, cùm eius passio propinquaret, in qua illi se immanissimo scelere fuerãt obligatũri: non incõgruè nos dicere existimo. Deniq; illud ꝙ in cruce dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt
Luc. 23. c quid faciũt. etiã in isto Psalmo deinceps dicitur. Deputatus sum cũ descendentibus in lacum.) Vtique à nescientibus quid facerent, qui eum sic mori putauerũt vt moriuntur homines cæteri, tanquã necessitati subditũ atque illa necessitate deuictum. Lacum enim dixit, vel miseriæ, vel inferni profunditatẽ: Factus sum, inquit, sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.) In his verbis maximè persona Domini apparet. Quis enim a-
Rom. 8. a lius inter mortuos liber, nisi in similitudine carnis peccati inter peccatores solus sine peccato? Vnde illis qui se insipienter liberos putabãt, Omnis, ait, qui facit pec-
Ioan. 8. d catum, seruus est peccati. Et quia per eum qui non habebat peccatũ, oportebat liberari à peccatis: Si vos, in-
Ibidem. c quit, filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Hic ergo D
Ioan. 10. d inter mortuos liber, qui in potestate habebat ponere animã suã, & iterũ sumere eam: à quo eam nemo tollebat, sed eam ipse voluntate ponebat, qui etiam carnem
Ioan. 1. d suam tãquam solutum ab eis tẽplũ resuscitare poterat cùm volebat. Quem passurũ cùm omnes deseruissent, solus non remanlit, quia pater eũ nõ deseruit, sicut ipse testatur: ab inimicis tamen pro quibus orauit nesciẽtibus quod faciebant, & dicentibus: Alios saluos fecit,
Matt. 27. c seipsum non potest: Si filius Dei est, descendat nũc de cruce & credimus ei: Saluum faciat eum, si vult eum: factus est, id est, existimatus est tãquam homo sine adiutorio. Tanquã vulnerati dormientes in sepulchro.) Sed addidit: Quorum non meministi adhuc.) Vbi est Domini Christi à ceteris mortuis animaduertenda discretio. Nã & ipse vulneratus est, & mortuus positus Mat 27. c
A in sepulchro: sed illi qui nesciẽbãt quid faciebãt, quis esset vtique nescientes, similẽ illũ putauerunt aliis vulnere occisis, & dormiẽtibus in sepulchro, quorũ Deus adhuc non meminit, id est, quorũ nondũ tẽpus resurgendi aduenit. Ideo nãque mortuos cõsueuit Scriptura dicere dormientes: quia euigilaturos, id est, resurrecturos vult intelligi. Sed hic vulneratus & dormiẽs in sepulchro, die tertio euigilauit, & factus est sicut passer Psalm. 101.
singularis in tectõ, id est, ad dexteram Dei patris in cęlo: nec iam moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Vnde lõgè distat ab eis, quorum ad talẽ resurrectionẽ Rom. 6. b
Deus non meminit adhuc. Quod enim præcedere oportebat in capite, corpori seruatur in finẽ. Tũc autem dicitur Deus meminisse, quando facit, tunc obliuisci, quando non facit: nã neque obliuio cadit in Deũ, quia nullo modo mutatur: neque recordatio, quia nõ obliuiscitur. Factus sum ergo ab eis nesciẽtibus ꝙ faciebãt, tãquã homo sine adiutorio, cùm essem inter mortuos liber, factus sum ab eis nescientibus quod faciebãt. velut vulnerati dormientes in sepulchro. Et ipsi expulsi sunt de manu tua.) Id est, cũ hęc ab eis factus sũ, ipsi expulsi sunt de manu tua, ipsi adiutorio manus tuæ priuati sunt, qui me sine adiutorio esse putauerunt. Foderũt Psal. 56.
enim, sicut dicit in alio psalmo, ante faciẽ meã foueã, & inciderunt in eã. Melius enim sic intelligendũ existimo, quàm vt id quod dictum est, Et ipsi expulsi sunt de manu tua, ad illos referatur dormiẽtes in sepulchro quorũ non meminit adhuc, cùm sint in eis iusti, quorũ licet nõ meminerit adhuc vt resurgãt, de his tamen dictũ est: Iustorũ animæ in manu Dei sũt, hoc est, habitãt Sap. 3. a. Psal. 90.
in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cæli commorantur. Sed illi expulsi sunt de manu Dei, qui Dũm Iesum Christum de manu eius expulsum esse crediderũt, quia eũ inter iniquos deputatũ occidere potuerũt. Posuerũt me, inquit, in lacu inferiori, vel potius, in lacu
C infimo.) Sic enim est in Græco. Quid est autẽ lacus infimus, nisi profũdissima miseria, qua nõ sit profundior? Psal. 39.
Vnde alibi dicitur: Eduxisti me de lacu miseriæ. In tenebrosis & in vmbra mortis.) Posuerũt vtiq;, id est, ex- 1. Cor. 2. b
stimãtes, quãdo ꝙ faciebãt nesciebãt: & ignorabãt eũ quẽ nemo principiũ huius seculi cognouit. Vmbra enĩ mortis, nescio vtrũ corporis hic intelligenda sit, an illa
potius de qua scriptũ est. Qui sedebant in tenebris & Esaiæ. 9. a
vmbra mortis, lux orta est eis: quia credẽdo in lucẽ & in vitã, ex tenebris & morte impietatis educti sũt. Talẽ ergo illi qui nesciebãt quod faciebãt, deũ putauerũt, & inter tales nesciẽdo posuerũt, qualibus ne hoc esset ipse subuenit. In me cõfirmata est indignatio tua.) Vel, sicut alij codices habẽt, ira tua: vel, sicut alij, furor tu⁹.) Quod enim Græcè positũ est θυμὸς, diuersè interpretati sunt nostri: nam vbi Græci codices habẽt ὀργὴν, ibi iram Latinè dicere nullus ferè dubitauit interpres. Vbi
D autẽ θυμὸς positum est, plerique non putauerunt iram esse dicendũ, cùm magni authores Latinæ eloquentiæ de philosophorũ Græcorum libris etiam hoc iræ nomine verterint in Latinũ: neque de hac re diutius disputãdũ est: cui tamẽ si & nos aliud nomẽ adhibere debemus, tolerabilius indignationẽ dixerim quã furorẽ. Furor quippe, sicut se Latinũ habet eloquiũ, non solet esse sanorũ. Quid ergo est, in me cõfirmata est ira tua.
nisi quemadmodũ illi putauerunt, qui Dominum glo- 1. Cor. 2. d
riæ non cognouerũt? Apud eos enim sic erat, quòd ira Dei non solùm commota, verumetiã confirmata fuerit super eum, quem vsque ad mortem, nec quamlibet mortem, sed quam execrabilius præ cæteris habebãt, id est, vsque ad mortẽ crucis perducere potuerũt: vnde dicit Apostolus: Christus nos redemit de maledicto Galat. 3. b
legis,

legis, factus pro nobis maledictum. Scriptũ est enim:
Deut. 21. d Maledictus omnis homo qui pendet in ligno. Et ideo A eũ eius obediẽtiã vsque ad extremã humilitatẽ cõmẽdare vellet, humiliauit, inquit, semetipsũ, factus obe-
Phil. 2. a diens patri vsque ad mortem. Quod cùm parum videretur, adiecit, mortem autẽ crucis. Propter hoc, quantum mihi videtur, etiã in isto psalmo talis versus sequitur: Et omnes suspẽsiones tuas.) Vel, sicut quidam sunt interpretati, Omnes fluctus tuos:) aut sicut alij, Omnes
Psalm. 41. elationes tuas super me induxisti.) Scriptũ est enim & in alio Psalmo: Omnes suspensiones tuæ, & fluctus tui super me ingressi sunt: vel, sicut quidã melius transtulerunt, super me transierunt. δῆλθον. enim est in Græco, non εἰσῆλθον. Vbi ergo vtrumque positum est, & suspensiones & fluctus, non ibi potuerunt pro suspensionibus fluctus poni. Quæ duo sic exposuimus, vt suspensiones diceremus comminationes, fluctus autẽ iã ipsas passiones: quæ vtraque veniunt de iudicio Dei. Sed illic dictum est: Omnes super me transierunt: hic B verò, Super me omnes induxisti. Illic ergo etsi quædã acciderunt, omnia tamen mala quæ illis verbis intelligi voluit, super me trãsierunt, dixit: hic verò, super me induxisti. Transeunt enim, siue quæ non attingũt, sicut suspensiones siue quę attingunt, sicut fluctus. Cùm autem non ait, omnes suspensiones super me transierũt, sed super me induxisti, omnia quæ impendebant euenisse significat. Impendebant autẽ quãdiu in prophetia futura imminebant omnia, quæ de illius passione prædicta sunt. Longè, inquit, fecisti notos meos à me:) Si eos quos nouerat acceperimus dictum esse notos meos, omnes erunt: nam quẽ ille non nouerat? Sed eos dicit notos, quibus & ipse notus erat, quantũ eum tũc nosse potuerunt, certè vel hactenus quòd sciebãt eum innocentem, etiam si hominem tantummodo, & non Deum putabant, quamuis & bonos quos probaret, hic notos dicere potuerit, sicut malos quos improbaret i-
Matth. 7. d gnotos, quibus in fine dicturus est, nõ noui vos. Quod C verò adiungit, Posuerunt me abominationem sibi.) Possunt & illi quidem intelligi quos notos sibi dixit, quia & ipsi genus illius mortis horrebant: sed melius intelligitur de his de quibus suis persecutoribus superiùs loquebatur: Traditus sũ, inquit, & nõ egrediebar.) Vtrũ quia foris erãt discipuli eius, quãdo ipse intus iu-
Matt. 26. f dicabatur, an potius nõ egrediebar altius dictũ debem⁹ accipere, id est, in interioribus meis latebã, nõ ostẽdebã quis essem, nõ propalabar, non manifestabar? Et ideo sequitur: Oculi mei infirmati sunt ab inopia. Nam quos eius oculos intellecturi sumus? Nã si exteriores in carne in qua patiebatur positos, nõ eos in ei⁹ passione legimus infirmatos ab inopia, id est, tanquã fame, vt assolet, lãguisse. Post cœnã quippe suã traditus, & eodẽ die crucifixus est. Si interiores, quomodo infirmati sũt ab inopia, cùm in eis esset lux indeficiẽs? Sed nimirum oculos suos dixit membra: quæ in suo corpore cui ca-D put est, ipse clariora & eminẽtiora & præcipua diligebat. De quo corpore Apostolus loquens, & de nostro
1. Cor. 12. c corpore similitudinem adhibens, ait: Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totũ corpus auditus, vbi odoratus? Si fuissent omnia vnũ mẽbrum, vbi corpus? Nunc autẽ multa mẽbra, vnum autẽ corpus. Nõ potest dicere oculus manibus, Opus vobis nõ habeo. Et si dixerit manus: Quia non sum oculus, nõ sum de corpore: num ideo non est de corpore? Quid autem his verbis vellet intelligi, euidentius expressit dicens: Vos autem estis
1. Cor. 12. d corpus Christi & membra. Quapropter & illi oculi, id est, sancti Apostoli, quibus nõ reuelauerat caro & sanguis, sed pater eius qui in cælis est, vt Petrus diceret: Tu
Matt. 16. e es Christus filius Dei viui, videntes eum tradi, ac tanta perpeti mala, quoniam non eum videbant qualem volebant, quia non egrediebatur, id est, nõ manifestabatur in virtute & potẽtia sua, sed in suis interioribus occultis omnia quasi superatus atque impotens sufferabat: infirmati sunt ab inopia, velut subtracto sibi cibo suo, lumine suo. Et clamaui, inquit, ad te Domine.) Hoc quidem & apertissimè fecit, cùm penderet in ligno. Sed quod sequitur, Tota die expandi manus meas ad te) quomodo oporteat accipi, meritò quæritur. Si enĩ in eo quod ait, expandi manus meas, crucis patibulũ intellexerimus: quomodo intellecturi sumus, tota die? Nunquid tota die pependit in ligno, cùm & nox ad totum diem pertineat? Si autem hoc loco diem voluit intelligi, qui præter noctem dies appellari solet, etiam talis diei quando crucifixus est, iam pars prima & non parua transierat. Si autẽ diẽ pro tempore positum velimus accipere, maximè quia hoc nomen genere feminino posuit, quod in Latino eloquio non nisi tempus
B significare solet: quamuis in Græco non ita fit, semper quippe in ea lingua dies feminino genere dicitur, & ideo nostros sic interpretari puto, arctiùs quæstio colligabitur. Quomodo enim toto tempore, si nec saltem vno toto die manus extẽdit in cruce? Porrò si totũ pro parte accipiẽdum esse dicamus, quia isto genere locutionis vti etiã sancta Scriptura consueuit: nõ mihi occurrit exẽplum, totum pro parte etiam tunc posse accipi, quando ipsum verbum additur, & dicitur totum. Nam & in eo quod dixit Dominus in Euangelio: Sic Matt. 12. e
erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: ideo totũ pro parte nõ insolenter accipitur, quia non ait, totis tribus diebus, & totis tribus noctibus. Vnus quippe medius fuit totus dies, duorũ autem partes, primi vltima, vltimi prima. Si autem nõ crucem suam in hac prophetia Psalmi significauit his verbis, sed orationem quam eum ex forma serui fudisse Deo patri Euangelio teste, didicimus, vbi cum & longè ante passionẽ, & sub die passionis, & in ipsa cruce orasse meminimus: nusquã hoc cum tota die fecisse legimus. Proinde cõuenienter per extẽtas manus tota die continuationem bonorũ operũ intelligere possumus, à quorum nunquã intentione cessauit. Sed quia solis prædestinatis ad æternã salutẽ, nõ autẽ omnibus hominibus, nec ipsis inter quos facta sunt eius bona opera profuerunt: ideo consequenter adiecit: Nunquid mortuis facies mirabilia?) Hoc enĩ si de his dictũ putauerimus, quorũ caro examinis facta est, magna mirabilia facta sũt mortuis, cùm quidã eorũ etiã reuixerũt. Et quòd Dũs penetrauit inferna, atq; inde mortis victor Matt. 27. f
ascẽdit, magnũ mortuis miraculũ factũ est. Significat ergo isto verbo quo ait, Nunquid mortuis facies mirabilia, homines corde ita mortuos, vt eos ad vitã fidei tãta Christi mirabilia non mouerẽt. Neque enim propterea dixit nõ eis fieri mirabilia, quia nõ ea vidẽt: sed
quia nõ eis prosunt. Nam sicut hic ait: Tota die expãdi Ioan. 6. c
manus meas ad te, quia omnia opera sua nõ nisi ad voluntatem patris refert, sæpissimè se contestans ideo venisse, vt voluntatem patris impleret: ita quia eadẽ opera etiam infidelis populus vidit, ali⁹ Propheta dicit.
Tota die expandi manus meas ad populum, non cre- Esaiæ 65. a
dentem & contradicentẽ. Ipsi sunt mortui, quibus nõ sunt facta mirabilia, nõ quòd ea nõ viderunt, sed quòd per ea non reuixerunt. Quod autem sequitur, Aut medici exuscitabunt, & confitebuntur tibi?) Id est, quia non à medicis exuscitabuntur homines vt confiteantur tibi. In Hebræo quidem aliter se habere firmatur, non enim medici, sed gigantes esse perhibentur. Verùm Septuaginta interpretes, quorum authoritas tãta est, vt non immeritò propter mirabilẽ consonantiam

diuino ſpiritu interpretati eſſe credãtur: de vocis ſimi-
litudine qua in Hebræa lingua gigãtes & medici penè
eodem modo ſonant, & exigua differẽtia diſtinguun-
tur, nõ errore, ſed potius occaſione, quomodò iſto lo-
co accipiendi eſſent gigantes, ſignificare voluerunt. Si
enim ſuperbos gigãtium nomine inſinuatos intelligã-
1.Cor.1.c mus, de quibus dicit Apoſtolus, Vbi ſapiẽs, vbi ſcriba,
vbi conquiſitor huius ſeculi: nõ fuit incongruum eoſ-
dẽ medicos nuncupare, velut per artem ſapientiæ ſuæ
Pſalm. 3. promittentes animarum ſalutem. Cõtra quos dicitur:
Domini eſt ſalus. Si autẽ in bono acceperimus gigãtes,
Pſal.18.a quia & de ipſo Domino dictum eſt: Exultauit vt gigas
ad currundam viam: quod ita ſit gigas gigantium, ma-
Eſa. 2. a gnorum ſcilicet & fortiſſimorum, qui in eius Eccleſia
ſpiritali robore excellũt, ſicuti eſt mõs montium: quia
de illo ſcriptum eſt: Erit in nouiſſimis temporibus ma-
nifeſtus mons Domini paratus in cacumine mõtium,
ſicut etiam ſanctus ſanctorum: non eſt abſurdum vt idẽ
ipſi magni & fortes etiam medici vocẽtur. Vnde dicit
B Apoſtolus Paulus: Si quomodo æmulari potero carnẽ
Rom.11,b meã, vt ſaluos faciam aliquos ex illis. Sed etiã tales me-
dici quãuis non de ſuo curent, quia nec medici corpo-
ris curant de ſuo, tamẽ quantũlibet per fidele miniſte-
riũ opitulentur ſaluti, viuentes curare poſſunt, nõ mor-
tuos excitare: de quibus dictũ eſt: Nũquid mortuis fa-
cies mirabilia? Nimis enim occulta Dei gratia eſt, qua
hominũ mentes quodãmodo reuiuiſcunt, vt poſſint à
quibuslibet eius miniſtris præcepta ſanitatis audire.
Quã gratiam commendat in Euãgelio Dominus dicẽs:
Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me tra-
Ioan. 6.g xerit eum. Et paulo pòſt aperti⁹ hoc ipſum repetẽs ait:
Verba quę ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt:
ſed ſunt quidam ex vobis qui non credunt. Deinde in-
terponit Euangeliſta: Sciebat enim ab initio Ieſus qui
eſſent credituri, & quis traditurus eſſet eũ. Et ſecutus
atque ipſius Domini verba coniungens ait: Et dicebat:
Propterea, dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me,
niſi fuerit ei datum à patre meo. Suprà dixerat: Sed ſũt C
quidã ex vobis qui non credunt: & tanquam huius rei
cauſam exponens: Propterea, inquit, dixi vobis, quia
Ibidem. nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à patre
meo: vt oſtẽderet eam ipſam fidẽ qua credit, & ex mor-
4. ſen. diſt. te ſui cordis anima reuiuiſcit, dari nobis à Deo. Quãtũ-
18. hic quę- libet ergo exiſtãt excellẽtes verbi prædicatores & ve-
ritur in eu fine. ritatis, etiã per miracula ſua fortes, tãquã magni medi-
ci agũt cũ hominibus, ſi mortui ſũt & tua gratia nõ re-
uixerint: nũquid mortuis facies mirabilia, aut medici
exuſcitabũt, & hi quos exuſcitabũt confitebuntur tibi?
Hæc enim cõfeſſio indicat viuos, nõ ſicut alibi ſcriptũ
Eccl. 17. d eſt, A mortuo velut qui nõ ſit, perit cõfeſſio. Nunquid
enarrabit quis in ſepulchro miſericordiã tuã, & verita-
tẽ tuam in perditione?) Subauditur quod ſuprà dictũ
eſt, vt etiã iſte verſ⁹ ita ſe habeat, ac ſi dictũ ſit: Nũquid
enarrabit quis veritatem tuã in perditione? Miſericor-
diam quippe & veritatem amat Scriptura coniungere,
maximè in Pſalmis. Quod verò ait, in perditione, alio
verbo repetiuit quod ſuprà dixerat, in ſepulchro: ſic e-
nim dictum eſt, in ſepulcho, vt intelligantur ij qui ſunt
in ſepulchro, qui & ſuperiùs ſignificati ſunt nomine
mortuorum, vbi ait: Nunquid mortuis facies mirabi-
lia? Animæ namque mortuæ corpus ſepulchrum eſt.
Matt.23.c vnde Dominus in Euãgelio talibus dicit: Similes eſtis
ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus
ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum &
omni ſpurcitia: ſic & vos à foris quidem apparetis ho-
minibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & ini-
quitate. Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia
tua, & iuſtitia tua in terra oblita?) Quod eſt in tenebris,
hoc eſt in terra oblita. Infideles enim ſignificantur no-
A mine tenebrarum. Hinc dicit Apoſtolus: Fuiſtis enim
aliquanquo tenebræ. Sic & terra oblita, homo eſt qui
Epheſ.5.b oblitus eſt Deũ. Poteſt nãque anima infidelis vſque ad
tãtas tenebras peruenire, vt dicat ſtultus in corde ſuo,
Pſal. 13. non eſt Deus. Totus ergo iſte ſenſus ita continuatur at-
que contexitur: Clamaui ad te Domine inter paſſio-
nes meas, tota die expãdi manus meas ad te: id eſt, non
deſtiti ad te glorificandum extendere opera mea. Cur
ergo impij in me ſęquiunt, niſi quia mortuis non facies
mirabilia? Id eſt, non eis commouẽtur ad fidẽ, nec me-
dici eos exuſcitabunt vt cõfiteantur tibi, in quibus oc-
culta gratia tua non operatur qua trahuntur vt credãt:
Ioan. 6.e quia nemo venit ad me, niſi quem tu attraxeris. Nam
quis enarrabit in ſepulchro miſericordiã tuam: id eſt:
anime mortuę, cuius mors iacet ſub corporis põdere?
& veritatem tuam in perditione, hoc eſt, in tali morte
nihil †bonũ valenti credere atque ſentire? Nunquid e-
al. horum. nim in tenebris huius mortis, hoc eſt, in homine qui te
B obliuiſcendo vitæ lumen amiſit, tua mirabilia & iuſti-
tia cognoſcentur? Occurrebat autem queſtio, quiſnam
Pſal 51. ſit vſus iſtorum mortuorum, quid ex his agat Deus ad
vtilitatem corporis Chriſti q̃ eſt Eccleſia: vt in eis de-
mõſtretur, quę ſit Dei gratia in prędeſtinatis, qui ſecũ-
dũ propoſitũ vocati ſũt. Vnde ipſũ corpus in alio pſal-
mo dicit: Deus me⁹ miſericordia ei⁹ præueniet me: De⁹
meus demonſtrauit mihi in inimicis meis. Ergo & hic
ſequitur ac dicit: Et ego ad te Dñe clamaui.) In quibus
verbis intelligẽdus eſt Dñs Chriſtus ex voce corporis
ſui loquens, id eſt, Eccleſiæ. Quid eſt enĩ, & ego: niſi quia
fuimus & nos aliquando natura filij iræ, ſicut & cæteri?
Epheſ.2.c Sed ad te clamaui vt ſaluus eſſẽ. Quis enim me diſcer-
nit ab aliis filiis iræ, cùm Apoſtolum audiã ingratos ter-
ribiliter increpantem ac dicentẽ: Quis enim te diſcer-
1.Cor.4.b nit? Quid autem habes quod nõ accepiſti? Si autem ac-
cepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Domini eſt
Pſal.3.& 32. ſalus. Gigas autẽ in multitudine virtutis ſuæ non erit
ſaluus: ſed, ſicut ſcriptum eſt, Qui inuocauerit nomen
Rom.10.b Domini, ſaluus erit. Quomodo autem inuocabunt, in
quem non crediderũt? Aut quomodo credent ei, quẽ
non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædi-
Ibidem.e. cante? Aut quomodo prædicabũt, ſi nõ mittãtur? Sicut
ſcriptum eſt: Quàm ſpecioſi pedes eorum qui annun-
ciant pacem, qui annunciãt bona. Ipſi ſunt medici cu-
rantes à latronibus ſauciatũ, ſed Dominus perduxit eũ
Luc. 10.f ad ſtabulũ: quia ipſi ſunt etiam operantes in agro Do-
minico: nec tamen qui plãtat, eſt aliquid, aut qui rigat,
ſed qui incrementũ dat Deus. Ideo & ego ad Dominũ
clamaui: hoc eſt, Dominum vt ſaluus eſſem inuocaui. 1.Cor.3.a
Quomodo autem inuocarem, niſi crederem? Quomo-
do crederem, niſi audirem? Sed vt audita crederẽ, ipſe
me attraxit: quia in occulto à morte cordis non quili-
bet medicus, ſed ipſe excitauit. Nanque multi audie-
D runt: quia in omnem terram exiit ſonus eorũ, & in fi-
nes orbis terræ verba eorum. Sed non omnium eſt fi-
des, & nouit Dominus qui ſunt eius. Ac per hoc nec
credere potuiſſem, niſi me Dei miſericordia præueniſ-
ſet, & quia mortuos ſuſcitat, & vocat ea quæ non ſunt,
tanquam ea quę ſunt, me in occultis vocando & ſuſci-
tando, & trahendo à tenebris eduxiſſet, & ad lumẽ fi-
dei perduxiſſet. Ideo ſequitur. Et mane oratio mea
præueniet te.) Iam mane, poſteaquam nox infidelita-
tis & tenebræ tranſierunt. Quod mane vt mihi eſſet,
miſericordia quidem tua præuenit me. Sed quia reſtat
illa clarificatio, vbi illuminabuntur occulta tenebra-
rum, & manifeſtabuntur cogitationes cordis, & tunc
laus erit vnicuique à te: nunc autem in iſta vita, in iſta
peregrinatione, in hac luce fidei, quæ in comparatio-
ne

ne tenebrarũ infidelium iam dies eſt, ſed in cõparatio-
ne diei, vbi videbimus facie ad faciẽ, adhuc nox eſt, ad- A
huc oratio mea præueniet te. Vt autem iſta feruefcat &
exerceatur oratio, quod nobis quantũ expediat, nullis,
vt opinor, verbis explicari poteſt: differtur bonũ quod
in æternum dabitur, & mala trãſitoria crebreſcũt. Ideo
ſequitur. Vt quid Domine repuliſti orationem meam?)
Pſalm.21. Hoc & illis verbis dictum eſt: Deus Deus meus reſpice
me, vt quid me dereliquiſti? Cauſa cognoſcẽda propo-
ſita eſt, non tanquã ſine cauſa hoc faceret Dei occulta
ſapiẽtia: ita & hic: Vt quid Domine repuliſti orationẽ
meã? Huius tamẽ rei cauſa ſi diligenter aduertatur, iam
ſuperius indicata eſt. Ad hoc enim oratio ſanctorũ di-
latione tanti beneficij & tribulationũ aduerſitate quaſi
repellitur: vt tanquam ignis flatu repercuſſus inflãme-
tur ardẽtius. Exequitur itaque breuiter etiã tribulatio-
nes corporis Chriſti. Neque enim in ſolo capite factæ
Act. 9.a ſunt, cùm & Saulo dictum ſit: Quid me perſequeris? Et
ipſe iam Paulus tãquam electum membrum in eodem B
corpore poſitus dicat, vt ſuppleã quæ deſunt preſſura-
rum Chriſti in carne mea. Vt quid ergo Domine repu-
liſti orationem meã? Auertiſti faciem tuam à me? Inops
ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea, exaltatus autẽ
humiliatus ſum & cõturbatus. In me trãſierunt iræ tuæ,
& terrores tui conturbauerunt me. Circundederũt me
ſicut aqua tota die, circundederunt me ſimul. Elongaſti
à me amicũ & proximũ & notos meos à miſeria.) Cõ-
tigerunt & contingunt omnia hæc in mẽbris corporis
Chriſti: & auerti Deus ab orãtibus faciẽ, nõ exaudiẽdo
ad id quod volunt quando ſibi neſciunt non expedire
quod petunt. Et inops eſt Eccleſia, cùm eſurit & ſitit
peregrina, vnde ſatiẽtur in patria: & in laboribus eſt à
iuuẽtute ſua. Ipſum enim corpus Chriſti & in alio Pſal-
mo dicit: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Et
Pſal.128. ad hoc exaltantur etiam in ſeculo iſto quædam mẽbra
eius, vt in eis ſit maior humilitas: & ſuper ipſũ corpus,
id eſt, vnitatem ſanctorum atque fidelium cui caput eſt C
Chriſtus, tranſeunt iræ Dei non autẽ manent: quia non
Ioan. 3.d de fideli, ſed infideli dictum eſt: Ira Dei manet ſuper eũ.
Et terrores Dei conturbant infirmitatem fideliũ: quia
omne quod accidere poteſt, etiam ſi non accidat, pru-
Ibidem.e. denter timetur. Et aliquando terrores ipſi ita contur-
bant animũ cogitantis circũpendẽtibus malis, vt ſicut
aqua vndique circumfluere videantur, & ſimul circun-
dare metuentẽ. Et quia Eccleſiæ in hoc mũdo peregri-
nanti iſta non deſunt, dum modò in illis membris eius
vſquequaque contingũt: ideo dixit, tota die: continua-
tionem ſignificans temporis, donec finiatur hoc ſecu-
lum. Et ſæpe amici & noti periclitantes ſecũdum ſecu-
lum, ſanctos formidine deſerunt? de quibus dicit Apo-
2.Tim.4.c ſtolus: Omnes me reliquerunt, non illis imputetur. Sed
vt quid hæc omnia, niſi vt oratio huius ſancti corporis
mane, id eſt, poſt noctem infidelitatis in luce fidei præ-
ueniat Deum, donec veniat ſalus illa, in cuius nondum D
Rom.8.c re, ſed iam ſpe ſalui facti ſumus, eámque cum patientia
fideliter expectamus: vbi nec repellet Dominus oratio-
nem noſtram, quoniam tunc nihil erit petendum, ſed
quicquid rectè petitum eſt, obtinendum. Nec faciem
ſuam auerte à nobis, quoniam videbimus eum ſicuti
eſt. Nec inopes erimus, quia copia noſtra ipſe Deus erit,
omnia in omnibus: nec laborabimus, quia nulla rema-
nebit infirmitas. Nec exaltati humiliabimur & contur-
babimur, quia nulla ibi erit aduerſitas: nec iram Dei vel
tranſeuntem ſuſtinebimus, quia in eius benignitate ma-
nentes manebimus: nec terrores eius nos conturba-
bunt, quia promiſſa reddita nobis obuiabunt: nec terri-
tus longè fiet à nobis notus & amicus, vbi nullus erit
qui timeatur inimicus.

IN PSALMVM LXXXVIII. *enarratio.*

PSALMVM iſtum de quo loqui propoſuimus cha-
ritati veſtræ, donante Domino, accipite de ſpe quã
habemus in Chriſto Ieſu Domino noſtro: & erigite a-
nimos, quia ille qui promiſit ita cætera cõpleturus eſt,
vt multa cõpleuit. Dat enim nobis ad eum fiduciã, nõ
meritum noſtrum, ſed illius miſericordia. Et ipſe eſt,
quantum arbitror, Intellectus Ethan Iſraelitæ:) Vndẽ
iſte Pſalmus titulum accepit.) Audieras enim quis ho-
mo fuerit qui vocabatur Ethã: interpretatio tamẽ no-
minis huius robuſtũ indicat. Et nemo in hoc ſeculo ro-
buſtus eſt, niſi in ſpe promiſſionis Dei. Quantum enim
attinet ad merita noſtra, infirmi ſumus: quantum ad e-
ius miſericordiam, robuſti ſumus. Itaque iſte infirmus
in ſe, robuſtus in miſericordia Dei, inde cœpit.

CONCIO PRIMA, DE *prima parte Pſalmi.*

MISERICORDIAS tuas Domine in æternum cã-
tabo: In generationẽ & generationẽ annũciabo
veritatem tuam in ore meo.) Obſequantur membra,
inquit, mea, Domino meo loquor, ſed tua loquor: an-
nũciabo veritatẽ tuã in ore meo. Si non obſequor, ſer-
uus nõ ſum: ſi à me loquor, mẽdax ſũ. Ergo vt & abs te
dicã, & ego dicã, duo quędã ſunt. Vnũ tuũ, vnũ meũ:
veritas tua, os meũ. Quam ergo veritatem annunciet,
quas miſericordias cãtet, audiamus. Quoniam dixiſti,
in æternum miſericordia ædificabitur.) Hoc cãto, hæc
eſt veritas tua, huic annunciandæ ſeruit os meum: quo-
niam dixiſti, in æternũ miſericordia ædificabitur. Sic,
inquis, ędifico, vt non deſtruam, quoniam quoſdã ſic
deſtrues vt non ędifices, quoſdam verò ſic deſtrues, vt
ædifices. Niſi enim quidã deſtruerentur vt ædificarẽ-
tur, non diceretur Hieremię. Ecce poſui te ad deſtruc-
tionem, & ad ædificationem. Et vtique omnes qui i- Hier. 1.v.
dola colebant, & lapidibus ſeruiebãt, in Chriſto nõ æ-
dificarentur, niſi in priſtino errore deſtruerentur. Rur-
ſus niſi quidã ita deſtruerẽtur, vt non ædificarẽtur, nõ
diceretur, Deſtrues eos, & nõ ædificabis illos. Propter
eos ergo qui deſtruũtur & ædificãtur, ne putarẽt ędifi- Pſal. 27.
cationẽ qua ædificantur, eſſe tẽporalẽ, ſicut tẽporalis
fuit ruina inqua deſtruũtur, tenuit ſe iſte cuius os ſeruit
veritati Dei, ad ipſam veritatẽ Dei: Ideo annunciabo.
Ideo dico. Quoniã dixiſti, ſecurus homo dico, quoniã
tu Deus dixiſti. Quia & ſi ego in verbo meo fluctuarẽ,
verbo tuo confirmarer, quoniam dixiſti. Quid dixiſti?
In ęternũ miſericordia ędificabitur. In cęlis prępara-
tur veritas tua.) Quomodo ſuperi⁹, ita in ſequentibus:
Miſericordias tuas Dñe, inquit, in æternum cãtabo. In
generationem & generationẽ annunciabo veritatem
tuã in ore meo. Dixit miſericordias, dixit veritatẽ, ita
rurſus vtrũque cõiunxit, quoniã dixiſti, in æternũ ædi-
ficabitur miſericordia, in cælis præparabitur veritas
tua. Et hic repetiuit miſericordiam & veritatem. Vni- Pſal.24.
uerſæ enim viæ Domini miſericordia & veritas. Ne-
que enim exhiberetur veritas in impletione promiſſo-
rum, niſi præcederet miſericordia in remiſſione pec-
catorum. Deinde quoniam populo Iſrael etiam ſecũ-
dum carnem veniẽti de ſemine Abrahæ promiſſa erãt
multa propheticè, & ita ille populus propagatus eſt, in
quo implerẽtur promiſſa Dei, non autem clauſit Deus
fontem bonitatis ſuæ etiam in alienigenas gẽtes, quas
ſub angelis conſtituerat, portionem ſibi faciens popu-
lum Iſrael. In hæc duo & Apoſtol⁹ diſtinctè diſtribuit
miſericordiam Domini & veritatem. Ait enim Chri-
ſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter verita-
tem Dei ad confirmandas promiſſiones patrum. Ecce Rom.15.b

quia nõ fefellit Deus, ecce quia non repulit Deus plebẽ
suam quam præsciuit. Etenim cùm de casu Iudæorum A
ageretur, ne quis putaret sic illos improbatos, vt nihil
frumenti ex illa ventilatione in horreũ mitteretur: ait
Rom.11.a Apostolus, Non repulit Deus plebem suam quam præs-
ciuit: nam & ego Israelita sum. Si totum illud spinæ fue-
runt, vnde hoc granum vobis loquor? Ergo impleta est
Ephe. 2.d veritas Dei in iis qui ex Israelitis crediderunt, & venit
vnus paries ex circuncisione applicans se ad lapidẽ an-
gularem. Sed ille lapis angulum non faceret, nisi alium
parietem ex gentibus susciperet. Ille itaque paries tan-
quam propriè pertinet ad veritatem, iste autem alius ad
Rom 15.b misericordiam. Dico enim, inquit, Iesum Christum, mi-
nistrũ fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad
confirmandas promissiones patrum, gentes autem su-
per misericordia glorificare Deũ. Meritò in cælis præ-
parabitur veritas tua. Etenim omnes illi Israelitæ voca-
ti apostoli, cæli facti sunt qui enarrant gloriam Dei. De
Psalm.18. his cælis dicitur: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera B
manuum eius annunciat firmamentum: vt noueritis de
his cælis dici, certè de his in consequenti expressius di-
ctum est: Non sunt loquelæ neque sermones, quorum
non audiantur voces eorum. Quære quorũ, nõ inuenis
nisi cælorũ. Si ergo apostoli sunt, quorũ in omnibus lo-
quelis vox audita est, ipsi sunt de quibus dictum est: In
Rom.10.d omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrę
verba eorum: quia etsi assumpti hinc sunt antequã ec-
clesia impleret orbem terrarum, tamẽ verba eorũ per-
uenerũt vsque ad terminos orbis terrarum. Bene acci-
pimus in his impletum quod nũc legimus, in cælis pre-
parabitur veritas tua. Disposui testamẽtũ electis meis.)
Dixisti, intellexisti: hoc totum dixisti: Disposui testamẽ-
tum electis meis. Quod testamentum, nisi Nouum te-
stamentũ? Quod testamentum, nisi quo renouamur ad
nouam hæreditatem? Quod testamentum, nisi cuius hę-
reditatis desiderio & amore cantamus canticum nouũ?
Disposui, inquit, testamentum electis meis: Iuraui Da-
uid seruo meo.) Quàm securus loquitur iste qui intelli-
git, cuius os seruit veritati? Quoniam dixisti securus lo-
quor. Si securum me facis, quia dixisti: quanto securio-
rem quia iurasti? Dei quippe iuratio, promissionis est
cõfirmatio. Bene prohibetur homo iurare: ne cõsuetu-
Matth.5.f dine iurãdi, quia potest homo falli, etiam in periurium
prolabatur. Deus solus securus iurat, quia falli nõ potest.
Videamus ergo quid iurauerit Deus. Iuraui, inquit, da-
uid seruo meo: Vsque in æternũ præparabo semen tuũ.)
Galat.3.c Semen Dauid quod est, nisi semen Abrahæ? Quod autẽ
Ephes. 5. c semen Abrahæ? Et semini tuo, inquit, quod est Christ⁹.
Sed fortè ille Christus caput ecclesię, saluator corporis,
semen est Abrahæ, & ideo Dauid: nos autem nõ sumus
semẽ Abrahæ, immò verò sumus, sicut Apostolus ait:
Galat 3.d Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secun-
dũ promissionẽ hæredes. Sic ergo hic accipiamus fra-
tres, Vsque in æternum præparabo semen tuum, non D
tantum illam carnem Christi natam ex Maria virgine,
sed etiam nos omnes credentes in Christo. Illius enim
capitis membra sumus, non potest hoc corpus decol-
lari. Si in æternum caput, in æternum gloriantur & mẽ-
bra, vt sit ille Christus integer in æternum. Vsque in
æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo in
generationem & generationem sedem tuam.) Puta-
mus hoc dixit, in æternum, quod in generationem &
generationem, quoniam & suprà dixerat, in genera-
tionem & generationem annunciabo veritatem tuam
in ore meo? Quid est, in generationem & generatio-
nem? In omnem generationem. Non enim totiens re-
petendum erat verbum, quotiens generatio venit &
transit. Ergo multiplicatio generationũ in repetitione
significata & commẽdata est. An fortè duæ generatio-
nes sunt intelligẽdæ, sicut nostis, sicut iam insinuatum
vestræ charitati retinetis? Est enim generatio nunc car-
nis, & sanguinis, erit generatio futura in resurrectione
mortuorũ. Prædicatur hic Christus, prædicabitur ibi:
sed hic prædicatur vt credatur, ibi prædicabitur vt vi-
deatur. Ædificabo in generationẽ & generationẽ sedẽ
tuã. Nunc autem Christus habet in nobis sedem suam,
ædificata est sedes eius in nobis: Nisi enim sederet
in nobis, nõ nos regeret: si autem ab illo nõ regeremur,
à nobis ipsis pręcipitaremur. Sedet ergo in nobis, regnãs
in nobis: sedet etiã in illa generatione quæ fuerit ex re-
surrectione mortuorũ. In æternũ Christus regnabit in
sanctis suis. Hoc promisit Deus, hoc dixit Deus: si parũ
est, hoc iurauit Deus. Quia ergo non secũdũ merita no-
stra, sed secundum illius misericordiam firma est pro-
missio: nemo debet cum trepidatione prædicare, vnde
nõ potest dubitare. Fiat ergo in cordibus nostris robur
illud, vnde Ethan nomẽ accepit robustus corde: prædi-
cemus veritatem Dei, eloquiũ Dei, promissa Dei, iura-
tionẽ Dei, & his modis omni ex parte firmati prædice-
mus, & portãdo Deũ cæli simus. Confitebũtur cæli mi-
rabilia tua Domine.) Non merita sua cõfitebũtur cæli,
sed cõfitebũtur mirabilia tua Dñe. In omni enim mise-
ricordia perditorum, in iustificatione impiorum, quid
laudamus nisi mirabilia Dei? Laudas quia resurrexerũt
mortui, plus lauda quia redẽpti sũt perditi. Quę gratia,
quæ misericordia Dei? Vides hominẽ heri voraginem
ebriositatis, hodie ornamẽtũ sobrietatis: vides hominẽ
heri cœnũ luxurię, hodie decus tẽperãtiæ. Vides homi-
nẽ heri blasphemator ẽ Dei, hodie laudatorẽ Dei: vides
hominẽ heri seruũ creaturę, hodie cultorem creatoris.
Ab istis omnibus desperationib⁹ ita homines cõuertũ-
tur: non respiciãt ad merita sua, fiãt cæli. Confiteantur
cæli mirabilia eius, à quo facti sũt cæli. Quoniã videbõ, Psal. 8.
inquit, cælos opera digitorũ tuorũ. Cõfitebuntur cæli
mirabilia tua dñe. Et vt noueritis, quia cęli cõfitebũtur, C
videte vbi cofitebũtur: sequitur enim, Et veritatẽ tuã in
ecclesia sanctorũ.) De cælis ergo nulla dubitatio est, q
intelligatur prædicatores verbi veritatis. Et vbi cõfite-
buntur cæli mirabilia tua & veritatẽ tuã? In ecclesia san-
ctorũ. Excipiat ecclesia rorẽ cælorũ, sitiẽti terræ pluãt
cæli, & germinet excipiens pluuiã germina bona, opera
bona: ne pro bona pluuia det spinas, & pro horreo ex-
pectet ignem. Cõfitebũtur cæli mirabilia tua Domine,
& veritatẽ tuam in ecclesia sanctorũ. Cæli ergo cõfite-
bũtur mirabilia tua, & veritatẽ tuã. Totũ quicquid prę-
dicãt cæli, ex te est, & de te est: & ideo securi prædicãt.
Norũt enim quẽ prædicãt, quia nõ possunt de prædica-
to erubescere. Quid prædicant cæli? Quid confitebũtur
in ecclesia sanctorum? Quoniam quis in nubibus æqua-
bitur Domino? Hoccine cæli cõfitebuntur, hoc cæli
pluent? Quid? Quoniam quis in nubibus æquabitur Do-
mino? Inde securi prædicatores, quoniam nemo in nu-
bibus æquabitur Domino. Magna laus vobis videtur
fratres, non æquari nubes creatori. Si intelligatur sine
mysterio ad literam, non magna laus est, Domino non
æquari nubes. Quid enim? Stellæ quæ sunt supra nu-
bes, æquantur Domino? Quid enim? Sol, luna, angeli,
cæli, comparari poterunt Domino? Quid est quod pro
magno ait: Quoniã quis in nubib⁹ æquabitur Domino?
Intelligimus fratres, nubes istas sicut cælos, prædicato-
res esse veritatis, prophetas, apostolos, annunciato-
res verbi Dei. Nam ista omnia genera prædicatorum
nubes esse dictas, ex illa prophetia intelligimus, vbi
Deus iratus vineę suę dixit. Mandabo nubibus meis ne
pluant super eã imbrem. Quam vineam explicat & desi- Esa.5.b
gnat apertissimè dicẽs, Vinea Domini Sabaoth, dom⁹
Israel

Israël est. Ne tu aliter intelligas vineam, & relictis om-
nibus significatis terram scruteris: Vinea, inquit, Domi-
ni Sabaoth, domus Israël est. Non intelligat aliud, sed A
intelligat domus Israël se esse vineam meam: se intelli-
gat mihi non dedisse vuã, sed spinas: se intelligat ingra-
tam extitisse plantatori atque cultori, ingratã extitisse
irrigatori. Ergo si vinea Domini Sabaoth domus Israël
est, quid dixit iratus? Mandabo nubibus meis ne pluant
super eam imbrẽ. Et reuera ita fecit: Missi sunt Apostoli
tanquam nubes vt pluerent Iudæis, & illi verbum Dei
repellentes, quia pro vuis spinas dederunt, dixerunt A-
Act.13.g. postoli: Ad vos missi eramus, sed quia repulistis verbũ
Dei, imus ad gẽtes. Ex illo cœperunt nubes non pluere
pluuiam super vineam illam. Si igitur nubes prædicato-
res sunt veritatis, quæramus primò quare sint nubes.
Iidem quippe cæli, iidem nubes: cæli propter fulgorem
veritatis, nubes propter occulta carnis: nubes enĩ om-
nes nebulosæ sunt propter mortalitatem, & veniunt &
transeunt propter ipsa occulta carnis, id est, occulta nu-
1.Cor.4.a bium. Ait Apostolus: Nolite ante tempus quicquam iu- B
dicare, donec veniat Dominus, & illuminet abscondi-
ta tenebrarum. Nunc ergo quid loquatur homo, vides,
quid gestet in corde, nõ vides: quod exprimitur de nu-
be vides, quod seruatur in nube, non vides. Cuius enim
oculi nubẽ penetrant? Ergo nubes in carne prædicato-
res veritatis. Venit & ipse omniũ creator in carne. Sed
quis in nubibus æquabitur Domino? Et quis similis erit
Domino in filiis Dei? Ergo nemo in filiis Dei similis e-
rit filio Dei. Et ipse dictus est filius Dei, & nos dicti su-
mus filij Dei. Sed quis erit similis Domino in filiis Dei?
Ille vnicus, nos multi. Ille vnus, nos in illo vnum. Ille
natus, nos adoptati: ille ab æterno filius vnigenitus per
naturã, nos à tẽpore facti per gratiã: ille sine vllo pecca-
to, nos per illũ liberati à peccato. Quis ergo in nubibus
æquabitur Domino, aut quis similis erit Domino in fi-
liis Dei? Dicimur nubes propter carnem, & sumus præ-
dicatores veritatis propter imbrẽ nubiũ. Sed caro no-
stra aliter venit, caro illius aliter. Dicimur & filij Dei, C
sed ille aliter filius Dei. Illius nubes ex virgine, ille filius
ex ęternitate æqualis patri. Quis ergo in nubibus ęqua-
bitur Dño, aut quis similis erit Dño in filiis Dei? Dicat
Matth.16.b ipse Domin⁹ vtrũ similẽ inueniat. Quẽ me dicũt homi-
nes esse filium hominis? Ecce enim quia videor, quia
cõspicior, quia inter vos ambulo, & fortasse præsentia
viluĩ: dicite: Quẽ me dicũt homines esse filiũ hominis?
Certè quia filiũ hominis vidẽt, nubẽ vident: dicant vel
dicite, quẽ me dicũt homines esse. Et respõderũt dicta
hominũ: Alij dicunt Hieremiam, alij Heliã, alij Ioannẽ
Baptistam, aut vnũ ex prophetis. Nominatæ sunt multę
nubes & filij Dei. Et enim quia iusti & sancti, vtique &
ipsi filij Dei. Hieremias, Helias, Ioannes, filij Dei & nu-
bes: quia prędicatores Dei. Dixistis, quas nubes me ho-
mines esse putẽt, & in quibus filiis Dei me homines nu-
merent: dicite & vos, quẽ me dicitis esse. Respondens D
Ibidem.e Petrus pro omnibus, pro vnitate vnus: Tu es, inquit,
Christus filius Dei viui. Quoniã quis in nubibus æqua-
bitur Dño, aut quis similis erit Dño inter filios Dei? Tu
es Christus filius Dei viui: nõ quomodo filij Dei, qui ti-
bi nõ ęquãtur. Venisti in carne, sed nõ quomodo nubes,
quæ tibi non æquantur. Quis enim tu cui respondetur,
Tu es Christus filius Dei viui: quẽ putauerũt alij homi-
nes non sancti, non iusti, vnũ ex prophetis, aut Heliam,
aut Hieremiam, aut Ioannẽ Baptistam? Quis ergo es tu?
Audi quod sequitur. Deus glorificandus in consilio iu-
storum.) Quis ergo in nubibus æquabitur Domino, aut
quis similis erit Domino in filiis Dei, quando ille Deus
est glorificandus in consilis iustorũ? Quoniam non pos-
sunt æquales illi esse, consilium ipsorum sit credere in
illũ. Quoniam nõ possunt æquales illi esse nubes & filij
Dei: restat cõsiliũ fragilitatis humanæ, vt qui gloriatur, A 1.Cor.1.d
in Domino glorietur. Deus glorificãdus in consilio iu-
storum: Magnus & terribilis in omnes qui in circuitu e-
ius sunt.) Vbique Deus. Qui ergo in circuitu eius sunt,
qui vbique est? Si enim habet aliquos in circuitu, quasi
vndique finitus intelligitur. Porrò si verũ dictum est à
Deo & de Deo: Magnitudinis eius nõ est finis: qui rema-
nẽt, qui sunt in circuitu eius, nisi quia ille quivbique est:
voluit per carnẽ in vno loco nasci, in vna gente cõuer-
sari, in vno loco crucifigi, ex vno loco resurgere, ex vno Luc. 2.a, &
loco in cęlũ ascẽdere? Vbi hoc fecit, in circuitu eius gẽ- 23.e.f.g.
tes sũt. Si ibi remaneret vbi ista fecit, nõ esset magnus &
terribilis in omnes, qui in circuitu eius sunt. Quia verò
ibi sic prædicauit, vt inde sui nominis mitteret prędica-
tores per omnes gẽtes toto orbe terrarũ: faciẽdo mira-
cula per seruos suos factus est magn⁹ & terribilis in om-
nes qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutũ quis
similis tibi? Potẽs es Dñe, & veritas tua in circuitu tuo.)
Magna potẽtia tua: tu fecisti cęlũ & terrã, & omnia quę
in eis sunt. Sed plus est misericordia tua, quæ exhibuit
veritatẽ tuã in circuitu tuo. Si enim ibi solũ prędicare-
ris, vbi nasci, vbi pati, vbi resurgere, vnde ascẽdere vo- Mat.27.d.e
luisti, impleta esset illa veritas promissionis Dei ad cõ- & 28.g
firmãdas promissiones patrũ: sed nõ impleretur. Gẽtes
autẽ super misericordia glorificare Deũ, nisi illa veritas
expãderetur, & ab illo loco vbi apparere voluisti, in cir- Rom. 15. b
cuitu diffunderetur. Tu quidẽ in illo loco de nube pro-
pria intonuisti, sed ad rigãdũ in circuitu gẽtiũ alias nu-
bes misisti. Verè potens implesti quod dixisti: Amodò Matth.24.e
videbitis filiũ hominis venientẽ in nubibus cæli. Potẽs
es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Sed cũ cœpit
veritas tua in circuitu prędicari, vtique fremuerũt gen-
tes, & populi meditati sunt inania. Astiterũt reges terrę, Psal. 2.
& principes conuenerũt in vnũ aduersus Dominum, &
aduersus Christũ eius. Vtique cùm cœpisset veritas tua
prædicari in circuitu tuo, tanquã venires ad ducendam
cõiugem ex alienigenis: occurrit leo fremẽs, & suffoca-
tus est à te. Hoc enim præfiguratum est in Sãpson. Et il-
lius verbis meis sine nomine illius dictis nõ acclamare- Iudic. 14.b
tis, nisi agnosceretis, audistis enim vt illi qui soletis cõ-
plui à nubibus Dei. Ergo veritas tua in circuitu tuo. Sed
quãdo sine persecutionibus, quando sine contradictio-
nibus, cùm dictũ sit eum natum in signũ cui cõtradici-
tur? Quia ergo illa gens vbi nasci, vbi cõuersari voluisti,
tanquã terra erat separata à fluctibus gẽtiũ, vt appareret Luc. 2.d
arida cõpluenda, reliquę autẽ gentes mare erãt in ama-
ritudine sterilitatis suæ: quid facient prædicatores tui
spargentes veritatẽ tuã in circuitu tuo, quoniã fremũt
fluctus maris? quid facient? Tu dominaris potestati ma-
ris.) Nã quid fecit mare sæuiendo, nisi diem quẽ hodie
celebramus? Martyres occidit, semina sanguinis sparsit,
seges ecclesiæ pullulauit. Secure ergo pergant nubes:
diffundant veritatem tuam in circuitu tuo, non ti-
meant rabidos fluctus. Tu dominaris potestati maris.
Mouetur quidem mare, & contradicit mare perstre-
pit mare: sed fidelis Deus qui non vos sinet tentari su-
pra id quod potestis. Quia ergo fidelis est qui non vos 2.Cor.10.d
sinit tentari supra id quod potestis. Motum autem flu-
ctuum eius tu mitigas.) Denique vt placaretur mare,
imò vt eneruaretur rabies maris, quid in ipso mari fe-
cisti? Tu humiliasti sicut vulneratum superbũ.) Est qui- Amos. 9.b
dẽ superbus draco in mari, de quo alia scriptura dicit:
Mãdabo draconi ibi vt mordeat eum: est draco de quo
dicitur: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei, cuius
caput contundit super aquã. Tu, inquit, humiliasti sicut Psal. 103.
vulneratũ superbũ. Humiliasti te, & humiliatus est su-
perbus. Superbus enim per superbiã superbos tenebat:

humiliatus eſt magnus,credens autem in eum factus eſt
paruus.Dum nutritur paruus exemplo magni facti par- A
ui,quod tenebat diabolus perdidit:quia ſuperbus non
niſi ſuperbos tenebat. Dato tãto humilitatis exemplo,
didicerunt homines damnare ſuperbiã ſuã,imitari hu-
militatem Chriſti. Ita ergo ille perdẽdo quos tenebat,
etiam ipſe humiliatus eſt,nõ correctus, ſed proſtratus.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Humiliatus
es,& humiliaſti,vulneratus es & vulneraſti:neque enim
eum non vulneraret ſanguis tuus qui effuſus eſt, vt de-
leret chirographum peccatorum.Vnde enim ſuperbie-
Coloſſ. 2.c. bat,niſi quia cautionem contra nos tenebat? Hanc tu
cautionem,hoc chirographum tuo ſanguine deleuiſti:
illum ergo vulneraſti,cui tot abſtuliſti.Vulneratũ enim
intelligas diabolum, non penetrata carne quam non
habet,ſed percuſſo corde, vbi ſuperbus eſt. Et in bra-
chio virtutis tuę diſperſiſti inimicos tuos.Tui ſunt cęli,
& tua eſt terra.) A te pluant, ſuper terram pluant. Tui
ſunt cæli per quos prædicata eſt veritas in circuitu tuo: B
tua eſt terra,quæ excipit veritatem in circuitu tuo.De-
nique quid de illa pluuia factum eſt? Orbem terrarum
& plenitudinem eius tu fundaſti: Aquilonem & maria
tu creaſti.)Nõ enim aliquid contra te valet,cõtra crea-
torem ſuum.Et malitia quidem per ſuæ voluntatis per-
uerſitatem ſæuire poteſt mundus, tanquam tamen ex-
cedit modum poſitũ à creatore, qui fecit omnia. Quid
Eſaiæ. 14.c ergo timeo Aquilonem?quid timeo maria?Eſt quidem
in Aquilone diabolus,qui dixit: Ponam ſedem meam
in Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo:ſed humiliaſti ſi-
cut vulneratum ſuperbum.Ergo quod in illis tu feciſti,
plus valet ad dominationem tuam, quàm illorum vo-
luntas ad malitiam ſuã. Aquilonem & maria tu creaſti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.)Mõtes
iſti intelligũtur,ſed aliquid ſignificãt. Thabor & Hermõ
in nomine tuo exultabũt.) Thabor interpretari dicitur
Matt. 5.b veniens lumẽ. Sed vnde venit lumẽ de quo dictum eſt:
Ioan. 1.a Vos eſtis lumen mũdi:niſi ab illo de quo dictũ eſt: Erat C
lumen verum,quod illuminat omnem hominẽ venien-
tem in hunc mundum?Illud ergo lumen quod eſt lumẽ
mundi,ab illo lumine venit quod non aliunde accendi-
tur,vt timendum ſit ne extinguatur. Ergo venit lumen
ab illo,lucerna illa quæ non ponitur ſub modio, ſed ſu-
per candelabrum,veniens lumen Thabor.Hermõ autẽ
interpretatur anathema eius. Meritò venit lumẽ, & fa-
ctũ eſt anathema eius.Cuius, niſi diaboli vulnerati ſu-
perbi?Vt ergo illuminaremur,abs te datũ eſt:vt anathe-
ma nobis eſſet,qui nos in ſuo errore & ſuperbia detine-
bat,à te nobis eſt.Ergo Thabor&Hermõ in nomine tuo
exultabunt,non in meritis ſuis,ſed in nomine tuo dicẽt
Pſalm. 113. enim iſti:Nõ nobis Domine,non nobis,ſed nomini tuo
da gloriam,propter mare ſæuiens,ne fortè dicãt gẽtes,
vbi eſt Deus eorũ.Tuũ brachium cum potẽtia.)Nemo
ſibi aliquid arroget.Tuum brachium cum potentia:à te
facti ſumus,à te defenſi ſumus. Tuũ brachium cũ potẽ- D
tia:Confirmetur manus tua, & exaltetur dextera tua,
iuſtitia & iudiciũ præparatio ſedis tuæ.) Apparebit in fi-
ne iuſtitia tua & iudiciũ tuũ, nunc occulta ſunt iſta. Et
de iudicio tuo dicitur in alio Pſalmo: Pro occultis filij
Pſal. 9.a erit manifeſtatio iudicij tui & iuſtitiæ tuę.Ponẽtur qui-
Matt. 25.c dam ad dexteram, & quidam ad ſiniſtram: & expaueſ-
cent infideles, cùm viderint quod modò irridentes nõ
credunt. Gaudebunt iuſti, cùm viderint quod modò
non videntes credunt. Iuſtitia & iudicium præparatio
ſedis tuæ: vtique in die iudicij. Nunc ergo quid? Mi-
ſericordia & veritas præeunt faciem tuam.) Præpara-
tionem ſedis tuæ, iuſtitiam tuam & iudicium tuum,
venturum timerem, niſi antecederet te miſericordia
& veritas tua. Quid timeam in fine iudicia tua, quan-
do præcedente miſericordia tua deles peccata mea, &
exhibendo veritatẽ,imples promiſſa tua? Miſericordia
& veritas præeunt faciem tuam? Vniuerſæ, inquit, viæ
Domini miſericordia & veritas. In his omnibus non Pſal. 24.
exultabimus,aut quod exultamus capiemus, aut verba
ſufficient lætitiæ noſtræ,aut lingua idonea erit explica-
re gaudiũ noſtrũ?Si ergo nulla verba ſufficiunt: Beatus
populus ſciens iubilationem.) O beate popule,putas in-
telligis iubilationem?Nullo modo beatus es, niſi intel-
ligas iubilationẽ. Quid eſt,intelligas iubilationẽ? Scias
vnde gaudeas,quod verbis explicare non poſſis. Gau- 1.Cor. 1.d
diũ enim tuum non de te,vt qui gloriantur,in Domino
gloriẽtur.Noli ergo exultare in ſuperbia tua,ſed in gra-
tia Dei.Vide ipſam gratiam tantam eſſe, cui lingua ex-
plicandæ nõ ſit idonea, & intellexiſti iubilationem: de-
nique ſi intellexiſti in gratia iubilationem,ipſius gratiæ
audi commendationẽ. Beatus certè populus ſciens iu-
bilationẽ.Quã iubilationẽ? Vide ſi non de gratia, vide
ſi nõ de Deo, & omnino non de te. Domine in lumine
vultus tui ambulabunt.)Thabor ille veniens lumẽ, niſi
in lumine vultus tui ambulet, vento ſuperbiæ lucerna
extinguitur.Domine in lumine vultus tui ambulabunt:
Et in nomine tuo exultabunt tota die.) Thabor ille &
Hermon in nomine tuo exultabunt.Si volunt tota die,
in nomine tuo:ſin autem exultabunt in nomine ſuo,nõ
tota die exultabunt. Nõ enim in gaudio perſeuerabũt,
quando de ſeipſis gaudebũt, & per ſuperbiam cadent.
Ergo vt tota die exultent,in nomine tuo exultabũt: Et
in iuſtitia tua exaltabũtur.Non in ſua iuſtitia,ſed in tua:
ne ſint zelũ Dei habẽtes, ſed non ſecundum ſcientiam. Rom. 10.a
Quidam enim notantur ab Apoſtolo quòd zelum Dei
habeant,ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes Dei
iuſtitiã, & ſuam volentes cõſtituere, & nõ in lumine tuo
exultantes,iuſtitiæ Dei no ſunt ſubiecti.Sed vnde?Quia
zelum Dei habent,ſed non ſecundum ſcientiam. Popu-
pulus autem ſciens iubilationem. Illi enim non ſecun-
dum ſcientiam: beatus autem populus non neſciens,
ſed ſciens iubilationem.Vnde debet iubilare, vnde de-
bet exultare, niſi in nomine tuo ambulans in lumine
vultus tui?Et exaltari quidem merebitur, ſed in iuſtitia
tua. Auferat de medio iuſtitiam ſuam, & humilietur:
veniet Dei iuſtitia, & exaltabitur. Et in iuſtitia tua ex-
altabũtur.Quoniã gloria virtutis eorum tu es, & in be-
neplacito tuo exaltabitur cornu noſtrũ.) Quia tibi be-
neplacuit,nõ quia nos digni ſumus. Quoniã Domini eſt
ſuſceptio.)Nã ego vt cumulus arenæ impulſus ſũ vt ca-
derẽ: & cecidiſſẽ, niſi Dominus ſuſcepiſſet me.Quoniã
Domini eſt ſuſceptio:Et ſancti Iſrael regis noſtri.) Ipſe
ſuſceptio,ipſe te illuminat: eius lumine tutus es,in eius
lumine ambulas, iuſtitia ei⁹ † exaltaris.Ipſe te ſuſcepit, al. exultas.
infirmitatẽ tuã ipſe cuſtodit,ipſe te facit robuſtũ de ſe,
nõ de te.Tũc locutus es in aſpectu filiis tuis, & dixiſti.)
Locutus es in aſpectu tuo, reuelaſti hoc prophetis tuis.
Ideo locutus es eis in aſpectu,id eſt,in reuelatione: vn-
de prophetæ videntes dicebantur. Viderunt quiddam
intus quod dicerent foris, & in occulto audierũt quod
palàm prædicauerunt. Tunc locutus es in aſpectu filiis
tuis, & dixiſti: Poſui adiutorium ſuper potentem.)
Intellexiſtis quem potentem? Exaltaui electum de
populo meo.) Intelligitis quem electum? quem iam
gaudetis exaltatum.Inueni Dauid ſeruum meum.) Iu-
ſtum Dauid, ex ſemine Dauid. In oleo ſancto meo
vnxi eum.) De illo enim dicitur: Vnxit te Deus Deus Pſal. 44.
tuus oleo exultationis præ participibus tuis .Manus
enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confor-
tabit eum.) Secundum quod ſuſceptio hominis facta
eſt, ſecundum quod caro in vtero virginis aſſumpta Luc. 1.d
eſt, ſecundum quod ab illo qui in forma Dei æqualis Philip. 2.a
eſt

eſt patri, forma ſerui ſuſcepta eſt: & factus eſt obediẽs
vſque ad mortem,mortẽ autem crucis. Non proficiet A
inimicus in eo.Sæuit quidẽ inimicus,ſed non proficiet
in eo:ſolet quidẽ nocere,ſed non nocebit.Quid eſt er-
go quod affliget?Exercebit,non nocebit.Proderit ſæ-
uiendo,quia in quos ſęuit,coronabũtur vincẽdo.quid
enim vincitur,ſi nihil cõtra nos ſæuit? Aut vbi adiutor
noſter Deus,ſi nos nõ dimicamus?Inimicus ergo faciat
quod ſuũ eſt:ſed non proficiet inimicus in eo.Et filius
iniquitatis nõ apponet nocere ei.Et concidã inimicos
eius à facie illius.)Conciduntur à cõſpiratione ſua, &
quod credunt cõciduntur.Paulatim enim credunt,tã-
quam cõminuto capite vituli, veniẽt in potum populi
Dei.Cõminuit enĩ caput vituli Moyſes,ſparſit in aqua,
Exod. 32.c & dedit bibere filiis Iſraël. Cõminuuntur omnes infi-
deles,credunt paulatim, & à populo Dei bibuntur, in
corpus Chriſti traiiciuntur.Et concidã inimicos eius à
facie illius.Et eos qui oderunt eũ,fugabo.) Fugabo ne B
Pſal. 138. noceant.Sed fugatorũ iſtorũ fortè aliqui dicunt: Quò
ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiã? Et vidẽtes nõ
ſe habere quò fugiant,ab omnipotente, cõuerſi fugiũt
ad omnipotentẽ.Et eos qui oderunt eum, fugabo: Et
Pſalm. 24. veritas mea & miſericordia mea cum ipſo eſt.) Vniuer-
ſæ viæ Domini miſericordia & veritas.Memẽtote quã-
tũ poteſtis,quàm ſæpe nobis cõmendẽtur duo hæc, vt
reddamus illa Deo.Sicut enim ipſe exhibuit nobis mi-
ſericordiã,vt deleret peccata noſtra, & veritatẽ vt im-
pleret promiſſa ſua:ſic & nos ambulãtes in via eius de-
bemus ei reddere miſericordiã & veritatẽ: miſericor-
diã,vt miſerorum miſereamur:veritatẽ, vt non iniquè
iudicemus?Non tibi tollat veritas miſericordiam, nec
miſericordia impediat veritatẽ.Si enim per miſericor-
diã iudicaueris contra veritatẽ,aut quaſi rigida verita-
te oblitus fueris miſericordiã: nõ ambulabis in via Dei,
vbi miſericordia & veritas occurrerunt ſibi. Et in no-
mine meo exaltabitur cornu eius.) Quid opus eſt vt C
immoremur?Chriſtiani eſtis:Chriſtũ agnoſcite.Et po-
nã in mari manum eius.) Hoc eſt, dominabitur genti-
bus.Et in fluminibus dexterã eius.) Flumina currũt in
mare, cupidi homines in amaritudinem huius ſeculi
prolabuntur:omnia tamen iſta genera Chriſto ſubdita
erunt.Ipſe inuocauit me, pater meus es tu, Deus meus
& ſuſceptor ſalutis meæ. Et ego primogenitũ ponam
eũ,excelſum apud reges terræ.)Martyres noſtri quorũ
natalitia celebramus,ſanguinẽ ſuum propter hæc cre-
dita, & nondũ viſa fuderũt. Quando fortiores nos eſſe
debemus videndo,per quod illi crediderũt?Excelſum
enim apud reges terrę illi nondum viderãt Chriſtum,
adhuc principes cõueniebant in vnũ aduerſus Domi-
Pſalm. 2. num & aduerſus Chriſtum eius. Nondum impletum
erat quod in ipſo Pſalmo ſequitur: Et nũc reges intel-
ligite, erudimini oẽs qui iudicatis terrã: iã ergo factus
eſt Chriſtus excelſus apud reges terræ. In æternũ ſer- D
uabo illi miſericordiã meam, & teſtamentũ meũ fidele
ipſi.)Propter ipſum fidele teſtamentũ,in ipſo mediatũ
eſt teſtamentum:ipſe mediator teſtamẽti,ipſe ſignator
teſtamẽti,ipſe fideiuſſor teſtamẽti,ipſe teſtis teſtamẽti,
ipſe hæreditas teſtamenti,ipſe cohæres teſtamenti. Et
ponã in ſeculum ſeculi ſemen eius.Non tantùm in hoc
ſeculo,ſed in ſeculũ ſeculi, quò tranſibit vtique ſemen
Galat. 3. d. eius.Quę eſt hæreditas eius? Semen Abrahæ quod eſt
Chriſtus.Si autẽ vos Chriſti, ergo Abrahæ ſemẽ eſtis.
Et ſi in æternũ accepturi hæreditatẽ,ponet in ſeculum
ſeculi ſemen eius.Et thronũ eius ſicut dies cęli.)Thro-
ni regnũ terrenorum ſicut dies terrę.Alij ſunt dies cæ-
li,alij ſunt dies terræ.Dies cæli anni ſunt illi,de quibus
Pſalm. 101. dicitur:Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficient.
Dies terræ ſuccedẽtibus vrgentur, præcedẽtes exclu-
duntur:nec qui ſuccedunt,manẽt,ſed veniunt vt eant,
& penè antequã veniant eunt.Ita ſunt dies terrę. Dies
autẽ cęli qui?Et vnus dies cęli, & illi anni non deficien-
tes,nec initium habent nec terminũ:nec vllus dies tibi
anguſtatur inter heſternũ & craſtinũ. Nemo ibi expe-
ctat futurum, nemo ibi perdit pręteritum:ſed dies cęli
ſemper pręſentes ſunt, vbi erit thronus eius in æternũ.
Quod reſtat,ſi placet,ſeruemus: quoniã lõgus eſt Pſal-
mus, & adhuc vobiſcũ aliquid in nomine Chriſti actu-
ri ſumus. Reficite ergo vires,nõ dico animi veſtri;nam
video quòd animo infatigabiles eſtis: ſed propter ſer-
uos animæ vt durent in miniſterio corpora veſtra, ali-
quantulum reficimini, & refecti ad cibos redite.

CONCIO SECVNDA,

de ſecunda parte eiuſdem Pſalmi.

AD reliqua Pſalmi, de quo in matutino locuti ſu-
mus,animum intendite, & pium debitum exigite:
eo reddituro per nos, qui fecit nos & vos. Dominus
Chriſtus in ſuperiorib. pſalmi ex promiſſo Dei annũ-
ciabatur, & adhuc in his verbis etiã quæ tractaturi ſu-
mus, ipſe annũciatur: de illo enĩ inter cætera paulo ſu-
periùs dictum erat:Et ego primogenitũ ponã eum,ex-
celſum præ regibus terræ. In æternũ ſeruabo illi miſe-
ricordiam meã, & teſtamentũ meum fidele ipſi. Et po-
nam in ſeculũ ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut
dies cęli. De his & de omnibus ſuprà ab ipſo exordio
quę potuimus diximus. ſequitur autẽ:Si dereliquerint
filij eius legẽ meã, & in iudiciis meis nõ ambulauerint:
Si iuſtificationes meas profanauerint, & mandata mea
non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum,
& in flagellis delicta eorum: Miſericordiã verò meam
non diſpergã ab eis,neque nocebo eis in veritate mea.
Neque profanabo teſtamentum meũ, & quę procedũt
de labiis meis,nõ reprobabo.) Magnum firmamentũ,
firmamentum promiſſionis Dei.Filij huius Dauid,filij
C ſunt ſpõſi:oẽs ergo Chriſtiani, filij eius dicũtur.Multũ
eſt autem quod promittit Deus,quia ſi Chriſtiani,hoc
eſt,filij eius dereliquerint,inquit,legem meã, & in iudi-
ciis meis nõ ambulauerint, ſi iuſtificationes meas pro-
fanauerint, & mandata mea nõ cuſtodierint: non con-
temnã eos,neque in perditione dimittã eos. Sed quid
faciã? Viſitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis
delicta eorum. Non ergo tantũ miſericordia vocantis
eſt,ſed & verberantis & flagellantis. Sit itaque manus
paterna ſuper te, & ſi filius bonus es, noli repellere di-
ſciplinã patris tui. Quis eſt enĩ filius, cui non dat diſci-
plinã pater eius? Det diſciplinã,dum nõ auferat miſeri-
cordiã. Cędat contumacem,dum tamen reddat hęre-
ditatẽ. Tu ſi promiſſa patris bene agnouiſti: nõ timeas
flagellari,ſed exhęredari.Quẽ enim diligit Deus, cor- Hebr. 12. b
ripit: flagellat autẽ omnem filiũ quẽ recipit. Peccator
filius dedignatur flagellari, cùm ſine peccato videat
D vnicum flagellatum?Viſitabo ergo,ait,in virga iniqui-
tates eorũ.Sic & apoſtolus cõminatur:Quid vultis? In 1.Cor. 4.d
virga veniã ad vos? Abſit vt dicerent pij filij, ſi cũ vir-
ga venturus es, noli venire. Melius eſt enim erudiri in
virga patris,quàm in blandimẽto perire prædonis.Vi-
ſitabo,inquit,in virga iniquitates eorum, & in flagellis
delicta eorum.Miſericordiã verò meam non diſpergã
ab eo. A quo? Ab illo ſcilicet Dauid cui talia promiſi,
quẽ vnxi in oleo ſancto meo præ participibus ſuis. A-
gnoſcitis eũ à quo non diſperget Deus miſericordiam
ſuã;ne quis fortè ſolicitus dicat: Quandoquidẽ Chri-
ſtum dicit, à quo ſe miſericordiam ſuã nõ diſperſurum
eſſe confirmat,quid ergo peccator? Nũquid enim hoc
dixit:Miſericordiam autẽ meam nõ diſpergam ab eis?
Viſitabo,inquit,in virga iniquitates eorũ, & in flagel-
lis delicta eorũ.Expectabas ad ſecuritatẽ tuam,miſeri-

cordiã verò meam non dispergam ab eis. Et quidẽ hoc nonnulli codices habẽt, sed emẽdatiores nõ habẽt: tamen & qui hoc habent, nihil ab re habent. Quomodo enim à Christo misericordiã suam nõ dispergit? Nunquid ipse saluator corporis, vel in terra vel in cęlo peccauit, qui sedet ad dexterã eius, & interpellat pro nobis? A Christo tamen: sed à mẽbris eius, à corpore eius
Rom. 8.g
quod est ecclesia. Sic enĩ pro magno dicit quod ab illo non dispergat misericordiã suam, quasi non agnoscamus vnigenitum filiũ qui est in sinu patris: non enĩ pro persona sua ibi comparatur homo, sed vna persona est Deus & homo. Ergo ab eo non dispergit misericordiã suã, cùm à mẽbris eius, cũ ab eius corpore nõ dispergit misericordiã suam, in quo & ipse in terra persecutiones
Act. 9.a
patiebatur, cùm iã sederet in cælo: & non de cælo clamabat, Saule Saule, quid persequeris seruos meos: nec, quid persequeris sanctos meos: nec, quid persequeris discipulos meos: sed, Quid me persequeris? Sicut ergo eùm eum sedentẽ in cælo nemo persequeretur, clamauit, quid me persequeris, eùm caput mẽbra sua cognosceret, & à cõpage corporis sui caput charitas non separaret: sic cùm misericordiã suam nõ dispergit ab eo, à nobis vtique non dispergit, qui sumus mẽbra eius & corpus eius. Nec ideo tamen debemus secuti peccare: & peruerse nobis polliceri, quoniã quicquid fecerimus non perimus. Sunt enim quædam peccata & quædam iniquitates, de quibus quidẽ differere atque definire, aut impossibile nobis est: aut si iã esset possibile, certè
1. Ioan. 1. d
tẽpori longum esset. Nemo enim potest se dicere esse sine peccato, quia si dixerit, mentietur. Si enim dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ergo vnusquisque pro peccatis suis necessariò flagellatur, sed ab eo si Christianus est, Dei misericordia nõ dispergitur. Planè si in tantas ieris iniquitates, vt repellas à te virgã verberantis, si repellas manũ flagellãtis, & de disciplina Dei indigneris, & fugias à patre cædente, & nolis eũ verberantem patrem pati, quia nõ parcit peccanti, tu te alienasti ab hæreditate, ipse te nõ abiecit: nã si maneres flagellatus, nõ remaneres exhæredatus. Misericordiam verò, inquit, meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Ad hoc enim non dispergetur misericordia liberantis, vt nõ noceat veritas vindicantis. Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non reprobabo. Non quia filij eius peccant, ideo ego mẽdax inueniar: promisi, facio. Pone quia volunt illi etiã cum desperatione peccare, & sic ire omnino in peccata, vt offendant oculos patris, & exhæredari mereãtur: nónne ipse est Deus, de quo dictum est: De lapi-
Matth. 3.c
dibus istis suscitabis filios Abrahæ? Itaque dico vobis fratres, multi Christiani tolerabiliter peccãt, multi flagello à peccato corriguntur, & emendantur, & sanantur: multi omnino auersi, dura ceruice obnitentes aduersus disciplinã patris, & ipsam omnino Dei hæreditatẽ recusantes, habentes tamẽ signum Christi, eunt in tales iniquitates, vt non possint nisi recitari inter eos;
Galat. 5. d
quoniã qui talia agunt, regnũ Dei nõ possidebunt. Nõ
Matth. 3. c. & 7. g
2. Tim. 2. d
tamen propter hos remanebit Christus sine hæreditate, non propter paleã etiam frumenta interibunt, non propter pisces malos nihil ex illa sagena mittetur in vascula. Nouit Dominus qui sunt eius. Securus enim
Rom. 8. f
promisit, qui nos antequã essemus prędestinauit. Quos autẽ prædestinauit, illos & vocauit: quos autẽ vocauit, illos & iustificauit: quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit. Peccent quantũ volunt desperati, respondeant membra Christi: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Non ergo nocebit Deus in veritate sua, nõ erit fallax, nec profanabit testamentum suum. Manet immobile testamentũ eius, quia ipse sibi præsciens prædestinauit hæredes. Et quæ procedunt de labiis eius, nõ reprobabit. Audisti iam confirmationẽ tuam: audi securitatem tuam, si te in mẽbris Christi esse cognoscis. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.) Expectas vt iterũ iuret Deus. Quotiens iuraturus est, si semel iurando mentitur? Vnam iurationẽ pro vita nostra habuit, qui pro nobis ad mortẽ vnicum suũ misit. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: Semen eius in æternum manebit.) In æternũ manet semen eius, quia nouit Dominus qui sunt eius. Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Sedes eius, quibus dominatur in quibus seder, in quibus regnat. Si sedes eius, & mẽbra eius: quia etiã mẽbra nostra sedes sunt capitis nostri. Videte quẽadmodũ cætera oĩa membra nostra caput portent: caput autẽ ipsum super se non portat aliquid, sed ipsum portatur à cæteris mẽbris nostris, quasi totum corpus hominis sedes sit capitis. Sedes ergo eius oẽs, in quibus
Matth. 13. f
regnat Deus. Sic erunt, inquit, oẽs in conspectu meo sicut sol: quia iusti fulgebunt in regno patris mei sicut sol. Sed sol spiritaliter, non corporaliter: sicut lucet iste
Matth. 5. g
de cælo quem facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Deniq; iste sol in conspectu est, non solũ hominum, verumetiã pecorum minutissimorũque muscarũ. Quod enim quorũlibet vilissimorũ animalium non videt solem istum? At verò de illo sole quid ait propriè? Sicut sol in cõspectu meo. Non in cõspectu hominũ, non in conspectu carnis, nõ in conspectu mortalium animaliũ, sed in cõspectu meo. Et sicut luna. Sed quæ luna? Perfecta in æternũ. Etenĩ etsi perficitur luna ista quã nouimus, alio die incipit minui posteaquã perfecta fuerit. Sicut luna, inquit, perfecta in æternum. Sic perficietur sedes eius tanquã luna: sed luna in æternũ perfecta. Si sol, quare & luna? Per lunam solent significare Scripturæ mortalitatẽ carnis huius, propter augmẽta & decremẽta, propter transitoriam speciem. Denique & Hiericho luna interpretatur. Et
Luc. 10. e
vtique quidã qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones: descẽdebat enim ab immortalitate ad mortalitatẽ. Similis est ergo caro ista lunę, quę omni tẽpore & omni mense patitur augmẽta & decremẽta: sed erit caro ista nostra in resurrectione perfecta, & testis in cælo fidelis. Itaque si in solo animo perficeremur, tantummodo soli nos cõpararet. Rursus si in solo corpore perficeremur, tantũmodo lunæ nos cõpararet. Sed quia perficiet nos Deus & in animo & in corpore, secundũ animum dictũ est, sicut sol in conspectu meo: quia animũ non videt nisi Deus. Et sicut luna iam caro perfecta in æternũ, in resurrectione mortuorũ: & testis in cælo fidelis, quia vera dicebãtur omnia de resurrectione mortuorũ. Obsecro vos audite hoc iterum planius, & mementote. Scio enim quosdã intellexisse, alios verò fortasse quid dixerim adhuc inquirere. In nulla re sic cõtradicitur fidei Christianæ, quàm in resurrectione carnis. Denique ille qui natus est in signũ,
Luc. 2. c
cui cõtradicitur, & ipse carnem suã resuscitauit, vt obuiã iret contradictori: & qui posset mẽbra sua sic sanare, vt ea vulnerata fuisse nõ appareret, cicatrices seruauit in corpore, vt vulnus dubitationis sanaret in corde. In nulla ergo re tã vehementer, tam pertinaciter, tã obnixè & contentiosè contradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectione. Nam de animi immortalitate multi etiã Philosophi gentium multa disputauerunt, & immortalem esse animũ humanũ pluribus & multiplicibus libris conscriptũ memoriæ reliquerunt. Cùm ventum fuerit ad resurrectionem carnis, non titubant, sed apertissimè contradicunt, & contradictio

eorum talis est, vt dicant, fieri nõ posse, vt caro ista terrena possit in cælum ascendere. Ideo luna ista perfecta in æternum, & aduersus omnes contradictores testis in cælo fidelis. Hæc de Christo promissa sunt, quàm certa, quàm firma, quàm aperta, quàm indubitata. Nã etsi quædam sunt tecta mysteriis: quædã tamen sic manifesta, vt ex ipsis facillimè aperiantur obscura. Hæc cùm ita sint, videte quod sequitur: Tu verò repulisti, & ad nihilum deduxisti, distulisti Christũ tuum. Euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctitatem eius. Destruxisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius formidinẽ: Diripuerunt eum omnes transeuntes viã, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexterã inimicorum eius, iocundasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius, & nõ es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emundatione, & sedẽ eius in terra collisisti. Minuisti dies sedis eius, perfudisti eũ confusione.) Quid est hoc? Illa omnia promisisti, tu verò ista cõtraria fecisti. Vbi sunt promissiones ad quas paulo antè gaudebamus, de quibus tã alacriter plaudebamus, de quibus securi gratulabamur? Quasi alius promiserit, alius euerterit. Quod mirãdum est, non alius: sed: Tu verò, tu qui promittebas, tu qui confirmabas, tu qui propter dubitationẽ humanam etiam iurabas, illa promisisti, ista fecisti. Vbi tenebo iusiurandum tuum, vbi inueniã promissum tuum? Hæc promisisti, hęc fecisti. Quid est hoc? Ita verò falsum promitteret Deus, aut falsum iuraret? Quare ergo illa promisit, & ista fecit? Ego dico quia ista fecit, vt promissa firmaret. Sed quis ego qui ista dico? Videamus si hoc veritas dicit, tũc nõ erit inane quod dico. Dauid positus erat, cui promitterentur hæc omnia in semine eius quod est Christus implenda. Propter promissa ergo quæ dicta sunt ad Dauid, expectabãt homines impleri in Dauid. Proinde ne quisquã Christianus cùm diceret de Christo dixit: alius diceret, nõ, sed de illo Dauid dixit, & erraret cùm diceret, cùm videret impleta omnia esse in Dauid: destruxit ea in Dauid, vt cùm videas ea in illo non impleta quę necesse est impleri, quęras alterum in
Genes. 25. c
quo ostendantur impleri. Ita etiam dictum est de Esau & Iacob: Maior seruiet minori: & inuenimus maiorem adoratũ à minore, cùm scriptum sit, Maior seruiet minori. Et cùm in illis duobus præcedentibus videris nõ impletũ: expectes duos populos, in quibus impleatur quod non mẽdax Deus polliceri dignatur. Ecce ex semine tuo, dixit Dauid, ponã super sedẽ tuam. Promisit ex semine eius in æternũ aliquid, & natus est Salomon. Factus est autẽ tantæ sapientiæ tãtæque prudentiæ, vt promissio Dei de semine Dauid in illo putaretur im-
3. R eg. 11. a
pleta. Sed cecidit Salomon, & dedit locum sperandi Christum: vt quoniam Deus nec falli posset nec fallere, quem sciebat casurum, nõ in eo poneret promissum suum, sed post casum eius respiceres tu Deũ, & flagitares promissum tuum. Ergo Domine mentitus es? Non imples quod promisisti? Nõ exhibes quod iurasti? Fortè hic dicturus tibi erat Deus: Iuraui quidem & promisi, sed iste noluit perseuerare. Quid ergo tu Domine Deus? non præsciebas istum non perseueraturum? Vtique sciebas. Quare ergo in nõ perseueraturo mihi quod æternum esset promittebas? nónne tu dixisti: Si dereliquerint legem meã, & in iudiciis meis non ambulauerint, & mandata mea non custodierint, & testamẽtum meum profanauerint: manebit tamen promissio mea, implebitur iuratio mea? Semel iuraui in sancto meo, intus in secreto quodã, in ipso fonte, vnde Prophetæ biberunt qui nobis hæc eructauerunt: Semel iuraui, inquit, si Dauid mẽtiar. Exhibe ergo quod iurasti, redde quod promisisti. Sublatum est de isto Dauid, sic expectaretur in isto Dauid. Expecta ergo quod promisit, nouit illud & ipse Dauid. Vide enim quid dicat: Tu verò repulisti & ad nihilum deduxisti. Ergo vbi est quod promisisti? Distulisti Christum tuum. Quamuis tristitia quædã enumeret, in hoc tamen verbo reficit nos. Manet omnino Deus quod promisisti: nam Christum tuũ non abstulisti, sed distulisti. Huic ergo Dauid, in quo sperabãt ignari promissa sua Deum completurum, videte quid accidit, vt promissa Dei firmiùs in alio sperata cõpleãtur: Distulisti Christum tuum, euertisti testamentum serui tui. Vbi est enim testamentum vetus Iudæorum? vbi est terra illa promissionis, in qua habitantes peccauerunt, qua deleta migrauerunt? Regnum Iudæorum quæris, nõ est: altare Iudæorũ quæris, non est: sacrificium Iudęorum quæris, non est: sacerdotium Iudæorum quæris, non est. Euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctitatem eius. Sancta illa quæ habebant, terrena esse ostendisti. Destruxisti oẽs macerias eius quibus eum munieras. Quãdo enim diriperetur, nisi maceriæ dirutæ fuissent? Posuisti munitiones eius formidinẽ. Quid est formidinem? Vt dicatur pec-
Rom. 11. c
cantibus, Si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: omnes scilicet gentes per viã, hoc est, per vitam istam trãseuntes diripuerunt Israël, diripuerũt Dauid. Primum videte frusta eius in omnibus gentibus: de ip-
Psal. 62.
sis enim dictum est: Partes vulpium erunt. Reges quippe impios vulpes appellauit Scriptura, dolosos & timidos, quos terret virtus aliena. Ideo ipse Dominus cùm de Herode cõminante loqueretur, Dicite, inquit, vulpi illi. Rex qui neminẽ hominum timet, ipse vulpes nõ
Luc. 13. g
est: leo ille de tribu Iuda, cui dicitur: Ascendisti recum-
Gene. 39 b
bens, dormisti sicut leo. Potestate ascendisti, potestate dormisti: quia voluisti dormisti: quia voluisti ascẽdisti: ideo in alio Psalmo dicit: Ego dormiui. Nónne plana
Psal. 3.
erat sententia: Dormiui, & somnum cepi, & exurrexi, quoniã Dominus suscepit me? Quare additũ est ego? Et cũ magno pondere pronũciatum est, ego dormiui. Ego dormiui, illi sæuierunt, illi persecuti sunt, sed si noluissem, non dormissem. Ego dormiui. Ergo de quibus dictum erat, Partes vulpiũ erunt; de his dictũ est nunc: Diripuerunt eum omnes transeuntes viã, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorum eius, iocũdasti omnes inimicos eius. Aduertite Iudęos, & videte omnia impleta quæ prædicta sunt. Auertisti adiutoriũ gladij eius. Quomodo solebant pauci dimicare, multos prosternere? Auertisti adiutorium gladij eius, & non es opitulatus ei in bello. Meritò victus, meritò captus, meritò à regno suo alienatus, meritò dispersus. Eam enim terram perdidit, pro qua Dominum occidit. Auertisti adiutorium gladij eius, & nõ es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emundatione. Quid est hoc? Inter oĩa mala magnus hic terror. Quantumcunque enim cædat Deus, quãtumlibet irascatur, quantumlibet verberet, flagellet ligatũ, tamen flagellet quem mundet, non dissoluet ab emundatione. Si enim dissoluit ab emundatione: iam non habet mundandum, sed proiiciendum. A qua ergo emundatione dissoluitur Iudæus? A fide. Ex fide enim viuimus, & de fide dictum est: Fide mundans corda eorũ. Et quia sola
Actor. 15. b
fides Christi mundat, non credẽtes in Christum soluti sunt ab emũdatione. Dissoluisti eum ab emundatione, & sedẽ eius in terra collisisti: meritò & fregisti, minuisti dies sedis eius. Putabant se in æternum regnaturos; minuisti dies sedis eius, perfudisti eũ confusione. Hæc omnia venerunt Iudæis: non tamẽ ablato Christo, sed dilato. Videamus ergo vtrum impleat Deus promissa sua. Post hęc dura quę commemorauit euenisse illi po-

pulo, & illi regno: ne ibi putaretur Deus impleuisse quod promiserat, & non daret alterum regnũ in Christo, cuius regni non erit finis: alloquitur eum Propheta & dicit: Quousque Domine auerteris in finem?) Fortè enim non in finem & ab ipsis, quia cæcitas ex parte
Rom. 11.d Israël facta est, vt plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Interea tamen. Exardescet sicut ignis ira tua. Memento quæ est substantia mea.) Dauid iste dicit positus in carne in Iudæis, positus in spe in Christo: Memento quæ est substantia mea. Non enim quia Iudæi defecerunt, defecit substantia mea. Etenim de illo populo virgo Maria, de virgine Maria caro Christi: & caro illa non peccatrix, sed peccatorũ mundatrix. Ibi est enim, inquit, substantia mea. Memento
Galat. 3.c quæ est substantia mea. Non enim omnino interiit radix: veniet semẽ cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Memento quæ est substãtia mea: Non enim vanè cõstituisti omnes filios hominũ.) Ecce omnes filij hominum ierunt in vanitatem, tu tamen non vanè illos constituisti. Cùm ergo ierunt oẽs filij hominum in vanitatẽ, quos tu non vanè constituisti: vnde eos mundares à vanitate, nunquid nihil tibi seruasti? Illud quod tibi seruasti vnde mundares homines à vanitate, sanctus ille tuus: in eo substantia mea.
Psal. 4. Ex illo enim mundantur omnes, quos non frustrà cõstituisti, à propria vanitate: quibus dicitur: Filij hominum quousq; graues corde, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Fortè soliciti facti conuerterẽtur à vanitate, inuenirẽt se vanitate inquinatos, quærerẽt vnde mundarentur. Succurre, fac securos. Et scito te quoniã admirabilem fecit Dominus sanctũ suũ. Sanctum suum admirabilem fecit, inde omnes vanitates mundauit. Ibi est, inquit, substantia mea, memento eius. Non enim vanè constituisti oẽs filios hominum. Ergo seruasti aliquid vnde mundarentur. Quis est iste quem seruasti? Quis est homo, qui viuet, & non videbit C mortẽ?) Ergo ille homo, qui viuet, & nõ videbit mortem, ipse mundat à vanitate: non enim in vanitate constituit omnes filios hominum. Aut potest illos cõtemnere, qui fecit illos vt non eos conuerteret, & non mũdaret? Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ? Surgens enim à mortuis iam non moritur, & mors ei
Rom. 6.b vltrà non dominabitur. Denique cùm in alio Psalmo
Psal. 15. scriptum legatur: Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ: assumit hoc testimonium Apostolica disciplina, & ita in Actibus Apostolorum contra infideles disputat, di-
Act. 2.d cens: Viri fratres, scimus quia Dauid Patriarcha mortuus est, & caro eius vidit corruptionẽ. Non ergo de illo dictum est: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Si ergo non de illo dictum est, de quo dictũ est, Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Sed fortè nullus est. Imò, Quis est, vt quæras dictũ est, D non vt desperes. Sed fortè est aliquis homo, qui viuet, & non videbit mortem, non tamen dixit de Christo, qui mortuus est. Nullus omnino homo est, qui viuet, & nõ videbit mortẽ: nisi qui iam pro mortalibus mortuus est. Nã vt scias quia de illo dixit, vide quid sequitur: Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? ergo nunquam fuit in morte? Fuit. Quomodo ergo viuet, & non videbit mortem? Eruet animã suam de manibus inferni.) Ecce verè solus, omnino singulariter solus viuet, & non videbit mortem, & eruet animam suam de manibus inferni: quia etsi cæteri fideles eius resurgent à mortuis, & viuent, & ipsi in æternum, & nõ videbunt mortem, non tamen animam suã ipsi eruent de manibus inferni. Ille qui eruit animam suam de manibus inferni, ipse eruit animas fidelium suorum, ipsi se eruere nõ possunt. Probat, quia ipse animam suã eruit. Potestatem habeo ponẽdi animam meam: & potesta- A Ioan. 10.d
tem habeo iterum sumẽdi eam. Nemo tollit eam à me, quia ego dormiui: sed ipse eam pono à me, & iterũ sumo eam, quia ipse est, qui eruit animam suam de manibus inferni. Sed & in ipsa fide Christi laboratũ est aliquantum, & diu dixerunt gentes frementes: Quando Psal. 40.
morietur, & peribit nomen eius? Propter hos ergo iam in Christum credentes, sed aliquandiu laboraturos, sequitur & dicit: Vbi sunt misericordiæ tuę antiquæ Domine?) Iam agnouimus Christũ mundatorem, iam tenemus in quo comples promissa. Exhibe in illo quod promisisti, ipse est qui viuet, & non videbit mortem. Ipse est qui eruit animam suam de manibus inferni, & nos tamen adhuc laboramus. Dixerunt ista martyres, quorum natalitia celebramus, ipse viuet, & non videbit mortem, ipse eruet animã suam de manibus inferni: & nos propter te mortificamur tota die, deputati Psal. 43.
B sumus velut oues occisionis. Vbi sunt misericordię tuę antiquæ Domine, Quas iurasti Dauid in veritate tua? Memento Domine opprobrij seruorum tuorum.) Iam illo viuente, iam in cælo ad dextram patris sedẽte, opprobria obiecta sunt Christianis: crimen de Christo Christiani diu habuerunt. Vidua illa pariens, & habẽs Esa. 54.a
filios abundantiores quàm illa quę habebat virum, audiuit ignominias, audiuit opprobria: sed Ecclesia multiplicata, extendens in dexteram atque sinistram ignominiam viduitatis suæ, iam non est memor. Memento Domine apud quem est abundantia suauitatis memoriæ tuæ: memento, noli obliuisci. Quid memento? Memento opprobrij seruorum tuorum, Quod continui in sinu meo multarum gentium.) Ibam, inquit, prædicare, & opprobria audiebam: & in sinu meo cõtinebam, quia implebam. Blasphemamur, rogamus, quasi purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema. Diu 1. Cor. 4.e
continuerunt Christiani opprobria in sinu suo, in cor- C de suo: nec audebant resistere conuiciantibus, antequum crimen videretur respõdere pagano. Nunc iam crimen est remanere paganum. Gratias Domino, memor fuit opprobriorum nostrorum: exaltauit cornu Christi sui, fecit admirabilem apud reges terræ. Iam modò nemo insultat Christianis, aut si insultat, nõ publicè insultat: sic loquitur mala vt plus timeat audiri, quàm velit credi. Quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui Domine.) Et Iudæi & Pagani. Quod exprobrauerunt. Quid exprobrauerunt? Commutationem Christi tui. Hoc exprobrauerunt, commutationem Christi tui. Hoc enim obiecerunt, quia mortuus est Christus, quia crucifixus est Christus. Quid obiicitis insani? Quamuis iam nemo est qui obiiciat, tamen si qui reliqui remanserunt, quid obiicitis, quia mortuus est Christus? Ille non perimebatur, sed commutabatur. Mortuus dicitur propter triduum. Ecce quid exprobrauerunt inimici tui. Non amissionem, nõ perditionem: sed planè commutationem Christi tui. Mutatus est ille à temporali vita ad æternam, mutatus est à Iudæis ad gentes: mutatus est etiam à terra in cælum. Eant nunc vani inimici tui, & adhuc exprobrent commutationem Christi tui. Vtinam & ipsi mutentur, & commutationem Christi tui non exprobrabunt. Sed displicet Christi mutatio, Psalm. 54.
quia ipsi mutari nolunt. Neque enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum, quod exprobrauerunt inimici tui commutationem Christi tui. Exprobrauerunt illi commutationem. Tu autem quid? Benedictus Dominus in æternum, (fiat fiat.) Gratias misericordiæ ipsius. Quid dicam aliud, quàm gratias gratiæ ipsius? Nos enim gratias agimus. Non damus, nec reddimus, nec

nec referimus, nec rependimus gratiam: si tantum verbis agimus, retribuimus. Ipse nos gratis saluos fecit, ip- A
se impietates nostras attendit: ipse nos non eum quærentes quæsiuit, inuenit, redemit, liberauit à dominatu diaboli & potestate dæmoniorum. Alligauit nos fide mundandos, vnde soluit illos inimicos qui non credunt, & ideo mundari non possunt. Dicunt qui remãserunt quicquid volunt, quotidie in dies singulos minus minúsque remanebunt: obiiciãt, irrideant, exprobrent, non interitum, sed commutationem Christi tui. Non vident, quia cùm ista dicunt, deficiunt aut non credendo, aut moriendo? Illorum enim maledictio tẽporalis est, benedictio autẽ Domini in æternum: & ad confirmandã benedictionem ne quis timeat, fiat fiat. Ista subscriptio est cautionis Domini. Securi ergo de promissionibus eius, prętérita credamus, prę sentia cognoscamus, futura speremus. Non nos auertat inimicus à via, vt qui colligit nos tanquam pullos suos sub
B alis suis, foueat nos: nec aberremus ab alis eius, ne ac-
al. æreus. cipiter † æthereus rapiat implumes adhuc pullos. Non enim de se debet Christianus sperare, si vult esse firmus: vapore materno nutriatur. Illa est enim gallina colli-
Luc. 13.g Matt. 23.d gens pullos suos, de qua improperatur illi ciuitati infideli Hierusalẽ. Quotiens volui colligere filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alis, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Hinc dictum est: Posuisti munitiones eius formidinem. Quia ergo illi noluerũt contegi sub alis gallinæ huius, & tale exẽplum dederunt quo timere debeamus à volaticis spiritibus immundis, quærentibus quotidie quod rapiant: intremus sub alas gallinæ huius diuinæ sapientiæ, quoniam propter pullos suos infirmata est vsque ad mortem. Amemus Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam eius: illum sicut patrem, istã sicut matrem: illum sicut Dominum, hanc sicut ancillã eius: quia filij
C ancillæ ipsius sumus. Sed matrimoniũ hoc magna charitate cõpaginatur. Nemo offendet vnum, & prometur alterum. Nemo dicat, ad idola quidem vado, arrepticios quidem & sortilegos consulo, sed tamen Dei Ecclesiam non relinquo: catholicus sum. Tenens matrem, offendis patrem. Alius item dicit, Absit à me, nõ consulo sortilegum, non quæro arrepticium, non quęro diuinationes sacrilegas, nec eo ad adoranda dæmonia, non seruio lapidibus: sed tamen in parte Donati sunt. Quid tibi prodest non offensus pater, qui offensam vindicat matrem? Quid prodest si Dominum confiteris, Deum honoras, ipsum prędicas, filiũ eius agnoscis, sedentem ad dexteram patris confiteris: & blasphemas Ecclesiam eius? Non te corrigunt exempla humani cõiugij? Si haberes aliquẽ patronum cui quotidie obsequereris, cuius limina seruiendo contereres, quem quotidie non dico salutares, sed & adorares, cui impenderes fidelia obsequia: si vnum crimen de eius
al. Tonete. coniuge diceres, nunquid domum eius intrares? † At- D
tendite ergo charissimi, tenete omnes vnanimiter Deũ patrem & matrẽ Ecclesiam. Natalitia sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur eos qui præcesserũt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis: vt benedictio Domini in æternum maneat super vos, fiat fiat.

IN PSALMVM LXXXIX. ENARRATIO.

ORATIO Moysi hominis Dei.) Prænotatur Psalmus iste: per quem hominem suũ Deus legem dedit populo suo, quem per eundem hominem suum de domo seruitutis liberãs quadraginta annis per eremũ duxit. Fuit ergo Moyses minister veteris Testamenti, & propheta noui Testamẽti: omnia quippe illa in figura contingebant in illis, sicut ait Apostolus, scripta sunt 1. Cor. 10.a
autem ad correptionem nostram, in quos finis seculorum obuenit. Secundum hanc ergo dispensationem quæ facta est per Moysen, inspiciẽdus est Psalmus iste, qui ex eius oratione titulum accepit. Domine, inquit, refugium factus es nobis in generatione & generatione.) Siue in omni generatione, siue in duabus vetere & noua, quia sicut dixi, minister fuit ille testamẽti pertinentis ad generationem veterem, & propheta testamenti pertinentis ad generationem nouam. Cuius testamenti sponsor sponsusque coniugij, quod de illa generatione sortitus est, ait ipse Iesus: Si crederetis Moy- Ioan. 5.g
si, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Non enim credendum est ab ipso omnino Moyse istum Psalmum fuisse conscriptum, qui vllis eius literis inditus non est, in quibus eius cantica scripta sunt: sed alicuius significationis gratia tam magni meriti serui Dei nomen ad-
B hibitum est, ex quo dirigeretur legentis vel audientis intentio. Factus es, inquit, nobis Domine refugium in generatione & generatione: Quale autem refugium factus sit, quoniam scilicet nobis cœpit esse quod non erat, id est, refugiũ: non autẽ ipse non erat antequã nobis esset refugium, secutus adiunxit: Priusquam mõtes fierent, & formaretur terra, & orbis terræ, & à seculo vsque in seculũ tu es.) Tu ergo qui semper es, & antequam essemus, & antequam mundus esset, refugiũ ex quo ad te cõuersi sumus factus es nobis. Non mihi autem videtur vtcunque intelligendum quod ait: Priusquam montes fierent & formaretur terra: vel, sicut alij codices habent, quod de vno verbo Græco expressum est, fingeretur terra. Montes quippe partes terræ sunt altiores. Et vtique si antequã formaretur terra, Deus est, à quo terra formata est: quid magnũ de montibus vel quibuslibet aliis eius partibus dicitur, cùm sit Deus
C non solùm ante terram, sed & ante cælum & terram, & ante omnẽ corporalem & spiritalem creaturam, Sed nimirum vniuersa creatura rationabilis hac differentia fortasse distincta est: vt montium nomine significarentur celsitudines angelorũ, & terræ nomine humilitas hominũ. Et ideo quamuis omnia quæ creata sunt, non incongruè vel facta vel formata dicantur, tamen si verborum istorum est vlla proprietas, facti sunt angeli: qui cùm in eisdem cælestibus enumerarẽtur op- Gene. 2.a
eribus, ita enumeratio ipsa conclusa est: Ipse dixit & fa- Psal. 148.
cta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Vnde autem homo secundum corpus fieret, terra formata est: nã hoc verbo scriptura vtitur, vbi legimus, vel finxit Deus, vel formauit Deus hominem de limo terræ. Ergo priusquam fierent ea quæ in creatura tua summa atque magna sunt (quid enim maius rationali cælestique creatura?) & priusquã fingeretur terra, vt esset qui te agnosceret & laudaret in terra: & hoc parum est, quia ista cœperunt, siue in tẽpore, siue cum tempore, sed à seculo & vsque in seculum tu es. Quod conueniẽtius diceretur, ab æterno in æternũ. Non enim à seculo Deus, qui est ante secula: aut vsque in seculum, cuius est finis, cùm sit ille sine fine: sed ex ambiguo verbo Græco fit plerunque in Scripturis vt vel seculum pro æterno, vel æternum pro seculo ponat Latinus interpres. Optimè autẽ non ait à seculo tu fuisti, & vsque in seculum tu eris: sed præsentis significationis verbum posuit, insinuans Dei substantiã omni modo incommutabilem, vbi non est, fuit & erit, sed tantũmodo est. Vnde dictum est: Ego sum qui sum: &, Qui est, misit me ad vos: &, Mutabis Exod. 3.a
ea, & mutabuntur, tu autẽ idem ipse es, & anni tui non deficient. Ecce quæ æternitas facta est nobis refugiũ: vt in ea mansuri, ad eã de hac tẽporis mutabilitate fugiamus. Sed quoniã cùm hic sumus, in magnis & mul-

tis tentationibus viuimus, quibus ne auertamur ab isto refugio, metuendum est: intueamur quid consequẽter oratio poscat hominis Dei. Ne auertas hominẽ in humilitatẽ.) Id est, ne à tuis æternis atque sublimibus homo auersus temporalia cõcupiscat, sapiátque terrena. Et hoc à Deo petit quod Deus ipse præcepit: simili omnino sententia quà in oratione dicimus: Ne nos inferas in tentationẽ. Denique & hic adiungit: Et dixisti, conuertimini filij hominum.) Tanquam diceret, hoc à te peto, quod ipse iussisti, dans eius gratiæ gloriã, vt qui gloriatur, in Domino glorietur: sine cuius adiutorio, per arbitrium voluntatis tentationes huius vitæ superare non possumus. Ne auertas, inquit, hominẽ in humilitatem: & tamen tu dixisti: Conuertimini filij hominum. Sed da quod iussisti, precem petentis exaudiẽdo, & adiuuando volentis fidem. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquã dies hesterna est quæ præteriit.) Ideo debemus ad refugiũ tuum, vbi sine vlla mutabilitate tu es, ab his prætereuntibus labentibúsque conuerti: quoniam quãtumlibet huic vitæ longum tẽpus optetur, mille autem anni ante oculos tuos tanquã dies hesternus est qui præteriit, non saltem tanquã dies crastinus qui vẽturus est, ita omnia quæ temporis fine claudunturpro transactis habenda sunt. Vnde & ea sibi Apostoli Pauli postposuit intentio, quæ retrò sunt obliuiscentis, vbi temporalia cuncta oportet intelligi: & in ea quæ ante sunt extenti, quæ appetitio est æternorũ. Ne putarent autẽ aliqui mille annos sic computari apud Deum pro vno die, quasi tã longos dies Deus habeat, cùm hoc ad contẽnendam tẽporis longitudinem dictum sit: ideo addidit: Et sicut vigilia in nocte.) Cùm vigiliæ spatiũ non habeat amplius quàm tres horas: attamẽ ausi sunt homines præsumere scientiã temporum, quod scire cupiẽtibus discipulis Dominus ait: Non est vestrũm scire tempora quæ pater posuit in sua potestate: & definierunt hoc seculum sex annorũ milibus, tanquam sex diebus posse finiri, nec attenderunt quod dictum est, tãquam dies vnus qui præteriit. Non enim quando dictum est, soli mille anni præterierant: & quod eos maximè debuit admonere, ne temporum luderentur incerto, quod est sicut vigilia in nocte. Neque enim sicut de sex diebus aliquid verisimile videntur opinati, propter sex dies primos, quibus Deus perfecit opera sua: sic etiam sex vigilias, id est, horas decẽ & octo possunt illi opinationi coaptare. Deinde iste homo Dei, vel potius propheticus spiritus, velut Dei legẽ in secreta eius sapientia conscriptã, vbi vitæ mortalium peccatrici constituit, procurrendi modum, & mortalitatis ærũnam videtur quodammodo recitare, cùm dicit: Quæ pro nihilo habentur, anni erunt eorũ: Mane sicut herba transeat, mane floreat & pertranseat, vespere decidat, indurescat & arescat.) Felicitas ergo hęredũ veteris Testamẽti, quam pro magno bono expetierunt à Domino Deo suo, hanc legẽ accipere meruit in occulta eius prouidẽtia, quam videtur recitare Moyses: quę pro nihilo habentur, erunt anni eorũ. Pro nihilo enim habentur, quæ antequã veniant, adhuc nõ sunt, cùm venerint, iam non erunt: non enim vt assint veniunt, sed vt non sint. Mane, id est prius, sicut herba transeat, mane floreat & pertrãseat: vespere, id est postea, decidat, durescat & arescat. Decidat vtiq; in mortem, durescat in cadauere, arescat in puluere. Quæ nisi caro, vbi est concupiscentia damnata carnalium? Omnis enim caro fœnum, & claritas hominis, vt flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit, verbũ autem Domini manet in æternum. Hanc autẽ pœnam de peccato venisse non tacens, continuò subiecit: Quoniam defecimus in ira tua, & in indignatione tua cõturbati sumus.) Defecimus in infirmitate, conturbati sumus mortis timore. Infirmi enim facti sumus, & infirmitatẽ finire trepidamus. Alter te, inquit, cinget, & feret quò tu nõ vis: quãuis martyrio non puniendo, sed coronando. Et ipsius Domini anima nos in se transfigurans, tristis erat vsq; ad mortem, quoniam & Domini exitus non nisi mortis. Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo.) Id est, non ab eis dissimulasti. Seculum nostrum in illuminatione vultus tui.) Subauditur, posuisti. In illuminatione autẽ vultus tui dixit, quod superius, in cõspectu tuo: & seculum nostrũ, quod superius iniquitates nostras. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.) Satis in his verbis ostenditur pœnalis esse ista mortalitas. Defecisse dies dicit, siue quòd in eis deficiũt homines amãdo, quæ trãseunt, siue quòd ad paucitatem redacti sunt. quod videtur in consequentibus aperire, cùm dicit: Anni nostri sicut aranea meditabũtur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.) Hæc quidẽ verba videntur exprimere brẽuitatem miseriamque vitæ huius, quia longæui appellantur hoc tempore etiam, qui septuaginta annos vixerunt: vsque ad octoginta autẽ videntur aliquas vires habere. His verò amplius si vixerint, multiplicatis laboribus, & doloribus viuunt. Sed multi & intra septuaginta annos gerunt infirmissimam, & ærũnosissimam senectutem, & sæpe vltra octoginta annos senes mirabiliter vigere probati sunt. Melius est ergo in his numeris spiritale aliquid perscrutari. Neque enĩ super filios Adam, per quem vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, maior ira est Dei; quia multò breuius viuunt quàm vixerunt antiqui: cùm & vitæ ipsorum irrisa sit longitudo, vbi mille anni comparati sunt diei hesterno atque præterito, & horis tribus. Et vtique tunc multum viuebant, quando iram Dei prouocauerunt vsque ad diluuium quo perierunt. Septuaginta porrò anni & octoginta, fiunt centum quinquaginta: quem sacratum esse numerum, satis insinuat liber iste Psalmorum: hanc enim habent in significatione rationem centũ quinquaginta, quam quindecim. Qui numerus fit septem, & octo coniunctis, quorum primus insinuat propter sabbati obseruationem testamentum vetus, secundus testamentum nouum propter Domini resurrectionem. Hinc sunt in templo quindecim gradus, hinc sunt in Psalmis quindecim cantica graduum, hinc quindecim cubitis summos montes aqua diluuij superauit, etsi quibus aliis locis sacratus commendatur hic numerus. Ergo anni nostri, inquit, sicut aranea meditabuntur. In rebus corruptibilibus laborabamus, corruptibilia opera texebamus: quæ nos, secundum Esaiam prophetam, minimè contegebant. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus octoginta anni. Aliud est in ipsis, aliud in potentatibus. In ipsis, hoc est in annis vel diebus ipsis: quod datur intelligi in temporalibus rebus. Ideo septuaginta, quia temporalia promitti videntur in veteri testamento. Si autem non in ipsis annis, sed in potentatibus, id est, non in rebus temporalibus, sed in æternis, octoginta anni, quod nouum testamentum in spe est renouationis, & resurrectionis in æternum. Et amplius eorum labor & dolor: id est, quisquis hanc fidem transgreditur, & amplius aliquid quærit, labores inuenit & dolores. Potest & sic intelligi: Quia licet in nouo testamento constituti simus, quod octogenarius significat numerus, amplius habet hæc vita nostra laborẽ & dolorem: dũ in nobis metipsis

Matth. 6.b
Philip. 3. c.
Genes. 1. d.
Esa. 40.b
Ioan. 21. d
Matt. 26. d
Psalm. 63.
Psalm. 119.
Genes. 7. d.

metipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redẽptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus: & quod nondũ videmus, per patientiam expectamus. Et hoc ad misericordiã Dei pertinet. vnde sequitur & dicit: Quoniam superuenit mãsuetudo, & corripiemur.) Quem enim diligit Deus, corripit? flagellat autẽ omnem filium quem recipit: & dat etiam magnis quibusdam stimulũ carnis, à quo colaphizentur, ne extollãtur in magnitudine reuelationũ suarum, vt virtus in infirmitate perficiatur. Quidã sanè codices nõ habent, corripiemur, sed erudiemur, quod ad eandẽ mansuetudinẽ reuocatur: non enim potest erudiri quisquã sine labore & dolore: quia virtus in infirmitate perficitur. Quis nouit potestatem iræ tuę, & præ timore tuo iram tuã dinumerare?) Valde paucorũ hominum est, inquit, nosse iræ tuę potestatem, quia plerisque ita magis cùm parcis irasceris, vt non ad irã, sed potius ad mãsuetudinem tuã pertinere intelligatur labor & dolor, quo corripis eruditsq; quos diligis, ne pœnis excruciẽtur æternis. sic enim legitur in alio Psalmo? Irritauit Dominum peccator, pro magnitudine iræ suæ nõ exquiret. Quis ergo nouit? Id est, quotusquisque reperitur qui nouerit potestatẽ iræ tuæ, & præ timore iram tuã dinumerare? Etiam hic subauditur, quis nouit. Quàm difficilè inuenitur qui nouerit ita præ timore tuo dinumerare iram tuam, vt etiã hoc addat, & ad eam intelligat pertinere, quòd nonnullis quibus plus irasceris parcere videaris, vt prosperetur peccator in via sua, & maiora recipiat in nouissimo? Potestas quippe humanæ iræ cùm corpus occiderit, amplius nõ habet quid faciat: Deus verò habet potestatẽ & hic punire, & post corporis mortẽ mittere in gehennã. Et à paucis eruditis maior eius ira intelligitur, vana & seductoria felicitas impiorũ. Hãc ille non nouerat cuius penè commoti sunt pedes, quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorũ intuẽs: sed didicit eã, cùm intraret in sanctuariũ Dei, & intelligeret in nouissima, quò pauci intrant vt discant præ timore Dei dinumerare irã eius, & prosperitatẽ hominũ malorum numero applicare pœnarum. Dexteram tuam sic notã fac.) Hoc enim magis habent & codices Græci; non sicut quidã Latini, Dexteram tuam notam fac mihi.) Quid est ergo, dexteram tuam sic notam fac, nisi Christũ tuũ, de quo dictum est: Et brachium Domini cui reuelatum est. sic notam fac, vt in eo discant fideles tui ea magis à te poscere, & sperare præmia fidei, quæ non apparent in veteri Testamento, sed reuelantur in nouo: ne arbitrentur pro magno habendam & cupiendam vel adamandam esse terrenorũ ac temporalium bonorum felicitatem, & commoueãtur pedes eorum, cùm eam viderint, & in eis qui te non colunt, & gressus eorũ effundantur in lapsum, dũ nesciunt dinumerare iram tuã? Denique secũdum orationem hanc hominis sui sic notum fecit Christum suum: vt suis passionibus demõstraret, non ea munera quæ videtur sonare in veteri Testamento, vbi sunt vmbræ futurorum, sed æterna esse cõcupiscenda. Potest in isto sensu etiã Dei dextera intelligi, in qua iustos suos ab impiis segregabit: quia & ipse bene sic innotescit, cùm flagellat omnẽ filium quem recipit, nec in peccatis suis prosperare finit plus irascẽdo, sed in mãsuetudine sinistram flagellat, vt emendatũ ad dexteram ponat. Et illud quod plerique codices habẽt, Dexteram tuam sic notam fac mihi; ad vtrunque referri potest: siue ad Christũ, siue ad æternã felicitatẽ. Nam Deus ita non habet corporalis formæ dexteram, sicut nec iram commotionibus turbulentã. Quod verò adiũgit, Et compeditos corde in sapiẽtia?) Alij codices nõ habent, cõpeditos, sed eruditos. Verbum enim Græcum ita in vtraque significatione similiter sonat, vt vna syllaba paululum differat. Sed cùm illi erudiatur in sapiẽtia qui iniiciunt, sicut scriptũ est, pedem in cõpedes eius, nõ vtique pedem corporis, sed pedẽ cordis, & eius velut aureis vinculis alligati à via Dei non exorbitant, nec fiunt ab illo fugitiui: quodlibet horũ legatur, salua est sententia veritatis. Et ipsos enim cõpeditos vel eruditos corde in sapientia, sic notos Deus fecit in nouo Testamẽto, vt pro fide quã Iudæorum & gentiũ detestabatur impietas, omnia contẽnerent: & eis se priuare paterẽtur, quę magna putant promissa in veteri testamento, qui carnaliter iudicant. Et quoniã cùm sic noti fierent, vt illa contemnerẽt, & desiderãdis æternis per suas passiones testimoniũ perhiberẽt (vnde & testes dicti sunt, sic enim Græcè martyres appellantur) multa & multum mala & acerba tẽporalia pertulerũt: hoc attendit iste homo Dei, & Propheticus spiritus per Moysi vocabulũ figuratus, & ait: Conuertere Domine quousque, & deprecabilis esto super seruos tuos.) Vox est eorũ vel pro eis, qui multa persequente isto seculo mala tolerantes innotescunt, cõpediti corde in sapientia, vt nec tantis malis coacti refugiant à Domino ad huius seculi bona. Secundũ autem illud quod alibi scriptũ est, Quousque auertis faciem tuã à me; etiam hoc dictũ est: Conuertere Domine quousque. Et vt sciant qui multũ carnaliter sapientes Deo tribuunt humani corporis formã, auersionem vultus eius, & conuersionẽ non fieri motu simili motibus corporis nostri: in hoc eodẽ Psalmo recolãt superiora. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculũ nostrũ in illuminatione vultus tui. Quomodo ergo hic dicit, conuertere, vt sit ppitius, quasi faciẽ auertisset iratus: cùm ibi se sic insinuet iratũ, vt non auerterit faciẽ ab iniquitatibus, & seculo eorũ quibus irasceretur, sed ea potius in cõspectu suo, & in illuminatione vultus sui: posuerit? Quod autẽ dicitur, quousque, verbum est orantis iustitiæ, non indignantis impatientiæ. Sanè quod hic positũ est, deprecabilis esto, alij verbũ ex verbo deprecare interpretati sunt. Sed qui ait, deprecabilis esto, vitauit ambiguũ: quia deprecari commune verbũ est, nam & ille deprecatur qui deprecationem fundit, & ille cui funditur: dicimus enim, Deprecor te, & deprecor à te. Deinde illa bona quæ futura sunt, spe anticipans, & velut iam facta deputãs: Repleti sumus, inquit, manè misericordia tua.) Ergo in his velut nocturnis doloribus & laboribus prophetia nobis accensa est, sicut lucerna in caliginoso & obscuro loco, donec luceſcat dies, & lucifer oriatur in cordibus nostris. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbunt. Tunc replebuntur eo bono iusti, quod nunc esuriunt & sitiunt, cùm per fidẽ ambulantes peregrinantur à Domino. vnde & illud alio loco dicitur: Replebis me lætitia cum vultu tuo, mane astabunt & eõtemplabuntur: & sicut alij dixerunt interpretes, Satiati sumus mane misericordia tua. Tunc satiabuntur: sicut enĩ alibi ait: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Vnde dicitur: Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. atque ipse Dominus ait: Ostendam meipsum illi. Quod donec fiat, nihil boni nobis sufficit, nec sufficere debet: ne desiderium nostrum in via remaneat, quod donec perueniat extendendum est. Repleti sumus mane misericordia tua: Et exultauimus, & iocundati sumus in omnibus diebus nostris.) Dies ille, dies est sine fine. Simul sunt illi omnes dies, ideo satiant. Non enim succedentibus cedunt, vbi non est aliquid quod non veniendo nondum sit, & veniendo iam non sit. Omnes simul sunt, quia vnus est qui stat & non transit: ipsa est æternitas. Hi sunt dies de quibus dicitur, quis est homo qui vult vitã, & diligit dies videre bonos? Hi dies

Rom. 8. c
Hebr. 12. b
2. Cor. 12. b
Matt. 10. d
Rom. 5. a
Psal. 72.
Esa. 53. a
Psal. 72.
Matt. 25. a
Hebr. 12. b
Eccl. 6. c
Psal. 12.
2. Petr. 8. 6
Matt. 5. a
2. Cor. 5. b
Psal. 15.
Psal. 5.
Psal. 16.
Ioan. 14. a
Psal. 55.

& in alio loco anni appellãtur, vbi Deo dicitur: Tu au-
tẽ idẽ ipse es, & anni tui nõ deficiẽt. Nõ enim anni sunt A
Psal.101. qui pro nihilo habentur, aut dies sunt qui sicut vmbra
declinauerunt: sed dies sunt qui sunt, quorũ numerum
notum sibi fieri precabatur, qui dicebat: Notũ fac mi-
Psal.38. hi Domine finem meum: quò perueniẽdo maneam, vt
nihil vlterius iã requiram, & numerum dierum meorũ
qui est: vtique qui est, non qui non est: quia dies isti de
quibus & illic consequẽter dicit: Ecce veteres posuisti
dies meos, nõ sunt, quia non stant, non manẽt, celerri-
ma mutabilitate transcurrunt, nec vna hora in eis inue-
nitur in qua ita simus, vt non alia pars eius trãsierit, alia
ventura sit, nulla stet, vt sit. Illi autem anni & dies non
deficiũt, in quibus nec nos deficiemus, sed sine defectu
reficiemur. Exęstuet enim anima nostra illorũ dierum
desiderio, sitiat ardenter atque vehementer: vt illic re-
pleamur, ibi satiemur, ibi dicamus quod hic prædici-
mus: Satiati sumus mane misericordia tua, & exultaui-
mus, & iocũdati sumus in omnibus diebus nostris. Lę-
tati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis qui-
bus vidimus mala.) Nunc autẽ in diebus adhuc mali-
gnis dicamus, quod sequitur: Et respice in seruos tuos
& in opera tua.) Ipsi enim serui tui opera tua sunt. Non
solùm vt homines sint, sed etiam vt sint serui tui: id est,
obedientes iussis tuis. Ipsius enim sumus figmentũ, non
Ephes. 2.b solum in Adam, sed etiã creati in Christo Iesu, in ope-
ribus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambule-
Philip. 2.b mus. Deus est enĩ qui operatur in nobis & velle & ope-
rari, pro bona volũtate. Et dirige filios eorum.) Vt sint
Psal. 72. recti corde, quibus bonus est Deus. Bonus est enĩ Deus
Israël, sed rectis corde: nõ sicut illi cui cõmoti sunt pe-
des, quia pacẽ peccatorum intuẽti displicere cœperat
Deus, quasi ista nesciens, quasi ista nõ curans, & ab hu-
mani generis gubernatione dissimulans. Et sit splẽdor
Domini Dei nostri super nos.) Vnde dicitur: Signatũ C
Psal. 4. est super nos lumen vultus tui Domine. Et opera ma-
nuũ nostrarum dirige super nos.) Vt non ea pro rerum
terrenarum mercede faciamus: tunc enim nõ directa,
sed curua sunt. Hue vsque Psalmũ istum multi codices
habent, sed in nonnullis legitur alius vltimus versus, Et
opus manuũ nostrarum dirige.) Cui versui diligẽtes &
docti prænotant stellam, quã asteriscum vocant, quo
significant ea quæ in Hebræo vel in aliis interpretibus
Græcis reperiũtur, in Septuaginta verò interpretatio-
ne nõ sunt. Quem versum si velimus exponere, id mihi
videtur habere sentẽtiæ, quòd omnia bona opera no-
stra, vnum opus est charitatis: plenitudo enim legis, est
Rom. 13.c charitas. Nã in superiore versu, cùm dixisset, Et opera
manuum nostrarũ dirige super nos; istovltimo nõ ope-
ra, sed opus dixit manuum nostrarũ dirige: tanquã vl-
timo versu volens ostendere ipsa opera vnũ opus esse,
id est, ad vnũ opus dirigi. Tunc enim recta sunt opera,
Rom. 10.a cùm ad hunc vnũ finem dirigũtur. Finis enim præcepti
charitas est, de corde puro, & conscientia bona, & fide D
Gal. 5.a non ficta. Opus ergo vnũ est, in quo sunt omnia, fides
quæ per dilectionẽ operatur. vnde etiam Dominus in
Euãgelio dicit: Hoc est opus Dei vt credatis in eũ quẽ
Ioan. 6.d ille misit. Cùm ergo in isto Psalmo, & vita vetus, & vi-
ta noua, & vita mortalis, & vita vitalis, & anni qui pro
nihilo habentur, & dies habẽtes plenitudinem miseri-
cordię veræque lætitię, id est, & pœna primi hominis,
& regnũ secundi, satis apertẽque distinẽta sint: ad hoc
existimo hominis Dei Moysi nomen titulo eius inscri-
ptũ, vt eis qui piè rectẽque scrutãtur scripturas, co mo-
dò intimaretur etiam legẽ Dei, quæ per Moysen mini-
strata est, vbi pro bonis operib. sola vel penè sola præ-
mia terrenorum bonorum Deus polliceri videtur, sine
dubio habere sub velamento tale aliquid, quale iste
Psalmus ostendit. Sed cùm quisque transierit ad Chri- 2.Cor.3.d
stum, auferetur velamen, & reuelabuntur oculi eius, vt
consideret mirabilia de lege Dei: donãte illo, cui dici-
mus: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de Psal.118.
lege tua.

IN PSALMVM XC. ENARRATIO.

PSALMVS iste est de quo Dominũ nostrum Iesum
Christum diabolus tentare ausus est. Audiamus er-
go vt possimus instructi resistere tentatori, non præsu-
mẽtes in nobis, sed in ipso qui prior tentatus est, ne nos
in tẽtatione vinceremur: illi enĩ tentatio non erat ne-
cessaria. Tentatio Christi, nostra doctrina est. Si autem
attendamus quid responderit diabolo, vt hoc & nos
respondeamus, quando similiter tentat: intramus per
ianuam, sicut audistis lectionem Euangelij. Quid est
enim intrare per ianuã? Intrare per Christum. Ipse enĩ
B dixit: Ego sum ianua. Quid est autem intrare per Chri- Ioan.10.a
stum? Imitari vias Christi. In quo imitaturi sumus vias
Christi? Nunquid in ea magnificẽtia, in qua Deus erat
in carne? Aut ad hoc nos exhortatur, aut hoc à nobis
exigit, vt talia miracula qualia fecit ipse, faciamus? Aut
verò Dominus noster Iesus Christus nónne & modò
& semper cum patre totum mundum gubernat? Et nũ-
quid vel ad hoc vocat hominem faciens imitatorem
suum, vt cum illo gubernet cælum & terram, & omnia
quæ in eis sunt? Aut vt sit & ipse creator, per quem fiant
omnia, sicut per Christum facta sunt omnia? Neque ad
ista opera te inuitat Deus saluator, Dominus noster Ie-
sus Christus, quæ fecit ab initio, de quibus scriptũ est: Ioan.1.a
Omnia per ipsum facta sunt: neque ad illa quæ fecit in
terra. Non hoc dicit: Nõ eris discipulus meus, nisi am- Matt.14.a
bulaueris super mare, aut nisi suscitaueris mortuum Ioan.11.f
quatriduanum, aut nisi oculos cæci nati aperueris: nec & 9. a
hoc. Quid est ergo intrare per ianuam? Discite à me, Matt.11.d
quia mitis sum, & humilis corde. Quod factus est pro-
pter te, hoc in eo debes attendere vt imiteris. Miracu-
la enim & nõdum natus de Maria fecit. Quis enim vn- Psal.71.e
quam fecit, nisi ipse de quo dictum est, Qui facit mira-
bilia magna solus? In ipsius enim virtute, & antea qui
fecerunt, potuerunt aliquid facere. In virtute Chri- 3.Reg.17.e
sti Helias mortuum suscitauit. Nisi fortè maior est Pe-
trus quàm Christus, quia Christus voce suscitauit æ- Ioan.11.f
grotantem: Petrus autem cùm pertransiret, vmbra ip- Act.5.e
sius tangendi proferebantur ægroti. Potentior ergo
Petrus quàm Christus? Quis hoc dementissimus di-
xerit? Quare ergo tanta potentia in Petro? Quia Chri-
stus in Petro. ideo dixit: Omnes qui venerunt, fures Ioan.10.b
sunt & latrones: id est, qui venerunt sua sponte, non
sunt à me missi. Qui venerunt sine me: à me non sunt
missi, in quibus ego non fui, quos ego non introduxi.
Quotquot ergo miracula facta sunt, siue à præcedenti-
bus, siue à subsequentibus, idem ipse Dominus fecit
qui fecit & præsentia sua. Nec ad ipsa ergo miracula
hortatur, quæ ipse fecit & antequam esset homo: sed
quid te hortatur vt imiteris? Quod non posset, nisi fa-
ctus homo. Toleratre enim passiones nunquid posset,
nisi homo? Mori & crucifigi & humiliari posset, nisi
homo? Sic ergo & tu cùm molestias huius seculi pate-
ris quas fecit diabolus, siue apertè per homines, siue
occultè sicut Iob, sis fortis, sis tolerans: habitãs in ad-
iutorio altissimi, sicut dicit iste Psalmus. Quia si rece-
das ab adiutorio altissimi, te ipsum non valens adiu-
uare, cades. Multi enim fortes sunt, quando ab homi-
nibus patiuntur persecutionem, & vident eos apertè
sæuire in se, & putant quia tunc imitantur passiones
Christi, si apertè eos homines persequantur: si autem
occulta diaboli persecutione feriantur, putant se non
coro-

coronari à Christo. Noli timere quãdo imitaris Chri-
stum. Nam & quando tentauit diabolus Dominum, A
Matt.4.a nullus homo fuit in eremo: occultè illum tẽtauit, sed
superatus est, & apertè sæuiens superatus est. Sic & tu
fac, si vis intrare per ianuam, quando occultè tẽtat ini-
mic°, quãdo postulat hominẽ vt aliquid ei nociat per
corporales molestias, per febres, per ægritudines, per
aliquos labores corporis, sicut laborauit Iob. Diabolũ
nõ videbat, sed potestatem Dei intelligebat. Nouerat
quia diabolus in eo nihil posset, nisi ab illo cuius sũma
potestas est, permitteretur: totam gloriam Deo dabat,
Iob.i.d potentiã diabolo non dabat. Nam & quando abstulit
diabolus omnia, hoc dixit: Dñs dedit, Dñs abstulit. Nõ
dixit, Dñs dedit, diabol° abstulit: quia nihil abstulisset
diabolus, nisi permisisset Dominus. Ideo autẽ permi-
sit Dñs, vt homo probaretur, diabolus vinceretur. Et
quãdo eum plaga percussit, ille permisit: quia cum à
capite vsque ad pedes in putredine vermiũ flueret, nec
tunc tribuit diabolo aliquam potẽtiã Iob. Sed cùm ei B
suggessisset & vxor eius, quam solã reliquerat diabol°,
nõ cõsolatricẽ mariti, sed adiutricẽ fui, & dixisset ei:
Iob.2.c Dic aliquod verbum in Deum, & morere, dixit ei:
Locuta es tanquam vna ex insipiẽtibus mulieribus: Si
bona suscepimus de manu Domini, mala quare non
sustinebimus? Ergo qui sic imitatur Christũ, vt tole-
ret omnes molestias huius seculi, spes eius in Deo sit: vt
nec illecebra capiatur, nec timore frangatur. Ipse est.

Expositio primæ partis.

QVI habitat in adiutorio altissimi, & in protectio-
ne Dei cæli commorabitur.) Sicut audistis Psal-
mum, & cantastis: nã inde incipit Psalmus. Quibus au-
tem verbis tẽtauerit Dominum diabolus, cum ad ipsa
venerimus, agnoscetis: nota sũt enim. Dicet Domino,
susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus.)
Quis hoc dicit Domino? Qui habitat in adiutorio altis-
simi. Quis est qui habitat in adiutorio altissimi? Qui nõ C
habitat in adiutorio suo. Quis est qui habitat in adiu-
torio altissimi? Qui non est superbus, quomodo illi qui
Gen. 3.a manducauerunt vt essent quasi dij, & perdiderũt quod
erant facti homines immortales. In adiutorio enim
suo habitare voluerunt, non in adiutorio altissimi: ideo
suggestionem serpentis audierunt, præceptum Dei
contempserunt, & inuenerunt hoc euenisse in se quod
minatus est Deus, non quod promisit diabolus. Ergo
sic & tu dic: Sperabo in eum, quoniam ipse eruet me.)
non ego me. Vide si aliud aliquid docet, nisi vt tota
spes nostra non sit in nobis, non sit in homine. Vnde
eruet te? De muscipula venantium, & à verbo aspero.)
De muscipula venantiũ, magnũ aliquid est, à verbo as-
pero, quid magnum? Multi in muscipulam venantiũ per
verbum asperum deciderunt. Quid est quod dico? Tẽ-
dit diabolus & angeli eius, tanquam venantes tendũt
muscipulas: & longè ab ipsis muscipulis ambulant ho-
mines, qui in Christo ambulant. Non audet enim in
Christo tendere muscipulas: circa viam ponit, in via
non ponit. Via autem tua Christus sit, & tu nõ cades
in muscipulã diaboli. Aberrãti à via, iam ibi est musci-
pula. Hinc atque hinc ponit laqueos, hinc atque inde
ponit muscipulas, inter laqueos ambulas. Sed si vis se-
curus ambulare, noli declinare in dexteram aut sini-
stram, & sit tibi via ille qui tibi pro te factus est via, vt
perducat te ad se per se, & nõ timebis laqueos venan-
tium. Sed quid est, à verbo aspero? Multos per verbũ
asperum misit in muscipulam diabolus: verbi gratia,
qui voluerint esse Christiani inter paganos, insultato-
res patiuntur paganos: erubescunt inter insultatores,
& à verbo aspero recedentes de via, incidunt in laque-
os venantium. Et quid tibi facturum est verbum aspe-
rum? Nihil. Nunquid nihil tibi facturus est laqueus,
quo te compellit inimicus per verbum asperum? Quo-
modo retia plerũque tenduntur, ad caput sepis tẽdũ-
tur auibus, & lapides mittũtur in sepem: lapides illi ni-
hil sunt facturi auibus. Quando enim ferit auem, qui
lapidẽ mittit in sepem? Timẽs autem auis inanem so-
num, cadit in retia: sic homines timẽtes insultatorum
verba varia & inania, & erubescentes conuiciis super-
fluis, cadunt in laqueos venantiũ, & captiuãtur à dia-
bolo. Sed cur nõ dico fratres quod non est tacẽdum,
quod me cogit Deus dicere? Quomodolibet hoc accipi-
atis, cogit me Deus dicere: & si non dixero, ego cã-
do in laqueos venantium. Si enim detractiones homi-
num timeo vt nõ dicã: ego ipse à verbo aspero cado in
laqueos venantiũ, qui vos moneo vt nõ timeatis ver-
ba hominũ. Quid est ergo quod dicturus sũ? Quomo-
do inter paganos qui fuerit Christianus, à paganis au-
dit verba aspera, quibus si erubuerit, cadit in muscipu
lã venantiũ: sic inter Christianos qui voluerint esse di-
ligẽtiores & meliores, ab ipsis Christianis audituri sũt
insultationes. Et quid prodest frater q̃ aliquãdo inue-
nis ciuitatẽ, vbi nullus est paganus? Nemo ibi insultat
Christiano q̃ Christianus est, quia nõ ibi inuenitur pa-
ganus. Sed sunt multi malè viuentes Christiani, inter
quos qui voluerit bene viuere, & inter ebriosos sobri°
esse, & inter fornicarios castus esse, & inter cõsultores
mathematicorũ Deum synceriter colere, & nihil tale
requirere, & inter spectatores nugaciũ theatrorũ no-
luerit ire nisi ad Ecclesiam, patitur insultatores ipsos
Christianos, & verba aspera, & dicunt: Tu magnus, tu
iustus, tu es Helias, tu es Petrus, tu de cælo venisti. In-
sultãt, quocũq; se verterit, audit hinc atq; inde verbũ
asperũ. Quod si timet, recedit à via Christi Dei, cadit
in laqueos venãtiũ. Quomodo autẽ cùm audiũtur hęc
verba, nõ receditur à via? Quid est, nõ recedere à via?
Quando audit verba aspera, vnde sibi habet facere so-
latiũ, vt nõ curet verba aspera, nec recedat à via, & in-
tret per ianuam? Dicat: Qualia verba audio, seru° pec-
cator? Dñs meus audiuit: Dæmoniũ habes. Modò au- Ioan.8.f
distis verbũ asperũ quod dictũ est in Dñm: non opus
erat vt Iesus hoc audiret, sed te monuit aduersus verba
aspera ne incidas in laqueos venantiũ. Inter scapulas
suas obũbrabit tibi, & sub alis eius sperabis.) Hoc dicit,
ne tua protectio à te tibi fit, ne putes quia tu te potes
ꝓtegere: ille te ꝓteget, vt eruat, & eruet de muscipula
venãtiũ, & à verbo aspero. Inter scapulas suas obũbra-
bit tibi, & à tergo potes intelligere, & à pectore. Sca-
pulæ enim circa caput sũt. Sed quia dicit, sub alis eius
sperabis, manifestum est, quia protectio alarũ pansarũ
facit te esse inter scapulas Dei, vt hinc atque hinc alæ
Dei te ponant in medio, & nõ timebis ne quis tibi no-
ceat: tantũ tu noli inde recedere, quò nullus inimicus
D audet accedere. Si gallina protegit pullos suos sub a- Ephes. 2.a
lis suis: quãto magis tu sub alis Dei tutus eris, & aduer-
sus diabolũ & angelos eius, quæ aëreæ potestates tan-
quam accipitres circumuolitant, vt infirmum pullum
auferant? Neque enim sine causa comparata est galli-
na ipsi sapientiæ Dei: nam Christus ipse Dominus no-
ster & saluator tanquam gallinam se dixit. Hierusa-
lem Hierusalem, quotiens volui colligere filios tuos, Matt. 23.d
tanquam gallina pullos suos, & noluisti. Noluit illa
Hierusalem, velimus nos. Illa rapta est ab aëreis pote-
statibus fugiens alas gallinæ, præsumẽs de viribus suis,
cùm esset infirma: nos confitentes infirmitatem no-
stram, sub alas Dei fugiamus. Erit nobis enim tanquã
gallina protegens pullos suos. Non est enim iniurio-
sum nomen gallinæ. Attendite cæteras aues fratres,

Multæ ſic aues ante nos fœtāt, calefaciūt pullos ſuos, A
nulla ſic auis infirmatur cum pullis ſuis, quomodo gal-
al. anſeres. lina. Attēdat charitas veſtra hirūdines†, paſſeres, & ci-
conias: videmus extra nidos ſuos, nec cognoſcimus
vtrū fœtus habeant. At verò gallinam cognoſcimus in
infirmitate vocis, & in relaxatione plumarū: tota mu-
tatur affectu pullorum. Quia illi infirmi ſūt, infirmā ſe
Ioan. 1. b facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmā ſe fecit
ſapientia Dei: quia verbum caro factū eſt, & habitauit
in nobis, vt ſub alis eius ſperemus. Scuto circundabit
te veritas eius.) Quæ ſunt alæ, hoc eſt ſcutum: quia nec
alæ ſunt nec ſcutum. Si aliquid horum propriè eſſet,
nūquid alæ ſcutum eſſe poſſent, vel ſcutū alę? Sed quia
figuratè per ſimilitudines dici omnia iſta poſſunt, ideo
& alæ ſcutum eſſe potuerunt. Si verè lapis eſſet Chri-
Apoc. 1. b ſtus, leo non eſſet: ſi leo eſſet, agnus non eſſet. Ideo &
leo & agnus & lapis & vitulus, & ſi quid huiuſmodi:
quia nec lapis, nec leo, nec agnus, nec vitul⁹, ſed ſalua-
Ioan. 1. d Dan. 2. f tor omniū Ieſus Chriſtus: iſtę enim ſimilitudines ſunt, B
nō proprietates. Veritas eius, inquit, circūdabit te. Tā-
quam ſcutū veritas eius eſt: vt non miſceat eos qui in
ſeipſis ſperāt, cū eis qui in Deo ſperāt. Peccator eſt, &
peccator: ſed da peccatorē de ſe præſumētē, cōtēnē-
tē, peccata ſua nō cōfitētē, & dicet: Si Deo diſpliceret
peccata mea, non permitteret me viuere. Alius autem
nō audebat oculos leuare, ſed percutiebat pectus ſuū,
Luc. 18. c dicens: Domine propitius eſto mihi peccatori. Et ille
peccator, & ille. Sed ille irridēs, iſte plāgens: ille cōtē-
ptor, hic cōfeſſor peccatorū ſuorum. Veritas autē Dei
quæ non perſonas accipit, diſcernit pœnitētē à defē-
dente, diſcernit humilē à ſuperbo, diſcernit pręſumē-
tē de ſe ipſo, à præſumente de Deo. Ergo veritas eius
tanquā ſcuto circundabit te. Nō timebis à timore no-
cturno: A ſagitta volāte per diē, à negotio perābulāte
in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano.) Duobus
quę ſuprà dixit, reddūtur duo quę infrà dixit, nō time-
bis à timore nocturno, à ſagitta volāte per diē: & pro- C
pter timorē nocturnum, à negotio perambulāte in te-
nebris: & propter ſagittam volantē per diē, à ruina &
dæmonio meridiano. Quid eſt timendum in nocte, &
quid in die? Cùm quiſque ignorans peccat, tanquā in
nocte peccat: cùm autē ſcenis peccat, tāquam in die
peccat. Duo ergo illa leuiora: ipſa ſūt grauiora, quę re-
petita ſunt. Intendite, vt diligēter hoc, ſi Dominus an-
nuerit, exponatur vobis: obſcurū eſt enim, & erit ma-
gnus fructus ſi intellexeritis. Tētationē quę fit in igno-
rātibus leuis, timorē nocturnū appellauit: & tētationē
quæ fit leuis in ſcientibus, ſagittā volantem per diem
appellauit. Quæ ſunt leues tentationes? Quę nō ſic in-
ſtant, nō ſic vrgent vt cogāt, ſed poſſunt citò declina-
ta trāſire. Eadē rurſ⁹ fac grauia. Si perſecutor inſtet, &
vehemēter terreat ignorātes, id eſt, nōdū firmos in fi-
de, nec ſcientes quòd ad hoc ſunt Chriſtiani, vt futurā
vitā ſperēt: cùm cœperint terreri de malis tēporalib⁹, D
putant quòd deſeruit illos Chriſtus, & ſine cauſa ſunt
Chriſtiani: Nō norunt enim, vt dixi, quia ad hoc ſunt
Chriſtiani, vt præſentia ſuperent, & futura ſperent: in-
uenit illos negotium perambulans in tenebris, & ca-
pit eos. Sunt autem quidam qui nouerunt ſe ad futu-
ram ſpem vocatos: quia quod nobis promiſit Deus, nō
eſt de iſta terra, non de iſta vita: quia iſtæ omnes tenta-
tiones tolerandę ſunt, vt illud accipiamus, illud acqui-
ramus, quod nobis promiſit Deus in æternum. Norūt
iſta: ſed quando cœperit perſecutor inſtare vehemen-
tiùs, agitare minis, pœnis, tormentis, aliquādo cedūt,
& ſciētes tanquam in die cadunt. Quare autē in meri-
die? Quia multum feruet perſecutio. Maiores æſtus di-
xit meridiem. Attendat hoc charitas veſtra de ſcriptu-
ris me probantem. Quando de ſeminātē dicebat Do-
minus, quia exiit ſeminās ſeminare, & aliud cecidit in
via, aliud in petroſa, aliud inter ſpinas: dignat⁹ eſt ipſe
exponere ſimilitudinē. Et cùm veniſſet ad petroſam,
hoc ait: Hi ſunt qui audiunt verbum, & ad horam gau- Matt. 13. c
dent ad verbū: & in tribulatione quæ fit propter ver-
bum, cōtinuò ſcandalizantur. Quid enim dixerat de
his qui exierant in petroſis? Exorto ſole, inquit, arue-
rūt, quia non habebant altam radicem. Hi ſunt ergo
qui ad horam gaudent ad verbum, & cùm perſecutio
facta fuerit propter verbum, areſcunt. Quare areſcūt?
Quia non habebant firmam radicem. Quæ eſt radix?
Charitas. Hoc enim dicit Apoſtolus, vt in charitate
radicati & fundati. Quomodo enim radix omniū ma- Epheſ. 3. d 1. Tim. 6. c
lorum eſt cupiditas, ſic & radix omnium bonorum eſt
charitas. Noſtis hoc, & ſepè dictum eſt. Sed quare hoc
volui commemorare? Vt intelligeretis Pſalmum, quia
dęmonium meridianū propter æſtum vehemētis per-
ſecutionis poſitum eſt: ſic enim Dominus dicit: Ortus Matt. 13. a
eſt ſol, & aruit herba, quia radicē non habebat. Et ex-
ponens nobis quid eſt à ſole areſcere herbā, dixit, quia
perſecutione facta non manent illi in fide: quia altam
radicē non habebant. Rectè hic intelligimus dæmo-
niū meridianum perſecutionem vehementem. Qualis
fuit illa perſecutio aliquando fratres commemorem,
vnde Dominus liberauit eccleſiam ſuam, dignetur at-
tēdere charitas veſtra. Primò quòd imperatores & re-
ges ſeculi putauerūt ſe perſequēdo tollere poſſe de ter
ra nomē Chriſti & nomē Chriſtianorum: iuſſerunt vt
quiſq; ſe cōfiteretur Chriſtianū, feriretur. Quicunque
noluit feriri, negauit ſe Chriſtianum, ſciens quid mali
faceret, peruenit ad illum ſagitta volans per diē. Qui-
cunque autē nō curauit pręſentē vitā, ſed certus ſpera-
uit futurā, declinauit ſagittā volantem per diem, con-
feſſus eſt ſe Chriſtianū: percuſſus carne, liberat⁹ eſt ſpi-
ritu, expectare cœpit poſitus apud Deū in quiete, etiā
redemptionē corporis ſui in reſurrectione mortuorū.
Euaſit autem tentationem illam à ſagitta volante per
diem. Ergo qui cunque ſe cōfeſſus fuerit Chriſtianum,
feriatur: quomodo ſagitta volās per diē fuit. Nondum
erat dæmonium meridianū flagrās vehemēti perſecu-
tione, & faciēs magnos æſtus etiā fortibus. Audite enī
quid ſecutū ſit. Cùm vidiſſent inimici quòd multi fe-
ſtinarent ad martyrium, & tanto plures crederent in
Chriſtum, quanto plures patiebātur, dixerūt apud ſe:
Nos occiſuri ſumus genus humanū, tot milia qui cre-
dunt in hoc nomine? Si occiderimus omnes, propè
nullus in terra remanebit. Cœpit feruere ſol, cœpit
feruescere æſtus. Audite enim quid iuſſerint. Quomo-
do autem iuſſerant? Quicūque cōfeſſus ſe fuerit Chri-
ſtianum, feriatur. Iuſſerunt poſtea, quicunque ſe con-
feſſus fuerit Chriſtianū, torqueatur: & tādiu torquea-
tur, donec neget ſe eſſe Chriſtianum. Cōparate ſagit-
tam volantem per diem, & dæmonium meridianum.
Sagitta volās per diem, quid erat? Qui ſe cōfeſſus fue-
rit Chriſtianū, feriatur. Quis fidelis eam mortis celeri-
tatem declinaret? Illud autem, qui ſe confitetur Chri-
ſtianū, nō occidatur, ſed torqueatur donec neget: ſi ſe
negauerit, dimittatur: dæmonium meridianum erat.
Multi ergo non negantes in tormētis deficiebant: tā-
diu enim torquebantur donec negarent. Perſeueran-
tibus autem in non negando Chriſtum, quid facturus
erat gladius, vno ictu occidendo corpus, animam ad
Deum mittendo? Hoc faciebant & diuturna tormēta.
Sed quis tandem inueniretur qui duraret aduerſus tā-
tos & tam longos cruciatus? Multi defecerūt. Et cre-
do illi defecerunt, qui de ſe præſumpſerunt, qui nō ha-
bitabant in adiutorio altiſſimi, & in protectione Dei
cæli: qui nō dixerūt Domino ſuſceptor meus es tu: qui
non ſub vmbra alarum eius ſperauerūt, ſed viribus ſuis A
multum dederunt. Deiecti ſunt à Deo, vt oſtenderet
illis quia ipſe protegit: ipſe temperat tentationes, ipſe
tantum venire permittit, quantum poteſt ferre cui ve-
nit. Multi ergo ceciderūt à dæmonio meridiano. Quā
multi, vultis noſſe? Sequitur & dicit: Cadent à latere
tuo mille, & dena milia à dextris tuis: ad te autem non
appropinquabit.) Cui dicitur hoc fratres? Cui, niſi Do-
mino noſtro Ieſu Chriſto? Dominus enim Ieſus non
ſolùm in ſe, ſed & in nobis recordamini verba illa: Sau-
le Saule, quid me perſequeris? Quādo ipſum nemo tā-
gebat, & dicebat, quid me perſequeris: nunquid nō in
Act. 9. a nobis ſeipſum computabat? quando dicebat: Qui fe-
cit vni ex minimis meis, mihi fecit: nónne in nobis ſe-
Matt. 25. c ipſum computabat? Non enim diuiſa ſunt ab inuicem
mēbra, caput & corpus. Quid eſt caput & corpus? Sal-
uator & Eccleſia. Quomodo ergo dictū eſt, Cadent à
latere tuo mille, & dena milia à dextris tuis? Cadēt enī
à dæmonio meridiano, Magnus terror fratres, à latere B
Chriſti cadere, à dextris Chriſti cadere. Quomodo
cadent à latere? Quare illi à latere, illi à dextris? Quare
mille à latere, & dena milia à dextris? Quid eſt, à latere
mille? Quia pauciores ſūt mille, quā dena milia quæ à
dextris cadēt. Qui ſūt iſti? Modò planū erit in nomine
Chriſti, modò apertum erit. Quibuſdā promiſit Chri-
ſtus, quia cū illo iudicabūt: Apoſtoli ſcilicet, qui dimi-
Matt 19. d ſerunt omnia, & ſecuti ſunt eum. Nam Petrus ait illi:
Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: & hoc
illis promiſit: Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicā-
4. ſen. diſ. 47 Non autem. tes duodecī tribus Iſraël. Nolite putare, quia ipſis ſolis
promiſit Dñs. Vbi enim ſedebit Paulus apoſtolus qui
plus illis omnibus laborauit, ſi nō ibi ſedebūt niſi duo-
1. Cor. 15. b decim? Ille enim tertiuſdecimus eſt. Nā ex duodecim
cecidit Iudas: in locum autē Iudæ traditoris Matthias
Act. 1. d ordinatus eſt, vt in Actibus Apoſtolorū legimus. Im-
pletæ ſūt duodecim ſedes. Nō ibi ſedebit qui plus om-
nibus illis laborauit? An duodecim ſedes perfectio eſt C
tribunalis? Nā milia ſedebūt in duodecim ſedibus. Sed
vnde mihi probas, ait aliquis, quia & Paul⁹ inter iudi-
1. Cor. 6. a ces erit? Audi illum dicentem: Neſcitis quia angelos
iudicabimus? Iudicabimus, inquit. Et ipſe non dubita-
uit in præſumptione, quia credidit computari ſe inter
illos qui iudicabunt cum Chriſto. Qui ergo iudicabūt
Matt. 19. c cum Chriſto, principes Eccleſiæ ſunt, perfecti ſunt.
talibus dixit: Si vis eſſe perfectus, vade vende omnia
tua, & da pauperibus. Quid eſt, Si vis eſſe perfectus? Vis
mecum iudicare, & non iudicari. Ille enim cōtriſtatus
abſceſſit. Sed multi hoc fecerunt, & multi hoc faciunt:
ergo iſti cum illo iudicabunt. Sed multi promittūt ſibi
quia iudicabunt cum Chriſto, quia dimittunt omnia
ſua, & ſequuntur Chriſtum: ſed habent præſumptionē
de ſe, habent quendam typhum & ſuperbiam, quam
Deus ſolus poteſt noſſe, & nō poſſūt euitare dæmoniū
meridianū, id eſt, caſū feruētis caloris nimiæ perſecu- D
tionis. Tales multi cùm eſſent illo tempore, qui diſtri-
buerunt omnia ſua pauperibus, & ſibi iam promitte-
bant quia ſeſſuri erant cum Chriſto, & iudicaturi gē-
tes: feruente calore perſecutionis tanquā à dæmonio
meridiano defecerunt in tormentis, & negauerunt
Chriſtum. Ipſi ſunt qui à latere ceciderunt: tanquam
ſeſſuri cum Chriſto ad mundum iudicandum cecide-
runt. A dextris autem dicam qui cadunt. Noſtis quia
cùm apparuerit ipſum tribunal, vbi cum Chriſto Do-
Epheſ. 3. d mino iudicabunt, qui voluerunt eſſe & verè fuerunt
Matt. 13. a perfecti, radicati & fundati in charitate, vt nō areſce-
Matt. 25. c rent de ſole & dæmonio meridiano: hoc enim ait Do-
minus: Congregabuntur ante eum omnes gentes, &
diuidet illos ab inuicem, ſicut paſtor diuidit oues ab
hædis, & oues ponet à dextris, hędos autem à ſiniſtris,
& iudicabuntur. Multi erunt qui iudicabunt, ſed pau-
ciores erūt quàm illi qui ante tribunal ſtabunt: quia il-
li tanquam mille, illi tanquam dena milia. A de-
xtris poſitis quid dicturus eſt? Eſuriui, & dediſtis mihi
manducare: hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Manifeſtum
eſt, quia his dicet qui habent ſubſtantiam huius ſeculi,
vnde iſta humana faciant: tamē & ipſi cum illis regna-
būt, quia illi tanquā milites, illi tanquam annonā præ-
bentes prouinciales: ſub vno tamen imperatore, &
miles & prouincialis in regno eſt. Miles fortis, prouin-
cialis deuotus: miles fortis orationibus pugnat aduer-
ſus diabolum, deuotus prouincialis annonam tribuit
militibus. Intelligat charitas veſtra. Et audient in fine
ad dexteram poſiti: Venite benedicti patris mei, perci
pite regnum quod vobis paratū eſt ab origine mundi. Matth. 25. c
Erant ergo illo tempore multi, quando grauiter infer-
buerat ſol perſecutionis, & dæmonium meridianum,
erant qui ſibi promittebant quia iudicaturi erant cum
Chriſto: non potuerunt ferre æſtum perſecutionis, &
ceciderūt à latere ipſius. Erāt ibi aliqui, qui nō ſibi pro
mittebant ſedes iudicantiū: ſed per eleemoſynas pro-
mittebant ſibi, quia ad dexteram futuri erant, quibus
dicturus erat Chriſt⁹: Venite benedicti patris mei, per-
cipite regnū, quod vobis paratū eſt ab origine mundi.
Et quia multi de ſpe illa iudicādi ceciderūt, multi autē
& multo plures de ſpe illa dexteræ ceciderūt, ideo di-
ctū eſt Chriſto: Cadēt à latere tuo mille, & dena milia
à dextris tuis. Et quia multi erunt cum illo qui omnia
illa nō curarūt, cū quibus tanquam mēbris vnus eſt
Chriſtus: ad te autem, inquit, nō appropinquabit. Nū-
quid ad ſolum caput, dixit, nō appropinquabit? Nō v-
tiq;, ſed nec ad Petrū, nec ad Paulū, nec ad omnes A-
poſtolos, nec ad omnes Martyres, qui in tormentis nō
defecerūt. Quomodo ergo non appropinquabit? Cur
ſic torti ſunt? Propinquauit carni tormētū, ſed nō per-
uenit ad locū fidei. Itaque longè erat fides ipſorum à
terrore torquētiū. Torquebatur, nec appropinquauit
terror. Torqueant, ſed irridebunt tormētū: præſumē-
tes in illo qui prior vicit, vt cęteri vincerēt. Et qui vin-
cunt, niſi qui de ſe non præſūpſerunt? Intēdat charitas
veſtra, ad hoc enī dixit omnia ſuperiora. Dicet Dño,
ſuſceptor meus es tu & refugiū meū, & ſperabò in eū:
Quoniam ipſe eruet me de muſcipula venantium. Ipſe
eruet me, nō ego me. Inter ſcapulas ſuas obumbrabit
tibi. Sed quando? Quando ſub alis eius ſperabis, ſcuto
circundabit te veritas eius. Quia ergo in illo præſum-
pſiſti, & totam ſpem tuā in illo poſuiſti, ſequitur, Quid?
Non timebis à timore nocturno: à ſagitta volante per
diem, à negotio perābulante in tenebris, à ruina & de-
monio meridiano. Quis non timebit? Qui in Chriſto
præſumit. Qui autem de ſe præſumūt, & ſi iam ſibi ſpe-
rabant latus Chriſti tanquam iudicaturi, & ſi futuros
ſe iam ſperabāt à dextris Chriſti, quaſi diceretur illis:
Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod Ibidem.
vobis paratum eſt ab origine mundi, venit dæmoni-
um meridianum, id eſt, feruens ęſtus perſecutionis ve-
hementer terrens, & ceciderunt multi à ſpe ſedis iudi-
ciariæ, de quibus dictum eſt: Cadent à latere tuo mil-
le: & multi à ſpe remunerationis obſequiorum ſuorū,
de quibus dictum eſt: Et dena milia à dextris tuis: ad
te autem. id eſt, ad caput & corpus non appropinqua-
bit ruina & dæmonium meridianum, quoniam nouit
Dominus qui ſunt eius.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retribu-
tionem peccatorum videbis.) Quid eſt hoc? Quare
veruntamen? Quia licuit impiis ſuperbire in ſeruos

tuos,licuit impiis perſequi ſeruos tuos. Impunè ergo erit impiis,quia perſecuti ſũt ſeruos tuos? Nõ erit impunè.Quãuis enim tu permiſeris,& magis inde tui coronati ſunt: veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionẽ peccatorũ videbis. Malũ ergo quod voluerunt,non bonum quod per neſciẽtes actum eſt, eis retribuetur. Modò opus eſt vt oculos fidei habeamus & videamus, quia exaltantur ad tempus, & plangent in æternum:& quibus datur poteſtas in ſeruos Dei tẽ-
Matt. 25.d poraliter,dicetur eis:Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.Sed ſi habeat quiſque oculos,ſicut dixit:Oculis tuis conſiderabis:non eſt leue videre impium florentẽ in hoc ſeculo,& habere ad illum oculos vt conſideres fide quid ille paſſurus eſt in fine,ſi ſe non correxerit:quia qui modò tonare volũt, poſtea fulminantur. Veruntamen oculis tuis conſiderabis;& retributionem peccatorum videbis. Quoniã tu es Domine ſpes mea.)Ecce venit ad illud, quare nõ cadat à ruina & dæmonio meridiano. Quoniam tu es Domine ſpes mea:Altiſſimum poſuiſti refugium tuũ.) Quid eſt hoc quod in alto eſt refugium tuum?Multi enim ſic ſibi faciunt refugium Dei, quò fugiant à temporalibus æſtibus.In alto eſt enim refugium Dei, valde in occulto eſt quò fugias ab ira vẽtura.Intus altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedẽt ad te mala,& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.In manibus tollent te,ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.) Iſta ſunt verba quæ dixit diabolus Domino Ieſu Chriſto, quando illum tentauit. Sed quia diligentiùs conſideranda ſunt, ne vos fatigemus,differamus in craſtinum:quia & craſtino,ſi Dominus voluerit,inde vobis erit ſermo,vt ab iſto loco pſalmi rurſus incipiamus propter tædium veſtrum,ne cùm volumus finire res obſcuras, præcipitemus,& non perueniant ad intelligentiam veſtram.

CONCIO SECVNDA, DE *ſecunda parte eiuſdem Pſalmi.*

SICVT non dubito meminiſſe charitatẽ veſtrã, qui heſterno die ſermoni affuiſtis,pſalmum quem cœperamus exponere,ne ad terminum perueniret,anguſtia tẽporis impediuit:& dilata eſt pars eius in hodiernũ diẽ.Hoc qui heri affuiſtis, recordamini: qui nõ affuiſtis,agnoſcite. Propterea fecimus ipſam lectionem
Matth. 4.a Euãgelij recitari,vbi Dñs tẽtatus eſt per ea verba pſalmi quæ hic audiſtis.Ideo tentatus eſt Chriſtus,ne vincatur à tentatore Chriſtianus. Ille quippe magiſter in omnibus tentari voluit,quia tentamur:ſicut mori voluit,quia morimur:ſicut reſurgere voluit, quia reſurrecturi ſumus.Illa enim quæ oſtẽdit in homine,qui factus eſt propter nos homo, cùm eſſet De⁹ per quẽ facti ſumus:propter nos oſtendit. Et ſæpè cõmendauimus charitati veſtræ, quod nos ſæpè iterare non piget: vt quia fortè multi veſtrûm legere non poſſunt, quia nõ eis vacat legere,aut literas non norunt, ſaltem aſſiduè audiendo non obliuiſcantur ſalubrem fidẽ ſuã. Certè eam repetẽdo quibuſdam moleſti videamur,dum tamen quoſdam ædificemus.Nouimus enim multos eſſe & memoria præualentes,& lectionis diuinæ ſtudioſos,qui ea quæ dicturi ſumus nouerunt,& fortè nos ea volumus dicere quæ nõ nouerũt.Sed ſi celeriores ſũt, intueantur, quia cum tardioribus ambulant viam. Quando autem duo comites vnam viam ambulant, quorũ eſt vnus celerior,alter tardior, in poteſtate celerioris eſt vt cum illo ambulet tardior, non in poteſtate tardioris:quia ſi velit celerior tantum facere quãtum poteſt,tardior illũ non ſequitur. Opus eſt ergo vt celerior refrenet celeritatem ſuam, & non relinquat comitem tardiorem.Hoc eſt ergo quod dixi me ſæpè dixiſſe,& nunc iterum dico,ſicut dicit Apoſtolus:Eadẽ ſcribere vobis mihi quidẽ non pigrum, vobis autẽ tutũ. (Philip. 3.a) Dominus noſter Ieſus Chriſtus,tãquã totus perfectus vir & caput & corpus: caput in illo homine agnoſcimus,qui natus eſt de Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato,ſepultus,reſurrexit,aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram patris,inde illũ expectamus iudicẽ viuorum atque mortuorũ,hoc eſt caput eccleſiæ.Corpus huius capitis Eccleſia eſt,nõ quæ hoc loco eſt, ſed quæ hoc loco & per totum orbem terrarum: nec illa quæ hoc tempore, ſed ab ipſo Abel vſque ad eos qui naſcituri ſunt vſque in finẽ,& credituri in Chriſtũ,totus populus ſanctorũ,ad vnã ciuitatẽ pertinentiũ, quæ ciuitas corpus eſt Chriſti,cui caput eſt Chriſt⁹. Ibi ſũt & angeli ciues noſtri.Sed quia nos peregrinamur, laboramus:illi autem in ciuitate expectant aduentũ noſtrum.Et hæ de illa ciuitate vnde peregrinamur,literæ nobis venerunt:ipſæ ſunt ſcripturæ,quæ nos hortantur vt bene viuamus. Quid dicam veniſſe literas? Ipſe rex deſcendit,& factus eſt nobis via in peregrinatione: vt in illo ambulãtes,nec erremus,nec deficiamus, nec in latrocinantes incidamus,nec in laqueos irruamus qui ponuntur iuxta viam.Talem ergo ſcientes Chriſtũ totum atque vniuerſũ ſimul cum eccleſia,ipſum autẽ ſolum natũ de virgine,caput Eccleſiæ,mediatorem ſcilicet inter Deũ & homines Chriſtũ Ieſum: ad hoc mediatorem,vt eos qui receſſerunt,per ſe recõciliet: medius enim non eſt niſi inter duos. Receſſeramus à maieſtate Dei,& peccato noſtro offẽderamus eũ : miſſus eſt filius mediator, qui ſanguine ſuo ſolueret peccata noſtra,quibus ſeparabamur à Deo,& interpoſitus redderet nos ei, & reconciliaret à quo auerſi in peccatis noſtris & delictis tenebamur.Ipſe eſt caput noſtrũ,ipſe eſt Deus æqualis patri verbũ Dei per quod facta ſunt omnia:ſed Deus vt crearet, homo vt recrearet: Deus vt faceret,homo vt reficeret.Hunc intuẽtes,ſic audiamus Pſalmum.Intendat charitas veſtra. Diſciplina eſt iſta & doctrina ſcholæ huius, quæ vobis valeat nõ ad vnum Pſalmũ intelligendum,ſed ad multos,ſi teneatis hanc regulam.Aliquãdo Pſalmus non ſolùm Pſalmus, ſed & omnis prophetia,aliquãdo ſic loquitur de Chriſto,vt caput ſolum commendet, & aliquãdo à capite it ad corpus,id eſt,ad eccleſiam,& non videtur mutaſſe perſonam:quia non ſeparatur caput à corpore, ſed, tanquam de vno loquitur. Videat enim charitas veſtra quod dico.Manifeſtus eſt certè Pſalmus omnibus,vbi de paſſione Dñi dicitur: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea: diuiſerũt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortẽ.Hoc & Iudæi quando audiunt erubeſcunt.Euidẽtiſſimè enim prophetia de paſſione Dñi noſtri Ieſu Chriſti prolata eſt. Delicta autem non habebat Dominus noſter Ieſus Chriſtus,tamen in capite ipſius Pſalmi dicit:Deus Deus meus, vt quid me dereliquiſti? longè à ſalute mea verba delictorũ meorum. Videtis ergo quid dicatur ex perſona capitis, quid ex perſona corporis.Delicta ad nos pertinent,paſſio pro nobis,& quod ad nos pertinet, delictorum debitum ſoluit. Sic & in iſto Pſalmo iam iſtos verſus heſterna die tractauimus,& breuiter illos commemoremus.

Commemoratio verſuum prius tractorum, cum expoſitione ſequentium.

QVI habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.) Hoc cõmendauimus charitati veſtræ in iſtis verſibus,ne quiſquam in ſe ſpẽ ponat ſed totam ſpem ſuam in illo ponat, in quo ſunt vires noſtræ.Ex adiutorio enim eius vincimus, non ex noſtra præſumptione. Protegit ergo nos Deus cæli,ſi dicamus Domino quod ſequitur.Dicet Domino:Suſceptor meus es tu,& refugiũ meũ:Deus meus,ſperabo in eum. Quoniam ipſe eruet me de muſcipula venãtiũ, & à verbo aſpero.) Diximus quia multi timentes verbum aſperum incidunt in muſcipulam venantium.Inſultatur homini, quia Chriſtianus eſt : pœnitet illum, quia Chriſtianus factus eſt, & ab aſpero verbo incidit in muſcipulam diaboli. Inſultatur etiam homini qui inter multos Chriſtianos melius viuit: & timẽs aſpera verba inſultatorum,incidit in laqueos diaboli, vt non ſit triticum in area,ſed paleam ſequatur. Qui autem in Domino ſperat,eruitur à muſcipula venantiũ & à verbo aſpero.Quomodo autẽ te protegit Deus?Inter ſcapulas ſuas obumbrabit tibi.)Id eſt,ante pectus ſuum te ponet,vt alis ſuis te protegat:ſi modò agnoſcas infirmitatẽ tuã,vt quaſi pullus infirmus fugias ſub alas matris,
Ephe. 2.a ne à miluo rapiaris. Milui ſunt enim aëreæ poteſtates, diabolus & angeli eius , rapere volunt infirmitatẽ noſtram,Fugiamus ſub alas matris ſapientiæ, quia & ipſa ſapientia infirmata eſt propter nos quia verbum caro
Ioan. 1.b factũ eſt.Sicut infirmatur gallina cũ pullis ſuis, vt pro-
Matt. 23.d tegat eos alis ſuis: ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cùm in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt
Philip. 2.a eſſe ſe æqualem Deo,vt infirmaretur nobiſcum, & alis ſuis protegeret nos, ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs,in ſimilitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo.Et ſub alis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius,non timebis à timore nocturno.)Tentationes ignorãtiæ timor nocturnus, peccata ſciẽtiæ ſagitta volãs per diem. In nocte enim ignorãtia intelligitur,in die manifeſtatio.Sũt qui ignorãtes peccant,ſunt qui ſcientes peccãt.Qui ignorantes peccant, à timore nocturno ſupplantãtur:qui ſciẽtes peccant, à ſagitta volante per diem percuſſi ſunt, Hæc autẽ cùm in grauioribus perſecutionibus fiunt,quouſque perueniatur tanquã ad meridiem, quicunque illo calore ceciderit,tanquã à dæmonio meridiano cadet. Et multi à calore iſto ceciderũt,ſicut iam heſterno die expoſuimus charitati veſtræ: quia feruente perſecutione dictũ eſt,torqueãtur Chriſtiani donec negẽt quòd Chriſtiani ſunt:cùm antea ſolerẽt cõfeſſi percuti,adhoc poſtea torquebãtur vt negarẽt. Et cùm omnis reus tãdiu torqueatur quãdiu neget:Chriſtianorũ cõfeſſio torquebatur,negatio dimittebatur. Erat ergo tũc magnus æſtus perſequẽtiũ,Quicũque in illa tentatione ceciderũt,tãquã à dæmonio meridiano ceciderũt.Et quãti ceciderũt?Multi qui ſe ſperabãt ſeſſuros cũ Domino, & iudicaturos,illi à latere ceciderũt.Itẽ multi qui ſe ſperabãt ad dexterã futuros,in plebe ſancta ſtipendiaria tanquã
Matt. 25.d prouinciales,qui annonã militibus præbẽt,quibus dici habet: Eſuriui enĩ, & dediſtis mihi mãducare:ad dexteram enim erũt multi:& de ipſa ſpe ceciderũt, & plures inde,quia plures ibi.Pauciores enim qui cum Domino iudicabunt,& plures qui ſtabunt ante illum : ſed non vna cõditio eorum. Alij ad ſiniſtrã,alij ad dexteram , alij vt regnent, alij vt puniantur, alij vt audiant, Venite benedicti patris mei,percipite regnũ:alij vt audiant,Ite in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Ergo: A ruina & dæmonio meridiano: Cadent mille à latere tuo, & dena milia à dextris : ad te autem non appropinquabit.) Quid? Dæmoniũ me-
2.Tim. 2.d ridianum te non deiicit. Quid mirum ſi caput non deiicit ? Sed non deiicit & illos qui ſic hærent capiti, quomodo ait Apoſtolus : Nouit Dominus qui ſunt eius. Sunt enim quidam ita prædeſtinati, vt nouerit Dominus qui pertineant ad corpus ipſius. Cùm ergo ad hos nõ accedet illa tẽtatio vt deiiciat eos:iſti intelliguntur in eo,quod ſcriptũ eſt:Ad te autem nõ appropinquabit. Sed ne illi peccatores quibus tanta licuit exercere in Chriſtianos,attẽdãtur à quibuſdã infirmis, & dicatur:Ecce quid voluit Deus vt tãtũ impiis & ſceleratis liceat in ſeruos Dei:modicum conſidera oculis tuis, oculis fidei, & videbis retributionem peccatorũ in finẽ, quibus modò tanta permittũtur vt exercearis. Hoc enim ſequitur: Veruntamen oculis tuis cõſiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniã tu es Domine ſpes mea,altiſſimum poſuiſti refugium tuũ. Non accedent ad te mala.) Domino dicit : Quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum.Non accedent ad te mala. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.) Et deinde verba quæ audiſtis iam dicta à diabolo:Quoniam angelis ſuis mã- (Matt. 4.a) dauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.) Cui hoc dicit?Cui illud dixit,quoniam tu es Domine ſpes mea. Iam puto non eſſe exponẽdũ Chriſtianis quis ſit Dominus.Si Deum patrem intelligunt,quomodo illum tollẽt angeli in manibus, ne offendat ad lapidem pedem ſuum ? Videtis ergo quia & Chriſtus Dominus,dũ loqueretur de corpore, ſubitò cœpit loqui de capite . Caput noſtrum appellatum eſt modò,cùm diceretur,quoniã tu es Domine ſpes mea, altiſſimũ poſuiſti refugium tuum. Ideo poſuiſti altiſſimum refugium tuum, quoniã tu es Domine ſpes mea. Quid ſibi hoc vult ? Attendat charitas veſtra, quoniam tu es Domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Iam non eſt mirandum , propterea enim ſequitur : Non accedent ad te mala,quia altiſſimum poſuiſti refugium tuum: Et flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo,quoniam altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Nõ autẽ legimus in Euãgelio, quia alicubi angeli portauerũt Dñm, ne offenderet ad lapidẽ: & tamen intelligimus.Hinc enim iam facta ſũt, & nõ ſine cauſa prophetata ſunt,niſi quia futura erant. Et nõ poſſumus dicere:Poſtea venturus eſt Chriſtus,vt non offendat ad lapidem pedem ſuum: iudicaturus enim veniet.Vbi ergo completum eſt? Intẽdat charitas veſtra:primò hos verſus audite: Quoniã tu es Dñe ſpes mea,altiſſimũ poſuiſti refugium tuũ:Genus humanum mori hominem nouerat,reſurgere non nouerat : ideo quid timeret habebat,quod ſperaret non habebat. Vt (Matt. 16.d) ergo ille qui propter diſciplinam fecit timorem mortis propter præmium futuræ vitæ æternæ daret ſpẽ reſurrectionis: prior reſurrexit Dñs noſter Ieſus Chriſtus. Mortuus eſt poſt multos, reſurrexit ante omnes. Hoc paſſus eſt moriendo,quod iam multi paſſi erant:hoc iã fecit reſurgendo,quod nullus ante illum. Quãdo enim hoc accipiet Eccleſia, niſi in fine ? Præceſſit in capite quod membra ſperẽt:nouit enim charitas veſtra,quomodo inter ſe dicãt.Dicat ergo Eccleſia Domino ſuo Ieſu Chriſto , dicat corpus capiti ſuo : Quoniam tu es Domine ſpes mea altiſſimum poſuiſti refugium tuum: id eſt,ideo reſurrexiſti à mortuis, & in cælum aſcendiſti vt altum poneres refugium tuum, aſcendẽs vt fieres ſpes mea,qui in terra deſperabam, & me reſurrecturũ eſſe non credebam,modò iam credo, quia aſcendit in cælum caput meum , quò caput præceſſit , & membra ſecutura ſunt.Puto iam manifeſtum eſſe quod dictum eſt,quoniã tu es Dñe ſpes mea , altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ.Hoc planius dixerim.Vt haberem ſpem reſurrectionis quam non habebam,ideo prior reſurrexiſti, vt quò præceſſiſti, illuc me ſecuturum ſperarem.

Vox enim est ecclesiæ ad dominum suum, vox est corporis ad caput suum. Noli ergo mirari: non accedent A
ad te mala, & flagellum non appropinquabit taberna-
Ioan. 1.b culo tuo. Tabernaculum Dei caro est. In carne inhabitauit verbum, & caro factum est tabernaculum Deo. In ipso tabernaculo imperator militauit pro nobis: in ipso tabernaculo ab hoste tentatus est, ne miles deficeret. Et quia ipsam carnem ostendit oculis nostris, quia oculi nostri ista luce gaudent, & visibili lumine isto delectantur, quia in manifestatione posuit carnem suam
Psalm.18. vt omnes viderent: ideo Psalmus dicit: In sole posuit tabernaculum suum. Quid est in sole? In aperto, in manifesto, in luce terrena, id est, in luce quæ terras de cęlo perfundit, ibi posuit tabernaculum suum. Sed quomodo ibi poneret tabernaculum suum, si non tanquam sponsus procederet de thalamo suo? Hoc enim sequitur. In sole posuit tabernaculum suũ. Et quasi diceretur ei: Quomodo? Et ipse, inquit, tanquã sponsus procedẽs de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viã. B
Quod est tabernaculum, ipsa est sponsa. Verbum sponsus, caro sponsa, & thalamus vterus virginis. Et quod
Ephes.5.d dicit Apostolus: Et erunt duo in carne vna, sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in
Matt.19.a ecclesia. Et quid ipse Dominus in Euangelio? Igitur iã non sunt duo, sed vna caro. Ex duobus vnum, ex verbo
Mat 27.c. & carne vnus homo, vnus Deus. Hoc autem tabernaculum eius sensit flagella in terra: manifestum est, quia flagellatus est Dominus. Nũquid in cælo sensit flagella? Nequaquam. Quare? Quia altissimũ posuit refugiũ suum, vt esset spes nostra, & non ad eum accedent mala, nec flagellum propinquabit tabernaculo eius. Lõgè est super omnes cælos, sed pedes habet in terra. Caput in cælo est, corpus in terra. Cùm autem pedes ipsius flagellarentur & calcarentur à Saulo: clamauit caput,
Act.9.a Saule Saule, quid me persequeris? Ecce nemo caput persequitur, & ecce caput in cælo: quia Christus resur-
Rom. 5. b gens à mortuis, iam non moritur, & mors illi vltrà nõ dominabitur: nõ accedẽt ad te mala, & flagellũ nõ ap- C
propinquabit tabernaculo tuo. Sed ne putemus, quia separatum est caput à corpore, discretũ est enim locis, sed iustum est affectu: ipsa affectus coniunctio clamauit de cælo, Saule Saule, quid me persequeris? Prostrauit enim eum voce obiurgante, & leuauit dextera miserante. Qui corpus Christi persequebatur, factus est mẽbrum Christi: vt quod faciebat, ipse ibi pateretur. Quid ergo ibi fratres, de capite nostro quid dictũ est? Quoniam tu es Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Nõ accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Dicta sunt hæc, quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te
Matth.4.a in omnibus viis tuis. Audistis modò, cùm Euangelium recitaretur: Attendite, Baptizatus Dominus ieiunauit. Quare baptizatus? Vt non aspernaremur baptizati.
Matt. 3.d Nam cùm ipse Ioannes diceret Domino, Tu ad me venis baptizari, ego à te debeo baptizari: & Do- D
minus, Sine modò, sic enim oportet nos implere omnem iustitiam: voluit impleri humilitatem, vt abluueretur qui sordes non habebat. Vt quid hoc? Propter superbiam futurorum. Existit enim aliquis catechumenus, qui fortè doctrina & moribus vincit multos fideles: attendit iam baptizatos multos imperitos, & multos non sic viuentes quomodo ipse viuit, non in tanta continentia, non in tanta castitate: iam ille necvxorem quærit, & videt aliquando fidelem si non fornicantẽ, tamen vxore intemperantiùs vtentem, potest erigere ceruicem superbiæ, & dicere: Quid mihi iam opus est baptizari, vt hoc accipiam quod iste habet, quem iam & vita & doctrina præcedo? Huic Dominus: Quid præcessisti? Quantum præcessisti? Tantùmne quantum ego te? Non est seruus super dominum suum, neque discipulus super magistrum suum: sufficit seruo vt sit sicut Mat.10.c.
dominus eius, & discipulo vt sit sicut magister eius. Noli extolli, vt non quæras baptismum. Baptismum quæres Domini, ego serui quæsiui. Baptizatus est ergo Dominus, & post baptismum tentatus est ieiunauit quadraginta diebus in mysterio, quod sæpè vobis commemoraui. Nõ omnia vno tempore dici possunt, ne occupent necessaria tempora. Post quadraginta dies esuriuit, qui poterat & nũquam esurire. Sed quomodo tentaretur? Aut si ille non vinceret tentatorem, quomodo disceres tu cum tentatore pugnare? Esuriuit, etiam tentatus audiuit: Dic lapidibus istis vt panes Matt.4.a
fiant, si filius Dei es. Quid magnum erat Domino Iesu Christo de lapidibus panẽ facere, qui de quinque panibus tot milia satiauit? De nihilo fecit panem. Tanta enim fuerat multitudo escæ, quæ saturaret tot milia. Vnde processit? Fontes panes erant in manibus Domi- B
ni Non est mirum. Nam ipse fecit de quinque panibus multos panes, vnde saturaret tot milia: qui facit quo- Matt.14.b
tidie in terra de paucis granis messes ingentes. Ipsa enim sunt miracula Dñi, sed assiduitate viluerunt. Quid ergo fratres? Impossibile erat Domino, de lapidibus panes facere? homines fecit de lapidibus, dicente ipso Ioanne Baptista: Potens est Deus de lapidibus istis sus- Matt.3.e
citare filios Abrahæ. Quare ergo non fecit? Vt te doceret respondere tentatori, vt si fortè in aliqua angustia positus fueris, & suggesserit tibi tẽtator, si Christianus esses, & ad Christum pertineres, desereret te modò: non misisset tibi auxilium? Et fortè adhuc medicus secat, & ideo deserit: sed non deserit. Quomodo Paulum ipsum ideo non exaudiuit. Nam dicit Paulus non se exauditum de stimulo carnis suæ angelo satanæ, à quo colaphizari se dixit: propter quod Dominum ter 1. Cor. 12. c
rogaui, vt auferret eum à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur, Tanquam medico diceretur posito fortè epithemate, Molestum est mihi hoc emplastrum, rogo te tolle illud. Et medicus: Non opus est, diu ibi sit non enim aliter sanare poterit. Ægrotum non exaudiuit medicus ad volũtatem, qui exaudiuit ad salutem. Ideóque fortes estote fratres: & quando aliqua inopia tentamini Deo flagellante & erudiente vos, quibus & parat & seruat æternam hæreditatem, non vobis suggerat diabolus: Si iustus esses, nõnne tibi per coruum mitteret panem, quomodo misit Heliæ? Vbi est quod legisti: Nunquam 3. Reg. 17. a
vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens pa- Psal. 36.
nem? Tu responde diabolo, Verum dicit Scriptura, nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quęrens panem: habeo enim panem meum, quem tu non nosti. Quem panem? Audi Dominum: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Pu- Deut. 8. a
tasne verbum Dei non sit panis? Si non esset panis, non diceret verbum Dei per quod facta sunt omnia: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Didici- Ioan. 6. f
sti ergo quid respondeas tentatori in angustia famis. Quid si te sic tentat vt dicat tibi. Si Christianus esses, faceres miracula, quomodo fecerunt multi Christiani? Tu iam suggestione mala deceptus, tentares Dominum Deum tuum, & diceres Domino Deo nostro: Si Christianus sum, & sum ante oculos tuos, & in aliquo numero tuorum me computas, faciam & ego aliquid, qualia multa fecerunt sancti tui: tentasti Deum quasi non sis Christianus nisi hoc facias.
Multi talia desiderantes ceciderunt. Nam Simon Act. 8. d
ille magnus talia desiderauit ab Apostolis, qui Spiritum sanctum per pecuniam voluit comparare. Amauit

uit potentiam miraculorum, & non amauit imitationem humilitatis. Ideo quidam discipulus, vel quidam A
de turba cùm vellet sequi Dominum, attendens miracula quæ faciebat: vidit illum Dominus superbũ non quærere viam humilitatis, sed typhum potentiæ, & ait:
Matt. 8. c Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Vulpes in te foueas habent, volucres cæli in te nidos habẽt. Vulpes dolus est, volucres cæli superbia est. Sicut enim volucres alta petunt, sic superbi: & vt vulpes cauernas habent dolosas, ita omnes insidiatores. Quid ergo respõdit Dominus? Potest in te habitare superbia & dolus, Christus non habet vbi in te habitet, vbi reclinet caput suum: quia reclinatiõ capitis, humilitas Christi est. Nisi reclinaret caput, non iustificareris. Talia desi-
al. *appetere* derantes & discipuli, & volentes iam † apparere sedem regni, antequam viam humilitatis caperent, quando
Matt. 20. c illi suggestum est à matre discipulorum: Dic vt vnus sedeat ad dexteram, & alius ad sinistram tuam: poten- B
al. *patientiã* tiam quærebãt, sed † per passionem humilitatis venitur ad potentiam regni, ait Dominus: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Quid cogitatis altitudinem regni, & non imitamini humilitatem meam? Ergo quid si sic te tentet, fac miracula? Ne tu tentes Deum, quid debes respondere? Quod respondit Dominus. Ait illi diabolus: Mitte te deorsum, quia scriptũ
Matth. 4. a est, Angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant tẽ, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Si te miseris, angeli te suscipient. Et posset quidẽ fieri, fratres, vt si se misisset Dominus, obsequia angelorum susciperent carnem Domini. Sed quid illi ait? Iterum scriptũ
Deut. 6. c est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Hominem me putas. Ad hoc enim accessit diabolus, vt tentaret, vtrum filius Dei ipse esset. Videbat carnem, sed maiestas in operibus apparebat: angeli testimonium dixerunt. Ille videbat mortalem vt tentaret, vt Christo tentato doceretur Christianus. Quid ergo scriptum C
est? Non tentabis Dominum Deum tuum. Itaque non tentemus Dominum, vt dicamus: Si ad te pertinemus, miracula faciamus. Redeamus ergo propter verba Psalmi. Angelis suis inquit, mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Sub-
Marc. 16. d latus est Christus in manibus angelorum, quando
Act. 1. b assumpus est in cælum, non quia si non portarent angeli, ruiturus erat, sed quia obsequebantur regi: ne fortè dicatis, meliores sunt qui portabãt, quàm ille qui portabatur. Ergo meliora sunt iumenta quã homines? Sed quia infirmitatẽ hominum portant iumenta. Nec hoc debemus dicere: etenim iumenta si se subtrahant,
Esaiæ 66. a cadunt qui sedẽt. Sed quomodo debemus dicere? Nã
Act. 7. f & de Deo dictum est: Cælum mihi sedes est. Quia ergo cælum portat, & Deus sedet, ideo melius est cęlum? Sic ergo & de obsequio angelorum in hoc Psalmo intelligere poterimus: non ad infirmitatem Domini pertinet, D
sed ad illius honorificentiam, ad illorum seruitutem. Resurrexit autẽ Dominus noster Iesus Christus. Pro-
Rom. 4 d pter quid? Apostolum audite: Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nos-
Ioan. 7. f trarã. Item de Spiritu sancto Euangelium, Spiritus quidem, inquit, nondum erat datus, quia Iesus nondũ erat clarificatus. Quæ est clarificatio Iesu? Resurrexit, & ascendit in cælum. A Deo clarificatus ascensione in cælum, misit spiritum suum sanctum die Pente-
Exod. 12. b & 19. d costes. In lege autem, in libro Moysi Exodo, à die agni occisi & manducati quinquaginta dies numerãtur: & data est lex in tabulis lapideis scripta digito Dei. Quid sit digitus Dei, Euangelium nobis exponit, quia digitus Dei Spiritus sanctus est. Quomodo probamus? Dominus respondens eis qui illum dicebant in nomine Beelzebub eiicere dæmonia, ait: Si ego in
Matt. 12. b Luc. 11. b spiritu Dei eiicio dæmonia. Alius Euangelista cùm hoc narraret: Si ego, inquit, in digito Dei eiicio dæmonia. Quod ergo positum est in vno apertè, positum est in altero obscurè. Nesciebas quid sit digitus Dei, exponit alius Euangelista, dicens eum esse spiritum Dei. Digito ergo Dei scripta lex data est die quinquagesimo
Act. 2. a ab occisione agni, & Spiritus sanctus venit die quinquagesimo à passione Domini nostri Iesu Christi. Occisus est agnus, factum est pascha, impleti sunt quin-
Exod. 12. b & 19. d quaginta dies, data est lex: sed data est illa lex ad timorem, non ad amorem. Vt autem timor conuerteretur in amorem, occisus est iustus iam in veritate, cuius typus erat ille agnus quem occidebant Iudæi. Resurrexit, & à die Paschæ Domini, sicut à die paschæ agni occisi, numerantur quinquaginta dies: & venit Spiritus sanctus iam in plenitudine amoris, non in pœna timoris. Quare hoc dixit? Ad hoc ergo surrexit Dominus & glorificatus est, vt mitteret Spiritum sanctum. Et dixeram iamdudum, quia caput in cælo est, pedes in terra. Si caput in cælo, pedes in terra, quid est pedes Domini in terra, nisi sancti Domini in terra? Qui sunt pedes Domini? Apostoli missi per totum orbem terrarum. Qui sunt pedes Domini? Omnes Euangelistæ, in quibus peragrat Dominus vniuersas gentes. Metuendum erat ne Euangelistæ offenderent in lapidem. Illo enim in cælo posito capite pedes, qui in terra laborabant, possent offendere in lapidem. In quem lapidem? In legem in tabulis lapideis datam. Ne ergo legis rei fierent, non accepta gratia, & in lege rei tenerentur: ipsa est enim offensio reatus, quos lex tenebat reos, absoluit Dominus, vt iam in legem non offenderent. Ne pedes huius capitis incurrerent in legis reatum missus est Spiritus sanctus vt amorem faceret, & solueret à timore. Timor legem non impleb at, amor impleuit. Timuerunt homines, & non impleuerunt, & amauerunt & impleuerunt. Quomodo timuerunt, & non impleuerunt, amauerunt & impleuerunt? Timebant homines, & rapiebant res alienas: amauerunt, & donauerunt suas. Ergo non est mirandum, quia ideo in manibus angelorum assumptus est Dominus in cælum, ne offenderet ad lapidem pes eius: ne illi qui in terra laborabant in corpore eius, peragrantes totum orbem terrarum fierent rei legis, subtraxit ab eis timorem, & impleuit eos amore. Timore Petrus ter negauit: nondum e-
Matt. 26. g nim acceperat Spiritum sanctum. Accepto postea
Act. 5. f Spiritu sancto, cum fiducia cœpit prædicare. Qui ad vocem ancillæ ter negauit, accepto Spiritu sancto inter flagella principum cõfessus est quem negauerat. Non mirum, quia Dominus ipsum trinum timorem trino amore dissoluit. Resurgens enim à mortuis ait D
Ioan. 21. e Petro: Petre amas me? Non dixit, times me. Nam si adhuc timeret, offenderet ad lapidem pedem suũ. Amas me, inquit? Et ille, Amo. Sufficiebat semel. Fortè mihi sufficeret, qui cor non video. Quanto magis sufficeret Domino, qui videbat quibus medullis visceru m suorum dicebat Petrus, amo? Non sufficit Domino respondere semel: interrogat iterum, & ille respondet, amo. Interrogat tertiò, & iam tædio affectus Petrus, quasi dubitaret Dominus noster de amore ipsius: Domine tu, inquit, scis omnia, tu scis quia amo te. Sed Dominus cum illo sic egit, tanquam diceret: Ter me negasti timendo, ter me confitere amando. Isto amore & ista charitate repleuit discipulos suos. Quare? Quia altissimum posuit refugium suum, quia

Act.2.a clarificatus misit Spiritum sanctum. Soluit credentes
à reatu legis, ne in lapidem offenderẽt pedes eius. Iam A
cætera manifesta sunt, fratres, quia sæpè tractata sunt.
Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculca-
bis leonem & draconem.) Quid si serpens, nostis: quo-
modo super illum calcet Ecclesia quę nõ vincitur, quia
cauet astutias ipsius. Quemadmodum autem sit leo &
draco, puto & hoc nosse charitatem vestram. Leo sæ-
uit apertè, draco occultè insidiatur. Vtranque vim &
potestatem habet diabolus. Quãdo martyres occide-
bantur, leo erat sæuiens: quando hæretici insidiantur,
draco est surrepẽs. Vicisti leonem, vince & draconem:
non te fregit leo, nõ te decipiat draco. Probemus quia
leo erat, quãdo apertè sæuiebat. Exhortans martyres
Petrus ait: Nescitis quia aduersarius vester diabolus
1.Pet.5.c tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret?
Apertè sæuiens leo, quærebat quem deuoraret. Draco
quomodo insidiatur? Per hæreticos. Tales timens Pau-
lus ne ab illis corrumperetur Ecclesia à virginitate fi- B
2.Cor.11.a dei, quam gestabat in corde, ait: Desponsaui enim vos
vni viro virginem castam exhibere Christo: & timeo
ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita & mentes
vestræ corrũpantur à castitate quæ est in Christo. Vir-
ginitatem corporis paucæ feminæ habent in ecclesia,
sed virginitatem cordis omnes fideles habent. In ipsa
fide virginitatem cordis timebat corrumpi à diabolo:
quam qui perdiderint, sine causa sunt virgines corpo-
re. Corrupta corde quid seruat in corpore? Ideo mu-
lier catholica præcedit virginem hæreticam. Illa enim
non est virgo in corpore, ista mulier facta est in corde:
& mulier non à marito Deo, sed à serpente. Quid autẽ
ecclesia? Super aspidem & basiliscum ambulabis. Rex
est serpentium basiliscus, sicut & diabolus rex est dæ-
moniorum. Et conculcabis leonem & draconem. Iam
verba Dei ad Ecclesiam. Quoniam in me sperauit, eru-
am eũ.) Non solùm ergo caput est, quod modò sedet
in cælo, quia altissimum posuit refugium suũ, ad quod C
non accedunt mala, & flagellum non appropinquabit
tabernaculo eius: sed & nos qui laboramus in terra, &
adhuc in tẽtationibus viuimus, quorum gressus timẽ-
tur ne in laqueos incidant, audiamus vocem Domini
Dei nostri consolantis nos & dicẽtis nobis: Quoniã in
me sperauit, eruam eum: Protegam eum, quoniam co-
gnouit nomẽ meum. Inuocauit me, & ego exaudiam
eum, cum ipso sum in tribulatione.) Noli timere quan-
do tribularis, ne quasi non sit tecum Deus. Fides sit te-
Matth.8.c cum, & tecum est Deus in tribulatione. Fluctus sunt
maris, turbaris in nauigio, quia dormit Christus. Dor-
miebat in naui Christus, perierant homines. Si fides
tua dormit in corde tuo, tanquam in naui tua dormit
Christus: quia Christus per fidem in te habitat. Cùm
turbari cœperis, excita Christum dormientem: erige
fidem tuam, & noueris quia te nõ deserit. Sed ideo pu-
tas te deseri, quia non quando vis eripit. Eripuit tres D
Daniel.3.g pueros de igne. Qui eripuit tres pueros, deseruit Macha
2.Mach.7.a. bęos? Absit. Et illos eripuit, & illos. Illos corporaliter,
infideles confunderentur: istos spiritaliter, vt fideles
vt imitarẽtur. Cum ipso sum in tribulatione: Et eximã
eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo
eum.) Quæ est longitudo dierum? Vita æterna est. Fra-
tres, nolite putare longitudinem dierũ dici, sicut sunt
hyeme dies minores, æstate dies maiores. Tales dies
nobis habet dare? Longitudo illa est quæ non hebet fi-
nem, æterna vita, quæ nobis promittitur in diebus lõ-
gis. Et verè quia sufficit, non sine causa dixit, replebo
eum. Non nobis sufficit quicquid longum est in tem-
pore si habet finem, & ideo nec longum dicendum
est. Et si auari sumus, vitæ æternæ debemus esse auari:
talem vitam desiderate quæ non habet finem. Ecce
vbi extendatur auaritia vestra. Argentum vis sine fine?
Vitam æternam desidera sine fine. Non vis vt habeat
finem possessio tua? Vitam æternam desidera. Quæ est?
longitudine dierum replebo eum: Et ostendam illi sa-
lutare meum.) Nec hoc fratres breuiter prætereun-
dum est, ostendam illi salutare meum. Hoc dicit: osten-
dam illi ipsum Christum. Quare? Non est visus in ter-
ra? Quid nobis magnum habet ostendere? Sed non est
visus tali visu quali videbimus. Tali visu visus est, qua-
li viderunt qui crucifixerunt. Ecce qui viderunt cru-
cifixerunt, nos non videmus & credimus. Illi oculos
habebant, & nos non habemus? Imò & nos cordis o-
culos habemus, sed per fidem adhuc videmus, non
per speciem. Quando erit species? Quando videbimus 1.Cor.13.
eum facie ad faciem, quod dicit Apostolus: quod no-
bis promittit Deus in magno præmio omnium labo-
rum nostrorum. Quicquid laboras, ad hoc laboras vt
videas. Nescio quid magnum est quod visuri sumus,
quando tota merces nostra visio est: & ipsum magnum
visum hoc est, Dominus noster Iesus Christus. Ipse al. in specie
qui humilis visus est, †ipse videbitur magnus, & lætifi- Ioan.1.a.
cabit nos quomodo videtur modò ab angelis: In prin-
cipio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum. Attendite qui hoc promisit, ipsum Ioan.14.c
Dominum in Euangelio dicentem: Qui diligit me,
diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et quasi
diceretur ei, & quid eis dabis qui diligit te? Osten-
dam, inquit, meipsum illi. Desideremus & amemus:
flagremus si sponsa sumus. Sponsus absens est, susti-
neamus: veniet quem desideramus. Tantum pignus
dedit non timeat sponsa ne deseratur à sponso, non
dimittit pignus suum. Quod pignus dedit? Sangui-
nem suum fudit. Quod pignus dedit? Spiritum san-
ctum misit. Talia pignora dimittet ille sponsus? Si Ioan.15.b
non amaret, talia pignora non daret. Iam amat. O si
sic amaremus! Maiorem dilectionem nemo habet,
quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. Et nos
quomodo ponimus animas nostras pro illo? Quid il-
li prodest, quando iam altissimum posuit refugium
suum, & flagellum non appropinquat tabernaculo 1.Ioan.3.c
eius? Sed quid dicit Ioannes? Sicut Christus pro no-
bis animam suam posuit: sic & nos debemus pro fra-
tribus animas ponere. Vnusquisque ponens pro fra-
tre animam, pro Christo ponit. Qui modò pascit fra- Matth.25.c
trem, Christum pascit. Cùm vni ex minimis meis
fecistis, mihi fecistis. Amemus & imitemur, curra-
mus post vnguenta eius, quomodo dicitur in Canti- Cant.1.a
cis canticorum: Post odorem vnguentorum tuorum
currimus. Venit enim & oleuit, & odor ipsius imple-
uit totum mundum. Vnde odor? De cælo. Sequere
ergo ad cælum, si non falsum respondes quod dici-
tur: Sursum cor, sursum cogitationem, sursum amo-
rem, sursum spem, ne putrescat in terra. Triticum non
audes ponere in humida terra ne putrescat, quia la-
borasti & messuisti, triturasti & ventilasti. Quæris
locum tritico tuo, & non quæris locum cordi tuo?
& non quæris locum thesauro tuo? Fac quicquid po-
teris in terra: eroga, non perdes, sed recondes. Et quis
seruat? Christus qui & te saluat. Te nouit saluare,
thesaurum tuum non nouit seruare? Quare autem
vult vt locum mutes thesauro tuo, nisi vt locum mutes
cordi tuo? Nemo enim cogitat nisi de thesauro suo.
Quàm multi hic sunt qui me modò audiunt: & non
est cor eorum nisi in sacellis suis? in terra estis, quia
in terra est quod amatis: mittatur in cælum, & ibi erit Matt.6.c
cor vestrum. Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit
& cor tuum.

IN PSALMVM XCI. ENARRATIO.

ATTENDITE ad Psalmũ, det nobis Dominus ape-
rire mysteria quæ hic continẽtur, quia propter fa-
stidium animorũ eadem diuersè variéq; tractãtur. Nã
nullũ aliud canticum nos docet Deus, nisi fidei, spei &
charitatis: vt fides nostra firma sit in ipso, quamdiu illũ
non videmus, credentes in eum quem non videmus, vt
gaudeamus cùm viderimus, & fidei nostræ succedat
species lucis eius: vbi iã nõ nobis dicetur: Crede quod
non vides, sed gaude quia vides. Spes etiam nostra im-
mutabilis sit, & figatur in illo, & non nutet & fluctuet,
non agitetur, sicut ipse Deus in quo figitur non potest
agitari: spes enim quæ modò vocatur, tunc nõ spes, sed
res erit. Tamdiu enim vocatur spes, quamdiu non vi-
Rom.8.c detur quod speratur, dicente Apostolo: Spes autẽ quæ
videtur, nõ est spes: quod enim videt quis, quid sperat?
Si autẽ quod non videmus speramus, per patientiã ex-
pectamus. Modò ergo patientia necessaria est, quãdiu
veniat quod promissum est. Nemo autẽ patiens est in
bonis. Quando exigitur de homine patientia, in malis B
agit: quando dicitur, patiens esto, tolera, sustine, mole-
stia est, sub qua te Deus vult esse fortẽ, tolerantẽ, lon-
ganimem, patientẽ. Sed nunquid decipit qui promisit?
Medicus exerit ferrũ ad secanda vulnera, & dicit ei quẽ
secturus est: Patiẽs esto, sustine, tolera: in doloribus exi-
git patientiã, sed post dolores promittit salutẽ. Et ipse
qui tolerat dolores in ferro medici, nisi sibi proponat
sanitatem, quam nondum habet, deficit in dolore quẽ
patitur. Multa ergo mala sunt in isto seculo, intus, foris,
prorsus non cessant: abundant scandala, nemo illa sen-
tit, nisi qui graditur viã Dei. Ei dicitur in omnibus di-
uinis paginis vt toleret præsentia, speret futura: amet
1.Cor.13.d quæ non videt, vt amplectatur cùm viderit. Charitas
enim quæ tertia nobis adiungitur ad fidẽ & ad spem,
maior est supra fidem & spem: quia fides est rerum quę
non videntur: erunt autẽ species, cùm visæ fuerint: &
spes rei est quæ non tenetur, adueniente ipsa re, nõ erit C
iã spes, quia tenebimus; non sperabimus. Charitas autẽ
nõ nouit nisi crescere magis magísq;. Si enim amamus
quem non videmus, quomodo amaturi sumus cùm vi-
derimus? Desideriũ ergo nostrum crescat, Christiani
non simus, nisi propter futurum seculũ. Nemo præsen-
tia bona speret, nemo sibi promittat felicitatẽ mundi,
quia Christianus est: sed vtatur felicitate præsenti vt
potest, quomodo potest, quãdo potest, quantũ potest.
Cùm adest, cõsolationi Dei gratias agat: cùm deest, iu-
stitiæ Dei gratias agat. Vbique sit gratus, nusquã sit in-
gratus: & patri consolanti & blandiẽti gratus sit, & pa-
tri emendanti & flagellanti, & disciplinam danti gratus
sit: amat enim ille semper, siue blãdiatur siue minetur:
& dicat quod audistis in Psalmo, Bonum est confiteri
Domino, & psallere nomini tuo altissime. Titulus Psal- D
mi habet, Psalmus cantici in die sabbati.) Ecce & ho-
diernus dies sabbati est: hunc in præsenti tempore otio
quodã corporaliter languido & fluxo & luxurioso ce-
lebrant Iudæi. Vacãt enim ad nugas: & cùm Deus prę-
ceperit obseruari sabbatũ, illi in his quæ Deus ꝓhibet
Exod.20.b exercent sabbatũ. Vacatio nostra à malis operibus, va-
catio illorum à bonis operibus est. Melius est enim ara-
re quàm saltare. Illi à bono opere vacant, ab opere nu-
gatorio nõ vacãt. Nobis sabbatum indicit Deus. Qua-
le? Primò vbi sit videte. Intus est, in corde est sabbatũ
nostrũ: multi enim vacant membris, & tumultuantur
conscientia. Omnis homo malus, sabbatum habere nõ
potest: nusquam enim illius conquiescit cõscientia, &
necesse est, vt in perturbationibus viuat. Cui autẽ bo-
na est conscientia, tranquillus est; & ipsa tranquillitas
sabbatum est cordis. Attendit enim promissorem Do-
A minum: & si laborat in præsenti, extenditur spe futuri,
& serenatur omne nubilũ tristitiæ, sicut dicit Aposto-
lus: Spe gaudentes. Ipsum autẽ gaudiũ in tranquillita- Rom.12.c
te spei nostræ, sabbatũ nostrum est. Hoc cõmendatur,
hoc cãtatur in isto Psalmo: quomodo sit homo Chri-
stianus in sabbato cordis sui, id est, in vacatione & trã-
quillitate & serenitate consciẽtiæ suæ imperturbatus.
Inde dicit hic, vnde solent perturbari homines, & do-
cet te agere sabbatũ in corde tuo. Primũ est vt tuipse, si
aliquid profecisti, Deo confitearis ex eo quod profeci-
sti: quia munera ipsius sunt, non merita tua. Hinc inci- 1.Cor.4.b
pe sabbatũ, nõ tibi tribuendo quasi nõ acceperis quod
accepisti: neq; excusãdo te ab eo quod facis mali, quia
ipsa sunt tua. Peruersi enim homines & perturbati qui
nõ agunt sabbatũ, mala sua Deo tribuunt, bona sua sibi.
Si quid boni fecerit, ego feci, dicit: si quid mali fecerit,
quærit quem accuset, ne confiteatur Deo. Et quid est,
quærit quẽ accuset? Si nõ est valde impius, ad manũ sa-
tanã habet quem accuset. Satanas fecit, dicit, ipse mihi
persuasit: quasi satanas habeat potestatẽ cogẽdi. Astu-
tiã suadẽdi habet. Sed si satanas loqueretur, & taceret
Deus, haberes vnde te excusares. Modò aures tuæ po-
sitę sunt inter monentẽ Deum, & suggerentẽ serpentẽ.
Quare huc flectuntur, hinc auertuntur? Nõ cessat sata-
nas suadere malum, sed nec Deus cessat admonere bo-
num. Satanas autem nõ cogit inuitum: in tua potestate
est consentire, aut nõ consentire. Si aliquid persuadẽte
satana mali feceris, dimitte satanã, accusa te, vt accusa-
tione tua Dei misericordiã merearis. †Expetis illũ ac- al. Expectas
cusare qui nõ habet veniã? Te accusa, & accipis indul-
gentiã. Deinde multi nõ accusant satanã, sed accusant
fatum. Fatum meum me duxit, dicit. Cùm dixeris illi:
Quare fecisti, quare peccasti? Et ille, Fato meo malo.
Ne dicat, ego feci, iam manus ad Deum tendit: lingua
blasphemat. Nondum quidem hoc apertè dicit, sed ta-
men attẽde & vide, quia hoc dicit. Quæris ab illo quid
sit fatum: & dicit, stellæ malæ. Quæris ab illo quis fecit
stellas, quis ordinauit stellas, non habet quid tibi re-
spondeat, nisi Deus. Restat ergo vt siue per transennã,
siue per cannam longã, siue per proximũ, Deum accu-
set: & cùm Deus puniat peccata, Deum faciat authorẽ
peccatorũ suorũ. Non potest enim fieri vt puniat quod
fecit. Punit quod facis, vt liberet quod fecit. Aliquãdo
autem dimissis omnibus omnino directè eunt ad Deũ:
& quãdo peccant, dicunt, Deus hoc voluit: & si nollet
Deus, nõ peccarẽ. Ergóne ad hoc monet Deus, vt non
solum non audiatur vt non pecces, sed accusetur quia
peccas? Quid ergo nos docet Psalmus iste? Bonum est
confiteri Domino.) Quid est cõfiteri Domino? In vtra-
que re, & in peccato tuo, quia tu fecisti: & in bono facto
confiteri Domino, quia ipse fecit. Tunc psalles nomi-
ni Dei altissimi.) Quærens gloriam Dei, non tuam, no-
men ipsius, non tuum. Si enim tu quæris nomen Dei,
quærit & ipse nomen tuum: si autem tu neglexeris no-
men Dei, delet & ipse nomen tuum. Quomodo autem
dixi, quæret & ipse nomen tuum? Quomodò dixit di-
scipulis venientibus posteaquam misit eos euangeliza-
re. Cùm fecissent multa miracula, & in nomine Chri-
sti dæmonia eiecissent, redeuntes dixerunt: Domine, Luc.10.d
ecce nobis dæmonia subiecta sunt. Dixerunt quidẽ in
nomine tuo: sed ille vidit in eis quia ipsa gloriatione
gaudebãt & extollebant se, & ibant inde in superbiam,
quia licuit illis expellere dæmonia. Vidit illos quærere
gloriã suã, & ait illis quærens ipse, immo cõseruans no-
mina eorũ apud se: Nolite gaudere in hoc, gaudete au-
tem quòd nomina vestra scripta sunt in cælo. Ecce vbi
habes nomẽ, si tu nomẽ Dei non negligas. Psalle ergo
nomini Dei, vt fixũ sit apud Deũ nomẽ tuum. Psallere

autē Deo quid est, fratres? Psalterium organi genus est, chordas habet. Opus nostrū, psalteriū nostrū est. Quicunq; manibus operatur opera bona, psallit Deo. Quicunque ore confitetur, cātat Deo. Canta ore, psalle operibus. Ad quā rem? Ad annunciandum mane misericordiam tuā, & veritatē tuam per noctem.) Quid sibi vult, quia mane annuncianda est misericordia Dei, & per noctē veritas Dei? Mane dicitur, quando nobis bene est. Nox dicitur, quando tristitia tribulationis est. Quid ergo dixit breuiter? Quando tibi bene est, gaude Deo, quia misericordia ipsius est. Iam tu fortè diceres: Si ergo gaudeo Deo quādo mihi bene est, quia misericordia ipsius est: quādo in tristitia, in tribulatione sum, quid facio? Misericordia ipsius est quando mihi bene est. Crudelitas ergo ipsius quādo malè est? Si laudo misericordiā quādo bene est, reprehendam ergo crudelitatē quando malè est? Non. Sed quādo bene est, lauda misericordiā: quādo malè est, lauda veritatē: quia peccata flagellat, nō est iniquus. Iam in nocte erat Daniel, quando orabat. Erat enim in captiuitate Hierusalem, erat in potestate hostiū. Tunc multa mala sancti patiebantur: tunc ipse in lacū leonū missus est, tunc tres pueri in ignem præcipitati sunt. Hęc patiebatur in captiuitate populus Israël, nox erat. Per noctem confitebatur Daniel veritatē Dei: dicebat in oratione, Peccauimus, impiè egimus, iniquitatē fecimus: tibi Domine gloria, nobis confusio. Veritatē Dei annunciabat per noctem. Quid est, veritatē Dei annunciare per noctē? Nō accusare Deum, quia pateris aliquid mali, sed tribuere illud peccatis tuis, emendationi ipsius: ad annunciandū mane misericordiā ipsius, & veritatem per noctem. Cùm misericordiā annuncias mane, & veritatem per noctē: semper laudas Deum, semper confiteris Deo, & psallis nomini eius: In decachordo psaltério, cum cātico in cithara.) Decachordum psalterium nō modò audistis. Decachordum psalterium, significat decem præcepta legis. Sed cantare in illo opus est, nō portare psalteriū. Nam & Iudæi habent legem, portant, & non psallunt. Qui sunt qui psallunt? Qui operantur. Parum est. Qui operātur cum tristitia, nondum psallunt. Qui sunt qui psallunt? Qui cum hilaritate faciunt bene. In psallendo enim hilaritas est. Et quid dicit Apostolus? Hilarē enim datorem diligit Deus. Quicquid facis, cū hilaritate fac bonum, tunc & bene facis. Si autē cum tristitia facis, fit de te, non facis: & portas magis psalterium, non cātas. In psalterio decachordo, cū cantico in cithara: hoc est, in verbo & opere. Cum cantico in verbo, in cithara in opere. Si verba sola dicis, quasi canticum solum habes: citharam non habes. Si operaris, & non loqueris, quasi solam citharam habes. Propter hoc & loquere bene, & fac bene, si vis habere canticum cum cithara. Quia iocundasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.) Videtis quid dicat. Tu me fecisti bene viuentem, tu me formasti. Si quid fortè boni facio, in factura manuū tuarū exultabo: quomodo dicit Apostolus: Ipsius enim sumus figmentū, creati in operibus bonis. Nisi enim te formaret ad opera bona, nō nosses nisi opera tua mala: qui enim loquitur mendaciū, de suo loquitur. Hoc Euāgeliū dicit: Omne peccatum mendaciū est. Contra legem enim & contra veritatem quicquid est, mendacium dicitur. Ergo quid ait? Qui loquitur mendaciū, de suo loquitur: id est, qui peccat, de suo peccat. Attendite ergo sententiam contrà. Si enim qui loquitur mendaciū, de suo loquitur, restat vt qui loquitur veritatē, de Deo loquatur. Ideo dicitur alio loco: Deus solus verax, omnis autem homo mēdax. Non tibi dicitur in hac sententia, vade securus mentire, quia homo es, immo vide te hominem, quia mendax es: & vt sis verax bibe veritatē, vt de Deo rectes, vt sis verax. Quia de tuo illam nō potes bibere, restat vt inde illā bibas vnde fluit. Quomodo si à luce recesseris in tenebris es, quomodo lapis non de se feruet, sed vel à sole, vel ab igne, si eū calori subtraxeris, frigescit: ibi apparet, quia q̄ feruebat, non erat ipsius: sed feruebat vel à sole vel ab igne: sic & tu si à Deo recesseris, frigesces: si ad Deū accesseris, feruesces: sicut dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Itē de luce quid dicit? Si ad eū accesseris, in lumine eris: ideo Psalmus dicit: Accedite ad eū & illuminamini, & vultus vestri nō erubescent. Quia ergo boni nihil poteris operari, nisi illuminatus & à lumine Dei, & feruefactus à spiritu Dei, quādo videris te bene operantē, cōfitere Deo: & dic quod ait Apostolus, dic tibi ne extollaris. Quid enim habes quod nō accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Hic ergo cōfitetur Domino, & docet nos bonā confessionē: quia dicit: Iocūdasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quid agimus de illis qui malè viuunt & florēt? Hi enim perturbatū animū habent, & perdunt sabbatum. Et qui perdit sabbatum, videt se quotidie in bonis operibus versantem & laborātem in angustia rerū, fortè in inopia rei familiaris, fortè in fame & siti & nuditate, fortè se in carcere bona facientē, & illum à quo in carcerem missus est mala facientē & exultantem: & subintrat in cor pessima cogitatio aduersus Deū & dicit: Deus quare tibi seruio, quare obedio verbis tuis? Non rapui aliena, nō furtum feci, non hominē occidi, nō cuiusquam rem cōcupiui, nō falsum testimoniū aduersus aliquem dixi, nō patri vel matri iniuriam feci, nō ad idola inclinatus sum, nō accepi nomen Domini Dei in vanū: seruaui me à peccato. Enumerat decē chordas, id est, decem præcepta legis, & interrogat se secundū singula, & videt se non peccasse nec in vno, & cōtristatur quia talia mala patitur: & illi qui nō dico aliquas chordas tangūt, sed nec tangunt ipsum psalteriū, & nihil boni operantur, cōsulunt idola: & fortè tunc videntur Christiani, quādo nihil mali patiuntur domus eorū: quādo autē aliqua ibi tribulatio est, currunt ad pythonē, aut sortilegū, aut mathematicum. Dicitur illi nomen Christi, subsannat, torquet os. Dicitur illi: Fidelis, cur consulis mathematicū? Et ille: Recede à me. Ipse mihi prodidit res meas. Nam perdidissem, & in planctu remāsissem. Homo bone, nónne signas te signo crucis Christi? Et lex omnia ista prohibet. Gaudes quia res tuas inuenisti, non es tristis quia tu peristi? Quanto melius tunica tua periret quàm anima tua? Subsannat in his omnib', cōtumeliosus est parentibus, odit inimicū, insectatur vsq; ad mortē, furatur, vbi occasionē inuenerit, à falso testimonio nō cessat, insidiatur matrimonio alieno, concupiscit rem proximi sui. Facit hæc omnia, & floret in diuitiis, in honoribus, in excellentia mundi huius. Videt eū ille miser bene operās & mala patiens, pturbatur & dicit: Deus, puto mali tibi placent, & bonos odisti: amas eos qui faciunt iniquitatē. Si cōmotus fuerit, & illi cogitationi cōsenserit, perdet sabbatū de corde. Iā incipit ad psalterium hoc nō attendere: deuiauit inde, sine causa cantat: Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Iam perdito sabbato ab interiore homine, & exclusa quiete cordis, & bona cogitatione repulsa, incipit iam imitari illum quem videt in malis florentem: & cōuertit se ipse ad facienda mala. Deus autem patiens est, quia æternus est: nouit diem iudicij sui, vbi omnia examinat. Hoc nos docens quid ait? Quàm magnificata sunt opera tua Dñe, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ!) Reuera fratres mei nullum mare tam profundum est quàm est ista cogitatio

Dan. 9. a. & 14. g. & 3. c

Dan. 9. a. & 3. c.

2. Cor. 9. c

Iphes. 2. b

Ioan. 8. c

Psal. 115.

cogitatio Dei, vt mali floreant, & boni laborent. Nihil tam profundū, nihil tam altū, vbi naufragat omnis infidelis in isto alto, in isto profundo. Vis trāfire profundum hoc? A ligno Christi noli resilire: ne mergaris, tene te ad Christū. Quid est quod dico, tene te ad Christū: Ideo voluit ipse in terra laborare. Audistis cùm ꝓpheta legeretur, nō auertisse eū scapulas à flagellis, nō auertisse eū faciē à sputis hominū, nō auertisse maxillas à palmis eorū. Quare omnia ista pati voluit, nisi vt cōsolaretur patiētes? Nā poterat & ipse in fine resuscitare carnē suā: sed tu qui non videras, nō esset quod sperares. Nō distulit resurrectionē suam, ne tu adhuc dubitares. Eo ergo fine patere, & tolera tribulationes in mūdo, quas attendisti in Christo: & nō te moueant qui faciunt mala, & in isto seculo florent. Nimis profundę factæ sunt cogitationes Dei. Vbi est cogitatio Dei? Ad præsens habenas laxat, sed postea astringet. Noli gaudere ad piscem qui in esca sua exultat, nondū traxit hamum piscator. Nā iam ille hamū habet in faucibus, & quod tibi videtur longū, breue est: omnia ista citò trāseunt. Quid est longa vita hominis ad æternitatem Dei? Vis esse longanimis? Vide æternitatē Dei. Nā attendis ad dies tuos paucos, & diebus tuis paucis vis impleri omnia. Quæ omnia? Vt damnētur omnes impij, & coronentur omnes boni. Istis diebus tuis vis hæc omnia impleri? Implet ea Deus in tempore suo. † Quid tu tediū pateris & facis? Æternus est, tardat, longanimis: tu autē dicis: Ideo ego nō sum lōganimis, quia temporalis sum. Sed in potestate habes. Iunge cor tuum ęternitati Dei, & cum illo ęternus eris. Quid enim dictum est de tēporalibus? Omnis caro fœnum, & omnis claritas carnis, vt flos fœni. Fœnū aruit, & flos decidit. Omnia ergo arescunt & decidunt, non verbū illud: verbū enim Domini manet in æternum. Transit fœnum, trāsit claritas fœni: sed habes quo te teneas, verbū domini manet in æternū. Dic ergo illi: Nimis profundæ factę sunt cogitationes tuæ. Tenuisti lignum, transis per istā profunditatē. Vides ibi aliquid? Intelligis ibi aliquid? Intelligo, dicis. Si iam Christianus es, & bene eruditus, dicis: Deus iudicio suo reseruat omnia. Boni laborant, quia flagellantur vt filij: mali exultant, quia damnātur vt alieni. Duos filios habet homo: alterum castigat, alterum dimittit. Facit vnus malè, & nō corripitur à patre: alter mox vt se mouerit, colaphis cæditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & ille cæditur: nisi quia huic cæso hęreditas seruatur, ille autē dimissus exhęredatus est? Videt eum non habere spē, & dimittit eum vt faciat quod vult. Puer autē qui flagellatur si cor nō habuerit, & imprudens fuerit & stultus, gratulatur fratri suo qui non vapulat: & gemit de se, & dicit in corde suo, Tanta mala facit frater meus, quicquid vult facit contra præcepta patris mei, & nemo facit illi durum verbum, ego mox vt me mouero, cædor. Stultus est, imprudens est: attendit quid patitur, & non attēdit quid illi seruetur. Ideo cùm dixisset, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, subiecit statim: Vir imprudens non cognoscet, & stultus non intelliget ea.) Quæ sunt quæ nō intelliget stultus, & quæ non cognoscet imprudens? Cùm exoriuntur peccatores sicut fœnum.) Quid est sicut fœnum? Virent, cùm hyems est, sed æstate arescēt. Attendis florē fœni. Quid citius transit? Quid lucidius? quid viridius? Non te delectet viriditas ipsius, sed time ariditatem ipsius. Audisti peccatores sicut fœnū, audi & iustos. Quomodo? Ecce interim videte peccatores sicut fœnum. Florent: bene. Sed qui sunt qui non cognoscunt? Stulti & imprudētes. Cùm exoriuntur peccatores sicut fœnum: Et prospexerint omnes qui operantur iniquitatem.) Omnes qui in corde suo nō resentiunt de Deo, prospexerunt peccatores orientes sicut fœnum, id est, florētes ad tēpus. Quare illos prospiciunt? Vt intereant in seculū seculi.) Attendunt enim florē ipsorum temporalem, & imitantur illos, & volētes cum illis florere ad tempus, intereunt in æternum: hoc est, vt intereant in seculum seculi. Tu autē Altissimus in æternū es Domine.) Expectās desuper ex ęternitate tua quando transeat tempus iniquorū, & veniat tempus iustorum. Quoniam ecce.) Intendite fratres, iam & ipse loquitur. Loquitur enim ex persona nostra, loquitur ex persona corporis Christi. Christus enim loquitur in corpore suo, id est, in Ecclesia sua. Iā iunxit se æternitati Dei: sicut vobis paulo antè dicebā, longanimis est Deus & patiens, omnia ista mala quæ videt à malis fieri, tolerat. Quare? Quia æternus est, & videt quid illis seruet. Vis & tu esse longanimis & patiens? Iunge te æternitati Dei, cum illo expecta illa quæ infra te sunt. Cùm enim adhæserit cor tuum altissimo, infra te erunt omnia mortalia: & dic quod sequitur: Quoniam ecce inimici tui peribunt.) Qui florēt modò, postea peribunt. Qui sunt inimici Dei? Fratres, fortè illos solos putatis inimicos Dei à quibus blasphematur? Sūt quidem & ipsi & atroces, isti qui nec lingua nec cogitationibus malis parcunt iniuriis Deo. Et quid faciunt Deo excelso, æterno? Si pugnū in columnam ferias, tu læderis: & putas quia blasphemia Deū percutias? Non. Tu dirumperis: nam nihil facis Deo. Sed inimici Dei apertè blasphematores sunt, & quotidie occulti inueniuntur. Caue tales inimicitias Dei. Quosdā enim occultos inimicos Dei scriptura aperit: vt quia non illos potes nosse in corde tuo, noueris illos in Scriptura Dei, & caueas inueniri cum illis. Apertè dicit Iacobus Apostolus in epistola sua: Nescitis quia amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur? Audisti. Nō vis esse inimicus Dei? Noli esse amicus huius mundi. Nā si amicus fueris huius mundi, inimicus eris Deo. Quomodo enim non potest fieri adultera coniunx, nisi inimica sit viro suo: sic anima adultera amore rerum secularium, nō potest nisi inimica esse Deo. Timet, sed non amat. Pœnas timet, iustitia nō delectatur. Ergo inimici Dei omnes amatores huius mundi, omnes inquisitores nugarū, omnes consultores fortilegorū, mathematicorū, pythonū: intrant Ecclesias, non intrent Ecclesias, inimici Dei sunt. Ad tēpus possunt florere sicut fœnum, peribunt autē, cùm ille inspicere cœperit, & iudicium suum in omnē carnē adduxerit. Iūge te Scripturæ Dei, & dic illud cum isto Psalmo: Quoniam ecce inimici tui peribunt. Nō ibi inueniaris vbi peribunt. Et dispergētur omnes qui operantur iniquitatē.) Quid tu qui laboras modò, si inimici Dei peribūt, & dispergētur omnes qui operantur iniquitatem? Tu qui inter ista scandala, inter iniquitates humanas gemis, qui tribulatis in carne, sed gaudes in corde, quid tu? Quæ tibi spes, ô corpus Christi! O Christe qui in cælis sedes ad dexteram patris, sed pedibus tuis & membris tuis laboras in terra, & dicis: Saule Saule, quid me persequeris: tu quam spem habebis, si inimici Dei peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem? Quid tibi erit? Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.) Quare dicis, sicut vnicornis? Aliquando vnicornis significat superbiam, aliquando vnicornis exaltationem vnitatis significat: quia vnitas exaltatur, omnes hęreses cum inimicis Dei peribunt. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Et quando erit? Et senectus mea in misericordia pingui.) Quid dixit, sanectus mea? Nouissima mea. Quomodo in ætatibus nostris nouissima senectus est: sic totum hoc quod modò patitur Christi corpus in laboribus, in ærumnis, in vigiliis, in fame, in siti

Esa. 50. c

al. Quod autem diu pateris & facis.

Esa. 40. b

Exod. 20. c

Iacobi. 4. b

Act. 9. a

in scãdalis, in iniquitatibus, in pressuris, iuuẽtus ipsius est. Senectus ipsius, id est, nouissima ipsius, in lætitia erunt. Et intendat charitas vestra, quia dixit senectutẽ, ne putetis & mortẽ: homo enim in carne ideo senescit, vt moriatur. Senecta Ecclesię candida erit rectè factis, morte autẽ nõ corrumpetur. Quod est caput senis, hoc erunt opera nostra. Videtis quemadmodũ canescat caput, & inalbescat, quantumcunq; senectus accedit. Qui bene senescit ordine suo, quæris illi aliquãdo in capite capillũ nigrũ, & non inuenis: sic cùm fuerit vita nostra talis, vt quæratur nigritudo peccatorũ, & non inueniatur, senectus tua iuuenilis est, senectus ista viridis est, semper virebit. Audistis de fœno peccatorum, audite de senecta iustorũ. Senectus mea in misericordia pingui. Et respexit oculus meus inimicos meos.) Quos dicit inimicos suos? Omnes qui operantur iniquitatem. Noli attẽdere quia iniquus est tibi amicus: incurrat negotiũ, & ibi illũ probas. Incipis venire contra iniquitatem ipsius, & ibi videbis: quia quãdo tibi blãdiebatur, inimicus erat. Sed nondũ pulsaueras, nõ vt institueretur in corde quod nõ erat, sed vt erumperet quod erat. Et respexit oculus meus inimicos meos. Et in eis qui insurgunt in me malignãtibus, audiet auris mea.) Quãdo? In senecta. Quid est, in senecta? In nouissimo. Et

Matt. 25. d

quid audiet auris nostra? Stantes ad dexteram, audiemus quod dicetur eis qui sunt ad sinistrã: Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ab isto auditu malo iustus non timebit. Scitis quia dictũ est in quodã psalmo: In memoria æterna erit iustus, ab audi-

Psalm. 111.

tu malo nõ timebit. Quo auditu malo? Ite in ignẽ ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et in eis qui insurgũt in me malignantibus, audiet auris mea. Trãsit fœnũ, trãsit flos peccatorum. Quid de iustis? Iustus vt palma florebit.) Illi exoriuntur sicut fœnum, iustus vt palma florebit. In palma altitudinẽ significauit. Fortè & hoc significauit in palma, quia in nouissimis suis pulchra est, vt initium eius à terra ducas, finẽ ipsius in cacumine, vbi habet totam pulchritudinem: aspera radix videtur in terra, pulchra coma sub cęlo est. Erit ergo & tua pulchritudo in fine. Radix tua fixa sit, sed sursum versus habeamus radicem nostram: radix enim nostra Christus est, qui ascendit in cælũ. Humiliatus exaltabitur: Velut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur.) Videte quas arbores dixit. Iustus vt palma florebit, vt cedrus Libani multiplicabitur. Nunquid cùm sol exierit, arescit palma? Nũquid arescit cedrus? Cùm autem sol candens aliquãdo fuerit, arescit fœnũ. Veniet ergo iudiciũ, vt arescant peccatores, vt virescãt fideles. Velut cedrus in Libano multiplicabitur. Plãtati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & tranquilli erũt vt annuncient.) Hoc est sabbatũ quod vobis paulo antè commendaui, vnde habet titulum psalmus. Tranquilli sunt, vt annuncient. Quare tranquilli vt annuncient? Nõ illos mouet fœnum peccatorum. Cedrus & palma nec in tempestatibus curuantur. Ergo tranquilli sint vt annuncient: & verè, quia modò annunciandum est, & subsannantibus hominibus. O miseri homines amatores mundi, annunciãt vobis qui plantati sunt in domo Domini! Qui confitentur Domino in cantico & cithara, in verbo & opere: annunciant vobis, & dicunt vobis: Nolite seduci felicitate iniquorũ, nolite attendere florem fœni, nolite attendere ad tempus beatos, in æternum miseros. Nec ista beatitudo quæ foris modò videtur, vera est, nec in corde beati sunt quia torquentur mala conscientia. Tu autẽ tranquillus esto, sperans de promissis Domini Dei tui. Quid enim annunciabis in tranquillitate? Quoniam rectus Dominus, & nõ est A iniquitas in eo.) Attendite fratres, si plãtati estis in domo Domini, si vultis florere sicut palma, & multiplicari sicut cedrus Libani, & non arescere sicut fœnũ sole candẽte: sicut hi qui vidẽtur florere sole absente. Si ergo nõ vultis esse fœnum, sed palma & cedrus, quid annunciabitis? Quoniam rectus Dominus, & nõ est iniquitas in illo. Quomodo nõ est iniquitas? Tãta mala facit quis, sanus est, filiósq; habet, plenã domũ, abundat gloria, exaltatur honoribus, de inimicis vindicatur, & omnia mala cõmittit. Alius innocens sui negotij, non rapiens aliena, non contra quenquã faciens, laborat in vinculis, in carceribus, inopia æstuat & suspirat. Quomodo nõ est iniquitas in eo? Esto trãquillus, & intelliges: nã perturbaris, & in cubiculo tuo obscuras tibi lucem. Radiare tibi vult æternus Deus, noli tibi facere nubilũ de perturbatione. Esto tranquillus in te, & vide quid tibi dicat. Quia Deus æternus est, quia modò parcit malis, adducens illos ad pœnitentiam: flagellat bo- B nos, erudiens illos ad regnum cælorũ, non est iniquitas in eo: noli timere. Ecce ego flagellatus sum tãtùm, manifestũ est, confiteor, peccaui: non enim dico me iustũ. Hoc enim dicunt pleriq;. Quando est fortè quisquã in aliqua miseria, in doloribus, intras cõsolari illũ. Et ille: Peccaui fateor, multa sunt peccata mea, agnosco illa. Sed nunquid tanta peccaui quãta ille? Ego noui quãta fecit ille, ego noui quanta commisit. Peccata mea sunt, fateor illa Deo: sed minora sunt quàm illius, & ecce ille nihil mali patitur. Noli turbari, tranquillus esto, vt scias quoniam rectus Dominus, & non est iniquitas in eo. Quid si te propterea flagellat modò, quia non tibi seruat ignẽ sempiternum? Quid si illum propterea dimittit modò, quia auditurus est: Ite in ignem ęternum? Sed quando? Cùm tu positus fueris ad dexteram, tunc dicetur positis ad sinistram: Ite in ignem æternum, qui

Matt. 25. d

paratus est diabolo & angelis eius. Nõ te ergo ista moueant: tranquillus esto, sabbatiza & annuncia, quoniã C rectus Dominus Deus, & non est iniquitas in eo.

IN PSALMVM XCII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulum, cùm pronunciaretur, audiuimus: & quid sibi velit, de scriptura Dei, hoc est, ex libro Genesis, nõ est difficile cognoscere. In titulo enim tanquam admonemur in limine, quid intus quęramus. Inscriptus ergo est ita: Laus cantici ipsius Dauid in diem ante sabbatũ, quando fundata est terra.) Recordantes ergo per omnes dies quid fecerit Deus, quando creauit & ordinauit vniuersa à prima die vsque ad sextum diem: septimum enim sanctificauit, quia in illo requieuit post omnia opera quæ fecit valde bona, & inuenimus eũ sexto die fecisse, qui dies hic cõmemoratur, quia dicit, ante sabbatum, omnia animalia in terra: deinde ipso die fecit hominẽ ad imaginem & similitu- D dinẽ suam. Non autẽ sine causa illi dies sic sunt ordinati, nisi quia & secula sic cursura erant antequã requiescamus in Deo. Tũc autẽ requiescimus, si facimus opera omnia bona. Ad hoc exemplum dictum est de Deo:

Genes. 2. a

Requieuit Deus septimo die cùm fecisset omnia opera bona valde. Nõ enim fatigatus est vt requiesceret, aut modò non operatur: cùm apertè Dñs Christus dicat:

Ioan. 5. c

Pater meus vsq; nunc operatur. Dicit enim illud Iudæis qui carnaliter sentiebant de Deo, nec intelligebãt, quia Deus cum quiete operatus est: & semper operatur, & semper quietus est. Ergo & nos quos in se voluit Deus tunc figurare, post omnia opera bona habebimus requiem. Et quidẽ opera nostra bona, fratres, quæ hic operamur in seculo ante requiem, quasi cũ labore sunt: & requies illa in spe est, nondum tenetur in re. Etenim nisi

nisi esset in spe, deficeremus in labore: sed transeunt o- A pera laboriosa & bona. Quid enim tã bonũ quàm porrigere panẽ esurienti? Et quod audiebamus modò cùm

Matt. 25. d

Euangeliũ legeretur. Quid enim tã bonum, quàm id ꝙ admonebat generaliter: Omnis qui habet duas tunicas, det nõ habenti: & qui habet escas, pascat esurien-

Lucæ 3. c

tẽ? Nudũ vestire, bonũ opus est. Nunquid semper erit hoc opus bonũ? Habet aliquantulũ laborem, sed habet solatium in spe futuræ quietis. Quantum autẽ laborem habet quòd vestis nudum? Bonum opus non multum laborat, malũ opus habet laborem. Qui enim vestit nudum, si habet vnde faciat, nõ laborat: si nõ habet vnde

Lucæ 2. b

faciat, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui autẽ vult spoliare vestitũ, quantum laborat, quis enumerat? Et tamen & ista transitura sunt: cùm venerimus ad illam requiẽ, vbi nemo esurit qui pascatur, nemo nud' est qui vestiatur. Ideo quia & ista transitura sunt opera bona, & sextus iste dies, quando perficiuntur opera bona valde, habet vesperũ: In sabbato autem non inuenimus esse vesperam, quia B requies nostra nõ habebit finẽ. Vespera enim pro fine ponitur. Sicut ergo sexto die fecit Deus hominem ad

Genes. 1. d

imaginem & similitudinẽ suã, sic inuenimus sexto seculo venisse Dominũ Iesum Christum, vt reformaretur homo ad imaginẽ Dei. Primum enim tempus tanquã primus dies, ab Adã vsque ad Noë: secundũ tempus tanquam secundus dies, à Noë vsque ad Abrahã: tertium tempus tanquã tertius dies, ab Abrahã vsque ad Dauid: quartum tempus tanquam quartus dies, à Dauid vsque ad transmigrationem Babyloniæ: quintum tempus tanquã quintus dies, à transmigratione in Babyloniam vsque ad prædicationem Ioannis. Sextus dies iã à prædicatione Ioannis agitur vsq; ad finem, & post finẽ sexti diei peruenimus ad requiem. Modò ergo sextus dies agitur. Si sextus dies agitur, videte quid habeat titulus: In diem ante sabbatũ, quando fundata est terra. Iam audiamus ipsum psalmũ: ipsum interrogemus quomodo fundata est terra, ne fortè tunc facta est terra. Nec in Genesi sic legimus. Quando ergo fundata est terra? Quãdo, nisi cùm fit quod lectũ est modò

1. Cor. 15. g

in Apostolo: Si tamẽ statis in fide vt stabiles & immobiles? Cùm omnes qui credunt per vniuersam terram immobiles sunt in fide, fundata est terra: tũc fit homo ad imaginẽ Dei. Quod significat sextus ille dies in Ge-

Genes. 1. d

nesi. Sed quomodo fecit illud Deus? Quomodo fundata est terra? Christus venit vt fundaret terram. Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, pręter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. De illo ergo cantat Psalmus: Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinẽ, & pręcinctus est.) Videmus quia duas res induit, decorem & fortitudinem. Vt quid autẽ? Vt fundaret terram. Sequitur enim: Etenim cõfirmauit orbẽ terræ, qui non commouebitur.) Vnde cõfirmauit? Quia decorem induit. Nõ confirmaret, si solum decorem indueret, & non fortitudinẽ. Quare ergo decorem? Quare fortitudinem? Vtrunque enim dixit: Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinẽ, & præcinctus est. Nostis fratres, quia Dominus noster cùm venisset in carne, his quibus prædi-

Ioan. 7. f

cabat Euangelium, aliis placebat, aliis displicebat. Nam diuisæ sunt aduersus se linguæ Iudæorum: alij dicebãt, quia bonus est: alij dicebant, non, sed seducit turbas. Alij ergo loquebantur bene: alij detrahebant, lacerabant, latrabant, mordebant, conuiciabãtur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad eos quibus displicebat, fortitudinem induit. Imitare ergo & tu Dominum tuum, vt possis esse vestis ipsius. Esto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua, esto fortis aduersus detractores. Audi Paulum apostolũ imitantẽ Dominum suum: quomodo & ipse habuit decorẽ, habuit fortitudinẽ. Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco, & in his qui salui fiũt, & in his qui pereunt. Quibus enim placet bonum, salui fiunt: qui detrahunt bono, pereunt. Quod suũ erat ille odorẽ habebat bonũ, immo bonus odor erat: sed væ miseris qui & bono odore moriuntur. Non enim ait: Illis bonus odor su-

2. Cor. 2. d

mus, illis malus odor sumus: sed Christi bonus odor sumus, ait, in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Subiecit statim, aliis quidem sumus odor vitæ in vitã, aliis odor mortis in mortem. Quibus enim erat odor vitæ in vitam, decorẽ induerat: quibus erat odor mortis in mortẽ, fortitudinẽ induerat. Si autem tunc gaudes, quãdo te laudant homines, & placẽt illis bona opera tua: cùm aũt vituperauerint, deficis in bonis operibus, & quasi fructum bonorũ operum te perdidisse arbitraris, quia inuenis reprehensores: nõ stetisti immobilis, non pertines ad orbẽ terrarum, qui non cõmouebitur. Induit Dominus fortitudinẽ & præcinctus est. De ipso decore & fortitudine habet alio loco

2. Cor. 6. b

Apostolus Paulus: Per arma iustitiæ dextera & sinistra. Vide vbi decorẽ, vbi fortitudinẽ. Per gloriã & ignobilitatẽ. In gloria decorus, in ignobilitate fortis. Apud alios gloriosus prædicabatur, apud alios ignobilis cõtemnebatur. Decorem afferebat eis quibus placebat, fortitudinẽ aduersus eos quibus displicebat. Et sic enumerat omnia vsque in finẽ, vbi dicit, quasi nihil haben-

Ibidem.

tes, & omnia possidentes. Cùm omnia possidet, decorus est: cùm nihil habet, fortis est. Non ergo mirũ est si sequitur: Etenim firmauit orbem terræ, qui non cõmouebitur. Quomodo enim nõ commouebitur orbis terrarũ? Cùm credunt in Christum omnes fideles, & parati sunt ad vtrunque: gaudere cum laudãtibus, fortes esse aduersus vituperantes: non mollescere linguis laudantiũ, nec frangi linguis vituperantiũ. Fortè quæ- C ramus & de hoc verbo, quare dixit, pręcinctus est. Cinctio opera significat. Tunc enim se quisque cingit, cùm operaturus est. Sed quare nõ dixit, cinctus est, sed, præcinctus est? Dicit enim in alio Psalmo: Accingere gla-

Psalm. 44.

diũ tuũ circa femur potentissime: populi sub te cadent. Nec ibi dixit cingere, neque præcingere, sed accingere. Accingeris enim quando aliquam adiunxeris lateri tuo præcinctionem. Ideo accingere gladiũ tuum. Gladius Domini vnde debellauit orbem terrarũ, occidẽdo nequitiã: spiritus Dei est in veritate sermonis Dei. Quare circa femur accingere dicitur gladiũ? Aliud quidem ex alio de alio Psalmo ad cinctionẽ diximus. Sed tamen quia cõmemoratum est, nõ est pretermittendũ. Quid est accinctio gladij circa femur? Per femur, carnem significat. Non enim aliter debellaret Dominus D orbem terrarum, nisi in carnẽ veniret gladius veritatis. Hic ergo quare præcinctus est? Qui se præcingit, ante se ponit aliquid quo præcingitur. Vnde dictũ est: Præ-

Ioan. 13. a

cinctus est linteo, & lauit pedes discipulorum suorum. Quia enim tunc humilis fuit quando linteo præcinctus est, lauit pedes discipulorum suorum. Omnis autem fortitudo in humilitate, quia fragilis est omnis superbia. Ideo cùm de fortitudine diceret, addidit præcinctus est: vt recolas Deũ præcinctum humilem, quando pedes discipulorum lauit. Et exhorruit Petrus Dominum suum magistrum suũ, minus dixi magistrũ suum, cùm dixissem Dominum suum: curuantem se ante pedes suos, & lauantẽ sibi pedes, expauit & dixit: Domine, non lauabis mihi pedes. Et ille: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Et ille: Non lauabis mihi pedes in æternum. Et ille: Si non lauero te, non

Ibidem.

habebis partem mecum. Petrus qui primò expauerat

Dominum lauantē ſibi pedes, plus expauit, nō habebis partem mecū: & credidit nō ſine cauſa hoc facere Dominum, niſi quia erat aliquid illud forte ſacramentum, & ait: Domine, nō pedes tantùm, ſed & caput & totū. Et ille: Qui lotus eſt ſemel, nō habet neceſſitatē iterum lauandi, ſed eſt mundus totus. Nō ergo ad ſacramentū tantùm mundationis pertinebat, quòd lauit pedes eis, ſed ad exemplum humilitatis. Hoc enim dixerat: Quod enim ego facio, neſcis, ſcies poſtea. Videamus ſi ſcierūt poſtea, videamus ſi aperuit illis quod faciebat, vt videamus Dominū præcinctum fortitudine: quia in humilitate eſt tota fortitudo. Cùm lauiſſet eis pedes, rurſus diſcubuit, & ait illis: Dicitis me magiſtrū, & verum dicitis: ſum etenim. Dicitis me Dominū, & verū dicitis: ſum etenim. Si ergo ego magiſter & Dominus veſter laui vobis pedes, quomodo oportet, vt hoc vobis inuicē nō faciatis? Si ergo in humilitate eſt fortitudo, nolite timere ſuperbos. Humiles tāquam petra ſunt. Petra deorſum videtur, ſed ſolida eſt. Superbi quid? Quaſi fumus. Etſi alti ſunt, euaneſcunt. Ergo ad humilitatē Domini referre debemus quòd præcinctus eſt, ſecundum cōmemorationē Euangelij, quòd præcinctus eſt, vt lauaret pedes diſcipulis ſuis. Eſt & aliud quod in hoc verbo poſſumus intelligere. Diximus, quia qui ſe præcingit, ante ſe ponit quod ſibi adiungit vt ſe cingat. Quia ergo illi qui detrahunt nobis, aliquando nobis abſentibus faciunt, tanquā poſt dorſum ſuum ſunt: aliquādo coram in faciem, ſicut Domino faciebant pendente in cruce: Si filius Dei eſt, deſcēdat de cruce. Nō opus habes fortitudine quando tibi aliquis detrahit abſenti, quia nō audis, nec ſentis. Si autem in faciem tibi dicat, opus eſt vt fortis ſis. Quid eſt, fortis ſis? Vt feras, ne fortè ideo te putes fortem cùm audieris, quia percutis pugno victus conuicio. Nō eſt iſta fortitudo, ſi † cōuiciatus percutias, quoniā ab ira victus es. Et valde ſtultum eſt, hominē victū fortem dicere: cùm dicat Scriptura: Melior eſt qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatē. Meliorem dixit iræ victorem, quàm ciuitatis captiuatorē. Habes ergo aduerſariū magnū in teipſo. Cùm audito cōuicio ira cœperit ſurgere, vt reddas malū pro malo, recordare verba Apoſtoli: Non reddentes malum pro malo: neque maledictū pro maledicto. His verbis recordatis frangis iram, tenes fortitudinē: & quia coram te ille tibi maledixit, nō poſt dorſum tuū, præcinctus es illa. Iam cætera audiamus. Breuis eſt Pſalmus. Etenim confirmauit orbem terræ, qui non cōmouebitur. Videtis fratres, multi credūt in Chriſtum, magna turba eſt: & tamen in hac magna turba audiſtis modò cùm Euangeliū legeretur, quia veniet Dominus ferens palam in manu ſua, & mundabit aream ſuā, frumentum recondet in horreo, paleas comburet igni inextinguibili. Sunt ergo per totā terrā & boni & mali. Boni grana ſunt, mali palea. In areā intrat tribula: paleā concidit, triticū purgat. Quis eſt ergo orbis terrarū qui non commouebitur? Quod vtique non diceret, niſi eſſet & orbis terrarū qui commouebitur. Eſt orbis terrarū qui non commouebitur, eſt orbis terrarum qui cōmouebitur: quia & boni qui ſtabiles ſunt in fide, orbis terrarū eſt, ne quis diceret, in † parte ſunt: & mali qui non ſtant in fide, cùm ſenſerint aliquam tribulationem, per orbē terrarum ſunt. Eſt ergo orbis terrarum mobilis, eſt orbis terrarum immobilis, de quo dicit Apoſtolus: Vide orbem terrarum mobilem. Rogo te de quibus dicebat Apoſtolus. Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui circa veritatē aberrauerunt, dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & fidem quorundā ſubuerterūt? Nunquid iſti ad orbem terrarum pertinebant, qui non cōmouebitur? Non, ſed palea erant. Et fidem, inquit,

Matth. 27. c
al. victus.
Prou. 16. d
1. Pet. 3. b
Matth. 3. c
al. parte.
2. Tim. 2. c.

quorundam ſubuerterunt. Non dixit omnium: & ſi omniū diceret, omnes intelligere deberemus pertinētes ad ciuitatem Babyloniam, quę habet damnari cum diabolo. Tamen fidem quorundā dixit. Et quaſi diceretur ei, & quis eis poteſt reſiſtere? ſubiecit ſtatim: Firmum autē fundamentum Dei ſtat. Ecce habes orbem terrarū qui nō cōmouebitur, habens ſignaculum hoc. Quod ſignaculum habet firmum fundamentū? Nouit Dominus qui ſunt eius. Iſte eſt orbis terrarum qui non commouebitur, nouit Dominus qui ſunt eius. Et quod ſignaculū habet? Et recedet ab iniuſtitia omnis qui nominat nomē Domini. Modò ab iniquitate recedat. Ab iniquis enim non poteſt recedere, quia mixta eſt palea tritico vſque dum vētiletur. Quid dicimus fratres? Et in ipſa area, mira res eſt de tritico. Recedit à palea, cùm expoliatur: & nō recedit ab area, cùm triturarur. Quādo autem omnino ſeparabitur? Cùm venerit ventilator. Ergo modò area in orbe terrarū eſt: neceſſe eſt vt ſi proficis, inter iniquos viuas. Ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate recede. Recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini, & erit in orbe terrarum qui nō cōmouebitur. Parata eſt ſedes tua Deus ex illo.) Sedes tua Deus ex illo, quid eſt? Ex tunc. Tanquam ſi diceret: Quæ eſt ſedes Dei? Vbi ſedet Deus? In ſanctis ſuis. Vis eſſe ſedes Dei? Para locum in corde tuo vbi ſedeat. Quæ eſt ſedes Dei, niſi vbi habitat Deus? Vbi habitat Deus, niſi in templo ſuo? Quid eſt templū eius? Nūquid parietibus inſtruitur? Abſit. Mundus iſte eſt fortè templū ipſius, quia valde magnus eſt, & digna res quæ capiat Dominum? Nec capit eum à quo factus eſt. Et vbi capitur? In anima quieta, in anima iuſta. Ipſa illū portat. Magna res, fratres. Certè magnus eſt Deus. Fortibus grauis eſt, at infirmis leuis eſt. Quos dixi fortes? ſuperbos, qui quaſi habent præſumptionem viriū ſuarum. Nam infirmitas illa in humilitate, maior fortitudo eſt. Audi Apoſtolum dicentem: Quando infirmor, tunc potens ſum. Hoc eſt quod cōmendauit Euāgeliū, quia Dominus præcinctus eſt fortitudine, quando humilitatem docebat. Ergo ipſa eſt ſedes Dei, quæ apertè alio loco in propheta dicitur: Super quem requieſcet ſpiritus meus? id eſt, vbi requieſcet ſpiritus Dei, niſi in ſede Dei? Audi quomodo deſcribat ipſam ſedem. Fortè auditurus eras marmoratam domū, amplam, ſpatioſam, atriorū magnitudine, & fulgore tectorū. Audi quid ſibi paret Deus. Super quē requieſcet ſpiritus meus? Super humilem & quietum, & trementem verba mea. Ecce humilis eſto & quietus, vt & in te habitet Deus. Altus eſt Deus, nō in te habitat, ſi altus eſſe volueris. Certè altus vis eſſe, vt habitet in te Deus: humilis eſto & tremens verba eius, & ibi habitat. Non timet trementem domum, quia ipſe illam firmat. Parata eſt ſedes tua Deus ex illo. Ex illo, id eſt, ex tunc: id eſt, quaſi quoddā tempus ſignificat ex tunc. Ex quo? Fortè ex die ante ſabbatū, Ex illo, quia titulus Pſalmi præſcribit nobis ex quo. Sexto enim die, id eſt, tempore huius mundi ſexto, venit Dominus in carne. Ex illo ergo? Planè ex illo ſecundum hominē, ex illo ex vtero. Quid enim dicit alius Pſalmus? In ſplendore ſanctorum ex vtero. In ſplendore ſanctorum, id eſt, vt illuminentur ſancti, vt videant Deum in carne: & purgetur cor, vnde videatur in diuinitate. In ſplendore ſanctorum ex vtero. Sed quid ibi ſequitur? Ne fortè ex vtero inde incipere putares eſſe Chriſtum: Ante luciferum, inquit, genui te. Cùm dixiſſet, In ſplendore ſanctorū ex vtero, ſubiecit ſtatim, ne putares Chriſtum à tempore eſſe cœpiſſe, ex quo natus eſt, ſicut cœpit Adā, ſicut Abraham, ſicut Dauid: Ante luciferū genui te, ante omne quod illuminatur. Per luciferū enim aut ſtellas omnes ſignificat,

Matth. 12
1. Tim. 1. d
Ibidem.
Mat. 3. c
Pſal. 105.
Ibidem.

ſignificat, & per ſtellas tempora, quia fecit Deus ſtellas in ſigna temporū, vt ante tempora inuenias natum eſſe Chriſtū: & vtiq; qui natus eſt ante tempora, nō poteſt videri natus ex tempore, quia & tēpora creatura Dei ſunt. Et vtiq; ſi omnia per ipſum facta ſunt, & tempora per ipſum facta ſunt. Aut certè ante omnes ſpiritus qui illuminantur de ſapientia, dixit, ante luciferū genui te. Intēdat charitas veſtra. Quomodo ergo cùm dixiſſet, Ex vtero, veluti præcauit fidei noſtræ, ne inde putaremus cœpiſſe Chriſtum ex quo ex vtero virginis natus eſt, ſubiecit ſtatim: Ante luciferū genui te: ſic & hic cùm dixiſſet, Ex illo, id eſt, ex quodā tēpore, ex die ante ſabbatū, ex illa ſexta ętate mundi, quādo venit Dñs Chriſtus, & in carne natus eſt: Et quia dignatus eſt homo fieri propter nos Deus, nō ſolùm ante Abrahā, ſed ante cælū & terrā: qui dixit: Ante Abrahā ego ſum. Non ſolùm autē ante Abrahā, ſed ante Adam: nō ſolùm ante Adam, ſed ante omnes angelos, ante cælū & terram, quia omnia per ipſum facta ſunt: ſubiecit ne tu intendens diē natiuitatis Dñi ex quo natus eſt, putares ex illo eſſe cœpiſſe, Parata eſt ſedes tua Deus. Sed quis Deus? A ſeculo.) Ab æterno dixit ἀπὸ αἰῶνος, ſic habet Græcus. αἰὼν aliquando ſeculū ponitur, aliquādo ęternū ponitur. Ergo ô tu qui ex illo videris natus, ex æterno es. Nō autē natiuitas humana cogitetur, ſed cogitetur æternitas diuina. Ergo cœpit ex quo natus eſt, creuit: audiſti Euangeliū. Elegit diſcipulos, impleuit illos, cœperūt prædicare diſcipuli. Fortè hoc eſt quod conſequenter dicit: Eleuauerūt flumina voces ſuas.) Quæ ſunt iſta flumina quæ eleuauerunt voces ſuas? Nō audiuimus. Neq; quando natus eſt Dñs, audiuimus locuta flumina, neq; quādo baptizatus eſt, neq; quādo paſſus eſt audiuimus flumina locuta. Legite Euangeliū, & nō inuenitis quia locuta ſunt flumina. Parū eſt quia locuta ſunt, eleuauerunt voces ſuas. Non ſolùm locuta ſunt, ſed fortiter, magnè, excelsè. Quæ ſunt iſta flumina, quę locuta ſunt? Diximus quòd in Euangelio nō legimus, tamen ibi quæramus. Nam ſi ibi non inuenimus, vbi inueniemus? Ego vobis fingere potero: & ſubitò ero nō certus diſpēſator, ſed ineptus fabulator. In Euangelio quæramus, ſimul quæramus, quæ ſunt iſta flumina quæ eleuauerunt voces ſuas. Stabat Ieſus & clamabat, dictum eſt in Euāgelio. Quid clamabat? Ecce iā ipſum caput fluminū clamat, ipſe fons vitæ vnde ſunt flumina curſura, leuauit prior vocē ſuā. Et quid ſtans Ieſus clamabat? Qui credit in me, ſicut Scriptura dicit, flumina aquæ viuæ de vētre eius fluēt. Euangeliſta ſequitur ſtatim: Hoc autē dicebat de ſpiritu quem accepturi erant hi, qui in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Cùm autē glorificatus eſt Ieſus in reſurrectione, & aſcēſione in cælos, ſicut noſtis fratres, impletis ibi decem diebus propter quoddā ſacramentum, miſit ſpiritum ſuū ſanctum, impleuit diſcipulos. Ipſe ſpiritus magnū flumen, vnde impleta ſunt multa flumina. De ipſo flumine dicit Pſalmus alio loco: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei. Ergo facta ſunt flumina currentia de ventre diſcipulorū, cùm acceperunt ſpiritū ſanctum. Ipſa flumina accepto ſpiritu ſancto, vnde eleuauerunt voces ſuas? Quare eleuauerūt? Quia primò timuerunt. Petrus nondū erat flumen quando interrogatione ancillæ ter Chriſtum negauit, dicens: Neſcio hominem. Hic timens mentitur: nondum eleuat vocē, nondum eſt flumen. Vbi autem impleti ſunt ſpiritu ſancto, accerſierūt eos Iudæi, & præceperunt eis ne omnino loquerētur, neque docerēt in nomine Ieſu. Petrus autē & Ioannes dixerūt ad eos: Si iuſtum eſt coram Deo, vt vobis obediamus magis quàm Deo, iudicate. Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus, nō loqui. Eleuauerūt ergo flumina voces ſuas: A vocibus aquarum multarū.) Ad ipſam eleuationē vocis pertinet quod ibi ſcriptum eſt: Stetit autē Petrus cū vndecim, & eleuata voce dixit ad eos: Viri Iudæi, & cætera quibus annunciat Ieſum ſine timore cū magna fiducia. Eleuauerūt enim flumina vocem ſuam, à vocibus aquarū multarum. Nā & cùm dimiſſi eſſent Apoſtoli de concilio Iudæorum, venerunt ad ſuos, & indicauerunt quanta eis ſacerdotes & ſeniores dixerunt. At illi audientes leuauerunt voces vnanimes omnes ad Dominū, & dixerunt: Domine, tu es qui feciſti cælū & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & cætera quæ dicere potuerunt flumina eleuantia vocem ſuam. Mirabiles ſuſpēſuræ maris.) Cùm enim eleuaſſent voces ſuas diſcipuli illi, crediderunt multi, & acceperunt multi ſpiritum ſanctum, & cœperunt multa flumina clamare de paucis. Ideo ſequitur: A vocibus aquarum multarum mirabiles ſuſpēſuræ maris, id eſt huius ſeculi. Cùm cœpiſſet Chriſtus tantis vocibus prædicari, cœpit iraſci mare, cœperunt crebreſcere perſecutiones. Cùm eleuaſſent ergo flumina vocem ſuam à vocibus aquarum multarum, mirabiles ſuſpenſuræ maris. Suſpenſuræ, exaltationes ſunt, quia quādo iraſcitur mare, ſuſpenduntur fluctus. Suſpendantur fluctus quantum volunt, fremat mare quantum vult: mirabiles quidem ſuſpēſuræ maris, mirabiles minæ, mirabiles perſecutiones. Sed vide quid ſequitur: Mirabilis in excelſis Dominus.) Compeſcat ſe ergo mare, & aliquando tranquilletur, detur pax Chriſtianis. Turbabatur mare, fluctuabat nauicula. Nauicula Eccleſia eſt, mare ſeculum eſt. Venit Dominus, ambulauit ſuper mare, & preſſit fluctus. Quomodo ambulauit Dominus ſuper mare? Super capita iſtorum fluctuum magnorum ſpumantium. Poteſtates, & reges crediderunt, & ſubiugati ſunt Chriſto. Ergo nō terreamur, quia mirabiles ſuſpenſuræ maris, mirabilis in excelſis Dominus. Teſtimonia tua credita facta ſunt nimis.) Magis quàm mirabiles erant ſuſpenſuræ maris, & mirabilis in excelſis Dominus. Teſtimonia tua credita facta ſunt nimis. Teſtimonia tua, quia dixerat illud antè: Hæc dico vobis, vt in me pacē habeatis, in mundo autem preſſuram. Ergo quia mundus preſſuram vobis facturus eſt, dico vobis. Cœperunt pati, & cōfirmauerunt in ſe, quod illis prędixerat Dominus, & magis fortes facti ſunt. Cùm enim videbant impleri in ſe paſſiones: ſperabant cōpleri in ſe & coronas. Et ideo mirabiles ſuſpenſurę maris, mirabilis in excelſis Dominus. Vt in me, inquit, pacem habeatis, in mundo autem preſſuram. Ergo quid facimus? Sæuit mare & extollūtur fluctus, & rabidi fremūt, preſſuras patimur. Nónne fortè deficimus? Abſit. Mirabilis in excelſis Dominus. Ideo & ibi cùm diceret: Vt in me pacem habeatis, in mundo autē preſſuram: quaſi dicerent: Putas non premet nos mundus, & extinguet nos, ſtatim ſubiecit: Sed gaudete, quia ego vici ſeculum. Si ergo ait, ego vici ſeculum, adhærete illi, qui vicit ſeculum, qui vicit mare. Gaudete ad eum, quia mirabilis eſt in excelſis Dominus: & teſtimonia tua credita facta ſunt nimis. Et quid factū eſt de his omnibus? Domum tuam decet ſanctificatio Domine.) Domum tuam, totam domū tuam. Non hic, aut hic, aut ibi, ſed domum tuam totam, per totum orbem terrarum. Quare per totum orbem terrarum? Quia correxit orbem terræ, qui non commouebitur. Domus Domini fortis erit, per totum orbem terrarum erit. Multi cadent, ſed domus illa ſtat. Multi turbabuntur, ſed domus illa non mouebitur. Domum tuam decet ſanctificatio Domine. Nunquid paruo tempore? Abſit. In longitudine dierum.)

Gen. 1. c
Ioan. 1. a
Ioan. 8. g.
Ioan. 1. a
Ibidem.
Act. 2. a
Pſal. 45.
Mat. 16. g
Act. 4. d.
Ioan. 7. f
Ibidem.
Ioan. 16. d
Ibidem.
Matt. 14. d.

IN PSALMVM XCIII. PRÆFATIO.

SICVT intentissimè audiuimus, cùm Psalmus iste legeretur, ita intentè audiamus, cùm reuelat Dominus, quæ hic dignatus est opacare mysteria. Ad hoc
Matth.7.b enim clauduntur quædam sacramenta Scripturarũ: nõ vt denegentur, sed vt pulsantibus aperiãtur. Si ergo affectu pio, & syncera cordis charitate pulsetis, ille aperiet qui videt vnde pulsetis. Notũ est nobis omnibus, atque vtinã de numero eorum nõ simus, multos murmurare aduersus Dei patientiã, & dolere iniquos homines & impios vel viuere in hac terra, vel etiã plurimum posse: & quod est amplius, plerunque plurimum posse malos aduersus bonos, & sæpe malos premere bonos, malos exultare, bonos laborare, malos superbire, bonos humiliari. Attendẽtes talia: in genere enim humano abundant, peruertuntur impatientes & infirmi animi, quasi frustra sint boni, quia Deus auertit vel auertere videtur oculos suos à bonis operibus piorũ & fideliũ, & augere malos in his quæ diligunt. Putantes ergo infirmi frustra se bene viuere, aut inuitãtur ad imitandam malitiã eorum quos quasi florere cõspiciunt: aut si per infirmitatẽ, vel personæ suæ, vel animi timẽt malè facere, ne aliquid illis secundũ leges seculi mali accidat, non quia iustitiã diligunt, sed vt dicam apertiùs, timentes damnari inter homines vel ab hominibus, abstinent se quidem à factis malis, sed non se abstinent à cogitationibus malis. Et inter cogitationes eorum iniquas præcipuè caput iniquitatis illa tenet iniquitas, qua videtur eos Deus negligere, & nõ curare res humanas: & aut æqualiter habere bonos & malos: aut etiã, quod est perniciosius cogitare, insectari bonos, & malis fauere. Qui talia cogitat, & si nihil mali alicui faciat, facit plurimum sibi, & in semetipsum impius est, & iniquitate sua non lædit Deum, sed interficit se: neque nocent hominibus, quia timidi sunt qui talia cogitant, sed tamen homicidia eorũ, adulteria eorũ, fraudes & rapinas eorũ videt Deus, & punit in cogitationibus eorũ. Quid enim velint, ille attẽdit cuius oculus nõ repellitur carne, vt nõ videat voluntatem. Tales si occasiones inueniant, non mali fiunt, sed manifestantur: non vt sentias quid natum sit manifestum, sed vt intelligas quod latebat inclusum. Paucis his annis, & propè hesterno die viderunt hæc homines, & probauerunt etiã qui tardè intelligunt. Erat enim hic vna domus potentissima ad tempus, de qua flagellũ fecerat Deus generi humano, & castigatũ est inde genus humanũ: si cognoscat flagellũ patris, & timeat sententiã iudicis. Cùm ergo esset hic cadẽ domus magna: multi sub illa gemebant, murmurabant, reprehendebant, detestabãtur, blasphemabãt. Quomodo se arctãt homines, & dantur diuino illo iudicio multi in concupiscentias cordis sui. Subitò euertebãt ipsam domũ illi qui murmurabãt de ipsa domo: & ab eis talia homines patiebantur, qualia se pati ipsi à talibus paulo antè querebantur. Bonus ergo ille est qui
D & quando potest mala facere, non facit: de quo scriptũ
Eccl. 31.b est: Qui potuit transgredi, & non est trãsgressus, & facere mala, & non fecit. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Loquebatur Scriptura de potentibus innocentibus. Et lupus enim tantum vult nocere quantum leo. Dissimiliter nocent, sed non dissimiliter cupiunt. Leo enim non solùm contemnit canem latrantem, sed etiam fugat, & venit ad ouile, & obmutescentibus canibus rapit quod potest: Lupus nõ audet inter latratus canum. Nunquid propterea quia non potuit auferre à canibus territus, innocentior remeauit? Docet ergo Deus innocentiam: vt quisq; innocens sit non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Tunc enim liber est innocens, & verus est innocens. Qui autem timore innocens est, nõ est innocens, quamuis nõ
A noceat cùm vult nocere. Non enim nocet alteri per effectũ malum, sed sibi plurimum per cupiditatem malã. Psal.10.
Nam quomodo sibi noceat, audi Scripturam: Qui autẽ amat iniquitatem, odit animã suam. Et reuera multum errãt homines, qui putant iniustitiam suam aliis nocere, & sibi non nocere. Ad alios procedit iniquitas cuiuslibet, vt corpori nocet, vt rem familiarem lędat, vt villam inuadat, vt mancipium abducat, vt aurum auferat, aut argentum, vel si quid aliud possit. Ad hoc profertur illa iniquitas ad alterum. Ergo iniquitas tua alieno corpori nocet, tuo animo non nocet? Contra istam simplicem veracémque doctrinam qua insinuatur hominibus bonis, vt ipsam iustitiam diligant, & ex ea placere Deo velint, † ab illa intelligãt luce quadam intel- al. ab illo.
ligibili perfundi animam suam: vt faciant iusta opera, & illam lucẽ sapientiæ omnibus quę in seculo diliguntur præponant. Contra istam doctrinam talia murmura sunt hominũ, etsi non procedunt in voce, roduntur
B in corde. Quid ergo dicunt? Verè placiturus sum Deo per iustitiã. Aut iusti illi placent sub cuius imperio mali florent? Tanta mala committunt, & nihil illis euenit mali. Aut si fortè euenit aliquid mali, quid tibi dicunt illi, cùm eis cœperis dicere: Ecce quanta fecit mala, quomodo illi redditũ est, qualem exitum habuit? Incipiunt illi cogitare iustos quibus mala euenerũt, & opponunt nobis & dicunt: Si illi propterea mali accidit aliquid, quia iniquus fuit: illi quare accidit qui tam iustè vixit? Qui eleemosynas tantas fecit, qui tam multa bona operatus est in Ecclesia, quare talem fortẽ inuenit? Quare talem exitum habuit, qualem ille homo qui multa iniqua cõmisit? Ad hoc autẽ ista dicunt, vt ostẽdant se propterea non facere mala, quia non possunt, aut quia nõ audẽt. Nam quid velit cor, lingua testatur. Et quidẽ etiam, si lingua obmutesceret, & ipsa timore compressa esset: Deus videret intus quid cogitaret homo, si etiã alium hominẽ lateret. Tacitas ergo cogita-
C tiones hominũ tales, aut etiam erumpẽtes in verba vel facta curat iste Psalmus, si curari velint. Intendãt ergo & curentur. Atque vtinã in hac multitudine tota quæ nunc est inter istos parietes, & audit per nos verbum Domini, nulla sint talia vulnera quæ curentur. Vtinam nulla sint. Non tamen rem superfluam facimus dicere, si nulla ibi sunt vulnera. Instruantur corda ad sanandos alios, cùm audire talia cœperint. Credo enim quia vnusquisque Christianus, cùm audierit aliquẽ dicentẽ talia, si bonus fidelis est, & bene credit Deo, & spes eius est in futuro seculo, nõ in hac terra, non in hac vita est, & non frustra audit vt sursum cor habeat: irridet & dolet talia murmurantes, & dicit sibi, Deus nouit quid agat: nos non possumus nosse consilium ipsius, quare parcit malis ad tẽpus, vel quare laborant boni ad tempus. Sufficit tamẽ mihi hoc scire, quia & ad tempus la-
D borat bonus, & ad tempus floret malus. Qui ergo talis est, securus est, & patienter fert omnes felicitates malorũ, & labores bonorum patienter fert: tolerat donec finiatur hoc seculum, donec transeat iniquitas. Iam talis beatus est, & erudiuit eum Deus de lege sua, & mitigauit eũ à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Qui verò nondum est talis, audiat per nos quod Domino placet. Plura autem ipse dicat in corde, qui melius videt vulnus quod curet. Psalmus hunc titulum habet, id est, hanc inscriptionem: Psalmus ipsi Dauid quarta sabbati.) Docturus est Psalmus iste patientiam in laboribus iustorum: contra iniquorum felicitates patientiam docet: patientiam ædificat. Hoc habet totus à capite vsque in finem. Quare ergo talem habet titulum, in quarta sabbati? Vna sabbati, dies Dominicus

nicus est: secunda sabbati, secunda feria, quẽ seculares diẽ Lunæ vocãt: tertia sabbati, tertia feria, quem diem illi Martis vocãt. Quarta ergo sabbatorũ, quarta feria, qui Mercurij dies dicitur à Paganis & à multis Christianis: sed nolumus vt dicant, atque vtinam corrigantur vt nõ dicant. Sic enim habent linguã suã, qua vtantur. Non enim & in omnibus gentibus ista dicuntur. Multæ gentes aliæ atque aliæ aliter vocãt. Melius ergo de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit. Tamen si quem fortè consuetudo traxerit, vt illud exeat ex ore quod improbat corde, intelligat illos omnes, de quorũ nominibus appellata sunt sidera, homines fuisse: nec ex eo esse cœpisse ista sidera in cælo, ex quo illi esse cœperunt. Et antè ibi fuerunt: sed per beneficia quædam mortaliũ mortalia illi homines pro tempore suo, quia plurimũ potuerunt & eminuerũt in hoc seculo, cùm chari essent hominibus, non propter vitam æternam, sed propter commodum temporale
al. à seculo decepti. deferebantur eis diuini honores. Veteres enim † vates
B decepti, & decipere volentes, in eorum adulationẽ qui sibi aliquid secundum amorem seculi præstitissent, sidera ostendebant in cælo: dicentes, quòd illius esset illud sidus, & illud illius. Homines autem qui antè non aspexerant vt viderent, quia ibi erant & illa sidera antequam nascerentur, decepti crediderunt: & concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmauit, Christus euertit. Nos ergo secundũ quod loquimur quarta sabbatorũ, quartus dies intelligitur à die Dominica. Attendat itaque charitas vestra, quid sibi velit iste titulus. Hic grande mysterium, & reuera occultũ. Nam pleraque ipsius Psalmi manifestè sonant, & manifestè mouent, & citò intelliguntur. Hic autem titulus, quod fatendum est, habet non parum obscuritatis: sed aderit Dominus & serenabit nubilum, & videbitis Psalmum, & ex fronte Psalmi cognoscetis eũ. In fronte enim habet Psalmus iste, Psalmus ipsi Dauid quarta sabbatorũ. In limine est titulus, in postibus fixus
C est. Volunt homines titulum cognoscere: & sic domũ
Genes.1.a intrare. Recolamus ergo Scripturam sanctã in Genesi, primo die quid sit factũ: inuenimus lucẽ: secundo die quid sit factum, inuenimus firmamentum, quod appellauit Deus cælum: tertio die quid sit factũ, inuenimus speciem terræ & maris, & segregationẽ, vt omnis congregatio aquarum vocaretur mare, & arida vocaretur terra. Quarto die, luminaria fecit Deus in cælo, solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis. Hoc quarto die fecit. Quid sibi ergo vult quod de quarto die accepit Psalmus titulũ? In quo Psalmo docetur patientia aduersus felicitates malorum, & labores bonorum. Habes Paulum apostolum dicentẽ san-
Philip.2.b ctis fidelibus roboratis in Christo: Omnia facite sine murmuratione & disceptatione, vt sitis irreprehẽsibiles & synceri, immaculati filij Dei in medio nationis tortuosæ & peruersę, in quibus apparetis sicut lumina-
D ria in mundo, verbum vitę habentes. Similitudo de luminaribus data est ad sanctos, vt sine murmuratione sint in natione tortuosa & peruersa. Sed ne quisquam propterea putet colenda esse & adoranda luminaria cæli, quia inde aliqua similitudo ducta est ad significationem sanctorum: prius hoc explicemus in nomine Christi, quàm non sit consequens, vt propterea tibi videatur adorandus sol, aut luna, aut stellæ, aut cælum, quia aliqua de illis similitudo ducta est, quasi significarentur sancti, quia multa sunt de quibus ducta est similitudo ad significandos sanctos, quæ non adorantur. Si enim quicquid est vnde similitudo ducitur ad sanctos, adorandum tibi putas, adora montes & colles, quia
Psal.113. dictum est: Montes exultauerunt velut arietes, & colles A velut agni ouiũ. Tu de sanctis dicis, ego de ipso Christo dico. Adora leonem: quia dictum est, Vicit leo de Apoc.5.b.
tribu Iuda. Adora petram, quia dictum est: Petra autẽ 1.Cor.10.a
erat Christus. Si autem non adoras in Christo ista terrena, quamuis de illis similitudo quædam data est ad significãdos sanctos, de quacunq; creatura ducta fuerit similitudo: tu intellige similitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ. Dictus est sol Dominus nostER Iesus Christus. Nunquid iste sol quem & minutissi- Sap.5.b
ma animalia nobiscum vident? Sed de quo dictum est: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem Ioan.1.a
venientẽ in hunc mundum. Nam lux ista non hominẽ solum illuminat, sed & iumẽta & pecora & omnia animalia. Quod autem illuminat omnem hominem, in corde illuminat, vbi intellectum solum habet. Intelligat ergo charitas vestra quibus dixit Apostolus: In na- Philip.2.b
tione tortuosa & peruersa, id est, inter iniquos, in quibus apparetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ habentes: quodammodo admonuit nos & istum Psalmum intelligere, & prænoscere titulum ipsius. Tales enim sancti in quibus est verbum vitę, de conuersatione quam habent in cælo, despiciunt omnia iniqua quæ fiunt in terra. Et quomodo luminaria in cælo per diem & per noctem procedunt, peragunt itinera sua, cursus certos habent, & cõmittuntur tanta mala, nec deuiant desuper stellæ fixę in cælo, agentes per tractus cęlestes, quæ illis præstituit & constituit creator ipsorum: sic debent sancti, sed si in cælo figantur corda eorum, si nõ frustra audiant & respondeant sursum se habere cor, si imitentur eum qui ait: Nostra autem conuersatio in Philip.3.d
cælis est. Qui ergo sunt in supernis, & de supernis cogitant, sicut dictum est: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & Matth.6.c
cor tuum, de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt: & quicquid in terra committitur, sic non curant donec peragant itinera sua, quemadmodum non curant luminaria cæli, nisi quomodo exerceant dies & noctes, quamuis tanta mala videant fieri super terram. Sed facile est fortè, vt ferãt iusti iniquitates malorum, quæ non in ipsos fiunt. Sed sicut ferunt quæ in alios fiunt, sic ferant, & quæ in ipsos fiunt. Non enim propterea debent ferre & tolerare, quia in alios fiunt: & si in se fiant, non debent perdere tolerantiam. Nam qui perdiderit tolerantiam, cecidit de cælo: qui autem fixum habet cor in cælo, terra ipsius laborat in terra. Quanta & de ipsis luminaribus fingunt homines, & patienter ferunt: quomodo iusti patienter debent ferre omnes etiam de se falsas criminationes? Hoc ipsum quod iam dudum dixi, quia illa stella Mercurij est, & illa stella Saturni est, & illa stella Iouis est: conuicia fiunt stellis. Quid illæ, cùm audiunt tanta conuicia? Nunquid mouentur, aut non exercent cursus suos? Sic Philipia.2.b
& homo, qui in natione peruersa, & tortuosa habet verbum Dei, sicut luminare est fulgens in seculo. Quãta qui sibi videntur honorare solem, de illo mentiuntur? Qui dicunt, Christus est sol, mentiuntur de sole: Nouit sol Dominum suum esse Christum, & creatorem suum. Etsi indignari potest, acerbiùs indignatur contra falsò honorantem, quàm contra contumeliosum. Seruo enim bono maior contumelia est iniuria Domini. Quanta falsa de ipsis luminaribus quidam dicunt? & ferunt, tolerant, & nõ mouentur. Quare? Quia in cælo sunt. Cælum autem quid est? Nec hoc prætermittamus. Quædam de luna mentiuntur homines, quando vident obscurari lunam, & dicunt: Malefici illam deponunt: cùm certis temporibus defectum suum habeat secundum Dei dispositionem. Non curat tamẽ ista verba hominum illa, quæ in cælo est. Sed quid est, in cælo? In firmamento cæli est. Cuius ergo cor in fir-

Psal.103. mamento libri Dei est, ista non curat. Nam cęlũ, id est, firmamentũ, intelligitur per figuram liber legis. Ideo quodã loco dicitur: Extẽdens cælũ sicut pellem. Si extẽditur sicut pellis, tanquã liber est extẽtus vt legatur. Transacto autẽ tempore quo legitur lex, ꝓpterea enim legitur lex, quia nondum venimus ad illam sapiẽtiam, quæ implet corda, & mentes intuentium, nõ opus erit vt aliquid ibi nobis legatur: quia in eo quod nobis legitur, syllabę sonant & transeunt: illa autẽ lux veritatis non præterit, sed fixa permanens inebriat corda videntium: quomodo dictũ est: Inebriabuntur ab vbertate Psalm. 35 domus tuæ, & torrente deliciarũ tuarum potabis eos, quoniam apud te est Domine fons vitæ. Et vide ipsum fontẽ. In lumine, inquit, tuo videbimus lumen. Modò ergo lectio necessaria est, quamdiu ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, sicut dicit Apostolus: 1. Cor. 13. e Cùm autem venerit quod perfectũ est, auferetur quod ex parte est. Non enim liber necessarius erit, neq; legemus in illa ciuitate Hierusalem, vbi angeli viuunt: vnde nos modò peregrinamur, & peregrinatio nostra gemit: gemit autẽ si scimus, quia peregrinamur. Nã odit valde patriã, qui putat sibi bene esse cùm peregrinatur. Nunquid in illa ciuitate vbi sunt angeli, Euãgelium legitur, aut Apostolus? Verbo Dei pascuntur. Quod verbum Ioan. 1. b Dei, vt sonaret nobis ad tempus: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sed tamẽ ipsa lex, quæ scripta al. committitur est, firmamentũ nobis est: ibi si sit cor nostrũ, non † impellitur iniquitatibus hominũ. Dictum est ergo: Extẽdit cælum sicut pellem. Cùm autem transeunt tẽpora Psal. 103. necessitatis librorũ, fit quod dictum est: Cælum plicabitur vt liber. Esa. 34. a Qui ergo sursum habet cor, ipsum cor ipsius luminare est. In cælo fulget, nec vincitur tenebris. Infrà enim sunt tenebræ: tenebrę autem iniquitas, non incommutabiles tenebræ. Iam & hesterno die cõmemorauimus. Sed qui hodie tenebræ sunt, si velint, C cras lux erunt. Qui tenebræ huc ingressi sunt, si velint, iam lux esse possunt. Apertè enim Apostolus, ne quis putaret naturales esse iniquitates quæ mutari non possunt: Fuistis enim, inquit, aliquando tenebræ, nunc Ephes. 5. b autem lux in Domino, sicut filij lucis ambulate. Lux, inquit, in Domino, non in vobis. Cor ergo in libro. Si cor in libro, cor in firmamento cæli. Si ibi est cor, inde lucet, & non mouebitur iniquitatibus subterpositis: nõ quia in cælo ibi est per carnem, sed quia ibi est per cõuersationem: secundum quod dictum est: Nostra autẽ Philip. 3. d conuersatio in cælis est. Non potes cogitare illam ciuitatem, quia nondum vides. Vis cogitare cælum? Librũ Dei cogita. Audi Psalmum: Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Psal. 1. Et ibi beatus dictus est, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit: sed in lege Domini fuit voluntas eius. Vide luminare in cælo: Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Vult patienter ferre omnia? Non descendat de cælo, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ergo in cælo cor eius. Si in cælo D cor eius, omnes iniquitates, quæ fiunt in terra ad tempus, omnes felicitates malorum hominum, omnes labores iustorum meditanti die ac nocte legem Dei, nulla sunt: & patienter tolerat omnia, & erit beatus eruditus à Deo. Et quomodo in firmamento cæli? Quia lex firmamentum est. Beatus vir quem tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eum: vt mitiges eum à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Attendite ergo luminaria, quomodo procedunt, & occidũt, & redeunt. Agunt cursus suos, distinguunt diem & noctem, volunt annos, & tempora, & tanta mala fiunt in terra, illis quietem in cælo habentibus. Quid est ergo quod docet Deus? Iam attendamus Psalmum.

Expositio Psalmi.

DEVS vltionũ Dominus, Deus vltionum fidenter egit.) Tu putas quia non vindicat? Vindicat, Deus vltionũ est. Quid est, Deus vltionũ? Deus vindictarum. In eo certè murmuras, quia non vindicatur in malos. Noli murmurare, ne inter illos sis in quos vindicatur. Facit ille furtũ, & viuit: tu murmuras aduersus Deum, quia nõ moritur qui tibi furtũ fecit. Si iã non facis furtũ, vide. Si enim iam nõ facis, vide ne aliquãdo fecisti. Si iã dies es, recole noctẽ tuã. Si iã in cælo fixus es, recole terram tuã. Inuenis te furẽ fortasse fuisse aliquando: & aliquẽ aliũ fortè stomachatũ, quia & tu furtum faciens vixisti, & non es mortuus. Quomodo autem tu quãdo faciebas, ideo vixisti vt postea nõ faceres: noli quia tu trãsisti, velle misericordię Dei pontẽ subuertere. Nescis illuc multos trãsituros, quò & tu trãsisti? Esses B modò qui murmurares, si aduersus te audiretur qui prior de te murmurauit? Et tamẽ & nũc optas vindictã Dei in malos, vt fur moriatur: & murmuras aduersus Deũ, quia fur nõ moritur. Appẽde in statera æquitatis, furẽ & blasphemũ. Iã dicis quia fur nõ es: sed murmurãdo aduersus Deũ, blasphemus es. Ille captat somnum al. videt. hominis vt aliquid † inuolet, & tu dicis quia dormit Deus, & hominẽ nõ videt. Ergo vis vt ille corrigat manũ, prior tuã linguam corrige. Vis vt ille corrigat cor aduersus hominẽ, tu corrige cor aduersus Deũ: ne fortè cùm optas vindictã Dei, si venerit, te prior inueniat. Nã ille veniet & vindicabit ꝑseuerãtes in nequitia sua, ingratos prærogationi misericordiæ ipsius, ingratos patiẽtię ipsius, thesaurizantes sibi irã in die iræ & reue- Rom. 1. a lationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua, quia Deus vltionũ Dominus, Deus vltionũ, ideo fidẽter egit. Nulli enim pepercit, quãdo hic locutus est: ipse Dominus erat in carnis infirmitate, sed in C virtute sermonis nõ accepit personas principũ Iudæorum. Quanta in illos dicit, quomodo dictũ est, fidenter egit? Verè in fiducia, quia scriptũ est in Psalmis de illo: Psal. 11. Propter miseriã inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Qui sunt pauperes? Qui sunt inopes? Qui spem nõ habent nisi in illo solo, in quo solo spes non fallitur. Attẽdite fratres, qui sunt pauperes & inopes. nõ omnino pauperes qui nihil habẽt, videntur dici à Scriptura, quando laudantur pauperes. Inuenis enim pauperẽ hominẽ, qui quãdo patitur aliquã iniuriam, nõ attendit nisi patronũ suũ, in cuius fortè domo manet, cuius inquilinus est, cuius colonus est, cuius cliẽs est: & ideo se indignè pati asserit, quia ad illũ pertinet. Cor ipsius in homine, spes ipsius in homine, cinis in cinere. Sunt autẽ & alij qui opulẽti sunt, & honoribus secundũ tempus humanis fulciuntur: & tamen nec in pecunia sua spem ponũt, nec in fundis suis spem ponunt, nec in familia sua spẽ ponũt, nec in claritate trãsitoriæ dignitatis: sed totã spem in illo ponunt, cui non succeditur, qui mori non potest, qui falli & fallere non D potest. Tales etsi multa videntur habere secundũ seculum, bene tamẽ ea gubernant ad refectionem indigentiũ: inter pauperes Domini numerantur. Vident enim periculosè se viuere in hac vita, sentiũt se esse peregrinos: sic diuersantur in opulentia diuitiarũ suarũ, quomodo viator in stabulo, transiturus, nõ possessurus. Ergo quid Dominus? Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in salutari. Salutaris noster, saluator noster est. In illo voluit ponere spem & gemitum omnium inopum. Et quid ait? Fiducialiter agam in eo. Quid est, fiducia- Psal. 11. liter agam? Non timebit, non parcet vitiis & concupiscentiis hominum. Verè medicus fidelis, medicinali ferro sermonis instructus, secuit omnia vulnera.

Ideo

Ideo quia talis prædictus & prænũciatus erat, talis etiã inuentus est. Loquebatur in monte, vbi dixit: Beati Matth. 5. a pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorũ. Ibi beati dicti sunt, qui persecutionẽ patiuntur propter Ibidem. iustitiã. In ipso sermone dixit: Quia ipsorũ est regnum cælorũ. Et vt faceret illos luminaria, id est, patiẽter tolerantes omnia ista iniqua quæ transeunt: Beati eritis, inquit, cùm vos ꝑsecuti fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos. Gaudete & exultate, quia merces vestra magna est in cælis. Deinde in progressu sermonis cùm docere inciperet, quamuis eum turba circũdaret, dixit talia discipulis suis, quæ ferirẽt faciẽ Pharisæorũ & Iudæorũ: quia quasi primatus habebant exponendarum Scripturarũ omniũ, qui sibi quasi iusti videbantur, vel videri se arbitrabãtur, & ad quorũ primatũ plebis obsequiũ videbatur obtemperare, nõ pepercit, sed dixit: Quãdo oratis, nõ eritis sicut hypocritę tristes, qui amãt Matth. 6. a in synagogis & angulis platearũ stantes orare, vt videãtur ab hominibus, & cętera talia. Tetigit † homines, nõ B al. omnes. timuit aliquẽ. Et cùm terminasset ipsum sermonẽ, cõclusit de illo Scriptura Euangelij sic: Factũ est, inquit, Matth. 7. d cùm cõsummasset Iesus verba hæc, admirabãtur turbę super doctrina eius. Erat enim docẽs eos tanquã potestatẽ habẽs, nõ quasi Scribæ eorũ & Pharisæi. Quanta ergo ille, de quo dictũ est, erat docẽs eos tanquã potestatẽ habens, quãta dixit: Væ vobis Scribæ & Pharisæi Matth. 23. b hypocritæ. quãta in illos corã in faciẽ? Neminẽ timuit. Quare? Quia Deus vltionũ est. Ideo nõ parcebat in verbo, vt essent postea quibus parceret in iudicio: quia si nollẽt accipere verbi medicinã, incursuri erãt vtiq; & inuẽturi iudicis sententiã. Quare? Quia dixit Deus vltionũ Dñs, Deus vltionũ fidenter egit: id est, nulli pepcit in verbo. Qui in verbo nõ pepercit passurus, parcet in sententia iudicaturus? Qui neminẽ timuit in humilitate, timebit quenquã in claritate? Ex eo quod iã fidenter egit, cogita quomodo sit acturus in fine seculi. Noli ergo murmurare aduersus Deũ, qui quasi parcit malis: C sed esto bonus cui fortè ad tẽpus in flagello nõ parcat, & in fine parcat in iudicio. Deus vltionum Dñs, Deus vltionũ fidẽter egit. Et quia fidenter egit, illi nõ tulerũt fiduciã eius. Et quia humilis venerat, & carne mortali indutus erat, & mori venerat, nõ facere quod peccatores, sed pati quòd peccatores: quia propterea venerat, vt cùm fidẽter egisset, & illi ferre nõ possent fiduciam Matth. 26. c & 27. d. e. eius in verbo, quid fecerunt? Tenuerunt, flagellauerũt, illuserunt, colaphizauerunt, sputis illinierũt, spinis coronauerunt, in cruce leuauerũt, postremò occiderunt. Sed quid sequitur quod fidẽter egerit? Exaltare qui iudicas terrã.) Putas quia tenuerũt humilẽ, tenebunt excelsum? Puta quia iudicauerunt mortalẽ, nónne ab immortali iudicabũtur? Quid ergo ait? Exaltare tu qui fidenter egisti, & fiduciã verbi tui nõ sunt passi iniqui, & putauerunt se aliquid egisse, quia te comprehẽdentes crucifixerunt, qui te deberẽt fide cõprehendere, com- D prehẽderunt persecutione. Tu ergo qui fidenter egisti inter iniquos, & neminẽ timuisti, & quia passus es, exaltare, id est, exurge, vade in cælũ: patiatur & Ecclesia patiẽter, quod passum est caput Ecclesię patiẽter. Et exaltare qui iudicas terram. Redde retributionẽ superbis.) Redditurus est, fratres. Quid est enim quod dictũ est: Exaltare qui iudicas terrã, redde retributionẽ ꝑbis? Prophetia est prædicentis, nón audacia iubentis. Non enim quia dixit propheta, Exaltare qui iudicas terram, obtemperauit prophetæ Christus vt resurgeret & iret in cælũ: sed quia hoc facturus erat Christus, hoc prędixit propheta. Nõ ideo fecit Christus quia ꝓpheta prędixerat: sed ideo ꝓpheta prędixit, quia ille factur' erat. Videt humilẽ Christũ in spiritu, videt humilẽ, neminẽ timentẽ, nulli parcentẽ in verbo: & dicit, fidenter egit. Videt illũ quàm fidenter egit, videt illũ cõprehensum, videt illũ crucifixũ, videt illũ humiliatum, videt illũ resurgentẽ & in cælũ euntẽ, & venturũ inde ad iudiciũ eorũ, inter quorũ manus passus est omnia mala: Exal- Act. 1. b tare, inquit, qui iudicas terrã, redde retributionẽ superbis. Superbis reddet, non humilibus. Qui sunt superbi? Quibus parũ est quòd mala faciũt, sed & defẽdere peccata sua volũt. Nanq; de his qui crucifixerũt Christũ, facta sunt postea miracula, quãdo de ipso numero Iudæorũ crediderũt, & donatus est illis sanguis Christi. Impias manus & cruẽtas de sanguine Christi portabãt, lauit eos ipse cuius sanguinẽ fuderũt. A diũcti sunt corpori ipsius, id est Ecclesiæ, qui corpus eius mortale, q̃ viderãt, persecuti sunt. Fuderunt pretiũ suũ, vt biberẽt pretiũ suum. Nanq; postea plures conuersi sunt. Cùm multa miracula fierent ab Apostolis, aliquot hominum milia vna die crediderunt: & tã in propinquo inuenti sunt, vt omnia sua quæ habebãt venderẽt, & pretiũ re- B rum suarũ ad pedes Apostolorũ ponerẽt, & vnicuique Act. 4. g distribuebatur quomodo cuique opus erat, & erat illis vna anima & cor vnũ in Deum, de ipsis crucifixoribus Domini. Sed quare nõ illis redditũ est? Quia redde retributionẽ superbis, dictũ est, illi autẽ noluerũt esse ꝑbi. Etenim cùm viderẽt multa miracula fieri per nomen Christi, quẽ se putabant interfecisse: cõmoti miraculis, audierunt à Petro, in cuius nomine illa fierẽt. Non enim sibi arrogare serui voluerunt potentiã Domini sui, vt dicerẽt à se factũ esse, q̃ ille in ipsis faciebat. Honorẽ ergo serui dederunt Dño suo: dixerunt, quia quę illi mirabantur, in nomine eius fierent quẽ illi crucifixerũt. Et facti sunt humiles, compuncti sunt corde, conturbati sunt cõfitentes peccatum suũ: & consilium quęsierunt, dicentes: Quid ergo faciemus? Non desperant de salute, sed quærunt medicinã. Tunc ait illis Act. 2. f Petrus: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui egerunt pœnitentiam, humiles fuerunt. Nõ ergo illis redditum est: quia vide quid dicat Psalmus iste: Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Ab illo ergo numero excepti erant illi: in illis valuit vox illa Domini in cruce pendẽtis, & dicentis: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Exaltare qui iudicas Lucæ 23. c terrã, redde retributionẽ superbis. Ergo redditurus est retributionem? Redditurus, sed superbis. Sed quando? Quando reddet? Interim mali triumphant, & exultant mali: blasphemãt mali, omnia mala faciunt. Mouet te, cum pietate quære: nõ cum superbia reprehende. Mouet te, cõpatitur tibi & psalmus, quærit tecum, nõ quia nescit: sed ideo tecum quærit quod scit, vt in illo inuenias quod nesciebas. Quomodo qui vult aliquẽ consolari, nisi cõdoleat cum illo, non illũ erigit. Prius cũ illo condolet, & sic eum reficit sermone consolatorio. Si autẽ intret ad Illum ridens luctum eius, non facit quod modò lectũ est, dicente Apostolo: Gaudere cũ gaudẽ- Rom. 12. e tibus, flere cũ flentibus. Ergo vt gaudeat tecũ, prius fles cum illo, cõtristaris cum illo vt reficias eum: sic & psalmus & spiritus Dei vtiq; omnia sciens quærit tecum, quasi verba tua dicit. Vsquequò peccatores Domine, vsquequò peccatores gloriabuntur? Respondent & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniustitiã. Quid loquentur, nisi contra Deũ qui dicunt, quid nobis prodest quia sic viuimus? Quid dicturus es? Verè curat ista quæ facimus Deus? Quia enim viuunt, putant Deum nescire quod faciunt. Vide quid mali illis contingat: quia si stationarius sciret, teneret illos, & ideo vitant oculos stationarij, ne statim teneantur. Oculos enim Dei vitare nemo potest: quia non solùm in

cubiculo videt, sed & intima cordis tui. Cogitãt & ipsi, quia nihil potest latere Deum. Et quia faciunt & sciunt quid fecerunt, & vident se viuere sciente Deo, qui nõ viuerẽt sciente stationario: dicunt sibi: Ista placẽt Deo. Et, reuera si illi displicerent facta nostra, quomodo displicent iudicibus, quomodo displicent regibus, quomodo displicent imperatoribus, & quomodo displicẽt commentariensibus: nunquid quomodo illorũ oculos vitamus, vitare possumus oculos Dei? Ergo placẽt ista Deo. Ideo in alio psalmo peccatori dicitur: Hęc fecisti, & tacui. Suspicatus es iniquitatẽ, quòd ero tibi similis. Psal. 49. Quid est ergo, ero tibi similis? Vt quomodo tibi placet factum tuũ malũ, sic putes, quia & mihi placet. Et minatur in posterũ: Arguam te. Ergo non tacet qui dixit, tacui. Cùm dicit: Hæc fecisti, & tacui. Suspicatus es iniquitatẽ quòd ero tui similis: nõ tacet. Cùm enim nos loquimur, ille nõ tacet. Cùm enim lector legit, ille non tacet. Cùm psalmus ista cantat, ille non tacet. Et istæ omnes voces Dei per orbẽ terrarũ fiunt. Quomodo ergo tacet? quomodo non tacet? Nõ tacet in verbo, tacet in vindicta. Quid est ergo, hæc fecisti, & tacui? Hæc fecisti, & nõ vindicaui. Suspicatus es iniquitatẽ quòd ero tui similis. De ipsa vindictæ taciturnitate, id est, de cessatione vindictæ, alio loco dicit: Tacui, nunquid semp Esa. 42.c tacebo? Vsquequò peccatores Domine, vsquequò peccatores gloriabuntur? Respõdent & loquẽtur iniquitatẽ: Iniquitatẽ loquentur omnes qui operantur iniustitiã? Et dicit omnia opera. Respõdent & loquentur iniquitatẽ. Quid est, respondẽt? Cõtra iustũ habent quod respõdeant. Venit iustus aliquis & dicit: Noli facere iniquitatẽ. Quare? Ne moriaris. Ecce feci iniquitatẽ, quare nõ morior? Ille fecit iustitiam, & mortuus est. Quare mortuus est? Ego feci iniquitatẽ, quare me nõ abstulit Deus? Ecce, ille fecit iustitiã, & quare sic in illũ vindicauit? Quare ille sic laborat? Respõdent, hoc est respõdent, quia habẽt quod dicãt. Quia parcitur illis, de patiẽtia Dei inueniunt argumentũ responsionis suæ. Parcit ille propter aliud, respondẽt illi propter aliud, quia viuunt. Cur enim parcat ille, dicit Apostolus: exponit Rom. 2.a consiliũ patientię Dei: Existimas, inquit, qui talia agis, quia tu effugies iudiciũ Dei? An diuitias benignitatis & lõganimitatis eius contẽnis? Ignoras quia patiẽtia Dei ad pœnitentiã te adducit? Tu autẽ, id est, ille qui respõdet & dicit, si displicerẽ Deo, non mihi parceret Deus. Ibidem b. Vide quid sibi facit, audi Apostolũ: Tu autem secundũ duritiã cordis tui & cor impœnitẽs, thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundũ opera sua. Ille ergo auget longanimitatem, & tu auges iniquitatem. Erit illius thesaurus al. sempiterna misericordia. in † sempiternũ, misericordia in eos qui non contempserũt misericordiã: tuus autẽ thesaurus in ira inueniẽtur, & quod ponis quotidie per modicum, postea massam inuenturus es. Minutatim ponis, sed cumulũ inuenies. Noli attẽdere minuta peccata tua quotidiana. De minutissimis guttis flumina implentur. Quid autem illi faciunt qui respondent & loquentur iniquitatem, quia faciunt, & parcitur eis? Populum tuũ Dñe humiliauerunt.) Id est, omnes qui iustè viuunt, in quos volunt superbire omnes mali. Populũ tuũ Domine humiliauerunt: Et hæreditatem tuam vexauerunt. Viduã & pupillos interfecerunt, & proselytum occiderunt.) Id est, peregrinum, aduenam. Aduenticiũ, ipsum dicit proselytũ. Manifesta sunt ista singula, nec opus est in his immorari. Et dixerunt, non videbit Dñs.) Nõ attendit Psal. 49. ista, negligit ista, alias res curat, non intelligit. Hæ enim duæ voces, sunt voces malorum. Vna quam iam dixi: Hæc fecisti, & tacui, suspicatus es iniquitatẽ quòd ero tibi similis. Quid est, quòd ero tibi similis? Putas quia

A video † peccata tua: & placẽt mihi, quia non vindico. al. facia. Alia est vox iniquorũ, quia nec attendit ista Deus, nec adẽuertit vt sciat quemadmodũ viuã, nõ me curat Deus. Ergo inter aliqua me computat Deus? Aut verè me numerat Deus? Aut ipsos homines numerat? Infelix homo, vt esses curauit: vt bene viuas, non curat? Istorũ ergo ista vox est. Et dixerunt: Nõ videbit Dominus. Neque intelliget Deus Iacob. Intelligite nunc qui insipiẽtes estis in populo, & stulti aliquãdo sapite.) Populum suum erudit, cui possunt cõmoueri pedes. Quando felicitates iniquorũ videt homo, iam bene viuens in numero sanctorũ Dei, id est, in numero filiorũ Ecclesiæ, videt quia florẽt mali, & faciunt iniquitatẽ, & æmulatur eos, & adducitur vt imitetur facta ipsorũ: quia videt quasi nihil sibi prodesse quòd bene viuat humilis, B hic sperãs mercedẽ. Nam si illã speret futuram, nõ illã perdet, quia nondũ venit tempus vt accipiat eã. In vinea operaris, fac opus tuũ, & accipies mercedem tuã. A patrefamiliãs non exigeres antequam opereris, & à Deo exigis antequã opereris? Et ista tolerãtia ad opus tuũ pertinet, & hoc ad mercedẽ pertinet. Minus vis facere in vinea, qui nõ vis tolerare, quia & ipsa tolerantia ad ipsam operationẽ pertinet, vt inuenias mercedem. Quòd si dolosus es, vide ne nõ solùm nõ accipias mercedẽ, sed & pœnã inuenias: quia voluisti esse operarius dolosus. Et quidẽ operarius dolosus vt incipiat nõ bene facere, oculos patrisfamiliãs attendit, ad illũ aspicit qui conduxit ad vineam, vt cùm ille auerterit oculos, cesset, & nõ bene operetur: cùm autem ille aduerterit oculos, bene operetur. Deus autẽ qui te conduxit, nõ auertit oculos. Non tibi licet dolosè operari. Super te semper sunt oculi patrisfamiliãs, quære vbi illũ fallas, & si potes cessa. Ergo si qui fortè aliquid cogitabatis, quando videbatis malos florere, & cogitationes vestræ C faciebant nutare pedes vestros in via Dei: vobis loquitur Psalmus iste. Si autem nullus vestrũ talis est, per vos aliis loquitur, dicens: Intelligite nunc, quia dixerunt illi: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite, inquit, nunc qui insipientes estis in populo, & stulti aliquãdo sapite. Qui plãtauit aurẽ, nõ audiet?) Non habet vnde audiat, qui tibi fecit vnde audias? Qui plantauit aurem, non audiet? Aut qui finxit oculũ, non considerat? Qui erudit gentes, non arguet? Attendite hoc magnopere fratres mei, qui erudit gentes non arguet? Hoc modo facit Deus, erudit gentes: ideo misit verbum suum per orbem terrarum hominibus, misit per angelos, per patriarchas, per prophetas, per seruos suos, per tot præcones antecedentes iudicem. Misit & ipsum verbum suum, misit & ipsum filium suum, misit seruos filij sui, & in ipsis seruis filium suum. Per totum orbem terrarum prædicatur vbique verbum Dei. Vbi non dicitur hominibus: Relinquite iniquitates vestras priores, conuertite vos ad itinera recta? Ideo parcit, vt vos corrigatis: ideo heri non vindicauit, vt hodie bene D viuatis. Erudit gentes, non ergo arguet? non auditurus est quos erudit? non iudicaturus est quibus sermonem præmisit & præseminauit? In schola si esses, acciperes, & non redderes? Vtique quando accipis à magistro, erudiris. Committit tibi magister quod præbet, & non exiget quando reddis? aut cùm cœperis reddere, sine metu eris plagarum? Modò ergo accipimus: postea statuimur ante magistrum, vt reddamus omnes præteritas nostras, id est, vt rationem reddamus de his omnibus quæ nobis modò erogantur. Rom. 14.b Audi Apostolum dicentem: Omnes astabimus ante 2. Cor. 5.b tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Qui erudit gentes, non arguet?

Qui

Qui docet hominem scientiam?) Ipse nõ scit qui te fecit scire? Qui docet hominem scientiã? Dominus scit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt.) Nã etsi tu nescis cogitationes Dei, quoniam iustę sunt: ille tamen scit cogitationes hominũ, quoniã vanæ sunt. Et homines scierunt cogitationes Dei: sed quibus iam amicus factus est, prodit consiliũ suum. Et vos fratres mei, nolite vos cõtemnere. Si cum fide acceditis ad Dominũ, auditis cogitationes Dei: eas modò discitis, hoc vobis dicitur, & ad hoc instruimini, quare parcat modò Deus malis, ne murmuretis aduersus Deũ, qui docet hominẽ scientiã, Dominus scit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. Relinquite ergo cogitationes hominũ, † quoniã vanæ sunt: vt cõprehendatis cogitationes al. quę Dei, quæ sapiẽtes sunt. Sed quis est qui comprehendit cogitationes Dei? Qui ponitur in firmamento cæli. Iã hoc cantauimus, iã hoc diximus & exposuimus. Beatus vir quẽ tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eũ: Vt mitiges eũ à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea.) Ecce habes cõsilium Dei quare parcat malis, donec fodiatur fouea peccatori. Tu iã vis illũ sepelire? Adhuc fouea illi foditur, noli festinare sepelire. Quid est, donec fodiatur peccatori fouea? Aut quẽ ponit peccatorẽ? vnũ hominẽ? Non. Quid ergo? Omne genus hominũ peccatorũ scilicet & superborũ: iã enim præmisit: Redde retributionẽ superbis. Nã & ille peccator fuit publicanus, qui oculos eliserat in terram, & Luc. 18.c percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Sed quia non superbus erat, Deus autẽ reddet retributionem superbis: non illi, sed talibus fodiatur fouea, donec reddat retributionẽ supbis. Ergo quod ait, Donec fodiatur peccatori fouea, superbos intellige. Quis est superbus? Qui in cõfessione peccatorũ non agit pœnitentiã, vt sanari per humilitatẽ possit. Quis est superbus? Qui illa ipsa pauca quæ videtur habere bona, sibi vult arrogare, & derogat misericordiæ: Dei. Quis est superbus? Qui etiam si Deo tribuat bona Ibidem.b quæ facit, insultat tamen his qui illa non faciunt, & extollit se super illos. Nam & ille Pharisæus, Gratias tibi ago, inquit. Non dixit, ego facio: de his quæ faciebat, gratias Deo agebat. Sentiebat ergo & bene se facere, & ab illo se facere. Vnde ergo improbatus est? Quia insultabat publicano. Vt perficiamini attendite. Primò pręcedere debet, siue virũ, siue feminã confessio peccatorum, salubris pœnitentia quæ valeat ad corrigendum hominẽ, non ad irridendũ Deũ. Cùm autem post pœnitentiã bene viuere cœperit, habet adhuc quod cogitet, ne sibi tribuat quod bene facit, sed illi agat gratias, cuius gratia factum est, vt bene viueret: quia ille illum vocauit, ille illũ illuminauit. Ergo iste iam pfectus est? Nõ. Adhuc deest illi aliquid. Quid illi deest? Vt nõ superbiat super eos, qui necdũ sic viuunt quomodo ipse viuit. Qui talis fuerit, securus sit: non illi redditur retributio, de qua dictum est: Redde retributionẽ superbis. D Nõ est inter illos quibus fodiatur fouea. Nã videte illũ qui dicebat: Gratias tibi ago, quia nõ sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. Quantum se extulit cùm dicit, quia non sum sicut & publicanus iste? Ille autẽ elisa facie, percutiebat, pectus suũ, dicẽs: Deus propitius esto mihi peccatori. Ille superb' erat in bonis factis, ille humilis in malis factis. Videte fratres, magis placuit Deo humilitas in malis factis, quàm superbia in bonis factis. Sic odit Deus su- Lucæ 18.c perbos, & ideo sic conclusit: Amen dico vobis, descẽdit iustificatus publicanus magis quàm Pharisæus: & dicit quare: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Fratres mei, vel hinc solùm nos discimus, quia humilitatem nos docuit Christus:

A quia Deus factus est homo. Ipsa est humilitas quæ displicet Paganis, vnde nobis insultant. Qualẽ Deum colitis qui natus est? Qualẽ Deũ colitis qui crucifixus est? Humilitas Christi superbis displicet: tibi autẽ Christiano si placet, imitare. Si imitatus fueris, non laborabis: Matt. 11.d quia ipse dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & discite à me: quia mitis sum & humilis corde. Hæc est ergo disciplina Christiana: nemo facit aliquid bene, nisi gratia ipsius. Quod facit homo malè, ipsius est hominis: q̃ facit bene, de beneficio Dei facit. Cùm cœperit facere bene, nõ sibi tribuat: cùm nõ sibi tribuerit, gratias agat ei à quo acceperit. Cùm autẽ bene facit, nõ insultet illi qui illud nõ facit, aut extollat se super eũ. Nõ enim in illo finita est gratia Dei, vt ad aliũ non peruenìat. Vt mitiges eũ à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Mitis ergo esto quisquis Christianus es, à diebus malignis. Maligni enim sunt dies, quibus videtur florere peccatores, & laborare iusti: sed labor iustorũ flagellũ est patris, & felicitas pec- B catorũ fouea ipsorũ est. Quia enim mitigat vos Deus à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea: non cogitetis quia modò in aliquo loco stant angeli cũ tridẽribus, & fodiunt istã foueã magnã, quæ possit capere omne genus iniquorũ. Et quia videtis multos esse iniquos, & dicatis vobis carnaliter: reuera tantã multitudinẽ iniquorũ, tantam turbã peccantiũ quæ fouea potest capere? Quãdo foditur fouea talis quæ omnes capiat? quãdo exhauritur? Ideo parcit Deus. Nõ hæc est fossa peccatorũ, ipsa felicitas peccatorũ, fossa ipsorum est: in illã enim cadẽt tanquã in foueã. Intẽdite fratres, quia magna res est vt felicitas fouea dicatur, donec fodiatur peccatori fouea. Parcit enim illi Deus, quẽ nouit peccatorẽ & impiũ, occulta iustitia suã: & hoc ipsũ quod ei parcit Deus, per impunitatẽ facit eum elatũ. Ille se altũ putat, & cadit: in eoipso cadit, quo se altum putat. Hoc se ille putat sublimiter ire, & Deus hoc foueam vocat. Fossa ad ima tendit, non ad cælũ. Pecca- C tores autem superbi quasi in cælum eunt, & in terram merguntur. Contrà, humiles quasi in terram se deprimunt, & in cælũ ascendunt. Mitescе ergo quisquis es fidelis, si eruditus es ex lege Dei, vt sit cor tuũ in firmamento cæli: quia Deus fecit luminaria quarto die, quẽ dicitur quarta sabbati, vnde titulũ Psalmus iste pcipit. Quomodo vides luminaria cum tota patientia dirigere cursus suos, & nõ curare quæ in se dicant homines: sic & tu non cures quicquid tibi fecerit caro. Omnis enim homo caro & sanguis est. Nõ enim vilis es in cõparatione alterius carnis, à qua videris premi: quia pro te ille suscepit carnem, & pro te ille fudit sanguinẽ, quẽ & te & illum ad suũ est perducturus examen. Et si tanta prærogauit, cùm esses impius, quid seruat fideli? Hinc mitescе, quemadmodũ mitescis cùm dicis, quia Deus hoc vult, ideo florent mali. Parcere vult malis, D ad pœnitentiam adducit eos quibus parcit, sed illi non corrigũtur. Nouit ille quomodo de illis iudicet. Immitis est autẽ homo, cùm vult contradicere aut bonitati Domini, aut patientiæ, aut potestati, aut iustitiæ iudicis. Erigitur superbus in Deum, mergit illum Deus, & in eoipso mergitur quo erigitur in Deum. nam in alio Psalmo sic ait: Deiecisti eos, dum extollerentur. Nõ di- Psal. 72 xit, deiecisti eos, quia elati sunt, aut deiecisti eos, posteaquam elati sunt: vt aliud sit tempus elationis corũ, aliud tempus deiectionis: sed in eoipso quo extollebãtur, ibi deiiciebantur. Quantũ enim superbum est cor hominis, tantum recedit à Deo: & si recedit à Deo, in profundum it. Nam contrà, cor humile de cælo adducit Deum, vt proximus fiat. Certè altus est Deus, super omnes cælos est Deus, transcendit omnes angelos.

Quantum habes erigi, vt attingas ad illum excelsum? Nolo te rumpas extẽdendo te. Aliud consiliũ tibi do, ne in ista extẽsione fortè crepes per superbiã. Certè altus est Deus: tu humilia te, & descendet ad te. Audiuimus quare parcat malis, hoc ipsum fossa ipsorũ est, dicit tibi Deus. Quomodo illis foditur, & quare illis foditur fouea, nõ est tuũ cognoscere: sed ex lege mea discе patientem te esse debere, donec fodiatur peccatori fouea. Et quid de me, inquis, qui laboro & laboro inter ipsos peccatores? Respõdetur tibi quod sequitur: Quia nõ repellet Dñs plebem suã.) Exercet, nõ repellit: quomodo dicit alio loco scriptura: Quoniam quem diligit Deus, corripit: flagellat autem omnẽ filium quẽ recipit. Ille flagellatum recipit, tu dicis quia repellit? Videmus homines in filiis suis facere illud: aliquando iam desperatos filios suos dimittunt viuere quomodo volunt. Eos qui spẽ habẽt, flagellãt: illos verò quos omnino viderint sine spe & indomitos esse, dimittunt vt faciãt quod volũt. Iam quẽ dimittit facere quod vult, nõ vult admittere ad hæreditatẽ suam: eũ autem flagellat filiũ, cui ipsam hæreditatẽ seruat. Cùm autem flagellat Deus filiũ, currat sub manu patris flagellãtis: quia qui flagellat, ad hęreditatẽ erudit. Ab hæreditate nõ repellit filiũ suum, quẽ castigat, sed ideo flagellat vt recipiat. Non sit tã vano sensu & puerili vt dicat: Plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere quicquid vult: ego si me mouero cõtra iussionẽ patris mei, flagella inuenio. Tu gaude sub flagellis: quia tibi seruatur hęreditas, quia nõ repellet Dominus plebẽ suã. Ad tempus emendat, nõ in æternũ damnat. Illis autẽ ad tẽpus parcit, in æternũ illos damnabit. Elige tibi, temporalẽ vis laborẽ, an sempiternã pœnã? temporalẽ felicitatẽ, an sempiternã vitam? Quid minatur Deus? Sempiternã pœnam. Quid promittit Deus? Sempiternam requiẽ. In quo flagellat Deus bonos, tẽporale est: in quo parcit malis, temporale est. Quia non repellet Dominus plebem suam, Et hæreditatem suam non derelinquet: Quoadusque iustitia, inquit, conuertatur in iudiciũ, & qui habent eã omnes recto sunt corde.) Attẽde modò, & habe iustitiã, quia iudicium nondum potes habere. Prius est vt habeas iustitiã, sed ipsa iustitia tua conuertetur in iudicium. Habuerunt hic iustitiã Apostoli, & pertulerũt iniquos. Sed quid illis dicitur? Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim trib' Israël. Ergo iustitia Apostolorũ conuertetur in iudiciũ. Modò enim iustus quisquis hic fuerit, ad hoc est vt patiatur mala & toleret. Patitur tempus passionis, & veniet dies iudicationis. Sed quid dico de seruis Dei? Ipse Dominus qui iudex est omnium viuorum & mortuorũ, primò iudicari voluit, & sic iudicare. Quousque iustitia conuertatur in iudicium, & qui habent eam omnes recto sunt corde.) Qui habent modò iustitiam, nondum iudicant. Primò est enim habere iustitiam, & postea iudicare. Primò patitur malos, & postea iudicat malos. Modò iustitia sit, postea conuertetur in iudicium: tamdiu patitur homines malos, quamdiu vult Deus, quamdiu illos perferet Ecclesia Dei, vt erudiatur per malitiã ipsorum. Non tamen repellet Deus plebem suam, quousque iustitia conuertatur in iudicium, & qui habent eã omnes recto sunt corde. Qui sunt recto corde? Qui hoc volũt quod Deus vult. Deus parcit peccatoribus, tu vis vt iam perdat peccatores. Distorti ergo cordis es & prauæ volũtatis, quãdo aliud vis, aliud vult Deus. Vult autem Deus parcere malis, tu non vis parci. Patiens est Deus peccatoribus, tu non vis tolerare peccatores. Sed vt dicere cœperam, aliud vis tu, aliud vult Deus. Conuerte cor tuum, & dirige ad Deum, quia & Dominus infirmis compassus est. Vidit in corpore suo, id est, in Ecclesia sua infirmos, qui primò voluntatem suã sequi tentarent: sed cùm vident voluntatẽ Dei aliã esse, dirigunt se & cor suum ad suscipiendam & sequẽdam voluntatem Dei. Ne voluntatẽ Dei velis torquere ad voluntatẽ tuã, sed tuã corrige ad voluntatẽ Dei. Voluntas Dei sic est quomodo regula. Ecce puta torsisti regulã, vnde habes corrigi? Illa autẽ integra manet: regula est enim incõmutabilis. Quãdiu integra est regula, habes quò te conuertas, & corrigas prauitatem tuam, habes vnde corrigas, quod in te tortũ est. Quid autem volunt homines? Parũ est quia voluntatẽ suam tortuosam habent, etiã volunt voluntatẽ Dei tortuosam facere secundũ cor suum: vt hoc faciat Deus quod ipsi volunt, cùm ipsi hoc debeant facere quod Deus vult. Quomodo autẽ cõplexus est Dominus ex duabus volũtatibus vnam factam in homine quem portabat? Præfigurans in corpore suo, id est, in Ecclesia sua futuros quosdã qui voluntatem suam vellent facere, sed sequerentur postea Dei: infirmos quosdã ostendit, quòd ad ipsum pertineant, & eos præfigurauit in se. Nã ideo & toto corpore sanguinẽ sudauit: quia in corpore suo, id est, in Ecclesia sua martyrũ sanguinẽ ostendit. Toto corpore sanguis exibat, ita Ecclesia eius habet martyres, per totũ corpus eius fusus est sanguis. Quosdã enim infirmos in se præfigurãs, vel in corpore suo, ex persona infirmorũ compatiens illis, ait: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ostendit hominis voluntatem: & si in ipsa voluntate permaneret, iam prauũ cor videretur ostendere. Sed si cõpassus est tibi, & te liberat in se: imitare quod sequitur, dicens: Verùm nõ quod ego volo, sed quod tu vis, pater. Si cœperit tibi subrepere voluntas humana, dicẽs: O si occidat Deus inimicum istũ meum, vt nõ me persequatur! ô si posset fieri vt nõ ab illo paterer tanta! iam si perseueraueris, & hoc tibi placuerit, & vides quia hoc nõ vult Deus, prauus cordes es, non habes iustitiam quæ conuertatur ad iudiciũ: qui enim illam habent, omnes recto sunt corde. Et qui sunt recti corde? Qui sic inueniuntur quomodo inuentus est Iob, qui ait: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictũ. Ecce rectũ cor. Iterũ in graui vulnere quid dixit vxori, quã propterea reliquerat diabolus, & non occiderat, vt ipse haberet adiutricẽ, nõ vt maritus cõsolatricẽ? Meminerat enim quia per illã Euam deceptus erat Adam, & necessariam sibi putabat hãc Euam. Accessit ad Iob illa tanquã Eua: sed Iob melior fuit in stercore victor quàm Adã victus in paradiso. Quid enim respõdit illi mulieri? Vide cor paratum, vide cor rectũ. Nunquid non patiebatur persecutiones & graues? Et omnes Christiani patiuntur: & si nõ sæuiunt homines, sæuit diabolus. Et si Christiani facti sunt Imperatores, nunquid diabolus factus est Christianus? Intẽdat ergo sanctitas vestra quid sit rectũ cor. Accessit ad eũ, & ait: Dic aliquid in Deum, & morere: & enumerauit omnes ærumnas ipsius vel suas. Dic aliquid in Deũ, & morere. Et ille illã iam cognoscẽs Euam, redire volens vnde lapsus est, fixo corde in Deo tanquam luminare in firmamento, habitans corde in libro Dei: Locuta es, inquit, tanquã vna ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala non tolerabimus? Quia fixũ cor in Domino, ideo rectum. Quia enim rectus est Deus, quando in illo figis cor, forma tibi fit vt sit tibi cor rectum. Fige ergo cor tuũ in illo, & rectum cor erit. Sed surrepebat voluntas humana, nescio quid de carnis infirmitate lactabat mentem tuam, noli iam desperare. Præsignauit Dominus in sua infirmitate te, nõ se: non enim timebat Dominus pati, tertio die resurrecturus. Si prorsus quomodo homo pateretur, & non quomodo

Heb. 12. b

Lucæ 22. c

Matt. 26. d

Ibidem.

Iob. 1. d

Iob. 2. d

quomodo Deus pati veniret, & si sciret se post triduũ resurrecturũ, nullo modo formidaret moriturus, quod nõ formidauit apostolus Paulus, in fine seculi resurrecturus. Ait enim: Compellor autẽ ex duobus, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo: multo enim magis optimũ, manere in carne necessarium propter vos: tædiũ enim illi erat manere in carne, ex duobus patiebatur ardorẽ, dissolui & esse cũ Christo, multo magis dicebat optimũ. At cùm appropinquaret ipsa passio, quomodo exultabat? quomodo gloriabatur? Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui, de cætero superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex. Iste gaudet coronandus, & tristis est ille coronaturus? Gaudet sic Apostolus, & dicit Christus Dominus noster, Pater, si fieri potest, transeat hic calix? Sed tristitiã sic assumpsit quomodo carnem. Nolite enim putare quia hoc dicimus, nõ fuisse tristẽ Dominũ. Si enim hoc dixerimus, quia nõ erat tristis, cùm Euãgeliũ dicat: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ: ergo & quãdo dicit Euangeliũ, Dormiuit Iesus, non dormiuit Iesus: & quando Euangeliũ dicit, Mãducauit Iesus, nõ manducauit Iesus: surrepit vermiculus putredinis, & nihil sanũ relinquet, vt dicatur, quia & corpus non erat verũ, & carnem veram nõ habuit. Quicquid ergo de illo scriptũ est fratres, factum est, verum est. Ergo tristis fuit? prorsus tristis, sed voluntate suscipiens tristitiã, quomodo voluntate suscipiens carnẽ. Quomodo volũtate carnem veram, sic voluntate tristitiã verã. Sic tristitiã ergo volũtate ostẽdit in se, vt si fortè surrepserit tibi humana infirmitas, & cœperit aliud velle quàm Deus vult, videas prauitatem cordis tui extra regulam, figas illud ad regulam, & dirigatur in Deũ cor tuũ, quod in homine cœperat esse prauum: sic ergo Dominus te ostendens dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem, & dixit: Pater, si fieri potest, trãseat à me calix iste. Sed statim fac, quod ideo fecit vt te doceret: Verùm nõ quod ego volo, sed quod tu vis pater. Si enim hoc feceritis, iustitiam habebitis: si iustitiam habebitis, rectum est cor: si rectum est cor, iustitia illa quæ modò tolerat, conuertetur in iudiciũ, & postea iudicante Domino tuo, nõ solùm nõ expauesces mala, sed etiam gloriaberis de corona. Tũc vides quomodo profecerit patientia Dei, vel ad illorũ pœnã, vel ad tuam coronam. Modò nondũ vides: crede q̃ nondum vides, ne erubescas cùm videris. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium & qui habent eã omnes recto sunt corde. Quis exurget mihi aduersus malignãtes, aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatem?) Persuadent multi multa mala, susurrare serpẽs non desinit vt facias iniquitatem. Quacunque te conuerteris, fortè si profecisti, quæris cum aliquo bene viuere: & vix inuenis. Multi mali te circumdãt, quia pauca grana multam paleam habeant. Hęc area habet grana sua pauca, sed adhuc laborãt. Separata ergo à palea tota massa, grãdis erit. Pauca grana sunt, sed in comparatione palearum: multa autẽ in se. Ergo cùm vndique mali perstrepant & dicãt: Quare sic viuis? tu solus Christianus es? quare nõ facis quod faciunt & alij? quare nõ spectas quemadmodum & alij? quare non remedia & ligaturas adhibes? quare nõ mathematicos & haruspices cõsulis sicut & alij? Et tu signas te & dicis: Christianus sum, vt repellas istos nescio quos: sed aduersarius premit, vrget, quod peius est, ex emplo Christianorum suffocat Christianos. Sudatur, æstuatur, tribulatur anima Christiana, vincere habet tamen. Sed nunquid de se? Ideo vide quid dicat. Respondet enim: Quid mihi prodest, quia modò mihi facio remedia, & lucror paucos dies? Exeo hinc de isto seculo, & vado ad Dominũ meum, & mittet me in ignem: quia præposui paucos dies vitæ futuræ, mittet me in gehẽnas. Quas gehẽnas? Æterni iudicij Dei. Verè, nisi putas quia Deus curat quomodo viuãt homines? Et hoc fortè non in platea tibi dicit amicus, sed in domo vxor, aut fortè maritus vxori fideli bonæ & sanctæ deceptor ipsius. Si mulier marito, Eua est illi: si vir vxori, diabolus est illi. Aut ipsa tibi Eua est, aut tu illi serpens es. Aliquando vult conuertere pater cogitationẽ suam vel ad filiũ: inuenit & ipsum malũ, irequissimum, æstuat, fluctuat, quęrit quomodo vincat, propè forbetur, propè cõsentit, sed assit Deus. Audite ergo psalmũ: Quis exurget mihi, inquit, aduersus malignãtes? Tã multi sunt, quocũq; respicio, ipsi occurrũt. Quis occurret principi iniquitatis diabolo & angelis eius, & hominib' seductis ab eo? Nisi quia Dominus, inquit, adiuuit me, paulominus inhabitauerat in inferno anima mea.) Propè ruerã in illam fossam quæ paratur peccatoribus, hoc est, paulominus habitauerat in inferno anima mea: quia iã nutabat, iã propè cõsentiebat, respexit ad Dominũ, vtputa verbi gratia, Insultabatur illi vt faceret iniquitatẽ. Aliquãdo enim congregãt se mali, & insultãt bonis, maximè si fuerint illi plures, & cœperint illũ vnum, quomodo aliquãdo multa palea est circa vnum granũ, tunc nõ erunt simul cùm fuerit massa vẽtilata: capitur inter multos iniquos ille, insultatur illi, circumuenitur, superponere se volũt illi, exagitant quasi iustum, & insultant quasi de ipsa iustitia. Magnus, inquiunt, Apostolus, in cælum volasti, quomodo Helias. Faciunt homines ista, ita vt aliquando attendẽs ad linguam humanam, erubescat esse bonus inter malos. Resistat ergo malis, sed nõ de viribus suis: ne efficiatur superbus cùm vult euadere superbos, & augeat numerũ superborũ. Sed quid dicat? Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatẽ? Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea. Si dicebã, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me.) Vide quomodo cõfessionem amat Deus. Mouetur pes tuus, & non dicis, mouetur pes meus: sed stare te dicis, cùm iã ruas. Imò si iam cœpisti moueri, si iam cœpisti fluctuare, confitere motum ne plangas ruinam: vt adiuuet te ille, ne in inferno sit anima tua. Confessionẽ vult Deus, humilitatem vult. Motus es vt homo, adiuuat te ille vt Deus: sed dic tamẽ, motus est pes meus. Quare iã moueris, & dicis sto? Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me. Quomodo præsumpsit Petrus, nõ in viribus suis. Videbatur Dominus ambulare sup mare, calcans capita omnium superborum in isto seculo. Ipsum iter suum calcantis capita superborum, significauit ambulans super tumidos fluctus. Calcat & Ecclesia: nam ipsa est Petrus. Non tamẽ ausus est Petrus per seipsum ambulare super aquas. Sed quid ait? Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Ille potestate sua, Petrus in iussu illius. Iube, inquit, tu venire me ad te. Respondit ille: Veni. Calcat enim & Ecclesia capita superborum. Sed quia Ecclesia est, & habet infirmitatem humanam: vt compleretur, si dicebam motus est pes meus, titubauit Petrus in mari & exclamauit: Domine, pereo. Quod ergo hic positum est, si dicebam, motus est pes meus: hoc ibi positum est, Domine pereo. Et quod hic positum est, misericordia tua Domine adiuuabat me: hoc ibi positum est, porrexit manum Iesus dicens: Modicæ fidei, vt quid dubitasti? Mirum est quomodo probat Deus homines: ipsa pericula nostra dulciorem nobis faciunt liberantem. Nam videte quod sequitur, Quia dixit: Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine

Philip. 1. d

2. Tim. 4. b

Matt. 26. d

Matt. 3. c

Matt. 26. d

Gen. 3. a. b

Matt. 14. d

Ibidem

adiuuabat me, dulcis illi vtiq; factus est Dominus, eripiens illum à periculis: & ideo exponens ipsam dulcedinẽ Domini, exclamat dicẽs: Domine secundũ multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo, exhortationes tuæ iocundauerunt animam meã.) Multi dolores, sed multæ consolationes: amara vulnera, sed suauia medicamẽta. Nũquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorem in præcepto?) Hoc dixit, nemo sedet tecũ iniquus, nec tu sedem iniquitatis habebis. Et vnde hoc intelligit, reddit rationẽ. Qui fingis, inquit, dolorem in præcepto. Ex hoc enim intelligo quòd non tibi adhæret sedes iniquitatis, quia nec nobis pepercisti. Habes
1.Pet. 4. d hoc in epistola Apostoli Petri, & ad hoc testimonium posuit de scriptura: Tẽpus est, ait, inchoationis iudicij ex domo Domini: id est, tẽpus est vt modò iudicentur qui pertinẽt ad domũ Domini. Si flagellantur filij, quid
Ibidem. debent sperare serui nequissimi? Ideóq; addidit: Si autẽ initiũ à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei
Prou. 11. d. Euãgelio? Deinde adiũgit illud testimoniũ: Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Quomodo ergo erunt tecũ iniqui, quãdo nec tuis fidelibus parcis, vt exerceas & erudias eos? Sed quia propter hoc non parcit vt erudiat eos, ideo dixit: Qui fingis dolorẽ in præcepto. Fingis enim est, facis, formas, plasmas, vnde & figuli dicuntur, & vas fictile dicitur: nõ fictũ illud quod mendaciũ est, sed quod formatur vt fit, vt habeat aliquã formã, sicut iã dudũ dixit: Qui finxit oculũ, nõ
Psal. 93. videbit? Nunquid finxit oculũ, mendacium est? Sed intelligitur, plasmauit oculum, fecit oculũ. Nónne figu-
2.Cor.4.b lus est, cùm fragiles, infirmos ęternos facit? Audi Apostolũ dicentem: Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus. Sed fortè alius fecit nobis hæc vasa. Ipsum audi
Rom.9.d dicentem: O homo tu quis es qui respõdeas Deo? Nũquid dicit figmentũ ei qui se finxit, Quare me sic finxisti? An nõ habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere, aliud vas in honorẽ, aliud in contumeliã? Vide & ipsum Dominũ nostrum Iesum Christũ, quia osten-
Genes. 1. d dit se figulũ: nam quia de limo hominẽ fecerat, de limo inunxit cui minus in vtero oculos fecerat. Ergo quod dixit, nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorem in præcepto: sic dicamus: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui formas dolorẽ in præcepto? Formas, inquit, dolorem in præcepto: id est, de dolore præceptũ nobis facis, vt ipse dolor præceptũ fit nobis.
al. *promittit.* Quomodo nobis dolor est præceptũ? Quãdo te flagellat qui pro te mortuus est: & nõ tibi ¶ permittit beatitudinẽ in ista vita, & fallere non potest, & hic non dat ¶ quæris. Quid dabit? vbi dabit? quantũ dabit qui hic nõ dat, qui hic erudit, qui fingit dolorem in præcepto? Labor est hic tuus, & requies tibi promittitur. Attẽdis te hic habere laborẽ, sed attende qualem ille requiẽ pollicetur. Nunquid cogitare poteris? Si illam posses cogitare, videres te nihil laborare ad compensationẽ. Audi eum qui illud ex parte cernebat, qui dixit: Nunc scio
1 Cor. 13 d ex parte. Quid ait Apostolus? Etenim quod est ad præ-
2 Cor. 4. d sens tẽporale & leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modũ & in incredibilem modũ æternum gloriæ pondus operatur nobis. Quid est, æternum gloriæ pondus operatur nobis? Quibus operatur? Non respicientibus quæ videtur, sed quæ nõ videtur. Quæ enim
Ibidem. videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Noli esse piger in labore breuiter, & gaudebis incessabiliter. Æternã vitam tibi daturus est Deus, cogita quanto labore emenda sit. Intendite fratres, venale est. Venale est quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habet venale? Requiem venalem habeo, eme illam. De labore intendite, vt simus in nomine Christi fortes Christiani. Iã modicũ est quod restat in psalmo,

A non fatigemur. Quomodo enim fortis poterit esse in faciendo, qui deficit in audiendo? Aderit Dominus vt vobis quod reliquũ est, explicemus: attendite, quodãmodo Deus proposuit venale regnum cælorum. Dicis illi, Quantũ valet? Pretium ipsius labor est: quomodo si diceret, pretiũ illius aurum est. Nõ sufficeret hoc solũ dicere, sed quæreres quãtum aurum. Nã si solidus aurũ est, & semuncia, & libra, & tale aliquid: ideo dixit pretiũ, ne laborares quærere quamdiu huius rei pretiũ labor est. Quantus labor est? Iam quære tu, quantũ laborandum sit. Nondum dicitur tibi quãtus futurus sit laboriste, vel quantum laboris de te exigatur: illud tibi dicit Deus: Ego ostendo quanta sit illa requies, tu iudica quãto labore emenda sit. Dicat ergo Deus, quanta futura sit ipsa requies. Beati qui habitãt in domo tua, in Psalm. 83.
secula seculorũ laudabũt te. Hæc est requies sempiter-
B na: sine fine erit requies ista, sine fine erit gaudium hoc, sine fine erit incorruptio. Vitã æternã habebis, requiẽ quæ non habet finem. Quanto labore digna est requies quæ non habet finẽ? Si verum vis cõparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est: sed noli timere, misericors est Deus. Si enim haberes æternũ laborem, nunquã peruenires ad æternam quietẽ. Semper laborans quando peruẽturus eras ad illud, quod dignè quidẽ potest emi sempiterno labore? Quia sempiterna requies est, æqua pretiũ: æterno certè labore digna est æterna quies cõparari. Sed si semper laborares, nunquã ad requiem peruenires. Ergo vt aliquando peruenias ad id quod emis, non in æternũ laborandum est: non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur. Digna est quidem emi labore ępetuo, sed necesse est vt labore temporali ematur. Certè tantus debuit esse, id est sempiternus labor pro
C bore quid valent? Decies centena milia annorũ habent finẽ, quod tibi dabo, dicit Dominus, non habebit finẽ. Qualis misericordia Dei! Nec dicit, decies centena milia annorum labora, non dicit, vel mille annos labora, non dicit, quingentos annos labora: cùm viuis labora, in paucis annis. Inde iam requies erit, & finẽ non habebit. Et adhuc audi † consonantia, Domine secundum al. *consequentia.*
multitudinem dolorum meorũ in corde meo, exhortationes tuę iocundauerunt animam meam. Et paucos annos laboras: & in ipsis laboribus non deest consolatio, non desunt gaudia quotidiana. Sed noli gaudere in seculo: gaude in Christo, gaude in verbo eius, gaude in lege eius. Ad ipsa gaudia pertinet quod loquimur, &
quod auditis. Quãtæ ergo sunt istę cõsolationes in tan- 2. Cor.4.d
tis laboribus? Verũ est ergo quod dixit Apostolus: Etenim quod ad præsens est, temporale est & leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilẽ modũ, & in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis. Ecce quantũ pretiũ damus, quodammodo vnam siliquã ad accipiendos thesauros sempiternos. Siliquã laboris ad requiẽ incredibilem, secundũ quod dictũ est,
D iuxta incredibilẽ modum, & in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur. Gaudes ad tempus, noli ibi fidere: tristis es ad tempus, noli desperare. Non te corrumpat felicitas, & nõ frangat aduersitas: ne fortè dicas in animo tuo: Nõ potest fieri omnino, vt Deus admittat ad se iniquos, qui iustos ipsos emendat, vt saluet: qui ideo emẽdat, vt erudiat. Si iustus vix salnus fiet, 1.Pet.4.d
peccator & impius vbi parebunt? Nunquid adhęret ti- Prouer.11.d
bi sedes iniquitatis? Id est, nunquid adhæret tibi sedes impiorum, qui fingis dolorẽ in præcepto. Qui & istos filios sic voluisti exercere & erudire, sic voluisti eis præcepta dare, vt non essent sine timore, ne amarent aliquid aliud, & obliuiscerentur te verum bonum suũ?

Bonus

Bonus est Deus. Si cessaret Deus, & nõ misceret amaritudines felicitatibus seculi: obliuiscerentur eum. Sed A
vbi angores molestiarũ faciunt fluctus animæ, fides illa quæ ibi dormiebat, excitatur. Tranquillũ enĩ erat quãdo dormiuit Christus in mari: illo dormiente tẽpestas orta est, & cœperunt periclitari. Ergo in corde Christiano & trãquillitas erit & pax, sed quãdiu vigilat fides nostra: si autẽ dormit fides nostra, periclitamur. Hoc enim significat dormiẽs Christus: quia quidam obliuiscuntur fidem suã, & periclitantur. Sed quomodo illa nauis cùm fluctuaret, excitatus est Christus à fluctuan-
Matt. 8. c tibus, & dicentibus: Domine, perimus: surrexit ille, imperauit tẽpestatibus, imperauit fluctibus, cessauit periculum, facta est tranquillitas. sic & te cùm turbant cõcupiscentiæ malæ, persuasiones malæ, fluctus sunt, trãquillabuntur. Iã desperas, & putas te non pertinere ad Dominũ, euigilet fides tua, excita Christum in corde tuo: surgente fide, iã agnoscis vbi sis. Et si fortè tentant fluctus concupiscentię, intuere quid promisit Deus: & B
dulcedo promissorum faciet te contẽptorẽ dulcedinũ seculi. Et si fortè multę vrgent minæ potentiũ malorũ, & ipsæ te expellunt de iustitia: attendis quod minatur
Matt. 25. d Deus, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, & non dimittis iustitiã. Timens ergo ignem sempiternum, contẽnis dolores temporales: & pro eo quod promisit Deus, contẽnis temporalem felicitatẽ. Promisit requiem, patere molestiam. Minatur ignem æternũ, contemne dolores temporales: & euigilante Christo tranquilletur cor tuum, vt ad portum quoque peruenias. Nũ enim non præparat portum, qui parauit nauim? Nunqnid adhęret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorem in præcepto? De hominibus quidẽ malis exercet nos, & de illorũ insecutionibus nos erudit. De malitia mali flagellatur bonus, & de seruo emendatur filius: ita fingitur dolor in præcepto. Quod illos Deus
posse permittit, hoc faciũt mali homines quibus ad tẽ- C
pus parcit. Quid enim sequitur? Captabunt in animam iusti.) Quare captabunt? Quia verum crimen non inueniunt quod obiiciant. Quid enim captauerunt in Do-
Matt. 26. f mino? Concinnauerunt falsa crimina, quia vera inuenire non potuerunt. Et sanguinẽ innocentem condẽnabunt.) Quare hoc totũ fit, in consequentibus declarabit. Et factus est mihi, inquit, Dominus in refugiũ.) Non quæreres tale refugium, si non periclitareris: sed ideo periclitatus es vt quæreres, quia ille fingit dolorẽ in præcepto. Facit mihi de malitia malorũ tribulationem, pũctus tribulatione cœpi quærere refugiũ, quod in illa felicitate seculari desierã quærere. Quis enim facilè recordatur Deũ, qui semper felix est, & spe pręsenti gaudet? Recedat spes seculi, & accedat spes Dei: vt possit dicere, Et factus est mihi Dominus in refugium. Ad hoc doleam, vt fiat mihi Dominus in refugium: Et Deus meus in auxiliũ spei meæ. Modò enim Dominus D
spes. Quãdiu enim hic sumus, in spe sumus, nondum in re. Sed ne in spe deficiamus, adest promissor erigens
1.Cor.10.d nos: & tẽperans ipsa mala quę patimur. Non enĩ frustra dictum est: Fidelis Deus qui nõ sinit vos tentari suprà quàm potestis ferre, sed faciet cũ tentatione etiam exitũ vt possitis sustinere. Sic mittat in fornacẽ tribulationis, vt coquatur vas, nõ vt frangatur. Et factus est mihi Dominus in refugiũ, & Deus meus in auxiliũ spei meę. Cur ergo tibi videbatur quasi iniustus esse, quia parcit malis? Vide quomodo iã corrigatur Psalmus, & tu cũ Psalmo corrigere. Ideo enim voces tuas habebat Psalmus. Quæ sunt voces? Quousque peccatores Domine, vsquequò peccatores gloriabũtur? Psalmus voces tuas habet, modò ergo tu habeto voces Psalmi. Quæ sunt voces Psalmi? Et factus est mihi Dominus in refugiũ,

& Deus meus in auxiliũ spei meæ. Et reddet illis Do-
minus secundũ opera eorũ, & secundum malitiã eorũ A
disperdet eos.) Nõ vacat, quòd ait secundũ malitiam eorũ. Mihi de illis præstatur: & tamen malitia eorũ dicitur, non beneficia eorũ. Certè enim de malis exercet
nos, flagellat nos. Ad quam rẽ flagellat? Vtiq; ad regnũ Heb. 12. b
cælorum. Flagellat enim omnem filium quem recipit. Prou. 3. b
Et quis est filius cui nõ det disciplinã pater eius? Quod cùm facit Deus, ad hæreditatẽ sempiternã nos erudit, & hoc nobis præstat sæpe de malis hominibus, in quibus exercet & perficit dilectionẽ nostrã, quam vult extendi vsque ad inimicos: neque enim est perfecta dilectio Christiani, nisi cùm implet quod Christus præce- Matt. 5 g
pit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequũtur. Hinc ipse diabolus vincitur, hinc victoriæ corona percipitur. Ecce quanta nobis præstat Deus de malis hominibus; nec tamen secundũ id quod de illis nobis præstat, sed
secundũ malitiã eorum retribuet eis. Videte enĩ quan- B
ta nobis præstitit de ipso immanissimo scelere Iudæ traditoris. Iudas quippe tradidit ad passionem filium Dei, & per passionẽ filij Dei oẽs gentes redemptæ sunt ad salutem: nec tamen pro salute gentiũ merces reddita est Iudę, sed pro eius malitia debitũ supplicium ei retributũ est. Nã si traditio Christi, & non tradentis ani- Concor. 3. sen. dist.
mus cõsiderandus est, hoc fecit Iudas quod fecit Deus 20. Christus ergo est.
pater: de quo scriptũ est, quia filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Hoc fecit Iudas quod fecit ipse Dominus Christus; de quo scriptũ Rom. 8 f
est: Qui seipsum tradidit pro nobis oblationẽ & hostiã Ephes. 5 a
Deo in odorem suauitatis. Et iterum, Christus, inquit, dilexit Ecclesiã suam, & seipsum tradidit pro ea. Et tamen gratias agimus Deo patri, qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit eũ. Gratias agimus ipsi filio, qui seipsum tradidit pro nobis, & in eo voluntatẽ
patris impleuit. Et detestamur Iudã, de cuius facto no- C
bis tantum beneficiũ præstitit Deus; & rectè dicimus: Reddidit ei Dominus secundũ iniquitates eius, & secundũ malitiam eius disperdidit eũ. Non enim ille pro nobis tradidit Christũ, sed pro argento quo vendidit eum: quamuis traditio Christi sit nostra redemptio, & Christi venditio sit nostra redẽptio. Sic & illi qui martyres persecuti sunt, persequendo in terra, in cælũ mittebant; & scientes quidẽ præsentis vitæ damnũ inferebant, nesciẽtes autẽ futuræ vitæ lucrum conferebant. Quicunque tamen perseuerauerunt in odio iniusto iustorũ, reddidit eis Dominus secundũ iniquitates eorũ,
& secũdum malitiam eorũ disperdidit eos. Sicut enim Ioan. 9. g
malis obest bonitas iustorum, sic bonis prodest iniquitas impiorũ. Nam & Dominus dicit: Ego veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et Apo- 2. Cor. 2. d
stolus, Aliis quidẽ, inquit, sumus odor vitæ in vitã: aliis
autẽ odor mortis in mortem. Malitia verò iniquorum, D
sinistra sunt arma iustorum. sicut idẽ dicit Apostolus: 2. Cor. 6. b
Per arma iustitiæ dextra & sinistra, id est, per gloriã & ignobilitatẽ. atque ita deinceps cętera exequitur, dextera arma demõstrans gloriã Dei, famam veritatis qua cognoscebantur quòd viuebant, quòd nõn mortificabantur, quòd gaudebãt, quòd multos ditabant, quòd oĩa possidebãt. In sinistra verò, quòd ignobiles & malę famæ habebãtur, quòd seductores putabantur, quòd ignorabantur, occidebantur, coërcebantur, contristabantur, egere ac nihil habere videbãtur. Et quid mirũ,
si milites Christi & dextris & sinistris armis diabolum Luca 2. b
expugnant? Sicut autẽ pax hominibus bonæ voluntatis, & quando sunt aliis odor mortis in mortẽ: sic & 2 Cor. 2. d
interitus hominibus malæ voluntatis, & quãdo iustis arma sunt sinistra ad salutẽ. Itaque reddet illis non secũ-

dum nostram vtilitatē quæ de ipsis fit, sed secundū ipsorum iniquitatē, quam diligendo oderūt animas suas: A
& nō secundū beneficium quod nobis de ipsis præstat,
honorat eos, qui etiā malis bene vtitur. Secundū malitiam eorū disperdet eos, Dominus Deus noster.) Toleret ergo iustus iniustū, toleret temporalē impunitatē
Rom. 1. b iniusti tēporalis labor iusti, sed iustus ex fide viuit. Nō
est enī alia iustitia hominis in hac vita, nisi ex fide viue-
Galat. 5. a re, quæ per dilectionē operatur. Si enim ex fide viuit,
credat & sibi futurā requiē pòst præsentem laborē: &
illis sempiternos cruciatus post præsentē exultationē.
Matt. 5. g Et si fides per dilectionē operatur, diligat etiā inimi-
cos, & quantū in ipso est, prodesse illis velit: ita enī faciet, ne sibi obsint illi cùm hoc velint, & quando fortè
potestatē acceperint, quasi nocēdi & dominandi, sursum cor habeat, vbi ei nemo nocet, doctus & eruditus
ex lege Dei, vt mitigetur à diebus malignis, donec fo-
diatur peccatori fouea. Si enim in lege Domini volūtas
Psal. 1. B
Philip. 3. d eius est, & in lege eius meditabitur die ac nocte: cuius
cōuersatio in cælis est, de firmamēto lucet super terrā.
Genes. 1. b Vnde iste Psalmus titulum de quarta sabbati accepit,
quādo facta sunt luminaria: vt oīa faciat sine murmu-
ratione, verbū vitę habēs in natione tortuosa & peruer
sa. Sicut enim stellas in cælo nō extinguit nox, sic mē-
Philip. 2. b tes fideliū inhærētes firmamēto Scripturę Dei nō vin-
cit iniquitas. Et hoc ipsum quod & nostra terrena dan-
tur aliquādo in potestate malorū, non solùm ad nostrā
pertinet eruditionē, vt fiat nobis Dominus in refugiū,
& Deus in auxiliū spei nostræ: sed etiā ad ipsius pecca-
Psal. 9. toris foueā proficit, de quo in alio psalmo dicitur: In-
clinabitur & cadet, cùm dominabitur pauperū. Fortè
onerosa fuit vobis lōgitudo sermonis, quanquā in ista
alacritate studij vestri nō hoc appareat. Sed & si ita est,
ignoscite: primò, quia iussus feci: nam Dominus Deus
noster per eos mihi fratres iussit in quibus habitat. Nō
enim iubet Deus, nisi de sede sua. Deinde quia tantum
C
auidi fuistis nostri: confitemur, & nos auidi fuimus ve-
stri. Cōsoletur ergo Deus noster istū laborē, vt sudor
iste noster sit nobis in profectū salutis, non in testimo-
niū accusationis. Hoc dico fratres, vt ex eo quod audi-
stis, proficiatis, & ruminetis vobiscū. Nō vos permit-
tatis obliuisci, nō solùm ista recogitando & colloquē-
do, sed etiam ita viuēdo. Bona vita enim ex præceptis
Dei quę agitur, tanquam stylus est, quod auditur scri-
bens in corde. Si in cera scriberetur, facilè deleretur:
scribite illud in cordibus vestris, moribus vestris, &
nunquam delebitur.

IN PSALMVM XCIIII. ENARRATIO.

EGo vellē fratres, vt patrem nostrum potius audire-
mus: sed & hoc bonū est, vt patri obediamus. Quia
ergo iussit nobis qui dignatur orare pro nobis, de præ-
senti psalmo quod Dominus Deus oīm nostrū donare
dignabitur, loquar charitati vestræ. Est autē psalmi ti-
D
tulus, Laus cantici ipsi Dauid.) Laus cātici & hilaritatē
significat, quia cantus est: & deuotionem, quia laus est.
Quid enim magis homo debet laudare, quàm id quod
sic placet, vt non possit sibi displicere? Securitas ergo
laudis, in laude Dei est. Ibi laudator securus est, vbi nō
timet ne de laudato erubescat. Et laudemus ergo & cā-
temus: hoc est, cum hilaritate & cum lętitia laudemus.
Quid autē laudaturi sumus, ipse psalmus sequentibus
versibus indicat nobis: Venite exultemus Domino.)
Inuitat ad magnas epulas exultādi, nō seculo, sed Do-
mino. Nisi enī esset in hoc seculo exultatio mala, quæ
distinguēda est ab exultatione bona, sufficeret dicere:
Venite exultemus. Sed breuiter distinxit. Quid est be-
ne exultare? Domino exultare. Ergo exultatio mala est,
exultare seculo: exultatio bona est, exultare Deo. Pie
debes Domino exultare, si vis securus mūdo insultare.
Quid est autē, venite? Vnde vocat vt veniāt, cū quibus
vult exultare Domino: nisi quia lōgè sunt, vt veniendo
propinquēt; propinquādo accedant, accedendo exul-
tent? Vnde autē longè sunt? Nunquid locis lōgè potest
homo esse ab eo qui vbique est? Vis esse ab eo longè?
Quò ibis, vt lōgè sis? Nam quidam peccator quidē, sed
tamen cū spe salutis pœnitens & dolens de peccatis, &
metuens irā Dei, & volens placare Deū, sic in alio psal-
mo loquitur: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua Esa. 138.
fugiā? Si ascēdero in cęlum, tu ibi es. Quid ergo restat?
Quia si ascēderit in cælū, ibi inueniet Deum. Vt longè
fugiat à Deo, quò iturus est? vide quid dicat: Si descen-
dero ad infernū, ades. Si ergo ascendēdo in cælum, ibi
inuenit Deū: descendendo in infernū, non fugit Deū:
quò iturus est, quò fugiturus est ab illo irato, nisi ad ip-
sum placatū? Et tamē cùm omnino nemo possit fugere
ab illo qui vbique est: nisi quidā longè esset à Deo, nō
B
diceretur: Populus iste labiis me honorat, cor autē eo- Matt. 15. b
rum longè est à me. Non ergo loco quisque longè est à Esa. 29. d
Deo, sed dissimilitudine. Quid est, dissimilitudine? Ma-
la vita, malis moribus. Si enim bonis moribus propin-
quatur Deo, malis moribus receditur à Deo: vnus er-
go idēq; homo corpore stās vno loco, & amādo Deū
accedit ad Deū, & amando iniquitatē recedit à Deo.
Nusquā pedes mouet, & tamē potest accedere & rece-
dere. Pedes enim nostri in hoc itinere, affectus nostri
sunt. Prout quisq; affectū habuerit, prout quisq; amo-
rē habuerit, ita accedit vel recedit à Deo. Nónne ple-
runque dicimus quando inuenimus aliqua dissimilia,
hoc longè est ab illo? Quādo aliquos duos fortè homi-
nes cōparamus, duos equos, duas vestes, & dixerit ali-
quis simile, Hæc vestis talis est qualis illa, aut iste homo
talis est qualis ille: quid alius dicit, qui cōtra dicit? Ab-
sit, lōgè est ab illo. Quid est, longè est ab illo? Dissimilis
C
est illi. Et iuxta stant, & tamen iste lōgè est ab illo. Duo
verò iniqui pares vita & moribus si vnus sit in oriēte,
alter in occidēte: iuxta inuicē sunt. Et duo iusti simili-
ter, alter sit in oriente, alter in occidente: secum sunt,
quia in Deo sunt. Cōtra vnus iustus, alter iniquus, etiā
si vna catena ligentur, multū à se separati sunt. Ergo si
dissimilitudine recedimus à Deo, similitudine accedi-
mus ad Deū. Qua similitudine? Ad quam facti sumus,
quā in nobis peccando corruperamus, quam peccato-
rū remissione recepimus, quę in nobis renouatur intus
in mēte, vt tanquā resculpatur in numero, id est, in ani-
ma nostra imago Dei nostri, & redeamus ad thesauros
eius. Nā & inde fratres, de numo voluit Dominus no-
ster Iesus Christus ostēdere tētatoribus suis quid quę-
rat. Deus. Quādo enī de tributo Cęsaris quærētes cau-
sam calūniæ consulere magistrū veritatis voluerunt, &
consulendo tentare, vtrū liceret tributum dari Cęsari,
D
quid ille ait? Quid me tentatis hypocritæ? Petit afferri Matt. 22. a
sibi numū, & allatus est. Cuius habet, inquit, imaginē?
Responderūt, Cæsaris. Et ille: Reddite ergo Cęsari quę
Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Tanquam diceret:
Si Cæsar quærit in numo imaginem suam, Deus non
quærit in homine imaginem suam? Ad hanc similitu-
dinem nos Dominus noster Iesus Christus inuitans,
imperat nobis, vt nostros etiam inimicos diligamus: &
dat exemplum de ipso Deo: Sicut pater vester, ait, qui Matt. 5. g
in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos &
malos, & pluit super iustos & iniustos. Estote ergo sic-
ut pater vester perfecti. Cùm dicit, estote sicut ille
perfecti, ad similitudinem nos inuitat. Si ergo ad si-
militudinem nos inuitat, constat quia dissimiles exi-
stendo recesseramus à Deo, & facti eramus longè per
dissimilitudinem: & efficimur propè per similitudi-
nem,

Psal. 33. nem, vt iam fiat in nobis quod scriptū est: Accedite ad
eum & illuminamini. Ergo quibusdam longè positis & A
malè viuentibus psalmus iste dicit: Venite exultemus
Domino. Quò itis, quò receditis? quò disceditis? quò
fugitis? exultādo mundo? Venite exultemus Domino.
Quò itis exultare vbi deficitis? Venite exultemus in il-
lo à quo facti sumus. Venite exultemus Domino. Iubi-
lemus Deo salutari nostro.) Quid est iubilare? Gaudiū
verbis non posse explicare, & tamen voce testari quod
corde conceptū est, & verbis explicari non potest: hoc
est, iubilare. Nam cōsideret charitas vestra qui iubilāt
in cantilenis quibusq;, & quasi in certamine quodā læ-
titiæ secularis: & videtis quasi inter cantica verbis ex-
pressa exundātes lætitia, cui lingua dicēdo nō sufficit,
quēadmodū iubilent vt per illam vocē indicetur ani-
mi affectus, verbis explicare non valentis quod cordē
cōcipitur. Si ergo illi de gaudio terreno iubilāt: nos de
gaudio cęlesti iubilare nō debemus, quod verè verbis
B
explicare nō possumus? Præoccupemus faciem eius in
confessione.) Cōfessio quidē duobus modis accipitur
in scripturis. Est cōfessio laudātis, & est cōfessio gemē-
tis. Confessio laudātis, ad honorē pertinet eius qui lau-
datur. Confessio gemētis, ad pœnitentiā pertinet eius
qui confitetur. Confitentur enī homines cùm laudant
Deum: cōfitentur cùm accusant se, & nihil dignius fa-
cit lingua. Verè puto quòd ipsa sint vota, de quibus di-
Psal. 65. cit in alio psalmo: Reddā tibi vota mea, quæ distinxe-
rūt labia mea. Nihil ista distinctione sublimius, nihil tā
necessariū & ad intelligendū & ad faciendū. Quomo-
do ergo distinguis vota quæ reddis Deo? Vt illum lau-
des, te accuses: quia illius est misericordia, vt peccata
nostra dimittat. Nā si vellet pro meritis agere, nō inue-
niret nisi quos damnaret. Venite ergo dixit, vt recede-
mus iam à peccatis nostris, & non nobiscū deducat ra-
tionē de præteritis: sed tanquā tabulę nouæ fiant, incē-
C
sis omnibus chirographis debitorum nostrorū. Quan-
ta ergo illius laus, quāta misericordia? Cōfiteamur ita-
que laudantes. Nā si semper cōfessio pœnitentis esset,
Luc. 10. d non diceretur in Euāgelio de ipso Domino: In illa ho-
Matt. 11. d ra exultauit Iesus in spiritu sancto, & ait: Cōfitebor tibi
pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sa-
pientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Nun-
quid quia Christus cōfitebatur, pœnitēs erat? Illum ni-
hil pœnitere poterat, quia nihil culpabiliter fecerat:
sed cōfitebatur in laude patris. Ergo quia & hic exulta-
tionis locus est, fortè illā debemus intelligere confes-
sionē, quæ est in laude Dei: vnde & laus cantici, vt non
hic intelligamus confessionē pœnitentiū, sed laudan-
tium. Et quid est quod cōtinuò nos admonet de qua-
dā confessione, cùm ait: Præueniamus faciē eius in cō-
fessione? Quid est, præueniamus faciē eius in confessio-
ne? Venturus est, præueniamus faciē eius in cōfessione
prius antequā veniat. Nos confitendo dānemus quod
fecimus, vt ille quod coronet nō quod dānet, inueniat. D
Nunquid autē & hoc nō pertinet ad laudem Dei, quā-
do cōfiteris peccata tua? Imò verò maximè pertinet ad
laudē Dei. Quare maximè pertinet ad laudē Dei, quā-
do cōfiteris peccata tua? Quia tanto amplius laudatur
medicus, quanto plus desperabatur ægrotus. Cōfitere
itaq; peccata tua, quo magis desperabas de te propter
iniquitates tuas. Tāto enim maior laus est ignoscentis,
quāto maior exaggeratio est peccata confitentis. Non
ergo putemus nos recessisse à laude cantici, si iā hic cō-
fessionē intelligimus, qua cōfitemur peccata nostra. Et
hoc ad laudē cātici pertinet: quia cùm peccata nostra
cognoscimus, Dei gloriā cōmendamus. Præueniamus
faciē eius in cōfessione: Et in psalmis iubilemus illi.) Iā
diximus quid sit iubilare: repetitū est, vt cōfirmetur in
faciendo. Ipsa repetitio exhortatio est. Non enim iam
obliti sumus, vt iā moneri nos velimus, quæ dicta sunt
superiùs vt iubilemus: sed plerunq; in affectu animi re-
petitur verbū quod notum erat, non vt innotescat, sed
vt ipsa repetitio faciat confirmationē: repetitur enim
ad intelligendum affectū dicentis. Inde est quod dicit
Dominus, Amē amē dico vobis. Sufficiebat amē vnū. Ioan. 1. g
Quare amen amē, nisi quia ipsa repetitio confirmatio
est? In psalmis ergo, inquit, iubilemus ei. Et quæ dici-
mus in psalmis? Quę dicimus vel potius sentimus in iu-
bilatione. Quæ sunt quæ pertinēt ad laudē cantici hu-
ius? Iā audite: Quoniam Deus magnus est Dominus, &
rex magnus super oēs deos.) Propterea ergo iubilemus
illi. Quoniā non repellet Dominus plebē suam.) Iubi-
lemus illi. Quoniā in manu eius oēs fines terræ, & alti-
tudines montiū ipsius sunt.) In his omnibus iubilemus
illi. Quoniā ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam
B
manus eius finxerūt.) Iubilemus illi. Sed hæc oīa quid
sibi velint, si congruenter discutiantur, tēpus fortè non
sufficit: sed rursus si penitus negligantur, debitores re-
manebimus. Breuiter itaq; pro tēpore, quantū perstrī-
gere poterimus, accipite: quia & pauca semina vberri-
mā messem referunt, si sit terra fructifera. Primū quare
iubilemus, quare laudemus, hoc posuit: Quoniā Deus
magnus est Dominus, & rex magnus super oēs deos.
Sunt ergo dij super quos magnus est Deus noster, cui
iubilamus, cui exultamus, cui laudes cantici dicimus.
Sunt, sed nō sunt nobis. Apostolus enim ait: Nam & si 1. Cor. 9. b
sunt qui dicuntur dij, siue in cælo siue in terra, quēad-
modū sunt dij multi & domini multi, nobis tamē vnus
Deus, ex quo oīa, & nos per ipsum: & vnus Dominus
noster Iesus Christus, per quē omnia, & nos in ipso. Si
ergo nō nobis, quibus? Audi ex alio Psalmo: Quoniam Psal. 95.
dij gentiū dęmonia, Dominus autē cęlos fecit. Magni-
C
ficētius & breuius tibi cōmendare non potuit spiritus
sanctus per prophetā Deum & Dominum tuū. Parum
enī erat, quia terribilis super oīa dæmonia Deus. Quid
magnū esset super omnia dęmonia? Quia dij gentium
dæmonia. Vbi est autē Deus tuus? Dominus autem cę-
los fecit. Illud fecit Dominus tuus, vbi nō possent ha-
bitare dæmonia: de cælis enim deiecta sunt dæmonia.
Cæli præponuntur dæmoniis, Dominus tuus & cælis:
quia Dominus tuus & cælos fecit. Quāto ergo altior ā
dæmoniis diis gentiū, qui altior est cælis vnde ceciderū
angeli vt fierent dæmonia? Et tamen gentes omnes
sub dęmonibus erant: dęmonibus autē tēpla fabricata
sunt, dęmonibus arę constructę, dęmonibus sacerdo-
tes instituti, dęmonibus oblata sacrificia, dęmonibus
arrepticij tanquam vates instituti. Hęc oīa dęmonibus
gētes exhibuerūt, hæc omnia vera non nisi vni magno
Deo debentur. Templū fecerunt gentes dæmonibus,
habet Deus tēplum. Sacerdotes fecerūt gētes dæmo-
nibus, habet Deus sacerdotes. Sacrificiū exhibuerunt
gentes dæmonibus, habet Deus sacrificiū. Etenim illi
dæmones volētes videri dij, non sibi ista exegerunt vt
fallerent, nisi quia sciūt ea deberi verò Deo. Hoc enim
mos est deberi vero Deo, quod sibi exigit falsus Deus.
Ergo verum tēplum Dei agnoscimus. Templum enim 1. Cor. 3. d
Dei sanctū est, inquit, quod estis vos. Si ergo nos sumus
templum Dei, ara Dei anima nostra est. Sacrificiū Dei
quid est? Fortè hoc facimus modò imponimus in ara
sacrificium, quando Deum laudamus: docet enim nos
psalmus, dicens: Sacrificium laudis honorificabit me, Psalm. 49.
& ibi via est vbi ostendam illi salutare Dei. At verò sa-
cerdotem si requiras, super cælos est, interpellat pro te
qui in terra mortuus est pro te. Ergo Deus magnus est Rom. 8. f
Dominus, & rex magnus super omnes deos. Hic acci-
pe homines deos: nō enim rex Dominus super dæmo-

Pſal.81. nia. Et hic habemus Scripturæ teſtimoniū, Deus ſtetit
in ſynagoga deorū, in medio autē deos diſcernit. Deos A
dixit participatione, non natura: ſed gratia, qua voluit
facere deos. Quantus Deus eſt qui facit deos? Aut qua-
les dij ſunt quos facit homo? quàm ille magnus deos
faciēdo, tā iſti nihil qui ab homine facti ſunt. Deus ve-
rus facit deos credentes in ſe, quibus dedit poteſtatem
Ioan.1.a filios Dei fieri. Et ideo ipſe verus Deus, quia Deus non
factus eſt: nos autē facti, nō veri dij, meliores tamē illis
Pſal.113. quos homo facit. Quoniā ſimulachra gētium argētum
& aurū: opus manuum hominum: os habent, & nō lo-
quentur: oculos habent, & non videbūt. Nobis autem
Deus noſter oculos videntes fecit. Neque in eo tamen
nos deos fecit, quia vidētes oculos nobis fecit, nā fecit
& hoc pecoribus: ſed ideo nos deos fecit, quia interio-
res oculos noſtros illuminauit. Ergo ſit laus illi, cōfeſ-
ſio illi, ſit iubilatio illi, quia magnus eſt Dominus, & rex
magnus ſuper oēs deos, quia nō repellet Dominus ple-
bē ſuā: laus illi, iubilatio illi. Quam plebē non repellet? B
Hic nobis interpretari aliquid nō licet, præſcriptū ha-
Rom.11.a bemus ab Apoſtolo, expoſuit hoc Apoſtolus vnde ſit
dictū: Erat enim plebs Iudæa, plebs vbi fuerūt prophe-
tæ, plebs vbi fuerunt patriarchæ, plebs etiam ſecūdum
carnē propagata de ſemine Abrahæ, plebs in qua prę-
ceſſerunt oīa ſacramenta Saluatorē noſtrum promit-
tētia, plebs vbi inſtitutum eſt templū, vnctio, ſacerdos
ad figurā, vt cùm oēs ipſæ vmbræ præterirent, ipſa lux
adueniret. Erat ergo iſta plebs Dei: ad eam Prophetæ
miſſi, in illa nati qui miſſi, cui & tradita & credita elo-
quia Dei. Quid ergo? Totū illud damnatum eſt? Abſit.
Rom.11.c Arbor oliuæ ipſa dicta eſt Apoſtolo: cœpit enī iſta ar-
bor à patriarchis. Sed fuerunt ibi rami aridi, quia nimis
alti per ſuperbiā: præciſi ergo propter ſterilitatē, inſer-
tus oleaſter propter humilitatē. Verūtamē chariſſimi,
ne ſuperbiret oleaſter inſertus, quid ait Apoſtolus? Si
tu ex naturali inciſus oleaſtro, & cōtra naturā inſertus C
es in bonam oliuā, quanto magis qui ſecundū naturam
ſunt, inſerētur ſuæ oliuæ? Vt quomodo tu non perma-
nēs in infidelitate, meruiſti inſeri in oliuam cùm eſſes
oleaſter, ſic iſti correcti facilius ſuę oliuę naturaliter in-
ſererentur: hoc de illis Apoſtolus. Ergo ipſa eſt arbor:
etiā ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, nō oēs. Nam ſi omnes
rami frangerētur, vnde Petrus? vnde Ioānes? vnde oēs
1.Cor.15.b illi Apoſtoli? vnde ipſe Paulus Apoſtolus qui loqueba-
tur, & ſuo fructu oliuæ teſtabatur? Nónne iſti omnes
inde? Vnde etiā quingenti illi fratres, quibus Dominus
Act.4.a,b poſt reſurrectionē apparuit? Vnde tot milia ad vocem
Petri, quādo ſpiritu ſancto repleti Apoſtoli omniū gē-
tium linguis locuti ſunt? Tanta auiditate Dei laudis &
ſuæ accuſationis cōuerſi ſunt, vt qui primò ſanguinem
Domini fuderūt ſæuientes, bibere diſcerent iā creden-
tes. Sic autem oīa illa cōuerſa ſunt milia hominum, vt
res ſuas venderēt, & pretia rerum ſuarū ante pedes A- D
Matt.19.c poſtolorū ponerent: quod diues vnus non fecit, quādo
ore Domini audiuit, & à Domino triſtis abſceſſit: hoc
fecerūt ſubitò tot milia eorū hominum, in quorū ma-
nibus Chriſtus fuerat crucifixus. Quāto maius vulnus
erat in corde ipſorum, tāto auidius medicum quæſie-
runt. Cùm ergo inde illi oēs fuerunt, de ipſis dicit mo-
dò Pſalmus: Quoniam non repellet Dominus plebem
ſuam. Nam hoc teſtimonio Pſalmi cùm hinc loquere-
tur, vſus eſt Apoſtolus, & dixit: Quid ergo dicemus,
Rom.11.a fratres? Nunquid Deus repulit plebē ſuam quam præ-
ſciuit? Abſit. Nā & ego Iſraëlita ſum ex ſemine Abrahę,
de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebē ſuam, quā
præſciuit. Vtique ſi repelleret Dominus plebem ſuam,
nō eſſet vnde eſſet ipſe Apoſtolus. Vnde autē ipſe, inde
& alij. In his plebs Domini, nō in omnibus, ſed quem-
admodū ſcriptū eſt: Reliquiæ ſaluæ erunt. Non in om- Eſa.10.c
nibus: ſed in area vētilata maſſa intromiſſa eſt, palea ia- Rom.9.
cet. Totū quicquid vides Iudæorū reproborum, paleā Matth.3.c
vides. Vnde vides iſtam paleam? Iam inde exiit maſſa,
iam in horreo recondita eſt. Ambas res videamus, am-
bas diſcernamus. Quid Pſalmus adiungit? Quoniam in
manu eius oēs fines terræ. Agnouimus lapidē angula-
rē, lapis angularis, Chriſtus. Non poteſt eſſe angulus,
niſi duos in ſe copulauerit parietes: ad angulum de di-
uerſo veniunt, ſed in angulo ſibi nō aduerſantur. Venit
ex vna parte circūciſio, venit ex alia parte præputium.
In Chriſto ambo populi concordauerunt: quia ille fa-
ctus eſt lapis, de quo ſcriptū eſt. Lapidem quem repro- Pſal.117.
bauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Si
ergo Chriſtus in caput anguli, nō attendamus diuerſi-
tatē de longè veniētium, ſed propinquitatē in Chriſto
cohærentium. Ibi igitur, ibi videamus, quoniā non re-
pellet Dominus plebem ſuā. Ecce vnus paries, in quo
iā, vt diximus, non repulit Dominus plebem ſuā. Inde
Apoſtoli, inde Iſraëlitæ oēs qui crediderunt, ac vendi-
tarum rerum ſuarū pretia ante pedes Apoſtolorū po- Act.4.g
ſuerunt: voluntate pauperes, de Deo diuites. Agnoui-
mus vnum parietem: impletum eſt ibi quod diximus,
quia non repellet Dominus plebem ſuā. Videamus &
aliū parietem: Quoniā in manu eius oēs fines terræ. Ec-
ce alius paries in omnibus gentibus, in manu eius fines
terræ. Venerunt etiam oēs gentes ad lapidem angula-
rem, ibi oſculum pacis agnouerunt in illum vnum, qui
de duobus fecit vnum: non quemadmodùm hæretici,
qui de vno fecerunt duo. Hoc enim idē ait Apoſtolus
de Domino Chriſto: Ipſe eſt enim, inquit, pax noſtra,
qui fecit vtraq; vnū. Ergo iubilemus illi. Quare? Quia Epheſ.2.d
nō repellet Dominus plebem ſuā. Iterum quare? Quo-
niā in manu eius oēs fines terræ, & altitudines montiū
ipſius ſunt. Altitudines montium, ſublimitates terrarū.
Aliquādo iſtę ſublimitates, id eſt, ipſæ terrenę poteſta-
tes aduerſatæ ſunt Eccleſiæ, leges cōtra Eccleſiā pro-
mulgauerunt, nomē Chriſtianū de terra delere conati
ſunt: ſed poſteaquā impletū eſt quod prophetatum eſt,
Adorabunt eum omnes reges terræ, factum eſt quod Pſal.71.
hic dictum eſt: Altitudines montium ipſius ſunt. Sed
fortè tu de tentationibus ſatagis, vt conſtitutus in tan-
ta gratia promiſſionum Dei, propter ſcandala mundi
turberis: nec ipſa ſcandala aliquid tibi faciunt, quoniā
menſuram à Domino acceperunt: Quoniam ipſius
eſt mare. Eſt enim mare mundus iſte, ſed & mare Deus
fecit. Nec ſæuire fluctus poſſunt, niſi vſque ad littus,
vbi ipſe terminum poſuit. Nulla ergo tentatio, niſi ac-
ceperit menſuram à Domino. Sint ergo tentationes,
ſint tribulationes: conſummaris eis, non conſumeris.
Vide vtrum ipſæ tentationes non proſint. Attende A- 1.Cor.10.c
poſtolum: Fidelis Deus qui non vos ſinet tentari ſupra
quam poteſtis ferre, ſed faciet cum tētatione etiā exi-
tū, vt poſſitis ſuſtinere: non ait, nō vos ſinet tētari om-
nino. Si enim recuſares tentationem, recuſares refe-
ctionem. Ergo reficeris: & ſi reficeris, in manibus arti-
ficis es. Aliquid tibi tollit, aliquid corrigit, aliquid cō-
planat, aliquid mandat: agit quibuſdam ferramentis
ſuis. Ipſa ſunt ſcandala huius ſeculi, tu tantum de ma-
nu artificis noli cadere. Nihil tentationis accidet vltra
vires tuas. Hoc permittit Deus ad vtilitatem tuam, vn-
de tu poſſis proficere. Denique ipſum Apoſtolum au-
di hoc coniungentem: Sed faciet cum tētatione etiam
exitum, vt poſſitis ſuſtinere. Ergo mare fortè metuen-
dum tibi erat: noli timere, quoniam ipſius eſt mare,
& ipſe fecit illud. A gentibus times ſcandala: & ipſas
gentes ipſe fecit, non permittet illas vltra ſæuire quàm
nouit ille menſuram ex qua proficias. Nónne dicit
alius

Pſal.15. alius pſalmus: Omnes gentes quotquot feciſti, venient
& adorabunt corā te Domine? Si oēs gentes quotquot A
feciſti, manifeſtū eſt, quia & gentes ipſe fecit. Ideo ip-
ſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridā terram manus
eius fundauerunt. Eſto tu arida terra, ſiti gratiā Dei, vt
veniat ſuper te imber dulcis, inueniat in te fructū. Non
permittit fructus operire quos ſeruat. Et aridam terrā
manus eius finxerunt: ergo & hinc iubilemus illi. Nam
quoniā hæc ita ſunt, quoniam tanta explicauimus ad
laudem Dei pertinentia, redite ad illud vnde cœperat:
Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus ante
Dominū qui fecit nos.) Ideo enim exultemus, quia fe-
cit illud & illud: & cōmemorauit multa, & nunc repe-
tit exhortationē: Venite adoremus & procidamus ei,
& ploremus ante Dominū qui fecit nos. Iam comme-
moratis à me laudibus Dei nolite pigri eſſe, & lōgè vi-
ta & moribus ſtare: Venite adoremus & procidamus
ei. Sed fortè de peccatis veſtris, quæ vos longè fecerāt B
à Deo, ſoliciti eſtis: faciamus ſequētia, & ploremus co-
rā Domino qui fecit nos. Ardes fortè conſcientia deli-
cti, lachrymis extingue flāmā peccati. Plora ante Do-
minum, ſecurus plora ante Deum qui te fecit: nō enim
opus manuum ſuarū cōtemnet in te. Noli putare, quia
potes à te refici. A te deficere potes, tu teipſum refice-
re nō potes: ille reficit qui te fecit. Ploremus ante Do-
minū qui nos fecit: lachrymare ante illū, confitere illi,
præueni faciē eius in confeſſione. Quis enim es tu qui
illi ploras, & illi cōfiteris, niſi quē fecit? Non paruæ fi-
duciæ eſt ad factorē res facta: & non quomodocūque
facta, ſed ad imaginē & ſimilitudinē ipſius. Venite ado-
remus & procidamus ei, & ploremus ante Dominum
qui fecit nos: Quoniā ipſe eſt Dominus Deus noſter.)
Vt autē ſecuri ante illum procidamus & ploremus, nos
quid ſumus? Nos autē populus paſcuę eius, & oues ma-
nuū eius. Vide quàm eleganter verborū ordinē com-
mutauit, & tanquā non propria reddidit: vt ipſas intel- C
ligamus oues qui ſunt & populi. Nō dixit, oues paſcuæ
eius & populus manuum eius, quod magis putabatur
poſſe cōgruere, quia oues ad paſcua pertinent: ſed ait,
populus paſcuæ. Ergo populus oues ſunt: quia dicit,
populus paſcuæ eius. Ipſe populus oues ſunt. Sed rur-
ſus, quia nos habemus oues quas emimus, non quas fe-
cimus: dixerat autē ſuperius, procidamus ei qui fecit
nos: rectè dictū eſt, oues manuum eius. Nullus homi-
num ſibi facit oues. Emere poteſt, donari poſſunt, in-
uenire poteſt, aggregare poteſt, poſtremò furari po-
teſt: facere oues non poteſt. At verò Dominus noſter
fecit nos: ideo populus paſcuæ eius & oues manuū eius
ipſi ſunt, quas ſibiipſi facere dignatus eſt gratia ſua. Has
etenim oues laudat & in Canticis canticorū, perfectos
quoſdā dicens, tanquā dentes Eccleſiæ ſanctæ ſponſæ
Cant.4.b & 6.b ſuæ. Dētes tui ſicut grex detōſarum aſcendentium de
lauacro, quæ geminos pariūt, & ſterilis non eſt in illis. D
Quid eſt, dētes tui? Per quos loqueris. Dētes enim Ec-
cleſiæ, per quos loquitur Eccleſia. Quales dentes tui?
Tanquam grex detonſarum. Quare detonſarum? Quia
ſarcinas ſeculi depoſuerunt. Nónne detonſæ erāt oues
illæ, de quibus paulo antè dicebā, quos præceptū Dei
Matt.19.c totonderat dicentis: Vade vende oīa tua, & da paupe-
ribus, & habebis theſaurū in cælis, & veni ſequere me?
Fecerunt hoc præceptū, detonſi venerunt. Et quia ba-
Cant.4.b & 6.b ptizati ſunt credētes in Chriſtum, quid ibi dicitur? A-
ſcendentiū de lauacro, id eſt, aſcēdentiū de mundatio-
ne: & oēs geminos creāt. Quos geminos? Duo illa prę-
cepta, in quibus tota lex pēdet & Prophetæ. Nos ergo
populus paſcuę eius, & oues manuum eius. Ergo hodie
ſi vocē eius audieritis.) O plebs mea, ô plebs Dei! Allo-
quitur plebē ſuam Deus, nō ſolum illā plebem ſuā quā
non repellit, ſed etiā omnem plebem ſuam. Loquitur Epheſ.2.c
enim in angulo vtrique parieti, id eſt, in Chriſto pro-
phetia loquitur & populo Iudęorū, & populo Gentiū.
Hodie ſi vocē eius audieritis: Nolite obdurare corda
veſtra.) Aliquando enim audiſtis vocē illius per Moy-
ſen, & obduraſtis corda veſtra. Per præconem locutus
eſt, quādo obduraſtis corda veſtra: per ſe nūc loquitur,
molleſcāt corda veſtra. Qui pręcones ante ſe mittebat,
ipſe venire dignatus eſt. Ore ſuo hic loquitur, qui lo-
quebatur per ora Prophetarū. Hodie ergo ſi vocē eius
audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Quare dixiſti,
nolite obdurare corda veſtra? Quia meminiſtis quid
ſoleāt facere patres veſtri. Nolite obdurare corda ve-
ſtra: Quemadmodū in illa amaricatione ſecundum diē
tentationis in deſerto.) Recolitis certè fratres, quòd il- Heb.3.b
le populus tētauerit Deum, acceperit diſciplinā, & re-
ctus ſit in deſerto tanquā ab optimo ſeſſore, frenis le- Exod.16.a & 17.
gū, frenis præceptorum, nec ſit deſertus tamen à Deo
etiā indomitus: non ſolùm beneficiis præſentibus, ſed
etiam virga emendationis non deſiſtente. Nolite ergo
obdurare corda veſtra, ſicut in amaricatione ſecundū
diē tentationis in deſerto: Vbi tentauerunt me patres
veſtri.) Iam tales nō ſint patres veſtri, nolite eos imita-
ri. Patres veſtri erāt: ſed ſi nō imitati fueritis, patres ve-
ſtri non erunt; tamē quia de his nati eſtis, patres veſtri
erant. Et ſi gentes veniētes ab extremo terræ, ſicut di-
cit Hieremias: Ad te gentes venient ab extremo terrę, Hier.16.d
& dicent: Verè mendacia coluerūt patres noſtri, ſimu-
lacra in quibus nō eſt vtilitas: ſi gētes dimiſerunt ſimu-
lacra ſua, vt venirent ad Deū Iſraël, quos ipſe Deus Iſ-
raël de Ægypto per mare rubrū duxit, in quo inimicos Exod.14.b & 16.d
eorum conſequētes operuit, quos in deſertum eduxit,
manna pauit, nunquam virgam ſuam ab eorum diſci-
plina tulit, nūquam beneficia miſericordiæ ſubtraxit:
ipſi debent deſerere Deū ſuum, cùm gētes venerint ad
Deum ipſorum? Vbi tentauerunt me patres veſtri: Pro-
bauerunt me, & viderūt opera mea.) Quadraginta an-
nis viderunt opera mea, quadraginta annis exacerba-
uerūt me. Ante illos miracula in manu Moyſi faciebā,
& ipſi magis magíſque corda obdurabāt. Quadragin-
ta annis proximus fui generationi huic.) Quid eſt, pro-
ximus fui? Præſentaui me in ſignis & virtutibus meis.
Nō vno die, nō duobus, ſed quadraginta annis proxi-
mus fui generationi huic. Et dixi: Sēper iſti errāt cor-
de.) Hoc ſignificauerunt quadraginta anni, quod eſt
ſemper. Quadragenarius enim iſte numerus indicat in-
tegritatē ſeculorū, tanquā perficiantur ſecula per hunc
numerum: ideo Dominus quadraginta diebus ieiuna- Matt.4.a
uit, quadraginta diebus tentatus eſt in eremo, & qua-
draginta diebus fuit cum diſcipulis poſt reſurrectionē.
Primis quadraginta diebus tentationē, poſterioribus Act.1.a
quadraginta diebus conſolationē oſtendit: quia cùm
tentamur, ſine dubio conſolamur. Corpus enim eius,
id eſt, Eccleſia neceſſe eſt tētationes patiatur in hoc ſe-
culo: ſed non deeſt ille conſolator, qui dixit: Ecce ego
vobiſcū ſum vſque ad conſummationē ſeculi. Et dixi:
Semper iſti errāt corde. Ad hoc cū illis fui quadragin-
ta annis, vt oſtenderē tale genus hominum, quod me
ſemper exacerbat vſque in finem ſeculi: quia per illos
quadraginta annos, totum ſeculum ſignificare voluit.
Quid eſt ergo? Pro illis non erunt alij qui intrent in re-
quiē Dei? Improbati ſunt illi quibus diſplicuit miſeri-
cordia Dei, qui reſtiterūt Deo corde indurato. Illis im-
probatis, nunquid perdidit Deus populū ſuum? Non
erit verum, Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare
filios Abrahæ. Ergo dixi: Semper iſti errant corde: Et
iſti nō cognouerūt vias meas, quibus iuraui in ira mea, Matt.3.a
ſi introibunt in requiem meam.) Quibus iuraui in ira Heb.3.a & 4.a

mea, si introibunt in requiē meam? Magnus terror. Ab exultatione cœpimus, sed ad magnum timorē conclusit Psalmus iste: Quibus iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meā. Loqui Dominum magnū est, quanto magis iurare Deum? Iurantem hominē debes timere, ne propter iurationē faciat quod cōtra voluntatē eius est: quāto magis Deum, qui nihil temerè iurare potest? Iurationē ad cōfirmationē voluit esse. Et per quem iurat Deus? Per seipsum. Nō enim habet maiorē per quē iuret. Per seipsum confirmat promissa sua, per seipsum cōfirmat minas suas. Nemo dicat in corde suo, verum est quod promittit, falsum est quod minatur. Sicut verum est quod promittit, sic certū est quod minatur. Tā certus debes esse de requie, de felicitate, de æternitate, de immortalitate, si feceris præcepta ipsius: quàm certus esse debes de interitu, de ardore ignis æterni, de dānatione cum diabolo, si contempseris præcepta eius. Iurauit ergo illis in ira sua, ne intrent in requiē ipsius: & tamen oportet aliquos intrare in requiem ipsius: nō enim nulli † debetur requies ipsius. Illis ergo reprobatis, nos intrabimus: quia etsi aliqui ex ramis fracti sunt propter dissimilitudinē, & infidelitatē, nos propter fidem & humilitatē inseremur. Nos ergo intremus in requiē eius. Vnde autē intrarunt illi qui intrauerunt, illi qui electi sunt, qui nō corde obdurato restiterūt? Quia verum est, quòd non repellet Dominus plebem suam.

Heb. 6. c

al. dabitur.

Rom. 11. c

Psal. 94.

IN PSALMVM XCV. ENARRATIO.

DOMINVS & frater meus Seuerus adhuc differt lętitiam nostram de sermone quem nobis debet: nā quod debitor teneatur, agnoscit. Omnes enim Ecclesias quacunque transitū fecit, lætificauit Dominus per os ipsius: multo magis ergo ista lætificanda est, de qua cæteris eū Dominus propagauit. Sed quid facturi sumus, nisi vt seruiamus voluntati ipsius? Differre illū tamen dixi fratres, non fraudare. Itaq; tenete debitorē, nec dimittatis, nisi cùm soluerit. Aduertat itaque charitas vestra: quantū donat Dominus, de isto Psalmo dicamus aliquid, quod quidem iam nostis, sed dulcis est cōmemoratio veritatis. Fortè cùm pronunciaretur titulus eius, cum admiratione aliqui audierunt. Inscribitur enim titulus Psalmi: Quando domus ædificabatur post captiuitatē.) Hoc titulo prædicto, iā in ipso textu Psalmi expectabatur fortassè qui lapides præciderētur de montibus, quę moles attraherentur, quæ fundamēta iacerentur, quæ trabes imponerentur, quæ columnę erigerentur. Nihil horū cantat. Et si aliud aliquid, non ergo cōsonat psalmus titulo suo, & aliud portat in frōte, aliud in voce? Imò nihil aliud, sed intellectores quęrit. Loquitur enim de ædificatione domus. Omnes lapides ipsius domus intelligāt quod cātarunt. Ædificatur enim domus Deo, nō illo loco vbi ædificauit Salomon. Ædificauit enim templū, & de ipso tēplo audistis modò quę dixerit Dominus, cùm saxa tēpli & moles ingentes admirarētur discipuli, indicauerūt Domino admirationē & stuporē suū: & Dominus illis: Amē amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidē qui non destruatur. Non talis ædificatur domus. Nā videte vbi ædificatur: quia non vno loco, aut aliqua in parte. Sic enī incipit: Cantate Domino canticū nouū, cantate Domino omnis terra.) Sic canticum nouum cantat oīs terra, sic ædificatur, cùm cantat. Ipsum cantare, ædificare est, sed si non vetus cantet. Vetus cantat cupiditas carnis: nouū cantat charitas Dei. Quicquid cantaueris de cupiditate, vetus cātas: & si non sonāt in ore verba cantici noui, nō est speciosa laus in ore peccatoris. Melius est vt nouus taceas, quàm vt vetus cantes: quia si fueris nouus, & tacueris, auribus hominum non sonat. Nam cor tuum nō tacet canticum nouum:

3 Reg. 6. a

Matt. 24. a

Eccles. 15. b

& peruenit ad aures Dei, qui te fecit hominē nouum. Diligis & taces: dilectio ipsa vox est ad Deum, & ipsa dilectio canticum nouum est. Audi quia canticum nouum est dicit Dominus, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Omnis ergo terra cantat canticum nouum. Vbi ædificatur domus? Omnis terra est domus Dei. Si ergo omnis terra est domus Dei, qui nō hæret omni terræ, ruina est, non domus: ruina illa vetus, cuius vmbram habebat templum illud vetus. Ibi enim diruebatur vetustas, vt nouitas ædificaretur. Et quomodo diruitur vetustas? Amen dico vobis, inquit, non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Lapis Christus est, dicit autem Apostolus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: Si Christum induit quisquis baptizatur in Christo: quis ponit lapidem super lapidem, nisi qui baptismum super baptismum imponit? Sed nolite terreri, non relinquetur qui non destruatur. Lapides enim ad fabricam nouam quæ ædificatur post captiuitatem, sic colliguntur, & sic illos charitas in vnitate constringit, vt non sit lapis super lapidem: sed vnus lapis sint omnes lapides. Ne miremini, hoc fecit canticum nouum, id est, hoc fecit innouatio charitatis. Ad ipsam structuram nos compingit Apostolus, & in illa vnitate nos constrictos compaginat, dicens: Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis. Vbi vnitas spiritus, vnus lapis: sed vnus de multis factus. Quomodo de multis vnus factus? Sufferendo inuicem in dilectione. Ædificatur ergo domus Domini Dei nostri, ædificatur: hoc fit, hoc agitur, hoc voces istæ agunt, hoc lectiones, hoc prædicatio Euangelij toto orbe terrarum. Adhuc ædificatur. Creuit multum domus hæc, & multas gentes impleuit. Nondum tamen omnes gentes occupauit, crescendo multas tenuit: omnes occupatura est, & contradicitur ab eis qui domesticos eius se esse gloriantur, & dicitur: Iam decreuit. Adhuc crescit, adhuc creditur; sunt omnes gētes, quæ nondum crediderunt: ne quis dicat: Et illa lingua creditura est? Et barbari credituri sunt? Et quid sibi vult quòd Spiritus sanctus apparuit in linguis igneis: nisi quia nullius linguæ duritia est, quæ non illo igne soluatur? Neque enim non habemus iam multas gentes Barbaras credidisse Christo. Quò nōdum porrectum est Romanum imperium, iam Christus possidet. Quod adhuc clausum est eis qui ferro pugnant, non est clausum illi qui ligno pugnat. Dominus enim regnauit à ligno. Quis est qui ligno pugnat? Christus. De cruce sua vicit reges, & subiugatis eis ipsam crucē in fronte fixit, & gloriantur de illa, quia ibi est salus eorum: hoc agitur, sic crescit domus, sic ædificatur. Et vt noueritis sequentia Psalmi audite: Videte operantes & fabricantes domum. Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino & benedicite nomen eius, bene nunciate de die in diem salutare eius.) Quomodo crescit ædificiū? Bene, inquit. nunciate de die in diem salutare eius. De die in diem prædicetur, de die in diem, inquit, ædificetur. Crescat, inquit, Deus domus mea. Et quasi diceretur ab operariis, vbi iubes ædificari domum? Vbi vis crescere domum tuam? Elige nobis aliquem locum æqualem, aliquem locum spatiosum, si tibi amplam domum vis ædificari. Vbi iubes vt bene nunciemus de die in diem? Ostendit locum. Annunciate in gentibus gloriam eius.) Gloriam, inquit, eius annunciate in gentibus: gloriam eius, non gloriam vestrā. O structores, gloriam eius bene nunciate in gentibus! Si gloriam vestram annunciare volueritis, cadetis: si eius, ædificabimini cùm ædificatis. Ideo qui gloriam suam annun-

Ioan. 13. d

Ezech. 12. b

Matt. 24. a

Galat. 3. d

Eph. 4. a

Act. 1. a

Lucæ 1. c. & 2. c.

Lucæ 23. e

al. perforatus

Ioan. 10. a

1. Para. 16. c

annunciare voluerunt, noluerunt esse in ista domo: & propterea non cantant canticū nouum cū omni terra. Non enim cōmunicant vniuerso orbi terrarū: & ideo non sunt ædificantes in domo, sed parietē dealbatum erexerūt. Quanta minatur Deus parieti dealbato? Sunt testimonia Prophetarū innumera. Vnde maledicit parieti dealbato? Quid est paries dealbatus, nisi hypocrisis, id est, simulatio? Foris lucet, intus lutū est. Quod dicturus sum, iam dictū est. Sed quia eo spiritu iam dictū est, quē nobis quoq; Dominus impertiri dignatus est, nos illud diximus: & quicquid modò eodē spiritu dicimus, illi dixerunt qui fuerūt ante nos. Non est ergo prætermittendū, sed dicendū est, quia dono Dei dictū est. Quidam de isto pariete dealbato cùm diceret, hoc ait: Quomodo in pariete nō coniuncto aliis parietibus, sed singulariter erecto, si ostiū facias, quisquis intrauerit foris est: sic in illa parte quæ noluit cantare cū Domino canticū nouum, sed † partē voluit struere, & hāc dealbatā, non solidatā, quid valet quòd habet ianuam? Si intraueris, foris inueniris. Quia enim ipsi nō per ianuā introierunt, & ianua ipsos nō intromittit. Dominus enī dicit: Ego sum ianua, per me intratur. Qui sunt qui intrant per ianuā? Qui gloriā Domini quærunt, nō suam. Qui intrant per ianuā? Qui faciunt quod dictum est, bene nunciate in gētibus gloriā eius. Qui intrat per ianuā, pastor ouiū est, ait Dominus: qui autē per aliam partē ascendit, ille fur est & latro. Qui per ianuā intrat, humilis est: qui per aliā partem ascendit, superbus est. Ideo illū dixit intrare, illū ascendere: sed ille intrando recipitur, ille ascendendo præcipitatur. Annunciate in gentibus gloriā eius. Quid est, in gētibus? Fortè gentes nominantur & paucæ: & adhuc habet quod dicat illa pars quę erexit parietē dealbatū. Quare? Non gentes sunt Getulia, Numidia, Mauritania, Byzantiū prouincia? Gentes sunt. Auferat sermonem hypocrisis parieti dealbato sermo Dei, ædificans domū toto orbe terrarum. Parū est quod dixit, annūciate in gentibus gloriā eius: ne aliquas gentes exceptas putares, sequitur & dicit: In omnib. populis mirabilia eius, quoniā magnus Dominus & laudabilis nimis) quis Dominus, nisi Iesus Christus magnus & laudabilis nimis? Nostis certè quia homo apparuit, nostis certè quia in vtero feminæ cōceptus est, nostis quia ex vtero natus est, nostis quia lactatus est, quia in manibus portatus est, quia circūcisus est, quia hostia pro illo oblata est, quia creuit: postremò nostis quia expalmatus est, cōsputus est, spinis coronatus, crucifixus, mortuus est, lāccea † percussus est. Nostis quia hæc oīa passus est: magnus est & laudabilis nimis. Nolite contēnere parū, intelligite magnum. Paruus factus est, quia parui eratis: intelligatur magnus, & in illo magni eritis. Sic enī ædificatur domus, sic erigūtur moles in ipsa domo: crescunt lapides qui ducuntur ad ædificiū. Crescite ergo. Intelligite Christū magnū: & paruus magnus est, magnus nimis. Finiuit verba, volebat dicere quantū magnus. Et si tota die diceret magnus, magnus: quid diceret? Tota die dicēs magnus, finiret aliquādo, quia finitur dies: magnitudo illius ante dies, vltra dies, sine die. Ergo quid diceret? quoniā magnus Dominus & laudabilis nimis. Quid enim dictura est lingua parua ad laudandū magnum: Dicēdo nimis, emisit vocē, & dedit cogitationi quod sapiat: tanquam dicens: Quod sonare nō possum, tu cogita: & cùm cogitaueris, parum erit. Quod cogitatio nullius explicat, lingua alicuius explicat? Magnus Dominus & laudabilis nimis. Ipse laudetur, ipse prædicetur, eius gloria nūcietur, & ædificetur domus. Terribilis est super omnes deos.) Sūt enim dij super quos sit terribilis ille. Videamus quos dicat, & videbimus quare dicat. Interim antequā dicat, charissimi aduertite. Ille qui quasi terribilis videtur inter homines, terribilis est super omnes deos. Nunquid nō fremuerunt gentes? Nunquid nō populi meditati sunt inania aduersus Dominum, & aduersus Christū eius? Nunquid illi tauri pingues nō circūdederunt eū? Nunquid nō leo ille rugiens fremuit super illū, & intrās in corda sęuientiū exclamauit, Crucifige crucifige: quasi ille isto fremitu terrerētur qui terribilis est, nō solùm super oēs homines, sed super oēs deos? Vbi enim vult ædificare domū, locus ipse syluosus est, vnde dictū est hesterno die: Inueniuimus eā in campis syluæ. Domū enim ipsam quęrebat, cùm diceret: In cāpis syluæ. Et vnde syluosus est locus ille? Simulachra colebāt homines: non mirū, quia porcos pascebāt. Filius enim ille erat qui dimisit patrem, & oīa sua cōsumpsit in meretricibus viuēs prodigè, pascebat porcos, id est, colebat dęmonia: & ipsa superstitione gentiliū, sylua facta erat omnis terra. Sed extirpat syluā qui ędificat domū: & ppterea dictū est, cùm domus eius ædificaretur post captiuitatē. Tenebātur enim homines captiui sub diabolo, & dęmonibus seruiebāt: sed redēpti sunt à captiuitate. Vēdere enim se potuerūt, sed redimere non potuerunt: Venit redēptor, & dedit pretiū, fudit sanguinē suum, emit orbem terrarum. Quęritis quid emerit? Videte quid dederit, & inuenite quid emerit. Sāguis Christi, pretium est. Tanti quid valet? Quid, nisi totus orbis? Quid, nisi oēs gentes? Valde ingrati sunt pretio suo, aut multū superbi sunt qui dicūt, aut illud tā paruum esse, vt solos Afros emerit: aut se tam magnos esse, pro quibus solis illud sit datū. Non ergo † exultent, non superbiāt: pro toto dedit, quantū dedit. Nouit quid emerit, quia nouit quanti emerit, & quanti dederit. Inde quia redēpti sumus, post captiuitatē ædificatur domus. Et qui sunt qui nos tenebāt in captiuitate? Quia illi quibus dicitur, annūciate, extirpatores syluæ sunt: vt extirpēt syluā, liberent de captiuitate terrā, & instruant, ædificent, annūciando magnitudinē domus Dōmini. Vnde sylua dæmonū extirpatur, nisi prædicetur ille qui super omnes est? Ergo oēs gentes dæmonia habebant deos. Quos dicebant deos, dæmonia erāt: Apostolo dicente apertiùs: Quoniā quę immolāt gētes, dęmoniis immolant, & nō Deo. Quia ergo ideo erāt in captiuitate, quia dæmoniis immolabant, & propterea tota terra syluosa remāserat: annūciatur iste magnus & laudabilis nimis. Et quomodo ostēditur magnitudo eius, vt eradicet illas superstitiones sub quibus captiuus populus tenebatur, quē redimere aduenit terribilis super omnes deos? Et quasi diceretur illi: Quare dixisti super omnes deos? sunt enim dij? Sequitur & dicit: Quoniā omnes dij gentium dęmonia.) Intēdat charitas vestra. Magnū aliquid dicebat paulo antè, magnus Dominus: & tanquā deficiēs in laude ipsius, addidit, & laudabilis nimis. Nónne hoc dixerā, quia dimisit tibi cogitare quod nō poterat ipse verbis explicare? Explicans autē ipse verbis, quid magnū mihi dixit de Domino Iesu Christo? An quia super omnia dæmonia est? cùm enim dixisset: Terribilis super omnes deos: subiunxit, Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Non est magnum esse super dęmonia: poteris hoc & tu, si volueris, sed si in illum crediderис. Itáne ipsa est illa magnitudo laudis, magnus Dominus & laudabilis nimis? Voluit enim explicare vt poterat humana lingua, & quāuis magnus sit tactor organi Spiritus sanctus, tamē per angustas spiritus humani syllabas sonat, sed cogitationes generat. Explicare ergo per hanc linguā volens, quid ait? Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Dic, dic, quātum laudabilis: dic. Terribilis est, inquit, super omnes deos. Quare dixisti, super omnes deos? Quoniā omnes dij gentiū dæmonia.

al. parietem voluit studere, & hinc dealbatū non solidatum.

Ezech. 12. b

Psal. 47

1. Para. 16. c

Ecclesi.

Psal.

Psalm. 21.

Matt. 27.

Psal. 131.

Lucæ 15. c

al. insultent.

1. Cor. 10. c

1. Para. 16. c

Et ipsa est tota laus illius qui laudabilis est nimis, quia
superat oẽs deos gẽtiũ, qui sunt dæmonia? Expecta, & A
audi quod sequitur: Dominus autẽ cælos fecit.) Iã ergo nõ super dæmonia solum, sed super oẽs cælos quos
fecit. Si diceret super omnes deos, quoniam omnes dij
gentiũ dęmonia, & ibi tantũmodo remaneret laudatio
Domini, minus diceret quàm nos solemus de Christo
cogitare. cùm autẽ dixit, Dominus autem cælos fecit,
videte quid intersit inter cælos & dæmonia, & videte
quid intersit inter ipsos cælos, & illum qui fecit cælos.
Ecce quantũ excelsus est Dominus. Non dixit, Dominus autẽ super cælos sedet; fortasse enim alius illos fecisse putaretur super quos sederet: sed dixit, Dominus
autem cælos fecit. Si cælos fecit, etiã angelos fecit: ipse
fecit angelos, ipse fecit Apostolos. Apostolis cedebant
dęmonia: sed ipsi Apostoli cæli erãt, qui Dominũ portabant. Et quẽ Deum portabant? A quo facti erãt. Au-
Psal. 18. di quia cæli sunt. Cæli enarrant gloriã Dei. Ipsis cælis
B
dicitur: Annunciate in gẽtibus gloriã eius, in omnibus
populis mirabilia eius: Quoniam magnus Dominus &
laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quos
deos? Quoniã omnes dij gentium dæmonia: Et ipse est
terribilis super oẽs deos. Dominus autẽ cælos fecit. O
cæli quos fecit annũciate in gentibus gloriã eius. Ædificetur domus super omnẽ terram, cantet omnis terra
1. Par. 16. c canticum nouũ. Confessio & pulchritudo in cõspectu
eius.) Pulchritudinẽ amas? Vis esse pulcher? Cõfitere.
Non dixit, pulchritudo & cõfessio: sed, cõfessio & pulchritudo. Fœdus eras, cõfitere vt sis pulcher. Peccator
eras, confitere vt sis iustus. Fœdare te potuisti, formosum te facere non potes. Qualis autẽ est spõsus noster,
qui fœdã amauit vt pulchrã faceret? Quomodo, ait ali-
Matth. 9. b quis, fœdã amauit? Non veni, inquit, vocare iustos, sed
peccatores. Quos vocas peccatores? Vt remaneãt peccatores? Non, inquit. Et quomodo nõ erunt peccatores? Cõfessio & pulchritudo in cõspectu eius. Confitẽ-
C
tur enim peccata sua, vomũt mala quæ auidè vorauerunt. Non redeunt ad vomitũ suum, sicut canis immũ-
2. Petr. 2. d dus, & erit confessio & pulchritudo. Amamus pulchritudinẽ: prius eligamus cõfessionẽ, vt sequatur pulchritudo. Iterum existit qui amat potentiã, amat & magnificentiã: vult esse magnus quomodo angeli sunt. Magnificentia quędã est in angelis: & tanta potentia, vt si
faciant angeli quicquid possunt, sustineri nõ possit. Et
omnis homo desiderat potentiã angelorũ, sed iustitiã
angelorũ non amat. Prius iustitiã dilige, & sequetur te
potentia. Quid enĩ sequitur & hic? Sanctitas & magnificẽtia in sanctificatione eius.) Tu iã quærebas magnificentiã, prius dilige sanctitatẽ. Cùm sanctificatus fueris, eris & magnificus. Nã si pręposterè prius esse volueris magnificus, antè cadis quàm surgas. Non enim surgis, sed extolleris. Melius surgis, si te ille erigat qui non
cadit. Descẽdit enim ad te ille qui nõ cadit. Tu cecide-
D
ras, ille descẽdit, porrexit tibi manũ: non potes viribus
tuis surgere, amplectere manũ descẽdentis, vt erigaris
à forti. Quid ergo? Si cõfessio & pulchritudo in cõspectu eius, sanctitas & magnificentia in sanctificatione
eius. Hoc annũciamus, cùm ædificamus domum. Ecce
iam annunciatũ est gentibus, quid debeant facere gẽ-
al. pr. tes. Quid annunciauerunt illi qui † syluã extirpauerũt?
Iam ad ipsas gentes dicit: Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriã & honorem.) Nolite vobis: quia & illi qui vobis annũciauerũt, nõ suã, sed illius
gloriã annunciauerũt. Et vos afferte Domino gloriam
Psal. 28. & honorem, & dicite: Non nobis Domine, nõ nobis,
Psal. 113. sed nomini tuo da gloriam. Nolite spẽ in homine ponere. Si baptizatur vnusquisque vestrum, dicat: Ille me
Ioan. 3. d baptizat de quo amicus sponsi dixit: Hic est qui bapti-

zat. Si enim hæc dixeritis, affertis Domino gloriam &
honorem. Afferte domino gloriam & honorem: affer- 1. Par. 16.
te Domino gloriam nomini eius.) Non nomini hominum, non nomini vestro; sed nomini eius afferte gloriam. Tollite hostias, & introite in atria eius.) Tollite
hostias. Quid allaturi estis, vt introeatis in atria eius?
Iam enim creuit domus, & facta sunt atria. Qui afferũt
hostias, intrant in atria. Tauros allaturi sumus, hircos Psal. 50.
vel oues? Absit. Si voluisses sacrificium, dedissem vtique. Ille nobis hostiam cõmendabat, quam offerre debemus. Videte ne illud sit hostia, de quo iã dudum dixit: Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Confessio hostia est Deo. O ergo gentes, si vultis intrare in
atria eius, nolite vacuè intrare, tollite hostias! Quas hostias nobiscum portaturi sumus? Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus nõ
spernit. Cum humili corde intra in domũ Dei, & cum
hostia intrasti. Si autẽ superbus es, inanis intras. Nam
vnde superbires, nisi inanis esses? Nam si plenus esses,
non inflareris. Quomodo plenus esses? Si tecum tolleres hostiam quã portares ad atria Domini. Iam ne diu
tenemus, curramus ad cętera. Videte crescentem domũ, videte ædificiũ ire per totum orbem terrarũ. Gaudete, quia intrastis in atria: gaudete, quia ædificamini
in templũ Dei. Qui enim intrant, ipsi ædificantur, ipsi
sunt domus Dei: ille est inhabitator, cui ædificatur domus toto orbe terrarũ, & hoc post captiuitatẽ. Tollite
hostias & introite in atria eius. Adorate Dominum in
atrio sancto eius.) In Ecclesia catholica, hoc est atrium
sanctum eius: nemo dicat, Ecce hic est Christus, ecce Matt. 24. b
illic. Exurgẽt enim pseudoprophetæ. Dic eis istud: Lapis super lapidem non relinquetur qui nõ destruatur:
ad parietem dealbatũ vocatis, in atrio sancto eius adoro Deum meum. Commoueatur à facie eius vniuersa
terra, dicite in nationibus quia Dominus regnauit à
ligno: Etenim correxit orbem terræ, qui non com-
C
mouebitur.) Quæ testimonia ædificationis domus
Dei? Intonant nubes cælorum per totum orbem terrarum ædificari domum Dei: & clamant ranæ de paludibus, nos soli sumus Christiani. Quæ testimonia
profero? Psalterij. Profero quod surdus cantas. Aperi
aures. Tu cantas ista: cantas mecum, & non concordas
mecum. Lingua tua sonat quod sonat mea, & cor tuum
dissonat à corde meo. Nónne tu cantas ista? Vide testimonia orbis terrarum. Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra: & tu dicis non commoueri? Dicite in nationibus: Dominus regnauit à ligno. An fortè hic obtinebunt, & dicent se regnare à ligno, quia fustibus
circumcellionum regnant? De cruce Christi regna, si
à ligno regnaturus es. Nam lignum hoc tuum lignũ
te facit: lignum Christi per mare te traiicit. Audis Psalmum dicentem: Correxit orbem terræ, qui non com-
D
mouebitur: & tu dicis non solùm motum post correctionem, sed etiã diminutũ? Tu verum dicis, iste men- Matt. 24. b
titur? Pseudoprophetæ clamantes, Ecce hic est Christus, ecce illic, verum dicunt; & Propheta iste mentitur? Fratres, contra istas apertissimas voces auditis in
angulis strepitum: ille tradidit, & ille tradidit. Quid dicis? Voces tuæ audiendæ sunt, an voces Dei? Etenim
correxit orbem terrę qui non commouebitur. Ego tibi orbem terrarum ostẽdo ædificatum: tolle hostiam,
intra in atria Domini. Hostias non habes, propterea
non vis intrare. Quid est hoc? Si hostiam tibi indiceret Deus taurum, hircum, arietem, inuenires quod afferres. Indixit tibi humile cor, & non vis intrare. Hoc
enim in te non inuenis, quia superbia tumuisti. Etenim
correxit orbem terrę qui non commouebitur. Iudicabit populos in ęquitate.) Tunc se illi plangent, qui
nolunt

nolunt modò diligere æquitatem. Iocundentur cæli,
& exultet terra.) Iocundentur cæli, qui enarrãt gloriã
Psal. 18. Dei. Iocundẽtur cæli quos Dominus fecit, exultet terra quam cũpluunt cæli. Cæli enim prædicatores, terra
auditores. Commoueatur mare & plenitudo eius.)
Quod mare? Seculum. Commotum est mare, & plenitudo maris. Omne seculum concitatum est aduersus
Ecclesiam, cùm dilataretur & ædificaretur toto orbe
terrarum: de ipsa commotione audistis in Euangelio:
Matth. 24. a Tradẽt vos ad iudicia. Commotũ est mare. Sed quando vinceret mare cum qui cælos fecit? Gaudebunt cãpi & omnia quæ in eis sunt.) Omnes lenes, omnes mites, omnes æqui, campi sunt Dei. Tunc exultabũt omnia ligna syluarũ.) Ligna syluarũ, Pagani sunt. Quare
iam gaudent? Quia pręcisi sunt de oleastro, & inserti
Rom. 11. c in oliuam. Tunc exultabunt omnia ligna syluarũ,
quia præcisæ sunt ingentes arbores cedrinæ & cypa-
3. Reg. 5. b rissinæ, & imputribilia ligna trãslata sunt ad ædificationẽ domus. Lygna syluarum erant, sed antequã irẽt
in ędificiũ. Ligna syluarum erãt, sed antequã oliuã pa- B
rarẽt. Tũc exultabũt omnia ligna syluarum: Ante faciem Dñi quoniã venit: quoniã venit iudicare terrã.)
Primò venit, & postea vẽturus est. Primò venit in Ecclesia sua in nubib⁹. Quæ sũt nubes quę eũ portauerũt?
Apostoli prædicãtes, de quibus audistis, cùm Apostolus legeretur. Legatione, inquit, pro Christo fungimur
2. Cor. 5. d obsecrantes pro Christo reconciliari Deo. Ipsæ sunt
nubes in quibus venit, excepto aduẽtu suo posteriore,
quò vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Venit primò in nubibus. Hæc prima vox ipsius sonuit in euãgelio: Amodò videbitis filiũ hominis veniẽtẽ in nubibus
Math. 25. c Quid est, amodò? Nónne Dñs postea vẽturus est, quãdo se plangent omnes tribus terræ? Prius venit in prædicatoribus suis, & impleuit totũ orbẽ terrarũ. Nõ resistamus primo aduẽtui, & nõ expauescemus secundũ.
Et vę tunc prægnãtibus & mãmantibus. Audistis modò in Euãgelio: Cauete, quia nescitis qua hora veniat.
In figura dicta fuit. Quæ sunt prægnantes, & quæ sunt C
lactãtes? Prægnantes animæ dicuntur, quę habent spẽ
in seculo. Quæ autem adeptæ sunt iam quod sperabãt,
pro lactantibus sunt positæ: verbi gratia: Emere vult
villã, prægnãs est: nondũ enim factũ est, tumet vterus
in spe. Emit, peperit, adeò lactat quod emit. Væ prægnãtibus & mãmantibus, væ qui habent spem in secu-
al. sæculi spe. lo, væ qui hærent his rebus quas de sęculo pepererũt.
Quid ergo debet facere Christianus? Vti mundo, non
seruire mũdo. Quid est hoc? Habentes tanquã non habentes. Sic dicit his, sic hortatur quos nõ vult inueniri
à die illa tanquã prẽgnantes & mãmantes: sic eos hor-
1. Cor. 7. c tatur: De cętero fratres tẽpus breue est: reliquũ est, vt
qui habent vxores, tanquã non habẽtes sint, & qui flẽt
tanquam non flentes, & qui gaudent tãquam nõ gaudentes, & qui emunt quasi non ementes, & qui vtũtur
Ibidem f. hoc mundo tanquã non vtentes. Præterit enim figura
D
huius mũdi. Volo vos sine solicitudine esse. Qui enim
sine solicitudine est, securus expectat quando veniat
Dñs ipsius. Nam qualis amor est Christi, timere ne veniat? Fratres, non erubescimus? Amamus, & timemus
ne veniat. Certè amam⁹. An peccata nostra plus amamus? Ergo ipsa oderimus peccata, & amemus eũ qui
vẽturus est ad punienda peccata. Veniet, velimus nolimus. Nõ enim quia modò nõ venit, ideo vẽturus nõ
est. Veniet, & quãdo nescis: & si paratum te inuenerit,
nihil tibi obest quia nescis. Tunc exultabũt omnia ligna siluarum ante faciem Domini, quoniã venit prius.
Et postea quid? Quoniam venit iudicare terrã. Et exultabunt omnia ligna syluarum. Venit primò, & postea
iudicare terrã: exultantes inueniet eos qui primo ad-

uentui crediderũt, quoniã venit. Nam: Iudicabit orbẽ
terrarum in æquitate.) Non partẽ, quia non partem e- A
mit. Totũ iudicare habet, quia pro toto pretiũ dedit.
Audistis Euangeliũ, quia cùm venerit, inquit, congre- Matth. 25. c
gabit electos suos à quatuor vẽtis cæli. Cõgregabit electos omnes à quatuor ventis cæli. Ergo de toto orbe terrarũ, quia & ipse Adam, (aliquando hoc dixerã)
orbem terrarum significat, secũdum Græcam linguã.
Quatuor enim litære sunt, A, D, A, & M. Sicut autẽ Grę- Super Ioan.
ci loquuntur, quatuor orbis partes has in capite lite- tra. 9. & 10.
ras habent, ἀνατολὴν dicũt Orientem: δύσιν, Occidẽtẽ:
ἄρκτον, Aquilonẽ: μεσημβρίαν, Meridiẽ: habes ADã, ipse
ergo ADã toto orbe terrarũ sparsus est. Invno loco fuit Genes. 3. b
& cecidit, & quodammodo cõminutus impleuit orbẽ
terrarum: sed misericordia Domini vndique collegit
fracturas, & cõflauit igne charitatis, & fecit vnũ quod
fractum erat. Nouit illud facere artifex ille, nemo desperet. Multũ quidẽ est, sed qui sit artifex, cogitate. Ille
reficit qui fecit, ille reformauit, qui formauit. Iudica-
bit orbẽ terrarũ in æquitate, & populos in veritate sua
Quę est ęquitas & veritas? Cõgregabit secũ electos suos
ad iudicãdũ, cęteros autẽ separabit ab inuicem. Posi-
tur⁹ est enĩ alios ad dexterã alios ad sinistrã. Quid autẽ
æquius, quid verius, quàm vt nõ expectent misericordiam de iudice, qui noluerunt facere misericordiam
antequam veniret iudex? Qui autem voluerunt facere
misericordiã, cum misericordia iudicabũtur. Dicetur
enim eis ad dexteram positis: Venite benedicti patris Matth. 25. c
mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: & imputat opera misericordiæ. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me,
&c. Rursus ad sinistrã positis quid imputabitur? Quia
noluerũt facere misericordiam. Et quò ibunt? In ignẽ
æternũ. Iste auditus malus magnũ gemitũ faciet. Sed
quid dicit alius Psalm⁹? In memoria æterna erit iustus, Psal. 111.
ab auditu malo non timebit. Quid est, auditus malus?
Ite in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui gaudebit ad auditum bonum, non timebit ab auditu malo. Quomodo gaudebunt ad auditũ
bonũ? Venite benedicti patris mei. Et à quo auditu nõ
timebunt? Ite in ignem æternum, qui paratus est dia- Matth. 25. c
bolo & angelis eius. Hæc est æquitas hæc est veritas.
Iudicabit enĩ orbẽ terrarum in ęquitate: Et populos in veritate sua.) An quia tu iniustus es, iust⁹ nõ erit iudex?
Aut quia tu mendax es, verax non erit veritas? Sed si
vis habere misericordem, esto misericors antequã veniat. Dimitte si quid in te cõmissum est, da ex eo quo
abundas. Et de cuius das, nisi de illius? Cùm de illius
das, redditio est: si de tuo dares, largitio esset. Quid e-
nim habes quod non accepisti? Hę sunt hostiæ Deo 1. Cor. 4. b
gratissimę, misericordia, humilitas, cõfessio, pax, charitas. Has apportemus, & securi expectamus aduentũ
iudicis, qui iudicabit orbem terrarum in ęquitate, &
populos in veritate sua.

IN PSALMVM XCVI. ENARRATIO.

MAGNA spectacula Deus prębet cordi Christiano, & quibus verè nihil possit iocũdius inueniri
si tamen assit palatum fidei, cui sapiat mel Dei. Credimus omnibus vobis qui in saluatorem nostrum toto corde credidistis, inesse spiritum eius qui vos delectet cùm leguntur prophetiæ ante tot annos prolatæ
ex ore sanctorum: & post tot annos impletæ in fide
gentium. Magnam enim iocunditatem tunc carpebãt
ipsi sancti prophetæ, cùm ea videbant in spiritu: non
iam impleta, sed adhuc futura. Erat enim eis magna
delectatio, sed tamen & ipsi pro charitate qua in nos

Quicquid est ergo in homine carnali appetens vana
& secularia, fœnum est. Quã multi fortè, & fratres no- A
stri ierunt ad theatrum, fœno ducti sunt. Nónne optã-
dus est illis iste ignis, vt fœnum ardeat, & aurum pur-
getur? Quod enim illis inest fidei, fœno premitur. Bo-
nũ est ergo eis ardere sancto igne, vt fœno cõsumpto,
splẽdeat pretiosũ, quod redemit Christus. Ergo ignis
ante eum præibit, & inflammabit in circuitu inimicos
eius. Sũt qui salubriter arserũt, hodie fideles eius sunt,
inimici eius erant, & nunc iam fideles eius sunt. Quæ-
ris inimicos, non sunt: consumpti sunt, arserunt. Cha-
ritas consumpsit in eis, quòd persequebãtur Christũ,
& purgauit in eis, quòd crederent in Christum. Et in-
flãmauit in circumitu inimicos eius. Apparuerũt ful-
gura eius orbi terræ.) Magna exultatio. Nónne vide-
mus? nónne manifestũ est? Apparuerunt fulgura eius
vniuersę terrę: inflammati sunt inimici, incẽsi sunt ini-
mici. Arsit quid contra dicebat, & apparuerunt fulgu-
ra eius orbi terræ. Quomodo apparuerũt? Vt iam cre- B
derẽt. Vnde fulgura? De nubibus. Quæ sunt nubes Dei?
Prædicatores veritatis. Vides autem nubem, in cælo
nebulosam, obscuram, & habet intus nescio quid latẽs
Si coruscet de nube, emicat splendor: ex eo ipso quod
contẽnebas, inde exiliuit quod expauescas. Misit ergo
Dominus noster Iesus Christus apostolos suos, prędi-
catores suos sanctos velut nubes: videbãtur homines
& contẽnebãtur, quomodo videtur nubes & cõtem-
nuntur antequã de eis exiliat quod mireris. Erãt enim
illi primùm homines carnem portantes infirmi, dein-
de idiotæ, indocti, ignobiles: sed erat in illis quod ful-
guraret, erat in illis quod coruscaret. Accedebat Petro
Act.9.g. homo piscator: orabat, & surgebat mortuus. Forma
humana nubes erat, splẽdor miraculi coruscatio erat.
Sic in verbis, sic in factis, cùm mirãda dicũt, & miracu-
la faciunt, apparuerũt fulgura eius orbi terræ: Vidit &
cõmota est terra.) Si non est verum, si nõ tota terra iã
Christiana clamat Amẽ, commota fulgoribus de illis C
nubibus erũpentibus. Vidit & cõmota est terra. Mon-
tes fluxerunt sicut cera à facie Domini.) Qui sunt mõ-
tes? Superbi. Omnis altitudo extollẽs se aduersus Deũ,
factis Christi & Christianorum cõtremuit, succubuit.
Et quando dico quod dictum est, fluxit, melius verbũ
inueniri non potest. Montes fluxerunt à facie Domini
velut cera. Vbi est altitudo potestatum? vbi duritia in-
fideliũ? Mõtes fluxerũt sicut cera à facie Dñi. Ignis e-
nim eis fuit Dominus, illi ante faciem eius sicut cera
fluxerũt, tãdiu duri donec ignis ille admoueretur. Cõ-
planata est omnis altitudo, modò blasphemare Chri-
stum non audet. Et paganus non in eum credit, non eũ
tamen blasphemat: & si nõdũ factus est viuus lapis, ta-
Rom.3.d. men victus est durus mons. Montes fluxerunt sicut ce-
ra à facie Domini: A facie Domini omnis terræ.) Non
Iudæorum tãtùm, sed & gentium, sicut dicit Aposto-
lus: Non enim est Iudæorum tantùm Deus, sed & gen- D
tium. Dominus ergo vniuersæ terræ, Dominus Iesus
Christus in iudæa natus, sed nõ Iudęę tãtùm natus, qui
antequã natus oẽs fecit: & qui omnes fecerat, omnes
Psal.18. refecit. A facie Domini omnis terræ: Annunciauerũt
cæli iustitiã eius, & viderũt omnes populi gloriã eius.)
Qui cæli annunciauerunt? Cæli enarrãt gloriam Dei.
Qui sunt cæli? Qui facti sunt sedes ipsius. Quomodo
enim in cælis sedet Deus, sic sedet in apostolis, sic se-
det in prædicatoribus Euangelij. Et tu si vis, cælum e-
ris. Si vis esse eęlum, purga de corde tuo terram. Si ter-
renas concupiscentias non habueris, & non frustra re-
sponderis sursum te habere cor: cælum eris. Si resurre-
Col.3.a. rexistis cũ Christo, fidelibus Apostolus loquitur: Quæ
sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei
sedens: quæ sursum sunt sapite, non quę super terram.
Cœpisti sapere quę sursum sunt, & nõ quæ super terrã
sunt: nónne factus es cęlũ? Carnẽ portas, & corde iam Philip.3.d
cælũ es. Conuersatio enim tua in cælis erit. Talis an-
nuncias & tu Christũ. Quis enim fidelium tacet Chri-
stũ: Intendat charitas vestra. Putatis quia nos soli stan-
tes hic annunciamus Christum, & vos nũ annunciatis?
Vnde ad nos veniunt Christiani volẽtes esse quos nũ-
quam vidimus, quos non nouimus, quibus nunquam
prædicauimus? An fortè crediderunt nullo nũciante?
Apostolus dicit: Quomodo credẽt quẽ non audierũt? Rom.10.c
Quomodo audient sine prædicãte: Ergo tota Ecclesia
prædicat Christum, & annunciant cæli iustitiã ipsius:
quia omnes fideles quibus cura est lucrari Deo eos qui
nondum crediderunt, & faciunt hoc ex charitate, cæ-
li sunt. Intonat de illis Deus iudicij sui terrorẽ: & tre-
mit qui infidelis erat, & pauescit & credit. Ostendite
hominibus quid potuit Christus per totũ orbẽ terra-
rum, loquendo eis, & adducendo eos ad amãdũ Chri-
stum. Quãti enim hodie adduxerunt amicos suos, aut
pãtomimũ, aut ad choraulam? Quare, nisi amãdo illũ?
Et vos amate Christum: tanta enim spectacula præ-
buit, in quo nemo potest dicere aliquid se reprehen-
sionis inuenire, illum qui vicit seculum. Nã & aliquã-
do quem amat quisque in theatro, vincitur in illo. Ne-
mò verò vincitur in Christo, non est de quo erubesce-
re. Arripite, adducite, attrahite quos potestis: securi e-
stote, ad eum adducitis, qui non displicet videntibus,
& rogate illum vt illuminet eos, & bene expectẽt. An-
nunciauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes
populi gloriam eius. Confundantur omnes qui ado-
rant sculptilia.) Nónne factum est? Nónne cõfusi sũt?
Nónne quotidie confunduntur? Sculptilia enim sunt
manifesta idola. Quare iam confunduntur omnes qui
adorant sculptilia? Quia viderunt omnes populi glo-
riam eius. Iam omnes populi gloriam Christi confitẽ-
tur. Erubescãt qui adorãt lapides, quia lapides illi mor
tui erãt, nos viuum lapidẽ inuenimus: imò lapides illi
nunquã vixerunt, vt nec mortui dicantur. Lapis autẽ Rom.6.c
noster viuus est, & semper vixit apud patrẽ, & pro no-
bis mortuus reuixit, & modò viuit, & mors vltrà non
dominabitur. Hãc gloriã ipsius cogitauerũt & cogno-
uerunt populi, dimittunt templa, currũt ad Ecclesias.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Adhuc
quærunt adorare sculptilia, noluerunt deserere idola,
deserti sunt ab idolis. Confundantur omnes qui ado-
rant sculptilia: Qui gloriantur in simulacris suis.) Sed
existit nescio quis disputator, qui doctus sibi videba-
tur, & ait: Non ego illum lapidem colo, nec illud simu-
lacrum quod est sine sensu: non enim propheta vester
potuit nosse, quia oculos habent, & non vident, & ego Psa.113.
nescio quia illud simulacrum nec animam habet, nec
videt oculis, nec audit auribus. Non ergo illud colo:
sed adoro quod video, & seruio ei quem non video,
Quis est iste? Numẽ quoddam, inquit, inuisibile, quod
præsidet illi simulacro. Hoc modo reddendo ratio-
nem de simulacris suis, deserti sibi videntur, quia non
colunt idola, & colunt dæmonia. Etenim fratres, sicut
dicit Apostolus: Quæ immolant gentes, dæmoniis
immolant, & non Deo. Nolo vos, inquit, sõcios fie- 1. Cor.10.c
ri dæmoniorum: nam scimus, quia nihil est idolum:
ipse hoc dicit Apostolus, Scimus, quia nihil est ido- 2. Cor.8.a
lum, sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant,
& non Deo: dixit, Nolo vos fieri socios dæmonio-
rum. Non ergo hinc se excusent, quia quasi idolis
insensatis dediti non sunt: dæmoniis magis dedi-
ti sunt, quod est periculosius. Nam si tantùm ido-
la colerent, sicut eos non adiuuarent, ita illis nihil
nocerent:

nocerent: si autem adores & seruias dęmonibus, erũt
domini tui. Et qui erũt domini tui? Inuidi tui, libertati A
tuæ necesse est semper inuideãt: sẽperq; te velint possi-
dere, semper talẽ facere qualẽ possint secum trahere.
Est enim insita maleuolẽtia quædã & pernicies nocẽ-
di istis malis spiritibus: gaudent de malo hominum, &
de fallacia nostra si nos fefellerint, pascuntur. Et quid
quærunt? Non quibus in æternũ dominentur, sed cum
quibus in æternum damnentur: quomodo solet male-
uolus latro nominare innocentem. Nunquid si fuerit
viuus incensus, minus ardet, si duo ardeãt? Minus mo-
ritur, si duo moriantur? Pœna illi nõ minuitur, sed ma-
leuolentia pascitur. Mecũ moriatur, non se minus mo-
riturum dicens, sed solatium habet malũ alterius. Talis
est diabolus, seducere vult illos, qui cum illo punian-
tur. Et quia non potest fallere iudicem Deum, non e-
nim nominat apud illum innocentẽ: vera crimina vo-
lẽs habere quæ obiiciat, peccata persuadet. Ecce qua-
les dominos sibi faciunt qui colũt idola, & dæmonia. B
1. Cor.10.c. Quæ enim immolant gentes, dæmoniis immolant, &
non Deo: nolo vos socios fieri dæmoniorum. Nos au-
tem qualem Deũ habemus? Audite quid sequatur. Cũ
enim dixisset, Cõfundantur omnes qui adorant scul-
ptilia, addidit, & qui gloriantur in simulachris suis: ne
existerẽt quasi reddẽtes rationẽ de simulacris, & di-
cerẽt, non lapides, sed numina colimus. Quæ numina
colis? Dic mihi, dęmonia colis, an spiritus bonos, qua-
les sũt angeli? Sũt enim angeli sancti, & sũt spiritus ma-
ligni. Ergo dico quia in tẽplis tuis nõ coluntur nisi spi-
ritus maligni: qui sibi exigũt superbè sacrificiũ, & vo-
lũt se coli tãquã deos: Maligni sunt, superbi sunt. Tales
sunt etiã homines nõ boni, qui suam gloriam quærũt,
& Dei gloriã cõtemnũt. Homines autẽ sanctos atten-
dite, qui sunt similes angelis. Cùm inueneris hominẽ
aliquem sanctũ seruũ Dei, si volueris illum colere & a-
dorare pro Deo, prohibet te: nõ vult sibi arrogare ho-
norẽ Dei, nõ vult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub
Deo. Fecerunt hoc apostoli sãcti, Paulus & Barnabas. C
Prædicabant verbũ Dei in Lycaonia. Miracula cùm
fecissent Lycaoniæ, ciues eiusdẽ regionis adduxerunt
victimas, & voluerũt illis sacrificare, dicẽtes Barnabã
Iouẽ, & Paulũ Mercurium. Illi non sunt delectati. An
fortè ideo sibi immolari noluerunt, quia dæmonibus
se cõparari execrati sunt? Non, sed quia honorẽ diuinũ
exhiberi hominibus horruerũt, verba ipsorũ indicãt,
nõ suspicamur: sequitur enĩ lectio libri eiusdẽ, & dicit
Act.14.e. quomodo moti sunt. Tũc paulus & Barnabas cõscide-
rũt vestimẽta sua, & dixerũt? Viri fratres, quid facitis?
Et nos homines sumus possibiles, similes vobis. Intẽ-
dite ergo quomodo homines boni prohibent eos qui
se voluerũt colere tanquã deos: & volũt potius vt Deo
vnus colatur, Deus vnus adoretur, Deo vni sacrificiũ
offeratur non sibi. Sic & omnes sancti vel angeli illius
gloriã quærũt quẽ diligũt. Ad eius cultũ, ad eiũ oratio- D
nẽ, ad eius contẽplationẽ omnes quos diligũt rapere
& inflãmare student, ipsum illis annunciãt nõ se, quo-
niam angeli sunt. Et quia milites sunt, nõ norũt gloriã
quærere nisi imperatoris sui: si autẽ gloriã suam quęsi-
erint, vt tyrãni dãnatur? Talis extitit diabolus & dęmo
nia, id est, angeli eius: arrogauit sibi honorem diuinum
& omnibus dæmoniis: & impleuit templa paganorũ,
& persuasit simulacra, & persuasit illa sacrificia offer-
ri sibi. Nònne melius erat vt angelos sanctos, quàm vt
dæmones colerent? Respondent: Non colimus mala
dæmonia: angelos quos dicitis, ipsos & nos colimus,
virtutes Dei magni, & ministeria Dei magni. Vtinam
ipsos colere velletis, facilè ab ipsis disceretis non illos
colere. Audite angelum doctorem. Docebat quendã
discipulum Christi, & offẽdebat illi multa miracula in
Apocalypsi Ioannis. Ille autem quodam sibi demon- A
strato miraculo visionis expauit, & misit se ad pedes
angeli. Et ille angelus qui non quærebat nisi gloriam
Domini sui, Surge, quid facis, inquit, illũ adora: nã & Apoc.19.b
ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorũ. Quid ergo
fratres mei? Nemo dicat, timeo ne irascatur mihi angẽ-
lus, si non illum colo pro deo meo. Tunc tibi irascitur,
quando ipsum colere volueris. Bonus est enim, & Deũ
amat. Quomodo enim dæmones irascuntur, si nõ co-
lantur, sic angeli indigniantur, si pro Deo colantur. Sed
ne fortè dicat sibi cor infirmũ, cor trepidum: ergo si i-
rascantur dęmonia quia non coluntur, timeo offẽdere
dæmonia. Quid tibi facturus est vel princeps ipsorum
diabolus? Si posset aliquid, nullus nostrũ remaneret.
Nónne quotidie tãta in illũ dicũtur ore Christianorũ,
& crescit seges Christianorũ? Quãdo irasceris nequis-
simo seruo tuo, hoc nomẽ illi imponis: satanas, diabo-
le, hoc illi dicis. Fortasse in hoc erras, quia homini hoc
dicis, & immoderãta ira raperis ad cõuiciãdã imaginẽ
Dei: & tamẽ hoc eligis, vt ei dicas quod valde detesta-
ris. Si posset ille, nõ se vindicaret? Sed non permittitur
& tantũ facit quantum permittitur. Nam & Iob ten- Iob.1.a
tare voluit, & nõ nisi potestatẽ quæsiuit, & nihil face-
ret, nisi potestatẽ accepisset. Quare ergo non securus
adoras Deũ, quo nolente nemo tibi nocet: & quo per-
mittente emẽdaris, nõ euerteris? Si enĩ placuerit Dño
Deo tuo permittere vt aliquis homo tibi noceat, aut
aliquis spiritus tibi noceat, emendabit te vt clames ad
eum: Emendãs emendauit me Dominus, sed morti nõ Psalm.17.a
tradidit me. Ergo cõfundãtur omnes qui adorãt scul-
ptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Adorate
eum omnes angeli eius.) Discant pagani adorare Deũ.
Angelos volunt adorare: angelos imitentur, & illũ a-
dorent qui ab angelis adoratur. Adorate eum omnes
angeli eius. Adoret angelus ille qui missus est ad Cor-
nelium: nam cum adorans Cornelius misit ad Petrũ,
adorare Christũ Dñm Petri, & ipse cõseruus Petri. A- Act.10.a
dorate eũ omnes angeli eius. Audiuit & iocundata est
Sion.) Quid audiuit Sion? Quia adorant eum omnes
angeli eius. Quid audiuit Sion? Ecce quid audiuit: An-
nũciauerũt cæli iustitiã eius, & viderunt omnes popu-
li gloriã eius: cõfundãtur omnes qui adorãt sculptilia,
& qui gloriãtur in simulachris suis. Etenĩ Ecclesia nec
dũ erat in gẽtibus: in Iudæa crediderant ex Iudæis, &
putabãt ipsi Iudæi qui crediderãt solos se pertinere ad
Christũ. Missi sunt Apostoli ad gẽtes, prædicatum est
Cornelio: credidit Cornelius, baptizatus est, baptiza- Act.10.g
ti sũt & illi qui cũ Cornelio erãt. Sed vt babtizarẽtur,
quid factũ est, scitis. Nõ quidẽ hucusq; peruenit lector,
sed tamẽ aliqui recordãtur: & qui nõ recordãtur, au-
diãt à me breuiter. Missus est angelus ad Corneliũ, an-
gelus Corneliũ misit ad Petrũ, Petrus venit ad Cornelũ
Et quia de gẽtibus erat Cornelius, & ipse & qui cũ
eo erãt, nõ erãt circũcisi. Ne dubitarẽt ergo illi trade-
re Euãgelium non circuncisis, antequam baptizaretur
ipse Cornelius, & illi qui cum eo erant, venit spiritus
sanctus, & impleuit illos, & cœperunt loqui linguis.
In nullum autem ceciderat spiritus sanctus, nisi qui
fuerat baptizatus: in istos autem ante baptismum ce-
cidit. Posset enim Petrus dubitare vtrum incircũcisos
baptizaret: venit spiritus sanctus, cœperunt loqui lin-
guis. Donatum est donũ inuisibile, & tulit dubitatio-
nem de sacramẽto visibili: & baptizati sunt omnes. Et
habes scriptum: Audierunt autem apostoli, & qui erãt
in Iudæa fratres, quoniam & gentes receperunt ver- Act.11.a
bum Dei, & benedicebant Deum. Hoc est id quod Psal.47.
commemorat: Audiuit & iocundata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudę.) Quid audiuit, & iocundata est Sió? Quia receperunt gentes verbum Dei. Vnus paries venerat, sed angulus nondum erat. Sió ipsa Ecclesia, quę erat in Iudęa, propriè hic nominata est. Act.11.a. Audiuit, iocundata est Sion, & exultauerũt filiæ Iudę. Sic scriptum est: Audierunt apostoli, & qui erat in Iudæa fratres. Videte Sion, exultauerunt filiæ Iudæ. Quid audierunt? Quia & gentes receperunt verbum Dei. Vbi illud dixit iste Psalmus? Annunciauerunt cæli iustitiã eius, & viderũt omnes populi gloriã eius. Et quia gentes crediderunt, à quibus colebãtur idola: secutus ait, Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, qui gloriãtur in simulachris suis. Audiuit, & iocũdata est Sió, & exultauerunt filię Iudæ. Postea quidã de circuncisis Ibidem. calumniati voluerunt Petro. & dixerunt illi: Quare intrasti ad gentiles & incircũcisos, & manducasti cum eis? Ille autem reddidit eis rationem, quomodo cùm oraret demonstratus est illi discus pendẽs quatuor lineis. Discus ille, qui habebat omnia animalia, significabat omnes gentes. Ideo autem quatuor lineis pendebat, quià quatuor partes sunt orbis, vnde futuri populi erãt: & ideo quatuor Euãgelia prædicãt Christũ, vt gratia ipsius ad omnes quatuor partes orbis pertinere intelligatur. Quia ergo tale visũ demõstratũ fuerat Petro, indicauit, aperuit illis omnia quomodo credidit Corneli⁹: quia priusquã baptizaretur homo gẽtilis, venit super eũ spiritus sanctus. Hæc cùm audissẽt, tacuerũt, & magnificauerũt Deũ, dicẽtes: Vtiq; gentibus Deus pœnitẽtiã ad vitã dedit. Ecce audiuit, & iocundata est Sió, & exultauerunt filię Iudę. Propter iudicia tua Dñe.) Quæ iudicia? Quia nõ est personarum acceptor Deus. Nãque ipse Petrus cùm vidisset Cornelium cẽturionẽ, & eos qui cum illo erãt adimpletos Act.10.f Spiritu sancto, exclamauit, & ait: In veritate cõprehẽdo, quia non est personarũ acceptor Deus. Ergo exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Dñe: quid est, propter iudicia tua? Quia in omni gẽte, & in omni populo, quicunque illi seruierit, acceptus est illi: quia nõ Iudæorum Deus tantũ, sed & gentium. Videte si hoc non est, vnde exultauerunt filię Iudę. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Quoniã tu es Dominus altissimus super omnem terram.) Non super solam Iudæam non super solã Hierusalẽ, non super solam Sion, sed super omnem terrã. Huic vniuersæ terræ iudicia Dei viguerunt, vt vndique populos conuocaret, quibus non cõmunicant, qui se præciderunt: nec audiunt prædictum, nec vident impletum, quoniã tu es Dominus altissimus super omnẽ terrã. Nimis exaltatus es super omnes deos.) Quid est, nimis? Nam de Christo dicitur: Quid ergo nimis, nisi vt intelligatur æqualis patri? Quid est super omnes Deos? Qui sunt? Idola non habent sensum, non habent vitam. Dæmonia habent sensum, habent vitam: sed mala Psal. 95. sunt. Quid magnũ est, quia exaltatus est Christus super idola, exaltatus est super dæmonia: Sed nec hoc valde magnũ est. Dæmonia quidem dij gentiũ, sed ille nimis exaltatus est super omnes deos. Et homines dicti sunt Psalm.81. dij: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Itẽ scriptũ est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernens. Super omnes homines exaltatus est Iesus Christus Dominus noster: nec tãtum super idola, nec tantum super dæmonia, sed super omnes homines iustos. Et hoc parum est, super omnes etiã angelos. Nam vnde est: Adorate eum omnes angeli eius? Nimis exaltatus est super omnes deos. Quid ergo facim⁹ omnes, qui ad illum cõuenimus, ad eum qui nimis exaltatus est super omnes deos? Breue præceptum nobis dedit. Qui diligitis Dominum, odite malignum.) Nõ est dignus Christus, cum quo diligas auaritiam. Amas illũ, debes odisse quod odit. Homo est inimicus tuus, hoc est quod tu, creati estis ab vno creatore in vna cõditione: & tamen si filius tuus loquatur cum inimico tuo, & veniat ad domum inimici tui, & assiduas collocutiones habeat cum illo, exhæredare illum vis, quia loquitur cum inimico tuo. Et quomodo? Quia iustam vocem videris tibi habere: Amicus est inimici mei, & quæris aliquid de re mea. Ergo attende. Diligis Christum, inimica Christi est auaritia. Quare cum ea loqueris? Non dico loqueris cum illa, quare illi seruis? Nam multa iubet Christus, & non facis: iubet ipsa, & facis. Iubet Christus vt vestias pauperem, & non facis: iubet ipsa auaritia, vt facias fraudem, & hoc potius facis. Si hæc ita sunt, si talis es, noli tibi multũ promittere hæreditatem Christi. Sed dicis, diligo Christum. Qui diligitis Dominum, odite malignũ. Hinc apparet te diligere, quod bonum est, si inuentus fueris odisse quod malum est. Qui diligitis Dominũ, odite malignũ. Sed cùm cœperimus odisse malignum, subsequentur persecutiones. Odimus malignũ. Dicit nobis aliquis persecutor, fac fraudem: dicit nobis, adora idolum: dicit nobis, thus pone dæmoniis: sed nos audiuimus, Qui diligitis Dominum, odite malignum. Audiuimus quidem, sed si non fecerimus, sæuit ille. Vsque quò sæuit? Quid est ablaturus? Responde, quare Christianus es? Propter æternã hæreditatẽ, an propter terrenã felicitatẽ? Interroga fidem tuam, pone in catasta conscientiæ animam tuam, torque teipsum timore iudicij, responde cui credideris, quare credideris. Dicis mihi, in Christum credidi. Quid tibi promisit Christus, nisi quod ostendit in se? Quid ostendit in se? Mortuus est, & resurrexit, ascendit in cælum. Vis sequi? Imitare passionem, Matt.16.d expecta promissionem. Quid ergo tibi ablaturus est sæuiẽs, cùm cœperis odisse malignũ? Quia diligis Dominum quid ablaturus? Patrimonium. Nunquid cælũ? Postremò quicquid tibi dedit Deus tollat. Ille nõ tollit quidem, si non vult Deus. Si autem vult Deus, tollit quod dedit Deus, ne se tibi auferat ipse Deus. Deũ tibi nemo tollet: tu tibi illũ tollis, si illum fugis. Fortè respondes, Non curo de patrimonio meo: Dominus Iob.1.d dedit, Dominus abstulit. Possum dicere, sicut Domino placuit ita factũ est: sed timeo ne occidat me: Hoc totum est. Audi ergo Psalmum consolantem: Custodit Dominus animas seruorum suorum. Quia ergo dixerat superius: Qui diligitis Dominum, odite malignum, ne ideo timeres odisse malignum ne occideret te malignus: subiecit statim, Custodit Dominus animas seruorum. Audi illum custodientem animas seruorum suorum, & dicentẽ: Nolite timere eos qui corpus oc- Matt.10.d cidunt, animam autem non possunt occidere. Occidit & corpus, qui in te plurimum potest. Quid tibi facit? Quod & Domino Deo tuo. Quare amas habere quod Christus, si times pati quod Christus? Ille venit ferre vitam tuam temporalem, infirmam, morti obnoxiã. Certè time mori, si potes non mori. Quod per naturã vitare nõ potes, quare propter fidẽ nõ suscipis? Tollat tibi istã vitam qui minatur aduersarius, dat tibi Deus aliã vitam: quia & istam ipse tibi dedit, & si ipse noluerit, nec ipsa tolletur. Si autem voluerit vt tollatur tibi: habet quod tecum mutet, noli timere spoliari pro illo. Non vis exui vestẽ pannosam? Stolam gloriæ tibi daturus est. Quam stolam dicis mihi? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc in- 1.Cor.15.f duere immortalitatem: & ipsa caro tua non periet. Vsque ad mortem potest sæuire inimicus. Potestatẽ vltra non habet, nec in animam, nec in ipsam carnem: quia & si dissipet carnem, non impedit resurrectionem.

De anima

De anima sua timebant homines, & quid eis Dñs ait? Vestri autẽ capilli capitis omnes numerati sũt. Times Matt.10.d ne animam perdas, qui capillũ nõ perdis? Deo omnia numerata sunt. Omnia redintegrabit, qui omnia creauit. Non erant, & creata sunt: erant, & non reparabũtur? Credite ergo toto corde fratres mei, & qui diligitis Dominum, odite malignũ. Fortes estote, nõ solùm in diligẽdo Deum, sed etiam in odiẽdo malignũ. Nemo vos terreat, potẽtior est qui vos vocauit, omnipotẽs est. Fortior est omni forti, superior est omni excelso. Filius Dei pro nobis mortuus est. Securus esto, accepturum te vitam ipsius, qui pignus habes mortẽ ipsius. Pro quibus enĩ mortuus est? Nũquid pro iustis? Rom.5.a Paulũ interroga. Etenim Christus pro impiis mortuus est. Impius eras, & mortuus est pro te: iustificatus es, & deseret te? Qui iustificauit impium, relinquet piũ? Qui diligitis dominũ, odite malignum. Nemo timeat. Custodit Dominus animas seruorum suorum: De manu peccatoris eruet eas.) sed fortè dicturus es, perdo lucẽ istã. Lux orta est iusto.) Quam lucem times ne perdas? Times ne in tenebris sis? Noli timere ne perdas lucem: imò time ne dũ caues perdere illã lucẽ, perdas illã lucẽ verã. Quam times enim perdere, videmus quibus donata est, cum quibus tibi cõmunis est. Nunquid soli boni vident istum solem, cùm faciat oriri solem suum super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos? Istã lucẽ vident tecum iniqui, vidẽt tecũ latrones, vidẽt tecũ impudici, vident tecũ bestiæ, muscæ, vermiculi. Qualẽ lucẽ iusto seruat, qui & istis istã dat? Meritò hanc lucẽ in fide martyres viderunt. Qui enim istã cõtempserunt, aliquã viderunt quam desiderauerũt, quia hãc respuerũt. Lux orta est iusto: Et rectis corde iocũditas.) Nolite putare quia verè in miseria fuerunt, cùm in catena ambulauerũt. Latus fuit carcer fidelibus, leues fuerunt catenæ cõfitentibus. Habebant gaudia in catasta, qui Christum prædicabant inter tormẽta. Lux Matt.5.g orta est iusto. Quæ lux orta est iusto. Quæ nõ oritur in- Sap.5.a iusto, non ista lux quam facit oriri super bonos & malos. Est alia lux quę oritur iusto: de qua luce nõ sibi orta, in fine dicẽt iniusti: Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumẽ nõ luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Ecce amando istũ solem, in tenebris cordis iacuerũt. Quid profuit oculis videre istum, & mente nõ videre illũ? Tobias cæcus erat, & filium suũ viã Dei docebat. Nostis enim, quia Tobias filium suum admonebat & dicebat: Fili, fac eleemosynas, quia eleemosynæ Tob.4.b nõ permittunt ire in tenebras: & loquebatur ille qui in tenebris erat. Videtis quia est alia lux quæ oritur iusto, & rectis corde iocunditas? Oculos non habebat, & filio suo dicebat: Fac eleemosynas, quia eleemosynæ al. Tu enim eleemosynas non fecisti? nõ sinũt ire in tenebras. Nec timuit, ne diceret in corde suo filius ipsius: † Tu enim eleemosynas fecisti, quare cæcus mihi loqueris? Ecce eleemosynę ad tenebras te perduxerũt: & quomodo mihi dicis, eleemosynę nõ sinunt ire in tenebras? Quare ille dicebat ista cũ fiducia, nisi quia aliã lucẽ videbat? Fili⁹ patri manũ tenebat vt ambularet, sed pater filium viã docebat vt viueret. Est ergo alia lux, quæ oritur iusto. Lux orta est iusto, & rectis corde iocũditas. Vis illã nosse? Esto rectus corde. Quid est rect⁹ corde: Noli torto corde esse ad Deũ, resistẽs volũtati ipsius, & volẽs illũ curuare ad te, & nõ te dirigere ad illũ, & senties iocunditatem quam norunt omnes qui recto sũt corde. Lux orta est iusto, & rectis corde iocunditas. Iocundamini iusti.) Iã fortè fideles audientes iocundamini, conuiuia meditantur, calices præparãt, rosarum tempus expectant, quia dictũ est: Iocũdamini iusti. Vide quid sequitur: In Domino.) Iocundamini iusti in Domino. Expectas tempus veris vt iocunderis: si Dominum habes iocunditatem, Dominus tecum semper est, non habet tempus. Habes illum nocte, habes illũ die. Esto rectus corde, & semper est tibi de illo iocũditas. Nõ enim iocunditas quæ est secũdũ seculũ, vera iocũditas est. Audi prophetã Esaiã: Nõ est gaudere impiis, dicit Dñs. Gaudere qvocãt im- Esa.,5.d pij, non est gaudere. Quale gaudium nouerat, qui hoc gaudium improbabat? Credamus illi fratres. Homo erat, sed ambo gaudia nouerat. Homo erat, vtiq; nouerat gaudia calicis: quia homo erat, nouerat gaudia mẽsæ, nouerat gaudiũ lecti, nouerat gaudia ista secularia & luxuriosa. Ille qui nouerat illa, ait præsumẽs: Nõ est gaudere impiis, dicit Dominus Sed non dicit homo dominus dicit. Ex veritate Dominus dicit, non est gaudere impiis. Nam illi sibi videntur gaudere. Non est autem gaudere impiis, dicit non homo, sed Hier.c.76 Dñs. Vnde ille ipsũ gaudiũ vidẽs ait: Et diẽ hominum nõ cõcupiui, tu scis. Qui mihi aliũ diẽ ostendis, qui me aliã lucẽ doces, qui me alia iocunditate perfundis, qui aliud mihi intus insinuas, fecisti me nõ concupiscere diẽ hominũ. Vtiq; videbat Esaias homines in potatione, in luxuria, in theatris, & in spectaculis, totũ mundũ luxuriari variis nugis: & tamẽ clamabat, Nõ est gaudere Esa.57.d impiis, dicit Dñs. Si hoc nõ est gaudere, quale gaudiũ videbat, in cuius cõparatione hoc nõ erat gaudiũ? Tãquã si tu nosses solẽ, & alicui laudanti lucernã diceres, nõ est ista lux. Quare lux nõ est? Ille pro magno habet, gaudet, exultat: & tu dicis, nõ est ista lux. Aut si quis simiã miraretur, diceres, nõ est ista pulchritudo. Et si fortè ille occupatus esset circa cõpositionẽ mẽbrorũ in illa bestia, & omnes illas cõgruentias miraretur: tu qui noueras aliã pulchritudinẽ, negares istã, & diceres, nõ est. Quare? Quia aliã nosti. Sed dicis: Ego illã quam videbat Esaias, non video. Crede, & videbis. Fortè non habes vnde videas: est enim oculus vnde illa pulchritudo videatur. Nã quomodo est oculⁿ carnis vnde lux ista videatur, sic est oculus cordis vnde illa iocũditas videatur. Fortè ille oculus sauciⁿ est, fordidatus est, turbatus est ab ira, ab auaritia, à cupiditate, à libidine insensata: turbatus est oculus tuus, nõ potest videre illã lucẽ. Crede antequãvideas, sanaberis & videbis. Lux orta est iusto, & rectis corde iocũditas. Iocũdamini, ait, iusti in Domino: Et cõfitemini memoriæ sãctitatis eius.) Iã iocũdati in Domino, iã gaudẽtes in Domino, illi cõfitemini quia nisi vellet, nõ in illo gauderemus. Ait enim ipse Dominus: Hęc locutⁿ sũ vobis, vt in me pacẽ habeatis, in mundo autẽ pressuram. Si Ioan.16.d Christiani estis, pressuras in isto mũdo sperate. Tranquilliora & meliora tẽpora nolite sperare fratres, fallitis vos. Quod vobis Euãgeliũ nõ promittit, nolite vobis promittere. Quid dicat Euãgeliũ, scitis, Christianis loquimur fidei præuaricatores esse nõ debemus. Euãgeliũ hoc dicit, quia in nouissimis temporibus multa mala scandala, multæ pressurę, multę iniquitates abũdabunt: sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic sal- Matt.24.b uus erit. Refrigescet, inquit, charitas multorum. Qui ergo perseueranter spiritu ferbuerit, secundum Apo- Rom.12.c stolum qui ait, Spiritu feruentes, eius charitas nõ refrigescet: quia ipsa charitas Dei diffusa est in cordibus Rom.5.a nostris per spiritum sanctam, qui datus est nobis. Nemo ergo sibi promittat quod Euangeliũ non promittit. Ecce venient lætiora tẽpora, & facio illud, & emo illud. Bonum est tibi vt attendas illum qui non fallitur, nec fefellit aliquem, qui tibi promisit nõ hic lætitiam, sed in se: & cùm transierint ista, speres quia cum illo regnabis in æternum, ne cùm hic vis regnare, neque hic habeas iocunditatem, nec illic inuenias.

IN PSALMVM XCVII. ENARRATIO.

CANTATE Domino canticum nouum.) Nouus homo nouit, vetus nõ nouit. Vetus homo est vetus vita, & nouus homo est noua vita. Vetus vita ex Adã trahitur, noua vita in Christo formatur. Dicitur autem in hoc psalmo vniuerso orbi terrarũ vt cantet canticũ nouũ. Nam apertiùs alibi sic dicitur: Cãtate Domino cãticũ nouum, cantate Domino omnis terra: vt intelligant qui se præcidunt à cõmunione totius orbis terrarũ, non se posse cantare canticum nouum, quia canticũ nouũ in toto orbe terrarum, non in parte cantatur. Et hic attẽdite & videte hoc dici. Et cũ dicitur vniuerso orbi terrarum vt cantet canticum nouũ: hoc intelligitur, quia pax cãtat canticũ nouũ. Cãtate Domino cãticũ nouũ: Quia mirabilia fecit Dominus.) Quæ mirabilia? Ecce modò legebatur Euangelium, & audiuimus mirabilia Domini. Efferebatur mortuus vnicus matris suæ, quæ erat vidua, misertus Dominus fecit illos stare: deposuerunt illum, & dixit: Iuuenis dico tibi, surge. Et sedit ille mortuus, & cœpit loqui: & reddidit illum matri suæ. Ecce mirabilia fecit Dominus: sed multò maiora mirabilia sunt quòd totũ orbẽ terrarũ à morte sẽpiterna erexit, quã quòd vnicũ filiũ matris viduæ resuscitauit. Cantate ergo Domino canticum nouũ, quia mirabilia fecit Dominus. Quę mirabilia? Audi. Sanauit ei dextera eius, & brachiũ sanctũ eius.) Quod est brachiũ sanctũ Domini? Dominus noster Iesus Christus. Audi Esaiã. Quis credidit auditui nostro, & brachiũ Domini cui reuelatũ est? Brachium ergo sanctũ & dextera ipsius, idem ipse est. Ergo Dñs noster Iesus Christ' brachiũ Dei, & dextera Dei: propterea sanauit ei. Non dictum est tantùm orbẽ terrarum sanauit dextera eius: sed, sanauit ei. Multi enim sanãtur sibi, nõ ei. Ecce quàm multi cupiunt sanitatem istã corporalẽ, & ab illo accipiunt, & ab illo sanãtur, & nõ illi sanãtur? Quomodo ab illo sanantur, & nõ illi sanãtur? Accepta sanitate lasciuiunt. Qui ægroti casti erãt, sanati adulteri fiunt: qui cùm ægrotarẽt, neminẽ, lædebãt, receptis viribus inuadunt & opprimũt innocẽtes: sanati sunt, sed nõ ei. Quis est qui sanatur ei? Qui intus sanatur. Quis est qui intus sanatur? Qui credit in eum, & cùm interius fuerit sanatus, in nouum hominẽ reformatur: postea & hoc quod languet ad tẽpus caro ista mortalis, recipiet in finẽ & ipsa suam perfectissimã sanitatẽ. Sanemur ergo ei. Vt autẽ sanemur ei, credamus in dextera eius, quia sanauit ei dextera eius, & brachium sanctum eius. Notũ fecit Dominus salutare suũ.) Ipsa dextera, ipsum brachiũ, ipsum salutare Dñs noster Iesus Christus, de quo dictũ est: Et videbit omnis caro salutare Dei. De quo etiã dixit ille Simeõ qui infantem accepit in manus: Nũc dimitis Domine seruum tuum in pace: quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Notum fecit Dominus salutare suum. Cui notum fecit? parti, an vniuerso? Non parti alicui. Nemo fallat, nemo decipiat, nemo dicat: Ecce hic est Christus, ecce illic: qui dicit, ecce hic est, ecce illic, partes ostendit. Cui notũ fecit Dominus salutare suũ? Audi quid sequitur: Ante conspectum gẽtium reuelauit iustitiam suam.) Dextera Dei, brachium Dei, salutare Dei, & iustitia Dei, Dominus est saluator noster Iesus Christus. Memor fuit misericordiæ suę Iacob, & veritatis suæ domus Israël.) Quid est, Memor fuit misericordiæ suæ & veritatis? Vt promitteret misertus est, quia promisit & exhibuit misericordiam, veritas consecuta est. Misericordia præmisit promissionẽ, promissio reddidit veritatem. Memor fuit misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domus Israël. Et quid? tantum Iacob, & tantum domus Israël? Domus Iudæorũ & propago illa Abrahæ secundum carnem solet dici domus Israël, & Israël Iacob. Iacob enim filius Isaac; Isaac autem ipse filius Abrahæ. Ergo Iacob nepos Abrahæ fuit, & de Iacob duodecim filij, & de duodecim filiis vniuersa propago Iudæorũ. Nũquid illis tantum promissus est Christ'? Si discutias quid sit Israël, Israëli promissus est Christus: Israël est vidẽs Deũ. Videbim' per speciẽ, si nũc videamus per fidẽ. Habeat oculos fides nostra, & exhibebitur veritas fidei. Credamus in eum quẽ nõ videmus, & gaudẽtes videbimus: desideremus nõ visum, & fruemur viso. Ergo & modò Israël per fidẽ, tunc autẽ Iraël per speciẽ facie ad faciẽ. Non iam per speculum, non iam in ænigmate: sed quemadmodum dictum est à Ioanne: Dilectissimi, filij Dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Ad hanc visionẽ parate corda vestra, ad hoc gaudiũ parate animas vestras: quomodo solẽ si vellet Deus ostendere, moneret vt oculos pararetis carnis. Sed quia sapiẽtiæ suæ speciẽ vobis dignatus est ostendere, parate oculos cordis. Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Memor fui misericordiæ suæ Iacob, & veritatis suæ domus Israël. Quis est iste Israel? Ne fortè vnã gentẽ cogites Iudæorum, audi quod sequitur: Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.) Non dictũ est, omnis terra, sed omnes fines terrę: quomodo dicitur à termino vsque ad terminũ. Nemo cõcidat, nemo dissipet, fortis est vnitas Christi. Totum emit, qui tãtum pretium dedit. Viderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Quia ergo viderunt: Iubilate Deo vniuersa terra.) Iã nostis quid sit iubilare: gaudete & loquimini. Si gaudetis loqui nõ potestis, iubilate. Gaudium vestrum exprimat iubilatio, nõ potest locutio: non sit tamen mutum gaudium, cor non taceat Deum suum, non taceat munera eius. Si tibi loqueris, tibi sanatus es: si eis sanauit dextera eius, ei loquere cui sanatus es. Viderũt oẽs fines terrę salutare Dei nostri: Iubilate Deo vniuersa terra: Cantate & exultate & psallite. Psallite Domino Deo nostro in cithara, in cithara & voce psalmi. Psallite non voce sola, assumite opera, vt nõ tãtùm cãtetis, sed & operemini. Qui cãtat & operatur, psallit in cithara & in psalterio. Et vide qualia organa adiũguntur in similitudinibus. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.) Quid sibi volunt tubæ ductiles & tubæ corneæ? Ductiles tubæ æreæ sunt, tundendo producuntur. Si tundendo, ergo vapulãdo eritis tubæ ductiles, ad laudem Dei productæ. Si cùm tribulamini proficiatis, tribulatio tũsio, profectus productio est. Tuba ductilis erat Iob, quando repẽtè percussus tantis damnis & orbitate filiorum, tunsione illa tantæ tribulationis factus tuba ductilis sonuit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factũ est, sit nomen Domini benedictũ. Quomodo sonuit, quàm suauẽ sonum dedit ista ductilis tuba? Adhuc tunditur, datus est in potestatem, vt & caro eius percuteretur. Percussa est, cœpit putrescere, scatere vermibus. Supposita Eua ad seductionem, vxor eius seruata ad ministerium diaboli, non ad solatium mariti, suggerit blasphemias: non obtemperat ille. Obtẽperauit Adam Euæ in paradiso, repellit Adam Euam in stercore. In stercore enim sedebat Iob, cùm flueret & putresceret vermibus. Melior Iob putris in stercore, quàm integer ille in paradiso. Sed adhucilla Eua erat, iam ille Adam non erat. Respondit Euæ præparatæ ad istam supplantationem & tentationem, & ait illi: Ecce audiuimus quomodo tunditur tuba ista. Percussit eum diabolus à capite vsque ad pedes graui vulnere, & putrescens vermibus sedebat in stercore.

Audiui-

Audiuimus quemadmodũ tunsus est, audiamus quomodo sonet vox tubæ huius ductilis. Dulcẽ vocem, si placet audiamus. Locuta es, inquit, tanquã vna ex insipiẽtibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus? O sonũ fortem! ô sonum dulcẽ! Quem non dormientẽ excitet sonus iste? Quem nõ excitet præsumptio in Deo, vt aduersus diabolũ securus procedat in prœliũ: non suis viribus obtẽturus, sed illius qui probat? Quia ipse etiã tundit: nõ enim faceret malleos de seipso. De illius enim diaboli pœna futura Propheta cõmemorans ait, Cõtritus est malleus vniuersæ terræ. Malleũ vniuersæ terræ, diabolũ voluit intelligi. De ipso malleo in manu Dei posito, id est, in potestate Dei, tunduntur ductiles tubæ, vt resonent laudes Dei. Videte quemadmodũ audeo dicere, fratres mei, de isto malleo etiã Apostolus tundebatur: In magnitudine inquit, reuelationũ ne extollat, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanę qui me colaphizet. Ecce tũditur, videamus quemadmodũ sonet. Propter quod, inquit, ter Dominum rogaui, vt auferret eũ à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate perficitur. Ego tubã, inquit ille fabricator, perficere volo, non perficiã nisi tundam: in infirmitate virtus perficitur. Et audi iam ipsam tubã ductilẽ & bene sonantẽ. Quando infirmor, tunc potens sum. Et ipse Apostolus tanquã Apostolus hærens Christo, hærens illi dextræ, de qua tenetur malleus vt producat tubã, in illa dextera positus, facit & ipse de ipso malleo: dicit de quibusdã quos tradidit satanę, vt discãt nõ blasphemare. Tradidit malleo tundendos. Malè sonabant antequam producerẽtur, fortè producti & facti tubæ ductiles, amissa blasphemia laudes Dñi sonuerũt. Hę sunt tubæ ductiles. Vox tubę corneæ quid est? Cornu excedit carnem. Necesse est vt carnẽ superando sit firmum: firmum ad perdurandũ, & capax vocis. Sed vnde hoc? Quia carnem superauit. Qui vult esse tuba cornea, superet carnem. Quid est, superet carnem? Transcendat carnales affectus, vincat carnales libidines. Audi tubas corneas: Si autem resurrexistis cum Christo, Apostolus dicit, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quid est, quæ sursum sunt quærite? Id est, carnẽ excedite, nolite carnalia cogitare. Nondũ erant tubæ corneæ, quibus adhuc ita loquebatur. Fratres nõ potui loqui vobis quasi spiritalib', sed quasi carnalib'. Tanquã paruulis in Christo, lac vobis potũ dedi, non escã: neq; enim poteratis, sed nec quidẽ ad huc potestis: estis enim adhuc carnales. Ergo nõ erãt tubæ corneæ, quia nõ excesserãt carnẽ. Cornu & carni hęret, & carnẽ excedit: & quanquã de carne oriatur, supat carnem. Fies ergo ex carnali spiritalis: adhuc carne calcas terrã, & spiritu erumpes in cælũ. In carne enim ambulãtes, inquit, nõ secundum carnẽ militamus. Nam illud quibus dixit Apostolus, non prætermittamus. Quid illis ait, vnde probaret illos carnalia sapere, & nondum factos tubas corneas? Cùm enim dicit vnusquisq; vestrum, Ego sum Pauli: alius, ego Apollo: alius autem, ego Cephæ: nónne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? Quid est autẽ Apollo? Quid est autẽ Paulus? Ministri Dei, per quos credidistis. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Vult ergo illos erigi à spe quam in homine posuerant, & contingere spiritalia Christi: vt possent esse tubę corneę si superarent carnẽ. Fratres, nolite insultare fratribus, quos nondum conuertit misericordia Dei: noueritis quia quamdiu hoc facitis, carnem sapitis. Tuba non est illa quæ delectat aures Dei. Insultationis tuba infructuosum bellum facit. Tuba cornea te erigat aduersus diabolũ, non tuba carnea aduersus fratrẽ tuũ: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ: Iubilate in cõspectu regis Domini.) Et vobis iubilãtibus & exultãtibus in tubis ductilibus, & in voce tubæ corneæ, quid sequitur? Cõmoueatur mare & plenitudo eius.) Fratres prædicantibus veritatẽ Apostolis, tanquã tubis ductilibus & tubis corneis commotũ est mare, surrexerunt fluctus, creuerũt tẽpestates, factæ sunt persecutiones Ecclesiæ. Vnde commotũ est mare? Cùm iubilabatur Deo, cùm psallebatur Deo, Dei autes delectabãtur, maris fluctus excitabãtur. Cõmoueatur mare, & plenitudo eius. Orbis terræ, & omnes inhabitantes in ea.) Cõmoueatur mare in persecutionibus: Flumina plaudent manibus in idipsum.) Moueatur mare, & flumina plaudãt manibus in idipsum. Fiunt persecutiones, & gaudẽt sancti in Dño. Vnde flumina plaudent manibus? Quid est plaudere manibus? Gaudere opibus. Plaudere, gaudere est. Manib', opibus. Quæ flumina? Quos Deus fecit flumina, dãdo illis illã aquã spiritũ sanctũ: Si quis sitit, inquit, veniat & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de vẽtre eius. Ista flumina manibus plaudebant, ista flumina opibus gaudebant, & Deũ benedicebant. Mõtes exultabũt à facie Domini, quoniã venit, quoniã venit iudicare terrã.) Magni montes: Venit Deus iudicare terrã, & gaudent. Sunt enim montes, qui venturo Domino iudicare terrã contremiscent. Ergo sunt mõtes boni, sunt mõtes mali. Mõtes boni, magnitudo spiritalis: montes mali, tumor superbiæ. Montes exultabunt à facie Domini, quoniã venit, quoniã veniet iudicare terrã. Quare veniet, & quomodo veniet? Quoniã veniet iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terrę in iustitia, & populos in æquitate.) Gaudeãt ergo mõtes: ille enim nõ iniustè iudicabit. Vẽturo fortè aliquo iudice homine, cui nõ potest patere consciẽtia, cõtremiscunt homines etiã innocentes, si ab ipso expectãt præmium laudis, vel timẽt pœnã damnationis: quãdo ille veniet qui falli nõ potest, gaudeãt mõtes, securi gaudeãt, illuminabuntur ab eo, non damnabuntur. Gaudeant, quia veniet Dominus iudicare orbẽ terrarũ in æquitate: ac si montes iusti gaudẽt, iniqui † cõtremiscunt. Sed ecce nondũ venit, quid opus est vt tremant? Corrigãtur, & gaudeãt. In potestate tua est, quomodo expectes vẽturum Christũ. Ideo differt venire, vt cùm venerit nõ te damnet. Ecce nondũ venit, ille in cælo est, tu in terra: ille differt aduentũ, tu noli differre consiliũ. Aduentus ipsius durus est duris, mitis est piis. Vide ergo modò tu qui sis. Si durus, licet tibi mitescere: si mitis, iam gaude venturum. Christianus enim es. Ita, inquis. Credo quod oras & dicis: Veniat regnũ tuũ. Optas vt veniat, quẽ times ne veniat: corrigete, vt non ores contra te.

IN PSALMVM XCVIII. ENARRATIO.

FRATRES, id etiam notum esse debet charitati vestræ, tanquam filiis Ecclesiæ & eruditis in schola Christi, per omnes literas antiquorum patrum nostrorum, qui scripserunt verba Domini & magnalia Dei, nobis eos consulere voluisse, qui futuri eramus hoc tempore, iam credentes in Christum: qui opportuno tempore venit ad nos, primò humilis, postea venturus excelsus. Primò enim venit ante iudicem staturus: postea venturus est iudex sessurus, vt ante illum stet pro merito suo genus humanum. Præcesserunt autem illum multi præcones tanquam iudicem magnum, & hunc adhuc in humilitate venturum. Multi præcones præcesserunt adhuc nasciturum de virgine Maria, futurum infantem, & sugiturum lac, futurum paruulum, verbum Dei per quod facta sunt omnia. Præcesserunt multi præcones, & dixerunt futura ista tempora: sed ita dixerunt, vt quibusdam figuris rerum tege-

rent sententias suas, ipsúmque velamē quo tecta est veritas in libris antiquorum, tunc tolleretur, quando iam ipsa veritas de terra oriretur. Sic enim dicitur in psalmo, Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Modò ergo tota intētio nostra est quādo psalmum audiuimus, quando prophetā, quādo legē, quæ omnia antequā veniret in carne Dominus noster Iesus Christus, conscripta sunt: Christū ibi videre, Christū ibi intelligere. Intendat ergo nobiscū charitas vestra ad istū psalmum, & quæramus hic Christū. Vtique apparebit quærentibus & credentibus, qui primò apparuit non quærentibus: & nō deseret desiderātes se, qui redemit negligētes se. Ecce de illo cœpit psalmus: de illo dicitur, Dominus regnauit, irascantur populi.) Cœpit enim regnare Dominus noster Iesus Christus: cœpit prædicari postquam resurrexit à mortuis, & ascēdit in cælū, posteaquā impleuit discipulos suos fiducia spiritus sancti, vt nō timerēt mortē, quā ipse iam occiderat in se. In se ergo cœpit prędicari Dominus noster Iesus Christus, vt in illū crederent qui salutē habere vellent: & irati sunt populi qui idola colebant. Irascebātur qui colebant quod fecerant, quia annunciabatur ille à quo facti sunt. Vtique ille annunciabat per discipulos suos seipsum: qui illos volebat conuerti ad eum à quo facti sunt, & auerti ab eis quæ ipsi fecerāt. Illi pro idolo suo irascebātur Domino suo: qui si pro idolo suo irascerētur seruo suo, damnandi erāt. Melior enim seruus eorū, quàm idolum eorū: seruū enim eorum Deus fecit, idolum eorū faber fecit. Sic irascebantur pro idolo suo, vt irasci nō timerent Domino suo. Sed irascantur, prędictum est, nō iussum: in prophetia enim dicitur, Dominus regnauit, irascantur populi. Est quod fiat & de populis irascētibus. Illi irascātur, & in ira ipsorū martyres coronentur. Quid fecerunt annunciatoribus verbi veritatis, nubibus Christi circumeuntibus orbē terrarū, & compluentibus agrum Dei? Quid illis fecerunt qui irascebantur, nisi vt inter manus eorum caro affligeretur, & in manibus Christi spiritus coronaretur? Nec ipsa caro quā persecutores occidere potuerūt, ita mortua est, vt in ęternū interiret: habebit enim tempus suū quo resurgat & ipsa, quia resurrectionem carnis iam ostēdit Dominus in seipso. Inde illā voluit à nobis accipere, vt de nostra possemus non desperare. Ergo fratres, caro seruorum quā occiderunt cultores idolorū, resurget in tempore suo. nā idola quę fregit Christus, nunquā iterū faciet faber. Audistis, cùm Hieremias legeretur ante apostolicā lectionē, si aurem apposuistis: vidistis ibi tempora pręsentia quę nunc agimus. Dixit enim, Dij qui cęlū & terram non fecerunt, pereant de terra, & de sub cęlo. Non dixit, Dij qui cęlū & terram nō fecerunt, pereant de cęlo & de terra: quia nunquā fuerunt in cęlo. Sed quid dixit? Dij qui cęlum & terrā non fecerunt, pereant de terra. Quasi respōdit ad terram, & defuit quod responderet de cælo, quia illi non fuerunt in cælo: ipsam terrā bis dixit, quia ipsa est sub cælo. Pereant de terra & de sub cælo, de templis suis. Videte si non fit, si non ex magna parte iam factum est. Quid enim remansit, aut quantum remansit? Magis remanserunt idola in cordibus paganorū, quàm in locis templorum. Ergo, Dominus regnauit, irascantur populi: Qui sedet super Cherubim.) Subaudis, regnauit. Commoueatur terra.) Iterum dixit, irascantur populi. Quod enim dixit, Dominus, hoc repetiuit, Qui sedet super Cherubim: & quod dixit, regnauit, subaudire fecit in alio versu. Et quod ait, irascantur populi: hoc dixit, commoueatur terra. Quid sunt enim populi, nisi terra? Quantū potest irascatur terra ei qui iam sedet in cælo. Fuit enim Dominus in terra, & assumpsit terram

Psal. 84. — Marc. 16. d / Act. 2. a — Hier. 10. b.

A in qua esset in terra. Induit se carnē, & prior voluit pati irascentes populos. Ne iram populorū timerent serui eius, prior illam pati voluit. Et quia necessaria erat ira populorum seruis eius, vt à peccatis suis omnibus per ipsas tribulationes curarentur, & sanarentur: amarum poculum prior medicus bibit, ne bibere timeret ægrotus. Ergo Dominus regnauit, irascantur populi: irascātur populi, quia de ira ipsorū multa bona facit Deus. Illi irascuntur, & serui Dei purgantur: quia exercentur, coronantur. Irascantur populi, qui sedet super Cherubim regnauit, cōmoueatur terra. Cherubim sedes Dei est, sicut Scripturæ tradunt, cælestis quædā sedes sublimis, quā nos nō videmus: sed verbum Dei nouit illā. Nouit tanquā sedem suā, & ipsum verbum Dei, & spiritus Dei dixit seruis Dei vbi sedeat Deus: non quia sic sedeat Deus quomodo homo. Sed tu si vis vt sedeat in te Deus, si bonus eris, sedes Dei eris: sic enim scriptū est: Sedes sapientiæ, anima iusti. Thronus enim, Latinè B sedes dicitur. Nam & ipsum Cherubim interpretati sunt quidam quid diceretur Latinè, qui nouerunt linguam illam Hebræam, quia Hebræa lingua dictum est Cherubim, & dixerunt esse Cherubim plenitudinē sciētię. Ergo quia Deus superat omnē scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Sit in te ergo plenitudo sciētiæ, & eris & tu sedes Dei. Sed fortè dicturus es, Et quando in me erit plenitudo scientiæ? Et quis potest ad tantum culmen peruenire, vt sit in illo plenitudo scientiæ? Putas hoc velle Deum, vt sit in nobis ista plenitudo scientiæ, vt nouerimus, aut quot sint stellæ, aut quot sint grana, nō dico arenæ, sed tritici: aut quot poma pendeāt in arbore? Ille nouit omnia, quia capilli nostri numerati sunt Deo: sed alia est plenitudo scientiæ quam voluit hominem nosse. Ad legem Dei pertinet scientia, quam te voluit habere. Et quis potest, fortè dicas mihi, perfectè nosse legem: vt habeat in se plenitudinem scientiæ legis, & possit esse sedes Dei? Noli C turbari. Breuiter tibi dicitur quid habeas, si vis habere plenitudinē scientiæ, & esse sedes Dei: ait enim Apostolus, Plenitudo autem legis charitas. Quid ergo est? Perdidisti totam excusationem. Interroga cor tuū, vide vtrum habeat charitatem. Si est ibi charitas, est ibi plenitudo legis: iam in te habitat Deus, sedes Dei factus es. Irascantur populi. Quid facient irascētes populi ei qui factus est sedes Dei? Qui cōtra te sæuiant, attēdis: qui in te sedeat, non attendis. Cælum factus es, & terrā times? Dicit enim alio loco Scriptura, Dominum Deum nostrum dicere, Cælum mihi sedes est. Si ergo & tu habendo plenitudinem scientiæ, & habendo charitatem vtique sedes Dei factus es, cælum factus es. Non enim hoc cælum quod oculis his nostris suspicimus, valde pretiosum est Deo. Cælum Dei, animę sanctæ sunt: Cælum Dei, mētes angelorum sunt, & omnes mentes seruorum eius. Ergo irascantur populi, commoueatur terra. Quid facturi, aut quid factura sedi Dei D & cęlo, vbi sedet Deus? Dñs in Sion magnus, & excelsus est super omnes populos.) Dñs in Sion magnus & excelsus est. Ergo si obscurum tibi erat, quia dictū est, qui sedet super Cherubim, nesciebas quid est Cherubim: & fortè tibi figurabas animo quandam cathedram cælestem, ingentem, gemmatam, & ipsam dicebas Cherubim, carnali sensu volitans per phantasmata. Dictum est tibi, quia Cherubim plenitudo scientię est: & dictum est, quia plenitudo scientiæ, non cuiuslibet scientiæ, sed plenitudo scientiæ legis vtilis est homini. Et ne desperares de ipsa scientia legis, breuiter tibi dictum est: Plenitudo legis est charitas. Habeto ergo charitatem in Deum & in proximum, & eris sedes Dei: pertinebis ad Cherubim. Sed si adhuc non

Matth. 10. d — Rom. 13. d — Esa. 66. a — Rom. 13. d

non intelligis, audi quid sequatur: Dominus in Sion magnus. Quē tibi dixit super Cherubim, in Sion magnus est. Iā quære quid est Sion: Sion nouimus ciuitatē Dei esse. Sion dicta est ciuitas, quæ est Hierusalē: dicta autē ex interpretatione quadam nomē accipiens, quia Sion speculatio dicitur, id est visio & contēplatio. Speculari enim prospicere est, vel conspicere, vel intēdere vt videas. Est autem Sion omnis anima, si intendit videre lucē quæ videnda est. Nā si ad suam attenderit, tenebratur: si ad lucem illius attēderit, illuminatur. Quia tamē manifestum est Sion ciuitatē Dei esse, quæ est ciuitas Dei, nisi sancta Ecclesia? Homines enim amantes se inuicem, & amantes Deū suum qui in illis habitat, faciunt ciuitatem Deo: quia lege quadam ciuitas continetur. Lex ipsa eorum, charitas est, & ipsa charitas Deus est: apertè enim scriptum est, Deus charitas est. Qui ergo plenus est charitate, plenus Deo est: & multi pleni charitate, ciuitatē faciunt Deo. Ista ciuitas Dei vocatur Sion: ergo Ecclesia est Sion. In illa ergo est magnus Deus: in illa esto, & nō erit præter te Deus. Cùm autem fuerit in te Deus, quia tu factus es de Sion, membrū de Sion, ciuis de Sion, pertinēs ad societatem populi Dei: excelsus in te erit Deus super omnes populos, super illos qui irascuntur, aut super illos qui irascebantur. Putatis enim quia tunc irascebantur, & modò nō irascuntur? Irascebātur tunc: sed quia plures erant, apertè irascebantur: modò quia pauci facti sunt, occultè irascuntur. Interim fracta est audacia, finietur & iracūdia. Putatis enim fratres, quia illi quorū hesterno dię organa concrepabant, non irascuntur de ieiuniis nostris? Non autem eis irascamur, sed pro eis ieiunemus. Dixit enim nobis Dominus Deus noster qui sedet in nobis, ipse nobis mādauit vt oremus pro inimicis nostris, oremus pro persequētibus nos: & cùm hoc facit Ecclesia, propè finiti sunt persecutores. Exaudita est enim, cùm hoc faceret, & exauditur cùm hoc facit: præualebant malo suo, finiti sunt bono suo. Quomodo finiti sunt, vultis nosse? Manducati sunt ab Ecclesia. Quæris illos in se, & non inuenis: quære in ea quæ illos manducauit, & in visceribus eius inuenientur. Transeuntes enim ad Ecclesiā, Christiani facti sunt: perierūt persecutores, creuerunt prædicatores. Ideo per dies festos ipsorū, quia videmus eos qui reliqui facti sunt, insanire adhuc in †voluntatibus suis malis & peruersis, rogamus pro illis Deū, vt qui delectabiliter audiūt organum, delectabilius audiant vocē Dei: nō enim quod sonat sine ratione delectat aurem, & verbum Dei nō delectat cor. Sed ideo pro illis oramus, quādo diebus illorū festis nos ieiunamus, vt fiant sibiipsi spectaculū. Quādo enim viderint se, displicebūt sibi: sed ideo nō sibi displicēt, quia non se attendūt. Ebrius nō sibi displicet, sed sobrio displicet. Da hominē qui iam iocundatur, in Domino viuit, grauiter suspirat in illam pacem æternam, quam illi promisit Deus: & vide quia quando respexerit hominē saltantē ad organū, plus illum dolet insanientē, quàm phreneticum febrientem. Ergo si nouimus mala illorū, quia de ipsis malis & nos liberati sumus, doleamus illos: & si dolemus illos, oremus pro illis: & vt exaudiamur, ieiunemus pro illis. Non enim nos nostra ieiunia celebramus per dies festos illorū. Alia sunt ieiunia nostra, quæ celebramus per dies Paschæ futuros, per alia atque alia quæ solennia nobis sunt in Christo: per istos autem dies ad hoc ieiunamus, vt quando ipsi lętantur, nos pro illis gemamus. Lætitia enim sua admonet dolorem nostrum, & faciunt nos recordari quàm miseri sint adhuc. Sed quia videmus multos inde liberatos, vbi & nos fuimus, nec de illis desperare debemus. Et si adhuc irascuntur, nos oremus: & si adhuc cōmouetur

1. Ioan. 4. b — Matt. 5. g — al. voluptatibus. — Ieiunium ante Pascha

A particula terræ quę remansit, nos permaneamus in gemitu pro ipsis, vt & illis Deus tribuat intellectū, & nobiscū audiant voces istas, de quibus modò gaudemus. Dominus in Sion magnus, & excelsus sup omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno.) Ipsi omnes populi super quos magnus es in Sion, iam confiteantur nomini tuo magno. Paruum fuit nomen tuū, quando irascebantur: factum est magnū, iam cōfiteantur. Quomodo dicimus paruum fuisse nomen Christi, antequā præclarè diffamaretur Christus? quia nomen ipsius fama ipsius dicitur. Paruū nomen erat, iam modò nomē magnum factum est. Quę gens est quæ non audiuit nomen Christi? Iam ergo magno nomini tuo confiteantur populi, qui antè paruo nomini tuo irascebantur. Confiteantur nomini tuo magno. Quare cōfiteantur? Quoniam terribile & sanctum est.) Ipsum nomen tuū terribile & sanctum est. Sic prædicatur crucifixus, sic B prædicatur humiliatus, sic prędicatur iudicatus: vt veniat & excelsus, veniat viuus in virtute, veniat vt iudicaturus. Modò parcit populis blasphemantibus, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit: nō enim qui modò parcit, semp habet parcere, aut qui modò prædicatur vt timeatur, nō est venturus vt iudicet? Venturus est, fratres mei, venturus est. Timeamus illum, & sic viuamus vt ad dexteram illius inueniamur. Vēturus est enim & iudicaturus, vt alios ponat ad sinistrā, alios ad dexteram. Et non illud facit ipse quomodocunque vt erret fortè in hominibus, vt qui ad dexterā ponendus est, ad sinistrā ponatur: aut qui ad sinistram debet stare, errante Deo, ad dexteram ponatur. Nō enim potest errare, vt ibi ponat malū, vbi ponere debet bonum: nec ibi ponet bonum, vbi debet ponere malū. Si errare nō potest, nos erramus si non timemus: si autē timuerimus modò, tunc quod timeamus non habebimus. Quoniā C terribile & sanctū est: Et honor regis iudicium diligit.) Sic ergo timeant eum populi vt corrigant se. Nō quasi multum præsumentes de misericordia ipsius, dimittāt se, & malè viuant: diligit enim misericordiam, sed diligit & iudiciū. Quæ est misericordia? Vt modò prędicet tibi veritatē, vt modò clamet ad te vt conuertaris. Parua misericordia est, quia vixisti in malis factis, & adhuc non te tulit cùm peccares? Vt credenti ignosceret peccata tua, parua misericordia est? Putas quia sic semper erit misericordia, vt neminem puniat? Noli sic putare: terribile & sanctum nomen eius, & honor regis iudicium diligit. Iniustum est enim iudicium & omnino non est iudicium, nisi merita reddātur sua vnicuiq; quemadmodum quisque gessit in corpore, siue bonū, siue malum: & honor regis iudicium diligit. Ergo timeamus, ergo faciamus iustitiam, ergo faciamus ęquitatem. Sed quis facit æquitatem? quis facit iustitiam? D Homo peccator, homo iniquus, homo peruersus, homo auersus à luce veritatis? Quid debet facere homo? Conuertere se tantùm ad Deum: vt ipse in illo formet æquitatem, quam ipse formare non potest, sed deformare. Idoneus est homo ad vulnerandum se, nunquid idoneus est ad sanandum se? Quando vult ęgrotat, non quando vult surgit. Si vult, viuat intemperanter vel in frigore vel in calore: eo die ęgrotat quo voluerit. Cùm autem viuendo intemperāter cœperit ægrotare, surgat quando vult. Quieuit quando voluit, surgat, si potest, quando vult. Vt iaceret ægrotus, intemperantiam suā habuit necessariam: vt surgat autem, necessariā habet artificis medicinam. Sic ergo vt peccet homo, ipse sibi sufficit ad peccandum: vt iustificetur, non sibi sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus est iustus. Vt ergo se illi homines dent formandos ad iustitiam, cùm terruisset populos psalmus iste & dixisset, Confiteantur

Rom. 2. a — Matth. 25. c — 2. Cor. 5. b

nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctũ est, & A honor regis iudicium diligit: veluti quęrentes iam populos territos, quomodo iusti viuere debeant, quia in seipsis nõ possunt habere iustitiã, commendauit illis & plasmatorem iustitiæ illorũ, & secutus ait: Tu parasti æquitatẽ, iudicium & iustitiã in Iacob tu fecisti.) Debemus enim & nos habere iudiciũ, debemus habere iustitiam: sed ille in nobis facit iudicium & iustitiam, qui nos fecit in quibus faceret. Quomodo & nos debemus habere iudiciũ & iustitiam? Iudicium habes quãdo discernis malum à bono: iustitiam autẽ quando sequeris bonũ, & declinas à malo. Discernendo, iudiciũ habes:
Psalm.36. faciendo, iustitiã habes. Declina à malo, ait, & fac bonum: quære pacẽ, & persequere eam. Primò debes habere iudicium, & postea iustitiam. Quod iudicium? Vt primò iudices, quid sit malũ, & quid sit bonũ. Et quam iustitiã? Declines à malo & facias bonum. Hoc autem nõ à te habebis: quia vide quid dixit, Iudicium & iusti- B tiam in Iacob tu fecisti. Exaltate Dominũ Deum nostrũ.) Verè exaltate, benè exaltate. Laudemus & exaltemus illũ qui fecit ipsam iustitiã, quam habemus, ipse in nobis fecit. Quis enim in nobis fecit ipsam iustitiam,
Rom. 4.a nisi qui nos iustificauit? De Christo autem dictum est, qui iustificat impium. Nos ergo impij, ille iustificator, quando & ipsam iustitiã ipse in nobis fecit, qua illi placeamus, vt ad dextram nos ponat, & non ad sinistrã: vt dicat ad dextram positis, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ est ab initio mũdi: non autẽ ponat ad sinistram inter eos quibus dicturus
Matt.25.d est, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui in nobis coronaturus est nõ merita nostra, sed dona sua, quantũ debet exaltari? Exaltate Dñm
Cõcor. 2. sen. dist. 27. ex muneribus. Deũ nostrum: Et adorate scabellũ pedum eius, quoniã sanctum est.) Quid habemus adorare? Scabellũ pedum eius. Suppedaneum dicitur scabellum. Quod di- C cunt Græci ὑποπόδιον, dixerunt Latini scabellum: & alij dixerunt suppedaneum. Sed videte fratres, quid
Esa.66.a nos iubeat adorare. Alio loco scriptura dicit, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Ergo terrã nos iubet adorare, quia dixit alio loco ꝙ sit scabellum pedum Dei? Et quomodo adorabimus ter-
Deut.6 a ram, cùm dicat apertè scriptura, Dominũ Deum tuum
Matth.4.b. adorabis: & hic dicit, Adorate scabellum pedum eius? Exponens autẽ mihi quid sit scabellum pedũ eius, dicit: Terra autem scabellũ pedum meorum. Anceps factus sum: timeo adorare terrã, ne damnet me qui fecit cælũ & terram. Rursum timeo non adorare scabellum pedum Domini mei, quia psalmus mihi dicit, Adorate scabellum pedum eius. Quero quid sit scabellum pedũ eius, & dicit mihi scriptura, Terra scabellum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine impietate D adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedũ eius. Suscepit enim de terra terrã, quia caro de terra
Luc. v. c 3. sen. dist. 9 cap. aliis autem. est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne Iſic ambulauit, & ipsam carnẽ nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem mãduçat nisi prius adorauerit: inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solùm nõ peccemus adorando, sed peccemus nõ adorando. Nunquid autem caro viuificat? Ipse Dominus dixit, cùm de ipsa commendatione eiusdem terræ lo-
Ioan.6.g queretur: Spiritus est qui viuificat, caro autem nihil prodest. Ideo & ad terrã quamlibet, cùm te inclinas atque prosternis, non quasi terram intuearis, sed illũ sanctũ, cuius pedũ scabellũ est quod adoras: ꝓpter ipsum enim adoras: ideo & hic subiecit, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius honore adoras scabellũ pedum eius. Et cũ adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu non viuificeris: spiritus enim, inquit, viuificat, caro au- Ioan.5.g tẽ nihil prodest. Tunc autẽ quando hoc Dominus cõmendauit, de carne sua locutus erat: & dixerat: Nisi Ioan.6.f quis manducauerit carnẽ meã, nõ habebit in se vitam æternã. Scandalizati sunt quidã discipuli eius, septuaginta fermè, & dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo, & amplius cũ eo non ambulauerunt. Durum illis visum est quod ait, Nisi quis manducauerit carnẽ meam, nõ habebit vitã æternã: acceperunt illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt quòd præcisurus esset Dominus particulas quasdã de corpore suo, & daturus illis, & dixerunt: Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, nõ sermo. Etenim si duri non essent, sed mites essent, dicerẽt sibi: Non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod sacra- B mentũ latens. Manerẽt cum eo lenes, nõ duri: & discerẽt ab illo, quod illis discedẽtibus qui remãserunt, didicerunt. Nã cùm remansissent cum illo discipuli duodecim, illis recedentibus, suggesserunt illi tanquã dolentes illorũ mortem, quòd scandalizati sunt in verbo eius, & recesserũt. Ille autẽ instruxit eos, & ait illis: Spi- Ibidem g ritus est, qui viuificat, caro autem nihil prodest. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus est & vita. Spiritaliter intelligite quod locutus sum. Nõ hoc corpus quod videtis, mãducaturi estis: & bibituri illũ sanguinẽ, quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis cõmẽdaui, spiritaliter intellectũ viuificabit vos. Et si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamẽ inuisibiliter intelligi. Exaltate Dominum Deũ nostrũ, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctũ est. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum, & C ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos.) Isti antiqui Moyses, & Aarõ, & Samuel seruì Dei magni apud antiquos. Nostis quia Moyses eduxit in virtute Dei populũ Israël ex Ægypto per rubrum ma- Exod.14.b re, & duxit in eremo: & quanta mirabilia fecerit in illo tempore Deus per manũ Moysi, nouerunt omnes qui istas Scripturas libenter audiunt in Ecclesia, vel apud se legũt, vel quoquo modo didicerũt. Aarõ frater ipsius fuit, quem ordinauit etiam sacerdotẽ: & ibi quidẽ non videtur sacerdos esse, nisi Aaron. Apertè enim in illis Exod.28.a literis Aaron nominatur sacerdos Dei: de Moyse non ibi dicitur quòd sacerdos erat. Sed si hoc nõ erat, quid erat? Nunquid maior sacerdote esse poterat? Exprimit Psalmus iste, quia & ipse sacerdos erat, Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Ergo erãt illi Domini sacerdotes. Postea Samuel iam in libro Regnorum legitur: Iste est Samuel temporibus Dauid: nam & ipse vnxit 1.Reg.16.c sanctum Dauid. Samuel ab initio ætatis suæ in templo creuit. Mater eius sterilis fuit. Volens habere filium, orauit ad Dominum cum gemitu magno, & petens vt daret ei Deus filium: ostendit quia non carnaliter habere voluit quem natum illi dedit, qui eum esse voluit. Vouit enim eum Domino Deo, & ait: Si mihi mascu- 1.Reg.1.b lus natus fuerit, templo tuo seruiet. & ita fecit. Natus sanctus Samuel fuit apud matrem tempore lactis: mox vt eum ablactauit, dedit in templum, vt ibi crescceret, ibi † roboraretur in spiritu, ibi Deo seruiret. Factus est al. probatetur. Samuel sacerdos magnus, sacerdos sanctus illo tẽpore. Cõmemorat istos, & per istos omnes sanctos nos vult intelligere. Quare autem hic illos nominauit? Quoniã diximus Christum hic nos debere intelligere: aduertat sanctitas vestra. Dixit superiùs, Exaltate Dominũ Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, commendans quendam, id est, Domi-

Dominum nostrũ Iesum Christum, cuius scabellũ pe- A dum adorandũ est, quia carnẽ assumpsit, in qua appareret generi humano, & volens nobis ostendere & antiquos patres ipsum prædicasse, quia ipse est verus sacerdos Dominus noster Iesus Christus, cõmemorauit istos, quia in columna nubis loquebatur ad eos Deus. Quid est in columna nubis? Loquebatur per figuras. Si enim in quadã nubecula loquebatur, obscura illa dicta nescio quẽ manifestũ præsignabant. Ille autem nescio quis, iã non est nescio quis: quia scitur à nobis, Dñs noster Iesus Christus. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eius. Inuocabãt Dominũ, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Qui primò loquebatur in columna nubis, ipse nobis locutus est in scabello pedum suorum: id est, in terra assumpta carne, vnde adoramus scabellũ pedũ eius, quoniam sanctũ est. Ipse de nube loquebatur, quod tunc non intelligebatur: locutus est in B scabello pedũ suorũ, & intellecta sunt verba nubis eius. In columna nubis eius loquebatur ad eos. Attẽdamus ergo fratres, videte quos & quales sanctos nominauerit. Custodiebãt testimonia eius, & præcepta eius quæ dedit eis. Custodiebãt certè, intendite. Custodiebant testimonia eius, & præcepta eius quę dedit eis. Hoc dicit, & negari nõ potest. Nihil ne habebãt peccati? Quõmodo? Quãdo custodiebãt præcepta eius, custodiebãt testimonia eius. Videte quales nos velit formari, ne quasi de perfecta iustitia præsumamus. Ecce Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocãt nomẽ eius: ad quos de columna nubis loquebatur. Iã apertè illos exaudiebat, qui custodiebãt testimonia eius, & præcepta eius quæ dedit eis. Dñe, inquit, Deus noster tu exaudisti eos, Deus tu propitius fuisti illis.) Propitius nõ dicitur Deus, nisi peccatis: quãdo dat veniã, tũc dicitur propitius. Et quid habebat in istis quod C vindicaret vt esset propitius? Ignoscẽdo propitius fuerat, propitius erat donãdo peccata, propitius fuerat & vindicãdo. Quid enim sequitur? Tu propitius fuisti illis: Et vindicãs in omnes affectiones eorũ.) Etiã vindicãs propitius fuisti: nõ solùm donãs peccata, sed etiã vindicans propitius fuisti. Videte fratres mei, quid hic cõmendauit, aduertite: illi Deus irascitur, quẽ peccantẽ non flagellat. Nam cui verè propitius est, non solùm donat peccata ne noceant ad futurũ seculũ: sed etiam castigat, ne semp peccare delectet. Agite fratres, quomodo in illis vindicatũ est, si quæramus, aderit Dominus vt dicã. Quæramus enim tres istas personas, Moysen, Aaron, & Samuelẽ, & quomodo in eis vindicatum fit, quia dixit: Vindicãs in omnes affectiones eorũ. Vtique eas affectiones dicens eorũ, quas Dominus nouerat in cordib» eorũ, quas homines nõ nouerãt. Etenim fine querela hominũ versabantur in medio plebis Dei. D Sed quid dicimus, quia Moyses habuit primam vitam
Exod.2.b fortasse peccatricẽ? Nam & percusso homine, fugit de Ægypto. Habuit & Aaron primã vitam quæ displiceret Deo: nam ipse insanienti populo & furenti idolum
Exod.32.a permisit vt fieret, & factum est populo Dei idolũ quod adoraret. Samuel quid fecit infans ad templum datus?
1 Reg.1.d & 3.a Omnes ætates suas inter sancta sacramẽta Dei peregit, ab ineunte ætate famulus Dei. Nihil vnquam dictũ est de Samuele, nihil ab hominibus. Nouerat ibi fortè Deus aliquid quod purgaret: quia & quod perfectum iam videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectũ est. Pleraque faciunt artifices, & ostẽdunt imperitis: & cùm iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expoliunt illa artifices qui nouerunt adhuc quid illis desit, vt mirentur homines tantã expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronunciauerant. Fit hoc A & in ædificiis, & in picturis, & in vestibus, & propè in omni genere artium. Primò iudicãt illud iã quasi perfectũ esse, vt oculi eorum amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula. Sic & illi sancti versabãtur antè oculos Dei, tãquam sine culpa, tanquã perfecti, tanquã angeli: nouerat autẽ quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones eorũ. Vindicabat autẽ non irascens, sed propitius: sed ad hoc vindicabat vt perficeret cœptum, nõ vt damnaret eiectũ. Vindicans ergo in omnes affectiones eorũ erat Deus. Quomodo vindicauit in Samuele? vbi est vindicta ipsa? Hoc dico, vt nouerint Christiani qui iã hic cognouerunt Christũ, ad quos venit in scabello pedum suorũ, quos ita dilexit, pro quibus sanguinem fudit: nouerint quomodo vapulent, cùm multum profecerint. Quærimus vindictã in Moyse, propè nullã haber, nisi quod ad extremũ ait illi Deus, Ascende in Deut.32.g. B montẽ, & morere: ait seni, morere. Iam peregerat ætates suas, nunquid nunquã erat moriturus? Qualis † illa al. illi. vindicta? ostẽdit ibi vindictã suam, vt diceret, Non intrabis in terrã promissionis, quã intraturus erat populus. Quandam figurã quorundã gerebat Moyses. Nam qui in regnum cælorum intrauit, magna illa pœna erat ad terrã illam nõ venire quæ ad tempus erat promissa, vt vmbrã ostenderet & transiret? Nónne multi perfidi intrauerunt in illam terram? nónne in illa terra viuẽtes multa mala fecerunt, & Deum offenderunt? nónne & idololatriã secuti sunt in illa terra? Magnũ erat non dedisse terram istam Moysi. Sed Moysen voluit gestare figuram eorũ qui sub lege erãt, quia per Moysen data est Ioan.1.b lex: & ostendit eos qui sub lege esse vellent, & sub gratia esse nollent, non intraturos in terram promissionis. Ergo illud quod dictũ est, Moysi figura erat, nõ pœna? Seni mors quæ pœna? Non intrare in illam terram quę C pœna, quo intrauerunt indigni? De Aaron autẽ quod dictũ est, Mortuus est & ipse senex, filij sui successerunt Num.20.d ei in sacerdotio: filius eius postea sacerdotium administrauit. Quomodo & in istũ vindicauit? Samuel & ipse 1.Reg.8.a & 25.a sanctus senex mortuus est, relictis filiis successoribus suis. Quid est quod in illis vindicatum est, quæro, & secundum homines nõ inuenio: secundum autem quod scio pati seruos Dei, quotidie in illos vindicabatur. Legite & videte vindictas, sed qui proficitis. Fortè vindictas quotidie patiebantur, populos contradicentes, quotidie patiebantur iniquè viuentes: & inter illos viuere cogebãtur, quorum vitam quotidie reprehendebant. Hæc erat vindicta. Nondum proficit cui parua est. Tantum te enim torquet iniustitia aliena, quantum recesseris à tua. Cùm enim fueris frumentũ, id est, herba bona de semine bono, filius regni, cùm cœperis fructũ dare, tunc tibi apparebunt zizania: cùm enim creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerũt zizania. Cùm cœperint apparere zizania, videbis te inter malos. Velle habes quasi separare à te malos, & separare ab Ecclesia omnes malos: respondebit tibi Domini sententia: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne Matth.13.a fortè cùm vultis eradicare zizania, eradicetis simul & triticum. Ex sententia Domini necesse erit parcere zizaniis, ex conditione serui necesse erit viuere inter zizania. Separare ea non potes, tolerare tibi necesse est. Vide quantas plagas in corde patiaris, qui corpore & corde integro inter malos versaris. Probabitis quicunque profeceritis, probabitis quicunque iam proficitis. Toleráda sunt ergo ista: & fortè hoc pertinet ad illud, Seruus qui nouit voluntatem domini sui, & non fa- Luc.12.f cit digna, plagis vapulabit multis. In multis enim quantum nobis innotescit voluntas Dei, etiam reatus noster innotescit nobis: & quãto ille nobis innotescit,

tanto plus imus in fletus & lachrymas. Videmus enim quàm sit iustũ quod de nobis exigat Deus, in quãta adhuc imperfectione iaceamus, & fit in nobis quod dictũ
Eccles.1.d est: Qui apponit scientiã, apponit dolorẽ. Ecce abundet in te charitas, & plus dolebis peccantẽ. Quanto in te maior charitas est, tanto amplius te torquebit, quem toleras: non torquebit tanquã irascentẽ illi, sed tanquã dolentẽ pro illo. Vide Paulũ apostolũ quid patiebatur: Vidit quis quid patiebatur. Præter illa, inquit, quæ extrinsecus sunt. Dixit enim multa quæ patiebatur, & cœpit dicere interiora, præter illa quę extrinsecus erãt: quæ patiebatur à malis persecutoribus Christi: incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium Ecclesiarũ. Et vide qualis sollicitudo, quàm paterna, quàm materna. Videte quomodo cedebatur, vt vindicaretur in omnes affectiones eius. Dicemus affectiones eius in
2 Cor.11.g quas vindicabat Deus. Quis infirmatur, inquit, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Quãto maior charitas, tãto maiores plagæ de peccatis alienis. Acceperat quidẽ ille & stimulũ carnis angelũ satanæ, à quo colaphizaretur. Ecce quomodo propitius erat Deus vindicans in omnes affectiones eius. Quæ sunt affectiones in quas sic vindicat? Ipse exposuit, ipse
2.Cor.12.b dixit: In magnitudine, inquit, reuelationũ ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Tã pfectus erat, vt tamẽ timendũ esset ne extolleretur: nã non poneret Deus medicamentum, vbi vulnus nõ esset. Et rogauit vt tolleretur, æger ille rogauit vt auferretur medicamen. Propter q̃ ter Dñm rogaui, inquit, vt auferret eũ à me, id est, stimulũ carnis à quo colaphizabatur, aliquem fortè dolorẽ corporis.
Ibidem c Rogaui, inquit, vt auferret eũ à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quẽ curo, nõ mihi det qui ægrotat consiliũ. Tanquã emplastrũ mordax vrit te, sed sanat te. Rogat medicũ vt tollat emplastrũ: & nõ tollit, nisi cùm fuerit sanatum quò posuerat. Virtus in infirmitate perficitur. Ergo fratres quicunq; in Christo proficimus, non nos putemus sine flagello futuros: quia quantũlibet proficiamus, nouit ipse peccata nostra, aliquando & nobis ostendit illa, & videmus & nos peccata nostra. Et cùm inter tales homines versari cœperimus, vt iã homines quod in nobis reprehẽdant nõ inueniant: reprehendit ille adhuc qui nouit omnia, & vindicat in omnes affectiones, quia propitius est nobis. Nã si non vindicet & deserat, perimus. Deus tu propitius fuisti illis, & vindicãs in omnes affectiones eorũ. Exaltate Dominũ Deũ nostrũ.) Iterum exaltemus illum qui bonus est: & cùm sæuierit, quomodo laudandus est, quomodo exaltandus est? Tu potes hoc exhibere filio tuo, & Deus non potest? Nõ enim bonus es, quando blandiris filio tuo: & malus, cùm cædis filiũ tuum? Et cùm blandiris, pater es: & cùm cædis, pater es. Ideo blandiris, ne deficiat: ideo cædis, ne pereat. Exaltate Dominũ Deũ nostrũ. Adorate in monte sancto eius, quoniã sanctus Dominus Deus noster.) Quomodo superius dixit, exaltate Dominum Deũ nostrum, & adorate scabellum pedum eius, intelleximus autem quid sit adorare scabellũ pedum eius: sic & modò post exaltationem Domini nostri Iesu Christi, ne quis illum præter montẽ eius exaltet, commendauit & montem ipsius. Mons ipsius quis est? Legimus alibi de hoc monte, quia lapis fuit præcisus de mõte sine manibus: & confregit omnia regna
Dan.2.c terræ, & creuit lapis ipse. Danielis visio est ista quam narro. Creuit lapis iste qui præcisus est de monte sine manibus: & factus est, inquit, mons magnus, ita vt impleret vniuersam faciem terræ. In ipso monte magno adoremus, si exaudiri volumus. Hæretici non adorant in isto mõte, quia mõs iste impleuit vniuersam faciem terræ: hæserunt in parte, & totũ amiserunt. Si agnoscãt Ecclesiã catholicam, adorabunt in isto monte nobiscum. Etenim lapis ille qui præcisus est de monte sine manibus; iam videmus quantũ creuerit, & quantas regiones terræ occupauerit, & vsque ad quas gẽtes peruenerit. Quid est mõs vnde præcisus est lapis sine manibus? Regnũ Iudæorum. Primò quòd colebant vnum Deum, inde præcisus est lapis ille Dominus noster Iesus Christus: ipse dictus est lapis quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. Lapis est præcisus de monte sine manibus, confregit omnia regna terrarũ. Videmus cõfracta ab illo lapide omnia regna terræ. Quæ erant omnia regna terræ? Regna idolorũ, regna dæmoniorum fracta sunt. Regnabat Saturnus in multis hominibus. Vbi est regnũ eius? Regnabat Mercurius in multis hominibus. Vbi est regnum eius? Fractum est, redacti sunt illi in regnum Christi, in quibus ille regnabat. Regnum Veneris quale erat Carthagini, vbi nunc est regnũ cæleste? Lapis ille fregit omnia regna terrarũ, lapis præcisus de mõte sine manibus. Quid est, præcisus de monte sine manibus? Natus de gente Iudæorũ sine opere hominũ. Omnes enim qui nascuntur, de opere maritali nascuntur: ille de virgine natus, sine manibus natus est, per manus enim opus humanũ significatur, quò manus humanę nõ accesserũt, vbi maritalis amplexus nõ fuit, fœtus tamẽ fuit. Natus est ergo de mõte sine manibus lapis ille: creuit, & crescendo fregit omnia regna terrarũ. Fact' est aũt mõs magnus, & impleuit vniuersam faciẽ terræ. Hæc est Ecclesia catholica, cui vos cõmunicare gaudete. Illi autẽ qui non cõmunicant ei, quia præter ipsum montẽ adorãt & laudant Deũ, nõ exaudiuntur ad vitã æternã: & si ad quædam temporalia exaudiantur. Nõ sibi ergo blandiantur, quia eos in quibusdã exaudit Deus: nã & paganos exaudit in quibusdã. Nónne clamant pagani ad Deũ, & pluit? Quare? quia facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Noli ergo gloriari pagane, quia te clamãte ad Deum, pluit Deus, qui super iustos & iniustos pluit. Audiuit te ad temporalia: non te audit ad æterna, nisi in monte sancto eius adoraueris. Adorate Dominum in monte sancto eius: quoniam sanctus est Dominus Deus noster. Hęc de Psalmo sufficiant charitati vestrę, quantum Dominus donauit locuti sumus. Et quicquid loquimur in nomine Dei, quoniam Dei est loquentis per nos, imber Dei est, videte vos qualis terra sitis. Nam quãdo pluuia venit super terram, si bona terra est, fructus bonos parit: nam si mala terra est, spinas parit: pluuia tamẽ dulcis est, & super fructus & super spinas. Qui istis verbis auditis peior factus fuerit, & spinas de pluuia generauerit: ignẽ speret, pluuiam nõ accuset. Qui autem melior factus fuerit, & fruges de bona terra generauerit, horreũ speret, pluuiam laudet. Aut quid sunt nubes, aut quid est pluuia: nisi Dei misericordia omnia facientis circa eos quos diligit, & quibus donauit vt ab eis diligatur?

Matt.5.g. Psal.117.

IN PSALMVM XCIX. ENARRATIO.

PSALMVM fratres, cùm cantaretur, audistis, breuis est, nec obscurus: quasi securitatẽ dederim ne laborem timeatis. Videamus tamen attentius, & quanto liberius, tanto diligentius quid sibi velint ea ipsa quæ apertè sonant: vt quantum Dominus donare dignatur spiritaliter intelligatur. Vox Dei quolibet organo sonans, tamen vox Dei: neque enim delectat aures eius, nisi vox eius. Nam & nos cùm loquimur, tunc eum delectamus, cùm ipse de nobis loquitur. Psalmus in confessione sic inscribitur. Hic est titulus eius, Psalmus in confessione.) Pauci versus sunt magnarum

rũ rerũ grauidi: pariant semina in cordibus vestris, vt paretur horreũ messis Dominicæ. Psalmus iste in confessione hoc nobis iubet, ad hoc nos hortatur, vt iubilemus Deo. Nec hortatur velut aliquẽ vnum angulum terræ, aut vnã aliquã habitationem, cõgregationẽ ve hominũ: sed quia vbiq; nouit se seminasse benedictionem, vndique exigit iubilationem. Iubilate ergo Deo vniuersa terra. Nunquid modò vocẽ meã audiuit vniuersa terra? Et tamẽ hanc vocẽ audiuit vniuersa terra. Iã iubilat Dño vniuersa terra: & quæ adhuc nõ iubilat, iubilabit. Pertendẽs enim benedictio incipiẽte Ecclesia ab Hierusalẽ per omnes gẽtes, impietatẽ vbiq; prosternit, pietatẽ vbiq; cõstruit: & mixti sunt boni malis, & mali per omnẽ terrã, & boni per omnẽ terrã. In malis murmurat omnis terra, in bonis iubilat omnis terra. Quid est ergo iubilare? Multũ enim nos attentos facit hoc verbũ, & præsentis Psalmi titulus, quia inscribitur
Psal.88. in confessione. Quid est in confessione iubilare? Et alterius cuiusdã Psalmi sententia est dicentis: Beatus populus qui intelligit iubilationẽ. Profectò magnum aliquid est hoc, quod intellectũ nos beatos facit. Dũs ergo Deus noster beatificator hominũ, det mihi intelligere quod dicã, det vobis intelligere q̃ auditis: Beatus populus qui intelligit iubilationem. Curramus ergo ad hanc beatitudinẽ, intelligamus iubilationẽ, nõ eã sine intellectu fundamus. Quid opus est iubilare, & obtemperare huic Psalmo dicenti: Iubilate Deo omnis terra: & non intelligere iubilationẽ, vt vox nostra sola iubilet, & cor nõ iubilet? Sonus enim cordis intellectus est. Quod nostis, dicturus sum. Qui iubilat, nõ verba dicit, sed sonus quidam est lætitiæ sine verbis. Vox est enim animi diffusi lætitia, quantũ potest exprimẽtis affectũ, non sensum comprehendẽtis. Gaudens homo in exultatione sua, ex verbis quibusdã quæ nõ possunt dici & intelligi, erumpit in vocẽ quandã exultationis sine verbis: ita vt appareat cum ipsa voce gaudere quidem, sed quasi repletũ nimio gaudio non posse verbis explicare quod gaudet. Animaduertite hoc in eis qui cantant etiam non honestè. Nõ enim talis erit iubilatio nostra, qualis illorum est: nos enim in iustificatione iubilare debemus, illi autẽ iubilant in iniquitate. Itaq; nos in confessione, illi in confusione. Tamẽ vt hoc quod dico intelligatis, imò recordemini rem cognitam, maximè iubilant qui aliquid in agris operantur. Copia fructuum iocundati, vel messores, vel vindemiatores, vel aliquos fructus metentes, & in ipsa fœcunditate terræ & feracitate gaudentes exultando cantant: & inter cãtica quæ verbis enunciant, inserunt voces quasdã sine verbis in elatione exultantis animi, & hæc vocatur iubilatio. Si quis fortè propterea non recognoscit, quia nunquam aduertit, aduertat de cætero. Atque vt inam non inueniat quod aduertat, ne Deus inueniat quos euertat. Sed tamen quia non quiescunt nasci spinæ: in malè exultantibus aduertamus iubilationẽ improbandam, & offeramus Deo iubilationẽ coronandã. Quando ergo nos iubilamus? quando laudamus quod dici non potest. Attendimus enim vniuersam creaturã, terram, mare & cælum, & omnia quæ in eis sunt. Attẽdimus singula habere origines & causas suas, seminum vim, nascendi ordinem, permanendi modũ, intereundi decessum, currere volumina seculorũ, sine vlla perturbatione stellas volui quodammodo ab oriẽte in occidentem, peragere cursus annorum, videmus dimensiones mensium, distentiones horarũ: inque his omnibus nescio quid inuisibile quod spiritus vel anima dicitur, inesse omnibus animantibus ad appetẽdam voluptatem, fugiendãmque molestiam, ad conseruandã incolumitatem suam vestigiũ quoddam vnitatis, inesse etiam homini commune quiddã cum angelis Dei, non cum pecoribus, sicut esse, viuere, audire, videre & cætera, sed quod intelligat Deũ, quod ad mentẽ propriè pertineat: quòd sicut oculus album & nigrũ, ita æquitatem iniquitatẽmque discernat. In hac tota considerãtione creaturæ quam nominare vtcunque & percurrere potuimus, interroget se anima: Quis fecit hæc omnia? quis creauit hæc? quis teipsam? Quid sunt istã quæ cõsideras: quid tu quæ consideras? Quis ille qui fecit considerãda & considerantẽ? quis est iste? Dic illũ: vt dicas illũ, cogita illũ. Potes enim aliquid cogitare, & fortè non potes dicere: nullo modo autem poteris dicere, quod non potueris cogitare. Ergo cogita illum prius quàm dicas illũ: vt cogites illum, accede ad illũ. Quod enim vis bene videre vt habeas quod loquaris: accedis vt inspicias, ne fortè videndo longè fallaris. Sed vt oculis ista corpora sic ille mente conspicitur, corde
Matth.5.a attenditur, & videtur. Et vbi est cor vnde ille videatur? Beati, ait, mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt. Audio, credo, vt possum intelligo corde videri Deũ, nec posse nisi mundo corde conspici: sed audio aliam
Prou.20.b Scripturam: Quis gloriabitur castũ se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Attẽdi ergo vniuersam creaturam, quantum potui, corporalem animaduerti in cælo & in terra; spiritalem autẽ in meipso qui loquor, qui membra vegeto, qui vocem intẽdo, qui linguam moueo, qui verba pronuncio, sensũsque discerno. Et quãdo comprehendo me in me? Vnde ergo possum quod supra me? Promittitur tamẽ cordi humano visio Dei, & inde dicitur quędam operatio mundandi cordis: hoc dicitur à Scriptura: Para vnde videas, quod amas antequã videas. Audito enim Deo & nomine eius, cui non dulce est quod audit: nisi impio multũ remoto, multũ longè facto? Quoniam ecce,
Psal.72. inquit, qui longè faciunt se à te, peribũt: sequitur: Perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Nobis autẽ quid? Quia illi longè, & ideo in tenebris; & ita sauciatis oculis in tenebris, vt lumen non solum non desiderent, sed etiam perhorrescãt: nobis in longinquo inuentis quid
Psal.33. dicitur? Accedite ad eũ, & illuminamini. Vt autem accedas & illumineris, displiceant tibi tenebrę tuæ: dãna quod es, vt merearis esse quod non es. Es iniquus, esse debes iustus. Nunquã iustitiã percepturus es, si adhuc tibi placet iniquitas. Contere illam in corde tuo, & munda: expelle illam de corde tuo, vbi vult habitare quem vis videre. Accedit ergo vtcunq; anima humana interior homo recreatus ad imaginẽ Dei, qui creatus est ad imaginem Dei: qui tanto erat longè factus, quãto ierat in dissimilitudinẽ. Nõ enim locorũ interuallis acceditur ad Deũ, aut receditur à Deo. Dissimilis factus, longè recessisti: similis factus, proximè accedis. Vide quomodo nos vult accedere Dñs faciẽs primò similes vt accedamus. Estote, ait, sicut pater vester
Matth.5.g qui in cælis est, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Disce diligere inimicũ, si vis cauere inimicũ. Inquantũ autẽ in te charitas crescit, efficiens te & reuocans te ad similitudinẽ Dei, pertendit vsq; ad inimicos: vt sis ei similis qui facit solem suum oriri non super bonos tantùm, sed super bonos & malos: & pluit non super iustos tantùm, sed super iustos & iniustos. Quantum accedis ad similitudinem, tantum proficis in charitate, & tanto incipis sentire Deum. Et quem sentis? qui venit ad te, an ad quem tu redis? Nam ille nunquam discessit à te. Recedit à te Deus, cùm tu recedis à Deo, præsentia sunt cæcis omnia sicut videntibus: vno loco stans cæcus & videns, hisdem formis rerum vterque circumfunditur. Ille est præsens rebus, ille absens. Ex duo-

bus vno loco ſtantibus, vhus eſt præſens, alius abſens: A
nõ rebus ipſis ad alterũ accedentibus, & ab altero re-
cedentibus, ſed propter diſsimilitudinẽ oculorũ ſuo-
rũ. Ille qui cæcus dicitur, quia extinctũ eſt ibi quod cõ-
templari ſolet luce cuncta veſtienti, fruſtra eſt præſens
rebus quas nõ videt: imò rectius abſens quàm pręſens
dicitur. Vbi enim non eſt ſenſus eius, rectè dicitur ab-
ſens: hoc eſt enim abſentẽ eſſe, ſenſu abeſſe. Sic & Deus
Sapient.8.a præſens eſt, vbique totus eſt. Sapientia eius attingit à
fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.
Quod autẽ Deus pater, hoc verbum eius, & ſapientia
eius: lux de luce, Deus de Deo. Quid ergo optas vide-
re? Non eſt à te longè quod vis videre. Apoſtolus dicit
equidẽ non longè poſitum ab vnoquoque noſtrũm: in
Act.17.f ipſo enim viuimus & mouemur & ſumus. Quanta ergo
miſeria eſt, longè eſſe ab eo qui vbique eſt? Eſto ergo
Rom.1.c ſimilis pietate, & diligens cogitatione: quoniã inuiſibi-
lia eius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.
Ea quæ facta ſunt intuere, mirare, quære autorẽ. Si diſ-
ſimilis ſis, repelleris: ſi ſimilis, exultabis. Et cùm acce-
dere cœperis ſimilis, & perſentiſcere Deum, quantũ in
te charitas creſcit, quia & charitas Deus eſt, ſenties
quiddã quod dicebas, & nõ dicebas. Ante enim quàm
ſentires, dicere te putas Deũ: incipis ſentire, & ibi ſen-
tis dici non poſſe quod ſentis. Cùm autẽ ibi didiceris
dici non poſſe quod ſentis, tacebis, non laudabis? Ergo
mutus eris in laudibus Dei, & gratiarum actiones non
reddes ei qui voluit ſe notum tibi facere? Laudabas,
cùm quæreres: filebis, cùm inueneris? nullo pacto, non
eris ingratus. Debetur honor, debetur reuerentia, de-
betur magna laudatio. Attende te qui ſis, terra & cinis:
vide quis meruerit quid videre. Vide quis quid, homo
Deum. Agnoſco non meritum hominis, ſed miſeri-
cordiam Dei: lauda ergo miſerantem. Quomodo, in-
1.Cor.13.d quis, laudabo? Modicum ipſum quod ſentire poſſum
ex parte in ænigmate per ſpeculum, iam explicare non
poſſum. Audi ergo Pſalmum.

Expoſitio Pſalmi.

IVBILATE Deo omnis terra.) Intellexiſti iubilatio-
nem omnis terræ? Si iubilas, Domino iubila: noli iu-
bilationem tuam in alias atque alias res diuidere. Po-
ſtremò cętera dici poſſunt vtcunq;, ille ſolus eſt ineffa-
Pſal.32 bilis, qui dixit, & facta ſunt omnia: dixit, & facti ſumus,
ſed nos eum dicere nõ poſſumus. Verbũ eius quo dicti
ſumus, filius eius eſt: vt à nobis vtcunque infirmis dice-
retur, infirmus factus eſt. Iubilationẽ pro verbo poſſu-
mus dicere, verbũ pro verbo nõ poſſumus. Iubilate er-
go Deo omnis terra. Seruite Domino in iocunditate.)
Omnis ſeruitus amaritudine plena eſt: omnes cõditio-
ne ſeruili obligati, & ſeruiunt & murmurant. Nolite
timere illius Domini ſeruitutem: non erit tibi gemitus,
non murmur, nõ indignatio. Nemo ſe petit inde vena- D
lẽ, quia dulce eſt quòd redempti omnes ſumus. Magna
felicitas eſt, fratres, eſſe in iſta domo magna ſeruum, &
ſi cum compedibus. Noli timere ſerue cõpedite, cõfi-
tere Domino. Meritis tuis attribue cõpedes tuas: cõfi-
tere in cõpedibus tuis, ſi vis vt in ornamenta vertantur.
Non fruſtra, nec ſine exauditione dictum eſt, Intret in
Pſalm.78. conſpectu tuo gemitus cõpeditorum. Seruite Dño in
iocunditate. Libera ſeruitus eſt apud Dominũ, libera
Gal.5.b ſeruitus, vbi nõ neceſſitas, ſed charitas ſeruit. Vos, in-
quit, in libertatẽ vocati eſtis fratres, tantũ ne libertatẽ
in occaſionem carnis detis, ſed per charitatem ſpiritus
ſeruite inuicẽ. Seruũ te charitas facit, quia liberũ te ve-
Ioan.8.d ritas fecit. Si manſeritis, inquit, in verbo meo, verè diſ-
cipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem, & veritas li-
berabit vos. Simul es & ſeruus & liber. Seruus, quia fa-
ctus es: liber, quia amaris à Deo à quo factus es: imò
etiam inde liber, quia amas cũ à quo factus es. Noli ſer-
uire cum murmure: nõ enim id agunt murmura tua vt
non ſeruias, ſed vt malus ſeruus ſeruias. Seruus es Do-
mini, libertus es Domini: nõ te ſic quæras manumitti,
vt recedas à domo manumiſſoris tui. Seruite Domino
in iocunditate. Plena erit illa & perfecta iocunditas, cũ 1.Cor.15.f
corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale
hoc induerit immortalitatẽ. Tunc erit perfecta iocun-
ditas, tũc illa pfecta iubilatio, tũc laus ſine defectu, tũc
amor ſine ſcandalo, tunc fructus ſine timore, tunc vita
ſine morte. Quid hic? Nullũ ne gaudiũ? Si nullum gau-
diũ, nulla iubilatio. Quomodo iubilate Deo omnis ter-
ra? Eſt planè & hic gaudiũ, de ſpe futurę vitę. Guſtatur Matt.3.c
hic vnde ibi ſatiemur: ſed neceſſe eſt vt multa perferãt & 13.d
frumẽta inter zizania. Sũt grana inter paleã, eſt lilium
inter ſpinas. Quid enim audit Eccleſia? Sicut lilium in Cant.2.g
medio ſpinarũ, ita proxima mea in medio filiarũ. Non
B dictũ eſt in medio alienarũ, ſed in medio filiarũ. O Do-
mine, quomodo cõſolaris, quomodo cõfortas? Quo-
modo terres? Quid eſt quod dicis, Sicut liliũ in medio
ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarũ? Quas dicis
ſpinas? Ipſas filias, reſpõdet. Spinæ ſunt propter mores
ſuos, filiæ propter ſacramenta mea. Vtinam ergo inter
gemitus alienarũ gemeretur, minus gemeretur. Ille eſt
maior gemitus. Quoniã ſi inimicus meus exprobraſſet Pſal.54.
mihi, ſuſtinuiſſem vtiq.: & ſi is qui oderat me, ſuper me
magna locutus fuiſſet, abſconderem me vtique ab eo.
Pſalmi voces ſunt: Qui literas noſtras nouit, ſequitur:
qui nõ nouit, diſcat vt ſequatur. Si is qui oderat me ſu-
per me magna locutus fuiſſet, abſconderẽ me vtiq; ab
eo: tu verò homo vnanimus dux meus & notus meus,
qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos. Quos dulces ci- Pſal.35.
bos nobiſcũ capiunt, qui nobiſcũ ſemp futuri nõ ſunt?
Quos dulces cibos, niſi guſtate & videte quàm dulcis
C eſt Dominus! Inter illos neceſſe eſt vt gemamus. Sed
quò ſe ſeparaturus eſt Chriſtianus, vt non gemat inter
falſos fratres? Quò iturus eſt? Quid facturus? Solitudi-
nes petat? Sequuntur ſcandala. Separaturus eſt ſe qui
bene proficit, vt nullũ omnino hominẽ patiatur? Quid
ſi & ipſum antequã proficeret nemo vellet pati? Si ergo
quia pficit nullũ hominẽ vult pati, coipſo quo nõ vult
aliquem hominẽ pati, conuincitur quod non profece-
rit, intẽdat charitas veſtra. Suſtinentes inuicẽ, ait Apo- Eph.4.e
ſtolus, in dilectione: ſatagentes ſeruare vnitatem ſpiri-
tus in vinculo pacis. Suſtinentes inuicem. Non habes
quod in te alius ſuſtineat? Miror ſi non eſt. Sed ecce nõ
ſit. Eò robuſtior es ad cæteros ſuſtinendos, quòd iam
non habes quod in te alij ſuſtineant. Non ſuſtineris, ſu-
ſtine cæteros. Non poſſum inquis. Ergo habes quod in
te alij ſuſtineant. Suſtinentes inuicem in dilectione. Tu
deſeris res humanas, & ſegregas te, vt nemo te videat.
Cui proderis? Tu ad hoc perueniſſes, ſi nullus tibi pro-
fuiſſet? An quia veloces pedes tibi videris habuiſſe ad
tranſeundũ, præciſurus es pontem? Exhortor omnes,
vox Dei omnes hortatur: ſuſtinentes inuicem in dilec-
tione. Separabo me, inquit aliquis, cum paucis bonis,
cum illis mihi bene erit. Nam nulli prodeſſe impium
& crudele eſt. Nónne hoc docuit Dominus meus?
Non enim damnauit ſeruum qui interuertit quod ac-
cepit, ſed qui non erogauit. Intelligatur pœna interuer-
ſoris ex pœna pigri. Serue nequam & piger: ait Do- Matth.25.d
minus damnans. Non ait, interuertiſti pecuniam meã:
non ait, Dedi tibi, & non mihi quod dedi integrum
reddidiſti: quia non creuit, quia non erogaſti, inde in-
quit te puniam. Auarus eſt Deus ſalutis noſtræ. Ergo
ſeparabo me, inquit, cum paucis bonis. Quid mihi eſt
rationem habere cum turbis? Bene. Pauci ipſi bo-
ni, de quibus turbis ſunt eliquati? Si tamen iam
ipſi pau-

ipſi pauci, omnes boni, tamen bona cogitatio huma- A
na, laudabilis, eſſe cum talibus qui elegerunt vitã quie-
tam, remoti à ſtrepitu populari, à turbis inquietis, à ma-
gnis fluctibus ſeculi, tanquã in portu ſunt. Iam ergo ibi
gaudiũ illud? Iã ibi iubilatio illa quę promittitur? Non-
dum, ſed adhuc gemitus, adhuc ſolicitudo tentationũ.
Habet enim alicunde & portus aditũ. Si nulla ex parte
haberet, nulla in eũ nauis intraret. Oportet ergo vt ex
aliqua parte pateat. Aliquando autem per eam partem
quã patet, ventus irruit, & vbi ſcopuli non ſunt, naues
ſe inuicem colliſæ confringunt. Vbi ergo ſecuritas, ſi
nec in portu? Et tamen vtcunque feliciores in portu,
quàm in pelago fatendũ eſt, concedendum eſt, verum
eſt: tamẽ ſi naues in portu bene ſibi applicẽtur, non ſibi
collidantur. Seruetur ibi parilitas æquabilitatis, con-
ſtantia charitatis: & quando fortè ventus ex illa parte
quã patet, irruerit, ſit tibi cauta gubernatio. Nam quid
dicturus eſt mihi quiſquis talib' locis fortè præeſt, imò B
ſeruit fratribus in his quæ monaſteria dicuntur? quid
dicturus eſt? Cautus ero, nullum malum admittã. Quo-
modo nullum malum admittes? Nullũ hominem ma-
lum, nullum fratrem malum intrantẽ admiſſurus ſum,
cum paucis bonis bene mihi erit. Vbi cognoſcis, quem
fortè vis excludere? Vt cognoſcatur malus, intus pro-
bandus eſt. Quomodo ergo excludis intraturum, qui
poſtea probandus eſt, & probari niſi intrauerit non po-
teſt? Repelles omnes malos? Dicis enim & noſti inſpi-
cere. Omnes nudis cordibus ad te veniunt, qui intratu-
ri ſunt? Ipſi ſe nõ nouerũt, quanto minus tu? Multi enim
ſibi promiſerunt quòd impleturi eſſent illam vitã ſan-
Act.4.g ctam, in cõmune habentem omnia, vbi nemo dicit ali-
quid ſuũ, quibus eſt vna anima, & cor vnum in Deum:
miſſi ſunt in fornacem, & crepuerunt. Quomodo ergo
cognoſcis eũ qui ſibi adhuc ignotus eſt? Excludes ma-
los fratres à conuentu bonorũ. De corde tuo quiſquis C
iſta dicis, omnes malas cogitationes ſi potes à te exclu-
de. Nõ intret in cor tuũ vel ſuggeſtio mala. Non con-
ſentio, inquis: ſed intrauit tamẽ vt ſuggeretur. Nã om-
nes munita corda habere volumus, vt nihil intret quod
malè ſuggeratur. Vnde autẽ intret, quis nouit? Et pu-
gnamus quotidie in vno corde noſtro: vnus homo in
corde ſuo cũ turba luctatur. Suggerit auaritia, ſuggerit
libido, ſuggerit voracitas, ſuggerit lætitia iſta popula-
ris. Omnia ſuggerũtur: ab omnibus ſe continet, omni-
bus reſpondet, & ab omnibus auerſatur, difficile eſt vt
nõ ab aliqua feriatur. Vbi ergo ſecuritas? Hic nuſquã,
in iſta vita nuſquã, niſi in ſola ſpe promiſſorum Dei. Ibi
autem cùm illuc peruenerimus, perfecta ſecuritas, cùm
clauduntur portæ, & confirmantur vectes portarum
Hieruſalem: ibi verè plena iubilatio & magnum gau-
dium. Modò autẽ ne ſecurus laudes quamlibet vitam,
ante mortẽ ne laudes hominẽ quenquam. Hinc autem D
falluntur homines, vt vel non ſuſcipiant meliorem vi-
tam, vel temerè aggrediantur, quia & cùm laudare vo-
lũt, ſic laudant, vt nõ ibi dicant mala quę mixta ſunt: &
qui vituperare volunt, tam inuido animo & peruerſo
vituperãt, vt claudãt oculos aduerſus bona, & ſola ma-
la quæ ibi vel ſunt vel putãtur, exaggerent. Inde fit vt
vnaquæque profeſsio malè laudata, id eſt, non cautè
laudata, cùm inuitauerit homines laude ſua, inueniant
illi qui illuc veniũt, aliquos quales ibi eſſe nõ credebãt:
& offenſi à malis, reſiliant à bonis. Fratres, diſciplinam
iſtã ad vitam veſtram conferte, & ſic audite vt viuatis.
Laudatur, vt generaliter dicã, Eccleſia Dei, magni ho-
mines Chriſtiani, ſoli Chriſtiani, magna Eccleſia ca-
tholica, diligunt ſe omnes, impendunt ſibi quiſque q̃
poſſunt, orationibus, ieiuniis, hymnis vacatur per totũ
orbem terrarũ, vna conſenſione pacis laudatur Deus.
Audit fortè qui neſcit tacitũ eſſe de commixtis malis,
venit laude inuitatus, inuenit cõmixtos malos, qui nõ
illi prædicti ſunt antequam veniret, offenditur à falſis
Chriſtianis, refugit à veris Chriſtianis. Rurſus odioſi,
maledici irruunt in vituperationẽ. Quales Chriſtiani?
Qui Chriſtiani? Auari, fœneratores. Nónne ipſi ſunt
qui theatra & amphitheatra implẽt p ludos & per alia
ſpectacula, qui implẽt eccleſias per dies feſtos? Ebrioſi,
voraces, inuidi, inſectatores alterutrũ? Sũt tales, ſed nõ
ſoli tales. Et iſte vituperator cæco animo tacet bonos,
& ille laudator incauto animo tacet malos. Si autẽ ſic
laudamus in hoc tempore Eccleſiã Dei, quomodo lau-
dãt ſcripturæ Dei: ecce quomodo nunc dixit, Sicut li- Cant.2.a
liũ in medio ſpinarũ, ſic pxima mea in medio filiarum.
audit homo, conſiderat, placet illi liliũ, intrat, adhæret
lilio, tolerat ſpinas: merebitur eſſe in laude & in oculis
ſponſi, qui dicit: Sicut liliũ in medio ſpinarũ, ſic pxima
B mea in medio filiarũ. Ita & in clericis. Laudatores cle-
ricorũ intendũt ibi bonos miniſtros, fideles diſpẽſato-
res, omniũ toleratores, viſcera ſua impẽdẽtes his quos
volũt proficere, nõ quærẽtes quæ ſua ſunt, ſed quæ Ie-
ſu Chriſti. Laudãt hæc, obliuiſcuntur, quia mixti ſunt Philip.2.c
malis. Rurſus qui reprehẽdunt auaritiã clericorũ, im-
probitates clericorũ, lites clericorũ, appetẽtes res alie-
nas, ebrioſos, voraces, iactãtes: & tu inuidè vituperas,
& tu incautè laudas. Tu qui laudas, dic mixtos malos:
tu qui vituperas, vide ibi & bonos. Sic & in illa vita cõ-
muni fratrũ, quæ eſt in monaſterio, magni viri ſancti,
quotidie in hymnis, in orationibus, in laudibus Dei,
inde viuunt. Cũ lectione illis res eſt. Laborãt manibus
ſuis, inde ſe tranſigũt, nõ auarè aliquid petũt. Quicquid
eis infertur à piis fratribus, cũ ſufficientia & cũ charita-
te vtũtur. Nemo ſibi vſurpat aliquid quod alter nõ ha-
beat. Omnes ſe diligunt, omnes inuicẽ ſe ſuſtinẽt. Lau-
dat qui neſcit quid interius agatur, qui neſcit quomo-
do illo vento intrante etiã naues in portu colliduntur.
Intrat quaſi ſecuritatẽ ſperãs, neminẽ quẽ toleret ha-
biturus, inuenit ibi fratres malos, qui mali inueniri nõ
poſſent, niſi admitterentur. Et neceſſe eſt vt primò to-
lerẽtur, ne fortè corrigãtur. Nec excludi facilè poſsũt,
niſi prius fuerint tolerati, & ſit ipſe intolerãdæ patien-
tiæ. Quis me huc quærebat? Ego putabã quia charitas
eſſet hic. Et paucorũ hominũ moleſtia irritatus, dum
nõ perſeuerauerit implere quod nouit, ſit deſertor tam
ſancti propoſiti, & reus voti non redditi. Iam verò cùm
inde exierit, fit & ipſe vituperator & maledicus: & dicit
ea ſola quæ quaſi ſe pati non potuiſſe aſſeuerat, & ali-
quando vera. Sed vera malorũ toleranda ſunt propter
ſocietatẽ bonorũ. Dicit illi Scriptura: Væ his qui per- Eccleſ.2.c
diderunt ſuſtinentiã. Et quod eſt amplius, ructat indi-
gnationes, malorum odorem, vnde abſterreat intratu-
ros: quia ipſe cùm intraſſet, perdurare nõ potuit. Qua-
les illi? Inuidi, litigatores, neminem ſuſtinentes, auari.
Ille illud ibi fecit, & ille illud ibi fecit. O male quare
taces bonos? Quos tolerare non potuiſti, iactas, qui te
malum tolerauerunt, taces. Meritò illud fratres cha-
riſsimi magnificum in Domini Euangelio ex ore Do-
mini: Duo in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinque- Matt.24.d
tur. Duæ in molendino, vna aſſumetur, & vna relin-
quetur. Duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relin-
quetur. Qui ſunt duo in agro? Quod dicit Apoſto-
lus: Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incremen- 1.Cor.3.b
tum dedit. Dei agricultura eſtis. In agro laboramus.
Duo in agro, clerici ſunt, vnus aſſumetur, & vnus
relinquetur. Aſſumetur bonus, relinquetur malus. Matt.24.d
In molendino duæ, ad plebes retuli. Quare in molen-
dino? Quia deuinctæ in ſeculo circuitu rerum tempo-
ralium, tanquam mola detinentur. Et inde vna aſſu-

metur, & vna relinquetur. Quæ inde assumetur? Faciẽs opera bona, attendens indigentiam seruorum Dei, indigentiam pauperũ, in cõfessione fidelis, in lætitia spei certa, vigilans ad Deũ, nulli imprecans mala, diligens quantũ potest, non solùm amicos, sed etiam inimicos, præter vxorẽ suam nõ sciens aliquam, præter maritum suũ non sciens aliquem. Assumetur & de molendino. Quæ autẽ aliter fuerit, relinquetur. Alij autem dicunt: Quietẽ volumus, neminem volumus pati: remouemus nos à turbis, bene erit nobis in quadam securitate. Si quietẽ quæris, quasi lectũ quæris: vt sine aliqua sollicitudine requiescas. Et inde vnus assumetur, & vnus relinquetur. Nemo vos fallat fratres: si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote omnẽ professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominẽ esse fictum, sed omnem professionẽ habere fictas personas: sunt Christiani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos vides, quia palea sunt, & te ad grana peruenire non permittũt. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudiciũ. Inuenis sanctimoniales indisciplinatas. Nunquid ideo sanctimoniũ reprehendendum est? Multæ nõ stant in domibus suis, circumeunt domos alienas curiosè agentes, loquentes quę non oportet, superbæ, linguatæ, ebriosę. Et si virgines sunt, quid, pdest integra caro, mente corrupta? Melius est humile cõiugium, quàm superba virginitas. Si enim nuberet, non haberet nomen vnde extolleretur, & haberet frenum quo regeretur. Sed nunquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore & spiritu? Aut propter istas laudabiles, etiã illas improbandas laudare cogemur? Vndiq; vnus assumetur, & vnus relinquetur. Ergo fratres finiamus Psalmũ, quia planus est. Seruite Domino in iocunditate. Vos alloquitur, quicunq; in charitate omnia toleratis, & spe gaudetis. Seruite Domino, nõ in amaritudine murmurationis, sed in iocunditate dilectionis. Intrate in cõspectu eius, in exultatione.) Facile est exultare foris, in cõspectu Dei exulta. Nõ valde lingua exultet, sed conscientia exultet, intrate in conspectu eius in exultatione. Scitote quoniã Dominus ipse est Deus.) Quis nescit quia Dñs ipse est Deus? Sed de Domino dicit, quẽ non putabant homines Deũ: Scitote quoniã Dominus ipse est Deus. Dominus ille nõ vobis vilescat, quem crucifixistis, flagellastis, sputis illinistis, spinis coronastis, veste ignominiosa vestistis, in ligno suspendistis, clauis cõfixistis, lãcea pcussistis, custodes ad sepulchrũ posuistis. Ipse est Deus. Scitote quoniã Dominus ipse est Deus. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos.) Ipse fecit nos. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quid est quòd exultatis? Quid est quòd superbitis? Alius vos fecit. Et qui vos fecit, ipse à vobis patitur. Sed vos sic vos iactatis & gloriamini & extollitis, quasi à vobis ipsi facti sitis. Bonũ est vobis vt qui fecit vos, perficiat vos. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Nõ debemus superbire. Totũ bonum quod habemus, ab artifice nostro habemus. Quod in nobis nos fecimus, inde damnamur: quod in nobis ille fecit, inde coronamur. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius.) Oues & ouis: ipsę oues vna ouis. Et quàm amantissimũ nostri pastorem habemus? Dimisit nonaginta nouem, descendit quærere vnam, reportat in humeris suis redemptũ sanguine suo. Securus mortuus est pastor pro oue, qui resurgẽs possidet ouem. Nos aũt populus eius, & oues pascuæ eius. Intrate in portas eius in cõfessione.) In portis initium est, à confessione incipite. Inde Psalmum in confessione, ibi iubilate. Confitemini vos non factos à vobis, laudate eũ à quo facti estis. Ab illo sit bonum tuũ, à quo recedẽs fecisti malũ tuum. Intrate in portas eius in confessione. Intret grex in portas, nõ foris remaneat ad lupos. Et quomodo intret? In confessione. Porta, id est initium, confessio tibi sit. Vnde in alio Psalmo dicitur: Incipite Domino in confessione. Quod illic dicit, incipite, hoc appellauit hic portas. Intrate per portas eius in confessione. Et quid? Cùm iam intrauerimus, nõ confitebimur? Semper cõfitere, semper habes quod confitearis. Difficile est in hac vita, vt sic homo mutetur, vt nihil inueniatur in eo quod reprehendatur. Opus est vt tu te reprehendas, ne ille reprehendat qui damnaturus est. Ergo & cùm intraueris in atria, confitere. Quãdo nõ erit cõfessio peccatorũ? In illa requie, in illa æqualitate angelorũ. Sed videte quid dixerim: Non erit confessio peccatorum. Non dixi, nõ erit confessio: erit enim confessio laudis. Semper confiteberis: illũ Deum, te creaturam: illum protectorem, te protectum. In illo quodammodo absconditus eris, sicut dictum est: Abscondes eos in abscondito vultus tui. In atria eius in hymnis confessionem confitemini ei.) In portis confitemini: & in atria cùm intraueritis, confitemini in hymnis. Hymni laudes sunt. Quando intras, te reprehende: cùm intraueris, illũ lauda. Aperite mihi portas iustitiæ, dicit in alio Psalmo, ingrediens in eas confitear Domino. Nunquid dixit, cùm ingressus fuero, iam nõ confitebor? Etiã ingressus confitebitur. Quæ enim peccata cõfitebatur Dominus noster Iesus Christus, quando ait, Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ? Illum laudans confitebatur, nõ se accusans. Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus.) Nolite putare quia deficitis in laudando. Laudatio vestra quasi manducatio erit. Quantũ laudatis, tantum vires acquiritis, & tantum dulcescit quem laudatis. Laudate nomen eius, quoniã suauis est Dominus. In æternũ misericordia eius.) Non enim cùm te liberauerit, desinet esse misericors. Et vt protegat semper in æternam vitam, misericordiæ eius est. In æternũ ergo misericordia eius. Et vsque in generationẽ & generationem veritas eius.) Aut omnem generationem accipe quod dictum est in generationem & generationem: aut in duabus generationibus, vnam terrenam, alteram cælestẽ. Hæc est generatio vna quę parit mortales, altera quæ parit æternos. Veritas eius & hic est & ibi. Noli putare, quia hic nõ est veritas eius. Si non hic esset veritas eius, non diceret in alio Psalmo: Veritas de terra orta est. nec ipsa veritas diceret: Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi.

Matth.3.c
1 Tim.5.b
1. Cor.7.f
Matt.24.d
Matt.27.d
Ioan.1.a
Lucæ.15.a
Psal.146.
Psal.50.
Psal.117.
Matt.11.d
Psal.84.
Matt.28.d

IN PSALMVM C. ENARRATIO.

PSALMVS iste cẽtesimus quod habet in primo versu, hoc in toto corpore eius quærere debemus. Misericordiã & iudiciũ cãtabo tibi Domine.) Nemo sibi ad impunitatẽ blandiatur de misericordia Dei, quia est iudiciũ. Et nemo in melius cõmutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit misericordia Dei. Homines enim quando iudicant, aliquãdo victi misericordia faciunt contra iustitiã, & videtur in eis esse misericordia, & non esse iudiciũ: aliquando verò rigidum volentes tenere iudicium, perdunt misericordiã. Deus autẽ nec in bonitate misericordiæ perdit iudicij seueritatẽ, nec in iudicando cum seueritate amitrit misericordiæ bonitatẽ. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo, misericordiam & iudiciũ: fortè enim non sine causã ipso ordine posita sunt, vt non diceret iudiciũ & misericordiam, sed misericordiam & iudicium. Si ergo per tempora distinguamus hæc duo, fortè inuenimus modò tẽpus esse misericordię, futurũ autẽ tẽpus iudicij. Quomodo est primò tempus misericordiæ? Primò in Deo considera, vt & tu quantũ ipse tibi donauerit, imiteris patrẽ. Neque enim arroganter dicimus patrẽ nostrum nos debere imitari, quãdoquidem Dominus ipse vnicus Dei filius ad hoc nos hortatur dicens: Estote sicut pater vester cælestis. Cùm diceret: Diligite inimicos vestros, orate pro eis qui vos persequuntur, vt sitis, inquit, filij patris vestri qui in cælis est, qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ecce misericordia. Quãdo vides iustos & iniustos eundẽ solem intueri, eandẽ lucem capere, eosdẽ fontes bibere, eadẽ pluuia saginari, iisdem fructibus terræ repleri, similiter aërem istum ducere, habere æqualiter bona mundi, noli putare iniustũ esse Deum, qui dat ista æqualiter iustis & iniustis. Misericordiæ tẽpus est, nondum iudicij. Nisi enim primo Deus per misericordiam parceret, non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiæ tempus, quando patiẽtia Dei ad pœnitentiã adducit peccantes. Audi Apostolũ dicentem vtrunq; tempus, & distingue & tu: Existimas autẽ, inquit, ô homo, qui iudicas eos qui faciunt ea, & eadẽ agis, quoniam tu effugies iudiciũ Dei? Intendite: Videbat enim se. Sed cui hoc dicit? Nõ enim vni homini dicit, sed generi humano. Talia dicebat se committere multa mala quotidie, & tamẽ viuere, nihil mali sibi cõtingere: & putabat aut dormire Deũ, aut res humanas nõ attendere, aut amare facta hominũ mala. Tollit istã cogitationẽ de corde, sed bene intelligentibus. Quid ergo ait? Existimas, ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniã tu effugies iudicium Dei? Et quasi diceret, quare facio tanta mala quotidie, & nihil mali mihi contigit? secutus ostendit illi tempus misericordiæ. An diuitias benignitatis & patientiæ & longanimitatis eius cõtemnis? Et verè quia hoc cõtemnebat, sed fecit illum solicitũ. Ignoras, inquit, quoniã benignitatis Dei ad pœnitentiam te adducit? Ecce tempus misericordiæ. Ne autẽ hoc ille semper putaret futurũ, quomodo secutus eũ terruit? Tu autẽ iam tempus iudicij audisti, audi tempus misericordiæ: Propter misericordiã & iudiciũ, cantabo tibi Domine. Tu autem, inquit, secundũ duritiam cordis tui, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ecce misericordiam & iudicium cãtabo tibi Domine. Sed minatus est de iudicio. Nunquid ideo iudiciũ Dei tantummodo formidandum est, & non amandũ? Formidandum malis propter pœnam, amandũ bonis propter coronam. Quia ergo terruit malos Apostolus in hoc testimonio quod cõmemoraui, audi vbi spem dat bonis de iudicio. Seipsũ ponit & dicit, & ostẽdit & ipse in se tempus misericordiæ. Quia nisi & ipse inueniret tempus misericordiæ, qualẽ illũ inueniret in iudicio? Blasphemũ, persecutorẽ, iniuriosum. Sic enim dicit & cõmendat tempus misericordiæ, in quo modò sumus. Qui prius fui, inquit, blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecutus sum. Sed fortè ipse solus cõsecutus est misericordiã? Audi quomodo nos erigat: Vt in me, inquit, ostẽderet Christus Iesus omnẽ longanimitatem, ad informationẽ eorum qui credituri sunt illi in vitam æternã. Quid est, vt in me ostẽderet omnẽ longanimitatem? Vt vnusquisque peccator aut sceleratus videret, quia Paulus accepit veniã, & non de se desperaret. Ecce ostendit se, erexit & alios. Vbi? In tempore misericordiæ. Audi in tempore iudicij quid dicat de bonis. Iterum dicens de se & de aliis, primò misericordiam consecutus est. Quare? Quia fuit blasphemus & persecutor & iniuriosus. Venit Dominus vt donaret Paulo, nõ vt redderet. Nam si reddere vellet, quid inueniret quod redderet peccatori, nisi pœnã & supplicium? Noluit reddere pœnã, sed donauit gratiã. Audi quia ille cui donauit, tenet Dominum etiam debitorẽ. Inuenit cum donatorẽ tempore misericordiæ, tenet debitorẽ tempore iudicij. Quomodo hoc dicit, videte. Ego enim iam immolor dixit, & tempus resolutionis meę proximũ est. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. Hoc tempore misericordiæ. Audi de iudicio: De cætero superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Nõ dixit, donat, sed reddet. Quãdo donabat, misericors erat: quãdo reddet, iudex erit: quia misericordiam & iudiciũ cantabo tibi Domine. Sed donãdo delicta fecit se debitorem coronæ, ibi misericordiam cõsecutus sum. Misericors ergo Dominus primò, hic autẽ reddet mihi coronam iustitię. Vnde reddet? Quia iustus iudex est. Quare iustus iudex? Quia bonũ certamẽ certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui. Ideo iustus non potest nisi coronare ista. Inuenit enim ista quæ coronaret. Antea verò quid inuenerat? Qui prius fuit blasphemus & persecutor. Ista donauit, illa coronauit. Donauit hęc tempore misericordiæ, coronauit illa tẽpore iudicij: quia misericordiam & iudiciũ cãtabo tibi Domine. Sed nunquid solus Paulus hoc meruit? Hoc enim dixeram, quomodo in illo testimonio terruit: sic in isto erexit. Cùm dixisset, Reddet mihi in illo die iustus iudex, nõ solum mihi, inquit, sed omnibus qui diligunt manifestationẽ & regnum eius. Ergo fratres quoniã habemus tempus misericordiæ, nõ nobis blandiamur, nõ nos dimittamus, non dicamus, semper parcit Deus. Ecce feci heri, & pepercit Deus: facio & hodie, & parcit Deus: faciam & crás, quia parcit Deus. Attendis ad misericordiam, & nõ times iudicium. Si vis cãtare misericordiam, & iudiciũ intellige: quia ideo parcit vt corrigaris, nõ vt in malignitate permaneas. Noli tibi thesaurizare iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei: quia in tempore misericordiæ in alio Psalmo dicitur: Peccatori autẽ dicit Deus: Vt quid tu enarras iustificationes meas, & assumis testamentũ meum per os tuũ? Tu verò odisti disciplinã, & abiecisti sermones meos post te. Si videbas furem, currebas cum eo, & cũ mœchis portionẽ tuam ponebas. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalũ. Hæc fecisti, & tacui. Vide tempus misericordię. Quid est tacui? Nunquid non corripui? Sed non iudicaui. Quomodo enim tacet qui quotidie clamat in Scripturis, in Euãgelio, in prædicatoribus suis? Tacui à supplicio, non à verbo. Hæc fecisti, & tacui. Et quia taçuit Deus, id est, nõ vindicauit, quid sibi dixit in corde suo peccator? Audi: Suspicatus es, inquit, iniquitatẽ quòd ero tibi similis: id est, parũ est quia tu talis eras, & me talẽ putabas. Et cùm ostẽdisset illi tẽpus misericordiæ, terruit de tẽpore iudicij. Arguã te, & statuam te ante faciẽ tuã. Tu te ponis post te, ego te ponã ante te. Omnis enim qui non vult videre peccata sua, post dorsum se ponit, & aliorũ peccata acutè attendit: nõ per diligentiã, sed per inuidẽtiam: nõ volẽs sanare, sed accusare: se autẽ obliuiscitur. Vnde talibus Dominus dicit: Stipulam in oculo fratris tui vides, & trabem in oculo tuo non cõsideras? Quia ergo misericordia & iudiciũ cantatur nobis, & nos faciẽtes misericordiam securi expectemus iudiciũ: & simus in corpore ipsius, & nos cantemus ea. Cantat enim hoc Christus, id est, si solũ caput cantat, à Dño est canticũ hoc, ad nos non pertinet. Si autẽ totus Christus, id est, caput & corpus eius, esto in membris eius, adhære illi per fidem & per spẽ & per charitatẽ, & in illo canta, in illo exulta: quia & ipse in te laborat, in te sitit, in te esurit & tribulatur. Ille in te adhuc moritur, & tu in illo iã resurrexisti. Nã si in te nõ moreretur: nollet in te sibi parci à persecutore, cũ diceret: Saule, Saule, quid me persequeris?

Matt.5.B
Rom.2.a
Ibidem.
Rom.2.a
1 Tim.1.c
Ibidem d
1 Tim.4.b
1 Tim.1.c
1 Tim.4.b
Rom.2.a
Psal.49.
Matth.7.d
Act.9.

Ergo fratres mei Christus cantat. Sed quomodo nostis, Christum assiduè commendauimus vobis: & scio
Ioan.1.a quia rudia vobis non sunt. Dominus Christus verbum est Dei, per quod facta sunt omnia. Hoc verbũ vt redimeret nos, caro factũ est, & habitauit in nobis: factus est homo Deus super omnia, filius Dei æqualis patri. Ad hoc homo factus est, vt Deus homo mediator esset inter homines & Deũ, & reconciliaret longè positos, & coniungeret separatos, & reuocaret alienatos, & reduceret peregrinos: ad hoc factus est homo. Factus est ergo caput Ecclesiæ, habet corpus & membra. Quære membra ipsius, modò gemunt per vniuersum orbem terrarum: tunc lætabuntur in fine in corona iustitiæ, de
2.Tim.4.b qua dicit Paulus: Quã reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex. Ex modò ergo cantemus in spe, omnes in vnũ collecti. Christũ enim induti Christus sumus cum capite nostro, quia vtiq; Abrahæ semẽ sumus. Apostolus hoc dicit:
Galat.3.d Quia dixi, Christus sumus. Apostolus ait: Ergo Abrahæ semen estis secundũ promissionẽ hæredes. Abrahæ semen estis. Videamus, si semen Abrahæ
Genes.12.a est Christus. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dixit in seminibus, tanquã in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Et nobis dicit: Ergo semen Abrahæ estis. Manifestũ est quia ad Christum pertinemus. Et quia membra eius & corpus eius sumus, cum capite nostro vnus homo sumus. Cãtemus ergo, misericordiã & iudiciũ cantabo tibi Domine. Psallam & intelligam in via immaculata quando venies ad me.) Nisi in via immaculata non potes psallere nec intelligere. Si vis intelligere in via immaculata psalle, id est, operare in hilaritate Deo tuo. Quæ est via immaculata? Audi sequentia: Deambulabam in innocẽtia cordis mei, in medio domus meæ.) Hæc via immaculata ab innocentia cœpit, in ipsa etiã peruenitur. Quid quæris multa verba? Innocẽs esto, & perfecisti iustitiã. Sed quid est esse innocentẽ? Duobus enim modis nocet homo quantũ in ipso est, aut faciẽdo mi-C serum, aut deserendo miserũ: quia & tu non vis ab alio fieri miser, & non vis deseri ab alio, si miser fueris. Quis est qui facit miseros? Qui infert violentias vel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur, coniugia aliena solicitat, calumniosus est, vult inferre hominib⁹ vnde doleant studio maleuolẽtiæ. Quis est qui deserit miseros? Qui videt inopẽ aliquo auxilio egentẽ, & cùm habeat quomodo præstet, contemnit, despicit, alienat cor suũ. Quòd si iam omnino talis esset, vt nõ opus haberet aliqua misericordia: superbus esset, si desereret miserum. Adhuc in tribulatione carnis constitutus est, nesciens quid sibi possit cras accidere, & despicit lachrymas miserorũ: nõ est innocens. Sed quis est innocens? Qui cùm alij non nocet, nec sibi nocet. Qui enim & sibi nocet, non est innocens. Ait aliquis: Ecce nõ tuli alicui, nec pressi aliquẽ: de re mea, de iusto labore meo bene mihi faciam, conuiuium apparatũ habere volo, D erogare volo quantũ me delectat, bibere cum quibus volo quãtum me delectat. Cui aliquid tuli? Quẽ pressi? Quis de me questus est? Innocẽs videtur. Sed si seipsum corrumpit, si templũ Dei in se euertit, quid expectas, vt in alio faciat misericordiam, & parcat miseris? Qui in seipsum crudelis est, esse in alium misericors potest? Tota ergo iustitia ad vnũ verbum innocentiæ redigitur. Qui autẽ diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Quãdo
Psal.10. amabat iniquitatẽ, putabat quòd aliis nocebat. Sed vide si aliis nocebat. Qui diligit iniquitatẽ, odit animam suã. Sibi ergo prius nocet qui vult aliis nocere: nec deambulat, quia non est vbi angustias non patitur. Arta omnis malitia, sola innocentia lata est. Vbi deambulabat? Deambulabam in innocẽtia cordis mei, in medio

A domus meæ. Mediũ domus suæ, aut ipsam Ecclesiã dicit: Christus enim deambulat: aut cor suũ: dom⁹ enim nostra interior, cor nostrũ est, vt hoc exposuerit quod superiùs dixit: In innocẽtia cordis mei. Quæ est innocentia cordis sui? Mediũ domus suæ. Hanc domũ quisquis habet malã, pellitur ab illa foris. Quisquis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisquis ab stillicidio exit de domo sua, aut à fumo, nõ ibi se patitur habitare: sic qui nõ habet quietũ cor; habitare in corde suo libẽter nõ potest. Tales foras exeunt à seipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectãtur: quietẽ in nugis, in spectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quærunt. Quare foris voluerũt sibi bene esse? Quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in cõscientia sua. Ideo Dominus cùm sanasset paralyticũ, ait. Tolle grabatũ tuum, & vade in domũ tuam. Faciat Matt.9.a illud anima quę quasi paralysi dissoluta est: in membris bonæ operationis cõstringatur, vt bene operetur. Tol-B lat grabatum suum, regat corpus suum. Iã eat in domũ suã, intret in conscientiã suam: iam latam inueniet vbi deambulet, & psallat & intelligat. Non proponebam ante oculos meos rem malã.) Quid est, non proponebã ante oculos meos rem malam? Non diligebam. Solet enim dici, quod nostis, de homine, qui ab aliquo diligitur: Ante oculos illũ habet: & ille qui cõtemnitur sic solet queri: Non me habet ante oculos. Quid ergo est, ante oculos habere? Diligere. Quid est, non diligere? Non ibi corde habitare. Dixit ergo, non proponebam ante oculos meos rem malã, non diligebam rem malã. Et exponit ipsam rem malam. Facientes præuaricationes odio habui.) Intendite fratres mei. Si deambulatis cum Christo in medio domus eius, id est, si vel in corde vestro bene requiescitis, vel in ipsa Ecclesia bonũ iter carpitis in via immaculata, nõ eos tantũ qui foris sunt debetis odisse præuaricatores, sed & quoscũque intus inueneritis. Qui sunt præuaricatores? Qui oderunt legẽ Dei, qui audiunt illã, & non faciunt, præuaricatores dicuntur. Facientes præuaricationem odio habe, repelle illos à te. Sed odire debes præuaricatores, non homines. Vnus homo præuaricator, videte quia duo nomina habet, homo & præuaricator. Hominẽ Deus fecit, præuaricatorem ipse homo se fecit. Ama in illo quod Deus fecit, persequere in illo quod ipse sibi fecit. Cùm enim persecutus fueris præuaricationem eius, occidis quod homo fecit, & liberatur quod Deus fecit. Faciẽtes præuaricationes odio habui. Nõ adhæsit mihi cor prauũ.) Quid est cor prauũ? Cor tortum. Quod est cor tortum? Cor non rectũ. Quod est cor non rectũ? Vide quod est cor rectum, & ibi inuenis quod est cor non rectum. Rectum cor dicitur hominis, qui omnia quæ vult Deus ipse vult. Intendite. Orat aliquis vt nescio quid non eueniat, orat, & non prohibetur. Petit quantum potest, sed contra voluntatẽ ipsius euenit aliquid. Subiungat se voluntati Dei, non resistat voluntati magnæ: quia & ipse Dominus sic illud exponit. Ostendẽs infirmitatem nostram in se quando passurus erat, ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Nõ enim verè Matth.26.d ille timebat mortem, qui in potestate habebat ponendi animam suam, & in potestate habebat iterum Ioan.10.d sumendi eam. Et Paulus Apostolus miles ipsius, seruus ipsius clamat: Bonum certamen certaui, cursum con-2.Tim.4.b summaui, fidem seruaui: de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex. Exultat quia moriturus est, & Dominus eius & imperator eius tristis est, quia moriturus est? Ergo melior seruus quàm dominus? Et vbi est quod ait ipse Dominus: Sufficit seruo vt sit sicut dominus Matth.10.c eius, sufficit discipulo vt sit sicut magister eius? Ecce

fortis

fortis est Paulus ventura morte, & Dominus tristis est? A illo manducabãm. Attendat charitas vestra, quia mirũ
Philip.1.d Optabam, inquit, dissolui, & esse cum Christo. Gaudet quia dissoluitur, vt sit cũ Christo: & ipse Christus tristis est, cum quo iste futurũ se esse lętatur? Sed quid erat illa vox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte. Sed habeant rectũ cor, vitent mortẽ quantum possunt: sed si nõ possunt, dicant quod ipse Dominus nõ propter se, sed propter nos di-
Matth.26.d xit. Quid enim dixit? Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes voluntatẽ humanam expressam: vide iam rectũ cor: Verùm non quod ego volo, sed q̃ tu vis pater. Si ergo cor rectũ sequitur Deum, prauum cor resistit Deo. Aliquid illi contingat aduersum, clamat, Deus quid tibi feci? Quid cõmisi? Quid peccaui? Se iustũ vult videri, Deũ iniustum. Quid tam prauum? Prauũ est quia tortus est, & tortam regulã putat. Corrige te, & inuenies rectum à quo te deprauasti. Ille iustè, tu iniustè: & ideo peruersus es, quia hominem iustũ B dicis, & Deũ iniustum. Quem hominem iustum dicis? Teipsum. Quando enim dicis, quid tibi feci, iustum te putas. Sed respondeat tibi Deus: Verum dicis, mihi nihil fecisti, omnia enim tibi fecisti. Si enim mihi aliquid fecisses, bonũ fecisses. Quicquid enim bene fit, mihi fit: quia ex præcepto meo fit. Quicquid autẽ mali fit, tibi fit, nõ mihi fit: quia nõ facit malus aliquid nisi sibi, quia hoc non ego iubeo. Tales quãdo videritis fratres, corripite, arguite, corrigite. Et si nõ potestis corripere aut corrigere, nolite consentire: vt possitis dicere, Nõ adhęsit mihi cor prauũ. Cùm declinaret à me malignus, non cognoscebam.) Quid est, non cognoscebam? Nõ approbabam, non laudabam, non mihi placebat. Cognoscere enim inuenimus in Scripturis aliquando dici pro eo quod est placere nobis. Quid enim latet Deum, fratres? Nunquid nouit iustos, & non nouit iniustos? Quid cogitas quod ille nesciat? Nõ dico quid facis, sed C quid cogitas quod ille nesciat? Non dico quid cogitas, sed quid cogitaturus es, q̃ ille antè nõ viderit? Omnia ergo nouit Deus: & tamen in fine, id est, in iudicio post misericordiã de quibusdãm dicit: In illa die multi venturi sunt & dicent, Domine Domine, in nomine tuo dæmonia eiecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo mãducauimus & bibimus: & di-
Matth.7.d cam illis, Discedite à me operarij iniquitatis, nõ noui vos. Ille non nouit aliquem? Sed quid est, nõ noui vos? In regula mea non vos agnosco. Noui enim regulã iustitiæ meæ. Non illi congruitis, declinastis ab illa, distorti estis. Ideo & hic dixit, nõ cognoscebã. Cùm declinaret à me malignus, non cognoscebam. Quid est, non cognoscebã? Nunquid fortè quia malignus quando obuiam fit iusto in vico angusto, dicit sibi quod est
Sap.2.c scriptum in Sapientia Salomonis, Grauis est nobis etiã ad videndum, & mutat viam ne videat quem non vult? D Sed quàm multi sunt maligni quos videmus, & qui nos vident, & non solùm non à nobis declinant, sed currũt ad nos, & aliquando iniquitates suas per nos impleri cupiunt, plerunque se nobis coniungunt? Plerunque nobis contingit. Quomodo ergo declinant? Declinat à te, qui dissimilis est tibi. Quid est, declinat à te? Non te sequitur. Quid est, non te sequitur? Non te imitatur. Ergo cùm declinaret à me malignus, id est, cùm mihi dissimilis esset malignus, & vias meas nollet imitari, nollet sic viuere malignus quomodo me illi proposui ad imitationem: non cognoscebam. Quid est, non cognoscebam? Nõ quia nesciebam, sed quia non approbabam. Detrahẽtem proximo suo occultè, hunc persequebar.) Ecce persecutor bonus, non hominis, sed peccati. Superbo oculo & insatiabili corde huic non conuescebar.) Quid est, non conuescebat? Non cum

aliquid auditurí estis. Si non conuescebatur cum illo, non manducabat: vesci enim, manducare est. Cur ergo primò ipsum Dominũ inuenimus manducasse cum superbis, & non cum publicanis illis & peccatoribus? Nam ipsi humiles erant. Cognoscebant enim languorem suũ, & medicũ requirebãt. Cũ ipsis superbis Pharisæis inuenimus illum manducasse. Nã superbus quidam inuitauerat illũ. Ipse est cui displicuit quia mulier peccatrix, quæ erat in ciuitate famosa, accessit ad pedes Domini, & ait in corde suo: Hic si esset propheta, Luc.7.f sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Quia talis erat munditia Pharisęorum, vt nemo eos iniquus tangeret. Si quis eos immundus vel modicè tetigisset, exhorrebãt, ne quasi immundos eos faceret tactus immundus. At vbi peccatrix illa, quę erat in ciuitate famosa, accessit flere ad pedes Domini, ille cùm videret eam, dixit B in corde suo, Hic si esset propheta, sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Vnde sciebat, quia Christus nesciuit, nisi inde suspicatus est eũ nescisse, quia eam nõ à se repulit? Quia si ipse esset, repelleret à se. Dominus autẽ non solũ mulierem illam peccatricem nouerat, sed & illius superbi vulnera medicus insanabilia videbat. Ait enim cùm audisset cogitantẽ, vt ostenderet illũ superbum, Simon, habeo aliquid tibi dicere: Duo debitores erãt cuidã fœneratori, vnus ei debebat quinquaginta denarios, alius quingentos. Cùm non haberent vnde redderẽt, dimisit ambobus. Quis eum plus dilexit? Et ille contra se dixit sententiã, extorquẽte sibi cõfessionem veritate: Credo Domine, quia cui plus donauit. Et conuersus ad mulierẽ dixit Simoni, Vides istã mulierem? Intraui in domum tuam, aquam mihi ad pedes nõ dedisti. Ista autẽ lachrymis suis rigauit pedes meos: & cætera quæ nostis. Non opus est in aliis propter quę ad testimoniũ adhibuimus, diutiùs immorari. Iste Pharisæus superbus erat, cõuescebatur cum illo Dominus. Quid est ergo quod ait, Superbo oculo & insatiabili corde, huic non conuescebar? Quid est, non conuescebar? Non cum illo manducabã. Quomodo nobis proponit hæc, quæ ipse non fecit? Ad imitationem suã nos hortatur. Videmus eum cõuiuatum esse cum superbis, quomodo nos prohibet ne conuiuemur cum eis? Nos quidem fratres propter correptionẽ aliquam tenemus nos etiam à fratribus nostris, & non cum eis conuiuamur vt corrigãtur. Cum extraneis potius conuiuamur & cum Paganis, quàm cum his qui nobiscum erant & nobis adhærent, si viderimus eos malè viuere vt erubescant, & corrigantur, sicut dicit Apostolus: Si quis 1.Cor.5.d non obaudit verbo nostro, per epistolã hunc notate, & nolitę commisceri cũ eo, & non vt inimicũ eum existimetis, sed corripite vt fratrẽ. Facimus hoc plerunq; D propter medicinã, & tamẽ cum extraneis multis & cũ impiis sæpe vescimur. Quid est hoc quod ait, Superbo oculo & insatiabili corde, huic non conuescebar? Habet epulas suas cor pium, habet epulas suas cor superbum. Nã propter cibos ipsos cordis superbi: ideo dixit, insatiabili corde. Cor superbũ vnde pascitur? Si superbus est, inuidus est: aliter esse non potest. Superbia, mater inuidentiæ est: non potest nisi generare hanc, & cũ illa semper esse. Omnis ergo superbus, inuidus est: & si inuidus est, malis alienis pascitur. Vnde dicit Apostolus, Si mordetis & comeditis inuicẽ, videte ne ab inui-Gal.5.e cẽ consumamini. Videtis ergo comedentes, nolite his conuesci: fugite tale conuiuiũ. Neq; enim se satiãt gaudendo de malis alienis, quia insatiabili corde sunt. Cauẽ ne capiaris in epulis eorũ laqueo diaboli. Cibis talibus pascebantur Iudæi, quando crucifixerũt Dominũ. Sed quia pascebantur tanquam de pœna Domini: nam

& nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus. Dicebant enim cùm viderẽt eum pendentẽ in cruce insultantes, quia insatiabiles corde erãt. Matth.27.c Dicebãt ergo, Si filius Dei est, descẽdat de cruce. Alios saluauit, se saluare nõ potest. Pascebantur cibo crudelitatis suæ, & ille pascebatur cibo misericordiæ suæ. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc.23.c Illi ergo habebant alias epulas, ille alias. Sed quid dictum sit de mensa superborũ, audite: Fiat mensa eorũ coram ipsis in muscipulã, & in retributionẽ & in scandalũ. Psal.68. Pasti sunt, capti sunt. Quomodo enim aues ad muscipulã, aut pisces ad hamũ pascuntur, sed capiuntur, sic & ipsi. Habent ergo impij epulas suas, habẽt & pij epulas suas. Audi epulas piorũ: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, Matth.5.a quoniam ipsi saturabuntur. Si ergo pius pascitur cibo iustitiæ, & impius superbiæ: non mirum si insatiabilis corde pascitur cibo iniquitatis. Noli pasci cibo iniquitatis, & non tibi conuescitur superbus oculo & insatiabilis corde. Et vnde tu pascebaris? Et quid te delectabat, vbi ille tibi nõ cõuescebatur? Oculi mei sup fideles terræ, inquit, vt considerẽt hi mecũ.) Dominus dicit, Oculi mei super fideles terræ, vt cõsiderent hi mecum: id est, vt mecũ sedeant. Quomodo sederent? Se- Matth.19.d debitis, inquit, sup duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Iudicãt fideles terræ: de quibus dicitur: Nescitis quia angelos iudicabimus? 1.Cor.6.a Oculi mei super fideles terræ, vt considerẽt hi mecũ. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.) Mihi ait, nõ sibi. Multi enim ministrant Euangeliũ, sed sibi ministrant: Philip.2.c quia sua quærũt, non quę Iesu Christi. Quid est Christo ministrare? Ea quæ Christi sunt quærere. Equidẽ quãdo mali annunciãt Euangeliũ, alij saluãtur, alij puniun- Matth.23.a tur. Dictũ est enim, Quæ dicunt, facite: quę autẽ faciũt, facere nolite. Non timeas ergo quando à malis audis Euangelium, Væ illi qui sibi ministrat, id est, qui sua ibi quærit: Tu Christi accipe. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Nõ habitabit in medio do- C mus meæ faciens superbiam.) Reuertere ad domũ illã, id est, ad cor. Non habitabat in corde meo faciens superbiam. Nullus talis habitabat in corde meo: resiliebat enim inde. Nemo habitabit in corde meo, nisi mitis & quietus: superbus nõ illic habitabit. Nõ enim habitat in corde iusti iniustus. Sit à te iustus remotus nescio quot milibus & mãsionibus: simul habitatis, si vnũ cor habetis. Nõ habitabit in medio domus meæ faciẽs superbiam. Loquens iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.) Hæc est via immaculata, vbi intelligimus quando ad nos veniat Dominus. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ.) Hoc obscurũ est, dignamini aduertere. Iam finis Psalmi est, in matutinis interficiebã omnes peccatores terræ. Quare, vt disperdam de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.) Sunt enim in ciuitate Domini operantes iniquitatem, & quasi parcitur eis modò. Quare? Quia D misericordiæ Domini tẽpus est. Sed veniet & iudicij: quia sic cœpit Psalmus, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi Domine. Iam enumerauit superius, quia illi non adhæserunt nisi boni. Malis nõ adhæsit, nec delectabatur epulis iniquitatis eorum, qui sibi ministrabãt, non Domino, id est, sua quærebant. Et quasi diceretur illi, Vt quid tales in ciuitate tua tanto tempore tolerasti? Tempus misericordiæ est, ait. Quid est tempus misericordiæ? Adhuc nondum reuelatum est iudicium. 1.Cor.4.a Nox est, apparebit dies, apparebit iudiciũ. Audi Apostolum. Itaque nolite ante tempus quicquam iudicare. Quid est ante tempus? Ante diem. Audi quia ante diẽ dixerit: Donec veniat Dominus, qui & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cor-

A dis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Nã modò quàm diu non vides cor meũ, & non video cor tuum, nox est. Nescio quid ab homine petisti, non accepisti, cõtemnite putas, & fortè non contemneris. Cor enim non vides, & citò blasphemas, in nocte danda est tibi venia erranti. Diligit te homo nescio quis, & putas quia odit te: aut odit te, & putas quia diligit te. Sed quodlibet sit, nox est. Noli timere, prę sume in Christo, in illo habeto diem. Non est quid mali de illo sentias, quia securi sumus, & certi sumus, quia falli non potest: amat nos, de nobis autẽ inuicẽ nondũ tam certi sumus. Deus enim nouit dilectionem nostram inuicem. Nos autem & si diligimus nos inuicem, quis videt qua dispensatione à nobis fiant ista? Quare nemo videt cor? Quia nox est. In ista nocte tentationes abundant. Quasi de ipsa nocte Psal.103. dixit Psalmus, Posuisti tenebras, & facta est nox, in ea pertransibunt omnes bestię syluę. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quęrant à Deo escam sibi. In no- B cte quęrunt escam catuli leonum. Qui sunt catuli leonum? Principum & potestatum aëris huius, dęmones Ephes.6.a & angeli diaboli. Quomodo quęrunt sibi escam? Quãdo tentant. Sed quia non accedunt, nisi eis Deus dederit potestatem: ideo dictum est, Quærentes à Deo escã sibi. Petiit Iob tentandum. Qualem escam? Opulẽtam, pinguem, iustũ Dei, cui ipse Deus testimonium perhibuit, & ait: Homo sine querela, verus Dei cultor fuit. Iob.1.c Petiuit illum tentandum, quærens à Deo escam sibi, & accepit tentandum, sed non opprimendum, purgandum verò, non euertendum: aut fortè nec purgandũ, sed probandum. Tamen & qui tentantur, aliquando traduntur occulto merito suo in manus tẽtatoris, quia traditi sunt fortè in concupiscentias suas. Nam diabolus nulli nocet, nisi acceperit potestatem à Deo. Sed quando? In nocte. Quid est, in nocte? In isto tempore. Cùm autem transierit nox, & venerit dies, mittuntur Matt.25.d mali cum illo in ignem æternum, iusti verò in vitam æternam. Nullus illic erit tentator, quia non sunt illic C catuli leonum: quia transacta est nox. Ideo Dominus discipulis suis ait, Hac nocte postulauit satanas vexare Luc.22.c vos sicut triticum, & ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Quid est, vexare sicut triticum? Quomodo ab homine triticum non manducatur, nisi primo attritum, vt panem faciat: sic neminem manducat diabolus, nisi primò per tribulationem euerterit, conterit vt manducet. Tu autem quando tribularis, si maneas granum, non conturberis: nihil tibi contingit. Quando boues triturant, nunquid in solum triticum intrant? Simul mittuntur cum tribula in aream. Sed nunquid timendum est tritico? Absit. Non conciditur nisi palea à tritico, spoliatur, superfluit, & veniet Matth.3.c ventilatio, & inueniet puram massam. Quem inuenit granum, mittit in horreum suum: & acceruum paleæ comburet igni inextinguibili. Vnde dixit hoc? Quia D diẽ in spe habemus. Dies nobis in Christo debet esse. Nam quamdiu inter tentationes sumus, nox est. In ista nocte parcit Deus peccatoribus, vt nõ illos tollat. Flagellat illos tentationibus vt corrigantur, tolerat illos in ciuitate sua. Putamus semper tolerabit? Si semper misericors est, non est iudicium. Si autem misericordiã & iudicium cantabo tibi Domine: modò parcit, tunc iudicabit. Sed quando iudicabit? Cùm transierit nox. Ideo dixit, In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. Quid est, in matutinis? Cùm iam dies venerit, nocte transacta. In matutinis interficiebã omnes peccatores terræ. Quare eis parcit vsque ad matutinũ? Quia nox erat. Quid est, nox erat? Quia tempus erat parcendi. Parcebat, cùm corda hominum essent occulta. Vides aliquem malè viuere, toleras illum: nescis enim

enim qualis erit, quia nox est. Vtrum qui hodie malè A viuit, cras bene viuat: & vtrum qui hodie bene viuit, cras malus sit? Nox est enim, & omnes tolerat Deus, quia longanimis est. Tolerat, vt conuertantur ad illum peccatores. Sed qui non se correxerint in isto tempore misericordiæ, interficientur. Et quare interficiẽtur? Vt dispergantur de ciuitate Domini, de societate Hierusalem, de societate sanctorum, de societate Ecclesiæ. Quando autem interficientur? In matutinis. Quid est, in matutinis? Cùm nox transacta fuerit. Quare modò parcit? Quia tempus misericordiæ est. Quare non semper parcit? Quia misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Fratres, nemo sibi blandiatur. Interficientur omnes operantes iniquitatem. Interficiet eos Christus in matutinis, & disperdet eos de ciuitate sua. Sed modò cùm tempus misericordiæ est, audiant eum. Vbiq; clamat per legem, per prophetas, per Psalmos, per Epistolas, per Euangelia. Videte quia non tacet, quia parcit, quia erogat misericordiam: sed cauete, quia venturum est iudicium.

FINIS SECVNDÆ QVINQVAGENÆ.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PSALMO CENTESIMO PRIMO TRACTATVS INCIPIT.

Sermo primus de prima parte Psalmi.

CCE vnus pauper orat, & non orat in silentio. Licet ergo audire eũ, & videre quis nam sit. Ne fortè ille sit, 1.Cor.8.b de quo dicit Apostolus, qui propter vos pauper factus est, cùm diues esset, vt illius paupertate vos ditaremini. Si ergo ipse est, quomodo pauper? Nã quomodo diues, quis nõ videt? Vnde enim homines sunt diuites? Puto auro, argẽto, familia, terra: sed omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, p quẽ factæ sunt diuitiæ: illæ etiã quæ nõ sunt veræ diuitiæ? Per illũ enim & illę diuitię, ingeniũ, memoria, mores, vita, ipsius corporis sanitas, sensus, cõfirmatióque membrorũ. Etenim cùm hęc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illũ & illæ maiores diuitiæ, fides, pietas, iustitia, charitas, castitas, mores boni. Nemo enim & has habet, nisi per eũ qui iustificat impiũ. Ecce quàm diues. C Rom.4.a Quis enim magis diues, qui habet quod vult alio faciẽte, an qui facit quod vult, & alio habẽte? Puto quia ditior ille, qui fecit q̃ habes. Quia quod ille habet, tu nõ habes. Ecce quàm diues! In hoc tã diuite vnde agnituri sumus hęc verba, Psal.101. Cinerẽ sicut panẽ mãducaui, & potum meũ cum fletu miscebam? Vnde? Húcne illæ tantæ diuitiæ peruenerunt? Multũ illud excelsum, multũ hoc abiectũ. Quid faciemus? Quemadmodum ista ima illis summis cõtemperabimus? Nimis ab inuicẽ longè sunt. Nondũ agnosco istum pauperẽ. Alius est fortasse. Sed adhuc quæramus. Vnde enim nobis non videtur ipse? Mirũ si interrogas, & nõ expauescis diuitias: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat Ioan.1.a. verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Qui ista dixit, cùm diceret, diues erat, quãto magis ille de quo dicebat, In principio erat verbũ? Et nõ qualecunq; verbum, sed verbũ Deus: & nõ vbicunque, sed apud Deũ. D Et non vacans, sed omnia per ipsum facta sunt. Cinerẽ sicut panem manducauit, & potũ suum cũ fletu commiscuit. Metuendũ est, ne tantis diuitiis nostra paupertas faciat iniuriã. Quære adhuc tamẽ ne ipse sit pauper Psal.115. iste: quoniam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Respice & illam vocẽ, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Attende ancillam istam castã, & virginẽ, & matrem. Ibi enim accepit paupertatem nostrã, vbi serui formam indutus est, semetipsum exinaniens: ne diuitias eius expauesceres, & ad eũ accedere cum tua mendicitate non auderes. Ibi accepit, inquã, formam serui. Ibi nostram indutus est paupertatem. Ibi se pau-

B perauit. Ibi nos ditauit. Iã ergo propinquamus de illo hæc intelligere. Veruntamen adhuc temerè non est pronunciandũ. Dauiel.2.f Partus virginis est, lapis sine manibus de monte præcisus, vbi nullus hominum operatus est, nulla transfusa concupiscentia, sed sola fides accensa, & verbi caro cõcepta. Deinde processit ex vtero, Locuti sunt cæli, angeli pastoribus nunciauerũt, Luc.2.a. Stella ad Matt.2.b adorandũ regem magos traxit, Simeon impletus spiritu sancto infantem Deum in matris manibus agnouit. Luc.2.d Accessit ætas, non diuinitati, sed carni. Horrent, mirãtúrque sapientiã Dei pueri duodennis, imperiti senes. Aut etiam si periti senes, quid illorũ peritia ad verbum Dei? Quid illorũ peritia ad sapientiam Dei? Nónne & periti, nisi illo subueniente, vtique perituri? Crescit adhuc ætate corporis, venit ad fluuium baptizandus. Baptizator Deum agnoscit, indignũ se soluendæ calcia- Marc.1.b menti corrigiæ confitetur. Iã inde, Cæci illuminantur, Matth.3.c surdis aperitur auditus, loquuntur muti, mundãtur leprosi, stringuntur paralytici, cõualescunt languidi, re- Matth.11.d surgunt mortui. Iam quidẽ in verbi illius per quod facta sunt omnia cõparatione diuitiarũ agnosco pauper- Ioan.1.d tatẽ, sed quàm longè adhuc à cinere, & fletu cũ potu? Adhuc timeo dicere, ipse est, & tamẽ volo. Sunt enim hic quæ me cogant velle, & rursus quædã, quæ me cogãt timere. Ipse est, & nõ est ipse. Iã in forma serui est, iã mortalem fragilémque carnem portat, iam moriturus aduenit, & tamen nondum intelligitur in hac egestate. Cinerẽ sicut panem manducaui, & potum meum cum Psal.101. fletu miscebam. Addat ergo paupertatẽ paupertati, & transfiguret in se corpus humilitatis nostræ. Philip.3.d Sit caput nostrũ, simus membra eius, sint duo in carne vna. Iam Philip.2.a enim primitùs, vt pauper esset, formam serui accipiẽs, dimisit patrem. Qui autem de virgine natus est, dimittat & matrẽ, & adhæreat vxori suę, & sint duo in carne Luc.2.a vna. Ita enim erunt duo, & in voce vna, & in illa vna Ephes.5.g voce iam non mirabimur nostram vocem. Cinerem sicut panem mãducaui, & potum meum cum fletu miscebam. Dignatus est enim habere nos membra. Sunt & pœnitentes in membris eius. Non enim exclusi, & separati sunt ab ecclesia eius. Nec omnino sibi adiungeret coniugẽ, nisi illa voce, Agite pœnitentiã, appro- Matth.3.a pinquauit enim regnum cælorum. Iam ergo audiamus quid oret caput & corpus, sponsus & sponsa, Christus Ioan.3.d & Ecclesia. Vtrunque vnus. Sed verbum, & caro non Ephes.4.d vtrunque vnum, Pater & verbum vtrunque vnum, Christus & Ecclesia vtrunq; vnus. Vnus quidẽ vir perfectus in forma plenitudinis suæ, donec occurramus Ibidem. omnes in vnitatem fidei, in agnitionem filij Dei in vi-

rum perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. A
Sed donec occurramus, agitur hic paupertas nostra,
agitur hic adhuc labor & gemitus. Gratias miserieor-
diæ ipsius. Vnde illi labor, vnde illi gemitus verbo, per
quod facta sunt omnia? Si dignatus est habere mortem
nostrã, nõ nobis dabit vitã suã? In magnã spem erexit,
cum magna spe gemimus. Gemitus habet tristitiã. Sed
est gemitus, qui habet & gaudiũ. Ergo puto Saram ste-
rilem lætam genuisse, cùm pareret. Et nos dicamus, A
Esa. 26. d timore tuo concepimus & parturiuimus spiritũ salutis.
Audiamus ergo Christũ pauperem in nobis, & nobis-
cũ, & ꝓpter nos. Titulus enim ipse indicat pauperem.
Postremò putate me suspicatũ, quisnam sit iste pauper.
Orationẽ audiamus, & ꝑsonã agnoscam': nec vbi erres,
quãdo audieris aliquid, quòd coaptari capiti illius non
possit. Ideo prælocutus sum, vt si quid tale audieris, ex
infirmitate corporis aduertas sonare, & vocẽ membro-
rũ agnoscas in capite. Oratio inopis, hoc habet titul',
cùm angeretur, & in cõspectu Dñi effudit precem suã.)
Psal. 60. Ipse ille pauper est, qui alibi dicit, A finibus terræ ad te
clamaui, cũ angeretur cor meũ. Iste ipse paup est, quia
idẽ ipse Christus est: qui se apud Prophetã, & sponsum
Esa. 61. d dixit, & spõsam. Sicut spõso alligauit mihi mitrã, & si-
cut sponsam induit me ornamẽto. Se dixit sponsum, se
dixit sponsam? Vnde hoc, nisi quia sponsum ꝓpter ca-
Ephes. 5 g put, sponsam propter corpus? Vox ergo vna, quia caro
vna. Audiam', & potius in his vocib' nos quoq; agnos-
cam'. Etsi nos extra esse viderimus, ibi esse laboremus.
Psal. 142. EXAVDI Domine orationẽ meam, & clamor meus
ad te perueniat.) Hoc est, exaudi Domine oratio-
nem meam, quod est, clamor meus ad te perueniat. In
geminatione affectus petentis est. Ne auertas faciem
tuam à me.) Quando Deus à filio faciem auertit? Quã-
do pater à Christo? Sed propter membrorum paupe-
tatem, ne auertas faciem tuam à me. In quacunque die
tribulor, inclina aurem tuam ad me.) Tribulor enim
deorsum, tu autem es sursum. Si enim me extollo, lõgè
fis: si me humilio, inclinas aurem tuam ad me. Sed quid
est, in quacunque die tribulor? Nunc enim non tribu-
latur? Aut ista diceret, nisi tribularetur? Sufficeret ergo,
Inclina aurem tuam ad me, quoniam tribulor. In qua-
cunque die tribulor, inclina aurem tuam ad me. Tan-
quam vnitas corporis: si patitur vnum membrum, cõ-
1. Cor. 12. d patiuntur omnia membra. Tribularis tu hodie, ego tri-
bulor: tribulatur alius crastino, ego tribulor. Post istam
generationẽ alij posteri, qui succedunt posteris tribu-
lantur, ego tribulor vsque in finem seculi. Quicunq; in
meo corpore tribulantur, ego tribulor. In quacunque
ergo die tribulor, inclina aurem tuam ad me. In qua-
cunque die inuocauero te, citò exaudi me.) Hoc idem
est. Iam nunc inuoco, sed in quacunq; die inuocauero
te, citò exaudi me. Orauit Petrus, orauit Paulus, orae-
uerunt & cæteri apostoli, orauerũt fideles tẽporibus illis,
orauerunt fideles cõsequentibus tẽporibus, orauerunt
fideles martyrũ temporibus, orant fideles nostris tem- D
poribus, orabunt fideles posterorum temporibus. In
quacunque die inuocauero te, citò exaudi me. Citò
exaudi, iam enim hoc rogo, quod dare vis. Non terre-
na quasi terrenus, sed ex prima captiuitate iam redem-
ptus, regnum cælorum desidero. Citò exaudi me: non
Esa 58. c enim nisi tali desiderio dixisti, Adhuc te loquente di-
cam, ecce assum. In quacunque die inuocauero te, ci-
tò exaudi me. Vnde inuocas? De qua tribulatione? De
qua egestate? O pauper ante ianuam diuitis Dei, quo
desiderio mendicas? Qua inopia requiris? Qua egesta-
te pulsas, vt aperiatur tibi? Die, audiamus istam ipsam
egestatem, in illa & nosipsos inueniamus, & tecum ro-
gemus: audi & agnosce, si potes. Quia defecerũt sicut

fumus dies mei.) O dies, si dies: vbi enim dies auditur,
lux intelligitur. Sed defecerunt sicut fumus dies mei.
Dies mei tempora mea. Vnde sicut fumus, nisi propter
elationẽ superbiæ? Tales dies dignus fuit accipere su-
perbus Adam, vnde carnem Christus accepit. Ergo in
Adam Christus, & Adam in Christo. † Liberauit pro- al. Liberatus est.
fectò & à diebus fumi, qui dignatus est habere vocem
dierũ fumi. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Vi-
dete fumũ superbiæ similẽ, ascendentẽ, tumescentem,
vanescentẽ: meritò ergo deficientẽ, non vtiq; perma-
nentem. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: Et ossa
mea sicut in frixorio cõfrixa sunt.) Et ipsa ossa mea, &
ipsa fortitudo mea nõ sine tribulatione, non sine vsti-
one. Ossa corporis Christi, fortitudo corporis Christi,
vbi maior quàm in sanctis apostolis? Et tamẽ vide ossa
frigi. Quis scãdalizatur, & ego non vror? Fortes sunt fi- 2. Cor. 11. g
B deles boni, intellectores & prædicatores verbi, viuẽtes
vt loquũtur, loquẽtes vt audiũt. Fortes planè sunt, sed
omnes qui scãdala patiuntur, frixoriũ ipsorũ sunt. Est
enim ibi charitas, & magis in ossib'. Interiora sunt ossa
omnibus carnibus, & portant omnes carnes. Verùm si
quisquã patiatur aliquod scandalũ, & in anima perieli-
tetur: tantũ os frigitur, quantũ amat. Desit amor, nemo 1. Cor. 12. d
frigitur: assit charitas, & si membrũ cõpatitur, patiente
vno membro, quomodo friguntur qui portãt vniuersa
membra? Ossa mea sicut infrixorio cõfrixa sunt. Per-
cussum est sicut fœnũ, & aruit cor meũ.) Respice ad A-
dam, vnde genus humanũ. Vnde enim nisi ab illo pro-
pagata miseria est? Vnde enim nisi ab illo hæreditaria
ista paupertas? Dicat ergo cũ spe iã in corpore Christi
positus, ille aliquando in suo corpore desperatus: Per- Esa. 40. b
cussum est sicut fœnum, & aruit cor meũ: meritò, quia
omnis caro fœnũ. Sed tamẽ vnde tibi hoc contingit?
Quoniã oblitus sum manducare panẽ meũ.) Dederat
C enim Deus panẽ præcepti. Nam panis animæ quid nisi
verbũ Dei? Suggerente serpente, præuaricãte muliere, Genes. 3 b
tetigit vetitũ, oblitus est præceptũ. Meritò percussum
est sicut fœnum, & aruit cor eius, quoniam oblitus est
manducare panem suũ. Oblitus manducare panẽ, bi-
bit venenũ: Percussum est cor eius, & aruit sicut fœnũ.
Ipse est ille percussus in Esaia, de quo dicitur, & cui di-
citur, Nõ in æternũ tẽpus irascar vobis. Spiritus enim Esa. 57. d
à me procedit, & omnẽ flatũ ego feci. Propter peccatũ
modicũ quid contristaui illum, & percussi illũ, & auerti
faciem meam ab illo. Meritò hic, Ne auertas faciem
tuam à me, hoc est, à percusso, de quo dixisti, Percussi
illũ: de quo dixisti, Vias eius vidi, & sanaui eũ. Percus-
sum est sicut fœnũ, & aruit cor meũ, quia oblitus sum
manducare panem meum. Modò manduca quẽ obli-
tus eras. Sed venit & ipse panis, in cuius corpore tibi
licet recordari vocem obliuionis tuæ, & clamare ex
paupertate vt sumas diuitias. Modò manduca: in eius
enim corpore es, qui ait, Ego sum panis viuus qui de Ioan. 6. f
cælo descendi. Oblitus eras manducare panem tuum:
sed iam illo crucifixo, commemorabuntur & conuer- D
tentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Post obliuio- Psal. 21.
nem veniat commemoratio, manducetur panis de cę-
lo vt viuatur, non manna: sicut illi manducauerunt & Ioan. 6. f
mortui sunt: panis de quo dicitur, Beati qui esuriunt Matth. 5. a
& sitiunt iustitiam. A voce gemitus mei adhæserunt
ossa mea carni meæ.) A voce quam intelligo, à voce
quam noui probabiliter, à voce gemitus mei, non à
voce gemitus illorum quibus compatior. Multi enim
gemunt, gemo & ego, & hoc gemo, quia malè gemũt.
Amisit numum, gemit: amisit fidem, nõn gemit. Ego
appendo numum & fidem, & inuenio maiorem gemi-
tum de malè gemente, aut non gemente. Facit frau-
dem, & gaudet. Quo lucro? Quo damno? Acquisiuit
pecu-

pecuniã, perdidit iustitiã. Gemit hinc qui gemere no-
uit. Qui capiti ꝓpinquat, qui rectè hęret corpori Chri- A
sti, gemit inde. Carnales autẽ non inde gemunt, & ge-
mendos se faciunt, quia nõ inde gemũt: nec eos possu-
mus, vel nõ gementes, vel male gemẽtes contemnere.
Volumus enĩ eos corrigere, volumus emendare, volu-
mus reparare: quando nõ possumus, gemimus: & cùm
gemimus, nõ ab ipsis separamur. A voce enim gemitus
mei adhęserunt ossa mea carni meæ. Adhæserũt fortes
inualidis, adhæserunt firmi infirmis. Vnde adhæserũt?
A voce gemitus mei, non à voce gemitus illorũ. Qua
Rom. 15. a lege adhæserunt, nisi qua dictũ est, Debemus enim nos
firmi infirmitatẽ infirmorum portare? Adhæserũt ossa
mea carni meæ. Similis factus sum pelicano, qui habi-
tat in solitudine, factus sum sicut nycticorax, qui habi-
tat in parietinis. Vigilaui, & factus sum sicut passer sin-
gularis in tecto.) Ecce tres aues, & tria loca, quid sibi
velint donet Dominus vt dicamus, & vt audiatis vtili-
B ter quod dicitur salubriter. Quid sibi volunt tres aues,
& tria loca? Quæ tres aues? Pelicanus, nycticorax, &
passer: & tria loca, solitudo, parietina, & tectũ. Peli-
canus in solitudine, nycticorax in parietinis, passer in te-
cto. Primò quid sit pelicanus, dicendũ est. In ea quippe
regione nascitur, vt nobis ignota hęc quis sit. Nascitur
in solitudinibus, maximè Nili fluminis in Ægypto.
Quelibet hæc auis sit, quòd de illa Psalmus dicere vo-
luit, hoc intueamur. Habitat, inquit, in solitudine. Quid
quæris formã eius, mẽbra eius, mores eius, vocẽ eius?
Quantũ tibi Psalmus dicit, auis est in solitudine habi-
tãs. Nycticorax, auis est amans noctẽ. Parietinæ dicũ-
tur, quas vulgò dicimus ruinas, vbi parietes stant sine
tecto, sine habitãtibus: ibi habitat nycticorax. Iã verò
passer & tectũ quid sit, nostis. Inuenio ergo aliquem de
corpore Christi, prædicatorẽ verbi, compatiẽtem in-
Matt. 25. c firmis, quærentẽ lucra Christi, reminiscẽtem Domini
sui venturi, ne dicat, serue nequã & piger, dare debue-
ras pecuniam meã numulariis. Ex huius dispensatoris
officio videamus hæc tria. Venerit inter aliquos vbi
Christiani nõ sunt, pelicanus est in solitudine. Venerit
ad eos qui fuerũt & ceciderũt, nycticorax est in parie-
tinis. Non enĩ deserit tenebras eorũ qui habitãt in no-
cte, & ipsos lucrari vult. Venerit ad eos qui Christiani
sunt quidẽ habitantes in domo, non quasi qui nõ cre-
dederint, aut ꝓ crediderint dimiserunt, sed in eo quod
credunt tepidè ambulãtes: clamat ad eos passer. Non
in solitudine, quia Christiani sũt, nec in parietinis, quia
nõ ceciderũt, sed tamen in tecto sunt, sub tecto potius,
quia sub carne sunt. Ille super carnẽ clamat passer, qui
præcepta Dei non tacet, nec sit carnalis vt subiiciatur
Mat. 24. b tecto. Qui enim in tecto est, non descendat tollere ali-
quid de domo: & quod in aure auditis, prædicate super
tecta. Istæ tres aues & tria loca: & vnus homo potest
habere personam triũ auium, & tres homines possunt
habere persona triũ auium: & tria genera locorũ, tria D
genera sunt hominũ: tamen solitudo, parietinæ, & te-
ctũ, nõ nisi tria genera sunt hominum. Sed quid de his
plurimum? Ipsum Dominũ videamus, ne fortè ipse sit:
& melius ipse agnoscatur, & pelicanus in solitudine, &
nycticorax in parietinis, & passer singularis in tecto.
Dicat nobis pauper iste, caput nostrum: pauper volun-
tate, loquatur pauperibus in necessitate. Quod enim
dicitur, vel etiã legitur de hac aue, id est, pelicano, non
taceamus, nõ aliquid affirmãtes temerè; sed tamen nõ
tacentes, quod qui scripserunt & legi & dici voluerũt.
Vos sic audite, vt si verum est, cõgruat: si falsum est, nõ
teneatur. Dicuntur hę aues tanquã colaphis rostrorũ
occidere paruulos filios suos, cosdẽmq; in nido occi-
sos à se lugere per triduũ. Postremò dicũt matrẽ seipsã

grauiter vulnerare, & sanguinẽ suũ super filios funde-
re: quo illi superfusi reuiuiscunt. Fortasse hoc verũ, for-
tasse falsum sit: tamen si verũ est, quẽadmodum illi cõ-
gruat qui nos viuificauit sanguine suo, videte. Cõgruit
illi quòd matris caro viuificat sanguine suo filios suos?
satis congruit. Nam & ipse gallinã se dicit super pullos
suos, Hierusalem Hierusalem, quotiens volui congre-
gare filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alas Matt. 23. d
suas, & noluisti? Habet enim paternam authoritatem,
habet maternũ affectum, sicut & Paulus & pater est &
mater est, non per seipsum, sed per Euangelium. Pater
vbi dicit: Etsi habeatis multos pædagogos in Christo, 1. Cor. 4. c
sed non multos patres. in Christo enim Iesu per Euan-
gelium ego vos genui. Mater autem vbi ait: Filioli mei
quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vo-
bis. Habet ergo hæc auis, si verè ita est, magnã similitu- Gal. 4. c
dinem carnis Christi, cuius sanguine viuificati sumus.
B Sed quomodo congruat Christo, quòd ipsa occidit fi-
lios suos? An & illi non congruit, Ego occidam, & ego Deut. 32. f
viuificabo: ego percutiã, & ego sanabo? An verò Sau-
lus persecutor moreretur, nisi de cælo percuteretur? Act. 9. a
Aut prædicator excitaretur, nisi illius sanguine viuifi-
caretur? Sed hoc viderint qui scripserunt, nõ in incer-
to intellectũ nostrũ constituere nos debemus. Hanc a-
uem potius in solitudine cognoscamus: hoc enim inde
Psalmus voluit ponere, pelicanus in solitudine. Puto Luc. 2. a
enim ego hic intelligi Christum natũ de virgine. Solus
enim sic, ideo solitudo. In solitudine natus est, quia so-
lus ita natus. Post natiuitatẽ ventum est ad passionẽ. A
quibus crucifigebatur? Nunquid à stantibus? Nunquid
à lugentibus? Ergo tanquã in nocte ignorãtiæ ipsorũ,
& tanquã in parietinis ruinis ipsorũ. Ecce nycticorax
& in parietinis amat & noctem. Nã nisi amaret, vnde Luc. 23. c
diceret, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt?
C Deinde natus in solitudine, quia solus ita natus: passus
in tenebris Iudæorum tanquã in nocte, in præuarica-
tione tanquã in ruinis. Quid postea? Vigilaui: ergo dor-
mieras in parietinis, & dixeras, Ego dormiui. Quid est, Psal. 3.
ego dormiui? Quia volui dormiui, noctẽ amando dor-
miui: sed ibi sequitur, Et exurrexi. Ergo hic vigilaui.
Sed postea quã vigilauit quid egit? Ascendit in cælum, Marc. 16. d
factus est sicut passer volãdo, id est, ascendendo singu-
laris in tecto, id est, in cælo. Ergo pelicanus nascendo;
nycticorax moriẽdo, passer resurgẽdo. Ibi in solitudi-
ne velut solus, hic in parietinis velut ab eis occisus qui
stare non potuerũt in ædificio: hic verò iam vigilans
& volans singularis in tecto, ibi interpellat pro nobis.
Caput enim nostrum passer est, corpus illius turtur. Et
enim passer inuenit sibi domũ. Quam domum? In cęlo
est, interpellat pro nobis. Et turtur nidũ sibi. Ecclesia Rom. 8. f
Dei nidũ de ligno crucis ipsius vbi ponat pullos suos,
paruulos suos. Vigilaui, & factus sum sicut passer singu- Psal. 83.
laris in tecto. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei,
& qui laudabant me, aduersum me iurabant.) Ore lau-
dabant, corde insidias præparabant. Audi laudẽ ipso-
rum. Magister, scimus quia viã Dei in veritate doces, Matt. 22. b
& personam non accipis: licet tributum dare Cæsari?
Quem laudas, supplantas. Quare, nisi quia qui laudabãt
me, aduersum me iurabant? Vnde autẽ hoc opprobriũ,
nisi quia veni facere mẽbra mea peccatores, vt agẽdo
pœnitentiam sint in corpore meo? Inde totum oppro-
briũ, inde persecutio: Quare magister vester cum pec-
catoribus & publicanis manducat? Non est opus sanis Matt. 9. b
medicus, sed ægrotantibus. Vtinam vos ægrotare nos-
setis, vt medicum quærereretis, non occideretis, & per
superbam dementiam falsa sanitate periretis. Mihi au-
tem vnde tota die exprobrabãt inimici mei? Vnde qui
laudabant me, aduersum me iurabãt? Quoniã cinerem

sicut panem mãducaui, & potum meum cum fletu miscebam.) Quia hæc genera hominũ habere in suis mẽbris sananda voluit & liberanda, inde opprobriũ. Hodiéque Paganorum opprobriũ quale in nos est? Quid putatis fratres, quid eos putatis dicere nobis? Vos corrũpitis disciplinam, morésque generis humani peruertitis. Quid inueneris? Dic quamobrem. Quid fecimus? Dando, inquit, hominibus pœnitentię locum, promittendo impunitatem omnium delictorũ: ideo homines mala faciunt securi, quòd eis cùm cõuersi fuerint, omnia dimittũtur. Hinc ergo opprobrium, quoniã cinerem sicut panem manducaui, & potum meũ cum fletu miscebam. O qui insultas, inuito te ad istum panẽ! Non enim audes te dicere non esse peccatorem. Discute cõscientiam tuam, ascende tribunal mentis tuæ, noli tibi parcere, examina te, loquatur tibi medulla cordis, vide vtrũ audeas innocentiam profiteri. Hic planè si se respexerit, cõturbabitur: si se non palpauerit, cõfitebitur. Et quid agis miser, si nõ erit portus impunitatis? Si sola fuit peccandi licentia, & nulla peccatorum est indulgentia, vbi eris? Quò ibis? Certè & pro te factũ est, vt pauper iste cinerẽ sicut panem manducaret, & potũ suum cum fletu misceret. Non te iam delectat tale cõniuium? Sed tamen, inquit, augẽt homines peccata spe veniæ: imò augerẽt peccata desperatione venię. Nónne attendis quàm licentiosa crudelitate viuant gladiatores? Vnde hoc, nisi iam tanquã ad ferrum, & victimã destinati, explere volunt libidinem antequam fundant sanguinẽ? Nónne hoc & tu tibi diceres, Iam peccator sum, iã iniquus, iam damnandus, nulla veniæ spes est. Cur iam non faciam quicquid libet, etsi non licet? Cur non impleã quantum possum quæcunque desidero, si post hæc non restant nisi sola tormẽta? Nónne hoc tibi diceres', & desperatione ipsa peior fieres? Potius ergo te corrigit, qui indulgentiã promittit, & dicit, Redite præuaricatores ad cor. Nolo mortem impij, tantum vt reuertatur & viuat. Hoc proculdubio portu proposito, deponis vela iniquitatis, conuertis prorã, velificas ad iustitiam: & sperans vitã, non negligis medicinam. Nec in hoc tibi displiceat Deus, tanquã per istam indulgentiæ promissionẽ securos fecerit peccatores. Et enim ne desperatione homines peius viuerent, promisit indulgentię portũ. Rursus ne de spe veniæ peius viuerẽt, fecit diẽ mortis incertũ: prouidẽtissimè vtrunq; constituens, & reuertẽtes quò recipiantur, & differẽtes vnde terreãtur. Manduca cinerẽ velut panẽ, & potum tuum cum fletu misce: per hoc conuiuiũ venies ad mẽsam Dei. Noli desperare, promissa est indulgentia tibi. Deo gratias, inquit, quia promissa est, teneo promissũ Dei. Ergo iã bene viue. Cras, inquis, bene viuã. Indulgentiam tibi Deus promisit, crastinum diem tibi nemo promisit. Si malè vixisti, bene viue iã hodie. Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua. Non dico quæ præparasti, cuius erunt: sed secundum quod vixisti, vbi eris? Corrige ergo te vt possis in corpore Christi habere vocem istã, quam, nisi fallor, libenter agnoscis: Quoniã cinerem sicut panẽ manducaui, & potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ, & indignationis tuæ, quoniã leuasti, elisisti me.) Ipsa est illa ira tua Domine in Adam, ira cum qua omnes nati sumus, cui nascendo cohęsimus, ira de propagine iniquitatis, ira de massa peccati: secundum quã dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquãdo natura filij iræ, sicut & cæteri. & vnde dicit Dominus, Ira Dei manet super eum, quia non credidit in vnigenitum filiũ Dei. Non enim ait, Ira Dei veniet super eũ: sed, manet super eũ: quia non tollitur in qua natus est. Quare ergo? Et quid sibi vult vox ista, quoniam leuasti, elisisti me? Non enim ait, Quoniã leuasti, & elisisti me: sed quoniam leuasti, elisisti me. Ideo elisisti, quia leuasti. Vnde hoc? Homo in honore positus, factus est ad imaginẽ Dei. Leuatus in hũc honorẽ, erectus à puluere, erectus à terra, accepit animã rationalem, præpositus est rationis ipsius viuacitate omnibus bestiis, pecoribus, volatilibus, piscibus. Quid enim horum habet intelligentiæ rationem? Quia nullũ horũ factum est ad imaginem Dei. Quomodo nullum horũ habet hunc honorem, sic nullum horum habet hãc miseriã. Quod enim pecus plangit de peccato? Quæ auis timet gehennam ignis æterni: Quia nulla ei participatio beatæ vitę, nulli stimuli miseriarum. Homo autem quia factus est, qui sit in beata vita, si bene vixerit, ideo erit in misera vita, quia malè vixit. Ergo quia leuasti, elisisti me: ideo sequitur me pœna, quia dedisti mihi liberum arbitriũ. Si enim mihi non dedisses liberum arbitriũ, & per hãc rationem pecoribus me non faceres meliorem, nõ me sequeretur damnatio iusta peccantem: ergo per arbitrium liberum leuasti me, & per iustitiæ iudicium elisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt.) Potuerũt enim esse dies tui non declinantes, si tu à die vero non declinasses. Declinasti, & accepisti dies declinantes. Quid mirum, si dies tui facti sunt similes tui? Ipsi sunt enim dies declinãtes, quia deuiasti, qui sunt dies fumi, quia tumuisti. Suprà enim dixerat, Defecerunt sicut fumus dies mei: & nũc dicit, Dies mei sicut vmbra declinauerunt. In hac vmbra agnoscendus est dies, in hac vmbra videda est lux, ne postea sera, & infructuosa pœnitentia dicatur: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra. Modò dic, Transibunt omnia tãquam vmbra, & tu non transeas tanquam vmbra. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Et ego velut fœnum arui.) Quia & suprà dixerat, Percussum est sicut fœnũ, & aruit cor meum: sed reuirescet fœnum irrigatũ sanguine Saluatoris. Ergo sicut fœnũ arui ego homo post illam præuaricationem, hoc ego iusto iudicio tuo. Tu autem quid? Tu verò Domine in æternum permanes.) Mei dies sicut vmbra declinauerunt, & tu in æternum permanes. Temporalẽ saluet æternus. Non enim quia ego cecidi, & tu senuisti: nam viges ad me liberandum, qui viguisti ad me humiliandum. Tu verò Domine in æternum permanes. Et memoriale tuum in generationem & generationem.) Memoriale tuũ, quia non obliuisceris in generationem: nõ vnam, sed generationem & generationem. Promissionem quippe habemus vitæ præsentis & futuræ. Tu exurgens misereberis Sion, quoniã venit tẽpus, vt miserearis eius.) Quod tempus? Cùm autem venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suum factum ex muliere, factum sub lege. Et vbi Sion? Vt eos qui sub lege erant redimeret. Primitùs enim Iudęi, inde autem apostoli, inde illi plus quàm quingenti fratres, inde illa deinceps multitudo, cui erat anima vna, & cor vnum in Deum. Ergo tu exurgẽs misereberis Sion, quoniã venit tempus, vt misereris eius, quoniam venit tempus. Quod tempus? Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quis hoc dicit? Seruus Dei Paulus ædificator, qui dicebat, Dei ædificium estis: qui dicebat, Sicut sapiens architectus fundamentum posui: &, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ergo & hic quid dicit? Quoniam beneplacitum habuerunt serui tui in lapides eius.) In lapides cuius? In lapides Sion. Sed sunt ibi, & non lapides. Cuius non lapides? Ergo quid sequitur? Et pulueris eius miserebuntur.) Agnoscimus lapides in Sion, agnoscamus puluerem in Sion. Non enim dicit, lapidũ eius miserebuntur: sed quid ait, Quoniam beneplacitum habuerunt

Esa. 46. c
Ezech. 18. g & 33. c.
Luc. 12. c
Ephe. 2. a
Ioan. 3. d
Genes. 1. d
Sap. 5. b
2. Tim. 4. d
Gal. 4. a
Act. 4. a
2. Cor. 6. a
1. Cor. 3. b

runt serui tui in lapides eius, & pulueris eius miserebũtur. Beneplacitum habuerunt in lapides eius, pulueris autẽ miserebuntur. Intelligo lapides Sion omnes prophetas: ibi premissa est vox predicationis, inde assumptum est Euangelicum officium, per illud præconium cognitus est Christus. Ergo serui tui beneplacitum habuerunt in lapides Sion. Sed illi præuaricatores recedentes à Domino, malísq; factis suis offendentes creatorem, in terram vnde sumpti sunt, redierunt. Puluis facti sunt, impij facti sunt: de quibus dicitur, Non sic impij non sic, sed tanquã puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Sed expecta Domine, sustine Domine. patiens esto Domine, non irruat ventus, & auferat hũc puluerem à facie terræ. Veniant veniãt serui tui agnoscant in lapidibus eloquia tua, misereãtur pulueris Siõ, formetur homo ad imaginem tuã: dicat puluis ne pereat. Memento quia puluis sumus. Et pulueris eius miserebuntur. Hoc de Sion, Nunquid non erat puluis qui Dominum crucifixit? Quod peius est, puluis de parietinis ruinarum. Puluis erat prorsus: veruntamen nõ frustra de puluere dictũ erat, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. De illo puluere venit paries tot milium credentiũ, & pretia rerum suarum ad pedes apostolorum ponentium. Ergo extitit de illo puluere humanitas, & formata, & formosa. Quis enim de gẽtibus sic? Quàm paucos miramur hoc fecisse ad illorum tot milia? Subitò primò tria milia, postea quinque milia; omnes in vnitate viuentes, omnes venditarum rerum suarum pretia ad pedes apostolorum ponentes, vt distribueretur vnicuique prout cuique opus erat, quibus erat anima vna & cor vnũ in Deum. Quis hoc fecit etiã de isto puluere, nisi qui & ipsum Adam fecit ex puluere? Hoc ergo de Sion, sed nõ tantùm in Sion. Quid igitur sequitur? Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.) Iam quoniam misertus est Sion, iam quoniam serui tui beneplacitum habuerunt in lapides eius cognoscendo fundamentũ apostolorum & prophetarum, iam quoniam miserti sunt pulueris eius, vt formaretur, vel potius reformaretur homo viuus ex puluere, hinc prædicatio creuit in gentibus. Timeant nomen tuum gentes, & omnes reges terræ gloriam tuã Veniat & alius paries de gẽtibus, agnoscatur lapis angularis: ibi hæreant duo de diuerso venientes, sed iam non aduersa sentientes. Quoniam ædificabit Dominus Sion.) Hoc agitur nunc. Eia lapides viui in structuram currite, non in ruinam. Ædificatur Sion, cauete parietinas: ædificatur turris, cauete diluuiũ: ædificatur arca, obseruate diluuium. Hoc agitur nunc, quoniã ædificauit Dominus Sion. Sed ædificata Sion, nũc quid fiet? Et videbitur, inquit, in gloria sua.) Vt ædificaret Sion, & vt esset fundamentum in Sion, visus est à Sion, sed non in gloria sua. Vidimus eum, & non habebat speciẽ neque decorem. At verò cùm venerit iudicare cum angelis suis, quando congregabuntur ante eum omnes gentes, quando oues ad dexterã, hædi ad sinistram separabuntur, nónne tunc videbunt in quem pupugerunt? Et confundentur serò, qui prima pœnitentia & salubri confundi noluerunt. Ædificabit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua, qui in illa primò visus est in infirmitate sua. Et respexit in orationem humiliũ, & non despexit deprecationem eorum.) In ædificatione Sion hoc agitur modò, ædificantes Sion orant & gemunt. ille vnus pauper, quot pauperes multi, quia milia in tot gentibus: vnus, quia vnitas pacis ecclesiæ. Ipse vnus, ipse multi. Vnus propter charitatem, multi propter latitudinem. Ergo nunc oratur, nunc curritur. Nunc si quis aliquid aliter erat, & aliter se habebat, manducet cinerem sicut panem, & potum suum cum fletu cõmisceat. Nunc tempus est cùm ædificatur Sion, nunc intrant lapides in structuram. Perfecto ædificio & dedicata domo quid curris serò quæsiturus, inaniter petiturus, frustra pulsaturus, foris remãsurus cum quinque virginibus fatuis? Nunc ergo curre. Respexit enim in orationem humilium, & non despexit precem eorum. Scribantur hæc in generationẽ alteram.) Quando scribebantur hæc, nõ ita proderant eis inter quos scribebantur. Scribebantur enĩ ad prophetandum nouum Testamentum, inter homines qui viuebant ex veteri Testamento. Sed & illud vetus Testamentum Deus dederat, & in illa terra promissionis populum suum collocauerat. Sed quoniam memoriale tuum in generationem & generationem, non iniquorum est, sed iustorum. In vna generatione pertinet ad vetus Testamẽtum: in alia autem generatione pertinet ad nouum Testamentum. Et quia hoc quod prophetatum est, nouum Testamentum prænunciat: Scribantur hæc, inquit, in generationem alteram, & populus qui creabitur, laudabit Dominum. Non populus qui creatus est, sed populus qui creabitur. Quid euidẽtius fratres mei, quàm hic prædicta est illa creatura, de qua dicit Apostolus, Si qua igitur in Christo noua creatura: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, omnia autem ex Deo? Quid est, omnia autem ex Deo? Et vetera & noua, quia memoriale tuum in generationem & generationem. Et populus qui creabitur, laudabit Dominum. Quoniam prospexit ex alto sancto suo.) Prospexit ex alto, vt veniret ad humiles: & ex alto factus est humilis, vt exaltaret humiles.

Psal. 1.
Genes. 1. d
Luc. 23. c
Act. 2. & 4. g
Genes. 2. d
Ephes. 2. d
Esa. 53. a
Matth. 25. c
Zachar. 12. c
Matth. 11. c
2. Cor. 8. b
Psal. 78.
Eccl. 1. b
Matth. 10. d

Concio secunda, de secunda parte Psalmi.

HESTERNO die audiuimus cuiusdã pauperis gemitum in oratione, cúmque esse cognouimus, qui propter nos pauper factus est, cùm diues esset, vt illius paupertate nos ditaremur, eique membra cohærentia & per suum caput loquentia vidimus. Vidimus enim ibi & nosipsos, si tamẽ per eius gratiam aliquid & nos. Finita autem iam erant verba gemituum, & cœperant consolationum. Sed ea finiri hesterno die tractando minimè potuerunt, in iis quæ restant, audiamus hodie non iam gementem pauperem, sed gaudentem. Ideo gaudentem, quia sperantem: ideo sperantem, quia non de se præsumentem. Prænunciauit felicitatem rerum humanarum in scripturis Dei: & adiecit, Scribantur hæc in generationem alteram, & populus qui creabitur, laudabit Dominum: quoniam prospexit ex alto sancto suo. Hucusque sermo hesternus perductus est, videte quæ sequantur: Dominus de cælo in terrã prospexit, Vt audiret gemitũ compeditorũ, vt soluat filios mortificatorũ.) Inuenimus in alio psalmo dictum, Intret in cõspectum tuum gemitus compeditorum: & in eo loco dictum, vbi vox martyrũ intelligebatur. Vnde martyres cõpediti? Nónne catenati potius quàm cõpediti? Ductos enim sanctos Dei martyres post iudices, per prouincias circumeuntes in catenas nouimus missos, in compedes autem non nouimus. Agnoscuntur & compedes disciplinę Dei & timoris eius: de quo dictum est, Initium sapientiæ timor Domini. Per hunc enim timorẽ non timuerunt serui Dei eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: quia cum timebant qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Nisi enim compedibus timoris huius ligati essent martyres, quando illa omnia dura & molesta sustinerent à persecutoribus suis, cùm eis liberum fuerit facere quod cogebantur, & euadere quod patiebantur? Sed alligauerat eos Dominus istis compedibus duris quidem & molestis ad tempus: sed tolerandis propter promissa eius, cui di-

Psal. 16. citur, Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Gemendum quidem est in his compedibus ad impetrandam misericordiam Dei: vnde vox martyrum est in alio Psalmo, Intret in conspectum tuum gemitus compeditorum: non tamen cuitandæ sunt tales cõpedes vt appetatur perniciosa libertas, & temporalis vitæ breuisque dulcedo, quã sequatur amaritudo perpetua. proinde scriptura, ne recusemus esse cõpediti sapientiæ, sic nos alloquitur: Audi fili, & excipe sententiam meã, & ne abiicias consiliũ meum, & infer pedem tuum in compedes illius, & in torquẽ eius collum tuum. Subiice humerum tuum & porta illã, & ne oderis vincula eius. In omni anima tua accede ad illam, & in omni virtute tua serua vias eiº. Inuestiga & inquire, & innotescet tibi, & continẽs factus ne derelinquas eã. In nouissimis enim inuenies requiẽ eius, & cõuertetur tibi in lætitiam, & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolã gloriæ. Decus enim aureum est in illa, & vincula illius fila hyacinthina: stolã gloriæ indues eam, & coronam exultationis superpones tibi. Clament ergo compediti quãdiu sunt in vinculis disciplinæ Dei, in qua sunt exercitati martyres: soluentur cõpedes, & volabunt, & eadẽ ipsa in ornamentum postea conuertentur. Factum est hoc de martyribus. Quid enim persecutores occidendo fecerũt, nisi vt compedes soluerentur, & in coronas cõuerterẽtur? De cęlo ergo prospexit Dominus vt audiret gemitum compeditorũ, vt soluat filios mortificatorum. Mortificantur illi. Filij autẽ mortificatorũ qui, psal. 115. nisi nos? Quomodo autẽ soluimur nos, nisi cũ dicimus ci, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis? Soluitur autẽ vnusquisq; à vinculis cupiditatũ malarũ, vel à nodis peccatorũ suorum. Remissio peccatorum, solutio est. Quid enim prodesset Lazaro, quia processit Ioan. 11. f de monumento, nisi diceretur, Soluite eũ & sinite abire? Ipse quidem voce de sepulchro suscitauit, ipse clamãdo animã reddidit, ipse terrenã molem terreno sepulchro impositam vicit, & processit ille vinctus. Non ergo pedibus propriis, sed virtute producentis: fit hoc in corde pœnitentis. Cùm audis hominem pœnitere peccatorum suorum, iam reuixit: cùm audis hominem confitendo proferre conscientiam, iam de sepulchro eductus est, sed nondũ solutus est. Quando soluitur? A Matth. 16. c quibus soluitur? Quæ solueritis, inquit, in terra, erũt soluta & in cælo. Meritò per Ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem ipse mortuus non nisi intus clamante Domino potest. Hæc enim Deus interius agit. Loquimur ad aures vestras, vnde scimus quid agatur in cordibus vestris? Quod autem intus agitur, non à nobis, sed ab illo agitur. Prospexit ergo vt soluat filios mortificatorũ. Quorum mortificatorũ audistis, quos filios audistis. Quid deinde? Quare hoc agitur? Ausculta: Vt annuncietur in Sion nomẽ Domini.) Primò enim premebatur Ecclesia, quando mortificabantur cõpediti: post illas pressuras annunciabatur in Sion nomen Domini, cum magna libertate in ipsa Ecclesia. Ipsa enĩ Sion, nõ ille vnus locus primò superbus, postea captiuatus, sed Sion cuius vmbra erat illa Sion, quæ interpretatur speculatio: propterea quia in carne positi videmus in priora, extendentes nos non ad præsens quod est, sed ad id quod futurum est. Ideo speculatio. Omnis enim speculator lõgè prospicit. Specula dicitur, vbi ponũtur custodes. Fiũt istæ speculæ in saxis, in montibus, in arboribus, ad hoc vt de loco eminẽtiore longè videatur. Sion ergo speculatio, Ecclesia speculatio. Psal. 72. Vnde speculatio? Longè videre, hoc est speculatio. Labor est enim ante me donec introẽã in sanctuarium Dei, & intelligã in nouissima. Qualis speculatio, intelligere in nouissima? Transire mare videndo, non nauigando, & habitare in extremis maris, id est, ibi ponere spem, in eo quod erit finito seculo. Ergo si Ecclesia speculatio, ibi iam annunciatur nomen Domini. Non solũ nomen Domini in hac Sion annũciatur, sed & laus eius, inquit, in Hierusalem. Et quomodo annũciatur? Audi: In conueniendo populos in vnum, & regna, vt seruiant Domino.) Vnde hoc factum, nisi sanguine mortificatorũ? Vnde hoc factum, nisi gemitibus compeditorum? Exauditi ergo sunt qui erãt in pressura & humilitate; vt esset nostris temporibus Ecclesia in tanta gloria quam videmus; vt iã regna quæ persequebantur, ipsa seruiant Domino. Respondit ei in via fortitudinis suæ.) Cui respõdit, nisi Domino? Quis respõdit, suprà videamus: Et laus eius, inquit, in Hierusalem; In conueniendo populos in vnũ, & regna vt seruiant Domino. Respondit ei in via fortitudinis suæ. Quæ illi B respõdit, aut quis ei respondit, in via fortitudinis suæ? Quęramus ergo primò quis respondit, & sic quęramus quæ sit via fortitudinis eius. Superiora verba indicant respondisse ei, aut laudem eius, aut Hierusalem: suprà enim dixerat, Et laus eius in Hierusalem, In conueniẽdo populos in vnum, & regna, vt seruiãt Domino. Respondit ei, nõ possumus dicere regna, quia responderunt, dixisset. Respondit ei, nõ possumus dicere populi, quia & hic responderunt, dixisset. Quia ergo respondit ei, singularẽ numerum quærimus superiùs, & nõ inuenimus, nisi aut laudẽ eius, aut Hierusalem. Et quia hoc ambiguum est, vtrum laus eius an Hierusalem, secundum vtrũque tractemus. Quomodo ei respondet laus C eius? Quando ei gratias agunt vocati ab illo. Ille enim vocat, nos respondemus: non voce, sed fide; nõ lingua, sed vita. Si enim vocat te Deus, & præcipit vt bene viuas, & tu malè viuis, vocationi eius nõ respondes, nec laus eius respõdet ei de te: quia sic viuis vt ille non laudetur, sed potius blasphemetur per te. Cùm autem sic viuimus vt per nos laudetur Deus, respõdet ei laus eius de vocatis & sanctis eius: respõdet ei Hierusalem. Vocata est enim & Hierusalem. Et prima Hierusalem noluit audire, & dictum est ei, Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta. Hierusalem, Hierusalem, luget, clamat, & non respondetur, quotiens volui congregare filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti: non respõdetur. Pluitur desuper, & pro fructu spinæ proferuntur. At verò illa Hierusalem, de qua dictũ est, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniã multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum, respondit ei. Quid est, respondit ei? Non contempsit vocantẽ. Quid est, respondit ei? Ille pluit, illa fructum dedit. Respõdit ei, sed vbi? In via fortitudinis suæ. Nunquid in se? Nam quid esset in se, aut quam vocem haberet in se, de se, nisi solam vocem peccati, vocem iniquitatis? Excute vocem ipsius, quid inuenis nisi tumultum? Ego dixi, Domine D Psal. 40. miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Porrò si iustificata est, respondit ei, non ex meritis suis, sed ex manibus ipsius. Vbi? In via fortitudinis suæ. Christus est, ipse est. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Ioan. 14. a Sed ante resurrectionẽ non agnoscebatur à populo suo: & maximè crucifixus ex infirmitate latuit quis 2. Cor. 13. b esset, donec fortis resurgendo appareret. Non ei ergo respondit Ecclesia in via infirmitatis, sed in via fortitudinis suæ: quia post resurrectionem vocauit Ecclesiam de toto orbe terrarum, iam non infirmus in cruce, sed fortis in cælo. Non enim laus fidei Christianorum est, quia credunt mortuum Christũ; sed quia credunt resurrexisse Christum. Nam mortuũ & Paganus credit: & hoc tibi pro crimine obiicit, quia in mortuũ 3. sen. dist. 24. Si vero. cre-

credidisti. Quæ igitur laus tua? Credere resurrexisse Christum, & sperare te resurrecturum esse per Chri- A Rom. 10. b stũ: hæc est laus fidei. Si enim credideris in corde tuo, quia Dominus est Christus Iesus, & confessus fueris ore tuo, quia Deus suscitauit eũ à mortuis, saluus eris. Non ait, Si confessus fueris, quia Deus eũ tradidit occidendũ: sed quia eum Deus suscitauit à mortuis, si cõ- Ibidem. fessus fueris, tunc saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Quare autẽ credimus & mortuum? Quia credere eum resurrexisse nõ possumus, nisi prius mortuũ fuisse credamus. Quis enim resurgit, nisi mortuus fuerit? Quis expergiscitur, Psal. 40. nisi prius dormierit? Sed nunquid qui dormit nõ adiiciet vt resurgat? Hęc fides est Christianorum. In hac ergo fide in qua cõgregata est Ecclesia, multi illi filij Esa. 54. a desertæ magis quàm eius quæ habet virum: respondit ei, Gal. 4. d Dixit ei laudẽ secundum eius præcepta in via fortitudinis eius, non in via infirmitatis eius. Quomodo ei responderit, iam supra audistis: In conueniendo populos B in vnũ, & regna, vt seruiant Domino. In hoc ei ergo respondit in vnitate: qui autem non est in vnitate, non ei respondet. Ille enim vnus est, Ecclesia vnitas. Non respondet vni, nisi vnitas. Sed existunt qui dicant: Iã hoc factũ est, respõdit ei in omnibus gentibus Ecclesia, pariens filios plures quàm illa quæ habebat virũ. Respõdit ei in via fortitudinis suæ: credidit enim Christum resurrexisse, crediderunt in eum omnes gentes: sed illa Ecclesia quæ fuit omnium gentiũ, iam non est, periit. Hoc dicunt qui in illa non sunt. O impudentem vocẽ! Illa non est, quia tu in illa non es? Vide ne tu ideo non sis: nam illa erit, & si tu non sis. Hanc vocẽ abominabilẽ & detestabilẽ, præsumptionis & falsitatis plenã, nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatã, nullo sale conditam, vanam, temerariã, præcipitẽ, perniciosam, præuidit spiritus Dei, & tanquã contra illos cùm annunciaret vnitatẽ: In conueniendo populos in vnũ, C & regnat vt seruiant Domino. Cúmq; subdidisset, respondit ei vtiq; laus eius, vtique Hierusalẽ mater nostra de peregrinatione reuocanda, fœtosa cum multis filiis, magis quàm ea quæ habebat virum. Quoniã quidam dicturi erant contra, fuit, & nõ est. Exiguitatẽ, inquit, dierũ meorum annuncia mihi.) Quid est quod nescio qui recedentes à me murmurant contra me? Quid est quòd perditi me perisse contendunt? Certè enĩ hoc dicũt, quia fui, & non sum: annuncia mihi exiguitatem dierũ meorũ. Nõ à te quæro illos dies æternos: illi sine fine sunt, vbi ero, non ipsos quęro: tẽporales quęro, tẽporales dies mihi annuncia. Exiguitatẽ dierũ meorũ, non æternitatẽ dierum meorũ annũcia mihi. Quãdiu eroin isto seculo, annũcia mihi, propter illos qui dicũt, fuit, & iam non est: propter illos qui dicunt, impletæ sunt scripturæ, crediderunt omnes gentes, sed apostatauit & periit Ecclesia de omnibus gentibus. Quid est D hoc, exiguitatem dierum meorũ annũcia mihi? Et annunciauit, nec † vacua fuit vox ista. Quis annunciauit al. tacuit. Mat. 28. d mihi nisi ipsa via? Quomodo annũciauit? Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi. Sed hic existunt, & dicunt, Vobiscũ sum, inquit, vsque ad consummationẽ seculi; quia nos prẽuidebat, quia pars Donati erat in terra. Nunquid ipsa est, quæ dixit, Exiguitatem dierum meorũ annuncia mihi, ac non illa potius quæ superius loquebatur, In conueniendo populos in vnũ, & regna vt seruiãt Domino? Vnde nobis cor dolet? Quia & Imperatores cõtra hæreticos leges proponunt: ibi impletum est, Et regna vt seruiant Domino. Non enim vos filij estis illorum mortificatorum, quorum vox compeditorum exaudita est à Domino. Absit. Non hoc indicant facta vestra, non hoc indicat superbia vestra, nõ hoc indicat vanitas vestra. Non sapi- Matt. 5. b tis, & foris estis. Sal infatuatum estis, ideo & ab hominibus conculcamini. Audite quid dicat Ecclesia. Quæ Ecclesia? Quæ congregauit populos in vnum. Quę Ecclesia? Quæ congregauit regna vt seruiant Domino. Mota vocibus vestris & falsis opinionibus vestris, quęrit à Deo vt exiguitatẽ dierum suorum annũciet sibi, & inuenit Dominum dixisse, Ecce ego vobiscum sum Matth. 28. d vsque in cõsummationẽ seculi. Hic vos dicitis: De nobis dixit, nos sumus, nos erimus vsque in cõsummationem seculi. Interrogẽtur ipse Christus, cui dictum est, Exiguitatẽ dierum meorũ annuncia mihi. Et prædica- Matt. 24. b bitur, inquit, hoc Euangelio in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quid est quod dicebas, hoc certè fuit & periit? Dominũ audi annunciantẽ exiguitatem dierum meorũ. Prædicabitur, inquit, hoc Euangelium. Vbi? In toto orbe terrarũ. Quibus? In testimonium omnibus gẽtibus. Quid postea? Et tũc veniet finis. Non vides adhuc esse gentes, in quibus nondũ est prædicatum Euãgelium? Cùm ergo necesse sit impleri quod Dominus dixit, exiguitatem dierũ meorũ annunciabis Ecclesiæ, vt prædicetur hoc Euangelium in omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quid est quòd dicis iã perisse Ecclesiam de omnibus gentibus, quãdo ad hoc prędicatur Euangeliũ, vt possit esse in omnibus gẽtibus? Ergo vsque in finem seculi Ecclesia in omnibus gẽtibus, & ipsa est exiguitas dierũ; quia exiguum est omne quod finitur, vt iam in æternitatẽ ab ista exiguitate transeatur. Pereant hæretici, pereant quod sunt, & inueniantur vt sint quod non sunt. Exiguitas dierũ vsque in finẽ seculi erit. Exiguitas dierum ideo, quia totũ hoc tempus, non dico ab hoc hodierno die vsque in finem seculi, sed ab Adam vsque in finem seculi, exigua gutta est cõparata æternitati. Non ergo blãdiantur sibi cõtra me hæretici, quia dixi, Exi- C guitatem dierum meorum, quasi non permansurã vsque in finẽ seculi. Quid enim addidit? Ne reuoces me in dimidium dierũ meorũ.) Noli, quomodo hæretici loquuntur, sic mecũ agere. Vsque in finem seculi me perduc, nõ in dimidium dierum meorum: & perfice mihi dies exiguos, vt dones mihi postea dies æternos. Quare ergo de exiguitate dierum requisisti? Quare? Vis audire? In generatione generationũ anni tui.) Ideo ergo de diebus exiguis quæsiui, quia licet vsque in finem seculi durent mecum isti dies, exigui sunt in cõparatione dierum tuorũ: anni enim tui in generatione generationum. Quare non ait, anni tui in secula seculorum? sic enĩ magis solet æternitas significari in sanctis scripturis; sed ait, In generatione generationum anni tui. Sed qui anni tui? Qui, nisi qui non venient vt transeãt? Qui, nisi qui non ideo veniunt vt nõ sint? Omnis enim dies in hoc tempore ideo venit, vt non sit, omnis hora, omnis mẽsis, omnis annus: nihil horũ stat: tantequã veniat, non erit: cùm venerit, nõ erit. Illi ergo anni tui æterni: anni tui qui non mutãtur, in generatione generationũ erunt. Est quædam generatio generationũ, in illa erũt 1. sent. dist. 19. patet ergo. anni tui. Quæ est ista? Est quædam, & si bene agnoscamus, in illa erimus, & anni Dei in nobis erunt. Quo- 1. Cor. 13. d modo in nobis erunt? Quomodo ipse Deus in nobis erit: vnde dictum est, Vt sit Deus omnia in omnibus. Non enim aliud anni Dei, & aliud ipse Deus, sed anni Dei æternitas Dei est. Æternitas ipsa Dei substantia est, quæ nihil habet mutabile. Ibi nihil est præteritũ, quasi iam non sit: nihil est futurum, quasi nondum sit. Sed non est ibi nisi est, non est ibi fuit & erit; quia & quod fuit, iam non est, & quod erit, nondum est: sed quicquid ibi est, non nisi est. Meritò sic misit Deus famulum suum Moysen. Quæsiuit enim nomen mitten-

tis se, requisiuit & audiuit, nec desertum est desideriũ
concupiscentię bonæ. Quæsiuit autẽ non quasi curio- A
sitate præsumẽdi, sed necessitate ministrãdi. Quid; in-
quit, dicam filiis Israël, si dixerint mihi, quis te misit ad
nos? Et ille indicãs se creaturæ creatorẽ, Deũ homini;
immortalẽ mortali, æternum temporali: Ego, inquit,
Exod. 3.d sum qui sum. Tu diceres, ego sum. Quis? Caius, ali' Lu-
cius, alius Marcus. Aliud ne diceres, nisi nomen tuum
diceres? Hoc expectabatur de Deo. Hoc enĩ erat quæ-
situm. Quid vocaris? A quo me missum esse respõdebo
quærentibus? Ego sum. Quis? Qui sum. hoc est nomen
tuum, hoc est totum quod vocaris? Non esset tibi no-
men ipsum esse, nisi quicquid est aliud tibi comparatũ,
inueniretur non esse verè. Hoc est nomen tuum? expri-
me hoc idẽ melius. Vade, inquit, & dic filiis Israël, Qui
est misit me ad vos: Ego sum qui sum, qui est misit me
ad vos. Magnũ ecce est, magnũ est. Ad hoc homo quid
est? Ad illud tã magnũ est, homo quid est quicquid est? B
Quis apprehendat illud esse? Quis eius particeps fiat?
Quis anhelet? quis aspiret? Quis ibi se esse posse præsu-
mat? Noli desperare humana fragilitas. Ego sum, in-
quit, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Au-
disti quid sim apud me, audi & quid sim ꝓpter te. Hæc
igitur æternitas vocauit nos, & erupit ex æternitate
verbũ. Iam æternitas, iam verbum, & nondũ tempus.
Quare nondũ tempus? quia factum est & tẽpus. quo-
Ioan. 1.a mõdo factum est & tẽpus? Omnia per ipsum facta sunt,
& sine ipso factũ est nihil. O verbum ante tempora, per
quod facta sunt tẽpora! natum est in tempore, cùm sit
vita æterna, vocans temporales, faciens æternos. Hæc
Eccles. 1.a generatio generationũ: generatio enim vadit, & gene-
ratio venit. Et videtis generationes hominũ sic esse in
terra, tanquam in arbore folia, sed in arbore oliuæ, vel
lauri vel cuiuscunque alterius quæ toto tẽpore fronde
vestita est: sic tanquam folia genus humanũ terra por-
tat. Plena est hominibus, sed cum aliis moriẽtibus alij
nascendo succedunt: semper enim arbor illa veste vi-
ridi ornata est. Sed subter attende quàm multa calces
arida folia. Ergo fuit generatio sub Adam, trãsiit. Nati
sunt inde quidã futuri participes æternitatis Dei etiam
illo tempore: inde enim Abel, inde Seth, inde Enoch.
Genes. 6.a Transiit illa generatio, venit diluuiũ, remansit vna do-
mus. Et illa generatio dedit aliquos, ipsum Noë, & tres
filios eius, & tres nurus eius: in tota enĩ domo ista octo-
Genes. 9.d naria solus vnus peccator inuẽtus est. Accessit nume-
rus superiori generationi. Deinde de tribus filiis Noë,
tanquam de tribus mensuris farinæ impletus est orbis.
Electus est Abrahã, Isaac, & Iacob, sancti viri patriar-
chæ placuerunt Deo. Dedit & illa generatio sequentes
ctiã generationes, dederunt prophetas, dederunt præ-
cones Dei. Venit etiam postea & ipse Dominus noster
Matth. 13.c Iesus Christus, misit fermentũ in tres mensuras farinæ,
quousque fermentaretur totum. Temporibus in terra
carnis illius fuerũt apostoli, fuerũt sanẽti, post illos alij
sanẽti: & nunc in nomine Christi quicunque sunt san-
ẽti, & post nos quicunque erunt, & vsque in finẽ seculi
quicunque sanẽti. De tot generationibus colliges oẽs
sanẽtas proles omniũ generationũ, & facies in de vnam
generationẽ. In ista generatione generationũ anni tui;
id est, æternitas illa in illa generatione erit, quę de om-
nibus generationibus colligitur, & in vnam redigitur,
ipsa particeps erit æternitatis tuę. Cętęrę generationes
implendis tẽporibus generãtur, ex quibus illa in æter-
nũ regeneratur, mutata viuificabitur, erit idonea por-
Hebr. 1.c tare te, vires accipiẽs à te. In generatione generationũ
anni tui. In principio terrã tu fundasti Domine.) Noui
æternitatẽ tuam, quia præcedis oĩa quæ fecisti. Princi-
pio tu Domine terrã fundasti. Et opera manuam tuarũ
sunt cæli. Ipsi peribũt, tu autẽ permanes, & omnes sicũt
vestimentũ veterascent. Et sicut opertorium mutabis
eos, & mutabũtur, tu verò idẽ ipse es.) Tu qui es? Idem
ipse es. Tu qui dixisti, Ego sum qui sum, idẽ ipse es. Et Exod. 3.d
quãuis etiam ipsa non essent nisi ex te, & per te, & in te,
tamen non quod ipse es: tu verò idẽ ipse es. Et anni tui
nõ deficient.) Illi anni tui nõ deficient, illi anni tui qui
erunt in generatione generationum, nõ deficient. Hęc
ergo sciens, exiguitatem dierum meorum quærerem à
te, nisi scirem omnes dies seculi ab initio vtique in finẽ
exiguos esse in cõparatione æternitatis tuę. Noui ergo
vnde interrogauerim. Non se extollant hæretici, quasi
exigui dies fuerint Ecclesiæ, toto orbe diffusæ: nam &
vsque in finem cùm sint, exigui sunt. Quare exigui sunt?
quoniã quandoque finiẽdi sunt. Anni illi qui erant in
generationẽ generationũ, hi amandi, hi desiderãdi, his
suspirandũ: propter hos in vnitate permanendũ, pro-
pter hos quicquid hęreticorũ mali est deuitandũ, pro-
pter hos perditis respondendum, propter hos lucrãdi
qui errauerant, & reuocandi qui perierant. Illic debet
esse desideriũ. Sed tamen vt verbosis, vt malè garrulis,
vt calũniosis susurrantibus detractoribus respondeã,
ideo mihi annuncia exiguitatem dierum meorũ: & ne
me voces in dimidiũ dierũ meorũ, vt antè me auferas
de terra quàm totus orbis Euangelio repleatur, contra
responsionem Domini mei, dicentis: Oportet prædi- Matt. 24.b
cari Euãgelium hoc in toto orbe terrarum in testimo-
niũ omnibus gentibus, & tũc veniet finis. quid ad hæc
fratres? Plana sunt, manifesta sunt: Deus fundauit ter-
ram, scimus, opera manuum eius sunt cæli. Ne putetis Hebr. 1.c
enim quasi aliud Deũ facere manu, aliud verbo: quod
facit verbo, hoc facit manu: non enĩ distinctus est cor-
poreis membris, qui dixit, Ego sum qui sum. Et fortè Exod. 3.d
verbũ eius est manus eius, certè manus eius est virtus
eius. Quia enim dictum est, Fiat firmamentum, & fa- C
ctum est firmamentum, verbo intelligitur fecisse. quia
verò dixit, Faciamus hominem ad imaginem & simili- Genes. 1.d
tudinem nostram, quasi manu videtur fecisse. Audi er-
go: Opera manuum tuarum sunt cæli. Ecce quod ver-
bo fecit, vtique etiam manibus fecit: quia virtute sua
fecit, quia potestate sua fecit. Attende potius quid fe-
cerit, & noli quærere quomodo fecerit. Multum est
enim te cõprehendere quomodo fecerit, cùm teipsum
sic fecerit, vt prius sis seruus obediẽs, & postea fortasse
amicus intelligens. Ergo opera manuum tuarum sunt
cæli: ipsi peribunt, tu autẽ permanes. Apertè dixit hoc
apostolus Petrus, Cæli erant olim de aqua, & per aquã 1. Pet. 3.b
constituti Dei verbo, per quod qui factus est mundus,
ab aqua inundatus deperiit. Terra autem & cæli qui
nunc sunt, eodem verbo repositi sunt igni reseruandi.
Iam ergo dixit perisse cælos per diluuium: perisse au-
tem nouimus cælos secundum quantitatem & spatia
D aëris huius. Excreuit enim aqua, & totam istam capa-
citatem vbi aues volitant, occupauit, ac sic vtique cæ-
li perierunt propinqui terris: cæli secundum quod di-
cuntur aues cæli. Sunt & cęli cęlorum superiores in fir-
mamento: sed vtrum & ipsi perituri sint igni, an hi
soli cęli qui etiam diluuio perierunt, disceptatio est
aliquanto scrupulosior inter doctos, nec facilè, maxi-
mè in angustia temporis, explicari potest. Dimitta-
mus ergo eam vel differamus, nouerimus tamen peri-
re ista, Deum manere. Et si manent quędam cum
Deo, quę facta sunt à Deo, non manent in se, sed
in Deo, non recedendo à Deo. Quid enim? Dictu-
ri sumus fratres, quòd angeli perituri sunt igne, quod
incendetur mundus? Absit. Sed quid? Dicemus
quòd angelos Deus non fecerit? Absit. Sed quid
dicemus? Et vnde essent, si non ab illo facti essent? Ipse
dixit

Psalm. 32. dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Dictũ
est enim hoc, cùm operũ eius commemoratio fieret, in A
quibus & angeli nominati sunt. Erunt ergo cũ illo an-
geli etiã mundo igne flagrante: & erit incendiũ mundi,
nõ incẽdens sanctos Dei. Quod fuit caminus regis tri-
Daniel. 3.c bus pueris, hoc erit ardens mũdus iustis in trinitate si-
gnatis. Fortè hic cælos etiã non importunè intelligi-
mus ipsos iustos sanctos Dei: in quibus manens Deus
intonuit præceptis, coruscauit miraculis, imbrificauit
Psal. 18. terrã sapiẽtia veritatis. Cæli enim enarrauerunt gloriã
Dei. Sed nunquid etiã ipsi peribunt? An secundũ quẽ-
dam modum peribunt? Secundum quẽ modum? Secũ-
dum vestimentũ. Quid est, secundũ vestimentum? Se-
cundũ corpus. Vestimentũ enim animæ corpus. Do-
Matth. 6.d minus enim vestimẽtũ nominauit, vbi ait, Nõnne ani-
ma plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimen-
1. Cor. 4.d tũ? Quomodo ergo perit vestimentũ? Etsi exterior ho-
mo noster corrũpitur, sed interior renouatur de die in B
diẽ. Ergo ipsi peribũt, sed secundũ corpus: tu autẽ per-
manes. Si ergo secundũ corpus peribũt, vbi resurrectio
mortuorũ? Vbi exẽplum membrorũ quod præcessit in
capite? Vbi? Vis audire? Mutabitur. Non tale erit quale
1. Cor. 15.f fuit. Audi Apostolum dicentẽ: Et mortui resurgent in-
corrupti, & nos immutabimur. Quomodo immutabi-
mur? Seminatur corpus animale, surget corpus spirita-
le. Ergo seminatur mortale, resurget immortale. Ergo
seminatur corruptibile, resurget incorruptibile. Muta-
tionẽ itaque expectamus: ita peribũt cæli, & immuta-
buntur cęli. Sed fortasse sanctorũ corpora nõ rectè di-
cũtur cęli: si nõ portant Deũ, non sunt cęli. Et vnde, in-
quit, mihi probas quia portant Deum? Vsqueadcõ ne
excidit tibi, glorificate & portate Deũ in corpore ve-
1. Cor. 6.d stro? Ergo tales cęli peribũt, sed non in æternũ: peribũt
vt mutẽtur. An non hoc dicit psalmus? Lege sequẽtia:
Hebr. 1.d Et omnes sicut vestimẽtum veterascent, & sicut oper- C
torium mutabis eos, & mutabuntur, tu autẽ idem ipse
es, & anni tui nõ deficient. Vestẽ audis, coopertorium
audis, & aliud quàm corpus intelligis? Speremus ergo
etiam immutationẽ corporum nostrorum, sed tamen
ab illo qui erat & ante nos, & manet post nos: à quo su-
mus quod sumus, ad quẽ venemus cùm fuerimus mu-
tati, mutantem non mutatum, facientem non factum,
mouentem sed manẽtem. Et quomodo intelligi à carne
& sanguine potest, Ego sum qui sum: tu verò idẽ ipse
es, & anni tui non deficient? Sed nos ad illos annos
cum his pãnosis annis quid sumus? Et illi qui sunt? Nec
tamen desperare debemus. Iã enim magnitudine qua-
dã & excellentia sapiẽtiæ dixerat: Ego sum qui sum: &
tamẽ ad nos cõsolandos, Ego sum, inquit, Deus Abra-
Exod. 3.d ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et nos Abrahæ se-
men sumus: & nos quamuis abiecti, quãuis terra & ci-
nis, in illo speramus. Serui sumus, sed propter nos Do-
Philip. 2.a minus noster formã serui accepit: propter nos morta-
les immortalis mori voluit, propter nos hoc exẽplum D
resurrectionis ostendit. Ergo speremus nos vẽturos ad
hos annos stantes, in quibus nõ circuitu solis peragun-
tur dies, sed manet quod est sicuti est, quia hoc solũ ve-
rè est. Nos autẽ vtrum aliquando ibi esse possimus, di-
cit. Audi & vide vtrũ debeas desperare: audi quod se-
quitur, Filij seruorum tuorũ inhabitabunt.) Vbi inha-
bitabunt, nisi in annis non deficientibus? Filij seruorũ
tuorum inhabitabunt: Et semen eorum in seculum se-
culi dirigetur.) In seculum seculi, in seculum æternum,
in seculum manens. Sed filij, inquit, seruorum tuorum.
al. nominati. Metuendum ne nos serui Dei simus, & † filij nostri ibi
futuri sint, non nos? Aut si nos filij simus seruorũ, quia
filij sumus Apostolorum, quid dicturi sumus? Quęnam
tandem audacia tam infelix filiorum subnascentium,
& recẽti successione gloriantiũ, quę audeat dicere, nos
ibi erimus, Apostoli ibi non erunt? Absit hoc à pietate
filiorũ, absit à fide paruulorũ, absit ab intelligẽtia grã-
dium. Ibi erunt & Apostoli. Arietes præcedũt, agni se-
quũtur. Quare ergo filij seruorũ tuorum, & non de cõ-
pendio serui tui? Et Apostoli serui tui, & filij corũ serui
tui: & istorum filij nepotes illorum, quid nisi serui tui?
Omnes compendio includeres, si diceres, serui tui in-
habitabũt. Videamus quid nos voluerit admonere: est
enim quiddã gestũ in priotibus seculis. Per quadragin-
ta annos filij Israël attriti sunt in eremo: nullus eorum
intrauit in terrã promissionis, sed filij eorũ: introierunt
sanè, quia ita recordamur, nisi fallor, duo, cæteri non.
Intrauerunt de tot milibus duo: laboratum est cum eis
tantũ. Sed Deus non laborat, certè laborauerunt serui
ipsius. Quanta pertulit, quanta audiuit Moyses pro ho- Num. 14.b
minibus non intraturis in terrã promissionis? Intrarũt
filij eorum, quid significat? Intrauerunt noui homines,
veteres non intrabunt. Inde tamen intrarũt duo, vnus
& vnitas, tanquam caput & corpus, Christus & Eccle-
sia, cum omni illa nouitate, id est, filiorũ. Ergo filij ser-
uorum tuorum inhabitabunt. Filij seruorum opera ser-
uorũ sunt: nemo ibi habitabit, nisi per opera sua. Quid
igitur est, & filij habitabunt? Nemo glorietur se habita-
turum, si dicit se seruum Dei, & opera non habet: non
enim habitabunt nisi filij. Quid est ergo, filij seruorum
tuorũ inhabitabunt? Serui per opera sua inhabitabũt,
serui per filios suos inhabitabunt. Noli ergo esse steri-
lis, si vis habitare: præmitte fœtus quos sequaris, præ-
mittendo non efferẽdo. Filij tui te deducant ad terram
promissionis, terram viuentium, non morientiũ. Cùm
hic viuis in hac peregrinatione, illi antecedant, susci-
piant te propter refectionẽ carnalem. Filius Ioseph an-
tecessit Iacob in Ægyptum, & ait patri suo & fratribus
suis: Ego præueni præparare vobis escas. Præcedant C
ergo filij tui, præcedant te opera tua: quales filios præ-
miseris, talis & sequeris.

IN PSALMVM CII. ENARRATIO.

IN omni munere Domini Dei nostri, in omni eius
consolatione, in omni correptione, in gratia quam
donare dignatus est, in indulgentia qua nobis non hoc
reddidit quod debebat, in omnibus operibus eius be-
nedicat anima nostra Dominũ. Hoc enim cãtauimus:
inde incipit Psalmus de quo loquemur, donante ipso
q; possumus, quẽ nostra anima benedicat. Vnusquisq;
nostrũm excitet & exhortetur animã suam, & dicat ei:
Benedic anima mea Dominũ.) Et oẽs nos, & qui vbiq;
sunt fratres in Christo, vnus homo, cuius caput in cæ-
lo est. Et hortetur ipse vnus homo animam suam, & di-
cat ei: Benedic anima mea Dominum. Obaudit, ob-
tẽperat, facit hoc, persuadetur ei, non ex donis nostris,
sed ex illius quẽ benedicit anima nostra. Suscepit enĩ
Psalmus iste ostendere nobis quare benedicat anima D
nostra Dominũ, quasi ei respondisset anima sua: Quare
mihi dicis, benedic Dominum. Audiamus ergo, audiat
ipsa anima nostra, consideret omnia quibus excitetur,
ne pigra sit in benedictione Domini, & videat an iustũ
sit quod ei dicitur: Benedic anima mea Dominum: vi- al. aliud.
deat si debet † aliũ benedicere præter Dominũ. Bene-
dic, inquit, anima mea Dominum. Repetit hoc, & ex-
pressius dicit quod dixerat, Benedic anima mea Do-
minũ: Et oĩa interiora mea nomen sanctũ eius.) Puto
quia nõ ad interiora corporis loquitur. Puto cum non
hoc dicere vt pulmo noster & iecur, & si qua sunt into-
stina carnis erũpãt in vocẽ benedictionis Domini. Est
quidẽ pulmo pectoris nostri, quasi follis quidam anhe-
lantis spiritum reciprocum, qui spiritus concepti aëris

in vocē & sonū exprimitur, cùm verba digerimus. Nec
potest vocis aliquid sonare ab ore nostro, nisi quod
pulmo expressus emiserit: sed non hinc agitur, hoc to-
tū ad aures hominum. Habet aures Deus, habet & so-
num cor. Interiora sua alloquitur homo, vt benedicāt
Dominū, & dicēt eis: Omnia interiora mea nomen san-
ctum eius benedicite. Quæris quæ sunt interiora tua?
Ipsa anima tua. Quod ergo ait; Benedic anima mea Do-
minū, hoc ait, omnia interiora mea nomē sanctū eius:
subauditur enim, benedicite. Clamas voce, si est homo
qui audiat: siles voce, quādo nō est qui audiat: interio-
ra tua nunquā deest qui audiat. Itaque sonabat iā dudū
benedictio de ore nostro, & hæc ipsa verba cantaba-
mus, Benedic anima mea Dominū, & omnia interiora
mea nomen sanctū eius. Quantum satis fuit temporis
cantauimus & siluimus. Nūquid interiora tua silere de-
bent à benedictione Domini? Alternent pro tempore
sonos vocū, perpetua sit vox interiorū. Cùm conuenis
ad Ecclesiā hymnum dicere, sonet vox tua laudes Dei:
dixisti quantū potuisti, discessisti, sonet anima tua lau-
des Dei. Negotiū agis, laudet Dominū anima tua. Cùm
3.Cor.10.d cibum capis, vide quod ait Apostolus: Siue mādūcatis
siue bibitis, omnia in gloriā Dei facite. Audeo dicere,
cùm dormis, benedicat anima tua Dominum. Non te
al. dispositio. excitet cogitatio flagitij, nō te excitet † depositio fur-
ti, nō te excitet cōdicta fortè corruptio. Innocētia tua
etiā in dormiente vox est animæ tuæ. Benedic anima
mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctū
eius. Benedic anima mea Dominū, & noli obliuisci oēs
retributiones eius. Si obliuisceris, tacebis. Non autem
poterunt ante oculos tuos esse retributiones Domini,
nisi ante oculos tuos fuerint peccata tua. Non sit ante
oculos tuos delectatio præteriti peccati, sed sit ante
oculos tuos dānatio peccati. Damnatio à te, remissio à
Deo: hæc enim retribuit Dominus, vt possis dicere:
Psal.115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit
mihi? Hoc enim considerantes sancti martyres, quorū
etiam memoriā hodie celebramus, & omnes omnino
sancti qui vitam istā contempserunt, & sicut audisti in
1.Ioan.3.c Epistola Ioannis: Animas suas pro fratribus posuerūt,
quæ est perfectio charitatis, dicēte Domino: Maiorem
Ioan.15.b charitatē nemo habet, quàm vt animā suā ponat quis
pro amicis suis. Hæc ergo cōsiderātes sancti martyres,
contēpserunt animas suas hic, vt ibi eas inuenirent, se-
Ioan.12.d quētes verba Domini dicentis: Qui amat animā suam,
perdet eā: & qui perdiderit eam propter me, in vitam
æternā inueniet eam; voluerunt enim retribuere. Qui?
& quid? & cui? Homines ministeriū suum vsq; ad mor-
tē Deo retribuerunt. Quid? quod ille non donauerat?
quid dederūt, quod nō acceperūt? Retribuit ergo mi-
hi ille verè solus qui solus donat, sed nō retribuit pec-
catis nostris: nā retributiones nobis aliæ debebantur,
& aliæ redditæ sunt. Noli, inquit, obliuisci oēs retribu-
tiones eius: non tributiones, sed retributiones. Aliud
enim debebatur, & redditū est quod non debebatur.
Psal.115. vnde & ille, Quid retribuam, inquit, Domino, pro om-
nibus quæ retribuit mihi? Nō ait, quę tribuit mihi: sed,
quę retribuit mihi. Retribuisti tu mala pro bonis, & re-
tribuit ipse bona pro malis. Quomodo retribuisti tu, ô
homo, Deo mala pro bonis? Qui prius fuisti blasphe-
mus, & persecutor, & iniuriosus, retribuisti blasphe-
mias. Pro quibus bonis? Primò, quia es cùm non esses,
1.Tim.1.c sed est & lapis: deinde, quia viuis, sed viuit & pecus.
Quid retribues Domino pro eo quod super oīa pecora
& super omnia volatilia fecit te ad imaginē & similitu-
dinem suā? Noli quærere quid ei retribuas. Similitudi- Genes.1.a
nē ipsius retribue illi, nō plus quærit, numū suū exigit. Matth.22.e
Tu autem pro gratiis agēdis, pro humilitate, pro obse-
quio, pro cultu religioso, id est, pro his omnibus bonis,
quæ debebas Deo tuo, pro bonis quę accepisti quę di-
xi, retribuisti blasphemias. Quid ergo ille? Confitere,
ignosco. Retribuo & ego, sed non quod tu retribuisti.
Tu retribuisti mala pro bonis, & ego retribuo bona
pro malis. Cogita ergo anima oēs retributiones Dei,
cogita omnia mala facta tua. Quàm multa enim mala
facta tua, tā multæ bonæ retributiones eius. Et quid illi
offeres fortè xeniorum? quid munerū? quid sacrificio-
rum? Quoniam nō obliuisceris retributiones eius, hoc
sacrificio delectatur. Benedic anima mea Dominum.
Sacrificiū laudis glorificabit me. Immola Deo sacrifi- Psal.49.
ciū laudis, & redde Altissimo vota tua. Laudari se vult
Deus: & hoc tu vt proficias, nō vt ille sublimetur. Non
est omnino quod illi retribuas: & quod exigit, nō sibi,
sed tibi exigit, tibi proderit, tibi seruatur. Non hoc à te
amat quod illū augeat, sed quod te ad illum perducat.
Propterea quæ quærebant martyres, deficiebant quo-
dammodo nō inueniendo; & dicebāt: Quid retribuam
Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et nō inue-
nerunt quid retribuerent, nisi, Calicem salutaris acci-
piam, & nomē Domini inuocabo. Quid retribues Do- Psal.115.
mino? Cogitabas enim, & nō inuenieba, calicem salu-
taris accipiam. Quid? Calicem salutarem nónne ipse
Dominus dedit? De tuo aliquid retribue, si potes. Non
dixeri, ne feceris, noli de tuo retribuere: nō vult Deus
de tuo sibi retribui. Si de tuo retribuis, peccatum retri-
buis: omnia enim quæ habes, ab illo habes. Tuum pec-
catum solū habes. Nō vult sibi retribui de tuo, de suo
vult. Quomodo agricola de terra quā seminauit, si se-
getem attuleris, de agricolę fructu retribuisti: si spinas,
de tuo obtulisti. Veritatē retribue, in veritate Dominū
laudā. Si de tuo volueris, mentieris. Qui loquitur men- Ioan.8.f
dacium, de suo loquitur: qui loquitur veritatē, de Dei lo-
quitur. Quid est autē accipere calicē salutaris, nisi pas-
sionē Domini imitari? Hoc martyres fecerunt. Hoc de
superbientibus dixit, & sedes sublimes iā quęrentibus,
& conuallem plorationis detritantibus, qui volebant
sedere, vnus ad dexterā, alius ad sinistram. Quid ergo Matth.20.e
ait? Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?
Iam ergo martyr paratus ad victimam sanctam dicit:
Calicem salutaris accipiam. Accipiam ergo calicem Psal.115.
Christi, bibam passionem Domini. Caue ne deficias:
sed nomen Domini inuocabo. Qui ergo defecerunt,
Dominum non inuocauerunt, de sua fortitudine præ-
sumpserunt. Tu sic redde, vt te accepisse quod reddis
memineris. Sic ergo benedicat anima tua Dominum,
vt non obliuiscatur omnes retributiones eius. Audite
omnes retributiones eius. Qui propitius fit omnibus
iniquitatibus tuis, qui sanat omnes lāguores tuos. Qui
redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te in
miseratione & misericordia. Qui saciat in bonis desi-
derium tuum, renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.)
Ecce retributiones. Quid debebatur peccatori, nisi
supplicium? Quid debebatur blasphemo, nisi gehenna
ignis ardentis? Nō ipsa retribuit: ne expauescas, ne ex-
horrescas, ne sine amore timeas. Noli obliuisci omnes
retributiones eius bonas, & mutare iam, ne experiaris
retributiones eius. Quid dicam? malas? Si iustas, non
malas. A te ergo malas, à Deo autem bonas. Nec hæc
quæ pateris mala, mala sunt: si enim iusta sunt, bona
sunt, sed tibi patienti hæc mala sunt. Non vis vt mala
sunt tibi quæ iusta sunt Dei, non sit mala in conspectu
Dei iniquitas tua. Non enim cessauit vocare, aut vo-
catum

catū neglexit instruere: aut instructū cessauit perfice-
re, aut perfectū neglexit coronare, Quid dicis, quia es
peccator? Couertere & accipe retributiones istas, pro-
pitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Post remissionē
peccatorū corpus infirmū geris, necesse est sint quædā
desideria carnalia quæ te titillēt, & quæ tibi suggerāt
delectationes illicitas, sed de languore tuo veniūt: ad-
huc enim infirmam carnem geris, nondū est absorpta
mors in victoriam, nondum corruptibile hoc induit
1.Cor.15.g incorruptionem. Adhuc quibusdā perturbationibus
etiā ipsa anima quatitur post remissionem peccatorū.
Adhuc in periculis tentationū versatur, quibusdā sug-
gestionibus delectatur, quibusdā non delectatur, & in
eis quibus delectatur, aliquando quibusdā consentit,
capitur. Languor est, sanat & omnes languores tuos.
Sanabuntur omnes languores tui, noli timere: Magni
sunt, inquies, sed maior est medicus. Omnipotenti me-
dico nullus lāguor insanabilis occurrit, tantùm tu cu-
rari te sine. Manus eius ne repellas: nouit quid agat.
Non tantùm delecteris cùm fouet, sed etiam toleres
cùm secat. Tolera medicinalem dolorem, futurā cōgi-
tans sanitatē. Videte fratres mei, in istis languoribus
corporis quāta homines tolerēt, vt paucos dies victuri
moriātur, & hos paucos dies incertos. Multi enī post
tolerātiā magnorū dolorū cùm à medicis secarentur,
aut inter manus medicorū mortui sunt, aut iā sani ir-
ruente aliqua ægritudine defuncti sūt. Si tam sibi pro-
pinquā mortē sperarent, illos immensos dolores non
susciperent tolerandos. Tu non toleras ad incertū: qui
promisit sanitatem, non potest falli. Fallitur medicus
aliquando, & promittit sanitatē de corpore humano.
Quare fallitur? quia hoc nō curat quod fecit. Deus fe-
cit corpus tuum, Deus fecit animā tuā: nouit quemad-
modum recreet quod creauit, nouit quemadmodum
reformet quod ipse formauit. Tu tātùm sub manibus
medici esto: odit enim repellentē manus suas. Non fit
hoc in medici hominis manibus. Ligari se volunt ho-
mines & secari: daturi pro incerta sanitate certum do-
lorem, magnā mercedē. Deus te quem fecit & certus
curat & gratis. Ferto ergo manus eius ô anima, quæ
benedicis eum, non obliuiscens omnes retributiones
eius: sanat enim omnes lāguores tuos, qui redimit de
corruptione vitam tuam. Inde sanat omnes lāguores
Sap. 9.c tuos, quia redimit de corruptione vitā tuā. Ecce cor-
pus quod corrūpitur, aggrauat animam. Vitā ergo ha-
bet anima in corpore corruptibili. Qualem vitam? O-
nera patitur, pondera sustinet. Ad ipsum Deum cogi-
tandum, sicut dignum est ab homine cogitari Deum:
quanta impediunt, veluti interpellantia de necessitate
corruptionis humanæ? Quanta reuocāt? Quanta à su-
blimi intentione detorquēt? Quanta interpellant? Quę
turba phantasmatum? Qui populi suggestionum? Totū
hoc in corde humano tanquā de vermibus huius cor-
ruptionis scatet. Exaggerauimus morbum, laudemus
& medicū. Non ergo te sanabit, qui fecit talem qualis
non ęgrotares, si legem sanitatis acceptam seruare vo-
luisses? Nónne tibi & disposuit & mādauit quid tāge-
Genes.2.c res, & quid non tāgeres ad retinendā salutē? Noluisti
audire ad retinendā, audi ad recipiendā. Lāguore tuo
expertus es, quàm vera ille iussisset. Iam tandē aliquā-
do homo quod non tenuit monitus, audiat vel exper-
tus. Quæ duritia est, quam nec experientia docet? Nō
ergo te sanabit, qui talem fecerat vt nūquā ægrotares,
si eius pręcepta seruare voluisses? Non te sanabit? qui
fecit angelos, & te refectū æquaturus est angelis. Non
te sanabit factum ad imaginem suam, qui fecit cælū &
terrā? Sanabit te, opus est vt sanari velis. Sanat omnino
ille quemlibet languidum, sed non sanat inuitū. Quid
autē te beatius, quàm vt tanquam in manu tua vitā, sic
habeas in voluntate sanitatem tuā? Si velles esse in ali-
quo sublimi honore in hac terra, ducatū, procōsulatū,
præfecturam si concupisceres, nunquid continuò pos-
ses quod velles? nunquid voluntatem tuā potestas se-
queretur? Multi ad ista volunt peruenire, & nō possūt:
sed si peruenerint, quid prodest honor ægroris? Quis
enim nō ægrotat in hac vita? quis non longū languo-
rē trahit? Nasci hic in corpore mortali, incipere ægro-
tare est. Quotidianis medicamentis fulciūtur indigē-
tiæ nostræ, quotidiana medicamenta sunt refectiones
omniū indigentiarum. Fames nónne te occideret: nisi
medicamentū eius apponeres? Sitis nónne te perime-
ret, nisi eam tu bibendo non penitus extingueres, sed
differres? Reditura est enim sitis paululū temperata.
Tēperamus ergo istis fomentis ærumnā ægritudinis
nostræ. Stando lassatus eras, sedendo reficeris. Ipsum
sedere medicina est lassitudinis: in illa medicina rur-
sus lassaris, diu sedere nō poteris. Quicquid est vbi fati-
gationi succurritur, alia fatigatio inchoatur. Quid er-
go ista desideras languidus? Prius de salute tua cogita.
Aliquādo ægrotat homo in domo sua, in lecto suo ægri-
tudine manifestiore. Quāquam & ista manifesta sit,
quā nolūt homines intueri: tamē ea ægritudine ad quā
quęrūtur medici homines, ægrotat quisque in domo
sua, anhelat febribus in lecto suo, velit fortè cogitare
de re familiari aliquid, iubere in domo sua, vel fundo,
aut disponere, statim cura suorū circūstrepēte & mur-
murāte, reuocatur à talibus curis, & dicitur illi: Dimit-
te ista, prius cogita de salute tua. Ergo hoc tibi dicitur,
omnis homo: si non ægrotas, alia cogita. Si te ægrotā-
tē languor ipse cōuincit, prius de salute tua cogita. Sa-
lus tua Christus est: Christum ergo cogita. Accipe ca- Psal.115.
licē salutaris eius, qui sanat omnes lāguores tuos: hāc
salutē si volueris, obtinebis. Honores & diuitias cùm
quæsieris, non continuò si volueris, habebis. Hoc &
pretiosius est, & sequitur volūtatem eius, vnde & sub-
ditur: Qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de
corruptione vitā tuā. Ibi sanabitur omnis lāguor tuus, 1.Cor.15.f
cùm corruptibile hoc induerit incorruptionē. Redē-
pta est enim vita tua de corruptione, iam securus esto.
Initus est bonæ fidei contractus, nemo fallit redēpto-
rem tuū, nemo circūuenit, nemo premit. Egit hic cō-
mercium, iam pretium soluit, sanguinē fudit: sangui-
nem, inquam, fudit vnicus filius Dei pro nobis. O ani-
ma erige te, tanti vales: redimet de corruptione vitam
tuam! Ostendit exemplo, quod promisit in præmio.
Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit pro- Rom.4.a
pter iustificationem nostrā. Sperent membra, quod in
capite demonstratum est. Non curabit membra sua,
quorū caput leuauit in cælū? Ergo qui redimit de cor-
ruptione vitam tuam, qui coronat te in miseratione &
misericordia.) Iam enim fortè quasi arrogans esse cœ-
peras, cùm audires: Coronat te in miseratione & mise-
ricordia. Ergo magnus sum, ergo luctatus sum. Cuius
viribus? Tuis, sed ab illo subministratis. Nam luctaris
manifestum est, & ideo coronaberis, quia vinces. Sed
vide quis prior vicerit, vide quis te facit etiam secun-
dò victorē. Ego, inquit, vici seculum, gaudete. Et vn-
de gaudemus, si ille vicit seculū? quasi nos vicerimus?
Ita planè gaudeamus, quia nos vicimus. Qui in nobis
victi sumus, in illo vicimus. Ergo coronat te, quia dona Con.2. fest.
sua coronat, nō merita tua. Plus omnibus illis labora- dist. 27. ex
ui, ait Apostolus, sed vide quid adiūxit: nō ego autem, muneribus.
sed gratia Dei mecū. Et post labores oēs expectat ipsā 1.Cor.15.b
coronam, & dicit: Bonū agonem certaui, cursum cō- 2.Tim.4.b
summaui, fidem seruaui. De cętero reposita est mihi
corona iustitię, quam mihi reddet Dominus in illa

die iustus iudex. Quare? quia agonem certaui. Quare? Quia cursum consummaui. Quare? Quia fidem seruaui. Vnde certasti? vnde fidem seruasti? Non ego autē, sed gratia Dei mecum. Ergo & quòd coronaris, illius misericordia coronaris. Nusquā sis superbus, semper lauda Dominū, omnes retributiones eius noli obliuisci. Retributio est, cùm peccator & impius vocatus es, vt iustificareris. Retributio est, cùm erectus & gubernatus es ne caderes. Retributio est, cùm tibi vires subministratę sunt, vt vsq; in finem perseuerares. Retributio est, vt etiā carō ista tua qua premebaris, resurgat, & nec capitis tui capillus intereat. Retributio est, vt post resurrectionem coroneris. Retributio est, vt in æternū Deum ipsum sine defectu laudes. Omnes retributiones eius noli obliuisci, si vis vt benedicat anima tua Dominū, qui coronat te in misericordia & miseratione. Et quid agam ego coronatus? Ecce adiuuabar cùm luctarer, finito certamine coronabor, iā nulla residua erit inimica suggestio vel corruptio cum qua lucter: semper enim in hac vita luctamur cū corruptione ista. Sed quid scriptum est? Nouissima inimica destruetur mors. Post destructionē mortis, nullū timebis inimicū: id est, absorpta est mors in victoriā. Tunc ergo erit B victoria, tunc corona. Post certamē ergo, coronabor, post coronā quid agā? Qui satiat in bonis desiderium tuū.) Modò enī audis bonū, & anhelas: audis bonū, & suspiras, & hoc ipsū quòd fortè peccas, eligendi boni auiditate falleris: & in eo reus detineris q̃ bonū consiliū Dei non audis, quid contemnēdum, & quid eligēdum sit: Quod fortè negligis discere, si in eligēdo bono falleris. Vbicūque peccas quasi bonū quæris, quasi refectionem desideras, Bona sunt ista quæ quæris, sed mala tibi erūt, deserto illo à quo bona facta sunt. Bonū tuū quære, ô anima. Est enim bonū aliud alteri, & omnes creaturæ habēt quoddā bonū suū, integritatis suæ, & perfectionis naturæ suæ. Interest quid cuiq; rei imperfectę necessarium sit vt perficiatur, quære tuum C bonū. Nemo bonus nisi vnus Deus. Sūmū bonū, hoc est tuum bonū. Quid ergo deest, cui summū bonū bonū est? Sunt enim & inferiora bona, quæ aliis & aliis bona sunt. Pecori quid bonum est, fratres, nisi implere ventrē, carere indigētia, dormire, gestire, viuere, sanū esse, generare? Bonū est illi, & vsq; ad quēdā modū habet boni sui mensurā tributā, & concessam ab omniū rerum creatore Deo. Tale tu bonū quæris? Dat & hoc Deo, sed noli solū quærere. Cohæres Christi quid gaudes, quia socius es pecori? Erige spem tuā ad bonū bonorū omniū. Ipse erit bonū tuū, à quotu in tuo genere factus es bonus, & omnia in suo genere facta sūt bona: fecit enim Deus omnia bona valde. Ergo illud bonū quod Deus est, si dicamus valde bonū, iam & de creatura dictum est: Fecit Deus omnia bona valde. Quid ergo illud bonum, de quo dictum est: Nemo bonus nisi vnus Deus? dicimus quia bonū est valde? Recurrit nobis recordatio de omnibus creaturis, quia dictū est: Fecit Deus omnia valde bona. Quid ergo dicturi sumus? Deficimus in voce, sed nō affectu. Veniat in mentem recens illa tractatio Psalmi: explicare non possumus, iubilemus. Bonū est Deus. Quale bonū, quis dicat? Ecce non possumus dicere, & non permittimur tacere. Ergo si non possumus dicere, & præ gaudio nō permit timur tacere, nec loquamur, nec taceamus. Quid ergo faciemus, non loquentes & non tacentes? Iubilemus. Iubilate Deo salutari nostro, iubilate Deo omnis terra Quid est iubilate? Deserte vocem ineffabilem gaudiorū vestrorum, & ructate in eum lætitias vestras. Et quæ erit illa ructatio post saginam, si modò post modicas istas refectiones tantum afficitur anima

1. Cor. 15.
Rom. 4. a
Matt. 10. d
Genes. 1. d
Matth. 19. b
Genes. 1. d
Psal. 94.

nostra? Quid erit quando fiet post redemptionem ab omni corruptione, quod dictū est in isto Psalmo. Qui satiat in bonis desiderium tuum? Et quasi quæreres, quando satiat: modò enim non satior. Ad quodcūque me cōuertero, vilescit mihi adeptū, quamuis accēderit desideratum: cùm omnia quæ dum nō habeo amo, cùm habuero contemno, quod bonum me satiabit? Laus Dei. Et ipsa cùm corpus quod corrumpitur ag- Sap. 9. a
grauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, non impletur anima mea, non perficitur: aliæ de corruptione delectationes indigentiarum detorquent me ab illa. Quando satiabitur desiderium meum in bonis? Quādo, quæris? Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.) Quæris ergo quando satietur in bonis anima tua? Quando renouata fuerit iuuētus tua Et addidit, Sicut aquilæ. Profectò hic aliquid latet: quod tamen dici de aquila solet, non tacemus, quia non est ab re hoc intelligere. Illud tantummodo insinuatum sit cordibus nostris, non sine causa dictum B esse à spiritu sancto, Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Resurrectionem enim quandā significauit nobis. Et quidem renouatur iuuentus aquilæ, sed non ad immortalitatem. Data est enim similitudo quantum de re mortali potuit trahi ad rem vtcunque significādam immortalem, non ad demonstrandam. Dicitur aquila, cùm senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorē adducatur, cùm præ senecta immoderatiùs creuerit, longitudo eius incrementi non eam finit os aperire, vt sit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem & vncum superiorē. Nisi enim aliquod interuallum pateat, non habet morsus quasi forcipē, vnde velut tondeat quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiore parte, & nimis adūcata, nō poterit os aperire, & aliquid capere. Hoc ei facit vetustas. Prægrauatur languore senectutis, & inopia comedēdi lāguescit nimis: vtraque re, ætate & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparandæ quasi iuuentutis, aquila dicitur collidere & percutere ad petram ipsum quasi labium suū superius, quo nimis crescente edendi aditus clauditur: atque ita cōterēdo illud ad petrā excutit, & caret prioris rostri onere quo cibus impediebatur. Accedit ad cibum, omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut ante, fit in ea quædam resurrectio. Ad hoc enim exposita est ista similitudo: sicut de luna ponitur, quia diminuta & quodāmodo intercepta luna rursus nascitur & impletur, & significat nobis resurrectionem. Sed impleta illa nō permanet, rursus minuitur vt semper significet. Sic ergo & hoc quod de aquila dictū est, nō ad immortalitatem aquila reparatur, nos autē ad vitam æternā. Sed D tamē propterea inde ducta est similitudo, vt quod nos impedit, petra nobis auferat. Non ergo præsumas de viribus tuis: firmitas petræ tibi excuti vetustatē. Petra 1. Cor. 10. c
autē erat Christus. In Christo renouabitur sicut aquilæ iuuentus nostra. Etenim inueterauimus inter inimicos nostros, sicut nota est vox Psalmi: Inueteraui, Psal. 6.
inquit, in omnibus inimicis meis. Vnde inueterauim? Carne mortali, carne ista fœnea: & ideo percussū est Psal. 101.
sicut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum mā- ducare panē meum. Oblitus sum, inquit, manducare panem meum. Creuit vetustas, os clausit, atteratur in petra. Sic ergo & in hoc psalmo vnde agimus, cùm præmisisset, Qui satiat in bonis desiderium tuū: quasi responderit anima, Non satiabor de mortalibus,

non

non satiabor de temporalibus, aliquid æternū donet, aliquid æternum concedat. Sapientiā suam mihi det, A verbum suum mihi det, Deum apud Deum, & se Deū, patrem & filium, & spiritum sanctum. Mendicus ante ianuam eius sto, non dormit quem inuoco, det mihi tres panes. Euangeliū recordamini: ecce quid sit nosse Dei literas, qui legerunt moti sunt. Non recordamini quēdam inopem venisse ad domū amici sui, & petisse tres panes? Et ille inquit, dormiens respondebat ei & dicebat: Iam requiesco, pueri mei intus mecum dormiunt. Ille perseuerans in petēdo, extorsit tædio quod
Luc. 11. a. non potuit merito. Deus autem dare vult: sed non dat nisi petenti, ne det non capienti. Nam tædio tuo vult excitari. Non enim cùm oras tāquam dormienti molestus es: non dormiet neque dormitabit qui custodit
Psal. 120. Israël. Semel Christus dormiuit, vt illi coniunx de la-
Genes. 2. d. tere fieret. dormiuit in cruce, manifestum est. Mortuus est enim vt diceret: Ego dormiui, & somnum cepi.
Psal. 3. Sed nunquid qui dormit, nō adiiciet vt resurgat? Propterea ibi sequitur: Et exurrexi, quia Dominus suscipiet B
Rom. 6. b. me. Quid verò iam Apostolus? Christus, inquit, resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Ipse ergo non dormit, vide ne fides tua dormiat. Dicat ergo anima iā desiderans satiari quodā excelso & inenarrabili bono, cui iubilatur potius, & quo iubilatur, quàm aliquid explicatur: iam enim vult iā sentit inde aliquid. Videt se impediri prægrauatione corporis, nō se posse in hac vita satiari, & quasi respondeat, & dicat: Quid mihi dicis, satiabitur in bonis desideriū tuū? Noui bonū eius quod desiderem, noui quid mihi sufficiat, video hoc in Philippo: Ostēde, inquit, nobis patrē, & sufficit nobis. Solū patrē quasi desiderabat: ostendit Dūs tres panes desiderandos. Qui est vnus panis, ostendit & dicit: Tanto tēpore vobiscū
Ioan. 11. a. sum, & patrem non nostis? Philippe, qui me videt, videt & patrem. Promisit & spiritum, quem mittet, in-
Ibidem d. quit, pater in nomine meo. Itémque ait: quē ego mittam vobis à patre, donū suum æquale sibi. Noui quid C desiderem, sed quādo inde satiabor? Ecce modò & de trinitate cogito: quomodocumque de trinitate, vix in ænigmate, vix per speculū ex parte audeo aliquid sentire. Quando satiabor? Renouabitur sicut aquilæ iuuētus tua. Non satiaris modò, quia nō est idonea anima tua ad solidum illū & magnū cibum, sed rostro clauso, non est idonea. Vetustas tibi os clausit, propterea petra data est, vbi vetustate contrita, renouetur iuuentus tua sicut aquila: vt possis mādūcare panem tuū illum, qui ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi. Re-
Ioan. 6. f. nouabitur iuuētus tua sicut aquilæ, tu satiaberis in bonis. Faciens misericordias Dominus, & iudicium eis qui iniuriā accipiunt.) Facit modò fratres antequam veniamus ad renouationem sicut aquilæ, antequā satiemur in bonis. Quid enim hic, quid in ista peregrinatione, quid in ista vita? Nunquid deserimur? Non. Faciēs misericordias Dominus. Et videte quomodo faciat misericordias, non nos relinquens in deserto, nō
Matth. 5. a. nos relinquens in eremo, donec perueniamus ad patriam. Faciens misericordias, sed quibus? Beati misericordes, quoniam ipse misericordiam consequentur, modò audistis fratres, cùm euangelium legeretur. Nō ergo putet aliquis futuram in se esse misericordiā Dei, si est ipse immisericors. Sed audi quæ sit mensura misericordiæ, ne quasi in amicum sit, & non sit in inimicum. Dictum est: Diligite inimicos vestros. Satiari vis bonis Dei, satiata sit in te misericordia Dei. Plena mi-
Ibidem g. sericordia, ipsa est perfecta misericordia: ipsa est quæ amat, quæ diligit etiam habentem se odio. Nam quid faciam, inquis? Si cœpero diligere inimicum meum iniurias accipiam, & iniurias perferam, & non me vindicabo, cùm assint leges? Iustum est vt vindices te. Conceditur, quia iustum est. Vide vtrum ne habeas quod in te vindicetur, & vindica, sic enim dicis: Ità ne me nō vindicabo, quasi Deus iustitiam vindictæ reprimat, & non superbiam vindicantis extinguat? Aut verò adultera illa non erat lapidanda? aut si lapidaretur, iniquum aliquid fieret? Si inique fieret, iniquè iussum esset. Lex autem iussit, Deus iussit. Sed, ô vos vltores, videte, si nō estis peccatores. Adducta est adultera mu- Ioan. 8. d.
lier lapidanda ex lege, sed adducta est ad latorē legis. Sæuis qui adduxisti, vide qui sęuias, & in quam sęuias. Si peccator in peccatricem: desine sæuire, prius confitere. Si peccator sæuis in peccatricem, relinque illam. Nouit ille quid de illa sentiat, quid iudicet, quomodo parcat, quomodo sanet. Ex lege sæuis? Melius nouit quid agat legislator, ex qua sæuis: iā Dominus eo tēpore quo illi oblata est inclinato capite scribebat in terra. Tunc scripsit in terra, quādo se inclinauit in terrā. Antequā se inclinaret in terrā, non in terra scripsit, sed in lapide. Iam fructuosum aliquid erat terra de Domini literis paritura. In lapide legē scripserat, significās duritiā Iudæorum: in terra scripsit, significās Exod. 24. b
fructū Christianorum. Venerunt ergo illi adducentes adulterā, tanquam sæuientes fluctus in petram, sed eius responsione cōfracti sunt. Ait enim illis: Qui in vobis sine peccato est, prior in illā lapidem iactet. Et rur- Ioan. 8. a.
sum inclinato capite scribebat in terra. Et vnusquisq; iam interrogans conscientiā suam, nō comparuerūt. Repulit eos, non infirma mulier adultera, sed adultera conscientia. Vindicare volebant, iudicare cupiebant: venerūt ad petrā, absorpti sūt iuxta petrā iudices eorū. Faciēs misericordias Dominus. Sed quibus? Beati Psal. 140.
misericordes, quoniā ipsi misericordiā consequentur. In omnes fac misericordiam. Quam misericordiam facturus es iusto? In necessitatibus tantùm corporalibus. Cui si defuerint supplementa à te, nō ei deerūt Deo: quod ergo facis, tibi plus prodest. Das mendico transeunti & petenti, quæris & iustū cui des, per quem recipiaris in tabernacula æterna: quia qui recipit iustū in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Mendicus te quærit, iustum tu quære. De alio enim dictū est: Om- Matth. 10. d
ni petēti te da: & de alio dictum est: Defudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum, cui eam tradas. Et si diu nō inuenitur: diu quære, & inuenies. Sed Luc. 6. a.
quid præstabis? nónne plus tibi præstatur? Si nos vobis, inquit, spiritalia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus? Inde est & illud quod pridem 1. Cor. 9. b
exposuimus in nutu Domini, quia producit terra fœ- Psal. 103.
num iumentis, id est, carnalia eis qui triturāt: quia bo- 1. Cor. 9. b.
ui trituranti os non infrenabis. Vnde vos adhortati sumus, vt in hac re diligentes sitis, cauti, sobrij, opera vestra thesauros vestros deputetis. Nunquid autem hæc fratres ideo dicimus, vt ita fiant in nos? Puto in nomine Domini posse esse istam quamuis infirmorū vocē, D apostolicam tamen, sed vobis prodest, sicut ait ipse Apostolus: Nō quia quæro datum, sed requiro fructum. Quam ergo eleemosynam facturus es iusto? Non pascebat vidua, pascebat coruus, quia pascebat, qui fecit Philip. 4. d
coruum: Heliam dico. Non ergo deest vnde Deus det 3 Reg. 17. b
suis: tu vide quid emas, quando emas, quanti emas. Emis enim regnum cælorum, non est emendi tempus, nisi in hac vita. Et quàm vili emas, attende. Tanti tibi valet, quantum habere poteris. Fac misericordiam iniquo, non tanquam iniquo, Nam ipsum iniquum inquantum iniquus est, ne suscipias: id est, ne Eccli. 12. a
quasi intentione & amore iniquitatis illius suscipias eum. Nam & prohibitū est dari peccatori, & suscipere

peccatores. Et quomodo, omni petenti te da? Et quomodo, Luc. 6.c Rom. 12.d si esurierit inimicus tuus, ciba illum? Quasi cōtraria videntur, sed aperiuntur in nomine Christi pulsantibus, & manifesta erūt quærētibus. Ne tradas peccatori, & ne suscipias peccatorē: & tamē omni petenti te da. Et si peccator est qui te petit, da non tanquam peccatori. Quando das tāquam peccatori? Quando in quo peccator est, hoc tibi placet vt des: Deum offendis. Paululum attendat charitas vestra, donec euoluatur res etiam exemplis, multū vtilis ad intelligendum. Hoc dixi, cùm esurierit nescio quis, si habes vnde des, da: si vides dādum esse: ad subueniendū da. Ne pigrescant in hoc viscera misericordię, quia tibi enim homo peccator occurrit: tibi enim homo peccator occurrit. Con. 23. q. 4. duo ista Cùm dico. Occurrit tibi homo peccator, duo nomina dixi. Hæc duo nomina nō superflua sunt. Duo nomina, aliud quod homo, aliud quod peccator. Quod homo, opus est Dei: quod peccator, opus hominis est. Da operi Dei, noli operi hominis. Et quomodo, inquis, me prohibes dare operi hominis? Quid est dare operi hominis? Peccatori dare propter peccatū, placēti tibi propter peccatum. Et quis hoc faciet, inquis? quis hoc faciet? Vtinā nemo, vtinam pauci, vtinā non publicè. Dist. 36. qui venatorib⁹. Qui venatoribus donant, quare donant? Dicant mihi, Quare donant venatori? Hoc in illo amat in quo nequissimus est, hoc in illo pascit, hoc in illo vestit, ipsam nequitiā publicā spectaculis omniū. al. auguribus. Qui donat histrionib⁹, qui donat † aurigis, qui donat meretricibus, quare donat? nūquid nō & ipsi hominib⁹ donāt? Nō tamē ibi attēdunt naturā operis Dei, sed nequitiam operis humani. Vis videre quid honores in venatore, quando illum vestis? Dicatur tibi, sis talis: amas illum, gaudes ad illum, vis quodammodo expoliare te, & illum vestire. Noli cum iniuria accipere, si tibi de meretricibus dicatur, Tales sint filiæ tuæ. Iniuria est, inquis. Quare iniuria est, nisi quia illa iniquitas? quare iniuria, nisi quia illa turpitudo? Nō ergo donas, cùm non das fortitudini, sed turpitudini. Quomodo ergo qui venatori donat, nō homini donat, sed arti nequissimę? Nā si homo tantū esset, & venator non esset, nō dares. Honoras in eo vitiū, non naturam. Sic cōtrà, si des iusto, si des prophetæ, si des discipulo Christi aliquid cujus indiget, & non ibi cogites, quia discipulus Christi est, quia minister est Dei, quia dispensator est Dei: sed cogites ibi aliud cōmodū tēporale, vt fortasse causæ tuæ, necessarius quando fuerit, venalis tibi sit, quia ei aliquid porrexisti, tā tu nō dedisti iusto si sic dederis, quàm ille nō dedit homini quādo dedit venatori. Res ergo charissimi, in prōptu posita est, & puto quia & si obscura fuit, iam manifesta est. Ad hoc Dominus te cōstrinxit cùm diceret, Qui receperit iustū: sufficeret. Sed quia potest Matt. 10.d recipi iustus alia intētione cùm putatur prodesse posse ad aliquid tēporale, fortè ad supplendam cupiditatē, fortè ad iuuandum, vt homo circumueniatur, aut opprimatur: quia tale ministerium de illo quæris, fortè propterea suscipis, negauit tibi mercedem iusti, nisi cū additamēto. Ait enim, Qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: id est, ideo recipiens quia iustus est: & qui receperit prophetam, non tantū receperit prophetam, sed in nomine prophetæ, hoc in illo honorās quod propheta est: ad extremum qui dederit calicē aquæ frigidæ vni ex minimis istis, tantùm in nomine discipuli, id est propterea quia discipulus Christi est, propterea quia dispensator sacramenti est, amen dico vobis, nō perdet mercedē suam. Quomodo ergo intelligis, qui receperit iustū in nomine iusti, mercedē iusti accipiet, sic intellige: Qui receperit peccatorem in nomine peccatoris, perdet mercedem.

Ergo fratres exercete misericordiam.. Non est aliud vinculum charitatis, non est aliud vehiculū quo perducamur in hac vita ad illam patriam: extendite dilectionem vsque ad inimicos, securi estote. Ideo venit Christus, cui tanto antè dictum est, Ex ore infantiū & Psal. 8. lactentium perfecisti laudem, vt destruas inimicum & vindicatorē: quod nōnulli codices defensorē habent: sed verius, vindicatorem. Destruere voluit Dominus vindicatorē, id est, eum qui se voluit vindicare, vt non illi dimittātur peccata sua. Quid ergo, inquis? dormiet disciplina? auferetur omnis correptio? Non auferetur. Quid enim de luxurioso filio factur⁹ es? nō castigabis, non verberabis? Seruum & ipsum tuum si male viuētem videris, nō pœna aliqua, non verberibus refrenabis? Fiat hoc, fiat, admittit Deus, imò reprehēdit, si nō fiat: sed animo dilectionis fac, nō animo vltionis. Vbi autem potentiores aliquos iniuriosos passus fueris, vbi tibi nec corrigere disciplina licet, nec fortè etiā monere aut præcipere, tolera, securus, tolera: audi Euangelium, quomodo lectū est, Beati eritis, cùm vos per- Matt. 5.a secuti fuerint homines, & dixerint aduersum vos omne malum, mentientes propter nomen meum. Et ibi addidit propter quid, ne merito tuo accipias maledicta, non causa iustificationum Dei. Non enim qui ma- 11. q. 3. qui iustus est. ledictus fuerit, iustus est: sed qui iustus est, & iniustè maledicitur: & si iniustè maledicitur, præmiū illi redditur. Propterea itaque securus esto misericors, extēde dilectionē vsque ad inimicos. Qui fortè pertinēt ad gubernationē tuā, vindica, coërce cum dilectione, cū charitate, attendens salutē æternā: ne cùm parcis carni, anima pereat. Fac hoc, & multos passur⁹ es, in quos non potes exercere disciplinam, quia non pertinēt ad iura gubernationis tuæ. Ferto iniurias, securus esto. Faciet enim misericordias Dñs, & iudicium omnibus iniuriā accipientibus. Sic in te faciet misericordiā, si misertus fueris: sic eris misericors, vt quòd pateris iniuriā nō sit impunitum, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Notas fecit vias suas Moysi.) Quas vias suas notas fecit Moysi? quare Moysen elegit? Ex Moy- Deut. 31.d se intellige omnes iustos, omnes sāctos. Vnum posuit, omnes occurrant. Tamen per Moysen data est lex, & Ioan. 1.b habet aliquid obscurū traditio ipsa legis, Ad hoc enim data est lex, vt conuinceretur languidus, & medicum imploraret. Ipsa est occulta via Dei. Iā dudū audieras, qui sanat omnes languores tuos. Languores in ægrotis latebant, dati sunt quinque libri Moysi. Cincta est Ioan. 5.a piscina quinque porticibus, produxit languidos vt ibi iacerēt, vt proderentur, non vt sanarētur. Quinq; porticus prodebāt languidos, nō curabāt. Piscina curabat descēdēte vno, & hoc piscina turbata. Turbatio piscinæ in passione Domini. Veniēs enim & ignotus fact⁹, cùm dicitur ab aliis, ipse est Christus: ab aliis, non est Christus, iustus est, peccator est, magister est, seductor est: turbauit aquam, id est, turbauit populum, & in tota illa perturbatione aquæ vnus sanabatur, quia in passione Domini vnitas sanatur. Qui præter vnitatē fuerit, & si iacebit in porticibus, sanari nō poterit: & si legem tenet, ad salutem non peruenit. Ergo quia hoc ibi mysterium est, ideo docet datam legem vt conuincerentur peccatores, & ad gratiam accipiendam medicum inuocarent. Vnde ille cōuictus est, quē in se trāsfigurat Paulus apostolus, dicēs: Infelix ego homo, quis Rom. 7.d me liberabit de corpore mortis huius? Per mandatum enim demonstrata illi erat quædā rixa in seipso, vnde dicit: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuum me ducentē in lege peccati, quæ est in membris meis. Cognouit se in miseria, in gemitu, in rixa, in contentione: ipse secum sibi non

non concordās, à se dissonās, à se resiliens. Et quid ait, optās pacē, pacem veram, pacem supernam? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominū nostrū: vbi enim abundauit peccatum, superabūdauit gratia. Vn- Rom. 5.d de autē abundauit peccatum? Lex autem subintrauit, vt abundaret peccatum. Quare lege subintrauit abūdauit peccatum? Quia nolebant se confiteri homines peccatores, addita lege facti sunt & præuaricatores: præuaricator enim non est quisque, nisi cùm legē trā- Rom. 4.c sgressus fuerit. Ipse Apostolus hoc dicit: Vbi enim nō est lex, nec præuaricatio. Abundauit ergo peccatū, vt superabundaret gratia. Ergo vt dicere cœperam, quia hoc est in lege magnum mysterium, ideo eam datam, vt crescēte peccato, humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur: istæ sunt viæ occultæ, quas notas fecit Moysi, per quem legem dedit, qua peccatum abundaret, & superabundaret gratia. Non crudeliter hoc fecit Deus, sed cōsilio medicinæ. Aliquando enim videtur sibi homo sanus, & ægrotat: & in eo quod ægrotat & non sentit, medicum non quærit. Augetur morbus, crescit molestia, quæritur medicus, & totū sanatur corpus. Notas fecit vias suas Moysi: Filiis Israël voluntates suas.) Nunquid omnibus filiis Israël? Sed veris filiis Israël, imò omnibus filiis Israël. Qui enī dolosi, qui insidiosi: qui hypocritę: non filij Israël. Et qui filij Israël? Ecce verè Israëlita, in Ioan. 1.g. quo dolus nō est. Filijs Israël voluntates suas. Miserator & misericors Dñs longanimus & multæ misericordiæ.) Quid tam longanimum? quid tam multū in misericordia? Peccatur & viuitur, accedunt peccata: augetur vita: blasphematur quotidie & facit solem suum Math. 5.g. oriri super bonos & malos. Vocat vndique ad correctionem, vocat vndique ad pœnitentiam, vocat beneficiis creaturæ, vocat impertiendo tempus viuēdi, vocat per lectorem, vocat per tractorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis: Longanimis & multæ misericordiæ. Sed obserua ne longitudine misericordiæ Dei malè vtēdo, tu tibi thesaurizes, qͧ ait Apostolus, iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Rom. 2.a Dei. Nā hoc ait Apostolus, An diuitias benignitatis & Psalm. 49. longanimitatis eius cōtemnis, ignorans quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Quòd tibi parcit, putas quia places ei? Hęc fecisti, inquit, & tacui, suspicatus es iniquitatem quòd ero tui similis. Non mihi placēt peccata, sed lōganimitate quæro rectè facta. Si punirem peccatores, non inuenirē confessores. Ergo te Deus longanimitate sua parcendo ad pœnitentiā adducit: tu autem quotidie dicis, finitur hodiernus dies, & sic ero & crastino die, non enim cras erit vltimus: & Eccles. 5.b tertio die, & subitò venit ira eius. Fratres, non tardetis conuerti ad Dominum: sunt enim qui præparant conuersionem & differunt, & fit in illis vox coruina, cras, Genes. 8.b cras. Coruus de arca missus, non est reuersus. Nō quęrit Deus dilationem in voce coruina, sed cōfessionem in gemitu columbino. Missa colūba reuersa est. Quādiu cras, cras? Obserua vltimū cras, quia ignoras quod sit vltimū cras. Sufficiat quòd vixisti vsque ad hodiernū peccator. Audisti. Sæpè soles audire, audisti & hodie: quàm quotidie audis, tam quotidie nō corrigeris. Rom. 2.a. Tu enim secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Non sic tibi videatur Deus misericors, vt non videatur & iustus. Misericors & miserator Dominus. Audio & gaudeo. Ita dicis, Audi & gaude. Adhuc addidit, Longanimis & multū misericors: & in extremo, & verax. Gaudes ad verba superiora, ad vltimum treme. Sic misericors & longanimis est, vt sit & verax. Cùm tibi thesaurizaueris iram in die irę, nónne experieris iustum quem contempsisti benignū? Non in finem irascetur, neque in æternū indignabitur. Quia & quòd viuimus in flagellis & † corruptione mortalita- al. correptione. tis, de indignatione ipsius est, de pœna hoc habemus primi peccati. Fratres mei nō solū cogitare debemus, vt futuras minas ipsius euadamus, sed & præsentē irā: quia & ista ira ipsius est, cuius & se & nos fuisse dicit filios Apostolus. Ait quippe: Fuimus enim & nos ali- Ephes. 2.a quando natura filij iræ, sicut & cæteri. Ergo ex ira ipsius est quòd hic homo peregrinatur, quòd laborat. Nō est ex ira ipsius fratres mei, In sudore vultus tui & Genes. 3.d in labore edes panem tuum, & terra spinas & tribulos pariet tibi? Autori nostro dictū est. Aut si est aliud vita nostra? si poteris conuertere ad aliquam voluptatem, vbi spinas non sentias? Elige quod volueris, esto auarus, luxuriosus: vt duo ista sola non dicamus, adde & tertium, ambitiosus. In honorum cupiditate quantæ spinæ? In luxuria libidinum quantæ spinæ? In ardore auaritiæ quantæ spinæ? Amores turpes quantas molestias habent? Quantas solicitudines hic in ista vita? Omitto gehennam. Vide ne iam ipse tibi gehenna sis. Hoc enim totum, fratres mei, de ira ipsius est, cùm te conuerteris vt iustè agas, non poteris nisi laborare in terra: & non finitur labor, nisi cùm finita fuerit via. Oportet in via laborare, vt in patria gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua laborem tuum, sudorem tuum, molestias tuas, & dicit tibi, Non in finem irascetur, neque in æternum indignabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis.) Deo gratias, quia hoc voluit. Non quod merebamur accepimus: non secundū peccata nostra fecit nobis, Neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, cōfirmauit Dominus misericordiam suam super timentes eum.) Confirmauit Dñs misericordiā suā super timētes eū. Secūdū quid? secūdum altitudinem cæli à terra. Quid dixit? Si aliquando potest cælum abscedere à protectione terræ aliquando poterit Deus non protegere timentes se. Attende & cælum. Vbique atque vndique protegit terram, & nulla pars terræ est quæ non cælo protegatur. Peccant homines sub cælo, faciunt omnia mala sub cælo, tamē protegūtur cælo. Inde lux ad oculos, inde aër, inde spiritus, inde pluuia ad terram propter fructus, inde omnis misericordia à cælo. Tolle auxilium cæli à terra, statim deficiet. Sicut ergo protectio cæli permanet super terrā, sic protectio Domini permanet super timentes eum. Times Deum, supra te est protectio ipsius. Sed fortè flagellaris, & putas quia deseruit te Deus. Si deseruit protectio cæli terram: quoniā secundum altitudinē cæli à terra cōfirmauit Dominus misericordiam suam super timentes eum. Et quid fecit? Quia nō secundum peccata nostra retribuit nobis. Quantum distat Oriens ab Occidente, longè fecit à nobis esse peccata nostra. Secundum altitudinem cæli à terra, confirmauit Dominus misericordiā suam super nos. Dixi quare, Propter protectionē, Vnde? Quātum distat Oriens ab Occidente, longè fecit à nobis esse peccata nostra. Nouerunt qui sacramenta sciunt: tamen quod omnes audire possunt dico. Quādo pec- Psal. 84. catum remittitur, occidunt peccata tua, oritur gratia tua. Peccata tua tanquā in occasu sunt: gratia qua liberaris, in ortu est. Veritas de terra orta est. Quid est, veritas de terra orta est? Nata est gratia tua, occidunt peccata tua, innouaris quodammodo. Ad ortū attēdere debes, ab occasu auerti debes. Auertere à pecca-

tis tuis, conuertere ad gratiam Dei. Illis occidentibus surgis & proficis. Sed pars cæli quæ surgit, rursum in occasum it. Nõ vndecũque possunt similitudines duci ad perfectũ, possunt coliniari ipsæ res rebus ad quas adhibẽtur: sicut dixit de aquila, sicut de luna, sicut & hic: Occidit pars vna cęli, oritur altera: sed pars quæ oritur modò, post duodecim horas occasura est. Nõ sic est gratia quę nobis oritur. Et peccata in æternum occidunt, & gratia in æternũ manet. Quare autem? Quãtum distat Oriẽs ab Occidente, tantum longè fecit à nobis peccata nostra: vt illa occidant, & gratia oriatur. Quare putatis? Sicut miseretur pater filiis, sic misertus est Dominus timentibus eũ.) Iam sæuiat quantum vult, pater est: sed flagellauit nos, & afflixit nos, & cõtriuit nos, pater est. Filii ploras, sub patre plora, noli cũ indignatione, noli cum typho superbiæ. Quod pateris, vnde plangis medicina est, non pœna: castigatio est, non damnatio. Noli repellere flagellũ, si nõ vis repelli ab hæreditate. Noli attendere quam pœnã habeas in flagello, sed quẽ locũ in testamento. Sicut miseretur pater filiis, sic misertus est Dominus timentib⁹ eũ. Quoniam ipse cognouit figmentũ nostrũ.) Id est, infirmitatem nostram. Nouit quid fecerit, quomodo lapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo ditandum sit. Ecce facti sumus de limo. Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cælo cælestis. Misit & filium suum qui factus est secundus homo, qui ante omnia Deus: secundus enim in aduẽtu, prior in reditu. Post multos mortuus est, ante omnes resurrexit: ipse enim cognouit figmentũ nostrũ. Quod figmentũ? nos. Vnde loqueris, quia cognouit? Quia miseratus est. Memento quia puluis sumus.) Ad ipsum Deum conuersus ait, memento, quasi obliuiscatur Deus: sic cognouit, vt non obliuiscatur. Sed quid est memẽto? Perseueret ergo in nos misericordia tua. Cognouisti figmentum nostrũ quodammodo, ne obliuiscaris figmentũ nostrũ, ne obliuiscamur gratiã tuam. Memẽto quia puluis sumus. Homo tanquã fœnum dies illius.) Attendat quid sit homo, non superbiat: homo, tanquam fœnum dies illius. Quid superbit fœnũ ad tẽpus modò florẽs, post paululũ arescẽs? Quid superbit fœnũ ad tempus vigens, & hoc ad paruum tẽpus donec sol candescat? Bonũ est ergo nobis, vt misericordia ipsi⁹ sit super nos, & de fœno aurũ faciat. Nã homo tãquã fœnũ dies eius: Sicut flos agri, ita efflorebit.) Totus splendor generis humani, honores, potestates, diuitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni est. Floret illa domus, & magna domus: floret illa familia, & quàm multis floret, aut quàm multis annis viuunt? Multi anni tibi, breue tẽpus Deo: Deus non sic numerat quomodo numeras. In cõparatione lõgorũ & lõgè viuentiũ seculorũ, omnis flos cuiuscunq; domus sic est quomodo flos agri. Vix est annua omnis pulchritudo anni. Quicquid ibi viget, quicquid ibi cãdet, quicquid ibi pulchrũ est, non perannat, imò per totũ annũ duci non potest. Quàm exiguo tẽpore trãseũt flores, & hoc est pulchrũ in herbis. Hoc quod valde pulchrũ est, hoc citò cadit. Oĩs caro fœnum, & claritas hominis vt flos fœni: Fœnũ aruit, & flos decidit, verbũ autẽ Dñi manet in æternum. Quia ergo quomodo pater cognouit figmentum nostrũ, quia fœnum sumus, & ad tempus florere possumus: misit nobis verbum suum, & verbũ suum quod manet in æternum, fœno quod nõ manet in æternum fratrem fecit. Natura vnigenitum, vnicũ natum de substantia sua fratrẽ adoptatis tot fratribus fecit. Noli mirari, quia particeps eris æternitatis illius factus est ipse prior particeps fœni tui. Quod excelsũ est à te, tibi non denegabit, quid quod humile erat ex te suscepit. Ergo homo quãtum ad hominem attinet, sicut fœnum dies eius, & sicut flos agri, ita florebit. Quoniã spiritus pertrãsibit in eo, & non erit, & nõ cognoscet amplius locum suũ.) Quasi quędam perditio, quasi interit⁹ quidã. Ecce qui se inflat, ecce qui tumet, ecce qui se extollit, spiritus pertransiet in eo, & nõ erit, & non cognoscet amplius locũ suum. Videte quotidie morientes: & hoc erit totum, ipse erit finis. Non alloquitur enim fœnũ, sed propter quod & verbum fœnũ factum est: tu enim homo, propter te autem & verbũ factum est homo. Tu caro, & propter te verbum caro factum est. Omnis caro fœnum, & verbum caro est factum. Quanta ergo spes fœni, quãdo verbum caro factum est? Illud quod manet in æternum, non dedignatum est suscipere fœnum. Ergo quod ad te attẽdis, humilitatem tuam cogita, puluerem tuũ cogita, noli extolli: quicquid melius eris, gratia illius eris, misericordia illius eris. Audi enim quod sequitur: Misericordia verò Domini in seculo & in seculum, super timentes eũ.) Qui nõ timetis eum, fœnum, & in fœno, & in tormẽto cũ fœno eritis. Resurget enim caro ad tormẽtũ. Gaudeant illi qui timẽt eum, quia super eos misericordia eius. Et iustitia eius super filios filiorum.) Retributionẽ dicit, super filios filiorũ. Quã multi sunt serui Dei nõ habẽtes filios. quãto minus filios filiorũ? Sed filios nostros dicit opera nostra: filios filiorũ, mercedẽ operũ nostrorum. Iustitia eius super filios filiorum, Custodientibus testamentũ eius.) Videãt ne putẽt omnes ad se pertinere quod dictum est, Eligãt cùm licet. Custodientibus, inquit, testamentũ eius. Et memoria retinẽtibus mandata eius, vt faciant ea.) Iam te disponebas extollere, & fortè reddere mihi Psalterium, quod ego non teneo, aut totã legem memoriter pronũciare. Planè in memoria melior me, melior quouis iusto. Iustus ad verbũ legẽ non tenet. Sed vide vt præcepta teneas. Sed quomodo teneas? Non memoria, sed vita. Memoria retinentibus mandata eius: non vt reddant ea, sed vt faciãt ea. Iam fortè modò perturbatur vniuscuiusq; anima. Quis tenet omnia mandata Dei? Quis tenet omnes literas Dei? Ecce volo non solùm memoria retinere, sed & operibus meis facere. Sed quis tenet omnia memoria? Noli timere, non te onerat. In duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Sed totam legẽ volo tenere. Tene, si potes. Quando potes, quomodo potes? Quancũque paginã interrogaueris, hoc tibi respõdebit. Quod tenes, tene: charitatẽ tene, finis pręcepti est charitas. Noli cogitare de multitudine ramorũ, radicẽ tene, & tota arbor in te est. Et memoria retinẽtibus mãdata eius, vt faciãt ea. Dominus parauit in cælo thronũ suum.) Quis nisi Christus parauit in cælo thronum suum? Qui descendit & ascendit, qui mortuus est & resurrexit, qui hominem assumptũ in cælũ leuauit, ipse parauit in cælo thronũ suum. Thronus est sedes iudicis. Obseruate ergo quæ audistis, quia parauit in cælo thronũ suum. Faciat quod vult quisque in terra, nõ erit impunitum peccatum, nõ erit infructuosa iustitia: quia Dominus qui ante thronũ iudicis hominis irrisus est, in cęlo parauit thronum suum. Dñs in cælo parauit thronum suum. Et regnum eius omnium dominabitur.) Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Et regnũ eius omniũ dominabitur. Benedicite Dominũ omnes angeli eius, potẽtes fortitudine, facientes verbum eius.) Ergo tu verbo Dei nondum iustus es aut fidelis, nisi cũ facis. Potentes fortitudine, facientes verbũ eius. Ad audiẽdã vocẽ sermonũ eius. Benedicite Dominũ omnes virtutes eius, ministri eius faciẽtes voluntatẽ ipsius.) Omnes angeli, omnes potentes fortitudine facientes verbum eius: omnes virtutes eius, omnes ministri eius faciẽtes volũtatẽ ipsius, vos benedicite Dñm. Omnes enim malè viuentes etsi lingua taceant, vita Dño maledicunt. Quid prodest quia hymnum cantat lingua tua, si sacrilegiũ exhalat vita tua? Malè viuendo multas linguas misisti in blasphemiam. Lingua tua vacat hymno, & cæteræ te intuentium vacant blasphemiis. Si ergo vis benedicere Dominũ, fac verbum eius, fac voluntatem eius. In petra ædifica, non in arena. Audire & non facere, in arena ædificare est. Audire & facere, in petra ædificare est. Nec facere, nec audire, nihil ædificare est. Si in arena ędificas, ruinam ędificas: si nihil ædificas, expositus pluuię, fluminibus, ventis, antè rapieris quàm steteris. Ergo non est cessandũ, sed ędificãdũ, nec sic ædificandum, vt ruina ædificetur: sed in petra ædificandum, vt tentatio non euertat. Si sic est, benedic Dominũ: si nõ est sic, noli blandiri linguæ tuę, vitam tuam interroga, ipsa tibi respondeat. Inuenis quid sis mali, geme, confitere: confessio tua potest Dominũ benedicere, sed mutatio tua in benedictione perseueret. Benedicite Dominũ omnia opera ei⁹ in omni loco dominationis eius. Ergo in omni loco. Ibi non benedicatur, vbi non dominatur. In omni loco dominationis eius. Ne fortè aliquis dicat, Non possum benedicere Dominũ in Oriente, quia ad Occidentem profectus est: aut nõ possũ in Occidente, quia in Oriente est. Nõ ab Oriente & ab Occidente, non à desertis montibus, quoniã Deus iudex est. Sic vbiq; est, vt vbiq; benedicatur: sic vndiq; est, vt illi vndiq; iubiletur: sic vndique benedicetur, vt vndique bene viuatur. Benedicite Dominum omnia opera eius: quia cùm cœperis in bona vita benedicere Dominũ, omnia eius opera cum benedicunt, non merita tua. Ipse enim per te & in te bonum operatur, dicente Apostolo, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini: Deus enim est qui operatur in vobis. Ergo ne te extolleres, quia facis verbũ eius, quia facis voluntatem eius, voluit te humiliari respiciẽdo gratiam eius, vnde hoc consecutus es. In omni loco dominationis eius, Benedic anima mea Dominũ.) Ipse vltimus versus est, qui primus. Benedictio a capite, benedictio in fine. A benedictione profecti sum⁹, ad benedictionẽ redeam⁹, in benedictione regnem⁹.

Nota. (marg.) — 1. Cor. 15. f — Esa. 40. b — Esa. 40. b — Ioan. 1. b — Matt. 22. d — Rom. 10. a — Matth. 7. d — Psal. 74. — Philip. 2. b

IN PSALMVM CIII. PRAEFATIO.

Concio prima de prima parte Psalmi.

Die quidem nudiustertiano, quantum meminisse dignamini, abundanter refecti estis. Sed quia nos etiam post longum sermonẽ auidissimè dimisistis, nõ putauimus sanctitatẽ vestrã hodierni diei debito fraudandã: vt hoc sit de debito illud de lucro. Psalmus qui lectus est propè totus figuris rerũ mysteriisque cõtexitur, & opus habet non solùm nostra, sed etiã vestra nõ parua intentione: quãquã etiã cũcta quæ dicta sũt, possunt ad literam religiosè accipi. Enumerantur enĩ etsi non omnia, multa tamẽ opera Dei, quæ nota sunt omnibus intuentibus, qui norunt & ex his quæ facta sunt, & videntur, illius inuisibilia intellectu cõspicere. Videmus enim fabricam mundi amplam quãdam ex cęlo & terra & omnium quę in eis sunt. Et ex huius fabricæ magnitudine ac pulchritudine, fabricatoris ipsius inæstimabilem magnitudinẽ, & pulchritudinẽ, etsi nondum videmus iam, tamen amamus. Non enĩ cessauit qui nõdũ potest nostri cordis puritate cõspici, ante oculos nostros ponere opera sua, vt vidẽtes quæ possumus, amemus quẽ videre nõ possumus, vt ipsius amoris meritò aliquãdo videre possimus: tamẽ in omnibus quæ dicta sunt, quærẽdus est etiã intellectus spiritalis, ad quẽ perscrutandũ adiuuabunt nos in Christi nomine desideria vestra. Quibus quasi manibus inuisibilibus ad inuisibilem ianuam pulsatis, vt inuisibiliter vobis aperiatur, & inuisibiliter intretis, & inuisibiliter sanemini. Ergo dicamus omnes: Benedic anima mea Dominũ.) Alloquamur oẽs animã nostram: quia omnium nostrum anima per vnã fidem vna anima est. Et oẽs nos quicũque in Christum credimus, propter vnitatẽ corporis eius vnus homo sumus. Benedic anima nostra Dominũ, pro tantis beneficiis eius, pro tã multis & magnis muneribus gratiarũ eius: quæ munera inuenimus in hoc Psalmo intenti, & excussa nebula carnalis cogitationis, quantum possumus erecta mente, & quantũ possumus directa acie, & quantũ possumus puro oculo cordis nostri, quantum non impedit præsens vita, quantũ non occupant rerum præsentiũ desideria, quantũ non excæcat cupiditas seculi. Erecti ergo audituri sumus magna, læta & pulchra, desiderabilia, & plena lætitiæ gaudiorũmque munera eius, quæ iam ille qui conceperat istũ Psalmum, videbat animo; & ipsius visionis exultatione ructabat dicens: Benedic anima mea Dominũ. Domine Deus meus magnificatus es nimis. Vide magnifica quę dicturus est: in quibus magnificis nõ vtique nisi ille laudandus est autor omniũ magnificorum. Confessionem & decorem induisti.) O Domine Deus meus qui magnificatus es nimis, vnde magnificatus es nimis? Nónne semper magnus? Nónne semper magnificus? Nũquid perfectus nõ es vt crescas? Nunquid deficis, vt aliquando minuaris? Sed quia es quod es, & verè es, vtique nomen tuũ dixisti famulo tuo Moysi, Ego sum qui sum: vtique magnus es, & magnitudo tua sempiterna est, nec cœpit, nec desinit; nec ab initio tẽporis incipit, nec vsque ad finẽ temporis excurrit, nec in medio aliquid patitur: incõmutabilis enim magnitudo est. Quomodo ergo magnificatus es nimis? Alius Psalmus admonet nos; ait enim: Mirificata est sciẽtia tua ex me. Si rectè dicitur, Mirificata est scientia tua ex me; rectè dicitur, Magnificatus es nimis Domine Deus meus ex me. Sed & hoc adhuc quęrendum, Ex me magnificatur Deus meus? Ex me ergo magnus fit. Docet nos aliquid & quotidiana oratio salutis nostræ. Sanctificetur nomen tuum: quotidie petimus, quotidie rogamus vt fiat. Si nos quisquam interroget, quid est quod petitis, vt sanctificetur nomen Dei? aliquando enim sanctũ non est vt modò sanctificetur? Et tamen nisi vellemus fieri, non peteremus vt fieret. Alia est enĩ gratulatio, alia oratio. Gratulamur ex eo quod est, oramus vt sit quod nondum est. Quid est ergo, sanctificetur nomen tuũ? Et intelligimus, quod hic dictũ est, Domine Deus meus magnificatus es nimis: hoc est, sanctificetur nomẽ tuũ, sanctum sit apud homines nomen tuum. Sanctum est enim semper nomen tuũ, sed quibusdã immundis nondum est sanctum nomen tuũ. Dicit enim Apostolus, Omnia munda mundis: immũdis autẽ & infidelibus nihil est mundũ. Si immundis & infidelibus nihil est mũdũ, quæro causam: sed quibusdã immundis nondũ est causa, sed polluta sunt, inquit, eorũ & mens & conscientia. Si nihil est mundũ eis, nec Deus: nisi fortè putatis mundum videri Deũ illis, qui quotidie blasphemant eũ. Si mundus est, placeat: si placet, laudetur. Si autem blasphematur, displicet: & si displicet, quomodo tibi potest mundus esse qui tibi displicet? Quid ergo rogamus? Sanctificetur nomẽ tuum in illis hominibus, qui per infidelitatem nondum habent nomen Dei sanctum: quibus nondum est ille sanctus, qui per se & in se & in sanctis suis sanctus est. Rogamus pro genere humano, rogamus pro orbe terrarũ, pro omnibus gentibus quotidie sedentibus & disputantibus, quia non est rectus Deus, & non rectè iudicat Deus, vt aliquando ipsi se corrigant, & rectum cor

(marg.) Exod. 3. d — Psal. 138. — Matth. 6. b — Tit. 1. d

ad illius rectitudinem ducant: & adhærentes eidē de
recto ad rectum, non iam vituperent, sed placeat re- A
Psal. 72. ctis rectus: quia quā bonus Deus Israël, sed rectis cor-
de! Ergo cùm videret iste qui cātat, ipse nosipsi, id est,
corpus Christi membra Christi, cùm videret quanta
præstiterit Deus generi humano, cui antea aut nullus
aut falsus, aut nō tam magnus videbatur Deus in ope-
ribus suis, eū videns, Domine Deus meus, inquit, ma-
gnificatus es nimis: hoc est, qui nōdum te intelligbeā,
intelligo te magnum. Magnus semper etiā occultus,
sed mihi tunc magnus quādo apparuisti factus es ma-
Psal. 138. nifestus. Magnificatus es ergo ex me, quoniam mirifi-
cata est scientia tua ex me: mira enim facta est ex me.
Ego illam miror conuersus ad illam. Illa autē & si nō
conuertar, & si post cōuersionem auertar, integra per-
manet. Sed ego iam magnus factus in ea, & ex dimi-
nuto factus integer in ea miror quod non noueram,
non quod modò magnum factū est ex quo didici, sed
quia magnus factus sum ex quo didici. Audi iam, Et B
vbi videtur magnificatus Deus nimis? Sēper magnus,
magnificatus enim nimis in operibus suis ad nos. Cō-
fessionem & decorem induisti. Ante decorem confes-
sionē posuit, decus in pulchritudine. Quæris pulchri-
tudinem, bonā rem quæris. Sed quare quæris pulchri-
tudinem, ô anima? Vt amet te sponsus tuus, etenim di-
splices ei fœda. Ille autem qualis est? Speciosus forma
præ filiis hominum. Osculari vis fœda pulchrum, sed
non attendis, quia tu iniquitatibus plena es. Diffusa
est autem gratia in labiis tuis. sic enim de illo dictum
Psal. 44. est: Speciosus forma præ filiis hominū, diffusa est gra-
tia in labiis tuis, propterea adolescentulæ dilexerunt
te. Est ergo quidem formosus, est quidem pulcher prę
filiis hominum: & si filius hominis, tamen præ filiis
hominum. Huic tu placere vis ô anima humana, ô vna
in multis. Audiamus ecclesiam, quia erat illis anima
vna & cor vnum in Deum. Hanc alloquitur Psalmus:
Vis ei placere? Nō potes, quādiu deformis es. Quid fa-
cies vt pulchra sis? Pri° tibi displiceat deformitas tua,
& tunc ab illo ipso cui vis placere pulchra, mereberis
pulcritudinē. Ipse enim erit reformator tuus, qui fuit
formator tuus. Ergo prius attende quæ sis, ne audeas
ire fœda in pulchri oscula. Et quid intuens, inquis, me
videbo? Posuit tibi speculū Scripturā suā, legitur tibi,
Matth. 5. a Beati mūdi corde, quoniam ipsi Deū videbunt. Spe-
culum in hac lectione propositum est, vide si hoc es q
dixit: si nondum es, geme vt sis. Renunciauit tibi spe-
culum faciem tuam. Sicut speculū nō senties adulato-
rem, sic nec te palpes. Hoc tibi ostēdit nitor ille quod
es, vide quæ es: & si tibi displicet, quære vt nō sis. Si e-
nī cùm fœda sis, tibimetipsi adhuc displices, pulchro
iā places. Quid ergo? Quoniā displicet tibi fœditas tua
incipis ei in confessione: sicut alibi dicitur. Incipite
Psal. 94. Dño in confessione. Primò accusa fœditatem tuam:
fœditas enī animæ de peccatis, de iniquitatibus. Ac- D
Psal. 4. cusando fœditatem tuam incipis confiteri, à cōfessio-
ne incipis decorari. Quo decorante nisi speciosoforma
præ filiis hominū? Vt autem & decorā faceret, au-
deo dicere: Amauit & fœdam. Quid est, amauit & fœ-
dam? Etenim Christus pro impiis mortuus est. Quam
vitam tibi seruat iustificato, qui suā mortē donauit &
impio? Ecce pulcher ille & speciosus forma præ filiis
hominum, quia iustissimus prę filiis hominum, quoniā
veniebat ad fœdam, vt faceret pulchrā: dicam & hoc,
quia in scripturis inuenio, fœdus factus est. Non me in
hoc audiatis, ne in hoc verbo temerè lapsus sim. Sicut
enim dixeram, Amauit & fœdam: non autem quasi
congruenter dixeram quibusdam illū amantibus, nisi
mihi testis procederet: & dixi quod dixit Apostolus.
Vis nosse quòd amarit & fœdam? Christus pro impiis
mortuus est? sic & modò quod dixi vt veniret ad fœ-
dam, fœdus factus est, deformis factus est, quomodo
probabo, quādo iā mihi prędixit diuinū eloquiū: Spe-
ciosus forma præ filiis hominū? Sed in ipso diuino e-
loquio rursus habeo, Vidimus eū, & non habebat spe- Esa. 53. a
ciem neque decorem. Speciosus forma præ filiis ho-
minum: vidimus eum, & non habuit speciem neque
decorē. Non dixit, non vidimus, & ideo nesciebamus
vtrum haberet speciem vel decorem, ecce vidimus, &
non habebat speciem neque decorem. Vbi ergo illum
vidit qui dixit, Speciosus forma præ filiis hominū. Et Psal. 44.
vbi illū vidit qui dixit: Non habebat speciē neq; de-
corē? Audi vbi eū vidit qui dixit: Speciosus forma prę
filiis hominum. Cùm in forma Dei esset, non rapinam Philip. 2. a
arbitratus est, esse se æqualē Deo. Meritò præ filiis ho-
minum, quia æqualis Deo. Ecce accepi & agnoui vbi
eū viderit qui dixit: Speciosus forma præ filiis homi-
nū. Responderit enim nobis, Vbi eū viderim, quæris?
In forma Dei. Et vnde vidisti in forma Dei? Quomodo
vidisti in forma Dei? Quia inuisibilia eius per ea quæ Rom. 1. c
facta sunt intellecta conspiciuntur. Bene accepi, opti-
mè agnoui, & quē videris, & qualē videris, & vbi vi-
deris, & vnde videris. Quē vidisti? Spōsū nostrū. Qua-
lē vidisti? Speciosum forma præ filiis hominū. Vbi vi-
disti? Cùm in forma Dei esset. Vnde vidisti? Per ea quę
facta sunt intellecta cōspiciuntur. Videamus & de isto
quid dicat alius propheta, sed nō alius spiritus: non enī
discordāt inter se. Exhibuit nobis ille speciosū forma Psal. 44.
præ filiis hominum: exhibeat & iste quod ait, Vidimus
eum, & non habebat speciē neque decorē. Vnus apo-
stolus Paulus prophetā vtrunque cōiungit, vnū capi-
tulum Pauli vtrique prophetę perhibet testimonium.
Ibi habeo speciosum forma præ filiis hominum. Qui Philip. 2. a
cùm in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est: esse
se æqualē Deo. Ibi dixit, quod dixit & alius, non habē-
C tem speciem neque decorē, quia semetipsum exinani-
uit formam serui accipiens, in similitudine hominum Esa. 53. a
factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se, fa-
ctus obediens vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Meri-
tò viderunt eum, & non habebat speciem neque de-
corem. Meritò ante crucem agitabant caput, hiccine
est totus filius Dei? Si filius Dei est, descendat de cruce
Sed non habebat speciē neque decorem: etiam sic. O
quibus displicet quia non habebat speciem neque de-
corē! O agitantes caput ante crucē, & nō figētes ca-
put in capite quod pēdebat de cruce! Meritò nutat in-
sultātiū caput, donec sit eorū caput illeipse cui insulta-
batur. Ecce resumit decorē, & magnū decorē. Ecce q
dicis tu, minus est quàm quod fecit. Dicis tu: Si filius
Dei est, descendat de cruce. Ecce de cruce non desce- Matth. 27. c
dit, sed de sepulchro resurrexit. Ergo anima decora es-
se nō potest, nisi cōfessa fuerit fœditatē ei qui semper
pulcher, & propter te ad tempus non pulcher: & sic ad
tēpus nō pulcher in forma serui, vt nunquā deficeret à
pulchritudine quæ est in forma Dei. Ergo tu ecclesia
habes decorē. Dicitur & tibi in Canticis canticorū: O Cant. 5. d
decora inter mulieres. Dicitur de te, Quę est ista quæ
ascendit dealbata? Quid est dealbata? Illuminata, non
dealbata sicut fucata, quemadmodum se dealbant fe-
minæ, quæ volunt videri quod non sunt: non dealba-
ta sicut paries dealbatus: destruetur enim, sicut dicit
Apostolus, paries dealbatus, hypocrisis & simulatio.
Paries dealbatus, foris tectorium, intus lutum. Nō er- Act. 23. a
go illa sic dealbata, sed dealbata illuminata, quia non
per se alba. Prius, inquit, fui blasphemus: & item, Fui- 1. Tim. 1. c
mus enim & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cę- Ephes. 2. a
teri. Accedit gratia illuminans & dealbans. Primò
nigra

nigra fuisti, sed facta es alba ex gratia illius. Fuistis enī
aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino. Dici- A
tur ergo & de te, Quæ est ista quæ ascendit dealbata, iā
Ephes. 5. c mirabilis, iā vix cōtemplabilis? Admirātis est enim di-
cere, Quæ est istā quæ ascēdit dealbata, tam pulchra, tā
Cant. 6. d luminosa, tam sine macula & ruga? Nónne ista est quæ
iacebat in cœno iniquitatum? Nónne ista est quæ iace-
bat in fornicatione idolorum? Nónne ista est quæ im-
munda erat in omni cupiditate desiderioque carnali?
Quæ est ergo ista quæ ascēdit dealbata? Attende quis
sit ille qui pro ea factus est, non habens speciē neq; de-
corē, & intelligis huius charitatis honorem. Si miraris
illius humilitatē propter hāc, noli iā mirari huius celsi-
tudinē propter illū. Quantæ felicitatis est ista dealba-
ta, & vt cùm esset nigra, pulchrum ad se deponeret qui
pro impiis moreretur? Ergo induit se Dominus Deus
nester cōfessionem & decorē, induit se Ecclesiam; ipsa
enim Ecclesia cōfessio & decus. Antè confessio, postea
decus. Confessio peccatorū, decus rectè viuentium & B
rectè factorum. Confessionem & decorē induisti. Circu-
mamictus lumē sicut vestimentū.) Ipsa est vestis eius
de qua iā dixi, Nō habēs maculam neque rugam. Lux
vocatur; & ego hoc iam dixi: Fuistis aliquādo tenebrę,
nunc autē lux in Domino. Nō ergo in vobis; nā tene-
bræ in vobis, lux autē in Domino. Ergo circūamictus
lumen velut vestimentū. Extendēs cælum sicut pellē.)
Quomodo fecit hoc vt indueret se sicut vestimentum,
lucē Ecclesiam? Enumerare vult figuratis quibusdā sa-
cramentis, quomodo lux facta sit Ecclesia, quomodo
facta sit sine macula & ruga, quomodo facta sit cādida,
dealbata, fulgēs in vestitu sponsi sui inhærēs illi. Quo-
modo facta sit, audiamus. Extendit cælum sicut pellē:
& hoc quidē video. Quis enim extēdit hoc cælū quod
nostris carnalibus oculis intuemur, nisi Deus? Et extē-
dit sicut pellē. Ad facilitatem redegit, si ad literam ac-
cipias. Etenim cùm videris istā fabricam magnā, quia
C cùm quisque hominum vnā vel paruam cameram ex-
tenderit, magno molimine, magno labore & difficul-
tate ac diuturna operatione id facit, ne huiusmodi la-
borē in Dei operibus infirmitas suspicaretur humana,
attulit quandā facilitatē pro tua capacitate, vt sic quo-
dāmodo incipias credere facilè operantem Deum, &
nō putare sic eum extendisse cælum, sicut tu tectū do-
mus tuæ: sed quàm tibi facilè est extendere vnā pellē,
tam facilè illi fuisse extendere tam magnū cælum. Mi-
ra facilitas, & tamen adhuc spiritus tibi tardo loquitur.
Tibi, inquā, adhuc tardo dicit spiritus. Nam nec sic ex-
tēdit Deus cælū, sicut & tu pellem. Si enim sic extēdit,
ecce ante te pellis vel rugosa, vel plicata ponitur; dic vt
extendatur, dicto tuo extende pellē: Non possum, in-
quis. Ergo & in extendēdā pellē multū longè es à faci-
Psalm. 148. Genes. 1. b cilitate Dei. Ipse enim dixit, & facta sunt. Dixit: Fiat fir-
mamentū inter aquam & aquam, & sic factū est; tamē D
propter facilitatem significandā, secūdùm sensum tuū
acceperis aliquid interim ad literā. Figuratè autem si
aliquid tectū retegi volumus, & pulsare ad clausum, in-
tenimus extendisse Deum cælum sicut pellem, vt in-
telligamus cælum sanctā Scripturam. Hanc autoritatē
primò posuit Deus in Ecclesia sua, inde cœpit exequi
cætera, posuit enim cælum Deus, & extendit sicut pel-
lem, & non frustra sicut pellē. Primò istam famam prę-
dicantium extendit sicut pellē; pellis mortalitatem si-
gnificat. Propterea & illi duo homines primi parentes
nostri, autores peccati generis humani, Adam & Eua,
cùm in paradiso contempto Dei præcepto ad sugge-
stionem suasionemq; serpentis transgressi essent quod
iusserat Deus, facti mortales dimissi sunt de paradiso.
Vt autem significaretur ipsa mortalitas eorum, induti
sunt tunicis pelliceis. De pellibus enim tunicas factas Genes. 3. d
acceperunt; pelles autem detrahi non solēt, nisi de ani-
malibus mortuis. Ergo pellium nomine mortalitas illa
figurata est. Quid ergo hic, si diuina Scriptura signifi-
catur pellis nomine? Quomodo de pelle fecit Deus cę-
lū, & extendit cælum sicut pellē? Quia per quos nobis
Scriptura prædicata est, mortales fuerunt. Illud quidē
verbum Dei semper idem, semperque incōmutabile
atque indeficiēs. ecce: In principio erat verbū, & ver- Ioan. 1. a
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Nunquid
erat, & modò non est? Et est, & semper erit. Si ergo est
verbum Dei Deus apud Deum, lege si potes. Sed quid
dicis, quia sursum est, & ideo legere non potes? Vbique Sap. 8. a
est verbum Dei. Pertendit à fine vsque ad finē fortiter,
& attingit omnia propter suā munditiam. In hoc mun- Ioan. 1. a
do erat, & mundus per ipsum factus est, & cùm venit,
hic erat. Venit enim in carne, nunquā absens diuinita-
te. Quare ergo legere non poteras? Quia in sapientia 1. Cor. 1. d
Dei non cognouit mundus per sapientiā Deū, ibi con-
stitutus in sapientia Dei; omnia enim ibi, & ipsa subtra-
cta, nulla sunt: ibi constitutus non poteras cognoscere
per sapientiā Deum, ergo necessariū erat quod sequi-
tur, Placuit Deo per stultitiā prędicationis saluos face-
re credētes. Si per stultitiam prædicationis salui futuri
erant credētes, elegit Deus quædā mortalia, elegit ho-
mines mortales & morituros, adhibita lingua mortali
exhibuit sonos mortales, adhibita dispensatione mor-
talium, adhibuit instrumenta mortalia, & in eo tibi fa-
ctum est cælum, vt in re mortali cognosceres verbum
immortale, & fieres tu quoque eiusdē verbi participa-
tione immortalis. Vixit Moyses, & mortuus est. ait enī
illi Deus: Ascende in montem, & morere. Mortuus est Deut. 32. g
Hieremias, & tot prophetæ mortui sunt, & mortuorū
dicta, quia non eorū, sed per eos illius erant qui exten-
dit cælū sicut pellem, manent vsque ad posteritatē no-
C strā. Ecce Apostolus solutus de hac vita qui dixit: Cu- Philip. 1. d
pio dissolui, & esse cū Christo, multo magis esse opti-
mum; viuit nunc cum Christo, sicut illi prophetæ om-
nes viuunt cum Christo. Sed per quid nobis dispensa-
uit id quod legimus? Per id quod moriturum erat, per
os, per linguam, dētes, manus. Omnia ista quibus ope-
ratus est Apostolus, totū quod legimus corporis offi-
cia sunt, sed iubente anima cui iubebat Deus; propte-
rea extensum est cælum sicut pellis. Nos sub cælo, tan-
quam sub pelle diuinarum scripturarum legimus mo-
dò cùm tenditur. Etenim postea cælum plicabitur vt
liber. Non frustra fratres hic vt pellis, ibi vt liber. Figu- Esa. 34. a
ratum ibi quiddam nobis est quod ad Scripturam di-
uinam attinet, & tenditur sicut pellis, & tenditur ser-
mo mortuorum: ergo ideo tēditur sicut pellis, & mul-
to magis tenditur, quia illi mortui sunt. Nam post mor-
tem plus innotuerunt Prophetæ & Apostoli, non erāt
D tam noti cùm viuerēt. Prophetas viuos sola Iudæa ha-
buit, mortuos oēs gentes: cùm enim viuerent, nōdum
erat extensa pellis, nōdum erat extensum cælum, vt te-
geret orbem terrarū. Et extendit ergo cęlum sicut pel-
lem: Qui protegis in aquis superiora eius.) Et hoc legi-
mus, & ad literā bene intelligitur; quādo enim iussit vt
fieret firmamentū inter aquas & aquas, factū est vt sint Genes. 1. b
aquę inferiores quæ perfundunt terras, & sint aquæ su-
periores remotę ab aspectibus, tamē fidei cōmendatę.
Et aquæ, inquit, quæ super cælos sunt, laudent nomen
Domini; quoniā ipse dixit, & facta sunt; ipse mādauit, Psal. 148
& creata sunt. Ergo explicatus est sensus ad literā; pro-
tegit enim in aquis superiora eius. Quid ad figuram?
Quoniam in figura accepimus pellem Scripturam san-
ctam, & autoritatem diuini verbi dispensatam nobis
per mortales, quibus mortuis eiusdem dispensationis

fama extenditur. Secũdum hoc quomodo protegit in aquis superiora eius? Cuius superiora? Cæli. Et quid cælum? Sancta Scriptura. Quæ sunt superiora sanctæ Scripturæ? Quid inuenimus in Scripturis sanctis superius? Paulum interroga: Supereminentiorem, inquit, viam vobis demõstro. quam dicit supereminentiorem viam? Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autẽ non habeã, factus sum velut æramentũ sonans, aut cymbalum tinniens. Si ergo nihil eminentius in Scriptura sancta inueniri potest quàm charitas: superiora cęli quomodo in aquis protegũtur, si superiora Scripturæ præcepta charitatis sunt? Audi quemadmodũ: Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Iam nomine diffusionis intellige aquas in charitate Spiritus sancti. Hæ sunt aquæ de quibus dicitur in quadam Scriptura, Et in plateis tuis discurrant aquæ tuæ, nemo alienus cõmunicet tibi. Alieni enĩ sunt omnes à via veritatis, siue Pagani, siue Iudæi, siue hæretici, & mali quique Christiani. Habere multi dona possunt, charitatem nõ possunt. Hoc ipsum, quale donum est, vt non loquamur de donis aliis foris, quæ dona Dei habẽt omnes homines, qui facit solem sũũ oriri super bonos & malos, dona Dei sunt, & non tantũ bonis & malis cõmunia, sed etiã bestiis & pecoribus. Ipsum esse, viuere, sentire, audire, & cęteris fungi sensũũ muneribus, dona Dei sunt. Sed videte cũ qualibus & quàm multis communia, & cum eis quos nolis imitari. Ipsum ingeniũ acutum habent & pessimi homines, solertem artium industriã habent & turpissimi scenici, diuitias habent & latrones, coniugia, filios, multi mali habent. Pulchra dona Dei omnia, nemo negat: sed vide cum quibus communia. Respice ad munera ipsius Ecclesiæ. Munus sacramẽtorum in baptismo, in eucharistia, in cęteris sanctis sacramentis, quale munus est? Hoc munus adeptus est & Simon magus. Prophetia quale munus est? Prophetauit & Saul malus rex, & tũc prophetauit, cùm Dauid sanctum persequeretur. Intendite nõ dixi, cùm persecutus fuisset: fortassis enim eo persecuto pœnitentiã gessit, & dignus fuit spiritu prophetandi. Nõ persecutus neque persecuturus, sed persequens prophetauit. Misit ad cõprehendendum Dauid ministros suos. Dauid verò eo tẽpore inter prophetas erat, vbi erat & sanctus Samuel. Impleti sũt spiritu prophetiæ, qui missi sunt, & prophetauerunt. Sed fortè bono illi animo venerant, vel ob necessitatẽ officij sui, vel non facturi quod iussum est. Misit & alios. hoc & in eis factũ est, & eorum hoc modo animũ interpretemur. Cùm illi tardarẽt, venit ipse furẽs, anhelans cædẽ, sanguinem sitiens innocẽtis sancti, cui etiam ingratus erat: & ipse impletus est spiritu prophetãdi, & prophetauit. Non ergo se iactẽt qui fortè sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum, sicut sanctũ baptismum: sed videant qualem rationem habituri sunt cum Deo qui sanctis non sanctè vtuntur. Ex his erũt qui dicturi sunt: In nomine tuo prophetauimus. Nõ illis dicetur, Mentimini; sed dicetur: Nõ noui vos. Recedite à me qui operamini iniquitatẽ. Quia si habeam omnem prophetiam, charitatem autem nõ habeam, nihil sum. Prophetauit autẽ & Saul, sed operabatur iniquitatẽ. Quis operatur iniquitatem, nisi qui non operatur æquitatẽ? Quis autem operatur iniquitatem, nisi qui non habuerit charitatem? Plenitudo enim legis, charitas. Ergo protegis in aquis superiora eius. Quid dixit? In omnibus Scripturis supereminentissimã viam, supereminentissimum locum charitas obtinet. Non ad eam aspirant nisi boni: Hanc nobiscũ non cõmunicant mali. Possunt communicare baptismũ, possunt cõmunicare cætera sacramenta, possunt communicare orationẽ, possunt communicare istos parietes; & istam cõiunctionem, charitatem nobiscum non cõmunicant. Ipse est enim fons proprius bonorum, proprius sanctorum; de quo dicitur: Nemo alienus communicet tibi. Qui sunt alieni? Omnes qui audiunt, Non noui vos. Si enim nõ cognoscuntur, vtique alieni sunt, quibus dicitur: Non noui vos. Supereminens enim via charitatis tenet eos, qui propriè pertinent ad regnum cælorum. Ergo præceptum charitatis super cælos, super oẽs libros: ei enim subdũtur libri, ei militant omnes linguæ sanctorum, & omnis motus dispensatorum Dei & animæ & corporis. Supereminens est enim via, & meritò protegit in aquis superiora cęli, quia nihil inuenis eminentius charitate in diuinis libris. Sed adhuc cuidẽtius audi quid aqua sit. Diximus enim quòd charitas Dei diffusa sit in cordibus nostris per Spiritũ sanctum qui datus est nobis. diximus etiam: In plateis discurrant aquæ tuæ. Et ait mihi aliquis: Non ibi expresse dictum est, vtrum charitatem intelligere debeã. Quid si alius aliud aliquid intelligat? Tantum memẽto quod ait Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde? Per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Audiamus Dominum magistrum apostolorum: Si quis sitit, veniat & bibat. Dicat adhuc: Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Quid est hoc? Exponit Euangelista: Hoc autem dicebat, inquit, de spiritu quem accepturi erant credentes in eum; spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ergo fratres, si propterea spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus; glorificato Iesu & ascendente in cælos, missus est Spiritus sanctus, & charitate impleti sunt Apostoli, diffusa est in cordibus eorum per Spiritum sanctum, qui datus est eis, quia superiora cæli aquis proteguntur. Et bene, quia Dominus in cęlos ascendit, vt superior esset cælis, & inde mitteret charitatem. Non enim sic Deus protegit, vt quasi subleuetur ab eo quem protegit. Subleuat quem protegit, non onerat. Ita ergo cælos aquis protegit, vt magis illi diuino spiritu subleuentur. Quod subleuat, sursum est; quod subleuatur, infra est; illud suspendit, hoc pendet. Si ergo illud suspendit, hoc pendet; audi quia hoc cælum Scripturarum ex charitate pendet. Duo sunt nempe illa notissima præcepta dilectionis. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Qui protegis in aquis superiora eius: Qui ponit nubes ascensum eius.) Accipitur & hoc bene ad literam. Dominus visibiliter ascendit in cælum. Quomodo positæ sunt nubes ascensus cæli? Hæc cùm dixisset, nubes suscepit eum. Habes item de resurrectione nostra prædictum: Et mortui, inquit, in Christo resurgent primi; deinde nos qui viuimus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, atque ita semper cum Domino erimus. Habes nubes ascensum cæli; ostendam & nubes ascensum cælí huius, id est, diuinarum Scripturarum. Quid est hoc, fratres? Vtinam me Dominus Deus meus inter illas, qualescunque nubes numerare dignetur, viderit quàm nebulosa nubes sim. Omnes tamen prædicatores verbi veritatis nubes accipi possunt. Quicunque ergo infirmi non possunt ascendere in hoc cælum, id est, ad intellectum Scripturarum, per nubes ascendant. Fortè enim & modò satis fit vobis, si aliquid agimus, si labor sudorque noster non est infructuosus; ascẽditis in cælum Scripturarum diuinarum, hoc est, in intellectum earum per prædicationem nostram. Quàm altum erat cælum in Psalmo isto! Nemo enim vestrum videbat, quid esset in figura: Extendit cælum sicut pellem, qui protegit in aquis

2.Cor.12.d
2.Cor.13.a
Rom.5.a
Prou.5.c
Matt.5.g
Act.8.c
Matth.7.c
1.Cor.13.a
1.Reg.19.d
Rom.13.c
Prouer.5.c
Matth.7.c
Rom.5.a
Prouer.5.c
Rom.5.a
Ioan.7.f
Ibidem
Act.2.a
Matth.22.d
Act.1.b
1.Thess.4.d

aquis superiora eius. Hoc ipsum quod dictũ est: Qui ponit nubes ascensum eius. Ecce iam intellectũ est, quantum Dominus donauit prædicantibus nobis; nõ enim nubes de suo munere pluunt. Vos intelligẽdo ascendite, in intellectu ipso fructificate; ne sitis quasi illa vinea, de qua dicitur apud Prophetã: Mãdabo nubibus meis ne pluãt super eã. Accusabatur enĩ quædã vinea, quòd pro vua spinas dederat; nõ reddiderat dignam gratiam dulci pluuiæ. Qui enim bona audit, & mala operatur, dulci pluuia cõpluitur, & spinas generat. Non est vt suspicemur fratres, de aliqua terrena & ista visibili vinea Dominũ locutũ. Namq; ibi ne sub obscuritate sermonis lateret excusatio iniquitatis, ipse Dominus per ipsum Prophetã exposuit cui vineę loqueretur, & de qua vinea ista diceret: Vinea, inquit, Domini Sabaoth, domus Israël est. Quid vagãtur, ô iniqui, corda vestra per mõtes & colles vinitorum? Noui, inquam, de qua vinea loquar, noui vbi quærebam vuã, & inueni spinas. Sine causa aliud atque aliud suspicamini & opinamini, nolentes intelligere vt bene agatis. Nam & hoc scriptum est: Noluit intelligere vt bene ageret. Tollite oẽs suspicationes vestras de medio; vinea etenim Domini Sabaoth, domus Israël est, & homo Iuda nouellum dilectum. Dilectum, cùm plantatum est: damnatum, cùm spinas creauit. Ergo fratres fortè vinea fuit domus Israël, & nos non sumus vinea? Cùm timore audiamus quod Iudęis dictum videmus. Videte quomodo Apostolus terreat ramos insertos de ramis fractis, & in ramis fractis commendet timẽdam seueritatem; in ramis insertis cõmendet amandam bonitatem. Noli esse infructuosus in bonitate, ne sterilis sentias seueritatẽ. Sed non sum vitis, dicis mihi. Vbi est Domini vox: Ego sum vitis, vos estis sarmenta, pater meus agricola? Vbi est vox Apostoli: Quis plãtat vineam, & de fructu eius nõ percipit? Vinea ergo es, ô Ecclesia, & habes agricolam Deũ. Nemo ergo agricola homo cõpluit vineam suã. Fratres ergo dilectissimi, viscera Ecclesiæ, pignora Ecclesiæ, filij matris cælestis, audite, cùm tẽpus est. Minatus est Deus illi vineæ atrocissima cõminatione: Mandabo nubibus meis, inquit, ne pluant super eam; & factum est. Venerunt Apostoli ad Iudæos, respuerũt eos, & dixerũt illis: Ad vos missi eramus, sed quia repulistis verbum Dei, imus ad gentes. Videtis quomodo in eodem spiritu Dei illo iubente intrinsecùs qui habitat in cordibus suorum, mandatũ sit nubibus Dei ne cõpluerent vineã, quæ cùm expectaretur vt faceret vuas, fecit spinas. Ideo & nubes fecit ascensum eius, & cælum tetendit sicut pellem. Non est quod quęramini, autoritas Scripturarum † extenta est super orbem terrarum; nubes non desunt, prædicatur verbum veritatis, exponũtur omnia quę obscura sunt, vt corda vestra per nubes ascendant. Videte quomodo credatis, videte quid suscipiatis. Post prædicatorem veniet iudex, & post dispensatorem veniet exactor. Qui ponit nubem ascensum eius: Qui ambulat super pennas ventorum.) Hoc iam periculosum est accipere ad literam. Aut quæ sunt pennæ vẽtorum? Aut verò quomodo in pictura facturi nobis sumus ventos volantes, & alas habentes? Ventus non est fratres, nisi quem sentimus, motus quidam, & quasi fluctus aëris, impellens quod potest pro viribus. Quæ pennæ ventorum sunt? Sed & quæ alæ Dei? Et tamẽ dictum est: Sub vmbra alarum tuarum sperabũt. Conemur ergo & hoc accipere ad literam, veluti propriè factum in creatura ista. Velocitatem verbi fortasse commendat Scriptura; de qua velocitate iam pridem in alio Psalmo locuti sumus, vbi scriptum est: Vsque in velocitatem currit verbum eius; quia nihil ventis velocius. Nostis omnes quantum illa facilitas commẽdabatur in pelle: nihil enĩ facilius ab homine quàm pellis extenditur. Sic & hic insinuans Deum per verbũ eius vbique præsentẽ, velocitate motus nihil deserere, quia tu non noueras aliquid vento velocius. Ambulat, inquit, super pennas ventorum: id est, velocitas eius superat velocitatẽ vẽtorum, vt per pennas ventorũ intelligas velocitatem vẽtorum. Et verbum Dei intelligas velocius omnibus ventis: & sic in prima facie considerationis pulsemus ad aliquid interius: & figuratè aliquid nobis indicent istæ literæ. Ventos quidem intelligimus in figura non absurdè animas: non quia ventus est anima, sed quia inuisibilis est ventus, quãuis res corporea, corpora impellens tamen, quia humani oculi aciem fugit. Est autẽ anima inuisibilis, propterea bene intelligimus animas ventos. Inde est quòd & Deus insufflasse dicitur spiritum vitæ formato homini: Et factus est homo in animam viuẽtem. Ergo venti, animæ in allegoria nõ absurdè accipiuntur. Videte autem ne putetis nominata allegoria, pantomimi aliquid me dixisse. Nam quędam verba quoniam verba sunt, & ex lingua procedunt, cõmunia nobis sunt etiam cum rebus ludicris, & non honestis. Tamen locum suum habent ista verba in Ecclesia, & locũ suum in scena. Non enim ego dixi, quod Paulus Apostolus non dixit, cùm de duobus filiis Abrahę diceret: Quę sunt, inquit, in allegoria. Allegoria dicitur, cùm aliquid aliud videtur sonare in verbis, & aliud intellectu significare. Quomodo dicitur agnus Christus: nunquid pecus? Leo Christus: nũquid bestia? Petra Christus: nunquid duritia? Mons Christus: nunquid tumor terrę? Et sic multa aliud videntur sonare, aliud significare, & vocatur allegoria. Nam qui putat me de theatro dixisse allegoriã, putet & Dominum de amphitheatro dixisse parabolã. Videtis quid faciat ciuitas, vbi abundant spectacula. In agro securiùs loquerer. Quid sit enim allegoria, nõ ibi fortè didicissent homines, nisi in Scripturis Dei. Ergo quòd dicimus allegoriam figuram esse, sacramentum figuratum allegoria est. Et quid hic accipimus, Ascendit super pennas ventorum? Diximus, bene accipi figuratè ventos animas. Pennę ventorum, pennæ animarũ quę sunt, nisi à quibus sursum attolluntur? Pennæ ergo animarum virtutes, bona opera, recta facta. In duabus alis habent omnes pennas: omnia enĩ pręcepta in duobus pręceptis sunt. Quisquis dilexerit Deum & proximũ, animam habet pẽnatam liberis alis, sancto amore volantem ad Dominum. Quicũque implicatur amore carnali, viscum habet in pennis. Nam si anima non habet alas & pennas, vnde ille gemens in tribulationibus dicit: Quis dabit mihi pennas sicut columbę? Et sequitur: Et volabo & requiescam. Item in alio loco: Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascẽdero in cęlum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades. Si accepero pẽnas meas, sicut columba, & volabo in extrema maris. Tanquam diceret: Sic possum fugere à facie irę tuę, si accepero pennas vt colũba, & volauero in extrema maris. In extrema maris volare, est spem iã prętendere in finem seculi, quomodo ille qui ait: Hoc labor est ante me, donec introëam in sanctuariũ Dei, & intelligam in nouissima. Et quomodo venit in extrema maris, etiã acceptis pennis? Etenim illuc, inquit, manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Nam & cum pennis meis casura sum, nisi tu deducas. Ergo alas habent bonas & liberas, & nullo visco obligatas animę bene operantes pręcepta Dei, habentes charitatem de conscientia pura, & fide non ficta. Sed quantumuis sint pręditę virtutibus charitatis, quid ad illam dilectionem Dei, qua sunt dilectę, etiam cum visco essent implicatę? Maior ergo in nos dilectio Dei,

Esaiæ.5.b
Esaiæ 5.a
Psal.55.
Rom.11.c
Ioan.15.a
1.Cor.9.a
Esa.5.b
Act.13.g
Matth.22.d
Esaiæ 5.a
al. extensa.
Psal.16.
Psal.147.
Gen.2.b
Galat.4.e
Ioan.1.d
Apoc.5.b
1.Cor.10.a
Psal.54.
Psal.138.
Psal.72.
Psal.138.
1.Tim.1.b

quàm nostra in illum. Nostra dilectio pennæ nostræ
al illæ. sunt, sed † ille ambulat super pennas ventorum. Iam di- A
Ephes.3.c cebat quibusdã Apostolus: Flecto genua mea pro vo-
bis ad patrem, vt det vobis secundum interiorẽ homi-
nem habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris, vt
in charitate radicati & fundati. Iam dat illis charitatem
Deus, iam dat illis alas & pennas: Vt possitis, inquit, cõ-
prehendere quæ sit latitudo, lõgitudo, altitudo & pro-
fundum. Fortassis crucẽ Domini significat. Erat enim
latitudo in qua porrectę sunt manus; longitudo à terra
surgens in qua erat corpus infixum; altitudo ab illo in-
uexo ligno sursum quod eminet; profundum vbi fixa
erat crux, & ibi omnis spes vitæ nostræ. Latitudo enim
est in bonis operibus; lõgitudo in perseuerando vsque
in finẽ; altitudo propter sursum cor, vt omnia sint bo-
na opera nostra in quibus perseueramus vsque in finẽ,
habentes latitudinẽ qua bene operamur, & longitudi-
nẽ qua perseueramus vsque in finem; nõ faciamus ali-
quid nisi spe cælestium præmiorum. Ipsa est enim alti-
tudo, non hic quærere mercedẽ, sed sursum; ne dicatur
Matth.6.a nobis: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suã.
Profundum autem quod dixi, vbi fixa erat pars crucis,
& non videbatur, inde resurgebant, quæ videbantur.
Quid est quod occultum est, & nõ publicum in Eccle-
sia? Sacramentum baptismi, sacramentum eucharistiæ.
Opera autem nostra bona vident & pagani, sacramẽta
verò occultantur illis; sed ab his quæ vident surgũt ad
illa quæ non vident, sicut à profundo crucis quod in
terra figitur, surgit tota crux quæ apparet, & cernitur.
Et quid postea? Cùm hoc dixisset, Apostolus adiecit,
Ephes.3.d scire etiam supereminentẽ scientiã charitatis Christi;
cùm iam dictũ fuisset: in charitate radicati & fundati.
Amatis enim Christũ, & ideo in cruce operamini. Sed
nunquid amatis quantũ vos ille amauit? Amando autẽ
quantũcũque amatis, volatis ad ipsum, vt cognoscatis
quemadmodũ ipse vos amauerit; hoc est, vt sciatis su- C
pereminentiã charitatis Christi. Amatis enĩ vos quã-
tum potestis, & volatis quantũ potestis; sed ille ambu-
labat super pennas ventorũ. Quis ambulat super pẽnas
Hebr.1.b ventorum? Qui facit angelos suos spiritus, & ministros
suos ignẽ flagrantem.) Et hoc quamuis non videamus
apparitionẽ angelorũ; abscondita est enĩ ab oculis no-
stris, & est in quadã republica magna imperatoris Dei;
tamẽ esse angelos nouimus ex fide, & multis apparuis-
se scriptum legimus & tenemus, nec inde dubitare fas
nobis est. Spiritus autẽ angeli sunt; & cùm spiritus sunt,
non sunt angeli; cùm verò mittuntur, fiunt angeli. An-
gelus enim officij nomẽ est, non naturæ. Quæris nomẽ
huius naturæ, spiritus est; quæris officium, angelus est.
Ex eo quod est, spiritus est: ex eo quod agit, angelus
est. Vide illud in homine. Nomẽ naturæ homo, officij
miles. Nomen naturæ vir, officij præco: homo enim fit
præco: id est, qui homo erat fit præco, nõ qui erat præ- D
co fit homo. Sic ergo qui erant iam spiritus conditi à
creatore Deo, facit eos angelos, mittendo eos nũciare
quod iusserit, & ignem flagrãtem facit ministros suos.
Exod.3.a Legimus apparuisse ignem in rubo, legimus etiã mis-
sum ignẽ desuper, & implesse quod præceptum est. Mi-
nistrauit ergo, cùm impleret: cùm esset, in natura sua
erat: cùm egit quod iussum est, ministerium impleuit.
Sic secundùm literam videmus in creatura. Quid est
autẽ in Ecclesia figuratè? Quomodo accipimus, qui fa-
cit angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ flagran-
tẽ? Spiritus spirituales dicit. Bene facit angelos suos spi-
1.Cor.2.d ritales, id est, nuncios verbi sui. Spiritalis enim omnia
iudicat, ipse autem à nemine diiudicatur. Vide spirita-
1.Cor.3.a lem factum angelũ Dei. Non potui, inquit, vobis loqui
quasi spiritalib. sed quasi carnalibus. De spirituali quadã
affectione missus est ad carnales, tanquam angelus de
cælo ad terrã. Quõmodo dicit, & ministros suos ignẽ Rom.11.e
flagrantem, nisi quomodo dicit, spiritu feruentes? Sic
enim feruens spiritu, ignis ardens est omnis minister
Dei. Nónne ardebat Stephanus? Quo igne ardebat? Et Act.7.B
quis ille ignis erat, quãdo lapidabatur, & pro eis à qui-
bus lapidabatur rogabat? Cùm audis, ignis est minister
Dei, incensurum illum putas? Incendat licet: sed fœnũ
tuum, id est, carnalia omnia desideria tua, vt at minister
Dei, prædicans verbum Dei. Audi illum: Sic nos exi- 1.Cor.4.a
stimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores my-
steriorum Dei. Quomodo autem ardebat, cùm dice-
ret: Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum 2.Cor.6.c
dilatatum est? Ardebat & flagrabat charitate, & ibat in
eos vt incenderet. Hunc ignem se missurum Dominus
in terram dicebat, cum ait: Ignem veni mittere in terra-
m. Quomodo gladium, sic ignem. Gladius diuidit Lucæ 12.f
affectum carnalẽ, ignis absumit. Totum in verbo Dei Matthæ.10.d
intellige, totum in spiritu Dei cognosce. Incipe ferue- B
re charitate per verbum quod audis, & vide quid in te
fecerit ignis minister Dei. Qui facit angelos suos spiri-
tus, & ministros suos ignem flagrantem. Fundauit ter-
ram super firmitatem eius, nõ inclinabitur in seculum
seculi.) De terra ista hoc accipere, nescio vtrum habeat
vllum exitum, vtrum rectè dicatur, non inclinabitur
in seculum seculi: de qua dictum est: Cælum & terra Matt.24.d
transient. Laboratur hic, si ad literam quæras accipe-
re. Nam quod ait, Fundauit terram super firmitatem
eius: fortasse quædam est firmitas occulta nobis, quæ
continet terram: & hoc dixit, fundauit. Super quid
firmauit? Super firmitatem ipsius terræ, quam ei sup-
posuit, vt contineretur quæ latet fortè oculos tuos:
sint ista occulta in creatura, non de obscuritate crea-
turæ creator latebit. Quæ possumus videamus, ex his
quæ videmus illum laudemus & amemus. Conuer-
tamus nos ad quærendum aliquid hic in figura posi- C
tum. Firmauit terram, intelligo Ecclesiam. Domini Psal.23.
est terra & plenitudo eius, intelligo Ecclesiam terram.
Ipsa est terra sitiens, ipsa est quæ dicit in Psalmis, vna
enim dicit ex omnibus: Anima mea sicut terra sine Psal.142.
aqua tibi. Sicut terra sine aqua tibi, quid est? Sitiens
sitiuit anima mea ad te tanquam terra sine aqua: nisi
enim sitiat, non rectè irrigabitur. Animæ ebrię, plu-
uia diluuium est, sitiat oportet. Beati enim qui esu- Matt.5.a
riunt & sitiunt iustitiam. & dicat: anima mea tanquam
terra sine aqua tibi. quia dicit alibi: Sitiuit anima mea Psal.40.
ad Deum viuum. Terram ergo intelligo Ecclesiam.
Quæ est firmitas eius super quam fundata est, nisi fun-
damentum eius? An incongruè intelligimus firmita-
tem super quam fundata est terra, fundamentum vbi
constituta est Ecclesia? Quod est illud fundamentum?
Fundamentum, inquit, nemo potest ponere præter 1.Cor.3.a
D quàm quod positum est, quod est Christus Iesus. Ibi
ergo firmati sumus. Meritò quia ibi firmati, non in-
clinabimur in seculum seculi: nihil enim firmius isto
fundamento. Infirmus tu eras, sed firmum fundam-
entum te portat. In te firmus esse non poteras; fir-
mus eris semper, si ab illo firmo fundamento non re-
cedas. Non inclinabitur in seculum seculi. Ipsa est
prędestinata columna, & firmamentum veritatis.
Abyssus sicut vestimentum amictus ipsius, super mon-
tes stabunt aquę. Ab increpatione tua fugient, à vo-
ce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes, &
descendunt campi, in locum quem fundasti eis. Ter-
minum posuisti eis quem non transgredientur, ne-
que reuertentur tegere terram. Qui emittis fontes
in conuallibus, inter medium montium pertransi-
bunt aquę: Potabunt omnes bestię agri, suscipient
onagri

onagri in sitim suam. Super illos volatilia cæli inhabi-
tabunt, de medio petrarũ dabunt vocem suam. Rigãs A
montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum
satiabitur terra. Producens fœnum iumentis, & herbã
seruituti hominũ. Vt educat panem de terra, & vinum
lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciẽ in oleo, & pa-
nis cor hominis confirmet. Satiabuntur omnia ligna
cãpi, & cedri Libani quas plãtauit, illic passeres nidifi-
cabunt. Fulicæ domus dux est eorum.) Animaduerti-
tis extentũ cęlum, vultis intellectu ascẽdere, & ego vi-
deo quantum altum sit. Puto quòd mecum consideret
charitas vestra. Nam ideo multos versus volui pronũ-
ciare, vt videatis quàm altè sint posita sacramẽta Dei;
ne fastidiamus oblata, ne prõpta propterea vilescãt, vt
semper quæsita & si cum difficultatẽ, cũ maiori iucun-
ditate inueniãtur. Inter cætera tamen fratres, quę pos-
sunt accipi ad literam; nunquid & hoc quod dictũ est:
Illic passeres nidificabunt, fulicæ domus dux est eorũ? B
Nunquid domus fulicæ dux est passerum? Aut domus
fulicæ, dux est cedrorum? Et hoc enim ibi est: Et cedri
Libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt, fulicę
domus dux est eorum. Et quidẽ Latina locutione, eo-
rum cedrorum non possumus intelligere; cedri enim
feminini generis est. Fulicæ itaque domus, quomodo
est dux passerũ? Hoc enim in ista creatura, quæ oculis
nostris adiacet, intelligi nullo pacto potest. Fulicas enĩ
aues esse marinas vel stagnenses nouimus. Domus fu-
licæ sit nidus fulicę. Quomodo ergo domus fulicę dux
est passerum? Quare quædam in rebus visibilibus quasi
absurda miscet Spiritus sanctus, nisi vt ex eo quod nõ
possumus accipere ad literã, cogat nos ista spiritaliter
quærere? Ergo si ad cælũ intellectu, vt dixi, ad extẽtam
pellem vultis ascendere; & nubes fecit ascensionem
eius; nubes ista quæ vobis loquitur, inualida est hodie
ad omnia ista exponenda. Date veniã, & si non vestræ, C
meæ certè infirmitati. Auiditatem quidem vestrã tan-
tam video, vt semper parati sitis audire. Sed duæ res
sunt, quarum ratio nõ contemnenda est. Nam & infir-
mitas corporis nostri consideranda est, & ipsarum re-
rum quæ exponuntur memoria; interim quæ audistis
cogitate. Quid dixi? Quæ mãducastis ruminate. Sic enĩ
eritis munda animalia, & apta epulis Dei. Fructum au-
tem vestrum in operibus vestris aduertite. Valde enim
malè digerit is qui bene audit, & non bene operatur;
quia Dominus Deus noster non deest pascere. Notum
est omnibus, quia de pane quem accepimus, & quem
erogamus, reddituri sumus rationem. Optimè nouit
charitas vestra; nõ enim tacet nobis pagina diuina, aut
adulatur nobis Deus. De isto loco quàm liberi simus
ad vos, potestis aduertere; & si fortè ego minus liber
sum, vel omnes qui in hoc loco vobis loquimur, si mi-
nus liberi sumus, certè ipse sermo Dei neminẽ timet.
Nos autẽ siue timeamus, siue liberi simus, eũ cogimur
annunciare qui neminem timet: hoc vobis non homi- D
nes, sed Deus præstitit, vt & per timidos liberũ audia-
tis. Excusationẽ in iudicio Dei non habebitis, nisi vos
in bonis operibus exercueritis, & corũ quæ audistis tã-
quam pluuiæ fructũ congruum dederitis. Fructus con-
gruus opera bona; fructus bonus syncera dilectio, non
solùm fratris, sed & inimici Supplicẽ nullum spernas,
& cui dare non potes quod petierit, non eum spernas.
Si potes dare, da; si nõ potes, affabilẽ te præsta. Coro-
nat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatẽ.
Nemo dicat, nõ habeo. Charitas non de saccello ero-
gatur, quia quicquid dicimus, & quicquid diximus, &
quicquid dicere potuerimus, vel nos, vel post nos, vel
Rom.10.a qui ante nos, finẽ non habent nisi charitatẽ; quia finis
1.Tim.1.b præcepti charitas est, de corde puro & cõsciẽtia bona,
& fide nõ ficta. Interrogate quãdo rogatis Deũ, corda
vestra, videte quomodo transmittatis versum istũ: Di- Matth.6.b
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Nõ eris orans, nisi ista dicas; si alia di-
cas, nõ te exaudit ille, quia nõ ipsa tibi dictauit iuris-
peritus quem misit. Necesse est ergo, vt & quando verba
nostra dicimus in oratione, secundùm ipsam dicamus:
& quãdo ipsa verba dicimus, bene intelligamus quod
dicimus, quia manifestam illam Deus esse voluit. Si ei-
go nõ oraueritis, spẽ non habebitis: si aliter quàm ma-
gister docuit oraueritis, non exaudiemini: aut si in ora-
tione mentiti fueritis, non impetrabitis. Ergo, & ora-
dum & verum dicendum est: & sic orandum est, quo-
modo ille docuit. Velis nolis quotidie dicturus es: Di- Matt. 6.b
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Vis securus dicere? fac quod dicis.

Concio secunda, de eadem parte Psalmi.

SCIO quia debitores nos tenetis, non necessitate, sed
quod est vehemẽtius, charitate. Debemus autẽ hoc
primò Domino Deo nostro, qui habitans in vobis, &
exigit ista de nobis: deinde domino, & patri præsenti,
& iubenti, & oranti pro me: deinde vestræ violentiæ,
quia extorquętis etiã infirmis viribus nostris. Tamen
quantum Dominus donat, qui & ipsas vires vobis orã-
tibus donare dignetur, quoniam Psalmi huius primas
partes die iam nuper præcedente tractauimus, etiã se-
quentia suscipienda sunt, & illo adiuuante, in cuius no-
mine cœpimus, terminanda sunt. Cõmendaueramus
autem charitati vestræ; qui affuistis, totum istum Psal-
mum figuratis mysteriis esse contextum. Vnde quod
difficilius quæritur, solet dulcius inueniri. Nec putetis
ista vobis obscuritate subtracta, sed difficultate condi-
ta: ad hoc, quod sæpe iam diximus, vt detur petẽtibus,
inueniatur à quærentibus, intretur à pulsantibus. Sed Matth.7.b
C opus est nobis aliquãto maiore & silentio vestro, & pa-
tiẽtia vestra, vt pauca quæ dicturi sumus, non per stre-
pitum tẽpus amplius occupẽt. Pauca enim nos dicere
temporis cogit angustia, quod nouit & charitas vestra
debere nos exequiis fidelis corporis solẽne obsequiũ.
Et etiam quæ dicta sunt repetere, & rursus exponere
non cogamur: sed si defuerint aliqui, qui non audierũt,
qui vtinã non deessent: prodest autem illis fortasse, qui
non audiunt modò, quod audierunt qui affuerunt, vt
& ipsi discant adesse. Legamus ergo cursim. Benedic
anima mea Dominum.) Omnium nostrum anima di-
cat vna facta in Christo: Domine Deus meus magnifi-
catus es nimis.) Vnde magnificatus es nimis? Confes-
sionem & decorẽ induisti.) Confitemini vt decoremi-
ni, vt induat vos. Circumamictus lucem sicut vestimẽ-
tum.) Circumamictus Ecclesiam suã: quia ipsa facta est
lux in illo, quæ prius erat tenebræ in se, dicente Apo- Ephes.5.a
stolo: Fuistis aliquãdo tenebrę, nunc autem lux in Do-
mino. Extendens cælum sicut pellem.) Vel tam facilè
D quàm tu pellem, si tam facilè sit tanquam ad literã ac-
cipias: vel vt autoritatem Scripturarum intelligamus
distentam per totum mundũ nomine pellis, quia mor-
talitas in pelle significatur. Dispensata est autem nobis
omnis autoritas Scripturarũ diuinarum per homines
mortales, quorum iam mortuorum fama distenditur.
Qui protegis in aquis superiora eius.) Cuius superiora?
Cæli. Quid est cælũ? Figuratè duntaxat diximus, Scri-
pturam diuinã. Quæ superiora Scripturæ diuinæ? Præ-
ceptum, quo nihil est eminentius, charitatis. Quare au-
tem aquis comparata est charitas? Quia charitas Dei Rom.5.a
diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum,
qui datus est nobis. Vnde aqua ipse spiritus? Quia stabat Ioan.7.f
Iesus & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat.
Qui credit in me, flumina aquę viuę fluent de ventre

eius. Vnde probamus, quia de spiritu dictum est? Dicat ipse Euãgelista, qui sequitur, & ait: Hoc autem dicebat A de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Qui ambulat super pennas ventorum.) Id est, super virtutes animarum. Quæ est virtus animæ? Ipsa charitas. Quomodo autem ille super illam ambulat? Quia maior est charitas Dei in nos, quàm nostra in Deũ. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantẽ.) Id est, eos qui iã spiritus sunt, qui spiritales non carnales sunt, facit angelos suós mittendo, vt prædicent eius Euangelium. Et ministros suos ignem flagrantem. Nisi enim ardeat minister prædicans, non accendit eũ cui prædicat. Fundauit terram super firmamentum eius.) Firmauit Ecclesiam super firmamentũ Ecclesiæ. Quid est firmamentum Ecclesiæ, nisi fundamentũ Ecclesiæ? Quid est fundamentũ Ecclesiæ, nisi de quo dicit Apo-
1.Cor. 3.c stolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter quàm quod positum est, quod est Christus Iesus? Et ideo tali fundamento suffulta, quid meruit audire? Nõ B inclinabitur in seculum seculi.) Firmauit terram super firmamentum eius, id est, firmauit Ecclesiam super firmamentum Christum. Nutabit Ecclesia, si nutauerit fundamentum. Sed vnde nutabit Christus, qui ante-
Ioan.1.a quam veniret ad nos, & carnem susciperet, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; qui omnia continet maiestate, & nos bonitate? Non nutãte Christo, non inclinabitur in seculum seculi. Vbi sunt qui dicunt perisse de mundo Ecclesiam, quãdo nec inclinari potest? Sed vnde cœpit Dominus asserere istã Ecclesiam, reuelare, incipere, ostendere, diffundere? Vnde cœpit hoc? Quid erat primò? Quia firmauit terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimẽtum amictus ipsius.) Cuius? Nunquid fortè Dei? Sed iam de amictu eius dixerat, Circumamictus lucem sicut vestimentum. Audio Deũ luce vestitum, & lux ipsa si volumus, nos sumus. Quid est, si volumus? Si iam tenebræ nõ sumus. Ergo si Deus luce vestitus est, cuius rursum vestimẽtum est abyssus? Abyssus enim dicitur immẽsa aquarum copia. Omnis aqua, omnis humida natura, atque substantia circumquaque diffusa per maria, & flumina, & antra occulta, simul vno nomine abyssus vocatur; ergo terram intelligimus, de qua dixit, Firmauit terram super firmamẽtum eius, non inclinabitur in seculum seculi: de illo dictum credo, Abyssus sicut vestimẽtum amictus ipsius. Terræ enim quasi vestimentum est aqua, circundans eam & contegens eam. Sed aliquando in diluuio ita creuit hæc vestis terræ, vt omnia omnino cooperiret, & transcẽderet altissimos mõtes, sicut Scriptura testatur, cubitis fermè quindecim. Fortasse ipsum tempus
Genes. 7. d significauit iste Psalmus, cùm diceret, Abyssus sicut vestimentũ amictus ipsius. Super montes stabunt aquæ.) Id est, vestimentum terræ, quod est abyssus, ita creuit, D vt etiam super montes aquæ starent. Legimus hoc, vt dixi, factũ in diluuio. Inde loquebatur nobis Propheta: narrabat nobis præterita, an prænunciabat futura? Sed si narraret præterita, nõ nobis diceret, Super mõtes stabũt aquæ: sed, super montes steterunt aquæ. Præteritum enim tempus pro futuro solere poni in Scripturis, ita præuidente spiritu quæ ventura sunt, quasi iã facta sint, solemus legere. Inde est quod illud in alio Psalmo nouimus omnes, vbi tanquam Euangeliũ re-
Psal. 21. citatur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: super vestimentum meum miserunt sortem. Omnia quasi iam facta commemorantur, quæ vtique adhuc ventura cernebantur. Sed quantum potest nostra intelligentia? quantum autem potest tanta occupatio? aut quando sic vacat, vt possimus pro certo dicere, ita est? Animaduertimus sæpè prophetas præterito tẽpore verborum dicere quę vẽtura sunt: in figura autem futuri dicere præterita, non facilè occurrit legenti. Non audeo dicere, non est, sed certè studiosis earum literarũ indix erim quid querãt. Si inuenerint, & ad nos attulerint, gratulabimur adolescentium studiis otiosorum occupati senes, & ex eorum ministerio & nos aliquid discemus. Non enim dedignabimur, quãdo Christus de omnibus docet. Hoc ergo dicit, Super montes stabunt aquę. Propheta curans futura prędicere, non narrare prędterita: propterea dixit, quia Ecclesiam futuram in diluuio persecutionum volebat intelligi. Fuit enim tempus aliquando, quo terram Dei, Ecclesiam Dei cooperuerunt aquę persequentium, & ita cooperuerunt, vt non appareret nec ipsi magni qui sunt montes. Quando enim vbique fugiebant, quomodo non minus apparebant? Et fortasse de illis aquis est vox illa, Saluum me fac Deus, Psal.68. B quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Maximè aquę quę mare faciunt, procellosę, infructuosę. Non enim quamcunque terram cooperuerit aqua marina, fœcundabit eam potius quàm ad sterilitatem perducet. Erant enim & montes sub aquis, quia super montes stabant aquę. Populi resistentes superauerunt autoritatem omnium vbique fortiter euangelizãtium verbum Dei, cooperuerant eos aquę, & super illos stabant aquę, & dicebant: Preme, preme; & premebant: extingue, & non appareant. Dicebant ista, & prędalebant super martyres, & fugiebant vbique Christiani, & fuga quadam occultabantur Apostoli. Vnde fuga occultabantur Apostoli? Quia super montes stabant aquę. Erat potestas aquarum magna. Sed quamdiu audi quod sequitur, Ab increpatione tua fugient.) Et hoc factum est fratres, ab increpatione Dei fugerunt aquę: hoc est, à pressura montium recesserunt. Iam C montes ipsi extant Petrus & Paulus. Quomodo eminent? Qui antè à persecutoribus premebantur, nunc ab imperatoribus venerantur. Fugerunt enim aquę ab increpatione Dei, quia cor regum in manu Dei: deflexit quò voluit, iussit per eos pacem dari Christianis, emicuit & eminuit autoritas apostolica. Nunquid quãdo suprà erant aquę, montium defecerat magnitudo? Sed tamen fratres mei, vt omnes viderẽt eminentiam montium, per quos montes salus esset generi humano, Psal.120. quia leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: Ab increpatione Dei fugerunt aquæ. A voce tonitrui tui formidabunt.) Iam quis non terrẽatur à voce Dei per Apostolos, voce Dei per Scripturas, per nubes eius? Cõquieuit mare, formidauerunt aquæ, nudati sunt montes, iussit imperator. Sed quid iussisset, nisi Deus tonuisset? Quia voluisset Deus, illi iusserunt, & factum est. Ergo nullus sibi hominum arroget aliquid, formidauerunt aquæ, sed à voce tonitrui tui. D Nam ecce cùm voluit Deus, fugerunt aquæ, ne premerent montes: antequam id fieret, & sub aquis firmi erant montes. Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis.) Adhuc de aquis loquitur. Non hic montes accipiamus quasi terrenos, neque campos quasi terrenos: sed fluctus tam magnos, vt montibus comparentur. Fluctuauit aliquando mare, & fluctus eius tanquam montes fuerunt, qui montes illos Apostolos operirent. Sed quamdiu ascendunt montes, & descendunt campi? Sæuierunt, & placati sunt. Cùm sæuiebant, montes erant: cùm placati sunt, campi facti sunt: fundauit enim eis locum. Est quidam † meatus, quasi profundus locus, quò recepta sunt quodam modo omnia sæuiẽtia corda mortalium. Quàm multi modò, & falsi, & amari sunt, & tamen

men quieti? Quàm multi sunt qui dulcescere nolunt? Qui sunt qui dulcescere nolunt? Qui in Christũ adhuc A credere nolunt. Et quãuis multi sunt qui nondum credidérunt, quid faciunt Ecclesię? Montes erãt aliquãdo, modò cãpi sunt; tamen fratres mei & malitia mare est. Quare enim non sæuiunt modò? quare non insaniunt? quare non dant operã? Siquidem si nõ possunt euertere terram nostram, certè contegere possunt. Quare nõ? audi: Terminum posuisti eis quẽ non transgredientur, neque reuertentur tegere terram.) Quid ergo quia iam fluctus amarissimi modum acceperunt, vt liceat nobis talia etiam libere prædicare? quia terminum acceperũt debitum, quia transgredi non possunt impositum finẽ, neque reuertentur tegere terram. Quid fit in ipsa terra? quæ operationes ibi sunt, quam mare nudauit? Et si ad eius oram tenues fluctus perstrepunt, & si adhuc murmurant pagani; sonitum littorum audio, diluuium non perhorresco. Quid ergo? Quid fit in terra? Qui emittit B fontes in conuallibus.) Emittit, inquit, fontes in conuallibus. Conualles nostis quid sint, depressa loca terrarum. Nam collibus & montibus contraria figura opponuntur valles vel conualles. Colles & mõtes, tumores terrarum sunt: valles autẽ vel cõualles, humilitates terrarum. Noli contemnere humilitates, inde fluunt fontes. Emittit fontes in conuallibus. Audi montem.
1.Cor. 15. b Dicit Apostolus, Plus illis omnibus laboraui. Magnitudo quædam cõmendatur: statim tamen vt profluant aquæ, conuallẽ se fecit. Non ego autẽ, sed gratia Dei mecum. Non repugnat vt qui sunt montes, sint & cõualles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritalem magnitudinẽ, ita & cõualles propter sui spiritus humilitatẽ. Non ego, inquit, sed gratia Dei mecũ. Ergo conuallis est, & gratia Dei fõs est. Qui emittit fontes in cõuallibus. De spiritu dicebatur quod modò cõmemo-
Ioan. 7. f raui, Si quis sitit, veniat & bibat: qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius: hoc autẽ dicebat C de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum erãt credituri. Videamus si conualles sunt, vt emittãtur fontes
Esa. 66. a in conuallibus. Audi Prophetam: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilẽ & quietum & trementẽ verba mea? Quid est, super quem requiescit spiritus meus? Super humilem & quietum. Quis habebit fontem meum? Conuallis. Inter medium montiũ pertransibunt aquæ) Hucusque à lectore pronunciatus est Psalmus, hucusque charitati vestræ sufficiat. Hoc dicemus, & in nomine Dei sermonẽ terminabimus. Quid est, inter medium montium pertransibũt aquæ? Audiuimus quid sunt montes, magni prædicatores verbi, sublimes angeli Dei, quamuis adhuc in carne mortali: excelsi non sua virtute, sed illius gratia. Quantum autẽ ad ipsos attinet, conualles sunt, humiliter emittũt fontes: Et inter medium montium, inquit, pertransibunt aquæ. Putemus hoc ita dictum, inter apostolorum medium pertransibunt prędicatores verbi veritatis. Quid est, inter medium montium pertransibunt aquæ? Quid est, inter medium apostolorum? Quod medium dicitur, commune est. Res cõmunis, vnde omnes ęqualiter viuunt, media est: nec attinet ad te, nec ad me. Propterea loquimur & sic de aliquibus hominibus. Habent inter se pacem, habent inter se fidem, habent inter se charitatem: sic certè dicimus. Quid est, inter se? In medio fui. Quid est, in medio sui? Commune est illis. Audi aquas inter medium montium. Quia communis illis fides erat, nec quisque aquas quasi proprias & suas habebat. Si enim non sunt in medio, quasi priuatæ sunt, non publicè fluunt: & ego habeo meam, & ille habet suam, non est in medio quod & ego & ipse habeat, sed talis nõ est pacifica prædicatio. At verò vt inter mediũ montium fluant aquę: audi vocẽ montis: Deus, inquit, Rom. 15. a pacis, det vobis idipsum sapere in inuicẽ & iterum, Vt idipsum sapiatis omnes, & non sint in vobis schismata. 1.Cor. 1. b Quod sentio sentis, in medio fluit aqua: nõ habeo quasi priuatũ meũ, nec tu priuatũ tuũ. Veritas nec mea sit propria, nec tua: vt & tua sit & mea, inter mediũ montiũ pertransibũt aquę. Audi ipsum mõtẽ, vt dixi, quia inter mediũ mõtiũ pertrãsibũt aquæ. Siue autẽ ego, siue 1.Cor. 15. b illi sic prædicamus, & sic credidistis. Securus dixit, siue ego siue illi sic prædicamus, & sic credidistis: inter mediũ enim montiũ fluebant aquæ. Nulla enim de aquis discordia montiũ, sed pax cõsensionis, & societas charitatis. Si quis autem vellet aliud prędicare: iam de suo prædicaret, non de medio. Et audi quid de illo dicatur ab ipso qui emisit fontes in conuallibus, Qui loquitur Ioan. 8. f mẽdacium, de suo loquitur. Itaque ne acciperetur aliquis mons non de medio, sed de suo manans, ait Apostolus: Quisquis vobis euãgelizauerit præter quã quod Galat. 1. b accepistis, anathema sit. Et vide quemadmodũ noluerit de monte pręsumi: ne fortè mons discedat ab aquis per mediũ currentibus, & aliquid propriũ velit influere. Licet si nos: & quantus mõs dixit hoc, quàm vberrimæ aquæ fluebant de conualle eius, tamen hoc volebat vt † medius inter montes curreret, & ibi esset fides al. medios. recta populorum, quod inter se medium atq; commune Apostoli retinebant: licet si nos, inquit. Et tu Paule potes aliquid aliter prædicare? De Paulo quæstio: audi quod sequitur, Licet si nos aut angelus de cælo annunciauerit vobis præter quã quod accepistis, anathema sit. Si veniat mõs aliud euãgelizans, anathematizetur: si veniat angelus aliud euãgelizans, anathematizetur. Vnde hoc? Quia de priuato vult fluere, non de medio. Et hoc fortè homo carnali nebula præpeditus, & à fõte cõmuni ad propriam suam falsitatẽ redactus possit hoc facere: Nunquid & angelus? Verè nunquam & angelus. Si angelus de proprio fluens in paradiso nõ esset auditus, nõ præcipitaremur in mortẽ. Media aqua posita erat hominibus præceptum Dei: aqua media, aqua quodãmodo publica, sine fraude valebat, quod diximus charitati vestræ, sine labe, sine cœno fluebat. Si ipsa aqua semper biberetur, semper viueretur. Venit angelus lapsus de cælo, factus serpẽs, quia insidiosè iã venena spargere cupiebat: emisit venenũ, de proprio locutus est, de suo (quia qui loquitur mendacium, de suo Ioan. 8. f loquitur) & miseri audiendo dimiserunt quod commune erat, vnde beati erant: & ad suum proprium redacti, cùm volũt peruersè esse similes Deo. Hoc enim Genes. 3. b eis dixerat, Gustate, & eritis sicut dij: appetentes quod non erant, quod acceperant amiserunt. Ergo fratres ad hoc valeat quod diximus charitati vestræ, propter fontes: vt fluant de vobis, conualles estote, & cũ omnibus conferte quod de Deo habetis. Inter medium D fluant aquæ, nulli inuideatis, bibite, saturamini, manate, saturate. Vbique communis aqua Dei habeat gloriam, non hominum priuata mendacia.

Concio tertia, de secunda parte eiusdem Psalmi.

RElIquarum partium Psalmi hujus pertractandarum debitores nos esse, meminit charitas vestra. Non ergo opus est vt intẽtionem vestram aliquo proœmio moneam. Video enim vos ad intelligenda sacramenta prophetica omni alacritate suspensos: nec opus est vt intentos faciat sermo meus, quos iam fecit spiritus Dei. Hoc potius agamus quod vrget. De fontibus emissis in conuallibus, & de aquis inter medium montium pertranseuntibus iam dictum est: sed hucusque dictũ est, hinc deinceps ordiamur. Sequitur enim, Potabunt omnes bestiæ syluæ.) Quid potabũt? Aquas pertranseuntes inter medium montium. Quid pota-

bunt? Fontes emissos in conuallibus. Et qui potabunt?
Bestiæ syluæ. Videmus quidem hoc etiam in ista crea-
tura, bestias syluæ bibere de fontibus & de riuis inter
montes currentibus. Sed iam quoniã Deo placuit tali-
bus rerum figuris abscondere sapientiam suam, nõ au-
ferre studiosis, sed claudere negligentibus, aperire pul-
santibus: placuit etiã ipsi Domino Deo nostro ad hoc
hortari vos per nos, vt in his omnib. quæ velut de cor-
porali & de visibili creatura dicũtur, quęramus aliquid
spiritaliter absconditũ, quo inuẽto gaudeamus. Bestias
syluę, gẽtes intelligimus: & multis hoc locis Scriptura
testatur. Sed tamen euidentissima duo maxima occur-
Genes.7.a runt documẽta, quòd in arca Noë, qua nemo nostrûm
dubitat Ecclesiam esse præfiguratam, non includeren-
tur omnia genera animaliũ, nisi in illa vnitate cõpagi-
nis oẽs gentes significarẽtur: nisi fortè putamus, si om-
nia talia penitùs diluuio delerẽtur, defuturã fuisse Deo
potestatẽ iubendi vt terra ea produceret, sicut primò
verbo eius produxerat. Non ergo frustrà, non timerè,
nõ aliqua indigẽtia Dei vel inopia potestatis iussa sunt
animalia illa in arca includi. Nam posteaquã venit tẽ-
pus: iam enim debemus & alterum euidẽtissimum ad-
iungere testimonium: cùm ergo venit tempus vt illud
quod in arca erat præfiguratũ, iam in Ecclesia comple-
retur: Petrus Apostolus dubitans dare sacramentum
euangelicũ gentibus incircumcisis, imò non dubitans,
sed omnino dandũ esse non putãs, quodam die esuriẽs
cùm prandere vellet, ascẽdit vt oraret. Hoc in actibus
apostolorũ omnibus bene legentibus & bene audiẽti-
bus notum est. Illo igitur orante facta est illi mẽtis alie-
natio, quam Gręci ecstasin dicunt; id est, auersa est mẽs
eius à cõsuetudine corporali ad visum quendã contẽ-
plandum alienũ à præsentibus. Tunc vidit vas quoddã
veluti linteũ quatuor lineis submitti de cælo, vbi erant
Act.10.b animalia, omnis generis bestiæ: & sonuit ei vox, Petre,
macta & mãduca. Ille autem qui in lege erat eruditus,
& in consuetudine Iudaica creuerat, præceptumq; per
Moysen Dei famulũ retinebat, totamque vitam suam
fideliter custodierat: respondit, Absit à me Domine,
nunquam cõmune aliquid intrauit in os meum. Com-
mune autem immundũ dici à Iudæis & à lege bene no-
uerunt, qui ecclesiasticas literas didicerunt. Et vox ad
illũ: Quæ Deus mundauit, tu immũda ne dixeris. Hoc
autem factũ est ter, & ablatus est ille discus qui demõ-
strabatur ter de cælo submissus. Discus qui quatuor li-
neis cõtinebatur, orbis terrarum erat in quatuor parti-
bus. Has quatuor partes sæpe Scriptura cõmemorat,
orientem & occidẽtem, aquilonem & meridiem. Ideo
quia totus orbis terrarum per Euangelium vocabatur,
quatuor Euangelia cõscripta sunt. Ter autẽ submissum
Matt.28.d vas de cælo hoc significat: quia dictũ est Apostolis, Ite
baptizate oẽs gentes in nomine patris, & filij, & Spiri-
tus sancti. Inde colligitur sicut iam nostis, duodena-
rius etiam numerus discipulorum. Non enim frustra
duodecim Dominus habere voluit. Et ita numerus il-
le sacratus est, vt in locum vnius qui ceciderat, nõ pos-
set nisi alter ordinari. Quare duodecim Apostoli? Quia
enim quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Euan-
gelio vocabatur, vnde quatuor Euangelia conscripta
sunt, & totus orbis in nomine trinitatis vocatur, vt
congregetur Ecclesia: quatuor ter ducta, duodecim
fiunt. Ergo non miremur si de illis aquis inter medium
montium pertranseuntibus, in illa doctrina apostolica
fluente in medio propter concordiam communionis,
Gen.7.c omnes bestiæ syluæ bibunt. Omnes enim erant in ar-
ca, omnes in disco, omnes mactat & manducat Petrus,
Act.10.b quia Petrus petra, petra Ecclesia. Quid est enim macta-
re & manducare? Occidere in eis quod erant, & in sua

viscera assumere. Dissuasisti pagano sacrilegia, occidi-
A sti quod erat: dato sacramẽto Christi incorporasti Ec-
clesiæ, mãducasti. Ipsæ ergo bestiæ potant istas aquas,
pertranseũtes tamen: non manẽtes, sed pertranseũtes.
Omnis enim doctrina quę toto isto tẽpore dispẽsatur,
transit. Inde dicit Apostolus, Et scientia destruetur, & 1.Cor.13.c
prophetia euacuabitur. Quare ista euacuabuntur? Ex
parte enĩ scimus, & ex parte prophetamus. Cùm autẽ
venerit quod perfectum est, quod ex parte est, euacua-
bitur. Nisi fortè putat charitas vestra, quia in illa ciui-
tate cui dicitur, Collauda Hierusalem Dominũ, lauda Psal.147.
Deum tuũ Sion: quoniã confortauit vectes portarum
tuarum: iam cõfirmatis vectibus & clausa ciuitate, vn-
de, vt iam pridẽ diximus, nemo exit amicus, & quò ne-
mo intrat inimicus: quis codex ibi nobis legendus est,
aut tractãdus sermo, quẽadmodũ vobis modò tracta-
tur. Ideo modò tractatur, vt ibi teneatur. Ideo modò
B per syllabas diuiditur, vt ibi totus atq; integer cõtem-
pletur. Non tibi deerit verbũ Dei: sed tamen non per
literas, nõ per sonos, non per codices, non per lectorẽ,
non per tractatorem. Quomodo ergo? Sicut in princi- Ioan.1.a
pio erat verbũ, & verbum apud Deũ, & Deus erat ver-
bũ. Non enim sic ad nos venit, vt inde discederet: quia
in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est. Tale
verbũ contẽplaturi sumus. Apparebit enim Deus deo- Psal.83.
rum in Sion. Sed hoc quãdo? Post peregrinationẽ fini-
ta via, si tamen post finitam viam non iudici tradamur,
vt iudex mittat in carcerem. Sed si finita via, sicut spe-
ramus & optamus & studemus, ad patriam venerimus,
ibi cõtẽplabimur quod semper laudabimus. Nec illud
deficiet quod nobis prẽsto est, nec nos qui fruemur: nec
fastidiet qui manducabit, nec deficiet quod mãduca-
bitur. Magna illa & mira contẽplatio erit. Et quis de il-
la dignè dicet isto tempore, cùm inter montes fluunt
C aquæ? Interim ergo fluãt aquæ inter montes, & pertrã-
seant: cùm pertranseunt aquę, bibitur in peregrinatio-
ne, ne siti in via deficiamus. Potabunt oẽs bestiæ syluæ;
Inde venistis, de sylua collecti estis. Et qualis sylua?
Nullus hominũ ibi pertransibat, quia nullus propheta
illuc missus erat. Sed ad arcã construendã concisa sunt Genes.6.c
ligna de syluis: inde ligna, inde bestię, inde venistis. Er-
go bibite. Potabunt oẽs bestiæ syluæ: Suscipient ona-
gri in sitim suã.) Onagros magnas quasdã bestias dicit.
Quis enĩ nesciat, onagros dici agrestes asinos? Magnos
ergo quosdam dicit indomitos. Nullũ enim habebant
gentes iugum legis: viuebãt multæ gentes morib. suis,
superba iactãtia vagantes tanquã in deserto. Et omnes
quidẽ bestiæ ita, sed onagri positi sunt ad significatio-
nem magnitudinis. Potabunt & ipsi in sitim suã. Fluunt
enim & illis aquæ, inde bibit lepus, inde onager. Lepus
paruus, & onager magnus: lepus timidus, & onager fe-
rus: vterq; inde bibit, sed quisque in sitim suã. Non di-
cit aqua lepori, sufficio, & repellit onagrũ: neque hoc
D dicit onager, accedat lepus: si accesserit, rapietur. Tam
fideliter & tẽperatè fluit: vt sic onagrum satiet, ne lepo-
rem terreat. Sonat strepitus vocis Tullianæ, Cicero
legitur, aliquis liber est, dialogus eius est, siue ipsius, siue
Platonis, seu cuiuscunque talium: audiunt imperiti,
infirmi minoris cordis, quis audet illuc aspirare? Stre-
pitus ibi aquæ & fortè turbatæ, certè tamen tam rapa-
citer fluentis, vt animal timidum non audeat accedere
& bibere. Cui sonuit, In principio fecit Deus cælum Genes.1.a
& terram, & non ausus est bibere? Cui sonat Psalmus,
& dicat, Multum est ad me? Ecce modò quod sonat
Psalmus, certè occulta sunt mysteria: tamen ita sonat,
vt & pueros audire delectet, & imperiti accedant ad
bibendum & satiati ructent in psallendo. Bibunt er-
go minores bestiæ & maiores: sed capacius maiores,
quia

Ephes.5.c quia suscipiũt onagri in sitim suã. Bibãt minores quod
dictum est, Viri diligite vxores vestras, sicut & Chri-
stus dilexit Ecclesiam. Mulieres viris suis subditæ sint.
Bibant minores. Dictum est autem Domino, Si licet
Matt.19.a dimittere vxorẽ ex omni causa? Prohibuit Dominus,
24.quæst.1. & dixit non licere. Non scitis, inquit, quia Deus ab ini-
Cùm per tio masculum & feminam fecit? Quod Deus cõiunxit,
bellicam. homo non separet. Deinde addidit, Qui dimiserit v-
xorem suam, excepta causa fornicationis, facit eã mœ-
chari: & si aliam duxerit, mœchatur. Confirmauit cõ-
pedem: hoc expedit colligato, prius ageret ne ligare-
1.Cor.7.c tur. Alligatus es vxori, ne quęsieris solutionem: solu-
tus es ab vxore, ne quæsieris vxorem. Si nondum es
onager, & solutus ab vxore, habes ibi quod & lepus
bibas: & si acceperis vxorem, non peccasti. Discipuli
autem cùm audirẽt dictum à Domino, non licere vllo
modo præter causam fornicationis disiungi coniugia,
Si talis est, inquiunt, causa cũ vxore, non expedit du-
Matth.19.b cere. Et Dominus, Non omnes capiunt verbum hoc.
Nam verum dicitis, quia si talis est causa cùm vxore,
non expedit ducere. Sed nunquid soli onagri bibituri
sunt? Nõ omnes capiũt verbũ hoc, multi non capiunt.
Et qui sunt qui capiũt? Suscipiẽt onagri in sitim suam.
Quid est, suscipiẽt onagri in sitim suam: Qui potest ca-
pere, capiat. Deinde sequitur in contextione sua Psal-
mus, Super illos volatilia cęli inhabitabũt.) Super quos?
Super onagros, an potius super mõtes? Illinc enim sen-
sus iste dirigitur, inter medium montiũ pertransibunt
aquæ potabunt omnes bestiæ syluæ, suscipient onagri
in sitim suã, super illos volatilia cæli inhabitabũt. Cõ-
gruentius intelligimus super mõtes, quia hoc est etiam
huic simile creaturæ. Super montes possunt habitare
volatilia, non super onagros. Non hoc intelligeremus,
si non necessitas cogeret. Super montes ergo volatilia
cæli inhabitabunt. Videmus aues istas habitare super
mõtes, sed multę earũ habitant in cãpis, multæ in con-
uallibus, multæ in nemoribus, multæ in hortis, nõ om-
nes super montes. Sunt quædam volatilia quæ non ha-
bitãt nisi super mõtes. Spiritales quasdã animas signi-
ficat hoc nomen. Volatilia spiritalia corda sunt: quæ
aëre liberò perfruuntur. Gaudent serenitate cæli aues
istæ: sed tamẽ past⁹ earũ in mõtibus, illic inhabitabũt.
Nostis montes, iã tractati sunt. Mõtes prophetæ, mon-
tes Apostoli, mõtes oẽs prædicatores veritatis. Quicũ-
que vult esse spiritalis, ibi inhabitet: non in corde suo
aberret, habitet, perferat volãdo. Habemus aues signi-
Psal.102. ficantes aliquid spiritale. Nõ frustra dictũ est, Renoua-
bitur iuuentus tua sicut aquilæ: non frustra dictũ est de
Abrahã, Aues autẽ nõ diuisit. Abrahã in illo sacrificio
Genes.15.c satis mystico accepit tria animalia, arietem trimũ, vac-
cã trimam, capram trimam, & turturẽ, & columbam.
Diuisus est aries, & aduersus se inuicẽ partes cõstitutæ,
Diuisa capra, nihilominus aduersus se partes cõstitutę.
Diuisa vacca, sic etiã de ipsius carne factũ est: & subie-
cit Scriptura, Aues autẽ nõ diuisit, Deinde dicitur. Tri-
mus aries, trima vacca, trima capra: de auium ætate ta-
cetur. Vnde rogo vos, nisi quia significantur in auibus
quidã spiritales, quorũ ætas tẽporalis propterea tace-
tur, quia æterna meditantur, & transgrediũtur deside-
1.Cor.2.d rio & intellectu omnia tẽporalia? Spiritales viri qui de
omnibus iudicant, & à nemine iudicantur, itaque ipsi
soli non diuiduntur in hæreses & schismata. In ariete
Genes.15.b intelliguntur præpositi, ducunt enim greges. In vacca
plebs intelligitur Iudæorum: habuit enim iugum legis
sub quo laborabat. In capra intelligitur Ecclesia de
gentibus, in quibusdã enim liberis saltibus insultabat,
& amaro pascebatur oleastro. Trima sunt dicta hæc a-
nimalia, quia tertio tempore gratia reuelata est. Nam

primùm fuit ante legem, secundũ ex quo lex data est,
A tertium quod nunc est, ex quo regnum cælorum præ-
dicatur. Quid ergo dicimus quòd aries non diuidatur?
Nónne episcopi fuerunt autores schismatum & hære-
sum? Porrò autẽ si plebs ipsa non diuideretur, id est, si
vacca non diuideretur, si capra non diuideretur: eru-
buissent fortasse illi in diuisionibus suis, & ad cõpagem
remeassent. Diuiduntur duces, diuiduntur & plebes, vt
cæcus cæcum sequatur, & simul in foueam cadant. Po- Matth.15.b
nuntur aduersus se inuicem. Aues autem non diuisit.
Spiritales non habent diuisiones, non cogitãt schisma-
ta. Pax est in eis, custodiunt eam in cæteris quantum Lucæ 10.a
possunt: vbi in aliis deficiunt, in se tenent. Si erit ibi, in-
quit, filius pacis, requiescet super eũ pax vestra: si quo
minus, ad vos reuertetur. Non est filius pacis qui diui-
di voluit, reuertetur ad te pax tua, quia aues non diui-
sit. Veniet & caminus: nam consedit ibi Abraham vsq;
ad vesperam, & venit magnus terror diei iudicij. Ve-
B spera autem illa finis est seculi, & caminus ille veniens
dies iudicij: diuisit inter media illa quæ diuisa erant, e-
tiam caminus. Si inter media transiit caminus, alia in
dexteram, alia in sinistram separauit. Sunt ergo quidã
carnales & tamen Ecclesiæ gremio continentur, viuẽ-
tes secundùm quendam modum suum, quibus time-
mus ne seducantur ab hereticis. Quandiu enim carna-
les sunt, diuisibiles sunt. Aues quippe non diuisit: car-
nales diuidũtur. Nõ potui loqui vobis quasi spiritali- Genes.15.a
bus, sed quasi carnalibus. Et quomodo probatur, quia
carnales diuiduntur? Adiungit, Cùm enim dicit vnus-
quisque vestrûm, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, 1.Cor.3.a
ego verò Cephæ, nónne carnales estis, & secundùm
hominem ambulatis? Rogo vos fratres, audite & prò-
ficite: excutite vos de loco carnali, pergite in turturẽ
& columbam: Aues enim non diuisit. Sed quicunque Genes.15.a
talis permanserit, & secundùm quendam modum vitę
aptum carnalibus, & de gremio Ecclesiæ non recesse-
C rit, & non fuerit seductus ab hæreticis, vt ex contraria
parte diuidatur: veniet caminus, & ad dexteram poni
sine camino non poterit. Sed si caminum pati nõ vult,
pergat in turturem & columbam. Qui potest capere Matth.19.b
capiat. Si autem non sic erit, & ædificauerit super fun-
damentũ, ligna, fœnum, stipulam, id est, amores secu-
lares fundamento fidei suæ superædificauerit, tamen si
in fundamẽto sit Christus, vt primum locum ipse ha- 1.Cor.3.c
beat in corde, & ei nihil omnino anteponatur: portan-
tur tales, tolerantur & tales. Veniet caminus, incendet Con.4.sen.
ligna, fœnum, stipulam: Ipse autem, inquit, saluus erit, dist.21.cap.
sic tamẽ quasi per ignem. Hoc aget caminus: alios in si- in illo.
nistram separabit, alios in dexteram quodãmodo eli-
quabit. Aues autem non diuisit. Sed aues videant, si a-
ues tales sunt quæ super montes illos inhabitent: non
debent sequi altitudinem cordis sui, de quibus dici-
tur, Posuerunt in cælum os suum. Ne à ventis tollãtur,
D in montibus requiescant. Habeãt autoritatem sancto- Psal.78.
rum, requiescant in mõtibus, in Apostolis, in Prophe-
tis: illic inhabitent tales aues, quia in montibus petras
inueniunt, firmamenta quædam præceptorum. Sicut
enim vna illa petra Christus verbũ Dei, sic multa ver-
ba Dei, multæ petræ & istæ petræ in montibus. Vide
aues ibi habitantes, Super illos volatilia cæli inhabita-
bunt. Sed noli putare, quia ista volatilia cæli autorita-
tem suam sequantur: vide quid dicat Psalmus, De me-
dio petrarum dabunt vocem suam.) Modò si dicam
vobis, credite: hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Pla-
to, hoc dixit Pythagoras, quis vestrûm non irride-
bit me? Ero enim auis quæ non de petra emitto vo-
cem meam. Quid mihi vnusquisque vestrûm debet
dicere? Hoc debet dicere ille qui sic instructus est:

Galat.1.b Si quis vobis euangelizauerit præter quàm quod accepistis, anathema sit. Quid mihi dicis de Platone, & A
de Cicerone, & de Virgilio? Habes ante te petras mõtiũ, de medio petrarũ mihi da vocem tuã. De medio
petrarum dabunt vocem suam. Audiantur quia petræ
1.Cor.10.a audiuntur, audiantur quia & in illis multis petris petra auditur, Petra enim erat Christus. Audiantur ergo
libenter, de medio petrarum dantes vocem suam. Nihil suauius tali voce alitum. Illę sonant, & petræ resonant: sonant illi, disputant spiritales. Resonant petræ
testimonia, respondent scripturæ. Ecce inde volatilia
de medio petrarum dant vocem suam, habitant enim
in montibus. Ipsi montes, & illæ petræ inde habẽt vocem. Vt enim rigemur scripturis, cõfugimus ad Apostolum Paulum. Ille vnde habet? Cõfugimus ad Elaiã.
Esaias vnde? Audi vnde, Rigans montes de superioribus suis.) Modò si ad nos venerit homo gentilis incircumcisus, crediturus Christo, damus ei baptismũ, nec
reuocamus ad illa opera legis. Et si nos interroget Iu- B
dæus quare ita facimus, sonamus de petra, dicimus,
Hoc fecit Petrus, hoc fecit Paulus: de medio petrarũ
damus vocẽ nostram. Illa autẽ petra, ipse Petrus mõs
magnus, quãdo orabat & illũ visum videbat, de supe-
Gal.5.a rioribus rigabatur. Paulus dicit gentibus, Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Dicit hoc Paulus tanquàm mons: inde nos dicimus, sonantes de petra, Riget Dominus ipsam petrã de superioribus suis.
Nam cùm ista petra adhuc esset in infidelitate aspera,
volẽs eã rigare de superioribus suis, vt flueret aqua in
cõuallem, clamauit, Saule Saule, quid me persequeris?
Act.9.a Non ei legit Prophetam, non ei legit alterum Apostolum: omnia enim ista contemneret. Mons magnus, rigauit illũ de superioribus suis: statim rigatus & manare iam volẽs, Domine ait, quid me iubes facere? Accipe illum montem vel petram vnde possis dare vocem
tuam, accipe illum & vide rigari de superioribus, & ef-
fluere in inferioribus. Audi hoc & in vno loco: Siue, C
inquit, mente excessimus Deo, siue temperãtes sumus
vobis. Quod ait, Mente excessimus, vos capere nõ potestis. Excessimus enim omnia ista carnalia, vos adhuc
carnales estis. Deo ergo mẽte excessimus: & quod vi-
demus cùm mente excedimus, effari nõ possumus. Ibi
2.Cor.12.b enim audiuit ineffabilia verba quę nõ licet homini loqui. Quid ergo inquiunt illi carnales, illi lepores? Nos non irrigabimur: Ad nos nihil perueniet? Et quomodo emittet fontes in conuallibus? Et quomodo in medio montiũ pertrãsibunt aquæ? Ad hoc ergo pertinet,
Siue tẽperantes sumus vobis. Vnde & hic quem imi-
2.Cor.5.c tatur, Charitas, inquit, Christi cõpellit nos. Tu particeps verbi, & si hodie spiritalis, heri carnalis, ad carna-
Ioan.1.b. les dedignaris descendere: cùm ipsum verbũ caro factũ sit, vt habitaret in nobis? Benedicamus ergo Deũ,
& laudemus eum qui rigat mõtes de superioribus suis.
Inde veniet irrigatio ad terrã, inde & humilia satura- D
buntur: sequitur enim, De fructu operum tuorũ satiabitur terra.) Quid est, de fructu operum tuorũ? Nemo
1.Cor.1.d glorietur in operibus suis: sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Gratia tua satiatur, cùm satiatur: non dicat meritis suis datam gratiam fuisse. Si gratia dicitur,
Rom.4.a gratis datur: si operib' redditur, merces redditur. Gratis ergo accipe, quia impius iustificaris. De fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fœnum iumentis, & herbã seruituti hominum.) Verũ est, video,
agnosco creaturam: producit terra fœnum iumentis,
& herbam seruituti hominum. Sed video & alia iumẽta Dei quæ significantur, cùm dicitur, Boui trituranti
1.Cor.9.b os non infrenabis: dicit enim ipsum iumentum, Nunquid de bobus pertinet ad Deum? Propter nos ergo
Scriptura dicit, Quomodo ergo producit terra fœnũ
iumentis? Quia Dominus constituit, vt qui Euangeliũ
annũciant, de Euangelio viuant. Misit prædicatores,
& ait illis, Omnia quæ ab ipsis apponuntur vobis, mã- Luc.10.b
ducate: dignus est enim operarius mercede sua. Cùm
enim dixisset, quæ apponuntur vobis, manducate: ne
illi dicerẽt, Improbi erimus, ad mensas alienas indige-
bimus, vis nos esse ita frontosos? Non, inquit, non est
illa donatio eorum, sed vestra merces. Sed cuius rei
merces? Quid dant? Quid accipiunt? Dãt spiritalia, ac-
cipiunt carnalia: dant aurum, accipiunt fœnum. Om- Esa.40.a
nis enim caro fœnum, & claritas carnis vt flos fœni.
Omnia temporalia quæ tibi superfluunt & redundant,
fœnum iumentorum sunt. Quare? Quia carnalia sunt.
Audi quorum iumentorum sit fœnum. Si nos vobis
spiritalia seminauimus, magnum est, si carnalia vestra 1.Cor.9.b
metamus? Hoc Apostolus dixit, talis annunciator tam
laboriosus, tam impiger, tam exercitatus, vt ipsum fœ-
num donaret terræ. Ego, inquit, nullius horum vsus
sum. Ostendit sibi deberi, & non accepit: nec condẽ-
nauit eos qui acceperunt quod debebatur. Condemnandi enim erant exigentes indebita, non accipientes mercedẽ suam: ille tamẽ & ipsam mercedem suam
donauit. Non quia alius tibi donauit, nõ debes alteri,
alioquin non eris irrigata terra quæ producit fœnum
iumentis. De fructu operum tuorum, inquit, satia-
bitur terra, producens fœnum iumentis. Tu noli esse
sterilis, produc fœnum iumentis. Si nolunt iumenta
fœnũ tuũ, non te tamen sterilem inueniãt. Accipis spi-
ritalia, redde carnalia: debita sunt militi, militi reddes,
prouincialis Christi es. Quis militat suis stipendiis vn-
quam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?
Quis pascit gregem, & de lacte eius non percipit? Non
ideo dico, vt ista fiãt in me. Fuit quidam miles qui etiã
prouinciali donaret annonam, sed tamen reddat pro-
uincialis annonam. Vt autem hinc dicam potius quia
iumenta sunt, Boui trituranti os non infrenabis. Pro- Deut.25.a
ducens, inquit, fœnum iumentis: & quasi hoc exponẽs
adiecit, Et herbã seruituti hominum: ne non intelligeres quod dictum est, Producens fœnum iumẽtis, repetitione exposuit quod præmisit. Quod enĩ dixit suprà
fœnum, postea herbam nominauit: quod autẽ dixerat
iumẽtis, hoc seruituti hominum dixit. Ergo seruituti,
& non libertati. Vbi ergo est, Vos in libertatem vocati Galat.5.b
estis? sed audi eundẽ ipsũ: Cùm enim liber sim ex om- 1.Cor.9.d
nibus, omnium seruum me feci, vt plures lucrifacerẽ.
Et quibus dixit, in libertatem vocati estis? & quid adiunxit? Tãtum ne libertatem in occasionẽ carnis detis,
sed per charitatem seruite inuicem. Quos liberos fece-
rat, seruos fecit, non conditione seruili, sed tamẽ Chri-
sti redemptione: nõ necessitate, sed charitate. Per cha-
ritatem, inquit, seruite inuicem. Sed Christo seruimus
inuicem ait, non populis carnalibus, non infirmis. Be-
ne Christo seruis, si seruis quibus Christus seruiuit.
Nonne de illo dictum est, Bene seruient em plurimis?
In Propheta legitur, de nullo nisi de Christo accipi so-
let. Audiamus tamen propriè & in Euangelio vocem
eius, Quicunque, inquit, in vobis vult maior esse, erit Matt.10.d
vester seruus. Seruũ suum te fecit, qui te suo sanguine
liberũ fecit. Dicite hoc nobis, quia verũ dicitis. Audi
illum alio loco, Nos autem seruos vestros per Iesum.
Bene diligite seruos vestros, sed in Domino vestro.
Præstet nobis Deus vt bene seruiamus. Nam velimus, 2.Cor.4.b
nolimus, serui sumus: & tamen si volentes sumus, non
necessitate, sed charitate seruimus. Quodammodo enim quasi superbia seruorum stomachata videbatur,
cùm diceret Dominus, Erit vester seruus qui voluerit
inter vos maior esse. Tum enim filij Zebedæi sedes Matth.20.
altissimas

altissimas quærebant, vnus volebat sedere ad dexterã,
& alter ad sinistrã: dicentes per matrem quod ipsi cu- A
piebant. Dominus non illis sedes inuidit, sed conuallẽ
prius ploationis ostẽdit, quasi diceret: Illucvultis ve-
nire, vbi sum ego, venite quà ego. Quid est, venite quà
ego? Per humilitatem. Ego de sublimitate descendi, &
humiliatus ascendo. Vos in terra inueni, & ante vultis
volare quàm pasci, prius nutrimini, educamini, ferte
nidum. Quid enim ait? Quomodo illos reuocauit ad
Matt.20.c humilitatem, iam quærentes altitudinem? Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et illi, etiam in
hoc superbi, Possumus. Quomodo Petrus, Tecum vs-
Matt.26.c que ad mortem. Fortis vir, donec femina diceret, Et
iste cum illis erat: sic & isti, Possumus. Potestis? Possumus. Et ille, Calicem quidem meum bibetis, etsi mo-
Matt.20.c dò non potestis, tamen bibetis: quomodo ait Petro:
Nõ potes me modò sequi, sequeris autẽ postea. Cali-
Ioan.13.d cẽ quidẽ meũ bibetis: sedere autem ad dexterã vel ad
sinistram meam, nõ est meum dare vobis. Quid est, nõ
est meum dare vobis? Non est meũ dare superbis. Mo- B
dò quibus loquor, superbi estis, ideo dixi, Nõ est meũ
dare vobis. Sed fortè dicerẽt, Erimus humiles. Non
ergo eritis vos: ego vobis dixi. Non dixi, nõ dabo humilibus, sed non dabo superbis. Qui autem ex superbo
fit humilis, non erit qui erat. Ergo prædicatores verbi,
& iumenta & serui sunt. Producat terra, si irrigata est,
fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum. Ipse
Luc.16.c est enim fructus, vt possit fieri quod dictum est in Euã-
gelio, Vt & ipsi recipiant vos in tabernacula æterna.
Vide de fœno quid facias, vide de re vili quid emas.
Vt recipiãt vos, inquit, in tabernacula ęterna. Vbi erũt
ipsi, illuc vos recipiant. Quare hoc? Quia qui recipit iu-
Matt.16.d stum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet: & qui suscipit Prophetam in nomine Prophetę, mercedẽ Prophetæ accipiet: & qui dederit calicem aquæ frigidæ
vni ex his minimis, tantùm in nomine discipuli, amen
dico vobis non perdet mercedem suam. Quã merce-
Luc.16.c dem nõ perdet? Recipient vos in tabernacula æterna. C
Quis non festinet? Quis non alacrius currat? Si terra estis, rigamini de fructu operum Dei: ne dicatis, non sũt
cum quibus faciamus. Prædicatores nostri iumenta
triturantia, homines seruientes non indigent nostri.
Quære tamen ne quis indigeat: postremò & qui non
indiget, inueniat in te quod velit accipere. Accipit enĩ
bonam voluntatem, cùm tu accipias pacem. Et si enim
non quærit datum, sed requirit fructum: quære tamen
ne quis indigeat, & noli dicere, Si petierit, dabo. Expectas ergo vt petat. Sic pascis bouẽ Dei, quomodo trãseuntem mendicum? Illi petenti das, quia scriptum est,
Lucæ 6.c Omni petenti te da. De isto quid scriptum est? Beatus
Psal.40. qui intelligit super egenum & pauperẽ. Quere cui dos,
Beatus enim qui intelligit super egenum & pauperem,
qui præoccupat vocẽ perituri. Si sic inter vos indigẽt
milites Christi, vt etiam petant, videte ne vos iudicẽt, D
antequam petant. Quomodo inquis, quæro? Esto curiosus, esto prouidus. Prospice, attende vnde quisque
viuat, vnde se trãsigat, vnde habeat: non reprehẽdetur
ista curiositas tua, terra eris producens fœnũ iumẽtis,
& herbam seruituti hominum. Curiosus esto, & intelligę super egenum & pauperẽ. Alius ad te venit vt petat: alium tu præueni ne petat. Sicut enim de illo qui te
Lucæ 6.c quærit dictum est, Omni petenti te da: sic de illo quem
iuberis quærere dictum est, Sudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui eam tradas. Cùm enim dandum sit & istis pauperibus petentibus, patet.
Lucæ 14.c Nõ enim ab eis inhibuit Deus eleemosynas, cùm Christus de ipsis dicat, Quãdo facis epulũ, conuoca cæcos,
claudos, debiles, nõ habẽtes vnde tibi reddãt: retribuetur autẽ tibi in resurrectione iustorũ: voca & ipsos, pa-
A scę & ipsos: epulare, cùm illi epulantur: delectare, cùm
illi saginantur: illi enim pane tuo, tu iustitia Dei. Nemo
vobis dicat, Præceptum est à Christo, vt seruo Dei detur, mendico nõ detur. Absit prorsus, impius ista loquitur. Da illi, sed multo magis illi. Ille enim petit, & in
voce petentis agnosce cui des. Ille autem quanto minus petit, tanto magis tibi vigilandum est vt præoccupes petiturum: aut fortè modò non petiturum, & aliquãdo damnaturum. Itaque curiosi estote ad ista, fratres mei, & inuenietis multorum Dei seruorum indigentiam: tantum vt velitis inuenire. Sed quia delectat
vos excusatio quia vultis dicere, nesciebamus: propterea non inuenitis. Ipse Dominus loculos habebat quò Ioan.13.c
mittebantur necessaria, & possidebantur numi propter vsus eorum qui cum illo erant & eius: non enim
cùm dicitur, Esuriuit Iesus, Euangelista mentitur. Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo: quia pauper
factus est, cùm diues esset, vt illius paupertate nos ditaremur. Habuit enim loculos, & dictum est de quibusdam feminis religiosis, quòd ambulabant quã ibant
pedes eius euangelizantes, & ministrabant ei de substantia sua. Nominantur illæ mulieres in Euangelio,
vbi erat quædam etiam vxor cuiusdam Chuzę procuratoris Herodis. Vide quæ fiebant. Futurus erat Paulus
nihil tale aliquando querens, & omnia prouincialibus
donans. Sed quia multi infirmi ista quæsituri erant,
magis infirmorum personam suscepit Christus. Sublimius Paulus, Nunquid & Christo? Sublimius Christus, quia misericordius. Cùm enim videret & Paulum
ista non esse quæsiturum, præuidit ne damnaret quæsiturum, & præbuit exẽplum infirmo: quomodo cùm
videret multos pronos & gaudentes ituros ad martyrium passionis, exultaturos in ipsa passione fortè centenarios maturos ad horreum, quorũdam tamen infirmorum quos videbat posse conturbari ventura passionis pressura, ne deficerent tamen, sed potius voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent,
ipsorũ personam voluit suscipere in passione Christus,
dicens: Tristis est anima mea vsque ad mortem, & ite- Matt.16.d
rum: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Docuit quid esset dicturus infirmus, sed secutus ostendit
quid facere deberet infirmus. Veruntamen non sicut
ego volo, sed quomodo tu vis, pater. Quomodo ergo
in passione infirmorum personam sustinuit, præfigurata illa in corpore suo, quia & illa mẽbra eius: neque e-
nim frustra dictũ est, Imperfectum meum viderunt o- Psal.138.
culi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Sic & in loculis habẽdis, & in exigẽda quodãmodo annona, non
petẽda sed præbẽda, indigentiã suscepit. Suscipit eum
Zachæus, & gaudet. Cui hoc bonũ? Christo, an Zachę- Lucæ 19.d
o? Verè si non susciperet Zachæus, non erat vbi maneret mundi fabricator? Aut si non pasceret Zachæus,
indigeret is qui de quinque panibus tot milia hominũ
saturauit? Cùm ergo quisque sanctũ suscipit, nõ suscepto sed susceptori præstatur. Nunquid in illa fame nõ
pascebatur Helias? Nõnne coruus afferebat panem &
carnes seruo Dei, seruiente creatura? Missus est tamen 3.Reg.17.a
pascendus ad viduam: non vt militi, sed vt prouinciali
aliquid præstaretur. Ergo quia dicebamus fratres, &
de pascẽdis pauperibus, cùm Dominus loculos habe-
ret, tamen quando dixit Iudæ eum tradituro. Quod Ioan.13.c
facis, fac velociter: non intelligentes cæteri quid dixisset, arbitrati sunt eum dixisse, vt aliquid præpararet quod daretur pauperibus. Ille enim loculos habebat, hoc in Euangelio scriptũ est. Possent hoc suspicari, nisi hoc haberet in consuetudine Dñs. De his ergo
quæ dabantur & in loculos mittebantur, dabatur ta-

men & illis pauperibus, quos Deus docuit non contẽ-
1. Cor. 9. b nendos. Sed si illum non contemnis, quãto magis bo- A
uem per quem trituratur hæc area? Quanto magis seruum tuum? Non indiget cibo, fortè veste indiget. Nõ indiget veste, fortè tecto indiget, fortè Ecclesiam fabricat, fortè aliquid vtile in domo Dei molitur, expectat vt attendas; expectat vt intelligas super egentem
Psal. 40. & pauperem. Tu contrà terra dura, lapidea, nõ irrigata, aut frustra irrigata, seruas tibi dicere: Non sciebam, nõ noueram, nemo mihi dixit. Nemo tibi dixit? Christus non cessat dicere: Propheta nõ cessat dicere: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Non vides arcam inanem præpositi tui? Vides certè vel surgentẽ fabricam, quò intraturus & oraturus es. Nónne admonetur oculis tuis? nisi fortè putatis fratres, quia præpositi vestri thesaurizant, & nouimus multos non thesaurizare, & ad quotidiana egere, de quibus omnino non creditur. Quos & vos inueniretis, si velletis, si circũspiceretis, si ad hoc vigilaretis vt fructum daretis. B
Dixi quod potui, quantum potui. Puto autem manifestos nos esse vobis, sicut ait Apostolus: Non ideo nos dicere, vt in nos ista faciatis. Præstet hoc Deus, vt hæc non frustra dixerim. Præstet hoc Deus, vt terra irrigata sitis, nõ lapidea, sicut Iudęorũ vnde tabulas lapideas accipere meruerũt: sed terra fructifera, terraq; irrigata reddat agricolæ. Illi ipsi corde lapideo, q̃ significatũ est lapideis tabulis, decimas dabãt. Etiã gemitis, & nihil adhuc exit. Si gemitis, parturite, si parturitis, parite. Quare gemitus inanis? Quare gemitus sterilis? Viscera torquẽtur, an nõ est intus quod edatur? Rigãs mõtes de superioribꝰ suis, de fructu operũ tuorũ satiabitur terra. Beati qui faciũt, beati qui ista fructuosè audiunt, beati qui non inaniter clamant, de fructu operũ tuorũ satiabitur terra, producẽs fœnũ iumẽtis, & herbã seruituti hominũ. Vt quid vocat? Vt quid hoc? Vt educat panẽ de terra.) Quem panẽ? Christũ. De qua terra? De Petro & Paulo, de cæteris dispẽsatoribus veri-
C
2. Cor. 4. b tatis. Audi quia de terra: Habemus, inquit, thesaurum istũ in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis Dei. Ipse
Ioan. 6. f est panis qui de cælo descendit, vt è terra educatur, cũ per seruorũ suorum carnẽ prædicatur. Terra fœnum producit, vt panem de terra educat. Quæ terra fœnum producit? Plebes piæ, plebes sanctæ. Aut de qua terra panis educitur? Verbum Dei de Apostolis, de dispẽsatoribus sacramentorũ Dei, adhuc in terra ambulantibus, adhuc corpus terrenũ portantibus. Et vinum lætificet cor hominis.) Nemo se ad ebrietatẽ paret, imò
Psal. 22. se omnis homo ad ebrietatẽ paret. Calix tuus inebriãs quàm præclarꝰ est! Nolumus dicere: Nemo se inebriet. Inebriamini, sed videte vnde. Si vos inebriat calix Domini præclarus, videbitur ista ebrietas in operibus vestris, videbitur in sancto amore iustitiæ, videbitur postremò in alienatione mentis vestrę, sed à terrenis in cælum. Vt exhilaretur facies eius in oleo.) Video quæ
D
terra quantũ fructum educat, si producat fœnum iumentis. Non isti serui vendunt quod dant, non enim venditores Euãgelij sunt, gratis dant, quia gratis acceperunt. Gaudẽt bonis operibus vestris, hoc enim vobis prodest. Non enim quærunt datum, sed requirunt fructũ. Quid est exhilaratio facici in oleo? Gratia Dei, nitor quidam in manifestatione, & sicut dicit Apostolus: Vnicuique autẽ datur spiritus ad manifestationẽ.
1. Cor. 12. a Gratia quędam quæ est hominum ad homines perspicua, ad conciliandum sanctum amorem, oleũ dicitur in nitore diuino, & quoniam excellentissima in Christo apparuit, totus orbis eum diligit. Qui cùm contẽptus hic esset, adoratur modò ab omni gente, quoniã ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Tanta est enim eius gratia, vt multi qui in eum nõ credũt, laudent eum, & propterea dicant nolle se in eum credere, quia nemo potest implere quod iubet. Laudãdo impediuntur, qui in illũ vituperando sæuiebant. Amatur tamẽ ab omnibus, prędicatur ab omnibus, quia excellenter vnctus, ideo Christus. Christus enim vnctus, à chrismate dictus est Christus. Messias Hebraicè; Græcè, Christus, Latinè vnctus, sed corpus suum totum perungit. Omnes ergo venientes accipiunt gratiam, vt exhilaretur facies eius in oleo in cęlo: Et panis cor hominis confirmet.) Quid est hoc fratres? Quasi coëgit intelligi de quo pane diceret. Panis enim iste visibilis stomachũ confirmat, ventrem confirmat. Est alius panis qui cor confirmat, quia panis est cordis. Iã enim dixerat de pane superius, vt educat panẽ de terra, sed non dixerat qualis panis sit ille. Et vinum lætificat cor hominis. Videtur iam dicere de spiritali vino, nã id lætificat cor hominis. Sed adhuc putatur de vino isto dici, quo ebrij quasi læto corde videntur apparere. Vtinã lætentur & non rixentur. Dicis mihi: Quid lætius ebrio? Imò quid insanius ebrio? Quid plerũque iracundius? Est ergo vinum quod verè lætificat cor, & non nouit aliud nisi lætificare cor. Sed ne putes hoc quidem de spiritali vino debere accipi, de illo pane autem nõ, quòd & ipse spiritalis sit. Sed exposuit & ipsũ, & panis, inquit, cor hominis confirmat. Ergo sic accipe de pane, quomodo accipis de vino, intus esuri, intꝰ siti. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quia ipsi
Matth. 5. d saturabũtur. Panis ille iustitia est, vinũ illud iustitia est.
Ioan. 14. a Veritas est, veritas Christus est. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo descendi. &: Ego sum vitis, vos sarmenta. &: Panis cor hominis confirmat. Satiabuntur
Ioan. 6. f, Ioan. 15. a ligna campi.) Sed de ista gratia educta de terra. Ligna campi, plebes populorum. Et cedri Libani quas plantauit.) Cedri Libani, potentes in seculo, & ipsi saturabuntur. Peruenit panis & vinum & oleũ Christi ad senatores, ad reges, ad nobiles. Satiata sunt ligna campi.
C
Prius humiles satiati sunt, deinde etiã cedri Libani, sed quas plantauit ipse. Cedri religiosi fideles, tales enim plantauit. Nam & impij sunt cedri Libani, quia cõteret Dominus cedros Libani. Libanus enim mons est. Ibi istæ arbores etiam secundùm literam annosissimæ sunt & excellentissimæ. Libanus autem interpretatur, sicut legimus in eis qui ista scripserunt, candidatio. Libanus dicitur candidatio. Videtur autẽ cãdidatio esse seculi huius, modò nitentis & fulgentis in pompis suis. Sunt ibi cedri Libani quas plãtauit Dominus, ipsæ satiabuntur quas plãtauit Dominus. Nam arbor, inquit,
Matt. 15. b quam nõ plantauit pater meus, eradicabitur. Et cedri Libani quas plantauit: Illic passeres nidificabunt. Fulicæ domus, dux est eorum.) Vbi passeres nidificabunt? In cedris Libani. Iam audiuimus quæ sint cedri Libani, nobiles seculi, excelsi genere, opibus, honoribusq; & ipsæ cedri satiantur, illæ tamen quas plantauit ipse. D
In his cedris passeres nidificabũt. Qui sunt passeres? Aues equidem & volatilia cæli sunt passeres, sed minuta volatilia solent dici passeres. Sunt ergo quidam spiritales nidificantes in cedris Libani, id est, sunt quidam
Matth. 19. c serui Dei audientes in Euangelio: Dimitte omnia tua, vel vẽde omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni sequere mè. Et non tantum hoc audierunt magni, sed audierunt & parui, & voluerunt hoc facere & parui, & esse spiritales, non iungi vxoribus, non macerari cura filiorum, non habere proprias sedes quibus deligarentur, sed ire in vitam quandam communem. Sed quid dimiserunt isti passeres? Minuti enim seculi huius passeres videntur. Quid dimiserunt? Quid magnum dimiserunt? Alius se conuertit, dimi-
sit

sit cellã patris sui inopem, vix vnũ lectum & vnã arcã.
Conuertit se tamen, factus est passer, quæ sunt spirita- A
lia. Bene, optimè. Non illi insultemus, nõ dicamus, nihil dimisisti. Non superbiat qui multa dimisit. Petrus
Matth. 4. c vt sequeretur Dominũ, nouimus quòd piscator erat, quid potuit dimittere? Vel frater eius Andreas, vel filij Zebedæi Ioannes & Iacobus, etiam ipsi piscatores, & tamen quid dixerunt? Ecce nos dimisimus omnia, &
Matth. 19. d secuti sumus te. Nõ ei dixit Dominus: Oblitus es paupertatem tuam, quid dimisisti vt totum mundum acciperes? Multum dimisit fratres mei, multum dimisit. Quid? Nõ solùm dimisit quicquid habebat, sed etiam quicquid habere cupiebat. Quis enim pauper nõ turgescit in spe seculi huius? Quis non quotidie cupit augere quod habet? Ista cupiditas præcisa est. Ibat in immensum, accepit modũ, & nihil dimissum est? Prorsus
2. Cor. 6. b totum mundum dimisit Petrus, & totum mũdum Petrus accepit. Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Faciunt hoc multi. Ista faciunt qui parum habent, B
& veniunt & fiunt passeres vtiles. Minuti videtur, quia non habent altitudinẽ dignitatis secularis, nidificant
Psal. 40. in cedris Libani. Etenim & cedri Libani, nobiles & diuites & excelsi huius seculi, quoniã cum timore audiunt: Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ, attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & præbẽt illas seruis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant Ecclesias, monasteria, colligunt passeres vt in cedris Libani nidificent. Passeres ergo satiantur cedris Libani quas plantauit Dominus, & illic passeres nidificabũt. Attẽdite totam terram, si non ita est. Vt loquerer ista nõ solùm credidi, sed & vidi, dedit mihi intellectũ ipsum experimẽtum. Interrogate latissimas terras qui nostis, & videte in quàm multis cedris Libani passeres illi, de quibus locutus sum, nidificant. Sed tamẽ fratres mei, ipsi passeres si spiritales sunt, quamuis nidificent in cedris Libani, non pro magno habere debent cedros Libani, & C
putare illos esse superiores, à quibus eorum necessaria complentur. Passeres enim sunt, illi autem cedri Libani sunt. Ergo fulicę domus dux est passerum. Quamuis in cedris Libani nidificent passeres, nõ tamẽ cedri Libani duces sunt passerum. Ecce satiabũtur ligna cãpi, omnes populi, & cedri Libani satiabuntur, quas plãtauit Dominus, omnes nobiles & excelsi fideles. Illic, id est, in cedris Libani passeres nidificabunt, præbebunt ramos facultatum suarum colligendis minutis spiritalibus. Præbent ista, faciunt hæc cedri Libani quas plãtauit Dominus, faciunt, & libenter faciunt, nouerunt quid faciant, nouerũt quid accipiãt. Sed passeres quãuis in cedris Libani nidificabũt, fulicæ domus dux est eorum. Quæ est fulicæ domus? Fulica, sicut omnes nouimus, marina auis est, vel in stagnis est, vel in mari est. Habet quandã domum non facilè in littore terræ aut nunquam, sed in iis quæ in media aqua sunt, plerunq; D
ergo in petris quas aquæ circundant. Intelligimus ergo petram esse idoneã fulicæ domum, nusquã fortius & firmius habitat, quàm in petra. In quali petra? In mari constituta. Et si tunditur fluctibus, frangit tamen fluctus, non frangitur petra. Hoc habet magnũ petra in mari constituta. Quanti fluctus contuderunt petrã nostram Christũ? Elisi sunt in illũ Iudæi, illi fracti sunt, ille autem integer permansit. Et vnusquisque imitans Christum, ita sit in isto seculo, id est, in isto mari, vbi non potest nisi procellas tempestatesque sentire, vt nulli vento cedat, nulli fluctui, sed omnia excipiat, & integer maneat. Ergo fulicæ domus & fortis est & humilis. Non habet domum fulica in excelsis, nihil illa domo firmius & nihil humilius. In cedris quidem nidificant passeres propter præsentẽ necessitatẽ, sed petrã illam habent ducẽ quæ fluctibus tunditur, & non frangitur, imitantur enim Christi passiones. Et si fortè cedri Libani iratæ fuerint, & aliquid molestiæ vel scãdali seruis Dei in ramis suis cõmouerint, volabũt quidẽ inde passeres, sed væ cedro remanentisine nidis passerum: Passeres enim nõ naufragabũt, nõ peribũt, quia fulicæ domus dux est eorum. Quid ergo sequitur? Mõtes altissimi ceruis.) Cerui magni, spiritales transcendentes in cursu omnia spinosa veprium atque syluarũ. Qui perficis, inquit, pedes meos sicut cerui, & super ex
celsa statuens me. Teneant montes altos alta præcepta Psal. 17.
Dei sublimia cogitent, teneant ea quæ multũ eminent in Scripturis, iustificentur in summis, ceruis enim sunt illi montes altissimi. Quid de humilibus bestiis? quid de lepore? quid de hericio? Lepus minutum animal & infirmum, hericius etiam spinosum, minor eorum. Illud animal timidum, illud animal spinis coopertum.
Spinæ autẽ quid significant, nisi peccatores? Qui pec- B
cat quotidie, etiam si nõ magna peccata, minutissimis spinis coopertus est. In eo quod timet, lepus est, in eo quod minutissimis peccatis operitur, hericiꝰ est, & nõ potest tenere illa excelsa & perfecta præcepta. Illi enĩ mõtes altissimi ceruis. Quid ergo isti, lepus & hericius? pereuũt? Nõ. Sic enĩ mõtes altissimi dati sũt ceruis, vt & his videas quid sequatur: Petra refugium hericiis & le-
poribus.) Quia factus est Dominus refugium pauperis. Psal. 9.
Ponas petram illam in terra, refugium est hericiis & leporibus, ponas illam in mari, domus est fulicæ. Vbique vtilis petra. Et in montibus ipsa vtilis, quia montes sine petrę fundamento ruerent in profundũ. Nónne iam dudum de montibus dicebatur, Illic volatilia cæli inhabitabũt: de medio petrarũ dabũt voces suas? Vbique ergo petra refugium nostrum. Siue in montibus excelsa sit, siue in mari tũdatur fluctibus, nõ frangatur: siue in terra solidetur, ad illam cerui, ad illã fulica, ad illam lepus & hericius. Tundãt pectora lepores,
& hericij confiteantur peccata sua. Licet cooperti sint
minutis quidem quotidianisque peccatis: non eis tã- Matth. 6. a
men deest petra, quæ illos docuit dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Petra refugium hericiis & leporibus. Fecit Lunam in tempora.) Intelligimus spiritaliter Ecclesiam crescẽtem de minimo, & istã mortalitate vitæ quodãmodo senescentem. Sed vt propinquet ad solẽ: nõ istã lunam dico visibilẽ oculis, sed quæ hoc nomine significatur ista. Quando obscura erat Ecclesia? Quãdo nõdum apparebat, nondũ eminebat, seducebãtur homi-
nes & dicebatur, Hæc est Ecclesia, hic est Christus: vt Psal. 10.
sagittarent in obscura luna rectos corde. Modò quàm cæcus est qui plena luna errat? Fecit lunã in tempora. Hic enim tẽporaliter transit Ecclesia: nõ enim hic erit semper ista mortalitas: Augeri & minui potest, aliquãdo pertransibit: in tẽpora facta est. Sol agnouit occasũ
suum.) Et hic quis sol, nisi sol ille iustitiæ, quem sibi nõ
ortum impij plangent in die iudicij? Qui dicturi sunt in Sap. 5. a
illo die: Ergo erraui mus à via veritatis, & iustitiæ lumẽ non luxit nobis, & sol nõ ortus est nobis. Ei sol iste oritur qui intelligit Christũ. Recedit autem ab intellectu eius Christus, qui sic iratus fuerit fratri suo vt te-
neat odiũ. Itaque irascimini, nolite peccare. Charitas Psal. 4.
etsi irascitur aliquãdo vt corrigat, nõ tenetur rea, quia non inuetetauit ira, vt verteretur in odium. Si autem ira conuersa fuerit in odium, ó ccidit sol super iracundiam vestrã. Non ergo ó ccidat sol super iracundiã vestram. Ne putetis fratres ideo nonnullis solem esse adorandum, quia sol in Scripturis aliquando Christum significat. Talis est enim dementia hominum quasi

adorandum aliquid dicatur, cùm dicitur: Sol Christũ
1.Cor.10.a significat. Adora ergo & petram, quia Christũ signifi- A
Esa.53.c cat. Sicut ouis ad victimam ductus est, adora & ouem
Apoc.5.b. quia Christum significat. Vicit leo de tribu Iuda, ado-
ra & leonem, quia Christum significat. Videte quàm
multa Christum significent. Omnia ista Christus in si-
militudine, non in proprietate. Quæris proprietatem
Ioan.1.a Christi? In principio erat verbum, & verbũ erat apud
Deum. Ecce proprietas Christi per quam factus es. Vis
audire & proprietatem per quam refectus es? Et verbũ
caro factũ est, & habitauit in nobis. Cætera similitudi-
nes sũt. Intellige, esto Scripturæ capax: vt aliud videas
obiici oculis tuis, aliud innui cordi tuo. Sol ergo ille,
iam securi dicimus, sol ille iustitię, nõ sine causa impiis
Prouer.1.d non oritur etsi volunt, ipsa enim sapientia dicit: Quæ-
rent me mali, & non inuenient: Quærent, & non inue-
nient. Et quare? Oderunt enim sapientiam. Ipsa sapiẽ-
tia dicit: Quærent me mali, & non inuenient, oderunt
enim sapientiã. Si ergo oderunt, quare quærunt? Quæ-
runt non vt fruantur, sed vt inflentur. Quęrunt sermo- B
Sap.1.b nibus, oderunt moribus. Spiritus enim sanctus disci-
plinæ fugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ
sunt sine intellectu. Non ergo sol ille oritur impiis, nõ
oritur malis. At verò de isto sole quid dictum est? Qui
Matt.5.g facit solẽ suum oriri super bonos & malos, & pluit su-
per iustos & iniustos. Ergo de illo sole iustitiæ nescio
quid significat Psalmus iste secundùm mysteriũ, nam
videmus ista fieri in creatura, etiam secundum speciẽ
rerum visibilium. Sol agnouit occasum suũ. Quid est,
Sol agnouit occasum suum? Christus agnouit passionẽ
suam. Occasus Christi, passio Christi. Sed nunquid sic
sol occidit, vt non oriatur? Nunquid qui dormit non
adiiciet vt resurgat? nónne ipse dixit: Dormiui turba-
tus? Et de ipso dictum est: Exaltare super cælos Deus?
Ergo sol agnouit occasum suum. Quid est agnouit? Ap-
probauit, placuit ei. Et vnde ostẽdimus, quia agnouit,
hoc est, placuit ei? Quid enim nõ nouit Deus? quid nõ
nouit Christus? Et tamẽ dicturus est in fine quibusdã: C
Matt.7.d Nõ noui vos. Quomodo ergo ibi, non noui vos, nõ est
quasi mihi ignoti estis, sed nõ mihi placetis, sic & hic a-
gnouit occasum suum, placuit illi occasus suus. Si enim
ei displiceret, quomodo pateretur? Homini enim, quia
non est ille sol etiam si displiceat passio sua, patitur &
quod non vult. Ille autem non pateretur nisi ei place-
ret, id est, nisi agnosceret occasum suum, non occide-
ret, quia ipse dixit: Potestatem habeo ponẽdi animam
Ioan.10.d meam, & potestatem habeo iterum sumẽdi eam: Ne-
mo tollit eam à me, sed ego ipse eam pono à me. Ergo
agnouit occasũ suum, & sol agnouit occasum suum. Et
quãdo occidit sol? Cùm passus est Dominus, factæ sũt
quædã tenebræ in Apostolis, defecit spes eorũ, quibus
primò magnus & redẽptor omniũ videbatur. Quare?
Posuisti tenebras & facta est nox, ibi pertransibũt om-
nes bestiæ syluæ. Catuli leonũ rugientes vt rapiãt quę- D
rẽtes à Deo escã sibi. Quid intelligã spiritaliter catu-
os leonũ, nisi spiritalia nequitię? Quid intelligã nisi ma
la dæmonia, quę dæmonia pascũtur erroribꝰ hominũ?
Sunt enim principes dæmoniorũ, & sũt dęmonia quæ-
dam contemptibilia. Ista dæmonia seducere animas
quærũt, sed vbi sol non ortus est tenebræ enim sunt.
Et cùm tenebræ sint, quærunt catuli leonum quos de-
uorent. Ipse leo maior, princeps omniũ talium leonũ,
1.Pet.5.c quid de illo dictũ est? Nescitis, quia aduersarius vester
diabolus tanquã leo rugiẽs circuit quærẽs quẽ deuo-
ret? Ideo quęrẽtes à Deo escã sibi, quia nec tẽtari quis
potest à diabolo, nisi permittẽte Deo. Iob sanctus ante
diabolũ erat, & tamen longè ab illo erat, aspectu ante
illum erat, potestate remotus ab illo. Quando auderet
tentare vel carnẽ, vel facultates eius quas possidebat,
nisi acciperet potestatem? Quare autẽ datur potestas?
Aut ad dãnandos impios, aut ad probãdos pios. Iustè
hoc totũ Dñs agit, & in neminem habet diabolus po-
testatẽ, vel in aliquid eius, nisi ille cõcedat, cui est po-
testas sũma & sublimis. Sic diabolo, sic homini nulla
est potestas in hominẽ, nisi desuper detur. Stabat iu-
dex viuorum & mortuorũ ante hominẽ iudicẽ, & in-
flauit se homo iudex vidẽs ante se Christũ, & ait: Nes- Ioan.19.b
cis quia potestatẽ habeo occidendi & dimittẽdi te? At
ille qui venerat & cum docere à quo iudicabatur: Nõ
haberes inquit, in me potestatẽ, nisi esset tibi desuper
data. Et homo & diabolus & quælibet dæmonia non
nisi accepta potestate nocẽt, sed proficiẽtibus nõ no-
cent. Malis ita sunt tãquam ignis fœno, bonis ita sunt
tãquam ignis auro. Manducatus est Iudas vt fœnum,
probatus est Iob vt aurũ. Posuisti tenebras, & facta est
nox, illic pertransibũt omnes bestiæ syluæ. Iam bestiæ
syluæ alio modo, alio enim & alio modo semper ista
intelliguntur, quomodo Dominus ipse agnus, ipse leo.
Quid tam diuersũ quàm agnus & leo? Sed qualis agnꝰ.
Qui vicit lupũ, vicit leonẽ. Ipse petra, ipse pastor, ipse
ianua. Pastor intrat per ianuã, & dicit, Ego sum pastor Ioan.10.a
bonus, & dicit: Ego sum ianua. Ipsum leonis nomen
Dominũ significat, quia vicit leo de tribu Iuda, & dia- Apoc.5.b
bolũ, quia conculcauit leonem & draconẽ. Discite sic Psal.90.
intelligere, cùm figuratè ista dicuntur, ne fortè vbi le-
geritis quòd Christum significat petra vbique petram 1.Cor.10.a
Christum putetis. Significat alia atque alia, sicut litera
quo loco ponatur vide, ibi intelligis eius vim. Si au-
dieris literã primam in nomine Dei, & putaueris eam
semper ibi ponẽdam, delebis eam in nomine diaboli.
Ab eadem litera incipit nomen Dei, à qua incipit no-
mẽ diaboli, & nihil tam disiunctũ quàm Deus & dia-
bolus. Vide ergo quàm absurdus est à rebus & huma-
nis & diuinis, qui dixerit, de litera singulari non debet
habere in capite nomẽ diaboli. Et cùm quæsieris, qua-
re? Respõdeat: Ego in nomine Dei legi istam literam.
Ridetur iste, nam nec talis est cui digneris reddere ra-
tionẽ. Nolite ergo tam pueriliter sapere etiam ista di-
uina, vt fortè aliquis vestrũ, quia dixi superiùs bestias
syluæ significare gentes, modò autem dico bestias
syluæ significare dęmonia & angelos pręuaricationis,
putet iis me aliquid contrarium dicere. Similitudines
enim sunt, & in quocunque loco sunt, circũstantia sui
exponuntur. Illic pertrãsibũt omnes bestię syluę. Vbi?
In noctẽ quã posuit Dominus, quia sol agnouit occa-
sum suũ. Catuli leonũ rugientes vt rapiant quærentes
à Deo escam sibi. Meritò Dominus vẽturus ad occasũ
suum, ipse sol iustitiæ agnoscẽs occasum suũ, ait disci-
pulis, tãquam tenebris futuris, circumituro leone, vt
quæreret quẽ deuoraret, & ꝙ ille leo neminẽ deuo-
raret, nisi peteret. Hac nocte, inquit, postulauit satanas Luc.22.c
vexare vos sicut triticũ, & ego rogaui pro te Petre, ne
deficiat fides tua. Nónne Petrus cùm ter negaret, iam
inter dentes leonis erat? Catuli leonum rugiẽtes vt ra- Matt.26.g
piant, & vt quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol.)
Qui dixit: Potestatẽ habeo ponendi animã meam, & Ioan.10.d
potestatẽ habeo iterũ sumẽdi eam. Agnouit occasum
suum, & posuit eam, ortus est sol, & recepit eam. Ortus
est sol, quia occidit sol, sed nõ extinctus est sol. Adhuc
eis qui non intelligunt Christum, ipsa nox est. Adhuc
eis sol ortus non est, instent vt intelligant, ne rapian-
tur à rugiente leone. Nam ecce quibus ortus est, non
eos audẽt inuadere catuli leonũ, sequitur enim: Ortus
est sol, Et cõgregati sunt, & in cubilibus suis cubabũt.)
Magis magisque ibi oritur sol iste, vt intelligatur ab
orbe terrarum, & clarificetur Christus in toto mũdo.
Congre-

Congregantur catuli leonum, illa dæmonia recedunt
à persecutione Ecclesiæ, quæ instigabant persequi do- A
Ephes.2. mũ Dei, operãdo in filiis diffidẽtiæ. Nã dictum est, se-
cũdùm principẽ potestatis aëris qui nunc operatur in
filiis infidelitatis. Modò iam quia nemo eorũ persequi
audet Ecclesiam, ortus est sol, & cõgregati sunt. Et vbi
sunt? Et in cubilibus suis cubabunt. Cubilia eorũ, cor-
da infidelium: Quàm multi gerunt leones cubantes in
cordibus suis, non inde erumpunt, non faciunt impe-
tum in istam peregrinantem Hierusalem. Quare non
faciunt? Quia iam ortus est sol, & splendet in toto orbe
terrarũ. Ergo vide quid sequatur: Quia ortus est sol, &
congregati sunt, & in cubilibus suis cubabunt. Quid
tu ô homo Dei? quid tu ô Ecclesia Dei? quid tu ô
corpus Christi, cuius caput in cælo est? quid
tu facis ô homo vnitas eius? Exiet, inquit, homo
ad opus suum.) Operetur ergo iste homo opera
bona in securitate pacis Ecclesiæ, operetur vsque
in finem. Aliquando enim erit quædam contenebra- B
tio, & fiet quidam impetus, sed in vespera, id est, in fine
mũdi. Modò autẽ in pace & trãquillitate operatur Ec-
clesia, quia exiet homo ad opus suum: Et ad operatio-
nem suã vsque ad vesperã. Quàm magnificata sunt o-
pera tua Domine! Meritò magna, meritò excelsa. Vbi
facta sunt opera ista tam magna? quæ illa statio Dei vbi
stetit? vel quæ illa sessio vbi sedit & ista operatus est?
quis locus vbi ista operatꝰ est? vnde processerũt primò
ista tam pulchra? Si ad literam accipias, omnis ordina-
ta creatura ordinatè currens, ordinatè pulchra, ordi-
natè oriẽs, ordinatè occidens, ordinatè peragens om-
nia tẽpora, vnde processit? Ipsa autẽ Ecclesia quomo-
do accepit incremẽta, successus, profectionẽ? Quomo-
do destinatur ad finẽ quendã immortalitatis? Quibus
præconiis prædicatur? quibus mysteriis cõmendatur?
quibus sacramẽtis occultatur? qua prædicatione reue-
latur? vbi fecit hæc Deus? Video magna opera tua Do-
mine. Quã magnificata sunt opera tua Domine! Quæ- C
ro vbi fecerit, locũ non inuenio, sed video quid sequa-
tur. Omnia in sapientia fecisti.) Ergo omnia in Christo
fecisti. Ille contẽptus, ille expalmatus, ille consputus,
ille spinis coronatus, ille crucifixus, omnia in illo feci-
sti. Audio, audio quid de illo tuo milite nũcies homi-
nibus, quid de illo pręcone sancto prædices gentibus,
Christũ Dei virtutẽ & Dei sapientiam. Irrideant Iudęi
crucifixũ Christũ, quia scandalum est eis, irrideant Pa-
1.Cor.1.d gani crucifixũ Christũ, quia stultitia est eis. Nos autẽ,
inquit, prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem
scandalũ, Gentibus autẽ stultitiã, ipsis verò vocatis Iu-
dæis & Græcis, Christũ Dei virtutẽ & Dei sapiẽtiam.
Oĩa in sapientia fecisti. Repleta est terra creatura tua.)
Repleta est terra creatura tua, Christe. Et hoc quomo-
do? Quomodo videmus. Quid enim nõ à patre per fi-
liũ creatũ est? Quicquid enĩ ambulat, & repit in terris,
quicquid natat in aquis, quicquid volat in aëre, quic- D
quid in cælo circũagitur, quãto magis terra, totus mũ-
dus creatura Dei est. Sed nescio quid hic significat de
2.Cor.5.c quadã creatura noua, de qua dicit Apostolus: Si qua in
Christo noua creatura, vetera trãsierũt, ecce facta sũt
omnia noua, omnia autẽ ex Deo. Noua creatura quæ
facta est? Omnes credentes in Christum, exuẽtes se ve-
Ephes.4.c terem hominem, & induentes nouũ. Repleta est terra
creatura tua. In vno loco terræ crucifixus erat, in vno
exiguo loco cecidit granũ illud in terrã, & mortifica-
tum est, sed magnũ fructũ attulit. Singularis eras Domi
ne Iesu, donec transires. Agnosco in alio Psalmo vocẽ
Psal.140. tuam qua dixisti: Singularis ego sum, donec trãseam.
Singularis ergo eras donec transires, singularis eras cũ
agnouisti occasum tuum, sed ab occasu in ortũ trans-
isti. Ortus es, splenduisti, clarificatus es cùm in cælum
ascendisti, & repleta est terra creatura tua. Psalmum
fratres nondũ finiuimus, sed aliquid in nomine Chri-
sti etiam ad diem Dominicam differamus.

Concio quarta, de tertia parte eiusdem Psalmi.

Meminit charitas vestra, cũ sit vnus sermo Dei in
Scripturis omnibus dilatatus, & per multa ora
sanctorum vnum verbum sonet, quod cùm sit in prin-
cipio Deus apud Deum, ibi non habeat syllabas, quia Ioan.1.a
non habet tempora. Nec mirandũ nobis sit, quia pro-
pter infirmitatem nostram descendit ad particulas so-
norum nostrorum, cùm descenderit ad suscipiendam
infirmitatem corporis nostri. Istum tamẽ Psalmum iã
multos nobis fecisse sermones, mysteriaque ipsa quæ
hic clausa tenentur, vt pulsantibus aperirentur, attulis-
se nobis non paruas per aliquot dies moras temporis
cùm pronunciantur, cùm commẽdantur, cùm clausa
esse monstrantur, cùm aperiũtur, cùm eruũtur, cùm o-
stẽduntur, ac per hoc meminit, vt dixi, charitas vestra,
nec præterito die ad eius terminũ Psalmi nos perue-
nire potuisse, & distulisse in hũc diẽ, voluitq; Dñs & tẽ-
pus redditionis nobis exhibere, & me debitorẽ debito
satisfacere, & exactores securiores efficere: det ergo ipse
bonũ quod reddamus, qui nõ reddidit quicquid mali
feceramus. Exclamauerũt, vt nostis, quod cum pieta-
te gaudioque recolitis, exclamauerũt cũ Psalmo visce-
ra cordis nostri, & dixerũt: Quàm magnificata sunt o-
pera tua Domine, omnia in sapiẽtia fecisti, repleta est
terra creatura tua! Quicquid à Deo factũ est, in sapien-
tia factum est, & per sapientiã factũ est. Quicquid no-
uit sapientiã, & quicquid nõ nouit sapientiã, & tamen
in creatura Dei est, in sapientia factũ est, & per sapien-
tiã factum est. Qui cognoscunt sapientiam, lucem ha-
bent sapientiã, qui nõ cognoscunt, habent tamẽ arti-
ficẽ sapientiã, cùm sint ipsi detenti insipiẽtia. Et qui eã
lucẽ habent, etiam artificẽ habent, non quicunque ar-
tificem habẽt, etiam lucem habent. Et quidẽ in homi-
nibus multi sunt qui eius participes sũt, & sapiẽtes vo-
cantur, multi eius expertes, stulti nominãtur. Propter
hoc vitioso nomine stulti appellantur, quia si studeant
sapientiæ, si petant, si quærant, si pulsent, possunt per-
uenire ad eius participationem, non enim naturæ, sed
negligentiæ denegatur. Sunt autem aliæ creaturæ quę
non possunt fieri participes sapientiæ, sicut omnes be-
stiæ, omnia pecora, omnes arbores, quæ nec sensũ ha-
bent vllum. Nunquid quia participes sapientiæ esse nõ
possunt, ideo non in sapientia & per sapientiam facta
sunt? Non ergo exigit Deus intellectũ de equo & mu-
lo, sed hominibꝰ dicit: Nolite fieri sicut equus & mulus,
quibus non est intellectus. Quod equo natura est, ho- Psalm.31.
mini crimen est. Hoc ergo dicit Deus: Non exigo par-
ticipationẽ sapientiæ meæ ab eis quæ nõ feci ad ima- Genes.1.d
ginẽ meã, sed vbi feci, inde exigo, & vsum eius rei po-
stulo quã donaui. Homines ergo reddentes Deo quæ
Dei sunt, si Cæsari reddunt quæ Cæsaris est, redden- tt.22.
tes Cæsari imaginem suam, & reddentes Deo imagi-
nem suam, erigunt ipsam mentem suam, non ad se, sed
ad artificem suum, & ad lumẽ vnde sunt, & ad calorẽ
quendam spiritalem vnde feruescunt, & vnde remoti
frigescunt, & vnde recedentes contenebrãtur, & quò
reuertentes illuminantur, quia piè illi dixerunt: Tu Psal.17.
illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus il-
luminabis tenebras meas. Discussis tenebris terrenæ
stultitiæ, aperiẽtes os & ducẽtes spiritum, erigunt, vt
dixi, fidentem oculum cordis: & circũspiciunt mente
vniuersum mundum, terram, mare & cælum, videntes
omnia pulchrè disposita, ordinata currere, digeri ge-
neribus, fulciri seminibꝰ, mutari successionibꝰ, currere

temporibus, placet eis in his artifex, vt & ipsi placeãt in artifice artifici, & exclamant præ gaudio magno, A quia verè huic lætitiæ nihil cõparari potest: Quã magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti! Vbi est ipsa sapientia, in qua omnia fecisti? quo sensu attingitur? quo oculo videtur? quo studio quæritur? quo merito possidetur? Quo putatis nisi gratia sua? Qui donauit vt simus, donet vt boni simꝰ. Donat conuersis qui antequam conuerterentur, & auersi irẽt
Ioan. 1. b post vias suas, nónne quæsiuit eos? nónne descendit? nónne verbum caro factum est, & habitauit in nobis?
Luc. 15. b nónne accendit lucernam carnis suæ, dũ penderet in cruce, & quæsiuit perditã drachmam? Quæsiuit, & inuenit vicinis congratulantibus, id est, omni creatura spiritali quæ Deũ proximè attingit. Vicinis congratulãtibus inuẽta est drachma, angelis lætãtibus inuenta est anima humana. Inuẽta est, ergo gaudeat & dicat: Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapiẽtia fecisti, repleta est terra creatura tua! Qua creatura tua repleta est terra? B Omnibus arboribus & fructetis, omnibus animalibus & pecoribus, & vniuerso ipso genere humano repleta est terra creatura Dei. Videmus, nouimus, legimus, agnoscimus, laudamꝰ, & in his prædicamus, & in his nõ sufficimus laudare tãtum, quãtũ abũdat ex bona inspectione cor nostrũ. Sed ad illã magis creaturã debemus attendere: vnde dicit Apostolꝰ: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera
1. Cor. 5. c trãsierũt, ecce noua facta sũt oña. Quę vetera trãsierũt? In gentibus omnis idolatria, in ipsis Iudæis omnis illa seruitus legis, omnia illa sacrificia prænũciãtia præsẽs sacrificiũ. Abundabat tũc vetustas hominis, venit qui renouaret opus suũ, venit qui conflaret argentum suũ, qui formaret monetam suam, & attendimus plenam terrã Christianis credentibus in Deũ, auertãtibus se à prioribus immũditiis suis, & idolatria, à spe præterita ad spẽ noui seculi: & ecce nondum est in re, & iam tenetur in spe, & per ipsam spem iam cantamus & dicimus, Repleta est terra creatura tua. Nondum enim in C patria cantamus hoc, nondum in illa requie quæ promittitur, nõdum, cõfirmatis vectibus portarũ Hierusalẽ, sed adhuc in peregrinatione intuentes mundũ istũ totũ, & vndique homines currẽtes ad fidem, timẽtes gehennas, contẽnentes mortẽ, amantes vitam æternam, spernentes præsentem, & tali spectaculo cõpleti gaudio dicimus, Repleta est terra creatura tua. Hoc autem sæculũ adhuc tentationũ fluctibus quatitur, adhuc tempestatibus & procellis tribulationũ & tumorum turbatur hac tamẽ itur. Minetur licet mare, & tumeat fluctibus, procellasque parturiat, hac tamẽ itur, datum est nobis lignũ in quo nauigemus: Repleta est terra creatura tua. Sed nondum sumus in terra viuentium, adhuc ista terra morientium est, clamamus autẽ & dicimus: Spes mea es tu, portio mea in terra viuen-
Psal. 141. tium. In terra morientium spes mea, in terra viuentiũ D portio mea. Ecce ista terra quæ repleta est creatura Dei. Qui adhuc in ista terra est morientium, nondum est in terra viuentium quà transit. Audi sequentia, Hoc mare magnum & spatiosum, ibi repẽtia quorum non est numerus, animalia pusilla & magna.) Terribile mare significat, ibi sunt repẽtia quorũ nõ est numerus. Insidiæ repunt in hoc seculo, & incautos repentè occupant. Repentes autem tentationes quis numerat? Repunt, sed caue, ne surripiant, Vigiletur in ligno, etiã in aquis in cruce nauigamus, etiam in fluctibus tuti sumus. Nõ dormiat Christus, nõ dormiat fides, etsi dormierit, excitetur. Imperabit ventis, placabit mare: finietur via, gaudebit in patria. Ibi repentia quorum nõ est numerus, animalia pusilla & magna. Video adhuc in mari isto formidoloso nondum credentes, ipsi enim versantur in amaris aquis & sterilibus, illic autẽ & pusilli & magni sunt. Nouimus hæc, multi pusilli seculi nondum crediderunt, multi primates seculi nondum crediderunt. Animalia pusilla & magna sunt in hoc mari. Oderunt Ecclesiam, premuntur Christi nomine, nõ sęuiunt, quia non permittuntur. In manus nõ erumpens, clausa est in corde sæuitia. Nam omnes siue pusilli, siue magni, animalia pusilla & magna quæ mòdò dolent templa esse clausa, aras euersas, simulacra confracta, leges latas, vt sacrificare idolis capitale sit crimen, oẽs qui dolẽt hæc, in mari sunt adhuc. Quid ergo nos? Ad patriam quà ituri sumus? Per ipsum mare, sed in ligno. Noli timere periculum, lignum te portat quod continet seculũ. Ergo attendite: Hoc mare magnum & spatiosum, ibi repentia quorum nõ est numerus, animalia pusilla & magna. Noli timere, noli tereri, desidera patriam, intellige peregrinationem. Illic naues commeabunt.) Ecce in eo quod terrebãt commeabunt, naues natant, & nõ mergũtur. Naues ecclesias intelligimus, commeãt inter tẽpestates, inter procellas tẽtationũ, inter fluctus seculi, inter animalia pusilla magna. Gubernator est Christꝰ in ligno crucis suę. Illic naues commeabunt. Non timeant naues, nõ valde attẽdant vbi natent, sed à quo gubernẽtur. Illic naues cõmeabunt. Quẽ commeatum reperiunt tristem, quando gubernatorẽ sentiunt Christum? Cõmeabũt securè, commeabunt perseueranter, venient ad finem debitũ, perducentur ad terram quietis. Est in isto mari aliquid etiam quod separat omnia animalia pusilla & magna. Quid est hoc? Psalmum ipsum audiamus: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei.) Ibi repentia quorũ non est numerus, ibi animalia pusilla & magna, illis nauec cõmeabunt, & non timebunt, non solũ repentia, quorũ non est numerus, & animalia pusilla & magna, sed nec draconem qui ibi est: Quẽ finxisti, inquit. Deo ad illudendum ei. Magnũ secretũ, & tamen ꝓ nostis dicturus sum. Nostis inimicũ Ecclesiæ quendam draconem, non vidistis oculis carnis, sed videtis oculis carnis, sed videtis oculis fidei. Ipse est qui & leo dicitur, de illo Scriptura dicit: Conculcabis leonẽ & Psal. 90.
draconẽ. Subditus est ille capiti tuo, subdetur & corpori eius, hæreãt tantũ mẽbra capiti suo vt mẽbra eius sint. Dictũ est de prima femina, quã seduxit hic draco, Eua scilicet illa cui cõsiliũ mortis dedit, & persuasione astuta in cor femineũ more serpentis irrepsit. Factũ est quod nouimus, ꝓ ibi & nos fecimus, ꝓ dolemꝰ. In illis enĩ duobus hominibus totũ genus humanũ, inde propago mortis, inde & in paruulis debita delicta. Quis e- Iob. 15. b
nim est mũdus, ait Scriptura, in cõspectu tuo? Nec in- & 25. b.
fãs cuius est vnius diei vita super terrã. Tradux peccati, tradux mortis de primo peccato. Nostis enĩ & quid dictũ est mulieri, vel potiꝰ serpẽti, cũ rudiret Deus pec-
catũ primi hominis: Ipsa tuũ obseruabit caput, & tu e- Gen. 3. c
ius calcaneũ In magno mysterio dictũ, in figura dictũ Ecclesię futuræ, factę de latere viri sui, & hoc dormiẽtis. Erat autẽ Adã quædã forma futuri? hoc Apostolus
dicit: Qui est forma futuri. Præfiguratũ est quod futu- Rom. 5. c
rum erat, facta est Ecclesia de latere Domini dormientis in cruce. Nam de latere crucifixi percusso, sacra-
mẽta Ecclesiæ profluxerũt. Quid ergo dictũ est Eccle- Ioan. 19. f
się? Iam modò audite, intelligite, cauete, ipsa tuũ obser-
uabit caput, & tu eius calcaneum. O Ecclesia, caput Genes. 3. c
serpentis obserua! Quod est caput serpentis? Prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem nescio quid illicitum, noli ibi tenere mentem tuam, noli consentire. Hoc quod venit in mentem, caput serpentis est, caput calca, & euades cæteros motus. Quid est, caput calca?

calca? Ipsam suggestionem contemne. Sed lucrũ suggessit. Magnum ibi lucrum est, magnum ibi aurum est. A Si hanc fraudem feceris, diues eris. Caput serpentis est,
Matth. 16. d calca. Quid est calca? Contemne quod suggessit. Sed magnũ aurũ suggessit. Et quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimẽtum patiatur? Pereat mundi lucrum, ne fiat animæ dãnum. Hæc dicens, obseruasti caput serpentis, & calcasti. Ille autẽ diabolus calcaneum tuum obseruat. Quid est, obseruat calcaneũ tuum? Quãdo labaris à via Dei. Tu obseruas primã suggestionem, ille obseruat lapsum tuum. Si enim lapsus fueris, cades; si cecideris, possidebit. Vt autẽ non cadas, noli exire de via. Angustam tibi semitam strauit Deus, quicquid extra illã est, lubricum
Ioan. 1. a est. Propterea lumen est Christus, & via est Christus. Erat lumẽ verum quod illuminat omnẽ hominem ve-
Ioan. 14. a nientem in hunc mundũ. &: Ego sum via veritas & vita. Per me is, si ad me is. Si ergo ipse est lumẽ, & ipse est via; si ab illo recesseris, nec in lumine eris, nec in via. Et B
Psal. 34. quid te sequetur? Quod dicit de impiis quidã Psalmus: Fiant viæ illorum tenebræ & lubricũ. Hic ergo draco antiquus hostis noster, ira feruidus, insidiis astutus, in mari magno est. Draco hic quẽ finxisti ad illudendum ei. Iã tu illude draconi: ad hoc enim hic factus est draco. Ipse cadens peccato suo de sublimi habitatione cęlorũ, & ex angelo factus diabolus, accepit quẽdam locum suum in hoc mari magno & spatioso. Regnũ eius quod putas, carcer eius est. Multi enim dicunt, Quare tantã potestatẽ diabolus accepit, vt dominetur in hoc seculo, & tantũ valeat, & tantum possit? Quantum valet? & quantum potest? Nisi permissus, nihil potest. Tu sic age ne permittatur in te: aut si permissus fuerit ad tẽtandum, victus abscedat, & nõ possideat. Permissus est enim ad tentandos quosdã sanctos viros famulos Dei. Superauerunt eum, quia de via nõ secesserunt: non lapsi sunt quorũ obseruabat calcaneum. Iob ille sanctus sedebat in stercore, & currebat in via. Videte quomodo obseruauerit caput eius, & quemadmodum ille calcaneum eius attendebat. Ille repellebat suggerentem, ille sperabat labantem. Cepit & eius mulierculam: subtraxit omnia quæ habebat: solam diabolus dimisit adiutricem suã, non mariti cõsolatricem, sed potius tentatricem: cepit etiam ipsam nõ obseruantẽ caput eius. Adhuc enim illa Eua erat: sed iam ille Adam non erat. Ablatis omnibus, remansit Iob cum vxore per quam tentaretur, & cum Deo à quo regeretur. Quid illo pauperius subitò factũ, si domum eius consideres? Quid illo ditius, si cor eius cogites? Vide paupertatem domus, ablata sunt oña. vide diuitias cordis: Dominus dedit,
Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factũ est, Iob 1. d
sit nomen Domini benedictum. Dominus dedit, Dominus abstulit. nouerat rectorem suum & tentatorem suum, permissorem tẽtatoris sui nouerat. Nihil sibi, in- D
quit, diabolus tribuat. Volũtatem habet nocendi, potestatem autẽ nisi acciperet non haberet. Quantũ accepit ille potestatis, tantum ego patior: nõ ergo ab illo patior, sed ab eo qui potestatem dedit. Contẽnatur superbia tentatoris mei, sustineantur flagella patris mei. Repulsus est tentator, obseruatum est caput eius, penetrare non potuit in cor. Muratam ciuitatem forinsecùs oppugnauit, sed non expugnauit. Accessit alia tẽtatio, permissus est ad corpus eius, percussit graui vulnere à capite vsque ad pedes, contabescebat putredine, scatebat vermibus, amissa domo sedebat in stercore. Ibi Eua captiuata à diabolo, non ad adiutoriũ marito supposita, sed ad lapsum, suggerit vt blasphemetur Deus. Primò suggessit in paradiso vt contemneretur Deus, modò vt blasphemetur Deus. Valuit tũc in integrum, nunc victus est à putredine: in paradiso deiecit, in stercore superatus est. Attẽdebat autem ille draco, vtrum Iob lingua laberetur. Omnis enĩ homo in actu suo pedes habet in eo quod agit, in quo moetur, ibi tanquã ambulat. Dicebat ille multa. Quãta enim dixit Iob, qui legerunt, nouerunt. In tã multis illis verbis obseruabat serpens calcaneum labentis. Ille autem qui caput obseruabat serpẽtis, repulit omnẽ suggestionẽ. Respõdit Iob 2. c
& mulieri, sicut dignũ erat respondere mulieri: Locutaes, inquit, tanquam vna de insipientibus mulieribus. Si bona percepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Et inter illa omnia quæ dixit, nusquã lapsus est. Quod multi in illis verbis non intelligunt, & quædã ibi sic accipiunt, quasi aliquid durũ dixerit Iob in Deum. Nam inter multa etiã hoc dixit, velut stomachans aduersus Deum, sicut videbatur nõ intelligentibus. Ille autẽ gestabat personã magnã magnæ prophetiæ: Vtinam, inquit, loquens ad Deum, vtinã esset nobis arbiter. Quid est, vtinam esset nobis arbiter? Quasi qui inter nos iudicaret, & quo iudicãte causa mea vinceret. Sic accipitur ad primum sonũ: sed discute te, ne Genes. 3. c
labaris: attendit enim serpens ille semper calcaneum tuũ. Quid visus est dixisse Iob? Vtinam esset nobis arbiter, vtinã esset medius aliquis, qui iudicaret inter me & te. Hoc Deo homo, hoc in stercore homo, hoc vel in cælo angelus Deo, vtinã esset nobis arbiter? Sed quid
prœuidebat? quid optabat? Multi, inquit Dominus, iusti Matt. 13. d
& prophetæ voluerunt videre quæ videtis, & non viderunt. Arbitrũ desiderabat. Quid est arbiter? Medius ad cõponendam causam. Nónne inimici eramus Dei, & malam causam habebamus aduersus Deũ? Quis finiret causam istam malam, nisi ille medius arbiter? Qui nisi veniret, misericordię perierat iter, de quo Apostõ-
lus dicit: Vnus enĩ Deus, vnus & mediator Dei & ho- 1. Tim. 2. b
minum homo Christus Iesus. Si nõ homo, non media-
C tor, quia æqualis patri Deus. Dicit alio loco: Mediator Galat. 3. c
autem vnius non est, Deus autem vnus est. Inter duos mediator: Ergo Christus mediator inter hominem & Deum. Non quia Deus, sed quia homo; non quia Deus æqualis patri, sed si æqualis patri, non mediator. Vt autem sit mediator, descendat à superiore ad inferiorem, ab æqualitate patris, faciat quod ait Apostolus: Se- Philip. 2. a
metipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Fũdat sanguinem suum, deleat chirographum nostrum, componat pacem inter nos & Deum, nostram voluntatẽ corrigens ad iustitiam, illius sententiam flectẽs ad misericordiam. Sicut ergo vnum hoc exposuimus, quantum Dominus dedit, quod durum videtur dictũ à Iob, sic & cætera quæ ibi videntur, quasi aspera & blasphema, habent intellectus suos. Quod putaremus aliter esse, nisi Deus perhiberet testimoniũ, & antequã
loqueretur Iob, & posteaquam totum locutus est. Per- D
hibuit Deus primò testimonium, dicens: Homo sine Iob 1. b
querela, verax Dei cultor. Dixit hoc Deus, dixit hoc ante tentationem illius. Ne quis autem in illis verbis fortè malè intelligens scandalizaretur, & putaret iustũ quidem virum fuisse Iob ante tentationem, in tẽtatione autem graui defecisse, & lapsum esse in sacrilegam blasphemiã: finitis omnibus sermonibus, & ipsius Iob, & amicorum eius à quibus ei consolatio reddebatur, dicit Dominus testimonium, illos non verum locutos,
sicut seruum eius Iob. Non enim locuti estis, inquit, Iob 42. b
coram me verum & rectũ quicquam, sicut seruus meus Iob. Deinde iubet, vt ille pro eis offerat hostias: quibus
eorum peccata soluantur. Eia fratres mei. Qui vult Genes. 3. c
obseruare caput serpentis, & securus trãsire hoc mare, quia necesse est habitet hic serpens iste, & vt dicere

cœperâ,lapſus diabolus de cælo hunc locum accepit;
obſeruet caput eius à timore ſeculi, & à cupiditate ſe- A
culi.Hinc enĩ ſuggerit aliquid,aut vnde times, aut vn-
de cupis;aut amorẽ tuum tentat,aut timorem.Tu ſi ti-
mueris gehennas,ſi amaueris regnum Dei, obſeruabis
caput eius. Euitato capite,ſecurus eris; nec ille lapſum
tuum tenebit,nec de tua ruina gaudebit.Nemo autem
dicat,vt dixi,magnam habet poteſtatem.Vident enim
homines quaſi quãtum acceperit poteſtatis; quid per-
diderit maieſtatis,nõ vident.Ipſe autem ſanctus Iob in
verbis ſuis myſticis & altè ſecretis,dicens de iſta pote-
ſtate quã dicitur diabolus habere, & deſcribens illum
multis modis in figuris ſimilitudinũ,exponens quid il-
le ſit,vel quid valeat,hoc quoque ait: Non eſt quicquã
ſimile ei factum ſuper terrã, ad illudendũ ei ab angelis
meis.Deus ibi loquitur in libro Iob: Nõ eſt quicquam
ſimile ei ſuper terram factum, ad illudendum ei ab an-
gelis meis. Omne altum videt, & ipſe eſt rex omnium B
quæ in aquis ſunt. Cui teſtimonio cõgruit hoc in Pſal-
mo.Cùm enim diceret de mari magno & ſpatioſo,vbi
animalia puſilla & magna,vbi repentia,quorum nõ eſt
Con.2. ſen.diſt 3. Ideóque. numerus,vbi naues nauigant ligno tutè,ait:Draco hic
quem finxiſti ad illudendum ei. Sed ſi ad illudendum,
quomodo Deus illi illudit? An tradidit eum ad illudẽ-
dum, hoc eſt, vt illudatur? Putaremus quòd Deus illi
illuderet, niſi Scriptura Iob ſoluiſſet quæſtionem; ibi
enim dictum eſt:Ad illudendum ei ab angelis meis.Vis
illudere draconi?Eſto angelus Dei.Sed nondum es an-
gelus Dei.Donec ſis, ſi eũ curſum tenes vt ſis, ſunt an-
geli qui illudãt draconi,ne tibi noceat.Præpoſiti enim
ſunt angeli cælorum ſuper poteſtates aëreas, & inde
procedit verbũ quod fit hic. Intuentur enim legem fi-
xam,legẽ æternam,iubentẽ ſine ſcriptura,ſine ſyllabis,
ſine ſtrepitu, fixam ſemper & ſtantem,intuẽtur angeli
corde mundo,& ex illa faciunt quicquid hic fit;& po-
teſtates ex illa ordinantur à ſummis vſque ad ima.Et ſi C
poteſtates ſummorum cælorum reguntur verbo Dei,
quanto magis inferiores atque terrenæ?Remanet ergo
in malis ſola nocendi cupiditas. Hanc habet homo in
poteſtate cupiditatẽ nocendi, volũtatem ad perniciẽ.
Si autem cuiquam nocere potuerit,non glorietur;non
ipſe nocuit,data eſt ei poteſtas.Semel dictum eſt, ſen-
Rom.13.a tentia firma eſt:Non eſt poteſtas,niſi à Deo.Quid ergo
times?In aquis ſit draco, in mari ſit draco,illac trãſitu-
rus es.Sic eſt fictus vt illudatur, hic ad hunc locũ ordi-
natus eſt,in his ſedibus deputatus eſt.Si magnũ aliquid
illi putas eſſe has ſedes; quia nõ noſti ſedes angelorum
vnde lapſus eſt,miraris ſedes mortuorum,vbi deiectus
eſt.Quæ tibi videtur eius gloriatio,damnatio eſt.Simi-
litudinem accipite breuiter; quia reuera magnum ali-
quid eſt hoc noſſe,& intelligere.Domum magnam ali-
quam putate totam iſtam adminiſtrationem creaturę.
Domus iſta magna habet dominũ, habet ſeruos, & in D
ipſis ſeruis habet circa ſe proximos ſibi in apparatibus
melioribus veſtium,theſaurorum,horreorum,magna-
rum poſſeſſionum. Habet etiã ſeruos in infirmis mini-
ſteriis ita ſubditis ſibi poteſtatibus,vt quoſdam habeat
& ad mundandas cloacas. A ſummis procuratoribus
vſque ad extrema iſta & infima miniſteria quàm multi
ſunt gradus?Si ergo aliquis magnus procurator offen-
dat, & pœna domini ſui, verbi gratia, fiat oſtiarius in
extremo loco aliquo,ſic exercẽs ſibi datam poteſtatẽ,
vt volentes intrare vel exire perturbet ſecundùm mo-
dum poteſtatis quem accepit à domino, illi autem ne-
ſciant eum fuiſſe aliquando magnum procuratorem,
magnam poteſtatem illius eſſe arbitrantur, quia quid
perdiderit neſciunt.Et tamen fratres mei oſtiarius ille,
de quo dixi, ad ſimilitudinẽ domus magnæ huius ter-
renæ;poteſt aliquid facere neſciẽte domino ſuo,& tur-
bare aliquem illo non iubente. Iſte autem nec ad illam
ianuam poſitus eſt, qua intramus ad Deum. Chriſtus Ioan.10.a
eſt enim illa ianua,& per Chriſtum intramus ad vitam
æternam. Sed eſt quędam ianua qua intratur in hoc ſe-
culum, ianua quædam mortalitatis, circa iſta infirmæ
carnis huius detrimenta & ſupplementa. Ad iſtam ia-
nuam quaſi quidam oſtiarius eſt. Hic habet poteſtatẽ
in iſto mari quo naues commeant, ſed non tantã vt fa-
ciat aliquid neſciente aut nolente domino ſuo.Ne for-
tè aliquis dicat;perdidit quidem ille magnam poteſta-
tem ſuperiorum apparatuũ;ſed ego in his infimis ſum,
hic me poteſt habere in poteſtate, opus eſt vt ſeruiam
illi.Noli falli,nouit te Dominus Deus tuus; & ſic te no-
uit, vt capillos tuos habeat numeratos. Quid ergo ti- Matth.10.d
mes? Tentaturus eſt fortè carnem tuam; flagellum eſt
Domini tui,non poteſtas tẽtatoris tui. Vult nocere ſa-
luti quæ promittitur,ſed non permittitur,vt autem nõ
permittatur,habe caput Chriſtũ.Repelle caput draco-
nis,ſuggeſtioni eius noli conſentire,à via tua noli labi.
Draco hic quẽ finxiſti ad illudendum ei. Nam vis vi-
dere quàm non tibi noceat,niſi permiſſus?Omnia, in-
quit,à te expectant Domine,vt des illis cibum in tem-
pore opportuno.)Et iſte draco mãducare vult, ſed nõ
manducat quem vult.Omnia à te expectant Domine,
vt des illis cibum in tẽpore opportuno. Omnia, & re-
pentia quorum non eſt numerus, & animalia puſilla &
magna,& ipſe draco, & omnis creatura tua qua imple-
ſti terram, omnia à te expectant vt des illis cibum in
tempore opportuno; vnicuique cibum ſuum. Habes
cibũ tuum,habet & draco cibũ ſuum. Si bene vixeris,
cibum Chriſtum habebis;ſi à Chriſto receſſeris, cibus
draconis eris. Omnia à te expectant vt des illis cibum
in tempore opportuno. Quid dictum eſt ipſi draconi?
Terram manducabis. Draconi dictum eſt: Terram
manducabis cunctis diebus vitæ tuæ. Audiſti cibum Gen.3.c
draconis.Non vis vt det te Deus manducandum dra-
coni; noli eſſe cibus draconis, id eſt, noli relinquere
verbum Dei. Vbi enim dictum eſt draconi: Terram
manducabis;ibi iam dictum erat & pręuaricatori:Ter-
ra es,& in terram ibis.Cibus ſerpentis eſſe non vis,no-
li eſſe terra.Quomodo,inquis,non ero terra? Si terre-
na non ſapias.Audi Apoſtolum,vt non ſis terra. Nam
corpus quod geris terra eſt,ſed tu noli eſſe terra. Quid
eſt hoc?Si reſurrexiſtis, inquit,cum Chriſto, quæ ſur-
ſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſe- Coloſſ.3.a
dens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.
Si non ſapis terrena, non es terra; ſi non es terra,non
manducaris à ſerpente cui cibus data eſt terra. Cibum
ſuum dat Deus ſerpenti,quando vult, quem vult. Be-
ne autem iudicat, falli non poteſt, non ei dat aurum
pro terra. Omnia à te expectant Domine, vt des illis
cibum in tempore opportuno. Cùm dederis eis col-
ligent.)Ante illos ſunt,ſed non colligent, niſi cùm de-
deris. Ante diabolum Iob erat, & quidem non deuo-
rauit Iob,ſed vel tentare non auſus eſt,niſi cùm ille de- Iob.1.c
diſſet.A te expectant;cùm dederis eis,colligent;ſi nõn
dederis, non colligent. Et quid nos fratres? quem ci-
bum habemus? Sequitur & de cibo noſtro. Aperien-
te autem te manum tuam, vniuerſa implebuntur bo-
nitate.) Quid eſt ô Domine, quòd aperis manum tuã?
Manus tua Chriſtus eſt. Et brachium Domini cui
reuelatum eſt? Cui reuelatur, illi aperitur; reuelatio Eſaiæ.53.a
enim apertio eſt. Aperiente autem te manum tuam,
vniuerſa implebuntur bonitate.Reuelãte te Chriſtum
tuum,vniuerſa implebuntur bonitate; non autem ha- al. Nam illi
bent à ſe bonitatem.†Nam illi quando boni?Probatur quando bonitas probatur
illis. Auertente autem te faciẽ tuã,turbabuntur.)Multi illis.
repleti

repleti bonitate ſibi tribuerunt quod habebant,& vo-
luerũt gloriari quaſi in iuſtificationibus ſuis,& dixerũt A
ſibi:Iuſtus ſum,magnus ſum. & facti ſunt ſibi placẽtes,
1.Cor.4.b & ſonuit eis Apoſtolus:Quid enim habes quod nõ ac-
cepiſti?Volens autẽ probare Deus homini quod ab il-
lo habeat quicquid habet,vt cũ bonitate habeat & hu-
militatẽ,aliquando eũ perturbat;auertit ab illo faciem
ſuã, & decidit in tentationẽ,& oſtendit illi, quia quod
iuſtus erat,& rectè ambulabat,ipſo regẽte fiebat.Auer-
tente autẽ te faciẽ tuã,turbabuntur.Videte quid dicat
Pſal.29. & in alio Pſalmo:Ego dixi in abundãtia mea,non mo-
uebor in æternũ.Præſumpſit de ſe,impletus erat boni-
tate,& putabat à ſe ſibi eſſe totã bonitatem; & dixit in
corde ſuo:Non mouebor in æternũ.Sed quia iã ſenſe-
rat Dei gratiã ſe percepiſſe,pro eo quod erat expertus,
reddidit gratiarũ actionem,Domine, in voluntate tua
Ibidem. pręſtitiſti decori meo virtutẽ. Auertiſti autem faciem
tuã à me,& factus ſum cõturbatus.Sic & hic, aperis tu B
manum tuã.Aperis manũ, & vniuerſa implebũtur bo-
nitate. Non manu ſua, ſed manu tua aperta.Auertente
autẽ te faciẽ tuam, turbabuntur. Sed quare hoc facis?
quare auertis faciẽ tuã vt turbentur? Auferes ſpiritum
eorũ,& deficient.)Spiritus eorum, ſuperbia eorũ erat.
Gloriantur,ſibi tribuunt,ſeipſos iuſtificant.Auerte fa-
ciem tuã vt turbentur,aufer ſpiritum eorũ & deficient;
Pſal.76. clament ad te:Citò exaudi me Domine, defecit ſpiri-
tus meus.Ne auertas faciem tuã à me. Auferes ſpiritũ
eorũ,& deficient:Et in puluerem ſuum conuertentur.)
Inuenit ſe homo pœnitẽs de peccato ſuo, quia nõ ha-
bebat vires ex ſe;& confitetur Deo,dicens ſe eſſe terrã
& cinerẽ.O ſuperbe,conuerſus es in puluerẽ tuũ,abla-
tus eſt ſpiritus tuus;iã non te iactas,non te extollis, nõ
te iuſtificas!Vides quia de puluere factus es,& auertẽte
faciem ſuã Domino,in tuum puluerem recidiſti.Roga
ergo,confitere puluerem tuũ & infirmitatem tuam, & C
vide quid ſequatur:Emittes ſpiritũ tuũ,& creabuntur.)
Auferes ſpiritum eorum,emittes tuũ; auferes ſpiritum
Matt.5.a eorũ,non habebunt ſpiritũ ſuũ.Ergo deſerti ſunt beati
pauperes ſpiritu?Non ſunt autẽ deſerti,quoniam ipſo-
rum eſt regnum cælorum.Noluerunt habere ſpiritum
ſuũ, habebũt ſpiritum Dei.hoc enim dixit martyribus
Matth.10.c futuris:Cùm vos cœperint & adduxerint,nolite cogi-
tare quomodo aut quid loquamini; nõ enim vos eſtis
qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in
vobis.Nolite vobis tribuere fortitudinẽ. Si veſtra eſt,
inquit,& mea nõ eſt,duritia eſt,non fortitudo.Auferes
ſpiritũ eorũ,& deficient,& in puluerẽ ſuum conuertẽ-
Epheſ.2.b tur.Emittes ſpiritũ tuum,& creabũtur.Ipſius enim ſu-
mus figmentũ,dixit Apoſtolus, creati in operibus bo-
nis.A ſpiritu eius accepimus gratiã,vt iuſtitię viuamus;
Rom.4.a quia ipſe eſt qui iuſtificat impiũ. Auferes ſpiritum eo-
rum,& deficient.Emittes ſpiritum tuũ, & creabuntur.
Et innouabis faciẽ terræ.)Id eſt, nouis hominibus cõ-
fitẽtibus ſe iuſtificatos eſſe,nõ à ſe iuſtos, vt gratia Dei D
1.Cor.15.b ſit in illis. Vide quales ſint, quibus innouata eſt facies
terræ.Paulus dicit:Plus omnib. illis laboraui.Quid eſt
Paule?Attẽde ſi tu ſis,ſeu ſpiritus tuus. Nõ ego,inquit,
ſed gratia Dei mecum.Quid ergo?Quia cùm abſtuleris
ſpiritum noſtrum,in puluerem noſtrum conuertemur;
vtiliter intuẽtes infirmitatem noſtram, vt accepto ſpi-
ritu eius recreemur.Vide quid ſequitur:Sit gloria Do-
mini in æternũ.)Non tua,nõ mea,non illius, aut illius;
gloria Domini ſit,non ad tempus,ſed in æternum.Læ-
tabitur Dominus in operibus ſuis.) Non in tuis quaſi
tuis,quia & opera tua ſi mala,per iniquitatem tuam: ſi
bona,per gratiam Dei. Lætabitur Dominus in operi-
bus ſuis.Qui aſpicit terram, & facit eã tremere,qui tã-
git montes, & fumigabunt.) O terra,exultabas de bo-
nitate tua,tibi tribuebas vires opulentiæ tuæ: ecce re-
ſpicit Dominus,& facit te tremere. Reſpiciat te,& fa-
ciat te tremere: melior eſt tremor humilitatis, quàm
confidentia ſuperbiæ.Videte quomodo aſpiciat Deus
terram,& faciat eam tremere. Ad terram quaſi præui-
dentem ſibi & exultantem loquitur Apoſtolus: Cum Philip.2.b
timore & tremore veſtram ipſorum ſalutẽ operamini.
Cum timore & tremore: Deus enim eſt qui operatur
in vobis.Dicis,ô Paule,operamini,dicis vt operemur.
Quare cum timore & tremore? Deus enim eſt,inquit,
qui operatur in vobis. Ideo cum tremore, quia Deus
operatur.Quia ipſe dedit,non ex te eſt quod habes,cũ
timore & tremore operaberis: nam ſi non tremueris
eum,auferet quod dedit. Cum tremore ergo operare.
Vide alium Pſalmum: Seruite Domino in timore, & Pſal.2.
exultate ei cum tremore.Si cum tremore exultandum
eſt,Deus aſpicit, ſit terræ motus: aſpiciente Deo, tre-
mãt corda noſtra,nam tunc ibi requieſcet Deus. Audi
illum alio loco: Super quem requieſcet ſpiritus meus? Eſa.66.a
Super humilem & quietum,& trementem verba mea.
Qui aſpicit terram,& facit eã tremere,qui tangit mon-
tes & fumigabunt.Montes ſuperbi erant, iactabant ſe,
non eos tetigerat Deus:tãgit illos & fumigabũt. Quid
eſt fumigare montes?Precem Domino reddere. Ecce
magni montes,ſuperbi,montes ingentes,non rogabãt
Dominum:ſe rogari volebant, & ſuperiorem non ro-
gabãt.Quis enim potens & tumidus & ſuperbus in ter-
ra,qui dignetur humiliter rogare Deum?De impiis lo-
quor, non de cedris Libani quas plantauit Dominus.
Impius quilibet, & infelix anima rogare Deum neſcit,
& vult ſe rogari ab hominibus. Mõs eſt, opus eſt vt tã-
gat illum Deus & fumiget:quando cœperit fumigare,
dabit Deo precem,tanquam ſacrificium cordis.Fumi-
gat ad Deum,deinde tũdit pectus.Incipit & flere,quia
& fumus excutit lachrymas. Qui tangit montes & fu-
migabunt.Cantabo Domino in vita mea.) Quid can-
tabit?Totum quicquid eſt,cantabit.Cantemus Domi-
no in vita noſtra.Vita noſtra modò ſpes eſt,vita noſtra
poſtea æternitas erit. Vita vitæ mortalis, ſpes eſt vitæ
immortalis. Cantabo Domino in vita mea: Pſallam
Deo meo quãdiu ſum.) Quoniam in illo ſine fine ſum. Pſal.145.
Quamdiu ſum pſallam Deo meo: ne fortè cùm cœpe-
rimus pſallere Deo in illa ciuitate,putemus nos aliquid
aliud acturos.Tota vita noſtra erit pſallere Deo.Si ve-
niet in faſtidium quod laudamus, poteſt venire in fa-
ſtidium & noſtra laudatio. Si ſemper à nobis amatur
ille,ſemper laudatur: Pſallam Deo meo quamdiu ſum.
Suauis ſit ei diſputatio mea, ego autem iucundabor in
Domino.)Suauis ſit ei diſputatio mea. Quæ eſt diſpu-
tatio hominis ad Deum, niſi confeſſio peccatorum?
Confitere Domino quod es,& diſputaſti cum illo: di-
ſputa cum illo, fac bona opera, & diſputa. Lauamini,
mundi eſtote.Eſaias dicit:Auferte nequitias ab animis Eſa.1.d
veſtris,à conſpectu oculorum meorum: Ceſſate à ne-
quitiis veſtris,diſcite benefacere, iudicate pupillo, &
iuſtificate viduam,& venite diſputemus, dicit Domi-
nus.Quid eſt diſputare cum Deo?Te illi indica ſcienti,
vt indicet ſe tibi neſcienti.Suauis ſit ei diſputatio mea.
Ecce hoc eſt Domino ſuaue, diſputatio tua.Sacrificiũ
humilitatis tuæ,contribulatio cordis tui,holocauſtum
vitæ tuæ, hoc eſt ſuaue Domino. Tibi autem quid eſt
ſuaue?Ego autem iucundabor in Domino.Ipſa eſt mu-
tua diſputatio quam dixi:Indica te ei ſcienti,& indicat
ſe tibi neſcienti.Suauis eſt ei confeſſio tua,ſuauis eſt ti-
bi gratia ipſius.Dixit ſe tibi:Vnde ſe tibi dixit?Per ver-
bum.Quod verbum?Chriſtum.Et tibi dixit ſe,& ſe di-
xit: Quia miſit Chriſtum, ſeipſum dixit. Ita planè au-
diamus ipſum verbum.Qui me videt,videt & patrem. Ioan.14.a

Ego autem iucundabor in Domino. Deficiant peccatores à terra.) Sæuire videtur sancta anima quæ hic cãtat & gemit. Vtinam cum ipsa anima sit anima nostra, vtinam copuletur ei & societur & cõiungatur ei? videbit etiam misericordiã sæuientis. Quis enim capit hoc, nisi qui impletus fuerit charitate? Deficiant peccatores à terra. Contremiscitis, quia maledicit. Et quis maledicit? Sanctus. Sine dubio exauditur. Sed dictum est sanctis: Benedicite, & nolite maledicere. Quid est ergo quod dicit, Deficiãt peccatores à terra? Planè deficiãt; auferatur spiritus eorum & deficiant, vt emittat spiritũ suum, & recreentur. Deficiant peccatores à terra: Et iniqui ita vt non sint.) Qui non sint, nisi iniqui? Ergo iustificentur, vt non sint iniqui. Vidit hoc, & impletus est gaudio, & reuocat versum primũ Psalmi: Benedic anima mea Dominum.) Benedicat anima nostra Dominum, fratres, quia donare dignatus est & facultatem & sermonẽ nobis, & vobis intentionẽ & studium. Vnusquisq; vt potest recordetur quod audiuit; collocutionem inuicẽ ructate, saginam vestram ruminate: quod accepistis, non eat in viscera obliuionis vestrę. Thesaurus desiderabilis requiescat in ore vestro. Magno labore quæsita & inuenta sunt, magno labore nunciata & disputata sunt. Sit labor noster fructuosus vobis, & benedicat anima nostra Dominum.

Rom 12.c

A

B

IN PSALMVM CIIII. ENARRATIO.

PSALMVS iste centesimusquartus, primus est in eis quibus prænotatur Halleluia. Cuius verbi vel potius duorum verborũ, interpretatio est, laudate Deũ; & ideo inde cœpit: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.) In laude enim intelligenda est ista cõfessio, sicut est: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ. Præmissa enim laude inuocatio sequi solet, vbi desideria peccator allegat: vnde & ipsa oratio Dominica habet à capite breuissimam laudẽ, quod est: Pater noster qui es in cælis. Tunc quæ petũtur, deinceps consequũtur. Vnde & alibi in Psalmo dicitur: Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuũ. quod alibi est planius: Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Ita & hic: Cõfitemini, inquit, Domino, & inuocate nomen eius: quod tale est, ac si diceret: Laudate Dominum, & inuocate nomen eius. Exaudit quippe inuocantem, quem laudantem videt: laudantem autem videt, quem probat amantem. Et in quo voluit Dominus boni serui amorem circa se ostẽdi maximè, nisi in eo quod illi ait: Pasce oues meas? Vnde & hic sequitur: Annunciate inter gentes opera eius.) Vel potius vt de Græco ad verbum exprimatur, quod & alij Latini codices habẽt: Euangelizate in gẽtibus opera eius. Quibus hoc dicitur, nisi euãgelistis in prophetia? Cantate ei & psallite ei?) Verbo & opere laudate. Ore quippe cantatur: psalterio autem, hoc est, manibus psallitur. Narrate omnia mirabilia eius, laudamini in nomine sancto eius.) Possunt hi duo versus ex duobus verbis superioribus dicti nõ absurdè videri, vt quod ait: Narrate omnia mirabilia eius, referatur ad id quod dictum est: Cantate ei. Quod verò sequitur, Laudamini in nomine sancto eius, referatur ad id quod dictum est: Et psallite ei. Illud scilicet ad verbũ bonum quo cantatur ei, & narrãtur omnia mirabilia eius: illud autem ad opus bonum quo psallitur ei, ne velit quisque de opere bono tanquã in sua virtute laudari. Ideo cùm dixisset, Laudamini, quod vtiq; bene operãtes meritò bene possunt, addidit: In nomine sãcto eius: vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Qui ergo non sibi, sed ei volunt psallere, caueant facere iustitiam suam coram hominibus, vt videantur ab eis: alioqui mercedẽ non habebunt apud patrẽ, qui in cælis est. Sed luceãt opera eorum corã hominibus, non eo fine vt ipsi videãtur ab eis, sed vt videant bona opera eorum, & glorificent patrem eorum qui in cælis est. Hoc est laudari in nomine sancto eius. Vnde & in alio Psalmo legitur: In Domino laudabitur anima mea, audiant mites, & iucundentur. Quod & hic quodãmodo sequitur: Lætetur cor quærentium Dominum.) Sic enim mites iucundantur, qui non amaro zelo eos iã bene operãtes æmulãtur. Quærite Dominum, & confortamini.) Hoc enim de Græco expressius interpretatum est, quamuis verbum minus Latinum videatur. Vnde & alij codices habent, cõfirmamini, alij corroboramini. Et quippe dicitur, fortitudo mea. &: Fortitudinẽ meam ad te custodiam: vt eũ quærendo atque ad eum accedẽdo, & illuminemur & confortemur: ne cæcitate quid faciendũ sit non videamus, aut infirmitate non faciamus etiam quando videmus. Quod ergo est ad videndum, accedite ad eum & illuminamini: hoc est ad faciendum, quærite Dominũ & corroboramini. Quærite, inquit, faciẽ eius semper.) Quæ est facies Domini, nisi præsentia Dei? Sicut facies venti, & facies ignis: dictũ est enim: Sicut stipulã ante faciẽ venti, & sicut fluit cera à facie ignis. Et multa talia ponit Scriptura, nihil aliud quàm earũ rerum præsentiam volens intelligi, quarum nominat faciem. Sed quid est, Quærite faciẽ eius semper? Scio quidem quia mihi adhærere Deo, bonum est. Sed si semper quæritur, quando inuenitur? An semper dixit in tota vita ista qua hic viuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit fides, sed adhuc eum quærit spes. Charitas autem & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per speciem. Vbi tunc sic inuenietur vt sufficiat nobis, & vlterius non quæratur. Nisi enim eum in ista vita inueniret fides, nõ diceretur: Quærite Dominum. Et cùm inueneritis eum, derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas. Item si fide inuentus, non adhuc esset perquirendus: non diceretur: Si enim quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Et quod Ioannes ait: Scimus, quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. An fortè etiam cùm facie ad faciem viderimus eũ sicuti est, adhuc perquirendus erit? Est sine fine quærendus, quia sine fine amandus. Dicimus etiam præsenti alicui, non te quæro; id est, non te diligo. Ac per hoc qui diligitur etiam præsens quæritur, dum charitate perpetua ne fiat absens † optatur. Proinde quem quisque diligit, etiam cùm eum videt sine fastidio semper vult esse præsentem, hoc est, semper quærit eum esse præsentem. Et nimirum hoc est: Quærite faciem eius semper: vt non huic inquisitioni, qua significatur amor, finem præstet inuentio, sed amore crescente inquisitio crescat inuenti. Iam deinceps temperat se laudator iste ardens, & ad capacia verba descendit: infirmum amorem atque lactentem temporalibus Dei mirabilibus nutriens. Mementote, inquit, mirabilia eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius) Qui locus similis videtur illi loco, vbi ad Moysen quærentem quis esset, cùm dixisset, Ego sum qui sum, & dices filiis Israël: Qui est misit me ad vos: quod ex aliquantulacunque particula rara mens capit: deinceps nomen suum commemorans, erga homines gratiam suam misericorditer temperauit, dicens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum. Vbi intelligi voluit & illos quorum se Deum dixit, viuere secum in æternum, & hoc dixit, quòd capi etiam à paruulis posset: vt ego sum qui sum, illi pro captu intelligerent, qui grandibus viribus charitatis nossent quærere faciem eius semper.

Matt. 11.d
Matt. 6.b
Psal. 74.
Psal. 17.
Ioan. 21.c
1.Cor. 1.d
Matt. 5.b
Psal. 33.
Psal. 68.
Psal. 33.
Psal. 83.
Psal. 72.
Esa. 55.b
Rom. 8.e
1.Ioan. 3.d
al. agitur
Exod. 3.d

Si ergo

Si ergo quod est ipse multum est ad vos vel videre vel quærere, mementote mirabiliũ eius quę fecit, prodigia eius & iudicia oris eius; & quibus dicitur: Semẽ Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.) Vos semen Abraham; vos filij Iacob, mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius. Ne quis autem vni genti hoc tribueret Israëlitarum secũdùm carnem, & nõ intelligeret magis esse semen Abrahæ filios promissionis quàm filios carnis, quibus Apostolus dicit, cùm gẽtibus loqueretur: Vos ergo Abrahæ semẽ estis, secundùm promissionẽ hæredes; sequitur & dicit: Ipse Dominus Deus noster, in omni terra iudicia eius.) Hoc dicitur per Esaiã ad Hierusalem liberam matrem nostrã: Et qui eruit te, ipse Dominus Deus tuus, Deus vniuersæ terræ vocabitur. An Iudæorum Deus tantùm Absit. Ipse est Dominus Deus noster, in omni terra iudicia eius, quia in omni terra Ecclesia eius, vbi prædicantur iudicia eius. Quid ergo ait in alio Psalmo? Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Non fecit sic omni genti, & iudicia sua non manifestauit eis. Ideo dictum est, quia vnã gentem voluit intelligi pertinentem ad semẽ Abrahæ, quæ vocata est quidem ex omnibus gentibus; & sic in ea dicuntur oẽs gentes, vt vna sit gẽs in adoptionem vocata. Extra istã nulli genti manifestauit iudicia sua; quoniam qui ea nõ crediderunt etiã si annunciata sunt, manifestata eis vtique non sunt; quia nisi credant, non intelligẽt. Memor fuit in seculum testamenti sui.) Alij codices habent, in æternum, quod ex ambiguo Græco factum est. Sed si in hoc seculo intelligendũ est, non in æternum, quod modò exponens, cuius testamenti memor fuerat, adiungit & dicit: Verbi quod mandauit in mille generationes.) Quod adhuc cum aliquo fine potest intelligi; sed deinde dicit: Quod disposuit ad Abraham, & iuramẽti sui ad Isaac. Et statuit illud ipsi Iacob in prę ceptũ; & ipsi Israël in testamentum æternum.) Vbi nullus est ambiguitatis locus. αἰώνιον quippe habet Græcus, quod nusquam nostri nisi æternum interpretati sunt; vix autẽ aliqui alicubi αἰώνιον æternale dixerunt. Nisi fortè quia αἰῶνα familiarius interpretatur seculum, αἰώνιον nõ æternum, sed seculare interpretari velint; quod neminem ausum fuisse commemini. Si autẽ hoc loco Testamentum vetus intelligendũ est propter terrã Chanaã; sic enim sermo contexitur, & statuit illud ipsi Iacob in præceptũ, & ipsi Israël in testamentũ æternum, dicẽs: Tibi dabo terram Chanaan funiculum hęreditatis vestræ; quomodo intelligendũ est æternum, cùm terrena illa hæreditas æterna esse non possit? Et ideo vetus Testamentum vocatur, quia per nouum aboletur. Mille verò generationes, nec æternũ videntur aliquid significare, quia vtique finem habent; & ad ipsa temporalia nimis multæ sunt, quãlibet enim paucis annis generatio determinetur, quã Græci γενεὰν dicunt, quam minimam quidam quindecim annis terminauerunt, ex qua homo incipit posse generare; quæ sunt istæ mille generationes? Non solùm à tempore Abraham, quando ei facta est ista promissio, vsque ad tẽpus noui Testamenti; sed ab ipso Adam, vsque ad terminum seculi. Quis enim audeat dicere quindecim annorum millibus hoc seculum extendi? Proinde mihi videtur non hic vetus Testamentum intelligendum, quod nouo esset tollendum. Dicitur per Prophetam: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & confirmabo domum Iacob in Testamentum nouum; non secundùm Testamentum quod constitui patribus eorum, cùm eduxissem eos de terra Ægypti, sed testamentum fidei, quod laudat Apostolus, cùm Abraham nobis proponit imitandum, & de legis operibus gloriãtes inde cõuincit, quòd Abraham etiã ante circumcisionem credidit Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. Denique cùm dixisset, Memor fuit in seculum testamenti sui, quod in æternum intelligere debemus, testamẽti scilicet iustificationis & hæreditatis æternę, quam fidei promisit Deus: Verbi, inquit, quod mandauit in mille generationes. Quid est, mandauit? Quod enim ait, Tibi dabo terrã Chanaan; non mãdatum est, sed promissum. Mandatũ est autẽ quod facere debemus, promissum quod accipere. Mandatum ergo fides est, vt iustus ex fide viuat; & huic fidei hæreditas æterna promittitur. Mille ergo generationes propter numeri perfectionẽ pro omnibus intelligendæ sunt; id est, quamdiu generatio generationi sequẽdo succedit, tamdiu mandatum est viuendum ex fide. Quod obseruat populus Dei, filij promissionis nascendo veniẽtes, & moriendo abeũtes, donec omnis generatio finiatur; quod millenario numero significatum est, quia denarij numeri solidum quadratum decem decies, & hoc decies, vsque ad mille peruenit. Quod disposuit, inquit, ad Abrahã, & iuramenti sui ad Isaac: Et statuit illud Iacob, id est ipsi Iacob, in præceptum. Ipsi sunt tres patriarchæ, quorum specialiter se dicit Deũ, quos & Dominus nominat in Testamento nouo; vbi dicit: Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Ista est hæreditas æterna. Nam & hic, vbi ait, Statuit illud Iacob in præceptum; manifestauit præceptum esse fidei. Non enim promissum appellaret pręceptum. Si enim opus est in pręcepto, merces in promisso: Hoc est opus Dei, Dominus ait, vt credatis in eum quem ille misit. Hoc est ergo verbum quod mandauit: Memor erit in æternum testamenti sui. Hoc est verbũ fidei quod prędicamus. Statuit illud ipsi Iacob in pręceptum, & ipsi Israël in testamentũ æternum, id est, quod ex ipso verbo & pręcepto impleto daturus esset aliquid æternum. Dicens tibi dabo terram Chanaan, funiculum hęreditatis vestrę.) Quomodo ergo est hoc in æternum, nisi aliquid æternũ significet? Ipsa enim dicta est terra promissionis, terra fluẽs lac & mel. Quod totum significat gratiam in qua gustatur quàm suauis est Dominus, ad quam non omnes homines pertinent. Non enim omnium est fides. Ideo addidit: Funiculũ hæreditatis vestræ. Vnde in alio Psalmo, semen Abrahæ q̃ est Christus intelligitur loqui, vbi dicit: Funes ceciderunt mihi in pręclaris; etenim hęreditas mea præclara est mihi. Cur autẽ dicta sit terra Chanaan, interpretatio huius nominis aperit. Chanaã quippe interpretatur humilis. Quòd si ad illã referatur sententiã sancti Noë, qua eũdem Chanaan dixit futurum seruum fratrum suorum, hinc est etiã seruilis timor. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternũ. Ideo excluso Chananęo, datur terra promissionis semini Abrahę. Consummata enim charitas foras mittit timorẽ, vt filius maneat in domo in æternum. Vnde dictũ, & ipsi Israël in testamentũ æternum. Deinceps exequitur historiam in librorum sanctorum veritate notissimã. Cùm essent numero breui, paucissimi & incolæ in ea.) Id est, in terra Chanaan. Quando ibi patres habitauerunt Abrahã, Isaac & Iacob, antè quàm eam acciperent hęreditatem, in semine suo paucissimi erãt. Et incolæ in ea. Nonnulli autem codices habent, non paucissimi & incolę, sed paucissimos & incolas. Vbi apparet eos qui ista ita interpretati sunt, Gręcã fuisse locutionẽ secutos, quę transferri non potest in Latinũ, nisi cũ ea absurditate, quę ferri omnino non possit. Si enim totam ipsam locutionem transferre conemur, dicturi sumus: In ea esse illos numero breui, paucissimos & incolas in ea. Quod autem ait Gręcus, in ea esse illos, hoc

A

B

C

D

Galat. 3.d
Esa. 54.a
Psal. 147.
Hier. 31.f
Galat. 3.b
Rom. 1.b
Genes. 9.d
Ioan. 8.c
1.Ioan. 4.d

est Latinè, cùm essent: quod verbum non potest casus accusatiuus sequi, sed nominatiuus. Quis enim dicat, cùm essent pauciſſimos? sed, cùm essent pauciſſimi. Cũ ergo essent numero breues, vel numero breui, pauciſſimi & incolæ in ea. Transierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterũ.) Repetitio est eius quod dixerat de gente in gẽtem. Non dimisit homini nocere eis.) Id est, non permisit Græca autẽ locutio est, nocere illos: Latina verò, nocere illis. Et corripuit pro eis reges. Nolite, inquit, tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.) Verba dixit Dei corripientis vel arguẽtis reges ne negligerẽt sanctos patres: cùm essent numero breues, & pauciſſimi atq; incolę in terra Chanaan. Quæ verba licet in libris eius historiæ non legantur: tamen intelligenda sunt vel latẽter dicta, sicut Deus in hominum cordibus loquitur occultis & veracibus visis, vel etiã per angelum expressa. Nam & rex Gerararum, & rex Ægyptiorũ diuinitùs admoniti sunt ne nocerent Abrahę, & rex alius ne noceret Isaac, & alij ne nocerent Iacob, cùm essent pauciſſimi & incolę, antequã ad incolendam Ægyptum cum filiis suis transiret Iacob: quod intelligitur in eo cõmemoratũ, quod ait: Trãsierunt de gente in gentẽ, de regno in populum alterũ. Sed quia occurrebat quærere, antequam transirent, & in Ægypto multiplicarentur, quomodo numero breues, pauciſſimi & incolę in aliena terra perdurare potuerunt: secutus adiunxit, Non permisit homini nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tãgere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Potest autẽ meritò mouere quomodo fuerit Christi appellati, antequam esset vnctio, ex qua hoc nomen impositũ est regibus. Quod à Saule cœpit, cui Dauid successit in regno, atque inde cæteri & reges Iudæ & reges Israël continuatione sacratæ consuetudinis vngebãtur: in qua vnctione figurabatur vnus verus Christus, cui dictũ est, Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis prę participib. tuis. Vnde ergo illi iã tũc Christi appellabantur? Nã prophetas eos fuisse legimus. De Abraham vtique, quod de illo manifestè dictũ est, hoc & de illis intelligendũ est. An ideo Christi, quia etiam si latenter, iam tamen Christiani? Quamuis enim caro Christi ex illis, tamẽ Christus ante illos: quod & Iudęis respondit, dicens: Antequam Abrahã fieret, ego sum. Quomodo ergo hunc illi ignorarẽt, aut in eũ non crederent: cùm propterea prophetę dicerentur, quia licet occultius, tamen Dominũ prenunciabant? Vnde apertè ipse dicit: Abraham concupiuit videre diem meũ, & vidit, & gauisus est. Non enim quisquam præter istam fidem quę est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationẽ, siue postea reconciliatus est Deo: cùm sit ab Apostolo veraciſſimè definitum, Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. Deinde iã narrare incipit, quomodo factum sit vt transirẽt de gente in gentẽ, & de regno in populum alterum. Et vocauit, inquit, famem super terrã, & omne firmamẽtum panis continuit. Misit ante eos virum, in seruũ venũdatus est Ioseph.) Per hoc factũ est, vt transirent de gente in gentem, de regno in populum alterũ. Sed non sunt negligenter prætereundæ scripturarũ sanctarum locutiones. Vocauit, inquit, famem super terram, quasi fames aliqua persona sit, vel aliquod animatũ corpus, vel aliquis spiritus qui obedire possit vocanti: cùm sit fames ex inedia contracta pernicies, atque ita sit in eis qui eã patiũtur, vt aliquis morbus. Sicut enim morbus vt esse desinat, fit plerunque per medicamentum: sic & fames sanatur quodammodo per alimentum. Quid est ergo, vocauit famem? An fortè ista mala quæ patiũtur homines, habent quosdã præpositos suos angelos malos? Nã & in alio Psalmo dicit immissione per angelos malos Deum homines afflixisse, non vtique errante iudicio. Et hoc est fortè, vocauit famẽ: id est, angelũ prępositum famis, & eius rei nomine cuius est præpositus appellatur. Ex qua opinione Romani veteres quosdã deos tales consecrarunt, sicut deam Febrem, deumq; Pallorem. An quod est credibilius, vocauit famem, intelligendum est, dixit vt fames esset: vt hoc sit vocare quod est appellare: hoc appellare quod dicere: hoc dicere quod iubere? Nam ille vocauit famẽ qui vocat ea quę non sunt tanquã sint. Nec ibi Apostolus dixit, Qui vocat ea quæ non sunt, vt sint, sed tanquam sint. Apud Deum quippe iã factum est, quod eius dispositione futurum est: quia de illo alibi dicitur, qui fecit quę futura sunt. Et hic quando fames facta est, tunc dicta est vocata, id est, vt adesset quæ iam fuerat in eius occulta gubernatione disposita. Deniq; quomodo vocauerit famẽ, statim exposuit, dicens: Omne firmamẽtum panis contriuit. Et hæc inusitata locutio est: contriuit enim dixit, pro eo quod est consumpsit. Misit ante eos virũ. Quẽ virum? Ioseph. Quomodo misit? In seruum venũdatus est Ioseph. Nempe quãdo factum est, peccatum erat fratrũ, & tamen Deus misit Ioseph in Ægyptum. Intuẽda est ergo res magna & perneceſſaria: quomodo Deus bene vtatur malis operibus hominum, sicut illi cõtrà malè vtũtur bonis operibus Dei. Contexit deinde narrationem, cõmemorãs quæ pertulerit Ioseph in humilitate sua, & quomodo fuerit sublimatus. Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius.) Compedes quidem accepisse Ioseph, non legimus, sed factum esse, minimè dubitandum est. Aliqua enim prætermitti potuerunt in illa historia, quæ tamẽ Spiritum sanctũ non laterẽt, qui in his loquitur Psalmis. Ferrum autẽ quod dicit pertransisse animam eius, tribulationem durã necessitatis accipimus: nõ enim corpus, sed animã dixit. Talis enim locutio est quædã in Euangelio, vbi Simeõ dixit ad Mariam, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorum in Israël, & in signũ cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransiet gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Passio quippe Domini, quæ multis ruina fuit, & in qua multorum cordium occulta patuerunt, quoniam expressum est, quid de Domino sentiebant: & ipsam eius matrem grauiter carnali orbitate percussam sine dubio contristauit. In illa verò tribulatione fuit Ioseph, donec veniret verbum eius, quo fuerat interpretatus veraciter somnia: vnde commendatus est regi, vt etiam illi de somniis eius futura prædiceret. Sed quoniam dixit, donec veniret verbum eius, ne omnino eius sic intelligeremus, vt quisquam rem tantam homini tribuendam putaret, continuò subiecit, Eloquium Domini inflammauit eum.) Vel, quod magis de Græco expressum alij codices habent, Eloquiũ Dominì igniuit eum: vt etiam ipse inter eos computaretur, quibus dictum est, Laudamini in nomine sancto eius. Eloquiũ Domini igniuit eum. Meritò Spiritus sanctus quando à Domino missus est, visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis. Et Apostolus dicit, Spiritu feruentes. A quo igne discedent, de quibus dicitur, Refrigescet charitas multorum. Denique sequitur, Misit rex, & soluit eum; princeps populorum, & dimisit eum.) Ipse est rex, qui & princeps populorum: soluit compeditũ, dimisit inclusum. Constituit eum dominum domus suæ, & principẽ omnis possessionis suæ. Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudẽtiã doceret.) Græcus habet, Et seniores eius sapientiam doceret.) Quod omnimodo ad verbum ita dici posset: Erudiret principes

Genes. 21.d. & 26.a.

Psal. 44.

Ioan. 8.g

1. Tim. 2.b

Rom. 4.e

Psal. 104.

Luc. 2.e

Act. 2.e

Rom. 12.a

Matt. 24.b

principes eius sicut semetipsum, & seniores eius sapiẽtes faceret. πρεσβυτέρους enim habet, quos dicere solemus seniores, non γέροντες, id est, senes: σοφίσαι autem, quod vno verbo Latinè dici non potest, à sapientia dictum est, quæ σοφία Græcè dicitur, nõ à prudẽtia, quæ φρόνησις appellatur. Neque hoc tamẽ legimus in illa sublimitate Ioseph, sicut nec cõpedes in eius humilitate. Sed vnde fieri possit, vt vir tãtus vnius veri Dei cultor, in Ægypto alẽdis tantũmodo corporibus, & rebus tãtum corporalibus gubernãdis esset intẽtus: & quo eos meliores redderet, curã non gereret animorũ? Sed ea cõscripta sunt in illa historia, quæ secũdùm intentionẽ scribentis, in quo erat Spiritus sanctus, rebus futuris in illa narratione significandis sufficere iudicata sunt. Et intrauit Israël in Ægyptũ, & Iacob accola fuit in terra Chã.) Quod est Israël, hoc est Iacob: & quod est Ægyptus, hoc est terra Cham. Hic enim apertiſsimè demõstratum est de semine Chã filij Noë, cuius primitiuus fuit Chanaan, exortã fuisse etiam gentẽ Ægyptiorum. Proinde in quibus codicib. hoc loco legitur Chanaã, emendandum est. Melius autẽ interpretatum est, accola fuit, quàm, sicut alij codices habẽt, inhabitauit: quod tantundẽ esset, si & incola diceretur. Nihil enim aliud significat. Nã idipsum est verbum in Græco isto loco, quod est & superius, vbi dictũ est, pauciſsimi & incolæ in ea. Incolatus porrò, vel accolatus, non indigenã, sed aduenã ostendit. Ecce quomodo transierunt de gente in gẽtem, de regno in populũ alterum. Quod breuiter propositum fuerat, breuiter narrando explicatum est. Sed de quo regno transierunt in populũ alterum, meritò quæri potest. Nondũ enim regnabãt in terra Chanaan, quia nondũ ibi fuerat regnum constitutũ populi Israël. Quomodo ergo potest intelligi, nisi fortè secundùm anticipationem, quia ibi regnũ futurum erat seminis eorum? Deinceps narrantur quæ in Ægypto gesta sunt. Et auxit, inquit, populum suũ vehementer, & firmauit eum super inimicos eius.) Etiã hoc totũ breuiter propositũ est, vt quẽadmodum factum sit, deinceps narretur. Non enĩ tunc firmatus est populus Dei super Ægyptios inimicos suos, quando eorũ masculini fœtus necabantur: vel quãdo in faciẽdis lateribus cõterebantur: sed quando in manu potenti per signa, & portenta Domini Dei sui metuendi & honorandi facti sunt, donec duri regis contẽtio vinceretur, & mare rubrum persecutorem cũ exercitu eius obrueret. Quod ergo breuiter positũ est, Firmauit populum suum super inimicos eius, velut quęreremus quomodo factum sit: incipit dicere, donec etiã id narrando determinet. Et conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolũ facerent in seruos eius.) Nunquidnã intelligẽdum est, vel credendũ, quòd Deus cor hominis ad faciẽda peccata cõuertat? An peccatũ non est, vel paruum peccatum est, odisse populum Dei, & dolum facere in seruos eius? Quis hoc dixerit? Nunquid ergo istorum tã grauium peccatorũ autor est Deus, qui nullius vel leuiſsimi peccati autor credendus est? Quis sapiẽs, & intelliget hæc? Nã ipsa est illa mirabilis Dei bonitas: quia bene vtitur etiam malis, vel angelis, vel hominibus. Cum enim ipsi vitio suo mali sint, ille de malo eorũ bene facit. Non enim antequã odissent populũ eius boni erãt, sed maligni, & impij tales erant, qui facilè incolis suis felicibus inuiderent. In eo ergo quòd populum suum multiplicauit, hoc beneficio suo malos ad inuidẽdum cõuertit. Inuidia est enim odium felicitatis alienæ. Sic ergo conuertit cor eorũ, vt per inuidentiam odissent populũ eius, & dolũ facerent in seruos eius. Non itaq; cor illorum malum faciendo, sed populo suo benefaciendo, cor illorum sponte malũ conuertit ad odium. Non enim rectum cor peruertit, sed sponte peruersum ad odium populi, vbi eo malo bene vteretur cõuertit: non illos malos faciẽdo, sed istis bona, quibus mali facillimè possent inuidere, largiẽdo. Quo illorũ odio, & ad exercitationẽ populi sui, & ad gloriam nominis sui, quę nobis est vtilis, quomodo sit vsus, cõsequentia docẽt: quæ in eius laudem cõmemorantur, cùm cantatur halleluia. Misit Moysen seruum suum, & Aaron quem elegit ipsum.) Sufficeret quẽ elegit: sed nihil in eo quęrẽdum est, quod additũ est ipsum. Locutio Scripturarum est, sicuti est, In qua habitabunt in ea: qua locutione diuinę paginæ plenæ sunt. Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.) Non ita debemus accipere verba signorum & prodigiorum, quasi verba, quibus verbis fierent signa & prodigia, id est, quæ dicerent vt fierent signa & prodigia. Multa enĩ sine verbis facta sunt, vel virga manu extenta, vel fauilla in cælum missa. Sed quia illa ipsa quæ facta sunt, non erant alicuius significationis inania, sicut & verba quæ loquimur, ideo & ipsa dicta sunt verba, non vocum & sonorum: sed signorum & prodigiorum. Posuit in eis, id est, fecit per eos. Misit tenebras, & obscurauit.) Scriptum est & hoc inter plagas quibus Ægyptij percussi sunt. Quod autẽ sequitur, in diuersis codicibus variè legitur. Alij nanque habent, Exacerbauerũt sermones eius.) Alij verò, Non exacerbauerunt sermones eius.) Sed quod prius dixi, in pluribus inuenimus. Vbi autem addita est negatiua particula, vix duos codices potuimus reperire. Sed ne fortè mendositas propter sensum faciliorem abundauerit: quid enim facilius intelligitur quàm id quod dictum est, Exacerbauerunt sermones eius, vtique contumacibus suis sermonibus: conati sumus secundùm aliquam rectam sententiam etiam illud exponere: & hoc interim occurrit, Non exacerbauerunt sermones eius, id est, in Moyse & Aaron: quia eos etiã duriſsimos patientiſsimè pertulerũt, donec omnia quæ Deus in eis facere disposuerat, ex ordine complerentur. Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Et dedit terram eorũ ranas, in penetralibus regnũ ipsorum.) Tanquam diceret, Terrã eorum conuertit in ranas. Tanta enim ranarũ fuerat multitudo, vt hoc per ὑπερβολὴν conuenienter diceretur. Dixit, & venit cynomyia & ciniphes in omnibus finibus eorum.) Si quæritur quando dixerit, in verbo eius erat antequam fieret. Et sine tempore ibi erat quo tẽpore fieret: quãquam & per angelos & per seruos suos Moysen & Aaron etiã tunc quodammodo dixit vt fieret, quando fuerat faciendũ. Posuit pluuias eorũ grandinem.) Similis locutio illi est, vbi ait, Dedit terrã eorum ranas: nisi quòd ibi non vtique in ranas tota terra conuersa est, pluuia verò in grandinem etiam tota potuit. Ignem comburentem in terra ipsorum.) Subauditur posuit. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit omne lignum finium eorum.) Hoc vi grandinis & fulminibus factum est, vnde & ignẽ dixit comburẽtem. Dixit, & venit locusta & bruchus, cuius nõ erat numerus.) Vna plaga est locustę & bruchi: quoniã altera est parens, & alter est fœtus. Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.) Et fœnum fructus est, sicut loqui Scriptura consueuit: quæ fœnum appellat etiam segetes frugum. Sed vt duo diceret, duobus fortasse quæ dixerat numero voluit cõsonare, id est, locustæ & brucho. Hoc autem totum pertinet ad elocutionis varietatem medentẽ fastidio, non ad diuersitatem sentẽtiarum. Et percussit omne primogenitum in terra eorũ, primitias omnis laboris eorum.) Hæc plaga nouiſsima est, excepta morte in mari rubro. Primitias verò laborũ, pro-

pter primogenita pecorum dictum arbitror. Quæ plagæ cùm sint decẽ, nec omnes commemoratæ sunt, nec A
eodem ordine quo ibi factę sunt legũtur. Libera enim
est laudatio, à lege narrantis & texentis historiã. Cuius
laudationis autor & dictor cùm sit per prophetã Spiri-
tus sanctus: eadẽ vtiq; autoritate qua per eum egit ho-
minẽ qui illam scripsit historiã; & cõmemorat aliquid
factũ quod ibi nõ legitur, & quod ibi legitur præterit.
Adiungit autem etiam hoc laudibus Dei, quòd argen-
to & auro ditatos Israëlitas eduxit de Ægypto: quia &
ipsi tales erant qui nondum possent contemnere labo-
rum suorũ licet temporalem, tamen debitam iustam q;
mercedem. Nec in eo quòd Ægyptios deceperunt, à
quibus sibi vt cõmodaretur aurum argentumque peti-
uerunt, putãdus est Deus huiusmodi dolos eis qui sur-
sum cor habent vel iubere, vel si fecerint approbare.
Magis enim per illa Dei verba vtiq; ab illo qui cor co-
rũ videbat, & cupiditates examinabat, permissi sunt fa-
cere ista quæ iussi: non tamen sine aliquo profectu ani-
B
mæ carnalis, quod & his fecerũt qui talia iure passi sunt,
& quamuis per dolum, ab iniquis hominibus tamen
quod sibi reddi debuit, abstulerunt. Sicut enim Aegy-
ptiorum iniquitate, sic istorum infirmitate ad id quod
opus erat illis factis figurandũ & prænunciandum di-
uinè vsus est Deus. Et eduxit eos in argento & auro.)
Et ista locutio Scripturarũ est. Pro eo quippe dictum
est, in argento & auro: ac si diceretur, cum argento &
auro. Et nõ erat in tribubus eorum infirmus.) Sed cor-
pore, non animo. Etiam hoc magnum Dei beneficium
fuit, vt in illa necessitate migrandi nullus esset ægrotus.
Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incu-
buit timor eorum super eos.) Timor quippe Hebræorũ
super Aegyptios. Non enim timor eorũ quo timebant
Hebræi, sed quo timebantur. Dicet aliquis, Quomodo
ergo nolebant eos dimittere Aegyptij? Quomodo tã-
quam reddituros dimiserunt? Quomodo tanquam re-
dituris & reddituris aurum & argentũ petentibus cõ-
modauerũt, si lætata est Agyptus in profectione eorũ?
Sed intelligendum est post illam vltimã Aegyptiorum
mortem, & tantã stragem in mari rubro tã magni per-
sequẽtis exercitus, Aegyptios timuisse residuos: ne re-
dirent Hebræi, & eorum reliquias magna felicitate ac
facilitate contererent. Tunc impletum est quod supe-
rius cùm dixisset, Et auxit populum suum vehemẽter:
mox addidit, & firmauit eum super inimicos eius. Hãc
enim sentẽtiam vno versiculo propositam vt explica-
ret quomodo id factum sit, adiunxit cętera quæ in hac
laude cladis narrauit, vsque ad istum locũ, vbi ait, Læ-
tata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit
timor eorũ super eos: velut assignans quod proposue-
rat, quia firmauit populum suum super inimicos eius.
Proinde iã dicit, quę iter agentibus in eremo beneficia
diuina collata sunt. Expandit nubem in protectionem
eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.) Tam sunt
hæc manifesta, quàm nota. Petierunt carnes, & venit
coturnix.) Non coturnices concupierunt, sed carnes.
1.Cor.10.g Quia verò & conturnix caro est, & in isto Psalmo non
loquitur de amaricatione eorum, in quibus non est be-
neplacitum Deo, sed de fide electorum, quod est ve-
rum semen Abrahæ: ipsi intelligendi sunt petisse vt ve-
niret vnde amaricantium murmura opprimerentur.
Etiã in versu qui sequitur, Et pane cæli saturauit eos.)
Manna quidem non nominauit, sed nulli obscurum est
qui illas literas legit. Dirupit petrã, & fluxerunt aquæ,
abierunt in sicco flumina.) Et hoc factum tam citò in-
telligitur quàm legitur. His autem omnibus beneficiis
suis, Deus commendat in Abraham meritum fidei. Se-
quitur enim, & dicit, Quoniã memor fuit verbi sancti
suí, quod habuit ad Abraham puerum suum. Et eduxit
populum suũ in exultatione, & electos suos in lætitia.)
Quod ait populum suum, hoc repetiuit, electos suos: &
quod ait, in exultatione, hoc repetiuit, in lætitia. Et de-
dit illis regiones gentiũ, & labores populorũ possede-
rũt. Quod sunt regiones gentiũ, hoc sunt labores po-
pulorũ: & quod dictum est, dedit illis, hoc repetitũ est,
possederunt. Et tanquã quæreremus, cui bono ista da-
ta sunt, ne hoc ipsum putaretur summum bonum, quo
ista felicitas rerum temporalium populo Dei data est:
continuò eã ad aliud retulit, vbi summum bonũ opor-
tet inquiri. Vt custodiant, inquit, iustificationes eius, &
legẽ eius requirant.) Vbi intelligendum est Dei seruos
& electos filios promissionis, verum & germanũ semẽ
Abrahæ, imitantes fidẽ Abrahæ, propter ea ista bona
terrena sumere à Deo, vt non in eis luxu diffluant, siue
peruersa securitate torpescant: sed ideo habeãt diuina
misericordia hæc oĩa præparata, in quibus quærendis
possent negotiosissimis laboribus occupari, vt ad hoc
vacent vnde bonum æternum possit acquiri, hoc est, vt
custodiant iustificationes eius, & legem eius requirãt,
Deniq, quoniam semen Abrahæ tales hic intelligi vo-
luit qui verè essent semen Abrahæ, quales vtiq; nec in
illo populo defuerunt. Quod etiã Apostolus Paulus sa-
tis ostendit, cùm dicit, Sed non in omnibus illis bene-
placitum est Deo. Si enim non in omnibus, profectò 1 Cor.10.g
fuerunt ibi quidã in quibus beneplacitũ est Deo. Quia
ergo tales Psalmus iste commendat, nihil hic dixit de
iniquitatibus & irritationibus & amaricatione eorum,
in quibus non est beneplacitum Deo. Sed quia & ini-
quis non sola iustitia, verumetiã misericordia Dei om-
niporentis & clemẽtis apparuit, de illis sequens loqui-
tur Psalmus cum laudibus Dei. Et tamẽ vtrique in vno
populo fuerunt, nec istos illi suarum iniquitatum con-
tagione polluerunt. Nouit enĩ Dominus qui sunt eius. 2.Tim.2.b
C Et si in hoc seculo non potest ab iniustis, recedat ab in-
iustitia omnis qui nominat nomen Domini. Vt ergo
tanquam in corpore Psalmi huius velut latentem quo-
dammodo eius animam commendemus, hoc est, in
verbis quasi exterioribus interiorem intellectum: vi-
detur mihi ammoneri semen Abrahæ, qui sunt omnes
filij promissionis pertinentes ad æternam hæreditat-
tem testamenti æterni, vt tanquam ipsam hæreditatem
sibi eligant Deum, & eum gratis colant, id est, pro-
pter ipsum, non propter aliquod emolumentum mer-
cedis extra ipsum: & hoc faciant laudantes, inuoca-
ntes, annunciantes, nec in suam, sed in eius gloriam, per
fidem bene operantes, spe gaudentes, charitate fer-
uentes. Hoc totum sonat his versibus:

Repetitio expositorum.

CONfitemini Domino, & inuocate nomen eius, an-
nunciate in gẽtibus opera eius. Cantate ei, & psal-
D lite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in no-
mine sancto eius. Lætetur cor quærentium Domi-
num. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite
faciem eius semper.) Deinde ad paruulorum corda
nutrienda vt roborentur in fide, de patriarchis propo-
nuntur exempla & illorum fidei & promissionis Dei,
vt imitando & sperando simus semen illorum, non de
sola gente Hebræorum, sed quotquot istam gratiam
suscipiunt in omni terra. Quod totum his versibus cõ-
tinetur, Mementote mirabilia eius quæ fecit, prodigia
eius & iudicia oris eius. Semen Abrahã serui eius, filij
Iacob electi eius. Ipse Dominus Deus noster, in omni
terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti
sui, verbi quod mandauit in mille generationes. Quod
disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Sta-
tuit illud ipsi Iacob in pręceptum: & ipsi Israël in testa-
mentum

mentum æternũ. Dicens, Tibi dabo terrã Chanaan,
funiculũ hęreditatis vestræ.) Quæ omnia pro modulo A
meo, quemadmodũ accipienda essent, exposui. Hic
occurrebat animo paruulæ fidei: Si ergo Deus gratis
est colendus, & testamenti æterni hæreditas ipse à sei-
ipso requirendus: mortalẽ istam vitã cur præstat quæ-
rentibus eum, & temporales necessitates? An & ipsas
suæ misericordiæ multiplicatione non deserit? Nam
intentè audite quid præstiterit patribus nostris, vel in
quibus fidei exempla constituit, vel qui ex illorũ car-
ne propagati etiã fidem imitati sunt. Cùm essent ipsi
numero breui, paucissimi & incolę in ea.) Id est, in ter-
ra Chanaan. Et pertransierunt de gente in gentem, &
de regno in populum alterum. Nõ reliquit hominem
nocere eis, & arguit pro eis reges. Nolite tãgere Chri-
stos meos, & in prophetis meis nolite malignari.) Si
autem quæritis, quomodo transierunt de gente in gẽ-
tem, & de regno in populum alterum: audite, Vocauit
famem super terrã, & omne firmamentũ panis cõtri- B
uit. Misit ante eos virum, in seruũ venundatus est Io-
seph. Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrum
pertransiit animã eius, donec veniret verbũ eius. Elo-
quiũ Domini igniuit eum, misit rex, & soluit eũ, prin-
ceps populorũ, & dimisit eum. Constituit eũ dominũ
domus suę, & principẽ omnis possessionis suę. Vt eru-
diret principes eius sicut semetipsum, & seniores eius
prudentiã doceret. Et intrauit Israël in Ægyptum, &
Iacob accola fuit in terra Cham.) Ecce quomodo p-
transierunt de gente in gentẽ, & de regno in populum
alterũ. Et auxit populũ suum vehementer, & firmauit
eũ super inimicos eius.) Si autẽ scire vultis quomodo
eũ firmauit super inimicos eius: audite, Conuertit cor
eorũ vt odirent populũ eius, & dolũ facerẽt in seruos
eius. Misit Moysen seruũ suum, Aaron quẽ elegit ipsũ.
Posuit in eis verba signorũ suorum, & prodigiorum in
terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit eos, & exa-
cerbauerunt sermones eius. Cõuertit aquas eorum in
C
sanguinẽ, & occidit pisces eorũ. Dedit terrã eorũ ra-
nas, in penetralibus regnũ ipsorum. Dixit, & venit cy-
nomyia, & ciniphes, in omnibus finibus eorum posuit
pluuias eorum grandinẽ, ignẽ cõburẽtẽ in terra ipso-
rum. Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, &
contriuit omne lignũ finiũ eorũ. Dixit, & venit locusta
& bruchus, cuius nõ erat numerus. Et comedit omne
fœnum in terra eorum, & comedit omnẽ fructũ terrę
eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eo-
rum, primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos in
argento & auro, & nõ erat in tribubus eorũ infirmus.
Lætata est Aegyptus in profectione eorũ, quia incu-
buit timor eorum super eos.) Ecce quomodo populũ
suũ firmauit super inimicos eius. Cùm autẽ inimicis
eorum ista mala iustitia eius inflixerit: quæ ipsis largita
sit etiam temporalia misericordia eius, accipite. Ex-
pandi nubem in protectionẽ eorum, & ignẽ, vt luce- D
ret eis per noctẽ? Petierunt carnes, & venit coturnix,
& pane cæli saturauit eos. Dirupit petram, & fluxerũt
aquæ, abierunt in sicco flumina. Quoniam memor fuit
verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum su-
um. Et eduxit populũ suum in exultatione, & electos
suos in lætitia. Et dedit illis regiones gentiũ, & labo-
res populorum possederunt.) Nõ vt propter ista eum
colant, sed vt ea quoque ab bonũ æternum referãt at-
que conuertant, id est, Vt custodiant iustificationes e-
ius, & legẽ eius requirant. Quæcunque igitur alia bona
dat Deus, referẽda sunt ad gratuitum cultũ eius: ipse
autem cultus eius non est referendus ad alia bona quę
dat Deus.) Tunc enim erit gratuitus. Ad quod cer-
tamen prouocans hostis, ausus est dicere Deo, Nun-
quid Iob gratis colit Deũ? Porrò si in seruũ venunda- Iob.1.b
tus est Ioseph, & humiliatus, & exaltatus locũ fecit ad
tẽporalia bona populo Dei, vt firmaretur super inimi- Matth.26.b
cos eius: quãto magis Iesus venũdat°, & humiliatus à
fratribus suis secundũ carnẽ, & exaltatus in cęlis, locũ
facit ad æterna bona populo Dei triũphanti de diabo-
lo, & angelis eius? Audi ergo semẽ Abrahæ, nõ de car-
ne gloriãs, sed imitans fidẽ. Audite serui Dei, & electi
Dei, promissionẽ habentes vitæ præsentis & futuræ.
Si tentationes duræ sunt in hoc seculo, Ioseph in car-
cere, Iesum in cruce cogitate. Si rerũ tẽporalium pro-
speritas adiacet, non propter ipsam Deo, sed ipsa vti-
mini propter Deũ. Nec eum existimetis propter vitæ
huius necessaria coli à cultoribus suis, quæ donat, &
blasphematoribus suis: sed quærite primũ regnũ Dei, Matt. 6.d
& iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis.

IN PSALMVM CV. ENARRATIO.

PSALMVS centesimusquintus etiam ipse prænotatur, Halleluia.) Et hoc dupliciter. Sed quidam di-
cunt vnum halleluia pertinere ad finem Psalmi supe-
rioris, alterũ ad huius principiũ. Et hoc asserũt quòd
omnes halleluiatici Psalmi habeant in fine halleluia,
non omnes in capite. Vnde quicũque Psalmus nõ ha-
bet in fine halleluia, nec in capite volunt eum habere:
quod autẽ in eius capite videtur esse, ad finẽ superio-
ris pertinere. Sed nos quousque nobis aliquibus cer-
tis documẽtis id verum esse, persuadeãt, multorũ cõ-
suetudinem sequimur: qui vbicunq; legunt halleluia,
eidẽ Psalmo attribuunt in cuius hoc capite inueniũt.
Paucissimi enim codices sunt, quod quidem in nullo
Græcorum repperi, quos inspicere potui, qui habeãt
halleluia in fine, præter centesimi & quinquagesimi
Psalmi contextionem, post quẽ iam nullus est, qui ad
eundẽ canonẽ pertinet. Sed neq; hoc posset pręscri-
bere consuetudini, etiã si omnes codices id haberent.
Fieri enĩ potuit, vt aliqua ratione laudationis Dei tõ-
tus Psalmorũ liber, qui libris quinq; cõstare perhibe-
tur (nã vbi scriptum est, Fiat fiat, ibi fines librorũ esse
dicunt) post omnia, quæ cantata sunt, vltimo halleluia
clauderetur: nec propter finẽ centesimi & quinquagẽ-
simi Psalmi necesse esse video, vt omnes halleluiatici
Psalmi in fine habeãt halleluia. Cũ enĩ in capite Psal-
mi geminatur halleluia, cur Dominus aliquãdo semel,
aliquãdo bis dicat amen, & quomodo eo modo nõ
possit aliquãdo semel, aliquando bis halleluia dici, nẽ-
scio: pręsertim quia post numeri notã qua Psalmus in-
scribitur quotus sit, velut iste cẽtesimusquintus, vtrũ-
que halleluia positũ est. Debuit autẽ vnũ poni ante ip-
sum numerũ, si ad finẽ pertinet superioris: & post nu-
merũ Psalmi scribi alterũ halleluia, q̃ ad Psalmũ ipsius
numeri pertinet. Sed fortasse, & in hoc loco imperita
pręualuit cõsuetudo, & aliquid afferri potest, q̃ adhuc
ignoram°: vnde nos magis docere debeat iudiciũ ve-
ritatis, quã præiudiciũ consuetudinis. Nunc tamẽ an-
tequã hoc perdiscamus, vbicũque post numerũ Psal-
mi, siue semel, siue bis cõscriptũ inuenimus halleluia,
secundùm celeberrimã Ecclesię cõsuetudinẽ ei Psal-
mo tribuimus, qui codẽ numero prænotatur: cõfitẽ-
tes nos arcana omniũ titulorũ, qui sunt in Psalmis, &
ordines eorũdem psalmorum, & magna esse credere,
& nondum sicut volumus penetrare potuisse. Video
autem istos duos centesimumquartum & centesimũ-
quintum ita inter se coniunctos, vt in vno eorum, qui
præcedit, commẽdetur populus Dei in electis eius de
quibus nulla querela sit, quos ego arbitror ibi fuisse, in
quibus beneplacitũ est Deo: in isto autẽ, qui sequitur
eos cõmemoratos, qui in codẽ populo amaricauerũt, 1.Cor.10.g
nec tamen etiam ipsis Dei misericordiam defuisse.

Dicuntur autē ista ex eorū persona, qui veniam conuersi precantur, & exēpla commemorantur illorū in quos etiam peccatores diues apparuit misericordia Dei. Incipit ergo etiā iste Psalmus sicut ille: Confitemini Domino.) Sed ibi sequitur. Et inuocate nomen eius: hic autem, Quoniā Bonus, quoniam in seculum misericordia eius.) Quapropter potest hic quidem intelligi etiam cōfessio peccatorum: nam & post paucos versus sequitur, Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus: Sed in eo quod dicit, Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, laus vtique Dei est, atque in eius laude confessio: quanquā etiā cum sua quisque cōfitetur peccata, cum Dei laude cōfiteri debet: nec aliter pia est cōfessio peccatorum, nisi non desperans, & poscens misericordiam Dei. Habet ergo eius laudem, siue etiam in verbis, cùm eum bonum & misericordē dicit, siue in solo affectu, eùm hoc credit. Nā & ille publicanus, cuius sola illa verba cōmemorata sunt, Domine, propitius esto mihi peccatori, & si non dixit, Quoniā bonus & misericors es, vel aliquid huiusmodi: nō tamen illud diceret, nisi hoc crederet, quoniam cum spe orauit, quæ sine illa fide esse non posset. Potest ergo esse laus Dei vera & pia, vbi nō sit cōfessio peccatorū: quę laus multo crebrius in Scripturis confessio vocatur. Nulla est autē peccatorū confessio pia & vtilis, vbi nō laudatur Deus: siue corde, siue etiam ore, a tq; sermone. Quod autem habent aliqui codices, quoniam bonus: alij habent, quoniam suauis: ita vnū verbū Grecū quod dicitur χρηστος, diuersa interpretatio secuta est. Item quod dictum est, Quoniā in seculum misericordia eius: Græcus habet εἰς αἰῶνα, quod potest etiam in æternum interpretari. Proinde si illa misericordia hic intelligitur, qua nemo sine Deo beatus esse potest, melius accipimus in æternū. Si autē illa est misericordia quæ miseris exhibetur, vt vel consolentur in miseria, vel ab illa etiam liberentur, melius in seculum, hoc est, vsque in finem seculi, in quo non deerunt miseri, quibus misericordia præbeatur. Nisi fortè quis audeat dicere etiā in his qui damnabuntur cum diabolo & angelis eius, aliquā misericordiā Dei minimè defuturā: non quia ex illa dānatione liberantur, sed vt eis aliquatenus mitigetur: atque ita æternam posse intelligi Dei misericordiā super illorū æternam miseriam. Sed tolerabiliorem quosdam excepturos damnationē in quorundam cōparatione legimus: alicuius verò mitigari eam cui est traditus pœnam, vel quibusdā interuallis habere aliquā pausā, quis audacter dixerit, quādoquidem vnam stillam diues ille non meruit? Sed de hac tanta re diligentius ex otio differendum est, nunc quod ad istum Psalmū attinet, hactenus de illa dictum esse sufficerit. Quis loquetur potentias Domini?) Impletus consideratione diuinorum operum, quia misericordiam eius exposcit: Quis, inquit, loquetur potentias Domini? Auditas faciet omnes laudes eius?) Subaudiendum est quod suprà dictum est, vt etiā ista sententia ita sit plena, Quis auditas faciet omnes laudes eius? Id est, quisnā sufficiat auditas facere omnes laudes eius? Auditas faciet, dixit, id est, faciet vt audiātur: ostēdens ita loquendas potentias Domini & laudes eius, vt prędicētur audiētibus. Sed quis potest omnes? An fortè quia sequitur, Beati qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiā in omni tēpore.) Eas dixit laudes eius, quę intelligūtur opera eius in pręceptis eius? Deus est enim, ait Apostolus, qui operatur in vobis. Et dictū est semini Abrahæ, Cātate ei & psallite ei: quod intelleximus ita dictū, ac si diceretur, bona in eius laudē & dicite & facite. Quibus duobus verbis, id est, cantādi & psallendi conuenire duos sequētes versus, vt quod dictum est, Narrate omnia mirabilia eius, hoc sit, cantate ei: quod verò dictū est, Laudamini in nomine sancto eius, hoc sit, psallite illi. Huic quippe semini etiam ipse Dominus dicit, Luceāt opera vestra bona coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificēt patrē vestrū qui in cælis est. Hic ergo ipsa Dei præcepta considerans, quorū præceptorū opera laudes sunt eius qui operatur in suis, ait: Quis loquetur potentias Domini quoniā hæc ineffabilia opera eius. Quis auditas faciet omnes laudes eius? Id est, quis cùm audierit, faciet omnes laudes eius, quæ sunt opera præceptorū eius? Quia in quantū fiūt, etsi nō omnia quæ audita sūt fiunt: Ille laudandus est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Ideo cùm posset dicere, omnia mandata eius: vel omnia opera mandatorū eius: maluit dicere, laudes eius, quia, vt dictum est, in quantū fiunt, ipse laudandus est. Quas tamen laudes, quisnā sufficit auditas facere: Id est, cū auditæ fuerint, facere omnes quis est idoneus? Beati qui custodiūt iudiciū, & faciunt iustitiā in omni tēpore: vtiq; ex quo incipiunt & viuunt in tēpore. Qui enim perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Potest autē videri eiusdē sententiæ repetitio; vt hoc sit facere iustitiā quod est custodire iudiciū, vt etiā superiori versu subaudiatur in omni tēpore, sicut in posteriori subauditur beati: Et redditis quæ subaudiuntur, ita dicatur, Beati qui custodiūt iudiciū in omni tēpore, beati qui faciūt iustitiā in omni tēpore. Sed nisi aliquid interesset inter iudiciū & iustitiam, nō in alio Psalmo diceretur, Quousque iustitia cōuertatur in iudiciū. Amat quidē Scriptura ista duo simul ponere, sicuti est, Iustitia & iudiciū directio sedis eius: & illud, Et educet sicut lumen iustitiā tuā, & iudicium tuū sicut meridiē: cùm & illic eiusdem sententiæ repetitio videatur. Et fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni potest, vel iudiciū pro iustitia, vel iustitia pro iudicio: tamen si proprię dicātur, aliquid interesse nō dubito, vt iudiciū custodire dicatur qui rectè iudicat, iustitiā verò facere qui rectè agit. Nec absurdē existimo intelligi secundùm illud q̄ dictū est, Quousq; iustitia cōuertatur in iudiciū: etiā hic eos dictos beatos qui iudiciū custodiunt in fide, iustitiam faciūt in opere. Veniet enim tēpus vt iudiciū quod modò custoditur in fide, etiam exerceatur in opere, cùm iustitia cōuersa fuerit in iudiciū: id est, cùm acceperint iusti potestatē iudicandi eos rectè, à quibus modò non rectè iudicantur. Vnde alibi ipsum corpus Christi intelligitur dicere, Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Quod verbū è verbo magis diceretur, ęquitates iudicabo. Non autē dixit, Cùm accepero tēpus iustitiam faciā, quia in omni tempore faciēda est, sicut etiā hic dicit, Qui faciunt iustitiam in omni tēpore. Deinde quia Deus iustificat, id est, iustos facit sanando eos ab iniquitatibus suis: sequitur oratio, Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.) Id est, vt in eis simus in quibus beneplacitum est tibi, quia non in omnibus illis beneplacitum est Deo. Visita nos in salutari tuo.) Ipse est enim Saluator, in quo peccata dimittuntur, & animæ sanantur: vt possint custodire iudicium, & facere iustitiam. Quos cùm beatos esse intelligerent qui hæc loquuntur, hoc sibi consequenter orando petunt. De isto salutari alibi dicitur, Vt cognoscamus in terra viam tuam: & quasi quæreremus in qua terra? secutus est, in omnibus gentibus. Rursum quasi quæreremus, quam viam? secutus est, salutare tuum. De illo quippe dixit Simeon senex, Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum: qui etiā de se-

Lucæ 18.e

4. sent. dist. 46. Sed quęritur.

Luc. 16.f

Philip 2.b
Psal. 104.

Matth. 5.b

Philip 2.b

Psal. 145.

Psal. 93.

Psal. 96.
Psal. 36.

Psal. 98.

Psal. 74.

Psal. 66.

Lucæ 1.c

de seipso dixit: Ego sum via, veritas & vita. Visita ergo nos in salutari tuo, hoc est, in Christo tuo. Ad videndū in bonitate electorum tuorū, ad lætandū in lętitia gētis tuæ.) Id est, ad hoc nos visita in salutari tuo, vt videamus in bonitate electorū tuorū, & lætemur in lætitia gentis tuę. Quod autem hic positū est, in bonitate: alij codices habent, in suauitate. sicut illud, quoniam bonus: alij habēt, quoniam suauis. Idipsum autem verbū in Græco est, quod & alibi legitur, Dominꝰ dabit suauitatem, quam & aliqui interpretati sunt bonitatem, aliqui benignitatē. Sed quid est, Visita nos, vt videamus in bonitate electorū tuorum, id est, in ea bonitate quā præstas electis tuis, nisi vt non remaneamus cęci: sicut illi quibus dictum est: Nūc autem dicitis quia videmus, peccatum vestrū manet? Dominus enim illuminat cæcos, non meritis eorum, sed in bonitate electorum suorū: id est, quam exhibet vel donat electis suis, sicut: Salus vultus mei nō à meipso, sed Deus meꝰ. Et panem nostrū dicimus quotidianū, sed tamen addimus, da nobis. Visita ergo nos in salutari tuo ad videndū, id est, vt videamus in bonitate electorū tuorū: ad lætādū, id est, vt lætemur in lętitia gentis tuæ. Vnā gentem Dei intelligere debemus vniuersum semē Abrahæ: sed filios promissionis, nō carnis. Hi ergo quorū vox est, optant eiusdem gentis habere lætitiam. Et quæ huius gētis lætitia, nisi Deus ei? cui dicitur: Exultatio mea redime me, & cui dicitur: Signatū est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in cor nostrum (summo scilicet, vero, incōmutabili & beatifico bono, quod ipse Deus est. Vt lauderis cum hæreditate tua.) Miror istum versiculū sic interpretatū, & in multis ita esse codicibus, cùm sit vna eademque in tribus his versibus Græca locutio, vt si hoc rectè dictū est quod legitur, Vt lauderis cum hæreditate tua, posset rectè dici, vt videas in bonitate electorū tuorū, & lætetis in lætitia gentis tuæ, & lauderis cum hæreditate tua, toto ipso sensu ita cōtexto, Visita nos in salutari tuo, vt videas in bonitate electorū tuorū, vt lætetis in lætitia gētis tuæ, & lauderis cū hęreditate tua. Secūdū hoc autē quod diximus, Visita nos, vt videamus in bonitate electorū tuorū, & lætemur in lætitia gentis tuæ: cōsequēter & hic dici debuit, vt laudemur cum hæreditate tua, cui hęreditati dictum est, Laudamini in nomine sancto eius. Porrò autē quoniam hæc ambigua videtur locutio: si verꝰ est iste sēsus quo maluerunt interpretes dicere, vt lauderis, etiā duo versus superiores ita intelligēdi sunt, quia, vt dixi, vna est in his tribus versibꝰ Græca locutio: vt hoc totū ita dictū accipiatur, Visita nos in salutari tuo, vt videamꝰ in bonitate electorū tuorū, id est, ad hoc nos visita, vt illic nos esse facias, & illic nos videas, vt lætetis in lætitia gētis tuæ, id est, vt tu dicaris lætari, cùm illi lætātur ex te, vt lauderis cū hæreditate tua, id est, cū ea lauderis, quoniā nō laudatur nisi propter te. Siue ergo illo, siue isto modo intelligendū sit quod dictū est, ad videndū, ad lætandū, ad laudandū: ideo se optā. visitari in salutari Dei, id est, in Christo eius, vt nō alienētur à populo eius, & ab eis in quibus beneplacitū est Deo. Quid autē deinceps confiteātur, audiamus: Peccauimus cū patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatē fecimus.) Quid est, cum patribus nostris? An sicut habet epistola ad Hebræos, quia & Leui cum Abrahā decimatus est, quoniā in lūbis eius fuit, quando decimas dedit sacerdoti Melchisedech: sic & isti peccauerunt cū patribus suis, in quorū lumbis erant quando illi in Ægypto fuerunt? Nam qui fuerunt eo tempore cùm Psalmus iste cōscriptus est, maximeque posteri eorum, quia vel ab eis qui tunc erant dici, vel de pòst futuris potuit prophetari, lōgè aberant ab ætate illorum qui in Ægypto peccauerūt, nō intelligentes mirabilia Dei. Hoc enim sequitur exponēdo quomodo peccauerūt cùm patribus suis. Patres nostri nō intellexerūt, inquit, in Ægypto mirabilia tua.) Et cætera quæ de peccatis eorum multa cōmemorat. An sic potius accipiēdū est q̄ ait, Peccauimus cū patribus nostris, tanquā diceret, peccauimus, sicut & patres nostri, eorū videlicet imitādo peccata? Quod si ita est, astruendū est aliquo huiusmodi locutionis exemplo: quod cùm in præsentia quærerem, nō occurrit, vt cum illo se quisquam peccasse, vel cum illo se aliquid fecisse dicat, quē in simili facto etiā post multum temporis fuerit imitatus. Quid est ergo? Patres nostri non intellexerunt in Ægypto mirabilia tua: nisi nō cognouerūt quid per illa mirabilia eis prestare volueris? Quid vtique nisi vitam æternam, & nō tēporale, sed incōmutabile bonum, quod per patientiam ēxpectatur? Ideo impatiēter murmurauerunt & amaricauerunt, & bonis præsentibus fallacibus atque fugacibus beatos se fieri quæsierunt. Nō fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.) Et intellectū redarguit & memoriā. Intellectu quippe opus erat, vt cogitarent ad quorū bonorum æternitatē eos per illa temporalia vocaret Deus: memoria verò, vt saltē quæ temporaliter mirabilia facta sunt, non obliuiscerētur, fideliterq; præsumerent quòd eadem potestate quam fuerant iam experti, Deus illos ab inimicorum persecutione liberaret. Obliti sunt autem quid eis in Ægypto ad inimicos eorum conterendos per tanta prodigia præstitisset. Et irritauerūt eum ascendētes in mare, mare rubrum.) Codex quē intuebar, sic habebat: Et his quidem duobus verbis vltimis quod dictū est, mare rubrum, stella fuerat prænotata: qua significātur quę in Hebræo sunt, & in interpretatione Septuaginta nō sunt. Plures autē codices, quos inspicere potui, & Græci & Latini sic habent: Et irritauerūt, vel quod expressius de Græco est, & amaricauerunt ascendentes in mari rubro. Qui illā legit historiam quādo exierunt de Ægypto, & per mare rubrum transierūt, dolet eorum infidelitatem, in quāta trepidatione & desperatione fuerint post recentia tot & tanta miracula in Ægypto: cuius multitudinis misericordiæ Dei non eos fuisse memores dicit. Ascēderunt autem, propterea dictum est, quia ita est terræ positio, vt descensio dicatur in Ægyptum de terra Chanaan, & in eā illinc ascensio. Notandum est sanè quemadmodū Scriptura culpare voluerit, non intelligere quod intelligendum est, & nō meminisse quod memoria retinendum est: quod homines suæ culpæ deputari nolūt, ad nihil aliud nisi vt minus supplicent, minusque sint humiles Deo, in cuius cōspectu confiteantur quod sunt, atque impetrato adiutorio possint esse quod non sunt. Nam etiam peccata ignorantiæ vel negligentię melius accusantur vt pereant, quā excusantur vt maneant: meliusque purgantur inuocato Deo, quàm firmātur irritato Deo. Adiungit tamē non secundū eorū infidelitatē Deū fecisse. Et saluauit eos, inquit, propter nomē suū, vt notā faceret potentiā suam.) Non propter vlla bona merita eorū. Et increpauit mare rubrū, & exiccatū est.) Non legimus vllā qua increparetur mare emissam cęlitùs vocem, sed potentiam diuinam qua id factum est, increpationē appellauit: nisi fortè quis dicat latenter increpatū, sic vt aqua posset audire, & homines nō possēt. Valde occulta & abstrusa vis est qua Deus agit, vt etiam illa quæ sensu carēt, cōfestim eius obtēperent voluntati. Et eduxit eos in abyssis sicut in deserto.) Abyssos dixit multitudinem aquarum. Nā quidam volentes istum versiculum totū interpretari,

Ioan. 14.a

Psal. 84.

Ioan. 9.g
Psal. 145.

Matt. 6.b

Psal. 31.
Psal. 4.

Genes. 14.d
Hebr. 7.a

al. irato.

dixerũt,Et eduxit eos in aquis multis. Quid est ergo,
in abyssis sicut in deserto, nisi quia aruerat siccitate A
velut desertũ,vbi fuerant abyssi aquarum? Et saluauit
eos de manu odientium.) Hunc versum per circuitũ
quidam interpretati sunt, verba minus Latina vitan-
tes:Et saluos fecit eos de manu eorũ qui oderant eos.
Et redemit eos de manu inimici.) Quid pretij datum
est in hac redemptione? An prophetia est quod in fi-
gura baptismi hoc factum est, vbi redimimur de ma-
nu diaboli magno pretio, quod sanguis est Christi?
Vnde non quocunque mari, sed mari rubro id cõue-
nientius figuratum est. Sanguis enim rubrum colorẽ
habet.Et operuit aqua tribulantes eos,vnus ex eis nõ
remansit.)Non ex omnibus Ægyptiis, sed ex eis qui
persequebãtur profectos, apprehẽdere vel interime-
re cupientes.Et crediderũt in verbis eius.) Minus La-
tina videtur locutio,quia nõ ait verbis eius,vel inver-
ba eius, sed in verbis eius: tamen scripturis vsitatissi-
ma.Et laudauerunt laudem eius.)Tales sunt locutio-
nes,cùm dicimus,Hanc seruitutẽ seruiuit, talẽ vitam
vixit. Laudem porrò Dei notissimã illã cõmemorat,
Exod.15.a vbi dicitur,Cãtemus Domino,gloriosè enim magni-
ficatus est,equũ & equitẽ proiecit in mare. Citò fece-
runt,obliti sunt operũ eius.)Alij codices intelligibili-
us habẽt,Festinauerunt, obliti sunt operum eius: Nõ
sustinuerunt consiliũ eius.)Debuerunt enim cogitare
tanta erga se opera Dei non esse inania, sed vocare ad
aliquã sine fine felicitatem, quæ per patientiã sustinẽ-
da est:sed festinauerũt beati fieri tẽporalib⁹ reb⁹,quæ
ideo nemini conferunt veram felicitatem, quia non
Ioan.4.b extinguunt insatiabilẽ cupiditatẽ. Qui enim biberit,
inquit,ex hac aqua,sitiet iterum.Denique, Et concu-
pierunt concupiscentiã in deserto,& tentauerũt Deũ
in inaquoso.) Quod est in deserto,hoc repetitũ est in
inaquoso:id est,in loco sine aqua. Quod verò concu-
pierunt concupiscentiã, hoc tentauerunt Deum. Ta-
lis sanè locutio est, concupierunt concupiscentiam:
qualis superior,laudauerunt laudem. Et dedit eis pe-
titionem ipsorum.) Id est, quod petitione petierunt.
Et misit saturitatem in animas eorum.)Nec ideo bea-
tos fecit:quia nõ erat illa saturitas de qua dicitur,Bea
Matth.5.a ti qui esuriũt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura-
buntur. Itaque hoc loco animam non secundum id
quod rationalis est, dixit:sed secundum id quod ani-
mãs corpus animal facit. Ad cuius animalis sustenta-
tionem pertinet cibus & potus, secundum hoc quod
in Euãgelio dicitur,Nónne anima plus est quàm esca,
Matth 6.d & corpus plus quàm vestimentum? Tanquam ad ani-
mam pertineat vesci, ad corpus vestiri. Secundũ hoc
Esa.58.a dicitur apud Esaiã,Quid est quod ieiunauimus, & nõ
vidisti,defraudauimus animas nostras, & nescisti? Et
irritauerũt Moysen in castris,Aaron sanctũ Domini.)
Quam dicat irritationẽ,vel,sicut expressius alij inter-
pretati sunt,amaricationem,sequentia satis indicant. D
Aperta est terra,& deglutiuit Datan, & superoperuit
super cõgregationẽ Abirõ.)Quod est deglutiuit, hoc
est superoperuit. Amborũ autẽ, id est, Datã & Abirõ,
vna erat caussa superbissimi & sacrilegi schismatis. Et
exarsit ignis in synagoga eorum, flãma cõbussit pec-
catores.)Non est hoc nomen in scripturis vsitatũ eo-
rum,qui licet iustè ac laudabiliter viuãt, non sunt sine
peccato. Magis enim sicut interest inter irridentes &
irrisores,inter murmurantes & murmuratores, inter
scribẽtes & scriptores,& cætera similia: ita scriptura
peccatores appellare cõsueuit valde iniquos & gran-
dibus peccatorũ sarcinis oneratos. Et fecerunt vitulũ
in Oreb,& adorauerũt sculptile. Et mutauerũt gloriã
suã ĩ similitudine vituli comedẽtis fœnũ.)Nõ ait,in si-
militudinẽ,sed in similitudine. Talis est locutio qualis
illa,vbi ait:Et crediderũt in verbis eius. Elegãter sanè
nõ ait:Et mutauerũt gloriã Dei,cùm hoc fecerint,si-
cut etiã Apostolus loquitur,Et immutauerunt gloriã
incorruptibilis Dei,in similitudinem imaginis corru- Rom.1.c
ptibilis hominis,sed gloriã suam dixit.Deus enim erat
gloria eorũ,si eius sustinerent consiliũ,& non festina-
rent:cui dicitur:Gloria mea & exaltans caput meum. Psal.3.
Istam gloriam suã,id est Deũ,mutauerũt in similitudi-
ne vituli comedentis fœnum, vt ab eo comederẽtur,
à quo comeduntur qui sapiunt secundùm carnẽ:Om-
nis enim caro fœnum. Obliti sunt Deum qui saluauit Esa.40.b
eos.)Quomodo saluauit eos? Qui fecit magnalia in
Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari
rubro.)Quæ sunt mirabilia, ipsa sunt terribilia, nulla
quippe admiratio est sine quadã formidine. Quamuis
ista etiam hinc terribilia dici potuerunt, quòd aduer-
sarios afflixerunt,& istis quid deberẽt timere mõstra-
B uerunt.Et dixit vt disperderet eos.) Quia obliti sunt
eum qui saluos fecit eos,faciens magnalia,& fecerunt
&adorauerũt sculptile,hoc vtique tam immani scele-
re & incredibili impietate,digni fuerant qui perirent.
Dixit ergo vt disperderet eos. Si non Moyses electus
eius stetisset in confractione in conspectu eius.) Non
ita dixit stetisse in confractione,quasi vt frangeret irã
Dei,sed in confractione, id est, in plaga qua erant illi
feriendi.Id est,nisi obiecisset seipsum pro eis,dicẽs:Si Exod.32.g
dimittis illis peccatum,dimitte,sin autem, dele me de
libro tuo.Vbi demonstratũ est, intercessio sanctorum
quantũ pro aliis valeat apud Deũ.Securus enĩ Moyses
de iustitia Dei qua eum delere nõ posset, impetrauit
misericordiã,ne illos quos iustè posset delere,deleret
damnaret. Ita stetit in confractione in cõspectu eius.
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos,& pro nihi-
lo habuerũt terram desiderabilẽ.)Sed nunquid vide-
runt eam?Quomodo ergo pro nihilo quam nõ vide-
C rant habuerunt,nisi quomodo sequitur, Nõ credide-
rũt in verbis eius?) Profectò nisi terra illa significaret
aliquid magnum,quę terra dicebatur fluẽs lac & mel,
per quod visibile sacramẽtum ad inuisibilem gratiam
regnumq; cælorum duceret eos qui mirabilia eius in-
telligebãt,nullo modo isti culparentur,quia pro nihi-
lo habuerunt illã terrã desiderabilem, cuius tẽporale
regnum etiã nos pro nihilo habere debemus, vt Hie- Galat.4.d
rusalem liberã matrẽ nostrã,quæ in cælis est,verè de-
siderabilẽ diligamus. Sed potius hic infidelitas eorũ
meritò redarguitur, quia in eo quòd terrã desidera-
bilẽ pro nihilo habuerũt, verbis Dei nõ crediderunt,
per quædã parua ducẽtis ad magna,&festinãtes beati
temporalibus rebus quas secundũ carnem sapiebant,
non sustinuerunt,sicut suprà dictum est, consiliũ eius.
Et murmurabant in tabernaculis suis,non exaudierũt
vocem Domini.) Vehementer eos à murmuratione
prohibẽtis.Et eleuauit manũ suã super eos,vt prosterneret eos in deserto :Et vt deiiceret semẽ eorũ in na-
tionibus,& dispergeret eos in regionibus.) Hic ante-
quam diceret quòd tãtę indignationi Dei quisquã in-
tercesserit, eũq; aliquo modo placauerit,secut⁹ adiũ-
xit.Et initiati sunt Beelphegor:) Id est, idolo gentiũ
cõsecrati.Et mãducauerũt sacrificia mortuorũ.Et ir-
ritauerũt eum in adinuẽtionibus suis, & multiplicata
est in eis ruina.) Tanquã ad hoc distulerit,q̃ leuauerat
manum suã super eos prosternẽdos in deserto,& deii-
ciendum semen eorum in nationibus,& dispergẽdos
eos in regionibus,vt dati in reprobum sensum, etiam
illud admitterent in quo immaniore crimine euidẽti
iustitia punirẽtur,quẽadmodũ dicit Apostol⁹:Et sicut Rom.1.c
nõ probauerũt Deum habere in notitiã,tradidit illos
Deus

Deus in reprobã mentẽ,vt faciant quæ non conueni-
unt.Denique tantum fuit scelus eorum quòd conse-
rati sunt idolo, & comederunt sacrificia mortuorũ, A
id est,quia mortuis hominibus tãquam diis sacrifica-
bant gentes,vt aliter se placari Deus nollet, nisi quo-
modo eum placuit Phinees sacerdos, qui masculũ &
feminam in complexu adulterino deprehensos pari-
ter interemit.Quod si odio eorum, nõ dilectione fe-
cisset,dum eum comederet zelus domus Dei, non ei
reputaretur ad iustitiam.Hoc enim facto, illũ populũ
cuius futurus erat maior interitus, tãquam vnum ho-
minem quasi virga percussit, vt animã eius saluaret à
morte. Leniorẽ quidẽ reuelato testamẽto nouo Do-
minus Iesus Christus esse voluit disciplinã, sed atro-
cior est comminatio gehennę, quã tunc in illis cõmi-
nationibus Dei pro temporũ dispensatione non legi-
mus.Multiplicata est ergo in eis ruina,cũ pro suis gra-
uibus peccatis grauiter vastarẽtur.Et stetit Phinees,&
placuit,& cessauit quassatio.)Breuiter totũ dixit, quia
B nõ hic nesciẽtes docet,sed cõmemorat scientes. Quæ
autẽ hic posita est quassatio,hæc superius confractio,
nam in Græco vnũ verbum est.Et reputatum est ei in
iustitiã,in generationẽ & generationẽ vsq; in sempi-
ternum.Deus hoc reputauit sacerdotio suo in iustitiã,
nõ solùm quãdiu generatio est, sed vsque in sempiter-
nũ,qui cor scrutatur, & nouit appendere quãta id fa-
ctũ sit populi charitate.Et irritauerũt eum ad aquam
cõtradictionis,& vexatus est Moyses propter eos,qui
exacerbauerunt spiritũ eius.Et distinxit in labiis suis.)
Quid est,distinxit? Quasi illud nõ posset Deus facere,
qui tanta iam fecerat,vt aqua de petra profluęret.Du-
bitanter enim petrã virga percussit, & ideo hoc mira-
culũ distinxit àceteris miraculis,in quibus nõ dubita-
uerat.Hinc offẽdit,hinc audire meruit vt moreretur,
ne intraret in terram promissionis. Perturbatus enim
murmure populi infidelis,nõ tenuit fiduciã qualẽ de-
buit.Cui tamen Deus tãquã electo suo,etiã post mor-
C tẽ eius bonũ perhibet testimoniũ, vt intelligamus illã
fidei eius titubationẽ hac sola pœna fuisse correptã,
quòd in eam terram ad quam populum ipse deduce-
bat, non est permissus intrare. Absit autem vt eũ cre-
damus alienatũ à regno gratiæ Dei,quod significabat
illa terra promissionis vnde lac & mel destuere dice-
batur.Hoc est enim potius testamentũ æternũ, quod Exod.3.c
disposuit ad Abrahã non secũdùm carnem patrẽ no-
strũ, sed secundùm fidẽ. Illi autẽ de quorũ iniquitati-
bus iste loquitur Psalmus, cùm in illam temporalem
terram repromissionis intrassent: Nõ disperdiderunt
gẽtes quas dixit Dominus illis. Et commixti sunt in-
ter gentes,& didicerũt opera eorum,& seruierũt scul-
ptilibus eorum,& factum est illis in scandalum.) Illud
quòd eas non disperdiderunt, sed eis commixti sunt,
factum est illis in scandalũ.Et immolauerũt filios suos
& filias suas dæmoniis. Et effuderunt sanguinẽ inno-
D centem,sanguinem filiorum suorum & filiarum suarũ
quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.) Immo-
lasse filios suos & filias suas dæmoniis & idolis, non
eos illa narrat historia,sed neque iste Psalmus mentiri
potest, neque prophetæ,qui hoc dicunt multis increpa-
tionũ suarũ locis. Habuisse verò istam consuetudi-
nem gentes,nec earum literæ tacuerunt. Sed quid est
quod sequitur?Et interfecta est terra in sanguinibus.)
Putaremus autẽ hic scriptoris errorẽ esse, atq; eũ di-
ceremus pro eo quid est infecta,fecisse interfecta, nisi
haberemus beneficiũ Dei,qui scripturas suas in multis
linguis esse voluit,atq; ita esse scriptum:Interfecta est
terra in sanguinibus,inspectis Græcis codicibus vide-
remus.Quid est ergo, Interfecta est terra, nisi hoc re-
feratur ad homines qui habitabãt in terra,tropica lo-
A cutione,qua significatur per id quod cõtinet id quod
cõtinetur,sicut dicimus malã domum,in qua mali ha-
bitant,& bonam, in qua boni?Ipsi nanque interficie-
bant animas suas immolando filos suos, & effundẽdo
sanguinem paruulorum à consensione illius sceleris a-
lienorum: vnde dictum est: Effuderunt sanguinẽ in-
nocẽtem,Ergo interfecta est terra in sanguinibus. Et
contaminata est in operibus eorum.)Cùm ipsi inter-
fecti sunt in anima,& cõtaminati in operibus suis. Et
fornicati sunt in adinuẽtionibus suis.)Has dicit adinu-
ẽtiones,quas Græci ἐπιτηδεύματα appellãt.Nã hoc
verbum est in codicibus Græcis & hoc loco & supe-
rius,vbi dictũ est:Irritauerũt eum in adinuentionibus
suis:cùm &illic & hic eas dicat adinuentiones,in qui-
bus alios imitati sunt.Nõ itaque sic dictas arbitremur
adinuentiones,quasi ab ipsis institutas, nullo in aliis
præcedente quod imitarẽtur exẽplo. Vnde alij inter-
pretes nostri,non adinuentiones,sed studia, alij verò
B affectiones vel affectationes, alij voluptates dicere
maluerunt.Et idẽ ipsi qui dixerũt adinuentiones,alio
loco studia posuerunt.Hoc est, quod commemorare
volui,ne quæstionẽ faceret nomen adinuẽtionis in ea
re quam non à seipsis excogitauerunt, sed alios imita-
ti sunt.Et iratus est furore Dominus in populum suũ.)
Noluerũt quidã interpretes nostri iram ponere,in eo
quod Græcus habet θυμὸν,sed quidã iram posuerũt,
quidam verò indignationem, quidã animũ interpre-
tati sunt.Quodlibet autẽ horum dicatur, perturbatio
non cadit in Deum, sed de consuetudine translatum,
potentiã vindicandi hoc nomen accepit. Et abomi-
natus est hæreditatem suam.Et tradidit eos in manus
gentium,& dominati sunt eorum qui oderũt eos. Et
tribulauerunt eos inimici eorum,&humiliati sunt sub
manibus eorum.) Quando eos hæreditatem Dei vo-
cauit,manifestum est quòd non ad perditionẽ, sed ad
C disciplinam eos abominatus est,& tradidit eos in ma-
nus inimicorũ.Denique sequitur: Sæpe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo.)Hoc
est quod superius ait: Non sustinuerunt consiliũ eius.
Perniciosum enim est consiliũ hominis ipsi homini,
quo ea quærit quæ sua sunt,nõ quæ Dei sunt.In cuius Philip.2.c
hæreditate quod ipse nobis est, cùm ad fruẽdũ se preg-
bere dignabitur,nullas patiemur cum sanctis societa-
tis angustias,dilectione rei nostræ quasi priuatæ.Glo-
riosissima quippe illa ciuitas adepta promissam here-
ditatẽ,in qua nullus morietur,nullus orietur, non ha-
bebit ciues qui singuli gaudeant suis rebus,quia Deus 1.Cor.15.d
erit omnia in omnibus. Cuius societatem quisquis in
hac peregrinatione fideliter & flagranter desideraue-
rit,assuescit priuatis præferre communia, nõ sua quę-
rendo,sed quæ Iesu Christi,ne sibi sapiens,& sibi con-
sulens exacerbet Deũ consilio suo,sed sperãs quod nõ
D videt,non festinet de his quæ videntur fieri beatus,at-
que illud æternum quod non videtur patienter expe-
ctans,eius in promissionibus sequatur cõsilium, cuius
in tentationibus precatur auxilium.Ita erit humilis in
confessionibus suis, ne fiat istorum similis, de quibus
dicitur:Et humiliati sunt iniquitatibus suis.)Deus ta-
men plenus misericordia, non neglexit eos. Et vidit
cùm tribularẽtur,cùm audiret orationẽ eorũ. Et me-
mor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundùm
multitudinẽ misericordiæ suæ.) Pœnituit dictum est,
quia mutauit quòd eos perditurus videbatur.Et apud
Deũ quidẽ disposita & fixa sũt omnia, nec aliud facit
quasi consilio repentino, quod non ex æternitate se
facturum esse præsciuit, sed in creaturæ temporalibus
motibus, quam gubernat mirabiliter, ipse non tem-

poraliter motus, quasi repentina voluntate facere dicitur, quod ordinatis rerũ causis consilij sui secretissimi immutabilitate disposuit, qua suis quæque tẽporibus agnita agit, ita & præsentia facit & futura iã fecit. Et ad hæc quis idoneus? Audiamus itaque Scripturã diuinam humiliter excelsa dicentem, cùm & paruulis nutriendis sumenda porrigit, & maioribus exercẽdis perscrutanda proponit. Et vidit cùm tribularẽtur, cũ audisset orationem eorum, & memor fuit testamenti sui: vtique testamẽti æterni, quod disposuit ad Abraham, non veteris quod aboletur, sed noui quod etiam in veteri absconditur. Et pœnituit eum secundũ multitudinẽ misericordiæ suæ. Hoc fecit quod disposuerat, sed contribulatis & orantibus se id concessurum esse præsciuerat, quia & ipsa oratio eorũ, cùm adhuc non esset, sed futura esset, Deum proculdubiò non latebat. Et dedit eos in misericordias.) Vt essent nõ vasa irę, sed vasa misericordię. Ideo autẽ puto pluraliter misericordias dictas in quas eos dedit, quia vnusquisque propriũ donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic. Dedit ergo eos in misericordias. In cõspectu omniũ qui ceperãt eos.) Age nunc quisquis hæc legis, & gratiã Dei qua in æternam vitam per Dñm nostrum Iesũ Christũ redimimur legẽdo in Apostolicis literis, id propheticis autẽ scrutãdo cognoscis, & vetus Testamentũ in nouo reuelatum, & in veteri nouum velatũ vides: recole quẽ dixerit Apostolus Paulus principem potestatis aëris, qui operatur in filiis infidelitatis, & illud vbi ait de quibusdam, vt resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso secundùm ipsius voluntatẽ: & verba Dñi nostri Iesu Christi, vbi eũ expellẽs de fideliũ cordibus ait: Nunc princeps huius mundi missus est foras, & ipsius itidem Apostoli dicẽtis, qui eruit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij charitatis suę. Hęc atque huiusmodi ratiocinatus, intende animũ & in literas veteris Testamẽti, & vide quid cantetur in eo Psalmo cuius est titulus, quando domus ædificabatur post captiuitatem, ibi enim dicitur: Cantate Dño canticum nouum. Et ne existimes ad Iudæorũ populum tantũmodo pertinere: Cãtate, inquit, Domino omnis terra, cantate Domino, & benedicite nomen eius, annunciate vel potius bene nũciate, imò vt ipsum verbum quod in Græco positum est, transferam, euangelizare diem ex die salutare eius. Hinc enim euangelium nuncupatum est, in quo annũciatur dies ex die, Dominus Christus, lumen ex lumine, filius ex patre. Hoc enim est & salutare eius, quia salutare Dei Christus est, sicut & superius iam demõstrauimus. Annũciate in gẽtibus gloriã eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus Dñs & laudabilis valde, terribilis est super omnes deos: quoniam omnes dij gentium dæmonia. Isti ergo inimici cum rege suo diabolo captiuũ tenebant populũ Dei. De qua captiuitate cũ redimimur, & princeps huius mũdi mittitur foras, ædificatur domus post captiuitatem, cuius lapis angularis est Christus, qui duos cõdidit in se vnũ nouum hominẽ faciens pacẽ, quàm dies ex die veniens euangelizauit eis qui erant propè, & eis qui erant lõgè, faciens vtraque vnũ, & adducens alias oues, quę nõ sunt de hoc ouili, vt fit vnus grex & vnus pastor. Et ita Deus dedit in misericordias prędestinatos suos, quia nõ volẽtis neque currẽtis, sed miserẽtis est Dei: in conspectu omnium qui ceperãt eos. Hi ergo inimici diabolus & angeli eius captiuauerant prædestinatos in Dei regnum & gloriam: à redẽptore autem nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant intrinsecus, fideles oppugnant extrinsecus. Sed oppugnant, non expugnãt eos qui apprehẽdunt turrim fortitudinis à facie inimici. Vt autem oppugnent, sentiunt in nobis esse infirmitatis reliquias, propter quas dicimus: Dimitte nobis debita nostra: propter quas dicimus: Et ne nos inferas in tẽtationẽ, sed libera nos à malo. His itaq; inimicis eiectis, perfecit Dñs Christus sanitates in corpore, cui caput est ipse Saluator corporis, vt in eo ipso corpore suo tertia consummetur. Sic enim dicit: Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consummor, id est, perficior, occurrẽtibus omnibus nobis in virũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Itaque eiectis dęmoniis à quibus captiui tenebamur, perfecit sanitates. Ideo & hic cũ dixisset, Et dedit eos in misericordias in conspectu omniũ qui ceperãt eos, tãquam eiectis dęmoniis qui ceperãt, fit oratio vt perficiat sanitates. Saluos nos fac Dñe Deus noster, & congrega nos de nationibus.) Vel, sicut alij codices habent, De gentibus. Vt cõfiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.) Deinde breuiter subiecit ipsã laudem: Benedictus Dñs Deus Israël, à seculo & vsq; in seculum.) Quod intelligimus ab æterno vsque in ęternũ: quia sine fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur: Beati qui habitãt in domo tua, in secula seculorũ laudabunt te. Ipsa est tertia cõsummatio corporis Christi, eiectis dæmoniis & perfectis sanitatibus vsque ad ipsius corporis immortalitatẽ, regnũ sempiternũ perfectè laudantiũ, quia perfectè amãtiũ, perfectè autẽ amantiũ, quia facie ad faciẽ cõtemplãtiũ. Tũc enĩ perficietur q̃ in primordio Psalmi huĩ⁹ oratũ est: Memẽto nostri Dñe in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo, ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ, ad lętãdũ in lætitia gẽtis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua. Non enim de Iudæis solas cõgregat oues quę perierũt domus Israël, sed etiã eas quæ nõ sunt de illo ouili, vt fit grex vnus, vt dictũ est, & vnus pastor. Iudæi verò cũ putãt ad suũ regnũ visibile istã pertinere prophetiã, quia spe inuisibiliũ bonorũ gaudere nõ norũt, in laqueos illius ruituri sunt, de quo Dñs ait: Ergo veni in nomine patris mei, & nõ suscepistis me, alius veniet in nomine suo, & hũc suscipietis. De quo & Apostolus Paulus ait: Quia reuelabitur homo peccati, filiⁿ interitus, qui aduersatur & superextollitur super omne quod dicitur Deⁿ, aut quod colitur, ita vt in tẽplo Dei sedeat ostendens se tãquã sit Deus. Et paulò post: Tũc reuelabitur, inquit, ille iniquus, quẽ Dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ, eũ cuius est præsentia secundũ operationẽ satanæ in omni virtute & signis, & prodigiis mẽdacij, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, pro eo quòd dilectionem veritatis non receperũt vt salui fierent, & ideo mittet illis Deus operationẽ erroris vt credant mẽdacio, & iudicẽtur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Per istũ refugã, per istum qui se extollit supra omne quod dicitur Deⁿ, & quod colitur, videtur mihi populũ Israelitarũ carnaliũ putaturũ impleri istam prophetiã, quæ dictũ est: Saluos nos fac Domine Deus noster, & cõgrega nos de gentibus: quòd illo duce velut in cõspectu inimicorum suorum visibilium, qui eos visibiliter captiuauerant, habituri sint visibilem gloriã. Sic credent mendacio, quia dilectionem veritatis non receperũt, vt non bona carnalia, sed spiritalia concupiscerent. Sic enim à diabolo decepti sunt, vt occiderent Christũ, quando dixerũt. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollẽt nostrũ & locum & gẽtem, quãdo Caiphas vnus ex ipsis cùm esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt moriatur

Rom.9.f
1.Cor.7.b
Ephes.2.a
2.Tim.2.d
Ioan.12.c
Colos.1.b
Psal.95.
Ibidem.
Ephes.2.d
Ioan.10.b
Rom.6.d
Matth.6.e
Luc.13.g
Ephes.4.c
Psal.83.
Matth.15.c
Ioan.10.b
Ioan.5.g
2.Thess.2
Rom.8.c
Ephes.2.d
Ioan.11.f

riatur vnus homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autem, sicut Euangelista intellexit, non à seipso dixit, sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, id est, pro ouibus quæ perierant domus Israël, sed vt filios Dei qui erant dispersi, cõgregaret in vnũ. Habebat enim alias oues quæ non erant de illo ouili. Istas vniuersas oues, & de Israëlitis, & de gẽtibus, diabolus & eius angeli captiuauerant. Expulso itaque ab eis diaboli dominatu, in conspectu malignorum spirituum qui eas captiuauerant, vt saluentur & perficiantur in æternum, vox earum est in prophetia: Saluos fac nos Domine Deus noster, & cõgrega nos de gẽtibus. Non sicut per antichristũ compleri existimant Iudæi, sed per Christũ Dominum nostrum venientẽ homine patris sui, diem ex die salutare eius, de quo & hic dictum est: Visita nos in salutari tuo. Et dicet omnis populus.) Iste prædestinatorum de circumcisione & præputio, gẽs fãcta, populʼ in adoptionẽ: Fiat, fiat.

Ioan.10.b

IN PSALMVM CVI. ENARRATIO.

PSALMVS iste miserationes Dei commendat nobis probatas in nobis, & ideo expertis est dulcior. Et mirum si potuerit suauis esse cuilibet, nisi illi qui id quod in isto Psalmo audit, in se didicit. Non tamen vni alicui vel duobus, sed populo Dei conscriptus est, & ad se agnoscendum tãquam in speculo propositus, cuius titulus, non nunc tractandus est. Est enim, Haleluia.) Et bis haleluia, quod nobis cantare certo tempore solenniter moris est, secundùm Ecclesiæ antiquam traditionem. Neque enim & hoc sine sacramẽto certis diebus cantamus haleluia. Certis quidẽ diebus cantamus haleluia, sed omni die cogitamus. Sic enim hoc verbo significatur laus Dei, & si non in ore carnis, certè in ore cordis: Sẽper laus eius in ore meo. Quòd autem non semel, sed bis habet haleluia titulus iste, non huius Psalmi proprium est, sed & alius superior sic habet. Et quantum apparet ex eius textu, cantatus est ille de populo Israël, cãtatur autem iste de vniuersa Ecclesia Dei diffusã toto orbe terrarum. Fortè non immeritò bis habet haleluia, propter q̃ clamamⁿ & Abba pater, cũ aliud nihil sit abba, quàm pater. Nõ tamen frustra dixit Apostolus: In quo clamamus, Abba pater: nisi quia vnus quidẽ paries veniẽs ad lapidẽ angularẽ, clamat, Abba, aliⁿ ex alio latere clamat, pater: in illo vtiq; lapide angulari qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Videamus ergo hic quid admoneamur, & vnde gratulemur, & vnde gemamⁿ, & vnde auxiliũ postulemus, vnde deseramur, vnde nobis subueniatur, quid simus per nos, quid per misericordiã Dei, quomodo nostra superbia cõteratur, vt illius gratia glorificetur. Vnicuiq; hominũ quod dicturus sũ, si fieri potest, conferatur in se. Loquor autẽ hominibus qui ambulant in via Dei, & cõstituti sunt in aliquo profectu spiritali. Vnde si qui fortè propter hoc minus me intelligunt, inueniãt vbi sint, & proficiẽdo ad intellectũ festinent. Non autẽ arbitror deserturũ Deũ conatũ nostrũ, vt ad omnes pertineat quod loquimur, siue expertos, siue inexpertos, vt experti approbent, inexperti desiderent, & omnibus suauis sit disputatio mea, quæ primũ Domino suauis erit, si vẽridica erit. Veridica autem erit, si nõ mihi à me, sed ab illo erit: Sic cœpit Psalmus. Cõfitemini Dño, quoniã suauis est, quoniam in seculũ misericordia eius.) Hoc cõfitemini, quoniã suauis est. Si gustastis, cõfitemini. Non potest autem confiteri qui gustare noluit. Vnde enim dicturus est suaue esse quod nescit? Vos autem si gustastis quàm suauis est Dominus, confitemini Domino, quoniã suauis est. Si gustastis auiditate, cõfessione eructate. In seculũ enim misericordia eius, id est, in æternum. Hic enim ita positũ est in seculũ, quia & in nõnullis Scripturæ locis in seculũ, id est, quod Grecẽ εἰς αἰῶνα dicitur, in ęternum intelligitur. Neque enim misericordia eius ad tempus est, & nõ in æternũ, cùm ideo sit super homines hæc eius misericordia, vt viuat cum angelis in æternum. Dicant qui redempti sunt à Domino.) Redemptus quidem videtur & populus Israël de terra Ægypti, de manu seruitutis, ex laboribus infructuosis, ex operibus luteis, videamus tamen vtrũ ipsi sint qui hæc dicũt, qui ab Ægypto liberati sunt à Domino. Non ita est. Sed qui sunt isti? Quos redemit de manu inimicorum.) Adhuc potest quisque & illos accipere redẽptos de manu inimicorũ, de manu inimicorũ, hoc est, Ægyptiorum. Propriè exprimantur, qui sint propter quos hæc vult Psalmus iste cãtari. De regionibus congregauit eos) Possunt esse adhuc regiones Ægypti, multæ enim etiã vnius prouinciæ regiones sunt. Apertè dicat: Ab oriente & occasu, ab aquilone & mari.) Istos ergo iam redemptos intelligimus in toto orbe terrarũ. Populus hic Dei de magna & lata Ægypto liberatus, tanquam per mare rubrum ducitur, vt in baptismo finiat inimicos. Sacramẽto enim tanquam rubri maris, baptismo scilicet Christi sanguine cõsecrato, insequentibus Ægyptiis peccata delentur, & de euadẽte nullus qui te premebat, remanet inimicus. Isti ergo dicant hæc. Et audiamus iã fratres, quónã ducitur iste populus Dei, quid hic agatur in congregatione omniũ gentiũ redẽpta per Christũ, Nõ quasi simul cõtingant hæc quæ cãtantur in omnibus gẽtibus, sed in singulis quibusque credentibus, in populo autẽ illo aliter. Totus enim populus, tota illa gens ex semine Abrahæ secundũ carnẽ, tota multitudo domus Israël semel educta est ex Ægypto, semel per rubrũ mare ducta, semel ad terrã promissionis per ducta. Simul enim omnes erant in quibus hæc cõtingebant. Hæc autem omnia in figura contingebant in illis, scripta sunt autẽ ad correctionem nostrã in quos finis seculorũ obuenit. Nos verò nõ simul omnes, sed paulatim singulatimque credentes congregamur in vnã quandã ciuitatem, & in vnum populũ Dei, sed in vnoquoque nostrũm etiam singula contingunt. Hæc quæ scripta sunt, cõtingunt in populo. Etenim populus de singulis, non singuli de populo. Nunquid enim vnus homo ex populis? Sed populus ex singulis hominibus cõstat. Quicquid enim cũ loquor agnoueris in te, quisquis expertus es, noli cogitãdo quasi remanere in te, & putare q̃ in solo te contigit, sed crede ista cõtingere aut in omnibus, aut propè in omnibⁿ qui veniũt ad hunc populũ, & de manu inimicorũ pretiosò sanguine redimũtur. Repetiturus est enĩ assiduè quòd cãtauimus modò miserationes eiⁿ. Cõfiteantur Dño miserationes eiⁿ, & mirabilia eius filiis hominũ. Istos versus, quantũ aduertere potui, quod potestis & vos, quater repetit, in quo numero quantum Domino adiuuante scrutari valuimus, significat nobis quatuor quasdã tentationes, ex quibus nos liberat cui cõfitentur suæ miserationes. Fac enim hominem primò nihil quærẽtẽ, secundum vitã veterem seductoria securitate viuentem, nihil putantem aliud esse post hanc vitã quandoque finiendam, negligentem quendam & socordẽ, obrutum cor habentẽ illecebris mũdi, & mortiferis delectationibus consopitum, vt excitetur iste ad quærendam gratiam Dei, vt fiat follicitus, & tanquam de somno euigilet, nõne manus Dei excitat eũ? Sed tamẽ à quo sit excitatus, ignorat. Incipit autẽ esse iam Dei, & eius suauitatẽ gustare, cũ cognouerit veritatis fidẽ. Sed antequã cognoscat, doler errorẽ suũ.

Exod.14.b
1.Cor.10.d

Inuenit enĩ ſe in errore, vult cognoſcere veritatẽ, pulſat vbi poteſt, tentat quod poteſt, vagatur quâ poteſt, famem etiam patitur ipſius veritatis. Prima ergo tentatio eſt erroris & famis. Vbi in hac tentatione fatigatus exclamauerit ad Deum, perducitur ad viam fidei, vnde incipiat pergere ad ciuitatẽ quietis. Perducitur ergo ad Chriſtũ, qui dixit, ego ſum via. Cùm ergo ibi fuerit, iam ſciens quid obſeruare debeat nonnunquam multũ ſibi tribuendo, & quaſi de ſuis viribus præſumẽdo, incipit confligere velle bello contra vitia, & propter ſuperbiam ſuperari. Inuenit ergo ſe ligatum difficultatibus cupiditatum, & nõ poſſe viam propter cõpedes ambulare, Incluſum ſe ſentit difficultate vitiorũ: & tanquã muro impoſſibilitatis erecto, portisque clauſis, quà euadat vt rectè viuat, nõ inuenit. Iam ſcit quomodo viuere debeat: prius enim in errore erat, & famem veritatis patiebatur. Accepit autem iam cibum veritatis, & poſitus eſt in via, audit: Viue bene, ſecundùm quod noſti, antea enim nõ noueras quemadmodum viueres, modò accepiſti & noſti. Conatur, & nõ poteſt: ligatum ſe ſentit, exclamat ad Dominum. Secũda ergo tentatio eſt difficultatis in bene operando, ſicut illa prima erroris & famis. Exclamat & in hac ad Dñm, liberat Dominus de neceſſitatibus: rumpit vincula difficultatis, conſtituit in operationem æquitatis. Incipit ei iam facile eſſe quod difficile fuerat: abſtinere à malis, nõ adulterare, non furtum facere, non homicidium, non ſacrilegium, non aliena concupiſcere: facta eſt facultas quæ fuerat antea difficultas. Potuit hoc Dominus ſine difficultate præſtare: ſed ſi hoc ſine difficultate haberem°: largitorẽ huius boni nõ agnoſceremus. Si enim primitus cùm vellet poſſet, & non ſentiret aduerſus ſe obtinentes cupiditates, nec vinculis ſuis grauata anima collideretur: ſuis viribus tribueret quod ſe poſſe ſentiret, & nõ confiterentur Dño miſerationes eius. Poſt has duas tentationes, primã erroris atque inopiæ veritatis, ſecundã difficultatis bene operandi, tertia tentatio excipit hominẽ: ei loquor qui iã tranſiit has duas. Nã iſtæ duæ, fateor, multis notę ſunt. Quis enim neſcit ſe ab ignorãtia veniſſe ad veritatẽ, ab errore ad viã, à fame ſapiẽtiæ ad verbũ fidei? Deinde multi luctãtur cum difficultatibus vitiorum ſuorum, & adhuc conſuetudine colligati gemunt tanquam in clauſura & compedibus. Agnoſcunt & iſtam tentationem, quamuis iam dicant, ſi fortè dicunt: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nã vide arctiſſima vincula: Caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non ea quę vultis faciatis. Proinde qui iam eſt adiutus ſpiritu, vt quemadmodum noluit eſſe adulter, ſic nõ ſit, quomodo noluit eſſe fur, ſic non ſit, & cætera illa quę volũt homines vincere, & ſæpe inflexi ſuperantur: vt exclamẽt ad Deũ, vt de neceſſitatibus eorũ eruat eos, & de hac liberati cõfiteãtur Domino miſerationes eius. Quiſquis ergo talis eſt, & vicit illas difficultates, & probabiliter iam conuerſatur inter homines ſine vlla querela malorũ morũ, excipitur tertia tẽtatione tędij cuiuſdam in mora huius vitæ, ita vt aliquando cũ nec legere nec orare delectet. Tertia tẽtatio priori cõtraria. Priº enim periclitabatur fame, poſtea faſtidio. Vnde & hoc, niſi de quodã languore animæ? Iam non te illicit adulterium, nec tamen delectat Dei verbum. Iã poſt periculum imperitiæ & concupiſcentiæ, de quibus duobus te euaſiſſe lætaris, vide ne tædium faſtidiumque te necet. Non eſt & iſta leuis tẽtatio: Agnoſce te in illa, & exclama ad Dñm, vt de neceſſitatibus tuis etiã hic liberet te: & de hac tentatione liberatus cùm fueris, cõfiteantur illi miſerationes eius. Liberatus autem ab errore, liberatus à difficultate bene operãdi, liberatus à tædiò faſtidioq; verbi Dei: fortaſſis dignus eris cui populus committatur, conſtituaris in gubernaculis nauis recturus Eccleſiã. Ibi quarta tẽtatio: Tẽpeſtates maris quatiẽtes Eccleſiã, turbãt gubernatorẽ. Deniq; tres illas tentationes experiri poteſt omnis pius, fidelis in populo Dei, quarta iſta noſtra eſt. Quãto enĩ plus honoramur, tãto plus periclitamur. Metuẽdũ eſt ne auertat aliquẽ veſtrũm à veritate, ad periculũ erroris. Metuendum eſt, ne vincat vnumquẽq; cupiditas ſua, & eligat eam ſequi, quàm ex eius difficultatibus exclamare ad Dominum. Metuendum eſt, ne vnicuiq; veſtrũm minus ſapiat verbũ Dei, & faſtidio moriatur. Tẽtatio ergo gubernãdi, tentatio periculorũ in regenda Eccleſia nos potiſſimũ tangit. Sed quomodo & vos alieni eritis, ſi tota nauis periclitabitur? Quod ideo dixi, ne in hac quarta tentatione tanquam noſtra propria, vbi opus eſt vt ab orationibus non deſiſtatis, non vos primò naufragetis, ſi minus ſolliciti ſitis, & pro nobis minus oretis. Quid enĩ fratres? Quia ad eadẽ gubernacula non ſedetis, non in eadem naui nauigatis? Poſt has quatuor tẽtationes, quatuor exclamationes, quatuor liberationes, quatuor miſerationũ Dominicarũ confeſſiones, generaliter in hoc Pſalmo cõſequenter ipſa commendatur Eccleſia: vt euidentiſſimè noueritis, de qua Pſalmus ab exordio loquebatur. Cõmmẽdatur autem ita vt in nobis omnibus Dei gratia prædicetur, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã: quia ideo ille venit, vt qui nõ vident, videant, & qui vidẽt, cæci fiãt: quia omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur. Quo cõmendato dicitur aliquid quod etiã de hæreticis intelligatur, quibus tanquã ciuilibus bellis quatitur Eccleſia, & cõcluditur Pſalmus quẽ iam expoſui, breuius fortaſſe quã putabatis. Nã vſqueadeò me iſtũ totũ Pſalmũ aliquãtum prolixũ expoſuiſſe arbitror, vt iam officium à me nõ expectetis diſputatoris, ſed penè lectoris, ſi tenetis quæ dixi. Poſt enĩ ſũt ante oculos veſtros cõſtituta: ſed vt melius cõmendentur, breuiter replicentur. Prima tentatio erroris & famis verbi. Secũda difficultatis vincendarũ concupiſcentiarũ. Tertia tędij atque faſtidij. Quarta tẽpeſtatis & periculorũ in gubernandis Eccleſiis. Et in omnibus exclamationes & liberationes, & miſerationũ Dei cõfeſſiones: ad extremũ ipſius Eccleſiæ fit cõmendatio, quæ & ſalua facta eſt per gratiã Dei noſtri, nõ per meritũ ſuũ. Et cõmemoratur inimicorũ afflictio propter ſuperbiã: quibus extinctis, erecta eſt Eccleſia. Et propter inſidias quaſdã diminutionis ab hæreticis, & detrimentorũ quodãmodo domeſticorũ, & ex his circa Eccleſiã diuina beneficia, & Pſalmi cõcluſio. Legamus iam magis quàm diſſeramus. Dicant qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimicorum, de regionibº cõgregauit eos: Ab oriente & occaſu, ab aquilone & mari.) Chriſtiani ergo ipſi dicant, de toto orbe cõuocati. Erraueruut in ſolitudine, in ſiccitate, viã ciuitatis habitationis nõ inuenerũt.) Errorẽ miſerabilẽ audiuimus. Quid de inopia? Eſuriẽtes & ſitiẽtes erãt, anima eorum in ipſis defecit.) Sed quare defecit? Cui bono? Nõ enĩ crudelis eſt Deus, ſed ſe commẽdat quod expedit nobis, vt nobis deficiẽtibº rogetur, & vt ſubueniẽs ametur. Et ideo poſt hũc errorẽ & famẽ & ſitim, Exclamauerunt ad Dominũ cũ tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.) Et quid illis præſtitit, quia errabãt? Et deduxit eos in viam rectã.) Viã ciuitatis habitationis non inueniebant, fame & ſiti æſtuabant & deficiebãt: Et deduxit eos in viam rectam, Vt irẽt in ciuitatem habitationis.) Quomodo ſubueneriẽt fami

Ioan.14.a

Rom.7.d

Gal.5.c

Iaco.4.d

Ioan.9.g

Eſa.40.a

fami & ſiti, nondũ dixit: ſed & hoc expectate. Cõfiteãtur Domino miſerationes eius, & mirabilia eius filiis hominum.) Dicite experti inexpertis, iam in via poſiti, iam ad ciuitatẽ inueniendam directi, iam denique & fame & ſiti liberati: Quoniam ſatiauit animam inanẽ, & animã eſurientem impleuit bonis.) Viue ergo bene, iam in via poſitus es, iã audiſti quid agere debeas, quid ſperare. Quid aliud excipit, quoniã conaris & ſuperaris? Sedentes in tenebris & in vmbra mortis, compeditos in mendicitate & ferro.) Vnde hoc, niſi quia tibi tribuebas, quia gratiam Dei non agnoſcebas, quia cõſilium Dei circa te reprobabas? Nam vide quid adiungat. Quoniã inamaricauerunt eloquium Domini.) Per ſuperbiam iuſtitiam Domini neſcientes, & ſuam volẽtes conſtituere. Et conſilium Altiſſimi exacerbauerũt: Et humiliatum eſt in laboribus cor eorũ.) Et nunc pugna contra concupiſcentiam. Deo deſiſtente ab adiutorio, laborare potes, vincere nõ potes. Et cum fueris preſſus conſuetudine tua praua, humiliabitur cor tuum in laboribus: vt iã corde humiliato diſcas clamare: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Humiliatũ eſt ergo in laboribus cor eorũ: Infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret eos.) Quid ergo reſtat, niſi quare factum eſt? Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, omnino ex lege eſſet iuſtitia: ſed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. Accepiſti verbum, accepiſti præceptum, nec deſinis facere quod malè faciebas: & accepto præcepto, auges peccata per præuaricationẽ ſuperbiæ. Si te ignorabas, vel diſce te: humiliatus clamabis, à neceſſitate liberaberis, liberatus miſerationes Domini confiteberis. Et exclamauerunt ad Dominũ cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum ſaluos fecit eos.) Liberati ſunt de ſecunda tentatione, reſtat tædij atque faſtidij. Sed primò quid iſtis præſtitit liberatis, videte. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorũ dirupit. Confiteantur Domino miſerationes eius, & mirabilia eius filiis hominũ.) Quare? Quas difficultates vicit? Quia cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit. Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.) Quia ſibi tribuebant, non Deo. Quia ſuã iuſtitiam conſtituebant ignorantes Dei iuſtitiã, humiliati ſunt. Inuenerunt ſe non poſſe ſine eius adiutorio, qui de ſuis ſolis viribus præſumebãt. Sed qº aliud genus reſtat? Omnem eſcã abominata eſt anima eorũ.) Iam faſtidiũ patiũtur, faſtidio languent, faſtidio periclitãtur, niſi fortè putas occidi eos fame potuiſſe, & nõ poſſe faſtidio. Vide quid ſequatur, cũ dixiſſet: Omnẽ eſcam abominata eſt anima eorũ, ne quaſi eos putares de ſatietate ſecuros, non magis videres de faſtidio morituros. Et appropinquauerunt, inquit, vſque ad portas mortis.) Quid ergo reſtat? Vt & quod te delectat verbũ Dei, non tibi tribuas, neque hinc aliqua infleris arrogantia: & auidus cibi, in eos qui faſtidio periclitantur ſuperbè inſilias. Intellige etiam præſtitum tibi eſſe hoc, non à te tibi eſſe. Quid enim habes quod nõ accepiſti? Hoc ergo intelliges, & hoc vitio atque languore periclitãs, fac quod ſequitur: Et exclamauerunt ad Dominũ cùm tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorũ liberauit eos.) Et quia languor erat nõ delectari. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos.) Vide quid mali habeat faſtidium, vide vnde liberat ille ad quẽ clamat faſtidiens. Miſit verbum ſuũ, & ſanauit eos. Et eripuit eos.) Vnde? Non de errore, non de fame, nõ de difficultate vincendi peccata, ſed de corruptela eorũ.) Quædã corruptela mentis eſt, faſtidire quod dulce eſt. Ergo & de hoc beneficio, ſicut de cæteris ſuperioribus, Confiteantur Domino miſerationes eius, & mirabilia eius filiis hominũ. Et ſacrificẽt ſacrificiũ laudis) Iam enim vt laudetur, ſuauis eſt Dominus. Et enunciẽt opera eius in exultatione.) Non cum tædio, non cum mærore, non cum anxietate, nõ cum faſtidio, ſed cum exultatione. Quarta illa reſtat, in qua omnes periclitamur. Omnes enim in naui ſumus. Alij operantur, alij portantur: ſimul tamẽ omnes & in tempeſtate periclitantur, & in portu ſaluantur. Poſt hæc enim omnia ſequitur: Qui deſcendunt mare in nauibus, faciẽtes operationẽ in aquis multis.) Id eſt, in populis multis. Aquas enim ſæpe pro populis poni, teſtis eſt Apocalypſis Ioãnis, vbi interrogans Ioannes quid illæ aquæ eſſent: reſponſum eſt ei, populi ſunt. Qui ergo faciunt operationem in aquis multis, Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.) Quid enim profundius cordibus humanis? Inde plerunque venti erumpunt, tempeſtates ſeditionũ & diſſenſionum nauem perturbant. Et quid agitur in his? Volens Deus vt ad eum clamarent & hi qui gubernant, & hi qui portantur: Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ.) Quid eſt, ſtetit? Permanſit, perdurauit. Adhuc turbat, diu iactat, ſæuit, & nõ trãſit. Dixit enim, & ſtetit ſpiritus procellæ. Et quid egit iſte ſpiritus procellæ? Et exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſque ad cælos.) Audendo. Deſcendunt vſque in abyſſos:) timendo. Aſcendunt vſq; in cælos, deſcẽdunt vſque in abyſſos: foris pugne, intus timores. Anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius.) Qui ſedent ad gubernacula, & qui fideliter nauim amant, ſentiunt quod dico: Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius. Certè quãdo loquũtur, quando legunt, quando tractant, ſapientes apparent. Heu proh dolor à tẽpeſtate. Et omnis, inquit, ſapientia eorum abſorpta eſt.) Aliquando deficiunt omnia humana conſilia. Quacunq; ſe quiſq; conuerterit, fluctus fremunt, tempeſtas ſęuit, brachia deficiunt. Quò prora impingatur, cui fluctui latus nudetur, quò nauis impulſa dimittatur, à quibº ſaxis ne pereat refrenetur, omnino à rectoribus non videtur. Et quid reſtat, niſi quod ſequitur? Et exclamauerunt ad Dominum cùm tribularẽtur, & de neceſſitatibus eorũ eduxit eos. Et imperauit procellę, & ſtetit in auram.) Non ſtetit in tempeſtatem, ſed in auram. Et ſiluerunt fluctus eius. Audite de hac re vocem cuiuſdã gubernatoris periclitati, humiliati, liberati. Nolo, inquit, vos ignorare fratres, de preſſura noſtra quæ facta eſt in Aſia, quia ſupra vires grauati ſumus, & ſupra modum: Video omnem ſapiẽtiam eius abſorptam, ita vt tæderet nos, inquit, etiam viuere. Et quid ille? Ita deficientes deſereret? Aut non propterea illi defecerunt, vt ille apud eos gloriã reperiret? Denique quid ſequitur? Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non fidentes in nobis ſimus, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos. Et imperauit procellæ, & ſtetit in auram. Iam illi de ſe apud ſe reſpõſum mortis habuerant, quorum omnis ſapientia abſorpta erat. Et ſiluerũt fluctus eius. Et iocundati ſunt quiã ſiluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur Domino miſerationes eius.) Vbique omnino vbique confiteantur Domino, nõ merita noſtra, non vires noſtræ, non ſapientia noſtra, ſed miſerationes eius. Ille ametur in omni noſtra liberatione, qui eſt inuocatus in omni noſtra tribulatione. Confiteantur Domino miſerationes eius, Et mirabilia eius filiis hominum.) Et videte vnde dicat, vnde omnia iſta prælocutus ſit, vnde omnia hæc enumeraucrit, vbi agantur hæc. Et exaltent eum in Eccleſia populi, & in cathedra ſeniorum laudent eum.) Et exaltent eum, hoc eſt, laudent eum: & laudent eum, hoc eſt,

Rom.10.a

1.Cor.4.b

Apoc.17.d

2.Cor.1.b

exaltent cũ. Exaltent, laudent populi, & seniores, negotiatores, & gubernatores. Quid enim fecit in hac Ecclesia? Quid cõstituit? Vnde illam eruit? Quid ei præstitit? Quemadmodũ superbis restitit, humilibus gratiam
Iacob.4.b dedit: superbis scilicet primo populo Iudęorum, arroganti & extollenti se de genere Abrahæ, & quòd illi genti sint credita eloquia Dei. Non enim eis hæc vale-
Rom.3.a bãt ad sanitatẽ, sed ad exaltationẽ cordis: & ad tumorẽ potius quàm ad magnitudinẽ. Quid ergo fecit Deus superbis resistens, humilibus autẽ dans gratiã: ramos na-
Rom.11.c turales propter superbiã amputans, oleastrum propter humilitatẽ inserẽs? Quid fecit Deus? Audite hæc duo: Deus primò quomodo superbis resistat, deinde quemadmodum humilibus det gratiã. Posuit flumina in desertum.) Currebant ibi aquæ, currebant prophetiæ. Quære modò apud Iudæos prophetam, non inuenies.
Psal.73. Posuit enim flumina in desertum, Et exitus aquarum in sitim.) Posuit flumina in desertum. Dicant, iam non est Propheta, & nos nõ cognoscet amplius. Adhuc posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferã in salinas.) Quæris ibi fidẽ Christi, non inuenis: quæris Prophetam, non inuenis: quæris sacerdotem, non inuenis: quæris sacrificiũ, nõ inuenis: quæris templum, non inuenis. Quare hoc? Quia posuit flumina in desertũ: & exitus aquarũ in sitim, terrã fructiferam in salinas. Vnde? Quo merito? A malitia habitantiũ in ea.) Ecce quomodo superbis resistit. Audi quomodo humilibus det gratiam. Posuit desertum in stagna aquarum, terram sine aqua in exitus aquarum: Et habitare fecit illic esurientes.) Quoniam illi dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Mel-
Psal.109. chisedec. Quæris enim sacerdotem & sacrificium apud Iudæos: nõ habes nec inuenis secundũ ordinẽ Aaron, quia posuit flumina in desertum. Quęris secundum ordinem Melchisedec: apud illos non inuenis, sed per to-
Psal.112. tum orbem celebratur in Ecclesia. A solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen Domini. Et dicit Deus,
Malach.1.b quorum flumina posuit in desertum: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, nec accipiam sacrificiũ de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsq; ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Vbi erant omnia immunda sacrificia, quando desertũ erant, quando squalebant, quando salinæ erant omnes gentes: ibi nunc fontes, ibi nũc flumina, ibi nunc stagna
Iacob.4.b aquarum, & exitus aquarum. Ergo superbis restitit, hu-
Psal.21. milibus autem dedit gratiam: habitare fecit illic esurientes, quia edent pauperes, & saturabuntur. Et constituerunt ciuitatem habitationis.) Interim habitationis in spe: quoniam qui me audit, inquit, habitabit in spe. Et constituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerunt agros, & plãtauerunt vineas, & fecerunt fructum frumenti.) Ad quem fructũ gaudet operarius ille
Phili.4.d qui dicit: Non quia quæro datum, sed requiro fructũ. Et benedixit eos, & multiplicati sunt nimis, & iumẽta
2.Tim.2.d eorum non sunt diminuta.) Hoc stat. Firmũ enim fundamentum Dei stat, quia nouit Dominus qui sunt eius. Iumẽta & pecora dicuntur, in Ecclesia simpliciter ambulantia, sed vtilia: non multũ docta, sed fide plena. Ergo & spiritales & carnales benedixit eos, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non sunt diminuta. Et pauci facti sunt, & vexati sunt.) Vnde hoc? De transuerso? Imò de interno. Vt enim pauci fierent ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ideo autem tanquam de his dicit, de quibus antea loquebatur, vt cum intellectu discernantur: quia tanquam de hisdem loquitur, propter communia sacramenta. Ad populũ enim Dei pertinent, etsi nõ per virtutem, certè per speciem pietatis: de illis enim audiuimus per Apostolũ: In nouissimis temporibus instabunt tempora sæua, erunt enim 2.Tim.3.b
homines seipsos amantes. Primum malũ seipsos amantes, vtique sibi placẽtes. Vtinam sibi displicerẽt, & Deo placerent: vtinam in difficultatibus exclamarent, & à necessitatibus liberarentur. Sed multũ de se præsumẽtes, pauci facti sunt. Manifestum est, fratres: omnes qui se diuidunt ab vnitate, pauci fiunt. Multi enim sunt: sed in vnitate dum non sunt, separantur ab vnitate. Cùm enim cœperit ad eos nõ pertinere multitudo vnitatis, in hæresi & in schismate pauci sunt. Et pauci facti sunt, & vexati sunt. A tribulatione malorũ & dolore, Effusus est contemptus super principes.) Reprobati enim sunt ab Ecclesia Dei: & magis, quia principes esse vo-
Matt.5.b luerunt, ideo cõtempti sunt, & facti sunt sal infatuatum proiectũ foras, ideo cõculcatur ab hominibus. Effusus est cõtemptus super principes. Et seduxit eos in inuio, & non in via.) Illi superius in via, illi ad ciuitatẽ directi.
B Denique illi deducti, nõ seducti, isti autem in inuio seducti. Quid est, seduxit eos? Tradidit illos Deus in cõ-
Rom.1.c cupiscentias cordis eorum. Hoc est enim, seduxit eos, donauit illos sibi. Nam si propriè quæras, ipsi sese ducũt. Qui enim putat se esse aliquid, cùm nihil sit, seipsũ
Galat.6.c seducit. Quid est ergo, seduxit eos? Dimisit eos in inuio, & nõ in via. Quomodo enim in via homines, qui partẽ tenent, & totum relinquunt? Quomodo in via? Quæ est ergo via, aut vbi agnoscitur via? Deus, inquit, mise-
Psal.66. reatur nostri, & benedicat nos, illuminet vultũ suũ super nos, vt agnoscamus in terra viam tuã. In qua terra? In omnibus gentibus salutare tuum. Vtiq; tales vt minuantur, vt pauci fiant, hinc excũt. A multitudine vnitatis omnes exierunt, sicut paulo antè commemoraui
1.Ioan.2.c dictum de illis: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim ex nobis fuissent, permansissent vtique nobiscum. Sed si fortè nostri sunt in occulta præsciẽ-
C tia Dei, necesse est vt redeant. Quàm multi non nostri adhuc quasi intus, & quàm multi nostri adhuc quasi foris? Nouit Dominus qui sunt eius. Et illi non nostri qui
2.Tim.2.d intus sunt, quãdo occasiones inuenerint, exeunt: & illi nostri qui foris sunt quando occasiones inuenerint, redeunt. Illud ergo accipite quod nouit Dominus, secundum hoc seduxit eos in inuio, & nõ in via. Et quid de illis fecit? Quod dicere cœperam, quod attentè audiatis. Potuit illos pati intus semper, sed nos de illis nõ proficeremus. Cùm autẽ separati sint, & per quæstiones malignas inquietent nos, propositum est nobis ex illis & inquisitionis studium, & timoris exemplum. Vnusquisque tremit, cùm alterũ videt exisse: tanquã ex
1.Cor.10.c illius exitu dicatur illi: Quapropter qui se putat stare, videat ne cadat. Prosunt ergo quia exeunt: nam si intus essent, & tam mali essent, nihil de illis prodesset. Quid de illis dictũ est in quodam Psalmo? Congregatio tau-
Psal.67. D rorũ, id est, ceruicatorum & superborum: congregatio taurorum inter vaccas populorum. Vaccas dicit seductiles animas, quæ facilè cõsentiunt seductoribus tauris. Sed quare hoc? Vt excludantur hi qui probati sunt argento. Quid vt excludantur? Vt appareant, & emineant illi qui sunt probati in eloquio Dei. Cùm enim respondeatur hæreticis ex necessitate, ædificantur catholici ex vtilitate. Hanc sententiam planè Paulus ex-
1.Cor.11.d pressit: Oportet enim, inquit, hæreses esse, vt probati
Psal.67. manifesti fiant in vobis. Oportet & tauros seducentes esse, vt qui probati sunt argẽto, manifesti sint, hoc est,
Psal.11. excludantur. Quid est argento probati? Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatũ terræ, purgatum septuplum. Quicũque sunt probati in hoc argento, id est, in eloquio Dñi, non possunt exercere hoc argentũ, nisi quæstionibus inquietati hæreticorũ. Et hic attendite, quia non prætermissum est.

Ecce

Ecce effusus est cõtemptus super principes, super illos A
tauros. Quare cõtempti sunt? Aliud annunciantes: Qui
Galat.1.b sunt contempti? Anathematizati. Quisquis enim vobis
Matt.5.b annunciauerit prẽter quàm quod accepistis, anathema
sit. Quid tã contemptũ quàm sal infatuatũ, quod foras
proiectũ conculcatur? Et videte si non principes sunt:
Galat.1.b ipsum Paulum audite: Licet si nos aut angelus de cælo
euangelizauerit vobis prẽter quàm quod accepistis,
anathema sit. Principes sunt, docti sunt, magni sunt, lapides pretiosi sunt. Quid adhuc dicturus es? nunquid angeli sunt? Et tamen si angelus de cælo vobis annunciauerit, prẽter quàm q̃ accepistis, anathema sit: quia & ipse diabolus angelus de cælo lapsus est. Effusus est ergo cõtemptus super principes eorũ. Et adiuuit pauperem à mendicitate.) Quid est hoc fratres, contempti sunt principes, & adiutus est pauper? Abiecti sunt superbi, & instructus est humilis. Hoc fecit, & hoc faciendo adiuuit pauperẽ à mendicitate. Mendicus est ille, nihil B
sibi tribuens, totũ de misericordia Dei expectans, ante
ianuam Dominicã quotidie clamat pulsans vt aperiatur ei, nudus & tremẽs vt vestiatur, oculos in terrã deiiciens, & pectus tundẽs. Istum mendicũ, hunc pauperẽ, hunc humilẽ, adiuuit Deus plurimũ, etiam de ipsa separatione hæreticorum: quia pauci facti sunt, & vexati sunt, & seducti sunt in inuio, & non in via. Deniq; quid postea ex illis? Deminuti sunt, seducti, pauci facti sunt, vexati sunt. In adiutorio pauperi quid fecit? Et posuit sicut oues familias.) quasi vnum pauperẽ & vnum mẽdicum intelligebas, de quo dixit: Et adiuuit pauperem à mendicitate. Pauper iste multæ familiæ sunt, pauper iste multæ plebes sunt: multæ Ecclesiæ vna Ecclesia, vna plebs, vna familia, vna ouis est. Et posuit sicut oues familias. Magna mysteria ista, magna sacramẽta: quàm profunda, plena mysteriorum: quàm dulciter inuenta, quia diu latentia. Ergo videbunt recti, & iocundabun- C
tur, & omnis iniquitas oppilabit os suũ.) Iniquitas illa garriens contra vnitatẽ, & cogens manifestari veritatẽ conuicta oppilabit os suum. Quis sapiens, & custodiet
2.Tim.1.d hæc? & intelliget miserationes Domini.) Videte quo fine clausit. Quis sapiens, & custodiet hæc? Et quid custoditurus est? Sapiens, id est, si pauper sit, custodit: si non sit diues, id est, non sit superbus, nõ sit inflatus, custodit hæc. Quare enim custodit hæc? Quia intelliget miserationes Domini: non merita sua, non vires suas, non potentiã suam, sed miserationes Domini. Qui errantem & egenum in viam deduxit & pauit: qui pugnantẽ aduersus difficultatẽ peccatorũ, & colligatum vinculis consuetudinis soluit & liberauit: qui fastidientẽ verbũ Dei, & tædio quodã penè morientem, missa medicina verbi sui recreauit: qui periclitantem inter
Iacob.4.b naufraga & procellosa maris huius discrimina, mari
placato ad portũ perduxit. Qui eũ denique cõstituit in D
eo populo vbi humilibus dat gratiam, nõ in illo vbi superbis resistit: & fecit eum suum, vt intus manẽs multiplicaretur, non vt foras exiens minueretur. Hoc vident recti, & iocundantur. Omnis ergo iniquitas oppilabit os suũ, & qui est sapiens, custodiet hæc. Vnde custodiet? Per humilitatem, intelligendo miserationes Domini: quia vbique dictum est: Confiteantur Domino miserationes eius, & mirabilia eius filiis hominum.

IN PSALMVM CVII. ENARRATIO.

Excusatio de omissione expositionis huius Psalmi.

PSALMVM centesimumseptimum exponendũ non putaui: quoniam iam exposui eum in Psalmo quin-

quagesimo sexto, & in Psalmo quinquagesimonono, ex quorũ postremis partibus iste cõstat. Nã postrema pars quinquagesimisexti, prima est huius, vsq; ad eum versum vbi dicitur: Et super omnẽ terram gloria tua.) Hinc autẽ vsque in finẽ, postrema pars est quinquagesiminoni, sicut postrema pars cẽtesimi tricesimiquarti, eadẽ est quæ cẽtesimi tertiidecimi, ab eo versu vbi dicitur: Simulachra gẽtium argentum & aurũ. sicut tertiusdecimus & quinquagesimus secundus mutatis aliquibus mediis, eadẽ habẽt omnia à principiis vsque in fines. Quæcunq; igitur in hoc psalmo centesimoseptimo aliquantulũ aliter posita sunt, quàm in illis duobus, ex quorũ partibus constat, nõ habent intellectũ difficilem: sicut in quinquagesimosexto dicitur: Cantabo & psallã, exurge gloria mea: in isto autẽ, Cantabo & psallã in gloria mea.) Ad hoc enim dictũ est illic, Exurge, vt in illa cãtaretur & psalleretur. Itẽ ibi: Quoniam ma- Psal.56.
gnificata est vsque ad cælos misericordia tua: vel, sicut alij interpretati sunt, Eleuata est: hic autẽ: Quoniam magna est sup cælos misericordia tua.) Ideo enim magnificata est vsque ad cælos, vt magna sit in cæliis, hoc enim voluit dicere, super cęlos. Itẽ in quinquagesimonono: Lætabor, & diuidã sicimã: hic autẽ: Exultabo, & diuidam sicimam.) Vbi ostenditur quod de diuidẽda sicima significatũ est post Domini resurrectionẽ & exaltationẽ prædictũ futurum: & illam lætitiã ad hanc exaltationem pertinere, vt ideo lętetur, quia exaltatur. Vnde alibi dicit: Cõuertisti luctum meum in gaudium Psal.29.
mihi, cõscidisti saccum meũ, & accinxisti me lętitia Itẽ ibi: Et Effrem fortitudo capitis mei: hic autẽ, Effrem susceptio capitis mei.) Suscipiendo enim fit fortitudo, id est, suscipiendo fortes facit, fructificãs in nobis: interpretatur enim Effraim fructificatio. susceptio autẽ ad vtrunque referri potest, siue cùm suscipimus Christum, siue cùm ipse nos suscipit qui est caput Ecclesiæ. Et quod ibi ait, Tribulantes nos: hic autem, Inimicos nostros) vtique iidem ipsi sunt. Admonemur sanè isto Psalmo eos titulos qui tãquam de historia positi sunt, rectissimè fieri vt secundũ prophetiã intelligamus, secundũ quod videmus psalmos esse conscriptos. Quid enim tã diuersum secundum historiam, quàm id quod est in titulo quinquagesimisexti psalmi, In finẽ ne corrumpas ipsi Dauid, in tituli inscriptionẽ, cùm fugeret à facie Saul in speluncã: & in titulo quinquagesiminoni: In finẽ his qui immutabuntur, in tituli inscriptionẽ ipsi Dauid in doctrina, cùm succendit Mesopotamiam Syriam, & Syriam Sobal, & cõuertit Ioab, & percussit id in valle salinarũ duodecim milia? Nam præter id quod positum est: In tituli inscriptionem, & ipsi Dauid, & in finẽ: cætera ita diuersa sunt, vt ille habeat humilitatem Dauid, iste fortitudinẽ: ille fugam, iste victorias. Et tamen ex istorũ duorum posterioribus partibus, quorum tam diuersi sunt tituli, psalmus iste componitur. Vbi significatur ad vnum aliquid concurrere vtrunque, nõ superficie historiæ, sed altitudine prophetię: copulatis vtriusque finibus in hoc vno cuius est titulus: Canticũ psalmi ipsi Dauid.) Ne vltrà illi titulo similis præter quod hic etiam positum est: Ipsi Dauid. Quoniã multis partibus & multis modis, sicut ad Hebræos in epi- Hebr.1.a
stola loquitur, olim Deus locutus est patribus per prophetas: in eo tamen locutus est, quem misit postea, vt complerentur eloquia prophetarum. Quotquot enim 2.Cor.1.d
promissiones Dei, in illo etiam.

IN PSALMVM CVIII. ENARRATIO.

PSALMVM istum de Christo habere prophetiam, quisquis actus Apostolorũ fideliter legit, agnoscit,

vbi de Christi traditore Iuda prophetatũ est, quod hic A
scriptũ est: Fiat dies eius pauci, & episcopatũ eius acci-
piat alter: quando Matthias in locum Iudæ ordinatus,
Act. 1.d numero Apostolorũ duodecimus adiunctus esse, eui-
denter apparet. Sed si de illo vno homine omnia quæ
hic in malo dicta sunt intelligere conemur, expositio-
nis ratio nõ omni modo, aut vix valebit occurrere. Sic
enim de tali genere hominũ malorum, id est, inimico-
rũ Christi, ingratorúmque Iudæorũ, omnia mihi vidẽ-
tur posse clarius aperiri. Sicut enim quędam dicuntur,
quæ ad apostolũ Petrum propriè pertinere videantur,
nec tamen habẽt illustrem intellectũ, nisi cùm referun-
tur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse
personam, propter primatum quẽ in discipulis habuit,
Matth. 16. c sicuti est: Tibi dabo claues regni cælorum, & si qua
huiusmodi: ita Iudas personam quodammodo sustinet
inimicorũ Christi Iudæorũ, qui & tunc oderant Chri-
stum, & nũc per successionẽ perseuerante genere ipsius
impietatis oderunt. De quibus hominibus, & de quo
populo possunt non inconuenienter intelligi, non so-
lum ea quę apertiùs de ipsis in hoc psalmo legimus, ve-
rumetiam illa quæ propriè de ipso Iuda dicuntur ex-
pressius: sicut est quod commemoraui: Fiant dies eius
pauci, & episcopatum eius accipiet alter. Quod appa-
rebit adiuuante Domino, cùm ad eos versus tractandi
ordine venerimus. Incipit ergo iste psalmus, Deus lau-
dem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi
super me apertum est. Vnde apparet & falsam esse vi-
tuperationẽ quam nõ tacet peccator & dolosus, & ve-
Rom. 3.a ram esse laudem quam non tacet Deus. Deus enim ve-
rax, omnis autem homo mendax: quia non est homo
verax, nisi in quo loquitur Deus. Laus autem maxima
est vnigeniti filij Dei, quia hoc ipsum quod est, vnige-
nitus Dei filius prædicatur. Hoc autẽ non apparebat,
sed apparente infirmitate eius latebat, cùm os pecca-
toris & os dolosi super eũ apertũ est: & ideo illud aper-
tum est, quia operta virtus huius fuit. Ideo autem dicit,
Apertum est os dolosi, quia odium quod dolo tegeba-
tur, erupit in vocem. Hoc etiã in consequentibus ver-
sibus planius dicitur, Locuti sunt aduersum me lingua
dolosa.) Tunc vtique quando eũ tanquam magistrum
Psal. 101. bonũ captiosa adulatione laudabant. Vnde alibi dici-
Ioan. 19.a tur: Et qui laudabant me, aduersum me iurabãt. Dein-
de quia eruperunt clamantes: Crucifige, crucifige: se-
cutus adiunxit: Et sermonibus odij circumdederunt
me.) Illi qui lingua dolosa, quasi nõ odij, sed dilectio-
nis verba locuti sunt, ideo aduersum me, quia hoc in-
sidiando faciebant: postea sermonibus non falsæ & do-
losæ dilectionis, sed aperti odij circumdederunt me, &
expugnauerunt me gratis.) Sicut autẽ pij gratis amant
Christum, sic impij gratis oderunt: quia sicut veritas
nullo extra eã proposito cõmodo, sed propter seipsam
expetitur ab optimis, ita iniquitas à pessimis. Vnde
apud autores secularium literarum dictum est de quo-
dam pessimo: Gratuitò potius malus atq; crudelis erat.
Pro eo, inquit, vt diligerent me, detrahebãt mihi.) Sex
sunt in isto genere differentiæ, quæ commemoratæ
animaduerti facillimè possunt, reddere bona pro ma-
lis, non reddere mala pro malis: reddere bona pro bo-
nis, reddere mala pro malis: non reddere bona pro bo-
nis, reddere mala pro bonis. Horum duo prima, bo-
norum sunt, & eorum duorum prius melius: postrema
duo malorum, & eorum posterius deterius: duo media
quodammodo mediorum, sed eorum prius propin-
quum bonis, posterius propinquũ malis. Hæc in Scri-
pturis sanctis oportet attẽdere. Reddidit bona pro ma-
Rom. 4. a lis ipse Dominus, qui iustificat impium. & pendens in
Luc. 23. c cruce dixit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa-
ciunt. Cuius vestigia secutus sanctus Stephanus, fixo
genu orauit pro lapidantibus, dicens: Domine, ne sta- Act. 7.g
tuas illis hoc delictũ. Ad quã rem pręceptum pertinet:
Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt Matth. 5.g
vos, & orate pro eis qui vos persequũtur. Mala pro ma-
lis nõ esse reddenda, Paulus apostolus dicit: Nulli ma- Rom. 12.c
lum pro malo reddentes. Et apostolus Petrus: Nõ red-
dentes malũ pro malo, vel maledictum pro maledicto. 1. Petr. 3.d
vnde & in Psalmis legitur: Si reddidi retribuentibus
mihi mala. Duorum postremorũ illud mitius ad nouẽ Psal. 7.
leprosos pertinet, qui cùm mundati essent à Domino,
gratias Domino nõ egerunt. Illud verò vltimum quo
nihil est peius, ad hos pertinet, de quibus in isto psalmo
legitur: Pro eo vt me diligerẽt, detrahebant mihi. Di-
lectionem quippe debebant tantis Domini beneficiis:
quam nõ solùm minimè reddebant, verumetiã pro illo
bono irrogabant malũ. Duo verò media quæ diximus
B hominũ quodammodò esse mediorũ, ita se habent, vt
eorũ prius quod est reddere bona pro bonis, habeant
& boni, & mediocriter boni, vel mediocriter mali. Ideo
Dominus hoc nõ reprehendit, sed non vult in eo solo
discipulos suos pmanere quos vult ad maiora proue-
here. quibus dicit: Si dilexeritis eos qui vos diligunt, Matt. 5.g
id est, si reddideritis bona pro bonis, quam mercedem
habebitis, id est, quid magnum facietis? Nónne & pu-
blicani hæc faciunt? Vult autem illos & hoc facere, &
longè amplius, id est, vt non solùm amicos, verumetiã
inimicos diligant. Posterius autem, quod est reddere
mala pro malis, habẽt & mali vel mediocriter mali, vel
mediocriter boni: vsqueadeò vt lex eis dederit vlciscẽ-
di modum, oculum pro oculo, dentem pro dente: quæ
si dici potest iniustorũ iustitia est. Non quia iniquũ est
vt recipiat vnusquisque quod fecerit, alioqui lex ne-
quaquam id constitueret: sed quia vlciscendi libido vi-
C tiosa est, magisque ad iudicem pertinet inter alios hoc
discernere, quàm bonũ hominem sibi expetere. Qua-
propter impij ex illa benignitatis summitate delapsi,
vbi redduntur bona pro malis, ad quantam malignita-
tis profunditatem venerunt retribuendo mala pro bo-
nis? Quanto præcipitio tot gradus interpositos trãsie-
runt? Nec parum aliquid putari debet, quia non ait,
Pro eo vt diligerent me, interficiebant me: sed detra-
hebant mihi. Ideo quippe interfecerunt, quia detraxe-
runt, negantes Dei filium, & dicentes, quòd in prin-
cipe dæmoniorum eiicit dæmonia: &, Dæmonium Lucæ 11.c
habet & insanit, quid eum auditis? & cætera talia. Qua Ioan. 8.f
detractione ab illo auertebãt eos, quorum conuersio-
nem ille quærebat. Et ideo potius hoc dixit, vt osten-
deret magis eos nocere qui Christo detrahunt, & per
hoc animas interficiunt, quàm qui eius mortalem car-
nem mox pręsertim resurrecturam sæuiendo pereme-
D runt. Sed cùm dixisset, Pro eo vt diligerent me, de-
trahebant mihi: Quid ait? Ego autem orabam.) Non
quidem dixit quid orabat. Sed quid melius intellige-
re debemus, quàm pro eis ipsis? Crucifixo enim ma-
ximè detrahebant, quando velut homini, quem quasi
vicerant, illudebant. de qua cruce ille dixit: Pater Luc. 23.e
ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et quoniam
in profundo malignitatis reddebant ipsi mala pro bo-
nis, ille in summo benignitatis reddebat bona pro
malis: quãquam bene intelligatur etiam pro discipu-
lis suis orasse, quod etiam ante passionem suam dixit,
ne deficeret fides eorum, quando ipse pendens in li- Lucæ 22.e
gno, vt commendaret patientiam, non ostendebat po-
tentiam inter verba detrahentium, quos posset diuina
potestate delere. Sed nobis vtilius erat, quòd patientię
præbebat exemplum, quàm si suos inimicos sine dila-
tione perdendo, ad hoc nos ædificaret, vt impatienter
festina-

festinaremus de his quos malos patimur vindicari: cũ A
Prou. 16.d scriptum sit: Melior est patiens quàm fortis vir. Docẽt
igitur nos diuina eloquia Dominico exemplo, cùm au-
dimus: Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi, ego
autem orabam: vt quando aliquos sentimus ingratos,
nõ solùm nõ reddentes bona, sed insup reddẽtes mala
pro bonis, nos oremus. Et ipse quidem pro aliis vel sæ-
uientibus vel dolẽtibus, vel in fide periclitantibus: nos
verò etiã pro nobis primitùs, vt animum nostrum Deo
miserante atque opitulante vincamus quo ferimur in
vlciscendi cupiditatẽ, cùm detrahitur siue præsentibus
Matt. 8.c siue absentibus nobis. Deinde cùm Christi patientiam
recordamur, tanquam ipso excitato, sicut factum est,
cùm dormiret in naui, qui perturbationẽ cordis nostri
tempestatémque tranquillat animo sedato atq; placa-
to: oremus etiam pro ipsis detractoribus nostris, vt se-
Matth. 6.b curi dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos
dimittimus. Sed & ipse dimittebat, qui peccatũ, quod B
ei dimitteretur, vtique non habebat. Sequitur autem:
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis.) Et quasi
quæreremus, quæ mala pro quibus bonis? Et odiũ, in-
quit, pro dilectione mea.) Hic est enim omnis & ma-
gnus reatus illorũ. Nam quid nocere potuerunt perse-
quentes voluntate nõ necessitate morientẽ? Sed ipsum
odium est crimen maximum persequẽtis, quamuis sit
voluntaria pœna patientis. Satis autẽ exposuit quem-
admodum suprà dixerit: Pro eo vt me diligerent, quia
dilectionem nõ vtcunque, sed dilectioni eius debebãt,
cùm hic addidit, pro dilectione mea. Hanc dilectionẽ
Matt. 23.d in Euangelio commemorat, vbi dicit: Hierusalẽ Hie-
rusalem, quoties volui colligere filios tuos, tanquã gal-
lina pullos suos sub alas suas, & noluisti. Deinde quæ
pro ipsa impietate recipiant, incipit prophetare: & eo
modo illa dicit, tanquã vlciscendi cupiditate ea optet
vt fiant, cùm dicantur futura certissima veritate, & per C
Dei iustitiã super tales dignè ventura. Quem modum
futura prædicendi, velut speciẽ malè optandi quidam
non intelligentes, putant odium odio, & malo animo
malum animũ reddi: quoniam reuera paucorum est di-
gnoscere, quomodo placeat pœna iniquorũ accusato-
ri inimicitia se saturare cupienti, & quàm longè alio
modo placeat iudici recta voluntate peccata punienti.
Ille quippe reddit malum pro malo, iste autem etiam
cùm vindicat non reddit malum pro malo, quoniã iu-
stum reddit iniusto. Quod autẽ iustum est, vtique bonũ
est. Punit ergo non delectatione alienæ miseriæ, quod
est malum pro malo: sed dilectione iustitiæ, quod est
bonum pro malo. Itaque nec lumini Scripturarum ca-
lumnientur cæci, opinantes quòd Deus peccata non
puniat: nec quasi malum pro malo reddat, sibi blan-
diantur iniusti. Audiamus ergo deinde quid diuinus
sermo contexat, & in verbis quasi mala optantis intel- D
ligamus prædicta prophetantis: & Deum iusta retri-
buentem, subleuata in eius æternam legem mente cer-
namus. Constitue super eum peccatorem, & diabolus
stet à dextris eius.) Cùm superiùs querela de pluribus
fuerit, nunc de vno loquitur Psalmus. Superiùs autem
dixerat: Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & ser-
monibus odij circundederunt me, & expugnauerunt
me gratis. Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi:
ego autẽ orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro
bonis, & odium pro dilectione mea: omnia de pluri-
bus. Nunc verò quid digni essent pro his iniquitatibus
suis, & quid eis diuino iudicio futurum sit prænunciãs,
Constitue, inquit, super eum peccatorem, tanquam in-
tendens in eum qui se tradidit talibus, de qualibus suis
inimicis loquebatur superiùs. Cùm igitur hic Iudam
traditorem secundum Scripturam Actuum apostolo-
rum supplicio debito pręnunciet puniendum, quid est,
constitue super eum peccatorem, nisi eum quẽ sequen-
ti versu indicat cũ dicit, & diabolus stet à dextris eius?
Hoc vtique meruit vt super se habeat diabolum, id est,
diabolo subditus sit, qui Christo subditus esse noluit.
Stet autem à dextris eius, dictũ est, quia opera diaboli
præposuit operibus Dei: hoc enim cuique non imme-
ritò dextrũ dicitur quod præponit, sicut sinistræ dex-
tra præponitur. Ideo & de illis qui seculi huius gaudia
præponentes Deo, beatum dixerunt populum cui hęc
sunt, rectissimè dictum est: Dextera eorũ dextera ini- Psal. 134.
quitatis. Vnde quòd dixerunt beatum populũ cui hæc
sunt, os eorum locutum est vanitatem, quod de illis su-
prà dictum est. Cuius autẽ os loquitur veritatẽ contra
illud quod dixerũt isti beatum populum cui hæc sunt,
debet etiam ipse dicere, quod in eodem Psalmo sequi-
tur: Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius:
huic enim non diabolus est à dextris, sed Dominus. si-
cut & alibi dicit: Prouidebam Dominum in conspectu Psal. 15.
meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cõmouear.
Diabolus ergo stetit à dextris eius, quando præposuit
auaritiam sapientiæ, & pecuniam saluti suæ, vt eũ tra-
deret à quo debuit possideri, ne ab ipso possideretur,
cuius opera ipse Christus soluit, à quo noluit possideri.
Cùm iudicatur, exeat condemnatus.) Noluit enim ta-
lis esse cui diceretur: Intra in gaudium domini tui: sed
talis de quo dicitur: Proiicite eum in tenebras exterio-
res. Et oratio eius fiat in peccatum.) Quoniam non est
iusta oratio, nisi per Christum quem vendidit immani-
tate peccati. Oratio autem quæ non fit per Christum,
nõ solùm nõ potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit
in peccatũ. Quando autem Iudas ita orare potuerit vt
oratio eius non fieret in peccatũ, quæri potest. Credo
antequã Dñm traderet, & de illo tradẽdo iam cogita-
ret. Nõ enim iam poterat orare per Christũ. Nam po-
steaquã illũ tradidit, cúmque pœnituit, si per Christum
oraret, indulgentiã rogaret: si indulgentiã rogaret, spẽ
haberet: si spem haberet, misericordiã speraret: si mi-
sericordiã speraret, non sibi desperatione collum liga-
ret. Proinde cùm dixisset, Cùm iudicatur, exeat con-
demnatus, ne ab imminenti condemnatione putaretur
se potuisse oratione liberari, quam didicerat cum con-
discipulis suis, vbi dicitur: Dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et
oratio eius, inquit, fiat in peccatum illi: quia non fit per
Christũ quẽ noluit sequi, sed persequi. Fiant dies eius Act. 1.d
pauci.) Dies eius, dixit dies apostolatus eius: qui pauci
fuerũt, quoniã ante pasionem Domini scelere ipsius &
morte cõsumpti sunt. Et tanquã diceretur: Quid ergo
fiet de sacratissimo numero duodenario, in quo non
frustra Dominus duodecim habere primos Apostolos
voluit? Continuò subiecit: Et episcopatũ eius accipiat
alter.) Tanquã dicẽs, & ipse pro suo merito puniatur,
& ille numerus suppleatur. Quod si quis quemadmo-
dũ factum sit, scire desiderat, Actus Apostolorũ legat.
Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.) Vtiq; mor-
tuo ipso & filij eius orphani, & vxor eius viduata est.
Nutantes transferantur filij eius, & mendicent.) Nu-
tantes dictum est, incerti quò eant, omni præsidio de-
stituti. Eiiciantur de habitationibus suis.) Exposuit
quod suprà dixerat, transferantur. Hoc autem totum
quomodo vxori eius filiísque eius contigerit, sequen-
tes indicant versus. Scrutetur fœnerator omnem sub-
stantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit
illi adiutor.) Ad tuendam eius posteritatem dicit. Ideo
sequitur: Nec sit qui misereatur pupillis eius.) Sed
quia possent etiam pupilli eius sine adiutore & sine
tutore in ærumnis & egestate tamen crescere, & genus

propagatione seruare: sequitur & dicit: Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomẽ eius.) Id est, vt quod de illo generatũ est, iam non generet, & citò transeat. Sed quid est quod deinde subiungit? In memoriã redeat iniquitas patrũ eius in conspectu Domini, & peccatũ matris eius non deleatur.) An intelligendũ est, vt reddantur ei peccata etiã parentũ suorũ? Ei quippe nõ redduntur qui fuerit mutatus in Christo, & cœperit esse non filius iniquorũ, non imitatus mores illorũ: quia & illud verissimè scriptũ est: Reddam peccata patrum in filios. & illud quod per Prophetam dicitur: Et anima patris mea est, & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Hoc quippe dictum est de his qui conuertuntur ad Deum, & nõ imitantur mala parẽtum suorum, quod ipse Propheta euidenter ostendit: dicit enim parentũ iniquitates eis non obesse, qui iustitiam faciendo dissimiles fuerint. Illud autem quod dictũ est, Reddam peccata parentũ in filios, additũ est, qui oderunt me: hoc est, sicut me oderant & parentes eorũ: vt quemadmodum bonorũ imitatio facit vt etiam propria peccata deleantur, sic malorũ imitatio faciat vt non solùm sua, sed etiam eorum quos imitati sunt, merita sortiantur. Si ergo Iudas teneret illud ad quod vocatus est, nullo modo ad eũ vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatẽ vetusti generis potius elegit, rediit iniquitas patrũ eius in cõspectu Domini: vt in eo etiam ipse puniretur, & peccatũ matris eius non deleretur. Fiant cõtra Dominum semper.) Id est, pater eius & mater eius fiant cõtra Dominum semper, nõ vt Domino aduersentur, sed vt merita eorũ pessima nõ obliuiscatur in isto Dominus, cùm illi & ipsa retribuet: cõtra Dominum enim dixit, in conspectu Domini. Nam & alij interpretes sic transtulerunt, fiant in conspectu Domini semper: alij verò, fiant coram Domino semper, sicut alibi dictum est: Et posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Semper autẽ dicit, vt sine remissione sit tantũ illud scelus, & hic, & in futuro seculo. Dispereat de terra memoria eorũ.) Patris scilicet & matris eius. Memoriam dicit eorũ, quæ in propagine generationis custoditur. Hanc prophetauit de terra perituram, quia & ipse Iudas, & filij eius qui erant tanquam memoria patrum & matris eius, sine successione prolis, sicut superiùs dictũ est, in breuitate vnius generationis extincti sunt. Dicit aliquis: Etiámne hoc ad pœnam Iudæ pertinere credendum est, quod post eius mortẽ ad mẽdicitatẽ vxor eius & filij eius peruenerunt, & translati sunt, & eiecti de habitationibus suis, scrutante fœneratore omnem substantiam eius, & diripientibus alienis omnes labores eius, nemine adiuuãte, nec miserante pupillos eius, & quod citò sunt sine posteris mortui? Nunquid etiam de his quæ in suis post mortẽ cuiusque contingunt, vllus mortuos tangit dolor? Aut hæc saltem scire putandi sunt, quorũ sensus alibi est pro meritis, seu benè seu malè? Cui respondeo magnam quidem esse quæstionem, nec in præsentia differendã, quòd sit operis prolixioris: vtrum vel quatenus, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur, nouerint spiritus mortuorum. Veruntamen quod breuiter dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, non diceret Dominus dixisse illũ diuitem qui torměta apud inferos patiebatur: Habeo ibi quinque fratres, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Sed quomodolibet intelligant qui hoc aliter intelligere conantur: & quia fatendũ est non esse consequens, vt si sciunt mortui suos viuere, quia nec in locis pœnarum eos vident, vbi diues ille erat, nec in requie beatorum, vbi Lazarũ & Abrahã quamuis longè agnoscebat: ideo eos etiam illa quæ circa eorum charos aguntur, vel læta vel tristia scire necesse sit. Hoc dico, paucos esse eius animi homines qui post mortẽ suã quid suis boni malíue contingat, saltẽ dum viuunt negligant, atque omnino cõtemnant: multos autẽ, quod indicat etiam tanta cura cõmendandæ vltimæ voluntatis & qualium cunque testamentorum, satis agere vt cùm defuncti fuerint, suis bene sit. Permansionẽ verò posteritatis suæ per successiones generationũ soli laudabiliter spernunt, qui seipsos abscindunt propter regnum cælorum, & filios suos hoc facere cupiunt, vel exoptant, vel martyrio coronari, ita vt nullus eorũ in terra remaneat: cæteri autem omnes aut penè, omnes felices volunt suos esse in hac vita post mortem suam, & suum genus interire nolunt. Quapropter quod Iuda tam infeliciter mortuo, ità vxor eius vidua & filij eius orphani remanserunt, vt fœneratore scrutãte omnem substantiam eius, & diripientibus alienis omnes labores eius, de suis habitationibus eiicerentur, nec aliquẽ pupilli eius miserantem inuenirent, & in vna generatione sine posteris interirent: si hæc sentiunt mortui, cumulus malorum est: si hæc non sentiunt, formido viuorum est. Si autem mouet, quomodo potuerit habere substantiam quam fœnerator scrutaretur, alieníq; diriperent, quando iam cum aliis vndecim Dominum sequebatur, credat eum omnia quæ habebat ita dimisisse filiis & vxori, vt non inde synceriter vel perseueranter vinculum cupiditatis abruperit: qui etiam si ea velut vendere videretur distribuenda pauperibus, profectò faceret quod Ananias post Domini ascensionem. Neq; enim metueret, ne hoc Dominus diuinitate cognosceret, quem falli putabat, quando ea quæ mittebantur, de loculis auferebat.

Exod. 20. a
Ezech. 18. e
Con. 2. sen. di. 33. Sed vt ait.
Ezech. 18. e
Exod. 20. a
De pœni. dist. 4. Si Iudas. & cõc. 4. sen. dist. 22. ca. 1.
Psal. 89.
4. sen. dist. 50. preterea al. vllos.
Luc. 16. f

Alia expositio supradictorum.

SED iam videamus, si possumus, quantum Dominus adiuuat, quomodo ista cõuenire possint etiã in populum Iudæorum, cuius inimicitiæ contra Dominum pertinaci odio permanserũt: cuius populi diximus Iudã in figura gessisse personã, sicut Ecclesiæ gessit apostolus Petrus. Constitue super eum peccatorẽ, & diabolus stet à dextris eius.) Quemadmodũ in Iuda, sic in isto populo intelligendum est: qui repulso à se Christo factus est subditus diabolo, cuius psuasiones in omnibus prauis & terrenis cupiditatibus præposuit æternæ saluti. Cùm iudicatur, exeat condemnatus.) Quia in nequitia & in infidelitate persistens thesaurizat sibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera sua. Et oratio eius fiat in peccatum.) quia nõ fit per mediatorẽ Dei & hominũ, hominẽ Iesum Christum, & sacerdotẽ magnum in æternum secundum ordinem Melchisedec. Fiant dies eius pauci.) Secundum regnum accipiendum est Iudæorũ, quia non diu postea perseuerauit regnum Iudæorum. Et episcopatum eius accipiat alter.) Ipsum Dominum Christum non incongruenter intelligi existimo episcopatum populi Iudæorum, quia de tribu Iuda factus est secundum carnem. Et Apostolus ait: Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. Et ipse ait: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: quia illis exhibuit in carne præsentiam. Et Magi qui ab Oriente venerunt, hoc dixerunt: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et hoc in titulo scriptum erat super crucifixum: vnde illud mutare volentibus nõ frustra respõdit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Hunc ergo episcopatũ populi Iudæorũ, id est, Dominum Christũ accepit alter: id est, populus gentium.

Rom. 1. a
1. Tim. 2. b
Psal. 109.
Rom. 15. b
Matt. 15. c & 2. a
Ioan. 19. d

Fiant

Matt. 8. b
1. Ioan. 2. b
Matt. 6. b
Matth. 23. d
Matt. 13. c
Rom. 11. c
1. Cor. 8. b
Ioan. 4. a & 19. c

Fiant filij eius orphani.) De quibus dicitur: Filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Facti sunt autẽ orphani amisso ipso regno, quasi patre perdito: quanquam & Deũ patrem bene intelliguntur amisisse. Qui enim filiũ nõ habet, ait Veritas, nec patrem habet. Et vxor eius vidua.) Vxor regni plebs intelligi potest, cui subditæ reges dominantur. Vidua verò facta est amisso ipso regno. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent.) Nutauerunt periculis, vrgentibus hostibus translati sunt, debellati filij regni Iudæorũ. Quid est autem mendicare, nisi ad hominũ misericordiam viuere, sicut viuunt sub earum gentiũ regibus in quas translati sunt? Eiiciantur de habitationibus suis.) Ita factũ est. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius.) Id est, populi eius. Vbi nihil melius intelligitur, quàm debita eorũ non dimittantur, quia in solo Christo dimittuntur quẽ respuerunt, qui etiã dicere docuit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Omnẽ autem substantiã eius dictũ est, omnem vitam eius: vt ei nulla debita, id est, nulla peccata donẽtur. Et diripiant alieni labores eius.) Diabolus & angeli eius, quia nõ thesaurizant in cælo qui non habent Christum. Non sit illi adiutor.) Quis adiutor est ei, cui Christus non est? Nec sit qui misereatur pupillis eius.) Qui patre perdito, id est, regno sic remanserunt, aut amisso Deo, cuius filium persecuti sunt & oderunt: nõ est qui eorũ misereatur, non ad temporalem vitam sumendam vel sustentandam, sed ad veram vitã, id est, æternam. Fiant nati eius in interitum.) Vtique in interitũ sempiternum. In generatione vna deleatur nomẽ eius.) Quia generati sunt, non regenerati: ideo in vna generatione delentur. Nam in altera, id est, in regeneratione si eam cognoscerẽt & tenerent, nõ delerentur. In memoria redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini.) Vt reddat eidem populo Dominus perseueranti in malitia etiam patrũ eius iniquitatem. Sic enim eis dicit: Testimoniũ estis vobismetipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et paulo pòst ait: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ. Et peccatum matris eius non deleatur. Peccatum Hierusalem quæ seruit cum filiis suis, quæ interficit Prophetas, & lapidat missos ad se. Fiant contra Dominum semper.) Iniquitas & peccatũ eorum: id est, vt à conspectu Domini non aboleatur, Deo in æternum vindicante. Et dispereat de terra memoria eorum.) Terra Dei, ager Dei est: ager Dei Ecclesia Dei est. De qua terra periit memoria eorum: quia cùm essent rami naturales, propter infidelitatem fracti sunt. Pro eo quòd non est recordatus.) Vel ille Iudas, vel ipse populus, Facere misericordiam.) Sed melius de populo accipitur quod ait, non est recordatus. Nam si Christum occidit, saltẽ recordaretur pœnitendo, & faceret misericordiam super membra eius quæ perseuerantissimè persecutus est. Ideo dicit: Quia persecutus est hominem inopem & mendicum.) Potest quidẽ accipi de Iuda, quia non est dedignatus Dominus pauper fieri cum diues esset, vt illius paupertate nos ditaremur. Mendicum autẽ quomodo intelligam, nisi fortè quia dixit mulieri Samaritanæ, Da mihi bibere: & in cruce ait: Sitio? Sed quid sequitur quomodo accipiatur in ipso capite nostro, id est, sui corporis saluatore, quem Iudas persecutus est, non inuenio. Cùm enim dixisset: Et persecutus est hominem inopem & mendicum: adiecit atque ait, Et compunctum corde mortificare.) Id est, vt mortificaret. Nam quidam etiam sic sunt interpretati. Compunctus autem corde non solet dici, nisi stimulis peccatorũ in dolore pœnitendi: sicut de illis dictum est: Qui cùm audissent Apostolos post Domini ascensionem, compuncti sunt corde qui occiderãt Dominũ. Quos allocutus est beatissimus Petrus dicẽs inter alia: Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisque vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra. Sed quoniam iidẽ ipsi membra eius facti sunt, cuius in ligno membra fixerunt, populus Iudæorum nõ est recordatus facere misericordiã. Persecutus est hominem inopẽ & mendicum, sed in mẽbris suis: de quibus dicturus est quod attinet ad ipsa opera misericordiæ. Quando vni ex minimis meis nõ fecistis, nec mihi fecistis: Et cõpunctum corde mortificare: planè cõpunctũ corde, sed in membris suis. De his autem qui persecuti sunt vt compunctũ corde mortificarent: erat & Saulus consentiens in necẽ Stephani cõpuncti corde: quia & ipse Stephanus de illis erat qui cõpuncti sunt corde. Sed Saulus recordatus est facere misericordiam: & qui mane rapiebat, vespere diuisit escas. Et ipse cõpunctus corde, vt etiam in illo ipsi persequerentur inopem, volentes mortificare compunctum corde. Hoc quippe oderant in Paulo apostolo, quia compunctus corde prædicabat quẽ fuerat antè persecutus. Inopem quippe & mendicũ & cõpunctum corde in membris suis & ipse vt mortificaret, persequens audiuit de cælo: Saule Saule quid me persequeris? & factus compunctus corde, cœpit talia pati qualia faciebat compunctis corde. Deinde sequitur Psalmus: Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei.) Quanquam & Iudas maledictionem dilexerit, & furando de loculis, & Dominum vendendo atque tradendo: tamẽ apertiùs populus ille dilexit maledictionem, quando dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.) Et Iudas quidem quia Christum noluit in quo est æterna benedictio: sed apertiùs noluit benedictionem populus Iudæorum, cui dixit ille illuminatus à Domino: Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Et noluit benedictionem, & pro maledicto habuit: & respondit: Tu sis discipulus eius. Et lõgè facta est ab eo benedictio, quia transitum fecit ad gentes. Et induit maledictionem sicut vestimentum.) Siue Iudas, siue ille populus. Et intrauit sicut aqua in interiora eius.) Ergo & foris & intus: foris sicut vestimentum, intus sicut aqua: quòniam in eius incidit iudicium qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Corpus foris, animam intus. Et sicut oleum in ossibus eius.) Ostendit eum cum delectatione malefacere, & comparare sibi maledictionem, hoc est, pœnam æternam: quia benedictio vita æterna est. Modò quippe malefacta delectant, sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Sed ideo maledictio vocatur, quia talibus Deus tormenta prædixit. Tanquam in ossibus autem oleum est maledictio: cùm homines inde fortes se putant, quia licet eis mala tanquam impunè committere. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur.) Cùm superius iam dixerit de vestimento, quid est quod repetit? An quia dixerat, induit maledictionem sicut vestimentum, differt ab eo vestimento quod non induitur, sed operitur? Induitur enim quisque tunica, operitur pallio. Et quid est hoc, nisi etiam in conspectu hominum de iniquitate gloriari? Et sicut zona, inquit, qua semper præcingitur.) Maximè homines ideo præcinguntur, vt ad operandum sint aptiores, ne vestis sinibus præpediantur. Ergo maledictione se præcingit, qui malum non repentinum, sed dispositum aggreditur: & ita discit malũ facere, vt semper paratus sit. Vnde & hic ait: Et sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum.)

Act. 2. f
Matth. 25. d
Act. 7. g
Act. 9. a
Ioan. 12. d
Matth. 27. c
Ioan. 9. c
Matt. 10. d

Non dixit, merces eorũ: sed, opus eorum. Manifestum est enim quòd indumento & opertorio & aqua & oleo & zona ipsa opera describebat, quibus æterna maledictio cõparatur. Non ergo est vnus Iudas, sed multi, de quibus dicitur: Hoc opus eorũ qui detrahũt mihi apud Dominum. quanquã & pluralis numerus poni potuit pro numero singulari, sicut Herode mortuo dictum est
Matth.2.d ab angelo: Mortui sunt qui quærebant animam pueri. Sed qui magis detrahunt Christo apud Dominum, nisi illi qui ipsis verbis Domini detrahunt, dicẽtes non esse ipsum quẽ lex Domini & prophetæ prenunciauerunt? Et qui loquuntur, inquit, mala aduersus animã meam.) Negando cum cùm voluisset potuisse resurgere: cùm
Ioan.10.d dicat: Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatẽ habeo iterum sumẽdi eam. Et tu Domine Domine fac mecũ.) Quidam subaudiendam putauerunt misericordiam, quidam verò & addiderunt: sed emendatiores codices sic habẽt: Et tu Domine Domine fac mecum. Propter nomen tuũ.) Vnde sensus altior non est prætermittendus, ita dixisse filiũ patri, fac mecum: quia cadẽ sunt opera patris & filij: vbi etiã misericordiã intelligamus. Sequitur enim: Quia suauis est misericordia tua.) Et ipsam quia nõ dixit, fac in me: vel, fac super me: vel aliquid huiusmodi: sed ait, fac mecũ: bene intelligimus & patrem & filiũ simul facere misericor-
Rom.9.c diam in vasa misericordiæ. Potest hoc etiam sic intelligi, fac mecũ: id est, adiuua me. Quod in quotidiana loquendi consuetudine habemus: cùm de aliqua re, quæ pro partibus nostris est, dicimus, nobiscum facit. Pater quippe adiuuat filium inquantum Deus hominẽ, propter formam serui: cui homini Deus, & cui formę serui etiam Dominus est pater. Nam in forma Dei, filius adiutorio non indiget: æqualiter enim cum patre omni-
Ioan.5.d potẽs est, ex quo & ipse adiutor est hominis. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Nec alios pater, alios filius: aut aliter pater, aut aliter filius: quia & eadem facit, & similiter facit. Vnde inquantũ homo est filius Dei, Deus suscita-
Psal.40. uit illũ à mortuis, hoc est pater: cui dicit in Psalmis: Suscita me, & reddã illis. Inquantum autem Deus est, etiã
Ioan.2.d ipse se suscitauit. propter quod dicit: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Quod etiam hic signi-
Ioan.5.f ficauit, si quis diligenter intendat. Scrutari enim iussit Scripturas quæ testimonium perhibent de illo, non in superficie pertransiri. Non enim tantummodo ait: Tu Domine Domine fac mecum: sed ait, & tu. Quid est & tu, nisi quia ego & tu? Quod autẽ non semel Domine, sed repetẽs ait, Domine Domine: habet in hoc orantis
Psal.22. affectum: sicuti est: Deus Deus meus. Quod verò cùm dixisset, fac mecum, addidit, propter nomen tuũ: gratiam cõmendauit. Nullis enim operum meritis præcedentibus in tantam celsitudinem subuecta est humana natura, vt totũ simul verbum & caro, hoc est, Deus & homo, vnigenitus filius Dei diceretur. Hoc autem factum est, vt ab illo qui creauerat perid quod nõ perierat id quod perierat quæreretur. Vnde & hic sequitur, quia suauis est misericordia tua. Libera me, quia egenus & pauper ego sum.) Egestas & paupertas, infirmitas est, ex qua crucifixus est. Et cor meum conturbatũ
Matt.26.d est intra me.) Hoc ad illud refertur quod ait propinquante passione: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum.) Hoc ipsam mortem significauit. Sicut enim ex vmbra declinante fit nox, sic ex mortali carne fit mors. Et excussus sum sicut locustæ.) Hoc iam in membris eius, hoc est, fidelibus eius cõuenientius intelligi existimo. Quod vt aliquanto apertius poneret, maluit dicere, sicut locustæ, quàm sicut locusta: quãuis & numero singulari possent accipi etiã multæ, sicut illud est: Dixit, & venit locusta. Psal.104.
sed esset obscurius. Excussi sunt ergo, id est, fugati à persecutoribus fideles eius, quorũ vel multitudinem significari voluit nomine locustarum, vel quòd trãsilierunt de loco in locum. Genua mea infirmata sunt à ieiunio.) Legimus Dominũ Christum quadraginta die-
Matth.4.a rum habuisse ieiunium. Sed tantúmne valuit in eo illa inedia, vt genua eius infirmarẽtur? An & hoc in membris eius, hoc est, in sanctis eius aptius intelligitur? Et caro mea immutata est propter oleũ.) Propter gratiam spiritalem. Vnde & Christus appellatur à chrismate: chrisma autẽ vnctio est. Caro autẽ propter oleum non in deterius, sed in melius immutata est, hoc est, à mortis cõtumelia in gloriam immortalitatis exurgẽs. Cùm itaque dixisset, Genua mea infirmata sunt à ieiunio, vbi significatũ esse arbitror eos qui in membris eius fortes videbantur, tanquã præsentia panis quo sustentabãtur abstracta, in eius passione defecisse vsque ad negationẽ, quæ apparuit in Petro tanquã ad eos cõfirmandos, ne succumbendo penitus caderẽt. Et caro mea, inquit, immutata est propter oleũ, vt eos à mea morte deficiẽtes mea resurrectione firmarem, & misso Spiritu sancto vngerẽ, qui non ad eos venisset, nisi ego abiissem.
Ioan.16.f & 7.f Hoc enim dixerat: Nõ potest ille venire nisi ego abiero. Et Euãgelista dicit: Nondũ erat spiritus datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus: nondũ erat immutata caro eius. Siue autẽ per aquam propter ablutionẽ vel irrigationẽ, siue per oleũ propter exultationẽ & inflammationem charitatis significetur Spiritus sanctus: non ideo est à seipso diuersus, quia signa diuersa sunt. Multũ enim diuersa sunt etiam leo & agnus, & tamen vtroq; significatus est Christus. Leo propter aliud, agnus propter aliud: non tamen alius. Quia nec fortis est agnus, nec innocens leo: Christus aũt & innocẽs est vt agnus, & fortis vt leo. Dicit autem apud Esaiam ipse Iesus Christus: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit
Esa.61.a me. Et ego factus sum opprobriũ illis.) Per mortẽ cru-
Galat.3.b cis. Christus enim nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Viderunt me, & mouerũt capita sua.) Quia viderunt pependisse, & non viderunt resurrexisse. Viderunt quãdo genua eius sunt infirmata, non viderunt quãdo est caro immutata. Adiuua me Domine Deus meus, saluũ me fac secundũ misericordiam tuam.) Hoc ad totũ referri potest, id est, & ad caput, & ad corpus. Ad caput propter formam serui, ad corpus propter ipsos seruos. Potuit enim & in eis dicere Deo, Adiuua me, & saluum me fac: in quibus Saulo
Act.9.a dixit: Quid me persequeris? Quod autẽ addidit secundum misericordiã tuã: gratuita gratia cõmemoratur, nõ ex operum debito. Et sciãt quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam.) De his dixit sciant, pro quibus sæuiẽtibus & orauit: quia in eis in quibus factus est opprobriũ mouentibus in eius illusionẽ capita sua, erant etiam hi qui in eũ postea crediderunt. Discant autem qui formam humani corporis Deo tribuunt, quomodo habeat Deus manum. Si enim quod facit, manu facit, nunquid & ipsam manũ suã manu fecit? Quomodo ergo hic dictũ est: Et sciant quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam? Intelligamus itaque manum Dei esse Christum. vnde alibi dicitur: Et brachium
Esa.53.a Domini cui reuelatum est? Hæc manus & erat & fecit
Ioan.1.d eam: quia in principio erat verbum, & verbum caro factum est. Et erat sine tempore secundũ diuinitatem,
Rom.1.a & factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ. Maledicent illi, & tu benedices.) Vana est ergo & falsa maledictio filiorum hominum diligentiũ vanitatem, & quærentium mendacium: Deus autem cùm benedicit, facit quod dicit: Qui insurgunt in me, confundentur.)

dentur.) Vt enim insurgant, aliquid se aduersus me, ꝓficere arbitrantur. Sed cùm exaltatus fuero super cælos, & esse cœperit super omnẽ terrã gloria mea, confundẽtur. Seruus autẽ tuus lætabitur.) Siue in dextera patris, siue in membris suis lætãtibus, & inter tentationes in spe & post tentationes in æternũ. Induãtur qui detrahunt mihi pudore.) Id est, pudeat eos detraxisse mihi. Sed hoc potest & in bono accipi, dum corriguntur. Et operiantur sicut diploide confusione sua.) Diplois duplex palliũ est. Nam quidã etiam sic interpretati sunt istũ versum: Et operiantur sicut palliũ duplex cõfusione sua. Intelligitur autẽ, confundantur & intus & foris: id est, & coram Deo & corã hominibus. Confitebor Domino nimis in ore meo.) Nimis dici solet in consuetudine sermonis Latini, quod plus est quàm debet: cui contrarium est parũ, quod minus est quàm debet. Sed nimis, Græcè ἄγαν dicitur. Iste autem versus non habet ἄγαν, sed habet σφόδρα. Quod quidẽ nostri sic interpretati sunt, vt pro eo ponerent aliquando nimis, aliquando valde. Sed si nimis pro eo quod est valde intelligitur, potest & in laude poni: nã & ista confessio laudem significat. Ita enim sequitur: Et in medio
Psal.21. multorũ laudabo eũ.) Dicit etiã & in alio Psalmo: In medio Ecclesiæ cantabo te. Sed cùm ipsa cãtat Ecclesia, quę corpus est Christi, quomodo in medio ecclesię cãtat Ecclesia: ita & hic multi cùm sint membra Christi, sicut ipsi laudãt illa laudat, quia membra sunt eius. Quomodo in medio multorũ laudat, quãdo ipsis multis laudantibus dicitur ipse laudare? An ideo laudat in
Matth.18.d medio multorũ, quia cũ Ecclesia sua est hic vsq; in cõsummationem seculi: vt quod ait in medio multorum, hoc accipiamus quòd ab eisdem multis honoratur? In medio quippe esse dicitur, cui honor præcipuus exhibetur. Si autẽ cor est tanquã hominis mediũ: nihil melius intelligitur dictũ, quàm in cordibus multorũ lau-
Ephes.3.b dabo eum. Habitat enim Christus per fidẽ in cordibus nostris: & ideo ait, in ore meo, id est in ore corporis
Rom.10.b mei, quod est Ecclesia. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem. Quia astitit à dextris pauperis.) De Iuda dictum erat: Et diabolus stet à dextris eius: qui suas diuitias augere voluit Christo vẽdito. Hic autem Dominus astitit à dextris pauperis, vt diuitiæ pauperis sint ipse Dominus. Astitit quippe à dextris pauperis, non vt ei multiplicaret annos vitæ quandoque finiendę, neque vt eius augeret pecuniam, aut eum faceret corporis viribus fortem, vel ad tempus incolumem: Sed vt saluam faceret, inquit, à persequentibus animam meam.) Salua fit autem à persequentibus anima, si non eis consentiatur ad malum. Non eis autem consentitur, cùm assistit Dominus à dextris pauperis: ne ipsa paupertate, id est infirmitate succumbat. Hoc adiutorium præstitum est corpori Christi in sanctis martyribus omnibus.

IN PSALMVM CIX. ENARRATIO.

QVANTVM Dominus donat, qui nos ministros constituit verbi & sacramenti sui, seruire vobis in adipe misericordiæ suæ, suscepimus Psalmum istũ quẽ modò cãtauimus, breuem numero verborum, magnũ pondere sententiarum: adiuuante illo qui vos fecit intentos, vt & nos faciat idoneos sic vt possimus cõsiderare atque tractare. Viuat anima vestra, & vigilet in Deum. Tempus enim constituit Deus promissis suis, & tempus eis quæ promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore prophetarum vsque ad Ioannem Baptistam: ab illo autem & deinceps vsque ad finem, tempus est implẽdi ea quæ promissa sunt. Fidelis Deus qui se nostrum debitorẽ fecit: non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parũ erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorũ: vt cùm ea quæ promisit soluere inciperet in Scriptura, promissorum cõsideraremus ordinẽ soluendorum. Tempus itaque prophetiæ, prædictio erat, vt sæpe iam diximus, promissionũ. Promisit salutẽ æternam, & beatam vitam cùm angelis sine fine, & hæreditatẽ immarcescibilẽ, gloriam sempiternam, dulcedinem vultus sui, domũ sanctificationis suę in cęlis, & resurrectionẽ à mortuis, nullũ deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tãquam finale, quò decurrit nostra omnis intentio, quò cùm peruenerimus, nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine veniatur, neque hoc tacuit promittendo, & prænunciando. Promisit enim hominibus diuinitatẽ, mortalibus immortalitatẽ, peccatoribus iustificationẽ, abiectis glorificationẽ. Quicquid promisit, indignis promisit, vt non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia à nomine suo gratis daretur: quia & hoc ipsum quòd iustè viuit, inquãtum homo potest iustè viuere, non meriti humani, sed beneficij est diuini. Nemo enim iustè viuit, nisi iustificatus: id est, iustus effectus. Ab illo autẽ fit homo iustus, qui nunquã potest esse iniustus. Sicut lucerna non à seipsa accenditur, ita nec anima humana sibi præstat lucẽ: sed clamat ad
Deum: Tu illuminabis lucernam meã Domine. Cùm Psal.17.a
ergo peccatoribus promissum sit regnum cælorũ, non in peccato permanentibus, sed à peccato liberatis, & iustitiæ seruientibus: quod ipsum vt possint, ipsius gratia, vt diximus, adiuuantur, & ab eo qui semper est iustus, iustificantur: incredibile videbatur tantam Deũ curam gerere pro hominibus, hodiéque qui de gratia diuina desperant, atque à pessimis moribus nolunt se conuertere ad Deũ, vt ab illo iustificentur, & per eius indulgentiam deletis omnibus peccatis suis incipiant in illo viuere iustè, qui nunquam vixit iniustè, hãc hãbent perniciem cogitationis suæ in seipsos, vt dicant Deum res humanas non curare, nec inde posse cogitare mundi huius artificem atq; rectorem, quemadmodum quisque mortalis in terra viuat: & ita nec computari se homo putat à Deo, qui factus est à Deo. Talem hominem si alloqui possimus, si admittat nos prius ad aures suas, deinde ad cor suum, si non repellat resistendo quærentẽ se, & patiatur perditus inueniri se, possumus ei dicere: O homo, quomodo te Deus factum nõ cõputauit, qui vt fieres antè curauit? Cùm te in ordine rerũ conditarũ numerari non putas, nulli crede seductori: capilli tui numerati sunt conditori. Hoc deniq;
Matt.10.d & Dominus in Euangelio discipulis suis ait, ne mortẽ timerent, ne aliquid suum in morte periturũ putarent. Illi in morte de animabus suis pertimescebant, ille ipsis securitatem etiam de capillis dabat. Itáne verò anima perit, cuius capillus non perit? Veruntamẽ fratres, quia incredibile videbatur hominibus quod promittebat Deus, ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, infirmitate, puluere & cinere futuros homines æquales angelis Dei, non solùm Scripturam cùm hominibus fecit vt crederent, sed etiam fidei suæ posuit mediatorem, non quemlibet principem, aut quemlibet angelum vel archangelum, sed vnicum filium suum: vt qua via nos perducturus esset ad illũ finem quem promisit, per eum ipsum filium suum & ostenderet & præberet. Parum enim erat Deo, vt filium suum faceret demonstratorem viæ: eum ipsum viam fecit, vt per illum ires regentem te, ambulantem per se. Promisit ergo quia vẽturi essemus ad eum, id est, ad illam ineffabilem immortalitatem, & cum angelis eius æqualitatem. Quàm

longè eramus? quàm ille sursum? quàm nos deorsum? quàm ille in summo? quàm nos in imo desperati iacebamus? Sine expectatione salutis ægrotabamus, missus
1.Cor.2.b est medicus, quem non cognouit ægrotus. Si enim cognouissent, nunquã Dominũ glorię crucifixissent. Sed hoc quoque valuit ad ægroti medicamentũ, quòd medicũ occidit ægrotus: venit vt visitaret, occisus est vt sanaret. Insinuauit se credentibus Deũ & hominẽ: Deũ per quẽ facti sumus, hominẽ per quem recreati sumus. Aliud in illo apparebat, aliud latebat: & quod latebat, multo erat præstantius quàm id quod apparebat: sed q̃ erat præstantius, videri non poterat. Curabatur æger per id quod videri poterat: vt postea capax fieret visionis eius, quę latendo differebatur, nõ negando auferebatur. Vnicus itaque filius Dei venturus ad homines, assumpturus hominem, & per id quod sumpsit futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensurus in cælum, sessurus ad dexterã patris, & impleturus in gẽtibus quę promisit, & post impletionẽ promissorũ suorũ in gẽtibus etiã hoc impleturus vt veniat, & quod prærogauit exigat, discernat vasa iræ à vasis misericordiæ, reddat impiis quod minatus est, iustis quod pollicitus est. Hoc ergo totũ prophetandũ fuit, prænunciandũ fuit, venturũ commendandũ fuit: vt non subitò veniens horreretur, sed creditũ expectaretur. Ex his promissionibus est Psalmus iste, Dominũ & saluatorem nostrum Iesum Christum certè apertèque prophetans: vt omnino dubitare nõ possimus Christum annunciari Psalmo hoc. Quandoquidem Christiani sumus, & Euangelio iam credimus, absit vt negemus. Nam cùm ipse Dominus noster & saluator Iesus Christus quæreret à Iudæis, cuius filiũ dicerẽt esse Christũ, & respondissent Dauid: ille continuò retulit respondẽtibus, & ait: Quomodo
Math 22.d ergo Dauid in spiritu dicit eũ Dominum, dicẽs, Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meã, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo in spiritu, inquit, vocat eum Dominum, quomodo filius eius C est? Ab hoc ergo versu Psalmus iste incipit.

Expositio Psalmi.

DIXIT Dominus Domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuo-
Matt.22.d rum.) Hanc ergo quæstionem Iudæis propositã à Domino, in ipso ingressu Psalmi pertractare debemus. Si enim quod responderunt Iudæi exigatur à nobis, vtrũ cõfiteamur & nos, vel abnegemus, absit vt negemus. Si dicatur nobis: Christus filius est Dauid, an non est? Si dixerimus non, contradicimus Euangelio: namque
Matth.1.a Matthæo scribente, sic incipit Euangeliũ: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Euangelista dicit librũ se scribere generationis Iesu Christi, filij Dauid. Rectè
Matth.22.d ergo Iudæi interrogati à Christo, cuius esse filium crederent Christum: Responderunt, Dauid. Responsioni eorum congruit Euangeliũ. Habet hoc non solùm su- D spicio Iudæorum, sed & fides Christianorum. Adhuc
Rom.1.a alia firmamenta conspicio. dicit Apostolus: Qui factus
2.Tim.2.b est ei ex semine Dauid secundũ carnem. dicit etiam ad Timotheum: Memor esto, Christũ Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum. Et de ipso Euangelio quid dicit? In quo laboro vsque ad vincula tanquam malefaciens, sed sermo Dei non est alligatus. Laborabat ergo vsque ad vincula Apostolus pro Euangelio suo, id est pro dispensatione Euangelica quam populis prædicabat, quam populis impendebat. Ille qui mane rapuerat, sed tunc iam escas ad vesperum diuidebat. Laborabat ergo vsque ad vincula Apostolus pro euangelio, quo euangelio prędicabat Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine

A Dauid. Pro hoc euangelio Apostolus laborabat: & tamen de hoc Christus interrogabat. Et respondentibus Iudæis, quod prædicabat Apostolus, retulit vocẽ tanquã contradictionis, & ait: Quomodo ergo Dauid in Matth.22.d spiritu vocat eum Dominũ? Et interposuit testimoniũ de hoc Psalmo: Dixit Dominus Domino meo. Si ergo in spiritu vocat eum Dominũ, quomodo filius est eius? Iudæi sub hac interrogatione tacuerunt, quid responderẽt deinceps nõ inuenerunt: nec eũ tamen Dominũ quæsierunt, quia & ipsum esse illum filiũ Dauid, non agnouerũt. Nos autem, fratres, credamus & dicamus:
Corde enim creditur ad iustitiã, orè autẽ cõfessio fit ad Rom.10.b salutẽ. Credamus, inquam, & dicamus & filium Dauid & Dominum Dauid. Nõ erubescamus de filio Dauid, ne iratũ inueniamus Dominum Dauid. Hoc enim nomine illum rectissimè transeuntẽ appellantes cęci, illũminari meruerunt. Transibat enim Iesus, & illi audito sonitu transeuntis turbæ, aure iam illũ cognoscentes,
B quod nondũ poterant oculis, acclamauerũt voce magna & dixerũt: Miserere nostri fili Dauid. Turbę autem Matt.9.d illos increpabant vt tacerent. Et illi nihilominus lucis &20.d desiderio turbarũ cõtradictionẽ vincentes, in clamando perseuerauerũt: transeuntẽ tenuerunt, & à tangente illũminari meruerunt. Dicebant enim transeunti: Miserere nostri fili Dauid. Stetit ille, & victo ab eis clamore cõtradicentium: Quid, inquit, vultis vt faciã vobis? Et illi: Domine, vt videamus. Tetigit & aperuit oculos eorũ: viderũt præsentem, quem senserant transeuntem. Aliquid ergo transitorium Dominus fecit: est autem aliud quod stat. Aliud est, inquam, transitoriũ Domini, aliud stabile Domini. Transitoriũ Domini virginis partus, verbi incarnatio, ætatum gradatio, miraculorum exhibitio, passionũ perpessio, mors, resurrectio, ascensio in cælum: hoc totum transitorium fuit. Num enim adhuc Christus nascitur, aut adhuc moritur, aut adhuc resurgit, aut adhuc ascendet in cælũ? Nónne videtis ista facta per tempora, cucurrisse per tempora, & exhibuisse viatoribus quiddam transitorium, ne in via remanerent, sed ad patriam peruenirent? Denique & illi cæci ad viam sedebant, ibi transeuntem senserunt, & clamando tenuerunt. In via ergo seculi huius hoc transitoriũ sui Dominus operatus est, & hoc transitoriũ pertinet ad filiũ Dauid. Ideo illi Domino transeunti clamauerunt: Miserere nostri fili Dauid, Tanquã di- Matt.9.d cerent: Filium Dauid transeuntẽ cognoscimus, filium Dauid in transitu factũ discimus. Agnoscamus ergo & nos, & filiũ Dauid cõfiteamur, vt illũminari mereamur. Sentimus enim transeuntẽ filium Dauid, & illũminamur à Domino Dauid. Ecce ergo quia magister noster interrogauit Iudæos, & ideo nõ respõderunt, quia discipuli esse noluerunt: ecce si nos interrogaret, quid responderemus? Defecerunt in hac interrogatione Iudæi, proficiant Christiani, nõ perturbẽtur, sed erudiã- D tur. Non enim Dominus interrogat discere volẽs, sed tanquam doctor interrogat. Dicerent miseri Iudæi, tu dic nobis: Maluerunt inflata taciturnitate dirumpi, quàm humili confessione edoceri. Dicat ergo nobis magister noster, & videamus quid interroganti respõdeamus: Quid vobis videtur de Christo? Cuius est fi- Matt.22.d lius? Respondeamus omnino quod Iudæi, sed non remaneamus vbi Iudæi. Recolamus Euangelium quod Matt.1.a credimus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Non quia interrogamur excidat nobis Christum esse filiũ Dauid, quod memoriæ cõmendat Apostolus. Eia Christiane, memor esto Iesum Christum resurrexisse à 2.Tim.2.b mortuis ex semine Dauid. Ergo interrogemur & respondeamus: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicant ora concordia Christiana: Dauid. Re-

Referat & doctor, & reuocet nobis. Quomodo ergo A
Matt.22.d Dauid in spiritu dicit eum Dominum? Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedib' tuis. Quomodo nos diceremus, nisi à te disceremus? Nunc ergo quia didicimus, dici-
Ioan.1.a mus: In principio eras verbũ, & verbũ eras apud Deũ, & Deus eras verbũ: omnia per te facta sunt. Ecce Dominus Dauid. Sed nos propter infirmitatẽ nostrã, quia caro desperata iacebamus: verbũ caro factus es, vt habitares in nobis. Ecce filius Dauid. Certè tu in forma Dei cùm esses, non rapinam arbitratus es esse æqualis Deo: ideo Dominus Dauid. Sed temeripsum exinani-
Philip.2.a sti formã serui accipiens, inde filius Dauid. Denique & in ipsa interrogatione tua dicens, quomodo filius eius est, nõ te filiũ eius negasti, sed modum quo id fieret inquisisti. Dicit eũ, inquis, Dauid Dominũ, quomodo filius eius est? Nõ nego, sed dic quomodo. Illi ergo ex literis quas legebant, & non intelligebãt, si in ista inter-
B rogatione recolerent modũ, nónne responderẽt, quomodo interrogas? Ecce virgo accipiet in vtero, & pariet filiũ, & vocabunt nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatũ, nobiscum Deus. Accipiet virgo in vtero, virgo ex semine Dauid pariet filiũ, vt sis filius Dauid. Erant enim Ioseph & Maria de domo & patria Dauid. Peperit ergo virgo illa, vt esset filius Dauid: sed ille quẽ peperit, vocabunt nomen eius Emmanuel, nobiscum
Esa.7.c Deus. Ecce habes Dominũ Dauid. Aliquid nobis for-
Matt.1.d tassis ex hac re, quomodo Christus, & filius sit Dauid, & Dominus sit Dauid, etiã Psalmus iste intimabit. Audiamus ergo, & pertractemus eũ, pulsemus pietate, & extorqueamus charitate. Dauid ergo ipse dicit, neque enim Domino cõtradicere licet: Dauid, inquit, in spiritu vocat eum Dominum. Ille ergo Dauid de Christo quid dicit? Nã ipsi Dauid Psalmus.) Et iste est totus titulus, simplex sine figura quæstionis, sine vllo nodo C difficultatis. Quid ergo dicit Dauid? Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Quod est scabellum pedũ tuorum? Quod est sub pedibus tuis. Scabellũ enim pedũ sub pedib' est. Dixit, inquit, Dominus Domino meo. Audiuit hoc Dauid, audiuit in spiritu. Vbi nos quando audiuit, non audiuimus: sed loquẽti quod audiuit, & scribẽti credidimus. Audiuit ergo prorsus, audiuit in quodam secretario veritatis, in quodã mysteriorũ sanctuario: vbi ꝓphetæ in occulto audiuerũt, quod in aperto prædicauerũt. Ibi audiuit Dauid, cũ fi-
Matt.22.d ducia magna dicit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dexteris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ. Nouimus Christũ sedere ad dexterã patris post resurrectionem à mortuis, & in cælis ascensionẽ. Factũ est iam, nec vidimus, sed credimus: in libris legimus, prædicatum audiuimus, fide retinemus. Vnde & D eo ipso quòd erat filius Dauid Christus, factus est Dominus Dauid. Illud enim quod natum est ex semine Dauid, ita honoratum est vt esset & Dominus Dauid. Ita admiraris hoc, quasi & in rebus humanis ista non fiant. Si enim cõtingat filiũ cuiusquam regem fieri patre priuato, nónne erit dominus patris? Admirabilius est quod potest contingere, vt non solùm rex factus priuati filius, dominus sit patris sui: sed & episcopus factus laici filius, sit pater patris sui. Ergo & eo ipso quòd carnem accepit Christus, quòd in carne mortuus est, quòd in eadem carne resurrexit, quòd in eadem carne ascendit in cęlum, & sedet ad dexteram patris, & in eadem ipsa carne sic honorata, sic clarificata, sic in cælestem habitum cõmutata, & filius est Dauid, & Dominus est Dauid. Secundũ hãc enim dispensationẽ trãsi-
Philip.2.a tus Christi, etiam illud ab Apostolo dicitur: Propter quod illum exaltauit à mortuis, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ & infernorũ. Donauit, inquit, ei nomẽ quod est super omne nomẽ: Christo secundum hominẽ mortuo, Christo secundũ carnẽ resurgẽti, ascendenti, donauit nomẽ q̃ est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Vbi erit Dauid, vt nõ ei sit Dominus? In cælo sit, in terra sit, in inferno sit: Dominus eius erit, qui est Dominus cælestium, terrestrium & infernorũ. Gaudeat ergo nobiscũ & Dauid filij sui natiuitate honoratus, dominatu liberatus: & gaudens dicat, vt à gaudentibus audiatur: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Sede, nõ solùm in alto, sed & in occulto: ex cellens vt domineris, latens vt credaris. Quæ enim esset merces fidei, nisi lateret q̃ credimus?
B Merces autẽ fidei est, videre quod credidimus antequã videremus. Sicut aũt Scriptura personat: Iustus ex fide Rom.1.b viuit. Non ergo esset iustitia fidei, si nõ esset absconditũ quod prædicatũ crederemus, & credendo ad videndũ peruenirẽmus. Quàm enim multa multitudo dulcedi- Psal.30. nis tuæ Domine, quã abscondisti timentibus te! Ergo abscondisti, & remanserunt? Absit. Perfecisti autẽ sperantibus in te. Mirabile ergo mysteriũ Christi sedentis in dextera Dei. Occultatũ est vt crederetur, subtractũ est vt speraretur. Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ Rom.8.c quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Apostoli verba sunt. Recognoscitis quidẽ, sed propter rudes cõmendo. Quid ergo ait Apostolus? Spe, inquit, salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quia ergo quæ videtur non est spes, abscondisti C dulcedinẽ timentibus te. Quia quod nõ videmus, speramus, & per patientiã expectamus, perfecisti sperantibus in te. Denique charissimi intẽtè accipite quod dicturus sum: Quoniam iustitia nostra ex fide est, & fide mundantur corda nostra, vt quod credidimus, videre possimus. Vtrũque enim positũ est, & beati mundicor- Matt.5.e des, quoniam ipsi Deũ videbunt, & fide mundans cor- Act.15.b da corũ. Quæ ergo hæc est iustitia fidei? Credere quod non vides, & ipso merito fidei ad visionẽ suo tempore peruenire. Dominus in Euangelio cùm promitteret Ioan.16.b spiritum sanctum, hoc ait: Ipse arguet mundũ de peccato, de iustitia, & de iudicio. De quo peccato? De qua iustitia? De quo iudicio? Ipse sequitur & exponit, & cõiecturas hominum nõ admittit. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. Quanta alia peccata Iudæorũ: & tamẽ quasi hoc vnum sit, ita dixit: De peccato quidem, quia non crediderunt in me. Hoc est illud peccatum, de quo alibi dicit: Si non venissem, peccatũ non haberent. Quid est hoc: Si non venissem, Ioan.15.d peccatum non haberent? Ergo ad iustos venisti, & eos peccatores fecisti? Sed exceptis aliis peccatis quę possent remitti per fidem, hoc vnum peccatũ nominauit, quod si non admitteretur, omnia relaxarentur. De peccato quidem ait, quia non crediderunt in me. Et alibi: Si non venissem, peccatum non haberent. Eo enim ipso quo venit, & non crediderunt in eum, inciderunt in peccatum: quod si non inciderent, omnia cætera peccata dimitti possent per indulgentiam gratiæ impetratam per fidem. Ergo de peccato, quia non crediderunt in me. De iustitia, quia ad patrem vado, & Ibidem. iam non videbitis me. Hæc est iustitia, quia ad patrem vadis, & iam non videbunt te: hæc etenim iustitia ex fide est. Iustus enim ex fide viuit. Et tunc ex fide viuit, Rom.1.b si non videat quod credit. Quia ergo & ad iustitiam

pertinet ex fide viuere, & ex fide nemo viuit, nisi nõ videndo quod credidit, vt ipsam iustitiam faceret in hominibus, id est, vt crederent quod nõ viderent: De iustitia, inquit, quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me. Hęc, inquit, erit iustitia vestra, vt credatis in eũ quẽ non videtis, & fide mundati eum in quẽ credidistis, in die resurrectionis postea videatis. Sedet ergo ad dexterã Dei Christus: à dextris patris filius in occulto est. Credamus. Etenim duas res hic dicit, quia & dixit Deus, sede à dextris meis: & addidit, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ: hoc est, sub pedibus tuis. Nõ vides Christũ sedentẽ ad dexteram patris: nec hoc potes videre, quomodo ponantur inimici eius scabellũ pedum eius. Cùm hoc impletur in aperto, crede illud esse in occulto. Qui inimici ponuntur scabel-
Psal. 2. lũ pedũ eius? Quibus inania meditãtibus dicitur: Quare fremuerunt gẽtes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terrę, & principes cõuenerũt in vnũ, aduer-
Ibidem. sus Dominum & aduersus Christum eius. Et dixerunt: B Dirumpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis iugum ipsorũ. Nõ nobis dominentur, nõ nos sibi subiugent. Qui habitat in cælis, irridebit eos. Inimicus eras: eris sub pedibus eius, aut adoptatus aut victus. Quære ergo quẽ locũ habeas sub pedibus Domini Dei tui. Nã necesse est vt habeas, aut gratiæ aut pœnæ. Sedet ad dexterã Dei, donec ponantur inimici eius sub pedibus eius. Hoc fit, hoc agitur: etsi paulatim peragitur, indefinẽter agitur. Fremuerunt enim gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christũ eius. Nunquid fremendo, nunquid meditãdo inania, nunquid in vnum aduersus Christũ conueniendo efficient, vt nõ impleatur, Dabo tibi gentes hęreditatem tuã, & possessionẽ tuam terminos terræ? Implebitur omnino, & in illis frementibus, & in illis inania meditantibus: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuàm terminos terræ. Illi enim inania me- C
ditantur: vt autem impleatur, dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: non nescio quis inanis locutus est, sed Dominus dixit ad me. Sic & in hoc Psalmo possumus dicere: Dixit non quicunq;, nõ illi qui fremunt & meditantur inania: sed dixit Dominus Dño meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum. Fremant, meditentur inania, perstrepant, nunquid non implebitur: Periit memoria corũ cum strepitu? Loquitur certè
Psal. 9. & alius Psalmus, sed non alius spiritus: Periit memoria corũ cũ strepitu, & Dominus in æternũ permanet. Ille ergo qui memoria corũ pereunte cum strepitu in æternum permanet: ipse dixit Domino meo, sede à dextris meis. Sedet enim ad dexteram patris, donec ponat omnes inimicos eius scabellũ pedum eius. Et quid sequitur? Virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.) Apparet fratres, euidentissimè apparet, non de illo re- D
gno Christi prophetam loqui, quo regnat semper apud patrem, rerum Dominum quæ per illum creatæ sunt.
Ioan. 1. a Quando enim non regnat in principio verbum Deus
1. Tim. 1. d apud Deũ? Dicitur enim: Regi autem seculorũ immortali, inuisibili, incorruptibili, soli Deo honor & gloria, in secula seculorum, amen. Regi seculorum honor & gloria, in secula seculorum. Cui regi seculorũ? Immortali, inuisibili, incorruptibili. In eo enim quod & Christus est cum patre immortalis, inuisibilis & incorruptibilis, quia verbũ eius est, & virtus eius, & sapientia eius, & Deus apud Deum, per quem facta sunt omnia: rex est seculorũ. Sed tamen illud dispensatorium & transitorium, quo nos per medietatem carnis suæ vocauit in æternitatem, regnũ eius incipit Christianis: sed regni

A eius non erit finis. Ponuntur ergo scabellũ pedum eius inimici eius, sedentis ad dexteram patris, ponuntur vt dictũ est: Id agitur, id vsque in finẽ omnino peragitur. Nemo dicat nõ posse impleri quod cœptum est. Quid finem cœpti desperas? Omnipotens cœpit, omnipotẽs se promisit impleturũ esse quod cœpit. Vnde autẽ cœpit? Virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Quæ Sion, ipsa est Hierusalem. Audi ipsum Dominũ: Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertio die. Luc. 24. g
Hinc sedet ad dexterã Dei patris resurgendo vbi fuit.
Act. 1. b Deinde illo sedente ad dexterã Dei patris, quid agitur? Vt ponantur inimici eius scabellũ pedũ eius. Quid agi- Ibidem.
tur? Audi illum docentem & exponentem: Et prædicabitur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorũ per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: quia virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Virgam virtutis tuæ, hoc est, regnum potentiæ tuæ: quia reges eos in virga ferrea. Emittet Dominus ex Sion, quia incipientibus ab Hierusalem. Cùm ergo miserit ex Sion virgam virtutis eius, quid fiet? Dominaberis in medio inimicorũ tuorum.) Prius dominare in medio inimicorum tuorum, inter frementes gentes. Nunquid enim postea cùm acceperint honorem suũ sancti, & suam damnationem impij, in medio inimicorũ suorum dominabitur? Et quid mirum, si tunc dominabitur, secum in æternum regnantibus sanctis, & æternis pœnis ardentibus impiis? Quid mirum, si tunc? Modò in medio inimicorum tuorum, nunc in isto transitu seculorum, in ista propagatione & successione mortalitatis humanæ, nunc dum torrens temporum præterlabitur, ad hoc directa est virga virtutis tuæ ex Sion, vt domineris in medio inimicorum tuorũ. Dominare in medio Paganorum, Iudęorum, hęreticorum, falsorum fratrum. Dominare dominare fili Dauid: Dñe Dauid. Dominare in medio Paganorum, Iudæorũ, hæreticorum, falsorum fratrum. Dominare in medio inimicorum tuorũ.) Hunc versum nõ rectè intelligimus, si non fieri iam videmus. Sede ergo à dextris Dei, occultare vt credaris, donec impleantur tempora gentium. Sic enim scriptũ est: Quem oportebat cęlũ repetere, donec Act. 3. d
impleantur tempora gentiũ. Vt enim resurgeres, mortuus es: vt ascenderes, resurrexisti: vt sederes ad dexteram patris, ascendisti. ergo vt ad dexteram patris sede- Marc. 16. d
res, mortuus es. De morte enim resurrectio, de resurrectione ascensio, de ascensione ad dexteram sessio. Hoc totum ergo cœpit à morte. Excellentia claritatis huius, principium habet humilitatis. Te itaque sedẽte ad dexteram patris, implentur tempora gentium, ponuntur inimici omnes scabellum pedum tuorum: & ad hoc vt perueniatur prius dominaberis in medio inimicorum tuorũ. Ad hoc enim virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Vt autem morereris, & per mortem tuam deleretur chirographum peccatorũ, & præ- Colos. 2. c
dicaretur pœnitentia & remissio delictorũ per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: cæcitas Iudæorũ Luce. 24. g
fecit. Aliis illuminandis, aliorũ cæcitas militauit. Cæcitas enim ex parte Israël cõtigit, donec plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israël suus fieret. Cæcitas Rom. 11. d
enim ex parte Israël facta occidit te: occisus resurrexisti, sanguine tuo peccata gentium diluisti, ad dexteram patris sedens, vndique patientes & ad te confugientes collegisti. Facta est ergo cęcitas ex parte Israël, facta est vt plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret, & omnes tui inimici essent scabellum pedum tuorum. Sed hoc nunc, postea quid? Tecum principium in die virtutis tuæ.) Quis iste dies est virtutis eius? Quando cum illo principium, vel Ioan. 8. d
quod principium, vel quomodo cum illo principium,

quan-

quando quidẽ, & ipse principium? A diuuet Dominus, A
vt nec mihi dicere perturbetur, nec vobis audire. Video enim quod iam factũ est, & vobiscũ video oculis fidei: oculis quoque carnis video quod iam fit, rursũsq; oculis fidei vobiscũ spero quod futurum est. Quid ergo factũ est? Quid fit? Quid futurum est? Christus passus est, mortuus est, resurrexit tertia die, ascendit in cęlum, vt nouimus, quadragesimo die, sedet ad dexterã patris: hoc iam factũ est, hoc nõ vidimus, sed credimus. Quid nunc fit? Dominatur in medio inimicorũ suorũ, emissa virga virtutis eius ex Sion. Fit hoc, id agitur in forma serui, & præsentẽ tunc viderunt serui, & absentẽ nunc credũt serui. Hoc credimus de forma serui, quod possumus capere, dum adhuc sumus serui. Hoc est enim illud lac paruulorum, quod temperauit panẽ traiiciens per carnem. Nam panis ille angelorũ, in principio erat
Ioan. 1. a verbum. Vt tamen panẽ angelorum manducaret ho-
Psal. 77. mo, creator angelorum factus est homo. Ita nobis ver- B
bum incarnatum factum est receptibile: quod recipe-
Philip. 2. e re non valeremus, si filius æqualis Deo non se exinaniret formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Vt ergo vtcunque capere possemus eum, qui nõ posset capi à mortalibus, mortalis factus est immortalis, vt peracta sua morte faceret immortales: & aliquid daret inspiciendũ, aliquid credendũ, aliquid post videndum. Inspiciendam dedit formam seruiprælentibus, non solùm oculis videndã, sed etiam manibus pertractãdam. Cum eadem forma ascendit in cælum: credere nobis iussit, quod illis videre cõcessit. Sed & nos habemus quod videamus. Illi enim viderunt virgam emissam ex Sion, nos videmus dominari in medio inimicorum suorũ. Hoc totũ, fratres, pertinet ad dispensationẽ formæ seruilis, quæ tolerabiliter capitur à seruis, & amatur à futuris liberis.
Veritas enim incommutabilis quod est verbum Dei, C
Ioan. 1. a Deus apud Deum, per quẽ facta sunt omnia: in se ma-
Sap. 7. d nens innouat omnia. Hãc vt videamus, magna & perfecta cordis munditia necessaria est, quæ fit per fidem. Demonstrata enim forma serui, dilatata est ad demõstrandam formam Dei. Idem quippe in forma serui lo-
Ioan. 14. c quens seruis ait: Qui diligit me, mandata mea custodit. Et qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Videntibus se, promisit demonstraturum se. Quid videbant? Quid promittebat? Videbant formã serui, promittebat formam Dei. Ostendã, inquit, meipsum. Ipsa est claritas ad quã perducitur regnũ, quod modò transitu seculi huius colligitur: ducitur enim ad quandã visionem ineffabilem, quam nõ merebũtur impij. Cæterùm forma serui cùm hic esset, visa est ab impiis. viderunt eam & qui crediderunt, viderunt, & qui occiderunt. Ne aliquid magnũ putes videri formam illam, viderunt amici, viderunt & D
inimici: & quidam videntes interfecerunt, quidam nõ videntes crediderunt. Hanc ergo formam serui, quam hic iam in humilitate viderunt, & pij & impij, videbũt & in iudicio pij & impij. Cùm enim Dominus ante oculos discipulorum suorum ferretur in cęlum, sonuit
Act. 1. b vox angelica intuentibus cum: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælum? Iste Iesus sic veniet, quomodo videtis eum ire in cælum. Sic ergo, sic, in eadem forma: quia de impiis dictum est: Videbunt in quem pupugerunt. Videbunt iudicaturum, quem irriserunt iudicatum. Ipsa itaque forma serui in iudicio conspicua erit, & iustis & iniustis, & piis & impiis, & fidelibus & infidelibus. Quid ergo? Impij non videbunt? Nam de qui-
Zach. 12. e bus dictum est: Videbunt in quem pupugerũt. de ipsis
Esa. 26. b rursum dictum est: Tollatur impius, vt non videat claritatẽ Dñi. Quid est hoc fratres? Discernamus, †discu-

tiamus. Excitatur impius, vt aliquid videat: tollitur al. discamus;
impius, vt aliquid nõ videat. Iam quid sit visurus, ostẽdimus, formam illam de qua dictũ est: Sic veniet. Quid Ioan. 14. c
ergo non est visurus? Et ostendã meipsum illi. Quid est Philip. 2. a
meipsum? Nõ formam serui. Quid est meipsum? For- 1. Ioan. 3. a
mam Dei, in qua nõ rapinam arbitratus sum esse equalis Deo. Quid est meipsum? Dilectissimi, filij Dei sumus: & nondũ apparuit quid erimus. Scimus, quia cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniã videbimus eũ sicuti est. Hæc claritas Dei est, ineffabilis lux, fons lucis sine commutabilitate, veritas sine defectu, sapiẽtia in seipsa
manens, innouans omnia. Hæc substantia Dei est. Ita- Sap. 7. d
que tolletur impius, vt nõ videat hunc honorem Dei. Esa. 26. b
Beati enim mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt. Videtur ergo mihi fratres, quantum nostrę capacitati Dominus impertiri dignatur, de ipso tempore: si tamẽ dicendũ est tempus, quodã enim tempore vẽturi
sumus ad non tempus, inde mihi videtur dictum, quod sine præiudicio dicã, si quis intelligere aliquid melius, expeditius, probabilius possit: inde mihi videtur dictũ: Tecum principiũ in die virtutis tuæ. Deniq; hoc quãtum puto, versu cõsequente satis explanat. Quia enim & hic dicta est virtus eius, qua subiecit gẽtes iugo suo, quastrauit populos, non ferro, sed ligno, etsi in carne, etsi in humilitate, etsi adhuc quantũ seruilis forma patitur, capitur tamẽ magna virtus eius: quia quod infirmũ est Dei, fortius est hominibus. Quia ergo & hic di- 1. Cor. 1. d
cta est virtus eius, quam cõmendauit dicendo: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorum. (Quanta enim virtus dominans in medio inimicorũ suorum perstrepẽtium, nihil
contra eum valentium, & quotidie sibi dicentiũ: Quã- Psal. 40.
do morietur, & peribit nomen eius? Cùm crescat gloria eius per populos, cùm eius nomini subiiciantur gẽ-
tes, cùm peccator videat & irascatur, dentibus suis Psal. 111.
frendat, & tabescat.) quia ergo est, & hæc virtus eius, volens propheta commẽdare aliter virtutẽ eius, sicuti est virtus Dei, & sapiẽtia Dei, Christus in lumine perpetuo ineõmutabilis veritatis: ad quã visionem seruamur, ad quam visionẽ differimur, ad quã visionem fide
mundamur, à qua visione tollitur impius ne videat ho- Esa. 26. b
norẽ Domini. Hoc ergo volẽs ostẽdere, Tecũ, inquit, principiũ in die virtutis tuæ. Quid est, tecũ principiũ? Quodlibet pone principiũ. Si ipsum Christum: potius
diceretur, tu es principiũ, quã tecum principiũ. Respõ- Ioan. 8. c
dit enim interrogãtibus: Tu quis es? & ait: Principiũ, qui & loquor vobis. Cùm sit principium & pater, de quo vnigenitus filius, in quo principio erat verbũ, quia
verbum erat apud Deũ. Quid ergo? Si & pater princi- Ioan. 1. a
piũ, & filius principium, duo sunt principia? Absit. Sicut enim pater Deus, & filius Deus, pater enim & filius
non duo dij, sed vnus Deus: sic pater principiũ & filius principium, pater autem & filius non duo, sed vnum principium. Tecum principium. Tunc videberis quomodo tecum sit principium. Non enim & hic non tecum principium. Non enim cùm dixisti, Ecce itis quisque ad sua, & me solum relinquitis, sed non sum solus, quia pater mecum est: & hic ergo tecum principium.
Dixisti enim & alibi: Pater autem in me manens facit Ioan. 14. b
opera sua. Tecum principium, nec vnquam à te separatus est pater. Sed quando videbitur tecum esse principium, tunc manifestum erit omnibus similibus iam
ibi factis: quoniam videbunt te sicuti es. Etenim hic 1. Ioan. 3. a
Philippus te videbat, & patrem quærebat. Tunc er- Ioan. 14. a
go videbitur quod nunc creditur. Tunc tecum principium videntibus sanctis, videntibus iustis: sublatis de medio impiis, ne videant gloriam Domini. Modò ergo credamus fratres, quod tunc videamus. Nam &

Philippus obiurgatus est quòd quæreret videre patrẽ,
Ioan.14.a cùm in ipso filio nõ agnosceret patrẽ: Tanto tempore
vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui vi-
det me, videt & patrem. Sed qui me videt, non qui for-
mam serui in me videt. Qui ergo me videt, qualem me
abscondi timentibus me, qualẽ me videndum perficio
sperãtibus in me: videt & patrẽ. Sed quia ista visio pòst
erit, nunc pro illa quid habebimus? Videamus quid di-
cat Philippo: cui dixerat, qui me videt, videt & patrẽ.
Quasi ei Philippus tacitus responderet, & quomodo
te videbo, si aliter videris quàm forma serui? Aut quo-
modo te videbo, & patrem, inualidus homo mortalis,
puluis & cinis? Cõuersus ad eum differens visionẽ, im-
perans fidẽ, qui dixerat, qui me videt, videt & patrem,
quia multũ erat ad Philippũ, & lõgè erat ab eo videre:
Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me est?
Quod videre nondũ potes, crede vt videre merearis.
Cùm ergo ventũ fuerit vt videamus, tunc apparebit,
Tecũ principium in die virtutis tuę: virtus virtutis tuę,
non virtus infirmitatis tuæ: quia ibi virtus virtutis tuæ.
Habẽt nunc homines in fide, in spe, in charitate, in bo-
nis operibus virtutes suas: sed ibunt à virtutibus in vir-
Psal.83. tutẽ. Tecum ergo principium. Videbetis cum patre in
patre, vt pater tecũ principiũ in die virtutis tuæ, illius
1.Cor.1.d virtutis tuæ quam impius non videbit. Nam & hoc in-
firmũ tuum, fortius est hominibus. Etenim in die vir-
tutis tuæ tecũ principiũ. De qua virtute dicis? Expone,
quia & hic vt dictum est, nominata est virtus eius, cùm
emittitur virga virtutis eius ex Sion, vt dominetur in
medio inimicorũ suorũ. De qua virtute dicis? In splẽ-
dore sanctorum.) In splendore, inquit, sanctorum. De
ipsa virtute dicit, quando erunt in splendore sancti, nõ
quando adhuc terrenam carnem gestantes & in cor-
pore mortali atque corruptibili degentes & gemẽtes,
Sap.9.d quòd aggrauat animam, & deprimit terrena inhabita-
tio sensum multa cogitantẽ: cùm ipsæ cogitationes in-
uicẽ non videntur, nõ hoc est in splendore sanctorum.
1.Cor.4.a Sed quid est in splendore sanctorũ? Donec veniat Do-
minus, & illuminet abscondita tenebrarũ, & manife-
stabit cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuique
à Deo. Hoc erit in splendore sanctorũ, quia tunc iusti
fulgebunt in regno sui patris, sicut sol. Audite enim
quid sit hoc, in splendore sanctorum. Veniet, inquit,
Matth.13.f messis, veniet finis seculi: mittet pater familiàs angelos
suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala, & mit-
tent eos in camino ignis ardentis. Tunc iusti fulgebũt
sicut sol in regno patris sui. In quo regno? Videte, si vi-
sio quædã seruatur, de qua nobis dictum est, tecũ prin-
cipiũ. In quo regno? Vtique in vita æterna. Nã ad dex-
Matth.25.c teram positis hoc dicturus est: Venite benedicti patris
mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origi-
ne mundi. Deinde damnatis impiis, segregatis iustis
atque laudatis: quid sequitur quod dixerat, percipite
regnũ? Tunc ibunt impij in ambustionem æternã, iusti D
autem in vitam æternam. Quod dixerat regnum, hoc
dixit vitam æternam, quò non ibunt impij. Videte si
Ioan.17.a quædam visio est vita æterna. Hæc est autem vita æter-
na, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem mi-
sisti Iesum Christum: quia tecum principium in die vir-
tutis tuæ. Ergo tecum principium in die virtutis tuæ in
splendore sanctorum: sed hoc differtur, hoc postea da-
bitur. Quid nunc? Ex vtero ante luciferum genui te.)
Quid hic? Si Deus filiũ habet, nunquid & vterum? Sed
sicut carnis corpora non habet, quia nec sinum: dictum
Ioan. 1. b est tamen: Qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qui est
autem sinus, ipse est vterus: & sinus & vterus pro secre-
to positus est. Quid est ex vtero? Ex secreto, ex occul-
to: de meipso, de substantia mea, hoc est, ex vtero: quia

A generationem eius quis enarrabit? Accipiamus ergo Matth.
patrem dicentẽ ad filium: Ex vtero ante luciferum ge-
nui te. Quid est ergo, ante luciferum? Lucifer pro side-
ribus positus est, tanquã à parte totum significãte Scri-
ptura, & ex eminenti stella omnia sidera. Sed ista side-
ra quomodo facta sunt? Vt sint in signis, & in tempo-
ribus, & in diebus, & in annis. Si ergo & in signis & in
temporibus posita sunt sidera, & lucifer nominatus est
pro sideribus, quod est ante luciferum, hoc est ante si-
dera: & quod est ante sidera, hoc est ante tempora. Si
ergo ante tẽpora, ab æternitate. Noli quærere quando:
æternitas nõ habet quãdo. Quãdo & aliquãdo aduer-
bia sunt temporũ. De patre non est natus in tempore,
per quẽ facta sunt tẽpora. Dictũ est ergo vt dici opor-
tuit, figuratè & ꝓpheticè, vt & vterus pro secreta sub-
stantia, & lucifer pro temporibus poneretur. An vultis
vt ipsum Dauid respiciamus, qui Dominum suũ dixit
filiũ suum? Vt enim hoc diceret, audit à Domino suo.
B Ab illo audiuit à quo falli non potuit: & dixit iam Do-
minũ suũ, quia dixit, inquit, Dominus Domino meo,
sede à dextris meis. Et ipse loquitur, ipsius quasi sermo
cõtextus est. Si ergo ipse loquitur, fortè ipse potuit di-
cere: Ex vtero ante luciferũ genui te: ex vtero virgina-
li: Ante luciferum genui te ex vtero. Si enim illa virgo
ducens propaginẽ de carne Dauid, ex illo vtero natus
est Christus, tanquã ex vtero genitus à Dauid. Ex vte-
ro quo masculus nõ accessit, ex vtero prorsus propriè:
ex vtero, quia solus ex solo vtero. Ergo ex vtero, inquit
ille, qui cũ Dominũ suũ dixerat, ex vtero ante luciferũ
genui te. Et hoc ipsum ante luciferũ signatè dictum, &
propriè dictũ, & sic impletũ. Noctu enim natus est Do-
minus ex vtero virginis Mariæ, indicãt testimonia pa-
storũ, qui vigilias exercebãt super gregẽ suum. Ex vte- Luca.2.
ro ante luciferum genui te. O tu Domine Deus meus
sedens ad dexteram Domini mei, vnde & filius meus,
nisi quia ex vtero ante luciferum genui te? Et ad quid
natus es? Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ, tu es
C sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedec.)
Ad hoc enim natus ex vtero ante luciferũ, vt esses sa-
cerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec. Si
natũ ex vtero de virgine intelligimus, ante luciferum
noctu, sicut Euangelia cõtestantur: proculdubiò inde
ex vtero ante luciferũ vt esset sacerdos in æternum
secundum ordinẽ Melchisedec. Nã secundũ id quod na-
tus est de patre Deus apud Deũ, coæternus gignẽti, nõ
sacerdos, sed sacerdos propter carnem assumptã, pro-
pter victimã, quam pro nobis offerret à nobis acceptã.
Iurauit ergo Dominus. Quid est, iurauit Dominus? Er-
go Dominus iurat, qui prohibet hominem à iurando?
An fortè ideo magis hominem prohibet à iurando, ne Matth.5.f
in periuria prolabatur: & ideo Deus magis iurat, quia
non potest esse periurus? Homo enim qui per consue-
tudinem iurãdi potest lingua in periuriũ prolabi, bene
prohibetur iurare. Tanto enim longius erit à periurio,
quanto erit longè à iurãdo. Qui enim iurat homo, fal-
sum & verum iurare potest: qui autem non iurat, fal-
sum iurare non potest, quia omnino non iurat. Cur er-
go non iuret Dominus, quando Domini iuramentum
promissionis est firmamentum? Iuret omnino. Quid
ergo tu facis cùm iuras? Testaris Deum. Hoc est iura-
re, Deum testari: & ideo molestum ne ad aliquam fal-
sitatem testem adhibeas Deum. Si ergo tu iurando te-
staris Deum, cur ergo non & Deus iurando testetur
seipsum? Viuo ego, dicit Dominus, iuratio Dei est. Sic
iurauit de semine Abrahæ: Viuo ego, dicit Dominus, Gen.22.c
quoniam audisti vocem meam, & non pepercisti filio
tuo vnico propter me, nisi benedicens benedicam te,
& implendo implebo semen tuum sicut stellas cæli,
& sicut

& sicut arenam quæ est ad labium maris, & benedicẽ- A
tur in semine tuo omnes gentes. Et semẽ Abrahę quid
est? Christus. Ille semen Abrahæ accipiens carnem de
semine Abrahæ, erit sacerdos in æternũ secundũ ordi-
nem Melchisedec. De sacerdotio ergo secundũ ordinẽ
Melchisedec, iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum.
Quid de sacerdotio secundũ ordinẽ Aaron? Nunquid
pœnitet Deũ sicut hominẽ, aut nolens cadit in aliquid
vt faciat, aut imprudens prolabitur, vt postea eum de
suo prolapsu pœniteat? Scit quid agat, scit quousque
quid progrediatur, vnde in aliud commutetur, in po-
testate rectoris est. Sed pœnitentia, mutatio rerũ signi-
ficatur. Quomodo enim tu cùm aliquid te pœnitet,
doles factum quod fecisti: sic quãdo aliquid Deus præ-
ter spem hominũ, id est, præter quàm sperant homines
mutat in aliud, pœnitere se dicit: vsqueadeò vt & de
pœna nostra pœniteat eum, si nos de vita nõstra mala
pœnituerit. Iurauit ergo Dominus: Iurauit, firmauit, B
nõ eum pœnitebit, nõ mutabit. Quid? Tu es sacerdos
in æternũ. Ideo in æternũ, quia non pœnitebit eũ. Sed
sacerdos secundũ quid? Nunquid erunt illæ hostię, vi-
ctimæ oblatæ à patriarchis, aræ sanguinis & taberna-
culũ, & illa testamenti veteris sacramenta? Absit. Iã illa
sublata sunt, euerso iam tẽplo, remoto illo sacerdotio,
pereunte victima eorũ & sacrificio. Hæc nec Iudęi ha-
bent. Vident perisse iam sacerdotiũ secundum ordinẽ
Aaron, & non agnoscunt sacerdotium secundũ ordinẽ
Melchisedec. Tu es sacerdos in ęternum secundũ ordi-
nem Melchisedec. Fidelibus loquor. Si quid nõ intel-
ligunt catechumeni, auferant pigritiam, festinent ad
notitiã. Nõ ergo opus est mysteria promere: scripturæ
vobis intiment, quid est sacerdotium secundum ordi-
nem Melchisedec. Dominus à dextris tuis.) Dominus
dixerat, sede à dextris meis, nunc Dominus à dextris
eius, quasi mutauerint sedes. An fortè sic potius: Iura- C
uit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in
æternum, ad Christum dictum est: Tu es sacerdos in æ-
ternum? Iurauit Dominus. Quis Dominus? Qui dixit
Domino meo, sede à dextris meis: ipse iurauit, tu es sa-
cerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedec: &
ad ipsum Dominũ qui iurauit, sermo directus est: Do-
minus à dextris tuis. O tu Domine qui iurasti & dixi-
sti, Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Mel-
chisedec, ipse sacerdos in æternũ: Dominus est à dex-
tris tuis, ipse, inquam, sacerdos in æternum, de quo iu-
rasti: Dominus est à dextris tuis: quia eidem Domino
meo dixisti, sede à dextris meis, quoadusque ponã ini-
micos tuos scabellũ pedum tuorũ. Iste ergo Dominus
qui est à dextris tuis, de quo iurasti, & cui iurasti dicẽs:
Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchi-
sedec: Conquassauit in die iræ suæ reges.) Ipse vtique
Christus Dominus à dextris tuis, cui iurasti, & nõ pœ- D
Rom.8.f nitebit te. Quid agit sacerdos in æternum? Quid agit?
Hebr.9.d Qui est ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis, tan-
quam sacerdos intrãs in interiora vel in sancta sancto-
rum, in secreta cęlorum, ille solus non habens peccatũ,
& ideo facilè mundans à peccatis: ille ergo à dextris
tuis, conquassauit in die iræ suę reges. Quos reges quę-
Psalm.2. ris? Excidit tibi: Astiterunt reges terræ, & principes
cõuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus
Christum eius? Hos reges conquassauit gloria sua, &
pondere nominis sui infirmos reddidit reges, vt non
possent efficere quod volebãt. Conati enim sunt mul-
tum delere nomẽ Christianum de terra, & non potue-
Luc.10.c runt: quia qui offenderit in lapidem illũ, conquassabi-
tur. Offenderunt ergo in lapidem offensionis, & ideo
conquassati sunt reges, cùm dicunt, Quis est Christus?
Nescio quis Iudæus, nescio quis Galilæus, sic occisus

est, sic mortuus. Lapis est ante pedes tuos, quasi viliter A
& humiliter iacens: ideo cõtemnendo offendis, offen-
dendo cadis, cadẽdo quassaris. Si ergo tanta est ira oc-
culti, quod erit iudiciũ manifesti? Audistis iram occul-
ti, de qua Psalmus inscribitur pro occultis filij. Nonus
Psalmus, si bene memini, inscribitur pro occultis filij:
& ibi ostenditur iudicium occultum irę occultæ. Irato
Deo viuunt, qui in lapidẽ illum offendunt, cõquassan-
tur. Et quò valet quod cõquassantur? Audi & de iudi-
cio futuro: Quia qui offenderit in lapidem illum, ait,
conquassabitur: super quẽ verò ceciderit lapis ille, cõ-
teret eũ. Cùm ergo offẽditur in eũ, quasi humilis iacet,
& tunc conquassat: cùm autẽ cõteret, desuper veniet.
Videte quemadmodũ his binis verbis, cõquassabit &
conteret, offendit in eũ, & veniet super eum, distributa
sunt duo tempora: humilitatis & claritatis Christi, oc-
cultæ pœnę & iudicij futuri. Eũ non conteret veniens,
B quẽ non conquassat iacens. Iacens dico, tanquam cõ-
temptibilis apparens. Nam ille à dextris Dei est, & va- Act.9.a
lidè ex alto clamauit: Saule Saule quid me persequeris?
Sed tamẽ quamuis de cælo, non diceret, quid me per-
sequeris, quẽ nemo tangebat: nisi ita in cęlo ad dexte-
ram patris sederet, vt & in terra in nobis quasi iaceret.
Dominus à dextris tuis conquassauit in die iræ suæ re-
ges. Iudicabit in gentibus.) Sed nunc pro occultis: erit
enim & iudiciũ manifestũ: Iudicabit in gẽtibus. Modò
enim fit: Periit memoria eorũ cũ strepitu: In ipso Psal-
mo est pro occultis: Periit memoria eorũ cum strepitu,
& Dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio Psal.9.
sedem suam, & ipse iudicabit orbẽ terrarum in æquita-
te. Ibi dictũ est: Increpasti gentes, & periit impius, no-
men eorũ delesti in æternũ: hoc occultè agitur. In die
ergo iræ suę conquassauit reges, iudicabit in gentibus.
Quomodo? Audi quod sequitur: Replebit ruinas.)
C Modò sic iudicat in gẽtibus vt repleat ruinas: nã quan-
do in fine iudicauerit, damnabit ruinas. Replebit rui-
nas. Quas ruinas? Quisquis à nomine eius timuerit, ca-
det: cùm ceciderit, euertetur quod erat, vt ædificetur
quod non erat. Iudicabit in gentibus, replebit ruinas;
Quisquis contumax es in Christũ, casurã turrim in al-
tum erexisti. Bonũ est vt teipsum deiiciẽs humilis red-
daris, sedẽtis ad dexteram patris pedibus prouoluaris,
vt fiat in te ruina construenda. Nã si permanes in mala
altitudine, tunc deiicieris quando nõ ædificaberis. Et-
enim de talibus dicit in alio loco Scriptura: Destruc Psal.27.
eos, & nõ ædificabis eos. Proculdubiò non diceret de
quibusdã, destruc eos, & nõ ædificabis eos: nisi quosdã
ita destrueret vt ædificaret. Quod fit hoc tẽpore, cùm
Christus in gentibus ita iudicat vt repleat ruinas. Cõ-
quassabit capita super terra multa.) Hic super terram
in hac vita conquassabit capita in terra multa. De su-
perbis humiles facit. Et audeo dicere fratres mei, vtile
est capite quassato hic humiliter ambulare, quàm capi-
te erecto in iudicium æternæ mortis incidere. Multa
capita conquassabit ruinas faciendo, sed replendo ędi-
ficabit. De torrente in via bibet, propterea exaltabit
caput.) Videamus & in via bibentem de torrente pri-
mo. Quis est torrens? Profluxio mortalitatis humanę.
Sicut enim torrens pluuialibus aquis colligitur, redun-
dat, perstrepit, currit, & currendo decurrit, id est, cur-
sum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascũ-
tur homines, viuunt, moriuntur, & aliis morientibus
alij nascuntur, rursũque illis nascentibus alij moriun-
tur, & illis morientibus alij oriuntur: succedunt, acce-
dunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic tenetur?
Quid non decurrit? Quid non quasi de pluuia colle-
ctum it in abyssum? Quomodo enim fluuius repentè
collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec

apparet, quia nec apparebat antequam de pluuia colligeretur: sic hoc genus humanum de occultis colligitur & profluit: morte rursum in occultũ vergit, mediũ hoc sonat & transit. De hoc torrente bibit ille, non est dedignatus bibere de hoc torrente. Bibere enim de hoc torrente, illi erat nasci & mori. Hoc habet torrens iste, natiuitatẽ & mortẽ. Suscepit hanc Christus: natus est, Psal.18. Psalm.1. mortuus est. Ita de torrẽte in via bibit, exultauit enim vt gigas ad currendã viam. De torrente ergo in via bibit, quia in via peccatorũ non stetit. Quia ergo de torrẽte in via bibit: Propterea exaltauit caput: id est, quia humiliatus est, & factus est subditus vsque ad mortem, mortẽ autem crucis: propterea eum Deus exaltauit à mortuis, & donauit ei nomẽ quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, Philip.2.b terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

IN PSALMVM CX. ENARRATIO.

VENERVNT dies vt cantemus Halleluia, adestote B animo fratres, ad percipiẽda ea quæ Dominus suggerit ad exhortationem nostram, & nutriendã charitatẽ, qua nobis inhærere Deo bonũ est. Adestote animo cãtores boni filij laudis, & gloriæ sempiternæ veri Ephes. 5. c & incorrupti Dei. Adestote intenti qui nostis cantare & psallere in cordibus vestris: Domino gratias semper agentes in omnibus, & laudate Deũ: hoc est enim halleluia. Et hi quidẽ dies veniunt transituri, trãseũntque venturi, & significant diẽ qui nõ venit nec transit: quia nec hesterno præitur vt veniat, nec crastino vrgetur vt transeat. Ad quẽ sanè nos cùm venerimus, inhærentes ei nec nos transibimus. Et sicut quodam loco canitur Psal.83. Deo: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabũt te: erit hoc otiosorum negotiũ, al. *seculorum* hoc opus vacantium, hęc actio quietorũ, hæc cura † securorum. Sicut enim dies isti prẹteritis diebus quadragesimæ, quibus ante resurrectionem Dominici corporis vitæ huius significatur mẹror, solenniter grata hila- C ritate succedunt: sic dies ille qui post resurrectionẽ dabitur plenario corpori Domini, hoc est sanctæ Ecclesiæ, cunctis vitę huius ærumnis atque doloribus exclusis, perpetua beatitudine succedet. Hæc autem vita de 2 Cor.5.a nobis exigit continentiam, vt etiam cum labore & luctamine ingemiscentes grauati, & habitaculum nostrũ quod de cælo est superindui cupiẽtes à secularibus delectationibus temperemus: & significatur quadragenario numero, quo & Moyses, & Helias, & ipse Dominus Exod. 34. d Matth. 4. a iciunauerunt. Præcipitur enim nobis & ex lege & ex Matt. 17. a prophetis, & ex ipso Euangelio, quod testimoniũ habet à lege & prophetis (vnde etiam in monte & inter vtranq; persona medius Saluator effulsit) vt ab omnibus mundi illecebris, quibus captiui homines obliuiscuntur Deũ, auiditatem nostram tanquã iciunio temperantię refrenemus: quãdiu perfectio Decalogi legis, tanquam psalterium decem chordarum per quatuor D eiusdem mundi partes, id est, toto orbe prædicatur, vt decem quater ducta quadragenarium numerũ signẽt. Quinquagenario verò numero post resurrectionẽ Domini quo cantamus halleluia, non cuiusdam temporis finis & transitus, sed beata illa significatur æternitas: quia denarius additus quadragenario, laborantibus in hac vita fidelibus merces illa persoluitur, quam & primis & nouissimis paterfamiliãs præparauit æqualem. Audiamus itaque plenum diuina laude pectus populi Dei. Ecce personat in hoc Psalmo quendam exultantẽ felici exultatione, præfigurat & scaturientem corde in amore Dei populum scilicet corpus Christi, ab omni malo liberatum. Confitebor tibi, inquit, Domine in toto corde meo.) Non semper confessio peccatorũ est, A sed & laus Dei deuotione confessionis exprimitur. Illa luget, hæc gaudet. Illa medico vulnus ostẽdit, hæc de sanitate gratias agit. Hæc confessio quendã significat, non solùm ab omni malo liberatum, sed etiã à malignis omnibus separatum. Et ideo videamus vbi cõfiteatur Domino in toto corde. In consilio, inquit, rectorum, & cõgregatione.) Credo quia sedebunt super duode- Matt. 19. d cim thronos, iudicantes xij. tribus Israël. Nullus enim iam inter eos iniquus, nullius Iudæ furta tolerãtur, nullus Simon Magus baptizatur, spiritum volens emere Act. 8. d dum cogitat vendere: nullus Alexander ęrarius multa 2. Tim. 4. c mala ostendit, nullus ouina pelle tectus falsa fraternitate surrepit. Inter quales nunc necesse est Ecclesia gemat: & quales tunc oportet, cùm omnes iusti congregabuntur, excludi. Hæc sunt, Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.) Per quas nullum Hebr. 11. b confitentem deserit misericordia: nullius est iniquitas impunita, quando flagellat etiam omnem filium quem 1. Petr. 4 recipit. Sed si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Eligat sibi homo quodlibet. Non sic cõstituta sunt opera Domini, vt creatura in arbitrio libero constituta, creatoris superet voluntatẽ: etiam si cõtra eius faciat voluntatem. Nõ vult Deus vt pecces, nã prohibet: tamen si peccaueris, non putes hominem fecisse quod voluit, & Deo accidisse quod noluit. Sicut enim vult vt homo non peccet, ita vult peccanti parcere vt reuertatur & viuat: ita vult postremò in peccato perseuerantem punire, vt iustitiæ potentiam contumax nõ euadat. Ita quicquid elegeris, omnipotenti nõ deerit vnde suam de te compleat voluntatem. Magna enim opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.) Cõfessio & magnificentia opus eius.) Quid magnificentius quàm iustificare impium? Sed opus fortasse hominis præuenit istam magnificentiam Dei: vt cùm fuerit peccata confessus, iustificari mereatur. Descendit enim de templo iustificatus Publicanus magis quàm ille Pharisæus: quia nec oculos ad cælum audebat leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus, Luc. 18. c propitius estò mihi peccatori. Hæc est magnificentia Domini, iustificatio peccatoris. Quoniam qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Hęc est magnificentia Domini: quoniam cui plurimum dimittitur, plurimum diligit. Hæc magnificentia Domini: Rom. 5. d Ephes. 1. b quoniam vbi abundauit peccatũ, superabundauit gratia. Sed fortasse ex operibus. Non, inquit, ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentũ, creati in Christo in operibus bonis. Iustitiam enim ho- Rom. 4. a mo non operatur, nisi iustificatus. Credens autem in eum qui iustificat impium, à fide incipit: vt bona opera non præcedẽtia quod meruit, sed cõsequentia quod accepit ostendant. Vnde ergo illa confessio? Nondum quidem opus est iustitiæ, sed delicti improbatio. Sed quoquo modo se habeat, nec in ipsa de te homo glorieris, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Quid 1. Cor. 1. d enim habes quod non accepisti? Non ergo sola magni- 1. Cor. 4. b ficentia qua iustificatur impius, sed & confessio & magnificentia opus eius. Quid ergo dicimus, quia cui vult Rom. 9. d miseretur, & quem vult obdurat? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Iustitia enim eius manet in seculũ seculi.) Tu autem homo de hoc seculo, quis es qui respondeas Deo? Memoriam fecit mirabilium suorum.) Psal 74 Hunc humilians, & hunc exaltans. Memoriam fecit mirabilium suorum, refertuans opportunè inusitata prodigia, quæ non infirmitas hominis nouitati intenta meminerit, cùm sint eius miracula quotidiana maiora. Tot per vniuersam terram arbores creat, & Matt. 11. b nemo miratur. Arefecit verbo vnã, & stupefacta sunt corda mortalium: sed memoriam fecit mirabilium suo-

rum. Hoc enim miraculum maximè attẽtis cordibus inhærebit, quod assiduitas nõ vilefecerit. Quid au- A tem profuerũt miracula, nisi vt timeretur? Quid porrò Ioan. 6. f prodesset timor, nisi, Misericors & miserator Dominus escam daret timentibus se?) Escam quæ nõ corrumpitur, panem qui de cælo descendit, quem nullis meritis Rom 5. a dedit. Etenim Christus pro impiis mortuus est. Nemo ergo talẽ escam daret, nisi misericors & miserator Do- Ioan. 1. b minus. Quòd si tantã dedit huic vitæ, si verbum carnẽ factum peccator iustificandus accepit, quid in futuro seculo glorificatus accipiet? Memor enim erit in seculum testamẽti sui.) Nec totum dedit qui pignus dedit. Fortitudinẽ operum suorũ annunciabit populo suo.) Non contristentur Israëlitę sancti, qui dimiserunt omnia sua, & secuti sunt eum, non contristentur dicentes: Matth. 19. d Quisnam poterit saluus fieri? quia facilius intrat camelus per foramẽ acus, quàm diues in regnum cælorum. Annunciauit enim eis fortitudinem operum suorum: B quoniã quę hominibus difficilia sunt, Deo facilia sunt. Vt det illis hęreditatẽ gentium.) Itum est enim ad gen- 1. Tim. 6. d tes, & præceptum diuitibus huius seculi non superbè sapere, neque sperare incerto diuitiarum: sed in Deo viuo, cui facile est quod hominibus difficile est. Sic enĩ multi vocati sunt, sic occupata est hæreditas gentium, sic factũ est vt etiam plurimi qui nõ dimiserunt omnia sua in hac vita vt sequerentur eum, vitam etiam ipsam pro nominis eius confessione cõtemnerent: & tanquã cameli humiliantes se ad portanda onera pressurarum, intrarent etiam sicut per foramen acus, per cõpungentes passionis angustias. Ipse fecit hæc, cui omnia possibilia sunt. Opera manuum eius veritas & iudiciũ.) Te- 1. Cor. 6. a neatur veritas ab iis qui iudicantur hic. Iudicantur hic martyres, & ad iudicium perducuntur, qui non solùm eos à quibus iudicati sunt, sed etiã angelos diiudicent, aduersus quos eis erat colluctatio, etiã cùm ab homi- C nibus iudicari viderentur, quos nõ separaret à Christo Rom. 8. g tribulatio, angustia, fames, nuditas, gladius. Fidelia enĩ omnia mãdata eius.) Non fallit, exhibet quod promisit. Non tamen quod promisit est hic expectandũ, non hic sperandum: Sed Cõfirmata sunt in seculum seculi, facta in veritate & iustitia.) Hoc est verum & iustũ, vt hic laboretur, illic requiescatur. Quia: Redemptionem misit populo suo.) Vnde autẽ redimuntur, nisi à captiuitate peregrinationis huius? Non ergo requies, nisi in cælesti patria requiratur. Dedit quidẽ Deus Israëlitis carnalibus terrenam Hierusalem, quæ seruit cum filiis suis: sed hoc vetus testamentum est ad veterem hominem pertinens. Qui autẽ ibi figuram intellexerunt, hę- Galat. 4. d redes etiã tunc noui Testamenti extiterunt: quoniam quæ sursum est Hierusalẽ libera est, quæ est mater nostra æterna in cælis. Vetere autẽ illo, re ipsa probatum est transitoria promisisse: Mãdauit quippe in æternum testamentum suum.) Sed quod, nisi nouũ? Cuius hæres quisquis esse volueris, nolo te fallas, nec terram trahẽ- D tem lac & mel carnaliter cogites: non amœna prædia, non hortos fructiferos & opacos, non tale aliquid mediteris adipisci, quale solet hic oculus auaritiæ concu- 1. Tim. 6. c piscere. Cùm enim sit radix omniũ malorũ cupiditas, perimenda est vt hic cõsumatur, non differenda vt ibi satietur. Primò pœnas fuge, gehennas deuita: antequã desideres promittentem Deum, caue minantem. Sanctũ & terribile nomẽ eius.) Pro deliciis autẽ omnibus huius seculi quales vel expertus es, vel augere ac multiplicare cogitãdo potes: immortaliũ deliciarum matrem concupisce sapientiam. Sed: Initium sapientię, timor Domini.) Delectabit, & ineffabiliter proculdubio delectabit castis atque æternis veritatis amplexibus: sed prius tibi donanda sunt debita, quàm prẹmia flagitanda. Initium ergo sapiẽtiæ timor Domini. Bonus est Prouer. 1. a] A intellectus.) Quis negat? Sed intelligere & non facere, periculosum est. Bonus ergo facientibus.) Nec extollat mentem in superbiam. Cuius enim timor est initiũ sapientiæ: Laus eius manet in seculum seculi.) Et hoc erit præmium, hic finis, hæc statio sedẽsque perpetua. Illic enim inueniuntur mandata fidelia, confirmata in seculum seculi: ipsa est hæreditas noui Testamenti mã- Psal. 26. data in æternũ. Vnam petij, inquit, à Domino, hanc requiram, vt inhabitẽ in domo Domini per omnes dies Psal. 83. vitæ meæ. Beati enim qui habitant in domo Domini, in secula seculorum laudabũt eum: quoniam laus eius manet in seculum seculi.

IN PSALMVM CXI. ENARRATIO.

CREDO quòd attendistis, fratres, huius titulũ Psalmi, memoriæque mandastis. Conuersio, inquit, Aggæi & Zachariæ.) Nõdum erant isti Prophetæ, cùm B ista cantata sunt. Namque inter tempus Dauid, & trãsmigrationẽ populi Israël in Babyloniam, quatuordecim generationes numerantur, sicut diuina scriptura maximẽque Matthæus Euangelista testatur. Euersi au- Matth. 1. a tem templi renouatio secundum sancti Hieremię pro- Hier. 25. a & 29. c phetiam, ex illa trãsmigratione post septuaginta annos 1. Esdr. 1. a sperabatur. Qui cùm complerẽtur sub Dario rege Babylonis, impleti sunt Spiritu sancto hi duo Prophetæ Aggæus & Zachariàs: & ambo post inuicem intra vnũ Zachar. 1. a annum prophetare cœperunt, quod ad renouationem Agg. 1. a templi, sicut tanto antè prædictum est, pertinere videbatur. Sed quisquis corporaliter gestis oculum cordis infigit, neque inde in gratiam spiritalis intellectus extenditur, habitat cogitatione in lapidibus templi, quibus visibilis fabrica manibus hominum instructa consurgit: nec ipse lapis viuus huius efficitur, tẹplo illi accommodatus atque aptus. Quod in suo corpore pri- Ioan. 2. d mum Dominus figurauit, cùm ait: Soluite templũ hoc, & triduo suscitabo illud. Est enim corpus Domini plenius ipsa sancta Ecclesia, cuius caput ascendit in cælũ, qui est maximè lapis viuus, lapis angularis, de quo beatus Petrus Apostolus dicit: Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus reprobatum, à Deo autem 1. Petr. 2. d electum & honorificatum: & vos ergo tanquã lapides viui ædificamini in domum spiritalem, in sacerdotium sanctum, offerentes spiritales victimas acceptas Deo per Iesum Christum; quia continet scriptura: Ecce ponam in Sion lapidem angularem electũ pretiosum, & Esa. 28. d qui crediderit in illum, non confundetur. Ergo vt fiat quisque lapis viuus ad talem fabricã idoneus, spiritaliter intelligat tẽpli renouationẽ ex ruina vetere, quæ in Adam facta est, reparationem noui populi secundum nouum hominem atque cælestem: vt sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cæ- 1. Cor 15. f lo est, quo possimus post omnes seculi huius ætates tãquã post septuaginta annos, qui mystico perfectionis numero præsignantur, & tanquam post captiuitatem D longinquæ peregrinationis non ruitura mole cõstrui, sed æterna immortalitate solidari. Spiritalem quippe Hierusalem, non magis Hierusalẽ Iudęorum quàm vestram esse deputetis: sicut enim dicit Apostolus: Iam Ephes. 2. d non estis peregrini & inquilini, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorũ & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu, in quo omnis ædificatio cõpacta crescit in templum sanctũ in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculũ Domini in spiritu. Hoc est templũ Dei, ad quod pertinet sacramẽtum prophetationis Aggæi & Zacharię: cui rursus idẽ Apostolus dicit: Templũ enĩ Dei sanctũ est, quod estis 1. Cor. 3. d vos. Quisquis igitur se ad opus huius coędificationis,

& ad spem sanctę firmęq; compaginis, tanquam lapidem viuum ab huius mundi ruinosa labe conuertit: intelligit titulũ Psalmi, intelligit conuersionẽ Aggęi & Zacharię. Cantet ergo quę sequuntur, non tam linguę voce quàm vitę. Erit enim ædificij perfectio, ineffabilis pax illa sapientię, cuius est initium timor Domini. [Prou.1,a] Inde ergo incipiat quem coędificat ista conuersio.

BEATVS vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.) Viderit Deus qui solus & veraciter & misericorditer iudicat, quantum iste proficiat in mandatis eius, quoniam tẽtatio est vita humana super terrã, [Iob.7.a] sicut sanctus Iob dicit. & iterum scriptum est: Quoniam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. [Sap.9.d] Qui autem diiudicat nos Dominus est. Nec ante tempus iudicare debemus, donec veniat Dominus, & illuminet abscõdita tenebrarũ, & manifestet consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. [1.Cor.4,a] Viderit ergo ille quantũ quisque proficiat in mandatis eius. Tamen volet nimis qui pacẽ illius coædificationis adamauerit: nec iã desperare debet, quoniam in mandatis eius volet nimis, & pax in terra hominibus bonę volũtatis. Vnde? [Luc.2.b] Potens in terra erit semen eius.) Semen futuræ messis, opera esse misericordię, Apostolus testis est: qui dicit: Bonum autẽ facientes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. [Galat.6.d] & iterum: Hoc autem, inquit, dico: qui parcè seminat, parcè & metet. [2.Cor.9.b] Quid autẽ fratres potentius, quàm vt regnum cælorum, non solum Zachæus emat dimidio rerum suarũ, [Lucæ 19.b] sed & vidua duobus minutis, & tantundem ibi vterque possideãt? [Marc.12.d] Quid potentius, quàm vt idem regnum & thesauris diuiti, & calice aquæ frigidæ pauperi valeat? Sunt autẽ qui ista faciant dum terrena conquirunt: aut hic mercedẽ sperãtes à Domino, aut hominibus placere cupiẽtes. Sed, Generatio rectorum benedicetur.) Id est opera corũ, quorum bonus Deus Israël, qui recto sunt corde. Rectum autem cor est non resistere patri emendanti, & credere pollicenti, non eorum quibus commouentur pedes, & effunduntur gressus atque labuntur, [Psal.72.] sicut in alio psalmo canitur, dum zelãt in peccatoribus pacem peccatorum videntes: & putant perire opera sua, quia non eis merces redditur peritura. At iste vir qui timet Dominum, & in templum sanctũ Dei conuersione recti cordis aptatur: nec gloriam hominum quærit, nec terrenas diuitias concupiscit, & tamen Gloria & diuitiæ in domo eius.) Domus enim eius, cor eius est: vbi Deo habitãte opulẽtius habitat cum spe vitæ æternæ, quam hominibus habitantibus in marmoratis laqueatisque tectis cum timore mortis æternæ. Huius enim iustitia manet in seculum seculi.) Ipsa eius gloria, ipsæ diuitię. [Luc.16.e] Illius enim purpura & byssus, & epulę splendidę, & cùm præsto sunt, transeunt: & cùm ad finẽ venerit, aquæ guttã ex digito stillantem desiderans ardens lingua clamabit: Exortum est in tenebris lumen rectis corde.) Meritò dirigunt cor in Deum suũ, meritò ambulant recti cum Deo suo, præponentes eius voluntatem sibi, neque de sua quicquam superbè præsumẽtes. Meminerunt enim fuisse se aliquando tenebras, nunc autem lucẽ in Domino. [Ephes.5.b] Misericors & miserator & iustus Dominus Deus.) Delectat quod misericors & miserator, sed terret fortasse quòd iustus Dominus Deus. Nulla desperatione formides beatus vir qui times Dominum, & in mãdatis eius voles nimis: esto suauis, miserere & cõmoda. [Iaco.2.c] Ita enim iustus est Dominus Deus, vt iudicium illi sine misericordia faciat qui non fecit misericordiam. Suauis autẽ vir qui miseretur & commodat.) Non enim eum euomet Deus ex ore suo tanquam insuauem. [Luc.6.f] Dimittite, inquit, & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. In eo quod dimittis vt dimittatur tibi, misereris: in eo quod das vt detur tibi, cõmodas. Quamuis enim generali nomine omnis misericordia dicatur qua misero subuenitur: interest tamen vbi non impendis, nec sumptum pecuniæ, nec corporalis laboris industriam, sed ignoscendo quod in te quisque peccauit, & tuorũ gratis comparas veniam peccatorũ. Hæc duo benignitatis officia, ignoscendorum peccatorum, & beneficiorum erogandorum, sicut in Euangelio quod cõmemorauimus, Dimittite, & dimittetur [Matth.7.b] vobis; date, & dabitur vobis: sic in isto versu arbitror esse distincta: Suauis vir qui miseretur & commodat. Nec pigri simus ad hæc, fratres gloriam quærit qui desiderat vindicari se. Sed attẽde quod scriptum est: Melior [Prouer.16.d] est qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatẽ. Diuitias quærit, qui nõ vult dare pauperibus. Attẽde quod [Matt.19.c] scriptum est, habebis thesaurum in cęlo. Non ergo eris inglorius ignoscẽdo, quia de ira victa laudabilius triũphatur: non egenus tribuendo, quia thesaurus cęlestis certius possidetur. Hunc versum parturiebat ille superior, gloria & diuitię in domo eius. Qui hæc itaque facit: Disposuit sermones suos in iudicio.) Facta ipsa sermones sunt, quibus in iudicio defendetur: quòd ei nõ erit sine misericordia, quia & ipse fecit misericordiam. Quoniam in æternum non cõmouebitur. In memoria æterna erit iustus.) In memoria æterna erit iustus, quia ad dexterã segregatus audiet: Venite benedicti patris [Matth.25.c] mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Neque enim aliqua illic eorum, nisi opera misericordiæ commemorantur. Audient ergo: Venite, benedicti patris mei, quia generatio rectorum benedicetur. Sic in memoria æterna erit iustus: Et ab auditu [Ibidem] malo non timebit.) Quod dici audient ij qui à sinistris erunt: Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Itaque qui hic non sua quærit, sed quæ Iesu Christi: labores patientissimè tolerat, promissa fidenter expectat. Paratum est cor eius sperare in Domino.) Neque vllis tentationibus frangitur. Confirmatum est cor eius, non commouebitur, donec videat super inimicos suos.) Inimici eius hic videre bona voluerunt: & cùm eis inuisibilia promitterentur: dicebãt: Quis ostendit nobis bona? Confirmetur ergo cor nostrum, [Psal.4] nec commoueamur, donec videamus super inimicos nostros. Illi enim volunt videre bona hominum in terra morientium, nos credimus videre bona Domini in terra viuentium. Sed magnum est, confirmatum [Psal.26] habere cor, & non commoueri: cùm illi gaudent qui amant quod vident, & insultant ei qui quod non videt sperat. Et non commouebitur, donec videat & ipse non deorsum quod inimici eius: sed sursum super inimicos suos, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, [1.Cor.2.b, Esa.64.b] nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus eum. Quanti valet hoc quod non videtur, & emitur? Tanti quantum quisque habere potuerit. Propter hoc, & ille. Sparsit, dedit pauperibus.) Non videbat, & emebat: sed ille thesaurum seruabat in cælo, qui esurire & sitire in pauperibus dignabatur in terra. Non mirum est igitur, si iustitia eius manet in seculum seculi.) Custode illo qui † condidit secula. [al. custodit] Cornu eius exaltabitur in gloria.) Cuius humilitas à superbis contemnebatur. Peccator videbit, & irascetur.) Sera illa scilicet atq; infructuosa pœnitẽtia. Nã irascetur, cui magis quã sibi, cùm dicet: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis? [Sap.5.b] Videns cornu eius exaltari in gloria, qui sparsit & dedit pauperibus. Dẽtibus suis frendet, & tabescet.) Quia illic erit ploratus & stridor dentium. Non enim † frondebit & virescet, sicut [al. fiendet.] fieret, si opportuno cum tempore pœniteret: sed tunc pœnitebit, cùm Desideriũ peccatorum peribit.) Nullo succedente solatio. Peribit desideriũ peccatorum, cùm transient omnia tanquam vmbra, cùm fœno arescente flos decidet. Verbũ autẽ Domini quod manet in æternum, sicut falsorum beatorum vanitate derisum est: sic eorundem verorũ miserorum perditioni superridebit.

IN PSALMVM CXII. ENARRATIO.

[Matth.19.b & 18.a, Marc.10.b] NOSTIS fratres, & sæpissimè audistis in Euangelio Dominũ dicere: Sinite pueros venire ad me, taliũ est enim regnum cælorum, & iterum: Si quis non receperit regnum Dei, sicut puer, non intrabit in illud. Et multis aliis locis Dominus Deus noster, per singulare humilitatis exemplum superbiã veteris hominis ad innouandam humiliter vitam similitudine puerilis ætatis accusat. Quapropter, charissimi, cùm cantari auditis in psalmis, Laudate pueri Dominũ, ne arbitremini ad vos istam exhortationem non pertinere, quia iam corporis pueritiam supergressi, vel iuuenili decore virescitis, vel senili honore canescitis: omnibus enim vobis dicit Apostolus: [1.Cor.14.d] Nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, vt mentibus perfecti sitis. Qua malitia maximè, nisi superbia? Ipsa enim de vana granditate præsumens nõ sinit hominem ambulare per artam viã, [Matth.18.a] & intrare per angustam portam. Pueri autem facilè intrant per angustam portam: & ideo nemo nisi vt puer intrat in regnum cælorum. Quid autem superbię malitia deterius, quæ præpositum nõ vult habere nec Deũ? [Ecclesi.10.b] Nam scriptum est: Initiũ superbiæ hominis, apostatare à Deo. Hanc se aduersus præcepta diuina tumidis ceruicibus erigentẽ, & suaui iugo Domini resistentẽ deiicite, frangite, comminuite, atque consumite, & Laudate pueri Dominum, laudate nomẽ Domini.) [Psal.8., 1.Cor.1.d] Illa enim prostrata & extincta, Ex ore infantiũ & lactẽtium perficitur laus: illa oppressa atque deleta, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non cãtant ista qui se magnos putant, non cantant ista qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed se laudant illi, non Deũ. Non enim pueri sunt, sed superbi. Nomen suum potius prædicari volunt, & non laudant nomen Domini. [Rom.1.c] Itaque euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorum: & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Voluerunt latissimè nomen suum & altissimè diffamari, citò ipsi in angustias transituri. Deum decet laus: Dominum nostrum decet & semper & vbique prędicari. Semper ergo prædicetur. Sit nomẽ Domini benedictum, ex hoc & vsque in seculum.) Vbique prædicetur. A solis ortu vsque ad occasum, laudate nomen Domini.) Quęrat ex me aliquis puerorum sanctorum laudantium nomẽ Domini, & dicat mihi: Ecce vsque in seculum accipio vsque in æternum. Cur autem ex hoc, & non ante hoc, & ante omnia secula sit nomen Domini benedictum? Respondebo paruulo, qui non contumaciter quærit: [al. & domini, Esa.57.c] Vobis dicitur pueri † Domini, vobis dicitur: Laudate nomen Domini, sit nomen Domini benedictum: sit à vobis nomen Domini benedictum, ex hoc vtique ex quo vobis dicitur. Incipitis enim laudare, sed sine fine laudate. Ex hoc ergo & vsque in seculum, sine fine laudate. Ne dicatis, nunc incipimus quidem laudare Dominum, quia pueri sumus: sed cùm creuerimus magníque fuerimus, nosipsos laudabimus. Non sic pueri, non sic: [Esa.46.c] propterea dicit Dominus per Esaiam: Ego sum, & vsque dum senescatis, ego sum. Ille semper laudandus est, qui est. Quid est: Laudate pueri Dominum ex hoc, laudate senes & vsque in seculum? Quia senectus nostra albescet quidem canis sapientiæ, sed non carnis vetustate marcescet. Aut quoniam hoc loco humilitatem potius videtur significare pueritia, cui contraria est vana & falsa superbiæ magnitudo: & ideo Dominum nõ nisi pueri laudant, quia superbi eum laudare non norunt: sit senectus vestra puerilis, & sit pueritia senilis: id est, vt nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia, vt laudetis Dominum ex hoc & vsq; in seculum. Quacunque autẽ in paruulis sanctis Ecclesia Christi diffunditur, Laudate nomen Domini: hoc est enim, A solis ortu vsque ad occasum, laudate nomen Domini. Excelsus super omnes gẽtes Dominus.) Gentes homines sunt: Quid mirũ, si super homines excelsus est Dominus? Illi super se excelsos quos colunt oculis vident in cælo fulgere, solem & lunam, & stellas cui creaturæ seruiunt, deserentes creatorem Dominũ. Et non solum excelsus super omnes gentes Dominus, verumetiam, Super cælos gloria eius.) Cęli supra se suspiciunt eum: & humiles eum secum habent constituti carne infra cælum, qui pro illo non colunt cælum. Quis enim sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?) Quisquam putaret, quòd in altis cælis habitet, vnde humilia terrena respiciat: sed humilia respicit, In cælo & in terra.) In quibus ergo altis habitat vnde humilia respiciat in cælo & in terra? An in quibus altis habitat, etiam ipsa humilia respicit? Sic enim exaltat humiles, vt non faciat superbos. Itaq; & in altis habitat quos exaltat, facítque sibi eos cælum, hoc est, sedem suã: & eos tamen non superbos, sed semper subditos intuendo, etiam in ipso cælo humilia respicit, in quibus excelsis habitat: spiritus enim per Esaiã ita loquitur: Hæc dicit altissimus in excelsis habitans, [Esa.57.c] in æternum nomen eius Dominus altissimus, in sanctis requiem habens. Exposuit quid dixerit in excelsis habitans. Hoc enim plenius elocutus, in sanctis, inquit, requiem habens. Sed quid sunt sancti, nisi humiles qui pueri laudant Dominũ? Itaque adiũgit: Et pusillanimis dans magnanimitatem, & dans vitam qui in humilitate cordis sunt. In quibus sanctis requiẽ habet, his pusillanimis dat magnanimitatem. Dans vtique magnanimitatem excelsos facit, in quibus requiem habens in excelsis habitat. Sed quia pusillanimis dat magnanimitatem eadem excelsa in quibus habitat, humilia respicit. Sed humilia, inquit, respicit in cælo & in terra. Excitauit nos etiam quærere, vtrũ eadem in cælo quæ in terra: an alia in cælo alia in terra humilia respiciat Dominus Deus noster. Si enim eadem; video quẽadmodum hoc intelligam secundum Apostolum dicentem: [2.Cor.10.a] In carne enim ambulantes, non secũdum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ nõ carnalia, sed potentia Deo. Vnde ergo potentia, nisi quia spiritalia? Cùm itaque Apostolus & in carne ambulet, & spiritaliter militet, non mirum si humilitas eius & in cælo respicitur propter spiritus libertatem, & in terra propter corporis seruitutem. Idem quippe alio loco dicit: [Philip.3.d & 1.d] Nostra enim conuersatio in cælis est. ipse item dicit: Optimum sibi esse dissolui, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium, inquit, propter vos. Proinde quisquis intelligit, & conuersationem Apostoli in cælis, & in carne mansionem in terris, simul oportet intelligat Dominum Deum nostrum in excelsis sanctis habitantem, quemadmodum tamen eosdem sanctos humiles sibi & in cælo respiciat, quoniam quæ sursum sunt sapiunt, qui spe resurrexerunt cum Christo: & in terra, quoniam nondum soluti sunt carnis vinculo, vt [Coloss.3.a] ex tota vita sua possint esse cũ Christo. Si verò alia Dominus Deus noster humilia respicit in cælo, & alia in terra, credo quòd in cælo iam respicit quos vocauit, & habitat in eis: in terra autem respicit quos vocat vt habitet in eis. Istos enim possidet cęlestia cogitantes, illos excitat terrena somniantes. Sed quia difficile obtine-

mus vt possint & ipsi iam humiles dici, qui nondũ sua-
ui iugo Domini pia colla iunxerunt, quandoquidem
humilia isto loco vt sanctam Ecclesiã intelligamus per
totum textum Psalmi diuinæ admonent literæ: est &
alius intellectus, quem mecum charitas vestra conside-
Matt.19.d ret. Cælos nunc significari arbitror eos, qui sedebunt
super duodecim thronos, & cum Domino iudicabũt:
terræ autem nomine cæteram multitudinem benedi-
Luc.16.c ctorũ, qui constituẽtur ad dexteram, vt per opera mi-
sericordiæ collaudati recipiantur ab eis in tabernacula
æterna, quos amicos sibi de mammona iniquitatis in
1.Cor.9.b huius vitę mortalitate fecerunt. Eis quippe dicit Apo-
stolus: Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnũ est
si vestra carnalia metamus? Quod etiam his verbis dici
potest: Si nos vobis cælestia seminauimus, magnũ est si
terrena vestra metamus? In cælo ergo respicit cælestia
seminantes, in terra autẽ terrena reddentes: tamen hu-
miles & hos & illos. Humilia enim respicit in cęlo & in
terra, quia meminerunt vtrique quid fuerint per suam
Ephes.5.b & 2.b malitiam, quid facti sint per Domini gratiam. Neque
enim illis tantũmodo dicit vas electionis: Fuistis enim
aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Et ite-
rum: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc nõ ex vo-
bis, sed Dei donum est: non ex operibus, ne fortè quis
extollatur: sed etiã seipsum adiungit consequenter, di-
cens: Illius enim sumus figmentum, creati in operibus
bonis. Dicit etiam seorsum de se & ipsis qui respiciun-
tur in cælo: Fuimus enim, inquit, & nos naturaliter filij
ad Tit.3.a iræ, sicut & cæteri. Et iterum: Fuimus enim & nos, in-
quit, stulti aliquando & increduli errãtes, seruiẽtes de-
sideriis & voluptatibus variis in malitia & inuidia agẽ-
tes, abominabiles, inuicem odio habẽtes. Cùm autem
benignitas & humanitas illuxit Saluatoris Dei nostri,
non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secun-
dum suam misericordiã saluos nos fecit per lauacrum
1.Cor.2.d regenerationis. Ecce humilia quæ respiciũtur in cælo.
Spiritales enim sunt, & omnia iudicant: sed tamen hu-
miles, ne deiecti iudicẽtur. Quid de seipso singulariter?
1.Cor.15.b Nónne talia sunt quę cõmemorat? Qui nõ sum, inquit,
idoneus vocari Apostolus, quia persecutus sum Eccle-
siam Dei: sed misericordiã consecutus sum, quia igno-
rans feci in incredulitate. Deniq; post istos versus, qui-
bus ait in Psalmo spiritus: Quis sicut Dominus Deus
noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo &
in terra: volens docere nos quare in cælo humilia, cùm
iam spiritales magni, & iudiciariis sedibus digni, tali si-
gnificentur eloquio; subiecit statim: Qui erigit à terra
inopẽ, & de stercore exaltat pauperem: Vt collocet eũ
cum principibus, cum principibus populi sui.) Nõ ita-
que dedignentur esse humilia capita excelsorum, sub
dextera Domini. Quãuis enim collocetur fidelis Do-
minicæ pecuniæ dispẽsator cũ principibus populi Dei,
quãuis sessurus sit in duodecĩ sedibus, & angelos quo-
Matth.19.d que iudicaturus: à terra tamẽ inops erigitur, & de ster-
core pauper exaltatur. An fortè non est exaltatus de
stercore, qui seruiebat desideriis & voluptatibus variis?
Sed fortè cùm ista iam diceret, non erat inops, nõ erat
2.Cor.7.a pauper. Quid ergo adhuc ingemiscit grauatus, habita-
culũ quod de cælo est superindui cupiẽs? Cur ne fortè
2.Cor.12.b se extollat colaphizatur, & subditur angelo satanæ sti-
mulo carnis suæ? Altus est quidem habitante in se Do-
mino, & habẽs eũ spiritum qui scrutatur omnia, etiam
altitudinem Dei. Itaque in cælo est, sed & in cælo Do-
minus humilia respicit. Quid ergo fratres? Si iã audiui-
mus humilia quæ in cælo sunt, exaltata de stercore vt
cũ populi collocarẽtur principibus: nihilne consequẽ-
ter audiuimus de humilibus quæ in terra respicit Do-
minus? Pauciores enim sunt illi amici iudicaturi cum
Domino, plures autẽ isti quos recipiũt in tabernacula
A æterna. Quamuis enim tota frumenti massa in cõpara- Luc.16.c
tione seiunctæ paleæ paucos habere videatur, per se ta-
men considerata, copiosa est. Multi enim filij desertæ,
magis quàm eius quæ habet virum. Multi filij eius quæ Esa.54.a
per gratiam in senectute concepit, quàm eius quæ ab
ineunte ætate legis vinculo maritata est. Et ego quidẽ
dico in senectute cõcepit: intuens Saram matrem no-
stram in vno Isaac, quæ per omnes gentes mater fide-
lium vocatur. Quæ autem persona est apud Esaiam vi-
dete: quasi omnino nõ matris, nec eius quę peperit ali-
quem. Et tamẽ quid ei dicitur? Dicent, inquit, in aures
tuas filij tui quos amiseras: Angustia nobis est in loco Esa.49.c
isto, facite itaque nobis & nũc locũ in quo commore-
mur. Tu verò dices in corde tuo: Quis generauit mihi
istos, cùm sciam me esse sine filiis & viduam? Quis ergo
istos educauit mihi? Ego enim derelicta fui sola, hi autẽ
B mihi vbi erant? Ex ea ergo parte ista dicit Ecclesia, qua
videtur nihil parere in istis turbis, quæ nondum dimi-
serunt omnia sua vt sequerentur Dominum, & sederẽt Matt.19.d
super duodecim thronos. Sed quàm multi in eadẽ tur-
ba facientes sibi amicos de mammona iniquitatis, per Luc.16.c
opera misericordiæ ad dexteram stabunt? Non solum
ergo erigit de stercore quem collocet cũ principibus
populi sui, sed etiam: Habitare facit sterilem in domo,
matrem filiorũ lætãtem.) Qui in altis habitat, & humi-
lia respicit in cælo & in terra, semen Abrahã sicut stel-
las cæli sanctitate sublimi in supernis sedibus collocat,
& sicut arena in ora maris misericordem atque innu-
meram multitudinem à sinistris fluctibus atque ama-
ritudine impia segregat.

IN PSALMVM CXIII. ENARRATIO.

Concio prima de prima parte Psalmi.

LEGIMVS quidem, notissimúmque retinemus, di-
C lectissimi fratres, quod narratur in libro Exodi, po-
pulũ Israël liberatũ ab iniqua dominatione Ægyptio- Exod.14.b
rũ inter diuisos fluctus maris transisse per siccum: Ior- Iosu.3.a
danẽ quoque fluuiũ cùm per eum in terrã promissio-
nis intrarent, tactum pedibus sacerdotum arcam Do-
mini portãtium, stetisse desuper infrenato lapsu, ab in-
feriore autem parte defluxisse quò currebat in mare,
donec in sicco stãtibus sacerdotibus transiret populus
vniuersus: nouimus hæc, nec tamẽ arbitrari nos opor-
tet in hoc Psalmo, cui nunc halleluia pronunciato can-
tatóque respõdimus, id agere Spiritũ sanctum, vt prę-
terita illa gesta recolentes, nequaquam futura talia co-
gitemus. Illa enim, sicut dicit Apostolus, in figura con- 1.Cor.10.c
tingebãt illis: scripta sunt autẽ ad correctionẽ nostrã,
in quos finis seculorum obuenit. Cùm igitur audimus
in Psalmo: In exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de
populo barbaro: Facta est Iudæa sãctificatio eius: Israël
potestas eius: Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus
est retrorsum:) Ne arbitremini nobis narrari pręterita,
D sed potius futura prædici: quia illa quoque miracula
cùm in illo populo fierent, præsentia quidẽ, sed nõ sine
futurorũ significatione gerebantur. Ideóque vt osten-
deret qui psallendo ista prædicebat, eadẽ se verbis age-
re quæ illic † factis agebãtur, vno eodémq; spiritu ope- al. figuris
rante, & illa facta, & hæc dicta sunt: vt id quod in fine
seculorum manifestandum reseruabatur, figuris rerum
atque verborum præcurrentibus nũciaretur: non om-
nino ea dixit quæ ibi gesta sunt, sed aliter quædã quàm
illic lecta didicimus. Ne verè putaretur transacta reco-
lere, potius quàm ventura prędicere. Primò enim Ior-
danem ipsum non reuersum esse retrorsum, sed stetisse
legimus ab ea parte qua aquæ desuper influebant, cùm
populus ille transiret. Deinde gestientes montes col-
lésque nõ legimus, quæ sic addidit vt etiam omnia ista
repete-

repeteret. Nã cùm dixisset, Mare vidit & fugit, Iordanis
cõuersus est retrorsum, cõtexuit: Montes gestierũt ve- A
lut arietes, & colles velut agni ouium.) Eadémque rur-
sus interrogat: Quid est tibi mare quòd fugisti, & tu
Iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes quare
gestistis velut arietes, & colles velut agni ouiũ?) Atten-
damus ergo quid admoneamur: quia & illa facta figu-
ræ nostræ fuerunt, & hęc dicta vt nosipsos recognosca-
mus hortãtur. Si enim gratiam Dei quæ data est nobis
firmo corde retinemus, nos sumus Israël semen Abra-
Galat.3.d hæ: nobis dicit Apostolus: Ergo semen Abrahæ estis.
Rom.4.b quia sicut alio loco dicit: Non in circuncisione, sed in
præputio deputata est Abrahæ fides ad iustitiã, & signũ
Ibidem. accepit circuncisionis, signaculũ iustitiæ fidei, quæ est
Genes.17.b in præputio, vt deputetur & illis ad iustitiam, vt sit pa-
ter circuncisionis his qui non solùm ex circuncisione
sunt, sed & his qui sequuntur vestigia fidei, quæ est in
præputio patris nostri Abrahæ. Non enim carnaliter
circuncisæ genti tantummodo factus est pater, cui di- B
ctus est: Patrem multarum gẽtium posui te. Multarum
autem, non quarundam, sed omnium: quod apertè di-
citur, cùm ei dicitur: Et benedicentur in te omnes gen-
tes. Nullus itaq; Christianorum se à nomine Israël ar-
bitretur extraneũ. Illis enim qui crediderũt ex Iudęis,
in quorũ numero principaliter Apostolos inuenimus,
Ioan.10.b in angulari lapide copulamur. Hĩc ait Dominus in alio
loco: Habeo alias oues quæ nõ sunt ex hoc ouili, opor-
tet me & illas adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor.
Populus ergo Christianus magis Israël, & ipse potius
Genes.25.d domus Iacob. Idem quippe Israël qui Iacob. Illa verò
turba Iudæorũ quæ merito perfidię reprobata est, vo-
luptate carnali vendidit primogenita sua, vt non ad Ia-
cob, sed ad Esau potius pertineret. Scitis nãque in hoc
mysterio dictum esse, quia maior seruiet minori. Ægy-
ptus autẽ quoniam interpretatur afflictio vel affligẽs,
vel cõprimens, sæpe in imagine ponitur huius seculi: à C
quo spiritaliter recedendũ est, ne simus iugum ducẽtes
cum infidelibus. Sic enim quisque Hierusalem cælestis
fit ciuis idoneus, cùm primum huic seculo renunciarit:
quemadmodum ille populus in terrã promissionis du-
ci nõ potuit, nisi prius ab Ægypto recederet. Sed sicut
ille non inde discessit, nisi diuino liberatus auxilio: sic
nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi diuinæ mise-
ricordiæ munere adiutus. Quod enim illic semen præ-
figuratum est, hoc in isto fine seculi, in hac, sicut beatus
Ioannes Apostolus scribit, hora nouissima quotidianis
Ecclesiæ fœtibus in vno quoque credente completur.
Audite Apostolum doctorẽ gentium docentem & ex-
1.Cor.10.a hortantem: Nolo enim vos, inquit, ignorare, fratres,
quia oẽs patres nostri sub nube fuerunt, & omnes ma-
re transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nu-
be & in mari: & omnes eundẽ cibum spiritalẽ mandu-
cauerunt, & oẽs eundem potum spiritalem biberunt. D
Ibidem. Bibebant autẽ de spiritali, cõsequente eos petra: petra
autẽ erat Christus. Sed nõ in omnibus illis bene com-
placuit Deo. Prostrati enim sunt in deserto. Hæc autẽ
figuræ nostræ factæ sunt. Quid vultis amplius fratres
dilectissimi? Certè manifestũ est non humana suspicio-
ne, sed Apostolico, id est, diuino & Dominico magiste-
rio (Deus enim loquebatur in eis, & quãuis de carneis
nubibus, tamen Dominus intonabat) certè ergo tanto
testimonio manifestum est illa omnia figuratè gesta,
nunc in nostra salute compleri: quia tunc futura præ-
nunciabantur, nunc præterita legũtur, & præsentia co-
gnoscuntur. Audite quod est mirabilius, librorum ve-
terum sacramenta occultata atque velata, nonnulla ex
Matth.7.d parte à libris veteribus reuelati. nam Michæas prophe-
ta ita loquitur: Secundum dies, inquit, profectionis co-
rum ex Ægypto, ostendam mirabilia illis: Videbũt na-
tiones, & confundentur ab omni vigore eorum: Mani-
bus ora sua obstruent, aures illis exurdabuntur, delin-
gentes terram, velut serpentes trahentes terram: Con-
turbabuntur de conclusionibus eorũ, in Domino Deo
nostro excident mente, & terrebuntur à te: Quis Deo
tuo similis auferens iniquitatẽ, & transgrediens impie-
tatem residuis hæreditatis tuę? Et non continuit in te-
stimonium irã suam, quoniã voluntarius & misericors
est: Ipse conuertet & miserebitur nostri: Demerget de-
licta nostra, demerget in maris profundum oẽs culpas
nostras. Nẽpe aduertitis fratres, manifestius hic aperiri
sacrosancta mysteria. In hoc ergo Psalmo quamuis fu-
tura intueatur mirabilis prophetę spiritus, tamen vide-
tur velut transacta narrare. Facta est, inquit, Iudęa san-
ctificatio eius: mare vidit & fugit. Et facta est, & vidit &
fugit, pręteriti tẽporis verba sunt. Et conuersus est Ior-
danis, & gestierunt mõtes, & cõmota est terra, eodem
modo pręteritum sonant, sine præiudicio tamen intel-
ligendi futura. Alioquin contra Euãgelicum testimo-
nium cogimur etiam illa non de futuro prænunciata,
sed de pręterito commemorata intelligere. Diuiserunt Psal.21.c
sibi vestimenta mea, & super vestimẽtum meum mise-
runt sortem. Quę quãuis verbis pręteriti temporis di-
cta sint, id tamen pręnunciabant quod tanto pòst futu-
rum in passione Domini compleretur. Sed tamen dile-
ctissimi, propheta iste quem commemoraui, etiã crassa
corda limauit, & ad intelligẽda de pręteritis rebus ge-
stis futura incũctanter extẽdit, vt non solùm apostoli-
ca autoritate figuras nostras illas fuisse credamus, sed
nec ab ipsis prophetis hoc prętermissum est, vt etiã eo-
rum eloquio panderetur. Videntes atque gaudentes,
certi ac securi de thesauro Dei, & noua & vetera con-
corditer sibimet cohęrentia proferamus. Cùm enim
tãto post egressum populi illius ex Ægypto, & tãto an-
te ista Ecclesię tempora hęc quę commemoraui, ceci-
nerit, tamen se futura prędicere sine vlla dubitatione
testatur. Secundũ dies, inquit, profectionis eorum ex
Ægypto, ostendã mirabilia illis. Videbunt nationes, &
confundentur. Hoc est quod hic dictũ est: Mare vidit
& fugit. Si enim hic per verba pręteriti temporis, sicut
est, vidit & fugit, occulta figura prędicantur, videbunt
certè & confundentur, quando futuri temporis verba
sunt, quis audeat de rebus pręteritis cogitare? Et paulo
post ipsos hostes nostros qui nos fugiẽtes vt interime-
rent sequebantur, id est, delicta nostra, sicut Ægyptios Exod.14.b
in mari obrutos, ita in baptismo demersa & extincta lu-
ce clarius intimat, dicens: Quoniam voluntarius & mi-
sericors est, ipse cõuertet & miserebitur nostri, demer-
get delicta nostra, demerget in maris profundũ omnes
culpas nostras. Quid est, charissimi? Qui vos cognosci- Galat.3.d
tis Israëlitas secundum semen Abrahę, qui estis domus
Iacob secundum promissionẽ hęredes, cognoscite etiã
vos exisse ab Ægypto, qui huic seculo renunciastis;
exiisse de populo barbaro, qui cõfessione pietatis vos à
blasphemiis gentium seiunxistis. Non est enim lingua
vestra, sed barbara, quę Deum laudare non nouit, cui
vos cantatis halleluia. Facta est enim Iudęa sanctifica-
tio eius in vobis. Non enĩ qui in manifesto Iudęus est;
neque quæ in manifesto circũcisio est in carne: sed qui
in occulto Iudæus est, & circuncisione cordis. Interro-
gate ergo corda vestra: Si ea circuncidit fides, si purga-
uit cõfessio: in vobis facta est Iudæa sanctificatio eius,
in vobis Israël potestas eius. Dedit enĩ vobis potestatẽ Ioan.1.a
filios Dei fieri. Iã verò recordetur vnusquisq; vestrûm,
cum Deo velit applicare cor, eiúsque suaui iugo rece-
dẽs à pristinis ignorantiæ suæ desideriis deuotũ animũ
subdere, carnalibúsq; huius mundi factis relictis atque

abiectis, in quibus sine fructu laborabat tanquã in Ægypto cùm lateres sub dura dominatione diaboli faceret, audita voce Domini dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã, desertis atque abiectis sub leuẽ Christi sarcinã currere: recordetur ergo vnusquisq; vestrûm quẽadmodum omnia secularia impedimenta cesserunt, diffidentiũ & diffuadentium voces aut erumpere non ausæ sunt, aut considerato Christi nomine per omnes terras exaltato, & honorato, tremefactæ siluerunt. Ergo mare vidit & fugit, vt tibi sine contradictione ad libertatem spiritalẽ panderetur via. Iordanis autẽ quemadmodum retrorsum cõuersus sit, nolo extra vos quæratis, nolo aliquid mali suspicemini. Increpat enim Dominus quosdã qui dorsum ad eum posuerunt, & non faciem. Et quisquis principium suũ deserit, & à suo creatore auertitur tãquam fluuius in mare, labitur in huius seculi amaricantem malitiã. Bonum ergo est illi, vt retrorsum conuertatur, fiat q; illi Deus ante faciem reuertenti, quem sibi à tergo posuerat, & fiat illi retrò mare huiꝰ seculi, quod sibi ante faciem, cùm illuc laberetur, effecerat, & sic obliuiscatur ea quæ retrò sunt, vt in ea quæ ante sunt extendatur: quod iã conuerso vrile est. Nanque antequã conuertatur, si ea quæ retrò sunt obliuiscitur, Deũ obliuiscitur: quia ipsum retrò fecerat ad quem dorsum posuerat. & si in ea quæ ante sunt extẽditur, in seculum extenditur, quia ipsum sibi ante faciem posuerat, quò auidus irruebat. Iordanis ergo illos significat, qui gratiam baptismi perceperunt: & sic Iordanis conuertitur retrorsum, cùm illi cõuertuntur ad Deum, vt eum iam retrò non habeant, sed reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eãdẽ imaginem transformentur à gloria in gloriam. Montes gestierunt velut arietes: fideles dispẽsatores verbi veritatis sancti Apostoli, sancti Euãgelij prædicatores. Et colles velut agni ouium. Hi sunt quibus dicitur: In Christo Iesu per Euangeliũ ego vos genui: hi sunt quibus dicitur: Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo: hi sunt de quibus dicitur: Afferte Domino filios arietum. Attendite per omnes terras qui nostis ista mirari, & gaudere atque cantare Domino Deo nostro: attendite ista cõpleri per omnes gentes, quæ ante tam longa tẽpora figuratè gesta atque prædicta sunt. Interrogate & dicite: Quid est tibi mare quòd fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum: montes quia gestistis velut arietes, & colles sicut agni ouium? Quid est ô seculum, quòd tua impedimenta cesserunt? Quid est ô tot milia hominũ toto orbe fidelium, huic mundo renunciantiũ, quòd ad vestrũ Dominum cõuertimini? Quid est quòd gaudetis, quibus in fine dicetur: Euge bone serue, quoniã in paucis fidelis fuisti, supra multa te cõstituã? Quid est quòd gaudetis, quibus in fine dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi? Respondebũt vobis hæc omnia, vósque ipsi respondebitis vobis: A facie Domini cõmota est terra, à facie Domini Dei Iacob.) Quid est, à facie Domini Dei Iacob: nisi eius præsentia, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum vsque in cõsummationem seculi? Commota est enim terra: sed quia malè pigra remanserat, commota est vt solidius firmaretur à facie Domini. Qui conuertit petram in stagna aquarũ, & rupes in fontes aquarum.) Seipsum enim & quãdam suam duritiam liquefecit ad irrigandos fideles suos, vt fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æternam: quia prius cùm ignoraretur, durus videbatur. Inde illi turbati sunt, & non expectauerũt, donec Scripturis apertis influeret atque inundaret in eos, qui dixerũt: Durus est hic sermo, quis potest eũ audire? Ista petra, ista duritia conuersa est in stagna aquarũ, & ista rupes in fontes aquarum: cùm resurgẽs exposuit eis, incipiens à Moyse per omnes Prophetas, quia sic oportebat Christũ pati, & misit Spiritum sanctũ, de quo dicebat: Si quis sitit, veniat & bibat. Non nobis Domine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam.) Gratia quippe ista erumpentis aquæ de petra, petra autem erat Christus, non quasi ex operibus præcedentibus data est: sed miserãte illo qui iustificat impiũ. Etenim Christus pro impiis mortuus est, ne vllam suã homines, sed nominis Dei quærerent gloriam. Super misericordiã, inquit, & veritatem tuã.) Hæc duo misericordiam & veritatem aduertite, in sanctis Scripturis quàm sibi sæpe iungantur. In sua quippe misericordia vocauit impios, & in veritate iudicat eos qui vocati venire noluerunt. Nequando dicãt gentes, vbi est Deus eorum? In nouissimo enim apparebit misericordia eius & veritas, quando signum filij hominis apparebit in cælo, & tunc plangẽt omnes tribus terræ, & non dicent: Vbi est Deus eorum, cùm eis nõ adhuc credendus prædicatur, sed iam tremendus ostenditur. Deus autẽ noster in cælo.) Sursum. Non in cælo vbi solem & lunam vident opera Dei quæ colunt, sed in cęlo sursum quod transgreditur omnia corpora cælestia & terrestria. Nec sic est in cælo Deus noster, quasi subtracto cælo ruinã sine sede formidet. In cælis enim & in terra. Omnia quæ voluit fecit.) Nec indiget operibus suis tanquã in eis collocetur vt maneat, sed in sua æternitate persistit, in qua manens oſa quæcunque voluit fecit in cælis & in terra. Neque enim iam eum portabant, vt ab eo fieri possent, quando nisi fierent eũ portare non possent. Ergo in quibus est ipse, tanquam indigentia continet, non ab eis tanquam indigens cõtinetur. Siue sic intelligatur, in cælis & in terra, omnia quæcunque voluit fecit, vel in superioribus vel in inferioribus populi sui voluntariam gratiam suam constituit, ne quis de operum meritis glorietur: quia siue montes gestiant velut arietes, siue colles velut agni ouium, à facie Domini commota est terra, ne in terrenis sordibus perpetuò remanerent.

Matth.11. d
Philip.3.c
2.Cor.3.d
1.Cor.4.c
Psal.28.
Matth.25.c
Matt.28.d
Ioan.4.b
Ioan.6.g
Luc.14.c
Ioan.7.f
1.Cor.10.a
Rom.4.a & 5.a

Concio secvnda, *de secunda parte Psalmi.*

Qvanqvam fortasse omniũ Psalmorum sit vna contextio diligenter intuentibus, ita vt nullus sequatur qui non superiori possit adiungi; tamen istũ ita cõsideremus, tanquam vterque vnus sit, iste scilicet ac superior. Namque cùm in illo dictum sit: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordiam tuam & veritatem tuam, ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum: quia inuisibilem Deũ colimus, qui nullorum corporeis oculis, cordibus autẽ paucorum mundissimis notus est, tãquam ideo possint dicere gentes, vbi est Deus eorũ, quia ipsi possint ostẽdere oculis deos suos: primò admonuit operibus sentire præsentiam Dei nostri, quia cùm sit in cælo sursum, in cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit. Et quasi diceret. Ostendant gentes deos suos. Simulacra, inquit, gentium argentũ & aurum, opera manuum hominum.) Id est, quamuis Deum nostrũ carnalibus oculis vestris non possimus ostendere, quem per opera intelligere debuistis: nolite tamen seduci vanitatibus vestris, quia vos ea quæ colitis digito potestis ostendere. Multo quippe honestius non haberetis quod possetis ostẽdere: quàm vt in eo quod istis oculis à vobis ostẽditur, vestri cordis cęcitas ostẽdatur. Quid enim ostẽditis, nisi aurum & argentum? Habent quidem ærea & lignea, & fictilia simulachra, & huiuscemodi alterius

Psal.134.

rius alteriúsque materiæ, sed pretiosum eorum maluit cõmemorare Spiritus sanctus: quia cũ eo quisq; quod illi charius est erubuerit, multo facilius auertitur à veneratione viliorum. Nam dictum est alio loco scripturarum de simulacrorum cultoribus: Dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuisti. Sed ne sibi sapientior videatur qui hoc non ligno & lapidi dixerit, sed auro & argento: huc aspiciat, huc aurẽ cordis intẽdat: Simulacra gentiũ argentum & aurũ. Non abiectũ aliquid & aspernabile nominatum est: & ei quidẽ animo qui terra non est, terra est & aurum & argẽtum, sed speciosior atque fulgẽtior, solidior atque firmior. Noli ergo addere manus hominũ, vt ex eo metallo quod fecit verus Deus, velis facere falsum Deum, imò falsum hominem, quẽ pro vero venereris Deo: quem quisquis pro vero homine in amicitiã reciperet, insaniret: Ducit enim & affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formæ similitudo, & membrorum imitata cõpago. Sed sicut fabricata singula ostendis, sic ostẽde officia singulorũ, quorum te effigies ò humana vanitas trahit. Os enim habent, & nõ loquentur: oculos habẽt, & non videbunt. Aures habẽt, & non audiẽt: nares habent, & nõ odorabunt. Manus habent, & non contrectabunt: pedes habent, & nõ ambulabunt, non clamabũt in faucibus suis.) Iã ergo artifex melior est eis, quia ea potuit membrorũ motu atque officio fabricare: quẽ tamen artificem te vtique puderet adorare. Melior & tu quãuis ea non feceris, quoniam quæ illa non possent facis. Melior est etiã bestia: ad hoc enim additũ est, nõ clamabunt in faucibus suis. Nãque cùm superius dixisset, Os habent, & nõ loquẽtur: quid opus erat postquã à capite vsque ad pedẽ membra decursa sunt de fauciũ clamore repetere: nisi credo quia illa quæ de cæteris membris cõmemorabat, cõmunia esse hominibus belluísq; sentimus? Nam & vident & audiũt, & olfaciunt, & ambulãt, & quædã sicut simiæ manibus contrectãt. Illud autem quod de ore dixerat, propriũ est hominis, quoniam bestiæ non loquuntur. Ne quis autem ad sola humanorum membrorũ opera referret quę dicta sunt, & diis gentium solos homines anteponeret: post omnia subdidit, dicens: Non clamabunt in faucibus suis, quod rursum hominibus pecoribúsque commune est. Quod si primò dixisset, cùm ab ore cœpit mẽbra percurrere: Os habent, & non clamabunt, cuncta etiam sic ad naturam hominis referrentur, nec facilè ibi quicquam de cõmunione ferarum sensus audientis aduerteret. Cùm verò illud de ore dixit, quod hominis propriũ est, & post enumerationẽ partium corporis, quàm cõmemoratis pedibus terminasse videbatur, adiunxit: Non clamabũt in faucibus suis: lectorẽ vel auditorem fecit intentũ, vt dum quęrit cur additum sit, admoneri se inueniat simulacris gentiũ non tantùm homines, sed etiam belluas se debere præponere: vt si pudeat adorare bestiam quã fecit Deus videntem, audientem, odorantem, cõtrectantem, ambulantem, clamantẽ in faucibus suis, viderent quàm pudẽdum esset adorare mutum, & carens vita sensúque simulacrum: cui ad hoc inesset similitudo mẽbrorum, vt anima carnalibus sensibus dedita, quasi viuẽti atque animatæ formæ applicaret affectum, cùm ea videret quæ in suo corpore viua atque animata sentiret. Quanto ergo magis vel melius mures atque serpentes & id genus animantium colerent, quæ de simulacris gentium, si ita dicendum est, quodãmodo iudicant, in quibus quia non sentiunt humanam vitã, non curant humanam figuram? Itaque in eis plerunque nidificant, & nisi humanis motibus deterreantur, nulla sibi habitacula munitiora conquirũt. Mouet ergo se homo, vt viuentem bestiam à suo Deo deterreat: & illum nõ se mouentem quasi potentẽ colit, à quo meliorẽ deterruit. Deterruit enim videntem à cæco, audientẽ à surdo, clamantem à muto, ambulãtem ab immobili, sentientem ab insensato, viuentem à mortuo, imò deteriore quàm mortuo. Mortuũ quippe sicut manifestum est nõ viuere, ita manifestum est aliquãdo vixisse. Quapropter D eũ qui nec viuit nec vixit, profectò & mortuus antecedit. Quid hoc manifestius, fratres mei dilectissimi? Quid euidẽtius? Quis puer interrogatus nõ hoc certum esse respondeat, quòd simulacra gentiũ os habẽt, & non loquentur, oculos habẽt, & non videbunt, & cætera quæ diuinus sermo contexuit? Cur ergo tãtoperè Spiritus sanctus curat scripturarũ plurimis locis hæc insinuare atq; inculcare veluti inscientibus, quasi non omnibus apertissima sint atque notissima: nisi quia species mẽbrorum, quã naturaliter in animantibus viuentẽ videre, atque in nobisipsis sentire consueuimus, quanquã vt illi asserunt, in signo aliquo fabrefacto atque eminẽti collocato suggestu, cùm adorari atque honorari à multitudine cœperit, parit in vno quoq; sordidissimum erroris affectum, vt quoniã in illo figmento non inuenit vitalẽ motum, credat numen occultũ: effigiem tamen viuenti corpori similẽ, seductus forma & cõmotus autoritate quasi sapiẽtium institutorum obsequentiũmq; turbarum, sine viuo aliquo habitatore esse non putat. Hinc & mala dæmonia ad possidenda gentium simulacra talis hominum affectus inuitat, quorũ præsidentium varia fallacia mortiferi seminantur & multiplicantur errores. Aliis itaque locis etiam contra ista diuinæ literæ vigilant, ne quisquã dicat, cùm irrisa fuerint simulacra? Nõ hoc visibile colo, sed numẽ quod illic inuisibiliter habitat. Ipsa ergo numina in alio psalmo eadẽ Scriptura sic damnat: Quoniam dij gentium, inquit, dæmonia: Dominus autem cælos fecit. Dicit & Apostolus: Non quòd idolum sit aliquid, sed quoniam quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & nõ Deo. Et nolo vos socios fieri dæmoniorũ. Vidẽtur autẽ sibi purgatioris esse religionis qui dicunt: Nec simulacrum nec dæmonium colo, sed per effigiem corporalem eius rei signũ intueor, quam colere debeo. Ita verò interpretãtur simulacra, vt alio dicãt significari terrã, vnde templum solent appellare Telluris; alio mare sicut Neptuni simulacro, alio aërẽ sicut Iunonis, alio ignẽ sicut Vulcani, alio luciferum sicut Veneris, alio solẽ, alio lunam, quorũ simulacris eadem nomina sicut telluris imponunt: alio illud, alio illud sidus, vel illam vel illam creaturam: neq; enim cũcta enumerare sufficimus. De quibus rursus cùm exagitari cœperint, quòd corpora colãt, maximéque terram, & mare, & aërem, & ignem, quorum nobis vsus in promptu est (Nam de cælestibus quoniam nostro ea corpore contrectare atque contingere, nisi oculorum radiis non valemus, non ita erubescunt) respõdere audent, non se ipsa corpora colere, sed quæ illis regendis præsident numina. Itaque Apostoli vna sententia pœnam istorum dãnationẽmque testatur: Qui transmutauerunt, inquit, veritatem Dei in mendacium: & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus Deus in secula. Nam priore parte huius sententię, simulacra damnauit: posteriori autem, interpretationes simulacrorũ. Effigies enim à fabro factas appellando nominibus earum rerum quas fabricauit Deus, transmutant veritatem Dei in mendacium: res autem ipsas pro diis habendo & venerando, seruiunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Quis autem adorat vel orat intuẽs simulacrum qui nõ sic afficitur, vt ab eo se exaudiri putet, ab eo sibi præstari quod desiderat speret? Itaque homines talibus

Hier.2.f
Psal.134.
Psal.95.
1.Cor.10.e
Rom.1.e

superstitionibus obligati, plerũque ad ipsum solẽ dorsum ponentes preces fundunt statuę, quã solem vocãt: & cùm sonitu maris à tergo feriantur, Neptuni statuã quã pro ipso mari colũt, quasi sentientẽ gemitibus feriũt. Hoc enĩ facit & quodãmodo extorquet illa figura mẽbrorũ, vt animus viuẽs in sensibus corporis magis arbitretur sentire corpus quod suo corpori simillimũ videt: quàm rotundum solẽ vndásque diffusas, & quicquid non eisdẽ lineamentis formatũ cõspicit, quibus illa formata sunt quę viuẽtia videre cõsueuit. Cõtra hunc affectũ quo humana & carnalis infirmitas facilè capi potest, cantat Scriptura Dei res valde notissimas, quibus cõmemoret, & tanquã excitet mẽtes hominũ in consuetudine corporũ dormiẽtes. Simulacra, inquit, gentiũ argentũ & aurũ. Sed Deus fecit argentũ & aurum. Opera, inquit, manuũ hominum. Hoc enim venerãtur, quod ipsi ex auro argẽtóque fecerunt. Sed enim & nos pleraque instrumẽta & vasa ex huiusmodi materia vel metallo habemus in vsum celebrãdorum sacramentorũ, quę ipso ministerio cõsecrata sancta dicuntur, in eius honorẽ cui pro salute nostra inde seruitur. Et sunt profectò etiã ista instrumenta vel vasa, quid aliud quàm opera manuũ hominũ? Veruntamen nunquid os habẽt, & nõ loquẽtur? Nunquid oculos habẽt, & nõ videbunt? Nunquid eis supplicamus, quia per ea supplicamus Deo? illa causa est maxima impietatis insanæ, quòd plus valet in affectibus miserorũ similis viuẽti forma quæ sibi efficit supplicari, quàm quòd eam manifestũ est nõ esse viuentẽ vt debeat à viuente contẽni. Plus enim valẽt simulacra ad curuandã infelicem animã quòd os habent, oculos habent, aures habent, nares habẽt, manus habẽt, pedes habẽt, quàm ad corrigendã quòd nõ loquẽtur, non videbũt, non audient, nõ odorabunt, nõ contrectabũt, nõ ambulabunt. Itaq; sequitur, vt illud quoque fiat quod etiã in hoc Psalmo sequitur: vt scilicet Similes illis fiant omnes qui faciũt ea, & oẽs qui confidunt in eis.) Videãt ergo isti apertis & sentientibus oculis, & adorẽt clausis & mortuis mẽtibus, nec vidẽtia, nec viuẽtia simulacra. Domus autẽ Israël sperauit in Dominũ.) [Rom. 8.c] Spes enim quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod nõ videmus speramus, per patiẽtiã expectamus. Sed vt perduret vsque in finem ipsa patientia, Adiutor eorũ & protector eorũ est.) An fortasse spiritales, à quibus carnales instruuntur in spiritu mansuetudinis, quia ipsi tanquã superiores pro inferioribus supplicant, iam vidẽt, & illis iã res est quæ adhuc inferioribus spes est? Non est ita. Nam & domus Aarõ sperauit in Dominũ.) Ergo vt etiã ipsi perseueranter extendantur in ea quæ ante sunt, & perseuerãter currant donec apprehendãt in quo apprehensi sunt, & cognoscant sicut & cogniti sunt: Adiutor & protector eorũ est. Vtriq; enim timẽt Dominũ, & sperauerunt in Dominũ, adiutor eorum & protector eorũ est.) Neque enĩ nos meritis nostris pręuenimus misericordiã Dei: sed, Dominus memor fuit nostri, & benedixit nos. Benedixit domum Israël, benedixit domũ Aaron.) Vtrosq; autẽ benedicẽs, Benedixit oẽs timẽtes Dominum.) Quæris quos vtrosque? Respondetur, Pusillos cũ magnis.) Hoc est, domum Israël cum domo Aaron, eos vtique qui ex ipsa gẽte crediderunt in saluatorẽ Iesum, quia non in omnibus illis [Rom. 3.a] bene placuit Deo. Sed si quidã illorum nõ crediderũt, nũquid incredulitas illorũ fidem Dei euacuauit? Absit. Neque enim oẽs qui sunt ex Israël, hi sunt Israëlitę; neque qui semẽ sunt Abraham, omnes filij: sed sicut scri- [Rom. 9.a.f] ptum est, Reliquiæ saluæ factæ sunt. Ex persona enim eorũ qui inde crediderunt: dicitur: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semẽ, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Sed ideo semẽ, quia sparsum per terras multiplicatum est; dixerũt enim magna de domo Aarõ, Adiiciat Dominus super vos, super vos & super filios vestros.) Et ita factum est. Accesserunt enim etiã de lapidibus suscitati filij Abrahã. [Matt. 3.c] Accesserunt oues quæ nõ erant de hoc ouili, vt fieret vnus grex, & vnus pastor. [Ioan. 10.b] Accessit fides oĩm gentium, & creuit numerus nõ solùm sapientiũ antistitum, sed etiã obedientium populorũ, adiiciẽte Domino nõ solùm super patres, qui ad illũ in Christo cæteros †imitatores præirent [al. imitaturi], sed etiã super filios eorũ, qui patrum pia vestigia sequerentur. Nã sic ait ille quos per Euangeliũ in Christo genuerat: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. [1. Cor. 4.d] Adiecit itaque Dominus: Non solùm super mõtes gestiẽtes sicut arietes, sed etiã super colles, id est, gẽtes sicut agni ouiũ. Proinde his vtrisq; magnis & pusillis, mõtibus & collibus, arietibus & agnis dicit propheta quod sequitur, Benedicti vos Domino, qui fecit cælũ & terrã.) Tanquã diceret, Benedicti vos Domino qui vos fecit cælũ in magnis, terrã in pusillis: sed cælũ non istud visibile, plenũ luminaribus ad hos oculos pertinentibus: Cælũ enim cæli Domino.) Qui erexit & sublimauit quorundã sanctorum mẽtes intantũ, vt nulli hominũ, sed ipsi Deo suo dociles fierẽt: in cuius cæli cõparatione quicquid carneis oculis cernitur, terra dicẽda est, quam dedit filiis hominũ, vt eius cõsideratione siue ab ea parte quæ superillustrat, sicut est hoc quod dicitur cælũ, siue ab ea quæ subter illustratur, cui propriè terra nomẽ est, cùm totũ sicut commemorauimus, in illius cõparatione, quod cęlum cæli dicitur, terra sit. Terram ergo istã totã dedit filiis hominum, vt eius cõsideratione quantũ possunt coniiciant creatorem: quẽ infirmis adhuc cordibus sine isto coniecturæ adminiculo videre non possunt. Est & alius intellectus à quo dissimulare non debeo, verborũ istorũ, quibus dictũ est, Cælum cæli Domino, Terram autem dedit filiis hominũ.) Vt ab eo quod diximus & intelleximus, nõ recedat intẽtio. Dixeramus enĩ, magnos & pusillos significari etiã eo quod adiectũ est, Benedicti vos Domino qui fecit cælũ & terram. Si ergo magnos cęli, pusillos autẽ terrę nomine accipimus, quoniã pusilli crescendo futuri sunt cælũ, & in ipsa spe lacte nutriuntur: sic sunt illi magni cælũ terræ, cũ paruulos nutriunt, vt etiã cælũ cæli se esse intelligant, dum cogitãt in qua spe paruuli nutriãtur. Sed tamen quia iã illi non ab homine, neque per hominẽ, sed per ipsum Deũ carpunt synceritatẽ vbertatémque sapientiæ, acceperunt paruulos futuros quidẽ cælũ, vt cælũ cæli se esse sciãt: adhuc tamen terrã cui dicatur, Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed Deus incremẽtum dedit. [1. Cor. 3.b] Ipsis enim filiis hominũ quos fecit cęlum, terrã dedit in qua operẽtur, qui nouit terræ prouidere per cælum. Maneãt igitur cælũ & terra in Deo suo qui fecit ea, & viuãt ex eo, cõfitentes ei & laudantes eũ: nã si ex se velint viuere, moriẽtur, sicut scriptũ est, A mortuo quasi qui non sit, perit confessio. [Eccl. 17.d] Sed, Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descẽdunt in infernum.) Clamat enim alio loco tua scriptura, Peccator dum venerit in profundũ malorum, contemnit. [Prou. 18.a] Sed nos qui viuimus, benedicimus Dominum, ex hoc & vsque in seculum.

IN PSALMVM CXIIII. ENARRATIO.

DILEXI, quoniam exaudiet Dominus vocem deprecationis meæ.) Cantet hoc anima que peregrinatur à Domino, cantet hoc ouis illa quæ errauerat, cantet hoc filius ille qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est: cantet hoc anima nostra, fratres filij charissimi. Erudiamur & permaneamus, & cũ sanctis ista cantemus, Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem deprecationis meæ. Nunquid ipsa diligendi causa est, quoniam Dominus exaudiet vocẽ deprecationis meæ? ac nõ potius aut ideo diligamus quia exaudiuit, aut ideo diligimus vt exaudiat? Quid est ergo, dilexi, quoniã exaudiet? An quia dilectionem spes solet accẽdere, dilexisse se dicit, quoniã sperauit exauditurum Deum vocẽ deprecationis suæ? Vnde autem hoc sperauit? Quoniam inclinauit, inquit, aurem suam mihi, & in diebus meis inuocaui.) Ergo ideo dilexi, quoniam exaudiet: ideo exaudiet, quoniam inclinauit aurẽ suam mihi: sed vnde scis, ô anima humana, quòd [1. Cor. 13.d] inclinauit Deus aurẽ suam tibi, nisi dicas credidi? Manent ergo tria hęc, fides, spes & charitas. Quia credidisti, sperasti: quia sperasti, iam dilexisti. Iam si quærã vnde crediderit anima inclinasse sibi aurem Deũ suum: [Rom. 8.f] nónne respondebit, quia prior dilexit nos, & filio pro- [Rom. 10.c] prio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ? Quomodo enim inuocabunt in quem nõ crediderũt? ait doctor gentium. Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicãte? Aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Cùm ergo hæc omnia gesta erga me cernerẽ, quomodo nõ crederem quòd inclinauit aurẽ suam mihi? Et sic commendauit in nobis dilectionẽ suã, vt Christus pro impiis moreretur. Cùm igitur hæc mihi annunciarẽt spe- [Rom. 5.a] ciosi pedes eorum qui annunciauerunt pacem, qui an- [Esaiæ. 52.b] nunciauerunt bona, quia omnis qui inuocauerit nomẽ [Ioel. 2.g] Domini, saluus erit: credidi aurẽ eius inclinatam mihi, & in diebus meis inuocaui. Et qui sunt dies tui, quoniã [Galat. 4.a] dixisti, in diebus meis inuocaui? An fortè illi dies quibus venit plenitudo temporis, & misit Deus filium suũ [1. Cor. 6.a] qui iam dixerat, Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te? Audisti ex ore pręedicatoris venie- [Esaiæ. 52.b] tis ad te pedibus speciosis, Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis: & credidisti, & in diebus tuis inuocasti & dixisti, O Domine erue animam meam. Sunt quidem ista. Sed dies meos magis, inquit, possum dicere dies miseriæ meę, dies mortalitatis meæ: dies secundũ Adam plenos laboris & sudoris, dies secundũ vetustatem putredinis. Ego enim iacens, infixus in li- [Psal. 68.] mo profundi: & in alio psalmo exclamaui, Ecce veteres posuisti dies meos. In his diebus meis inuocaui. Distant quippe dies mei à diebus Domini mei. Dies meos dico, quos ipse mihi feci priuata audacia, qua deserui eũ. Et quoniã vbiq; ipse regnat: & est omnipotẽs atque omnitenens, merui carcerem: id est, ignorantiæ tenebras, & cõpedes mortalitatis accepi. In his diebus [Psal. 141.] meis inuocaui, quia & ego alibi clamo, Educ de carcere animã meã. Et quoniã in die salutis quã mihi præstitit, adiuuit me, intrat in conspectu eius gemitus cõpeditorũ. In his enim diebus meis Circũdederũt me dolores mortis, pericula inferni inuenerũt me.) Quæ nisi aberrantẽ abs te non inuenirent me, nunc autẽ illa me inuenerunt: ego verò ea non inueniebam, qui gaudebã prosperis seculi, in quibus plus fallunt pericula inferni. Sed posteaquam & ego Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.) Latebat enim me tribulatio & dolor vtilis: tribulatio de qua dat auxiliũ, cui dictum est, Da nobis auxilium de tribulatione, & [Psal. 59.] vana salus hominis. Ego enim de vana salute hominis gaudendum & exultãdum arbitrabar, sed cùm audis- [Matt. 5.a] sem à Domino meo. Beati lugẽtes, quoniam ipsi consolabuntur, nõ expectaui vt prius amitterem bona tẽporalia, quibus male †vtebar [al. oblectabar], & tunc lugerẽ: sed attende in eandem ipsam animam meam, qua talibus oblectabat, quæ & amittere formidarem, & tenere nõ possem. Attendi in eam vehementer, & fortiter, & me nõ solùm excruciari aduersitatibus huius seculi, sed etiam obligari prosperitatibus vidi: atque ita tribulationem & dolorem qui me latebat inueni, & nomen Domini inuocaui. O Domine erue animam meam.) Miser enim [Rom. 7.d] ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, nisi gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrum? Dicat igitur sanctus populus Dei, Tribulationẽ & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui: & audiant reliquiæ gentium quæ nondum inuocant nomen Domini. Audiant & quærant, vt inueniant tribulationem & dolorem: & inuocent nomen Domini, & salui fiant. Non hoc eis dicimus vt quærant miseriam quam non habent, sed vt inueniant eam quam nescientes habent. Neque hoc eis optamus, vt terrena necessaria desint eis, quibus indigent dum mortaliter viuunt: sed vt hoc plangant quod amissa satietate cælesti, terrenis nondũ ad fruendũ †stabilibus bonis, sed ad sustẽ- [al. his talibus] tandum necessariis indigere meruerunt. Agnoscant & lugeant istam miseriam: faciat eos beatos lugẽtes misericordia, quę eos esse semper miseros noluit. Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur.) Misericors & iustus, & miseretur. Misericors primũ, quia inclinauit aurem suam mihi: & nesciebã propinquasse aurem Dei mei ori meo, nisi per illos speciosos pedes excitarer vt inuocarem. Quis enim eum inuocauit, nisi quem ipse prior vocauit? Hinc ergo primũ misericors. Iustus autẽ quia flagellat: & iterum miseretur, quia re- [Hebr. 12.b] cipit. Flagellat autem omnẽ filium quem recipit. Nec tam mihi amarũ debet esse quòd flagellat, quàm dulce quod recipit. Quomodo enim nos flagellat? Custodiẽs paruulos Dominus.) Quos grandes quærit hæredes. Quis enim est filius cui non det disciplinam pater eius? Humiliatus sum, & saluum me fecit.) Saluum me fecit, quia humiliatus sum. Non enim pœnalis sed salutaris dolor est, quem secando medicus fecit. Conuertere, inquit, anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.) Non meritis aut viribus tuis, sed quoniam Dominus benefecit tibi. Quoniã exemit, inquit, animam meam à morte.) Mira res est charissimi, quòd cùm dixisset in requiem conuertendam animam suã, quoniam benefecit ei Dominus: subiecit, Quoniã exemit animam meam de morte. Ideóne in requiem cõuerteretur, quia exempta est à morte? Nónne magis in morte requies dici solet? Quæ tandem eius actio est, cuius vita requies, & mors inquietudo? Talis ergo actio debet esse animæ quæ tendat ad quietem securitatémque, non quæ augeat inquietum laborem. Quoniã [Matt. 11.d] exemit animam meam de morte, qui misertus eius dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suaue est, & sarcina mea leuis est. Mitis itaque & humilis corde, tanquã viam Christum sequens, debet esse animæ actio tendentis ad requiem, nõ tamen pigra & [Eccles. 3] desidiosa: vt cursum consummet, sicut scriptum est, In mansuetudine opera tua perfice. Etenim ne mãsuetudo ad segnitiem duceretur, adiunctum est, opera tua perfice. Neque enim sicut in ista vita somni requies nos reparat ad actionem, sed actio bona perducit ad semper vigilantem quietem. Ille autem hæc cũcta pręstat, cuncta exhibet Deus, de quo hic dicitur, Quoniã Dominus benefecit mihi, quoniam exemit animam meam à morte, Oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.) Hæc enim in spe cõpleta erga se cantat, quisquis huius carnis vinculum intelligit. Verè quippe di- [Psal. [illegible]] ctũ est, Humiliatus sum, & saluũ me fecit. Sed & illud

Apostoli verè dicitur, Quoniam spe salui facti sumus.
Rom.8.c Et de morte quidē quòd exempti sumus, rectè dicitur
iā esse cōpletum, vt mortē intelligamus nō credentiū,
Matt. 8.c de qualib⁹ ait: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos
Psal.113. & illud in superiori psalmo, Non mortui laudabunt te
Domine, neque omnes qui descēdunt in infernū, sed
nos qui viuimus benedicimus Dominū. Ex hac ergo
morte potest recte intelligere homo fidelis iam exemptam esse animā suam, eo ipso quòd ex infideli fidelis
effecta est. Vnde ipse Saluator, Qui creditin me, inquit,
Ioan.5.d trāsitum facit à morte ad vitā. Cætera verò spe cōpleta
sunt, in eis qui nondū ex hac vita emigrarunt. Nūc
enim cum lapsus nostros periculosissimos cogitamus,
nō cessant à lachrymis oculi. Tūc autē eximet oculos
nostros à lachrymis, quādo & pedes à lapsu: quia tunc
nullus erit lapsus ambulantiū pedum, quādo infirmæ
carnis nullū erit lubricū. Nunc verò quamuis firma sit
nostra vita quæ Christ⁹ est, tamē quia carnē nobis quā
iubemur edomare substernimus: in ipso prorsus opere
quo eam subditā castigamus, non in ea cadere magnū
est. Non autē in ea labi, quis potest? Quapropter quia
& in carne sumus, & in carne nō sumus: in carne enim
sumus eo vinculo quod nondū solutū est, q̄ dissolui &
Phili.1.d esse cū Christo multo magis optimū: non autē sumus
in carne ex eo quod spiritus primitias dedimus Deo, si
tamē possumus dicere, quia conuersatio nostra in cęlis
est: tāquā capite placeamus Deo, pedibus autē tanquā
extremis animæ partibus adhuc lubricum sentiamus.
Audi quemadmodū ad spē pertineat, quod ita canitur
velut iam sit effectū: Exemit, inquit, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu: & tamen non ait, Placeo,
sed, Placebo in cōspectu Domini, in regione viuorū.)
Satis ostēdēs ab ea parte nondū se placere in cōspectu
Domini quæ est in regione mortuorum, id est, in carne
mortali. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt. Vnde quod sequitur, & dicit idē Apostolus, Vos
Rom.8.b autē non estis in carne: secundū id dicit quòd corpus
quidē mortuū est propter peccatū, spirit⁹ autē vita est
propter iustitiā: secundū quē placebāt Domino, quia
secundū ipsum in carne non erant. Quis autē placeat
Deo viuo, in corpore mortuo? Sed quid ait? Si autē spiritus eius qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit, & mortalia corpora vestra propter spiritum
qui habitat in vobis. Tūc erimus in regione viuorū, ex
omni parte placentes in cōspectu Domini, ex nulla ab
eo parte peregrini. Quādiu enī sumus in corpore, peregrinamur à Dño nostro: & inquātū inde peregrinamur, intantū non sumus in regione viuorū. Cōfidimus
autem & bene arbitramur magis peregrinari à corpore, & immanere ad Dominū: & ideo ambimus, siue immanentes, siue peregrinantes, placentes illi esse. Ambimus quidē nunc, quia expectamus adhuc redēptio-
1.Cor.15.g nē corporis nostri: sed cùm absorpta fuerit mors invictoriā, & corruptibile hoc induerit incorruptionē, &
mortale hoc induerit immortalitatem, tūc nullus erit
fletus, quia nullus lapsus: & nullus lapsus, quia nulla
corruptio. Et ideo iam nō ambiemus placere, sed omnino placebimus in conspectu Dñi in regione viuorū.

IN PSALMVM CXV. ENARRATIO.

2.Thess.3.a NOTISSIMVM arbitror esse sāctitati vestræ quod
ait Apostolus: Nō enim est omniū fides. Et quod
maior esse soleat infidelium multitudo, non ignoratis:
Rom.10.c propter quod dicitur: Domine quis credidit auditui
Philip.2.c nostro? Inter quos etiam illi numerātur, de quibus dicit
& 1.c idem Apostolus: Omnes sua quærunt, non quæ Iesu
Christi: quos alio loco dicit nō ex veritate, sed ex occasione prædicare verbum Dei, non castè, id est, nō ex
A animo puræ & syncerę charitatis. Aliud enim sentiebāt, quod in eorū moribus apparebat: & aliud prædicabant, vt sancto nomine placerent hominibus. Nā de
his iterū dicit: Neque enim isti Deo seruiūt, sed suo vētri: quos tamen Christū annūciare permittit. Quamuis
Rom.16.c enim ea potius crederent quæ ipsi faciebant vt morerentur, ea tamen prædicabant, quæ si alij credentes facerent, saluarentur: non enim aliud annunciabant prēter regulā fidei, Eos quippe excludit Apostolus, dicēs:
Galat.1.a Si quis vobis annunciauerit præter id quod accepistis,
anathema sit. Illi nō Christum annunciant qui annunciant falsitatē: quia Christus veritas est. De istis autem
Ioan.14.a dicit quòd Christum annuncient, sed non castè: id est,
Philip.1.c non animo simplici & puro, & fide syncera quæ per dilectionē operatur. Terrenis quippe cupiditatibus con-
Galat.5.a sulentes, regnum cælorum annunciabant, habentes in
pectore falsitatem, in lingua veritatem. Sciens itaque
B Apostolus etiam per Iudam euangelizantē credentes
esse liberatos, istos quoque ita permittit: Siue, inquit,
occasione siue veritate Christus annuncietur. Verita-
Philip.1.c tē quippe annunciabant, etiam si nō veritate, id est, nō
vero animo. Isti loquuntur quod non credunt, & ideo
reprobati sunt, quāuis sint vtiles eis quos instruit Do-
Matt.23.a minus, dicens: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt,
facere nolite: dicunt enim, & nō faciūt. Vnde, nisi quia
vtilia non credunt esse quæ dicunt? Sunt autem alij qui
credunt, & non loquuntur quod credunt, vel pigritia
vel timore. Nā & ille seruus quamuis talentū habuerit,
tamē quia erogare noluit, audit à Domino iudice, Ser-
Matth.25.c ue nequā & piger. Et alio Euāgelij loco dictū est, quòd
Ioan.12.g multi ex principibus Iudæorū credidissent in eum, sed
non eū cōfitebātur, ne expellerentur de synagogis, sed
etiā ipsi reprehensi atq; improbati sunt. Sequitur enim
Euangelista dicens: Amauerunt enim gloriā hominū
magis quàm Dei. Si ergo & illi qui verū quod loquun-
C tur, non credunt, & illi qui verū quod credunt, non lo-
quuntur, meritò reprobantur: quis erit seruus verè di-
Matth.25.c cēdus fideli, nisi ille cui dicitur, Euge serue bone, quo-
niā in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam,
intra in gaudiū domini tui? Talis itaq; seruus nec ante-
quā credat loquitur, nec cùm crediderit, tacet: ne vel
sic eroget vt ipse nō habeat, vel quòd habet nō erogā-
Matt.13.b do nō habeat. Sicut enim dictū est, Qui habet, dabitur
ei: sic, qui autē non habet, & quod habet auferetur ab
eo. Dicat ergo iste bonus seruus cantans Halleluia:) Id
est, sacrificans Domino sacrificium laudis, ei à quo auditurus est, Intra in gaudiū domini tui, exultet & dicat.

Expositio Psalmi.

CREDIDI propter quod locutus sum.) Hoc est,
perfectè credidi. Non enim perfectè credunt, qui
quod credunt loqui nolūt, Ad ipsam enim fidem pet-
Matt.10.d tinet etiam illud credere quod dictum est, Qui me cō-
D fessus fuerit coram hominibus, confitebor eum co-
ram angelis Dei. Ex hoc enim est appellatus fidelis ille seruus, non tantum quia accepit, sed quia impendit
Matt.25.e atque lucratus est. Ita & hoc loco non ait, Credidi, &
locutus sum: sed propter hoc dicit se locutū esse quia
credidit. Simul enim credidit, & quod præmiū loquēdo sperare, & quam pœnam tacendo timere deberet.
Credidi, inquit, propter quod locutus sum. Ego autē
humiliatus sum nimis.) Passus enim est multas tribulationes propter verbum quod fideliter tenebat, fideliter impendebat: & humiliatus est nimis. Quod illi timuerunt, qui amauerunt gloriam hominū magis quā
Dei. Sed quid est, ego autem? Diceret potius, Credidi propter quod & locutus sum, & humiliatus sum nimis. Cur addidit, ego autem, nisi quia homo humiliari

potest

potest ab eis qui veritati contradicunt, nō ipsa veritas
1.Tim.2.b quā credidit & loquitur? Vnde & Apostolus, cùm de
catena sua diceret: Sed sermo, inquit, Dei non est alligatus. Sic & iste, quia ipse est vna persona sanctorū testium, hoc est, martyrum Dei: Credidi, inquit, propter
quod locutus sum. Ego autem, nō illud quod credidi,
non sermo quem protuli, sed ego humiliatus sum nimis. Ego autem dixi in ecstasi mea, omnis homo mendax. Ecstasin pauorem dicit, quem cōminantibus persecutoribus, & impendentibus passionibus cruciatus
aut mortis, humana infirmitas patitur. Hoc enī intelligimus, quia in isto psalmo vox martyrū apparet. Nam
& alio modo dicitur ecstasis, cū mēs non pauore alienatur, sed aliqua inspiratione reuelationis assumitur.
Ego autē dixi in ecstasi mea, omnis homo mēdax. Cōterritus enim respexit infirmitatem suā, & vidit nō de
se sibi esse præsumendū. Quantū enim ad ipsum hominem pertinet, mēdax est, sed gratia Dei verax effectus
est: ne pressurisinimicorū cedens nō loqueretur quod
B crediderat, sed negaret: sicut Petro accidit, quoniā de
se præsumpserat, & docendus erat de homine non esse
præsumendū. Et si de homine non debet quisque præsumere, vtique nec de seipso: quia homo est. Bene ergo
iste vidit in pauore suo omnē hominē esse mendacē:
quia & illi qui nullo pauore vanescunt, ne persequentibus cedendo mentiantur, muneribus Dei tales sunt,
non viribus suis. Proinde verissimè dictum est: Omnis
homo mendax: sed deus verax qui ait: Ego dixi, dij es-
Psal.81. tis, & filij altissimi oēs. Vos autē sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Consolatur
humiles, & implet eos, non solùm fide credendæ, sed
etiā fiducia prædicandæ veritatis: si perseueranter subdantur Deo, nec imitentur vnū ex principibus diabolū, qui in veritate non stetit & cecidit. Si enim omnis
homo mendax, intantū non erunt mendaces, inquantū nō erunt homines: quoniā dij erunt, & filij altissimi
omnes. Hoc itaque considerans deuotissimus populus
C fideliū testiū, quomodo infirmitatē humanā Dei misericordia nō relinquat, in cuius infirmitatis pauore dictū est: Omnis homo mendax: quomodo cōsoletur &
humiles, & impleat spiritu fiducię trepidātes, vt penè
mortuo corde reuiuiscāt, nec in semetipsis fidētes sint
sed in eo qui suscitat mortuos, & linguas infantiū facit
disertas, qui ait: Cùm autem tradēt vos, nolite cogita-
Sap.10.d re quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis
Matt.10.c in illa hora quid loquamini: Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.
Hæc ergo omnia considerās ille qui dixerat, Ego dixi
in pauore meo, omnis homo mendax, & videns gratia
Domini se factū veracē: Quid retribuā, inquit, Domino
pro omnibus quæ retribuit mihi?) Non ait, pro omnibus quæ tribuit mihi: sed, pro omnibus quæ retribuit
mihi. Quæ igitur præcesserāt hominis, vt omniū donorū Dei non attributio, sed retributio vocari possit?
D Quæ præcesserāt hominis nisi peccata? Retribuit ergo
Deus bona pro malis, cui homines retribuūt mala pro
Matth.21.d bonis. Hæc enim retribuerunt qui dixerūt: Hic est hæres, venite occidam⁹ eū. Sed quærit iste quid retribuat
Domino, & non inuenit, nisi ex eis, quæ ipse Dominus
retribuit. Calicē, inquit, salutaris accipiam, & nomen
Domini inuocabo.) O homo peccato tuo mēdax, dono Dei verax, & ideo iam non homo, quis tibi dedit
calicem salutaris, quem accipiens & inuocans nomen
Domini retribues ei pro omnibus quæ retribuit tibi?
Matth.20.c Quis nisi ille qui ait: Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum? Quis tibi dedit imitari passiones suas,
nisi qui propter te passus est prior? Ideóque, Pretiosa in
conspectu Domini mors sanctorum eius.) Emit eam
sanguine suo quē prior fudit pro salute seruorū, ne pro
Domini nomine serui fundere dubitarent, quod tamē
eorum non Domini vtilitati proficeret. Confiteatur
itaque conditionem suam mancipiū tanto pretio cōparatum, & dicat: O Domine, ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ:) Ergo & emptus est, & vernaculus est. An cum matre simul est emptus? An quia vernaculus est propter peccata fugæ suæ deprædatus, & ideo emptus, quia redemptus est? Filius enim est ancillæ secundū quod omnis creatura subdita creatori est, & verissimo Domino verissimū debet famulatū: quē cùm exhibet libera est, hanc accipiens à Dño gratiam, vt ei non necessitate, sed voluntate deseruiat.
Ergo iste filius est Hierusalē cælestis, quæ sursū est, ma-
Galat.4.d ter omniū nostrūm libera. Et libera quidē peccato, sed
ancilla iustitiæ: cuius filiis adhuc peregrinātibus dici-
Galat.5.b tur: Vos in libertatē vocati estis. Sed rursus eos seruos
Rom.6.c facit, dicens: Sed in charitate seruite inuicem. Quibus
itē dicitur: Cùm serui eratis peccato, liberi eratis à iustitia: nūc verò liberati à peccato, facti autē serui Deo,
habetis fructū vestrū in sanctificationē, finē verò vitā
æternā. Dicat ergo Deo seruus iste: Multi se martyres
dicunt, multi seruos tuos, quia nomē tuū habēt in variis hæresibus & erroribus: sed quia præter ecclesiam
tuā sunt, non sunt filij ancillæ tuæ, ego autē seruus tuus
& filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis.) Neque enim inueni vlla merita mea, quando tu dirupisti vincula mea, ideo sacrificium laudis tibi debeo: quia etsi gloriabor quòd seruus tu⁹ sim, & filius ancillæ tuę, nō in me, sed in te Dño
meo gloriabor, qui dirupisti vincula mea, vt à fuga rediens religarer tibi. Vota mea Domino reddam.) Quæ
vota redditurus es? Quas vouisti victimas? Quæ incensa? Quæ holocausta? An ad illud respicis quod paulo
ante dixisti: Calicē salutaris accipiā, & nomē Domini
inuocabo, & tibi sacrificabo sacrificiū laudis? Et reue-
C ra quisquis benè cogitat quid voueat Domino, & quæ
vota reddat, seipsum voueat, seipsum reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Inspecto numo Dñs dicit: Reddite
Matt. 22. e Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Imago
sua reddatur Cęsari, imago sua reddatur Deo. Sed qui
meminit non solum seruum se esse Dei, sed & filiū ancillæ Dei: videt vbi reddat vota sua, cōformatus Christo per calicem salutaris. In atriis, inquit, domus Domini.) Quæ domus Dei est, hęc ancilla Dei est. Et quę domus Dei, nisi omnis populus eius? Ideo sequitur: In cōspectu omnis populi eius.) Et apertius iam nominat ipsam matrē. Quid est enim aliud populus eius, nisi quod
sequitur: In medio tui Hierusalē?) Tunc est enim quod
redditur gratū, si de pace atque in pace reddatur. Qui
autem filij huius ancillæ nō sunt, bellum potius quàm
pacem amauerunt. Nę quis autem existimet atria domus Domini, & omnem populum eius Iudæos significari, quia ita clausit iste psalmus, vt diceret: In medio
tui Hierusalē, cuius nomine carnales Israelitæ gloriātur: audite sequentē psalmum, qui quatuor versiculis
continetur.

IN PSALMVM CXVI. ENARRATIO.

Expositio Psalmi.

LAVDATE Dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi.) Hæc sunt atria domus Domini, ille omnis populus eius, hæc vera Hierusalem.
Audiant magis illi, qui huius ciuitatis filij esse noluerunt: cùm se ab omniū gentiū communione præciderunt. Quoniam confirmata est super nos misericordia
eius, & veritas Dñi manet in æternum.) Hæc sunt duo
illa, misericordia & veritas, quæ in cēresimo termode-

cimo psalmo memoriæ commendanda commonui. Confirmata est autē super nos misericordia Domini, cùm eius nomini per quod liberati sumus, inimicarum gentium rabida ora cesserunt: & veritas Domini manet in æternum, siue in eis quæ promisit iustis, siue in eis quæ minatus est impiis.

IN PSALMVM CXVII. ENARRATIO.

AVDIVIMVS fratres admonentē nos atque hortantem spiritum sanctum, vt sacrificium confessionis offeramus Deo. Confessio autē, vel laudis eius est, vel peccatorum nostrorum. Et illa quidē confessio qua peccata nostra Deo cōfitemur, omnibus nota est: ita vt hanc solam dici confessionem in Scripturis sanctis minus erudita existimet multitudo. Nam vbi hoc verbum lectoris ore sonuerit, continuò strepitus pius
Psal. 41. pectora tundentiū consequitur. Sed debent aduertere quomodo dictum sit in alio Psalmo, Quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domū Dei: In voce exultationis & confessionis, soni festiui- B tatem celebrantis. Hic enim certè manifestū est, vocē confessionis & sonum, non ad mærorem pœnitentiæ, sed ad lætitiam festiuitatis celeberrimæ pertinere. Aut si de tā manifesto testimonio quisquā adhuc dubitat, quid dicturus est ad illud quod in Ecclesiastico scri-
Eccles. 39. c ptum est, Benedicite Dominū omnia opera eius, date nomini ipsius magnificentiam, & cōfitemini in laudē ipsius in canticis labiorū & in citharis, & sic dicetis in confessione, quoniam omnia opera Domini bona nimis? Hic certè nullus vel tardissimus ambigit cōfessionem in Dei laudibus poni: nisi fortè tanta est in cuiusquam mēte peruersitas, vt dicere audeat etiam ipsum Dominū Iesum Christum peccata sua patri esse confessum. Quod si aliquis impius propter nomen cōfessionis tentaret obiicere, facillimè refelleretur ipsa cō-
Math. 11 d textione verborum. Sic enim loquitur: Cōfiteor tibi, inquit, pater Domine cæli & terræ, qui abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater, quoniam sic placitum fuit coram te. Quis nō C cum intelligat in laude patris hæc dicere? Quis nō videat istam confessionem non ad dolorē cordis sed ad gaudium pertinere, cùm etiam præcesserit Euangeli-
Luc 10. d sta dicens: In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto & dixit, Cōfiteor tibi pater? Quapropter charissimi, quoniam nullo modo est dubitandum, tot congruentibus testimoniis, quorum similia in Scripturis per vosipsos potestis aduertere, non tantum in peccatis, sed & in laudibus Dei confessionē diuinis literis solere nominari: quid congruentius, in hoc psalmo quando Halleluia) cantamus, quod est, Laudate Dominum, nos admoneri intelligimus cùm audimus,

Expositio Psalmi.

CONFITEMINI Domino,) quàm idipsum, scilicet vt laudemus Deum? Non potuit laus Dei breuius explicari, quàm vt diceretur, Quoniā bonus est.) Quid sit grandius ista breuitate, non video, cùm ita sit proprium Deo quòd bonus est, vt à quodā compellatus ipse filius Dei cùm audiret, Magister bone, ab eo scilicet qui carnem eius intuens, & diuinitatis eius plenitudinem non intelligens, solum hominē arbitraba-
Marc. 10. c tur: respōderet, Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi vnus Deus. Quod quid est aliud dicere, quā si me bonū vis appellare, intelligè & Deū. Sed quoniā populo dicitur in prænunciatione futurorum liberato ab omni labore & captiuitate peregrinationis, & ab omni permixtione iniquorum, quod ei per gratiā Dei præstitum est, non solùm non retribuentis mala pro malis, sed etiam retribuentis bona pro malis: cōueniētissimè adiunctum est, Quoniam in seculū misericordia eius. Dicat autem domus Israël quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat autē domus Aaron, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui timet Dominum, quoniam in seculum misericordia eius.) Recognoscitis credo charissimi, quę sit domus Israël, quę sit domus Aaron: & quoniam vtrique sunt timentes Dominum. Ipsi enim sunt pusilli cum magnis, iam in alio psalmo bene insinuati cordibus vestris: quorum numero nos omnes in eius gratia qui bonus est, & in seculum misericordia eius, sociatos esse gaudeamus, quoniam exauditi sunt qui dixerunt, Aiidciat Dominus super vos, super vos & super filios vestros, vt Israē- Psal. 113.
litis in Christū credētibus, ex quorū numero sunt Apostoli patres nostri, & ad eminentiam perfectorū, & ad obedientiā paruulorū adiungeretur numerus gentiū: vt dicamus omnes facti vnū in Christo, facti vnus grex sub pastore vno, & corpus illius capitis tāquā vnº homo dicamus, In tribulatione inuocaui Dñm, & ex- B audiuit me in latitudine.) Angustia nostræ tribulationis finitur: latitudo autē quo transimus, non habet terminū. Rom. 8. f Quis enim accusabit aduersus electos Dei? Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo.) Sed nunquid solos homines habet inimicos ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi caro & sanguis? Sed ait Apostolus, Nō est nobis collu- Ephes. 6. b
ctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarū harum: id est, rectores iniquorū, munduū istum diligentiū: & propterea tenebrarū, quia & nos fuimus aliquando tenebræ, nunc Ephes. 5. b autem lux in Domino. Aduersus spiritalia, inquit, nequitiæ in cælestibus: id est, diabolum & angelos eius: quē diabolū alio loco dicit principem potestatis aëris huius, Audi ergo quod sequitur, Dominus mihi adiu- Ephes. 2. a
tor est, & ego despiciam inimicos meos.) Ex quolibet genere inimici exurgāt, siue ex numero malorū hominū, siue ex numero malorū angelorū: in Domini adiu- C torio despicientur, cui confitemur laudē, cui cāmus Halleluia. Despectis autem inimicis, non sic mihi tanquam bonus homo se amicus opponat, vt ipse in se spē meā iubeat collocari. Bonū est enim cōfidere in Dño, quàm confidere in homine.) Nec quisquis secundum quendā modū dici potest angelus bonus, sic à me cogitetur, vt in eo confidere debeā. Nemo enim bonus, Marc. 10. c nisi solus Deus. Et cùm videtur adiuuare homo vel angelus, cùm hoc vera dilectione faciūt: ille per eos facit qui eos pro modo eorum bonos fecit. Bonū est ergo sperare in Dño, quā sperare in principibus.) Nā & angeli dicti sunt principes, sicut in Daniele legimus, Mi- Dan. 12. a
chaël princeps vester. Omnes gētes circūdederūt me, & in nomine Dñi vltus sum eos, circūdantes circūdederūt me, & in nomine Domini vltus sum eos.) Quòd ait, Omnes gētes circūdederūt me, & in nomine D Domini vltus sum eos: significat ecclesiæ labores atque victoriā. Sed quasi causa quæreretur, vnde tanta mala superare potuerit: respectū est ad exēplū, & dixit quid primò passa sit in capite suo, addendo quod sequitur, Circumdantes circundederunt me. Et bene ibi non repetitum est, omnes gentes, quòd à Iudæis solis factū est. Et in nomine Domini vltus sum in eos: quia illic ipse pius populus, quod est corpus Christi persecutores sensit, de quorum genere caro illa suscepta & suspensa est, & pro quo factum est quicquid ab illa interiore diuinitate per exteriorem carnem virtute immortali mortaliter factum est. Circundederunt me sicut apes fauum, & exarserunt velut ignis in spinis, & in nomine Domini vltus sum eos.) Hic iam ex ordine gestarū rerum, etiam verborum ordo contexitur.

Nam

Nam ipsum Dominū caput ecclesiæ rectè accipimus circundatū à persecutoribus, sicut circumdat apes fauum. Quid enim ab ignorantibus gestum sit, mystica A subtilitate Spiritus sanctus loquitur. Mel quippe apes operantur in fauis. Nescientes autē persecutores Domini, fecerunt eum nobis ipsa passione dulciorem: vt
Psal. 33. gustemus & videamus quàm suauis est Dominus qui
Rom. 4. d mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram. Iam verò quod sequitur, Et exarserunt velut ignis in spinis: in eius corpore, hoc est, in populo vbique diffuso melius intelligitur: quē circundederunt omnes gentes, cùm sit collectus de omnibus gentibus. Exarserunt quippe velut ignis in spinis, quando peccatricem carnem atque huius mortalis vitæ molestissimas compunctiones, persecutionis incēdio cremauerūt. Et in nomine, inquit, Domini vltus sum eos, Siue quia & ipsi, malitia quæ in eis iustos persequebatur extincta, Christiano populo sociati sunt: siue quia cęteri eorū qui contēpserunt hoc tē- B pore vocantis misericordiā, veritatē iudicantis in fine sensuri sunt. Tanquā cumulus arenæ impulsus sum vt cadere, & Dominus suscepit me.) Quamuis enim esset iam magna multitudo credentiū, quasi arenę innumerabili cōparanda, & in vnam societatem tanquam in cumulū ducta, tamē quid est homo nisi quòd memor
Psal. 8. es eius? Non dixit, abundantiam numeri mei, numerus gentiū superare nō valuit: sed Dominus, inquit, suscepit me. Multitudinē ergo fideliū in vnitate fidei simul habitantem persecutio gentiū quo impelleret, vt deiiceret non habebat, quando in eum creditū est, qui & singulos & omnes vbique susciperet: quia eis inuocātibus nusquā deesse potuisset. Fortitudo mea & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutē.) Qui ergo cadunt cùm impellūtur, nisi qui sua sibi fortitudo, & sua sibi volunt esse laudatio? Nullus quippe in certamine cadit, nisi cuius fortitudo & laudatio cadit. Qua propter cuius fortitudo & laudatio est Dominus, tam non cadit quàm nō cadit Dominus. Et ideo eis factus C in salutē, non quia ipse aliquid factus est quod antè nō erat: sed quia ipsi cùm in eum crederent, quod non erant facti sunt, & iam ipse non sibi, sed illis, quod auersis à se non erat, salus cœpit esse conuersis. Vox lętitiæ & salutis in tabernaculis iustorū.) Vbi vocem mæroris & exitij putabāt esse qui in eorū corpora sæuiebāt. Non enim sentiebant interiora gaudia sanctorum de
1. Cor. 6. b spe futura. Vnde & Apostolus dicit: Quasi tristes, sem-
Rom. 5. a per autem gaudentes: & iterū: Nō solùm autē, sed etiā gloriamur, inquit, in tribulationibus. Dextera Domini fecit virtutē.) Quam virtutē dicit? Dextera, inquit, Domini exaltauit me.) Magna virtus exaltare humilē, deificare mortalem, præbere de infirmitate perfectionem, de subiectione gloriā, de passione victoriā, dare auxilium de tribulatione: vt afflictis vera salus Dei patescceret, affligentibus autē vana salus hominis remaneret. Magna hæc. Sed quid miraris? Audi quid repe- D tat. Non homo se exaltauit, non homo se perfecit, nō sibi homo gloriam dedit, non homo vicit, non homo sibi saluti fuit: Dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed viuam, & enarrabo opera Domini.) At illi stragem funerum vbique facientes, Ecclesiam Christi mori arbitrabantur. Ecce nunc enarrat opera Domini. Vbique Christus beatorum martyrum gloria est. Vicit vapulando ferientes, patiendo impatientes, diligendo sæuientes. Tamen cur tanta indigna pertulit corpus Christi: sancta ecclesia, populus in adoptionē, indicet nobis: Emendans, inquit, emendauit me Dominus, & morti non tradidit me.) Non ergo quicquā viribus suis licuisse arbitretur fremitus impiorum. Nō haberet istam potestatem, nisi sibi data esset desuper: Sæpe filios paterfamilias per nequissimos seruos emē- A dari iubet: cùm illis hæreditatem, illis compedes prēparet. Quæ est ista hæreditas? Auri est, an argenti, an gemmarum, aut fundorum, amœnorumque prædiorum? Vide qua intretur, & cognosce quid sit. Aperite, inquit, mihi portas iustitiæ.) Ecce audiuimus portas. Quid est intus? Ingressus, inquit, in eas confitebor Domino.) Illa confessio laudis Dei est admirabilis vsque ad domum Dei. In voce exultationis & confessionis, Psal. 41. soni festiuitatem celebrantis. Hæc est æterna beatitudo iustorum, quia beati sunt qui in habitant in domo Dei, in secula seculorum laudantes eum. Sed vide quē- Psal. 83. admodū intretur in portas iustitiæ. Hæ portæ Domini, inquit, iusti intrabunt in eas.) Has saltem nemo intrat iniustus, in illam Hierusalem, quæ non recipit incircumcisum, vbi dicitur, Canes foris. Satis sit quòd Psal. 119. in longinqua peregrinatione mea inhabitaui cum tabernaculis Cedar, & cum his qui oderunt pacem erā pacificus: Pertuli vsque in finem permixtionem malorum, sed hæ portæ Domini, iusti intrabunt in eas. Cōfitebor tibi Domine quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.) Quàm sæpe ostēditur laudis esse ista confessio, non vulnera medico ostendens, sed de percepta sanitate gratias agens. Ipse autem medicus salus est. At istum quem dicimus? Lapidem quem reprobauerunt ædificātes.) Nam. Hic factus est in caput anguli.) Vt duos conderet in se in vnum nouum hominem faciens pacem, & connecteret vtrosque in vno corpore Deo, circumcisionem scilicet & præputium. A Domino factus est is. Id est, caput anguli à Domino factus est. Quamuis enim hoc non esset factus, nisi passus esset: non tamen hoc ab eis à quibus passus est, factus est. Nam illi qui ædificabant, reprobauerunt. sed in eo quod Domin' occultè ædificabat, fecit in caput anguli quod illi reprobauerunt. Et est mirabilis in oculis nostris.) In oculis interioris hominis, in oculis credentiū, sperantiū, diligentiū: non in oculis carnalibus eorū qui quasi hominē cōtēnendo reprobauerūt. Hic est dies quē fecit Dominus.) Meminit iste homo se dixisse in superioribus Psalmis, Quoniam inclinauit Psal. 114. aurem suā mihi, & in diebus meis inuocaui: dies suos cōmemorans veteres. Vnde modò dicit, Hic est dies quem fecit Dominus: id est, quo mihi salutē dedit. Hic est dies de quo dixit Dñs, Tēpore acceptabili exaudi- Esa. 49. c
ui te, & in die salutis adiuui te: id est, dies de quo ille 2. Cor. 6. a
mediator factus est in caput anguli. Exultemus ergo & iocundemur in eo. O Domine saluū me fac, ô Domine bene prospetare.) Iterū verò quia dies salutis est, saluū me fac. Quia de lōginqua peregrinatione reuer- Psal. 119. tentes seiungimur ab eis qui oderant pacē cum quibus eramus pacifici, & cùm loqueremur eis, debellabant nos gratis: bene prospera iter redeuntibus, quia tu nobis factus es via. Benedictus enim qui venit in
D nomine Domini.) Maledictus ergo ille qui venit in nomine suo: sicut in Euāgelio dicit, Ego veni in nomine Ioan. 5. g patris mei, & nō accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Benediximus vos de domo Domini.) Credo quód ista vox magnorum est ad pusillos, eorum scilicet magnorum qui verbum Deum apud Deum sicut in hac vita possunt, mente contingunt: & tamen sermonem suum propter paruulos temperant, vt possint syncetiter dicere quod ait Apostolus: Siue enim mente excessimus Deo, siue 2. Cor. 5. c temperantes sumus vobis, charitas enim Christi compellit nos. Ipsi enim paruulos benedicunt de interiore domo Domini, vbi laus illa in secula seculorum nō deficit: & ideo videre quid inde annuncient,

[Matt. 21.] Deus Dominus, & illuxit nobis.) Dominus ille qui venit in nomine Domini, quẽ reprobauerũt ædificantes, [1.Tim.2.b] & factus est in caput anguli: Mediator ille Dei & hominũ homo Christus Iesus Deus est, ęqualis est patri, & illuxit nobis, vt quod credidimus intelligeremus, & vobis nondum intelligentibus, sed credentibus enunciaremus. Vt autẽ & vos intelligatis, Cõstituite diem festum in confrequentationibus, vsque ad cornu altaris.) Id est, vsque ad interiorem domũ Dei, de qua vos benediximus, vbi sunt altaria excelsa. Cõstituite diem festum, non tepidè ac segniter, sed in cõfrequentationibus. Ipsa est enim vox exultationis so- [Psal. 41.] ni festiuitatem celebrantis, ambulantium in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Si enim est ibi spiritale sacrificiũ, sempiternum sacrificiũ laudis: & sacerdos sempiternus est, & altare sempiternum pacata mens ipsa iustorum. Hoc apertius dicimus fra- [Ioan.1.b] tres, quicunque Deum verbum intelligere volunt, nõ eis sufficiat caro quod propter eos verbum factũ est, vt lacte nutrirentur: nec in terra sufficiat iste dies festus quo agnus occisus est, sed constituatur in confrequentationibus, quousque perueniatur, exaltatis à Domino mentibus nostris, vsque ad eius diuinitatem interiorẽ, qui nobis exteriorẽ humanitatẽ lacte nutriendis præbere dignatus est. Et quid tibi aliud, nisi laudes eius cãtabimus? Quid ibi aliud dicemus, nisi, Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te: Confitebor tibi Domine, quoniã exaudisti me, & factus es mihi in salutẽ?) Nõ strepitu verborum ista dicemus, sed dilectio inhęrens illi per semetipsam clamat istam vocẽ: & dilectio ipsa vox est. Itaque sicut cœpit laudem, ita terminat: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.) Hinc cœpit Psalmus, huc desinit: quoniam sicut ab initio quod deseruimus. ita in finem quò redimus, non est aliquid quod salubriùs delectet, quã laus Dei, & semper halleluia.

IN PSALMVM CXVIII. ENARRATIO.

Procœmium in Psalmum octonarium, vel alphabeticum, vel halleluiaticum.

PSALMOS omnes cęteros quos codicem Psalmorum nouimus continere, quod Ecclesiæ consuetudine Psalterium nuncupatur, partim sermocinando in populis, partim dictando exposui, donante Domino, sicut potui: Psalmum verò centesimum octauumdecimum, non tam propter eius notissimam longitudinẽ, quàm propter altitudinem paucis cognoscibilem differebam. Et cùm molestissimè ferrẽt fratres mei, eius solius expositionem quantum ad eiusdem corporis Psalmos pertinet deesse opusculis nostris, méque ad hoc soluendum debitum vehementer vrgerent, diu petentibus iubẽtibúsque nõ cessi: quia quotienscunq; inde cogitare tentaui, semper vires nostrę intentionis excessit. Quanto enim videtur apertior, tanto mihi profundior videri solet, ita vt etiam quam sit profundus, demonstrare non possim. Aliorũ quippe, qui difficilè intelliguntur, etiamsi in obscuritate sensus latet, ipsa tamen apparet obscuritas. Huius autem nec ipsa: quoniam talem præbet superficiem, vt lectorẽ atque auditorem, nõ expositorem necessarium habere credatur. Et nunc quòd tandẽ ad pertractionẽ eius accedo, quid in eo possim, prorsus ignoro: spero tamen vt aliquid possim, affuturũ atque adiuturũ Deum. Sic enim feci de omnibus quæcunque sufficiẽter cùm prius mihi ad intelligendum vel explicandum difficilia ac penè impossibilia viderentur exposui. Statui autem per sermones id agere, qui proferũtur in populis, quas Græci ὁμιλίας vocant. Hoc enim iustius esse arbitror, vt conuentus ecclesiastici non fraudentur etiã Psalmi huius intelligentia: cuius vt aliorum delectari assolẽt cãtilena. Sed sit hucusque procœmium. Iam de ipso est loquendum, de quo istuc visum est præloquendum.

Concio prima.

AB exordio suo magnus Psalmus iste, charissimi, [Con. 4. seri. di. 49. de beatit.] exhortatur nos, vt quęramus beatitudinẽ, quam nemo est, qui nõ expetat. Quis enim vnquam vel potest, vel potuit, vel poterit inueniri, qui esse nolit beatus? Quid igitur ea exhortatione opus est ad eã rẽ quã sua sponte appetit animus? Nam profectò qui exhortatur, id agit, vt excitetur volũtas eius cũ quo agit, ad illud propter quod exhortationis exhibetur alloquiũ. Vt quid ergo nobiscũ agitur, vt velimus, quod nolle nõ possumus: nisi quia omnes quidẽ beatitudinẽ concupiscunt, sed quomodo ad eam perueniatur, plurimi nesciũt? Ideóque hoc docet iste, qui dicit, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.) Tanquam [Aleph. א] diceret: Scio quid velis, beatitudinem quæris. Si ergo vis esse beatus, esto immaculatus. Illud enim omnes, hoc autẽ pauci volunt, sine quo non peruenitur ad illud quod omnes volunt. Sed vbi erit quisque immaculatus, nisi in via? In qua via, nisi in lege Domini? Ac per hoc, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, non superfluò nobis dicitur, sed exhortatio necessaria nostris mentibus adhibetur. Quid enim boni sit ad quod multi pigri sunt, id est, immaculatos ambulare in via, quæ lex est Domini: sic ostenditur, cùm beatos esse, qui hoc faciũnt, indicatur, vt propter illud quod omnes volunt, etiam hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum quippe esse, tam magnum est bonum, vt hoc & boni velint, & mali. Nec mirum est, quòd boni propterea sunt boni, sed illud est mirũ, quòd etiã mali propterea sunt mali, vt sint beati. Nã quisquis libidinibus deditus, luxuria stuprísque corrumpitur, in hoc malo beatitudinẽ quærit, & se miserum putat, cùm ad suæ concupiscentiæ voluptatem lætitiámque nõ peruenit: beatum verò non dubitat se iactare, cùm peruenit. Et quisquis auaritiæ facibus inardescit, ad hoc cõgregat quocũque modo diuitias, vt beatus sit. Quicũque molitur inimicorũ sanguinẽ fundere, quicunque desiderat dominationẽ, quisquis affectat crudelitatẽ suã explere, quisquis alienis cladibus pascitur, in omnibus sceleribus beatitudinẽ quærit. Hos igitur errãtes, & veram miseria falsã beatitudinẽ requirẽtes, reuocat ad viam, si audiatur vox ista diuina, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: Tãquã dicens, Quò [al. vtinam.] itis? Peritis & nescitis. Non illac itur quà pergitis, quò peruenire desideratis. Nam vtique beati esse cupitis: sed misera sunt, & ad maiorẽ miseriã ducũt itinera ista quæ curritis. Tam magnũ bonũ quęrere per mala nolite. Si ad illud peruenire vultis, huc venite, hac ite. Vię peruersæ relinquite malignitatẽ, qui nõ potestis relinquere beatitudinis voluntatẽ. Frustra tẽdẽdo fatigamini, quò perueniendo inquinamini. Non autẽ beati inquinati in errore, qui ambulant in peruersitate seculi: sed, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Quid porrò adiungat attendite, Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non mihi videtur aliud his verbis commemoratum beatorum genus, quàm illud quod antè dictum est. Nam scrutari testimonia Domini, & eum in toto corde exquirere, hoc est, immaculatum in via, & in lege Domini ambulare. Denique sequitur & dicit, Non enim qui operantur iniquitatẽ, in viis eius ambulauerũt.) Si ergo ambulantes in via, id est, in lege Domini, ipsi sunt scrutãtes testimonia eius, & in toto corde exquirentes eum: profectò qui operantur iniquitatem, non scrutantur testimonia eius. Et tamen nouimus operarios iniquitatis ad hoc scrutari testimonia Domini, non quòd iam rectè viuant, sed vt sciant quemadmodum viuere debeant. Tales ergo nõdum immaculati ambulãt in lege Domini, ac per hoc nõdum beati. Quomodo ergo intelligendum est: Beati qui scrutantur testimonia eius: cùm videamus homines eius scrutari testimonia non beatos, quia non immaculatos? [Matth. 23.a] Nam scribæ & pharisæi super cathedrã Moysi sedentes, de quibus Dominus ait: Quæ dicũt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciũt: vtique scrutabantur testimonia Domini, vt haberent quæ dicerent bona, quamuis facerent mala. Sed hos omittamus. Rectè quippe respondebitur nobis, quòd [Matth. 6.a] isti non scrutãtur testimonia Domini. Non enim quærunt ipsa, sed aliud quærunt per ipsa: id est, vt glorificentur ab hominibus, vel ditẽtur. Non est hoc scrutari testimonia Dei, non diligere quod ostendunt, & nolle peruenire quò ducunt, id est ad Deum. Nam etsi ipsi scrutentur testimonia Dei, quamuis non vt ipsum, sed vt aliud ex his inueniant & acquirant, certè nõ in toto corde exquirunt eum, quod non frustra hic additum cernimus, Sciens enim spiritus, qui hæc dicit, multos propter aliud, non propter quod constitutum est scrutari testimonia eius: non tantùm dixit, Beati qui scrutantur testimonia eius: sed addidit, in toto corde exquirũt eũ: tanquã docens quẽadmodũ, vel propter [Prouer. 1.d] quid scrutanda sint testimonia Dñi. Denique in libro Sapientiæ loquẽs ipsa sapientia, Quærunt, inquit, me mali, & non inuenient: oderunt enim sapientiã. Quod quid est aliud, quàm oderũt me? Quærũt ergo me, ait, & non me inueniunt qui oderũt me. Quomodo igitur dicuntur quærere quod oderunt, nisi quia nõ hoc, sed aliud ibi quærunt? Nõ enim volũt esse sapiẽtes in Dei gloriã, sed volunt videri sapientes propter hominum gloriã. Quomodo enim sapientiã non oderũt, quæ iubet & docet contẽnendũ esse quod diligunt? Proinde, Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege Dñi, Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eũ. Sic enim scrutando testimonia eius, vt in toto corde exquirant eũ, immaculati ambulãt in lege Domini. Nunquid tamen ille non scrutabatur testimo- [Matth. 19.b] nia eius, nec quærebat eũ qui dicebat: Magister bone, quid boni faciam, vt vitam æternã consequar? Sed quomodo eum in toto corde quæsiuit, cuius consilio [Esa. 55.b] diuitias suas prætulit, quo audito tristis abscessit? Nam & propheta Esaias dicit: Quærite Dominum. Et cùm inueneritis eum, derelinquat impius vias suas, & vir iniquius cogitationes suas? Quærunt itaque Deum & impij & iniqui, vt eo inuento nõ sint impij nec iniqui. Quomodo ergo iam beati, cùm adhuc testimonia eius scrutantur, & exquirunt eũ, cùm hoc facere possint & impij & iniqui? Beatos autem esse impios & iniquos, quis vel impius dixerit aut iniquus? Ergo spe beati, sicut: Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã: non propter quod adest quamdiu mala patiũtur, sed propter quod aderit: quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. [Matth. 5.b] Et: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: nõ quia esuriunt & sitiunt, sed propter quod sequitur, quoniã ipsi saturabuntur: &, Beati qui plorant: non quia plorant, sed propter quod sequitur, quia ridebunt. Proinde, Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirũt eum: non quia scrutantur & exquirunt, sed quia inuẽturi sunt quod exquirunt. In toto enim corde, nõ negligenter exquirunt. Si ergo spe beati, fortassis etiam spe immaculati. Nam profectò in hac vita licet in lege Domini ambulemus, licet scrutemur testimonia eius, & in toto corde exquiramus eum: si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas [1.Ioan. 1.d] in nobis nõ est. Sed hoc diligentius inquirẽdũ est: Sequitur quippe: Non enim qui operantur iniquitatẽ, in viis eius ambulauerunt. Ex quo videri potest, qui ambulant in via Domini, id est, in lege Domini, scrutãdo testimonia eius, & in toto corde exquirendo eum, iã esse posse immaculatos, hoc est sine peccato, propter verba sequentia: Non enim qui operantur iniquitatẽ, in viis eius ambulauerunt. Qui autẽ peccatum facit, & iniquitatem facit, ait beatus Ioannes: & addidit, Pec- [1.Ioan. 3.a] catum iniquitas est. Sed iam sermo iste claudẽdus est, nec in angustum tanta quæstio coarctanda.

Concio secunda.

SCRIPTVM est & legitur & verũ est in hoc Psalmo: Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. Sed elaborandum est, opitulante Deo in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, ne [Sap. 7.c] rectè dictũ, nõ rectè intellectũ, lectorẽ auditorémue perturbet. Hucusque cauendũ est, plus verò habet cõtra Pelagianistas. Cauendũ est enim, ne omnes sancti, quorum illa vox est, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non [1.Ioan. 1.d] est: aut nõ putentur ambulare in viis Dñi, quoniã peccatum iniquitas est, & qui operantur iniquitatem, non vtique in viis eius ambulauerunt: aut quia dubium non est eos ambulare in viis Domini, non credantur habere peccatũ, quod proculdubio falsum est. Neque enim propter arrogantiam superbiámque vitandã scriptũ est: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus: alioqui nõ adderetur, & veritas in nobis nõ est: sed diceretur, humilitas in nobis non est: præsertim quia sequitur vnde iste sensus clarius illustretur, omnésque auferat dubitationis ambages. Cùm enim hoc beatus Ioannes dixisset, adiunxit: Si autẽ confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & [Ibidem.] iustus qui nobis peccata nostra dimittat, & mũdet nos ab omni iniquitate. Quid hic dicit, quid contradicit dãnabilis impietatis elatio? Si enim propter arrogantiam deuitandã, non propter veritatẽ fatendã, dicũt sancti se habere peccatum, quid est quod confitentur vt remissionẽ mundationémq; mereantur? An & hoc fit, vt arrogantia deuitetur? Quomodo ergo impetrabitur peccatorum vera mundatio, quorũ est falsa confessio? Conticescat igitur & arescat elatio fœnea superborũ seipsam seducens, quæ in auribus hominũ simulata humilitate dicit se habere peccatum: in corde autem sua impia elatione dicit se non habere peccatũ. Qui enim hoc dicunt, seipsos seducũt: & veritas in eis non est. Sed quando in auribus hominũ hoc dicũt: nõ tantum seipsos, sed & alios quosque doctrinæ insanæ peruersitate seducunt. Cùm verò id in corde suo dicũt, illic seipsos seducunt, illic veritas in eis non est: ac per hoc in corde seipsos seducunt, & in suo corde veritatis lumẽ amittunt. Exclamet autem sancta familia Christi fructificans & crescens in vniuerso mundo, humiliter verax & veraciter humilis: exclamet inquã, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos [Ibidem.] seducimus, & veritas in nobis non est. Quod si cõfessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus vt dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Hæc vt dicuntur, ita sentiantur. Tunc enim erit humilitas vera, si non solùm ostendetur in lingua, vt simus secundum Apostolum, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non, ait, colloquentes, sed [Rom. 12.c] consentientes: quod nõ fit ore, sed corde. Hypocrita,

si dicis te habere, cùm credas te non habere peccatũ: foris fingis humilitatem, intus amplecteris vanitatẽ. [A] Ergo & in ore & in corde non habes veritatem. Quid tibi prodest videri hominibus humile esse quod dicis, si Deus videt altum esse quod sapis? Certè si auribus diuinum insonaret oraculũ, Noli altum dicere: nec sic immeritò damnareris, si humile in ore coram hominibus, & altum in corde coram Domino loqueris. Cũ verò audias, Noli altum sapere, sed time, nõ enim ait, [Rom.11.c] dicere, sed sapere: cur non etiam intus es humilis vbi sapis? An ideo mens altitudine inflatur, vt † humilitatem [al. humilitate] lingua mentiatur? Legis vel audis. Noli altum sapere, sed time: & tu in tantum sapis altum, vt te peccatum existimes non habere? Ac per hoc quia non vis timere, nihil tibi aliud remanet quã timere. Et vnde, inquis, scriptum est: Non enim qui operatur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt? An verò sancti Domini non ambulant in viis Domini? Quòd si ambulant in viis Domini, non operantur iniquitatem. Si non operantur iniquitatem, non habent peccatum: quoniam [B] [1.Ioan.3.a] peccatum iniquitas est. Exurge in adiutoriũ mihi Domine Iesu, & contra hæreticum superbientẽ opitulare mihi per Apostolum cõfitentem. Ecce, vbi est homo tuus exinaniens se, vt impleatur te ipso? Ipsum audiamus fratres charissimi, ipsum de hac quæstione, si placet, imò quia placet interrogemus. Dic nobis Paule beatissime, vtrũ ambulaueris in viis Domini, cùm in carne adhuc viueres? Respondet, Et vnde dicebam, [Philip.3.c] Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus? [2.Cor.12.f] Vnde dicebã, Nunquid circumuenit vos Titus? Nónne eodẽ spiritu ambulauimus? Nónne iisdẽ vestigiis? [2.Cor.5.a] Vnde dicebam, Quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino? Per fidem enim ambulamus, non per [Rom.1.b] speciem. Quæ certior via Domini, quàm fides ex qua [Philip.3.c] iustus viuit? In cuius alterius viæ itinere ad superna tendebã, quando dicebam, Vnum autẽ quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundũ intẽtionẽ [2.Tim.4.b] sequor ad palmã supernæ vocationis Dei in Christo Iesu? [C] Postremò in qua alia via cucurreram quando dicebam: Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui? Satis sint ista responsa, quibus apostolũ Paulum in viis Domini ambulasse discimus: sed ab illo & aliud inquiramus. Dic obsecro, ô Paule, quãdo adhuc in carne viuẽs in viis Dñi ambulabas, habebas peccatum, an sine peccato eras? Audiamus vtrũ se ipse seducat, an verò quod beatus Ioãnes eius coapostolus sapiat: quoniã veritas erat in eis. Et hic ergo re- [1.Ioan.1.d] spõdet: Nónne legistis vbi confiteor dicẽs: Non enim quod volo facio bonũ: sed quod nolo malũ hoc ago? [Rom.7.c] Et hoc audiuimus. Iam itaq; illud interrogemus: Quomodo in viis Domini ambulabas, si malũ quod nolebas, hoc agebas: cùm Psalmus sanctus intonet dicens: Non enim qui operãtur iniquitatẽ, in viis eius ambu- [Ibidem.] lauerunt? Audi continuò respondentẽ per sententiam consequentem: Si quod nolo inquit, ego hoc facio, iã ego nõ operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Ecce quemadmodum qui ambulant in viis Domini, non operantur peccatum, & tamen non sunt sine peccato: quia iam non ipsi operãtur iniquitatẽ, sed quod habitat in eis peccatum. Hic dicit aliquis: Quomodo agebat quod nolebat malum: & quomodo ipse nõ id agebat, sed quod habitabat in illo peccatum? Interim iam ista quæstio soluta est, satisque apparuit Scripturę autoritate canonicæ, fieri posse vt ambulantes in viis Domini, quamuis non sint sine peccato, non tamen [1.Ioan.3.a] id operentur ipsi. Non enim qui operantur iniquitatem, hoc est peccatum, quia peccatum iniquitas est, in viis eius ambulauerunt. Iam verò qua ratione possit intelligi, & agens illud propter corpus mortis huius in quo lex peccati habitat, & non ipse agẽs illud propter vias Domini in quibus ambulat: alius sermo necessarius est, quia iste claudendus est:

Concio tertia.

PROPTER id quod in Psalmo isto scriptũ est, Nõ enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerũt, quoniam peccatum iniquitas est, sicut Ioannes apostolus dicit, exorta difficilis quæstio, quomodo [1.Ioan.3.a] possint sancti in hac vita & non esse sine peccato: quia & illud verum est, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis [1.Ioan.1.d] non est: & tamen ambulare vias Domini, quas nõ ambulant qui operantur iniquitatẽ, soluta est, dicente apostolo Paulo: Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatũ. [Rom.7.c] Quomodo enim est sine peccato, in quo habitat peccatum? Ambulat tamẽ vias Domini, quas non ambulant qui operantur iniquitatem: quia iam non ipse operatur illud, sed quod in eo habitat peccatum. Veruntamẽ ita soluta est quæstio ista, vt difficilior altera nasceretur, quomodo agat homo quod ipse non agit. Vtrunque enim dixit, & nõ quod volo, ago: & non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. [Ibidem.] Vnde intelligere debemus, quando peccatũ quod habitat in nobis, operatur in nobis, tunc nos id non operari: quando nequaquam ei voluntas nostra consentit, & tenet etiã corporis mẽbra vt non obediant desideriis eius. Quid enim operatur peccatũ nolentibus nobis, nisi sola illicita desideria? Quibus si voluntatis non adhibeatur assensus: mouetur quidem nõnullus affectus, sed nullus ei relaxatur effectus. Hoc præcipit idem Apostolus, vbi dicit: [Rom.6.b] Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Sunt itaque desideria peccati, quibus nos prohibuit obedire. Operãtur ergo peccatum hęc desideria, quibus si obedimus & nos operamur. [C] Si autem obtemperantes Apostolo nõ obedimus eis, non illud nos operamur, sed quod in nobis habitat peccatum. [Rom.7.c] Si autem desideria nulla haberemus illicita, nec nos nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis. Motũ porrò illiciti desiderij cui non obediendo non cum nos operamur, ideo & nos agere dicimur: quoniam non est naturæ vigor alienæ, sed languor est nostræ. A quo languore omnimodo salui erimus, cùm & animo & corpore immortales facti fuerimus. Quapropter & quia in viis Domini ambulamus, non obedimus desideriis peccati: & quia nõ sumus sine peccato, habemus desideria peccati. Ac per hoc iam nos ea nõ operamur, non eis obediendo: sed quod in nobis habitat peccatum, eadem commouendo. Non enim qui operantur iniquitatem, id est, qui obediunt desideriis peccati, in viis Domini ambulauerũt. [D] Sed adhuc quęrendum est, quæ petamus dimitti nobis, quando dicimus Deo: Dimitte nobis debita nostra, [Matth.6.b] vtrum quæ nos operamur quando peccati desideriis obedimus, an ipsa desideria nobis dimitti volumus quæ nos non operamur, sed quod habitat in nobis peccatum. Quantum quidem ego sapere possum, languoris illius, & infirmitatis vnde illicita desideria commouentur, quod peccatum appellat Apostolus, [Rom.7.a] vniuersus reatus sacramento baptismatis est solutus, cùm omnibus quæ illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus: nec deinceps nobis languor iste obesset, quamuis inesset, si desideriis eius illicitis nullis vnquã obedientiam præberemus, siue operatione, siue locutione, siue tacita assensione, donec etiã ipse sanaretur, cùm

cùm id quod poscimus esset impletum, siue dicentes: [Matth.6.b] Veniat regnum tuum, siue dicẽtes: Libera nos à malo. [A] [Iob.7.a] Sed quoniã tentatio est vita humana super terram, etiã si à criminibus lõgè simus: nõ tamen deest vbi desideriis peccati, vel facto vel dicto, vel cogitatu obediamus: quãdo aduersus maiora vigilãtibus, quędã incautis minuta surrepunt. Quæ si aduersus nos colligantur, etsi nõ singula suis motibus cõterunt, oĩa tamen aceruo nos obruũt. Et propter hoc etiã mihi videtur, quòd [Matt.6.b] hi qui ambulant in viis Domini, dicunt: Dimitte nobis debita nostra; quoniam ad vias Domini, & ipsa oratio pertinet, & ipsa cõfessio, quãuis nõ ad eas peccata pertineãt. Itaque in viis Domini, quas oẽs fides vna complectitur, quã in eũ creditur, qui iustificat impium; qui [Ioan.14.a] etiã dixit: Ego sum via: nemo peccatum operatur, sed cõfitetur. Deuiat ergo, cum peccat, & ideo peccatũ vię nõ tribuitur, quod à deuiãte cõmittitur: sed in via fidei pro non peccãtibus habentur, quibus peccata nõ im- [B] [Rom.4.a] [Psal.31.a] putãtur. De quibus Apostolus Paulus iustitiã fidei cõmẽdans, in Psalmo scriptum esse mõstrauit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir, cui nõ imputauit Dominus peccatũ. Hoc præstant vię Domini: ac per hoc, quoniã iustus ex fide viuit, ab ista via Domini illa alienat iniquitas, quæ est infidelitas. In hac autẽ via Domini, id est, in fide pia quisquis ambulat, aut peccatũ nõ operatur, aut si quid à deuiante cõmittitur, propter viam non imputatur, & tanquã nõ fuerit operatus, accipitur. Et ideo bene etiã sic intelligitur. Non enim qui operantur iniquitatẽ, in viis eius ambulauerunt: vt hanc iniquitatẽ significauerit, quæ recedit à fide, aut nõ accedit ad fidem. Quẽad- [Ioan.15.d] modum enim ait Dominus de Iudæis: Si nõ venissem, peccatum non haberent. Nec vtique sine vllo peccato erant, antequã Christus veniret in carne, & ex quo venit, cœperũt habere peccatũ: sed quoddam peccatum certum, id est, infidelitatis intelligi voluit; quoniam nõ [C] crediderunt in eum: ita qui operantur iniquitatem, nõ quãlibet, sed hanc ipsam infidelitatem, non in viis eius ambulauerũt; quia vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Vtrunque autẽ in Christo est, & pręter Chri- [Rom.15.b] stum nusquã est. Dico enim Christum, ait Apostolus, ministrum fuisse circumcisionis propter veritatẽ Dei, ad confirmãdas promissiones patrum: gentes autẽ super misericordiã glorificare Deum. In hoc igitur misericordia, quia nos redemit: in hoc veritas, quia id quod promisit impleuit, & impleturus est quod promittit. Qui ergo operantur iniquitatẽ, id est, infidelitatem, nõ in viis eius ambulauerunt; quia in Christum nõ credi- [Rom.4.a] derunt. Ergo cõuertantur, & in eum qui iustificat impium, piè credãt, atque in illo misericordiam peccatis dimissis, & veritatẽ completis promissis, hoc est, vniuersas vias Domini inueniant: in quibus ambulantes non operabuntur iniquitatem; quia non tenebunt in- [D] [Galat.5.b] fidelitatem, sed fidem, quæ per dilectionem operatur, & cui peccatum non imputatur.

Concio quarta.

QVIS est, fratres charissimi, qui Domino dicit: Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis. Vtinã dirigantur viæ meę ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua?) Quis est qui hoc dicit, nisi vnumquodque membrorum Christi, vel potius vniuersum corpus Christi? Et quid est, tu præcepisti mandata tua custodiri nimis? Vtrum nimis præcepisti, an nimis custodiri? Quodlibet horum intelligamus, contra illã memorabilem nobilémq; sentẽtiam hoc dictum videtur, quam Gręci laudant in sapiẽtibus suis, & Latini laudando cõsentiunt, Ne quid nimis. Si enim hoc verũ est, vt ne quid nimis fiat: quomodo verum est, quod hîc dicitur: Tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis? Quando Deus aliquid vel nimis pręciperet, vel custodiri nimis vellet, si omne nimium reprehensione dignum esset? Diceremus ergo nos nulla Gręcorum sapientium autoritate † teneri, [al. terreri,] intuẽtes quod scriptũ est: [1.Cor.1.c] Nónne stultam fecit Deus sapientiã huius mundi: & potius istam sententiam falsam esse crederemus, qua dictum est: Ne quid nimis: quàm diuinum eloquium, vbi legimus atque cantamus: Tu pręcepisti mãdata tua custodiri nimis: nisi nos nõ Gręca elatio, sed vera ratio reuocaret? Nimis quippe dicitur, quicquid plus fuerit quàm oportet. Nam parũ, & nimium duo sunt inter se contraria, Parũ est quod minus est quàm oportet. & nimiũ est quod plus est quàm oportet. Horum in medio modus est, quod dicitur, sat est. Cùm vtique vtile sit in vita & moribus, vt amplius quàm oportet nihil omnino faciamus; profectò verã esse sententiã, Ne quid nimis, fateri potius quàm negare debemus. Sed aliquãdo Latina lingua hoc verbo sic abutitur, vt nimis pro eo quod est valde, & positũ inueniamus in literis sacris, & ponamus in sermonibus nostris. Nã & hîc, tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis: nõ nisi valde intelligimus, si rectè intelligimus. Et, nimis te diligo, si alicui charissimo dicimus: non vtiq; plus quàm oportet, sed valde nos diligere intelligi volumus. Denique illa Græca sentẽtia nõ habet hoc verbũ quod hîc legitur. Ibi enim est ἄγαν, quod est nimis: hîc est autẽ σφόδρα, quod est valde. Sed aliquando, vt diximus, nimis pro eo quod est valde, & dictũ inuenimus, & dicimus. Vnde nõnulli etiam Latini codices nõ habent, Tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis: sed, valde. Valde vtique præcepit hoc Deus, & valde oportet Dei custodire mandata. Sed humilis pietas vel piã humilitas, & fides nõ immemor gratiæ, quid adiungat attendite: Vtinam, inquit, dirigãtur viæ meæ, ad custo- [C] diendas iustificationes tuas. Præcepisti quidem tu, sed vtinam quod præcepisti fiat mihi. Vbi audis vtinã, vocem optantis agnosce: & agnita voce optantis, depone superbiã præsumẽtis. Quis enim se dicat optare, quod sic habet in arbitrij potestate, vt nullo indigens adiumento id possit efficere? Ergo si optat homo quod pręcepit Deus: vt det ipse quod præcepit, rogandus est Deus. A quo enim optandũ est nisi ab illo patre luminum: [Iacob.1.c] à quo omne datum optimum & omne donum perfectũ, sancta Scriptura teste, descendit? Propter eos autẽ qui putant hoc solo nos ad faciendã iustitiam diuinitùs adiuuari, quòd Dei pręcepta nobis in notitiam proferuntur, vt ea cognita, iã sine vlla Dei gratia solis nostræ volũtatis viribus impleantur: nõ optat hîc dirigi vias suas ad custodiẽdas iustificationes Dei, nisi iam eius acceptis ipso præcipiẽte mandatis. Ad hoc enim pertinet quod præmisit: Tu præcepisti mãdata tua cu- [D] stodiri nimis. Tanquã diceret, Iam legẽ accepi, iã noui. Tu enim præcepisti mãdata tua custodiri nimis, & mãdata tua sancta, & iusta, & bona: sed peccatum per bonum [Rom.7.b] mihi operatur mortẽ, nisi adiuuet gratia. Vtinam ergo dirigãtur viæ meæ ad custodiẽdas iustificationes tuas, Tunc non cõfundar, dum inspicio in omnia mandata tua. Mandata Dei siue cùm leguntur, siue cùm memoria recoluntur, tanquam speculum intuendum est secundum Apostolum Iacobum dicentem: [Iacobi 1.d] Si quis est auditor verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Talem se iste vult esse, vt inspiciat tanquam in speculo mandata Dei

&nō confundatur:quia non auditor corū tantùm vult esse,sed factor. Propterea optat dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes Dei. Vnde dirigi, nisi gratia Dei? Alioqui legē Dei habebit,non vbi gratuletur, sed vbi cōfundatur: si voluerit mandata inspicere quæ nō facit. Confitebor, inquit, tibi Domine in directione cordis,in eo quòd didicerim iudicia iustitiæ tuę.) Non est peccatorū confessio ista,sed laudis:sicut ait etiā ipse in quo peccatum nullū erat: Confitebor tibi pater Domine cœli & terræ. & sicut scriptum est in libro Ecclesiastico: Hæc dicetis in cōfessione,opera Domini vniuersa quoniā bona valde. Confitebor,inquit,tibi in directione cordis. Vtique si dirigantur viæ meæ, cōfitebor tibi,quoniam tu fecisti, & tua laus est ista,nō mea. Tunc enim cōfitebor in eo quòd didicerim iudicia iustitię tuę:si directum cor habebo, directis videlicet viis meis ad custodiēdas iustificationes tuas. Nā quid mihi proderit quòd ea didicerim,si corde peruersovias abibo prauas? Non enim lætabor in eis,sed accusabor ab eis. Deinde adiungit: Iustificationes tuas custodiam.) Quæ oīa ex illo vtiq; connectūtur quod ait: Vtinā dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas, tunc nō confundar dū inspicio in omnia mandata tua, & cōfitebor tibi in directione cordis, & iustificationes tuas custodiā. Sed quid est quod sequitur? Ne derelinquas me vsque valde.) Vel sicut nonnulli codices habēt, Vsque nimis.) pro eo quod est valde: nam hoc verbū Græcū est: & hīc est σφόδρα: quasi relinqui se à Domino velit,sed nō vsque valde. Absit. Sed quia reliquerat Deus mundū merito peccatorum: vsque valde illū reliquisset, si ei nec tanta medicina profuisset, hoc est, gratia Dei per Iesum Christū Dominum nostrū. Nunc verò secūdum istā orationem corporis Christi non eū reliquit vsq; valde: quia Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Potest hoc etiā sic intelligi, vt eius ista sit vox qui cùm dixisset: In abūdantia mea non mouebor in æternum, velut sua virtute confidēs: vt ostenderet ei Deus quòd non merito eius, sed in voluntate sua præstiterat decori eius virtutē, auertit ab eo faciem suā, & factus est cōturbatus. Inueniens ergo se, nec iā præsumens de se, clamat: Ne derelinquas me vsque valde. Si enim dereliquisti vt sine adiutorio tuo infirmus appareā: noli vsque valde, ne peream. Tu enim præcepisti mādata tua custodiri nimis. Iam de ignorantia me excusare nō possum. Sed quoniā infirmus sum, vtinā dirigantur viæ meæ ad custodiēdas iustificationes tuas. Tunc non confundar dum inspicio in omnia mandata tua, tūc cōfitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didicerim iudicia iustitiæ tuæ, tunc iustificationes tuas custodiam: & si dereliquisti me ne gloriarer in me, noli vsque valde, & iustificatus abs te gloriabor in te.

Matth.11.d
Eccles.39.c
2.Cor.5.d
Psal.29.b
Psal.29.b

Concio quinta.

Beth, 2.

HOs versus, charissimi, isto cōsideremus in Psalmo, & sicut Dominus donat eius sacras literas perscrutemur. In quo corrigit iunior viam suā? in custodiendo verba tua.) Interrogat se, & respondet sibi. In quo corrigit iunior viam suā? hucusque interrogatio est. Deinde responsio, in custodiendo verba tua. Sed hoc loco custoditio verborum Dei, intelligēda est operatio præceptorum. Frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiantur & vita. Nam quidam verba Dei tenendo agunt ne obliuiscantur, nec agunt viuendo vt corrigātur. Non autē ait iste, in quo exercet iunior memoriam suam: sed, in quo corrigit viam suā: atq; ad hoc respōdet, in custodiendo verba tua Neque vllo modo dicēda est via correcta, quandiu est vita peruersa. Sed quid sibi vult iste iunior? Potuit enim dicere, in quo corrigit homo viā suam: aut, in quo corrigit vir viam suā, quod plerūque in scripturis ita ponitur, vt à sexu honoratiore homo intelligatur, modo locutionis quo significatur à parte totū. Neque enim & fœmina nō beata quæ non abiit in cōsilio impiorum: vbi tamen dictum est, Beatus vir. Hīc verò nec homo ait, nec vir, sed iunior. Nūquid desperādus est senior? Aut in alio corrigit etiā senior viam suā, quàm in custodiendo verba Dei? An fortè admonitio est qua ętate potissimum fieri debeat: secundum illud quod alibi scriptum est: Fili à iuuētute tua excipe doctrinā, & vsque ad canos inuenies sapiētiam? Est & alius intellectus, vt ille hīc agnoscatur filius euangelicus iunior, qui profectus à patre in regionem longinquam, effudit substantiā suam viuēs cum meretricibus prodigè: & posteaquā porcos pauit egestatem fameméque perpessus, reuersus est ad semetipsum, & dixit: Surgam & ibo ad patrem meum. In quo enim correxit viam suā, nisi in custodiendo verba Dei, quæ tanquam panē paternum esuriens cōcupiuit? Neque enim corrigit viam suā frater eius senior, qui patri suo dixit: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuū præterij. Iunior ergo ille correxit viam suam, quam se ita deprauasse peruersamque habuisse confessus est, vt patri diceret: Iam non sum dignus vocari filius tuus. Tertius quoque intellectus mihi occurrit, quem quidē ego, quantū pro modulo meo sapio, duobus superioribus antepono; Vt senior agnoscatur vetus homo: & nouus, iunior. Senior, qui portat imaginem terreni hominis iunior, qui cœlestis: quia non prius quod spirituale est, sed quod animale, postea spiritale. Sic ergo licet quilibet, quantum ad ætatem pertinet corporis, annosa vetustate decrepitus, iunior erit apud Deum percepta gratiæ nouitate cōuersus. Et in hoc corrigit iunior viam suam, in custodiendo verba eius: hoc est verbum fidei quod prædicamus, & ipsa est fides quæ per dilectionem operatur. Sed iste iunior populus, gratię filius, homo nouus, cantator noui cantici, hæres testamenti noui, iste iunior non [a] Cain sed Abel; [b] nō Hismaël sed Isaac; [c] nō Esau sed Israël; [d] nō Manasses, sed Ephraim; [e] non Heli, sed Samuel; [f] non Saul, sed Dauid, quid adiungat attendite: In toto, inquit, corde meo exquisiui te, ne repellas me à mādatis tuis.) Ecce orat vt adiuuetur ad custodienda verba Dei, in quo dixerat viam suā corrigere iuniorē: Nam vtique hoc est, ne repellas me à mandatis tuis. Quid est enim à Deo repelli, nisi non adiuuari? Mandatis quippe eius rectis atque arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi præueniens eius adiuuet charitas. Quos autē non adiuuat, hos meritò perhibetur repellere, tanquā flammea framea prohibeantur indigni, ne manum extendant ad arborem vitæ. Quis est autem dignus, ex quo per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt? Sed indebita Dei misericordia sanatur debita nostra miseria. Nam iste qui loquitur & dicit: In toto corde meo exquisiui te; & hoc vnde posset, nisi eum auersum ad se ipse conuerteret cui dicitur: Deus tu conuersus viuificabis nos: & ille perditum quæreret, & errantem ille reuocaret qui dicit: Quod perierat requiram, & quod errauerat reuocabo? Inde est quòd & corrigit viam suam in custodiēdo verba Dei, illo regente, illo faciente: neque enim per se ipse posset, cùm Hieremias propheta fateatur & dicat: Scio Domine quoniam non est hominis via eius, neque viri vt corrigat viam suā. A Domino quippe hoc etiam iste superius optauit vbi ait: Vtinam dirigantur viæ meæ. & hīc vbi addidit: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.) Continuo diuinum quæsiuit auxilium. Ne in corde eius Dei eloquia sine

Psal.1.a
Eccles.6.b
Lucæ 15.c
1.Cor.15.f
Ibidem.
Ibidem.g
Pal.84.b
Ezech.34.d
Hier.10.d
a Genes.4.a
b Gen.17.c
c Gen.21.e
Rom.9.c
d Gen.48.b
e 1.Reg.1.e
f 1.Reg.15.c
Genes.3.d
Rom.5.e

ne fructu absconderentur, nisi opera iustitiæ sequerentur. Cùm enī hoc dixisset, adiunxit: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.) Doce dixit, quomodo eas discunt qui faciunt, non quomodo hi qui vt habeant quod loquantur tantummodò meminerunt. Nam vtiq; iam dixerat: In corde meo abscōdi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quid ergo adhuc ea quærit discere, quæ abscondita iā custodit in corde? Quod vtiq; non fecisset, nisi ea didicisset. Vt quid ergo addit & dicit; Doce me iustificationes tuas: nisi quia eas vult faciendo discere, non loquendo vel memoria retinēdo? Quoniā ergo sicut in alio Psalmo legitur, Benedictionem dabit qui legem dedit: ideo, benedictus es Domine. Doce me, inquit, iustificationes tuas. Quia enim in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, legem dedisti: da etiam benedictionem gratiæ, vt faciendo discam quod intimando iussisti. Hæc satis sint, vt vestræ mentes sine fastidio nutriantur: alium sermonem hæc desiderant quæ sequuntur.

Psal.85.c

Concio sexta.

INITIVM sermonis huius est nobis in Psalmo de quo disputamus hic versus. In labiis meis pronūciaui oīa iudicia oris tui.) Quid est hoc dilectissimi? Quid est hoc? Quis omnia iudicia Dei enunciare possit, cùm inuestigare non possit? An verò cum Apostolo exclamare dubitamus: O altitudo diuitiarū sapientiæ & scictiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Dominus dicit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Et quamuis continuò promiserit eis omnē veritatem per spiritum sanctum, clamat tamē beatus Paulus, Ex parte scimus, vt intelligamus spiritu quidē sancto, vnde pignus accepimus, perduci nos ad omnem veritatē, sed cùm in aliam vitam post huius vitę speculum & ænigma venerimus, & facie ad faciē viderimus. Quomodo ergo iste dicit, In labiis meis pronūciaui omnia iudicia oris tui? Et ille hoc dicit qui paulo antè superiore versu proximo dixerat, Doce me iustificationes tuas. Quo pacto igitur enunciauit oīa iudicia oris eius, qui vult adhuc discere iustificationes eius? An iudicia quidē cuncta iā nouerat, iustificationes autem adhuc discere cupiebat? Hoc verò esset mirabilius, si iam sciebat inscrutabilia Dei, & ea quæ hominibus præcepit faciēda nesciebat. Iustificationes enim sunt, non dicta sed facta iustitiæ: opera scilicet iustorū quę imperat Deus. Ideo autē Dei dicuntur, quamuis à nobis fiant, quia nisi ipso donante non fiunt. Iudicia porrò Dei sunt, quibus ab eo mūdus & nūc & in fine seculi iudicatur. Sed cùm eloquijs Dei omnia contineantur, & iustificationes videlicet & iudicia: cur quęrit iustificationes discere qui eloquia Dei se abscondisse in corde dicit? Ait enim: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccē tibi. Tunc secutus adiunxit, Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas. Ac deinde, In labiis meis, inquit, pronunciaui omnia iudicia oris tui. Videntur quidē duo ista inter se non esse cōtraria, imò esse potius amica atque coniuncta, vt quoniā in corde suo abscōdit eloquia Dei, in labiis suis iudicia eius enunciet. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sed quod inter hæc duo medium posuit, benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, quomodo conueniat homini, cuius in corde iam sunt eloquia Dei, & qui labiis suis enūciauit omnia iudicia Dei, vt adhuc velit discere iustificationes Dei: non inuenitur, nisi vt eas discere velle intelligatur faciendo, non memoria retinendo & loquendo, & id à Domino demonstrauit debere nos petere, sine quo nihil possumus facere. Sed hoc ante istum alio iā sermone tractauimus. Nūc verò quomodo se dixerit omnia iudicia oris Dei in labiis suis enunciasse, cùm dicta sint inscrutabilia, & de quorum profunditate alibi scriptum est, Iudicia tua abyssus multa: quantum Deus donat, tractare suscepimus. Quid ergo hīc intelligamus, attendite. Nūquid iudicia Dei nescit Ecclesia? Scit planè. Nam scit vtique qualibus dicturus sit iudex viuorum & mortuorū: Venite benedicti patris mei, percipite regnum: & qualibus dicturus sit, Ite in ignem æternū. Scit, inquam, neque fornicatores, neq; idolis seruientes, neque illos atque illos quos ibi Apostolus Paulus enumerat, regnum Dei possessuros. Scit iram & indignationē, tribulationē & angustias in omnem animā hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci, Gloriam verò & honorem & pacem omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. Hæc atq; huiusmodi iudicia Dei euidenter expressa nouit ecclesia: sed non ipsa sunt oīa, cùm sint quædam inscrutabilia, & sicut abyssus multa, profunda & occulta. An & ipsa nota sunt quibusdā excellentioribus mēbris hominis huius, qui cū suo capite saluatore totus est Christus? Inscrutabilia enim fortasse dicta sunt homini, quia viribus suis ea nō potest perscrutari. Sed cur non possit dono spiritus sancti, cuicunque hoc Dominus cōferre dignatur? Sic enim illud dictum est, Deus habitat lucē inaccessibilem: & audiuimus tamen, Accedite ad eum, & illuminamini. Quæ vtique sic soluitur quæstio, vt inaccessibilis sit viribus nostris, accedatur autem ad Deum muneribus suis. Quāquam & si nemini omnino sanctorum quamdiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam, omnia iudicia Dei scire conceditur, quia reuera multum est ad hominem, cùm profectò vt aliquid exempli gratia dicā, vnde iudiciorum Dei coniiciatur immensitas, cùm nemo sine iudicio Dei sit tardus in animo, vel claudus in corpore: habet tamē vnde dicat Ecclesia, hoc est, populus acquisitionis, & veraciter dicat, In labiis meis enūciaui omnia iudicia oris tui: id est, nihil iudiciorum tuorum tacui, quæ mihi per eloquia tua innotescere voluisti, sed omnia prorsus in labiis meis enunciaui. Hoc enim mihi videtur significare voluisse quod non ait, omnia iudicia tua: sed, omnia iudicia oris tui, id est, quę mihi dixisti: vt per os eius eloquium eius intelligamus, quod fecit ad nos in reuelationibus sanctorum pluribus, & testamentis duobus: quę omnia iudicia vsquequaque in labiis suis enunciare non cessat Ecclesia. Deinde subiungit & dicit: In via testimoniorum tuorū iocundatus sum, quasi in omnibus diuitiis.) Viam testimoniorū Dei nihil citius, nihil certius, nihil breuius, nihilq; grādius intelligimus esse quàm Christū: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Inde & iste ait se iocundatum vel delectatum in hac via, quasi in omnibus diuitiis. Testimonia quippe Dei sunt, quibus quantum nos diligat, nobis probare dignatur. Commendat autē suam charitatem Deus in nobis, quoniā cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cùm ergo ipse dicat, Ego sum via: & humilitas eius carnalis natiuitatis atque passionis, euidētia sint testimonia diuinæ erga nos dilectionis: proculdubiò via testimoniorum Dei Christus est. Per hęc quippe testimonia quę in illo videmus impleta, etiā futura erga nos, quæ sempiterna promissa sunt, expectamus, & speramus implenda. Qui enim proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo nō & cum illo omnia nobis donauit? Sequitur, In mandatis tuis garriam, & cōsiderabo vias tuas.) Quod Græcus habet ἀδολεσχήσω, Latini interpretes quidā garriam, quidam exercebor, interpretati sunt: quæ duo inter se videntur esse diuersa. Sed si exercitatio intelligatur ingenij, cum quadam

Rom.11.d
Ioan.16.b
1.Cor.13.c
Psal.37.a
Matt.25.d
1.Cor.6.b
Rom.2.b
1.Tim.6.c
Psal.33.a
Sap.9.b
Coloss.2.c
Rom.5.b
Ioan.14.a
Rom.8.f

delectatione disputationis, vtrunque coniungitur, &
quasi ex vtroque vnum aliquid temperatur: vt non sit
aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solent
enim garruli vocari loquaces. Si autem se in Dei man-
datis exerceat Ecclesia, aduersus omnes inimicos fidei
Christianæ atque catholicæ copiosis doctorum dispu-
tationibus est garrula: quę tunc fructuosę sunt disputā-
Psal.24.b tibus, si non ibi cōsiderentur nisi viæ Domini. Vniuer-
sæ autem viæ Domini, sicut scriptum est, misericordia
& veritas: quorū duorū plenitudo inuenitur in Chri-
sto. Per hanc suauē exercitationem fit etiam hoc quod
adiungit: In iustificationibus tuis meditabor, non obli-
uiscar verborum tuorum.) Ideo vtique meditabor, vt
nō obliuiscar. Vnde beatus ille in primo Psalmo, in le-
ge Domini meditabitur die ac nocte. In his omnibus
quę prout potuimus disputauimus, meminerimus cha-
rissimi, eum qui abscondit in corde suo eloquia Domi-
ni, & enunciat in labiis suis omnia iudicia oris eius, &
in via testimoniorum eius delectatur sicut in omnibus
diuitiis, & garriens vel sese exercens in mandatis eius,
considerat vias eius, & meditatur in iustificationibus
eius, ne obliuiscatur verborū eius, per quæ omnia vti-
que lege Dei atque doctrina instructus apparet: orare
tamen & dicere, Benedictus es Domine, doce me iu-
stificationes tuas. Vbi nihil aliud intelligitur poscere,
nisi adiutorium gratiæ: vt quod iam nouit sermone, di-
scat & opere.

Concio septima.

SIHVIVS Psalmi superiora meministis charissimi,
adiuuare nos debent ad intelligenda sequentia. Ete-
nim quæ tanquam ex vnius hominis persona loquun-
tur, membra sunt Christi, & ad vnum caput tanquam
vnum pertinent corpus. Nēpe superius dixerat, In quo
corrigit iunior viam suam, in custodiendo verba tua,
Gimel.3. Ecce nunc apertiùs vt id faciat, poscit auxilium. Retri-
bue, inquit, seruo tuō, viuam & custodiam verba tua.)
Si bona pro bonis sibi postulauit retribui, iā custodie-
rat verba Dei. Non autem dixit, Retribue seruo tuo,
quia custodiui verba tua, tanquam mercedem bonam
pro bono obedientię flagitaret: sed dixit, Retribue ser-
uo tuo, viuam & custodiam verba tua. Quod quid est
aliud, quàm dicere, mortuos ea custodire nō posse: in-
Matt.8.c fideles videlicet, de quibus dicitur, Sine mortuos sepe-
lire mortuos suos? Quapropter mortuos intelligimus
infideles, viuos autem fideles, quoniam iustus ex fide
Rom.1.b viuit. Non possunt custodiri verba Dei nisi per fidem,
quæ per dilectionem operatur: hanc sibi poscit qui di-
cit, Retribue seruo tuo, viuam & custodiam verba tua.
Et quoniam ante fidem non homini debentur nisi ma-
la pro malis, retribuit autem Deus per indebitam gra-
tiam bona pro malis: hanc retributionem rogat qui di-
cit, Ecce nunc retribue seruo tuo, viuam & custodiam
verba tua. Quatuor enim sunt retributiones. Aut enim
mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternū
retributurus est impiis. Aut bona pro bonis, sicut re-
Rom.4.a gnum æternum retributurus est iustis. Aut bona pro
malis, sicut Christus per gratiam iustificat impiū. Aut
mala pro bonis, sicut Iudas & Iudæi per malitiam per-
secuti sunt Christum. Harum quatuor retributionum
duæ priores pertinent ad iustitiā, vt retribuantur mala
pro malis, bona pro bonis. Tertia pertinet ad miseri-
cordiam, vt retribuantur bona pro malis. Quartā Deus
nescit, nulli enim malum pro bono retribuit. Hæc autē
quā tertio loco posui, primitùs necessaria est. Nisi enim
Deus retribueret bona pro malis, nullo modo essent
quibus retribueret bona pro bonis. Vide illum Saulum
Ad Titū 3.b postea Paulum: Non ex operibus, inquit, iustitiæ quæ
nos fecimus, sed secūdum suam misericordiam saluos

nos fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum, Qui 1.Tim.1.a
A prius fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed
misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in
incredulitate. Et iterum, Cōsilium autem do, tanquam 1.Cor.7.a
misericordiam cōsecutus à Domino, vt fidelis essem,
hoc est, vt viuerem: Quia iustus ex fide viuit. Mortuus Rom.1.b
ergo erat prius per suam iniustitiam, antequam viueret
per Dei gratiam. Ipsam porrò suam mortem sic confi-
tetur: Adueniente autem, inquit, mandato peccatum Rom.7.b
reuixit, ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi
mādatum quod erat in vitam, hoc esse in mortem. Re-
tribuit ergo illi Deus bonum pro malo, hoc est, vitam
pro morte: talem scilicet retributionem qualis hîc po-
scitur vbi dicitur, Retribue seruo tuo, viuam, & custo-
diam verba tua. Et vixit & custodiuit verba eius, & per-
tinere cœpit ad aliam retributionem, in qua retribuū-
tur bona pro bonis: propter quam dicit, Bonum certa- 2.Tim.4.b
men certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, De
B cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet
mihi Dominus in illa die iustus iudex. Vtique iustus,
retribuendo bona pro bonis: quia prius misericors, re-
tribuendo bona pro malis: quamuis & ipsa iustitia qua
retribuuntur bona pro bonis, nō est sine misericordia,
quia & hoc scriptum est, Qui coronat te in miseratione Psal.102.c
& misericordia. Qui enim dixit, Bonum certamen cer- 2.Tim.4.b
taui, quando vinceret, nisi illo donāte, de quo ait, Gra- 1.Cor.15.g
tias ago Deo qui dat nobis victoriam per Dominum
nostrum Iesum Christum? Et qui cursum cōsummauit,
quando curreret, quando perueniret, nisi illo adiuuan-
te de quo ait, Igitur non volentis, neque currentis, sed Rom.9.d
misericordis est Dei? Et qui fidem seruauit, quando id fa- 1.Cor.7.c
ceret, nisi, vt ipse ait, misericordiam cōsecutus vt fide-
lis esset? Nusquam ergo se extollat humana superbia,
donis suis Deus retribuit bona præmia. Sed iste qui iā
orat & dicit, Retribue seruo tuo, viuam, si penitus esset
C mortuus, non oraret: sed ab illo accepit initium bonæ
cōcupiscentiæ, à quo vitam poscit obedientiæ. Habe-
bant enim aliquam fidem qui dicebant, Domine auge
nobis fidem. Ille verò & incredulitatē suam cōfiteba- Lucæ.17.a
tur, nec fidem diffitebatur, qui cùm esset interrogatus
vtrum crederet, ait: Credo Domine, adiuua increduli- Marci.9.d
tatem meam. Iam vtique viuere incipiens postulat vi-
tam, qui credens orabat obedientiam: non vt pro ea
seruetur pręmium, sed vt seruetur auxilium. Vita quip- 2.Cor.4.d
pe crescente viuiscit per omnem diem, qui renouatur
de die in diem. Sciens autem verba Dei non posse cu-
stodiri per obedientiam, nisi videantur per intelligen-
tiam: hoc quoque orationi addit, & dicit, Reuela ocu-
los meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua.) Ad hoc
etiam illud pertinet quod adiūgit, Inquilinus ego sum
in terra.) Siue, vt nonnulli codices habent, Incola ego
sum apud te in terra, ne abscōdas à me mandata tua.)
D Quod enī ait superius, Reuela oculos meos: hoc postea
dixit, ne abscondas à me: & quod ibi dixerat, mirabilia
de lege tua: hoc alio modo repetens ait, mandata tua.
Nihil est autem mirabilius in mandatis Dei, quàm dili- Matth.5.g
gite inimicos vestros: hoc est, retribuite bona pro ma-
lis. Sed de isto inquilinatu vel incolatu non est sermo
coarctandus, & ideo non iste de hac re, sed alius expe-
ctandus, & Domino adiuuante reddendus est sermo.

CONCIO VIII.

*De versu Psalmi qui dicit, Incola ego sum in terra, non ab-
scondas à me mandata tua: Concupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas in omni tempore.*

EXPECTATIONI charitatis vestræ de sequenti-
bus huius maximi Psalmi sermo reddendus est
ab

ab illo versu scilicet, vbi ait, Incola ego sum in terra, nō
abscondas à me mandata tua.) Siue, vt nōnulli codices
habent, Inquilinus ego sum in terra.) Quod enim est in
Græco πάροικος, aliqui nostri inquilinus, aliqui incola,
nōnulli etiam aduenam interpretati sunt. Inquilini nō
habentes propriam domum, habitant in aliena. Incolę
autem vel aduenæ, vtique aduenticij perhibentur. Vbi
magna de anima exoritur quæstio. Neque enim secun-
dùm corpus dictū videri potest, incola vel aduena vel
inquilinus sum in terra, cùm de terra corpus originem
ducat. Sed de hac profūdissima quæstione nihil audeo
definire. Siue enim propter animam, quæ absit vt pu-
tetur ex terra, meritò dici potuerit inquilinus vel inco-
la vel aduena ego sum in terra: siue secundum totū ho-
minem, quia paradisi aliquādo ciuis fuit, vbi vtiq; non
erat qui ista dicebat: siue quod est ab omni cōtrouersia
liberius, nō omnis homo possit hoc dicere, sed cui pa-
Iob 7.a tria promissa est æterna in cælis. Hoc scio, quia tenta-
Eccles.40.a tio est vita humana super terram, & iugum graue super
filios Adam. Verùm me plus delectat secundum istam
disputare sentētiam, vt ideo nos in terra inquilinos vel
incolas esse dicamus, quia supernam patriam vnde pi-
gnus accepimus, & quò peruenientes nunquam inde
Psal.38.d migremus, inuenimus. Nam & ille qui in alio Psalmo
dicit, Inquilinus ego sum apud te & peregrinus, sicut
omnes patres mei: nō ait, sicut omnes homines: sed di-
cēdo, sicut oēs patres mei, iustos proculdubiò vult in-
telligi qui cum tēpore præcesserunt, & in hac peregri-
natione gemitu pio sempiternæ patriæ suspirarunt. De
Heb.11.g quibus scriptum est ad Hebręos, Secundum fidē mor-
tui sunt hi omnes, cùm non accepissent promissiones,
sed longè eas videntes & salutantes, & cōfitentes quia
hospites & peregrini sunt super terram. Qui enim talia
dicunt, ostendunt quia patriam quærunt. Et siquidem
eius memores essent à qua discesserant, habuissent tē-
pus reuerendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est
2.Cor.5.a cœlestem, ideo non confunditur de his Deus vocari
Deus eorum: præparauit enim eis ciuitatem. Et illud
quod legimus, quamdiu sumus in corpore, peregrina-
mur à Domino: potest intelligi hoc non esse omnium,
2.Thes.3.a sed fidelium. Non enim omnium est fides. Et videmus
quid his verbis Apostolus iungat. Cùm enim dixisset,
quandiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino.
2.Cor.5.a Per fidem enim ambulamus, inquit, & non per speciē,
vt intelligeremus eorum esse istā peregrinationem qui
ambulant per fidē. Infideles autē, quos Deus non præ-
sciuit nec prædestinauit conformes fieri imaginis filij
sui, non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos,
quando ibi sunt vbi secundum carnem nati sunt. Non
enim habent alibi ciuitatem: ac per hoc nō sunt in ter-
ra alienigenæ, sed terrigenæ. Vnde ait alia scriptura de
Esaiæ.28. quodam, Posuit enim apud mortem domum suam, &
apud inferos cum terrigenis axes suos. Sunt autem &
ipsi peregrini & inquilini, non huic terræ, sed populo
Dei à quo sunt alienigenæ. Vnde credentibus & sanctā
ciuitatem, quæ nō est de hoc mundo, habere incipien-
Ephes.2.d tibus Apostolus dicit: Igitur iam non estis peregrini &
inquilini, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.
Ipsi ergo sunt ciues terreni, qui sunt in Dei populo pe-
regrini: qui verò ciues sunt in populo Dei, ipsi sunt in
terra peregrini: quia totus idē populus quamdiu est in
corpore, peregrinatur à Domino. Dicat itaque, Incola
ego sum in terra, ne abscondas à me mandata tua. Sed
qui tandem sunt à quibus Deus abscōdit mandata sua?
Nónne illa vbique Deus voluit prędicari? Vtinā quàm
Matth.22.d multis clara sunt, tam multis chara sint. Nam quid est
clarius, quàm diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,

& diliges proximum tuum tanquā teipsum? In quibus
A duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Et quis
est quem lateant ista mādata? Nempe & omnibus fide-
libus, & plurimis infidelibus nota sunt. Cur ergo poscit
fidelis ne abscōdatur sibi, quod nec infideli cernit ab-
scondi? An quia Deum nosse difficile est? Consequens 3.sent.dist.
est vtique, vt diligas Dominum Deum tuū difficile in- 27.con-
telligatur, ne aliud pro alio diligatur. Nam proximi fa- sequēter.
cilior esse videtur cognitio. Omnis quippe homo est
omni homini proximus, nec vlla cogitanda est lōgin-
quitas generis, vbi est natura communis. Quanquam
nec proximū nouerat qui Domino ait, Et quis est mihi
proximus? Quando illi est propositus homo quidam, Lucæ 10.c
qui descendens ab Hierusalem in Hiericho incidit in
latrones: cui proximum non fuisse nisi qui cum illo fe-
cit misericordiā, ipse qui interrogauerat iudicauit, pa-
tuitque in facienda misericordia neminem alienū esse
B putandum ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec
seipsos nouerunt: quia & seipsum nosse, quemadmo-
dum homo sibi debet innotescere, nō omnium homi-
num est. Quomodo ergo diligit proximum tanquam
seipsum, qui nescit & seipsum? Non enī frustra ille filius
iunior qui profectus est in regionem longinquam, vbi
ita dissipauit substantiam suam, viuens prodigè, vt di-
ceret, Surgam, & ibo ad patrem meum: prius reuersus Lucæ.15.c
est in semetipsum, nisi quia tam longè peregrinatus est,
vt relinqueret etiam semetipsum. Nec tamen reuerte-
retur ad se, si omnimodo nesciret se: nec diceret, sur-
gam, & ibo ad patrē meum, si penitus ignoraret Deū.
Quocirca & aliquatenus ista sciuntur: & vt magis ma-
gisq; sciantur, non immeritò scienda poscuntur. Qua-
propter vt sciamus diligere Deum, sciendus est Deus:
& vt sciat homo diligere proximum tāquam seipsum,
prius debet diligendo Deum diligere seipsum. Quod
C vnde poterit scire, si nescit Deum, si nescit & seipsum?
Rectè itaque dicitur Deo, Incola ego sum in terra, ne
abscondas à me mandata tua. Meritò nanque abscon-
duntur eis, qui nō sunt incolæ in terra. Hæc enim mā-
data etsi audiunt, non sapiunt: quia terrena sapiunt.
Quorum autem conuersatio in cœlis est, inquantum Philip.3.d
hîc conuersantur, profectò peregrinantur. Petant ita-
que ne abscondantur ab eis mandata Dei, per quæ ab
hoc incolatu liberentur, diligendo Deum, cum quo in
æternum erunt: & diligendo proximum, vt illic sit vbi
& ipsi erunt. Quid autem diligendum diligitur, si ipsa
dilectio non diligitur? Vnde consequenter iste incola
in terra, cùm Dei mandata ne sibi abscōderentur oras-
set, in quibus dilectio præcipitur vel sola vel maximè:
& ipsius dilectionis dilectionem se velle habere pro-
clamat dicens, Concupiuit anima mea desiderare iu-
stificationes tuas in omni tempore.) Laudabilis est ista
concupiscentia, non damnabilis. Non de hac dictum
est, Non concupisces: sed de illa qua caro concupiscit Exodi 20.c
D aduersus spiritum. De hac bona concupiscentia qua Rom.7.b Galat.5.c
concupiscit spiritus aduersus carnem, quære vbi scri-
ptum sit: & inuenies, Concupiscentia itaque sapientiæ Sap.6.c
deducit ad regnum perpetuum. Et multa alia reperiū-
tur bonæ concupiscentiæ testimonia. Sed hoc sanè in-
terest, quòd non tacetur quid concupiscatur quando
bona commemoratur concupiscentia. Cùm autem
non additur quid concupiscatur, sed sola ponitur, non
nisi mala intelligitur: sicut in hoc quod commemora-
ui, Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad re-
gnum. Si non adderet sapientiæ: nullo modo diceret,
concupiscentia perducit ad regnum. At verò Aposto- Rom.7.b
lus quod posuit, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex
diceret, Non concupisces: non vtique addidit cuius
rei concupiscentiam, vel quid non concupisces. Cer-

tum est enim non intelligi cùm ita dicitur, nisi malam concupiscentiam. Quid ergo huius anima concupiuit? A Desiderare, inquit, iustificationes tuas in omni tẽpore. Credo nondum eas desiderabat, quando concupiuit desiderare. Iustificationes autem facta sunt iusta, id est, opera iustitiæ. Cùm itaque nondum habeat & qui iam desiderat, quàm longè ab his erat qui adhuc eas desiderare concupiscebat? Et quàm lõgiùs ab eis sunt, qui neque hoc adhuc concupiscũt? Mirum est autem quomodo cõcupiscatur desiderium: nec sit in nobis, cuius cõcupiscentia iam sit in nobis: Neque enim pulchrum aliquod corpus est sicut aurum, vel caro aliqua speciosa, quã potest homo concupiscere nec habere, quia extrà posita non est in homine. Quis nesciat in homine esse concupiscentiã, in homine desiderium? Cur ergo concupiscitur vt habeatur, quasi forinsecus inferatur? Aut quomodo haberi eius cõcupiscentia sine ipso potest, cùm nõ sit & ipsum quid aliud quàm concupiscẽtia? Nam & desiderare proculdubiò concupiscere est: B Quis est enim iste mirabilis atque inexplicabilis languor? Et tamen est. Nam & ægrotus qui fastidio laborat, & vult euadere hoc malum, concupiscit vtique desiderare cibum, dum concupiscit non habere fastidiũ: sed hoc fastidium morbus est corporis. Concupiscentia verò qua concupiscit desiderare cibum, hoc est, carere fastidio, in animo est, nõ in corpore: & habet eam non gutturis aut faucium delectatio, quæ fastidio restringitur, sed recuperandæ ratio sanitatis, quæ ad pellendum escæ fastidium prouidetur. Et ideo non est mirum si appetit animus, vt appetat corpus, quãdo appetit animus, nec appetit corpus. Cùm autem vtrunque animi est, & vtrũq; concupiscentia est, cur non concupisco desiderium iustificationũ Dei? Quomodo in vno eodemque animo habeo concupiscentiã desiderij huius, & ipsum non habeo desiderium? Aut quomodo ista duo sunt, & non vnum? Vt quid enim concupisco de- C siderare iustificationes tuas, ac nõ ipsas iustificationes potius quàm earum desiderium concupisco? Aut quo pacto possum iustificationum desiderium concupiscere, & ipsas iustificationes non concupiscere: cùm ideo earum desiderium concupiscam, quia ipsas habere cõcupisco? Quod si ita est, iam ipsas vtique concupisco. Quid igitur opus est vt earum desiderium concupiscã, cùm iam id habeam, & habere me sentiam? Non enim possum concupiscere desiderium iustitiæ, nisi concupiscẽdo iustitiam. An hoc est quod superius dixi, quòd diligenda sit etiam ipsa dilectio, qua diligitur quod diligi oportet: sicut odio habẽda est dilectio qua diligitur quod diligi nõ oportet? Odio quippe habemus cõcupiscentiam nostram, qua caro concupiscit aduersus
Galat.5.c spiritum. Et quid est ista concupiscentia, nisi mala dilectio? Et diligimus concupiscentiã nostram, quasi spiritus concupiscit aduersus carnem. Et quid est ista concupiscentia, nisi bona dilectio? Cùm autem dicitur diligenda est, quid aliud dicitur quàm cõcupiscenda est? Quocirca quoniã rectè cõcupiscuntur iustificationes Dei, rectè concupiscitur concupiscentia iustificationũ Dei. Hoc enim alio modo sic potest dici: Si rectè diliguntur iustificationes Dei, rectè diligitur dilectio iustificationum Dei. An aliud est concupiscere, aliud desiderare? Non quòd non sit concupiscentia desiderium, sed quia non omnis concupiscentia desiderium est. Concupiscuntur enim & quæ habentur, & quæ non habentur. Nam cõcupiscendo fruitur homo rebus quas habet: desiderando autem absentia concupiscit. Desiderium ergo quid est, nisi rerum absentium concupiscentia? Sed Dei iustificationes absentes esse quomodo possunt, nisi quando nesciuntur? An & quando sciuntur & non fiunt, absentes habendæ sunt? Nam quid sunt iustificationes, nisi opera iusta, non verba? Ac per hoc possunt infirmitate animæ non desiderari, & ratione mentis vti. Videtur quippe quàm sint vtiles atque salubres, & ideo potest earum desiderium concupisci. Sæpe enim quid agendum sit videmus, nec agimus: quia non delectat vt agamus, & concupimus vt delectet. Præuolat intellectus: & tardè sequitur, & aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus. Ideo ergo desiderare concupiscebat, quæ bona esse cernebat: cupieris eorum habere delectationem, quorum potuit videre rationem. Non autem ait, concupiscit, sed concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste incola in terra, qui iam peruenerat ad id quod concupiuerat: iamque desiderabat eas, quarum se desiderium aliquãdo concupisse commemorat. Si autem desiderabat, cur non habebat? Non enim aliquid impedit quo minus habeantur iustificationes Dei, nisi quia non desiderantur: dum non in eas charitas feruet, quarum claritas lucet. An habebat eas atque faciebat? Nam paulo pòst dicit, Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Sed quibus quasi gradibus ad eas peruenitur, ostendit. Prius est enim vt videatur quàm sint vtiles & honestæ, deinde vt earum desiderium concupiscatur: postremo vt proficiente lumine atque sanitate delectet earum & operatio, quarum sola ratio delectabat. Sed ea quæ sequuntur, quoniam iam iste prolixus est, alio sermone adiuuante Domino commodiùs differentur.

CONCIO IX.

De eo quod dicit, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis: vsque ad id, Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.

PSALMI huius quę tractanda subsequuntur, admonent nos causam nostræ miseriæ recordari. Etenim cùm dixisset, Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore: siue scilicet in rebus prosperis, siue in aduersis, quia & in laboribus & doloribus debet delectare iustitia, nec ita est tempore diligenda tranquillo, vt turbulẽto tempore deseratur, sed amplectenda est in omni tempore: continuò subiecit, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.) Superbi enim declinãt à mandatis Dei. Aliud est quippe mãdata Dei per infirmitatem vel per ignorantiam non implere, aliud ab eis per superbiam declinare: sicut fecerunt qui nos mortaliter in hæc mala ge- Genes.3.b
nuerunt. Delectauit enim eos, Eritis sicut dij: ac sic à D mandato Dei, quod sibi eum mandasse sciebant, & quod facillimè nulla infirmitate reuocante, impediente, tardante, implere poterant, per hanc superbiam declinarunt. Et ecce tota ista dura & infelix ærumna mortalium, quodammodo hæreditaria est increpatio superborum. Quando enim dixit Deus, Adam vbi es? non vbi esset, Deus ignorabat, sed superbum increpabat: & vbi tunc esset, id est, ad quam miseriam peruenisset, non scire cupiebat, sed interrogando increpans admonebat. Vide autem quemadmodum cùm dixisset, Increpasti superbos: non ait, maledicti qui declinauerunt à mandatis tuis: vt illud tantùm primorum hominum peccatum veniret in mentem: sed ait, maledicti qui declinant. Oportebat enim vt omnes illo terrerentur exemplo à diuinis non declinare mandatis, & diligendo iustitiam in omni tem-

tempore, in huius mũdi etiam labore recipere quod in paradisi amissus voluptate. Sed quoniam superbi nec A in tanta deponunt increpatione ceruicem, & cùm sint deiecti laboris mortisque supplicio, extolluntur superbiæ typho, imitantes elationem eadentium, irridentes humilitatẽ surgẽtium: pro eis orat corpus Christi, cùm dicit, Aufer à me opprobrium & contemptum, quoniã testimonia tua exquisiui.) Testimonia Græcè martyria nuncupantur, quo verbo iam vtimur pro Latino. Vnde illos qui propter testimoniũ Christi diuersis passionibus humiliati sunt, & vsq; ad mortem pro veritate certarunt, nõ testes quod Latinè vtique possemus, sed Græcè vtique martyres appellamus. Quoniam hoc ergo familiarius auditis & dulcius, sic accipiamus hæc verba tanquam dictum sit, Aufer à me opprobrium & cõtemptum, quoniam martyria tua exquisiui, Christi corpus ista cùm dicit, nũquid ab impiis & superbis audire opprobriũ atque cõtemptum vllam deputat pœ- B nam, cùm potiùs inde peruenìat ad coronã? Cur ergo quasi graue aliquid & intolerabile à se poscit auferri: nisi quia, vt dixi, orat pro ipsis inimicis suis, quibus esse prospicit noxium obiicere sanctum nomẽ Christi tanquam opprobrium Christianis, & eius à Iudæis irrisam crucem totamque humilitatis Christianę medicinam, qua sola tumor ille sanatur quo inflati cecidimus, & iacentes amplius intumuimus eadem superbia permanente & crescente contemnere? Dicat itaque corpus
Matt.5.g Christi, (iam enim diligere didicit inimicos suos) dicat Domino Deo suo, Aufer à me opprobrium & contẽptum, quia martyria tua exquisiui: id est, opprobrium quod ideo audio, & contemptum quo ideo contemnor, quia martyria tua exquisiui, aufer à me. Inimici enim mei quos à me prĕcipis diligi, qui magis magisq; moriuntur & pereũt, cùm martyria tua contemnunt & criminantur, in me profectò reuiuiscent & inuenietur, si martyria tua venerẽtur in me. Ita factum est. Hoc vi- C demus, Ecce martyriũ Christi, & apud homines & in hoc mundo non solùm non est opprobrium, sed magnum est ornamentum. Ecce non solùm in conspectu
Psal.115.a Domini, verùm etiam in conspectu hominum iã pretiosa est mors sanctorum eius. Ecce nõ solùm non cõtemnuntur, verùm etiam magnis honoribus prĕferun-
Lucæ 15.i tur martyres eius. Ecce filius ille iunior qui pro porcis quos pascebat, id est, pro immundis dæmonibus quos colebat, particulã suam in paucissimis Christianis prĕcedentem persequebatur: iam nunc in tam multis & magnis populis gentium martyres quibus ingerebat opprobrium religiosissimè prædicans, & maximis laudibus quos contemnebat exaltans, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Hoc tam magno lucro correctionis, conuersionis & redĕptionis inimicorum suorum corpus Christi Deo dixit, Aufer à me opprobrium & contemptum. Et quasi quæreretur de qua re opprobrium, de qua re contẽptum, subiungit, Quoniã martyria tua exquisiui. Vbi est nũc illud opprobrium? vbi est ille contẽptus? Abierunt atque transierunt: & quia inuenti sunt qui perierant, illa perierunt. Sed quãdo ecclesia talia precabatur, illa patiebatur. Etenim sederunt principes, inquit, & aduersum me loquebãtur.) Inde persecutio grauis erat: quia eam sedentes, hoc est, iudiciariis sedibus eminentes, principes decernebant. Refer hoc ad ipsum caput, inuenies sedisse principes
Matt. 26, a c.f. Iudæorum, consiliũ quĕrentes quomodo Christũ perderent. Refer hoc ad corpus eius, id est, ad ecclesiã, inuenies reges terrę excogitasse atque iussisse quomodo Christiani nusquã essent. Etenim sederũt principes, & aduersum me loquebãtur. Seruus autẽ tuus exercebatur in tuis iustificationibus.) Qualis exercitatio hæc fuerit, qui nosse desideras, quod adiunxit intellige, Nã & testimonia tua meditatio mea est, & consiliũ meum iustificationes tuæ.) Recole quod superius cõmendaui testimonia esse martyria. Recole in iustificationib. Domini nullã rem esse difficiliorẽ & mirabiliorẽ, quàm vt suos quisque diligat inimicos. Sic ergo exercitabatur corpus Christi, vt & martyria, id est, testimonia ei⁹ me- Matt.5.g
ditaretur: & vt diligeret eos à quibus opprobrantibus & contẽnentibus propter ipsa martyria persecutiones patiebatur. Non enim pro se, sicut iam commendauimus, sed pro ipsis potius orabat dicens, Aufer à me opprobriũ & contemptum. Sederunt ergo principes, & aduersum me loquebantur, seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Quonam modo? Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meũ iustificationes tuæ. Consilium contra consilium. Consilium sedentiũ principum fuit, inuentos martyres perdere: cõsiliũ patientium martyrum fuit, inimicos perditos inuenire. Reddebant illi mala pro bonis, isti bona pro malis. Quid ergo mirum, si illi occidendo defecerunt, isti moriendo vicerunt? Quid, inquam, mirum, si martyres sæuientibus gentibus temporalem mortem patientissimè pertulerunt, & gentes martyribus orantibus ad æternam vitã peruenire potuerunt: dùm corpus Christi sic exercetur, vt & martyria meditaretur, & malis martyrum persecutoribus bona precaretur?

CONCIO X.

De versu Psalmi, Adhæsit pauimento anima mea, Viuifica me secundum verbum tuum.

SEQVITVR in isto Psalmo maiore quod considera- Daleth.
re, & sicut Dominus dederit, pertractare debemus. ד Adhęsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuũ.) Quid est, adhæsit pauimẽto anima mea? Nam cùm adiungit & dicit, Viuifica me secundũ verbum tuũ: quare se viuificari poscat, vtique causam prę- C misit dicendo, Adhæsit pauimento anima mea. Ergo quia propterea se viuificari petit, quia pauimento adhęsit anima eius: mirũ si boni aliquid hinc vult intelligi. Ita quippe se habet tota ista sententia: tanquã diceret, mortuus sum, viuifica me. Quid est enim pauimentum? Si tanquam vnam quandam domum magnã vniuersum mundũ velimus accipere, videmus velut eius camerã cœlũ. Terra igitur erit pauimentũ. Vult itaque terrenis erui, & cum Apostolo dicere, Cõuersatio no- Philip. 3.d
stra in cœlis est. Proinde terrenis adhærere, mors animę est. Cui malo cõtraria poscitur vita, cùm dicitur, viuifica me. Sed videndũ est, vtrum cõgruant huic verba ista, qui superius talia dixerat, quibus magis Deo videatur adhæsisse quàm pauimento: vt conuersatio eius nõ in terrenis, sed in cœlestibus haberetur. Quomodo enĩ potest intelligi terrenis adhæsisse qui dicit, Seruus autẽ tuus exercebatur in tuis iustificationibus: nam & testi- D monia tua meditatio mea est, & consilium meũ iustificationes tuæ? Hæc sunt enim verba eius antecedentia, quorum antecedentiũ ista sunt consequentia, Adhæsit pauimẽto anima mea. An ex hoc intelligere debemus, quantũlibet quisque proficiat in iustificationibus Domini, habere cũ mortalis carnis affectum circa ista terrena, & in quibus vita humana tentatio est super terrã, & ab hac morte si perseueranter proficit, quotidie re- Iob.7.a
uiuiscere, vitificante illo, cuius gratia homo noster interior renouatur de die in diem? Nam & illud Apostolus cùm dicebat, Quãdiu sumus in hoc corpore, pere- 2.Cor.5.a
grinamur à Domino, & concupiscebat dissolui, & esse cum Christo, adhæserat pauimento anima eius. Vnde & corpus ipsum, quia ex terra est, non absurdè intelligitur pauimentum, quod adhuc quia corruptibile est, & aggrauat animam: rectè in illo ingemiscitur & dici- Sap.9.c

tur Deo, Adhæsit pauimẽto anima mea, viuifica me se-
1.Cor.15.g cundum verbum tuum. Neque enim nõ cum corpori- A
bus nostris semper cum Domino erimus: sed tũc quia
non erunt corruptibilia, nec animas aggrauabũt, si di-
ligenter consideremus, non eis nos, sed ipsa nobis po-
tius adhærebũt, nos autem Deo. Vnde alterius Psalmi
Psal.72.d verba illa sunt, Mihi autem adhærere Deo bonum est,
vt viuant corpora ex nobis adherendo nobis, nos autẽ
viuamus ex Deo, quia nobis adhærere Deo bonũ est.
Adhæsio quippe ista de qua dictũ est, adhæsit pauimẽ-
to anima mea, nõ coniunctionẽ carnis & animæ, quã-
uis & ipsam quidam intellexerint: sed carnalem magis
Galat.5.c animæ affectum quo caro cõcupiscit aduersus spiritũ,
significare mihi videtur. Quod si rectè accipitur, profe-
ctò qui dicit, Adhæsit pauimento anima mea, viuifica
me secundũ verbũ tuũ, non id orat vt de corpore mor-
tis huius, morte ipsius corporis interueniẽte soluatur,
quòd dies vltimus vitę huius, qui propter eius breuita-
tem non potest esse diuturnus, quãdoque facturus est:
sed vt concupiscentia qua cõcupiscitur aduersus spiri-
tum, magis magisque minuatur, & concupiscentia qua
cõcupiscitur aduersus carnem, magis ac magis augea-
tur, donec ista consumatur in nobis, & illa consumme-
tur per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Bene au-
tem non ait, viuifica me secundũ meritum meum: sed
ait, secundum verbum tuum. Quod quid est aliud, nisi
secũdũ promissum tuum? Filius promissionis vult esse,
non filius elationis: vt secũdum gratiam firma sit pro-
Genes.21.b missio omni semini. Hoc est enim verbũ promissionis,
Rom. 9.b In Isaac vocabitur tibi semen. Hoc est, non qui filij car-
nis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in se-
mine. Nã quid erat ipse per seipsum, in eo quod sequi-
tur, cõfitetur, Vias meas enũciaui, & exaudisti me. Nõ-
nulli quidẽ codices habẽt, vias tuas, sed plures, & ma-
ximè Græci, vias meas, hoc est malas. Nã hoc mihi vi-
detur dicere, peccata mea confessus sum, & exaudisti
me, hoc est, vt dimitteres ea. Doce me iustificationes
tuas.) Confessus sum vias meas, delesti eas, doce me
tuas. Sic doce me vt agam: non vt tantummodò sciam
quid agere debeam. Sicut enim dictum est de Domino
2.Cor.5.d quòd nõ nouerat peccatum, & intelligitur nõ fecerat:
sic & iustitiã ille verè dicendus est nosse, qui facit. Pro-
ficientis hæc oratio est. Nam vtique si omnino non fa-
ceret, profectò illa superiora nõ diceret. Seruus autem
tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Non ergo in
quibus exercebatur has vult à Domino discere, sed ab
istis ad alia proficiendo velut crescendo desiderat pe-
ruenire. Denique adiungit & dicit, Viam iustificationũ
tuarum insinua mihi.) Vel vt nonnulli codices habent,
instrue me.) Quod expressiùs de Græco dicitur, fac me
intelligere. Et exercebor in mirabilibus tuis.) Ipsas iu-
stificationes ampliores, quas proficiendo cupit appre-
hendere, mirabilia Dei vocat. Sunt ergo quædam Dei
iustificationes ita mirabiles, vt humana infirmitas ab D
eis qui experti non sunt, nõ ad eas posse peruenire cre-
datur. Vnde laborans iste, & earum difficultate quodã-
modo fatigatus, adiungit, Dormitauit anima mea, in-
quit, præ tædio, confirma me in verbis tuis.) Quid est
dormitauit, nisi à spe refriguit, qua ea se apprehẽsuram
esse crediderat? Sed cõfirma me, inquit, in verbis tuis,
ne ab eis quoque ad quæ peruenisse me iã sentio, deci-
dam dormitando. Cõfirma itaque me in eis verbis tuis
quæ iam teneo, quæ iam facio: vt ex eis ad alia possim
proficiendo peruenire. Et quid impedit in via iustifica-
tionum Dei sic ambulare, vt homo facilè possit ad illa
etiã mirabilia peruenire? Quid putamus nisi quòd à se
amoueri in consequẽtibus rogat dicens, Viam iniqui-
Rom.5.d tatis amoue à me?) Et quia lex factorum subintrauit vt
abundaret delictum: sequitur & dicit, Et à lege tua mi-
serere mei.) Qua lege, nisi lege fidei? Audi Apostolum,
Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legẽ? Facto- Rom.3.d
rum? Nõ, sed per legem fidei. Hæc est lex fidei qua cre-
dimus & oramus per gratiã nobis donari, vt faciamus
quod per nosmetipsos implere nõ possumus, ne igno-
rantes Dei iustitiã, & nostram volentes constituere, iu-
stitiæ Dei non simus subiecti. In lege itaque factorum, Rom. 10.a
est Dei iubentis iustitia? in lege autem fidei, subueniẽ-
tis misericordia. Cùm autem dixisset, Et à lege tua mi-
serere mei: de beneficiis eius, quæ iam consecutus est,
quodãmodo, si dici potest, præscribit, vt impetret cæ-
tera quæ nondũ est cõsecutus. Ait enim, Viam veritа-
tis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Adhæsit testimo-
niis tuis, Domine noli me confundere.) Viam veritatis
elegi vbi currerem, iudicia tua nõ sum oblitus vt cur-
rerem. Adhæsit testimoniis tuis, cùm currerẽ, Domine
B noli me confundere. Quò curro pertendam, quò tẽdo
peruenia. Non enim volentis neque currentis, sed mi- Rom.9.d
serentis est Dei. Denique loquitur, Viam mandatorum
tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.) Non curre-
rem, nisi dilatasses cor meum. Prorsus isto versu expo-
nitur quemadmodum dictum sit, Viam veritatis elegi,
iudicia tua non sum oblitus, Adhæsi testimoniis tuis.
Cursus quippe istæ viæ sunt mandatorum Dei. Et quia
potius eius beneficia quàm sua merita Domino allegat,
tanquam diceretur ei quomodo istam viam cucurristi,
viam veritatis eligendo & Dei iudicia non obliuiscẽ-
do, & eius testimoniis adhærendo, an per teipsum ista
potuisti? Non, ait. Quid ergo? Viam mandatorum tuo-
rum, inquit, cucurri, cùm dilatasti cor meum. Nõ ergo
per proprium, & quasi nullius tuæ opis indigum arbi-
triũ meum: sed cùm dilatasti cor meum. Cordis dilata-
tio, iustitię est delectatio. Hoc munus est Dei, vt in præ-
C ceptis eius nõ timore pœnæ angustemur, sed dilectio-
ne dilatemur, & delectatione iustitiæ delectemur. Hãc
enim nobis promittit latitudinẽ dicens, Habitabo in
eis, & deambulabo. Quàm enim latum est vbi deãbulat 2.Cor.6.d
Deus? In hac latitudine diffunditur charitas in cordi-
bus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Vn- Rom.5.a
de etiã dictum est, Et in plateis tuis discurrãt aquæ tuę.
Platea quippe de verbo Græco à latitudine nomen Prouer.5.e
accepit: quoniã Græcè πλατὺ dicitur latum. Hæ sunt
aquæ de quibus Dominus clamat dicens, Qui sitit, ve-
niat ad me: Qui credit in me flumina aquæ viuæ fluent Ioan.7.d
de vẽtre eius. Et exponẽs Euãgelista quid dixerit: Hoc
autẽ, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant
credẽtes in eũ. Multa dici possent de ista cordis latitu-
dine, sed huius sermonis iam contradicitur lõgitudini.

CONCIO XI.

*De versu Psalmi, Legem pone mihi Domine viam iustificatio-
num tuarum.*

IN PSALMO isto magno sequitur, quod nobis adiu- He.
uante Domino considerandum atque tractandũ est. n
Legem pone mihi Domine viã iustificationum tuarũ,
& exquirã eam semper.) Apostolus dicit, Iusto non est
lex posita, iniustis autẽ & non subditis, & cætera, quæ 1.Tim.1.b
ibi concludens ait: Et si quid aliud sanæ doctrinæ ad-
uersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati
Dei, quod creditum est mihi. Nunquid ergo talis erat
iste qui dicit, Legẽ pone mihi Domine, qualibus bea-
tus Paulus dicit positã legem? Absit. Si enim talis esset,
nõ superius dixisset, Viam mandatorũ tuorum cucurri,
cùm dilatasti cor meũ. Quid ergo quòd orat vt sibi
lex à dño ponatur, si nõ ponitur iusto? An eo modo nõ
ponitur

ponitur iusto, quomodo posita est populo contumaci
Exodi.31. in tabulis lapideis, non in tabulis cordis carnalibus, se-
2.Cor.3.a cundum vetus Testamentũ ex mõte Sina, quod in ser- A
Galat.4.d uitutem generat: † sed secundum testamentũ nouum,
al. *non secũdum* de quo scriptũ est per Hieremiã prophetã, Ecce dies
Hier.31.f veniunt, dicit Dominus, & cõsummabo domui Israel
& domui Iuda testamentũ nouum, non secundũ testa-
mẽtum quod disposui patribus eorũ in die qua apprehendi
manum eorũ, vt educerẽ eos de terra Ægypti:
quoniam ipsi non permanserunt in testamẽto meo, &
ego neglexi eos, dicit Dominus: quoniã hoc est testa-
Hebr.8.c mentũ quod constituam domui Israel. Post dies illos,
dicit Dominus, dabo leges meas in mentibus eorũ, &
in cõrdibus eorũ scribam eas. Ecce quomodo voluit
iste legem sibi poni à Domino, non sicut iniustis & nõ
subditis ad vetus testamentum pertinẽtibus posita est
in tabulis lapideis: sed sicut sanctis filiis liberæ, hoc est
supernæ Hierusalẽ, filiis promissionis, filiis hæreditatis
æternæ, sancto spiritu tanquã digito Dei in mente da-
tur, & in cordibus scribitur: non quã memoria teneat B
& vita negligant, sed quam sciant intelligẽdo, faciant
diligẽdo in latitudine amoris, nõ in timoris angustiis.
Nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ opus legis
facit, profectò inuitus facit. Quod autem inuitus facit,
si posset fieri, mallet vtique non iuberi. Ac per hoc le-
gis quam vellet non esse, nõ est amicus, sed potius ini-
micus: nec mundatur opere, qui immundus est cogi-
tatione & voluntate. Talis non potest dicere quod iste
dixit in superioribus versibus, Viam mandatorũ tuo-
rum cucurri, cùm dilatasti cor meũ, quia illa dilatatio
charitatem significat, quæ secũdum Apostolum legis
Rom.13.e est plenitudo. Cur ergo iste adhuc poscit sibi legem
poni: quæ vtique si non ei posita fuisset, non in viam
mãdatorum Dei in cordis latitudine cucurrisset? Sed
quia proficiens loquitur, & Dei donũ nouit esse quod
proficit: quid aliud petit cùm sibi legẽ poni petit, nisi
vt in ea magis magisque proficiat? Quemadmodum si
poculum plenũ teneas, & sitienti dare incipias: & hau- C
1.Tim.1.b rit bibendo, & poscit desiderando. Quibus autem in-
iustis & nõ subditis lex in lapideis tabulis ponitur: præ-
uaricationis reos, non promissionis efficit filios. Sed &
ille qui eius meminit, nec eam diligit, eo modo reus
est, quia memoria eius lapis illi est quodammodo scri-
ptus: non quo adornetur, sed quo prematur, pondus
oneris, nõ titulus honoris. Hanc autem legem iste viã
iustificationum Dei vocauit: nec alia via est mandato-
rum eius quam se cucurrisse iam dixerat, cùm dilata-
tum est cor eius. Ergo & cucurrit, & currit: donec pe-
ruenia t ad palmam supernæ vocationis Dei. Denique
cùm dixisset, Legem pone mihi Domine, viam iusti-
ficationum tuarum: addidit, & exquiram eam semper.
Quid enim exquirit quod habet: nisi quia & habet a-
gendo, & exquirit proficiendo? Sed quid est semper?
Psal.33.a Vtrum exquirẽdi non erit finis, sicut dictum est, Sem-
per laus eius in ore meo: quoniam laudandi non erit
finis? Neque enim Deum nõ laudabimus, cùm ad eius
Psal.83.b regnum peruenerimus æternum, cùm legamus, Beati
qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudã-
bunt te. An semper dictum est quamdiu hîc viuitur,
quia tamdiu proficitur? Post hanc autẽ vitam qui bene
hîc proficiebat, ibi non proficit, sed perficitur: sicut de
quibũsdam fœminis dictum est, semper discentes: sed
ille malè quia secutus adiunxit, & ad veritatis scientiã
nunquam peruenientes. Qui verò in melius semper hîc
proficit, quò proficiẽdo nititur, peruenit, vbi iam non
2.Tim.3.b proficiat, quia iam perfectus sine fine consistit. Nec de
illis tamẽ ita dictũ est, semper discẽtes, vt & post mor-
tem discere perseuerent vana & infructuosa: cùm tali-
bus doctrinis successerint, nõ studia, sed supplicia sem-
piterna. Hic ergo exquiritur Dei lex quãdiu in ea pro-
ficitur, & sciendo & diligẽdo: ibi autẽ plenitudo eius
manet ad fruendum, non remanet ad quærendum. Sic
etiam illud dictum est, Quærite faciẽ eius semper. Vbi Psal.104.a
semper, nisi hîc? Nõ enim & ibi semper quæremus Dei
faciem, vbi videbimus facie ad faciem. Aut si rectè di-
citur exquiri quod sine fastidio diligitur, & id agitur
ne amittatur: semper omnino sine fine quæremus legẽ
Dei, hoc est, veritatẽ Dei. In hoc quippe ipso Psalmo 1.Cor.13.d
dicitur, Et lex tua veritas. Quæritur nunc vt teneatur,
tunc tenebitur ne derelinquatur: sicut de spiritu Dei
dictum est, quòd omnia scrutetur, etiam altitudines
Dei non vtique vt quod nescit inueniat, sed quia nihil 1.Cor.2.c
relinquet omnino quod nesciat. Gratia itaque Dei
nobis præcipue commendatur, quando sibi legẽ poni
poscit à Domino: qui vtique iam legem secundum li-
teram nouerat. Sed quia litera occidit, spiritus autem 2.Cor.3.b
viuificat, orat vt per spiritum sanctum faciat, quod per
literam sciebat: ne per scientiam mandati non obser-
uati etiam præuaricationis ei crimen accedat. Quan-
quam etiam vt sciatur lex quomodo scienda est, id est,
vt intelligatur quid sibi velit, quare sit eis posita, qui
eam non erant seruaturi, quidque habeat vtilitatis e-
tiam hoc ipsum quòd lex subintrauit, vt abõdaret de-
lictum, nemo comprehendit, nisi à Domino acceperit
intellectum: vnde iste adiungit & dicit, Da mihi intel- Rom.5.d
lectũ & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in
toto corde meo.) Cùm enim quisque legem scrutatus
fuerit, & ad eius alta peruenerit, in quib' tota lex pen-
det: profectò debet Deum diligere ex toto corde, &
ex tota anima, & ex tota mente, & proximum suum
tanquam seipsum. In his enim duobus mandatis tota Matth.22.d
lex pendet & prophetæ. Hoc videtur promisisse cùm
dixit, Et custodiam illam in toto corde meo. Sed quia
& hoc minus valet viribus propriis, nisi adiuuetur ab
illo qui iubet vt faciat quod iubet, Deduc me, inquit,
in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui.) C
Parum est mibi volũtas mea, nisi in eo quod volui me
ipse deducas. Et certè ipsa est semita, hoc est, via man-
datorũ Dei, quam se dilatato ab illo corde suo cucur-
risse iam dixerat. Quam propterea etiam semitam vo-
cat, quia angusta est via quæ ducit ad vitam, & cùm
sit angusta, nisi dilatato corde non curritur. Sed quo- Matth.7.b
niam adhuc proficit, adhuc currit: & ideo diuinum
auxilium quo deducatur inquirit, quia neque volẽtis,
neque currentis, sed miserentis est Dei: denique quia Rom.9.d
& ipsum velle Deus operatur in omnibus bonis, præ- Philip.2.b
paratur enim voluntas à Domino: sequitur & dicit,
Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auari-
tiam.) Quid est inclinatum cor ad aliquid habere, nisi
hoc velle? Et voluit ergo, & orat vt velit. Voluit cùm
dixit, Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia
ipsam volui: orat autem vt velit, cùm dicit, Inclina
D cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Hoc
itaque orat vt in ipsa voluntate proficiat. Quæ sunt
autem Dei testimonia, nisi quibus sibi ipse attestatur?
Testimoniis enim aliquid probatur, ac per hoc iu-
stificationes Dei & mandata Dei testimoniis Dei pro-
bantur. Et quicquid nobis persuadere vult Deus, suis
testimoniis persuadet: in quæ iste petit inclinari cor
suum, & non in auaritiam. Testimoniis quippe suis
agit nobiscum Deus, vt cum gratis colamus: quod
impedit auaritia radix omnium malorum. Tali verbo
Græco hîc appellat quò possit intelligi generalis auari-
tia, qua plus appetit quisque quã sat est. πλέον enim La-
tinè plus est, ἕξις habit' est, ab eo quod est habere. Ergo
à plus habẽdo appellata est πλεονεξία quã Latini inter-

pretes in hoc loco nõnulli interpretati sunt emolimẽtum: quidam verò vtilitatem, sed melius qui auaritiã. A
2.Tim.6.b Dicit autem Apostolus, Radix omniũ malorum auaritia est. Sed in Græco, vnde in nostram linguam verba ipsa translata sunt, non legitur apud Apostolũ πλεονεξία, quod in loco isto Psalmi huius: sed φιλαργυρία, quo verbo significatur amor pecuniæ. Verùm Apostolus intelligendus est isto nomine genus significasse per speciem: id est, per amorem pecuniæ vniuersalem generalemq; auaritiã, quæ vere radix est malorũ omniũ. Nã ipsi primi homines per serpentẽ decepti & deiecti non fuissent, nisi plus quàm acceperãt habere, & plus quàm facti fuerãt esse voluissent. Hoc quippe ille pro-
Genes.3.a miserat dicens, Eritis sicut dij. Ergo ista πλεονεξία subuersi sunt. Plus enim volẽtes habere quàm acceperãt, & quod acceperant amiserunt. Cuius vestigium veritatis legibus, quæ vbique dispersæ sunt, & in forẽsi iure deprehensum est, quo institutum est, vt plus petẽdo causa cadat: id est, vt qui plus petierit quàm ei debe- B
tur, & quod ei debebatur amittat. Omnis autem à nobis circunciditur auaritia, si gratis colatur Deus. Ad quod sanctum Iob in agone tentationis ipse prouocat inimicus, cùm de illo dicit, Nunquid gratis colit Iob
Iob.1.b. Deum? Putabat enim diabolus quòd in Deo colendo vir iustus cor inclinatũ haberet in auaritiã: & causa emolimẽti vel vtilitatis rerum temporalium quibus eum ditauerat Dominus velut mercenarius ei pro tali mercede seruiret. Sed quàm gratis Deũ coleret, tentatus apparuit, Si ergo cor non habeamus inclinatum in auaritiam, Deum non colimus nisi propter Deum:
Matth.22.d vt sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in seipso, ipsum diligamus & in nobis, ipsum in proximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos: siue habeant eum, siue non habeant eum. Quod vobis quoniam ipso donante confertur: ideo illi dicitur, Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiã. Sed quæ sequuntur, alio sermone tractanda sunt.

CONCIO XII.

De eo quod dicit, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. vsque ad, Ecce cõcupiui mãdata tua in iustitia tua viuifica me.

SEQVITVR in Psalmo quem suscepimus differendum, Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ, in via tua viuifica me.) Ecõtrariò differũt inter se vanitas & veritas. Huiº autẽ mũdi cupiditas, vanitas: sed Chri-
Ioan.14.a stus, qui ex hoc mũdo liberat, veritas. Ipse est & via, in quã se vult iste viuificari, quia ipse est & vita: ipse quippe ait, ego sum via, veritas & vita. Sed quid est, auerte oculos meos ne videant vanitatẽ? Nũquid quãdiu su-
Rom.8.d mus in hoc mũdo possumº nõ videre vanitatẽ? Omnis enĩ creatura vanitati subiecta est, quæ intelligitur esse
Eccles.1.a in homine, & omnia vanitas. Quę abundãtia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? An iste fortassis hoc orat, vt non sit eius vita sub sole, vbi om-
Ephes.4.b nia vanitas: sed in illo sit in quo se viuificari petit? Ille D
quippe ascendit nõ super solem tantùm, sed super omnes cęlos: vt adimpleret omnia. Et in illo magis quàm sub sole viuunt, qui non inaniter audiunt quod dixit
Colos.3.a Apostolus, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ sunt super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. Ac per hoc si vita nostra ibi est, vbi est veritas, nõ est vita nostra sub sole vbi est vanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis habemus in spe, nondum tenemus in re. Et secundum
Rom.8.d spem nostram beatus Apostolus ista locutus est: quia & illud cùm dixisset, Vanitati creatura subiecta est, adiecit atque ait, non sponte, sed propter eũ qui subiecit eã in spe. Ergo in spe qua speramus nos adhæsuros cõtemplandæ veritati, subiecti sumus interim vanitati. Creatura quippe ista spiritalis, animalis, corporalisque omnis in homine est: imo homo est. Sponte peccauit, & inimica facta est veritati, sed vt meritò puniretur; nõ spõte subiecta est vanitati. Denique post pauca: Nõ solum autẽ, inquit, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, id est, qui nondum quidẽ ex toto quod sumus, sed ex ea parte qua pecoribus meliores sumus, Deo, nõ vanitati subditi sumus, hoc est, per primitias spiritº & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectãtes redemptionẽ corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ videtur, non est spes. Quod Rom.8.b.c
enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Quãdiu itaque hîc secundum carnẽ sumus, cuius adoptionem & redemptionẽ per patientiã spei adhuc expectamus: tãdiu secundũ id per quod sub sole sumus, vanitati subiecti sumus. Quamdiu igitur ita sumus, vnde possumus
nõ videre vanitatẽ, cui etiã subiecti sumus in spe? Quid est ergo quod iste dicit, Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ? An hoc petit, vt non quidẽ in hac vita quod in spe gerimus impleatur, sed vt in ea sorte sit, quæ in illo quãdoque possit impleri, cùm liberabitur à seruitute corruptionis, & spiritu & anima & corpore in li-
bertatẽ gloriæ filiorũ Dei, vbi iam nõ videat vanitatẽ? Rom.8.d
Possunt quidẽ verba ista sic intelligi, nõ præter regulã fidei: sed est hîc alius sensus, quẽ mihi fateor plus placere. Dñs in Euãgelio dicit, Si fuerit oculus tuus sim- Matth.6.
plex totũ corpus tuũ lucidum erit. Si autẽ oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Proinde magni interest, cùm aliquid boni facimus, cuius rei cõtemplatione faciamus. Officiũ quippe nostrũ non officio, sed fine pẽsandũ est: vt scilicet non tantũ si bonũ est quod facimus, sed præcipuè si bonũ est propter quod facimus, cogitemus.
C Hos oculos quibus contẽplamur quare faciamº quod facimus, auerti poscit ne videant vanitatem: id est, ne hanc attẽdat, propter quã faciat, cùm boni aliquid facit. In qua vanitate præcipuũ locũ obtinet amor laudis humanæ, propter quã multa magna fecerunt, qui magni in hoc seculo nominati sunt, multũque laudati in ciuitatibus gentiũ, quærentes non apud Deum, sed apud homines gloriã, & propter hanc velut prudẽter, fortiter, temperanter, iusteque viuentes, ad quã peru-
enientes perceperunt mercedẽ suam, vani vanam. Ab Matt.6.a
hac vanitate volens Dominus auertere oculos suorũ, Attendite, inquit, ne iustitiam vestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Deinde cùm ipsis iustitiæ quasdã partes exequeretur, præcipiens de eleemosynis, de orationibus, de ieiuniis, vbique id admonuit, ne aliquid eorum propter gloriã hominum fiat, & vbique dicit eos qui propterea faciunt, percepisse mercedem suam, id est, non æternam, quæ sanctis reposita est apud patrem, sed temporalem, quã quærunt, qui cõtemplantur in suis operibus vanitatẽ: non quia ipsa laus humana culpanda sit, (nam quid tam optandum est hominibus, quàm vt eis placeant, quæ debeant imitari?) sed propter ipsam laudem bene operari, hoc est vanitatem in suis operibus intueri. Quandoquidem & ipsa ab hominibus laus homini iusto quantacunque prouenerit, non ibi esse debet eius finis boni, sed etiam ipsa referenda est ad laudem Dei, propter quam bona faciunt verè boni: quoniam nec à seipsis, sed ab illo fiunt boni. Denique in eodem sermone Dominus iam dixerat eis, Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant ve- Matth.5.b
stra

stra opera bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est: vbi finẽ posuit, hoc est, in gloria Dei. Hoc de- A
bemus quãdo aliquid boni facimus intueri, si auertuntur à vanitate oculi nostri. Nõ ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominũ, sed ipsas laudes hominum corrigamus, & ad Dei laudes omnia referamus: à quo nobis datur quicquid in nobis sine laudantis errore laudatur. Porrò si vanum est propter hominũ laudes bona facere, quanto vanius propter adipiscendã pecuniam, vel augendam, siue retinendã, & si quid huiusmodi est commodi temporalis quod nobis accedit
Eccles.1.a extrinsecus, quia omnia vanitas? Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? Propter ipsam denique temporalem salutem non debemus facere bona opera nostra, sed potius propter illam quam speramus æternam: vbi bono immutabili perfruamur, quod nobis erit ex Deo, imò quod nobis est ipse Deus. Si enim sancti Dei propter hanc temporalẽ salutem bona opera facerent, nunquam martyres Christi bonum opus confessionis in eiusdem salutis amissione perficerent. Sed acceperunt auxilium de
a Psal.59.c tribulatione, nõ intuentes vanitatem: a quia vana salus
b Hier.17.c hominis, & b diẽ hominũ non cõcupierunt, c quia ho-
c Psal.143.b mo vanitati similatus est, dies eius sicut vmbra prætereũt. Cùm autem Deus rogatur vt ea quæ videntur esse in nostra potestate, id est, oculorũ auersio à videda vanitate, ab illo nobis cõcedatur, quid nisi eius gratia cõmendatur? Nonnulli enim ab ea vanitate non auerterunt oculos suos, quia putauerunt à seipsis se fieri iustos & bonos, & dilexerũt gloriã hominum magis
Ioan.12.g quàm Dei: quia & ipsi homines sũt, qui sibi nimiũ placuerũt, & de sui arbitrij viribus præsumpserunt. Sed
Eccles.6.d etiã hæc vanitas & præsumptio spiritus est. Cùm verò dixisset, Auerte oculos meos, ne videãt vanitatem, in via tua viuifica me, quæ via nõ vanitas sed veritas est: deinde subiunxit, Statue seruo tuo eloquiũ tuũ in ti-
more tuo.) Quod quid est aliud, quàm da mihi vt faci- C
am quod eloqueris? Neque enim statutũ est eloquium Dei his qui in se mouent illud contrà faciendo: eis autem statutum est, in quibus immobile est. Statuit itaq; Deus eloquiũ suũ in timore suo, eis quibus dat spiritũ timoris sui. Timoris autem non illius de quo dicit A-
Rom.8.e postolus, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore. Hunc enim consummata charitas foras
1 Ioan.4.d mittit timorẽ: sed illius timoris, quem dicit Propheta
Esa.11.a spiritũ timoris Dei, timoris vtique casti, permanentis in seculũ seculi, timoris quo timetur offendi qui amatur, Aliter quippe timet adultera virum suũ, aliter ca-
Psal.18.b sta. Adultera, ne veniat: casta, ne deserat. Amputa opprobriũ meũ quod suspicatº sum, quia iudicia tua suauia.) Quis est qui suum opprobrium suspicatur, & non magis nouit suum quisque opprobrium, quàm cuiuslibet alienum? Suspicari enim potius alienum potest homo, non suum: quoniam quod suspicatur, ignorat: in suo autem opprobrio non est cuiusque suspicio, sed sciẽtia, vbi loquitur cõsciẽtia. Quid est ergo quod ait, Opprobriũ meũ quod suspicatus sum? Nimi-
al. discendus tum de superiore sensu etiã iste † ducendus est, quoniã quamdiu non auertit homo oculos suos ne videat vanitatẽ, quod in seipso agitur, hoc de aliis suspicatur: vt propter quod ipse colit Deũ, vel propter quod bona opera facit, propter hoc credat & alterũ facere. Possũt quippe homines videre quod agimus, cuius autem rei cõtemplatione agimº occultũ est: & ideo datur suspicionibº locº, vt audeat homo iudicare de occultis hominũ, & falsa plerũq;, etsi vera, tamẽ ei incognita temere suspicari. Propterea Dñs cùm de ipso fine loqueretur propter quem iustitiam faceredebemº, vt oculos nostros à cõtẽplatione auerteret vanitatis: monuit, ne propter laudes hominũ bona opera faciamus, dicens, A
Attẽdite ne faciatis iustitiã vestrã corã hominibus, vt videamini ab eis, Monuit, ne propter pecuniã, dicens, Matt.6.a
Nolite vobis thesaurizare in terra: &, Nõ potestis Deo seruire & mãmonæ. Monuit, ne propter ipsum necessarium victũ atque vestitum, dicẽs, Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Et cùm hæc omnia monuisset, quia possumus suspicari eos quos iustè viuere videmus, & quo fine faciãt nõ videmus, propter aliquid huiusmodi benefacere: continuò subiecit, Nolite iudicare, vt
nõ iudicemini. Vnde & hic cùm dixisset, Amputa op- Matt.7.a
probriũ meũ q̃ suspicatus sum, addidit, Quia iudicia tua suauia: id est iudicia tua vera. Veritatis enĩ amator suauc clamat esse q̃ verũ est. Hõm aut iudicia de occultis hominũ non suauia, quia temeraria: & ideo suũ dixit opprobriũ quod de aliis est suspicatus, quia & hoc
quod Apostolus ait, Comparãtes semetipsos sibimet- B a.Cor.10.c
ipsis, non intelligũt: hoc enim procliuius homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso. Hoc itaque opprobriũ suum patebat auferti quod in se senserat, & in aliis fuerat suspicatus: vt non esset diabolo similis, qui de occultis sancti Iob suspicatus est, quòd non gratis Iob.1.b
Deũ coleret, quẽ poposcit tentãdũ, vt crimẽ quod obiecerat inueniret. Sed cùm libẽter alteriº opprobriũ nõ nisi ęmulatio suspicetur, dum bonũ opus reprehẽdi non potest, quia se exerit quod apertũ est, & quo fine fiat reprehẽditur, quia nõ se exerit q̃ occultũ est: atque ita malẽ supicari nõ debet quilibet non videndo al. cum libet quid libet
quod latet, & nõ inuidẽdo quod eminet: profectò cõtra hoc malũ quo quisque libenter de homine malum quod nõ prospicit suspicatur, charitas habẽda est, quæ non æmulatur, quam Dominus præcipuè commẽdat, 1.Cor.13.b
dicens, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicẽ diligatis: & in hoc scient omnes quia discipuli mei estis, Ioan.13.d
si dilectionẽ habueritis in inuicẽ. Et de dilectione Dei & proximi loquens, In his, inquit, duobus mãdatis tota lex pendet & prophetæ. Vnde & iste contra fæ Matt.22.d
suspicionis opprobriũ quod desiderat amputari. Ecce, inquit, concupiui mãdata tua, in tua iustitia viuifica me.) Ecce cõcupiui ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligere te, & proximũ sicut me. Nõ in mea, sed in tua iustitia viuifica me, hoc est, ista charitate quã concupiui imple me. Adiuua me vt faciã quod cõmendas, dona ipse quod mandas. In tua iustitia viuifica me: quia in me vnde morerer habui, vnde autẽ viuam non inuenio nisi in te. Iustitia tua Christus est, qui factus est nobis sapiẽtia à Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quẽadmodum scriptum est, 1.Cor.1.e
Qui gloriatur, in Domino glorietur: Et in illo inuenio Ioan.1.b
mãdata tua quæ concupiui, vt in tua iustitia, hoc est, in illo viuifices me. Ipse est enim verbum Deus, & verbũ
caro factum est, vt esset & proximus meus. D

Concio terciadecima.

SERMONI pristino, quem de Psalmo qui est omnium prolixissimus nuper habuimus, de verbis Vau.
eius quæ sequuntur iste iungẽdus est. Hæc verba sunt, Et veniat super me misericordia tua Domine.) Quæ sententia superiori videtur annexa. Non enim ait, veniat super me: sed ait, & veniat. Est autem illa superior. Ecce concupiui mandata tua, in tua iustitia viuifica me. Deinde sequitur, Et veniat super me misericordia tua Domine. Quid hic ergo poscit, nisi vt mãdata quę cõcupiuit per eius misericordiã faciat qui ea mãdauit? Exponit enim quodammodo quid dixerit, in tua iustitia viuifica me: cũ subiũgit, Et veniat super me misericordia tua Domine, Salutare tuã secun-

dum eloquiũ tuum.) Hoc eſt ſecundũ promiſſionem
Rom. 9. tuã. Vnde nos vult Apoſtolus filios promiſſionis in-
telligi: ne arbitremur noſtrũ eſſe quod ſumus, ſed to-
tum Dei gratiæ retribuamus. Factus eſt enim nobis
Chriſtus ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, &
redemptio: vt quẽadmodum ſcriptum eſt, Qui gloria-
1. Cor. 1. d tur, in Domino glorietur. Quid ergo eſt quod ait, In
tua iuſtitia viuifica me? In Chriſto vtiq; viuificari cu-
pit, & ipſa eſt miſericordia quam ſuper ſe poſcit veni-
re. Ipſe eſt Chriſtus & ſalutare Dei: quo verbo expo-
ſuit quam miſericordiam diceret, vbi ait, Et veniat
ſuper me miſericordia tua Domine. Si ergo quærimus
quæ ſit iſta miſericordia tua, audiamus quod ſequitur.
Salutare tuũ ſecundum eloquiũ tuum. Ab eo quippe
hoc promiſſum eſt, qui vocat ea quæ non ſunt tanquã
ſint. Nondum enim erant quibus promitteretur, ne
quiſquã de meritis gloriaretur. Et quibus promiſſum
eſt, etiam ipſi promiſſi ſunt: vt totũ corpus Chriſti di-
1. Cor. 15. b cat, Gratia Dei ſum id quod ſum. Et reſpondebo ex-
probrãtibus mihi verbũ.) Vtrum, verbum exprobrã-
tibus: an verbũ reſpondebo, ambiguum eſt: Sed quod
libet eorũ Chriſtum ſonat. Ipſum enim nobis expro-
1. Cor. 1. d brãt à quibus eſt crucifixus, vel ſcandalũ vel ſtultitiã:
Ioan. 1. b ignorantes quia verbũ caro factum eſt, & habitauit in
nobis, quod verbũ in principio erat: & apud Deũ erat,
& Deus erat. Sed etſi non ipſi verbũ exprobrent quod
eos latet, quia diuinitas eius ab eis non cognoſcitur à
quibus eius infirmitas in cruce contemnitur: nos tamẽ
verbũ reſpondeamus, nec exprobratione terreamur
aut cõfundamur. Verbũ enim ſi cognouiſſent, nunquã
1. Cor. 2. b Dominũ gloriæ crucifixiſſent. Ille autẽ reſpõdet ver-
bum exprobrantibus, ſuper quem venit miſericordia
Dei, hoc eſt ipſum ſalutare eius. Venit vt protegat, nõ
vt conterat, Nam ſuper quoſdã conterendos vẽturus
eſt, qui nunc in eum, dum ſpernunt eius humilitatem
Lucæ 20. c offendendo, quaſſantur. Sic enim dicit in Euangelio:
Qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum, cõquaſſabitur, ſuper
quem verò ceciderit cõteret eum. Qui ergo nobis ex- C
probrãt, offendunt, & cadunt in eum. Nos autẽ ne of-
fendamus & cadamus, opprobria eorũ ne timeamus,
ſed reſpondeamus eis verbũ: hoc eſt verbũ fidei quod
Rom. 10. b prædicamus. Quia ſi credideris, inquit, in corde tuo,
quia Dominus eſt Ieſus, & confeſſus fueris in ore tuo,
Rom. 10. c quia Deus illũ ſuſcitauit à mortuis: ſaluus eris. Corde
enim creditur ad iuſtitiã, ore autẽ confeſſio fit ad ſalu-
tẽ. Parũ eſt ergo in corde habere Chriſtũ, & nolle cõ-
fiteri dum timetur opprobriũ: ſed exprobrantibus re-
ſpondendũ eſt verbũ. Vt autem hoc martyres poſſent,
Matt. 10. c promiſſum eſt eis & dictũ: Non enim vos eſtis qui lo-
quimini, ſed ſpirit⁹ patris veſtri qui loquitur in vobis.
Ideo & iſte cùm dixiſſet, Reſpondebo exprobrãtibus
mihi verbum: continuò ſequitur, Quoniam ſperaui in
verbis tuis.) Quod eſt vtique in promiſſis tuis. Sed
quoniã quàm plurimi quamuis ad ipſum corpus cuius D
hęc verba ſunt pertinentes, graui pondere perſecutio-
nis vrgente non valuerunt ſuſtinere exprobrationem,
& Chriſtũ deficiendo negauerũt: ideo ſequitur, Et ne
auferas de ore meo verbũ veritatis vſque valde.) Ex
ore ſuo quippe dicit, quia vnitas corporis loquitur, in
cuius membris etiã illi deputantur, qui defecerunt ad
horam negando, ſed pœnitendo poſtea reuixerũt, vel
etiam martyrij palmam quam perdiderant † reparata
al. repetita confeſſione ſumpſerunt. Non igitur vſque valde (vel
ſicut quidam codices habent, nõ vſquequaque) hoc
eſt, nõ omnimodo ex ore Petri, in quo erat typus Ec-
cleſiæ, verbum veritatis ablatum eſt: qui etſi ad horam
negauit, timore turbatus, tamen flendo eſt reparatus,
Matt. 26. & cõfitẽdo eſt poſtea coronatus. Totum itaque cor-
pus Chriſti loquitur, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ vniuerſi-
A tas. In quo toto corpore, ſiue quia negãtibus plurimis
remãſerũt fortes, qui vſq; ad mortẽ pro veritate cer-
tarent, ſiue quia & ex iis qui negauerunt multi repara-
ti ſunt, non eſt ablatum ex eius ore verbum veritatis
vſque valde. Quod autem ait, ne auferas, intelligendũ
eſt ne auferri ſinas propter quod orando dicimus, Ne
nos inferas in tentationẽ. Et ait ipſe Dominus ad Pe- Matt. 6.
trũ, Rogaui, inquit, pro te ne deficiat fides tua: hoc eſt, Luc 22. d
ne auferatur de ore tuo verbum veritatis vſque valde.
Sequitur, Quia in iudiciis tuis ſperaui.) Vel ſicut de
Græco quidam diligẽtius expreſſerunt, ſuperſperaui.)
Quod verbũ etſi minus vſitatè cõpoſitũ eſt, tamẽ im-
plet veritatis interpretandæ neceſſitatẽ. Attentiùs er-
go nobis loci huius rimãdus eſt ſenſus, vt intelligamus
quantũ Deus adiuuet quid ſibi velit, in verbis tuis ſpe-
raui, in iudiciis tuis ſuperſperaui. Reſpondebo, inquit,
exprobrantibus mihi verbũ, quoniã ſperaui in verbis
B tuis: id eſt, quoniã mihi hoc ipſe promiſiſti. Et ne aufe-
ras ex ore meo verbũ veritatis vſque valde, quoniã in
iudiciis tuis ſuperſperaui: id eſt, quoniã iudicia tua quĩ-
bus me corripis & flagellas, non ſolùm mihi non au-
ferũt ſpẽ, verumetiã augent. Quoniã quẽ diligit Dñs
corripit, flagellat autẽ omnẽ filiũ quem recipit. Ecce Hebr. 12. b
enim ſancti & humiles corde de te præſumẽdo in per-
ſecutionibus non defecerũt: ecce etiã qui de ſe præſu-
mendo defecerũt, & tamẽ ad ipſum corpus pertinue-
rũt, ſibi innoteſcẽdo fleuerũt, & tuã gratiã ſolidiùs in-
uenerũt, quia ſuam ſuperbiã perdiderunt. Ergo ne au-
feras ex ore meo verbũ veritatis vſque valde, quia in
iudiciis tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiã legẽ tuã ſemper.
Id eſt, ſi non abſtuleris ex ore meo verbũ veritatis, cu-
ſtodiã legem tuã ſemper. In ſeculũ & in ſeculũ ſeculi.)
Oſtẽdit quid dixerit ſemper. Aliquando etenim ſem-
per intelligitur quandiu hic viuitur, ſed hoc non eſt in
ſeculũ & in ſeculũ ſeculi. Meliùs quippe ita interpreta-
tũ eſt, quàm ſicut quidã codices habent in æternũ &
in ſeculũ ſeculi: quia non potuerunt dicere, & in æter-
nũ æterni. Lex itaque iſta intelligenda eſt, de qua dicit
Apoſtolus, Plenitudo legis charitas. Hæc enĩ à ſanctis, Rom 13. c
quorũ ex ore non aufertur verbũ veritatis, hoc eſt, ab
ipſa Chriſti Eccleſia cuſtoditur, nõ ſolùm in hoc ſecu-
lo, id eſt, donec finiatur hoc ſeculũ, ſed etiã in altero,
quod appellatur ſeculũ ſeculi. Neque enim præcepta
legis ſicut hic etiã ibi accepturi ſumus quæ cuſtodia-
mus, ſed ipſam legis, vt dixi, plenitudinem ſine vllo
peccandi timore ſeruabimus: quia & Deum pleniùs
cùm viderimus amabimus, & proximum, quia Deus 1. Cor. 15. d
erit omnia in omnibus: nec falſæ cuiquã de proximo
ſuſpicioni erit locus, vbi nullus vlli erit occultus.

CONCIO XIIII.

De verſu Pſalmi vbi ait, Et ingrediebar in latitudine: vſque ad, Exercebar in iuſtificationibus tuis.

D SVPERIORES verſus prolixi Pſalmi huius ora-
tionem habent: hi autem qui ſequuntur, de quibus
nunc diſputandum eſt, narrationẽ. Petebat enim ho-
mo Dei ſuperius adiutoriũ gratiæ Dei, cùm dicebat,
In tua iuſtitia viuifica me, & veniat ſuper me miſeri-
cordia tua Domine: & alia ſimilia vel ſuprà vel infrà.
Nunc autem dicit, Et ambulabã in latitudine: quoniã
mãdata tua exquiſiui. Et loquebar in teſtimoniis tuis
in conſpectu regũ, & non confundebar. Et meditabar
in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad
mandata tua quæ dilexi, & exercebar in iuſtificationi-
bus tuis.) Vbi narrantis verba ſunt, non petentis, vel-
ut impetratis quæ petiuerat cõfitebatur in Dei laudi-
bus: qualẽ illum fecerat miſericordia Domini, quam
ſuper ſe venire popoſcerat. Neque enim hæc ita ſupe-
riori-

ribus coniunxerat vt diceret, Et ne auferas ex ore
meo verbũ veritatis vſq; valde, quia in iudiciis tuis ſu- A
perſperaui. Et cuſtodiã legẽ tuã ſemper, in ſeculum &
in ſeculũ ſeculi. Et ambulabo in latitudine, quia man-
data tua exquiſiui. Et loquar in teſtimoniis tuis in cõ-
ſpectu regũ, & non cõfundar: & cætera iſto modo. Sic
enim videtur ſequentia præcedẽtibus debuiſſe cõne-
ctere: ſed ait, Et ambulabã in latitudine. Vbi copulati-
ua coniunctio, id eſt, &, velut in conſequens poſita eſt:
quia nõ ait, & ambulabo, quomodo dicebat, & cuſto-
diã legem tuam ſemper. Aut certè ſi optatiuo modo
dictũ eſt, cuſtodiã legẽ tuã: non ait, & ambulem in la-
titudine, quaſi vtrumque optauerit, & popoſcerit: ſed
ait, Et ambulabam in latitudine. Vbi ſi coniunctio iſta
nõ eſſet, ſed à ſuperiorũ connexione libera inferretur
& ſoluta ſententia, ambulabam in latitudine: nihil de
inuſitato loquẽdi modo hic deberet mouere lectorẽ,
vt occultus ſenſus quærendus hic aliquis putaretur.
Nimirum ergo quod non dixit intelligi voluit, id eſt, B
exauditum ſe fuiſſe: ac deinde ſubiunxit qualis factus
fuerit: tanquam diceret, Et cùm orarem, exaudiſti me,
& ambulabam in latitudine: & cætera quæ iſto modo
Rom. 5. a dicta cõtexuit. Quid eſt igitur, & ambulabã in latitu-
dine, niſi ambulabã in charitate quæ diffuſa eſt in cor-
dibus noſtris per Spiritũ ſanctũ, qui datus eſt nobis? In
2. Cor. 6. c hac latitudine ambulabat ille qui dicebat, Os noſtrum
patet ad vos, ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.
Hæc autem charitas duobus illis mandatis tota atque
Matth. 22. d integra cõtinetur, dilectione ſcilicet Dei, & dilectio-
ne proximi, in quibus tota lex pẽdet & prophetę. Vn-
de & hic cùm dixiſſet, Et ambulabã in latitudine: cau-
ſam ſubiunxit, atque ait, Quia mandata tua exquiſiui.
Nonnulli autẽ codices non habent mandata tua, ſed
teſtimonia, Sed mãdata in pluribus inuenimus, & ma-
ximè in Græcis. Cui linguæ tanquã præcedenti, vnde
ad nos iſta tranſlata ſunt, magis credẽdũ eſſe quis am-
bigat? Si ergo ſcire volumus quomodo hæc mandata C
quæſierit, vel quęrenda ſint, illud intueamur quod di-
cit magiſter bonus & doctor & dator: Petite, & acci-
Matt. 7. b pietis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.
Et paulo pòſt: Si ergo vos, inquit, cùm ſitis mali, noſtis
bona data dare filiis veſtris, quãto magis pater veſter
qui in cęlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Vbi euidẽter
oſtendit quod dixerat, Petite, quærite, pulſate, nõ niſi
ad poſcẽdi, hoc eſt ad orandi inſtãtiã pertinere. Alius
porrò Euãgeliſta non ait, Dabit bona petentibus ſe,
quæ multipliciter poſſunt intelligi, vel corporalia vel
ſpiritalia: ſed circũcidit inde alia, ſatiſque diligẽter ex-
preſſit quid nos vehemẽter atq; inſtãter voluerit po-
Luc. 11. b ſcere Dñs, & ait, Quanto magis pater veſter de cælo
Rom. 5. a dabit ſpiritũ bonũ petentibus ſe? Hic eſt ille ſpiritus,
per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt
Deũ proximũque diligẽdo diuina mãdata faciamus.
Hic eſt ille ſpiritus in quo clamamus, Abba pater. Ac D
Rom. 8. c per hoc ipſe nos facit petere quicquid deſideramus
accipere: ipſe nos facit quęrere quẽ cupimus inuenire:
ipſe nos facit pulſare ad quẽ nitimur peruenire. Hoc
docet Apoſtolus. Qui cum dicat in ſpiritu ſancto nos
clamare, Abba pater: rurſus alio loco dicit, Dedit Deus
Galat. 4. a ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamãtẽ, Abba pater.
Quomodo nos clamamus, ſi ipſe clamat in nobis: niſi
Matt. 7. b quia ipſe clamare nos fecit, dũ inhabitare cœpit in no-
bis? Etiam hoc itaque ait acceptus: vt largius accipiẽ-
Rom 8. c dus petẽdo, quęrendo, pulſando, poſcatur. Siue enim
vt vita bona petatur, ſiue vt bene viuatur: quotquot
ſpiritu Dei agũtur, hi filij Dei ſunt. Ergo ambulabam,
inquit, in latitudine, quoniã mãdata tua exquiſiui. Ex-
quiſiuerat & inuenerat, quẽ petierat, & acceperat ſpi-
ritũ bonũ, quo factus eſt bonus, vt bene faceret bona
ex fide, quę per dilectionem operatur. Et loquebar, in-
quit, de teſtimoniis tuis in cõſpectu regũ, & nõ confũ-
debar: tanquã ille qui petierat & acceperat, vt reſpon-
deret exprobrãtibus ſibi verbũ, & nõ auferretur ex o-
re eius verbũ veritatis. Itaq; pro illa vſq; ad mortẽ cer-
tãs, nec in cõſpectu regũ cõfũdebatur eã loqui. Teſti-
monia quippe in quibus dicit quod loquebatur, Græ-
ce martyria nuncupãtur: quo verbo iã vtimur pro La- Matt. 10. c
tino. Vnde dictũ eſt etiã vocabulũ martyrũ, quib⁹ prę-
dixit Ieſus, quòd & ante reges eũ fuerãt confeſſuri. Et
meditabar, inquit, in mãdatis tuis quæ dilexi. Et leua-
ui man⁹ meas ad mãdata tua quæ dilexi: ſiue ꝙ nõnulli
codices habẽt in vtroq; verſu, dilexi valde, aut nimis,
aut vehemẽter, ſicut interpretari placuit, quod Grecè Rom. 5. a
σφόδρα dicitur. Mãdata ergo Dei dilexit, per hoc quòd
ambulabat in latitudine: per Spiritũ ſanctũ, per quem
dilectio ipſa diffunditur, & dilatat corda fideliũ. Dile-
xit autẽ, & cogitãdo & operãdo. Nã quod ad cogita-
tionẽ pertinet, ait, Et meditabar in mãdatis tuis. Quod
autẽ ad operationẽ, Et leuaui manus meas ad manda-
ta tua. Vtrique autẽ ſententiæ addidit, quæ dilexi: Fi- 1. Tim. 1. b
nis enim præcepti eſt charitas de corde puro. Quando
iſto fine, id eſt, huius rei cõtẽplatione fit mãdatũ Dei,
tunc fit verè opus bonũ, & tunc leuantur manus: quia
ſupernum eſt quo leuãtur. Propterea de ipſa charitate
loquitur Apoſtolus, & dicit, Supereminentẽ viã vobis 1. Cor. 12. d
demõſtro. Et alio loco, Cognoſcere, inquit, etiã ſuper- Epheſ. 3. d
eminẽtẽ ſciẽtię charitatẽ Chriſti. Nã ſi de opere mã-
datorũ Dei merces terrenę felicitatis expetitur, depo-
nũtur manus potius quã leuãtur: quia terrena emoli-
mẽta quę nõ ſurſum, ſed deorſũ ſunt, illo opere requi-
runtur. Ad vtrũque autẽ pertinet ꝙ ſequitur, Et exer-
cebar in iuſtificationibus tuis. Quod plures interpre-
tes dicere maluerunt: quàm lætabar aut garriebam,
quod aliqui interpretati ſunt ex eo quod Græcus ha-
bet ἀδολέχον Exercetur quippe in iuſtificationibus Dei
lætus, & quodammodo garrulus: qui mãdata eius quæ
diligit, & cogitandi & operãdi delectatione cuſtodit.

Concio decimaquinta.

CONSIDEREMVS quantum donat Dñs, & per- Sa in. 3.
tractemus hos verſus magni Pſalmi huius, Memẽ-
to verbi tui ſeruo tuo, in quo ſpem dediſti mihi. Hæc
me conſolata eſt in humilitate mea, quoniã verbũ tuũ
viuificauit me.) Nunquid obliuio ſicut in hominẽ, ca-
dit in Deũ? Cur ergo ei dicitur, memẽto? Quamuis in
aliis ſanctæ Scripturæ locis ipſum verbũ omnino po- Pſal. 43. a
natur, vt eſt, Quare mei oblitus es, & obliuiſceris in-
opiã noſtrã: & ipſe Deus per Prophetã, Omnes, inquit, Ezech. 18. d
iniquitates eius obliuiſcar. Et alibi atque alibi ſæpius
hoc legitur. Sed non vt hominibus iſta contingunt, ita
intelligũtur in Deo. Nam ſicut Deum pœnitere dici- Pſal. 32. c
tur, quando præter hominũ ſpẽ res mutat, conſilio nõ
D mutato: quia conſiliũ Domini manet in æternũ: ita di-
citur obliuiſci, quando tardare videtur adiutoriũ vel
promiſſum, vel non retribuere digna peccantibus, vel
ſi quid huiuſmodi, tanquam eius memoria ſit elapſum
quod ſperatur ſiue timetur, & non fit. Dicũtur iſta lo-
cutione morali, qua humanus mouetur affectus: quã-
uis hæc Deus faciat certa diſpoſitione, non deficiente
memoria, nec obſcurata intelligẽtia, nec volũtate mu-
tata. Cùm itaque dicitur ei, memento, orantis deſide-
riũ, quia promiſſum poſcit, oſtenditur: non Deus qua-
ſi ei de mente id exciderit admonetur. Memento, in-
quit, verbi tui ſeruo tuo: hoc eſt, imple promiſſum ſer-
uo tuo. In quo ſpem dediſti mihi: hoc eſt, in quo ver-
bo, quoniam promiſiſti, me ſperare feciſti. Hæc me
conſolata eſt in humilitate mea. Hæc ſcilicet ſpes

al. dicta
Iacobi 4.b
.Petri.5.d
Lucæ 14.c
& 18.c

quæ † data est humilibus, dicente Scriptura, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Vnde ore proprio etiã Dominus ait, Quoniã qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Bene hic intelligimus etiã illam humilitatem, non qua se quisque humiliat confitendo peccata, nec sibi arrogando iustitiã: sed qua quisque humiliatur aliqua tribulatione vel deiectione quam meruit eius superbia, aut exercetur probaturque eius patientia, vnde paulo pòst dicit

Eccles.1.a

hic Psalmus, Priusquam humiliarer, ego deliqui. Et illud in libro sapientiæ, In dolore sustine, & in omni humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurũ & argentũ, homines verò acceptabiles in camino humiliationis. Quòd ait acceptabiles, ibi spem dedit quæ consolaretur in humilitate. Et dominus Iesus hanc humilitatẽ cùm discipulis prædiceret à persecutoribus esse vẽturam, non eos sine spe reliquit: sed hanc etiã qua consolarentur dedit dicẽs, In vestra pa-

Lucæ. 21.d

tiẽtia possidebitis animas vestras. De ipso quoq; corpore, quod ab inimicis posset occidi, & quasi penitus interire: Capillus, inquit, capitis vestri nõ peribit. Hęc spes data est corpori Christi, quod est Ecclesia, qua cõsolaretur in humilitate sua. Propter quã spẽ dicit & Apostolus Paulus: Si autẽ quod nõ videmus speramus,

Rom.8.c

per patientiã expectamus. Sed æternorum est spes ista præmiorum. Est & alia spes quæ in humilitate tribulationis plurimũ consolatur, quæ sanctis data est in ver-

1.Cor.10.d

bo Dei adiutoriũ gratiæ pollicẽtis, ne quisq; deficiat. De qua spe dicit Apostolus, Fidelis Deus qui nõ permittit vos tentari super id quod potestis: sed faciet cũ tẽtatione etiã exitũ vt possitis sustinere. Hanc spẽ de-

Luc. 22.d

dit etiã saluator ore suo, quando ait, Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticũ, & ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Hanc spẽ dedit & in ora-

Matt.6.b

tione quã docuit, vbi monuit vt dicamus, Ne nos inferas in tẽtationẽ. Quodãmodo enim promisit se daturum suis periclitantibus, quod dici voluit ab orantibus. Et nimirũ de hac spe magis iste Psalmus intelligendus est dicere: Hæc me consolata est in humilitate mea, quoniam verbum tuum viuificauit me. Quod expressius interpretati sunt, qui nõ verbum, sed eloquiũ posuerũt. Græcus enim λόγιον habet, quod est eloquiũ: non λόγος, quod est verbum. Sequitur autem: Superbi iniquè agebant vsque valde, à lege autem tua non declinaui.) Superbos intelligi voluit persecutores piorũ: & ideo subiecit: A lege autem tua non declinaui, quia hoc eũ facere illorũ persecutio cõpellebat. Quos vsq; valde iniquè dicit egisse: quia non solùm erant impij, verũ etiam pios impios esse cogebant. In hac humilitate, hoc est, in hac tribulatione spes cõsolata est, quæ data est in verbo Dei pollicentis adiutoriũ, ne deficiat fides martyrũ: & præsentia spiritus sui vires impertiẽtis laborantibus, vt euadentes de muscipula venantiũ

Psal.123.a

dicerent: Nisi quia Dominus erat in nobis, fortasse viuos absorbuissent nos. An fortè quod ait, Hæc me consalata est in humilitate mea, illam dicit humilitatẽ

Gen.3.d

qua homo est deiectus & proiectus in mortẽ: ex peccato illo φ valde infeliciter in paradisi felicitate commissũ est? In hac quippe humilitate in qua homo vani-

Psal.134.b

tati similis fact° est, & dies eius sicut vmbra prætereũt, omnes filij iræ sunt, nisi per mediatorẽ reconcilientur

Ephes.1.a

Deo, qui prędestinati sunt in æternã salutẽ ante mũdi constitutionẽ: in quo mediatore & antiqui iusti spem habebãt, quãdo eũ in carne vẽturũ per prophetiæ spiritũ præuidebant. Quod ergo verbũ ad eos fiebat de illo, etiam hoc bene hic intelligitur verbũ: si & ipsorũ accipimus istam vocem, de quo verbo dictũ est, Memento verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti: Hæc me consolata est in humilitate mea, hoc est, in ista mortalitate mea: Quia eloquiũ tuum viuificauit me, vt spem vitæ haberẽ proiectus in mortem. Superbi iniquè agebant vsque valde], quandoquidem eorum superbiam nec humilitas mortalitatis edomuit. A lege autem tua non declinaui, quod me facere cogebãt superbi. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & consolatus sum.) Vel sicut alij codices habẽt, Et exhortatus sum.) Id est, exhortationem accepi. Vtrũque enim potuit interpretari de verbo Græco, quod est παρακαλῶν. A seculo ergo ex quo genus humanum sumpsit exordium, memor fui iudiciorum tuorũ super

Rom 9.c

vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: & consolatus sum, quia per hæc quoque ostendisti diuitias gloriæ tuæ in vasa misericordiæ tuæ. Tædiũ tenuit me à peccatoribus relinquentibus legem tuam. Cãtabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco incolatus mei.) Vel sicut alij codices habent, In loco peregrinationis meæ.) Ipsa est illa humilitas in loco mortalitatis & pe-

Genes.3.d
Lucæ 10.f

regrinationis, hominis de paradiso & de illa superna Hierusalẽ eiecti, vnde quidã descendens in Hiericho incidit in latrones: sed propter misericordiã quæ per illũ Samaritanũ cum illo facta est, cantabiles illi erant iustificationes Dei in loco peregrinationis suæ, quamuis eũ tædiũ teneret à peccatoribus relinquẽtibus legẽ Dei, quia cum eis cõuersari in hac vita vel ad tẽpus cogitur, donec area ventiletur. Possunt autẽ isti duo versus ad singulas partes vnius superioris aptari: vt φ ait, Memor fui iudiciorum tuorũ à seculo Domine: ad hoc referatur, Tædiũ tenuit à me peccatoribus derelinquentibus legẽ tuã: quod verò ibi ait, Et consolatus sum: ad hoc referatur, Cãtabiles mihi erãt iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Memor, inquit, fui in nocte nominis tui Dñe, & custodiui legẽ tuam.) Nox est illa humilitas vbi est mortalitatis ærũna, nox est in superbis iniquè agentibus vsque valde, nox in tędio à peccatoribus relinquẽtibus legẽ Dei: nox est postremò in loco peregrinationis huius: donec veniat Dñs, & illuminet ab scõdita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cordis, & tũc laus erit vnicuiq; à Deo. In hac ergo nocte memor homo esse debet nominis Dei,

1.Cor.1.d
Psal.113.b

vt qui gloriatur, in Dño glorietur: propter quod & illud scriptũ est, Nõ nobis Dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Sic enim quisq; nõ in sua, sed in Dei gloria, quia nec in sua, sed in Dei iustitia, id est, à Deo sibi donata custodit legem Dei: sicut iste ait, Memor fui in nocte nominis tui Dñe, & custodiui legẽ tuam. Quam non custodisset, si in sua virtute cõfidẽs, nominis Dei memor non fuisset. Adiutoriũ enim nostrũ in nomine

Psal.123.b

Domini. Propter quod secutus adiunxit, Hæc facta est mihi, quoniã iustitias tuas exquisiui.) Iustitias vtiq; tuas quibus iustificas impiũ: non meas, quæ nunquam

Rom.10.a

me piũ faciunt, sed superbum. Non enim erat iste aliquis eorum qui ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Has ergo iustitias quibus iustificantur gratis per gratiã Dei, qui per seipsos iusti esse non possunt, melius alij interpretati sunt iustificationes: quia reuera non δικαιοσύνας id est, iustitias, sed δικαιώματα Græcus habet, quæ sunt iustificationes. Sed quid sibi vult quod ait, Hæc facta est mihi? Hæc quid? An fortè lex, quia dixerat, Et custodiui legem tuam? Quibus verbis subiunxit, Hæc facta est mihi: tanquam diceret, hæc lex facta est mihi. Sed non est remorandum in exponendo, quomodo sit ei facta lex Dei. Græca enim locutio vnde ista transiata est, satis indicat non de lege dictum esse, hæc facta est mihi: quia lex in eadem lingua generis masculini est, & fœminino pronomine etiam

ibi

ibi scriptũ est, hæc facta est mihi. Quæritur ergo prius quæ illi facta sit, deinde quomodo illi facta sit, quæcũque illa sit. Hęc, inquit, facta est mihi: nõ vtiq; hæc lex, quia hunc sensũ, sicut dixi, Græcus expellit. Fortè ergo hæc nox, quia tota superior sententia sic se habet, Memor fui in nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuã, & sequitur, Hæc facta est mihi: quia vtique nõ lex, profectò nox est quæ facta est illi. Quid est igitur, nox mihi facta est, quia iustificationes tuas exquisiui? Lux quippe potius est ei facta, nõ nox, quia iustificationes exquisiuit Dei: ac sic rectè intelligitur, facta est mihi, ac si diceretur, facta est pro me, id est, factum est vt prodesset mihi. Si enim humilitas illa mortalitatis non absurdè intelligitur nox, vbi inuicẽ latẽt corda mortaliũ, vt de talibus tenebris innumerabiles & graues tentationes oriantur, ita vt in eadẽ nocte per-

Psal.103.c

transeant etiã bestiæ syluę, catuli leonũ rugiẽtes, quę-

1.Petri.5.c

rentes à Deo escã sibi: vnde etiam de illo leone rugiẽte & quærente quẽ deuoret, Dominus ait quod iã su-

B

prà commemoraui: Hac nocte postulauit satanas vexare vos sicut triticum: id est, hac nocte in qua pertrã-

Luc.22.d

seunt bestiæ syluæ, vos leo ille magnus quæsiuit à Deo escã sibi: profectò hæc ipsa humilitas in loco peregrinationis huius quæ nox rectè intelligitur, prodest eis qui salubriter exercẽtur in ea vt discãt non superbire,

Eccl.10.d

propter quod malũ in istã noctẽ pulsus est homo. Initiũ enim superbi hominis apostatare à Deo: sed gratis iustificatus, atque vt in ista humilitate proficiat variis tẽtationibus huius noctis expositus, iã intelligẽs dicat quod in hoc Psalmo aliquanto pòst dicitur: Bonũ est mihi quòd humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. Nã quid est aliud, bonũ est mihi, quòd humiliasti me: nisi, hæc humilitas quæ nox vocatur facta est mihi, id est, factum est vt prodesset mihi? Sed quare hoc? Quia scilicet iustificationes tuas, non meas exquisiui. Possum° etiã quod dictũ est, hæc facta est mihi, sic intelligere, vt nec lex nec nox subaudiatur, sed hoc pronomen

C

quod est hæc, non accipiatur aliter quàm se habet ille in alio Psalmo locus, vbi legitur: Vnã petij à Domino,

Psal.26.b

hanc requiram. Nec dicit quid vnã, vel quã vnam de qua dixerit, hãc requirã: sed fœmininũ gen° quasi pro neutro positũ est. Inusitatè quippe dictũ est: Vnã petij, hanc requirã: vbi non subauditur quæ illa vna sit: quòd vsitatius diceretur, Vnũ petij à Domino, hoc requirã, vt inhabitẽ in domo Domini. In his enim neutris nõ solet exigi neutrũ quod subaudiendũ sit, vt puta vnũ bonũ, aut vnũ donum, vel si quid huiusmodi: sed quicquid illud est, etiã si masculino vel fœminino genere nuncupetur, vel sine vllo nomine vllius generis quibuslibet verbis insinuetur, solita omnino locutione sub genere neutro intelligitur. Ita ergo & hic eo modo dici potuit, Hæc facta est mihi: tanquã dictum esset, hoc factum est mihi. Si autem quæramus quid illud sit, occurrit quod suprà dixerat: Memor fui in no-

D

cte nominis tui Domine, & custodiui legẽ tuã. Hoc factũ est mihi, id est, hoc quod custodiui legẽ tuam, non

Philip.2.b

per meipsum feci, sed factũ est mihi vtique abs te: quia iustificationes non meas, sed tuas exquisiui, Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Hoc etiã per Prophetã Deus dicit: Et faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Quapropter Deo dicente: Ego faciam vt iudicia mea obseruetis & faciatis: rectissimè iste dicit, hoc factum est mihi: vt cum quęsieris quid illud sit, respondeat quod suprà dixerat, vt custodirẽ legem Dei. Sed quia iste in longum sermo processit, ea quæ sequuntur, Domino dohante, ab alio melius tractabuntur exordio.

CONCIO XVI.

A *De versu Psalmi, Pars mea Dominus: vsque ad, Misericordia tua Domine plena est terra.*

HOs versus Psalmi huius magni nunc aggredimur in Dei voluntate tractãdos, Pars mea Dominus.) Hetb.

Quod habẽt quidã, Portio mea Domine.) Quod vtrũ

B

ideo dicatur, quia particeps eius est quisquis adhæret, sicut scriptũ est, Mihi autem adhærere Deo, bonũ est: Psal.72.d

non enim existẽdo sunt homines dij; sed participãdo illius vnius qui verus est Deus: an quia sicut partes sibi eligunt homines in hoc mundo, siue sortiũtur, alius hoc, alius illud, vnde quisque viuat, quodãmodo portio piorum Deus est vnde semper viuãt. Vterque sensus non est absurdus: sed quod sequitur hic audiamus, Dixi custodire legẽ tuam.) Quid est, portio mea Domine, dixi custodire legẽ tuam: nisi quia ita erit portio cuiusque Dominus, cùm legẽ eius custodierit? Sed quomodo custodit, nisi hoc donet atque ad hoc adiuuet spiritus viuificans: ne litera occidat, & peccatum

2.Cor.3.b
Rom.7.b

occasione accepta per mandatum operetur in homine omnẽ concupiscentiã: Inuocandus est igitur. Sic e-

Ioel.2.g
Rom.10.c

nim ab eo fides impetrat quod lex imperat: quoniã qui inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit. Et ideo vide quid subiungat, Precatus sum faciem tuam in toto corde meo.) Et dicẽs quomodo sit precatus, Miserere mei, inquit, secundũ eloquiũ tuum.) Et tãquam exauditus atque adiutus ab eo quem precatus est: Quia cogitaui, inquit, vias meas, & auerti pedes meos in testimonia tua.) Auerti scilicet à viis meis quæ displicuerunt mihi, vt irent in testimonia tua, atque ibi haberẽt viã. Plures enim codices non habent, quia cogitaui, sicutin quibusdã legitur: sed tãtũmodo, cogitaui. Quod autem hic positũ est, Et auerti pedes meos: nõnulli habent, quia cogitaui & auertisti pedes meos, vt hoc Dei

Philip.2.b

potius gratiæ tribuatur: secũdum illud quod Apostolus ait, Deus est enim qui operatur in vobis: cui etiam dicitur, Auerte oculos meos, ne videant vanitatẽ. Si

Psal.24.c

oculos ne videant vanitatem, cur non & pedes ne sectentur errorẽ? Propter quod & illud scriptũ est: Oculi mei sẽper ad Dominũ, quoniã ipse eueller de laqueo pedes meos. Sed siue auertisti pedes meos, siue auerti pedes meos legatur, ab illo fit vt faciamus, cuius faciẽ precatus est in corde suo, & cui dixit: Miserere mei secundũ eloquiũ tuum, hoc est, secundũ verbũ promis-

Rom.9.c

sionis tuæ. Filij quippe promissionis in semine deputãtur Abrahę. Deniq; hoc impetrato gratiæ beneficio, Paratus sum, inquit, & nõ sum turbatus, vt custodiam mandata tua.) Quod aliqui interpretati sunt, ad custodiendũ mandata tua, aliqui vt custodirẽ, aliqui custodire, quod Græcus posuit, τοῦ φυλάξαι. Quãverò paratus fact° sit ad custodiẽda diuina mãdata subdidit dicẽs: Funes peccatorũ circũplexi sunt me, & legis tuæ nõ sum oblitus.) Funes peccatorũ impedimenta sunt

D

inimicorũ: siue spiritaliũ, sicut diaboli & angelorũ ei°; siue carnaliũ, in quibus filiis infidelitatis diabol° operatur. Nõ enim hoc nomẽ quod dictũ est peccatorũ, ab eo quòd sunt peccata declinatũ est, sed ab eo quòd sunt peccatores: quod in Græco euidẽter apparet. Cũ itaque minantur mala quibus terrẽãt iustos, ne pro lege Dei patiantur, quodãmodo funibus implicãt, velut valida & robusta reste sua. Trahunt enim peccata sicut restem longam, & hinc sanctos implicare conantur, & aliquando permittuntur. Sed si implicant corpus, non implicant animum, vbi non est iste Dei legis oblitus,

2.Tim.2.a

quia sermo Dei nõ est alligatus. Media nocte, inquit, surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.) Quia & hoc ipsum quòd funes peccatorum circumplectuntur iustum, iudicia sunt iustitiæ Dei. Pro-

pter quod dicit Apostolus Petrus, tempus esse vt iudicium incipiat à domo Domini: Et si initium, inquit, 1.Petr.4.d
à nobis, qualis finis erit eis qui non credunt Domini Euãgelio? Et si iustus quidem vix saluus erit; peccator & impius vbi parebũt? Hoc enim ait de persecutionibus quas patiebatur Ecclesia, cùm funes peccatorum circũplecterentur eam. Proinde mediã noctẽ grauiora tribulationis intelligendum existimo, in qua dixit, Surgebã: quia non eum sic affligebat vt deijceret, sed exercebat vt surgeret, id est, vt ea ipsa tribulatione ad fortiùs confitendũ proficeret. Iam verò quia ista fiunt gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, vocem personæ suæ per hanc prophetiam suo corpori adiungit ipse Saluator: ad ipsum caput enim propriè quod sequitur pertinere arbitror, Particeps ego sum omniũ timentiũ te, & custodientiũ mãdata tua.) Sicut est in epistola quæ ad Hebræos inscribitur: Qui Hebr.2.c
enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quam causam non cõfunditur fratres eos vocare. Et paulo pòst: Propterea ergo, inquit, quia pueri communicauerũt carni & sanguini, & ipse propemodum participauit eisdem. Quod quid est aliud quàm eorũ particeps factus est? Neque enĩ efficeremur participes diuinitatis eius, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fieret. Nam & in Euangelio, quo nos diuinitatis eius participes facti sumus, ita dicitur, Dedit eis
Ioan.1.b potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Vt autẽ hoc fieret, quia & ipse factus est particeps mortalitatis nostrę, ita ibi sequitur. Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Per hãc eius participationẽ nobis gratia subministratur: vt castè timeamus Deũ, & custodiamus mandata eius. Proinde ipse Dominus Iesus loquitur in ista prophetia: sed quædam in mẽbris suis & vnitate corporis sui, tanquam in vno quodam homine diffuso toto orbe terrarum, & succrescente per C
volumina seculorum, quædam verò in seipso capite nostro. Vnde & hoc est quod ait, Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mãdata tua. Et quia propter hoc quòd particeps factus est fratrũ suorum Deus hominũ immortalis mortaliũ, ideo granum cecidit in terram, vt mortificatum multum fructũ faceret: de ipso fructu secutus adiũxit, Misericordia tua Domine plena est terra.) Et vnde hoc, nisi eũ iustificatur impius? In cuius gratiæ scientia vt proficiatur adiungit: Et iustificationes tuas doce me.

CONCIO XVII.

De versu Psalmi, Suauitatem fecisti cum seruo tuo Domine. vsque ad, Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti.

Ther.
HI versus Psalmi huius de quibus nũc in voluntate Dei disputaturi sumus, ab hoc incipiunt: Suauitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbũ tuum.) Vel potius, secundum eloquium tuum.) Sed D
quod ait Græcus χρηστότητα, aliquando suauitatẽ, aliquando bonitatem nostri interpretes transtulerunt. Verùm quia suauitas potest esse & in malo, quãdo illicita quæque & immũda delectant, potest etiam esse & in ea quæ conceditur voluptate carnali: sic debemus intelligere suauitatẽ, quam χρηστότητα Græci vocant, vt in bonis spiritalibus deputetur. Propter hoc enim eam & bonitatem nostri appellare maluerunt. Nihil hic ergo aliud dictum existimo, suauitatem fecisti cum seruo tuo: nisi, fecisti vt me delectaret bonũ. Quando enim delectat bonũ, magnum Dei bonũ est. Quãdo autem bonũ opus quod lex imperat, fit timore pœnę, non delectatione iustitiæ, cùm Deus metuitur, non amatur: seruiliter fit, non liberaliter. Seruus
Ioan.8.d

autẽ non manet in domo in æternum, filius manet in A
æternum: quia consummata charitas foras mittit timorẽ. Suauitatẽ itaque fecisti cum seruo tuo Domine faciendo filium qui seruus fuit: secũdum eloquiũ tuũ, hoc est, secundũ promissum tuum, vt secundum fidẽ firma sit promissio omni semini. Suauitatem & eruditionem & scientiam doce me, inquit, quoniam mãdatis tuis credidi.) Augeri sibi ista poscit & perfici: nam vtique qui iam dixerat, Suauitatẽ fecisti cũ seruo tuo: quomodo dicit suauitatem doce me, nisi vt ei gratia Dei magis magisque abundet, vel innotescat dulcedine bonitatis? habebãt enim fidem qui dixerunt, Domine auge nobis fidem. Et quãdiu viuitur in hoc mũdo, proficientium est hæc cantatio. Addidit autem & eruditionem, vel, sicut plures codices habẽt, disciplinam. Sed disciplinã quam Græci appellãt παιδείαν, ibi Scripturæ nostræ ponere cõsueuerũt, vbi intelligẽda est per molestias eruditio: secundũ illud, Quem enim Prouer.3.b
B diligit Dominus corripit, flagellat autem omnẽ filiũ Hebr.12.b
quem recipit. Hæc apud Ecclesiasticas literas dici assolet disciplina, interpretata de Græco, vbi legitur παιδεία. Hoc enĩ verbũ in Græco positũ est in Epistola ad Hebræos, vbi Latinꝰ interpres ait: Oĩs enĩ disciplina Hebr.12.d
præsens nõ gaudij videtur esse, sed tristitiæ, postea autẽ fructũ pacificũ his qui per eam certarũt reddet iustitiæ. Cum quo ergo facit Deus suauitatem, id est, cui propitius inspirat boni delectationẽ, atq; vt apertius id explicẽ, cui donatur à Deo charitas Dei, & propter Deum charitas proximi: profectò instanter orare debet, quo tantũ sibi augeatur hoc donũ, vt non solùm pro illo contemnat delectationes cęteras, sed etiã pro illo quaslibet perferat passiones. Ita suauitati salubriter additur disciplina: non enim quantulæcũque suauitati vel bonitati, hoc est, charitati sanctę poscẽda & optãda est, sed tam magnæ vt sub eius pressura non possit extingui, sed sicut ingens flãma sub impetu vẽti quãto magis reprimitur, tanto ardentiùs excitari. Ideo parũ fuit dicere, suauitatẽ fecisti cum seruo tuo: nisi rursus repeteret, vt eum doceat suauitatẽ, tantam vtique vt disciplinã possit patiẽtissimè sustinere. Tertia ponitur scientia, quoniã si magnitudine sua præcedit scientia magnitudinẽ charitatis, non ædificat, sed inflat. Cùm 1.Cor.8.a
ergo tanta fuerit charitas in bonitate suaui, vt tribulationibus non possit extingui quas adhibet disciplina: tũc vtilis erit sciẽtia, † qua innotescat etiam sibi homo al. quis innotescat.
quid ipse meruerit, & quę à Deo donata sint ei, per quę posse se sciat quæ se posse nesciebat, & per seipsũ omnino nõ poterat. Quod autẽ nõ ait, da mihi: sed, doce me: quomodo suauitas docetur, si non detur? Quãdoquidẽ multi quod eos nõ delectat sciũt, & quarũ rerũ habent cognitionẽ, non habent suauitatem. Suauitas enim disci non potest, nisi delectet. Item disciplina, quæ significat emẽdatoriam tribulationem, accipiendo discitur: id est, non audiendo vel legendo vel cogitando, sed experiendo. At verò scientia quam tertio loco posuit in his quæ ait, doce me, docendo datur. Nam quid est aliud docere, quam scientiam dare? Et hæc duo ita sibi connexa sunt, vt alterum sine altero esse non possit. Nemo enim docetur nisi discat, & nemo discit nisi doceatur. Et ideo si discipulus capax nõ sit eorũ quæ à doctore dicũtur, non potest doctor dicere, ego eum docui, sed ipse non didicit: dicere autẽ potest, ego ei dixi quod dicendũ fuit, sed ille didicit, quia nõ percepit, non cõprehẽdit, non intellexit. Nã profectò & ille didicisset, si iste docuisset. Et ideo Deꝰ quando vult docere, prius dat intellectum, sine quo eæquæ ad diuinam doctrinam pertinent homo non potest discere: vnde & iste paulo post dicit, Da mihi intelle-

intellectum vt discã mandata tua. Potest itaque homo cùm docere aliquẽ cupit, dicere illa quæ dixit Domi- A
nus discipulis suis, posteaquã resurrexit à mortuis: sed facere quod ille fecit non potest. Ait enim Euangeliũ, Luc.24.g
Tunc aperuit eis sensum vt intelligerent Scripturas, & dixit illis. Quid autẽ illis dixerit, ibi legitur: sed ideo ceperunt quod dixit, quia vnde caperent aperuit. Docet ergo Deus suauitatẽ inspirãdo delectationẽ charitatis, docet disciplinã tẽperando tribulationẽ, docet scientiam insinuãdo cognitionẽ. Cùm itaque alia sint quæ ideo discimus vt tantũmodo sciamus, alia verò vt etiã faciamus: quãdo Deus ea docet, sic docet vt ea scienda sciamus aperiẽdo veritatẽ, sic docet vt facienda faciamus inspirãdo suauitatem. Neque enim frustrà ei dicitur, Doce me vt faciã volũtatem tuã. Sic, inquit, doce Psal.142.b
vt faciã, non tantummodo vt sciã. Ipsa quippe rectè facta, fructus est noster quẽ reddimus agricolæ nostro: Psal.84.c
sed Scriptura dicit, Dominus dabit suauitatẽ; & terra nostra dabit fructum suũ. Quæ autem ista terra est, nisi B
de qua dicitur eidem ipsi qui dat suauitatẽ: Anima mea Psal.142.b
velut terra sine aqua tibi? Quòd verò cùm dixisset, suauitatem & disciplinã & scientiã doce me; adiunxit atque ait: Quoniam mãdatis tuis credidi: non immeritò quæri potest cur nõ dixerit, obediui, sed, credidi. Alia enim sunt mandata, alia sunt promissa. Mandata faciẽda suscipimus, vt accipere promissa mereamur. Promissis ergo credimus, mãdatis obtẽperamus. Quid est ergo: mãdatis tuis credidi: nisi, credidi quòd tu illa mãdaueris, non aliquis homo, quãuis per homines hominibus ministrata sint? Quia itaque credidi tua esse mãdata, ipsa fides mea qua id credidi, impetret abs te gratiam, qua faciã quod mãdasti. Si enim homo mihi hęc iuberet forinsecus, nunquid etiam vt facerem quod iubebat adiuuaret intrinsecus? Doce ergo me suauitatẽ inspirando charitatem, doce me disciplinam donando patientiã, doce me scientiã illuminando intelligentiã: C
quoniam mandatis tuis credidi. Te illa credidi mandasse qui Deus es, & homini donas vnde facias eũ facere quod mandas. Priusquam humiliarer, inquit, ego deliqui, propterea verbum tuũ; vel (sicut alij expressius habent) propterea eloquium tuũ custodiui.) Vtique ne rursum humiliarer. Quod ad illam humiliationem melius refertur, quę facta est in Adã: in quo omnis creatu- Genes.3.
ra humana tanquam in radice vitiata, quoniam veritati subiecta esse non voluit, subiecta est vanitati. Quod Rom.8.d
vasis misericordię profuit experiri, vt deiecta superbia diligatur obedientia, & pereat nõ reditura miseria. Suauis es Domine.) Vel, sicut plures habent, Suauis es tu Domine.) Aliqui etiã, Suauis es tu.) Vel, Bonus es tu.) Sicut de hoc verbo superiùs tractauimus. Et in tua suauitate doce me iustificationes tuas.) Verè vult facere iustificationes Dei, quando eas in eius suauitate vult discere ab eo, qui dixit: Suauis es tu Domine. Denique D
sequitur, Multiplicata est super me iniquitas superborum.) Eorum scilicet quibus non profuit quòd postea quàm deliquit, humiliata est humana natura. Ego au- Matt.24.b
tem in toto corde meo scrutabor mandata tua.) Quãtalibet, inquit, abundet iniquitas, nõ in me refrigescet charitas. Tanquam ille hoc dicat, qui in eius suauitate iustificationes Dei discit. Quãto magis enĩ suauia sunt quæ iubet qui iuuat, tanto magis ea scrutatur amans vt cognita faciat, & faciendo cognoscat, quia perfectiùs cognoscũtur cùm fiunt. Coagulatum est vt lac cor eorum.) Quorũ nisi superborum, quorũ super se multiplicatam dixit iniquitatẽ? Obduruisse autem cor eorum vult intelligi hoc verbo & hoc loco. Nam dicitur & in bono, sicut in Psalmo sexagesimoseptimo dicitur, Mõs incascatus, mõs vber: & intelligitur gratia plenus. Nã

& illic quidam coagulatus interpretati sunt. Sed vide quod à se opponatur duritię cordis illorum. Ego verò, inquit, legem tuã meditatus sum.) Quam legẽ? Vtique iustissimam & misericordissimã. vnde illi dicitur: Et de lege tua miserere mei. Superbis resistit, vt obdurentur: Iacob.4.b humilibus autẽ dat gratiam, vt diligant obediẽtiam, & 1.Pet.5.b
ne recipiant excellentiã. Meditatione quippe legis huius voluntaria seruatur mihi humilitas, vt pœnalis euadatur humilitas; de qua mox dicit: Bonum mihi, quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.) Vicinum aliquid & superius iam dixerat: Prius quàm humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum custodiui. Ipso quippe fructu ostendit quòd bonum illi fuerit humiliari: sed illic dixit & causam, quòd humilitatẽ pœnalem delinquendo præcesserit. Quod verò ibi ait, Propterea eloquium tuũ custodiui; hic autem, vt discã iustificationes tuas: satis significasse mihi videtur hoc esse ista nosse quod custodire, hoc custodire quod nosse. Neq; enim Christus non nouerat quod arguebat, & tamen arguebat peccatũ: cùm dictum de illo sit, quòd 1.Cor.5.d
nõ nouerat peccatũ: Nouerat ergo quadam notitia, & rursus quadam ignorantia nõ nouerat. Sic & iustificationes Dei multi discunt, & nõ discunt. Nouerũt enim eas quadã notitia: & rursus quadã ignorãtia, quoniam nõ faciunt, non nouerũt. Eo modo hic ergo intelligẽdus est dixisse, vt discam iustificationes tuas, ea notitia qua fiunt. Hoc autẽ quia non fit nisi per dilectionẽ, vbi qui facit habet delectationem, propter quod dictũ est: In tua suauitate doce me iustificationes tuas: sequens versus ostẽdit, vbi ait: Bona mihi lex oris tui, super milia & auri argenti.) Vt amplius diligat charitas legem Dei, quàm diligit cupiditas milia auri & argenti.

CONCIO XVIII.

De versu Psalmi, Manus tuæ Domine fecerunt me & finxerunt me, da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

QVANDO Deus hominẽ fecit ex puluere, & animaIod.
uit flatu, nõ ibi cõmemoratum est quòd manibus fecerit. Cur itaque quibusdã visum fuerit verbo Deũ fecisse cærera, hominẽ verò velut aliquid præcipuum Gen.1.d
fecisse manibus suis nõ video: nisi fortè quia ex puluere formatũ legitur hominis corpus, non potuisse fieri, nisi manibus arbitrantur: nec attendunt quod in Euãgelio de verbo Dei scriptũ est, Omnia per ipsum facta Ioan.1.a
sunt, non posse constare si non per verbum factum est etiam corpus humanũ. Sed adhibent testimonium de hoc Psalmo, & dicunt: Ecce vbi apertissimè clamat homo, Manus tuę Domine fecerunt me & finxerunt me. Iob.10.b
quasi non etiã apertissimè dictũ sit: Videbo cælos opera digitorum tuorũ. nec minus apertè dictũ sit, Et opera manuũ tuarum sunt cæli. multóque apertius: Et aridam terrã manus eius finxerunt. Manus ergo Dei sunt potestas Dei. Aut si pluralis numerus eos mouet, quia non dictũ est, manus tua, sed, manus tuæ: accipiãt manus Dei virtutẽ & sapientiam Dei, quod vtrũque vnus 1.Cor.1.d
dictus est Christus: qui etiã intelligitur brachiũ Domini, vbi legitur: Et brachium Domini cui reuelatum est? Isa.53.a
aut accipiant manus Dei filium, & spiritum sanctũ, quia & spiritus sanctus cooperator est patris & filij. vnde ait Apostolus: Omnia hæc operatur vnus atque idẽ spiri- 1.Cor.12.a
tus. Propterea quippe dixit, vnus atque idem spiritus, ne tot spiritus eius quot opera putarẽtur: nõ quòd sine patre & filio spiritus operetur. Liberum est igitur quomodo intelligãtur manus Dei, dũ tamen nec ea quę facit manibꝰ, verbo facere negetur: nec ea quę fecit verbo, manibus facere nõ putetur: nec propter manꝰ forma corporis, aut alia manus sinistra, alia dextra: nec propter verbũ sonus oris, aut motus animi trãsitorius operanti Deo inesse credatur. Nec defuerunt, qui duo

ista verba, fecerũt me, & finxerũt me, sic distinguerẽt, vt animã Deũ fecisse, corpus autẽ finxisse dicerẽt; quia
Esa 57.d. de anima dixit Deus, Omnem flatũ ego feci: de corpo-
Genes. 2. b. re autẽ legitur, Et finxit Deus hominẽ de puluere terræ: tanquã fiat quidẽ omne quod fingitur, non tamen fingatur omne quod fit. Et ideo animã factã potius dicũt esse quàm fictã, quia nõ est corpus, sed spiritus: quasi nõ scriptũ sit qui finxit spiritũ hominis in ipso. Verũtamen quãdo vtrunq; hoc verbum de homine in loco vno ponitur, & vtrunque hominis, id est, & anima & corpus diuinitùs conditum nõ negatur: non inelegan-
ter distribuũtur singulis singula, vt anima facta, corpus autem fictũ intelligatur, siue formatũ, siue plasmatum. Nam quidam interpretes noluerunt dicere, finxerunt me: sed, plasmauerunt me: magis diligentes minùs Latinè declinare de Græco; quàm dicere finxerunt, quod aliquando etiã de simulatione dici solet. Sed vtrũ hoc secundũ Adã dictum est, ex quo cùm sint oẽs homines propagati, quis hominũ quando ille factus est, etiam se factum non potest dicere originis seminisque ratione? An etiam secundũ hoc rectè dici potuit, Manus tuę fecerunt me, & plasmauerunt me, quòd vnusquisque nõ sine opere Dei etiam de parẽtibus fit, ipso creante, illis generãtibus? Quoniã si operatoria Dei potentia rebus subtrahatur, intercũt: nec aliquid omnino siue de mũdi elementis, siue de genitoribus, siue de seminibus nascitur, si ea non operetur Deus. Propter quod ait pro-
Hier. 1. a. phetæ Hieremiæ: Prius quàm te formarẽ in vtero, noui te. Sed nunquid sine intellectu fecit hominẽ Deus, siue primũ, siue vnumquẽque nascentiũ; vt nunc dicat ei, Manus tuę fecerunt me, & plasmauerũt me, da mihi intellectum? Nónne ipsi naturę humanæ intellectus est inditus, vt eo discernatur à pecore? Aut sic est deformata peccando, vt etiã hoc in ea reformãdum sit? propter quod & Apostolus omnibus ad regenerationem pertinentibus dicit, Renouamini spiritu mentis vestrę: & vtique intellectus in mẽte est. Hinc rursus ait, Reno-
Ephes. 4. c uamini in nouitate mentis vestræ. De his autẽ qui huius regenerationis consortes nõ erunt: Hoc, inquit, dico & testificor in Domino, vt non iã ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate mẽtis suę, obscurati intelligentia, alienati à via Dei per ignorantiã, quæ est in illis propter cæcitatẽ cordis eorum. Propter hos igitur interiores oculos quorũ cæcitas est, Deum non intelligere, vt aperiantur, & magis magisq; serenentur, fide
Act. 15. b corda mundentur: Da mihi, inquit, intellectũ, vt discã mandata tua. Quãuis enim nisi aliquid intelligat, nemo possit credere in Deum, tamen ipsa fide qua credit sanatur, vt intelligat ampliora. Alia sunt enim, quæ nisi intelligantur nõ credimus, & alia sunt quæ nisi credamus nõ intelligimus. Nam cùm fides sit ex auditu, au-
Rom. 10. d ditus autẽ per verbum Dei: quomodo credit prædicãti fidẽ, qui, vt alia taceam, linguã ipsam quam loquitur non intelligit? Sed nisi essent rursus aliqua, quæ intelli-
Esa. 7. b. gere nõ possumus, nisi antè credamus: Propheta non diceret, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Proficit ergo noster intellectus ad intelligenda quæ credat, & fides proficit ad credẽda quæ intelligat: & eadẽ ipsa vt magis magisq; intelligãtur, in ipso intellectu proficit mẽs. Sed hoc nõ fit propriis tanquã naturalibus viribus, sed Deo adiuuante atque donante: sicut medicina fit, non natura, vt vitiatus oculus vim cernendi recipiat. Qui ergo dicit Deo, Da mihi intellectũ, vt discam mandata tua, non omnimodo expers eius est velut pecus: nec ita quãuis homo, vt in eorum numero deputandus sit, qui
Ephes. 4. d ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati intelligentia, alienati à via Dei. Nam si talis esset, ne hoc diceret. Non autem parui est intellectus, nosse à quo poscẽdus est intellectus. Et cogitandum est quanto sint altiùs in-
A telligenda diuina mandata: quando ad ea discẽda sibi adhuc dari intellectum petit, qui iam † sic intelligit, & al. sit intel-
qui eloquia Dei se custodisse antè iam dixit. Quod au- ligere.
tem interpretati sunt nostri, da mihi intellectum, breuius dixit Græcus συνέπισόν με: quia vno verbo complexus est, da mihi intellectũ, quod est συνέπισον: quod Latinè vno verbo dici nõ potest, tanquã si non posset Latinè dici, sana me; & diceretur, da mihi sanitatem, sicut hic dictũ est, da mihi intellectum, aut sanũ me fac, sicut etiã hic dici potest, intelligentẽ me fac. Quod quidem
potuit & angelus facere: inã dixit Danieli: Veni intelle- Dan. 9. f
ctum dare tibi. & hoc verbũ est in Græco, quod & hic est, συνέπισον, tanquã si diceret Latinus, sanitatem dare tibi, quod Græcus dixisset, sanare te. Non enim circũloqueretur Latinus interpres dicẽdo intellectum dare tibi: si quẽadmodum dici potest à sanitate sanare te, ita dici posset ab intellectu intellectuare te. Sed si potest
B hoc & angelus facere, quid est quòd iste hoc à Deo sibi poscit vt faciat? An quia Deus angelo iusserat vt faceret? Ita verò: nã Christus intelligitur hoc iussisse angelo vt faceret, eo loco vbi ait Propheta: Et factum est cùm videre ego Daniel visum, & quęrebam intellectum, & ecce stetit in conspectu meo, vt visus viri, & audiui vocẽ viri inter Vbal, & vocauit, & dixit Vlai: Fac intelli-
gere illũ visionem. & ibi in Græco verbũ hoc est, quod Dan. 8. d. e.
& hic, id est συνέπισον. Deus itaque per seipsum, quia lux
est, illuminat pias mẽtes: vt ea quę diuina dicuntur vel Ioan. 1. b
ostẽdũtur, intelligãt. Sed si ad hoc ministro vtitur angelo, potest quidẽ aliquid agere angelus in mentẽ hominis, vt capiat lucẽ Dei, & per hanc intelligat. Sed ita dicitur intellectũ dare homini, & quasi, vt ita dicã, intellectuare hominẽ, quemadmodũ quisquã dicitur lucẽ dare domui, vel illuminare domũ, cui fenestrã facit: cùm eam nõ sua luce penetret & illustret, sed tantum-
C modo aditũ quo penetretur atque illustretur, aperiat. Sed nec sol qui per fenestrã illustrat domũ, ipse creauit eandẽ domũ, aut hominẽ qui fenestram fecit in domo, aut ipse illi iussit vt faceret, aut adiuuit ipse facientem, aut aliquid egit vt aperiretur quà suũ lumen infunderet. Deus autẽ & hominis mẽtem rationabilem atque intellectualẽ fecit, quæ posset capere lumen eius, & angelum talẽ fecit qui operari posset aliquid vnde ad capiendum lumẽ Dei mens adiuuaretur humana, & eandem sic adiuuat mentem, vt angelicam recipiat operationem; & eam sic illuminat de seipso, vt nõ solùm illa quæ à veritate monstrantur, sed ipsam quoque proficiendo perspiciat veritatem. Sed quoniam res quidem necessarias, quãtum existimo, tam prolixa disputatione tractauimus, dilatis sequentibus Psalmi huius versibus, sermonem istum isto fine claudamus.

D

CONCIO XIX.

De versu Psalmi, Qui timent te, videbunt me, & iocundabuntur: vsque ad, Fiat cor meum immaculatum in tuis iustificationibus, vt non confundar.

DOMINVS noster Iesus in hoc Psalmo per Prophetam tanquã sibi petiuit intellectum dari à Deo, & corpori suo quod est Ecclesia, ad Dei mãdata discẽda Cum ipso enim vita corporis eius, hoc est, populi eius abscõdita est in Deo, & ipse in eodẽ corpore suo indigentiã patitur, & poscit quod mẽbris suis est necessariũ: Manus tuę, inquit, fecerũt me, & plasmauerũt me, da mihi intellectũ vt discã mãdata tua. Quia tu, inquit, formasti me, tu reforma, vt fiat in corpore Christi, Ephes. 4. c
quod ait Apostolus, Reformamini in nouitate mentis vestræ.

vestræ. Qui timent te, inquit, videbunt me & iocunda-
buntur.) Vel, sicut habẽt alij codices, Lætabũtur quo- A
niam in verba tua sperant.) Id est, in ea quæ promisisti,
Genes. 12. a & 26. b vt sint promissiones filij semẽ Abrahæ, in quo benedicuntur oẽs gentes. Qui sunt autem qui timent Deum, & quem videbunt & lętabuntur, quoniã in verba Dei sperant? Si corpus Christi est, id est, Ecclesia, cuius est vox ista per Christum vel in ipsa & de seipsa, tanquã de seipso ista vox Christi est: nũquid nõ ipsi sunt in eis qui timent Deum? Quis est ergo ille quem videt, & iocundabũtur? An populus ipse se videt, & iocundatur, & sic dictum est, Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verba tua speraui: vel, sicut alij diligentius expresserunt, superspera ui. tanquã diceret: Qui timẽt te, videbunt me, Ecclesiam tuam, & iocundabuntur, quia in verba tua superspera ui, cùm ipsi sint Ecclesia qui vident Ecclesiã & iocundãtur? Sed cur non dixit, qui timebunt te, vident me, & iocundantur, sed timent te, B
verbum præsentis tẽporis posuit: videbunt autẽ & iocundabũtur, futuri tẽporis verba sunt? An quia in præ-
Iob. 7. d senti tẽpore timor est, quamdiu tentatio est vita humana super terram: iocunditas autem quam voluit hic in-
Matth. 13. f telligi, tunc erit, quãdo iusti fulgebunt in regno patris sui sicut sol? Hinc enim etiam illud in alio Psalmo legi-
Psal. 30. c tur: Quàm magna multitudo dulcedinis tuę, Domine, quam abscondisti timentibus te! Hunc ergo quamdiu timent, nondum vident, sed videbunt, & iocundabuntur: quia & illic sequitur, Perfecisti autem sperantibus in te: & hic, quia in verba tua speraui, vel superspera ui, vt in verbo ita cõposito, & cura interpretis diligentio-
Ephes. 3. d ris expresso, etiã illud intelligamus, quod dicitur, Potens est Deus facere supra quàm petimus & intelligimus: vt quia supra quàm petimus & intelligimus sunt, parum sit ea sperare, sed debeamus superspera re. Quia ergo adhuc timet Ecclesia quæ in hac vita est, & non- C
dum se videt in eo regno, vbi erit eius secura iocunditas, sed inter periculosas tentationes in hoc mundo la-
1. Cor. 10. c borat, vbi audit, Qui se putat stare, videat ne cadat: cõ-
Eccles. 40. a fiderans huius mortalitatis miseriã, in qua iugum grauesuper filios Adã à die exitus de ventre matris eorũ, sic in omnibus pertenditur vsque in diẽ sepulturæ in
Galat. 5. e matrem omnium, vt propter carnẽ concupiscentẽ aduersus spiritum etiã regenerati gemere sub eius grauitate cogantur. hoc ergo considerans, Cognoui, inquit, Domine quia iustitia iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua, & consoletur me, secundum eloquium tuũ seruo tuo.) Misericordia & veritas ita diuino eloquio cõmendantur, vt cùm in mul-
Psal. 24. b tis inueniantur locis, maximè in Psalmis, quo dam etiã loco legatur, Vniuersæ vię Domini misericordia & veritas. Et hic quidẽ primò veritatẽ posuit, qua humiliati sumus in mortẽ, iudicante illo cuius iudicia iustitia est: deinde misericordiã qua instauramur ad vitã, promittẽte illo cuius beneficiũ gratia est. Ideo ait, Secundum D
eloquiũ tuũ seruo tuo: id est, secũdum quod promisisti seruo tuo. Siue ergo regeneratio, qua fit in Dei filios adoptamur, siue fides, & spes, & charitas, quę tria ædificãtur in nobis, quãuis de misericordia Dei veniãt, tamẽ in hac ærũnosa & procellosa vita solatia sunt miserorum, nõ gaudia beatorum: ideo dictum est, Fiat misericordia tua vt consoletur me. Sed quia post hæc & per hæc etiam illa ventura sunt: ideo sequitur, Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam.) Tunc enim verè viuam, quando nihil potero timere ne moriar. Ipsa enim & sine vllo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi æterna & beata, tanquã sola dicenda sit vita, in cuius comparatione ista quam ducimus, mors potius sit
Matth. 19. e appellãda quàm vita: quale illud est in Euãgelio, Si vis venire ad vitam, serua mãdata. Nunquid addidit æter-
A nã vel beatã? Item de resurrectione carnis cùm loque-
retur, Qui bene fecerunt, inquit, in resurrectionem vi- Ioan. 5. c
tæ. Neq; hic ait, æternæ seu beatæ. Sic & hic, Veniant, inquit, mihi miserationes tuæ, & viuã. neque hic ait, in æternũ viuã: vel, beatè viuam: quasi aliud nõ sit viuere quam sine vllo fine, & sine vlla miseria viuere. Sed hoc quo merito? Quia lex, inquit, tua meditatio mea est.) Hęc meditatio nisi esset in fide quę per dilectionẽ operatur, nunquã propter eã posset ad illam vitam quispiã Galat. 5. b
peruenire. Hoc dicendum putaui, ne quisquã, cùm totam legem memoriæ mandauerit, eámque creberrima recordatione cãtauerit, nõ tacens quod præcepit, nec tamẽ viuens vt præcepit, arbitretur se fecisse quod legit, quia lex tua, meditatio mea est: & hinc se adepturũ existimet, quod verbis superioribus propter hoc meritũ postulauit, vbi dictum est, Veniant super me misera-
B tiones tuæ, & viuam. Hæc meditatio amantis est cogi- Matt. 24. b
tatio, & tantum amantis vt charitas non frigescat huius meditationis suæ, quantalibet abundantia constipetur iniquitatis alienæ. Deniq; sequitur & dicit, Cõfundantur superbi, quoniam iniustè iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mãdatis tuis.) Ecce quod ait, meditatio legis Dei, vel potius meditatio lex Dei, Conuertantur, inquit, ad me qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua.) In nonnullis codicibus inuenimus & Græcis & Latinis, Cõuertantur mihi.) Quod tantundem valere existimo, quantum si dicatur ad me. Sed quis est iste qui hoc dicit? Non enim quisquam hominum hoc dicere audebit, aut si dicat, audiẽdus est. Nimirum ergo ille est qui etiam superius interposuit proprietatem vocis suæ, dicens, Particeps ego sum omnium timentium te: quia factus est particeps mortalitatis nostræ, vt & nos participes diuinita-
C tis ipsius fieremus. Nos vnius participes ad vitam, ad mortem verò particeps ille multorum. Ipse est enim ad quem conuertuntur timentes Deum: & qui cognoscunt Dei testimonia, de illo per prophetas tanto antè prædicta, in eius præsentia per miracula paulo antè mõstrata. Fiat, inquit, cor meum immaculatum in tuis iustificationibus, vt non confundar.) Redit ad vocem corporis sui, sancti scilicet populi sui, & immaculatum fieri cor suum precatur, hoc est, cor membrorum suorum: in iustificationibus Dei, non in viribus eorum. Poposcit enim hoc, non præsumpsit. Quod autem addidit, vt non confundar, tale aliquid & in primis huius Psalmi versibus inuenitur, vbi dixit, Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tũc non confundar dum inspicio in omnia mandata tua. Quod ibi, quia dixit vtinam, vno verbo significauit optantis, hoc isto loco apertioribus verbis expressit orantis dicendo, fiat cor meum immaculatum: vt nec in illa nec in ista sententia quæ vtraque vna est, inueniatur audacia de libero arbitrio contra gratiam confidentis. Quod autem ait ibi; Tũc non confundar: hoc ait hic, vt non confundar. Fit ergo cor immaculatum membrorum & corporis Christi, gratia Dei per ipsum corporis caput, hoc est, per Iesum Christum Dominũ Tit. 3. b
nostrum, per regenerationis lauacrum, vbi abolita sunt omnia præterita peccata nostra: per spiritus adiutoriũ, Galat. 5. e
per quod concupiscimus aduersus carnem, ne vinca- Matth. 6. b
mur in pugna nostra, per Dominicæ orationis affectũ, in qua dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Ita donata nobis regeneratione, adiuti confessione, fusa precatione, fit cor nostrum immaculatum, vt non confundamur: quia & hoc ad iustificationes Dei pertinet, quando inter eius alia præcepta præcipitur, Dimittite, Luc. 6. e
& dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.

CONCIO XX.

De versu Psalmi, Defecit in salutare tuum anima mea: vsque ad, Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Caph. a. A DIVVANTE Domino istam magni huius Psalmi partē considerandā exponendámque suscepimus, vbi dicit: Defecit in salutare tuū anima mea, & in verbum tuum speraui.) Non omnis defectus vel culpę putandus est esse vel pœnæ: est etiam defectus laudabilis vel optabilis. Nam cùm sint inter se duo ista contraria, proficere, & deficere, vsitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo: quando non additur vel subintelligitur in quid proficiatur vel deficiatur. Cùm verò additur, potest & malum esse proficere, bonúmq; de-
1. Tim. 3. b ficere: apertè quippe dixit Apostolus, Profanas autem verborū nouitates cuita: multū enim proficiēt ad im-
2. Tim. 3. b pietatem. Ait & de quibusdā: Proficient in peius. Ita & defectus à bono in malum malus est, à malo in bonum
Psal. 83. a bonus est. Bono quippe defectu dictū est, Desiderat & B deficit anima mea in atria Domini. Sic & hic non ait, defecit à salutari tuo: sed defecit in salutare tuum, hoc est, ad salutare tuū anima mea. Bonus est ergo iste defectus: Indicat enī desideriū boni, nondū quidē adepti,
1. Pet. 2. b sed auidissimè ac vehementissimè concupiti. Sed quis hoc dicit: nisi genus electum, regale sacerdotium, gēs sancta, populus acquisitionis: ab origine generis humani vsque ad huius seculi finē, in eis qui suo quique tempore hic vixerunt, viuūt, victuri sunt, desiderans Christum, teste sanctissimo sene Simeone? Qui cùm eum in-
Luc. 2. d fantē accepisset in manus, dixit, Nunc dimittis Domine seruum tuū, secundum verbū tuum in pace: quoniā viderunt oculi mei salutare tuum. Acceperat enim responsum diuinum, non se gustaturum mortē, nisi videret Christum Domini. Quale autem desideriū fuit in isto sene, tale fuisse credēdum est in omnibus superiorum temporū sanctis. Vnde & ipse Dominus discipulis
Matth. 13. b ait, Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & nō viderunt; & audire quæ auditis, & nō audierunt: vt ipsorū etiam vox hoc loco agnoscatur, Defecit in salutare tuū anima mea. Nec tunc ergo quieuit hoc desiderium sanctorū, nec nunc quiescit in Christi corpore, quod est Ecclesia, vsque ad terminum seculi,
Aggæ. 2. b donec veniat desideratus cunctis gentibus, sicut promittitur per Prophetā. propter quod dicit Apostolus:
2. Tim. 4. b Superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationē eius. Hoc itaque desideriū de quo nūc agimus, de dilectione cō-
Coloss. 3. a surgit manifestationis eiꝰ: de qua itē dicit: Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. Prima enim tēpora Ecclesiæ ante virginis partum, sanctos habuerunt qui desiderarent incarnationis eius aduentū: ista verò tēpora ex quo ascendit in cælum, sanctos habent qui desiderēt eius manifestationem ad viuos & mortuos iudicandos. Neq; hoc Ecclesiæ desideriū ab initio vsque in finē seculi requieuit aliquantū, nisi quādiu hic cum discipulis in carne conuersatus est, vt totius corporis Christi in hac vita gementis vox cōuenienter intelligatur, Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuū speraui: hoc est,
Rom. 8. c in promissum: que spes facit, vt per patientiam expectetur, quod à credentibus non videtur. etiā hic Græcus illud verbum habet, quod quidā nostri interpretes superperaui transferre maluerunt: quia proculdubiò plus futurum est quàm dici potest. Defecerunt, inquit, oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?) Ecce rursus in oculis, sed vtique interioribus laudabilis, & felix ille defectus: non veniens ex infirmitate animi, sed ex fortitudine desiderij in promissum Dei. Hoc enim ait in eloquium tuū. Quomodo autem tales oculi dicūt, quādo consolaberis me, nisi cùm tali intentione, & expectatione oratur & gemitur? Lingua enim loqui, nō oculi solent: sed oculorum quodāmodo vox est desideriū orationis. Verum in eo quod ait, quando consolaberis me, tāquam moras se perpeti
Psal. 6. a ostēdit. vnde est etiam illud, Et tu Domine vsquequò? Quod aut ideo fit, vt dulcior veniat dilata iocunditas; aut iste sensus est desiderantium, cùm spatium tēporis etiam, quod subitò venienti breue est, longū est amanti. Nouit autē Dominus quid quādo faciat, qui in mēsura & numero, & pōdere cuncta disponit. Ardentibus
Sap. 11. d autē spiritalibus desideriis, carnalia desideria sine dubitatione frigescunt. propter hoc sequitur: Quoniā factus sum tanquā vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus.) Nimirum enim per vtrem carnē mortis huius, per pruinam verò cæleste beneficium vult intelligi, quo carnis concupiscētiæ velut frigore cohibente torpescūt: & fit hinc vt iustificationes Dei de memoria non labantur, dum nō cogitatur aliunde, quoniam fit
Rom. 13. d quod ait Apostolus, Carnis prouidentiā ne feceritis in concupiscentiis. Ideo cùm dixisset, quoniam factus sum tanquam vter in pruina, subiecit, Iustificationes tuas non sum oblitus: hoc est, ideo non sum oblitus, quoniam talis factus sum. Feruor enim cupiditatis obtorpuit, vt ferueret memoria charitatis. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequētibus me iudiciū?)
Apoc. 6. d In Apocalypsi est ista vox martyrum, & eis imperatur patiētia donec fratrum eorum numerus impleatur. De diebus ergo suis interrogat corpus Christi, qui futuri sunt in hoc seculo. Et ne quisquā putaret antē hic Ecclesiam non futuram quàm finis seculi veniret, & aliquid temporis futurum in hoc seculo quo Ecclesiā nō sit in terris: propterea cùm quæsisset de diebus suis,
C adiunxit etiam de iudicio, profectò demōstrans vsque ad iudicium in quo de persecutoribus eius est futura vindicta, ipsam quoque in terris futuram. Si autē quenquam mouet cur quærat, quod cùm discipuli quærerent, magister respondit: Non est vestrum scire tēpora
Act. 1. b quæ pater posuit in sua potestate: cur non credamus in isto loco Psalmi huius esse prophetatum hoc ipsum illos fuisse quæsituros, & Ecclesiæ vocem, quæ hic tanto antè prædicta est, illorum interrogatione completam? Quod autem sequitur, Narrauerunt mihi iniqui delectationes, sed nō vt lex tua Domine:) Eas sic trāsferre voluerunt interpretes nostri, quas Græci ἀδολεσχίας vocant, quod vsqueadeò vno verbo nequaquam dici Latinè potest, vt aliqui delectationes, aliqui fabulationes eas dicerent: vt non immeritò accipiatur esse quidem illas exercitationes, sed in sermone cum quadam delectatione. Has verò habēt in diuersis sectis ac
D professionibus, & literæ seculares & Iudæorum, quæ Deuterosis nuncupantur, continentes præter diuinarū canonem Scripturarum milia fabularum: habet eas & hæreticorū vana atq; errabunda loquacitas. Hos omnes iniquos intelligi voluit, à quibus sibi narratas dicit ἀδολεσχίας, id est, exercitationes delectabiles verbis: Sed non, inquit, vt lex tua Domine, quia me in ea veritas, nō verba delectant. Denique adiungit, Omnia mādata tua veritas, iniustè persecuti sunt me, adiuua me.) Et pendet totus de superioribus sensus. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? Vt enim persequantur me, narrauerunt mihi sermonum suorum delectationes, sed eis præposui legem tuam: quæ ideo plus me delectauit, quia omnia mandata tua veritas: non sicut in illorum abundat sermonibus vanitas. Ac per hoc iniustè persecuti sunt me,

me, quia non in me persecuti sunt nisi veritatem. Ergo
A adiuua me, vt certē pro veritate vsque ad mortē: quia & hoc tuum mandatum est, & ideo & hoc veritas est. Hoc cùm faceret Ecclesia, passa est quod adiūxit, Paulominus consummauerunt me in terra.) Multa scilicet strage martyrum facta, dū confitētur & prædicant veritatem. Sed quia nō frustra dictum est, adiuua me: Ego autem, inquit, nō reliqui mādata tua.) Atque vt posset perseuarare vsque in finem, Secundum misericordiam tuam, inquit, viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.) Quæ Græcus habet martyria. Quod tacendū non fuit propter dulcissimū martyrū nomē, qui proculdubiò quādo tāta persequentium crudelitas sæuiebat, vt Ecclesia paulominus cōsūmaretur in terra: nullo modo Dei martyria custodirēt, nisi fieret eis quod hic oratū est, secundū misericordiā tuā viuifica me. Viuificati sunt enim, ne amando vitā, negarent vitam: & negādo vitam, amitterent vitam. Ac sic qui pro vita veritatem
B deserere noluerunt, moriendo pro veritate vixerunt.

CONCIO XXI.

De versu Psalmi, In æternum Domine permanet verbum tuū in cælo: vsque ad, Latum mandatum tuum valde.

HOMO qui loquitur in isto psalmo tanquā tæderet eum mutabilitatis hominū, vnde vita ista tentationibus plena est inter tribulationes suas propter quas suprà dixerat, Iniqui persecuti sunt me, &, Paulominus cōsummauerunt me in terra: inflāmatus desiderio cælestis Hierusalē, in superna suspexit & dixit, In æternū Domine permanet verbum tuū in cælo: hoc est, angelis tuis custodiētibus æternā sine desertione militiam. Sequens autē versus post cælū, pertinet consequenter ad terram. Vnus enim versus est eorum octo, qui ad istā literam pertinent. Singulis quippe literis Hebręis subdūtur octoni, donec Psalmi huius prolixitas terminetur. In generatione & generatione veritas tua, fundasti terram, & permanet.) Post cælū enim terram contuitu
C fidelis mentis aspiciēs inuenit in ea generationes quæ in cælo non sunt, & ait, In generatione & generatione veritas tua: siue oēs generationes ista repetitione significans, à quibus nunquàm defuit veritas Dei in sanctis eius, modò paucioribus, modò pluribus, vt se temporū varietas habuit vel habebit: siue duas quasdā generationes intelligi volens: vnā scilicet ad legē & prophetas, alterā verò ad Euangelium pertinentē. Cur autem nunquam etiā istis generationibus veritas desit, velut aperiens causam. Fūdasti, inquit, terram, & permanet: eos qui in terra sunt terram nuncupans: fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id quod posi-
1. Cor. 11. c tū est, quod est Christus Iesus. Neque enim & illius generationis ad legē prophetásque pertinētis fundamētum nō erat Christus, testimoniū habens à lege & prophetis. Aut verò Moyses & prophetæ filij deputandi
Galat. 4. d sunt in seruitutē generātis ancillæ fuisse, nō liberę, quæ
Psalm. 86. b est mater nostra, cui mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus? Ipse est enī & apud patrem altissimus, & propter nos in ista matre
Psal. 118. a factus humillimus: quoniā qui Deus erat super eā, homo factus est in ea. Hoc itaque fundamento Domine
Psal. 103. a fundasti terram, & permanet: quia in tali fundamento constabilita, non inclinabitur in seculum seculi: in eis vtique permanens, quibus es vitam daturus æternam. Quos autē ancilla peperit ad vetus testamentum perti-
Ioan. 8. d nentes, in cuius tamen figuris latebat nouū, nihil aliud sapiendo quàm promissa terrena non permanent. Ser-
Psal. 17. d uus enim non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternū. Ordinatione tua perseuerat dies. Ista quippe oīa dies: & iste est dies quem fecit Dominus, exultemus & iocūdemur in eo, & sicut in die honestè ambulemus. Quoniam omnia seruiūt tibi.) Omnia scilicet de quibus loquebatur: oīa quæ pertinent ad hunc diem, seruiūt tibi. Impij quippe de quibus dicitur, Noc-
Osee. 4. a ti simulaui matrē vestram, non seruiunt tibi. Deinde respexit vnde liberaretur hæc terra, vt fundata permaneat: atque subiecit, Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea.) Ista lex fidei est: non inanis fidei, sed quę per dilectionē operatur. Per hāc impetratur gratia quę fortes facit in tribu-
Gal. 5. a latione temporali, ne pereant in humilitate mortali. In æternū non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.) Ecce vnde factū est, vt nō periret in humilitate sua. Nam Deo nō viuificante, quid est homo qui se occidere potuit, viuificare non potest? Subiecit deinde ac dicit, Tuus sum ego, saluū me fac, quoniā iustificationes tuas exquisiui.) Non trāseunter intelligēdum est, quod dictū est, Tuus sum ego. Quid enim non est eius? An fortè quia in cælis esse dicitur Deus; ideo putandū est aliquid non esse eius in terra: cùm clamet
Psal. 23. a alius Psalmus, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & oēs qui habitant in ea? Quid est ergo quod iste ita se quodammodo familiarius Deo cōmendandum putauit, vt diceret, Tuus sum ego, saluum me fac: nisi intelligi volens quòd malo suo suus esse voluerit, quod est inobedientiæ primū & maximum malum? Et tanquā dicēs, meus esse volui, & perditū me feci: Tuus sum, inquit, saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisiui: nō volūtates meas quibus fui meus, sed iustificationes tuas, vt essem iā tuus. Me, inquit, expectauerūt peccatores vt perderent me, testimonia autē tua intellexi.) Quid est, expectauerunt vt perderēt? An verò velut insidiis obsederunt viā, expectantes vt quādo transiret, occiderēt? Nunquid ergo morte corporis petire metuebat? Absit. Et quid est, me expectauerunt, nisi vt eis ad malum consentiret? Tūc enim perderent. Vnde
C enim nō perierit dixit, testimonia tua intellexi. Sed familiarius hic Ecclesiæ auribus Græcum verbū sonat, martyria tua intellexi: quia scilicet me sibi non cōsentientem etiā si occiderent, tua martyria confitens non perirē. Sed illi qui vt perderent expectabant quando consentirē, torquebant etiam cùm confiterer: nec tamen quod intellexerat relinquebat, intuens & videns vtique sine fine finem, etsi perseueraret vsque in finem. Denique secutus adiunxit, Omnis cōsummationis vidi finem, latū mandatū tuum valde.) Intrauerat quippe in sanctuariū Dei, & intellexerat in nouissima. Omnis Psal. 72. c autē consummatio mihi videtur hoc loco intelligēda vsque ad mortem pro veritate certare, & pro vero ac Eccl. 4. d summo bono mala omnia tolerare. Cuius consummationis finis est, excellere in regno Christi, quod nō habet finem: & habere ibi sine morte, sine dolore, & cum magno honore vitā, morte huius vitæ ac doloribus &
D opprobriis acquisitam. Quod autem addidit, Latum mandatum tuum valde: non intelligo nisi charitatem. Quid enim profuisset quacunque morte imminēte, & inter quantacunque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? Audiamus Apostolū: Et si tradidero, inquit, corpus meum vt ardeā, cha- 1. Cor. 13. b ritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū Rom. 5. a sanctum qui datus est nobis. In hac diffusione latitudo est, in qua sine angustiis via quoque ambulatur angusta: donante illo cui dictum est, Dilatasti gressus meos Psal. 17. d subter me: & nō sunt infirmata vestigia mea. Latum est ergo mandatum charitatis nimis, mandatum illud geminū quo iubetur Deus & proximus diligi. Quid autem latius, quàm vt ibi pendeat tota lex & omnes pro-
Matt. 22. d phetæ?

CONCIO XXII.

De versu Psalmi, Quomodo dilexi legem tuam Domine: vsque ad, Propterea odio habui omnem viam iniquitatis.

SÆPE admonuimus laudabilem latitudinẽ, in qua nullas cùm mãdata Dei facimus patimur angustias, intelligendã esse charitatem. Propter quod etiã in magno isto Psalmo cùm superius dixisset, Latum mandatum tuũ valde: in hoc sequenti versu ostendit vnde sit latum, dicẽs, Quomodo dilexi legem tuam Domine.) Mem. Dilectio est igitur latitudo mãdati. Vnde quippe fieri potest vt diligatur quod Deus iubet diligi, & ipsa iussio nõ diligatur? Ipsa est enim lex: Tota, inquit, die meditatio mea est.) Ecce quomodo eã dilexi vt tota die meditatio mea esset, vel potius, sicut Græcus habet, καθ' ἡμέραν, totam diẽ, vbi magis cõtinuatio meditantis exprimitur. Id autẽ intelligitur per omne tẽpus quod est semper. Tali expugnatur dilectione cupiditas, quæ sæpe faciẽdis legis iussionibus cõtradicit, concupiscente Galat. 5. c. aduersus spiritũ carne, aduersus quam spiritus cõcupiscens ita debet diligere legẽ Dei, vt tota die meditatio eiꝰ fit. Dicit autẽ Apostolus, Vbi est ergo gloriatio tua? Rom. 3. d. Exclusa est. Per quã legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Hæc est fides quæ per dilectionẽ operatur; Galat. 5. b quoniã quęrẽdo, petẽdo, pulsando, impetrat spiritum Matth. 7. b bonum, per quẽ dilectio ipsa diffunditur in cordibus Rom. 5. a nostris. Hoc enĩ spiritu Dei quicunque aguntur, hi filij Rom. 8. c Matth. 8. b sunt Dei. Qui recipiuntur vt recũbant cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorũ, expulso seruo qui non Ioan. 8. d manet in domo in æternũ: id est, Israël secundum carnem, cui dictũ est, Cùm videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autẽ expelli foras, & veniẽt ab oriente, & occidente, & aquilone, Luc. 13. f & austro, & accumbent in regno Dei: Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissi- Ibidem. f mi. Gentes autẽ, sicut ait vas electionis, quę non sectabantur iustitiã, apprehenderunt iustitiam: iustitiam au- Rom. 9. g. tem quæ ex fide est. Israël autẽ persequens legẽ iustitię, in legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus, offenderunt in lapidẽ offensionis. Ita facti sunt inimici huius qui hic in prophetia loquitur. Ac deinde coniungit, Super inimicos meos sapere me fecisti mandatũ tuum, quoniã in æternum mihi est.) Rom. 10. a Illi namque zelum quidẽ Dei habent, sed nõ secundum scientiã. Ignorãtes enim Dei iustitiam, & suã quærẽtes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, Iste verò qui super suos istos inimicos sapit mandatũ Dei, inueniri vult cum Apostolo non habens iustitiam suã, Philip. 3. b quę ex lege est, sed iustitiam per fidẽ Christi, quæ est ex Deo: non quia lex quam legunt inimici eius non est ex Deo, sed quia eã non sapiunt, sicut iste qui super inimicos suos cã sapit, cohærendo lapidi in quẽ illi offende- Rom. 9. g runt. Rom. 10. a Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credẽti, vt iustificẽtur gratis per gratiã ipsius: nõ sicut illi qui viribus suis se legem facere existimant, & ideo non ex lege quidem Dei, sed suã iustitiam constituere quęrũt: sed quomodo filius promissionis qui esuriens & sitiens iustitiam, petẽdo, quærendo, pulsando quodammodo Matth. 5. a à patre mendicat, vt adoptatus per vnigenitũ accipiat. Matth. 7. b Sic autem mandatum Dei quando sapuisset, nisi eum ipse sic sapere fecisset cui dicit: Super inimicos meos Galat. 4. d sapere me fecisti mãdatum tuũ? Inimici quippe eius illi velut ex Agar in seruitutẽ generati, ex codẽ mandato temporalia præmia quæsierunt: & ideo non fuit illis in æternum, sicut est huic. Melius quippe intellexerũt qui interpretati sunt in æternum, quàm qui in seculũ: tanquam finito isto seculo nullũ iam legis posset esse mandatum. Ita verò nullũ erit, sed in tabulis visibilibus librísque conscriptum. In tabulis verò cordis, dilectio Dei & proximi manebit in æternũ. In quo mãdato geminato tota lex pẽdet & prophetæ: eritque præmium custodiendi mandati huius ipse mãdator, & præmium dilectionis ipse dilectus, quando erit Deus omnia in omnibus. Sed quid est hoc quod sequitur, Super oẽs docentes me intellexi?) Quis est iste qui super omnes docentes se intellexit? Quis est, inquam, qui super omnes prophetas, qui non solùm loquẽdo cos qui secum vixerunt, verumetiã scribendo posteros tam excellẽti autoritate docuerunt, audeat se intelligẽdo præponere? Salomoni quidem tanta est donata sapientia, vt etiã 3. Reg. 3. b his omnibus qui fuerunt ante illum, videatur esse prælatus. Sed non est credendũ ipsum hic à patre suo Dauid potuisse prophetari: maximè quia dici non posset ex persona Salomonis quod hic dicitur, Ab omni via maligna prohibui pedes meos. Porrò si, quod est acceptabilius, Christum prænunciat iste propheta, nunc à B capite, q̃ est ipse saluator, nunc ab eius corpore, quod est Ecclesia, verba prophetica digerens, & tanquam vnum loquentem faciens, propter magnũ illud sacramentũ, vbi dictum est, Erũt duo in carne vna: agnosco Ephes. 5. g cum planè qui super omnes docẽtes se intellexit, quãdo cùm esset annorum duodecim, remansit puer Iesus Luc. 2. g. in Hierusalem, & à parentibus suis post triduum inuẽtus est illic in templo sedens inter doctores, audiens illos & interrogans, vbi stupebãt omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. Nec immeritò qui per istum prophetam tãto antè dixerat, super omnes docẽtes me intellexi. Omnes enim vtiq; homines vult intelligi, nõ Deum patrem: de quo dicit ipse filius, Sicut docuit me pater, hæc loquor. Quod difficilè ex Ioan. 8. a persona verbi intelligitur: nisi quis vtcũque capere valeat, id esse filium à patre doctum, quod genitum. Cui enim non est aliud esse, aliud doctum esse, sed quod illi C est esse, hoc est doctum esse: profectò à quo ei est esse, ab illo simul est ei doctum esse. Ex persona verò homi- Philip. 2. a nis vbi formam serui accepit, facilius intelligitur à patre didicisse quæ dixit: in qua forma serui constitutum maximè puerum, potuerunt eũ homines maioris ætatis docendum putare. Sed ille quem pater docuit, super omnes docentes se intellexit. Quia testimonia, inquit, tua meditatio mea est.) Ideo super omnes docentes se intelligebat, quia testimonia Dei meditabatur: quæ melius quàm illi de seipso nouerat qui dicebat, Ioan. 5. f Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Talia testimonia meditabatur, quando super omnes docentes se intellexit. Illi autem doctores non absurdè intelliguntur etiam ipsi esse seniores, de quibus continuò dicit, Super seniores intellexi.) Quod ideo mihi eo modo repetitum videtur, vt nobis hæc D legentibus illa ætas eius veniret in mentem, quæ nobis innotuit ex Euangelio: qua ætate puerili inter ma- Luc. 2. g. iores ætate, hoc est, iunior inter seniores sedebat, & super omnes docentes se intelligebat. Solent enim iunior & senior ad se inuicem dici minor & maior, & si neuter eorum senili accessit aut propinquauit ætati: quanquam si & expressum nomen seniorum in Euangelio velimus inquirere supra quos intellexit, inuenimus quando ei dixerunt Scribæ & Pharisæi, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Matth. 15. a Non enim lauant manus suas, cùm panem manducant. Ecce obiecta est ei trãsgressio traditionis seniorum. Sed, qui super seniores intellexit, quid eis responderit, audiamus. Quare, inquit, vos transgredimini mandatum

De

Dei propter traditionem vestrã? Deinde paulo pòst, vt non solùm ipse qui est caput corporis, verumetiã cor- A pus ipsum & mẽbra eius super seniores illos intelligerent, quorum traditio de lauandis manibus ferebatur: Matth. 15. b conuocatis ad se turbis dixit eis, Audite & intelligite. Tanquã diceret, Super seniores illos & vos intelligite, vt etiã de vobis illa prophetia clareat esse præmissa, super seniores intellexi: nec solùm capiti, verumetiã corpori, ac sic vniuerso Christo aptata cõueniat. Nõ quod intrat in os, coinquinat hominẽ: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Hoc seniores illi nõ intelligebant qui de lauandis manibus sua velut magna mandata tradiderunt. Ipsa quoque mẽbra capitis huius super seniores intelligentis, nondũ quod ab eo dictum est intellexerant. Denique post pauca respõdens Ibidem. Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolã istam. Putabat adhuc esse parabolã, quod Dominus sine figuris fuerat locutus. Et ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrẽ B vadit, & in secessum emittitur? Quæ autẽ procedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominem. Adhuc & vos sine intellectu estis, & super illos seniores nõ intelligitis? Sed planè iã nunc audito tali magistro, capite nostro: potest vnusquisque nostrum dicere, Super seniores intellexi. Nam etiã corpori congruit quod secutus adiunxit, Quia mandata tua exquisiui.) Mandata tua, non mãdata hominum: mandata tua, nõ mandata seniorum, qui volentes esse legis doctores, non intelligunt, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmãt. Meritò de mãdatis Dei, quæ sunt exquirenda, vt super seniores illos intelligantur, respõsum est iis qui eorum Matth. 15. a autoritatem veritati præferebãt, & dictum est: Cur & vos trãsgredimini mandatũ Dei, vt traditiones vestras statuatis? Iam verò quod adiungitur, nõ capiti videtur cõuenire, sed corpori. Ab omni via maligna prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua.) Neque enim ca- C put illud nostrũ ipse saluator corporis in aliquã malignam viam carnali cupiditate ferebatur, vt ei necesse esset pedes suos inde prohibere, quasi illuc euntes motibus suis: quod nos facimus quando ea quæ ille non habuit, ne vias malignas tencãt, desideria nostra praua cohibemus. Sic enim verba Dei possumus custodire, si Eccles. 18. d post nostras non eamus concupiscentias malas, vt ad mala concupita pedes nostri non perueniant: sed cos Galat. 5. c potius aduersus carnẽ spiritu concupiscente refrenemus, ne nos raptos atque subuersos per malignas vias pertrahant. A iudiciis, inquit, tuis non declinaui, quoniam tu legẽ posuisti mihi.) Dixit quid timuerit, vt ab omni via maligna prohiberet pedes suos. Quid est enĩ, à iudiciis tuis non declinaui, nisi quod alio loco dicit, à iudiciis autẽ tuis timui? Perseueranter eis credidi, quia tu legẽ posuisti mihi. Tu interior intimis meis, tu intus in corde legem posuisti mihi spiritu tuo tanquã digito D tuo: vt eam nõ tanquã seruus sine amore metuerẽ, sed casto timore vt filius diligerem, & dilectione casta timerẽ. Et ideo vide quid sequitur, Quàm dulcia faucibus meis verba tua.) vel, quod de Græco est expressius, Eloquia tua super mel & fauum ori meo.) Hæc est illa suauitas quã Deus dat vt terra nostra det fructũ suum: vt bonum verè bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. Nonnulli sanè codices non habent fauum, sed plures habẽt mel. Melli autem est similis aperta doctrina sapientiæ: fauo verò, quæ de abstrusioribus sacramẽtis tanquã de cellis cereis ore differẽtis velut mãdentis exprimitur. Verùm ori cordis, nõ carnis est dulcis. Sed quid est quod ait, A mandatis tuis intellexi?) Aliud enim est, mãdata tua intellexi, aliud est, à mandatis tuis intellexi. Nescio ergo quid aliud se significat intellexisse à mãdatis Dei: quod est, quantũ mihi videtur, faciendo mandata Dei peruenisse se dicit ad earũ rerũ intelligentiã quas cõcupiuerat scire. Propter quod scriptum est, Cõcupisti sa- Eccl. 1. d pientiam, serua mãdata, & Dominus præbet illam tibi: ne quisquã præposterus, antequã habeat humilitatem obediẽtiæ, velit ad altitudinẽ sapientiæ peruenire, quã capere nõ potest, nisi ordine venerit. Audiat ergo, Al- Eccl. 3. c tiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Dominus, illa cogita semper. Sic homo ad occultorũ sapientiã peruenit per obedientiã mandatorum. Cùm autem dixisset, Quæ tibi præcepit Ibidem. Dominus, illa cogita: ideo addidit, semper, quia & custodienda est obediẽtia, vt percipiatur sapiẽtia, & percepta sapientia nõ est deserenda obedientia. Spiritaliũ itaque mẽbrorum Christi vox ista est, A mãdatis tuis intellexi. Hoc enim rectè dicit Christi corpus in eis, quibus mandata seruantibus propter istam custodiam mandatorũ præbetur vberior doctrina sapientiæ. Propterea, inquit, odio habui omnẽ viam iniquitatis.) Necesse est enim vt oderit omnẽ iniquitatẽ amor iustitiæ: qui tanto maior est, quanto eum magis inflammat amplius dulcedo sapientiæ, quę præbetur ei qui obtemperat Deo, & à mandatis eius intelligit.

CONCIO XXIII.

De versu Psalmi, Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen: vsque ad, Inclina tui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter æternam retributionem.

SCRVTANDOS atque tractandos pro viribus, quas Deus donat, nũc istos versus Psalmi huius aggredimur, quorũ primus est, Lucerna pedibus meis verbum Nun. a tuum, & lumẽ semitis meis.) Quod est lucerna, hoc repetitum est, lumen: & quod pedibus meis, hoc semitis meis. Quod est ergo verbum tuũ? Nunquid nam illud quod in principio erat Deus apud Deũ, verbum scili- Ioan. 1. a cet per quod facta sunt omnia? Non est ita. Nam illud verbum lumẽ est, sed lucerna non est. Lucerna quippe creatura est, nõ creator, quę participatione incõmutabilis lucis accenditur. Hoc erat Ioannes: de quo dicit verbũ Deus, Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed lu- Ioan. 5. f men est & lucerna: & tamen in cõparatione verbi, de quo dictũ est, Deus erat verbũ, non erat ille lumen, sed missus est, vt testimonium perhiberet de lumine. Erat enim lumen verum, nõ quod illuminatur vt homo, sed quod illuminat omnem hominem. Nisi autẽ & lucerna & lumen esset, non diceret Apostolis, Vos estis lumen Matt. 5. b mundi. Quo audito ne id se putarent esse quod ille qui hoc dixerat: nam & de seipso quodam loco dixit, Ego sum lumen mũdi: ait illis de illis, Non potest ciuitas ab- Ioan. 8. b scondi supra montẽ constituta, neque accendũt lucer- Matt. 5. b nam & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt, sic luceat lumen vestrũ coram hominibus: vt sciręt se tãquam lucernas de illo lumine quod immutabiliter lucet, accẽsas. Nulla quippe creatura, quãuis rationalis & intellectualis, à seipsa illuminatur, sed participatione sempiternę veritatis accenditur: etiã si aliquãdo dies vocatur, non dies Dominus, sed quẽ fecit Dominus. Et ideo adhuc subdidit, Accedite ad eũ, & illuminamini. Propter quam Psal. 33. a participationem, inquantum homo est & ipse mediator, lucerna in Apocalypsi nuncupatur. Sed singularis Apoc. 21. g. est ista susceptio. De nullo enim sanctorum dici diuinitùs potuit, aut dici vllo modo fas est, verbum caro factum est, nisi de vno mediatore Dei & hominũ. Cùm Ioan. 1. b igitur lumen dicatur vnigenitum verbum æquale gi- 1. Tim. 2. b gnẽti, lumen dicatur & homo ab illo verbo illuminatus, qui dicitur & lucerna, sicut Ioãnes, sicut Apostoli, nec vllus eorum homo sit verbum, & illud verbum à

quo illuminati ſunt,lucerna nõ ſit: quid eſt hoc verbũ
quod ita lumen dicitur vt lucerna ſit(ait enim, Lucer- A
na pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis)
niſi verbũ intelligamus quod factũ eſt ad Prophetas,
vel quod prædicatum eſt per Apoſtolos?Non verbum
Rom.10.d Chriſtum, ſed verbũ Chriſti, de quo ſcriptũ eſt,Fides
ex auditu,auditus autẽ per verbum Chriſti. Nã & ver-
bum propheticũ lucernæ cõparans Apoſtolus Petrus,
2.Pet 1.c Habemus, inquit, certiorẽ propheticum ſermonẽ cui
benefacitis intendentes, velut lucernæ lucenti in ob-
ſcuro loco.Quod itaque hic ait,Lucerna pedibus meis
verbum tuum,& lumẽ ſemitis meis: verbum eſt quod
ſcripturis ſanctis omnibus cõtinetur.Iuraui, inquit, &
ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.)Tanquã bene am-
bulans ad illam lucernam,& rectas ſemitas habens.Se-
quenti autẽ verbo illud quod antecedit expoſitum eſt.
Quaſi enim quæreremus quid eſſet,iuraui:adiunxit,&
ſtatui.Hoc enim appellauit iuramẽtũ, quod ſtatuit per
ſacramentũ: quia ita debet eſſe mens fixa in cuſtodiẽ-
dis iudiciis iuſtitiæ Dei, vt ſit omnino pro iuratione
quod ſtatuit.Fideautẽ cuſtodiũtur iudicia iuſtitię Dei:
cùm ſic Deo iuſto iudice,nec rectè factum infructuo-
ſum,nec peccatũ creditur impunitũ. Sed pro hac fide
quia multa & grauiſſima mala corpus pertulit Chriſti,
Humiliatus ſum,inquit,vſque valde.) Nõ autẽ ait, hu-
miliaui me,vt humilitatẽ,quæ in præcepto eſt, intelli-
gere ſit neceſſe:ſed ait,humiliatus ſum vſq; valde: ma-
ximã ſcilicet paſſus perſecutionẽ, pro eo quod iurauit
& ſtatuit cuſtodire iudicia iuſtitiæ Dei. Et ne in tanta
humiliatione fides ipſa deficeret,addidit: Domine vi-
uifica me ſecundũ verbum tuum.) Hoc eſt ſecundum
promiſſum tuũ.Nam & verbum promiſſorum Dei,lu-
cerna eſt pedibus,& lumẽ ſemitis.Sic & ſuperius vt eũ
Deus viuificaret,orauit in humiliatione perſecutionis,
vbi ait,Paulominus cõſummauerunt me in terra, ego
autẽ non dereliqui mãdata tua. Secundũ miſericordiã
C tuã viuifica me,& cuſtodiã teſtimonia, id eſt, martyria
oris tui.Vbi intelligitur,ſi ipſe nõ viuificet donãdo pa-
Luc. 21.d tientiã,propter quod dictũ eſt:In veſtra patientia poſ-
ſidebitis animas veſtras:& de quo dictũ eſt, Quoniam
Pſal, 61.a ab ipſo eſt patientia mea: non corpus in perſecutione
mortificari,ſed animã,non cuſtodiẽdo martyria & iu-
dicia iuſtitiæ Dei. Voluntaria oris mei beneplacita fac
Domine.)Hoc eſt,placeãt tibi:noli reprobare, ſed ap-
proba. Bene autem intelligũtur oris volũtaria ſacrifi-
cia laudis:cõfeſſione charitatis, nõ timore neceſſitatis
Pſal. 53.b oblata. Vnde dictum eſt: voluntariè ſacrificabo tibi.
Sed quid eſt quod adiungit, Et iudicia tua doce me?)
Nõnne ipſe in verſibus ſuperioribus dixerat,A iudiciis
tuis non declinaui?Quomodo iſtud,ſi ea non nouerat?
Porrò ſi nouerat, quomodo hic dicit, Et iudicia tua
doce me?An ſicut illud eſt, ſuauitatem feciſti cũ ſeruo
tuo: & poſtea dicit,ſuauitatem doce me? Quod ita ex-
poſuimus,vt intelligeremus verba proficientis,& addi
ſibi ad id quod acceperat poſtulatis.Animamea in ma-
nibus tuis ſemper.)Nonnulli codices habent,in mani-
bus meis:ſed plures,in tuis:& hoc quidem planum eſt.
Sap. 3. a. Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt. In cuius ma-
nu ſunt & nos & ſermones noſtri.Et legis, inquit, tuæ
non ſum oblitus.) Tanquam ad non obliuiſcendã Dei
legem manibus eius adiuuctur eius memoria, vbi eſt
eius anima.Anima verò mea in manib. meis, quomo-
do intelligatur,ignoro.Iuſti quippe iſta verba ſunt, nõ
iniuſti,redeuntis ad patrẽ,non diſcedentis à patre. Nã
poteſt videri ille iunior filius animam ſuam in manibus
Luc.15.c ſuis habere voluiſſe, quando dixit patri, Da mihi ſub-
ſtãtiam meã,quæ me cõtingit. Sed ideo mortuus erat,
ideo perierat.An fortè ita dictũ eſt, anima mea in ma-
nibus meis:tanquã eam viuificãdã offerret Deo?Vndẽ
alibi dicitur,Ad te leuaui animã meã. Dixerat enim & Pſal.24.a
hic ſuperius,viuifica me.Poſuerunt,inquit,peccatores
laqueum mihi, & à mãdatis tuis nõ erraui.)Vnde hoc,
niſi quia eius anima in manibus Dei,vel in ſuis viuificã-
da offertur Deo? Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua
in æternũ.) Nõnulli vno verbo volentes dicere, quod
vno verbo in Græco poſitũ eſt,hęreditaui interpretati
ſunt.Quod & ſi Latinũ eſſe poſſet,magis ſignificaret eũ
qui dedit hæreditatẽ,quàm eũ qui accepit: vt ſic eſſet,
hęreditaui,quomodo ditaui.Melius ergo duobus ver-
bis inſinuatur integer ſenſus, ſiue dicatur hæreditate
poſſedi,ſiue dicatur hæreditate acquiſiui:nõ hęredita-
tem,ſed hæreditate.Si autẽ quæritur, quid acquiſierit
hęreditate:teſtimonia,inquit,tua.Quidvolẽs intelligi,
niſi vt teſtis Dei fieret,ciũſq; teſtimonia cõfiteretur: id
eſt,vt martyr Dei fieret,atq; eius martyria diceret,ſicut
martyres dicũt à patre ſibi,cuius † donũ eſt, eſſe colla- al.hæred.
B tũ?Multi quippe pati voluerũt, neq; potuerũt;nulli ta-
mẽ potuerũt, niſi qui voluerũt,qui nõ potuiſſent, ſi fi-
dei Dei teſtimonia negare voluiſſent.Sed etiã ipſorum
pręparata eſt volũtas à Domino.Ideo hęc hęreditate ſe
acquiſiſſe iſte teſtatur,&hoc in æternum:quia nõ eſt in
eis gloria tẽporalis hominũ vana quęrẽtiũ, ſed æterna
gloria eſt breui tẽpore patientiũ,&ſine fine regnantiũ.
Vnde ſequitur:Quoniã exultatio cordis mei ſunt.) Et
ſi afflictio corporis,exultatio tamẽ cordis.Deinde ſub-
iecit:Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iuſtificationes tuas
in æternũ,propter retributionem.)Qui dicit,inclinaui
cor meũ,ipſe iã dixerat, inclina cor meũ in teſtimonia
tua:vt intelligamus ſimul hoc eſſe & diuini muneris &
propriæ voluntatis. Sed nunquid in æternũ facturi ſu-
mus iuſtificationes Dei?opera illa quidem quæ opera-
mur circa proximorũ neceſſitates, æterna eſſe nõ poſ-
ſunt, ſicut nec ipſæ neceſſitates:ſed ſi nõ diligendo iſta
C facimus,nulla eſt iuſtificatio.Si autẽ diligendo æterna
eſt ipſa dilectio,eique æterna eſt parata retributio.Pro-
pter quam retributionem dicit ſe inclinaſſe cor ſuum
ad faciendas iuſtificationes Dei, vt in æternum diligens
in æternum mereatur habere quod diligit.

CONCIO XXIIII.

*De verſu Pſalmi,Iniquos odio habui:vſque ad id,Propterea di-
lexi teſtimonia tua ſemper.* Samech.

PSALMI huius locus,de quo in volũtate Dei diſpu- B
taturi ſumus,ſic incipit:Iniquos odio habui,& legẽ
tuam dilexi.)Non ait,Iniquos odio habui,& iuſtos di-
lexi;aut,iniquitatẽ odio habui,& legẽ tuam dilexi: ſed
cùm diximſſet,Iniquos odio habui, expoſuit quare, ad-
dendo,& legem tuã dilexi: vt demonſtraret,non ſe in
hominibus iniquis odiſſe naturã qua homines ſunt,ſed
iniquitatẽ qua legi quã diligit,inimici ſunt.Deinde ſe-
D quitur: Adiutor meus & ſuſceptor meus es tu.) Adiu-
tor,ad bona faciẽda,ſuſceptor ad mala euadẽda.quod
autẽ adiungit,In verbum tuũ ſuperſperaui:) tanquã fi-
lius promiſſionis loquitur. Sed quid ſibi vult verſus qui
ſequitur,Declinate à me maligni,& ſcrutabor mãdata
Dei mei?)Non enim ait,faciam;ſed ſcrutabor.Vt ergo
perfectè ea diligentérque nouerit,malignos à ſe decli-
nare deſiderat,eóſque etiam compellendo à ſe abigit.
Nam maligni exercent ad facienda mandata,à ſcrutã-
dis autem auocant:non ſolum cùm perſequuntur, aut
litigare nobiſcum volũt, verumetiam cùm obſequun-
tur & honorant,& tamen ſuis vitioſis & negotioſis cu-
piditatibus adiuuandis vt occupemur,& eis noſtra tẽ-
pora impendamus,efflagitant,aut certè infirmos pre-
munt, vt cauſas ſuas ad nos deferre compellant: qui-
bus dicere non audemus, Dic homo, quis me conſti-
tuit

tuit iudicẽ aut diuiſorẽ inter vos? Cõſtituit enim tali-
b⁹ cauſis eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores, in foro A
1.Cor.6. prohibẽs iurgare Chriſtianos. Ne illis quidẽ qui non
aliena rapiunt,ſed ſua cupidè repetũt,dicimus, Caue-
te ab omni cupiditate,cõſtituentes eis ante oculos ho-
minem cui dictũ eſt,Stulte, hac nocte auferetur à te a-
Luc. 12.c nima tua,quæ præparaſti cuius erunt? quia & quando
dicimus,non recedunt nec declinant à nobis: ſed in-
ſtant,vrgent,precantur,tumultuãtur, extorquent, vt
ipſis potius ad iſta quæ diligunt, quam ſcrutandis Dei
mandatis quæ diligimus occupemur.O quanto tædio
turbarũ turbulentarũ,& quanto deſiderio diuinorum
eloquiorum dictũ eſt,Declinate à me maligni,& ſcru-
tabor mandata Dei mei: Ignoſcant obediẽtes fideles,
qui pro ſuis ſecularibus cauſis rarò nos quærũt, & iu-
diciis noſtris facillimè acquieſcunt: nec nos conterũt
litigando,ſed obtẽperando potius cõſolantur. Certè
propter eos qui & inter ſe pertinaciter agunt,& quan-
do bonos premũt,noſtra iudicata contẽnunt,faciũt- B
que nobis perire tẽpora rebus erogãda diuinis: certè,
inquã, propter iſtos & nobis liceat exclamare in hac
voce corporis Chriſti,Declinate à me maligni,& ſcru-
tabor mãdata Dei mei. Deinde poſteaquã velut ab o-
culis cordis ſui muſcas irruẽtes abegit, redit ad eũ cui
dicebat,Adiutor me⁹ & ſuſceptor meus es tu,in verbũ
tuũ ſperaui:precẽque cõtinuãs, Suſcipe me,inquit,ſe-
cundũ eloquiũ tuũ,& viuã;& ne confundas me ab ex-
pectatione mea.)Qui iã dixerat,ſuſceptor me⁹, poſcit
magis magiſque ſuſcipi, & ad illud propter quod tole-
rauerat tã multa moleſta, perduci: verius ibi ſe quã in
iſtis humanarũ rerũ ſomniis fidens eſſe victurum. Sic
enim de futuro dictũ eſt,vt viuam: tanquã in hoc cor-
Rom 8.c pore mortuo nõ viuatur. Corpus enĩ mortuũ eſt pro-
pter peccatũ.Et expectantes redẽptionẽ corporis no-
ſtri,ſpe ſalui facti ſumus,& quod nõ videmus ſperãtes,
Rom 5.a per patientiã expectam⁹. Sed ſpes nõ cõfundit,ſi cha-
ritas Dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum
C ſanctũ qui datus eſt nobis. Propter quem largius acci-
piendũ clamatur ad patrẽ,ne confundas me ab expe-
ctatione mea.Et tanquã ei reſponſum fuerit in ſilẽtio,
ſi nõ vis confundi ab expectationa tua, nõ intermittas
meditari iuſtificationes meas: ſentiẽs iſtã meditationẽ
plerũque animę languoribus impediri,Adiuua me,in-
quit,& ſaluus ero,& meditabor in iuſtificationib⁹ tuis
ſemper.Spreuiſti omnes.) vel quod de Græco diligẽ-
tiùs videtur expreſſum, Ad nihilum deduxiſti omnes
diſcedẽtes à iuſtificationibus tuis, quia iniuſta cogita-
tio eorum.)Ideo ergo clamauit, Adiuua me, & ſaluus
ero,& meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper,quia
in nihilũ redigit Deus oẽs diſcedẽtes à iuſtificationib⁹
ſuis.Quare autẽ diſcedunt?Quia iniuſta eſt,inquit,co-
gitatio corũ.Ibi acceditur,ibi diſceditur. Omnia opera
vel mala vel bona,à cogitatione procedunt. In co-
gitatione quiſque innocẽs,in cogitatione reus eſt:pro-
D pter quod ſcriptũ eſt, Cogitatio ſancta ſeruabit te. Et
Sap.1. alibi legitur,In cogitationibus impij interrogatio erit.
Rom.2.c Et Apoſtolus,Cogitationibus,ait,accuſantib⁹ aut etiã
defendentibus. Vbi autẽ felix eſt, qui in cogitatione
miſer eſt? Aut quomodo ibi nõ miſer eſt,qui ad nihilũ
redactus eſt? Magna quippe eſt ſterilitas,iniquitas.Me-
Pſal.24.a ritò dictũ eſt,Cõfundantur iniqui faciẽtes vanẽ:id eſt,
inaniter,tanquã redacti in nihilũ.Sequitur in Pſalmo.
Prẽuaricatores deputaui,vel putaui vel exiſtimaui oẽs
peccatores terræ.)Multis enim modis noſtri interpre-
tati ſunt vnum verbũ Græcũ, quod eſt ἐλογισάμην, ſed
profunda eſt illa ſententia,& ſi adiuuerit Dñs, opero-
ſiùs diſputatione alia penetrãda eſt. Nã & quod addi-
tũ eſt, Propterea dilexi teſtimonia tua ſemper,) multo
amplius eã profundã facit. Dicit enĩ Apoſtolus, Lex
irã operatur. Huiúſq; dicti rationẽ reddẽs, Vbi enĩ nõ Rom.4.c
eſt lex,inquit,nec præuaricatio:ita oſtendens non oẽs
eſſe præuaricatores. Non enim omnes habent legem.
Non autẽ omnes habere legẽ,alio loco euidentius ait,
Qui ſine lege peccauerũt,ſine lege peribunt. Quid ſibi Rom.2.c
ego vult, præuaricatores deputaui omnes peccatores
terræ?Sed hic quæſtionem propoſuiſſe ſuffecerit, alio
ſi Deus donauerit,ſermone tractandam, ne huius ſer-
monis prolixitas eam cogat anguſtiùs explicari,quàm
vt bene poſſit quod explicatur intelligi.

CONCIO XXV.

*De verſu Pſalmi,Prẽuaricatores reputaui omnes peccatores
terræ:vſque ad,A iudiciis enim tuis timui.*

QVÆRIMVS ſi Deo largiente inuenire poſſimus
quomodo intelligendum ſit quod in iſto Pſalmo
magno dictũ eſt,Prẽuaricatores,vel potius prẽuaricã-
tes.Græcus enĩ παραβαίνοντας ait,nõ παραβάτας. Quæ-
rimus ergo quomodo intelligendum ſit,Prẽuaricãtes
deputaui omnes peccatores terræ. Propter quod ait Rom. 4.d
Apoſtolus,Vbi enim lex nõ eſt,nec prẽuaricatio.Hoc
autẽ dixit,cùm à lege promiſſa diſtingueret. Nã vt de
ſuperioribus ſenſus plenior colligatur, Non enim per
legẽ,inquit, promiſſio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæ-
res eſſet mundi:ſed per iuſtitiã fidei.Si enim qui per le-
gem hæredes ſunt, exinanita eſt fides & euacuata eſt
promiſſio: lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt
lex,nec prẽuaricatio.Ideo ex fide,vt ſecundum gratiã
firma ſit promiſſio omni ſemini:non ei tantũ quod ex
lege eſt ſed & ei quod ex fide eſt Abrahã, qui eſt pater
omnium noſtrũ. Cur hoc Apoſtolus ait,niſi vt oſten-
deret legem ſine promiſſionis gratia,non ſolũ non au-
ferre,verùm & augere peccatũ?Vnde & illud eſt, Lex Rom. 5.6
ſubintrauit,vt abundaret delictũ. Sed quia omnia per
gratiam dimittuntur,non ſolùm quæ ſine lege,verum-
etiam quæ in lege commiſſa ſunt: ideo ibi ſecutus ad-
iunxit:Vbi autẽ abundauit delictũ, ſuperabundauit &
C gratia.Non itaque prẽuaricantes deputat omnes pec-
catores Apoſtolus, ſed eos tantùm prẽuaricantes de-
putat qui trãſgrediuntur legẽ. Vbi enim nõ eſt lex, in-
quit,nec prẽuaricatio.Ac per hoc ſecundũ Apoſtolũ, Rom.4.e
omnis quidẽ prẽuaricator eſt peccator,quia peccat in
lege:ſed nõ omnis peccator eſt prẽuaricator,quia pec-
cant aliqui ſine lege.Vbi autẽ non eſt lex,nec prẽuari-
catio.Porrò ſi nemo ſine lege peccaret, non idem A- Rom.2.c
poſtolus diceret,Quicunq; ſine lege peccauerunt,ſine
lege peribũt.Secundũ verò iſtũ pſalmũ,ſi prẽuarican-
tes ſunt omnes peccatores terræ, nullũ eſt vtique ſine
prẽuaricatione peccatũ. Nulla eſt autẽ prẽuaricatio
ſine lege:nullũ eſt igitur niſi in lege peccatũ. Qui ergo
dicit, Prẽuaricantes deputaui oẽs peccatores terræ:
nullos eſſe omnino, niſi qui legẽ tranſgreſſi ſunt, vult
intelligi peccatores:& ob hoc aduerſatur illi qui dixit,
D Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.
Secundũ illũ quippe ſunt aliqui peccatores, quamuis
nõ ſint prẽuaricatores:id eſt,qui ſine lege peccauerũt.
Vbi enim non eſt lex,nec prẽuaricatio. Secũdum iſtũ
autẽ nullus eſt ſine prẽuaricatione peccator,quia prẽ-
uaricantes deputat omnes peccatores terræ. Nullus
ergo ſecundũ iſtũ ſine lege peccauit:quia vbi non lex,
nec prẽuaricatio.An fortè dicturi ſumus, verum qui-
dem eſſe quòd nec prẽuaricatio ſit vbi non eſt lex,ſed
verum non eſſe quòd aliqui ſine lege peccauerint: aut
verũ quidem eſſe,aliquos ſine lege peccaſſe, ſed verũ
non eſſe, vbi lex nõ eſt,prẽuaricationẽ eſſe non poſſe?
At vtrumque Apoſtolus dixit.Verum eſt ergo vtrum-
que,quia vtrumque per Apoſtolũ veritas dixit. Quo-
modo ergo erit verum quod in Pſalmo iſto eadem

proculdubiò veritas dixit, Preuaricātes deputaui omnes peccatores terrę? Respondetur enī nobis, Qui sunt ergo illi qui secundū Apostolū sine lege peccauerunt? Non enim ex eis quisquā præuaricans deputandus est, cùm secundū eundem Apostolū, præuaricatio non sit vbi lex non est. Sed nimirum cùm diceret Apostolus, Quicunque sine lege peccauerūt, sine lege peribūt, de [Rom. 2. c.] illa lege aiebat quam Deus dedit per Moysen famulū suum populo suo Israël. Hoc ipsa quæ circūstant verba eius ostendunt. Disputabat enim de Iudæis & Græcis, id est, gentibus, non ad circumcisionem, sed ad preputium pertinētibus: ideo sine lege eos dicens, quia non acceperant legē quam se accepisse gloriabātur Iudæi. [Rom. 2. c] Vnde illis ait, Si autem tu Iudęus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo. Denique vnde ad hanc sententiā venerit, intuendum est, vt diceret, Quicunque sine lege peccauerūt, sine lege peribunt. Ira, inquit, & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animā hominis operantis malū, Iudæi primū & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Gręco. Non est enim personarum acceptio apud Deum. Ad hæc addidit vnde nūc quæstio est, & ait: Quicūque enī sine lege peccauerūt, sine lege peribūt: & quicunque in lege peccauerūt, per legem iudicabuntur. Hos vtique Iudæos, illos autem Græcos volens intelligi, quoniam de his agebatur: vtrosque sub peccato esse demonstrans, vt egere se gratia vtrique fateantur. Propter quod dicit, Nō enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria [Rom. 3. c] Dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redēptionē quæ est in Christo Iesu. Quos itaque dicit omnes peccasse, nisi Iudæos & Græcos, de quibus dixerat, Non [Rom. 3. b.] enim est distinctio? Nam de his paulò antè, Causati enim sumus, inquit, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Ac per hoc quicunque sine lege peccauerūt, illa scilicet de qua Iudæi gloriabantur, sine lege peribunt: & quicūque in lege peccauerūt, id est, ipsi Iudæi, per legem iudicabuntur. Nec ideo non peribunt, nisi [Luc. 19. b.] credant in eum qui venit quærere quod perierat. Nonnulli quippe etiā catholici tractatores in his Apostoli verbis aliter quā se res habet, parum attendēdo sapuerunt, vt dicerēt illos perire qui sine lege peccauerunt, hos autē qui in lege peccauerūt, iudicari tantūmodò, nō perire: tanquā per pœnas transitorias credātur esse purgandi, sicut ille de quo dictū est, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed hoc meritò fundamēti [1. Cor. 3 c] bene intelligitur, de quo agebat Apostol⁹ vt hoc diceret. Superius quippe dixerat, Vt sapiēs arhitectus fundamentum posui, alius superædificat: vnusquisque autē viderat quomodo superædificet. Fundamentum [Ibidem.] enī aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus: & cætera vsque ad eundē locū, vbi eum dixit per ignē saluari, qui super hoc fundamentū, non aurū, argentū, lapides pretiosos, sed ligna, fœnū, stipulā ædificat, nō tamē respuit, nec cœptum deserit fundamentū: idque omnibus carnalibus suis quibus capitur atque succumbit delectationibus anteponit, cùm ad hunc articulū ventum fuerit, vt aut illæ deserantur, aut Christus: vbi si non anteponitur Christus, nō illi est fundamentū. Omnib⁹ quippe structuræ posterioribus partibus anteponitur fundamentum. Nec cogitasse existimo eos qui senserunt nō perire, de quibus dictum est, Per legem iudicabūtur: nisi quia fundamentū habent Christum. Parum ergo attē- [Rom. 2. e] derūt quod demōstrauimus, atque ipsa Scriptura clamat, de Iudæis hoc Apostolum dicere, qui sine fundamento sunt Christo. Quis autem Christianus dixerit non perire Iudæum, si non credat in Christū, sed tantummodo iudicari: cùm Christus ipse ad candē gentē propter oues quæ inde perierant, se missum esse testetur [Matth. 15. c]: & tolerabilius dicat futurū Sodomitis in die iudicij, qui vtique sine lege perierunt, quā ciuitati Iudææ, [Matt. 10. b] quæ in eum non credidit tanta virtute mirabilia facientem? Si ergo Apostolus secundū legē quam Deus per Moysen populo Israël dedit, cæteris autem gētibus nō [Rom. 2. c] dedit, sine lege dixit esse cæteras gentes: quid intellecturi sumus in isto Psalmo dictum esse, Præuaricantes æstimaui omnes peccatores terræ, nisi intelligamus aliquā legē non per Moysen datā, secundum quam sunt præuaricantes cæterarū gentiū peccatores? Vbi enim lex nō est, nec præuaricatio. Quæ ista lex est, nisi fortè illa de qua idem dicit Apostolus, Gentes quę legē non [Rom. 4. c] habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex? Secundum hoc ergo quod dicit, legem non habentes sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: secundū id verò quod ait, ipsi sibi sunt lex, non immeritò præuaricatores æstimantur omnes peccatores terrę. Nullus enim est qui faciat alteri iniuriā, nisi qui fieri sibi nolit. Et in hoc transgreditur naturæ legē, quā non sinitur ignorare, dum id quod facit non vult pati. Nunquid autē lex ista naturalis non erat in populo Israël? Erat planè, quoniam & ipsi homnies erant. Sine lege autem naturali essent, si præter naturā humani generis esse potuissent. Multò magis ergo pręuaricatores facti sunt lege diuina: qua naturalis illa siue instaurata, siue aucta, siue firmata est. Iam verò si in omnibus peccatoribus terræ nō incongruè deputantur & paruuli, propter originalis vincula peccati, etiā ipsi in similitudine præuaricationis Adæ, ad illā præuarica- [Genes. 3.] tionē pertinere mōstrantur, quæ data lege in paradiso prima cōmissa est: ac per hoc rectè nullo prorsus excepto præuaricatores æstimantur oēs peccatores terræ. Omnes autem peccauerunt, & egent gloriā Dei. Om- [Rom. 3. c] nes igitur præuaricantes gratia Saluatoris inuenit: alios magis, alios minus. Quanto enim legis maior in quocunque cognitio, tanto minor peccati excusatio. Quanto minor peccati excusatio, tanto manifestior præuaricatio. Restabat ergo, vt omnibus non sua, sed Dei, id est, à Deo donata iustitia subueniret. Vnde ait Apostolus, per legē cognitio peccati. Non ergo abla- [Ibidem.] tio, sed cognitio. Nunc autem sine lege, inquit, iustitia Dei manifestata est, testificata per legē & prophetas. Proinde etiam iste subiunxit: Propterea, inquit, dilexi testimonia tua.) Tanquā diceret, Quoniam lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis promulgata, præuaricatores fecit omnes peccatores terræ: propterea dilexi testimonia tua, quæ sunt in lege tua de gratia tua, vt non sit in me iustitia mea, sed tua. Lex enim ad hoc prodest, vt mittat ad gratiā. Non solùm enim quod attestatur manifestandæ iustitiæ Dei [2. Cor. 3. a] quæ sine lege est, verūetiam hoc ipso quòd præuaricātes facit, ita vt etiā quos litera occidit, ad viuificantem spiritū confugere timore cōpellat: per quē peccatorū deleatur vniuersitas, & rectè factorum charitas inspiretur: propterea, inquit, dilexi testimonia tua. Quidam codices habent, semper, quidā non habent. Sed si est, sic accipiendum est semper, vt sic intelligatur, quādiu hic viuitur. Hic sunt enim testimonia necessaria de lege & prophetis, attestantia iustitiæ Dei, qua iustificamur gratis: hic sunt & nostra testimonia necessaria, pro quibus ipsam quæ hic agitur vitam martyres finiuerent. Cognita itaque Dei gratia, quæ sola liberat à præuaricatione, quę legis cognitione cōmittitur, orādo dicit, Confige clauis à timore tuo carnes meas.) Sic enim expressius interpretati sunt quidam nostri, quod Græcè vno verbo dici potuit, id est, καθήλωσον.

Hoc alij cōfige dicere voluerūt, nec addiderūt clauis, atque ita dū volunt vno verbo Græco, vnū Latinū interpretendo reddere, sententiā minus explicauerunt: quoniā in eo quod est cōfige, nō sonāt claui καθήλωσον autem sine clauis intelligi non potest, nec nisi duobus verbis Latinè dici potest, sicut dictū est confige clauis. [Galat. 6. c] Vbi quid vult intelligi, nisi quod ait Apostolus, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi, per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo? Et [Galat. 2. d] iterū Christo, inquit, confixus sum cruci. Viuo autem [Philip. 3. b] iam non ego, viuit verò in me Christus. Quod quid est aliud, nisi non est in me iustitia mea, quæ ex lege est, in qua præuaricator effectus sum: sed, iustitia Dei, id est, quæ mihi ex Deo est, non ex me? Sic quippe in me vi- [1. Cor. 1. d] uit non ego, sed Christus, qui factus est nobis sapiētia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redēptio: vt quē- [2. Cor. 10. d] admodum scriptū est, Qui gloriatur in Dño glorietur. [Galat. 5. d] Item dicit, Qui autē sunt Iesu Christi, carnē suā crucifixerūt cum passionibus & cōcupiscentiis. Cū hic dictum sit quòd ipsi crucifixerunt carnē suam, in isto tamen Psalmo Deus rogatur vt id faciat, cui dicitur: Cōfige clauis à timore tuo carnes meas: vt intelligamus [Philip. 2. b] etiā id quod rectè facimus, gratiæ Dei esse attribuendū, qui in nobis operatur & velle & operari pro bona voluntate. Sed quid sibi vult quòd cùm dixisset, Confige clauis à timore tuo carnes meas: addidit, A iudiciis enim tuis timui?) Quid est confige à timore tuo, timui enim? Si enim iā timuerat vel timebat, cur adhuc vt à timore suo Deus crucifigeret carnes suas, orabat? An addi sibi volebat timorē, vt tantū timeret quantū sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est, concupiscentiis affectibúsque carnalibus? Tanquā dicens, Perfice in me timorē tuum, timui enim à iudiciis tuis. Sed est hic alius altior sensus, quantū Deus donat, scrutato sinu Scripturæ huius eruendus. Confige, inquit, clauis [Psal. 18. b] à timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui: hoc est, timore tuo casto, qui permanet in seculum seculi, carnalia mea desideria comprimantur: à iudiciis enim tuis timui, cùm mihi lex minaretur pœnam, quæ mihi non poterat dare iustitiā. Sed hunc timorē quo [1. Ioan. 4. d] pœna metuitur, cōsummata charitas foras mittit: quæ non timore pœnæ, sed delectatione iustitiæ liberos reddit. Timor namque iste quo nō amatur iustitia, sed timetur pœna, seruilis est, quia carnalis est: & ideo non crucifigit carnem. Viuit enim peccandi voluntas: quæ tunc apparet in opere quando speratur impunitas. Cū verò pœna creditur secutura, latenter viuit, viuit tamen. Mallet enim licere, & dolet non licere quod lex vetat: quia non spiritaliter delectatur eius bono, sed carnaliter malū metuit quod minatur. Timore autem casto ipsa quæ hūc timorē foras mittit, peccare timet charitas, etiam si sequatur impunitas: quia nec impunitatē iudicat secuturam, quando amore iustitiæ peccatum ipsum deputat pœnā. Tali timore carnes crucifiguntur, quoniā carnales delectationes, quę legis litera vetantur potius quàm vitantur, spiritalium bonorū delectatione vincuntur, & eadem vsque ad perfectionem crescente victoria perimūtur. Confige ergo clauis, inquit, à timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Hoc est, da mihi castum timorem, ad quem petendum me tamquam pædagogus timor legis ille perduxit, quo timore à iudiciis tuis timui.

CONCIO XXVI.

De versu Psalmi, Feci iudicium & iustitiam, ne tradas me calumniantibus me: & reliqua.

[Aih. 9] ISTOS magni Psalmi huius versus considerādos nūc suscepimus atque tractandos. Feci iudicium & iustitiam, ne tradas me nocentibus me.) Non mirum est eum fecisse iudicium & iustitiā, qui superius poposcerat à timore Dei vtique casto cōfigi clauis carnes suas, hoc est, carnales concupiscentias, quæ solent quo minus rectum sit, nostrū impedire iudiciū. Quāuis autem siue rectū siue prauum in quotidiano nostri sermonis vsu iudicium nuncupetur, vnde hominibus in Euāgelio dicitur, Nolite iudicare personaliter, sed rectū iu- [Ioan. 7. d] dicium iudicate: tamen hoc loco ita positū est iudiciū tanquam si hoc rectū non fuerit, non debeat iudiciū nominari: alioquin non sufficeret dicere, feci iudiciū: sed diceretur, feci rectū iudicium. Hoc genere locutus est Dominus Iesus, vbi ait: Relinquitis grauiora legis, [Matth. 23. c] iudiciū & misericordiam, & fidē. Et hic enim iudiciū sic positum est, tanquā nō sit iudiciū, si peruersum est. Et multis diuinarū scripturarū locis ita ponitur, quale illud est, Misericordiam & iudiciū cantabo tibi Dñe. Et illud apud Esaiam, Expectaui vt faceret iudicium, [Psal. 100. a] fecit autē iniquitatē. Non ait, expectaui vt faceret iu- [Esa. 5. b.] diciū iustum, fecit autē iniquum: sed tanquā ideo iam iudicium sit, quia iustum est nec sit iudiciū quod iniustum est. Iustitia verò non solet dici bona iustitia, vel mala iustitia, sicut aliquando dicitur bonū malumve iudicium: sed eoipso iam bona est, quia iustitia est. Sic ergo habet consuetudo loquendi, vt dicatur & bonū iudicium, & malū iudiciū: quemadmodū habet vt dicatur, & bonus iudex, & malus iudex. Sic autē non dicitur bona iustitia vel mala iustitia: sicut non dicitur, bonus iustus, vel malus iustus, qui a continuò bonus quisque, si iustus. Iustitia ergo virtus est animi magna, præcipuéque laudabilis, de qua nunc nō est copiosius disputādi necessitas. Iudiciū verò: quando non nisi in bono ponit distinctior loquēdi ratio, huius virtutis est operatio. Qui enim habet iustitiam, rectè iudicat, imò secundū istam locutionē qui habet iustitiam iudicat: quia nec iudicat, si non rectè iudicat. Iustitiæ nomine hoc loco nō ipsa virtus, sed opus eius significatum est. Quis enim facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impiū? hoc est, per gratiā suam ex impio facit iustum? Vnde ait Apostolus, Iustificati gratis per gratiā ipsius. [Rom. 3. c] Facit ergo iustitiā, id est, opus iustitiæ: qui habet in se iustitiā, id est, opus gratiæ. Feci, inquit, iudiciū & iustitiā, ne tradas me nocētibus me: id est, feci iudiciū iustū, ne tradas me illis qui propterea me persequuntur. Nā etiam quidā codices habent, ne tradas me persequentibus me. Quod enim Græcè dictum est, τοῖς ἀντιδίκοις, quidā interpretati sunt, nocentibus: quidā, persequentibus: quidam, calumniantibus. Miror autem omnium quos in promptu habere potui codicū nusquā me legisse aduersantibus, cùm sine cōtrouersia quod Græcè ἀντίδικος hoc Latinè aduersarius appellatur. Orās itaque ne tradatur à Dño aduersantib⁹ sibi: quid orat, nisi quod oramus cùm dicimus, ne nòs inferas in tētationē? [Matt. 6. b] Aduersarius est enī, de quo dicit Apostolus: Ne fortè tētauerit vos qui tentat. [1. Thes. 3. b] Et tradit Deus quē deserit. Eū quippe ille nō decipit quē iste nō deserit in volūtate sua præstās decori hominis virtutē. Ab illo autē qui [Psal. 29. b] dixerat in abūdantia sua, nō mouebor in æternū, auertit faciē, & factus est cōturbatus, sibíque monstratus. Quisquis igitur à timore Dei casto crucifixas habet carnes suas, & nulla carnali corruptus illecebra facit iudiciū opúsq; iustitiæ: orare debet ne aduersantibus tradatur, id est, ne timendo perpeti mala, ad facienda mala persequentibus, cedat. A quo enim accipit victoriam concupiscentiæ ne voluptate pertrahatur, ab illo etiam robur patientiæ ne dolore frangatur, quoniā de quo dicitur Dñs dabit suauitatem, de illo etiam dici- [Psal. 84] tur, ab ipso est enim patientia mea. [Psal. 61. b.] Denique sequitur: Excipe seruum tuum in bonum, vt non calumnientur

me ſuperbi.) Illi impellũt vt cadam in malũ, tu excipe in bonum. Qui autem interpretati ſunt, non calũnientur me, Græcam locutionem ſecuti ſunt Latinæ linguę minus vſitatam. An fortè hãc habet vim cùm dicitur, non calũnientur me, quã haberet ſi diceretur, non me capiant calumniando? Multæ autem poſſunt intelligi calũniæ ſuperborũ, à quib⁹ humilitas Chriſtiana deſpicitur: ſed illa vel maxima eſt, ſi homines hoc loco accipiuntur ſuperbi, qui à nobis mortuũ calũniantur coli. Humilitas quippe iſta Chriſtiana, Chriſti morte inſinuatur, cõmendatúrque diuinitùs. Hæc autẽ calũnia vtriſq; infidelibus, id eſt, Iudæis gentibúſque communis eſt. Habẽt calũnias ſuas etiam hæretici, ſingulis quibuſque hæreſibus proprias. Habent & ſchiſmatici, quos omnes ſuperbia de mẽbrorum Chriſti compage præcidit. Ipſius autẽ diaboli calũnia quanta vel qualis
Iob 1.b eſt, qui calũniatus eſt iuſto, dicẽs: Nunquid gratis colit Iob Dũm? Quorum omniũ calumniæ ſuperborum tanquam colubrorũ venena vincuntur, cùm vigilãtiſ- B
Ioan. 3. b ſima & diligentiſſima pietate Chriſtus crucifixus attẽ-
Num. 21. e ditur: propter quod præfigurandũ Moyſes Deo miſerante ac iubente exaltauit in eremo ſimilitudinem ſerpẽtis in ligno, vt ſimilitudo carnis peccati crucifigenda præfiguraretur in Chriſto. Hanc intuẽtes ſalutiferã crucem, omne calumniantiũ ſuperborũ virus expellimus. Quam prorſus etiam iſte quodammodo valde intentè intuens, ait: Oculi mei defecerũt in ſalutare tuũ, & in eloquium iuſtitiæ tuæ.) Chriſtum quippe ipſum
Rom. 8. a Deus propter ſimilitudinem carnis peccati, peccatum pro nobis fecit, vt nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo. In huius igitur eloquium iuſtitiæ Dei deficiſſe dicit oculos ſuos, ardenter & ſitienter intuendo, dũ memor infirmitatis humanæ, diuinã Chriſti deſiderat gratiã. Propter quod ſequitur: Fac cum ſeruo tuo ſecũdum miſericordiam tuã.) Non vtique ſecundũ iuſtitiã meam. Et iuſtificationes, inquit, tuas doce me. Illas proculdubio quibus Deus facit iuſtos, non ipſi ſe. Seruus tuus ego ſum,) Neque enim bene mihi ceſſit quando eſſe volui C liber meus, nõ ſeruus tuus. Da mihi intellectũ, vt ſciam teſtimonia tua.) Nunquã intermittẽda eſt iſta petitio. Nõ enim ſufficit accepiſſe intellectũ, & Dei teſtimonia didiciſſe: niſi ſemper accipiatur, & quodãmodo ſemper bibatur de fonte lucis æternæ. Teſtimonia quippe Dei quanto ſit quiſque intelligẽtior, tanto magis magiſque ſciũtur. Tempus, inquit, faciẽdi Dño.) Id enim plures codices habent, non vt quidã, Dñe.) Quod ergo tempus vel quid faciendi voluit intelligi Domino? Illud quidem quod paulo antè dixerat, Fac cum ſeruo ſecundũ miſericordiã tuam, hoc faciẽdi tempus Dño. Quid eſt autem, niſi gratia quæ in Chriſto ſuo tẽpore
Gal. 4. a reuelata eſt? De quo tẽpore ait Apoſtolus, Cùm autẽ venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuum. Propter quod alibi etiã teſtimoniũ ſuũ prophetico adiungens, vbi dixit, Tempore placito exaudiui te, & in die
Eſa. 49. c 2. Cor. 6. a ſalutis adiuui te: Ecce nunc, inquit, tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Sed quid eſt quod tanquam volens oſtendere tempus Domino eſſe faciendi, continuò ſubiunxit: Diſſipauerunt legem tuã.) Velut propterea tempus eſſet faciendi Domino, quia eius legem
Rom. 9. g diſſipauerunt ſuperbi, qui ignorãtes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti? Quid eſt enim, diſſipauerunt legem tuam: niſi præuaricationis iniquitate, eius integritatem nõ cuſtodierunt? Oportebat ergo vt ſuperbis & de liberate ſui arbitrij præſumẽtibus lex daretur: qua præuaricata quicunque compuncti humiliarẽtur, nõ iam per legẽ, ſed per fidem ad ſubuenientem currerent gratiã. Diſſipata ergo lege, tempus fuit vt per vnigenitum filiũ Dei miſericordia mitteretur. Lex enim ſubintrauit vt abun- Rom. 5. d daret delictũ, quo delicto lex diſſipata eſt: & opportuno iam tempore Chriſtus aduenit, vt vbi abũdauit delictum, ſuperabundaret gratia. Ideo, inquit, dilexi mãdata tua ſuper aurum & topazion. Id agit gratia, vt dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore nõ poterãt. Gratia quippe Dei, diffunditur charitas in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Propter quod ipſe Dominus dicit: Non veni legẽ ſoluere, ſed adimplere, Et idem Apoſtolus: Plenitudo legis charitas eſt: ideo ſuper aurũ & topazion. Hoc enim Matth. 5. b Rom. 13. c & in alio Pſalmo legimus, Super aurum & lapidẽ pretioſum multum. Topaziõ quippe lapidem multũ per- Pſal. 18. b hibent eſſe pretioſum. In teſtamẽto autem veteri latẽtem gratiam tanquã velo interpoſito non intelligẽtes, quod ſignificabatur quando in faciẽ Moyſi intendere Exod. 34. d non valebãt, propter mercedem terrenam atque car- 2. Cor. 3. b nalem Dei mandata facere conabantur, neque faciebant: quia non ipſa, ſed aliud diligebant. Vnde illa non B erant opera volentiũ, ſed onera potius inuitorũ. Cùm verò ipſa mandata diliguntur ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, omnis præ ipſis mandatis terrena vilis eſt merces: nec vlla ex parte comparantur quęcũque alia hominis bona, his bonis quibus ipſe fit bonus homo. Propterea: inquit, ad omnia mandata tua corrigebar.) Vtique corrigebar, quia diligebam: atque illis rectis vt etiam ipſe rectus fierem, dilectione cohærebam. Iam illud quod adiungit conſequens erat. Omnem, inquit, viam iniquam odio habui.) Vnde enim fieri poterat vt iniquam viam non odiſſet diligens rectam? Nam ſicut aurum & lapidem pretioſum ſi diligeret, odiſſet profectò quicquid ei talium rerum damnum poſſet inferre: ita quoniam Dei mandata diligebat, iniquitatis viam odio habuit, quemadmodum aliquod immaniſſimum marini itineris ſaxum, vbi tam pretioſarum rerum neceſſe eſt pati naufragium. Quod vt nõ contingat, longè inde velificat, qui in ligno crucis cum mandatorum diuinorum mercibus nauigat.

CONCIO XXVII.

De verſu Pſalmi, Mirabilia teſtimonia tua, Domine, &c.

VERBA Pſalmi hæc ſunt, de quibus adiuuãte Dño, diſputaturi ſumus: Mirabilia teſtimonia tua, ꝓpter hoc ſcrutata eſt ea anima mea.) Quis enumerat ſaltem generatim teſtimonia Dei? Cælum & terra † viſibilia al. & inuiſ- opera eius, dicunt quodammodo teſtimoniũ bonita- bilia opera. tis & magnitudinis eius, & ipſe curſus frequens vſitatúſque naturæ, quo temporũ rapacitas voluitur, in rerum quarumcunque generibus, quamuis temporalib⁹ atque mortalibus quæ certè conſuetudine viluerunt, ſi pius cõſiderator aduertat, perhibent teſtimonium creatori. Quid autẽ horum eſt quod non ſit mirabile, ſi vnumquodque non vſu, ſed ratione metiamur? Si verò tanquam ſub vnius contẽplationis aſpectu velut D audeamus cũcta cõtueri, nónne fit in nobis quod ait Abac. 3. a Propheta, Conſideraui opera tua, & expaui? Et tamen iſte non eſt ipſa rerũ admiratione perterritus, ſed eam potius dixit eſſe cauſam, cur ea debuerit ſcrutari, quia mira ſunt. Cũ enim diximſſet, Mirabilia teſtimonia tua, ſecutus adiunxit, propter hoc ſcrutata eſt ea aĩa mea: quaſi factus ſit ipſe per inueſtigandi difficultatẽ curioſior. Quanto enĩ quæq; res abſtruſiores habet cauſas, tãto eſt mirabilior. Si ergo nobis homo talis occurrat, qui ꝓpter hoc dicat ſe ſcrutari teſtimonia Dei, quia mirabilia ſunt, cũ plena ſit eis & q̃ cõſpicitur, & quæ nõ cõſpicitur vniuerſa creatura: nõne cõpeſcimus eũ dicẽtes, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutat⁹ Eccl. 3. c fueris, ſed quæ præcepit tibi Domin⁹, illa cogita ſemper? Sed ſi nobis reſpondeat & dicat, Hæc ipſa quæ

præce-

præcepit Dominus, & quæ iubet vt cogitẽtur, mirabilia ſunt eius teſtimonia: eum quippe & Dominũ, quia A iubet, & bonum & magnũ, quia talia iubet, eſſe teſtantur: nunquid audebimus hominẽ ab eorũ ſcruratione reuocare, ac non potius vt ſedulò id agat, & tantæ rei operam quantũ poteſt impendat hortabimur? An fortè Dei præcepta teſtimonia quidẽ bonitatis eius eſſe fatebimur, ſed mirabilia eſſe negabimus? Quid enim mirum, ſi bona imperat bon⁹ Dominus? Imò verò idipſum eſt omnino mirandũ, & cur ita ſit perſcrutandũ, quòd cũ Deus bon⁹ bona præceperit: eis tamẽ dederit bonam legem, quos eadẽ lex viuificare nõ poſſet, nec
Galat. 3. d vlla eſſet ex bona lege iuſtitia. Si enĩ data eſſet lex quæ poſſet viuificare, omnino ex lege eſſet iuſtitia. Cur ergo data eſt quæ viuificare nõ poſſet & ex qua eſſet nulla iuſtitia? Nempe mirandũ eſt, nempe ſtupẽdum: Hæc ſunt ergo mirabilia teſtimonia Dei, propter hoc huius anima ſcrutata eſt ea, quoniã de his non ei poteſt dici, Fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris, & quę præcepit tibi Dñs, B
Eccl. 3. c illa cogita ſemper. Ipſa ſunt enim quæ præcepit nobis Dominus, & ideo cogitãda ſunt ſemper. Potius itaque videamus huius anima quæ ſcrutata eſt quid inuenerit. Manifeſtatio, inquit, verborum tuorum illuminat, & intelligere facit paruulos.) Quid eſt paruulus, niſi humilis & infirmus? Noli ergo ſuperbire, noli de tua quæ nulla eſt virtute præſumere: & intelliges quare ſit à bono Deo bona lex data, q̃ tamẽ viuificare nõ poſ-
Galat. 3. d ſit. Ad hoc enim data eſt, vt te de magno paruulũ faceret, vt te ad faciendum legem vires de tuo non habere monſtraret: ac ſic opis indigus & egenus ad gratiam confugeres. & clamares, Miſerere mei Domine, quo-
Pſal. 6. a niam infirmus ſum. Hoc ergo ſcrutando intellexit hic paruulus, quod minimus Apoſtolorum Paulus, id eſt, paruulus oſtendit: ideo datam legẽ, quæ viuificare nõ
Galat. 3. d Rom. 3. b poſſet, quia concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Ita Domine, ita fac miſericors Domine impera quod C non poſſit impleri, imò impera quod nõ niſi per tuam gratiam poſſit impleri: vt cùm homines per ſuas vires id adimplere nequiuerint, omne os obſtruatur, & ne-
Rom. 3. c mo ſibi magnus videatur. Sint omnes paruuli, & reus fiat omnis mundus tibi, quia non iuſtificabitur ex lege omnis caro coram te: per legẽ enim cognitio peccati. Nũc autẽ ſine lege iuſtitia tua manifeſtata eſt teſtimonium habens à lege & prophetis. Hæc ſunt mirabilia teſtimonia tua, quæ ſcrutata eſt anima paruuli hui⁹: & ideo inuenit, quia humiliat⁹ eſt, & paruulus factus eſt. Quis enim facit mãdata tua ſicut facienda ſunt, id eſt,
Galat. 5. b Rom. 5. a ex fide, quæ per dilectionẽ Dei operatur, niſi eius in corde per Spiritũ ſanctũ ipſa dilectio diffundatur? Hoc etiã iſte paruulus confitetur: Os meũ, inquit, aperui, & attraxi ſpiritũ, quia mãdata tua deſiderabã.) Quid deſiderabat, niſi facere mãdata diuina? Sed nõ erat vnde faceret infirmus fortia, & paruulus magna. Aperuit os D confitens quòd per ſe ipſe nõ faceret, & attraxit vnde faceret. Aperuit os petendo, quærendo, pulſando: &
Matth. 7. b ſuriens hauſit ſpiritũ bonũ, vnde faceret quod per ſeipſum non poterat, mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonũ.
Rom. 7. b Matth. 7. b Si enim nos cùm ſimus mali, nouimus bona data dare filiis noſtris: quãto magis pater noſter de cælo dat ſpiritum bonũ petentibus eum? Nõ enim qui ſpiritu ſuo aguntur, ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij
Rom. 8. c Dei: nõ quia ipſi nihil agunt, ſed ne nihil boni agant à bono aguntur vt agant. Nã tanto magis efficitur quiſque filius bonus, quãto largius ei datur à patre ſpiritus bonus. Denique iſte adhuc petit: Os quidẽ aperuit, & attraxit ſpiritum, ſed adhuc ad patrẽ pulſat & quærit. Bibit, ſed quãto ſuauius ſenſit, tanto ardentius adhuc ſitit. Audi verba ſitientis: Reſpice in me, & miſerere mei ſecundũ iudiciũ diligentiũ nomen tuũ,) Id eſt, ſecundũ iudiciũ quod in eos feciſti, qui diligunt nomen tuum: quoniam vt diligerent te, prius dilexiſti eos. Sic
1. Ioan. 4. d enĩ Ioannes apoſtolus ait: Nos diligimus, inquit, Deũ. Et velut cauſa quæreretur, quare nos diligere fecit: adiũxit, Quoniã ipſe prior dilexit nos. Vide & iſte quid apertiſſimè dicat: Greſſus meos dirige ſecũdũ eloquiũ tuũ, & non dominetur mei omnis iniquitas.) Vbi quid aliud dicit, quàm rectũ & liberũ me fac ſecundũ promiſſum tuum? Quanto enim magis regnat in vnoquoque Dei charitas, tanto minus ei dominatur iniquitas. Quid ergo aliud petit, quàm vt donante Deo diligat
Matt. 22. d Deũ? Diligendo enim Deũ, diligit ſeipſum: vt diligere ſalubriter poſſit & proximũ ſicut ſeipſum. In quibus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Quid hic igitur orat, niſi vt præcepta quæ Deus imponit iubendo, implere faciat adiuuãdo? Sed quid eſt quod dicit, Redime me à calumniis hominũ, vt cuſtodiam mandata tua?) Si vera illi homines crimina obiiciunt, non calũniantur: ſi falſa, quid eſt quòd ſe redimi deſiderat à calumniis, id eſt, à criminibus falſis, quæ illi nocere non poſſunt? Crimẽ quippe falſum quod eſt calumnia, reũ non facit hominẽ, niſi apud iudicem hominẽ. Vbi autem Deus iudex eſt, nullus falſo crimine læditur: quia non cui obiicitur, ſed obiicienti potius imputatur. An hic Eccleſiæ præſignatur oratio, & vniuerſi populi Chriſtiani, qui redẽptus eſt à calumniis hominũ, quibus exagitabantur vſquequaque Chriſtiani? Sed nunquid propterea Dei mãdata nõ cuſtodit? Nónne inter ipſas calumnias quando feruebant, multo glorioſius populus ſanctus in tribulationibus Dei mãdata ſeruabat, cùm ad perpetrandas impietates perſequentibus nõ cedebat? Sed nimirũ hoc eſt, Redime me à calũniis hominũ, vt cuſtodiã mandata tua: tu age infuſo ſpiritu tuo, ne me calumniæ hominũ terroribus vincant, & à C tuis mandatis ad ſua mala facta traducãt. Si enim hoc mecũ egeris, id eſt, hoc modo me ab eorũ calumniis, ne criminationes eorũ falſas quas obiiciunt, pertimeſcam, cũ patientia donata redemeris: inter ipſas calumnias cuſtodiã mandata tua. Faciẽ tuã, inquit, illumina ſuper ſeruum tuũ.) Id eſt, tuã manifeſta ſubueniẽdo & opitulãdo præſentiã. Et doce me iuſtificationes tuas.) Pſal. 142. b Doce vtique vt faciam: quod euidentius alibi legitur, Doce me vt faciã voluntatẽ tuam. Qui enim audiunt, licet memoria teneant quod audiunt: nequaquam didiciſſe putandi ſunt, ſi nõ faciunt. Veritatis nãque verbum eſt, Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad
Ioan. 6. e me. Qui ergo non facit, id eſt, non venit, non didicit. Recolens autẽ iſte dolorẽ pœnitentię præuaricationis ſuæ: Exitus aquarum, inquit, deſcenderunt oculi mei, quoniam non cuſtodierunt legẽ tuam.) Id eſt, ipſi oculi mei. Nam in quibuſdam codicibus & hoc legitur, D quia non cuſtodiui legem tuam. Deſcenderunt ergo exitus aquarum. id eſt, effuſiones lachrymarum. Et ea locutione qua dicere potuit, Montes deſcenderũt pedes mei, etſi non diceret per montes vel in montes: ea locutione dicitur, ſcalas deſcẽdit, etſi non dicatur per ſcalas, aut piſcinam deſcendit, etſi nõ dicatur in piſcinam. Et bene ait, deſcenderũt, humilitate ſcilicet pœnitendi. Aſcenderunt enim, quando per ſuperbiã cõtumacem erecti fuerant & elati: ſurſum enim ſibi eſſe videbantur; quando ignorantes Dei iuſtitiam conſtituere volebãt ſuam. In qua fatigati & legis præuaricatione confuſi, ab illa elatione deſcenderũt flẽdo, vt iuſtitiam Dei potius impetrarent pœnitẽdo. Sunt codices qui non habent, deſcenderunt, ſed tranſierũt, tanquam exaggerentur diceret tranſiſſe ſe flendo fontes

aquarum: vt hoc intelligamus exitus aquarũ, plus fleuisse quã manant aquæ de suis exitibus. Cur autẽ non custodita lege sic fletur, nisi vt impetretur gratia quæ pœnitentis delet iniquitatem, & credentis adiuuat voluntatem?

CONCIO XXVIII.

DIXERAT superius qui cantat hunc Psalmũ, Exitus aquarum descenderunt oculi mei, quoniã non custodierunt legem tuam: vbi se multum fleuisse testatus est præuaricationem suam. Proinde velut rationẽ reddens, cur multũ flere debuerit & suũ grauiter dolere peccatũ: Iustus es, inquit, Domine, & rectum iudicium tuũ. Mandasti iustitiam, testimonia tua & veritatem tuam valde.) Hæc itaque iustitia Dei rectũque iudicium & veritas, omni est metuenda peccanti. Hac enim damnantur diuinitus quicũque damnantur, nec est omnino qui de sua damnatione contra Deum iustum rectè conqueri possit. Inde fletus rectus est pœnitentis: quoniam si cor eius impœnitens damnaretur iustissimè vtique damnaretur. Sanè iustitiam dicit testimonia Dei. Iustum quippe se probat mandando iustitiam. Est enim hæc veritas, vt Deus testimoniis talibus innotescat. Sed quid est quod sequitur? Tabefecit me zelus meus. Vel, sicut alij codices habent, zelus tuus.) Habent nonnulli etiam domus tuæ.) Et non tabefecit me, sed comedit me.) Quod ex alio Psalmo, quantum mihi videtur, putatum est emendandum, vbi scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me: quod commemoratũ etiam in Euangelio nouimus. Simile tamẽ aliquid est tabefecit: ei quod ibi est comedit. Zelus autẽ meus, quod plures codices habent, nullam ingerit quæstionẽ. Quid enim mirũ est, si zelo suo quisque tabescit? Quòd verò habent aliqui, zelus tuus, significat hominẽ Deo zelãtem, non sibi: sed non repugnat si ipse dicatur & meus. Mam quid aliud dicit Apostolus, Æmulor enim vos Deo, æmulatione Dei? Nam dicendo Æmulor vos, quid nisi æmulationẽ demonstrat suam? Sed quia dixit Deo, id est, nõ sibi, sed Deo, ideo addidit æmulatione Dei. Hanc quippe suo spiritu fidelibus suis inspirat Deus: amoris enim est, non liuoris. Nam quæ fuit cura vt hoc Apostolus diceret? Aptaui enim vos, inquit, vni viro, virginẽ castã exhibere Christo, Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit versutia sua, sic & vestræ mẽtes corrumpantur à simplicitate & castitate quæ est in Christo. Comedebat enim eum zelus domus Dei, quam tamen zelabat Christo, nõ sibi, Sponsus enim sibi zelat sponsam suã: amicus autẽ sponsi non eã sibi zelare debet, sed spõso. Bonus ergo & huius intelligendus est zelus. Causam namque subiungit & dicit: Quia obliti sunt verborum tuorũ inimici mei.) Retribuebãt erga mala pro bonis, quoniã zelabat illos Deo tã vehemẽter & ardẽter, vt eo zelo tabefactũ se diceret: illiautẽ ob hoc in ipsum inimicitias exercebant, quia vtique vt Deum amarent volebat, quos amãdo zelabat, Non ingratus enim gratiæ Dei, per quã fuerat ex inimico reconciliatus Deo, etiã ipse suos diligebat inimicos, & eos zelabat Deo, dolẽs & tabescẽs quòd essent verborũ Dei eius obliti. Deinde cõsiderans ipse, in verbis Dei, qua flãma dilectionis arderet: Ignitũ, inquit, eloquiũ tuum valde, & seruus tuus dilexit illud.) Meritò zelabat in suis inimicis cor impœnitẽs, qui fuerãt obliti verborũ Dei. Ad hoc enim flagrabat eos adducere, quod ipse flagrãtissimè diligebat. Iunior ego sum, inquit, & cõtemptus iustificationes tuas nõ sum oblitus.) Non sicut inimici mei, qui obliti sunt verborum tuorũ. Videtur autẽ minor ætate non oblitus iustificationes Dei, dolere pro inimicis suis ætate maioribus qui obliti sunt. Nã quid est, iunior ego non sum oblitus, nisi illi maiores obliti sunt? νεώτερος est enim Græcum, quod etiã in illo loco vbi dictum est, In quo corrigit iunior viam suam. Hoc autẽ nomen comparatiũ est, & ideo bene intelligitur in cõparatione maioris. Duos ergo populos hic agnoscamus, qui etiam in Rebeccæ vtero luctabantur: quãdo non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, Maior seruiet minori. Sed cõtemptũ se dicit hic iunior, ideo factus est maior: quia ignobilia & cõtemptibilia mũdi elegit Deus, & ea quæ nõ sunt tanquã sint vt quæ sunt euacuentur. Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & primi qui erant nouissimi. Nec immeritò obliti sunt verborum Dei, qui suam iustitiã cõstituere voluerunt ignorantes iustitiam Dei: iste autẽ iunior non est oblitus, quia non suam voluit habere iustitiam, sed Dei, de qua etiam nunc dicit, Iustitia tua iustitia in æternũ, & lex tua veritas.) Quomodo enim non veritas lex, per quã cognitio peccati, & quæ testimoniũ perhibet iustitiæ Dei? Sic enim dicit Apostolus: Iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Propter hanc passus est persecutionẽ iunior à maiore, vt diceret iunior quod sequitur, Tribulatio & necessitas inuenerũt me, mandata tua meditatio mea est.) Sæuiãt, persequantur: dum tamen mandata Dei non relinquãtur, & ex ipsis mandatis etiam qui sæuiunt diligantur. Iustitia testimonia tua in ęternum, intellectũ da mihi, & viuam.) Intellectum poscit iste iunior: quem si nõ haberet, non super seniores intelligeret: sed eum poscit in tribulatione & necessitate, quo intelligat quàm sit cõtemnendum, quod ei possunt auferre persequentes inimici, à quibus se dicit esse contemptum. Ideo dixit & viuam, † quia si eo vsque tribulatio necessitásque peruenerit, vt per inimicorũ persequentiũ manus vita ista finiatur: viuet in æternũ, qui temporalibus præponit iustitiã, quæ manet in æternũ. Quæ iustitia in tribulatione & necessitate martyria sunt Dei, hoc est testimonia, pro quibus sunt martyres coronati,

CONCIO XXIX.

De eo quod sequitur, Exclamaui in toto corde, exaudi me Domine, &c.

CLAMOR ad Dominũ qui fit ab orantibus, si sonitu corporalis vocis fiat, non intento in Dominũ corde, quis dubitet inaniter fieri? Si autẽ fiat corde etiam silente corporis voce: aliũ quẽlibet hominem potest latere, non Deũ. Siue ergo cum voce carnis quando id opus est, siue cum silẽtio, ad Deum cùm oramus, corde clamandum est. Est autẽ clamor cordis, magna cogitationis intẽtio. Quæ cùm est in oratione, magnũ exprimit desiderãtis & petentis affectũ, vt nõ desperet effectum. Tunc porrò in toto corde clamatur, quãdo aliunde nõ cogitatur. Tales orationes rarę sunt multis, crebræ autẽ paucis: omnia verò vtrum cuiquã, nescio. Talem suã commemorat orationem qui cantat hunc Psalmum, dicens, Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine.) Cui autem rei suus clamor proficiat, adiunxit, Iustificationes tuas exquirã.) Ad hoc ergo clamauit in toto corde suo, & hoc sibi desideraui à Domino exaudiẽte præstari, vt iustificationes eius exquirat. Proinde quod vt faciamus iubetur, vt exquiramus oratur. Quam longè est adhuc à faciente qui exquirit? Non enim est consequens, vt qui exquirit, inueniat: aut qui inuenit, faciat. Non autem potẽst nisi inuenerit, facere: & nisi quæsierit, inuenire. Sed magnam spem Dominus Iesus dedit dicendo: Quærite, & inuenietis. Rursus autem dicit sapientia) quæ quid est nisi ipse:) Quærent me mali, & nõ inueniẽt. Nõ ergo malis, sed bonis dictũ est, Quærite, & inuenietis. Imò verò eis dictũ est quibus codẽ loco paulo post, Si ergo vos, inquit, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris.

Quo

Quomodo igitur malis dicitur, Quærite & inuenietis; cùm rursus dicatur, Quærent me mali, & nõ inueniẽt? An aliud nos Dominus quàm sapientiã quærere volebat, quãdo eos inuẽturos si quærerent promittebat? In ea quippe sunt omnia, quæ ab eis qui beati esse cupiunt, inquirenda sunt. Ibi ergo sunt & iustificationes Dei. Quapropter restat vt intelligamus nõ omnes malos non inuenire sapientiam, si quæsierint: sed eos qui intantum sunt mali vt oderint eam. Sic enim & dixit: Quærent me mali, & non inuenient. Oderũt enim sapientiam. Ideo ergo non inueniunt, quia oderũt. Sed rursus si oderunt quomodo quærunt: nisi quia nõ eam quærũt propter, ipsam sed propter aliquid quod mali amant, & ad hoc se faciliùs putant peruenturos per ipsam? Multi enim sunt qui dictã sapientiæ studiosissimè inquirunt, eámque in doctrina, non in vita volunt habere: vt non per mores quos iubet sapientia, peruenãt ad Dei lucẽ, quod est ipsa sapientia, sed per sermones quos habet sapientia, peruenianta d hominũ laudes, quod est vana gloria. Non ergo sapientiã quærunt, & quando eam quærunt, nõ quærunt ipsam, alioquin viuerent secundũ ipsam: sed volũt verbis eius inflari. Et quanto magis inflantur, tanto magis efficiuntur extra ipsam. Iste autẽ hoc ipsum poscens à Dño quod eum iubet facere Dñs, vt ipse in illo etiam quod imperat operetur: Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & operari pro bona volũtate. Clamaui, inquit, in toto corde meo, exaudi me Dñe, iustificationes tuas exquirã: vtique faciendas nõ tantũmodo sciendas, ne similis fiam illi seruo duro, qui etiam si intellexerit, nõ obaudiet. Clamaui, saluũ me fac.) Vel, sicut nonnulli codices habẽt & Græci & Latini, Clamaui te, saluũ me fac.) Quid est, clamaui te, nisi clamãdo inuocaui te? Sed cũ dixisset, saluũ me fac, quid adiunxit? Vt custodiã testimonia tua.) Ne te scilicet per infirmitatem negem. Salus quippe animæ facit, vt fiat quod faciendum esse cognoscitur: & vsque ad mortem corporis, si hoc flagitat extrema tentatio, pro testimoniorũ diuinorũ veritate certetur. Vbi autẽ non est salus, succumbit infirmitas, & deseritur veritas. Sed quod sequitur habet aliquid obscuritatis, quod aliquãto diutius exponendũ est. Præueni in tempesta nocte & clamaui.) Plures codices non habent, intẽpesta nocte: sed, Immaturitate.) Vix autẽ vnus inuentus est qui haberet geminatã prępositionẽ, id est, in immaturitate. Immaturitas itaq; in hoc loco nocturnũ tempus est, quod nõ est maturũ, id est, opportunũ vt agatur aliquid vigilando: quod etiã vulgò dici solet, hora importuna. Nox quoque intẽpesta, id est media, quando quiescendũ est, hinc procul dubiò nũcupata est: quia importuna est actionibus vigilantiũ. Tempestiuũ enim dixerunt veteres opportunũ: & intempestiuũ, importunũ: à tempore ducto vocabulo, non ab illa tempestate, quæ cõsuetudine Latinæ linguę cęli perturbatio iam vocatur. Quamquã isto verbo libenter vtuntur historici, vt dicant ea tẽpestate quod volunt eo tempore intelligi: & quod ait locutor egregius, Vnde hæc tam clara repentè tempestas: non cælũ nimbis ventisve turbatũ, sed magis subita & splẽdida serenitate fulgidũ significauit hoc nomine. Quod ergo Græcè dictũ est ἐν ἀωείᾳ, nõ vno verbo, sed duobus, id est, præpositione & nomine: hoc interpretes nostri quidã dixerunt, intempesta nocte: Plures immaturitate, non duobus verbis, sed vno, cuius vocabuli nominatiuus est immaturitas. Nonnulli verò in duobus verbis, sicut Græcus posuit, in immaturitate, ἀωείᾳ quippe immaturitas est, ἐν ἀωείᾳ, in immaturitate: tanquã si vellet etiã ille qui dixit intẽpesta nocte præpositione dicere geminata, in intẽpesta, vt vna præpositio significet in qua hora, altera pertineat ad cõpositionẽ nominis. Nihil sanè interest ad sententiã, vtrũ quis dicat egisse se aliquid gallicãtu, an in gallicantu. Ita nihil interesset, vtrũ intẽpesta nocte, an verò in intẽpesta nocte, id est, in nocte intẽpesta clamasse se diceret. Græcũ tamẽ in nocte intẽpesta dixit, q̃ idẽ valet, si dicatur, in immaturitate: id est, in tẽpore nocturno & immaturo. Hactenũ de obscuro verbo fuerit disputatũ, nũc videamus quis ipse sit sensus. Præueni, inquit, nocte intẽpesta, & clamaui: In verbis tuis sperauí. Si hoc ad vnũquẽque fideliũ referamus, & ad proprietatẽ rei gestæ, sępe cõtingit vt tali noctis tẽpore vigilet amor Dei, & magnoꝰ vrgẽte orationis affectu nõ expectetur, sed pueniatur, q̃ post gallicantũ cõsueuit esse tempus orãdi: si autẽ accipiamꝰ hoc totũ seculũ noctẽ, vtiq; intẽpesta nocte clamamus ad Deũ, & prẽuenimꝰ maturitatẽ tẽporis, in quo nobis redditurus est quod ꝓmisit, sicut alibi legitur, Prẽueniamꝰ faciẽ eius in cõfessione. Quãquã si velimus intelligere immaturũ tẽpus noctis huiꝰ antequã venisset plenitudo tẽporis, id est, ipsa maturitas, quãdo Christus manifestaretur in carne: nec tunc Ecclesia tacuit, sed præueniẽs istã maturitatẽ prophetãdo clamauit, & in verbis Dei sperauit potẽtis facere q̃ promisit, vt in semine Abrahæ benedicerentur oẽs gẽtes. Ipsa & quod sequitur dicit: Præuenerunt oculi mei ad matutinũ, vt meditarer eloquia tua.) Ponamus enĩ matutinũ, quãdo qui sedebãt in vmbra mortis, lux orta est eis. Nõne in sanctis qui prius erant in terra, ad hoc matutinũ oculi Ecclesię præuenerũt, quia hoc futurũ antea præuiderũt, vt meditarẽtur eloquia Dei, q̃ tunc erãt & in lege ac prophetis, & hæc futura nũciabant? Vocẽ meã, inquit, exaudi Domine secundũ misericordiã tuã, & secundũ iudiciũ tuũ viuiuifica me.) Prius enĩ Deus secundum misericordiã aufert à peccatoribus pœnã, eisque postea iustis secundum iudiciũ dabit vitam, quia non frustra illi hoc ordine dicitur, Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi Domine: quãuis & ipsum tẽpus misericordię nõ est sine iudicio, de quo dicit Apostolus, Si enĩ nosipsos iudicaremus, à Dño nõ iudicaremur: cũ iudicamur autẽ, à Domino corripimur, ne cũ mũdo damnemur. Et eius coapostolus, Tẽpus est inquit, vt iudiciũ incipiat à domo Domini: & si initiũ à nobis, qualis finis erit eis qui non credunt Domini Euangelio? Et vltimũ tempus iudicij non erit sine misericordia, quia coranat te, ait Psalmus, miseratione & misericordia. Iudiciũ autẽ sine misericordia, sed sinistris qui nõ fecerunt misericordiã. Appropinquauerunt, inquit, persequẽtes me iniquitate.) Vel, sicut nonnulli codices habẽt, iniquè.) Tunc appropinquãt qui persequũtur, quãdo vsque ad carnẽ cruciãdã perimedãmque peruenìunt. Vnde Psalmus vicesimus primus vbi passio Domini prophetata est, Ne discedas inquit, à me, quoniã tribulatio proxima est: cùm ea dicãtur, quæ nõ imminente, sed iã præsente ipsa passione perpessus est. Sed proximam dixit tribulationem quæ fiebat in carne. Nihil est quippe animæ propius carne quam gestat. Propinquauerũt ergo persequẽtes, affligendo eorũ carnem quos persequebantur. Sed attẽde quod sequitur; A lege autem tua longè facti sunt.) Quanto magis propinquauerunt persequendis iustis, tanto magis lõgè facti sunt à iustitia. Sed quid nocuerunt eis quibus persequẽdo propinquauerũt, quando interior est propinquatio Domini eorũ à quo nullatenus deserũtur. Denique sequitur: Propè es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.) Etiã in tribulationibus suis quòd eas non immeritò patiuntur, tribuere Deo veritatem, sanctorum est vsitata confessio. Ita regina Hester, ita sanctus Daniel, ita tres viri in camino, ita

eorum sanctitatis alij socij confitentur. Quæri autem
potest quomodo hic dictũ sit, Omnes viæ tuæ veritas:
cùm in alio Psalmo legatur, vniuersæ viæ Dñi mise-
ricordia & veritas. Sed erga sanctos & vniuersæ vię Dñi
Psal. 24.b misericordia, & vniuersæ viæ Domini veritas: quia &
in iudicãdo subuenit, atque ita nõ deest misericordia:
& in miserãdo id exhibet quod promisit, ne veritas de-
sit. Erga omnes autẽ & quos liberat, & quos damnat,
omnes viæ Dñi misericordia & veritas: quia vbi non
miseretur, vindictæ veritas exhibetur. Multos quippe
immeritos liberat, immeritũ autem neminẽ damnat.
Ab initio cognoui, inquit, de testimoniis tuis: quia in
æternũ fundasti ea.) Quod Græcus ait, καταρχὰς aliqui
nostri ab initio, aliqui initio, aliqui in initiis, interpre-
tati sunt. Sed qui pluraliter hoc dicere maluerũt, Græ-
cam locutionẽ secuti sunt. Latinæ autem linguæ illud
potius vsitatum est, vt ab initio vel initio dicatur, quo-
niam καταρχὰς Græcè quasi pluraliter, sed aduerbiali-
liter dicitur, quale est apud nos, cũ dicimus, aliàs hoc
facio, pluralem numerũ feminini generis dicere vide-
mur, sed aduerbiũ est, & significat alio tẽpore. Quid est
ergo, ab initio cognoui, vel potius vt & nos aduerbia-
liter id dicamus: Initio cognoui de testimoniis tuis,
quia in æternũ fundasti ea? Testimonia Domini in æ-
ternũ ab illo dicit esse fundata, & hoc se initio cogno-
uisse testatur, nec aliunde cognouisse quã de ipsis vti-
que testimoniis. Quæ sunt ista testimonia, nisi quibus
testatus est Deus daturum se regnum suis filiis sempi-
ternũ? Et quia hoc in vnigenito se daturũ esse testatus
Luc. 1. b, est, de quo dictũ est: Et regni eius nõ erit finis: ipsa te-
stimonia dixit in ęternũ esse fundata, quia id quod per
ea Deus promisit, æternũ est. Nam per se ipsa testimo-
nia tunc non erunt necessaria, quando res ipsa videbi-
tur, propter quam credendã nunc testimonia requirũ-
1.Cor.3.c tur. Et ideo bene intelligitur dictũ, fundasti ea, quia in
Christo vera mõstrantur. Fundamentũ enim aliud ne-
mo potest ponere præter id quod positũ est, quod est
Christus Iesus. Vnde hoc ergo iste initio cognouit, nisi C
quia Ecclesia loquitur, quæ terris non defuit ab initio
Genes. 4. generis humani, cuius primitiæ Abel sanctus est, im-
molatus & ipse in testimoniũ futuri sanguinis media-
Genes.2.d toris ab impio fratre fundendi? Nam & illud ab initio
dictum est: Erunt duo in carne vna. Quod magnũ sa-
Ephes.5.g cramentum Apostolus Paulus exponens, Ego, inquit,
dico in Christo & in Ecclesia.

CONCIO XXX.

De versu Psalmi, Vide humilitatem meam, & eripe me, &c.

NEMO in Christi corpore constitutus à se alienam
arbitretur esse hanc vocem: quoniam reuera totũ
Christi corpus in hac humilitate positũ dicit, vnde &
Psalmi huius incipit lectio, de qua nũc disputare suscę-
Res. pimus. Vide humilitatẽ meam, & eripe me, quia legem
tuã non sum oblitus.) Hoc loco nullã Dei legem con-
Luc. 14. c & 18. c uenientius intelligimus, nisi qua immobiliter fixũ est,
vt omnis qui se exaltat, humilietur: & omnis qui se hu-
miliat, exaltetur. Superbus ergo malis vt humilietur
innectitur: humilis à malis vt exaltetur, eripitur. Iudi-
ca, inquit, iudiciũ meũ, & redime me.) Superior quo-
dammodo sententia repetita est. Quod enim ait, Vide
humilitatem meã: hoc est, iudica iudiciũ meũ: & quod
ait, eripe me: hoc est, & redime me. Quod verò suprà
dictum est, Quia legem tuã non sum oblitus: huic con-
gruit quod infrà est: Propter eloquium tuum viuifica
me.) Ipsum enim eloquiũ est lex Dei, quam nõ est ob-
litus vt se exaltandus humiliaret. Ad ipsam verò exal-
tationem pertinet quod ait, viuifica me, quia sanctorũ
exaltatio vita æterna est. Longè est, inquit, à peccato-
ribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierũt.)
Quis enim te discernit, ô tu qui dixisti, Lõgè est à pec-
catoribus salus? Quis te discernit à peccatoribus, vt nõ
à telõgè sit, tecũ sit salus? Hoc te nempe discernit, quia
id quod isti nõ egerũt, ipse fecisti: hoc est, Dei iustifica-
1.Cor.4.b tiones exquisisti. Quid enĩ habes quod non accepisti?
Nónne tu es qui paulò antè dicebas: Clamaui in toto
corde meo, exaudi me Dñe, iustificationes tuas requi-
rã? Ergo ab illo ad quẽ clamasti, vt eas exquireres ac-
cepisti. Ipse te igitur discernit ab eis, à quib⁹ propterea
longè est salus, quia iustificationes Dei nõ exquisierũt.
Vidit hoc etiã ipse, Neque enĩ ego id viderem, nisi in
ipso viderẽ, nisi in ipso essem. Corporis enim Christi
verba ista sunt, cuius mẽbra sumus, Vidit hoc, inquam,
continuóq; subiecit: Miserationes tuæ multæ Dñe.)
Etiam hoc ergo quod exquirimus iustificationes tuas,
pertinet ad miserationes tuas. Secundum iudiciũ tuũ
viuifica me.) Noui enĩ quia & iudiciũ tuũ sine tua mi-
serationes non erit super me. Multi persequẽtes me &
tribulantes me, à testimoniis tuis nõ declinaui.) Factũ
est, nouimus, recolim⁹, agnoscimus. Purpurata est vni-
uersa terra sanguine martyrũ, floret cęlũ coronis mar-
tyrũ, ornatæ sunt Ecclesię memoriis martyrũ, insigni-
ta sunt tẽpora natalibus martyrũ, crebrescũt sanitates
meritis martyrũ. Vnde hoc, nisi quia impletũ est quod
prædictũ est de homine isto toto terrarũ orbe diffuso:
Multi persequentes me & tribulãtes me, à testimoniis
tuis nõ declinaui? Agnoscimus, & gratias agimus Dño
Deo nostro. Tu nãque homo, tu in alio Psalmo, tu ipse
dixisti: Nisi quia Dñs erat in nobis, fortasse viuos ab-
sorbuissent nos. Ecce quare ab eius testimoniis nõ de- Psalm.123
clinasti, & ad palmã supernæ vocationis inter manus
multorũ persequentiũ tribulantiũmque venisti. Vidi
inquit, insensatos, & tabescebã.) Vel, sicut alij codices
habent, Vidi nõ obseruantes pactũ.) Et hoc plures ha-
bent. Sed qui sunt qui pactum non obseruauerunt, nisi
qui declinauerũt à testimoniis Dei, tribulationes mul-
torum persequentium non ferẽtes? Hoc est autem pa-
ctum, vt qui vicerit, coronetur. Hoc pactũ non obser-
uauerunt, qui persecutiones non tolerantes à testimo-
niis Dei negando declinauerũt. Hos ergo iste vidit &
tabescebat, quia diligebat. Zelus enim bonus est, de a-
more veniens, non liuore. In quo enim non seruauerũt
pactum, secutus adiũxit: Quia eloquia tua non custo-
dierunt.) Ea quippe in tribulationibus negauerunt. Et
commendat se iste differens ab eis, ac dicit: Vide quo-
niam mandata tua dilexi.) Non ait, eloquia vel testi-
monia tua non negaui, quod martyres facere cogebã-
tur, & non facientes intolerabilia patiebantur: sed hoc
dixit vbi fructus est omnium passionũ; quia si tradide-
ro corpus meũ vt ardeam, charitatem autẽ non habeã 1.Cor.13.b
nihil mihi prodest. Han iste commendans ait: Vide
quoniam mandata tua dilexi. Denique deinde postu-
lauit præmium: Domine in tua misericordia viuifica
me.) Isti mortificant, tu viuifica. Sed si præmiũ posci-
tur in misericordia quod reddere debet iustitia, quan-
to magis impensa est misericordia, vt obtineretur cui
præmium deberetur ipsa victoria? Principium, inquit,
verborum tuorum veritas, & in æternum omnia iudi-
cia iustitiæ tuæ.) A veritate, inquit, tua verba proce-
dunt, & ideo veracia sunt, & neminem fallunt, quibus
prænunciatur vita iusto, pœna impio. Hæc sunt quip-
pe in æternum iudicia iustitiæ Dei.

CONCIO XXXI.

De versu Psalmi, Principes persecuti sunt me gratis, &c. Schin.

QVAS persecutiones à regibus terræ corpus Chri-
sti, hoc est, sancta Ecclesia pertulerit, nouimus.
Agnoscamus ergo hic etiam eius verba dicentis:
Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formi-

formidauit cor meum.) Quid enim Christiani læserãt A
regna terrena, quamuis eis regna cælorum promiserit
rex eorum? Quid, inquã, læserant regna terrena? Nun-
quid eorum rex milites suos prohibuit impendere &
exhibere quæ debentur regibus terræ? Nónne de hoc
Matth.22.c sibi calumniã molientibus Iudæis ait: Reddite Cæsari
quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt? Nónne tribu-
tũ de ore piscis etiam ipse persoluit? Nónne præcursor
eius militibus regni huius quid facere deberent pro
æterna salute quærentibus non ait: Cingulum soluite,
arma proiicite, regẽ vestrũ deserite, vt possitis Dño mi-
Luc.3.b.c. litare: sed ait, Neminẽ cõcusseritis, nulli calũniam fe-
ceritis, sufficiat vobis stipendiũ vestrum? Nónne vnus
militũ eius & dilectissimus comes eius, cõmilitonib⁹
suis, & quodammodo Christi prouincialibus dixit,
Rom.13.a. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit?
Et paulo pòst ait: Reddite omnibus debita, cui tribu-
tum, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timo-
rem: cui honorem, honorẽ. Nemini quicquã debeatis,
1.Tim. 2. a. nisi vt inuicẽ diligatis. Nõne præcepit vt pro ipsis etiã
regibus oret ecclesia? Quid ergo eos Christiani offen-
derunt? Quod debitum non reddiderũt? In quo Chri-
stiani nõ sunt terrenis regibus obsecuti? Ergo terreni
reges Christianos gratis persecuti sunt. Sed quod sub-
iecit, attẽde. Et à verbis tuis formidauit cor meũ.) Ha-
buerunt quidẽ & illi verba minacia, expello, proscribo,
occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, bestiis subigo,
Matt. 10.c. mẽbra dilanio: sed tua me potius verba terruerũt: No-
lite timere eos qui corpus occidunt, & postea non ha-
bent quid faciant, sed eum timete qui habet potestatẽ
& corpus & animã perdere in gehennã. Ab his verbis
tuis formidauit cor meũ: Et cõtempsi hominẽ perse-
cutorẽ meũ, & vici diabolũ seductorem meũ. Deniq;
sequitur, Exultabo ego super eloquia tua, sicut qui in-
uenit spolia multa.) Per ea verba vicit, à quibus formi-
dauit. Victis enim spolia detrahuntur: sicut victus &
Luc. 11.c. spoliatus est ille de quo dicitur in Euangelio, Nemo
intrat in domũ fortis, vt vasa eius diripiat, nisi prius al-
ligauerit fortem. Sed spolia multa inuenta sunt, quãdo
patientiã mirati martyrũ, etiam qui persecuti sunt cre-
diderunt: & qui regem nostrũ detrimento militũ eius
sunt damnificare moliti, ab illo sunt insuper acquisiti.
Quisquis ergo à verbis Dei, ne in certamine vincatur
formidat, super eadem verba victor exultat. Nã ne pu-
taremus ex illa formidine odium verborũ Dei potuiss-
se surrepere, quamuis iam dixerit, Exultaui super elo-
quia tua, quod vtiq; non diceret, si odiret ea, tamẽ ad-
huc addidit & dicit, Iniustitiã odio habui, & abomina-
tus sum, legẽ autẽ tuã dilexi.) Nempe à verbis eius illa
formido nõ fecit eorundem verborũ odiũ, sed integrã
tenuit charitatem. Neq; enim lex Dei non sunt verba D
& eloquia Dei. Absit ergo vt timore pereat amor, vbi
castus est timor. Sic patres à filiis piis & timentur & a-
mantur: sic pudica coniunx virũ & timet ne ab illo de-
seratur, & amat vt fruatur. Si ergo & pater homo, &
coniunx homo, & timeri & amari debet: multo magis
pater noster qui in cælis est, & ipse sponsus, non carne
Matt.6.b. præ filiis hominum, sed virtute formosus. A quibus e-
Psal.44.a. nim diligitur lex Dei, nisi à quibus diligitur Deus? Et
quid habet bonis filiis triste lex patris? An quoniã quẽ
diligit corripit, & flagellat omnem filiũ quem recipit?
Hebr.12.b. At qui hæc iudicia respuit, promissa non recipit. Pa-
terna ergo iudicia laudẽtur & in flagello, si promissa
diliguntur in præmio. Ita planè fecit iste qui dicit: Se-
pties in die laudaui te super iudicia iustitiæ tuæ.) Se-
pties in die quod ait, significat semper. Solet esse quip-
pe iste numerus vniuersitatis indiciũ: propter quod sex
Genes.1.a. diebus diuinæ operationis, septimus adiectus est quie-

tis. Et per septẽ dies currentes & recurrẽtes, tempo-
ra vniuersa voluuntur. Nec ob aliud dictũ est, Septies
cadit iustus, & resurget: id est, non perit iustus modis Prou.24.b.
omnibus humiliatus, sed non prænaricatus, alioquin
non erit iustus. Nã pro omni genere tribulationis qua
in cõspectu hominũ deiicitur, positũ est, septies cadit.
Et pro eo quòd ex ipsis omnibus tribulationibus pro-
ficit, positũ est, resurget. Satis illustrat in eo libro cõse-
quens sententia præcedentẽ. Ibi enim sequitur, Impij
autẽ infirmabuntur in malis. Hoc est itaq; iusto septies
cadere & resurgere, in omnibus malis non infirmari.
Meritò igitur septies in die laudauit ecclesia Deũ su- 1.Pet.4.d.
per iudicia iustitiæ ipsius, quia cũ tẽpus esset vt iudiciũ
inciperet à domo Domini, in omnibus tribulationib⁹
suis non infirmata, sed coronis martyrum glorificata
est. Pax multa, inquit, diligentibus legẽ tuã, & non est
eis scandalũ. Vtrũ ipsa lex diligentibus se scandalũ nõ
est, an diligentibus eam nullũ est vndecunque scanda-
lum? Sed vtrunque rectè intelligitur. Qui enim diligit B
Dei legem, etiã quod in ea non intelligit honorat: &
quod ei sonare videtur absurdè, se potius nõ intellige-
re, & aliquid magnum latere ibi iudicat. Ideo lex Dei
non est ei scandalum. Vt autem nullum scandalũ om-
nino patiatur, non sic homines sanctæ cuiusque pro-
fessionis attendat, vt fides eius ex eorum moribus pen-
deat, ne aliquibus cadentibus quos pro magno habe-
bat, ipse scandalo pereat: sed ipsam Dei legem diligat,
& erit ei pax multa, nullúmque scandalũ. Securus eñ
diligit eam, in qua etiam si multi peccant, peccare ipsa
non nouit. Expectabam, inquit, salutare tuũ Domine,
& mãdata tua dilexi.) Quid enim iustis profuisset an-
tiquis Dei dilexisse mandata, nisi eos Christus qui est
Dei salutare liberasset: cuius etiã spiritu impertito mã-
data Dei diligere potuerũt? Si ergo iusti antiqui expe-
ctabant salutare Dei, qui mandata eius dilexerunt: C
quanto magis necessarius erat Christus qui est Iesus,
hoc est, salutare Dei saluis faciendis eis, qui mandata
eius non dilexerunt: Potest etiam ista sanctis istorum
temporũ, ex quo gratia reuelata Euangeliũ prædica-
tur cõgruere prophetia: expectant enim Christum qui
mandata Dei diligunt, vt cũ Christus apparuerit vita Colos.3.a.
nostra, tunc & nos appareamus cum illo in gloria. Cu-
stodiuit, inquit, anima mea testimonia tua, & dilexi ea
valde.) Vel, sicut nõnulli codices habẽt, dilexit, vt sub-
audiatur anima mea. Custodiũtur testimonia Dei, dũ
non negantur. Hoc est martyrũ officiũ, quia testimo-
nia Græcè martyria nuncupantur. Sed quia pro testi-
moniis Dei etiam flammis concremari sine charitate 1.Cor.13.b
nihil prodest, ideo addidit, & dilexi ea valde. Suprà au-
tem dixerat, mandata tua dilexi: deinde sequẽti versu,
testimonia tua & custodiui & dilexi: postea & manda-
ta tua & testimonia tua custodiui. Ait eñ, Custodiui
mandata tua & testimonia tua.) Qui eñ diligit ipsa,
veraciter libẽtérq; custodit. Plerunq; enim dũ mãda-
ta Dei custodiũtur, fiunt inimici cõtra quorũ volũtatẽ
custodiũtur. Tũc verò fortiter & testimonia custodiẽ-
da sunt, ne persequẽtibus inimicis negentur. Cũ ergo
se iste vtrũque fecisse dixisset, Deo tribuit vnde fecit,
adiungẽdo atq; dicendo, Quia oẽs viæ meæ in conspe-
ctu tuo Dñe.) Ideo, inquit, custodiui mandata tua &
testimonia tua, quia omnes viæ meæ in cõspectu tuo.
Tanquam diceret: Si auertisses à me faciem tuam, fie-
rem conturbatus, nec tua mandata & testimonia cu-
stodirem. Custodiui ergo, quia omnes viæ meæ in cõ-
spectu tuo. Propitio quippe & adiuuante conspectu
voluit intelligi Deum videre vias suas: sicut orauit qui
dixit, Ne auertas faciem tuam à me. Nam vtique fa- Psal.26.c.
cies Domini est & super facientes mala, sed vt perdat Psal.33.c.

de terra memoriam eorum. Non sic profectò iste dixit vias suas ab illo videri, Psal. 1. sed sicut nouit Dñs vias iustorum, Exod. 33.d. & sicut ait Moysi, Scio te præ omnibus. Nam si hoc eum non adiuuaret gradientem quòd eius viæ omnes sunt in conspectu Dei: nõ diceret ideo se custodisse mandata & testimonia eius, quia omnes viæ suæ sunt in conspectu Domini. Psal. 2.c. Nouit enim audire, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: quia nisi in conspectu Dñi esset, via iusta non esset. Nam hunc timorem & tremorem Apostolus etiam Paulus imponit eis quibus dicit, Philip. 2.b. Cũ timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et cur hoc dixerit aperiens, Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona voluntate. Ad hoc sunt ergo in conspectu Dñi viæ iustorum, vt dirigat gressus eorum, quoniam ipsæ sunt viæ Domini, Proue. 4.d. de quibus scriptum est in Prouerbiis, Vias autem quæ à dextris sunt nouit Dñs. Peruersæ sunt autem, inquit, quę à sinistris sunt: vt intelligeremus quòd eas nõ nouerit Dñs; Matt. 7.d. propter quod peruersis dictũ est, Non noui vos. Porrò vt ostẽderet quo fructu vias quæ à dextris sunt, id est, iustorũ nouit Dñs, cõtinuò subicit: Ipse enĩ rectos faciet gressus tuos, & itinera tua in pace producet. Ecce quare ait etiã iste, Prou. 4.d. Custodiui mãdata tua & testimonia tua. Et velut quæreremus hoc vnde potuerit: quia oẽs, inquit, viæ meæ in conspectu tuo Domine.

CONCIO XXXII.

De versu Psalmi, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine, &c.

Tau. ת

VOCEM nunc orantis audiamus. Quoniam quis oret fortè nouimus, & nosipsos si reprobi non sumus, in membris huius orantis agnoscimus: Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine.) id est oratio mea, quæ in conspectu tuo appropinquet tibi. Propè est enim Dominus his qui obtriuerunt cor. Secundum eloquium tuum da mihi intellectum.) Promissum petit. Nam hoc ait secundum eloquium tuũ, tanquã diceret, secundũ promissum tuũ. Promisit enĩ hoc Dominus, Psal. 31.c. vbi ait, Intellectũ dabo tibi. Intret postulatio mea in conspectu tuo Dñe, secundũ eloquiũ tuũ eripe me.) Repetit quodammodo quod petiuit. Nam quod prius dixerat, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Dñe: huic simile est quod ait posteriùs; intret postulatio mea in conspectu tuo Dñe: & quod priùs, secundũ eloquiũ tuũ da mihi intellectũ: huic cõgruit quod posteriùs, secũdũ eloquiũ tuũ eripe me. Accipiendo quippe intellectum eripitur, qui per seipsum non intelligendo decipitur. Eructabunt, inquit, labia mea hymnũ, cũ docueris me iustificationes tuas.) Nouimus quemadmodũ doceat eos Deus qui sunt dociles Deo. Ioan. 6.e. Omnis enim qui audiuit à patre & didicit, venit ad eũ qui iustificat impiũ, vt non solũ memoria retinendo, verumetiã faciendo custodiat iustificationes Dei. 1.Cor. 6.d. Sic enim qui gloriatur, nõ in seipso Dño gloriatur, hymnũsq; eructatur. Sed iã quia didicit & laudauit doctorẽ Deũ, deinde vult docere. Pronũciabit, inquit, lingua mea eloquia tua, quia omnia mandata tua iudicia.) Cũ hæc se pronunciaturũ dicit, vtiq; minister fit verbi. Rom. 10.d. Quamuis enim Deus doceat intrinsecus, tamen fides ex auditu est. Et quomodo audiunt nisi à prædicante? 1.Cor. 3.b. Neque enim quia Deus dat incrementum, ideo nõ est plantandũ neq; rigandũ. Scit enĩ quæ pericula secura sint à contradicentibus & persequentibus, cũ fuerit pronũciator eloquiorũ Dei, propter quod adiũxit, Fiat manus tua vt saluũ me faciat, quia mãdata tua elegi.) Vt nõ timerẽ, nec solũ ne cor meũ timeret, sed lingua etiam pronunciaret eloquia tua, mandata tua elegi, timorémque amore cõpressi. Fiat ergo manus tua, vt saluum me de manu facias aliena: Sic autem Deus saluos martyres fecit, cũ eos in anima non permisit occidi. Psal. 59.c. Nam secundũ carnem vana salus hominis. Potest & sic accipi, fiat manus tua, vt manus Dei Christus intelligatur; Esa. 53.a. iuxta illud Esaiæ: Et brachium Dñi cui reuelatũ est? Ioan. 1.a. Nõ enim erat factus vnigenitus, cũ per eũ facta sint omnia: Rom. 1.a. sed factus est ex semine Dauid, vt esset Iesus, id est Saluator, qui iam erat creator. Sed cũ familiare sit Scripturę, Fiat manus tua: &, facta est manus Dñi: nescio vtrum possit hic sensus in eis locis omnibus obtineri. Sanè vbi audimus quod sequitur, Cõcupiui salutare tuũ Domine:) Etiam nolentibus omnibus inimicis salutare Dei nobis Christus occurrat. ipsum se cõcupisse iusti antiqui veracissimè cõfitentur, ipsum concupiuit Ecclesia venturũ de visceribus matris, ipsum cũcupiscit Ecclesia venturum à dextera patris. Subiungitur autẽ huic sententię, Et lex tua meditatio mea est.) Quia lex perhibet testimoniũ Christo. Rom. 10.c Sed in hac fide cũ corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutẽ; Psal. 2.a. fremant gẽtes, populi meditẽtur inania: occidatur certè caro dũ prædicat te. Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabũt me.) 1.Pet. 4.d. Iudicia quippe illa sunt, quæ tẽpus erat vt inciperent à domo Dñi: Sed adiuuabunt me, inquit. Et quis nõ videat quantũ adiuuerit Ecclesiã sanguis Ecclesiæ, quãta ex illa semẽte seges toto orbe surrexerit? Nouissimè prorsus aperit se, & quæ persona per totũ Psalmũ loquebatur, ostẽdit. Erraui, inquit, sicut ouis perdita, quære seruũ tuũ: quia mandata tua nõ sum oblitus.) Nõnulli codices nõ habẽt, quære, sed viuifica. Vna quippe syllaba interest, qua inter se in Græco distãt ζῆσον & ζήτησον, vnde & ipsi codices Gręci variant. Sed quodlibet horũ sit, ouis perdita quæratur, ouis perdita viuificetur, propter quam pastor eius nonagintanouẽ dimisit in montibus, Matt. 18.b. Luc. 15.a. & eã quærẽs, Iudaicis laceratus est vepribus. Sed adhuc quæritur, adhuc quæratur, ex parte inuẽta adhuc quæratur. Ex ea namq; parte qua dicit iste, mandata tua nõ sum oblit⁹, inuenta est, sed per eos qui mandata Dei eligunt, colligunt, diligũt, adhuc quęritur, & per sui pastoris sanguinẽ fusum atq; dispersum, in omnib⁹ gentibus inuenitur. Vt potui quantũ à Domino adiutus sum, Psalmũ istũ magnũ pertractaui & exposui. Quod profectò melius sapiẽtiores, doctiorèsq; fecerunt, siue facturi sunt. Nec ideo tamẽ ei nostrũ deesse debuit ministeriũ, maximè id de me flagitãtibus fratrib⁹, quibus sum debitor huius officij. Quod autẽ de alphabeto Hebræo, vbi octoni versus singulis subiacẽt literis, atq; ita Psalmus totus cõtexitur, nihil dixi, non sit mirũ, quoniam nihil quod ad istud propriè pertineret inueni. Nõ enim solus habet has literas. Illud sanè sciãt qui hoc in Gręca, & Latina scriptura, quoniam nõ illic seruatũ est, inuenire nõ possunt, oẽs octonos versus in Hebraicis codicibus ab ea quæ illis præponit litera ĩcipere, sicut nobis ab eis qui illas nouere literas, indicatũ est. Quod multo diligẽtiùs factũ est, quàm nostri vel Latinè vel Punicè quos abecedarios vocant Psalmos, facere consueuerunt. Non enim omnes versus donec claudatur periodus, sed solos primos ab eadem litera incipiunt quam præponunt.

ENARRATIO IN PSALMVM CXIX.

qui est primus Cantici graduum.

BREVIS psalmus est, & valde vtilis, quem modò nobis cantatum audiuimus, & cantando respõdimus. Non diu laborabitis in audiendo, nec infructuosè laborabitis in operando. Est enim, sicut eius titulus prænotatur, Canticum graduum.) Græcè scriptũ est, ἀναβαθμῶν Gradus vel descendentium sunt vel ascen-

dentiũ: sed gradus qui modò in his psalmis positi sunt, ascendentes significant. Intelligamus ergo tanquã ascensuri, nec ascensiones pedibus corporalibus quæramus: Psal. 83.b. sed sicut in alio psalmo scriptũ est, Ascẽsiones in corde eius disposuit, in conuallẽ plorationis in locum quem disposuit. Dixit ascẽsiones, Vbi? In corde. Vnde? A cõualle plorationis. Et iam quò ascẽdatur tanquam deficit sermo humanus, nec explicari potest, fortè nec cogitari. 1.Cor. 2.c. Audistis modò cũ Apostolus legeretur: quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. In cor hominis nõ ascẽdit, cor hominis illuc ascendat. Ergo quia oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quomodo dici posset, quò ascendẽdũ est? Ideo cũ dici nõ possit: ait, in locũ quem Psal. 83.b. disposuit. Quid tibi plus dicturus sũ? ait homo per quẽ Sap. 9.c. spiritus sanctus loquebatur, in locũ talem locũ, Quicquid dixero, terrenum cogitas, humi repis, carnẽ portas, corpus quod corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Cui loquar? Quis auditurus est? Quis capiet? Vbi erimus post hanc vitã, si in corde ascenderimus? Quia ergo nemo sperat aliquã ineffabilẽ beatitudinis locũ, quẽ sibi disposuit qui ascensiones etiam in corde suo disposuit: Psal. 83.b. sed vbi? In conualle plorationis. Cõuallis humilitatẽ significat, mõs celsitudinem significat. Est mons quò ascendamus, spiritalis quædã celsitudo. Et quis est iste mons quò ascendimus, nisi Dñs Iesus Christus? Ipse tibi fecit patiendo cõuallẽ plorationis, qui fecit manẽdo montem ascẽsionis. Ioan. 1.b. Quid est vallis plorationis? Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Quid est vallis plorationis? Thren. 3.c. Præbuit percutienti se maxillã, saturatus est opprobriis. Matt. 27. Quid est vallis plorationis? Colaphizatus est, sputis illitus, spinis coronatus, crucifixus est. Hæc est vallis plorationis, vnde tibi ascendendum est. Ioan. 1.a. Sed quò ascendendũ est? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Ipsum enim verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Sic descendit ad te, vt maneret in se. Descẽdit ad te, vt fieret tibi cõuallis plorationis: mãsit in se, vt esset tibi mõs ascẽsionis. Esa. 2.a. Erit, inquit Esaias, in nouissimis diebus manifestus mons domus Dñi, paratus in cacumine montiũ. Ecce quò ascendendũ est. Sed noli aliquid terrenũ cogitare, nec quia montẽ audisti, alta quædam cogites terræ: nec cũ eũ saxũ audis aut petram, aliqua duritia à te intelligatur: nec cũ audis leonem, cogites feritatem: nec cũ audis agnum, cogites pecus. Nihil horũ est in se, & omnia factus est pro te. Hinc ergo ascendendũ; illuc ascendendũ: ab exẽplo ipsius, ad diuinitatẽ ipsius. Exemplum enim tibi fecit humiliando se. Nã qui nolebant à conualle plorationis ascendere, cõpressi sunt ab ipso. Præproperè enim volebant habere ascensum, honores altos cogitabant, viã humilitatis † nõ cognoscebant. (al. nec cogitabant.) Matth. 20.c Intelligat charitas vestra quod dico, Duos discipulos voluisse ad latera Domini, vnũ ad dexteram, alterum ad sinistrã sedere. Vidit eos Dñs præproperè & præposterè de honoribus cogitare, cũ prius discere deberẽt humiliari vt exaltarentur: & ait eis Dominus, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ipse enim in conualle plorationis bibiturus erat calicẽ passionis: illi autem non attendentes humilitatem Christi, cõprehendere volebant altitudinem Christi. Reuocauit illos ad viam tanquam aberrantes: non vt negaret illis quod vellent, sed vt ostẽderet quà venirent. Itaque fratres mei hunc psalmum ascensionis cantemus ascensuri in corde, quia vt ascendamus descẽsum Gen. 28.c. est ad nos. Nam vidit scalas Iacob, & in ipsis scalis demonstrati sunt ei ascendentes & descendentes. Vtrunque vidit. Possumus putare ascendentes visos proficientes, descendentes, deficientes: quia & reuera inuenimus hoc in populo Dei, alij proficiunt, alij deficiunt. Poterãt istos significare illæ scalæ, sed fortè melius intelliguntur omnes boni in illis scalis, & ascẽdẽtes & descendentes. Non enim frustra non dictum est cadentes, sed descendentes. Multũ autẽ interest inter descendere & cadere. Gen. 3. Nã quia cecidit Adam, ideo descendit Christus: Ille cecidit, ille descendit. Ille cecidit superbia, ille descendit misericordia. Non autẽ ipse solus descendit. Et quidem de cælo ipse solus descẽdit, sed multi imitantes eũ sancti descendũt ad nos, & descẽderũt ad nos. Nã in quadam altitudine cordis habitabat Apostolus cũ diceret: Siue enim mente excessimus Deo. 2.Cor. 5.c. Iam quod mẽte excesserat, Deo excesserat. Excedens enim mente omnem humanã fragilitatem, omnem seculi temporalitatem, omnia quæcũque nascendo & occidendo euanescũt trãseuntia, habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione quantum poterat, 2.Cor. 12.a. de qua dicit quòd audiuit ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. Sed tibi illa loqui non posset: ipse autem videre illa vtcũque posset, quæ tibi loqui non posset. Ita si semper manere vellet in eo quod videbat, & loqui non poterat, te non leuaret vbi & tu posses videre. Quid autem fecit? Descendit. Nam vbi ait, Siue enim mente excessimus Deo: ibi statim addidit, siue tẽperantes sumus vobis. Quid est tẽperantes sumus? Sic loquimur vt capere possitis: quia & Christus talẽ se fecit nascendo & patiendo, vt possent de illo homines loqui. Quia de homine homo facilè loquitur. De Deo homo quãdo loquitur sic, quomodo Deus est? Homo autẽ de homine facilè loquitur. Vt ergo magni descenderent ad paruos, & non illis tamen loquerentur nisi magnũ, ipse qui magnus erat, factus est paruus, vt de illo magni paruis loquerẽtur. Audistis modò quod dico cũ Apostolus legeretur. 1.Cor. 3.a. Si autẽ aduertistis, dixit hoc: Nõ potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Ergo spiritalib⁹ in excelsis loquitur, carnalibus autẽ vt loquatur descendit. Nã vt sciatis quia cũ descendit, de illo qui descendat loquitur: ecce Ioannes manentem in se loquitur: Ioan. 1.a. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, Ibidem. hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Cape si potes; arripe, cibus est. Sed dicturus es mihi: Ille quidẽ cibus est, sed ego infans sum, lactãdus sum, vt idoneus fieri possim ad mãducandũ cibum. Ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autẽ cibus est, ipse cibus per carnẽ tibi traiectus est ad fauces. Quomodo ergo cibũ mater comedit, vt per carnẽ traiiciat ad infantẽ lactentẽ lac factũ: sic cibus angelorũ Dñs verbũ caro factũ est, & factus est lac. 1.Cor. 3.a. Et dicit Apostolus, Lac vobis potũ dedi, nõ escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Ergo dando lac descendit ad paruulos: & quia descendit, descendentem dedit. Ait enim: 1.Cor. 2.a. Nunquid dixi me aliquid inter vos scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Quia si diceret tantum Iesum Christum, est Iesus Christus etiam secundum diuinitatem, secundũ id quod erat verbum apud Deũ, filius Dei Iesus Christus: sed hunc, id est, hoc modo dictum, paruuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt qui lac capiunt? Iesum Christũ, inquit, & hunc crucifixum. Suge quod pro te factus est, & cresces ad id quod est. Gen. 28.c. Sunt ergo & ascendentes & descendentes. In illis scalis & ascendentes sunt & descendentes. Ascendentes qui sunt? Qui proficiunt ad intellectum spiritalium. Descendentes qui sunt? Qui quamuis quantum homines possunt fruantur intelligentia spiritalium, tamen descendunt ad paruulos vt talia eis dicant qua-

lia possunt capere, & lacte nutriri possunt idonei fieri & validi ad capiendũ cibũ spiritalem. Esaias, fratres, etiam ipse ad nos de descendentibus fuit: nam & ipsi gradus eius descendentis apparent. Cũ enim diceret de spiritu sancto, Requiescet, inquit, super eũ spiritus sapientiæ & intellectus, cõsilij & fortitudinis, scientię & pietatis, & spiritus timoris Dñi: à sapientia cœpit, & vsque ad timorẽ descendit. Quomodo ille qui docebat à sapientia descendit vsq; ad timorẽ? tu qui discis & proficis, à timore ascende ad sapientiam. Scriptum est enim: Initiũ sapiẽtiæ timor Domini. Iam ergo psalmum audite. Ecce ante oculos nostros ponamus ascẽsurum hominẽ. Vbi ascensurũ? In corde. Vnde ascensurũ? Ab humilitate, id est, à cõualle plorationis, in locum quẽ disposuit. Quò ascẽsurũ? Ad illud ineffabile: quòd cũ dici non posset, dictũ est, in locum quẽ disposuit. Cũ ergo sic homo cœperit disponere ascẽsũ, hoc dico apertius, cũ cœperit homo Christianus cogitare pficere, incipit pati linguas aduersantiũ. Quicũque illas nondũ passus est, nondũ proficit: quicũque illas nõ patitur, nec conatur proficere. Vult nosse quid dicamus? imò quid audiamus simul experiatur. Incipiat proficere, incipiat velle ascẽdere, velle contẽnere terrena, fragilia, temporalia, felicitatem seculi pro nihilo habere, Deũ solum cogitare, lucris non gaudere, damnis non contabescere, omnia etiam sua vẽdere & pauperibus tribuere, & sequi Christũ. Videamus quemadmodũ patiatur linguas retrahentiũ & multa contradicentium: & quod est grauius, quasi consulendo à salute auertentium. Qui enim consulit alicui, ad salutẽ cõsulit, ad id quod prodest consulit: ille autẽ quasi consulens retrahit à salute. Quia ergo videtur habere palliũ consulentis, & habet venenum perimentis: lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo, contra ipsas linguas primò Deum deprecatur; ait enim:

Esa. 11. a.

Proue. 1. a. Psal. 83. b.

Expositio Psalmi.

AD te Domine cùm tribularer clamaui, & exaudisti me.) Vnde illum exaudiuit? Vt iam constitueret eum ad gradus ascendendi. Et quia iam ascensurus est exauditus, quid orat? Domine erue animam meam à labiis iniustis, & à lingua dolosa.) Quæ est lingua dolosa? Subdola habens imaginem consulendi, & perniciem nocendi. Ipsi sunt qui dicunt, Et tu facturus es, quod nemo fecit? & tu solus eris Christianus? Et si ostenderit alios hoc facere, & legerit Euangelium vbi præcepit Dñs hoc fieri, & legerit Actus apostolorum, illi quid dicunt in lingua subdola & labiis iniquis? Nõ poteris fortè implere, multũ est quod aggrederis. Alij prohibendo deterrent, alij laudando plus premunt. Quia enim talis est vita quæ iam occupauit mundum, tanta autoritas Christi est, vt reprehendere iã Christũ nec paganus audeat: legitur ille qui reprehendi nõ potest, quia dixit: Vade, vẽde omnia quæ habes, & distribue pauperibus, & sequere me. Christo contradici non potest, Euangelio cõtradici nõ potest: reprehendi Christus nõ potest: cõuertit se lingua dolosa ad laudẽ prohibentem. Si laudas, hortare. Quare laudando premis? Melius vituperares, quã dolosè laudares. Quid enim diceres vituperando? Absit. Fœda vita est ista, mala vita est. Sed quia nosti cũ hæc dixeris, premit te posse autoritate euangelica, conuertis te ad aliud suadendi genus: vt laudando falsò, me à vera laude prohibeas, imò laudando Christũ, à Christo prohibeas, dicens, Quid est hoc? Ecce illi fecerunt, fortè tu non poteris. Incipis ascendere, cadis. Monere videtur, serpens est, dolosa lingua est, venenũ habet. Roga contra illam, si vis ascendere, & dic Deo tuo, Domine, erue animam meam à labiis iniustis, & à lingua dolosa. Et dicit tibi Dominus tuus: Quid dabitur tibi, aut quid apponetur tibi ad linguã dolosam?) Id est, quod habeas aduersus linguã dolosam, quod opponas linguæ dolosę, quo te munias aduersus linguã dolosam, quid tibi dabitur, aut quid apponetur tibi? Interrogauit exercens. Nã ipse dicturus est quod interrogat. Respondit enim, subiiciens sibi interrogãti. Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus desolatoriis, vel vastatoribus.) Siue desolatoriis dicas, siue vastatoribus dicas: nam in diuersis codicibus diuersè scriptũ, idẽ significat. Videte, Vastatores carbones dicuntur quia vastãdo & desolãdo ad desolationẽ facilè perducũt. Qui sunt isti carbones? Intelligat charitas vestra primò quæ sint sagittæ. Sagittæ potentis acutæ, verba Dei sunt. Ecce iaciuntur & trãsfigũt corda: sed cũ transfixa fuerint corda sagittis verbi Dei, amor excitatur, nõ interitus cõparatur. Nouit Dñs sagittare ad amorem: & nemo pulchrius sagittat ad amorẽ, quã qui verè verbo sagittat: imò sagittat cor amãtis, vt adiuuet amantem, sagittat vt faciat amãtẽ. Sagittæ autẽ sunt, cũ agimus verbis. Carbones autem vastatores qui sunt? Parũ est verbis agere cõtra linguã subdolã & labia iniqua, parũ est verbis agere: & exemplis agendũ est. Exempla sunt carbones vastatores. Et quare vastatores dicantur, breuiter accipiat charitas vestra. Primò quomodo exẽplis agẽdũ sit, videte. Lingua subdola nihil sic nouit dicere, quo magis subdola est: nisi, Vide ne non possis implere, multũ est ad te hoc aggredi. Accepisti tu præceptũ euãgelicũ, habes sagittam, sed carbones nondũ habes. Timendũ est ne sagitta sola nõ valeat aduersus linguã dolosã. Sunt & carbones. Vt puta, incipit enim tibi dicere Deus, Tu non potes? quare ille potest? quare alter potuit? Nunquid tu delicatior es illo senatore? nũquid tu infirmior es illo senatore? Nũquid tu infirmior es illo aut illo in valetudine? nunquid tu infirmior es fęminis? Fęminæ potuerũt, viri non possunt? delicati diuites potuerunt, pauperes non possunt? Sed ego, inquit, multũ peccaui, & multum peccator sum. Numerantur etiã qui multũ peccauerũt: & eo amplius amauerũt, quo plura illis dimissa sunt peccata. Quomodo dictum est in Euangelio, Cui modicũ dimittitur, modicũ diligit. Cũ ergo fuerint ista enumerata, & nominatim dicti fuerint homines qui potuerũt, ille accepta sagitta in corde accedentibus etiã carbonibus desolatoriis, desolatur in illo terrena cogitatio. Quid est enim, desolatur? Ad desolationem perducitur. Erant autem in illo multa quę malè fronduerãt, multæ carnales cogitationes, seculares multi amores. Ipsi vtũtur carbonibus vastatoriis, vt fiat purus locus desolatus, in cuius loci puritate facit Deus ædificiũ suũ, quia facta erat ibi ruina diaboli, & ædificatur ibi Christus: nã quãdiu manet ibi diabolus, nõ potest ædificari Christus. Accedunt carbones desolatorij, & deiiciunt quod malè fuerat ædificatũ, & desolato loco accedit structura felicitatis perpetuæ. Videte ergo, Quare dicti sunt carbones? Quia qui se cõuertunt ad Dñm, de mortuis reuiuiscunt. Carbones autẽ quãdo accendũtur, antequã accẽderẽtur, extincti erant. Nã extincti carbones mortui dicuntur, ardẽtes viui appellãtur. Exẽpla ergo multorũ iniquorũ qui cõuersi sunt ad Dñm, carbones dicti sunt. Audis hoĩes mirari & dicere, Ego illũ noui, quã ebriosus fuit, quã scelerat⁹, qualis amator circi, aut amphitheatri, qualis fraudator: modò qmo Deo seruit, quã innocẽs factus est? Noli mirari, carbo est. Viuũ gaudes, quẽ extinctũ plãgebas. Sed quãdo laudas viuũ, si nosti laudare, adhibe illũ mortuo vt accẽdatur, id est, quicũq; adhuc piger est sequi Deũ: admoue illi carbonẽ, q erat extinct⁹, & habeto sagittam verbi Dei, & carbonẽ vastatorẽ, vt occur-

Matth. 19. c

Luc. 7. a

occurras labiis iniquis & linguæ subdolæ. Quid sequitur? Accepit iste sagittas ardentes, accipiat carbones vastatores. Iam repulit linguam subdolam & labia iniqua, iam ascendit gradũ, incipit proficere, sed adhuc viuit inter malos, & inter iniquos, nondum est area ventilata. Puta quia triticũ factũ est, nunquid iam in horreo est? Adhuc necesse est multa palea prematur: & quãtum proficit, tantũ videt † maiora scandala in populo. Nam si non proficiat, non videt iniquitates: si non sit verè Christianus, non videt fictos. Etenim fratres & de illa similitudine hoc nos docet Dñs, & de frumẽtis & de zizaniis. Cũ autẽ creuisset herba & fructum fecisset, tũc apparuerunt & zizania: id est, quia nulli homini apparent mali, nisi factus fuerit ipse bonus: quia cũ creuisset herba & fructũ fecisset, tũc apparuerunt zizania. Iam ergo iste cœpit proficere, & cœpit videre malos, & multa mala quæ antè nõ nouerat, & clamat ad Deũ, Heu me quòd incolatus meus longinquus factus est!) Multũ à te recessi, peregrinatio mea facta est longinqua. Nõdum veni in patriam illã, vbi cũ nullo malo victurus sum: nõdum veni in illam societatẽ angelorũ, vbi scandala nõ timebo. Quare autem nondũ sum ibi? Quia incolatus meus longinquus factus est. Incolatus peregrinatio est. Incola dicitur qui habitat in terra aliena, nõ in ciuitate sua. Longinquus, inquit, factus est, & prolõgatus incolat⁹ meus. Et vbi longinquus? Aliquando, fratres mei, cũ peregrinatur homo, inter meliores viuit, quã in patria sua fortè viueret: sed non sic est, quando de illa Hierusalem cælesti peregrinamur. Mutat emẽ homo patriã, & aliquãdo in peregrinatione illi bene est. Inuenit amicos fideles peregrinando, quos in patria inuenire nõ potuit. Inimicos habuit vt de patria pelleretur, & cũ peregrinaretur, inuenit quod non habebat in patria. Non sic est patria illa Hierusalem, vbi oẽs boni. Quicunque inde peregrinatur, inter malos est, nec recedere à malis potest, nisi cũ redierit ad societatem angelorũ, vt ibi sit vnde peregrinatur. Ibi omnes iusti & sancti, qui fruuntur verbo Dei sine lectione, sine literis: quod enim nobis per paginas scriptũ est, per faciem Dei illi cernunt. Qualis patria? Magna patria, & miseri sunt peregrini ab illa patria. Sed quod ait iste, Longinqua facta est peregrinatio mea: maximè eorum vox est, id est, ipsius ecclesiæ quæ laborat in hac terra. Illius vox est quæ clamat in alio Psalmo, A finibus terræ ad te clamaui. Quis nostrũ clamat à finibus terræ? Nec ego, nec tu, nec ille: sed à finibus terræ ipsa tota ecclesia, tota hęreditas Christi clamat, quia ecclesia hæreditas eius; & de ecclesia dictũ est, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Si ergo possessio Christi vsq; ad fines terræ, & possessio Christi oẽs sancti, & oẽs sancti vnus homo in Christo, quia vnitas sancta in Christo est, ipse vnus homo dicit, A finibus terræ ad te clamaui dum angeretur cor meum. Huius ergo hominis lõginqua peregrinatio facta est inter malos. Et tanquã si diceretur illi, cũ quib⁹ ergo habitas vt gemas: peregrinatio, inquit, mea longinqua facta est. Sed quid si cũ bonis? Si cum bonis esset, non diceret, heu me. Heu, vox est miseriæ, vox est calamitatis & infelicitatis: sed tamen in spe, quia iam vel gemere didicit. Multi emẽ & miseri sunt, & nõ gemunt, & peregrinantur, & redire nolunt. Iste iam volens redire, cognoscit infelicitatẽ peregrinationis suæ. Quia agnouit illã, redit, & ascendere incipit, quia canticum graduũ cœpit cantare. Vbi ergo gemit, & inter quos habitat? Inhabitaui cum tabernaculis Cedar,) Verbum hoc quia Hebræũ est, proculdubiò nõ intellexisti. Quid est, inhabitaui cum tabernaculis Cedar? Cedar, quantum meminimus ex interpretatione nominũ Hebræorũ, tenebras significat. Interpretatũ Cedar Latinè, tenebræ dicuntur. Nostis autẽ duos filios habuisse Abraham, quos quidẽ cõmemorat Apostolus, ad imaginẽ duorũ testamẽtorũ esse dicit: vnũ de ancilla, & alterum de libera. Ex ancilla Hismaël erat: de libera Sara, quem suscepit ex desperatione per fidẽ, Isaac erat. Vterq; ex semine Abrahæ, sed nõ vterq; hæres Abrahæ. De Abraham natus vnus, sed tamen non hæreditat: alter etiã hæres: non solũ filius, sed & hæres. In Hismaël sunt omnes qui carnaliter colunt Deũ. Ad ipsos enim & vetus testamentũ pertinet: quia sic dicit Apostolus, Sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptũ est enim, quòd Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnũ de libera, quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta. Quæ sunt duo testamenta? Vnũ vetus, & alterũ nouũ. Vetus testamentum à Deo, & nouum testamentũ à Deo: quomodo de Abraham & Hismaël & Isaac. Sed Hismaël ad terrenũ, Isaac ad cælestẽ regnũ. Ideo vetus testamentum promissiones habet terrenas, terrenam Hierusalem, terrenam Palæstinam, regnũ terrenum, salutẽ terrenã, hostium subiugationem, abundantiã filiorum, fœcunditatem frugũ. Omnia ista promissiones sunt terrenæ. In figura spiritaliter intelliguntur, quomodo Hierusalem terrena vmbra erat regni cælestis, & regnũ terrenum vmbra erat regni cęlorũ. Hismaël in vmbrã, Isaac in luce. Si ergo Hismaël in vmbra: non mirũ quia ibi tenebrę. Pinguiores etenim vmbræ tenebrę sunt. Ergo Hismaël in tenebris, Isaac in luce. Quicunq; hic etiam in ecclesia terrenam felicitatem quærunt à Deo, adhuc ad Hismaël pertinent. Ipsi sunt, qui contradicunt spiritalibus proficientibus, & detrahunt illis: & habent labia iniqua, & linguas subdolas. Contra quos rogauit iste ascendens, & appositi sunt ei carbones desolatorij, & sagittæ potentis acutę. Inter illos enim adhuc viuit, donec tota area ventiletur: ideo dixit, inhabitaui cũ tabernaculis Cedar. Nam & ipsa tabernacula Hismaël, Cedar dicta sunt. Sic habet liber Geneseos, sic habet, quòd Cedar ad Hismaël pertinet. Ergo Isaac cum Hismaël: id est, qui pertinent ad Isaac, inter illos viuunt, qui pertinent ad Hismaël. Isti sursum volunt ascendere, illi deorsum volunt premere. Isti volare ad Deũ, illi conantur pennas euellere. Namque apud Apostolum ita dicitur: Sed sicut tunc, qui secũdum carnem natus erat, persequebatur eũ qui secundũ spiritũ: ita & nunc. Spiritales ergo persecutionem patiuntur à carnalibus. Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam, & filium ei⁹: Nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Sed hoc quod dicit, eiice, quando erit? Quando area cœperit ventilari. Modò autẽ antequam eiiciatur, dicit, Heu me quòd incolatus meus longinquus factus est, inhabitaui cũ tabernaculis Cedar. Et exponit nobis qui sunt isti qui pertinent ad tabernacula Cedar. Multũ peregrinata est anima mea.) Ne peregrinationẽ corporalẽ intelligeres, animã dicit peregrinari. Corp⁹ peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaueris terram, peregrinaris à Deo: si amaueris Deũ, ascendis ad Deũ. In charitate Dei & proximi exerceamur, vt redeamus ad charitatẽ. Si cadam⁹ in terrã marcescimus & putrescimus. Iste autem qui ceciderat, descẽsum est ad eũ vt ascẽderet: Intẽdẽs tẽpus peregrinationis suæ, dixit se peregrinari in tabernaculis Cedar. Quare? Quia multũ peregrinata est anima mea. Ibi peregrinatur, vbi ascendit. Nõ corpore peregrinatur, nõ corpore ascendit. Sed vbi ascẽdit? Ascensiones, inquit, in corde. Si ergo ascendit in corde, non ascendit per ascensiones cordis, nisi anima quæ peregrinatur. Sed

al. mala.

Matt. 13. d.

Gal. 4. c.

Gen. 16. a & 21. a.

Psal. 60. a.

Psal. 2. a.

Matth. 3. c. Psal. 119. b.

Gene. 25.

Gal. 4. d.

Gene. 21. a

Psal. 119. b.

Psal. 83. b.

Sed donec peruenīat, multum peregrinata est anima mea. Vbi? In tabernaculis Cedar. Cum his qui oderūt pacem, eram pacificus.) Verū vt audiatis, fratres charissimi, nō poteritis probare quā vera cantetis, nisi cœperitis facere quod cantatis. Quantūlibet illud dicā, quomodolibet exponā, qualibuscūque verbis versem, non intrat in cor eius, in quo non est opus eius. Incipite agere, & videte quid loquamur. Tūc ad singula verba lachrymæ profluent, tūc Psalmus cātatur, & facit cor quod in Psalmo cantatur. Quàm multi eū sonant voce, & corde muti sunt? Et quā multi tacent labiis, & clamant affectu, quia ad cor hominis aures Dei? Sicut aures corporales ad os hoīs, sic cor hoīs ad aures Dei. Multi clauso ore exaudiuntur, & multi in magnis clamoribus nō exaudiūtur. Affectibus orare debemus & dicere, Multū peregrinata est anima mea. Cū his qui oderunt pacem, eram pacificus. Quid enim aliud dicimus istis hæreticis, nisi cognoscite pacem, amate pacem? Iustos vos dicitis. Sed si iusti essetis, inter paleam grana gemeretis. Nam quia sunt grana in ecclesia catholica, & vera grana sunt: ideo tolerant paleā donec
Psal. 119.b. ventiletur area, quia inter paleā clamāt: Heu me, quòd incolatus meus longinquus factus est, inhabitaui cum tabernaculis Cedar. Inhabitaui, inquit, cū paleis. Sed quomodo de palea multus fumus exit, sic de Cedar tenebræ. Inhabitaui cū tabernaculis Cedar, multū peregrinata est anima mea. Frumentorūvox est, inter paleas gementiū. Hæc loquimur illis qui oderunt pacem: & dicimus, Cum his qui oderūt pacē, eram pacificus. Qui sunt qui oderunt pacem? Qui conscindunt vnitatem. Si enim pacem nō odissent, in vnitate mansissent. Sed videlicet propterea se separauerunt vt iusti essent, vt non haberent mixtos iniustos. Aut nostra est ista vox, aut illorum. Elige cuius sit. Catholica dicit, Non est dimittenda vnitas, nō est præcidenda ecclesia Dei. Iudicabit Deus de malis & bonis postea. Si nunc mali à bonis separari non possunt, ferendi sunt ad tempus mali. In area nobiscum esse possunt, in horreo nō possunt. Et fortè hodie qui mali apparent, cras boni erūt: & qui de bonitate hodie superbiūt, cras mali inueniētur. Quisquis ergo humiliter malos ad tempus fert, ipse peruenīet ad requiem sempiternam. Hæc vox catholica est. Illorū autem vox qualis est, non intelligentium neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmāt?
2.Cor.6.d. Esa. 52.c. Ne tangas immundū: & qui tetigerit immundum, inquinabitur. Separemus nos, ne commisceamur malis. Et nos illis, Amate pacem, diligite vnitatem. Nescitis à quàm multis bonis separemini, dū quasi malis calūniamini? Furiunt, sæuiūt, quando ista dicimus: nā quæ-runt & mortificare nos. Apparuerūt sæpe impetus eorum, apparuerunt insidiæ. Cū ergo inter insidias illorū viuimus, & quibus dicimus, amate pacē, aduersantur nobis: nónne vox ista nostra est, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? Cū loquerer illis, debellabant me gratis.) Quid est autem, fratres, debellabant me? Et parum erat, si non adderet, gratis. Quibus dicimus, amate pacem, Christū amate: nūquid dicimus, amate & honorate nos? Sed, honorate Christum. Nos nolumus honorari, sed illū. Nam nos quid sumus ad apostolum Paulū? Quid tamen dicebat illis paruulis, quos mali homines & mali suasores præcidere ab vnitate in schismata volebant? Quid eis dicebat ille? Nunquid
2.Cor. 1.b. Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Hoc & nos dicimus, Amate pacē, amate Christū: si enim amant pacē, Christū amant. Cū ergo dicimus, amate pacē: hoc dicimus, amate Christū, Quare? Quia de Christo ait Apostolus, Ipse est enī pax
Eph.2.c. nostra, qui fecit vtraque vnum. Si ergo Christus ideo

A pax, quia fecit vtraque vnum, quare vos de vno fecistis duo? Quomodo ergo pacifici estis, vt cùm Christus faciat vnum de duobus, vos faciatis de vno duo? Sed quia hæc dicimus, cum his qui oderunt pacem sumus pacifici, & tamen illi qui oderunt pacem, cùm loqueremur eis, debellabant nos gratis.

IN PSALMVM CXX. ENARRATIO.

SECVNDVS est iste Psalmus eorum, quorum titulus est, Canticum graduum. Plures enim sunt significantes, vt iam in primo eorum audistis, ascensum nostrū, qui fit in corde ad Deū, à cōualle plorationis, id est, ab humilitate tribulationis. Ascensus enim vtilis nobis nō potest esse, nisi primò † humilitatis à con- al. humilitate.
ualle plorationis nobis ascendēdū esse meminerimus: conuallis enim terræ locus est depressus, sicut loca terræ alta montes & colles, ita conuallis locus humilis: ne
B dum præproperè & præposterè quærimus exaltari, nō ascendamus, sed ruamus. Docuit autem ipse Dñs à cōualle plorationis ascendendū, quando pro nobis humiliari vsq; ad mortem crucis & pati dignatus est. Hoc exemplū non relinquamus. Istam conuallem plorationis martyres intellexerunt. Vnde intellexerū t? vnde? Quia & ipsi de cōualle plorationis vt coronarentur ascenderūt. Cōgruit & hodierno dici Psalmus iste Cāticum graduū: de illis enim dictum est, Euntes ibant & Psal. 125.a.
flebāt, mittentes semina sua. Hæc est conuallis plorationis, vbi à flentibus mittūtur semina. Quæ sunt autē semina? Bona opera in ista tribulatione terrena. Qui bene operatur in conualle plorationis, similis est homini seminanti per hyemem. Nūquid frigore ab opere deterretur? Sic nos pressuris mundi non debemus à bono opere deterreri, quia vides quid sequitur: Eūtes, Psal. 125.
inquit, ibāt & flebant, mittentes semina sua. Valde mi-
C seri si semper flebant, valde miseri si nunquam de lachrymis liberandi. Sed vide quid sequitur: Venientes autem venient in exultatione, portantes † germina al. semine.
sua. Nihil aliud istis cāticis docemur, fratres, quā ascēdere: sed ascendere in corde, in affectu bono, in fide, 1.Thess. 5.b.
spe, & charitate, in desiderio perpetuitatis & vitæ æternæ. Sic ascēditur. Cōgruit nos dicere quomodo ascendendū sit. Quanta terribiliora lecta de Euangelio audiuit charitas vestra! Videtis certè, quia hora Dñi
Matt. 24.d. sicut fur in nocte ita veniet. Si sciret, inquit, paterfamiliās qua hora fur veniret, amen dico vobis quia non pateretur perfodi parietē suū. Dicitis modò, quis ergo nouit qua hora veniet, quæ hora sicut fur erit? Nescis qua hora veniat, semper vigila; vt q̄ nescis quādo veniat, paratū te inueniat cū venerit. Et ad hoc fortè nescis quādo venturus est, vt semper paratus sis. Illū enim patrem familiās subitò occupabit hora illa, qui pa-
D terfamiliās superb⁹ significatus est. Noli velle esse paterfamiliās, & nō te subitò illa hora occupabit. Et quid ero, inquis? Qualē audisti de Psalmo, Pauper & dolēs Psal. 68.d.
ego sum. Si enī pauper & dolens eris, nō eris paterfamiliās quē illa hora subitò inueniet, & subitò premet. Patres familiās enī sunt illi qui præsumentes de cupiditatibus suis, & in deliciis huius seculi diffluentes, tument: & erigūtur aduersus humiles, & insultāt sanctis intelligentibus angustā viā, quæ ducit ad vitā. Talibus Matth. 7.
enim veniet illa hora subitò, quia tales erāt & in dieb⁹ Noë, quorū dierū cōmemorationē audistis factā in Euāgelio. Sic erit aduētus filij hoīs, inquit, quomodo in Matt. 24.d.
dieb⁹ Noë: Manducabāt, bibebāt, nubebāt, vxores ducebāt, nouellabāt, ædificabāt, donec introiit Noë in arcam: & venit diluuiū, & perdidit oēs. Quid ergo? Oēs Gene. 7.b.
peribūt qui ista faciūt, qui nubūt, qui vxores ducunt, qui nouellant, qui ædificant? Non: sed qui de his præsumunt,

sumunt, sed qui ista Deo præferūt, sed qui propter hęc offendere Deū citò parati sunt. At verò qui istis omnibus aut non vtuntur, aut vtuntur tanquam non vtētes, plus præsumentes de illo qui dedit quā de his quæ data sunt, & intelligētes in his eius consolationem & misericordiā: & non sunt occupati donis, ne à donatore ruant: qui tales sunt, non illos inueniet imparatos
1.Thes. 5.a. hora illa sicut fur: talibus dixit Apostolus, Vos autem non estis in tenebris, vt dies ille vos tanquā fur cōprehēdat: omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. Ideo Dominus cū diceret timēdam esse horam sicut furē,
1.Thes. 1.a. noctē posuit: & Apostolus ita ait, Quia hora Domini sicut fur in nocte ita veniet. Non vis vt te inueniat, noli esse in nocte. Quid est, noli esse in nocte? Filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum. Qui sunt filij noctis & tenebrarū? iniqui, impij, infideles. Sed & ipsi audiant antequā veniat hora, & dicat il-
Ephes. 5.b. lis Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem B lux in Domino. Sicut iste Psalmus habet, euigilent. Iā illuminati sunt montes, quid adhuc dormiunt?

Expositio Psalmi.

LEVANT oculos suos in mōtes, vnde veniet auxiliū illis.) Quid est iam illuminati sunt montes? Iā ortus est sol iustitiæ, ab Apostolis prædicatū est Euāge-
Matt. 27.f. liū, prædicatæ sunt Scripturæ, patuerunt omnia sacramenta, cōscissum est velū, patuit secretum templi: iam tandem leuent oculos suos in montes, vnde veniet auxiliū illis. Hoc enim præcipit illis iste Psalmus, secundus de his qui inscribūtur, Canticum graduū. Sed nō rursus præsumant de mōtibus, quia ipsi montes non à
Ioan. 1.b. se lucent, sed ab illo lucent de quo dictū est, Erat lumē verū, quod illuminat omnem hominē venientē in hūc mundū. Montes possunt intelligi, homines magni, homines clari. Et quis maior est Ioanne Baptista? Qualis
Matt. 11.b ille mons erat de quo Dominus ipse dicit, In natis mulierū nemo exurrexit maior Ioāne Baptista? Vides certè istū magnū montē lucentē, audi confitētem. Quid C confitentē? Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus. De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxiliū, nō à montibus, in quos tamē nisi leuaueris oculos per Scripturas, non admoueberis, vt ab illo illumineris. Canta ergo quod sequitur.
Editio Parisiensis plura hic complectitur, desūtque nonnulla. Si vis audire vt firmissimè ponas pedes in gradibus, ne in illa ascensione aut fatigeris aut lapsus cadas, dic q̄ sequitur, Ne des ad mouendū pedem meū.) Vnde mouentur pedes? Vnde motus est pes illi qui erat in paradiso. Sed prius attende vnde motus est illi pes qui erat inter angelos, & moto pede cecidit, & de angelo fact⁹
al. Quare? vnde cecidit? est diabolus: moto enim pede cecidit. Quære vnde cecidit, superbia cecidit. Non ergo mouet pedem, nisi superbia: ad ruinam non mouet pedem, nisi superbia. D Ad ambulandum & proficiendū & ascendendū charitas mouet pedem. Ideo & ille quid dicit in Psalmo?
Psal. 35.b. Filij autē hominum sub tegmine alarum tuarū sperabunt. Si sub tegmine semper humiles, semper de Deo sperantes, semper de se non præsumentes. Sub tegmine alarum tuarū sperabunt: non enim à se satiantur vt beati sint. Sed quid sequitur? Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos. Ecce sitientes, ecce inebriati: ecce sitiūt, ecce bibunt: sed non à se bibunt, nec ipsi sibi sunt fontes. Sed vnde bibūt? Sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Si sub alis humiles sunt. Quare? Quia apud te, inquit, est fons vitæ. Non ergo à se irrigantur montes, sicut à se non illuminantur montes. Nā vide quid sequitur, In lumine tuo videbimus lumen. Si ergo in lumine ipsius videbimus lumē, quis cadit à lumine, nisi cui ipse non est lumen? Et qui voluerit sibi esse lumen,

A ipse cadit à lumine quo illuminatur. Ideo sciens non cadere nisi eum qui sibi vult lucere, cū sit per se tenebræ: statim subiecit, Nō veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorū non moueat me: id est, imitatio peccatorū non moueat me: vt cadā à te. Quare timuisti & dixisti, Nō veniat mihi pes superbiæ? Sequitur, ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Quos modò vides operari iniquitatē, iam damnati sunt: sed vt dānarentur, ibi ceciderūt, cū illis venit pes superbię. Rectè ergo iste audiens, vt ascendat, & non cadat, vt à cōualle plorationis proficiat, non in tumore superbiæ deficiat, ait Deo, Ne des ad mouendū pedem meū. Et Deus illi, Neq; dormitet, qui custodit te.) Intēdat charitas vestra. Quasi vna sententia facta est ex duabus vocibus. Homo dicit ascendens & cantans canticū nouū, canticū graduū, Ne des ad mouendū pedem meū: & Deus tanquam diceret ad te, Ne des ad mouendū pedem meū, dicis mihi: Adde, Neq; dormitet qui custodit te, & nō mouebitur pes tuus. Dixerit autē ille, Nūquid in potestate mea est, vt non dormitet qui custodit me? Volo vt non dormiat neq; dormitet. Ergo illū tibi elige, qui nō dormitet neq; dormitabit, & nō mouebitur pes tuus. Deus nunquam est dormiens. Si vis habere custodem nō dormientem, Deū elige custodē. Ne des ad mouendū pedē meū dicis tu, bene, optimè: sed & ille dicit tibi, Neq; dormitet qui custodit te. Tu fortè cōuersurus te eras ad homines custodes, & dicturus, Quem sum inuenturus non dormientem? quis homo nō dormitabit? quē inuenio? quò ibo? quò reuertar? Iste tibi ostendet. Ecce non dormitabit neq; obdormiet, qui custodit Israël.) Vis habere ergo custodē nō dormientem neq; dormitantem? Ecce nō dormiet neq; dormitabit qui custodit Israël: Christ⁹ enim custodit Israël. Esto ergo Israël. Quid est Israël? Israël in-
C terpretatur homo videns Deū. Et quomodo videtur Deus? Primò per fidem, postea per speciē. Sed si Israël per speciem nondū potes, per fidem vide. Si faciē ei⁹ videre non potes, quoniam ibi species: posteriora eius vide. Hoc dictū est Moysi à Domino, Non potes vide- Exod. 33.d.
re faciem meam: posteriora mea videbis cū pertransiero. Expectas fortè vt transeat. Iam transiit, tu vide posteriora ipsius. Vbi transiit? Audi Ioannem, Cùm venis-
Ioan. 13.a. set, inquit, hora, vt transiret de mundo ad patrem. Dominus noster Iesus Christus iam fecit pascha. Pascha autem transitus interpretatur. Nā verbū est Hebræū, & putant homines Græcū esse, quasi passionem: sed nō est. A diligentioribus, & à doctioribⁿ inuentū est quia pascha Hebræū verbū est & non interpretatur passionem, sed transitū. Per passionem enim transiit Dominⁿ à morte ad vitam: & fecit nobis viam credentib⁹ in re-
D surrectionem eius, vt transeamus & nos de morte ad vitam. Non magnū est, credere quia mortuus est Christus: hoc & Pagani & Iudæi, & omnes iniqui credūt. Hoc omnes credunt, quia mortuus est. Fides Christianorū, resurrectio Christi est. Hoc pro magno habemus, quia credimus eū resurrexisse: Ergo se voluit videri, cū transiret: hoc est, cū resurrexisset. Tūc in se
Rom. 4.d. voluit credi, cùm transiret: quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et ipsam fidem in resurrectione Christi maximè commendauit Apostolus: ait enim: Si credide-
Rom. 10.b. ris in corde tuo, quia Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris. Non dixit, Si credideris quia mortuus est Christus, quod & Pagani & Iudæi, & oēs inimici eius crediderunt: sed ait, Si credideris in corde tuo, quia Deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Hoc est credere, hoc est esse Israel, hoc est videre Deum. Quamuis adhuc posteriora eius videas, tamen cùm credi-

deris in posteriora, peruenies ad visionē faciei. Quid
est hoc? Cū credideris in id quod posterius pro te fa- A
ctus est Christus, cū credideris in id quod posterius su-
scepit Christus. Nā in principio facies eius quæ est? In
principio erat verbum, & verbū erat apud Deū, & Deꝰ
Ioan.1.b. erat verbū. Posteriora eius quæ sunt? Et verbū caro fa-
ctum est, & habitauit in nobis. Cùm ergo credis in hoc
quod pro te factū est verbū, & resurrexit in carne: ne
tu de tua carne desperares efficeris Israël. Factus autē
Israël cū fueris, non dormitabit neq; dormiet qui cu-
stodit te, quia iā Israël es, & audisti in Psalmo, Ecce nō
dormitabit neq; obdormiet qui custodit Israël: Chri-
stus enim ipse dormiuit, sed resurrexit. Quid enim ait
Psal.3.b. ipse in Psalmo? Ego dormiui, & somnū cepi. Nunquid
remansit in somno? Exurrexi, inquit, quoniā Dñs susci-
piet me. Si ergo iam resurrexit, iam transiit; si iam tran-
siit, vide posteriora eius. Quid est, vide posteriora eius?
Crede in resurrectionem eius. Et quid ait Apostolus?
2.Cor.13.b. Et si crucifixus est ex infirmitate, viuit in virtute Dei. B
Rom.6.b. & iterum ait, Christus surgens à mortuis iam nō mo-
ritur & mors ei vltrà non dominabitur. Rectè tibi cā-
tat. Ecce non dormitabit neq; obdormiet qui custodit
Israël. Adhuc fortè quæris carnali sensu, Quis est, qui
non dormitabit neq; obdormiet? Et cùm quæris inter
homines, falleris, nunquam inuenturus es. Noli ergo
præsumere de quoquam homine. Omnis homo dor-
mit, & dormitat. Quādo dormitat? Cū portat carnem
infirmitatis. Quando dormiet? Cùm fuerit mortuus.
Noli ergo præsumere de homine. Potest dormitare
mortalis: dormit moriens. Noli quærere inter homi-
nes. Et quis, inquis, custodit me, qui nō dormitat neq;
dormiet? Audi quid sequitur: Dominus custodit te.
Non ergo homo dormitans & dormiens, sed Dñs cu-
stodit te. Quomodo te custodit? Dominus tegumentū
tuum, super manū dexteræ tuæ.) Eia fratres intelliga-
mus adiuuante Domino quid sibi velit, Dñs tegumē-
tum tuum super manum dexteræ tuæ. Videtur enim
mihi habere sensum occultum quare non dixerit; Domi-
nus custodiet te, absolutè & simpliciter; sed addidit,
super manū dexteræ tuæ. Quid enim? Dexteram no-
stram Deus custodit, & sinistram nostram nō custodit?
Nónne ipse nos totos fecit? Nōne qui nobis fecit dex-
teram, ipse fecit & sinistram? Postremò si placuit dici
de dextera sola, quare dixit, super manum dexteræ
tuæ, & non iam super dexteram tuam? Cur hoc dice-
ret, nisi aliquid hic occultum, ad quod pulsando per-
ueniremus, absconderet? Diceret enim, aut Dominus
custodiet te, & nihil adderet: aut si dexteram addere
voluit, Dominus custodiet te super dexteram tuam:
aut certè quia addit manum, hoc diceret, Dominus
custodit te super manum dexteram tuam, non super
manum dexteræ tuæ. Quod Dominus ipse suggerere
D dignatur, promam vobis, qui & in vobis habitat, sine
dubio facit vos approbare verum esse quod dico. Nā
quid dicturi sumus ignoratis, sed cum dixerimus, non
ab ipsis nobis vobis ostendemus verum esse quod di-
cimus, sed vosipsi agnoscetis verum esse quod dicimꝰ.
Vnde autem agnoscetis, nisi demonstrante illo qui in
vobis habitat, inquantum de illo numero estis, quorū
vox est, Ne des ad mouendum pedem nostrum: & qui-
bus dicitur, Neque dormiet qui custodit te? Oportet
enim vt Christus non dormiat in vobis, & modò in-
telligitur verū esse quod dicimus. Quomodo inquies?
Quia si dormiat fides vestra, dormit Christus in vo-
bis. Christus enim in corde vestro, fides est. Ait Apo-
Ephes.3.d. stolus, habitare Christum per fidem in cordibus ve-
stris. In quo non dormit fides, vigilat Christus. Et si
fortè dormiebat fides tua, & ideo in ista quæstione
fluctuabas, quasi nauis illa quæ tempestatem patieba-
tur vbi Christus dormiebat: excita Christū, & sedabū- Matth.8.a.
tur tempestates. Fidem ergo vestrā interrogo charissi-
mi, quoniā filij estis ecclesiæ, & in ecclesia profecistis.
Qui nondū profecistis, in ecclesia proficiēdi estis. Qui
iam profecistis, interrogo vos, quid soletis intelligere
quod dictū est in Euāgelio, Nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua. Hoc enim intellecto inuenietis quæ Matt.6.a.
sit dextera, quæ sit sinistra: simul intelligetis & vtramq;
partem Deū fecisse, & dexterā & sinistrā, & tamen nō
debet scire sinistra quid faciat dextera. Sinistra nostra
dicitur, quicquid tēporaliter habemus. Dextera no-
stra dicitur, quicquid nobis æternū & incommutabile
Dñs pollicetur. Si autē ille qui dabit æternā vitā, ipse
& de istis tēporalibus cōsolatur præsentē vitā, ipse fe-
cit dexterā & sinistrā. Dicit de quibusdam Psalmus a-
pud Dauid, Quorū os locutū est vanitatē, & dextera Psal.143.c.
eorum dextra iniquitatis. Inuenit ergo quosdā & re-
prehēdit, qui dexterā verā pro sinistra habebant, & ve-
ram sinistrā dexterā sibi fecerant. Qui sint isti, exponit
cōsequenter. Omnis homo qui felicitatē nō putat esse
hominis, nisi solū in istis tēporalibus facultatibꝰ & de-
liciis, & affluentia & copia mundi huius: iste est stultus
atque peruersus, qui sinistram sibi fecit dexterā. Tales
illi erant de quibus dicit Psalmus, nō quia à Deo non
acceperant etiam quæ tēporaliter possidebāt, sed quia
ipsam solam putabant esse beatā vitā, & nihil aliud re-
quirebant. Audite enim quid de illis eōsequenter dicit,
Quorū os locutū est vanitatē: & dextera eorū dextera
iniquitatis. Et sequitur, Quorū filij velut nouellæ con-
stabilitæ, filiæ eorū ornatæ sicut similitudo templi: cel-
laria eorū plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eorum
fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis, boues eorū
crassæ: non est ruina sepis nec exitus, neque clamor in
plateis eorū. Magnā felicitatē quorūdā descripsit. Pos-
C sit tamen istā felicitatem & aliquis iustus habere, sicut
habuit Iob: sed Iob pro sinistra illā habebat, non pro
dextera. Nam dexteram non habebat nisi apud Deū
perpetuam & sempiternam felicitatem. Ideo concessa
est percutiēda sinistra, & suffecit ei dextera. Quomodo
percussa est sinistra? Tentationibus diaboli. Abstulit
subitò diabolus, permissus quidem à Deo vt iustus pro-
baretur, impius puniretur: abstulit omnia. Sed Iob qui
nouerat sinistrā sinistram esse, & dexterā non nisi dex-
teram, quomodo se tenuit ad dexteram? Exultauit in
Domino, consolatus est damna, quia non est passus
damnum: de interioribus diuitiis Dei plenū cor habe-
bat. Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sicut Iob.1.d.
Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini be-
nedictum. Hæc erat dextera ipsius, ipse Dominus, ipsa
vita æterna, illa lucis possessio, fons vitæ, lumen in lu-
D mine. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: ipsa erat
dextera: sinistra verò erat pro adiutorio consolationis, Psal.35.h.
non ad firmamentum felicitatis. Nam felicitas eius
vera atque germana, Deus erat. Isti autem de quibus
dicit Dauid, quia os eorum locutum est vanitatem, & Psal.143.c.
dextera eorum dextera iniquitatis: non hinc eos re-
prehendit, quia his omnibus abundabant: sed quia os
eorū locutū est vanitatem. Quid enim sequitur? Cùm
enumerasset copias eorum, ait, Beatum dixerunt po-
pulum cui hæc sunt. Hæc est vanitas quā locutū est os
eorū, quòd beatum dixerunt populū cui hæc sunt. Tu
quid dicis, qui nosti quid est sinistra, & quid est dextera?
Sequitur & dicit, Beatus populus cuiꝰ est Domi-
nus Deus ipsius. Intēdat ergo charitas vestra. Audiui-
mus & vidimus sinistrā, audiuimus & dexteram. Audi
hoc cōfirmatū in Canticis canticorū, Sinistra eius, in Cant.2.b.
quit, sub capite meo. Sponsa dicit de spōso, de Christo
eccle-

ecclesia in amplexu pietatis & castitatis. Quid ait? Si-
nistra eius sub capite meo, & dextera eius cōplectetur
me. Quid autem quia sursum erat dextera, deorsum
sinistra, & sic complectebatur sponsus sponsam, sup-
ponens sinistram ad consolationē, imponēs dexteram
ad protectionē? Sinistra, inquit, eius sub capite meo,
Deus illā dat. Ideo sinistra eius, quia omnia ista tēpo-
ralia Deus dat. Quàm vani sunt, quàm impij qui ab i-
dolis ista petūt! Quàm multi à dęmonibus ista petunt,
& non illa habēt: & rursus, qui illa nō petunt à dæmo-
nibus, habent ea? sed non à dæmonibus ista dantur. Itē
multi petunt à Deo, & non habēt. Nouit ille dispēsare
sinistram, qui vocat ad dexterā. Ergo si est sinistra, sit si-
nistra: sed sub capite sit. Supra illā sit caput tuū: id est,
supra illam sit fides tua, vbi habitat Christus. Noli tem-
poralia præponere fidei tuæ, & non erit sinistra super
caput tuum: sed omnia temporalia sub de fidei tuæ, &
fidē tuā præpone omnibus tēporalibus, & erit sinistra
B sub capite tuo, & rectè dextera eius cōplectetur te. Au-
di hoc ipsum exponi in Prouerbiis, quid est sinistra ip-
sa, quid est dextera: cùm de sapiētia diceret, Lōgitudo,
inquit, dierum, & anni vitæ in dextera eius, in sinistra
Prouc.3.c. autem eius diuitiæ & gloria. Longitudo illa dierū, æ-
ternitas est. Hoc enim proprio modo dicit Scriptura
longū, quod æternū est. Nā quicquid finē habet, breue
est. Alio loco, Longitudine, inquit, dierū replebo eum.
Exod.10.b. Et nunquid aliter pro magno diceretur, Honora patrē
tuū & matrē tuā, vt longęuus sis super terrā? Super quā
Psal.141.b. enī terrā, nisi de qua dicit, Spes mea es tu, portio mea
in terra viuentiū? Ibi esse lōgæuum quid est, nisi ibi vi-
uere in æternū? Nā hic esse longæuum quid est, nisi vs-
que ad senectutē peruenire? Et si longa videatur ætas,
cùm venerit mors conuincitur breuis: quia finitur. Et
multi maledicentes parentibus senescunt in hac terra,
C multi autem obsequentes parentibus, citò eūt ad Do-
minum. Nūquid ergo impletur, vt longæuus sit secun-
dum hanc vitā? Sed longæuum pro æternitate illa posi-
Prouc.3.c. tum est. Longa vita est in dextera eius. At verò diuitiæ
& gloria, id est, sufficientia vitę huius, ea quæ bona e-
xistimantur ab hominibus: sinistra est. Nescio quis ve-
nit & vult tibi percutere dexterā, id est, tollere tibi fidē
Matth.5.f. tuam. Accepisti alapam in dexterā, præbe sinistram: id
est, vt illud tollat quod temporale est, non ea quæ ęterna habes. Audite Paulum apostolum hoc facientem.
Act.22.f. Homines persequebātur in eo quòd Christianus erat:
percutitur illi dextera, ille sinistram opponebat: Ciuis
Romanus sum, ait. Dexteram cōtemnebant illi, & ille
de sinistra terrebat, quia illi dexteram eius timere non
poterant: nondum enim Christo crediderant. Quid
ergo? Si dextera amplectitur, sinistra sub capite est.
Matth.6.a. Quid est, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera
D tua? Id est, quando facis bonum opus, propter vitam
æternam fac. Nam si opus bonum in terra propterea
feceris, vt terrena tibi abundent, scit sinistra tua quid
faciat dextera tua, miscuisti dexteram sinistræ. Noli
facere nisi propter vitam æternam. Si ideo facis, se-
curus facies: hoc enim mandauit Deus. Si propter
solas res humanas, & solam vitam istam facis quod fa-
cis, sinistra sola operatur. Si autem propter vitam æ-
ternam opereris, dextera sola operatur. Si autem ha-
bes intentionem ad vitam æternam, sed surrepit tibi
cupiditas vitę temporalis, vt attendas etiam ista quan-
do facis opus bonum, vt hic tibi aliquid retribuatur:
miscet se sinistra operibus dexterę. Hoc vetat Deus.
Veniamus nunc ad illud quod ait Psalmus, Dominus
tegumentū tuū super manū dexteræ tuę. Manum po-
testatem dicit. Vnde probamus? Quia & manus Dei,
Iob.1.c. potestas Dei dicta est. Nam diabolus qui tentauit Iob,
A hoc ait Deo, Mitte manū tuam, & tāge omnia quæ ha-
bet. Quid est, mitte manum tuam, nisi da potestatem?
Euidentiꝰ audi, frater, ne fortè carnali sensu adhuc co-
gites, quia membris distinctus est Deus: audi euidenter
quomodo dicatur manus potestas. Ait quodam loco
Prou.18.d. Scriptura, Mors & vita in manibus linguę. Nouimus
linguas frusta quędam carnis, in ore mouentur, & per-
cutiendo palatū & dentes distinguūt sonos quibus lo-
quimur. Ostendantur mihi manus linguę. Lingua er-
go nō habet manus, sed habet & manus. Quę sunt ma-
Matt.12.c. nus linguę? Potestas linguæ. Quid est, mors & vita in
manibꝰ linguæ? Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo
condemnaberis. Ergo si manus potestas, quid est ma-
nus dexteræ? Nihil arbitror intelligi congruentius, nisi
vt intelligamus manum dexteræ potestatē quam tibi
dedit Deus: vt si velis, donante Deo, ad dexteram sis.
Erunt enim impij omnes ad sinistram, erunt autē om-
B nes filij boni ad dexteram: quibus dicetur, Venite Matt.25.d.
benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis para-
tum est ab origine mūdi. Vt autem sis ad dexteram, id
est, vt possis Dei filius fieri, potestatem accepisti. Quam
potestatem? De qua dicit apostolus Ioannes, Dedit eis
potestatem filios Dei fieri. Vnde accepisti hanc pote- Ioan.1.b.
statem? Credentibꝰ, inquit, in nomine eius. Si ergo cre-
dis, ipsa tibi potestas data est, vt sis inter filios Dei. Esse
autem inter filios Dei, hoc est ad dexteram pertinere.
Ergo fides tua manus dexteræ tuæ: id est, potestas quæ
tibi data est, vt sis inter filios Dei, manꝰ est dexterę tuę.
Sed quid valet ipsa potestas quam accepit homo, nisi
Dominus protegat? Ecce credidit, iam ambulat in fide.
Infirmus est, inter tētationes agitatur, inter molestias,
inter carnales corruptiones, inter suggestiones cupidi-
tatis, inter versutias & laqueos inimici. Quid valet er-
go quia habet potestatem, & credidit in Christum, vt
C sit inter filios Dei? Væ homini illi, nisi & ipsius fidem
Dominus protegat, id est, vt non te permittat tentari
1.Cor.10.d suprà quàm potes ferre: sicut dicit Apostolus, Fidelis
Deus, qui non vos permittet tentari suprà quàm pote-
stis ferre. Ille ergo qui non finit tētari suprà quàm pos-
simus ferre, quamuis iam fideles simus, quāuis iam ma-
nus dexteræ nostræ sit in nobis: protegit nos Deus su-
per manum dexterę nostræ. Non nobis sufficit habere
manum dexteræ, nisi ille & ipsam manū dexteræ pro-
tegat. Ecce hoc de tentationibus dixi. Intendite quid
sequatur. Protegat te Dominꝰ super manū dexteræ tuę
dixi, & quod arbitror recognouistis. Si enim nō recog-
nouissetis, & de Scripturis non recognouissetis, non
vocibus vestris intellectū vestrū mihi significaretis. Er-
go quia intellexistis, fratres, videte quid sequitur, qua-
re protegat Dñs & super manū dexterę, id est, super ip-
Ioan.1.b sam fidē, in qua potestatē accepimꝰ esse inter filios Dei,
& esse ad dexteram. Quare oportet vt protegat Dñs?
Propter scandala. Vnde sunt scandala? De duobus ti-
mēda sūt scandala, quia & duo sunt præcepta in quibꝰ
Matt.22.d. tota lex pēdet & prophetæ, dilectio Dei & proximi. Ec-
clesia propter Deū, in Deo proximus diligitur, Deus
autē propter Deū. In Deo, intelligitur figuratè dictus
sol: in ecclesia, intelligitur figuratè dicta luna. Quisquis
potest errare vt aliud de Deo credat quàm oportet, nō
credat patrē & filiū & spiritū sanctū vnius esse substan-
tię, deceptus est versutia hęreticorū, maximè Arria-
norum. Si aliquid minus in filio, aut minus in spiritu
sancto quàm in patre crediderit, passus est scandalum
in Deo. Quisquis rursus putauerit Ecclesiam in vna
parte esse, & non eam cognouerit diffusam toto orbe
Matt.24.b. terrarū, & crediderit eis qui dicunt, Ecce hic est Chri-
stus, & ecce illic, sicut modò audistis cùm Euangelium
legeretur, cùm ille totum orbem emerit, quia tantum

pretium dedit: ille tanquã in proximo scandalizatur, à luna vritur. Quisquis ergo errat in ipsa substantia veritatis, à sole vritur, & per diẽ vritur, quia in ipsa sapiẽtia errat, de qua dictum est, Dies diei eructat verbũ: vnde
Psal. 18.a. dicit & Apostolus, Spiritalibus spiritalia comparã⁹.
1.Cor.12.d Dies diei eructat verbũ, spiritalibus spiritalia cõparãtes. Dies diei eructat verbũ, sapientiã loquimur inter perfectos. Quid est, & nox nocti annunciat scientiam? Paruulis prædicatur humilitas Christi, & caro Christi, & crucifixio Christi, quia ipsum est lac quod sufficit paruulis: & ideo nõ relinquũtur in nocte paruuli, quia lucet & luna etiã in nocte, id est, per carnẽ Christi prædicatur Ecclesia, quia ipsa caro Christi caput Ecclesiæ est. Quisquis ibi nõ scandalizatur, in ipsa Ecclesia & in carne Christi, à luna non vritur. Quisquis scãdalizatus non fuerit in veritate illa incõmutabili & incõtaminabili, à sole non vritur: non isto sole non vritur quẽ nobiscũ vident, muscę & pecora, sed illo sole de quo di-
Sap. 5.b. cũt impij in fine, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactatio quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra. Et cũ ista dixissent, Ergo inquiũt, errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumẽ nõ luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Nunquid nõ iste sol omnib⁹
Matt. 5.g. impiis oritur, illo instruente de quo dictũ est, Qui facit solem suũ oriri super bonos & malos? Ergo aliũ solem fecit Deus, qui oritur super bonos & malos, istũ quem vident & boni & mali. Alius est autem ille sol, nõ fact⁹, sed genitus, per quem facta sunt omnia, vbi est intelli-
Sapi. 5.a. gentia incommutabilis veritatis. De ipso dicũt impij, & sol non ortus est nobis. Quisquis in ipsa sapientia nõ errat, non vritur à sole. Quisquis in Ecclesia & in carne Domini, & in his quæ pro nobis tẽporaliter gesta sunt, non errat, non vritur à luna. Omnis autem homo quãuis iam crediderit in Christũ, aut ibi errat, aut ibi non errat, si non in illo fit quod dictũ est, Domin⁹ tegumẽtum tuum super manum dexteræ tuæ. Ideo enim cùm dixisset, Dominus tegumentũ tuum super manũ dexteræ tuæ, quasi quæsisset ille & dixisset, Iã ecce est manus dexteræ meæ, iam elegi credere in Christum, accepi potestatem inter filios Dei esse, quid est quod De⁹ tegumentum meum est adhuc suprà, id est, super manum dexteræ meæ? Sequitur, Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.) Ad hoc igitur tegumentum tuum est super manum dexteræ tuæ, vt non te vrat sol per diem, neque luna per noctem. Nam hinc intelligite, fratres, quia figuratè dictum est, Etenim reuera, fratres, solem visibilem si cogitemus, vrit per diem. Nunquid luna vrit per noctem? Sed quid est vstio? Scanda-
2.Cor.11.g. lum. Audi Apostolum dicentem, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Per diem ergo sol non vret te, neque luna per noctem. Quare? Quia Dominus custodiet te ab omni malo.) A scandalis in sole, & scandalis in luna. Ab omni malo te custodiet qui est tegumentũ tuum super manũ dexteræ tuæ, qui nõ dormit neque dormitabit. Et ad quã rem? Quia in tentationibus sumus. Dominus custodiet te ab omni malo.

Custodiat animam tuam Dominus.) Etiam ipsam animam. Custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc & vsque in seculum.) Non quasi corpus tuum, nam in corpore perempti sunt martyres, sed custodiet animam tuam Dominus: quia de anima nõ cesserunt martyres & sæuiebant persecutores in Crispinam, cuius hodie natalitia celebramus, sæuiebant in feminam diuitẽ & delicatam: sed fortis erat, quia Dominus tegumentum eius super manum dexteræ eius, ille qui eam custodiebat. Hæc enim, fratres, nunquid est qui in Africa ignoret? Clarissima etiam fuit, nobili

A genere, abundans diuitiis: sed hæc omnia sinistra erãt, sub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput, & sinistra illi obiecta est, quæ erat sub capite. Caput supra erat, dextera desuper cõplectebatur. Quid poterat facere persecutor, quamuis delicatæ feminæ? Erat quidẽ illa & sexu infirma, & diuitiis fortè languidior, & consuetudine corporali infirmior. Sed quid ad tanta munimenta? quid ad illum sponsum mittentem sinistram Cant.2.b.
sub caput, & dextera sua complectentem? quando sic munitam percuteret inimicus? Et tamen percussit, sed in corpus. Quid autem dicit Psalmus? Custodiat animam tuam Dominus. Anima non cessit, corpus percussum est. Et corpus ad tempus percussum est: nam in fine resurrecturum est, quia & ipse qui dignat⁹ est esse caput Ecclesiæ, præbuit corpus suum ad tempus percutiendum. Sed carnem suam ille triduo resuscitauit, carnem nostram in fine resuscitaturus est. Ideo susci-
B tatum est caput, quod attenderet corpus vt nõ deficeret. Custodiat animam tuam Dominus. Ipsa non cedat, ipsa non frangatur scãdalis, in persecutionibus, in tribulationibus, ipsa non †cadat deficiendo: sicut Do- al. cadat.
minus dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, Matt. 10.
animã autem non possunt occidere: sed eum timete, qui habet potestatem corpus & animam occidere, & mittere in gehennam ignis. Hanc ergo animam tuam custodiat Dominus: ne cedas persuasori malo, ne cedas promittenti falsa, ne cedas minanti temporalia, & custodiat animã tuam Dominus. Et deinde custodiat Dominus introitũ tuũ & exitũ tuũ, ex hoc & vsque in seculũ. Nã introitũ tuũ ad tempus attende. Custodiat Dominus introitũ tuũ & exitum tuũ, ex hoc & vsque in seculũ: exitũ idem custodiat. Quid est, introitũ tuũ? quid est exitum? Quando tentamur, intramus: quando vincimus tentationẽ, eximus. Audi introitum, audi e-
C xitum. Vasa figuli probat fornax, ait Scriptura, & ho- Eccl.27.a.
mines iustos tentatio tribulationis. Si sic sunt homines iusti quomodo vasa figuli, necesse est vt vasa fornacem intrent. Et non quando intrãt iam securus est figulus, sed cùm exierint. Dominus autem securus est, quia nouit qui sunt eius, nouit qui in fornace nõ crepent. Illi autem non crepant, qui non habent vẽtum superbiæ. Humilitas ergo custodit in omni tentatione: quia à conualle plorationis ascendimus cantãtes Canticũ graduum: & custodit Dominus introitum, vt salui intremus. Sana fide simus quando accedit tentatio, & custodit exitũ ex hoc & vsq. in seculũ. Cũ enim exierimus ab omni tentatione, iam in æternũ nulla nos tẽtatio terrebit, nulla concupiscentia saltem sollicitabit. Audi Apostolũ idipsum commemorantem, quod paulò antè commemoraui: Fidelis De⁹, qui non permittat 1.Cor.10.d
vos tentari suprà quàm potestis ferre. Ecce introitus
D tuus custoditur, quando non tibi finit Deus accidere tentationem quam non potes ferre. Introitum tuum custodit, videre si custodit & exitũ. Sed faciet, inquit, cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Nunquid possumus nos, fratres, interpretari aliter, quàm ipsa verba Apostoli docuerunt? Custodite ergo vos, sed non à vobis, quia Dominus tegumentũ tuum, qui custodit, qui nõ dormitat nec dormit. Semel dormiuit pro nobis: surrexit, iam non dormiet. Nemo de se præsumat. De conualle plorationis ascendimus, non remaneamus in via. Gradus in via restant: non debemus pigri remanere, non debemus superbi cadere. Dicamus Deo, Non moueatur pes noster, non dormiet qui custodit nos. In nostra potestate est, Deo donante, si eum nobis faciamus custodẽ qui non dormit neq. dormitat, quia ipse custodit Israël. Quem Israël? Videntẽ Deum. Ita erit auxilium tuum à Domino,

ita

ita erit tegumentum tuũ super manũ dexteræ tuæ: ita
A custoditur introitus tuus & exitus tu⁹ ex hoc & vsque in seculũ. Nã si de te præsumpseris, motus est pes tuus: si motus est pes tuus, iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis, si superb⁹ es: quia humilis in conualle plorationis dicit, Ne des ad mouendũ pedẽ meũ. Et si breuis Psalmus est, longa tamen tractatio, & longus sermo. Putate, fratres, quia per natalem beatæ Crispinæ inuitaui vos, & immoderatior fui in cõuiuio producendo. Nónne posset hoc vobis fieri, si quis vos militaris inuitaret, & ad mẽsam sine mẽsura bibere cogeret? Liceat nobis hoc facere in sermone diuino, vt inebriemini & satiemini, quemadmodũ & Dominus pluuia sua temporali dignat⁹ est terram irrigare, vt cùm maiore gaudio nos sineret ire ad locũ martyrũ, sicut hesterno die promiseram⁹. Illi enim martyres sine labore hic sũt nobiscum.

IN PSALMVM CXXI. ENARRATIO.

SICVT amor immundũs inflammat animam, & ad terrena concupiscenda & peritura sectãda vocat, & in ima præcipitat, atq; in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea quę non transeunt neque moriuntur, excitat animã, & de profundo inferni leuat ad cælũ. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis: necesse est vt ducat. Sed vis nosse qualis amor sit? Vide quò ducat. Nõ enim monemus vt nil ametis, sed monemus ne mundũ ametis: vt eũ qui fecit mũdũ, liberè ametis. Obligata enim anima amore terreno, quasi viscum habet in pennis, volare non potest. Mũdata verò ab affectibus sordidissimis seculi, tanquã extensis pennis & duabus alis resolutis ab omni impedimento, id est, duobus præceptis dilectionis Dei & p-
Matt.22.d. ximi volat. Quò, nisi ad Deũ ascendens volando, quia
C ascendit amando? Quod antequã possit, gemit in terra,
Psal.54.b. si iã inest ei volãdi desideriũ: & dicit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescã? Quò autẽ volabit? De mediis scandalis, vbi gemebat etiã iste cuius hæc vox est quã commemoraui. De mediis ergo scandalis à cõmixtione malorũ hominũ, à paleis quib⁹ grana commixta sunt, volare vult, vbi nõ patiatur coniunctionẽ & societatẽ iniqui alicuius: sed viuat in sancta societate angelorũ ciuiũ in æterna Hierusalẽ. Ideo Psalmus iste quẽ hodie suscepimus tractandũ sanctitati vestræ, ipsam Hierusalem desiderat, id est, iste qui ascẽdit, in hoc Psalmo; est enim: Canticũ graduũ.) quod sæpe diximus charitati vestræ, quia nõ sunt ibi gradus descendentiũ, sed ascendentiũ. Ascẽdere ergo vult iste. Et quò vult ascendere, nisi in cælũ? Quid est, in cęlum? Vtrũ ideo vult ascẽdere, vt sit cũ sole & luna & stellis?
D Absit. Sed est in cælo æterna Hierusalẽ, vbi sunt ciues nostri angeli: ab ipsis ciuibus nostris peregrinamur in terra. In peregrinatione suspiramus, in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autẽ & socios in ista peregrinatione terræ, qui iã viderũt ipsam ciuitatẽ, & inuitant nos vt curramus ad illam. Ad hos gaudet & iste, qui dicit:

Expositio Psalmi.

IOCVNDATVS sum in his qui dixerunt mihi, in domum Domini ibimus.) Fratres, veniat in mentem charitati vestræ, si qua fortè festiuitas martyrũ & locus aliquis sanctus nominatur, quò certo die turbæ confluunt ad celebrandam solennitatẽ: illę turbæ quomodo se exuscitant, quomodo se hortantur & dicunt, eamus eamus. Et quærunt, Quò eamus? Et dicitur, ad illũ locũ, ad sanctũ locũ. Inuicem sibi loquuntur, & tanquam incensi singillatim faciũt vnam flammã: & ipsa

A vna flamma facta ex collocutione sese accendẽtiũ rapit illos ad locũ sanctũ, & cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locũ temporalẽ sic rapit amor sanctus: qualis amor debet esse qui concordes rapit in cælũ, & dicẽtes sibi, In domũ Domini ibimus? Ergo curramus, curramus, quia in domũ Domini ibimus. Curramus, & nõ fatigemur, quia illuc perueniemus vbi nõ lassabimur. Curramus in domũ Dñi, iocũdetur anima nostra in his qui ea nobis dicũt. Qui enim ea nobis dicunt, priores viderũt ipsam patriam, de longinquo clamantes ad posteriores, In domũ Domini ibimus. Ambulate, currite. Viderunt illam Apostoli, & dixerunt nobis, Currite, ambulate, sequimini, in domũ Domini ibim⁹. Et quid dicit vnusquisque nostrũm? Iocũdatus sum in his qui dixerũt mihi, in domũ Domini ibimus. Iocundatus sum in prophetis, iocũdatus sũ in apostolis. Omnes enim isti dixerũt nobis, in domũ Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri in atriis Hierusalẽ.) Ecce
B habes domũ Domini, si quærebas quid sit domus Domini. In illa domo Domini laudatur, qui cõdidit domũ. Ipse est deliciæ omniũ habitãtiũ in domo. Ipse sola spes hic, & res ibi. Ergo qui currũt, quid debent cogitare? Quasi ibi iam sint, & ibi stent. Magnũ est enim
Ioan.8.f. ibi stare inter angelos, & non deficere. Qui enim inde lapsus est, in veritate nõ stetit. Quicunque non sunt lapsi, in veritate stãt: & ille stat qui Deo fruitur: qui autẽ se frui voluerit, cadit. Quis autẽ se frui vult? Qui superbus est. Ideo ille qui semper stare volebat in atriis Hie-
Psal.35.e. rusalem, In lumine tuo, inquit, videbimus lumen: non in lumine meo. Et apud te, inquit, fons vitæ: non apud me. Et quid adiecit? Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorũ nõ dimoueat me. Ibi ceciderũt omnes qui operantur iniquitatẽ, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Si ergo illi ideo non potuerũt stare quia superbi fuerũt, humiliter tu ascende, vt dicas, Stantes e-
C rant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Cogita qualis ibi futurus sis. Et quamuis adhuc in via sis, hoc tibi pone ante oculos quasi ibi stes, quasi iam inter angelos
Psal.83.b. indeficiens gaudeas: & fiat in te quod dictũ est, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Stantes erant pedes nostri in atriis Hierusalẽ. Cuius Hierusalẽ? Solet enim dici & ista Hierusalẽ: sed ista Hierusalẽ vmbra est illius. Et quid magnũ est stare in ista Hierusalem, quando ipsa Hierusalem stare non potuit quæ in ruinam conuersa est? Hoc ergo pro magno Spiritus sanctus ex inflãmato corde amãtis huius eloquitur, quia dicit, Stãtes erant pedes nostri in atriis
Hierusalem? Nónne illa est Hierusalem, cui dixit Do- Matt.23.d.
minus, Hierusalem, Hierusalẽ, quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te? Quid magnum ergo iste cõcupiscebat, stare inter illos qui interficiebant prophe-
D tas, & lapidabãt missos ad se? Absit vt de ista Hierusalẽ sic cogitet qui sic amat, qui sic ardet, qui sic vult peruenire ad illam Hierusalem matrem nostram, de qua dicit Apostolus, æternam in cælis. Audi postremò, no-
Gal 4.d. li mihi credere: audi quid sequatur, & quam Hierusalem designet mẽtibus nostris. Cùm enim dixisset, Stãtes erant pedes nostri in atriis Hierusalẽ: quasi diceretur illi, De qua Hierusalem dicis, de qua Hierusalem loqueris? subiecit statim:

Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.) Fratres, quãdo dicebat ista Dauid, perfecta erat illa ciuitas, non ædificabatur. Nescio quam ergo ciuitatem dicit
1.Pet.2.a. quæ modò ædificatur, ad quam currunt in fide lapides viui, de quibus dicit Petrus, Et vos tanquam lapides viui coædificamini in domum spiritalem, id est, templum Dei sanctum. Quid est, lapides viui coędificamini? Viuis, si credis. Si autem credis, efficieris

tem-

1.Cor.3.d. templū Dei:quia dicit apostolus Paulꝰ. Templū enim A
Dei sanctū est,quod estis vos. Ipsa ergo modò ciuitas
ædificatur. Præcidūtur de montibus lapides per manꝰ
prædicantiū veritatē,cōquadrantur vt intrent in stru-
cturam sempiternā. Adhuc multi lapides in manibus
artificis sunt. Non cadant de manibus artificis, vt pos-
sint perfecti coædificari in structurā templi. Est ergo i-
sta Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas:fundamentum
1.Cor.3.c. ipsius Christus est. Dicit apostolus Paulus: Fundamē-
tū aliud nemo potest ponere præter id quod positū est,
quod est Christus Iesus. Fundamentū quādo ponitur
in terra, desuper ędificantur parietes,& pondus parie-
tū ad ima tendit,quia in imo positū est fundamentū. Si
autem fundamentum nostrū in cęlo est,ad cælum ędi-
ficemur. Corpora ædificauerūt istam structuram quā
videtis amplam surrexisse huius basilicæ: & quia cor-
pora ædificauerūt,fundamentū in imò posuerūt. Quia
verò spiritaliter ædificamur,fundamētū nostrū in sum- B
mo positū est. Illuc ergo curramꝰ,ibi ædificemur: quia
de ipsa Hierusalē dictū est, Stantes erant pedes nostri
in atriis Hierusalem. Sed cuius Hierusalem? Hierusalē
quæ ædificatur vt ciuitas. Parum dixit, vt ostenderet
Hierusalē,quia dixit vt ciuitas ædificatur. Adhuc po-
test illa corporalis intelligi. Quid si enim existat aliquis
& dicat,Iam quidem & cùm ista dicerētur tēporibus
Dauid,& ista canerentur,erat ciuitas illa perfecta, sed
videbat in spiritu ruituram,& iterū ædificandam. Ex-
pugnata est enim illa ciuitas,& factus est trāsitus in Ba-
4.Reg.25.b. byloniā populi captiuitati, & dicta est ista in Scriptu-
ris, Transmigratio in Babyloniā. Et prophetauit Hie-
Hier.25.c. remias post septuaginta annos captiuitatis,ædificari
posse illam ciuitatem,quæ destructa erat à debellanti-
bus. Fortè ait aliquis, Hoc videbat Dauid in spiritu,
ruituram ciuitatem Hierusalem à debellātibus, & ite- C
rum posse post septuaginta annos ędificari:& ideo di-
xit:Hierusalē quæ ędificatur vt ciuitas. Noli ergo pu-
tare illam ciuitatem esse dictā quæ cōstat ex sanctis,tā-
quam ex lapidibus viuis. Quid sequitur vt tollat totam
dubitationem? Ait enim:Stantes erant pedes nostri in
atriis Hierusalem. Sed quam dico Hierusalem? Nun-
quid istam,inquit,quam videtis stare corporeis parie-
tibus erectam? Non,sed Hierusalem quæ ędificatur vt
ciuitas. Quare non ciuitas,sed vt ciuitas, nisi quia ista
structura parietum quę erat in Hierusalem,visibilis ci-
uitas erat,sicut propriè dicitur ab omnibus ciuitas:illa
autem ædificatur tanquā ciuitas,quia & illi qui in eam
intrant,tanquā viui lapides sunt: non enim verè lapi-
des sunt. Sicut illi vt lapides,non lapides:sic illa vt ciui-
tas,non ciuitas:quia dixit ædificatur. Nomine quippe
ædificij,structuram compagémque corporum atque
parietū voluit intelligi. Nam ciuitas propriè in homi- D
nibus habitantibus intelligitur. Sed manifestauit no-
bis ciuitatem se vrbem dixisse,quia dixit,ędificatur. Et
quia ædificium spiritale similitudinem habet quandā
ad ędificium corporale,ideo ædificatur vt ciuitas. Sed
dicat quod sequitur,& auferat omnē dubitationē:quia
non carnaliter debemus accipere, Hierusalem quæ æ-
dificatur vt ciuitas. Cuius participatio eius in idip-
sum.) Iam ergo,fratres, quisquis erigit aciem mentis,
quisquis deponit caliginem carnis, quisquis mundat
oculum cordis, eleuet & videat quid est idipsum. Id-
ipsum quomodo dicam,nisi idipsum? Fratres, si pote-
stis,intelligite quid est idipsum. Nam & ego quicquid
aliud dixero, non dico idipsum. Conemur tamen
quibusdam vicinitatibus verborū & significationum
al. aciem. perducere † infirmitatem mentis ad cogitandū idip-
sum. Quid est idipsum? quod semper eodem modo est:
quod nō modò aliud,& modò aliud est. Quid est ergo
idipsum,nisi quod est? Quid est quod est? quod ęternū A
est. Nā quod semper aliter atq; aliter est,non est: quia
non manet. Non omnino non est, sed non summè est.
Et quid est quod est,nisi ille qui quādo mittebat Moy-
sen,dixit illi, Ego sum qui sum? Quid est hoc, nisi ille
cui cùm diceret famulus eius, Ecce mittis me, si dixe-
rit mihi populus,quis te misit, quid dicam ei? nomen
suum noluit aliud dicere,quàm, Ego sum qui sum: &
adiecit & ait,Dices itaque filiis Israël,qui est misit me Exod.3.c.
ad vos. Ecce idipsum,Ego sum qui sum, Qui est misit
me ad vos. Nō potest capere;multū est intelligere,mul-
tū est apprehendere. Retine quod pro te factus est,quē
nō possis capere. Retine carnē Christi,in quā leueris ę-
grotus,& à vulneribus latronū semiuiuus relictus: vt Luc.10.f.
ad stabulū perducaris,& ibi saneris. Ergo curramus ad
domū Domini,& perueniamus ad ciuitatem vbi stent
pedes nostri:ciuitatē quæ ædificatur vt ciuitas, cuius
participatio eius in idipsum. Quid enim debes te- B
nere? Quod pro te factus est Christus, quia ip-
se Christus est: & ipse Christus rectè intelligitur,
ego sum qui sum, quomodo est in forma Dei.
Vbi non rapinā arbitratus est esse ęqualis Deo, ibi est Philip.2.a.
idipsum. Vt autē tu efficiaris particeps in idipsum, fa-
ctus est ipse prior particeps tui: Et verbū caro factū est, Ioan.1.b.
vt caro participet verbū. Quia verò quod verbū caro
factū est, & habitauit in nobis, ex semine venit Abra- Gene.22.d
hā: promissum est autē Abrahę & Isaac & Iacob,quòd
in semine eorū benedicerētur omnes gētes, & inde vi-
demus Ecclesiam toto orbe diffusam: loquitur ad in-
firmos Deus. Firmitatē cordis quæsiuit, cùm diceret,
ego sum qui sum. Firmitatē cordis quæsiuit, & aciem
contemplationis erectam,cùm dixit, qui est misit me
ad vos. Sed nondum habes fortè cōtemplationē. Noli
deficere,noli desperare. Qui est,voluit esse homo vt tu C
es:& ideo secutus ait Moysi quasi expauescenti nomē.
Quod nomen? Quòd est,est. Et dixit, inquit Dominus
ad Moysen,Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac,&
Deus Iacob, hoc mihi nomē est in ęternū. Noli de te Exod.3.c.
desperare quia dixi, ego sum qui sum, & qui est misit
me ad vos:quia tu modò fluctuas,& mutabilitate rerū
& varietate mortalitatis humanę percipere non potes
quid est idipsum. Ego descendo,quia tu nūc venire nō
potes. Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus
Iacob. In semine Abraham spera aliquid,vt confirma-
ri possis ad videndū qui venit ad te in semine Abrahę.
Ergo hoc est idipsum, de quo dictum est, Mutabis ea, Psal.101.d.
& mutabūntur,tu autē idem ipse es, & anni tui nō de-
ficient. Ecce idipsum cuius anni nō deficient. Fratres,
nónne anni nostri quotidie deficiūt, nec stant omni-
no? Nam & qui venerunt,iam non sunt, & qui futuri
sunt,nondum sunt. Iam illi defecerunt, & illi defectu- D
ri venturi sunt. In hoc ergo ipso vno die fratres, ecce
modò quod loquimur in momento est. Præteritæ ho-
ræ trāsierūt,futuræ nondū venerūt: & cū venerint,&
ipsæ trāsibūt & deficient. Qui sunt anni qui non defi-
ciūt,nisi qui stant? Si ergo ibi anni stāt, & ipsi anni qui
stant vnus annus est, & ipse vnus annus qui stat vnus
dies est:quia ipse vnus dies nec ortū habet nec occasū,
nec inchoatur ab hesterno, nec excluditur à crastino,
sed stat semper ille dies. Et quod vis vocas illū diē. Si vis
anni sunt,si vis dies est: quodcunque cogitaueris, stat
tamē. Ipsius stabilitatis participat illa ciuitas, cuiꝰ par-
ticipatio est in idipsum. Meritò ergo quia illiꝰ stabilita-
tis sit particeps,dicit iste qui illuc currit,Stantes erant
pedes nostri in atriis Hierusalē. Omnia enim ibi stāt,
vbi nihil trāsit. Vis & tu ibi stare & nō trāsire? Illuc cur-
re. Idipsū nemo habet ex se. Intēdite fratres. Quod cor-
pꝰ habet, nō est idipsum: quia non in se stat. Mutatur
per

per ætates,mutatur per mutationes locorum ac tēpo- A
rū,mutatur per morbos & defectus carnales: nō ergo
in se stat. Corpora cælestia non in se stant,habēt quas-
dam mutationes suas, etsi occultas: certè de locis in
loca mutantur,ascendunt ab oriente in occidentē,&
rursus circūeunt ad orientē. Nō ergo stāt,non sunt idi-
psum. Anima humana nec ipsa stat. Quantis enim mu-
al. volūtatibus. tationibus & cogitationibus variatur, quantis † volu-
ptatibus immutatur, quantis cupiditatibus diuerbe-
ratur atque discinditur? Mēs ipsa hominis, quæ dici-
tur rationalis,mutabilis est,nō est idipsum. Modò vult,
modò nō vult,modò scit,modò nō scit, modò memi-
nit,modò obliuiscitur. Ergo idipsum nemo habet ex
se. Qui voluit ex se habere idipsum, vt quasi ipse sibi
esset idipsum,lapsus est. Cecidit angelus, & factus est
Gen.3. diabolus. Propinauit homini superbiā, deiecit secum
inuidentia eū qui stabat. Isti sibi voluerunt idipsum es-
se:sibi principari,sibi dominari voluerūt. Noluerūt ha- B
bere verū Dominū, qui verè est idipsū: cui dictū est,
Psal.101.d. Mutabis ea & mutabūtur, tu autē idē ipse es. Iā ergo
post tantū languorem, post tantos morbos, difficulta-
tes,labores,redeat anima humiliata ad idipsū: & sit in
illa ciuitate cuiꝰ participatio eius in idipsū. Illuc enim
ascēderūt tribus.) Quærebamꝰ enim quò ascēdat qui
cecidit,quia diximus ascendētis hominis vox est,& as-
cendentis Ecclesiæ. Putamus ne quò ascēdit? Quò it?
Quò erigitur? Illuc ascenderūt,inquit, tribus. Quò as-
Luc.10.f. cenderūt tribus? In ciuitatē, cuius participatio eius in
idipsum. Ergo illuc ascēditur in Hierusalē. Homo au-
tē qui descēdebat de Hierusalē in Hiericho, incidit in
latrones. Si non descenderet, nō incideret in latrones.
Quia verò descēdendo incidit in latrones, ascendēdo
veniat ad angelos. Ascēdat ergo,quia ascēderūt tribus.
Sed quid sunt tribus? Multi nouerūt, multi non no-
uerunt. Sed & qui nouimus descēdamus ad illos qui C
non nouerunt tribus,vt nobiscū ascendant,quò ascē-
derūt tribꝰ. Tribꝰ alio nomine dici possūt curię,sed nō
propriè. Itaque tribus vno nomine vicino,alio propriè
dici possunt:sed vicino dicūtur curiæ. Nā propriè si di-
xerimus curias,nō intelligūtur nisi curiæ quæ sunt in
ciuitatibus singulis singulæ:vnde dicuntur curiales &
decuriones,id est,quòd sint in curia vel decuria:& no-
stis quia tales curias singulas habēt singulæ ciuitates.
Sunt autē vel erāt aliquando in istis quoque ciuitatibꝰ
curiæ etiā populorū, & vna ciuitas multas curias ha-
bet, sicut Roma trigintaquinque curias habet popu-
li. Hę dicūtur tribus. Has populus Israël duodecim ha-
bebat,secundū filios Iacob. Duodecim tribus erāt po-
puli Israël:sed erāt ibi mali,erāt ibi boni. Quàm enim
malæ tribus quę crucifixerūt Dominū? quàm bonę tri-
bus quæ cognouerūt Dūm? Illæ ergo tribus quæ cru-
cifixerunt Dūm,tribus sunt diaboli. Cùm ergo hic di- D
ceret,Illuc enim ascenderunt tribus: ne omnes tribus
intelligeres, addidit, Tribus Domini.) Quid est,
tribus Domini? Quæ cognouerunt Dominum. Ex ip-
sis enim duodecim tribubus malis, erant ibi boni de
bonis tribubus, quæ cognouerunt fabricatorem ciui-
tatis. Et ipsæ erant grana inter illas tribus, quæ inter
paleas commixta sunt. Ascenderunt autem non cum
paleis:sed tribus purgatæ,electæ,quasi tribus Domini.
Illuc ascēderūt tribus,tribus Domini. Quid est tribus
Domini? Testimoniū Israël.) Hoc quid sit,fratres,au-
dite testimonium Israel; id est, in quibus cognosca-
tur, quia est verè Israel. Quid est enim Israel? Inter-
pretatio nominis eius dicta est iam, & sæpe dicatur.
Fortè enim etsi recens dicta est,excidit. Dicendo nos
faciamus vt non excidat etiam eis qui legere non no-
uerunt,aut nolūt:nos simus codex ipsorum. Israel,vi-
dens Deū interpretatur:imò diligētius excusso verbo,
sic interpretatur, Israël est vidēs. Vtrūq. est vidēs Deū,
quia homo in se nō est. Mutatur enim & vertitur, si nō
participatio eius qui est idipsum. Tūc est quādo videt
Deū. Tunc enim est,quādo videt eū qui est:& videndo
eū qui est, fit & ipse pro modo suo vt sit. Ergo ipse est
Israël, & videns Deū. Superbus ergo nō est Israël, quia
nō est participatio eius in idipsum: quia ipse sibi vult
esse idipsum. Qui sibi vult esse principiū, nō est Israël.
Omnis ergo fictus nō est Israël, quia omnis superbus
necesse est vt fictꝰ sit. Hoc dico fratres mei, necesse est
vt omnis superbꝰ velit videri quod nō est:aliter nō po-
test. Et vtinā,fratres mei, sic vellet superbꝰ videri quod
nō est,vt vellet videri,verbi causa, choraula, cū cho-
raula nō esset. Citò enim probaretur si diceretur ei,cā-
ta, videamus verū choraula sis: cū nō posset,inueniretur
falsò se videri voluisse quod non erat. Dixit se eloquē-
tē,diceretur ei, Loquere. Et si probrosè locutus fuisset,
inueniretur hoc non esse quod professus est. Superbus
quod peius est,iustū se vult videri,cùm nō sit. Et quia
iustitiam intelligere difficile est, difficile est superbos
agnoscere. Volunt ergo superbi videri quod non sunt,
ideo nō est participatio eorū in idipsum. Nō pertinet
ad Israel, qui nō est vidēs Deū. Quis ergo pertinet ad
Israel? Qui est particeps in idipsum. Quis est qui parti-
cipat in idipsum? Qui confitetur se nō esse quod Deus
est,& ab illo habere quod bonū potest habere: à se au-
tem nō esse nisi peccatum,ab illo sibi esse iustitiam. Ta-
lis est in quo dolus non est. Et Dominus videns Na- Ioan.1.g.
thanaëlem quid ait? Ecce verè Israëlita, in quo dolus
non est. Si ergo verus Israelita in quo dolus non est,tri-
bus illæ ascendunt ad Hierusalem,in quibus dolus nō
est. Et ipsæ sunt testimonium Israel, id est,per illas a-
gnoscitur qui erant grana inter illam paleam, quando
area cùm videretur tota palea putabatur. Erant ergo Matt.3.c.
ibi grana. Sed cùm ascenderint in sublimitatem illam
splendoris, cùm fuerit area ventilata: tunc erit testimo-
nium Israel: tunc dicent omnes mali, Verè quia erant
ibi iusti inter malos, quando nobis omnes mali vide-
bantur,& quales nos eramus,tales omnes putabamus,
Testimonium Israel. Quò ascendunt? Quare ascēdunt?
Ad confitendum nomini tuo Domine.) Magnificētiꝰ
dici non potest. Sicut superbia præsumit, sic humilitas
confitetur. Quomodo ergo præsumptor est, qui vult
videri quod non est: sic confessor est, qui non vult vi-
deri quod & ipse, & amat quod est ille. Ad hoc ergo
ascendunt Israëlitę in quibus dolus non est, quia sunt
verè Israëlitæ, quia in ipsis est testimoniū Israël. Ad
hoc ascendunt, ad cōfitendum nomini tuo Domine.
Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium.) Mirum æ-
nigma, mira quæstio, si non intelligatur. Sedes dicit,
D quos Gręci thronos appellāt. Thronos Græci sellas di-
cunt, tanquā honorabiles. Ergo,fratres mei,nō est mi-
rum, si sedeāt homines in sedibus,in sellis. Vt autē ip-
sæ sedes sedeāt, quomodo possumus intelligere? Tan-
quam si dicat aliquis, Sedeant hic cathedræ, aut sedeāt
hic sellę. In sella sedetur, in sedibus sedetur, in ca-
thris sedetur, non ipsæ sedes sedent. Quid est ergo hoc,
Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium? Certè sole- Esa.66.a.
tis audire Deo dicente, Cælum mihi thronus est, ter- Act.7.f.
ra autem scabellum pedum meorum. Latinè autem
totum sic dicitur: Cælum mihi sedes est. Qui sunt isti
nisi iusti? Qui sunt cæli, nisi iusti? Qui cælum, ipsi
cæli: quia quæ Ecclesia, ipsæ Ecclesiæ. Sic sunt mul-
tæ, vt vna sit. Sic ergo & iusti. Ita sunt iusti cælum,
vt cæli sint. In ipsis autem sedet Deus, & de ipsis
iudicat Deus. Et non sine causa dictum est, Cæli enar- Psal.18.a.
rant gloriam Dei. Apostoli enim facti sunt cælum.
Vnde

Vnde facti sunt cælũ: Quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra, cui dictum est: Terra es, & in terrã ibis: sic iustificati facti sunt cęlũ. Portauerũt Deũ, & de ipsis Deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat cõsolationes. Erãt ergo illi cælũ, & enarrabãt gloriam Dei. Nã vt noueritis ipsos dictos cælũ, ibi ait in ipso Psalmo, In omnem terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Quæris quorũ, & inuenies, cælorum. Si ergo cælum sedes Dei, Apostoli autem cælũ: & ipsi facti sunt sedes Dei, ipsi sunt thronus Dei. Dictũ est alio loco, Anima iusti, thronus sapiẽtiæ. Magna res, magna res dicta est, thronus sapientiæ anima iusti: id est, in anima iusti sedet sapientia tanquam in sella sua, tanquã in throno suo, & inde iudicat quicquid iudicat. Ergo erant throni sapientiæ, & ideo dixit illis Dominus, Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. Sic & ipsi sedebũt super duodecim sedes, & ipsi sunt sedes Dei: de illis quippe dictũ est, Ibi enim sederũt sedes. Quoniã ibi sederunt sedes. Qui sederũt? Sedes. Et qui sunt sedes? De quibus dictũ est, Anima iusti, sedes sapientiæ. Qui sũt sedes? Cęli. Qui sunt cęli? Cælũ. Quod est cęlũ? De quo dicit Dominus, Cælum mihi sedes est. Et ipsi iusti sũt sedes, & habent sedes: & in illa Hierusalem sedebunt sedes. Ad quã rem? In iudiciũ. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes, ô vos sedes, iudicantes duodecim tribũ Israël. Quos iudicantes? Infrà qui sunt in terra. Qui iudicabũt? Qui facti sunt cælũ. Illi autẽ qui iudicabũtur, in duas partes diuidentur: vna ad dexteram, altera ad sinistram erit. Iudicabunt cum Christo sancti. Veniet enim in iudiciũ cũ seniorib' populi sui, ait Esaias. Alij sunt ergo qui cũ illo iudicabũt: alij qui ab illo iudicabuntur, & ab illis qui cũ eo iudicabunt. Diuidentur ergo isti in duas partes. Vna ponetur ad dexteram, cui enumerabuntur eleemosynæ quas fecerũt. Alia ponetur ad sinistram, cui enumerabitur crudelitas & sterilitas misericordię. Et illis ad dexteram constitutis dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ est ab origine mundi. Quare? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Et illi, Quando te vidimus esurientem? Et ille, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo quid est fratres? Illi iudicabunt de quibus dictũ est, vt fiant amici de mammona iniquitatis: vt & ipsi, inquit, recipiant vos in æterna tabernacula. Sancti sedebunt cũ Domino attendere, qui fecerũt misericordiam, & assumẽt illos separatos in dexteram in regnũ cælorũ: & ipsa est pax Hierusalem. Quæ est pax Hierusalem? Vt opera misericordię corporalia iungantur operibus prędicationis spiritalibus: & fiat pax, dando & accipiendo. Ait enim Apostolus, qui rationem dati & accepti dicit esse istas eleemosynas: ait ergo, Si nos vobis spiritalia seminamus, magnum est si vestra carnalia metamus? Et de ipsa re ait alio loco, Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non defuit illi. Quare qui multum, non abundauit? Quia quod plus habebat, dedit indigenti. Et quid est, qui modicum, non defuit illi? Quia accepit ab illo qui abundauit: vt fiat, inquit, æqualitas. Ipsa est pax, de qua dicitur, Fiat pax in virtute tua. Namque cùm dixisset, Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium, Sedes super domum Dauid:) id est, super familiam Christi, cui dederunt in tempore cibaria: statim tanquam ipsis sedibus ait, Interrogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.) O vos sedes, quia iam sedetis vt iudicetis, & facti estis sedes Domini iudicantis; quoniam qui iudicant, interrogant; qui iudicantur, interrogantur. Interrogate, inquit, quæ sunt ad pacem Hierusalem. Interrogando quid inuenient? Alios fecisse misericordiam, alios non fecisse, quos inuenient fecisse misericordiã, ipsos vocabũt ad Hierusalem, quia ipsi sunt ad pacem Hierusalem. Dilectio fortis res est, fratres, dilectio fortis res est. Vultis videre quã sit fortis dilectio? Quisquis per aliquã necessitatem non potuerit implere quod iubet Deus, amet illum qui implet, & in illo implet. Intẽdat charitas vestra. Verbi gratia, Vxorẽ habet, quã dimittere nõ potest: oportet vt obtemperet Apostolo dicẽti, Vxori vir debitũ reddat: Et, alligatus es vxori, ne quæsieris solutionem. Venit in mentẽ quia melior est vita illa de qua dicit idem Apostolus, Vellẽ omnes esse sicut memetipsum. Attẽdit eos qui hoc fecerunt: amat eos, & in ipsis implet quod in se non potest. Fortis res est dilectio. Ipsa est virtus nostra: quia si in illa non fuerimus, nihil prodest quicquid aliud habuerim'. Si linguis hominũ loquar, dicit Apostolus, & angelorum, charitatẽ autẽ non habeã, factus sum quasi æramentũ sonãs, aut cymbalum tinniens. Adiungit aliud magnũ: quòd si distribuero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meũ vt ardeam, charitatẽ autẽ non habeam, nihil mihi prodest. Si autẽ sit sola charitas, quæ nõ inueniat quod distribuat pauperibus, diligat solùm. Calix aquę frigidæ tantum illi imputabitur, quantũ Zachæo, qui dimidiũ patrimonij donauit pauperibus. Quare hoc? Ille tam modicũ dedit, ille tã multum dedit, & tantũ illi imputabitur: Tantum planè. Impar enim facultas, sed non impar charitas. Illi ergo interrogant, vos cogitate quid estis. Iam ecce dictũ est nobis, in domũ Domini ibimus. Iocundati sumus certè in his qui dixerunt nobis, in domum Domini ibimus. Videte ergo si imus. Non enim pedibus imus, sed affectibus. Videte si imus, interroget se vnusquisque vestrũm qualis est erga pauperem sãctum, erga indigentem fratrem: qualis est erga indigentem mendicũ. Videat si viscera eius nõ sunt angusta: quia interrogare te habent sedes quæ sedebunt in iudicio, & debent inuenire quæ sunt ad pacem Hierusalem. Et quomodo interrogant? Tanquã sedes Dei. Deus interrogat. Si Deũ latet aliquid, & illas sedes aliquid interrogãtes fugere potest. Interrogate quæ sunt ad pacem Hierusalem. Sed quę sunt ad pacem Hierusalem? Et abundantia, inquit, his qui diligunt te.) Ad ipsam Hierusalem conuertit vocem. Abundantia est illis qui diligũt eam. Abũdantia ex inopia. Hic inopes, ibi abũdantes: hic infirmi, ibi firmi: hic egeni, ibi diuites. Vnde facti diuites? Quia dederũt hic quod acceperunt à Deo ad tempus, & acceperunt ibi quod postea De' retribuet in æternũ. Hic, fratres mei, & diuites pauperes sunt. Bonũ est diuiti vt agnoscat se pauperem. Si enim plenum se putat, tumor est illi, non plenitudo. Agnoscat se inanem, vt possit impleri. Quid habet? Aurum. Quid nondum habet? Vitam æternam. Attendat quid habet, & videat quid nondum habeat. Fratres, ex eo quod habet, det, vt accipiat quod non habet. Emat ex eo quod habet, illud quod nõ habet. Et abundantia his qui diligunt illam. Fiat pax in virtute tua.) O Hierusalem! ô ciuitas quæ ædificaris vt ciuitas, cuius participatio tua in idipsum: fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua; quia virtus tua, dilectio tua. Audi Cantica canticorum, Valida est sicut mors dilectio. Magnum verbum fratres, Valida est sicut mors dilectio. Magnificẽtius exprimi non potuit fortitudo charitatis, quàm vt diceret, Valida est sicut mors dilectio. Quis enim resistit morti? Fratres, intendat charitas vestra. Resistitur ignibus, vndis, ferro, resistitur potestatibus, resistitur regibus. Venit vna mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius. Propterea viribus eius charitas comparata est: & di-

Gen. 3. d. — Sap. 7. — Mat. 19. d. — Esa. 66. a. — Matt. 19. d. — Esa. 3. c. — Matt. 25. d. — Luc. 16. c. — 1. Cor. 9. b. — 2. Cor. 8. c. — 1. Cor. 7. a. — 1. Cor. 13. a. — Matth. 9. d. Luc. 19. b. — Cant. 8. b.

& dictũ est: Valida est sicut mors dilectio. Et quia & ipsa charitas occidit quod fuimus, vt simus quod nõ eramus: facit in nobis quandã mortẽ dilectio. Ipsa morte mortuus erat, qui dicebat: Mundus mihi crucifixus est, & ego mũdo. Ipsa morte mortui erãt, quibus dicebat: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Valida est sicut mors dilectio. Si ergo valida est, fortis est & magnæ virtutis, & ipsa est virtus, & per ipsam regũtur infirmi à firmis, terra à cælo, populi à sedibus. Ideo fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua. Et per istã virtutem, per istam dilectionẽ, per istã pacẽ, fiat abundantia in turribus tuis.) Id est, in excelsis tuis. Pauci enim sedebunt sedes in iudicio, sed multi ad dexterã positi facient populũ ciuitatis illius. Multi enim pertinebũt ad singulos quousque excelsos, à quibus recipiantur in tabernacula æterna: Et erit abundantia in turribus eius. Plenitudo autẽ deliciarũ & sufficientia diuitiarum ipse Deus, ipse idipsũ, ipse cuius participatio est ciuitatis in idipsum. Ipsa erit abundantia nostra. Sed vnde? Per charitatẽ, hoc est, per virtutẽ. In quo autẽ est charitas, fratres? Qui non sua quærit in hac vita. Audi apostolũ Paulũ habentẽ charitatẽ. Ait, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Vbi est ergo quod dixisti, Si adhuc hominibus placerem, Christi seru' nõ essem? Et modò dicis te placere, & modò cohortaris vt & illi placeant? Sed nõ ibi posuit finem, vt quis propter se, nõ propter charitatẽ placeat. Qui gloriam suã quærit, non potest quærere salutẽ aliorũ: ait enim: Sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant. Ideo & hic cùm de charitate diceret, subiunxit: Propter fratres meos: & propinquos meos, loquebar pacẽ de te.) O Hierusalem ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, ego in hac vita & in hac terra, ego pauper, peregrinus & gemens, nondum perfruẽs pace tua, & prædicans pacẽ tuã: non propter me illã prædico, sicut hæretici, qui quærentes gloriam suã dicunt, Pax vobiscum: & pacem nõ habẽt quam populis prædicant. Si enim haberent pacem, nõ scinderent vnitatem. Ego, inquit, loquebar pacem de te. Sed quare? Propter fratres meos & proximos meos: non propter honorẽ meũ, nõ propter pecuniam meã, non propter vitam meã: nam mihi viuere Christus est, & mori lucrũ. Sed loquebar pacem de te, propter fratres meos & propinquos meos. Nam cupiebat ipse dissolui, & esse cũ Christo. Et quibus ista prædicaret? Propinquis & fratribus. Manere, inquit, in carne necessarium propter vos. Propter fratres meos & propinquos meos, loquebar, ait, pacem de te. Propter domũ Domini Dei mei, quæsiui bona tibi:) Nõ propter me quęsiui bona tibi. Nam non tibi quærerem, sed mihi: ideo nec ego haberem, quia non tibi quærerem. Sed propter domum Domini Dei mei, propter Ecclesiam, propter sanctos, propter peregrinos, propter inopes eius vt ascendant: quia dicimus eis, In domum Domini ibimus. Propter ipsam domum Domini Dei mei, quæsiui bona tibi. Hæc, fratres, prolixiora & necessaria carpite, manducate, bibite, conualescite, currite, apprehendite.

Gala. 6. d. Coloss. 3. a. — Philip. 2. a. — 1. Cor. 10. g. Gal. 1. b. — Philip. 1. c.

IN PSALMVM CXXII. ENARRATIO.

ASCENDENTIS cantica ex ordine cum sanctitate vestra considerandã suscepi: Ascendentis & amantis, & ideo ascendentis, quia amantis. Omnis amor nũ ascendit, aut descendit. Desiderio enim bono lenitur ad Deum, & desiderio malo ad ima præcipitatur. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus, superest nobis si agnoscamus quis ad nos nõ ceciderit, sed descenderit, hærendo illi ascendere, quia viribus nostris non possumus. Ipse dixit Dominus noster Iesus Christus: Nemo ascẽdit in cælum, nisi qui de cęlo descendit, filius hominis qui est in cęlo. Tanquam de se solo videtur dixisse. Ergo cæteri remãserunt, qui solus ascendit, qui solus descẽdit? Quid debẽt facere cæteri? Vniri corpori ipsius, vt sit vnus Christus, qui descẽdit & ascẽdit. Descendit caput, ascendit cũ corpore, vestitus Ecclesia sua, quã sibi exhibuit sine macula & ruga. Solus ergo ascendit. Sed & nos quãdo cũ illo sic sum', vt in illo mẽbra eius simus, & nobiscũ solus est, & ideo vnus & semper vnus. Vnitas nos compaginat vni. Et illi soli cũ illo nõ ascendũt, qui cũ illo vnus esse noluerũt. Iam verò quoniam ipse qui in cælo positus est, & carne subsistit immortalis, per quã fuit ad tẽpus mortalis, & nihil in cælo persecutionũ patiẽs, nihil malitiarũ & opprobriorũ, sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere dignatus est, compassus tamen corpori suo in terra laborãti, dixit: Saule, Saule, quid me persequeris? Iã ipsum nemo tangebat, & se pati persecutionẽ de cælo clamabat. Nõ prętęr spẽ esse debemus, imò cũ magna fiducia præsumere: quia si per charitatẽ ipse nobiscũ in terra est, per eandem charitatẽ & nos cũ eo in cælo sumus. Sed diximus quẽadmodũ nobiscũ ipse in terra sit, vocẽ eius diximus de cælo sonantis, Saule, Saule, quid me persequeris: cum eũ Saulus omnino nõ tangeret, sed nec videret. Quomodo autem ostenditur, quia & nos cum illo in cælo sumus? Eodem ipso Paulo apostolo dicente, Si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terrã. Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in Deo. Ergo & ille adhuc deorsum est, & iam nos sursum sumus. Ille deorsum est compassione charitatis nos sursum sumus spe charitatis. Spe enim salui facti sumus. Sed quia spes nostra certa est, quãuis futurum sit: sic de nobis dicitur, quasi iam factũ sit. Ascendat ergo iste cantator: sed in vnoquoque nostrũm cantet hic homo, & vnusquisque sit iste homo. Cùm enim dicitis illud singuli, quia omnes vnum estis in Christo, vnus homo illud dicit: Et non ad te Domine leuauimus oculos nostros: sed, Ad te Domine leuaui oculos meos.) Debetis quidem putare vnumquemque vestrũm loqui, sed vnus ille maximè loquitur, qui etiam diffusus est toto orbe terrarum. Vnus ille loquitur, qui alibi dicit: A finibus terræ ad te clamaui, cùm angeretur cor meum. Quis est qui clamat à finibus terræ? Quis vnus homo diffusus est vsque ad fines terræ? Vnusquisque homo in regione sua potest clamare, nunquid à finibus terræ? Sed hæreditas illa Christi, de qua dictum est, Dabo tibi gẽtes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: ipsa clamat & dicit, A finibus terræ ad te clamaui, cùm angeretur cor meum. Angatur cor nostrum, & clamemus. Vnde angatur cor nostrum? Non de his quæ hic patiuntur & mali, verbi gratia, quia damnum patiuntur. Nam si inde angitur cor, cinis est. Quia nescio quem tuorum ex voluntate Dei amisisti, inde angitur cor. Quid magnum? Hinc anguntur & corda infidelium, ista patiuntur & qui nondum in Christo crediderunt. Vnde angitur cor Christiani? Quia nondum cum Christo viuit. Vnde angitur cor Christiani? Quia peregrinatur & desiderat patriam. Si inde angitur cor tuũm, etiam si felix secundum seculum fueris, gemis: & si omnia prospera confluant, & si vndique tibi iste mundus arrideat, tu tamẽ gemis, quia in peregrinatione te constitutum vides, & sentis iam quidem te quãdam habere felicitatem secundum oculos stultorum, sed

Ioan. 3. b. — Eph. 5. f. — Act. 9. a. — Coloss. 3. a. — Rom 8. c. — Psal. 60. a. — Psal. 2. a.

sed nondũ secundũ promissionẽ Christi. Illã quærens gemis, illam quærens desideras, & desiderando ascendis, & ascẽdendo cantas canticũ graduum, & cantando canticũ graduũ, dicis: Ad te Domine leuaui oculos meos, qui habitas in cælo.) Ascẽdens quò leuaturus erat oculos, nisi illuc quò tẽdebat, & ascẽdere desiderabat? De terra enim ad cælũ ascendit. Ecce terra deorsum, quã calcamus pedibus nostris: ecce iam cælũ sursum, quod videmus oculis nostris, & ascẽdendo cantamus: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Vbi sunt ergo scalæ? Tanta enim interualla cõspicim⁹ inter cælũ & terrã, tantam separationẽ, & tanta spatia locorũ. Illuc volumus ascendere? Scalas nõ videmus. Nunquid fortè fallimus nos, quia canticũ graduũ, id est, canticũ ascensionis cantamus? Ascendimus ad cælum, si cogitamus Deũ, qui ascẽsus in corde fecit. Quid est ascendere in corde? Proficere in Deũ. Quomodo omnis qui deficit nõ descẽdit, sed cadit: sic omnis qui proficit, ascendit: sed si sic proficiat vt non superbiat, si sic ascendat vt non cadat. Si autẽ proficiẽdo superbiat, ascendendo iterum cadit. Sed vt nõ superbiat, quid debet facere? Leuet oculos suos ad illũ qui habitat in cælo, non se attendat. Omnis enim superbus se attendit, & magnus sibi videtur qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto homini placet: quia ille ipse stultus est, cùm sibi placet solus. Solus securus placet, qui Deo placet. Et quis est qui placet Deo? Cui placuerit Deus. Displicere sibi Deus non potest. Placeat & tibi, vt placeas illi. Sed tibi ille placere nõ poterit, nisi tu tibi displicueris. Si autẽ displices tibi, tolle à te oculũ. Vt quid te enim attẽdis? Si enim verũ te attẽdis, inuenis in te quod tibi displiceat; & dicis Deo: Peccatum meum ante me est semper. Peccatum tuũ sit ante te, vt nõ sit ante Deũ: & tu noli esse ante te, vt sis ante Deũ. Quomodo enim volumus vt non à nobis auertat faciem suam Deus, sic volumus vt auertat faciem suam à peccatis nostris: nã vtrumque illi cantatur in Psalmis, Ne auertas faciem tuam à me. Vox est Psalmi, vox est ergo nõstra. Et ille qui dicit, Ne auertas faciem tuam à me: vide quid dicat alio loco: Auertas faciẽ tuam à peccatis meis. Si vis vt auertat faciẽ suam à peccatis tuis, tu ipse à te auerte faciem tuam, & à peccatis tuis noli auertere. Si enim non ab eis auerteris faciem tuam, tu ipse irasceris peccatis tuis. Si autem tu nõ auertis faciem tuam à peccatis tuis, tu agnoscis, & ille ignoscit. At verò à te leua oculos ad illum, & dic: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Cælum, fratres mei, si corporaliter intellexerimus hoc quod videmus oculis corporeis, verè sic errabimus, vt nõ putemus nos illuc ascendere, nisi scalis positis, aut aliquibus machinamentis. Si autem spiritaliter ascendimus, spiritaliter cęlũ intelligere debemus. Sit ascensus in affectu, cælum in iustitia. Quid est ergo cælum Dei? Omnes sanctæ animæ, omnes iustæ animæ. Nã & Apostoli quãuis in terra essent carne, cælũ erant: quia in illis Dominus sedens per totũ mũdũ ambulabat. Ergo habitat in cælo. Quomodo? Quomodo dicit in alio Psalmo, Tu autem in sancto habitas laus Israël. Qui habitat in cælo, habitat in sancto. Sancto quid, nisi in templo suo? Templum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Sed omnes adhuc infirmi, & secundũ fidem ambulantes, secundum fidẽ sunt templum Dei: erunt enim aliquando & secũdum speciem templum Dei. Quamdiu sunt templum secundum fidem? Quamdiu in ipsis Christus per fidem habitat: sicut dicit Apostolus habitare Chtistum per fidem in cordibus nostris. Sunt autem iam cæli in quibus iam per speciem habitat Deus, videntes eum facie ad faciem: omnes sancti angeli, omnes sanctæ

Psal. 50. a.
Psal. 26. c.
Psal. 50. b.
Psal. 21. a.
1. Cor. 3.
1. Cor. 3. d.
Eph. 3. c.

A virtutes, potestates, sedes, dominationes, Hierusalem illa cælestis vnde peregrinando ingemiscimus, & quã desiderando oramus. Ibi habitat Deus. Illuc leuauit iste fidẽ, illuc ascẽdit affectu desiderando: & ipsum desideriũ facit animam desudare sordes peccatorum, & mundari ab omni labe, vt fiat & ipsa cælum, quia leuauit oculos ad eum qui habitat in cælo. Nã si cęlũ istud corporeum quod oculis videmus, intellexerimus esse habitationem Dei, transitura est habitatio Dei: quia cęlũ & terra trãsiẽt. Deinde antequã faceret De⁹ cælũ & terram, vbi habitabat? Sed dicit aliquis, Et antequã faceret De⁹ sãctos vbi habitabat? In se habitabat De⁹, apud se habitabat: & apud se est De⁹. Et quando dignatur habitare in sanctis, nõ sic sunt sancti dom⁹ Dei, vt ipsa subtracta cadat Deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter Deus in sanctis. Tu habitas in domo: si subtracta fuerit, cadis. Deus autẽ sic habitat in sanctis, vt si ipse discesserit, ipsi cadãt. Quicũque ergo sic portat Deũ, vt sit tẽplũ Dei: nõ putet sic à se portari Deũ, vt terreat Deum si se subducat. Væ illi si se subtraxerit Deus, quia ipse cadit: nã Deus in se permanet. In quib⁹ nos habitamus, ipsa nos cõtinent: in quibus Deus habitat, ipse illos continet. Iã videre quantũ interest inter nostram habitationẽ & Dei: & sic dicat anima: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis: vt intelligat quia Deus nec cęlo indiget vbi habitet, sed cælũ ipso indiget, vt ab ipso inhabitetur. Quid ergo sequitur, qa dixit: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælo? Quomodo leuasti oculos tuos in cælũ? Ecce sicut oculi seruorũ in manus dominorũ suorũ: Et sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ, sic oculi nostri ad Dominũ Deũ nostrũ, quoadusque misereatur nostri.) Et serui sumus, & ancilla sumus: ille & dominus est, & domina est. At quid sibi volũt ista verba? Et quid sibi volũt istæ similitudines rerũ? Aṫendat aliquantulũ charitas vestra. Non mirũ si serui sumus, & ille dominus est: sed mirum si ancilla sumus, & ille domina est. Sed neque hoc mirum quia ancilla sumus. Ecclesia enim sum⁹: nec illud mirũ, quia & ipse domina est: virtus est enim & sapientia Dei. Audi ergo Apostolũ dicentem: Nos autẽ prædicamus Christũ crucifixum, Iudęis quidem scandalũ, gentibus autẽ stultitiam: ipsis verò vocatis Iudæis & Græcis Christũ Dei virtutẽ, & Dei sapientiã, vt iam sit seruus populus, & sit ancilla Ecclesia. Vtrũque audisti, Christũ Dei virtutem & Dei sapientiam. Cùm ergo audis Christum, leua oculos tuos in manus Domini tui: cùm audis Dei virtutẽ & Dei sapientiam, leua oculos tuos in manus dominæ tuę, quia & seruus & ancilla es. Seru⁹, quia popul⁹: ancilla, quia Ecclesia es. Ipsa autem ancilla magnam dignitatem inuenit apud Deũ. Vxor facta est. Sed donec veniat ad amplexus illos spiritales, vbi securè perfruatur eo quẽ dilexit, & cui suspirauit in ista diuturna peregrinatione, sponsa est: & accepit arram magnã, sanguinem sponsi, cui secura suspirat. Nec illi dicitur, Noli amare: quomodo dicitur aliquando virgini iã desponsatę, nondũ nuptæ: & iustè dicitur, Noli amare: cùm facta fueris vxor, tunc ama, rectè dicitur: quia præproperum & præpostetum desiderium est, & non castum, amare eum cui nescit an nubat. Potest enim fieri vt alius sponset, & alius ducat vxorem. Quia verò nullus est alius qui Christo præponatur, secura amat ista. Et antequam illi adiungatur amet, & de longinquo suspiret, & de longinqua peregrinatione. Solus ducet, quia solus talem arram dedit. Quis enim potest sic ducere, vt moriatur pro ea quam vultis ducere? Si enim mori pro ea quam vult ducere voluerit, non erit qui ducat. Securus autem ille pro sponsa mortuus est, quam resurgens

B
C
D
1. Cor. 1. d.

surgens erat ducturus. Veruntamen fratres, interim simus quomodo serui & ancilla. Dictũ est quidem: Nõ vos dicam seruos, sed amicos: sed fortè solis discipulis dixit Dominus. Audite apostolum Paulũ dicentem: Itaque iam, inquit, non est seruus, sed filius: si autem filius, & hæres per Deũ. Populo dicebat, fidelibus dicebat. Iam ergo in nomine Dñi redẽpti sanguine ipsius, filij sumus, filius sumus: quia sic multi sumus, vt in illo vnus simus. Quid sibi ergo vult quod adhuc tanquam serui loquimur? Nũquid tantũ meritũ habere possum⁹ in Ecclesia, quamuis iam filij facti ex seruis, quantũ habuit ipse apostolus Paulus? Et tamẽ quid dicit in epistola? Paulus seruus Christi Iesu. Si ille se adhuc dicit seruũ, per quẽ nobis Euãgeliũ prædicatum est: quanto magis nos debemus agnoscere conditionem nostram, vt maior sit in nobis gratia ipsius? Primò enim seruos fecit, quos redemit. Sanguis enim ille pro seruo pretiũ est, pro sponsa pignus est. Agnoscentes itaq; conditionem nostram, & si iam filij per gratiã ipsius, serui tamẽ propter creaturam, quia vniuersa creatura Deo seruit, dicamus: Sicut oculi seruorũ in manus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ: sic oculi nostri ad Dñm Deũ nostrũ, quoadusque misereatur nostri. Dixit & quare: Sicut serui oculos habent in manus domini sui, & sicut ancillæ oculos habent in manus dominæ suæ: sic, inquit, oculi nostri ad Dñm Deũ nostrum. Et quasi quæreres, vt quid? Quoadusque, inquit, misereatur nostri. Quales ergo seruos voluit intelligi, fratres? Qui oculos habent in manus dominorũ suorũ. Et quales ancillas? Quæ oculos habent in manus dominæ suæ, quoadusq; misereatur domina earũ. Qui sunt isti serui & ancillę, qui sic habent oculos in manus dominorũ suorum, nisi qui iubentur cædi? Oculi nostri ad Dñm Deum nostrum, quoadusque misereatur nostri. Quomodo? Sicut oculi seruorũ in manus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. Ergo & illi & illæ, quoadusque misereatur vel dominus vel domina. Fac ergo aliquẽ dominũ iussisse seruũ suum cædi. Vapulat seruus, sentit plagarum dolores: attendit ad manus domini sui, quoadusque dicat, parce. Manum enim ipsam, potestatem dicit. Ergo quid dicimus fratres? Iussit nos cædi Dominus noster, & domina nostra sapientia Dei iussit nos cædi: & in hac vita vapulamus, & tota ista vita mortalis plaga nostra est. Audi vocẽ psalmi. Pro iniquitate erudisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Attendite fratres, quàm tabida est aranea, vt leui tactu conquassetur & moriatur. Et ne quasi carnẽ solam infirmitatem mortalitatis putaremus nos habere tabidam, non dixit: Tabescere me fecisti, ne secundum carnem intelligeremus, sed ait: Tabescere fecisti, sicut araneam animã meã. Nihil enim infirmius anima nostra, posita in mediis tentationibus seculi, in mediis gemitibus & parturitionib⁹ molestiarum: nihil ea infirmius donec hæreat soliditati cælesti, & sit in templo Dei, vnde iam non c..dat: quia primò vt veniret ad hanc infirmitatẽ & tabificationem, sicut aranea infirma facta est, & de paradiso expusa est. Tũc iussus est seruus cædi. Fratres mei, videte ex quo vapulemus. In omnibus qui ab initio generis humani nati sunt, in omnibus qui nunc sunt, in omnibus qui postea nascẽtur, Adam vapulat. Vapulat Adã, id est, gen⁹ humanum: & multi sic obduruerunt, vt nec plagas suas sentiant. Qui verò ex ipso genere filij facti sunt, receperũt sensum doloris. Sentiunt se vapulare, & nouerunt quis iussit vt vapulent, & leuauerũt oculos suos ad eum qui habitat in cælo: & sic sunt oculi eorum in manus domini sui, quoadusque misereatur, sicut oculi

Ioan. 15. c.
Gal. 4. d.
Rom. 1. a.
Psal. 38. d.

A seruorũ in manus dominorum suorũ, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. Vides felices aliquos in isto seculo ridentes, iactantes se, nõ vapulant, imò peius vapulãt. Hoc ipso grauiùs cæduntur, quo sensum iam perdiderunt. Euigilent & vapulent, sentiant quia vapulant, sciant quia vapulant, & doleant quia vapulant: qm̃ qui apponit scientiam, apponit dolorem. Hoc scriptura dixit. Ideo Dñs in Euangelio: Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur. Audiamus vocem hominis qui vapulat, & sint istæ vniuscuiusque nostrũ voces, & quãdo nobis bene est. Nam quis non intelligat vapulare se quando ægrotat, quãdo in carcere est, quãdo in catena? Quãdo fortè latrones patitur, quando ab aliquibus improbis ei aliquæ molestiæ irrogantur, sentit vapulare se. Magnus sensus est videre quia vapulat; & quando illi bene est. Nõ enim ait scriptura in Iob, tentationibus abundat vita humana, sed ait: Nunquid non tẽtatio est vita humana super terram? Totam ipsã vitam tentationẽ dixit. Omnis ergo vita tua super terram, plagæ tuæ sunt. Plange quamdiu viuis in terra. Siue feliciter viuas, siue in aliqua tribulatione cõstitutus sis, clama: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Ad manus Dñi qui te iussit cædi, cui dicis in alio psalmo: Propter iniquitatẽ erudisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneam animam meã: clama ad manus cædentis, & dic: Miserere nostri Dñe, miserere nostri.) Nónne sunt istæ voces vapulantis, miserere nostri Dñe, miserere nostri? Quoniã multũ repleti sumus despectione. In plurimũ repleta est anima nostra, opprobrium eis qui abundant, & despectio superbis.) Qui despicitur, contemnitur. Oẽs qui secundũ Christũ piè volunt viuere, necesse est patiantur opprobria, necesse est cõtẽnãtur ab his qui volũt impiè viuere, quorum felicitas tota terrena est. Irridẽtur illi qui felicitatem vocant, quã oculis terrenis videre non possunt, & dicitur eis: Quid credis insane? Vides quod credis? Reuersus est aliquis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agitur? Ecce ego quod amo video, & fruor. Despiceris, qa speras quod nõ vides: & despicit te ille qui quasi tenet quod videt. Attende si ipse tenet. Noli turbari. Vide si ipse tenet, & non tibi insultet: cũ putas eum felicem in præsenti, amittas verã felicitatẽ futurã. Noli turbari, attẽde si tenet. Labitur hoc ab illo quod tenet, vel ipse ab eo q̃ tenet: necesse est transeat aut ipse per res suas, aut res ipsius per illũ. Per quẽ res transeũt suæ? Qui viuus labefactus ierit, qui transit per res suas? Qui in diuitiis moritur: quia cum moritur, non eas secũ aufert ad inferos. Domũ meã habeo, iactauit se. Quæris, quã domum tuam? Quã mihi dimisit pater meus. Et ille vnde habuit hanc domũ? Auus noster illi eam dimisit. Recurre & ad proauum, inde ad atauũ, & iam nomina nõ potes dicere. Nõne inde potius terreris, quia multos attendis transisse per illã domũ, & neminem ipsorum secũ illam tulisse ad æternam domum? Pater tuus hic eam dimisit, transiit per illam, sic & tu transibis. Si ergo transitũ habetis in domo vestra, stabulũ est itinerãtium, non habitatio commanentiũ: & tamen quia nos ea quæ futura sunt speramus, & in futuram felicitatẽ suspiramus, & nondum apparuit quod erimus, quamuis iã filij Dei simus, quia vita nostra abscõdita est cũ Christo in Deo: repleti sumus despectione, id est cõtẽptu, ab his qui felicitatem quærunt vel habent in isto seculo: In plurimũ repleta est anima nostra, opprobriũ eis qui abundant & despectio superbis. Quærebamus qui sunt qui abundant, exposuit tibi cùm dixit, superbis. Quod est autem opprobrium, hoc est, despectus: & quod est, qui abundant, hoc est, superbis. Repetitio sẽtentiæ est, opprobriũ eis qui abũdant, & despectio su-

B
C
D
Eccl. 1. d.
Mat. 5. a.
Iob. 7. a
Psal. 38. d.
1. Ioan. 3. a.
Colos. 3. a.

perbis. Quare abundant superbi? Quia hic volūt esse felices. Quid? Quando & ipsi miseri sunt, nūquid abūdant? Sed fortè quando miseri sunt, nō nobis insultāt. Intendat charitas vestra. Tūc insultant fortè quando felices sunt, quando se iactant in pompa diuitiarū suarum, quando se iactant in ventositate falsorum honorum: tunc insultant nobis, & quasi dicūt: Ecce mihi bene est. Fruor ego rebus præsentibus, recedant à me qui promittūt quod nō ostēdūt. Quod video teneo, quod video fruor: bene mihi sit in hac vita. Tu securior esto: quia resurrexit Christus, & docuit te quid in alia vita daturus sit. Certus esto, quia dat. Sed insultat ille, quia tenet. Forto insultātē, & ridebis gemētē: postea enī ve-
Sap.5.a. niet tempus quando dicturi sunt illi ipsi: Hi sunt quos aliquando habuimus in risum. Verba sunt libri Sapientiæ, quia prodit nobis scriptura, quæ dicturi sunt illi ipsi qui nos modò irrident, & qui nos despiciunt, & à quibus impleti sumus opprobio & despectione. Quæ verba habebunt tunc quando à veritate despiciuntur. Videbunt enim ad dexteram fulgere quos secum cōmixtos cōtempserunt, cū factū fuerit in illis quod di-
Coloss.3.a. xit Apostolus: Cū Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos cū illo apparebitis in gloria; & dicent: Hi sunt quos aliquādo habuimus in risum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitā illorū æstimabamus insaniam, & finē illorū sine honore. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est?
Sap 5.a. Et sequuntur in eodem sermone, & adiicient: Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nō luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Quid profuit nobis superbia, & diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis? Ibi tu nō eis insultas, quia ipsi sibi iam insultant. Quod donec fiat, fratres, leuemus oculos nostros ad eū qui habitat in cælo: & nō ab illo tollamus oculos: quoadusq; misereatur nostri, & liberet ab omni tentatione, & opprobriò & despectu. Huc accedit quòd aliquando & ipsi qui sunt in flagello infelicitatis temporalis, insultant nobis. Inuenis aliquē pro merito iniquitatū suarum, siue occulto iudicio Dei, siue manifesta damnatione mitti ī carcerē, portare catenā: & ipse insultat. Et cū ei dictum fuerit: Quare non bene vixisti? Ecce quò venisti malè viuendo? Ille respondet: Quare illi qui bene viuunt, ista patiuntur? Sed illi propterea patiuntur vt probentur, vt tentationibus exerceantur, vt flagel-
Hebr.12.b. lis proficiant: quia flagellat Deus omnē filium quē recipit. Et si vnicū sine peccato flagellauit, & pro nobis omnibus tradidit eū, quomodo debemus nos flagellari, qui fecimus quare flagellemur? Cū ista dixerimus, illi & de infelicitate superbiunt adhuc, & afflicti nondum humiliati respondent & dicunt: Ista sunt verba Christianorū vanorū, qui credūt quod nō vidēt. Si & ipsi insultant, quid putamus fratres, quasi non eos cōmemoratos in hoc psalmo cū diceret: Opprobriū eis qui abundant, & despectio superbis. Quandoquidem insultatur Christianis & ab eis qui non abūdant, sed cū sint in egestate & ærumnis, nec ipsi cessant insultare? Certè ergo opprobriū eis qui abundāt. An fortè nullus inuenitur qui etiā positus in calamitate insultet? Si
Lucæ 23.f. non insultauit latro qui cū crucifixo Dño crucifixus erat? Ergo si insultant & illi qui non abundant, quare psalmus ait: Opprobrū eis qui abundant? Si diligenter discutiamus, & ipsi abūdant. Vnde abūdant? Nam nisi abundarent, superbi non essent. Alius enim abūdat pecunia, & inde superbus est: alius abūdat honoribus, & inde superbus est: alius abūdare se iustitia putat, & inde superbit, quod peius est. Qui videntur non abūdare pecunia & iustitia, sibi videntur abundare aduersus Deum: & positi in calamitatibus se iustificant, Deum autem accusant & dicunt: Quid amisi, quid feci? Et tu dicis: Respice, recordare peccata tua si nihil fecisti. Titillatur aliquantū conscientia, & redit ad se, & cogitat facta sua mala: & cū cogitauerit facta sua mala, nec sic vult confiteri, quia digna patitur, sed dicit: Ecce manifestè feci multa, sed multos video peiora fecisse, & nihil mali pati. Iustus est cōtra Deū. Abundat ergo & ipse, plenū habet pectus iustitia, quandoquidē illi Deus videtur malefacere, & ipse sibi videtur iniustè pati. Et si dares illi nauim gubernādā, in naufragiū iret cū illa. Vult autē Deū excutere de gubernatione huius mūdi, & ipse tenere gubernacula creaturæ & distribuere omnibus dolores & lætitias, pœnas & præmia. Et quid miramini? Infelix anima abūdat, sed abūdat nequitia, abūdat malitia: & eo plus abundat nequitia, quo sibi videtur abūdare iustitia. At verò Christianus homo nō debet abundare, sed pauperem se debet cognoscere. Et si habet diuitias, scire debet quia non sunt illæ veræ diuitiæ, vt alias desideret. Qui enim diuitias falsas desiderat, veras non quærit. Qui autem veras quærit, adhuc pauper est; & rectè dicit: Pauper & Psal.68.d.
dolens ego sum. Rursus ille qui & pauper est, & nequitia plenus est, vnde dicitur abūdare? Quia displicet illi quia pauper est, & iustitia ipsa videtur abūdare in corde suo aduersum iustitiā Dei. Et quæ abūdātia iustitię nostræ? Quantacunque iustitia nostra in nobis fuerit, ros est nescio quis ad illum fontē, ad saginam illam tātam, stillicidia quædam sunt, quæ vitā nostrā molliāt, & duram iniquitatem soluant. Modò desideremus de pleno fōte iustitię saginari, desiderem⁹ vbertate illa satiari de qua dicitur in Psalmo: Inebriabuntur ab vber- Psal.35.b.
tate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ portabis eos. Hic autē cùm sumus, inopes nos esse intelligam⁹, & egentes: nō solū harū diuitiarū, quia non sunt veræ diuitiæ, sed & ipsius salutis. Et quando sani sumus, intelligamus quia infirmamur. Quamdiu enim corpus hoc esurit & sitit, quamdiu corpus hoc vigilando fatigatur; stando fatigatur, ambulando fatigatur, sedendo fatigatur, manducando fatigatur, quocunq. se verterit ad subsidiū fatigationis, ibi inueniet aliā fatigationem. Non est ergo perfecta sanitas, nec in ipso corpore. Non sunt ergo illæ diuitiæ, sed mendicitas: quia quanto magis abundant, tanto magis crescit inopia & auaritia. Non est ista salus corporis, sed infirmitas. Paragorizamur quotidie medicamentis Dei, quia manducamus & bibimus. Medicamēta ipsa sunt, quæ nobis apponūtur. Fratres, si vultis videre qualis morbus nos habeat: qui ieiunat septē dieb⁹, fame consumitur. Ergo illa fames ibi est: sed ideo illā nō sentis, quia quotidie illā curas: ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta. Intēdat charitas vestra, quomodo nos intelligamus inopes, vt gaudeam⁹ ad eū, & leuem⁹ oculos ad eū qui habitat in cælo. Nō sunt illæ veræ diuitiæ, pl⁹ augēt cupiditatē ei q̧ eas possidet. Nō est illa vera corporis sanitas, quia portatur infirmitas vbiq; defectiua. Quocunq; se verterit, deficit. In ipso adiutorio non inuenies firmamētū. Lassatur stādo, sedere vult, nūquid vel sedendo durabit? Quod sibi elegit vt non fatigaretur, ibi habet deficere. Lassatus est vigilādo, dormitur⁹ est. Nū quia dormiuit nō deficit? Lassatus est ieiunando, refecturus est. Si plus refecerit, inde deficit. In nulla re potest perseuerare ista infirmitas. Iustitia quid? Quāta iustitia est inter tātas tētationes? Possumus cōtinere ab homicidio, ab adulterio, à furtis & periurijs, à fraudibus. Nūquid ab iniquis cogitationib⁹? Nūquid & à suggestionib⁹ malarū cupiditatū? Quæ est ergo iustitia nostra? Totū ergo esuriamus, totū sitiamus: & veras diuitias, & verā sanitatē, & verā iustitiā. Quæ sunt veræ diuitiæ? Cælestis

Cælestis illa mansio in Hierusalem. Quis enim dicitur diues in hac terra? Quando laudatur diues quid dicitur? Multū diues est, nihil illi deest. Laus certa laudantis illa est: nam ista nō est cū dicitur, nihil illi deest. Attende si nihil deest. Si nihil cupit, nihil illi deest. Si autem adhuc cupit maiora quā quæ habet: ad hoc accesserunt diuitiæ, vt egestas cresceret. In illa verò ciuitate veræ erunt diuitiæ, quia ibi nihil nobis deerit, quia nec indigebimus aliqua re, & vera sanitas erit. Quæ est
1.Cor.15.g. vera sanitas? Cū absorpta fuerit mors in victoriam, & cū corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē: tūc erit vera sanitas, tūc erit vera & perfecta iustitia, vt nihil mali non solū facere, sed nec cogitare possimus. Modò autem inopes, pauperes, egentes, dolentes suspiramus, gemimus, oramus, leuamus oculos ad Deū: qm̄ & illi qui felices sūt in hoc mundo, despiciunt nos. Abundant enim, & illi qui infelices sunt in hoc seculo, despiciunt nos, quia, & ipsi abūdant. Et iustitia est in corde ipsorū, sed falsa. Ideo nō perueniūt ad verā, quia cōpleti sunt falsa. Tu autem vt peruenias ad veram, esto egens & mendicus
Mat.5.a. ipsius iustitiæ: & audi Euangeliū, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

IN PSALMVM CXXIII. PRÆFATIO.

BENE nostis iam fratres charissimi, canticum graduum esse canticum ascensionis nostræ, candémq; ascensionem non corporis pedibus fieri, sed cordis affectibus. Hoc sępissimè insinuauimus vobis. Nec eadē sæpius repetenda sunt, vt sit locus dicendi quæ nondū dicta sunt. Et iste ergo psalmus, quē nunc vobis cantatum audistis, Canticū graduum) superscribitur. Ipse est titulus eius. Cantate ergo ascendētes. Et aliquando tanquā vnus cantat, aliquando tanquā multi, quia & multi vnus, quia vnus Christus: & in Christo membra Christi cū Christo vnū faciunt, & horū omniū membrorū caput in cælo est. Corpus autē etiamsi laborat in terra, nō est præcisum à capite suo. Desuper enim caput prospicit, & consulit corpori. Nam si non cōsuleret, non diceret illi persecutori adhuc Saulo nondū
Act.9.a. Paulo: Saule Saule, quid me persequeris? Et hæc optimè nostis, & vsitata sunt vobis. Non autem cum fastidio commemorētur eis quibus non exciderunt, vt per eorū patientiam redeant in cor etiam eorum quibus exciderant. Salubria sunt enim, & sæpius dicenda. Siue ergo vnus cantet, siue multi cantent: & multi homines vnus homo est, quia vnitas est: & Christus, sicut diximus, vnus est, & omnes Christiani mēbra sunt Christi. Quid ergo isti cantant? Hæc membra Christi quid cantāt. Amant enim, & amando cantant, & desiderādo cantant. Aliquādo cū tribulatione cantant, & aliquando exultādo cantant, cū in spe cantant. Tribulatio est eñ nostra in præsenti seculo, spes verò nostra de futuro seculo: & nisi in tribulatione præsentis seculi cōsoletur nos spes futuri seculi, perimus. Gaudiū ergo nostrū fratres nondū est in re, sed iam in spe. Spes autem nostra tam certa est, quasi iam res perfecta sit. Neq; enim timemus promittēte veritate. Veritas nec falli potest, nec fallere. Bonū est vt hæreamus illi. Illa nos liberat: sed si manserimus in verbo eius, Modò enim credimus, tūc videbimus. Cū credimus, spes est in isto seculo: cū videbimus, res erit in futuro seculo. Vi-
1.Cor.13.d. debimus autē facie ad faciē. Tunc autē videbimus fa-
Matt.5.a. ciem, cùm habuerimus corda mundata. Beati enim mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt. Vnde autem corda mundantur, nisi per fidē, sicut Petrus ait in Acti-
Act.15.b. bus Apostolorū: Mundans fide corda eorū? Mundantur autē corda nostra per fidem, vt possint esse idonea capere speciē. Ambulamus enim nunc per fidem, nō- 2.Cor.5.a.
dum per speciem: sicut Apostolus dicit: Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur à Dño. Et quid est, peregrinamur? Per fidē enim ambulamus, inquit, nō per speciē. Qui ergo peregrinatur & per fidē ambulat, nōdum est in patria, sed iam est in via. Qui autē nō credit, nec in patria est, nec in via. Sic ergo ambulemus tāquam in via simus: quia ipse rex patriæ factus est via. Rex patriæ nostræ, Dñs Iesus Christus. Et ibi veritas, hic autē via. Quò imus? Ad veritatē. Quà imus? Per fidem. Quò imus? Ad Christū. Quà imus? Per Christū. Ipse enim dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Dixerat Ioan.14.a.
autem aliquando credentibus in se: Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei estis: & cognoscetis ve- Ioan.8.d.
ritatē, & veritas liberabit vos. Et cognosceris, inquit, veritatē, sed si māseritis in verbo meo. In quo verbo? Sicut dicit Apostolus: Hoc est verbū fidei quod prędicamus. Primò ergo verbū fidei est. In quo verbo fidei si māserimus, cognoscemus veritatē: & veritas liberabit nos. Veritas immortalis est, veritas incommutabilis est: veritas illud verbū est, de quo dicitur: In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat Ioan.1.a.
verbū. Et quis hoc videt nisi corde mūdato? Vnde mūdantur corda? Et verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Quod ergo manet verbū in se veritas est ad quā venimus, & quæ nos liberat. Quod autem prædicatur verbū fidei, in quo nos vult Dñs permanere, vt cognoscamus veritatē: hoc verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Crede in Christū natū in carne, & peruenies ad Christū natū de Deo, Deū apud Deū. Exultātes cantant isti quos legimus, membra ista Christi exultantia, & cantāt Psalmū istū. Et quis hic exultat, nisi in spe, sicut dixi? Et vt nobis certa sit ipsa spes, exultando cantemus. Nō enim qui cātant alieni sunt à nobis: aut non in hoc Psalmo vox nostra est. Sic audite, tanquam vosipsos audiatis. Sic audite tanquā in speculo scripturarū vosipsos attendatis. Cū enim tāquā in speculū attēdis Scripturas, exhilaratur facies tua. Cùm similē te inuenies exultatione spei, mēbris quibusdam Christi quæ mēbra ista cantarūt: eris & tu in ipsis mēbris, & cantabis ista. Cur ergo ista cantant exultando? Quia euaserūt. Ergo spes est in qua cantant. Cū enim hic sumus & peregrinamur à Dño, nondum euasimus: Præcesserunt quidē mēbra quædā de corpore illo de quo & nos sumus, quæ possunt veritate cātare. Et hoc cātarūt martyres sancti. Iam enim euaserūt, & in exultatione cū Christo sunt, recepturi corpora iam incorrupta; eadē ipsa quæ primò erant corruptibilia; in quibus passi sunt pœnas. Inde illis fient ornamēta iustitię. Ergo siue illi iam in re, siue nos in spe cōiungētes affectum coronis eorū, & desiderantes talē vitā qualē hic nō habemus, sed habere non poterimus nisi eam hic desiderauerimus, cantemus simul omnes & dicamus:

Expositio Psalmi.

NISI quia Dominus erat in nobis.) Respexerunt † in quasdam tribulationes quas passi sunt, & cō- al. enim quidam.
siderauerunt in eo iam loco & in beatitudine & in securitate constituti, quà transierint, quò venerint: & quia difficile erat inde liberari, nisi adesset manus liberantis, in gaudio dixerunt: Nisi quia Dominus erat in nobis. Sic cœperunt cantare. Nondum dixerunt vnde euaserunt, tanta est exultatio: Nisi quia Dominus erat in nobis: Dicat nunc Israël, nisi quia Dominus erat in nobis.) Nūc dicat, quia iam euasit. Euadentes enim, id est, eos qui iam euaserunt, constituit intuendos: Psalmus iste. Constituamus illos & nos in

corde iam triũphantes:& tanquam ibi & nos ſimus,ſicut in ſuperiore Pſalmo dictũ eſt: *Pſal.121.a.* Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Nondũ ibi erant, ſed in via erant. Tanta autẽ lætitia erat feſtinantiũ, & tãta perueniẽdi ſpes, vt adhuc in via poſiti & laborantes, iam ſibi illic cõſtituti viderentur. Sic & nũc ponamus nos in illo triũpho, qui erit in futuro ſeculo, quando inſultabimus morti iam finitæ, iam conſumptæ; quãdo dicemus: *1.Cor.15.8.* Vbi eſt mors cõtentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Iam cõiuncti angelis,& exultantes cum rege noſtro qui primus reſurgere voluit, quãuis prior mori noluerit. Multi enim ante illũ mortui ſunt, ſed nemo ante illũ reſurrexit in æternũ. Exultantes autem cũ illo, etiã ibi ſpe & corde cõſtituti, quia euaſimus cogitemus quid euaſimus, quæ ſcandala, quas tribulationes mundi, quas perſecutiones omniũ Paganorũ, quos dolos omniũ hæreticorũ, quas ſuggeſtiones diaboli, quas cupiditatũ cõflictationes. Omnia iſta quis euaderet, niſi quia Dñs erat in nobis? Dicat nunc Iſraël. Securus enim dicit Iſraël, niſi quia Dñs erat in nobis. Quando? Cũ inſurgerent homines ſuper nos.) Noli ergo mirari: victi ſunt, homines enim erant. Dñs autem erat in nobis, non homo erat in nobis. Homines autẽ ſurrexerunt ſuper nos. Sed tamen opprimerent homines alios homines, niſi in his hominibus qui non potuerunt opprimi, non homo eſſet, ſed Dominus. Ergo niſi quia Dominus erat in nobis, cùm inſurgerent homines ſuper nos. Quid enim facerent vobis homines, exultantibus & cantantibus, & ſecurè tenẽtibus beatitudinem ſempiternã? Quid vobis facerent homines inſurgentes in vos, niſi Dñs eſſet in vobis? Quid facerent? Forſitan viuos abſorbuiſſent nos.) Viuos abſorbuiſſent. Non prius occidiſſent, & ſic abſorbuiſſent. O immanes, ô crudeles, non ſic abſorbet eccleſia! *Act.10.b.* Petro, macta & manduca, dictum eſt; non, viuos abſorbe. Quomodo ergo Petrus, id eſt, eccleſia mactat & manducat? Et quomodo iſti qui exurrexerunt ſuper nos, forſitan viuos abſorbuiſſent nos, niſi quia Dominus erat in nobis? Quia in eccleſiæ corpus nemo intrat, niſi prius occiſus. Moritur quod fuit, vt ſit quod nõ fuit. Alioquin, qui non occiditur & non mãducatur ab eccleſia, eſſe in numero populi poteſt, qui videtur oculis humanis: in numero autem populi qui cognitus Deo eſt, de quo dicit Apoſtolus: *2.Tim.2.c.* Nouit Dominus qui ſunt eius, non poteſt eſſe niſi manducatus, nec manducari poterit, niſi primò mactatus. Venit Paganus, adhuc in illo idololatria viuit, inſerendus eſt membris Chriſti. Vt inſeratur, neceſſe eſt manducetur, ſed non poteſt manducari ab eccleſia, niſi primò mactatus. Renunciet ſeculo, tunc mactatur. Credat in Deum, tunc mãducatur. Quomodo ergo illi viuos abſorbuiſſent nos, niſi quia Dominus erat in nobis? Surrexerunt enim multi perſecutores aliquando, & nũc non deſunt. Sigillatim inſurgũt, & aliquando viuos abſorbent: ſed in quibus non eſt Dominus. Ideo ante omnia illi dixerunt, niſi quia Domin⁹ erat in nobis: quia multi abſorbentur in quibus non eſt Dominus. Hi ſunt qui viui abſorbentur: qui ſciunt malũ eſſe, & lingua conſentiũt. Surrexerunt enim quidã perſecutores, & dixerũt hominibus: Thurificate, ſi non feceritis, occidimus vos. Illi amauerunt hanc vitã, & dulcedo vitæ huius tenuit eos. Non plus dilexerunt ea quæ promiſit Deus, quã ea quæ videbant in terra. Illa enim credere iubebãtur, quæ nondum videbant, iſta quæ amabant videbant. Plus retinentes ea quæ videbant, excluſerunt de cordibus Dominũ: & quia non erat in eis Dominus, viui abſorpti ſunt. Quid eſt enim, viui abſorpti ſunt? Thurificando idolis, ſcientes quia nihil eſt idolum. Nam ſi

A aliquid putarent eſſe idolum, mortui abſorberentur. Cùm autem putant nihil eſſe idolum, & nouerunt omnia illa gentiliũ vana eſſe, viuũt: & tamen cùm faciunt quod volũt perſecutores, viui abſorbentur. Sed ideo viui abſorbentur, quia nõ in eis eſt Dñs. In quib⁹ autem ineſt Dñs, occidũtur & nõ moriũtur. Qui autem conſentiũt & viuũt, viui abſorbentur, abſorpti moriũtur. Iſti autẽ qui paſſi ſunt, & nõ conſenſerũt tribulationibus, exultant & dicũt: Dicat nũc Iſraël, dicat exultans, dicat ſecurus: Niſi quia Dñs erat in nobis, cùm inſurgerẽt homines ſuper nos, forſitã viuos abſorbuiſſent nos. Cùm iraſceretur furor eorũ ſuper nos.) Noſtis fratres in aliquo de ſuperioribus Pſalmis, in ipſo initio canticorũ graduũ cõtra linguam ſubdolam periſſe auxiliũ quendã qui cœpit aſcendere; & dixiſſe: Dñe erue animam meam à labiis iniuſtis, & à lingua ſubdola. *Pſal.119.a.* B Primò cùm cœperit homo aſcendere & proficere, in ipſo exordio aſcenſionis, linguas doloſas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam ſuaſionẽ, dicentes: Quid facis? Quare hoc facis? Aliter enim viuere non potes? Seruire aliter Deo non potes? Tu ſolus es qui vis hoc eſſe quod alij non ſunt? Et ſi inueneris alios qui tecũ ſunt, illa blanda & doloſa lingua quid dicit? Ecce illi potuerũt, fortè tu non poteris. Si aggrederis deficies, & melius erat non incipere, quàm cœpiſſe & defeciſſe. Lingua doloſa adhuc blanditur. Si perſeueraueris, vincitur. Lingua doloſa & blandiens incipit eſſe apertè ſæuiẽs: & quæ blandiebatur vt ſeduceret, minatur vt terreat. ſed ſi Dñs eſt in te, & non relinqueris de corde tuo Chriſtũ, quomodo per ſagittas acutas & carbones deſolatorios viciſti linguas doloſas, id eſt, per verba Dei, quibus trãsfixũ erat cor tuũ, & per exẽpla iuſtorũ, qui de mortuis viuificati ſunt, & de peccatoribus facti ſunt iuſti, quomodò carbones de morte C reuiuiſcũt: quomodo ergo illos viciſti ſagittis & carbonibus deſolatoriis, quomodo viciſti doloſè blãdientes & blandiendo ſeducentes, ſic iſtos vinces iam iraſcendo cõminantes, quia blandiendo ſeducere nequiuerunt. Victi ſunt cùm blandirentur, vincantur & cùm minantur. Sed vincuntur. Quomodo, niſi quia Dominus erat in nobis? Manifeſtũ eſt quia non viciſti tu, ſed vicit ille qui eſt in te. Imperatorem talem portas, & vinceris? Nónne ille eſt quem portas qui dixit: Ego vici ſeculum? *Ioan.16.d.* Nõne prior moriens vicit diabolũ, cũ ſemper eſſet ſuper omnẽ creaturam, quia verbum Deus eſt apud Deũ? quare vicit, niſi vt te doceret cum diabolo dimicare? Et tamen iam doctus es, niſi in te ſit ille qui prior tibi vicit, vinceris. Niſi quia Dominus erat in nobis, dũ inſurgerẽt homines ſuper nos, forſitan viuos abſorbuiſſent nos. Dũ iraſceretur furor ipſorum D ſuper nos, iam iraſcũtur, iam apertè ſæuiunt. Forſitan aqua demerſiſſet nos.) Aquam dicit populos peccatores. Et videbimus qualem aquam in conſequentibus. Quicunque autẽ cõſenſiſſet illis, aqua illũ operuiſſet. Moreretur enim morte Ægyptiorũ, nõ tranſiret exẽplo Iſraëlitarum. Noſtis enim fratres, quia per aquam *Exod.14.* populus Iſraëlitarũ tranſit, & ipſa aqua populus Ægyptiorum coopertus eſt. Aqua, inquit, demerſiſſet nos. Sed qualis eſt iſta aqua? Torrens eſt, fluit cum impetu, ſed trãſitura eſt. Torrentes enim dicũtur fluuij qui repentinis imbribus creſcunt, magnũ habent impetum, quiſquis incurrerit trahitur: ſed in quo Dominus non eſt. In quo autem Dominus eſt, tranſit torrentem anima ipſius. Adhuc fluit torrens, ſed iam tranſiit anima martyrum. Adhuc quamdiu ſeculum hoc naſcẽdo & moriendo currit, torrens eſt. Hinc perſecutiones de iſto torrente. Hinc bibit ille primis caput noſtrum, de quo dictum eſt in Pſalmo: De torrente in *Pſal.109.b.* via

bibet. De torrente aqua illa quæ ſignificat populũ perſecutorem, inde bibit ille qui dixit diſcipulis: A Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſũ: *Mat.20.c.* De torrente in via bibit. Quid eſt, in via bibit? Tranſiens bibit, nõ hæſit. In via bibit, quia de illo fortè dictũ eſt: Et in via peccatorũ nõ ſtetit. Tranſiens bibit. Et quid inde dictũ eſt? Propterea exaltabit caput. De torrẽte, inquit, in via bibit, propterea exaltabit caput. Exaltatum eſt enim iã caput noſtrũ, quia de torrente in via bibit. Paſſus eſt enim Domin⁹ noſter. Si ergo iam exaltatũ eſt caput noſtrum, quid timet corpus torrentem? Sine dubio, quia caput exaltatum eſt, & corpus dicet poſtea: Torrentẽ pertranſiit anima noſtra, fortaſſe pertranſiſſet anima noſtra aquam ſine ſubſtantia.) Ecce qualem aquã dicebat, forſitan aqua demerſiſſet nos. Qualis autem aqua? Sine ſubſtantia. Quid eſt, ſine ſubſtantia? Primò quid eſt, forſitan pertranſiuit anima noſtra? Quomodo potuerunt enim Latini expreſſerũt quod Græci dicũt ἄρα. B Sic enim Græca habent exemplaria ἄρα, quia dubitantis verbum eſt, expreſſum eſt quidem dubitationis verbo, quod eſt fortaſſe, ſed non omnino hoc eſt. Poſſumus illud verbo dicere minus quidẽ Latinè coniuncto, ſed apto ad intelligentias veſtras. Quod Punici dicunt, *iar*, non lignum, ſed quando dubitant, hoc Græci ἄρα, hoc Latini poſſunt vel ſolent dicere, putas, cùm ita loquuntur: Putas euaſi hoc? Si ergo dicatur forſitan euaſi, videtis quia non hoc ſonat: ſed quod dixi, putas vſitatè dicitur, Latinè nõ ita dicitur. Et potui illud dicere cũ tracto vobis. Sæpe enim & verba non Latina dico, vt vos intelligatis. In Scriptura autẽ non potuit hoc poni quod Latinũ non eſſet: & deficiente Latinitate, poſitum eſt pro eo quod non hoc ſonaret. Sic tamen intelligite dici: Putas pertranſiuit anima noſtra aquã ſine ſubſtantia? Et quare dicunt, putas? Quia magnitudo periculi vix facit credibile quod euaſit. Magnam necem pertulerũt, in magnis diſcriminibus fuerunt. Omnino ſic preſſi ſunt, vt penè viui † cõſentirẽt, *al. conſiſterent.* vt penè viui abſorberẽtur. Iã ergo euadẽtes, iã ſecuri, ſed ipſius periculi magnitudinẽ recordãtes: putas, inquiũt, pertrãſiit anima noſtra aquã ſine ſubſtãtia? Quæ eſt aqua ſine ſubſtãtia, niſi aqua peccatorũ ſine ſubſtãtia? Peccata enim nõ habẽt ſubſtãtiã: inopiam habent, non ſubſtantiam, egeſtatem habẽt, nõ ſubſtantiam. In iſta aquã ſine ſubſtantia, perdidit ille minor filius totam ſubſtantiam ſuam. Noſtis enim quia minor filius peregrinatus eſt, & dixit patri: *Lucæ 15.c.* Da mihi portionẽ ſubſtantię quæ me contingit. Quid tibi vis? Meli⁹ apud patrem ſeruatur, tua eſt. Dilapidare illam vis? proficiſci vis longius? Da mihi, ſed da mihi. Dedit illi. Profectus in regionem longinquam viuẽs prodigè cum meretricibus, perdidit totam ſubſtantiam. Egens remãſit, porcos pauit, in egeſtate ſua patris diuitias recordatur. Niſi enim cum egeſtas pulſaſſet, illam ſatietatem non deſideraret. Conſiderent ergo omnes peccata ſua, videãt ſi habeant ſubſtantiam ipſa peccata. *Pſal.9.* Propter quid irritauit Deum peccator? Si nõ vides peccatum tuum antequam facias, vel iam cùm feciſti conſidera. Dulcedo huius ſeculi, ad tempus fauces indulcat, ſed in magnã amaritudinem poſtea conuertetur. Ecce peccaſti, & lucrum feciſti. Quid eſt quod feciſti lucrum? Vt lucrum faceres, Deum offendiſti. Vt augeres pecuniam, fides diminuta eſt, & aurũ creſcit. Quid perdididiſti? Et quid acquiſiſti? Quod acquiſiſti aurum vocatur, quod perdidiſti fides vocatur. Compara fidem auro. Si venalis eſſet in nũdinis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis. Abundat neſcio quid in arca tua, ſed vide quid imminutum ſit in corde tuo. Cùm ape-

rueris arcam, inuenis ſolidos qui non erant. Bene, quia gaudes eſſe ibi quod non erat. Attende arcam cordis. Erat ibi fides, ſed non eſt. Si hac gaudes, quare hoc nõ plãgis? Pl⁹ perdidiſti quã acquiſiſti. Vis videre quid perdideris? Nec naufragio tibi poſſet auferri. Nã aliquãdo perdũt omnia homines in mari, & nudi exeũt. Multi naufragauerũt cũ Paulo. Amatores huius ſeculi paſſi ſũt naufragiũ, & nudi omnes exierũt; illi & quod foris habebant amiſerunt, & domum cordis ſui inuenerunt inanem. *Act.27.g.* Paulus autem in corde ferebat patrimonium fidei ſuæ, nullis fluctibus, nullis tẽpeſtatibus potuit auferri. Nudus exiit, & diues exiit. Tales diuitias debem⁹ quærere. Sed nõ eas video, dicis mihi. Stulta anima, nõ eas vides oculis carnis tuę. Habeto oculũ cordis, & vides eas. Sed nõ vides fidem. Quare illã vides in altero? Quare clamas quãdo tibi frãgitur, ſi nõ eã vides? Frãgit tibi aliquis fidem, clamas. Vis ergo tibi exhiberi, & tunc vides cùm petitur: vt exhibeas tunc non vides? Quod clamas alium non habere erga te, plange te non habere erga alium: & vide quia peccatũ quod facis ſine ſubſtãtia eſt. Quod enim acquiritur de peccato, videtur eſſe ſubſtãtia. Sed & hoc nõ acquiritur. Ille enim habet aurum, qui nouit vti auro. Qui autem auro vti nõ nouit, habetur, nõ habet, poſſidetur, nõ poſſidet. Eſtote domini auri, & non ſerui auri: quia & aurũ De⁹ fecit, & te ſuper aurum ipſe fecit. *Gen.1.d.* Aurum fecit ad ſubſidium tuum, & te ad imaginẽ ſuam. Vide quod ſupra te eſt, & calca quod infra te eſt. Quid ergo acquiſiſti? Vis videre qualis aqua ſine ſubſtãtia ſit? Tolle tecum ad inferos quod acquiſiſti. Quid factur⁹ es? Acquiſiſti aurũ, perdidiſti fidẽ. Poſt paucos dies exis de hac vita: aurũ quod acquiſiſti perdita fide, auferre tecum non potes. Cor tuum inane fidei ad pœnas exit, quod plenum fide ad coronã exiret. Ecce nihil eſt quod feciſti, & pro- C pter nihil Deum offendiſti. Aqua ſine ſubſtãtia eſt, quæ te demerſit. Propter quid irritauit Deũ peccator? *Pſal.9.d.* Cõfundantur iniquè facientes vana. *Pſal.24.a.* Nemo enim nõ inaniter iniquè facit, ſed nemo cõſiderat. Eunt homines, audiunt verbũ Dei & prouerbia Dei, & dormitant in eis: audiunt prouerbium illud vulgare, & vigilãt in eo. Quod prouerbiũ? Malo quod teneo, quàm quod ſpero. O infelix, quid tenes? Ecce dicis, malo quod teneo. Tene ſic vt non amittas, & dic, malo quod teneo. Si autem non tenes, quare non illud tenes quod non potes amittere? Quid ergo tenes? Aurum. Tene ergo ſi tenes, non tibi auferatur inuito. Si autem & per aurum traheris quò non vis, & ideo te quærit maior raptor, quia inuenit minorem raptorem: ideo te quærit maior aquila, quia prior cepiſti leporem: præda tibi fuit minor, præda eris maiori. Hæc non vident homines in rebus humanis, tanta cupiditate cæcantur. Mira res eſt fra- D tres, horrent qui conſiderant. Quęrit potentior infirmiorem: & quærit eum opprimere: nõ ob aliud, niſi quia habet quod illi auferat. Videt illum pati ſub ſe tribulationem, non ob aliud niſi propter quod habet. Et hoc ipſe, propter quod ille patitur tribulationem, ad ſe congerit. Non attendebat quando illum perſequebatur. Ille fugiebat, ille torquebatur, ille timebat, ille vbi ſe abſconderet quærebat. Vnde pateretur iſta mala, niſi quia habebat? Vel in illo diſce quid fugias: quia res quę illum torquebat te perſequente ne auferretur à te, & te ſic habet torquere alio perſequente. Attẽdis quia pinguis eſt. Si propterea illum perſequeris quia pinguis eſt, time pingueſcere, ne alter te quærat: & omnia inaniter fiunt. Quære finem, tenebræ occurrunt. Quære, quære: nihil occurrit. Ergo exultent & lætentur in Chriſto qui dicunt: Pertranſiuit anima noſtra aquam ſine ſubſtantia, & recipiunt ſubſtantiam ſuam.

suam. Perdiderunt illã viuentes prodigè, sed num pauper factus est pater: Redeãt, & inueniẽt ibi diuitias quas
Lucæ 15.d. in longinqua peregrinatione cum meretricibus consũpserunt, euadant aquam sine substantia, & dicãt: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.) Venantes enim erãt persequentes, & posuerunt escam in muscipulã. Quã escam? Dulcedinẽ vitæ huius, vt vnusquisque propter dulcedinem huius vitę mittat caput in nequitiam, muscipula comprimatur. Nam illi in quibus erat Dominus: illi qui dicunt, nisi quia Dominus erat in nobis, non capti sunt in muscipula. Sit in te Dominus: & nec tu capieris in muscipula: clama, Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer eruta est de muscipula venantium.) Quia in ipsa anima Dominus erat, ideo sicut passer eruta est anima de muscipula venantiũ. Quare sicut passer? Quia incauta ceciderat sicut passer: & poterat dicere postea, Ignosce mihi Deus. O passer instabilis, fige potius fidei pedes in petra, noli ire ad muscipulam! Capieris, cõsumeris, obtereris. Sit in te Dominus, & de maioribus minis eruet te, de muscipula venantium. Quomodo si videas auem veluti iam cadere in muscipulam, facis maiorẽ strepitum, & volat de muscipula: sic & martyrũ iam fortè aliqui ipsorum intendebãt collũ in dulcedinẽ vitæ huius: Dominus qui erat in illis, fecit strepitũ gehennarũ, & erutus est passer de muscipula venãtium. Anima nostra sicut passer eruta est de muscipula venãtiũ. Et quid? Sẽper erit illa muscipula? Muscipula erat dulcedo vitæ huius. Illi nõ hæserũt in muscipula, & occisi sũt. Illis occisis muscipula fracta est. Iã nõ remãsit dulcedo vitæ huius, per quam possint iterũ capi, sed illa contrita est. Nunquid & passer contritus est? Absit, quia non hæserat in muscipula. Muscipula cõtrita est, & nos eruti sumus.) Clamẽt ergo, quia eruti sunt, volẽt ad Deũ, triũphẽt in Deo, qui eruti sunt: quoniã Dominus erat in eis, ne à muscipula caperentur. Quare muscipula cõtrita est, & nos eruti sumus? Vis scire quare?

Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.) Nam si adiutorium hoc non esset, non quidem æterna maneret muscipula: sed cùm captus esset, contereretur passer. Nam vita ista transitura est, & qui dulcedine eius capti fuerint & irretiti, & per hanc dulcedinem offenderint Deum, cum ista vita transibunt. Nam conteretur muscipula, certi estote. Omnis dulcedo vitæ istius præsentis non erit impleta sorte loci sui: sed opus est non hærere, vt quando conteretur muscipula, tũc exultes & dicas: Muscipula contrita est, & nos eruti sumus. Sed ne putes te viribus tuis hoc posse, ad eius fuge auxilium, cuius est vt eruaris (nam si superbieris, in muscipulam cadis) & dic: Adiutoriũ nostrũ in nomine Domini, qui fecit cęlũ & terrã. Psalmus tractatus est, & quãtũ Dominus adiuuare dignatus est, vt puto expositus est. Crastino etiã die sermonẽ deberi charitati vestræ optimè nostis. Adestote, & adiuuate nos orationibus vestris. Pollicitationis enim nostrę meminisse debetis. Nec dicerẽ quid essẽ tractaturus, nisi adiuuari volens studio fidei & orationũ vestrarũ. Meministis enim me promisisse vobis de
Ioan.1.b. hoc tractare quod dictũ est in Euãgelio: Lex per Moysẽ data est, gratia & veritas per Iesũ Christum facta est. Solẽt enim omnes hæretici, maximè Manichæi reprehẽdere legem, & dicere quia Deus illã nõ dedit. Exponẽdus est locus iste, vt cognoscatur, quia & legẽ Deus dedit, & lex per Moysẽ data est, vt nos saluaret. Propter certam causam non saluauit lex, vt lator legis ipse imperator desideraretur, qui indulgentiam daret peccãtibus: & data quidem lex esset per Moysẽ, gratia autẽ

A & veritas per Iesum Christum fieret. Ad hoc intentos vos facere volui. Aderit Domini misericordia, non ex meritis nostris, sed fortè pro merito desiderij vestri: neque ex facultatibus nostris, sed ex abũdãtia donorũ suorũ: vt sic tractetur res satis necessaria hominibus positis in nouo testamẽto, vt omnino nullas latebras inueniat inimicus, vbi se occultet ad decipiẽdos fideles.

IN PSALMVM CXXIIII. PRÆFATIO.

PSALMVS iste pertinens ad numerum Canticorũ graduũ.) de quo titulo in aliis iam multa diximus, & repetere nolumus, ne vos obtũdamus potius quàm instruamus, docet nos ascendentes & leuantes animas nostras ad Dominum Deum nostrum affectu charitatis atq; pietatis, non intendere in homines, qui prosperantur in hoc seculo felicitate falsa atque ventosa & prorsus seductoria: vbi nihil aliud nutriũt quàm superbiam, & cor eorum congelascit aduersus Deum,
B & fit durũ aduersus imbrem gratię ipsius, ne fructũ ferat. Præsumentes enim omnia sibi abũdare quæ videtur huic vitæ necessaria, & vltra quã necessaria, extollũtur. Et cùm sint homines per iniquitatẽ inferiores omnibus hominibus, per superbiã superiores se putant omnibus hominibus. Atque vtinam vel sicut alios homines se esse deputarent. Hos autẽ aliquando intuẽdo & nimis attendẽdo etiã illi qui Deum colunt, fluctuãt & nutãt, quasi perierit merces eorũ quare Deũ colũt, cùm se vident in laboribus, in egestate, in ærumna, in morbo, in dolore, in aliqua necessitate, & vident alios habere sanitatẽ corporis, abundare temporalibus, incolumitate suorum gaudere, nitore honorũ florere eos qui non solùm Deum nõ colunt, verumetiam hominibus aduersantur, attendentes eos, nutant, & dicunt apud se
C quod apertè scriptum est in quodã Psalmo: Quomodo Psal.72.b.
sciuit Deus, & si est scientia in altissimo? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Et sequitur: Nunquid vanè iustificaui cor meum, & laui inter innocẽtes manus meas? Nunquid fortè vanus fui qui volui iustè viuere, & innocẽter inter homines cõuersari, quãdo scio eos qui nolũt seruare innocẽtiã habere tantam felicitatẽ, & insultare iustis per iniquitatẽ felices? Sed quis illud dixit ibi in Psalmo? Cuius nondum erat rectum cor. Sic enim cœpit iste Psalmus de quo modò testimonium dedimus, nõ iste quem considerandum & tractandum modò suscepimus, sed vbi dictum est, Quomodo sciuit Deus, & si est sciẽtia in altissimo? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: Nũquid vanè iustificaui cor meũ? & laui inter innocentes manus meas? Ille ergo Psalmus
D vbi videtis quia periclitatur anima, vbi videtis quia nutant pedes, sic cœpit. Quàm bonus Deus Israël rectis corde? Mei autẽ, inquit, penè cõmoti sunt pedes, paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Inde ergo dixit cõmotos pedes suos & penè effusos gressus, lapsos ad ruinam à Deo: quia intuitus est & inspexit felicitatẽ peccatorum, & vidit eos habere pacẽ, se autẽ laborẽ. Narrauit autem hoc cùm iam euasisset, cùm iam recto corde Deo inhæsisset, narrauit præterita pericula sua. Ergo bonus Deus Israël. Sed quibus? Rectis corde. Qui sunt recti corde? Qui non reprehendunt Deum. Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad volũtatem Dei dirigunt, non voluntatem Dei ad voluntatem suam curuare conantur. Breue præceptum est, vt homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult Deus: noli Deum velle facere quod vis tu. Prauicordes ergo sunt, id est, qui rectum cor non habent.

habẽt, qui sedent & disputãt quomodo debuit facere
A Deus: non laudãdo quod fecit, sed reprehẽdẽdo. Corrigere illum volunt. Parũ est quia corrigi ab eo nolũt, & dicunt: Nõ debuit Deus facere pauperes, sed soli diuites esse debuerunt, & ipsi soli viuerẽt. Vt quid factus est pauper? Vt quid viuit? Reprehendit Deũ pauperũ. Quanto melius esset pauper Dei, & diues esset de Deo, hoc est, sequeretur voluntatem Dei, & videret paupertatem suam temporalem esse & transituram, diuitias autem sibi spiritales ita venturas, vt nullo pacto posset præterire, & haberet in diuitiis cordis fidem, si ei non contingit aurum habere in arca? Quia si aurum haberet in arca, furem timeret, & aurum de arca etiam nolens perderet: fidem autẽ de corde nõ perdet, si ipse illam inde non expulerit. Citò autẽ respondeti potest, charissimi. Fecit Deus pauperẽ, vt probet hominẽ: & fecit Deus diuitem, vt probet illũ de paupere. Et omnia quæ fecit Deus, rectè fecit. Et si nõ possumus videre
B cõsiliũ ipsius, quare illud sic fecit & illud sic, bonum est nobis vt subdamus nos sapientiæ ipsius, & credamus quia bene omnia fecit, & si nondũ nouimus quarẽ sic fecit: & habebimus cor rectum, vt prę sumamus & confidamus de Domino, & non mouebũtur pedes nostri, & fit in nobis ascendentibus vnde cœpit iste Psalmus.

Expositio Psalmi.

QVI confidunt in Domino sicut mons Sion, non cõmouebũtur in æternũ.) Qui sunt isti? Qui inhabitant Hierusalem. Ipsi non commouebuntur in æternũ qui habitant Hierusalem. Si hanc Hierusalẽ intellexerim, omnes qui illic inhabitabãt, bellis & euersione ipsius ciuitatis exclusi sunt. Modò quæris Iudæum in ciuitate Hierusalem, & non inuenis. Quare ergo non mouebuntur in æternum qui inhabitant Hierusalem, nisi quia est alia Hierusalem, de qua multa soletis audi
C re? Ipsa est mater nostra, cui suspiramus & gemimus in ista peregrinatione, vt ad illã redeamus. Erraueramus à via, & viam nõ habebamus. Rex ipsius venit, & via nobis factus est, vt ad illã redire possimus. Ipsa est illa vbi
Psal.121.a. stantes erant pedes nostri in atriis Hierusalẽ, sicut audistis in Psalmo canticorum graduum superiore, iam vobis exposito & tractato qui interfuistis: cui suspirabat ille qui cantabat, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsũ. Qui ergo ibi habitant, non mouebũtur in æternũ. Qui autẽ habitarũt in ista Hierusalem, moti sunt: primò corde, postea exilio. Quando moti sunt corde & cediderunt, tunc regẽ ipsius supernæ Hierusalem crucifixerunt. Iam spiritaliter foris erant, & ipsum regem foras excludebant. E-
Mat.27.d. iecerunt enim illũ extra ciuitatem suam, & eum foris crucifixerunt. Et ipse eiecit illos extra ciuitatem suã,
D id est, æternam Hierusalem matrem omniũ nostrũm, quæ est in cœlis. Qualis est ista Hierusalem? Breuiter describit eam. Montes in circuitu eius.] Magnum ergo aliquid est, esse nos in ea ciuitate quam circumdederunt montes? Ipsa est tota felicitas nostra, quia habebimus ciuitatem quam circumdederunt mõtes. Num enim non nouimus montes? aut quid sunt mõtes, nisi tumores terrarum? Alii sunt ergo montes amabiles, montes excelsi, prędicatores viritatis, siue angeli, siue apostoli, siue prophetæ. Ipsi sunt in circuitu Hierusalem. Ambiunt illam, & quasi murum illi faciunt. De his montibus amabilibus & delectabilibus assiduè Scriptura loquitur. Aduertite vel cum auditis vel legitis, pluribus locis inuenitis montes delectabiles, quàm nos possumus commemorare. Verũtamen quantum Dominus suggerit, delectat nos de his montibus multa dicere: & diuina testimonia de

A literis sanctis occurrunt nobis. Ipsi sunt montes qui illuminantur à Deo. Et primitus illuminãtur, vt ab ipsis lumẽ descẽdat ad valles, vel ad colles: quia nõ tãtæ sũt altitudinis quantæ sunt mõtes. Ipsi sunt per quos nobis prerogatur Scriptura, siue in prophetia, siue in epistolis, siue in Euãgeliis. Ipsi sunt montes de quibus cantam: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ
Psal. 120. a. mihi: quia de Scripturis sãctis in hac vita habemus auxiliũ. Sed quia ipsi mõtes nõ à se protegũtur, nec à seipsis nobis cõsulunt, nec spes nostra debet esse in mõ-
Hier.17.a. tibus, ne maledicti simus qui spem in homine ponimus: iã dixerat, Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi: Auxiliũ, inquit, meũ à Domino, qui fecit cælum & terram. Ipsi sunt montes de quibus item dicit: Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles iustitiam. Montes magni sunt, colles minores sunt. Mon-
Psal.71.a. tes ergo vident, colles credunt. Qui vident, pacem susceperunt & attulerunt ad illos qui credunt. Qui enim
Rom.1.b. credunt, suscipiunt iustitiam: quia iustus ex fide viuit. Angeli vident: annunciant quod vident, & credimus nos. Ioannes ille: In principio, inquit, erat verbum, &
Ioan.1.a. verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Videbat, prædicauit nobis vt crederemus. Et per mõtes suscipientes pacem, susceperunt colles iustitiam: quia de ipsis mõtibus ait: Suscipiunt mõtes pacẽ populo tuo. Non dixit, à se habent pacẽ, vel instituunt pacem, vel generãt pacem, sed suscipiunt pacẽ. Vnde suscipiunt pacem, Dominus est. Sic ergo leua oculos tuos ad montes propter
Psal. 120. pacem, vt auxilium tuum sit à Domino, qui fecit cælũ & terram. Rursus illos mõtes cõmmemorans Spiritus
Psal.75.a. sanctus hoc ait: Illuminans tu admirabiliter à montibus æternis. Non dixit, illuminant montes, sed illuminans tu à montibus æternis. Per montes istos quos æternos esse voluisti prędicans Euãgelium, tu illuminas,
C non montes. Tales ergo mõtes in circuitu Hierusalem. Et vt noueritis quales sint montes in circuitu eius, vbi commemorauit montes bonos Scriptura, valde rarò & difficile, aut fortè nunquam, vt non statim ibi nominet Deum, aut simul significet, ne spes remaneat in montibus. Ecce videte quàm multa commemorauit. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et ne ibi remaneas: Auxilium meum, inquit à Domino, qui fecit cælum & terram. Rursus suscipiunt
Psal.71.a. montes pacem populo tuo. Cùm dixit, suscipiunt, ostẽdit alium esse montem pacis vnde illi suscipiunt. Rursus, à montibus illuminans. Sed tu dixisti: Illuminans
Psal.75.a. tu admirabiliter à montibus ęternis. Item hoc loco cũ dixisset, Mõtes in circuitu eius, ne rursum remaneres in mõtibus, statim subiunxit: Et Dominus in circuitu plebis suæ.) Vt tua spes nõ sit in mõtibus, sed in illo qui il-
D luminat mõtes. Dum enim ille habitat in montibus, id est, in sanctis, ipse est in circuitu plebis suæ: & ipse mutauit plebẽ suam munimento spiritali, ne moueatur in æternum. At verò de illis montibus malis quando loquitur Scriptura, non eis addidit Dominum. Tales mõtes iam sæpe diximus vobis, significant magnas quasdam animas: sed malas. Non enim putetis fratres, quia potuerunt fieri hęreses per aliquas paruas animas. Non fecerunt hæreses, nisi magni homines: sed quãtũ magni tantum mali montes. Non enim mõtes erant tales qui susciperent pacem, vt colles susciperent iustitiam: sed illi dissensionem susceperunt à diabolo patre suo. Montes ergo erant: ad tales montes caue ne fugias. Venturi enim sunt homines, & dicturi tibi: Magnus ille vir, & magnus ille homo. Qualis fuit ille Donatus? qualis est Maximinianus: & nescis Photinus qualis fuit? & ille Arrius qualis fuit: Omnes istos montes nominauimus, sed naufragosos. Videtis quia

lucet de illis aliqua flãma ſermonis, & aliquis de ipſis ignis accẽditur. Si nauigatis in ligno, noctẽ patimini, id eſt, caliginem huius vitæ: nõ vos fallãt, nec dirigatis illuc nauim. Vbi ſunt ſaxa, ibi naufragia magna fiũt. Cũ ergo tibi laudati fuerint iſti mõtes, & cœperit tibi ſuaderi vt venias ad ipſos montes quaſi ad auxilium, & ibi requieſcas, reſponde: [Pſal.10.a] In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in mõtes ſicut paſſer? Bonum eſt enim tibi vt in illos mõtes leues oculos, vnde tibi auxilium à Domino ſit, [Pſal.120.a] vt euadas ſicut paſſer de muſcipula venantium, nõ tranſmigres in montes. Paſſer enim inſtabilis res eſt, citò mouetur, citò volat hinc & inde. Sed tu confide in Domino, & eris ſicut mõs Siõ, non moueberis in æternũ, & non tranſmigrabis in mõtes ſicut paſſer. Nũquid ibi ſic nominauit mõtes, vt de Domino diceret? Sed mõtes tales ama, in quibꝰ Dominꝰ eſt. Tũc autẽ te amãt ipſi mõtes, ſi nõ in illis ſpẽ poſueris. Videte fratres quales ſũt mõtes Dei. Nã inde ſic nominati ſunt in alio loco: [Pſal.35.a] Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Nõ ipſorũ, ſed iuſtitia tua. Audi talẽ mõtẽ Apoſtolũ: [Phil.3.b] Vt inueniar in illo, inquit, nõ habens iuſtitiã meam quę ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti. Illi autem per iuſtitiam ſuã montes eſſe voluerunt, ſicut Iudęi quidã vel Phariſęi principes eorũ, ſic reprehenduntur: [Rom.10.a] Ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Qui autem ſubiecti ſunt, ſic ſunt alti vt humiles ſint. Et quia magni ſunt, montes dicuntur: quia verò ſubiecti ſunt Deo, valles ſunt. Et quia habent capacitatem pietatis, ſuſcipiunt abundantiam pacis, & inundationem tranſmittunt ad colles. Modò tamen tu vide quos colles ames. Si vis amari à bonis montibus, noli ſpem ponere nec in bonis montibus. Nam qualis mons erat Paulus? Quãdo inuenitur talis? De magnitudine loquimur hominũ. Tantæ gratiæ quiſquã poteſt facilè inueniri? Et tamen timebat ne paſſer ille in illo poneret ſpẽ. Et quid ait? [1 Cor.1.b] Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt? Sed [Pſal.120.a] leuate oculos in montes vnde auxilium veniat vobis, [1.Cor.3.b] quia ego plantaui, Apollo rigauit: ſed auxilium veſtrũ à Domino qui fecit cælũ & terram, quia Deus incremẽtũ dedit. Ergo mõtes in circuitu eius. Sed quomodo montes in circuitu eius, ſic & Dominus in circuitu plebis ſuæ: Ex hoc & vſque in ſeculũ.) Si ergo mõtes in circuitu eiꝰ, & Dominꝰ in circuitu plebis ſuæ, cõſtringit Dominꝰ plebẽ ſuã in vnũ vinculum charitatis & pacis: vt qui cõfidunt in Domino ſicut mons Siõ, nõ cõmoueantur in æternũ: Et hoc eſt ex hoc & vſque in ſeculũ. Quoniam nõ derelinquet virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas.) Modò quidem iuſti aliquantum laborant, & modò aliquando iniuſti dominantur iuſtis. Quibus modis? Aliquando iniuſti perueniunt ad honores ſeculi. Cùm peruenerint & facti fuerint vel iudices, vel reges, quia hoc facit Deus propter diſciplinam plebis ſuæ, propter diſciplinam populi ſui: non poteſt fieri niſi vt exhibeatur illis honor debitus poteſtati. Ordinauit enim ſic Deus eccleſiam ſuam, vt omnis poteſtas ordinata in ſeculo habeat honorem, & aliquando à melioribus. Sed exempli gratia, vnam rem dico, hinc coniicite gradus omnium poteſtatum. Prima & quotidiana poteſtas hominis in hominem domini eſt in ſeruum. Propè omnes domus habent huiuſmodi poteſtatem. Sunt domini, ſunt & ſerui. Diuerſa ſunt nomina, dominus, ſeruus: ſed homines & homines paria ſunt nomina. Et quid dicit Apoſtolus, docens ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe? [Epheſ.6.a] Serui obaudite dominis veſtris ſecundum carnem, quia eſt Dominus ſecundũ ſpiritum. Ille eſt verus Dominus & æternus, iſti autem temporales ſecundum tẽpus. Tu cùm ambulas in via, cũ viuis in hac vita, non vult te facere ſuperbũ Chriſtꝰ. Contigit tibi vt Chriſtianus efficereris, & haberes dominum hominẽ: nõ ideo Chriſtianꝰ factꝰ es, vt dedigneris ſeruire. Cùm enim Chriſto iubente ſeruis homini, non illi ſeruis, ſed illi qui iuſſit. Et ait: Obaudite dominis veſtris ſecundum carnem, cum timore & tremore, & in ſimplicitate cordis, non ad oculum ſeruiẽtes quaſi hominibus placentes: ſed quaſi ſerui Chriſti, faciẽtes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate. Ecce non fecit de ſeruis liberos, ſed de malis ſeruis bonos ſeruos. O quantum debent diuites Chriſto qui illis cõponit domum, vt ſi fuit ibi ſeruus infidelis, conuertat illum Chriſtus, & non ei dicat: Dimitte Dominũ tuũ, iam cognouiſti eum qui verus eſt Dominus. Ille fortè impius eſt & iniquus, tu autem fidelis & iuſtus. Indignum eſt vt iuſtus & fidelis ſeruiat iniquo & infideli. Non hoc ei dixit, ſed magis ſeruiat. Et vt corroboraret ſeruũ, hoc dixit: Exẽplo meo ſerui, quia prior ego ſeruiui iniquis. Dominꝰ enim tanta in paſſione ſuſtinens, à quibus ſuſtinuit niſi Dominus à ſeruis? Et à quibus, niſi à malis ſeruis? Nã ſi fuiſſent boni ſerui, honorarẽt Dominum ſuum. Sed quia mali ſerui erãt, iniuriauerũt Dominum. Ille quid contrà reddidit? Dilectionẽ pro odio. Ait enim; [Lucæ 23.e] Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Si Dominus cæli & terræ, per quem facta ſunt omnia, ſeruiuit indignis, rogauit pro ſæuientibus & furentibus: & tanquam medicum ſe exhibuit adueniens (nam & medici & arte & ſanitate meliores ſeruiunt ęgrotis,) quãto magis nõ debet dedignari homo, ex toto animo, & ex tota voluntate bona, cum tota dilectione ſeruire Domino etiam malo? Ecce ſeruit melior deteriori, ſed ad tempus. Quòd autem dixi de domino & ſeruo, hoc intelligite de poteſtatibus & regibꝰ, & de omnibꝰ culminibꝰ huiꝰ ſeculi. Aliquãdo enim poteſtates bonæ ſũt, & timent Deum, aliquando non timent Deũ. Iulianꝰ extitit infidelis imperator. Nónne extitit apoſtata, iniquus, idololatra? Milites Chriſtiani ſeruierunt imperatori infideli. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, nõ agnoſcebãt niſi illum qui in cælo erat. Quãdo volebat vt idola colerẽt, vt thurificarẽt: pręponebãt illi Deũ. Quãdo autẽ dicebat, producite aciẽ, ite cõtra illam gentẽ: ſtatim obtẽperabant. Diſtinguebant Dominum æternum à domino tẽporali: tamen ſubditi erant propter Dominum æternum, etiam domino temporali. Sed nunquid ſic erit ſemper, vt iniqui imperẽt iuſtis? Nõ ſic erit. Videte enim quid dicat iſte Pſalmus: Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Sentitur ad tempus virga peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ſed nõ ibi relinquitur, nõ erit in æternum. Veniet tempus quando vnus agnoſcatur Deus: veniet tempus quando vnus Chriſtus in claritate ſua apparens congreget ante ſe [Matt.25.d] omnes gentes, & diuidat eas ſicut diuidit paſtor hædos ab ouibus: oues ponet ad dexteram, hædos ad ſiniſtram. Et videbis ibi multos ſeruos inter oues, & multos dominos inter hædos: & rurſus multos dominos inter oues, & multos ſeruos inter hædos. Non enim quia ſic conſolati ſumus ſeruos, omnes ſerui boni ſunt: aut quia ſic repreſſimus ſuperbiam dominorum, omnes domini mali ſunt. Sunt boni & fideles domini, & ſunt mali. Sunt boni & fideles ſerui, & ſunt mali. Sed quandiu ſerui boni ſeruiunt malis dominis, ferant ad tempus: quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Quare? Vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas, vt ad tempus ferant iuſti iniquos dominantes, & intelligant non eſſe hoc ſempiternum, ſed

præpa-

præparent ſe ad poſſidendam ſempiternam hęreditatem. Quam hæreditatem? Vbi deſtruetur omnis potẽtatus, [1.Cor.15.d] & omnis poteſtas, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ad hoc ſe ſeruãtes, & hoc corde contemplantes, & hoc in fide retinentes, & vt videant perdurantes, non extendunt manus ſuas in iniquitatẽ. Nã ſi videãt quia ſemper eſt virga peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorũ, cogitant apud ſe & dicũt: Quid mihi prodeſt quia iuſtus ſum? Semper mihi dominabitur iniquus, & ſẽper ſeruus ero? Faciam ergo & ego iniquitatẽ, quia nihil prodeſt tenere iuſtitiam. Ne autem hoc dicat, inſinuatur illi fides, quia ad tempus poteſt eſſe virga peccatorũ ſuper ſortem iuſtorum. Non eam relinquet Dominus ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas: ſed teneant ab iniquitate manus ſuas, & ferant iniquitatẽ, nõ faciant: melius eſt enim iniuſtitiam ferre quàm facere. Vnde non ſemper erit? Quia nõ derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper [Pſal.72.a] ſortem iuſtorũ. Hoc cogitant qui recto ſunt corde, de quibus paulo antè dixit, qui voluntatem Dei ſequuntur, non voluntatem ſuam: ſed qui ſequi Deum volũt, faciunt illũ præcedẽtẽ, & ſe ſequẽtes: nõ autem ſe præcedẽtes, & illum ſequẽntem. Et in omnibus eum bonũ inueniunt, ſiue emendantem, ſiue cõſolantẽ, ſiue exercentem, ſiue coronantem, ſiue purgantẽ, ſiue illuminãtem, [Rom.8.e] ſicut Apoſtolus ait: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ. Et ideo ſequitur: [Pſal.63.c] Benefac Domine bonis, & rectis corde.) Sicut autem [Pſal.72.a] qui declinat à malo, & facit bonũ, rectꝰ corde eſt, quia non zelat in peccatoribus, pacem peccatorũ intuens: ſic praui cordis eſt, qui ſcandalizatur in viis Domini, qui declinat à Deo & facit malũ, & ineſcatur dulcedine ſeculi, & ea illaqueatus & captꝰ amaras pœnas luit. Declinanti autem à Deo, cuius diſciplinã ferre noluit, fit illi per iudicium Dei verus laqueus falſa malorũ felicitas. Vnde continuò ſubiungit: Declinantes autẽ in ſtrangulationem adducet Dominus cum operantibus iniuſtitiã.) Id eſt, quorũ facta imitati ſũt: quia eorũ pręſentes lętitias amauerũt, & futura ſupplicia nõ crediderũt. Qui ergo recti ſunt corde, & nõ declinãt, quid habebunt? Iã veniamus ad ipſã hæreditatem, fratres, quia filii ſumꝰ. Quid poſſidebimus? Quę eſt hęreditas? Quæ patria noſtra? Quid vocatur? pax. Per hanc vos ſalutamus, [Pſal.71.a] hanc vobis annunciamus, hanc ſuſcipiunt [Eph.2.c] montes, & colles iuſtitiam, ipſa eſt Chriſtus. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluit, quia filii ſumus, hæreditatem habebimus. Et quid vocabitur ipſa hæreditas, niſi pax? Et videte quia exhæredati ſunt qui non amant pacem. Non autem amant pacem qui diuidunt vnitatem. Pax poſſeſſio piorum eſt, [poſſeſſio hæredum. Et qui ſunt hæredes? Filii. Audite Euangelium: [Mat.5.a] Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur. Audite & concluſionem huius Pſalmi: Pax ſuper Iſraël.) Iſraël eſt videns Deum. Hieruſalem viſio pacis interpretatur. Intelligat charitas veſtra: Iſraël interpretatur videns Deum: Hieruſalem viſio pacis. Qui non mouebuntur in æternum? [Pſal.124.a] Qui inhabitant Hieruſalem, non mouebuntur in æternum. Ergo non mouebuntur in æternum, qui inhabitant viſionem pacis. Et pax ſuper Iſraël. Ergo Iſraël qui videns Deum eſt, videns pacem eſt: & ipſe Iſraël eſt & Hieruſalem: quia populus ille Dei, ipſa eſt ciuitas Dei. Si ergo videns pacem, hoc eſt videns Deum: meritò & Deus ipſe eſt pax. Ergo quia Chriſtus filius Dei pax eſt, ideo venit colligere ſuos, & ſecernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui oderunt Hieruſalem, qui oderunt pacem, qui volunt conſcindere vnitatem, qui non credunt paci, qui falſam pacem pronunciant in populo, & non illam habent. Quibus reſpondetur cùm dixerint: Pax vobiſcum, & cum ſpiritu tuo. Falſum dicunt, & falſum audiunt. Quibus dicunt pax vobiſcum? Quos ſeparant à pace orbis terrarum. Et quibus dicitur: Et cum ſpiritu tuo? Qui diſſenſiones amplectuntur, & odiunt pacẽ. Si enim in ſpiritu eorum eſſet pax, nónne vnitatem diligerent, & relinquerent diſſenſionem? Falſum ergo pronunciant, & falſum audiunt. Nos vero pronunciemus, & verum audiamus. Simus Iſraël, & amplectamur pacem, quia Hieruſalem eſt viſio pacis, & nos Iſraël, & pax ſuper Iſraël.

IN PSALMVM CXXV.
ENARRATIO.

SICVT iam meminiſtis, ex ordine nobis tractantibus iſte Pſalmus eſt centeſimus viceſimus quintus, qui inter illos Pſalmos eſt, quorum eſt titulus: Cãticum graduum.) Eſt autẽ ſicut noſtis vox aſcendentiũ. Quò, niſi ad illam ſupernam Hieruſalem, matrem omnium quæ eſt in cælis? [Gal.4.d] Quæ ſuperna, ipſa & æterna. Hæc autem quæ in terra fuit, vmbram habebat illius. Itaque iſta cecidit, illa permanet. Hæc impleuit tẽpus prædicationis, illa tenet æternitatem reparationis noſtræ. Ab illa peregrinamur in hac vita, ad eius reditum ſuſpiramus. Suſpiramus tãdiu miſeri & laborantes, donec ad illã redeamus. Nec ciues noſtri angeli dimiſerunt nos in peregrinatione, ſed annunciauerunt nobis ipſum regem venturũ ad nos: & venit ad nos, & contemptus eſt inter nos à nobis: & poſtea nobiſcum fuit & docuit nos contemni, quia contemptus eſt: docuit nos tolerare, quia tolerauit: docuit pati, quia paſſus eſt: & promiſit reſurrecturos, quia reſurrexit: in ſeipſo oſtendens quid ſperare debeamus. Si ergo, fratres, prophetę antiqui patres noſtri antequam Dominus Ieſus Chriſtus veniret in carne, antequam mortuus reſurrexiſſet & aſcendiſſet in cælum, ſuſpirabant tamen illi ciuitati: quantũ oportet nos deſiderare quò nos ipſe præceſſit, & vnde nunquã receſſit? Nõ enim Dominus ſic venit ad nos, vt deſereret angelos. Et cum illis mãſit, & ad nos venit. Illis manſit in maieſtate, ad nos venit in carne. Eramus autem vbi redemptor noſter ille veniſſe dicitur, & captiui tenebamur. Si redemptor noſter ille dicitur, captiui tenebamur. Vbi ergo tenebamur, vt ille veniret redimere captiuos? Vbi tenebamur? Forte apud barbaros. Peior eſt barbaris diabolus & angeli eius. Ipſi antea tenebant genus humanum, ab eis redemit nos, qui non aurum neque argentum, ſed ſanguinem ſuum pro nobis dedit. Quomodo autem homo venerat in captiuitatem, Paulum Apoſtolum interrogemus. Etenim ipſe præcipuè gemit in iſta captiuitate, ſuſpirans æternam Hieruſalem: & docuit nos gemere ex ipſo ſpiritu, quo & ille impletus gemebat. Hoc enim ait: Omnis creatura congemiſcit & dolet [Rom.8.d] vſque nunc. Et iterum: Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, [Ibidem] ait, non ſponte: ſed propter eum qui ſubiecit eã in ſpe. Omnem creaturam dixit in hominibus etiam nondum credentibus, ſed tamen credituris, ingemiſcere creaturam in laboribus. Nunquidnam in his tãtum gemit, qui nondum crediderunt? Iam verò in his qui crediderunt non gemit nec parturit creatura? Non ſolùm autem, inquit, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, id eſt, qui iam ſpiritu Deo ſeruimus, qui iam mente Deo credimus, & in ipſa fide primitias quaſdam dedimus, vt primitias noſtras ſequamur, ergo & noſipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis noſtri,

Gemebat ergo & ipse, & gemũt omnes fideles, adoptionem expectãtes redẽptionem corporis sui. Vbi gemunt? In ista mortalitate. Quam redemptionem expectant? Corporis sui, quæ præcessit in Domino, qui
Marc. 16. resurrexit à mortuis, & ascẽdit in cælũ. Hoc nobis antequam reddatur, necesse est gemamus, etiã fideles, etiã sperantes. Ideo sequitur ibi & dicit, cùm diceret: Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimꝰ adoptionem expectantes redẽptionẽ corporis nostri. quasi diceretur ei: Quid tibi ergo profuit Christꝰ, si adhuc gemis? Et quomodo Saluator saluũ te fecit? Qui gemit, adhuc ægrotat: subiũxit & ait, Spe enim salui facti sumus. Spes au-
Rom. 8. c. tem quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod nõ videmus speramus, per patientiã expectamꝰ. Ecce quare gemimꝰ, & quomodo gemimꝰ: quia quod speramus iam quidẽ expectamus, sed nondũ tenemus, & donec teneamus in tempore suspiramus, quia desideramus quod nondũ tenemus. B Quare? Quia spe salui facti sumus. Iam caro sumpta de nobis in Domino, nõ spe, sed re salua facta est. Resurrexit enim, & ascendit in capite nostro caro nostra salua, in membris adhuc saluãda est. Secura gaudeant mẽbra, quia à capite suo nõ sunt deserta. Dixit enim
Matth. 28. d membris laborãtibus: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consũmationem seculi: ita factum est vt cõuerteremur ad Deum. Spem enim non habebamus, nisi ad seculum, & inde serui miseri, & bis miseri, quia & in hac vita spem posueramus, & faciem habentes ad seculum, dorsum contra Deum. Cùm verò conuerterit nos Dominus, vt iam incipiamus faciem habere ad Deum, & dorsum ad seculum, quia adhuc in via sumus, & tamen patriã attendimus: & quãdo fortè aliquam tribulationem patimur, sed tamen tenemus viam & ligno portamus: asper quidam ventus, sed ventus noster est; cum labore quidem, sed citò ducit & citò perducit. C Quia ergo de captiuitate nostra gemebamus, gemunt autẽ & illi qui iã crediderũt. Quomodo autẽ facti sumus captiui? Obliti sumus, sed per Scripturã cõmemoramur. Paulum ipsum Apostolum interrogemus. Ait e-
Rom. 7. c. nim: Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Ecce vnde facti sumus captiui, quia venundati sumus sub peccato. Quis nos vendidit? Nosipsi, qui consensimus seductori. Vẽdere nos potuimus, sed redimere nos non possumus. Vendidimus nos consensione peccati, redimimur in fide iustitiæ. Sanguis enim innocens datus est pro nobis, vt redimeremur. Non quemcunque sanguinem ille fudit persequendo iustos. Qualem sanguinem fudit? Iustorum quidem sanguinem fudit prophetarum patrum nostrorum, iustorum sanguinẽ fudit & martyrum; tamen omnes de propagine peccati venientes. Vnum sanguinem fudit eius qui non iustificatus, sed iustus natus est. Illo sanguine fuso, perdidit quos tenebat. Pro quibus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt: & conuersi à captiuitate, cantant istum Psalmum:

Expositio Psalmi.

CVM conuerterit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.] Hoc voluit dicere, facti sumus gaudentes. Quando? Cùm conuerterit Dominus captiuitatem Sion. Quæ Sion? Ipsa Hierusalem, æterna Sion. Quomodo æterna Sion? Quomodo captiua Sion? In angelis æterna, in hominibus captiua. Non enim omnes illius ciuitatis ciues captiui sunt, sed qui inde peregrinantur, ipsi captiui sunt. Homo ciuis est Hierusalem: sed venditus sub peccato, A factus est peregrinꝰ. De propagine ipsius natũ est genꝰ humanũ, & impleuit terras captiuitas Sion. Et ista captiuitas Siõ quomodo vmbra illius Hierusalẽ? Vmbra il- Hier. 25. b. & 26. 29.
lius Siõ quam acceperunt Iudæi in imagine, in figura fuit in captiuitate in Babylonia, & post septuaginta annos redit ille populus ad ciuitatẽ suam. Septuaginta anni significant omne tẽpus, quod septẽ diebus voluitur. Cùm autem transierit omne tempus, tunc redimus & nos ad patriam nostram: quomodo ille populus post septuaginta annos rediit à captiuitate Babyloniæ. Ba- 1. Esdr. 1. c.
bylonia enim est mundus iste. Babylonia enim interpretatur confusio. Videte si non est cõfusio tota vita humana. Quicquid agunt homines in spe vana, cũ cognouerint quid agunt, erubescunt. Quare laborãt? Cui laborant? Filiis meis, inquit. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Ab ista ergo cõfusione iam conuersi erant quibꝰ dicit Apostolꝰ: Quam
enim gloriam habebatis in his, in quibus nunc erubes- Rom. 6. d.
citis? Confusio est ergo ista tota vita rerum humanarũ, non pertinens ad Deum. In hac confusione, id est, in ista Babylonia, captiua tenetur Siõ. Sed conuertit Dominus captiuitatem Sion, & facti sumus, inquit, sicut consolati: id est, gauisi sumus tanquam consolationem accipientes. Consolatio non est nisi miserorum, consolatio non est nisi gementium & lugentium. Quare quasi cõsolati, nisi quia adhuc gemimus? Gemimus in spe, cõsolamur in re. Cùm transierit spes, de gemitu gaudium veniet æternum, vbi non opus erit consolatione, quia nulla miseria sauciabimur. Quare autem velut consolati ait, & non ait consolati? Non semper quasi ad similitudinem ponitur hoc verbum, sicut, quod dicimus: aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad similitudinem: modò ad proprietatem relatum est. Sed exempla nobis etiam de communi locutio-
C ne hominum danda sunt, vt facilè intelligatur quomodo dicimus: Sicut vixit pater, ita & filius, ad simi- Eccli. 1. d.
litudinem hoc dicimus: & sicut pecus moritur, ita homo moritur, ad similitudinem hoc dicitur. Quando autem hoc dicimus, Fecit sicut vir bonus, nunquid non est vir bonus, sed similitudinem habet viri boni? Fecit tanquam iustus. Hoc, tanquam, non negat eum iustũ esse, sed proprietatem eius ostendit. Fecisti sicut senator. Ergo non sum senator, si dicat: imò quia es, sicut senator fecisti: & quia iustus es, sicut iustus fecisti: & quia bonus es, sicut bonus fecisti. Ergo quia & isti verè cõsolati erant, sicut consolati gaudebant: id est, magnũ erat gaudiũ ipsorum tanquam consolatorum, illo consolante morituros qui mortuus est. Omnes enim mori gemimus: Cõsolatus est ille qui mortuus est ne mori timerem. Prior resurrexit, vt haberem quod speraremus. Quia ergo prior resurrexit, spẽ nobis de-
D dit: quia in miseria positi, spe cõsolati sumus. Hinc gaudium magnum. Et conuertit Dominus captiuitatem nostram: vt iam de captiuitate viam teneamus, & eam ad patriam. Iam ergo redempti in via non timeamus insidiantes hostes nostros. Ideo enim redemit nos, vt non audeat hostis insidiari nobis, si de via non recesserimus. Ipse enim Christus factus est via. Vis non pati latrones? Ait tibi: Viam tibi strauì ad patriam, noli de via recedere. Talem viam muniui, vt latro ad te nõ audeat accedere. Tu ab illa noli recedere, & latro ad te nõ audebit accedere. Ambula ergo in Christo & cãta gaudens, canta tanquam consolatus, quia ille te præcessit qui iussit vt sequaris. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.) Os, fratres mei, quod habemus in corpore, quomodo repletur gaudio? Nõ solet impleri, nisi aqua, aut cibo, aut potu: aut aliqua re tali missa in os. Impletur aliquando os nostrum,

nostrum, & plus est quod dicimus fictitati vestræ: quãdo os plenum habemus, loqui nõ possumus. Habemus autem intus os, id est, in corde: vnde quicquid procedit, si malũ est inquinat nos, si bonum est mũdat nos. De ipso enim ore audistis, dum Euãgeliũ legeretur. Insultabant enim Iudæi Domino, quia discipuli eius non
Mat. 15. a. lotis manibus manducabant. Illi insultabant qui munditiam foris habebant, & intus maculis pleni erant. Illi insultabant quorum iustitia nõ erat, nisi in oculis hominum. Dominus autem quærit munditiam nostrã interiorem: quæ si fuerit, necesse est vt & quæ foris sunt
Mat. 23. c. munda sint. Mundate, inquit, quæ intus sunt, & quæ
Lucæ 11. f. foris sũt mũda erũt. Ipse Dominꝰ dicit alio loco: Verũ date eleemosynas, & ecce omnia mũda sũt vobis. Vnde autem procedit eleemosyna? De corde. Si enim manum porrigas, nec in corde miserearis, nihil fecisti. Si autem in corde miserearis, etiam si non habeas quod porrigas manu, acceptat Deus eleemosynam tuam. Illi B autem iniqui foris quærebant munditiam. De talibus
Lucæ 7. f. erat etiam ille Pharisæus qui inuitauerat Dominum, quando accessit ad eum mulier quæ in ciuitate peccatrix erat & famosa: quæ lachrymis lauit pedes Domini, tersit capillis, vnxit vnguento. Pharisæus ergo, qui inuitauerat Dominũ, & mũditiã nõ habebat nisi forinsecus corporis, intus autem in corde plenus erat iniqui-
Ibidem. tate & rapina: dixit apud semetipsũ: Iste si esset propheta, sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Vnde nouerat vtrum sciret, an nesciret: Sed ideo eum nescire arbitratꝰ est, quia nõ à se eã repulit. Si enim accessisset ad ipsum Pharisæũ talis mulier, ille qui munditiam tenebat quasi in carne, exufflaret, repelleret, abiiceret: ne immũda tangeret mũdũ, & cõtaminaret eius mũditiam. Quia hoc non fecit Dominus, ideo illũ credidit nescisse qualis mulier illi accessisset ad pedes. Dominꝰ autẽ non solũ illã nouerat, sed & cogitationes illius audie-
C bat: quia & si contactus corporis aliquid facit, ô immũde Pharisæe: caro Domini posset pollui contactu mulieris, an mulier mundari contactu Domini? Permittebat autem medicus ægrotantem tangere medicamentum, & illa quæ venerat nouerat medicum: & quæ solebat in sua fornicatione fortasse esse frontosa, frontosior facta est ad salutẽ. Irrupit in domũ quò nõ erat inuitata: sed vulnera habebat, & illuc venerat vbi medicus recumbebat. Ille autem qui inuitauerat medicũ, sanus sibi videbatur, propterea non curabatur. Iam quæ sequuntur in Euangelio nostis, quomodo confusus est ipse Pharisæꝰ, cùm ei ostenderet, quia & illam mulierẽ nouerat, & cogitationẽ cordis ipsius audierat. Sed ad id reuertamur quod modò de Euãgelio lectũ est, quod pertinet ad præsentem versum, vbi dictum est: Impletũ est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. D Quærimꝰ enim, quod os & quæ lingua. Attẽdat charitas vestra. Insultatũ est Domino, quia non lotis manibus discipuli eius mãducarent. Respõdit illis Dominus sicut oportebat, & vocatis turbis air: Audite omnes &
Mat. 15. b. intelligite. Omne quod intrat in os nõ coinquinat hominem, sed quod exit. Quid est hoc? Cùm dixit, quod intrat in os, non nisi in os corporis voluit ostendere. Intrant enim cibi, & non coinquinant homines cibi: quia omnia munda mũdis; & omnis crea-
Tit. 1. d. 1. Tim. 4. b. tura Dei bona est, & nihil abiiciẽdũ quod cũ gratiarũ actione percipitur. In figura Iudæis posita erãt quædã,
Leuit. 11. & immũda dicta sunt. Sed posteaquã figurarum lux ipsa venit, & remotæ sunt vmbræ, non sumus retẽti in litera, sed viuificati in spiritu: & non est impositũ iugum obseruationis Christianis, quod impositum erat Iu-
Mat. 11. d. dæis, quia Dominus dixit: Iugũ enim meum suaue est,
Ad Tit. 1. d. & sarcina mea leuis est. Et omnia, ait Apostolus, munda mundis: immũdis autẽ & infidelibꝰ, nihil est mũdũ, sed polluta sunt eorũ & mẽs & cõscientia. Quid voluit intelligi? Mũdo homini & panis & porcina munda est, immundo autem nec panis nec porcina. Immũdis autem, inquit, & infidelibus nihil est mundum. Quare nihil est mundum? Sed polluta sunt, inquit, eorum & mẽs & conscientia: quia si interius quod est, immundum est, foris quod est, nihil mundum esse potest. Si ergo illis quibus interiora immunda sunt, exteriora munda esse non possunt: si volueris vt exteriora munda sint, interiora mundato. Ibi est enim os quod implebitur tibi gaudio, & quando taces. Quando enim taces & gaudes, os tuum clamat ad Deum. Sed vide vnde gaudeas. Si de seculo gaudes, immundo gaudio vociferaris ad Deum: si verò de redemptione gaudes, quomodo dixit Psalmus iste: Cùm conuerterit Dominus captiuitatem Sion facti sumus iocundati, tunc impletur vero gaudio os tuum, & lingua tua exultatione. Manifestum est quia in spe gaudes, & acceptum est gaudiũ tuum apud Deum. In ipso gaudio, vel in ipso ore quod habemus intus, & manducamus & bibimꝰ, sicut de isto ore ad refectionem corporis, sic & de illo ore ad refectionẽ cordis. Nã vnde beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam? Quoniam & ipsi saturabuntur. Si autẽ nõ facit Mat. 5. a.
immundũ nisi quod exit de ore, & hoc cùm audimus in Euangelio non intelligamus, nisi os corporis, absurdũ est & nimis stultum: vt tunc putemus non fieri immundũ hominẽ cùm manducat, tunc autẽ putemꝰ immundũ, si vomat. Ait enim Dominus: Nõ quod intrat in os, sed quod exit, coinquinat. Quãdo ergo manducas, non sis immundus, & quando vomis efficeris immundus? Quando bibis, non es immundus, & quãdo spuis, immundus es? Quando spuis enim, de ore tuo exit aliquid: quãdo bibis, in os intrat aliquid.
C Quid voluit dicere Dominus, Nõ quod intrat in os, Matt. 15. b.
sed quod exit, inquinat: Secutus eodem loco secũdũ aliũ Euangelistam dixit: Quæ sunt quę procedunt de ore: vt intelligas non de ore corporis eum dixisse, sed de
ore cordis. Ait enim: De corde enim exeunt cogitatio- Mar. 7. c.
nes malæ, fornicationes, homicidia, blasphemiæ, hæc sũt quę coinquinãt hominẽ: non lotis autem manibus mãducare nõ coinquinat hominẽ. Illa ergo, fratres mei, quomodo exeunt de ore, nisi quia exeũt de corde sicut ipse Dominus dicit: Nõ enim quando illa loquimur, tunc nos maculãt. Ne quis dicat: Cùm loquimur, de ore nostro exeũt, quia verba & voces de ore nostro exeunt, & quãdo mala loquimur, immundi efficimur. Quid si aliquis nõ loquatur, & tamẽ cogitet mala? Mũdus est quia de ore ipsius corporis nihil processit? Sed de ore cordis iam Deus audiuit. Ecce fratres mei, attẽdite quæ dico. Nomino furtum: modò nominaui furtum. Nunquid quia nominaui furtum, contaminauit me furtum? Attendite quod dico. Ecce de ore meo exiit, & non me fecit immundum. Fur autem surgit in nocte, & nihil dicit ore, & faciendo fit immundus. Non solùm autem non dicit, sed & premit facinus toto silentio: & vsque adeò vocem suam timet auditi, vt nec vestigia sua velit sonare. Nunquid ergo quia ita silet, mundus est? Plus autem dico, fratres mei. Ecce adhuc in stratu suo iacet, nondum surrexit vt furtum faciat: vigilat, & expectat vt homines dormiant. Iam Deo clamat, iam fur est, iam immundus est, iam facinus de ore interiore processit. Quando enim facinus ex ore procedit? Quando voluntas faciendi decernitur. Decreuisti facere, dixisti: dixisti, fecisti. Si furtum non feceris foris, ille non meruit perdere, cui disponebas auferre. Et ille nihil perdidit, & tu de furto damnaberis.

Decreuisti

Decreuisti occidere hominem: dixisti in corde, sonuit de ore tuo interiore homicidium. Adhuc viuit homo, & tu homicida puniris. Quid sis enim apud Deũ, quæritur, nõ quid nondũ apparueris apud homines. Certè ergo nouimus, & nosse debemus & tenere, quia est os cordis, est & lingua cordis. Ipsum os impletur gaudio, in ipso ore intus oramus Deũ, quãdo labia clausa sunt & patet conscientia. Silentium est, & clamat pectus. Sed auribus cuius? Non hominis, sed Dei. Secur⁹ ergo esto, ille audit qui miseretur. Et rursus quãdo nemo hominũ audit mala, si procedunt de ore tuo, noli esse securus, quia ille audit qui damnat. Susanna non audiebatur ab iniustis iudicibus, tacebat & orabat. Os eius non audiebatur ab hominibus, cor eius clamabat ad Deum. Nunquid quia vox eius & de ore corporis non processit, propterea exaudiri non meruit? Exaudita est illa, & quando orauit nemo hominum sciuit. Ergo, fratres, quid habeamus in ore interiore, cogitate. Ibi videte ne quid mali dicatis intus, & nihil mali facitis foris: non potest enim fieri ab hominibus foris, nisi quod dictum fuerit intus. Custodi os cordis à malo, & innocens eris, innocẽs erit lingua corporis tui, innocentes manus erunt, etiam pedes innocẽtes erunt, oculi innocentes erunt, aures innocentes erunt. Omnia membra tua iustitiæ militabunt, quia imperator iustus tenuit. cor.

Dan. 13. e.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Domin⁹ facere cum eis: magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus iocundati.) Videte fratres, si modò Siõ nõ illud dicit inter gentes, per totum orbẽ terrarum: videte si nõ ad Ecclesiam curritur. In toto orbe terrarum pretium nostrũ accipitur: Amẽ respõdetur. Dicũt ergo inter gentes Hierosolymitani captiui, Hierosolymitani redituri: peregrini, suspirãtes patriæ suę. Quid dicũt? Magnificauit Domin⁹ facere nobiscũ, facti sumus iocũdati. Nũquid ipsi secũ fecerunt? Ipsi malè secũ fecerunt, quia sub peccato se vendiderunt. Redemptor venit, & bene cũ illis fecit: & magnificauit Domin⁹ facere cum eis. Magnificauit Domin⁹ facere nobiscũ, facti sumus iocũdati. Cõuerte Domine captiuitatẽ nostrã, sicut torrens in austro.) Quid sit hoc, attendat charitas vestra. Iã dixerat: Cùm conuerteret Dominus captiuitatem Sion. Quasi de præterito loquebatur: sed solet fieri vt de præterito loquens, futura prænũciet propheta. Nam quasi de præterito loquebatur cùm in alio Psalmo diceret: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Non dixit, fossuri sũt: nõ dixit dinumerabũt: nõ dixit, diuidẽt sibi vestimẽta mea: nõ dixit, super vestimentũ meũ mittent sortẽ. Futura enim erãt, & quasi facta cãtabantur. Omnia enim quæ futura sunt, Deo iam facta sunt. Hic ergo cùm diceret: Cùm conuerteret Dominus captiuitatem Sion, facti sumus velut consolati: Tunc repletum est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione, quod vt ostenderet se figura præteriti futura cogitare, ait: Tunc dicẽt inter gentes. Dicent, iam de futuro est: Magnificauit Domin⁹ facere nobiscũ, facti sumus iocũdati, de præterito. Tunc cùm cantabantur, futura erant, & nunc videntur præsentia. Ergo orat tanquam de futuris, qui futura tanquam præterita præcinebat: Conuerte Domine captiuitatem nostram. Nondum erat ergo conuersa captiuitas, quia nondum redemptor aduenerat. Ergo quando cantati sunt Psalmi, quod orabatur tũc, iam factum est: Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Sicut conuertuntur torrentes in austro, sic conuerte captiuitatem nostram. Quærebatur quid sit: sed patebit modò, adiuuãte Domino & vestris orationibus. Quodam loco dixit Scritura, cùm præciperet & moneret de operibus nostris

al. redẽpti.

Psal. 21. c.

bonis. Ait enim: Sicut glacies in sereno, ita soluentur peccata tua. Ergo peccata ligabant nos. Quomodo? Quomodo frig⁹ ligat aquam ne currat, ita & nos illigati frigore peccatorũ gelauimus. Auster autẽ calid⁹ vẽt⁹ est. Quãdo flat auster, liquescit glacies, & implẽtur torrentes. Torrentes autẽ dicũtur flumina hyemalia: magno enim impetu repentinis aquis impleta currũt. Gelaueramus ergo in captiuitate, cõstringebant nos peccata nostra: flauit auster spiritus sanctus, dimissa sũt nobis peccata, soluti sumus à frigore iniquitatis, tãquam glacies in sereno, sic soluuntur peccata nostra. Curramus ad patriam quasi torrentes in austro. Diu enim laborauimus & laboramus etiam facientes bene. Nam ipsa vita humana quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, ærumnis, tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum, flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere prius puer qui nascitur. Quare à fletu incipit viuere? Ridere nõdũ nouit, quare plorare iam nouit? Quia cœpit ire in istam vitam. Sed si de illis captiuis est, hic flet & gemit: sed veniet gaudium. Sequitur enim: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.) In ista vita, quæ plena est lachrymis, seminemus. Quid seminabimus? Opera bona. Opera misericordiæ semina nostra sũt. De quib⁹ seminib⁹ ait Apostol⁹: Bonũ autẽ faciẽtes nõ deficiam⁹, tempore enim proprio metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Loquens itaq; de ipsis eleemosynis quid ait? Hoc autem dico: Qui parcè seminat, parcè & metet. Ergo qui multũ seminat, multũ metet: qui parcè seminat, parcè & metet: & qui nihil seminat, nihil metet. Quare desideratis latos fundos, vbi multa semina seminetis? Latior vobis non est vbi seminetis quam Christus, qui in se voluit seminari. Terra vestra Ecclesia est, seminate quantum potestis. Sed parũ habes vnde facias. Habes voluntatẽ? Quomodo nihil esset quod habes, si non adesset bona volũtas: sic & quia non habes, noli esse tristis si est tibi bona volũtas. Quid enim seminas? Misericordiam. Et quid metes? Pacẽ. Nunquid autẽ dixerũt angeli, Pax diuitibus hominib⁹ in terra? Sed, Pax in terra hominib⁹ bonæ volũtatis. In vidua magna volũtas. In Zachæo magna volũtas, in Zachæo charitas magna. Suscepit Dominũ hospitio, gaudens suscepit, & dimidiũ patrimonii sui pauperibus promisit se daturum, & si cui aliquid abstulerat, quadruplum redditurum: vt intelligas propterea sibi cum tenuisse dimidium, non vt haberet quod possideret, sed vt haberet vnde debita redderet. Magna volũtas, multum dedit, multũ seminauit. Ergo vidua illa, quæ duo minuta misit, parum seminauit? Imò tantum quantum Zachæus. Minores enim facultates ferebat, sed parem voluntatem habebat. Misit duo minuta de tanta voluntate, de quanta Zachæus dimidium patrimonij sui. Si attendas quid dederunt, diuersa inuenies. Si attendas vnde dederunt, paria inuenies. Quicquid habuit dedit illa, & quod habuit dedit ille. Fac aliquem non habere vel duos numos. Est aliquid vilius quod seminemus, vt metamus illam messem? Est: Calicem aquæ frigidæ qui dederit discipulo, non perdet mercedem suam. Calix aquę frigidæ non duobus numis, sed gratis constat. Tamen aliquando sic gratis constat, vt habeat illum alius, & alius non habeat. Si ergo ille qui illum habet, dederit illi qui non habet: tantum dedit si de plena charitate dedit quod dedit, tantum dedit quantum illa in duobus numis, quantum Zachæus in dimidio rerum suarum. Non enim sine causa addidit, frigidæ, vt pauperem ostenderet.

Eccle. 3. d

Gal. 6. c.

1. Cor. 9. b

Luce. 2. b.

Luce 19. a.

Mat. 12. d. Luce 21. a.

Mat. 10. d. Mat. 9. f.

Luce 19. b.

Ideo

Ideo dixit, calicẽ aquæ frigidæ, ne quis vel inde causaretur, quod lignum non haberet vnde calefaceret aquã. Calicẽ aquæ frigidæ qui dederit vni ex minimis, non perdet mercedẽ suam. Quid si nec hoc habeat? Securus sit. Et si nec hoc habet, pax in terra hominibus bonæ volũtatis: tantũ illud timeat, ne habeat & nõ faciat. Si enim habet & non facit, intus gelauit: nondum soluta sunt peccata eius sicut torrẽs in austro, quia voluntas frigida est. Quid valent tanta bona quę possidemus? Accedat voluntas feruens iam soluta calore austri: & si nihil habebat, totum illi cõputatur. Quanta sibi præstãt mẽdici? Intẽdat charitas vestra quomodo fit eleemosyna. Certè mẽdici sunt in quos facis eleemosynam, mendici egent. Attenditis fortè fratres vestros, si aliquo egent: tribuitis, si est in vobis Christus, etiã exteris. Sed si illi sunt mendici, qui professionẽ habẽt petẽdi in ærũna, & ipsi habẽt quod sibi præstẽt inuicẽ. Non illos deseruit Deus, vnde probentur quia faciũt eleemosynas. Iste nõ potest ambulare: qui potest ambulare, pedes suos accõmodat claudo. Qui videt, oculos suos accõmodat cæco. Et qui iuuenis est & san⁹, vires suas accõmodat vel seni vel ægroto, & portat illũ. Ille indiget, ille diues est. Aliquãdo & diues inuenitur pauper, & à paupere prestatur illi aliquid. Venit nescio quis ad flumẽ, tanto delicatior quanto ditior: trãsire nõ potest. Si nudatis membris trãsierit: frigescet, ægrotabit, morietur. Accedit pauper exercitatiore corpore: traiicit diuitem, eleẽmosynã facit in diuitẽ. Ergo nolite tãtũ eos putare pauperes qui nõ habẽt pecuniã. In quo quisque pauper est, ibi illũ vide: quia fortè tu in eo diues es, in quo ille pauper est, & habes vnde accõmodes. Fortè membra tua accõmodas, & plus est quã si pecuniam accõmodares. Consilio indiget, tu plenus es consilio. In consilio ille pauper, tu diues es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis: das consilium, & præstitisti eleemosynã. Modò, fratres mei, cùm loquimur, quasi pauperes ad nos estis: & quia nobis Deus dignatus est dare, damus inde vobis, & omnes ab illo accipim⁹ qui solus est diues. Sic se ergo tenet corpus Christi; mẽbra socia sic compinguntur & adunantur in charitatem & in vinculũ pacis, cùm quisque id quod habet prestat ei qui non habet: in eo quod habet, diues est, in eo quod ille non habet, pauper est. Sic vos diligite, sic vos amate. Nolite ad vos solos attendere, sed attendite indigẽtes circa vos. Sed quia cum laboribus & ærumnis fiunt ista in ista vita, nolite deficere. In lachrymis seminatis, in gaudio metetis. Quid enim, fratres mei? Ipse agricola quãdo procedit cum aratro, & portat semẽ, nonne aliquando frigidus est vẽtus, & imber deterret? Attendit cælũ, videt tristem diem, tremit frigore, & tamẽ procedit & seminat. Timet enim ne eũ tristẽ diem attendit & expectat diẽ lætũ, tempus transeat: & non inueniat quod metat. Nolite differre fratres mei, seminate in hyeme, seminate bona opera & cùm ploratis: quia qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent. Mittunt semina sua, bonam voluntatẽ, & bona opera. Eũtes ibant & flebãt, mittẽtes semina sua.) Quare flebãt? Quia inter miseros erant, & miseri erant. Melius est, fratres mei, vt nullus sit miser, quàm vt tu facias misericordiã. Qui enim vt faciat misericordiam optat esse miseros, crudelem habet misericordiam: quomodo si medicus vt exerceret artem suam, optaret esse multos ægrotos, crudelis medicina esset. Melius est vt omnes sani sint, quàm vt exerceatur ars medici. Melius est ergo vt omnes beati regnent in illa patria, quã vt sint qui bus impendatur misericordia. Tamen quamdiu sunt quibus impendatur misericordia, non deficiamus in ista ærũna mittere semina. Etsi cum fletu seminamus, tamẽ cum gaudio meremus. In illa enim resurrectione mortuorũ recipiet quisque manipulos suos, id est, fructũ seminis, coronam gaudiorũ & exultationis. Tũc erit triũphus lætãtium & ipsi morti insultantiũ, in qua gemebatur. Tũc dicent morti: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed quare iam gaudẽt? Quia portant manipulos suos.) Quia euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua. Quare autẽ hoc? Quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metẽt. In isto Psalmo exhortati vos fuerimus maximè ad faciendã misericordiã, quia hinc ascẽditur: & videtis quia ille cãtat canticũ graduũ, qui ascendit. Mementote, & nolite amare descẽdere & non ascendere, sed & de ascẽsione cogitate: quia qui descẽdebat de Hierusalẽ in Hiericho, incidit in latrones. Nisi descẽderet, nõ incideret in latrones. Iam ergo Adam descendit, & incidit in latrones. Omnes enim nos Adam sumus: sed transiit sacerdos & contempsit, transiit Leuites & cõtẽpsit, quia lex sanare nõ potuit. Transiit Samaritanus quidam, id est, Dominus noster Iesus Christus. Illi enim dictũ est: Nónne verum dicim⁹ nos, quia Samaritanus es, & dęmoniũ habes? Ille autem non dixit, non sum Samaritanus: sed dixit, ego dęmoniũ nõ habeo. Samarites enim interpretatur custos. Si diceret, nõ sum Samaritanus: diceret nõ sum custos. Et quis alius custodiret? Deinde ponens similitudinẽ: Transiit Samarites, & fecit cũ illo misericordiam, sicut scitis. Iacebat autẽ in via vulneratus, quia descendit. Transiens Samaritanus nõ nos contempsit: curauit nos, leuauit in iumentum, id est, in carnem suam: perduxit ad stabulum suum, id est, ad ecclesiam: commendauit stabulario, id est, Apostolo: dedit duos denarios vnde curaretur, charitatem Dei & charitatem proximi. In his duobus enim præceptis tota lex pendet & prophetæ. Dixit autẽ stabulario: Curam illius habe. Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. Amplius erogauit Apostolus: quia cũ omnibus Apostolis permissum esset vt acciperẽt tanquam milites Christi stipẽdia à prouincialib⁹ Christi, ille manib⁹ suis laborauit, & annonas suas prouincialibus donauit. Omnia facta sunt. Si descendimus, & vulnerati sumus: ascendamus, cantemus, & proficiam⁹ vt perueniamus.

1. Cor. 15. g

Lucæ 10. f.

Ioan. 8. f.

Lucæ 10. f.

Mat. 22. d

Lucæ. 10. f

1. Cor. 4. c.
1. Tess. 2. b.
2. Thess. 3. b

IN PSALMVM CXXVI. ENARRATIO.

INTER omnia cantica quibus est titulus, Canticum graduũ, iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit, quòd additum est, Salomonis: Sic enim prænotatur: Canticũ Graduũ Salomonis.) Itaque fecit nos intẽtos inusitatior titulus cæteris, vt quęramus quare sit additum Salomonis. Nã quid sit canticum graduum, nõ opus est sæpe repetere. Plura enim hinc dicta sunt, quia cantat ascendentis vox in affectu pietatis & charitatis, ad illam supernã Hierusalẽ, cui suspiramus quãdiu peregrinamur, & vbi lætabimur cùm à peregrinatione redierimus. Ascendit ad hãc omnis qui proficit, cadit ab hanc omnis qui deficit. Nec pedibus ascẽdere quæras, nec pedibus te descendere putes. Amando Deum ascendis, amando seculum cadis. Sunt ergo ista cantica amantium, & quodam sancto desiderio flagrantium. Ardent qui ista cantant ex corde, quorum etiam cor ardens inuenitur in moribus, in bona conuersatione, in operibus secundum præcepta Dei, in contemptu temporalium, in charitate æternorum. Sed quare sit additum, Salomonis, quantum inspirauerit Dominus, dicam charitati vestræ. Salomon erat tempore suo filius Dauid, magnus ille, per quẽ multa sancta præcepta & salubria monita & diuina sacramenta

cramēta spiritus sanctus in diuinis literis operatus est. [A] Nā ipse Salomon mulierum amator fuit, & reprobatꝰ est à Deo: & vsqueadeò laqueus illi fuit illa cupiditas, [3.Reg.11.] vt à mulieribus etiā idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo Scriptura testis est. Sed si illo cadēte quæ per illum dicta sunt, delerentur, iudicaretur quia ipse dixerat, non quia per illum dicta erant. Optimè igitur etiā hoc egit misericordia Dei & spiritus eius, vt quicquid boni per Salomonē dictū est, Deo tribueretur: peccatū [Genes.3.d. Esa.14.d. Hier.17.a 3.Reg.9.] autē hominis homini. Quid mirū quia in populo Dei cecidit Salomō? In paradiso non cecidit Adā? Nō cecidit angelus de cælo, & diabolus factꝰ est? Ideo docemur in nullo hominū spem esse ponendā, quia & iste Salomon ædificauerat templum Domino, in typo quidem & in figura futuræ Ecclesiæ & corporis Domini. [Ioan.2.d.] vnde dicit in Euāgelio: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Quia ergo ipse ædificauerat illud templū, ædificauit sibi templū verꝰ Salomō Dominus [B] noster Iesus Christus, verus pacificus. Nomē enim Salomonis interpretatur, pacificus. Est autem ille verus [Eph.2.c.] pacificus, de quo dicit Apostolꝰ: Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnū. Ipse est verus pacificus, qui duos parietes è diuerso venientes in se copulauit, quibus factus est lapis angularis, veniēti populo ex circūcisione credentium, & veniēti populo ex præputio gētiū, & ipsorū credentiū fecit vnā ecclesiam ex duobus populis: & factꝰ est ille lapis angularis, & ideo verè pacificus, quia verus Salomon. [3.Reg.6.] Salomon autem ille filius Dauid de muliere Bersabee, rex Israël, figurā gestabat huius pacifici, quando tēplū ædificauit: ideo ne illum putes Salomonem qui ædificauit Domum Deo, alium Salomonē tibi ostēdens ista scriptura sic cœpit in psalmo:

Expositio Psalmi.

[C] NISI Dominꝰ ædificauerit domum, in vanū laborauerunt ædificantes eam.) Dominus ergo ædificat domum, Dominus Iesus Christus ædificat domū suam. Laborant multi in ædificando, sed si non ille ædificet, in vanū laborauerunt ædificantes eā. Qui sunt isti qui laborant ædificantes? Omnes qui in ecclesia prædicāt verbū Dei ministri sacramentorū Dei. Omnes currimus, omnes laboramus, omnes ædificamus modò: & ante nos alij cucurrerūt, laborauerūt, ædificauerunt. Sed nisi Dominus ædificauerit domum, in vanū laborauerūt, ædificantes eā. Ideo quosdā vidētes [Gal.4.b.] ruere Apostoli, & propriè Paulus ait: Dies obseruatis & annos & mēses & tempora, timeo ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Quia nouerat se intus à Domino ędificari: plangebat istos, quia sine causa laborauerat in eis. Nos ergo loquimur foris, ille ædificat intꝰ. [D] Quomodo audiatis, nos aduertimus quid cogitetis, ille solus nouit qui cogitationes vestras videt. Ipse ædificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectū aperit, ipse [a, amplificat] ad fidē †applicat sensum vestrum: & tamē laboramus & nos tanquā operarij, sed nisi Dominus ędificauerit domū, in vanū laborauerūt ædificantes eam. Quæ autē domus Dei, & ipsa ciuitas. Domus enim Dei popu[1.Cor.3.d.]lus Dei, quia domus Dei templū Dei. Et quid dicit Apostolus? Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Omnes autem fideles qui sunt domus Dei, non solum qui modò sunt, sed & qui ante nos fuerunt, & iam dormierunt, & qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis vsque in finem seculi, [2.Tim.2.c.] congregati in vnum fideles innumerabiles, sed Deo numerati, de quibus dicit Apostolus: Nouit Dominus qui sunt eius: grana illa quæ modò gemunt inter paleas, quæ massam vnam factura sunt, quando area in fi-

[A] ne mundi fuerit ventilata. [Matt.3.c.] Omnis ergo numerus fidelium sanctorum ex hominibus cōmutandorū vt fiant æquales angelis Dei, adiūcti etiā ipsis angelis, qui modo nō peregrinantur, sed expectant nos quando à peregrinatione redeamus, omnes simul vnā Domū Dei faciunt, & vnam ciuitatē. Ipsa est Hierusalem. Habes custodes. Quomodo habet ædificantes, laborantes, vt ædificetur: sic habet & custodiētes. Nam ad custodiā pertinet quod dicit Apostolus: Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: sic & vestræ mentes corrumpātur [2.Cor.11.a.] à castitate, quę est in Christo. Custodiebat, †cautus erat. [al. cautus erat] vigilabat quantum poterat super eos quibus præerat. Et episcopi hoc faciūt. Nam ideo altior locus positus est episcopis: vt ipsi superintendāt, & tanquam custodiant populū. Nam & Græcè quod dicitur episcopus, hoc Latinè superintētor interpretatur: quia superintēdit, quia desuper videt. Quomodo enim vinito[B]ri altior fit locus ad custodiendā vineam, sic & episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, vt humilitate sub pedibꝰ vestris simus, & pro vobis oremus, vt qui nouit mentes vestras ipse custodiat: quia nos intrantes vos & exeūtes possumus videre. Vsqueadeò autē non videmus quid cogitetis in cordibus vestris, vt neque quid agatis in domibus vestris videre possimus. Quomodo ergo custodimus? Quomodo homines, quantū possumus, quantum accepimus. Et quia nos sicut homines custodimus, & perfectè custodire nō possumus, ideo sine custode remanebitis? Absit. Nam vbi est ille de quo dicitur: Nisi Dominus custodierit ciuitatē, in vanū laborauit qui custodit eā?) Laboramus in custodiēdo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cùm vigilatis, custodit & cùm dormitis. Ille enim dormiuit in cruce [Psal.120.a.] [C] semel, & surrexit, iam non dormit. Estote Israël, quia non dormit neque dormitabat qui custodit Israël. Eia fratres, si volumus sub vmbra alarum Dei custodiri, simus Israël. Custodimus enim vos ex officio dispensationis, sed custodiri volumus vobiscum. Tanquā vobis pastores sumus, sed sub illo pastore vobiscū oues sumꝰ. Tanquam vobis ex hoc loco doctores sumus, sed sub illo vno magistro in hac schola vobiscū condiscipuli sumus. Si volumus custodiri ab illo qui humiliatus est propter nos & exaltatus est ad custodiendos nos: humiles simus. Nemo sibi arroget aliquid. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus bonus est. Qui autē sibi voluerit arrogare sapiētiā, stultus est. Sit humilis, vt veniat sapiētia & illuminet illū. Si autē antequā veniat in illū sapiētia, putat se esse sapientē: ante lucē surgit, & ambulat in tenebris. Et quid audit in isto psalmo: In vanum est vobis ante lucē surgere.) Quid [D] est, in vanum est vobis ante lucem surgere? Si surgatis antequàm surgat lux, necesse est vt in vanitate remaneatis, quia in tenebris eritis. Surrexit lux nostra Christus: bonum est tibi vt surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt præponere Christo. Et qui sunt qui se volunt præponere Christo? Qui volunt hic excelsi esse, vbi humilis ille fuit. Sint ergo hic humiles, si volūt ibi esse excelsi vbi Christus excelsus est. Ait enim de iis qui illi adhæserant fide, in quibus & nos sumus, si nos [Ioan.17.c.] & puro corde in illum credimus. Pater, inquit, quos mihi dedisti, volo vt vbi ego sum, & ibi ipsi sint mecum. Magnum donum, magna gratia, magna promissio, fratres mei. Et quis non vult esse cum Christo, vbi est Christus? Sed iam excelsus Christus est. Vis ibi esse vbi est excelsus? Esto humilis, vbi & ille humilis fuit. Propterea illis dicit ipsa lux: Non est discipulus [Matth.10.c.] super

super magistrū, nec seruus super dominum suum. Qui volebant discipuli esse super magistrū, & serui volebāt esse super dominū suū, ante lucē volebāt surgere: & in vanū ibant, quia nō post lucē ibant. Illis ergo dicit iste psalmus: In vanū est vobis ante lucē surgere. Tales erāt filij Zebedæi, qui antequā humiliarentur secundum passionem Domini, iam sibi loca eligebāt vbi sederēt. Vbi? Vnus ad dexteram, alter ad sinistram. Ante lucē volebant surgere, ideo in vanū ibāt. Reuocat illos Do[Matth.20.c.]minꝰ ad humilitatē cū hoc audiret, & ait illis: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Ego veni humilis esse, & vos ante me vultis esse excelsi? Quò ego eo, illuc sequimini, ait: Nā si hac vultis ire quò ego non eo, in vanū est vobis ante lucē surgere. Et Petrus ante lucem surrexerat, quādo cōsiliū Domino dare volebat, vt nō pateretur pro nobis. Dixerat enim ille de passione sua, in qua salui futuri eramus, de ipsa humilitate: humilis enim passus est. Cùm ergo de passione sua futura dice[Matt.16.d.]ret, expauit Petrus, qui illū paulo antè dixerat filiū Dei: timuit ne moreretur, & ait illi: Absit à te Domine, propitius esto tibi, non fiet istud. Ante lucē volebat surgere, & luci cōsiliū dare. Sed quid fecit Dominus? Fecit illū, vt post lucē surgat: Redi post me satanas. Ideo enī satanas, quia ante lucē vis surgere: redi post me, vt ego præcedā, tu sequaris. Quò ego eo, illuc eas: non quò tu vis ire, illuc me velis ducere. Ergo illis qui volebāt antè lucē surgere dicit psalmus: In vanū est vobis ante lucē surgere. Et quādo surgimus? Cū fuerimus humiliati. Surgite posteaquā sedistis.) Surrectio exaltationem significat, sessio humilitatē significat. Aliis locis intelligitur sessio in honore iudicandi, aliis locis humilitatē [Matth.19.d.] ostendit. Quomodo in honore iudicādi sessio? Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus [Ioan.4.b.] Israël. Quomodo in signo humilitatis sessio? Hora sexta Dñs fatigatus sedit ad puteū. Fatigatio Domini, infirmitas Domini fuit, infirmitas virtutis, infirmitas sapiētiæ: sed ipsa infirmitas, humilitas. Ergo si sedit ex infirmitate, sessio illa humilitatē significat. Et ipsa sessio [1.Cor.1.d.] ipsius, id est, humilitas ipsius, ipsa nos fecit saluos: quia [Psal.138.a.] quod infirmū est Dei, fortius est quàm homines. Ideo dicit in quodam psalmo: Domine tu cognouisti sessionē meam & resurrectionē meam: id est, humilitatem meā & exaltationem meam. Quid ergo vos ante lucē vultis exaltari ô filij Zebedæi? Sic enim loquamur, & ipsos potius nominemus, qui nō nobis irascūtur: quia ideo de illis ista conscripta sunt, vt alij cauerent superbiā, in qua ipsi correcti sunt. Quid ergo vultis ante lucem surgere? In vanū est vobis exaltari vultis antequā humiliemini? Dominus ipse vester qui est lux vestra, [Philip.2.a.] humiliatus est vt exaltaretur. Audite Paulū dicentem: Qui cū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse æqualis Deo. Quare illi nō erat rapina? Quia natura erat, quia ad hoc natus erat, vt esset æqualis illi à quo genitus est. Sed quid fecit? Propter nos semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudine hominū [Philip.2.b.] factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortē, mortē autem crucis. Hæc est sessio ipsiꝰ. Sed audi resurrectionē. Propter quod & Deus illū exaltauit, & donauit illi nomē quod est super omne nomē. Iā vos ad illud nomen festinatis; surgite, sed posteaquam sedistis. Surgere vultis, sed primò sedete. Exurgens ab humilitate peruenis ad regnum. Nam si præripis regnum, cadis à regno an[Mat.20.c.]tequam surgas. Potestis bibere, inquit, calicem quem ego bibiturus sum? Et illi: Possumus. Et ille, Calicem, inquit, meū bibetis, sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram meam, ait, non est meum dare vobis: aliis paratum est à patre meo. Quid est, non est meū dare vo-

[A] bis? Non est meum dare superbis: hoc enim adhuc erant. Sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. Aliis paratū est: & vos alij estote, & vobis paratum est. Quid est, alij estote? Prius humiliamini, qui iam vultis exaltari. Intellexerunt ergo humilitatē profuturam sibi, & correcti sunt. Ergo & nos hoc audiamꝰ, quia hoc dicit psalmus iste, surgite posteaquam sedistis. Sed ne quis putet se ad hoc sedere vt honoretur, vt ostēderet quia sessione ista humilitatem voluit commendare: ne quis se putaret iussum esse sedere, aut ad iudicādū, aut epulandum & gaudendum, & maiorem superbiam ibi quæreret, in significationem humilitatis addidit: [Psal.83.b.]

Qui manducatis panem doloris.) Illi ergo manducāt panem doloris, qui gemunt in ista peregrinatione. Ipsi sunt in conualle plorationis. Ascensiones enim facit Deus in corde. Sed vbi illas disponit? Ascensiones, inquit, in corde eius disposuit. Quis? Deus. Si ascēsiones in corde, ideo cantant canticū graduum. Humiliemur [B] in seculo, vt ascendamus. Quomodo? Corde. Quia ipsa ascensio in cordibus, à conualle plorationis surgit. In conualle, inquit plorationis. Quomodo erecti sunt montes, sic sederunt conualles. Conualles enim dicūtur loca depressa terrarū. Colles enim eminētiora loca, minùs tamen quàm montes. Multum excelsa loca terrarum montes dicuntur. Parum est: Non ait à colle surgite, nec ait à campo, sed à conualle: vt sit aliquid humilius quàm campus est. Si ergo in conualle plorationis manducas panem doloris, & dicis: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur [Psal.41.a.] mihi quotidie, vbi est Deus tuus: bene surgis, quia sedisti. Et quasi diceres, quando surgimus? Modò iubemur sedere, quando erit nostra resurrectio? Quando fuit Domini. Eum attende qui te præcessit. Nam si nō ipsum attendis, in vanum est tibi ante lucem surgere. [C] Ipse quando exaltatus est? Cùm mortuus est. Ergo & tuam exaltationem post mortem spera, in resurrectionem mortuorum spera, quia ille resurrexit & ascendit. Sed vbi dormiuit? In cruce. Quando dormiuit in cruce signum gestabat, immo implebat quod significatum erat in Adam: quia cum dormiret Adam, co[Gen.2.d.]sta illi detracta est, & Eua facta est. Sic & Dominus cū dormiret in cruce, latus eius lancea percussum est: [Ioan.19.f.] & sacramenta profluxerunt, vnde facta est ecclesia. Ecclesia enim coniunx Domini facta est de latere, quomodo Eua facta est de latere. Sed quomodo illa nō est facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta nisi de latere morientis. Si ergo ille non resurrexit nisi mortuus, tu exaltationem speras nisi post hanc vitam? Et vt doceat te iste psalmus, quasi interrogares quando surgam, fortassis priusquam sedero: Cùm dederit, inquit, somnum dilectis eius.) Dat hoc ergo Deus, [D] cùm dormierint dilecti eius: tunc surgent dilecti eius id est, Christi. Omnes enim surgent, sed non quo[1.Cor.15.g.]modo dilecti eius. Omnium est enim resurrectio mortuorum. Sed quid ait Apostolus? Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Resurgunt illi ad pœnas: resurgimus nos quomodo resurrexit Dominus noster, vt sequamur caput nostrum, si membra ipsius sumus. Si autem membra eius sumus, tunc sumus dilecti eius, tunc ad nos pertinet illa resurrectio quæ præcessit in Domino, vt lux surrexerit ante nos, nos post lucem: quia in vanum est nobis ante lucem surgere, id est, altitudinem quærere antequam moriamur, cùm Christus lux nostra non sit exaltatus in carne, nisi posteaquam mortuus est. Constituti ergo membra eius, & in membris eius dilecti eius, cùm somnum acceperimus, tunc surgemus in resurrectione mortuorum.

Ioa.11.f. Vnus resurrexit, iam non moriturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus: resurrexit filia archisynagogi, sed
Mat.9.c. moritura: resurrexit filius viduæ, sed moriturus: resurrexit Christus nõ moriturus. Audi Apostolũ: Christus
Rom.6.b. resurgens ex mortuis iã nõ moritur, & mors ei vltrà nõ dominabitur. Talẽ spera resurrectionẽ: & propter hoc esto Christianus, non propter felicitatẽ terræ huius. Nã si propter felicitatẽ vitæ huius vis esse Christianꝰ, quãdo illa lux tua non hic quæsiuit mundanam felicitatẽ ante lucẽ vis surgere, necesse est vt in tenebris perseueres. Mutare, sequere lucẽ tuã: qua resurrexit, surge. Sede prius, & sic surge. Cùm dederit somnum dilectis eiꝰ. Quasi quæreres iterũ, quibus dilectis? Ecce hæreditas Domini filij: merces fructus ventris.) Quomodo dicit, fructus ventris? Parturiti sunt filij isti. Est quædã mulier in qua spiritaliter ostẽditur quod dictũ est Euæ: In gemitu parturies. Parit enim ecclesia filios cõiũx Christi: & si parit, parturit. In cuius figura etiã Heua mater
Gen.3.d. viuorũ appellata est. In membris parturientis erat ille
Gal.4.e. qui dicebat: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Sed nõ frustra parturiuit, nec frustra peperit. Erit semẽ sanctum in resurrectione mortuorũ. Abundabũt iusti, qui diffusi sunt modò toto orbe terrarũ. Gemit illos ecclesia, parturit illos ecclesia. In illa autẽ resurrectione mortuorum apparebit partus ecclesiæ, trãsiet dolor & gemitus. Et quid dicetur? Ecce hęreditas Domini, filij: merces fructus vẽtris. Huius fructus vẽtris, nõ hic fructus: merces huius fructus vẽtris. Quæ est ipsa merces? Resurgere à mortuis. Quæ est ipsa merces? Surgere posteaquã sedisti. Quæ est ipsa merces? Lætari posteaquã mãducasti panẽ doloris. Cuius vẽtris? Ecclesiæ: in cuius ventre, quia eius
Gen.25.c. typũ Rebecca gestabat, duo illi gemini tãquã duo populi luctabantur. Vna mater in visceribus suis dissentiẽtes fratres nondũ natos cõtinebat. Pulsabãt mater-
C na viscera discordiis internis, gemebat illa, vim patiebatur: sed pariens discernebat, quos geminos prẽgnãs pertulerat. Sic & modò, fratres, quãdiu gemitus datus est Ecclesiæ, quandiu parturit Ecclesia, ipsi sunt intus & boni & mali. Fructus autẽ vẽtris in Iacob erat, quia
Malac.1.a. ipsum dilexit mater. Iacob dilexi, dicit & Deus, Esau
Rom.9.c. autẽ odio habui. Ambo de vtero processerũt: vnꝰ amari meruit, alius reprobari. In dilectis ergo eius fructus erit. Ergo merces fructus vẽtris. Sicut sagittæ in manu potẽtis, sic filij excussorum.) Vnde enim facta est hęreditas ista, fratres? Vnde facta est tã multa hæreditas, de qua dici habet in fine: Ecce hæreditas Dñi, filij: merces fructus ventris? Excussi sunt quidã de manu Domini tanquam sagittæ, & ierunt lõgè, & totã terrã impleuerunt, vnde pullulãt sancti. Nã ipsa est hæreditas de qua
Psal.2.a. dicitur: Postula à me, & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuã,
D & possessionẽ tuã terminos terrę. Et quomodo ista possessio pertenditur & crescit vsque ad fines terræ? Quia sicut sagittę in manu potẽtis, sic filij excussorũ. De arcu excutiuntur sagittæ, & quanto fortior excusserit, tãto longiùs vadit sagitta. Quid autem fortius excutiente Domino de arcu mandati Apostolos suos? Nõ potuit esse residuum quò non peruenirẽt sagitta à tã forti excussa, peruenit vsque ad fines terræ. Ideo non vltrà, quia nihil est vltrà generis humani. Nã tantas vires ille habet, vt etiamsi vltra esset quò pertenderet sagitta, excuteret illuc sagittam. Sic autem sunt & filij excussorũ, quomodo & illi excussi. Quæsitũ est enim de hoc verbo etiam ab iis qui antè nos ista tractarunt, quare filij excussorum dicti sunt, vel qui sunt intelligendi filij excussorum: & quibusdam visum est, sicut modò dixi, filios excussorum, filios esse Apostolorum. Intendat paululum charitas vestra. Quæsitum est, quare excussi dicti sunt Apostoli. Dictũ est à quibusdam, ideo illos
A appellatos excussos, quia præcepit eis Dominus: Si ex- Mat.10.b
xieritis de ciuitate in qua nõ audiũt vos, excutite puluerem de pedibus vestris. Sed ait alius: Non ergo filij excussorum dici debuerũt, sed filij excutientiũ. Excutientes enim illos fecit Dominus quibus dixit: Excutite puluerem de pedibus vestris: nõ excussos. Subtiliter quidem quasi contradicere voluit præcedenti sententię, ille à quo iam ista tractata & dicta erant: verũtamẽ nos, quantũ adiuuat Dominus, quærentes quomodo rectè dici potuerint etiã excussi, quibus ait Dominus: Excutite puluerem de pedibus vestris: inuenimus non absurdè dici potuisse. Quamuis enim ipsi excuterent, seipsos excutiebant. Hoc dico: Qui excutit, aut se excutit, aut aliquid aliud. Si aliquid aliud excutiat, excutiẽs est, excussus nõ est. Si autẽ se excutiat, & excutiẽs est & excussus. Intendite, hoc planius dicã si potuero.
B Si aliud excutiat, excutiẽs est, nõ excussus: si ab alio excutiatur, excussus est, nõ excutiens. Si autẽ excutiat seipsũ, excutiẽs est, quia excutit se: & excussus, quia excutitur à se. Quæritur ergo quos excusserint Apostoli? Vtique seipsos: à pedibꝰ enim suis puluerẽ excusserũt. Sed ait aliquis: Nõ se excusserũt, sed puluerẽ. Hoc planè calumniosè dicitur. Duobus enim modis dicimus aliquid excuti: siue illud quod inde excutitur, siue illud vnde excutitur. Nã & excussus est puluis, dicimꝰ, & excussa est vestis. Tenent aliqui & excutiũt vestẽ, & exit inde puluis qui inhæserat. Quid dicis de puluere? Excussus est puluis. Quid dicis de veste? Excussa est vestis. Si ergo & quod inde excutiendo exilit, & illud vnde exiliit quod inhæserat, excussum dicitur: & puluis excussus est, & Apostoli excussi sunt. Quare ergo nõ dicãtur filij excussorũ filij Apostolorũ? Sed est alia sententia, quam prętermittere nõ debemus. Ideo enim fortè obscurius positum est, vt multos intellectus generet, & ditiores discedant homines, quia clausum inuenerunt quod multis modis aperiretur, quã si vno modo apertũ inuenirent. Dicimus excuti etiam aliquid, vt exeat inde quod fortè absconditum est. Aliter enim dicimꝰ excuti vestem, vt excutiant inde puluerẽ, & aliter dicimus excuti saccum, vt illud quod intus latebat, appareat & exeat. Ergo intelligo, fratres, quãtũ possũ, filios excussorum fortasse ipsos Apostolos dictos filios Prophetarũ. Prophetę enim clausa sacramẽta & operta cõtinebãt, excussi sũt vt inde manifestata procederẽt. Puto ergo Prophetam dixisse, sicut & dixit, Agnouit bos Esa.1.c
possessorẽ suũ, & asinus pręsepe Domini sui: Israël autẽ me nõ cognouit. Hoc mihi interim ad præsens occurrit quod de Propheta dicerem: si aliud occurrisset, hoc dixissem. Hoc autẽ audiõs homo, si asinũ & bouẽ, & pecora & iumenta quæ videt, cogitauerit: nescio quid intus tanquam in inuolucro positum forinsecus pertractauit, & quid ibi sit nescit. Asinus & bos aliquid significant. Quid ergo dicitur homini iam pronunciare volenti? Expecta, clausum est quod tangis, excute inuolucrum. Propheta nescio quid illis velaminibus nominum texit: & nescio quem asinum, nescio quem bouem significat. Nam asinus in figura populi Dei, iumentum Dei est, portans sessorem Dominum ne erret in via: & bos ille de quo dicit Apostolus: Boui tri- 1.Cor.9.b
turanti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad Deum, quia hæc dixit? Sed propter nos scriptura dicit. Omnis ergo qui prædicat verbum Dei, monet, obiurgat, terret, triturat aream: & bouis implet officium. Veniebat bos de gente Iudæorum, inde enim prædicatores Apostoli: veniebat & asinus de gẽte præputij, id est, à gentibus. Venit enim vt portaret Dominum: & ideo in asino sedit Dominus qui nunquam

quam portauerat hominem, quoniam ad gentes lex nõ
A erat missa nec Prophetæ. Ergo quia & Dominus noster Iesus Christus cibaria nostra voluit esse, & propterea natꝰ in præsepio collocatus est: cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Sed nunquid ista exirẽt, nisi saccus excuteretur? Nisi prophetia inuoluta accedente diligẽtia discuteretur, nunquid operta exirent ad nos? Omnia ergo ista clausa erant antequã veniret Dominus. Venit Dominus & excussit illa clausa, & manifestata sunt. Excussi sunt Prophetę, & generati sunt Apostoli. Quia ergo excussis Prophetis generati sunt Apostoli, filij sunt excussorũ. Ipsi in manu potẽtis positi tanquam sagittæ, peruenerunt vsq; in fines terræ. Vnde dici habet in fine: Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris. Quia ideo de finibus terræ colligitur ista hæreditas: quia sicut sagittæ in manu potentis, sic filij excussorũ, id est, filij prophetarũ Apostoli fuerunt, quasi sagittæ in manu potẽtis. Si potẽs ille po-
B tenter excussit, si potenter excussit, vsque in fines terræ peruenerunt quos excussit. Beatus homo qui impleuit desideriũ suum ex eis. Eia fratres mei, quis replet desiderium suum ex eis? Qui nõ amat seculũ. Qui desiderio seculi plenus est, non est quò intret quod illi prędicauerunt. Funde quod portas, & capax fiere ad id quod non habes: id est, desideras diuitias, non potes implere ex eis desideriũ tuum. Desideras honores in terra, desideras ea quæ etiam iumentis donauit Deus, hoc est, voluptatẽ temporalem, & salutem corporis, & talia: nõ ex
Psal.41.a. eis implebis desiderium tuum. Si autem sic desideras,
Psal.83.a. quomodo ceruus desiderat ad fontes aquarum, si dicis, desiderat & deficit anima mea in atria Domini, imples desiderium tuũ ex eis: nõ quia iam illi possunt tale desiderium implere, sed tales imitando venis ad eum qui impleuit desiderium ipsorũ. Non cõfundetur cùm loquetur inimicis suis in porta. Fratres, in porta loqua-
C mur: id est, omnes nouerint quid loquamur. Qui enim non vult loqui in porta, latere vult quod loquitur: & fortè ideo vult latere, quia malum est. Si fidit, in porta
Prou.8. loquatur: sicut dicitur de sapientia: In portis autem ciuitatum audẽter dicit. Quanto tempore iustitiam innocentes tenuerint, non erubescent: hoc est in porta prædicare. Et quis est qui prædicat in porta? Qui prædicat in Christo, quia Christus est porta qua intramus
Ioan.10.b. ad illam ciuitatem. Mentior si non ipse dixit: Ego sum ianua. Si ianua est, & porta est. Ianua enim dicitur domus, & ianua ciuitatis porta est, porta domus ianua est. Sed fortè non bene dicitur porta, si non bene dicitur ciuitas quæ dicta est domus. Vtrunq; enim paulo antè dictum est: Nisi Dominus ædificauerit domũ, in vanũ laborauerunt ædificãtes eam: & ne istam domũ audiẽdo paruum aliquid putares: Nisi Dominus, inquit, cu-
D stodierit ciuitatẽ, in vanũ laborauit qui custodit eam. Illa est ergo domus quæ est ciuitas. Ipsa ergo habet ianuam tãquam domus, & habet portam tanquã ciuitas. Qui est ergo ianua domus, ipse est porta ciuitas. Ergo si Christus porta ciuitatis, ille nõ erubescit qui in Christo stat & sic prædicat. Qui autẽ contra Christum prędicat, clauditur contra illũ porta. Qui sunt illi qui contra Christũ prædicant? Qui negant, quia missæ sunt sagittæ de manu potẽtis, & peruenerunt vsq; in fines
Psal.2.a. terræ: & ipsa est hæreditas Dñi de qua dictũ est: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ. Prædicatũ est, auditum est antequã fieret, & iam factum nolunt agnoscere. Qui disputant ergo contra Christum, extra portã sunt: quia suos honores quærunt, non Christi. Qui autem prædicat in porta, Christi honorem quærit, non suum: & ideo qui prædicat in porta, dicit: Nolite in me præsumere, non enim per me, sed per portam intrabitis. Illi autem qui
A volunt homines in seipsos præsumere, nolũt eos intrare per portam: non mirum si clauditur contra illos porta, & otiosi pulsant vt aperiatur. Adestote ergo animo fratres, etiam propter crastinum sermonem, ex nostra pollicitatione, adiuuante Domino, vobis reddendum ex Euangelio de columba: In cuius nomine promisimus, in illius misericordia reddemus. Sed vt possimus esse idonei redditores, ne audaces fuerimus promissores, orate pro nobis.

IN PSALMVM CXXVII. ENARRATIO.

SICVT dicit Apostolus, fratres charissimi, Spiritalibꝰ 1.Cor.2.d.
spiritalia comparamus, animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus Dei: cauendũ est ne homines animales non percipientes quæ sunt spiritus Dei, scandalizentur potius in hoc psalmo quàm ædificẽtur: nam breuiter, quanquam eum cùm cantaretur audiuimus, quia breuis est, curro eum, non tractãs, sed legẽs. Et videte quia si talia quisque concupierit pro magno à Deo qualia continet iste psalmus, & fortè non quia desertus est ab illo, sed quia magis diligitur non acceperit: videritq; illa quæ hic sic audiuit esse præmia timentiũ Deũ, abũdare illis qui non timẽt Deũ, nutent gressus illius, & effundãtur lapsu vestigia eius, & dicat in corde suo, sine causa se Deũ timuisse, quãdo illa dona non meruit quæ promisit timẽtibus se: insuper & illi acceperũt qui eum non solùm nõ timuerunt, sed etiã blasphemauerũt. Videte enim quid dicat: Beati omnes qui timẽt Dominũ, qui ambulãt in viis eius. Labores fructuum tuorũ mãducabis, beatus es, & bene tibi erit. Adhuc possumus hic & quãuis animales beatitudinẽ futuri seculi cogitare. Sed videte quid sequatur. Vxor tua sicut vinea
C fertilis, in lateribus domus tuę. Filij tui sicut nouellatio oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Quomodo: Vt sit vxor eius tanquã vinea fertilis in lateribus domꝰ eius, & filij eius circundent in circuitu mensam eius, tanquam oliuarũ nouellatio. Ergo perdiderũt mercedem suam, qui propter Deũ etiam vxores ducere noluerunt? Sed ait qui noluit ducere vxorẽ: Qualiter me Deus benedicit? Imò verò aut sic te benedicit, aut te non benedicit. Apertè dicta sententia est: Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominũ. Quid hoc ergo sibi vult, fratres mei? Ne desiderando tẽporalem & terrenam felicitatẽ, perdamus cælestem, Propheta tanquam inuolucrũ nobis constituit. Inuolucrũ hoc nescio quid habet intus. Meminit autẽ charitas vestra cùm superiorẽ psalmũ vobis tractaremus, qui est ante istũ, incurrisse Psal.126.a.
nos in quendam versum obscurum, vbi dictũ est: Sicut
D sagittæ in manu potẽtis, sic filij excussorũ: & cùm quęreremus qui sint filij excussorũ, visum esse nobis, suggerente quantũ credimus Domino, filios excussorũ Apostolos esse dictos filios Prophetarũ. Quia Prophetæ in ænigmatibus locuti sunt, & figuris rerũ tanquam mysteriorũ inuolucris cooperuerunt intellectũ: qui intellectus prodire nõ potuit ad homines, nisi inuolucra illa excuterentur. Vnde dicti, sunt illi filij excussorũ, qui de Prophetis excussis profecerũt. Ergo & nos excutiamus istũ, ne per inuolucra fallamur, & tangẽtes quod intus est & non videntes, dicamus fortè lignum pro auro, aut testã pro argento. Excutiamus ergo, si videtur charitati vestræ. Aderit Dominus vt procedat quod intus est maximè, fratres mei, quia martyrum natalia celebramus. Quanta mala passi sunt martyres, quãta exitia, quanta tormenta, squalores carcerum, stricturas catenarum, sæuitias ferarum, ardorem flammarũ, aculeos contume-

cõtumeliarum. Ista omnia passi essent, nisi nescio quid viderent quò se tenerent, quod ad huius seculi felicitatem non pertinet? Turpe est autem vt natalitia martyrum celebremus, horum videlicet seruorum Dei contemnentium mundum istum propter sempiternam felicitatem, & accipiamus quod hic scriptum est pro presenti felicitate, vt cuicunque fortè homini Dei fideli, ciui illius Hierusalem contingat etiã ducta vxore filios non habere, dicamus, Non timet homo iste Dominũ. Nam si timeret Dominum, vxor eius tanquã vinea fertilis esset in domo eius, nõ sterilis, vt nullum generaret: & si timeret Dominum homo iste, filij ipsius circundarent mensam ipsius, tanquam arbores oliuarum. Si enim talia dixerimus, animales sumus, non percipientes quæ sunt spiritus Dei. Incipiamus & nos excutere, vt simus & nos filij excussorum. Si enim erimus filij excussorũ, erimus in manu potentis tanquam sagittæ, & iaculabitur nos de præcepto suo in corda hominum nõdum amantium, vt percussi sagittis verborũ Dei amẽt. Nam si talia illis vel cœperimus prædicare, filij aut fratres mei, timete Dominum, vt habeatis filios & nepotes, vt gaudeat domus vestra: non sagittamus vt ametur illa æterna Hierusalẽ. Remanebunt in amore terrenorũ, & videntes ista abũdare impiis, etsi nobis nõ audẽt, in corde suo dicunt: Quare ille qui non timet deũ, plenam domum habet filiis? Et fortè alius dicit illi, Adhuc nescis quid illi possit cõtingere. Quid si efferret illos, qa nõ timet Deum, & ad hoc illi plures nati sunt, vt maiorem dolorẽ de illorũ morte patiatur? Sed si talia dixeris, respondebit tibi, & ille: Ego noui hominẽ impium, paganum, sacrilegum, adoratorẽ idolorum, & fortè nouit & verũ dicit, nec vnũ tantũ nouit, nec duos vel tres: quem deduxerũt ad fossam, senẽ, decrepitum, mortuũ in lecto suo turbę filiorum & nepotum. Ecce nõ timuit Dominum, & proles fœcundissima domus eius clausit oculos eiº. Quid ad hoc dicturi sumus? Nihil illi potest euenire mali, vt efferat filios suos viuus: quando iam mortuus à filiis ad sepulchrum gloriosum deductus est. Excutiamus ergo, excutiamus, si volumus esse filij excussorum. Exeat huc aliquid. Est enim quidam homo qui sic benedicitur, & nemo timet Dominum, nisi qui est in membris ipsius hominis. Et multi homines sunt, & vnus homo est: multi enim Christiani, & vnus Christus. Ipsi Christiani cum capite suo, quod ascendit in cælũ, vnus est Christus. Non ille vnus & nos multi, sed & nos multi in illo vno vnum. Vnus ergo homo Christus caput & corpº. Quod est corpus eius? Ecclesia eius, dicente Apostolo: Quoniã mẽbra sumus corporis eius: & Vos autem estis corpus Christi & mẽbra. Intelligamus ergo vocem huius hominis, in cuius corpore vnus sumus homo, & ibi videbimus ista vera bona Hierusalem. sic enim dixit in fine: Et videas bona quę sunt Hierusalem. Si autem ista bona terreno oculo attenderis, abundantiam filiorum & nepotum, & fertilitatem fœcunditatémq; coniugis, non sunt bona illius Hierusalem: quia bona ista & in terra morientium sunt, illa terra viuentium est. Noli valde pro magno habere, si habes filios morituros, etsi non ante te, certè post te. Vis habere filios nunquam morituros, & tecum semper victuros? Esto in illius corpore, de quo dictũ est: Vos autẽ estis corpus Christi & mẽbra. Nam vt hoc ostẽderet & ipse psalmus, quia sic est obscurus vt admoneat pulsari, sic coopertus vt velit excuti, à pluribus cœpit: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. Multis loquitur. Sed quia ipsi multi vnũ sunt in Christo, sequitur & singulariter iam dicit: Labores fructuũ tuorũ manducabis. Superius dixerat: Beati omnes qui timẽt Dominũ, qui ambulant in viis eius. Modò quare labores fructuum tuorum manducabis: & non, manducabitis? Et quare, labores fructuũ tuorum: & non labores fructuum vestrorũ? Tam in proximo oblitus est, quia pluribus loquebatur? Sed si iam excussisti, quid tibi respondet? Cùm plures Christianos appello, in vno Christo vnum intelligo. Plures ergo estis, & vnus estis: plures sumus, & vnus sumus. Quomodo plures sumus, & vnus sumus? Quia illi inhærem⁹ cuius mẽbra sumus: & quorum caput in cęlo est, vt membra sequãtur. Ergo ipse describat iam, quia manifestatum est quem describit: sic patebunt omnia quæ sequuntur: tantum vos timete Dominũ & ambulate in viis eius, & nolite zelare eos qui non ambulant in viis eius, quando illis videritis esse felices infeliciter. Seculi enim homines infeliciter felices sunt. Martyres autem feliciter infelices erant. Erant enim ad tempus infelices, sed in æternũ felices: & in eo ipso quòd erant ad tempus infelices, putabantur magis infelices quàm erãt. Quid enim dicit Apostolus? Quasi tristes, semper autẽ gaudẽtes. Quare semper? Et hic & ibi, prorsus & hic & ibi. Hic enim vnde gaudemus? De spe. Ibi vnde gaudemus? De re. Magnũ gaudium habet spes gaudentis. Et si spe gaudentes, videte quid sequitur: In tribulatione patientes. Martyres ergo ideo in tribulatione patientes erãt, quia spe gaudebant. Sed quia nondũ erat illud quod promittitur, quid dicit Apostolus? Spes enim quæ videtur, non est spes. Si autẽ quod non videmus speramus, per patiẽtiã expectamus. Ecce quare omnia martyres pertulerũt, quia quod non videbant per patientiam expectabant. Illi qui eos occidebant, quę videbant amabant: illi qui occidebãtur, ad ea quæ non videbant suspirabant, & ea quæ non videbãt, apprehendere festinabant. Et quod tardius occidebãtur, moras sibi fieri arbitrabãtur. Ergo, fratres, Felix martyr, & verè felix & nomine & corona, cuius hodie natalis est, contempsit mũdum. An fortè quia timebat Dominum, inde erat felix, inde erat beatus, quia vxor eius tanquam vinea fertilis erat in terra, & filij eius circumdederant mẽsam eius? Omnia ista perfectè habet, sed in corpore illius qui hic describitur. Et quia sic ille intellexit, contempsit præsentia, vt acciperet futura. Noueritis autẽ fratres nõ eum passum mortem, quam alij martyres passi sunt. Confessus est enim, dilatus est ad tormenta, alio die inuentum est corpus exanime. Clauserant enim illi carcerem: sed corpori, nõ spiritui. Quem illic parabant torquere carnifices, absentem inuenerũt, perdiderũt sæuitiam suam. Iacebat exanimis, sine sensu illis ne torqueretur: cum sensu apud Deum, vt coronaretur. Vnde & iste Felix, fratres, nõ tantùm nomine, sed & præmio vitæ æternæ, si ista dilexit? Ergo sic audiamus istum Psalmum, tanquam de Christo dicatur. Ecce omnes hærentes corpori Christi & effecti membra Christi, ambulem⁹ vias Domini: & timeamus Dominum timore casto, timore permanente in seculum seculi. Est enim alius timor quẽ charitas excludit, dicente Ioanne: Timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Non de omni timore dicit, q̃ mittitur foras à charitate: habes enim Psalmum dicentem: Timor Domini castus permanens in seculũ seculi. Alius ergo timor Domini permanet, alius excluditur. Timor qui excluditur, castus non est: qui autem pmanet, castus est. Quis est timor qui excluditur? Dignamini aduertere. Aliqui propterea tantùm timẽt, ne aliqd mali in terra patiantur, ne illis ægritudo accidat, ne dãnũ, ne orbitas, ne alicuiũs amissio chari, ne exiliũ, † ne dãnatio, ne carcer, ne aliqua tribulatio: propterea timent & tremunt. Adhuc timor iste nõ est castus. Adhuc audi. Alius nõ in hac terra pati timet, sed gehẽnam timet, vnde terruit & Dominus. Audistis cùm Euangelium

1.Cor.12.d.

1.Ioan.4.d

Psal.18.b.

al. ne dãnatio carceris.

Mar.9. gelium legeretur: Vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Audiunt hæc homines: & quia verè futura sunt impiis, timent, & continent se à peccato. Habent timorem, & per timorem continẽt se à peccato. Timent quidam, sed nõ amant iustitiam: Cùm autem per timorem continent se à peccato, fit consuetudo iustitię, & incipit quod durum erat amari, & dulcescit Deus: & iam incipit homo iustè viuere, propterea nõ quia timet pœnas, sed quia amat æternitatem. Exclusus est ergo timor à charitate, sed successit timor castus. Quis est iste timor castus? Secundum quẽ debemus, fratres mei, intelligere quod dictum est: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. Si potuero dignè dicere de isto timore casto, dicã adiuuante Domino nostro Iesu Christo. Multi fortasse hoc timore casto inflammabũtur in amorem castum. Nec possumus explicare fortassis, nisi proposita aliqua similitudine. Pone aliquam fœminam castam, timentem virum: aliam pone adulteram, & ipsa timet virum. Casta timet, ne discedat vir: adultera, ne veniat. Quid si ambo absentes sunt? Illa timet ne veniat, illa ne tardet. Absens est quodammodo cui despõsati sumus, absens est qui nobis arram dedit Spiritum sanctũ, absens est qui nos redemit sanguine suo: sponsus est ille quo nihil est pulchrius; qui quasi fœdus apparuit inter manus persequentium, de quo paulo antè dicebat Esaias: Et vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Ergo sponsus noster est fœdus est? Absit. Quomodo enim illum virgines amarent, quæ in terra maritos nõ quæsierunt? Ergo persequẽtibus fœdus apparuit, & nisi eum fœdum putarent, non insilirent, non flagellis cæderent, non spinis coronarent, non sputis inhonestarẽt. Sed quia fœdus illis apparebat, fecerunt illi ista; non enim habebant oculos vnde Christus pulcher videretur. Qualibus oculis Christus pulcher apparuit? Quales oculos quærebat ipse Christus quando dicebat Philippo, Tanto tempore vobiscum sum, & non me vidistis? Isti oculi mundandi sunt, vt possint videre illam lucem: & leuiter tamen perstricti splendore, accendũtur amore vt sanari velint, & fiant illuminati. Nam vt noueritis quia pulcher est Christus qui amatur, audi Propheram: Speciosus forma præ filiis hominum. Omnes homines superat illius pulchritudo. Quam rem amamus in Christo? Membra crucifixa, latus perforatũ, an charitatẽ? Quãdo audimus quia passus est pro nobis, quid amamus? Charitas amatur. Amauit nos vt redamaremus eum: & vt eum redamare possemus, visitauit nos spiritu suo. Pulcher est ille, & absens est. Interroget se sponsa, si casta est. In membris sumus omnes, fratres mei, in membris ipsius sumus, ideo vnus homo sumus. Videat vnusquisque qualem timorem habeat, an eum quem excludit charitas, an castum permanentem in seculum seculi. Modò probauit dico, & probabit. Absens est sponsus noster, interroga conscientiam tuam. Vis vt veniat, an adhuc vis vt tardet? Videte fratres. Ego pulsaui ad ostia pectorum vestrorum, vocem inhabitantium ille audiuit. Quid singulorum quorũque modò conscientiæ dixerint, ad aures meas, quia homo sum, peruenire non potuit: ille qui absens est præsentia corporis, sed præsens est vigore maiestatis, audiuit vos. Quàm multi si dicatur illis: Ecce iam Christus, cras dies iudicij, non dicunt, vtinam veniat. Qui enim dicunt, multum amant: & si dicatur illis: Tardabit, timent ne tardet, quia timor castus est. Quomodo autem nunc timetur ne tardet, sic cùm venerit timetur ne discedat. Erit autem castus iste timor, quia tranquillus & securus. Non deseremur ab eo, cùm inuenerit nos Dominus credentes in eum, quando quæsiuit nos antequàm nosse mus eum. Castus ergo timor, fratres mei, hoc habet, venit de amore. Ille autem timor nondum castus, præsentiam Domini & pœnas timet: timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malũ. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est, & iste timor vtilis est: nõ quidem permanebit in seculum seculi, sed nondum est iste castus permanens in seculum seculi. In quo est castus? Iam iterum aliquid interrogo, quod vosmetipsos interrogetis. Si Deus veniens voce propria loqueretur nobis, quanquam non taceat per literas suas, & diceret homini: Peccare vis, pecca: fac quicquid te delectat: quicquid amaueris in terra, tuum fiat: cui fueris iratus, intercat: quem rapere volueris, rapiatur: quem cædere, cædatur: quem damnare, damnetur: quem possidere possideas. Nemo tibi resistat, nemo tibi dicat, quid facis? nemo, noli facere quod velis: nemo, quare fecisti? abũdent tibi omnia ista terrena quæ concupisti, & viue in illis nõ vsque ad tempus, sed semper, faciem tantum meam nunquam videbis. Fratres mei vnde ingemuistis, nisi quia iam natus est timor castus permanẽs in seculum seculi? Quare percussum est cor vestrum si diceret Deus, faciem meam nunquam videbis? Ecce omni ista terrena felicitate, omnibus rebus abundabis, circumfluent te bona temporalia, non illa amittis, non illa deseris: quid vis amplius? Fleret quidem & gemeret timor castus, & diceret: Immo tollantur omnia, & faciem tuam videam. Timor castus exclamaret de Psalmo, & diceret: Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuã, & salui erimus. Timor castus exclamaret de Psalmo, & diceret: Vnam petij à Domino. Vide quomodo ardeat timor iste castus, timor verus, timor syncerus. Vnam petij à Domino, hãc requiram. Quid? Vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Quid si propter terrenam felicitatem? audi quid sequitur: Vt contempler delectationem Domini, & protegar à tẽplo eius, id est, esse templum eius, & protegi ab eo, hãc vnam petij à Domino. Hanc vnam si petieritis accipietis, ad hanc vnam si cor vestrum exercueritis, & hoc solũ amittere timueritis: nec inuidebitis felicitatibus terrenis, & illam felicitatẽ veram sperabitis, & eritis in eius corpore cui cantatur: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. Labores fructuum tuorũ manducabis. O vos, ô tu: vos multi qui vnus estis, labores fructum tuorum manducabis. Quasi peruersè videtur dicere non intelligentibus. debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis: multi enim manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea, ipsum laborẽm non manducãt, sed quòd labore ipsõrum nascitur hoc mãducant. Laborant circa arbores pomiferas, quis manducet labores? Nemo, inquã, sed quod illæ arbores attulerint: Fructus laboris, & ipse iocundat agricolam. Quid sibi vult, labores fructum tuorum manducabis? Modò labores habemus, fructus postea erit. Sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua paulo antè diximus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes, modò nos ipsi labores nostri iocũdant, & lætos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iocundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Mãducabant labores suos, qui euntes ibant & flebãt mittentes semina sua. Quanto iocũdius mãducabunt fructus laborum, qui venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos? Et vt noueritis fratres, quia mãducatur labor iste, in superiore Psalmo audistis dictũ superbis, qui ante lucem volebãt surgere, id est, ante Christum nõ per humilitatem, qua surrexit

Psal.127.

Esa.53.a.

Ioan.14.a.

Psal. 44.a.

Psal.18.b.

Psal.79.b.

Psal.26.b.

Rom. 12.c

Psal. 125.a

surrexit Christus: dictum est illis, Surgite posteaquam sedistis: id est, humiliamini & inde surgite, quia & ille humiliari venit, qui exaltatus est propter vos. Et quid dictum est: Qui manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi enim manducaretur, non diceretur panis. Nisi autem haberet aliquam suauitatē panis iste, nemo illum manducaret. Cū quanta suauitate plorat, in gemitu qui orat? Dulciores sunt lachrymæ orantiū, quàm gaudia theatrorū. Et audi flammam desiderij, qua manducatur ipse panis, de quibus dicit: Qui manducatis panem doloris. Alio loco dicit amans iste, cuius vocē in Psalmo plerunq; agnoscimus: [Psal. 41. a.] Factę sunt mihi lachrymę meæ panis die ac nocte. Vnde factæ sunt lachrymæ panis? Dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Antequam enim videamus eū qui nos dilexit, qui nobis pignus dedit, cui desponsati sumus: insultant nobis Pagani, & dicunt: Vbi est quem colunt Christiani? Ostēdant nobis quem colunt. Ecce [B] ego ostendo illis Deum meum, & ipsi ostendant mihi Deū suum. Dum tibi hoc dicit Paganus, non inuenis q; illi ostendas: quia non est cui ostēdas. Redis ergo & plāgis ad Deū, quia illi suspiras antequā videas, & desiderio ipsi' gemis, & quia in ipsius desiderio ploras, dulces sunt & ipsæ lachrymæ, & pro cibo tibi erūt, quia factus est tibi & ipse panis die ac nocte, dum dicitur tibi quotidie, vbi est Deus tuus. Sed veniet Deus tuus, de quo [Apoc. 21. b] dicitur, Vbi est: & absterget lachrymas, & ipse pro pane lachrymarum succedet, & te in æternū saginabit, quia erit nobiscum verbum Dei quo pascūtur angeli. Interim modò labores fructuū, postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum māducabis, beatus es, & bene tibi erit. Beatus es, de præsenti est: bene tibi erit, de futuro est. Cùm manducas labores fructuum tuorū, beatus es: cùm perueneris ad fructum laborum tuorum, bene tibi erit. Quid dixit? Nā si bene tibi erit, vtiq; bea- [C] tus eris: & si beatus eris, bene vtique tibi erit. Sed interest inter spem & rem. Si spes tam dulcis est, quanto res dulcior erit? Iam veniamus ad illam. Vxor tua. Christo dicitur: ergo vxor eius, Ecclesia eius: vxor eius, nos ipsi sicut vinea eius fertilis. Sed in quibus vinea fertilis? Videmus enim parietes istos intrātes multos steriles. Videmus quia istos parietes intrant multi ebriosi, fœneratores, mangones, quærentes sortilegos, euntes ad præcantatores & præcantatrices, quando illis caput dolet. Ista est fertilitas vineæ? Ista est vbertas vxoris? Non ipsa est. Istæ spinæ sunt, sed non vbique spinosa. Habet quādam fertilitatem, & est vinea fertilis. Sed in quibus? In lateribus domus tuæ. Non omnes dicuntur latera domus. Quæro enim quæ sint latera domus? Quid dicam? Parietes sunt quasi lapides fortes. Si de hoc habitaculo corporali diceret, fortē hoc intelligeremus latera. La- [D] tera dicimus domus, eos qui inhærent Christo. Non enim sine causa & in sermone quotidiano dicimus de aliquo qui fortè malè agit ex malorū consiliis amicorū, de illo dicimus: Mala latera habet. Quid est, mala latera habet? Mali illi inhærent. Ergo & de alio, Bona latera habet: bonis consiliis viuit. Quid est hoc? Bonis cōsiliis regitur. Ergo latera dom' sunt illi qui inhærēt Christo, [Gen. 2. d.] nec sine causa & ipsa coniunx de latere facta est. Viro [Ioan. 19. f.] dormiente Eua facta est: moriente Christo, Ecclesia facta est. Et illa de latere viri, cùm costa detracta est: & ista de latere viri, quando latus lancea percussum est, & sacramenta profluxerunt. Ergo vxor tua vt vinea fertilis. Sed in quibus? In lateribus domus tuæ, id est, in his qui adhærent Christo. In aliis qui non adhærent Christo, sterilis. Sed nec illos in vinea computabo. Filij tui. Quæ est vxor, & qui sunt filij? In istis carnalibus nuptiis & cōiugiis, alia vxor & alij filij: in Ecclesia quæ vxor, ipsi

[A] filij. Ad Ecclesiam enim pertinebāt Apostoli, & in mēbris Ecclesiæ erant. Ergo in cōiuge ipsius erant, & coniunx erant secūdum portionem suam quam in mēbris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur: cùm recesserit [Mat. 9. b.] ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filij sponsi? Ergo ipsa coniunx, & ipsi filij. Mirum dico, fratres mei. In verbis autem Domini inuenimus Ecclesiam & fratres ipsius esse, & sorores ipsius esse, & matrē ipsius esse. Nam cùm ei nunciarentur mater eius & fratres foris stantes, quia foris stabant, typum gerebant. Quis typus matris? Synagoga. Quis typus fratrum carnaliū? Iudæi foris stantes: & foris stat synagoga. Nam Maria in lateribus do- [Matt. 12. d] mus eius, & cognati eius ex virginis Mariæ consanguinitate venientes, qui in eum crediderunt, in lateribus domus eius: non inquantum carnali consanguinitate iuncti erant, sed inquantum verbum Dei audiebant & faciebant. Hoc enim respondit Dominus & ait: Quæ mihi mater, aut qui fratres: Vide tentauerunt quidam dicere, quia Christus matrem non habuit, quia dixit: Quæ mihi mater? Quare? Ergo Petrus & Ioannes & Iacobus, & alij Apostoli patres non habuerunt in terra? Et tamen quid eis dicit? Nolite vobis dicere patres super [Matt. 23. a.] terram, vnus est enim pater vester, qui in cęlis est. Quod ergo in patre docebat discipulos, hoc in matre ipse demonstrauit. Vult enim Dominus vt cōsanguinitatibus terrenis præponamus Deū. Defer patri, quia pater est: defer Deo, quia Deus est: Generauit te pater accōmodando carnem suam, creauit te Deus adhibēdo potentiam suā. Ne irascatur pater cùm Deus illi præponitur: immò gaudeat sibi tātum deferri, vt ille inuentus esset qui ei deberet præponi. Ergo quid dicam: Dominus quid ait: Quæ mihi mater, aut qui fratres: Et extendit, inquit Euangelista, manus super discipulos suos, & ait: Ecce mater mea & fratres mei. Fratres erant, mater [Matt. 12. d] [C] quomodo erant: Addidit: Et qui fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater & soror & mater est. Puta frater, propter sexum virilem quē habet Ecclesia, quos hic in membris habet Christus. Mater quomodo, nisi quia ipse Christus est in Christianis, quos Christianos per baptismum quotidie parit Ecclesia: Ergo in quibus intelligis coniugem, in illis matrem, in illis filios. Dicatur ergo quales debent esse filij. Quales? Pacifici. Quare [Matt. 5. a.] pacifici? Quia beati pacifici, quia ipsi filij Dei vocabuntur. Quia ergo in oliua fructus est pacis: oleū enim pacem significat, siue charitatem significat, sine charitate nulla pax est. Et manifestum est, quòd qui diuiserunt pacem, non habent charitatem. Vnde iam exposui charitati vestræ, quare columba folia cum fructu portauit [Gen. 8. b.] ad arcam, vt significaret quia & illi qui foris baptizati sunt, sicut ligna illa extra arcam baptizata sunt, non sola folia habuerunt, id est, verba sola: sed habuerunt & fructum, quod est charitas. Ipsa columba illos reportat ad arcam, & veniunt ad vnitatem. Tales ergo filij debent esse in circuitu mensæ Domini, velut nouellatio oliuarum. Perfecta res est, magna beatitudo. Iam quis ibi nolit esse? Cùm videris aliquem blasphemum habere vxorem, filios, nepotes, & te fortè non habere, noli zelare: vide quia & in te completum est, sed spiritaliter. An fortè non es in membris? Si non ibi es, plange quia nec hic, nec ibi. Si ibi, securus esto: quia & si ibi & non hic, fructuosius ibi quàm hic. Si ergo habemus, quare habemus? Quia timemus Dominum. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Ille est homo, qui sunt homines, & ipsi homines homo: quia multi vnum, quia Christus vnus. Benedicat te Dominus ex Sion.] Cœperas enim attendere: Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Iam fortè oculi tui ibant per illos qui non timent Dominum, &

videbant

videbant ibi vxores fœcundas, filios abundantes circumire mensam patris sui. Nescio quà ibas. Benedicat [A] te Domin', sed ex Sion. Noli quærere illas benedictiones, quæ non sunt ex Sion. Non benedixit Dominus tales, fratres mei. Benedictio ista Domini est. Aut si nō est à Domino, quis ducet vxorem, si nolit Dominus? Quis possit esse sanus, si nolit Dominus? Aut si quis possit esse diues, si nolit Dominus? Dat illa. Sed nō vides, quia & pecoribus dedit? Non ergo de Sion est ista benedictio. Benedicat te Dominus ex Sion: Et videas quæ bona sunt Hierusalem.] Nam illa bona non sunt Hierusalem. Vis videre quia non sunt bona Hierusalem? [Gen. 1. d.] Et auibus dictum est: Crescite & multiplicamini. Pro magno vis habere quod auib' donatum est? Voce quidem Dei donatum esse quis nesciat? Sed vtere bonis istis, si accipis: & magis cogita quomodo nutrias qui nati sunt, quàm vt nascantur. Nō enim iam felicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriendis labora, [B] si nati fuerint: si autem non nati, age gratias Deo. Fortè minus solicitus eris, & tamen sterilis non remansisti illius matris. Fortè filij per te nascūtur spiritaliter de ista matre, qui sunt vt nouellæ oliuarum circumeuntes mēsam Domini. Consoletur ergo te Deus, vt videas bona Hierusalem. Illa enim bona sunt. Quare sunt? Quia æterna sunt. Quare sunt? Quia ibi est rex. Ego sum qui [Exod. 3. d.] sum. Ista verò bona sunt, & nō sunt: non enim stant, labuntur, fluunt. Filij sunt paruuli, blādiris paruulis, blādiuntur paruuli. Nunquid stant in eo? Sed optas vt crescant, vt accedat ætas optas. Sed vide quia cùm accedit vna, altera moritur. Veniente pueritia, moritur infantia: veniente adolescentia, moritur pueritia: veniente iuuentute, moritur adolescentia: veniente senectute, moritur iuuentus: veniente morte, moritur omnis ętas. Quot optas gradus ætatis, tot simul optas & mortes ætatum. Non sunt ergo ista. Num deinde nati sunt tibi [C] filij in terra tecum victuri, an te potius exclusuri & successuri? Ad eos gaudes qui nati sunt, vt excludaris? Nati enim pueri tanquam hoc dicant parentibus suis: Eia cogitate & vos ire hinc, agamus & nos mimum no- [Psal. 38. b.] strum. Mimus est enim generis humani in tota vita tentationis, quia dictum est: Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et tamen si gaudetur ad filios successuros: quanto gaudendum est ad filios cum quibus permanebimus, & ad illum patrem cui nati sumus non morituri, sed vt nos cum illo semper viuamus? Ipsa sunt bona Hierusalem, quia ipsa sunt. Benedicat te ergo Dominus ex Sion, & videas quæ bona sunt Hierusalem. Nam ista quæ attendis bona, cæcus vides. Videas, sed illa bona quæ corde videntur. Et quamdiu videbo bona Hierusalem? Omnes dies vitæ tuæ. Sed si vita tua æterna fuerit, in æternum videbis bona Hierusalem. Ista autem, fratres mei, bona sunt, sed non omnes dies [D] vitæ tuæ vides: non enim quando exis de corpore moreris. Perseuerat vita tua. Corpus moritur, sed vita spiritus perseuerat. Oculi non vident, quia discessit qui per oculos videbat. Vbicūque est qui per oculos vide- [Lucæ 16. e.] bat, videt aliquid. Non enim mortuus erat diues ille, qui in terra induebatur purpura: si mortuus esset, apud [al. certè.] inferos non torqueretur. Optandum illi † fortè erat vt moreretur, sed malo suo vixit apud inferos. Torquebatur enim, & nō videbat illa bona quæ in terra dimiserat. Ecce erat vita ipsius talis, & bona illa nō videbat. Ergo tu talia desidera bona quę videas omnes dies vitę tuę, id est, vt cum ipsis viuas in æternū. Quæ sunt ergo illa bona? Fratres attendite. Dici possunt bona ista? Aurū est, argētum est, fundus amœnus est, marmorati parietes sunt, tecta laqueata sunt? Absit. Ista abundantiùs pauperes habent in hac vita. Plus est enī pauperi videre

cælum stellatum, quàm diuiti tectum inauratum. Fratres, ergo quòd est illud bonum quo accendimur, cui suspiramus, quo inflāmamur: propter quod bonū adipiscendum & videndū tantos labores sustinemus, sicut audistis cùm legeretur Apostolus, quia omnes qui vo- [2. Tim. 3.] lunt piè viuere in Christo Iesu persecutionem patiuntur. Nō enim modò, quia diabolus per reges non sæuit; ideo Christiani non patiuntur persecutionem. Si mortuus est diabolus, mortuæ sunt persecutiones. Si autem ille aduersarius noster viuit, vnde non tentationes suggerit? vnde non sæuit? vnde non minas aut scandala procurat? O si incipias piè viuere, videbis quia omnis qui vult piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Propter quid ergo patimur tātas persecutiones? Si enim in hac vita in Christo sperantes sumus tātum, [1. Cor. 15. c.] ait Apostolus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Propter quid damnati sunt ad bestias martyres? q; est illud bonum? dici potest? vnde aut quæ lingua dicat? aut quæ aures audiant? Et quidem illud nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Amemus tamen, pro- [1. Cor. 2. c.] ficiamus tantum: videtis enim quia pugnæ non desunt; & pugnamus cum concupiscentiis nostris. Pugnamus foris cū infidelibus & inobedientibus hominibus, pugnamus intus cum suggestionibus, cū perturbationib' carnalibus. Vbique pugnamus adhuc, quia corp' quod [Sap. 9. d.] corrumpitur, aggrauat animam. Pugnamus adhuc: quoniam si spiritus vita est, tamen corpus mortuum est propter peccatum. Sed quid futurum est? Si autem spi- [Rom. 8. c.] ritus eius habitat in vobis, qui suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter spiritum eius qui habitat in vobis. Cùm ergo viuificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nostro. Non fames erit, non sitis erit, quia de corruptione corporis ista nascuntur. Ideo reficis, quia à te aliquid deficit. Concupiscentiæ delectationum carnalium contra nos pugnant. Mortem portamus infirmitatem corporis, sed cùm mors ipsa cōuersa fuerit in illā incommutabilitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, quid audiet tunc mors? Vbi est mors contētio tua? [1. Cor. 15. g.] vbi est mors aculeus tuus? Et fortè moritur, & dicetur: Restant aliqui inimici? Non, sequitur nouissima inimica mors. Cùm hæc destructa fuerit, immortalitas succedet. Si nullus erit inimicus, quasi nouissima destruetur mors. Bonum nostrū cui suspiramus, pax erit. Ecce bonum fratres, magnum bonum pax vocatur. Quærebatis quid vocaretur? Aurum est, an argentum est, an fundus, an vestis? Pax est. Non pax qualem inter se habent homines, infidam, instabilem, mutabilem, incertam: nec pax talis qualem secum habet ipse vnus homo. Diximus enim quia & secum pugnat homo: vsquequò [D] domet omnes cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quam oculus non vidit, nec auris audiuit. Qua- [1. Cor. 2. c.] lis pax? De Hierusalem, quia Hierusalem interpretatur visio pacis. Si ergo benedicat te Dominus ex Sion, & videas bona quæ sunt Hierusalem, & videas omnes dies vitæ tuæ. Et videas.] Non filios tuos tantū: sed,

Filios filiorum tuorum.] Quid est filios tuos? Opera tua quæ hic agis. Qui sunt filij filiorum? Fructus operum tuorum. Facis eleemosynas, filij tui sunt: propter eleemosynas accipis vitam æternam, filij filiorum tuorum sunt. Videas filios filiorum tuorum, & erit quod sequitur, quo concluditur: Pax super Israël.] Hæc pax vobis prædicatur à nobis, ipsa amatur à nobis, ipsa vt à vobis ametur, optamus. Ad illam pacem perueniunt, qui & hic pacifici fuerint. Illi sunt & hic pacifici, qui & ibi: qui circumeunt mensam Domini tanquam nouellatio oliuarum, vt non sit sterilis arbor, qualis fuit illa

Matth. 21.b. ficulnea vbi fructum non inuenit esuriẽs Dominus. Et
A videtis quid ei contigerit, Folia sola habebat, fructum
non habebat. Sic sunt qui verba habent, & facta non
habent. Esuriens Dominus non ibi inuenit quod mãducet, quia fidem nostram & facta bona esurit Dominus. Pascamus illum bene viuendo, & pascet nos in æternum nobis viuere donando.

IN PSALMVM CXXVIII. ENARRATIO.

Lucæ 19. a. PSALMVS quem cantauimus, breuis est: sed sicut
scriptũ est in Euangelio de Zacheo, statura breuis,
Mar. 12. d. sed magnus in opere: sicut scriptũ est de illa vidua, quæ
Lucæ 21. a duo minuta misit in gazophylaciũ: breuis pecunia, sed
magna charitas. Sic & iste Psalmus si verba numeres, breuis est: si sententias appendas, magnus est. Non ergo nos poterit diutius vsque ad fastidiũ detinere. Quare? Aduertat prudentia vestra, & assit intentio Christiana: sonet verbũ Dei volentibus opportunè, nolẽtibus importunè. Inuenit sibi locum, inuenit corda vbi requiescat, inuenit terram vbi germinet & fructũ ferat. Nam quia multi mali sunt, & iniquos portat ecclesia vsq; in
Matth. 13. c. finem, manifestũ est, & hi sunt quibus verbũ Dei superfluũ est: & aut sic in illos cadit, quomodo semen in via conculcatur, & à volatilibus colligitur: aut sic in eos cadit quomodo semen in petrosa loca, vbi non habet terrã multam, statim exiit, & calefacto sole arescit, quia non habebat radicem: aut sicut inter spinas, quod etsi germinet & conetur in auras surgere, suffocatur tamen multitudine spinarũ. Tales autem sunt qui verbũ Dei contemnũt sicut via, aut qui ad horam gaudẽt, & facta tribulatione sicut ab æstu solis arescũt: aut qui cogitationibus & curis & solicitudine huius mũdi, tanquam spinis auaritiæ suffocãt quod in illis cœperat germinare. Est autem etiam terra bona, quò semẽ cùm cecide-
C rit, affert fructũ, aliud tricenũ, aliud sexagenum, aliud centenum: siue parum, siue multum, omnes in horreo erũt. Sunt ergo tales, & propter hos loquimur. Propter hos loquitur Scriptura, propter hos non tacet Euangelium. Sed & illi audiant, ne fortè aliud sint hodie, aliud cras: ne fortè mutentur audiendo, aut arent viam, aut lapides purgent, aut spinas euellant. Dicat spiritus Dei, dicat nobis, cantet nobis: siue velimus saltare, siue nolimus, cantet ipse. Sicut enim qui saltat, membra mouet ad cantum: sic qui saltant ad præceptum Dei, operibus obtemperant sono. Ideo qui noluerũt hoc facere, quid
Matt. 11. b. illis Dominus dicit in Euangelio? Cantauimus vobis, & non saltastis: planximus, & non lamentastis. Cantet ergo: credimus in Dei misericordiam, quia erũt de quibus nos cõsoletur. Nam qui pertinaces sunt in malitia, quamuis audiant verbũ Dei, scãdalis quotidie perturbant ecclesiam. De talibus dicit iste Psalmus; sic enim
D cœpit: Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea.] Ecclesia loquitur de his quos tolerat, & tanquam diceretur: Nunquid modò, & non olim est ecclesia? Ex quo
Gen. 4. vocãtur sancti est ecclesia in terra. Aliquando in solo Abel ecclesia erat, & expugnatus est à fratre malo &
Gen. 5. perdito Cain. Aliquando in solo Enoch ecclesia erat, & translatus est ab iniquis. Aliquãdo in sola domo Noë
Gen. 6. ecclesia erat, & pertulit omnes qui diluuio perierũt, &
Gen. 19. sola arca natauit in fluctibus, & euasit ad siccum. Aliquando in solo Abraham ecclesia erat, & quanta pertulit ab iniquis, nouimus. In solo filio fratris eius Lot, & in domo eius in Sodomis ecclesia erat, & pertulit Sodomorũ iniquitates & peruersitates, quousque Deus eum de medio ipsorum liberauit. Cœpit esse & in populo Israël ecclesia, pertulit Pharaonem & Ægyptios. Cœpit & in ipsa ecclesia, id est, in populo Israël numeri sanctorũ. Moyses & cæteri sancti pertulerunt iniquos Iudæos populũ Israël. Ventũm est & ad Dominum nostrum Iesum Christum, prædicatum est Euangeliũ dixit in Psalmis: Annunciaui & locutus sum, multiplicati Psal. 39. b.
sunt super numerum. Quid est, super numerũ? Non solùm illi qui crediderunt, & qui pertinent ad numerum sanctorum: sed & super numerum intrarunt multi iusti, sed plures iniqui, & pertulerunt iusti iniquos. Quãdo? In ecclesia. Nũquid modò solùm ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modò ecclesia, vel ne quisquam miraretur in ecclesia volẽs esse membrum bonum ecclesiæ, audiat & ipsam ecclesiam matrẽ suam dicẽtem sibi: Noli mirari ad ista fili. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Magnus affectus hic cœpisse Psalmum: Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea. Quasi aliquid iam loquebatur: videtur enim non cœpisse, sed respondisse. Respondit autem. Quibus?
B Cogitantibus & dicentibus: Quanta mala perferimus, quanta scandala crebrescunt quotidie, quando iniqui intrant in ecclesiam & portamus eos? Respondeat autem ecclesia de quibusdam, id est, de fortiorũ voce respondeat querelis infirmorum, & confirment firmi iniquos, & grandes paruulos, & dicat ecclesia: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Dicat verò nũc Israël, Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.] Dicat illud, non timeat. Quò enim valet quod cùm dixisset, sæpe expugnauerunt me: addidit, à iuuentute mea? Iam modò ecclesiæ senectus expugnatur, sed non timeat. Dicat: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Nunquid ideo non peruenit ad senectutem, quia non cessauerunt illi expugnando? nunquid delere potuerunt? Dicat verò Israël, & consoletur se Israël, consoletur se ipsa ecclesia de præteritis exemplis, & dicat: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Quare expugnauerunt? Etenim non potuerunt mihi. Supra dor-
C sum meum fabricauerunt peccatores, longè fecerunt iniustitiam suam.] Quare expugnauerunt? Quia non potuerunt mihi. Quid est, non potuerunt mihi? Fabricare. Quid est, non potuerunt mihi? Non illis consensi ad malum. Omnis enim malus ideo persequitur bonũ, quia non illi consentit bonus ad malum. Faciat aliquid mali, non obiurget episcopus, bonus est episcopus: obiurget episcopus, malus est episcopus. Rapiat aliquid, taceat cui rapuit, bonus est. Saltem loquatur & reprehendat, etsi non repetat, malus est. Malus est
Esa. 22. d. qui reprehendit raptorem, & bonus est qui rapit? Ambulet, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Contrà Apostolus: Corrũpunt bonos mores colloquia
1. Cor. 15. e. mala. Sobrij estote & iusti, & nolite peccare. Sonat verbũ, sonat sermo cõtradictor libidinis. At ille amicus libidinis suæ, & inimicus sermoni contradicẽti amicæ
D suæ, infestus est, & odit sermonem Dei. Facta est amica auaritia, inimicus Deus. Contradicit enim Deus auaritiæ, & vult nihil possideri ab auaritia. Ego possideã, clamat. Quid vis ab auaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo.
Matt. 11. d. Onus eius graue, sarcina mea leuis est. Iugum eius asperum est, iugum meum leue est. Noli velle ab auaritia possideri. Iubet auaritia vt mare transeas, & obtẽperas, iubet vt te ventis procellisq; committas: iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonum, & strenuus es ad transeundum mare. Quia auaritia imperat, seruis: quia Deus iubet, odisti. Et quid? Cùm odisse cœperit, incipit velle criminari eos à quibus audit bona præcepta, & velle per suspiciones suas crimina quærere seruorum Dei. qui nobis ista dicunt, & ipsi non faciunt ista. Et ista siue quæ fiunt, siue quæ non fiunt: & quæ non fiunt, dicuntur fieri, & quæ fiunt bene, dicuntur

dicuntur malè fieri: & quæ toleramus, ad culpam nostram applicantur nobis. Quid respondemus? Noli me
A attendere, sermonem istum attende, ipse tibi loquitur
Matth. 5. d. per quemlibet, huic tu inimicus es. Cõcorda cum aduersario tuo, cùm es cum eo in via. Aduersarium tuum sermonem Dei fecisti. Noli attẽdere, quia ille tibi loquitur. Malus est per quem tibi loquitur: sed nõ est malus, qui tibi loquitur, sermo Dei. Accusa Deum, accusa si potes. Creditis, fratres, hucusq; peruenisse eos, de quibus dicitur: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, vt etiam ipsum Deum accusare non dubitent? Accusas auarum, & ille accusat Deum qui fecit aurum. Noli auarus esse, & non faceret Deus aurũ. Iam hoc restat, quia mala tua opera cohibere non potes, accusas opera bona Dei. Displicet tibi creator & fabricator mundi. Nõ faceret & solem, quia multi in fenestris contendunt de
Gen. 1. luminaribus, & ad iudicia se trahunt. O si vitia nostra cohibeamus, quia bona sunt omnia, quia bonus Deus
B qui fecit omnia: & laudant illum opera sua, cõsideratà quia bona sunt ab eo qui habet spiritum considerandi, spiritum pietatis & sapientiæ. Vndique Deus laudatur ab operibus suis. Quomodo illum laudant opera sua?
Dan. 3. Per os trium puerorum in camino ignis quid prætermissum est? Laudat cælũ, laudant angeli, laudãt sidera, laudãt sol & luna, laudant dies & noctes, laudat quidquid germinat de terra, laudat quicquid natat in mari, laudat quicquid volitat in aëre, laudant omnes montes & colles, laudant frigora & æstus, & cætera omnia quæ Deus fecit. Audistis quia laudant Deum, nunquid audistis ibi quia laudat Deum auaritia, quia laudat Deum luxuria? Non laudant ista, quia non ipse illa fecit. Laudant ibi homines Deũ, quia hominis creator est Deus. Auaritia opus est in mali hominis, homo ipse opus est Dei. Et quid vult Deus? Occidere in te quod ipse fecisti, & saluare te quem ipse fecit. Noli fœnerare: tu accu-
C Psal. 14. b. sas scripturam dicentem: Qui pecuniam suã non dedit ad vsuram. Non ego illud scripsi, non de ore meo primò exiit: Deum audi. Et ille: Clerici nõ fœnerent. Et fortè qui tibi loquitur, non fœnerat: sed fac quia & ipse fœneretur. Nunquid fœnerat qui per ipsum loquitur? Si facit quod tibi dicit, & non facis tu: tu in ignem vadis, ille in regnum. Si nõ facit quod tibi dicit, & pariter facit mala quæ facis, & dicit bona quę nõ facit, pariter in
Esa. 40. b. igne fœnum ardebit, verbum autem Domini manet in æternum. Nunquid ardet sermo qui tibi per illum locutus est? Aut Moyses est qui tibi loquitur, id est, bonus
Mat. 23. a. & iustus famulus Dei: aut Pharisæus est cathedram Moysi sedens. Audisti & de ipsis: Quæ dicũt facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Non habes tu vnde te excuses, quando sermo Dei loquitur, tibi loquitur. Quia non potes interficere sermonem Dei, criminari quæris eos per quos loquitur tibi sermo Dei. Quære quantum
D vis, dic quantum vis, blasphema quãtum vis. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat verò Israël, Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Audent etiam fœneratores dicere: Non habeo aliud vnde viuam. Hoc mihi & latro diceret, deprehensus in fauce: hoc & effractor diceret, deprehensus circa parietem alienum: hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantãs mala, & vendens malitiam suã. Quicquid tale prohibere conaremur, responderẽt omnes, quia non haberent vnde viuerent, quia inde se pascerent: quasi nõ hoc ipsum in illis maximè puniẽdũ est, quia artem nequitiæ delegerũt vnde vitam transigant, & inde se volunt pascere, vnde offendãt eũ à quo omnes pascũtur. Sed cùm clamaueris hoc & dixeris, illi respõdent: Si sic, nõ huc accedimus; si sic, nõ intramus in ipsam ecclesiã. Veniant, intrẽt, audiant: Sæpe expu-

A gnauerunt me à iuuentute mea: Etenim non potuerũt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: hoc est, non potuerunt agere vt consentiam, fecerunt quod portem. Quàm præclarè dictũ est, quàm optimè significatũ est. Etenim non potuerunt mihi: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Agunt nobiscũ, primò vt consentiamus illis ad facta mala: si nõ cõsenserimus, tolerate nos, dicunt. Ergo quia nõ potuisti mihi, ascende in dorsum meum. Portare te habeo quousque veniat finis. Sic enim mihi præceptum est, vt fru- Lucæ 13. b.
ctum afferam cum tolerantia. Nõ te corrigo, tolero te: aut fortè cùm tolero te, corrigis te. Si nõ te corrigis vsque in finẽ, tolero te vsq; in finẽ: & vsque in finẽ super dorsum meũ eris, vsque ad tempus. Nũquid semper super dorsum meũ eris? Veniet enim qui inde te excutiat. Matt. 13. d.
Veniet tempus messis, veniet finis seculi, immittet Deus messores: messores autẽ angeli sunt. Separant malos de
B medio iustorum, sicut zizania à tritico, frumentum recondent in horreo, paleas autẽ comburent igni inextinguibili. Portaui quousque potui: iam gaudẽs trãseo in horreum Dei, & securus canto: Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea. Quid enim mihi facere potuerũt, quia expugnauerunt me à iuuentute mea? Exercuerũt me, non oppresserunt. Valuerũt mihi sicut ignis ad aurum, non sicut ignis ad fœnum. Ignis enim accedẽs ad aurum, sordem tollit: accedens ad fœnum, in cinerem vertit. Etenim non potuerunt mihi, quia non consensi, quia non me fecerunt quales sunt ipsi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, longè fecerunt iniustitiam suam. Fecerunt quod tolerem, & non fecerunt cui consentirem. Iam ergo iniustitia ipsorum longè est à me. Mali mixti sunt bonis, non solùm in seculo: sed & in ipsa intus ecclesia mali mixti sunt bonis. Nostis & probastis, & magis probabitis si boni fueritis. Cùm e- Matt. 13. d.
C nim creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Nulli apparent mali in ecclesia, nisi ei qui fuerit bonus. Nostis ergo quia mixti sunt, & semper & vbique dicit Scriptura quia non separabuntur, nisi in fine. Sic quomodo mixti sunt longè sunt à se. Ne quis ergo ex eo quòd mixti sunt mali inter bonos, putaret iniquitatẽ esse iuxta iustitiam, non potuerunt, inquit, mihi: id est, dixerunt, & malè dixerunt: Manducemus Esa. 22. d.
& bibamus, cras enim moriemur. Nõ corruperunt ser- 1. Cor. 15. d
mones mali mores bonos, in eo quod audiui à Deo, non cessi sermonibus hominum. Fecerunt mihi peccatores quod portarem, non cui commiscerer, & facta est iniquitas eorum longè à me. Quid enim tam propè, quàm duo homines in vna ecclesia? Quid tam longè, quàm iniquitas à iustitia? Vbi est enim consensio, ibi propinquitas. Ligantur duo, & mittuntur ad iudicem, latro & *colligatus: ille sceleratus, ille innocens: vna al. collegatus.
D catena ligãtur, & longè sunt à se. Quantum longè sunt à se? Quantũ lõgè est scelus ab innocẽtia. Ecce isti lõgè sunt ab inuicem. Alius latro in Hispania facit scelera, proximus est ei qui facit in Africa. Quantũ proximus? Quantum sibi iunguntur scelus & scelus, quantum sibi iunguntur latrocinium & latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos. Lõgè ab illis sit corde, & securus portat quod non timet. Longè fecerunt iniustitiam suam. Quid hoc erit? Florent illi qui regnãt iniquè: & vt sermonem loquamur vulgi, tonant iniqui, extolluntur in typhos, in calumnias. Quid ergo? Semper hoc? Non. Audi quod sequitur: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.) Intendat charitas vestra. Dominus, inquit, iustus concidet ceruices peccatorum. Quis non contremiscat? Quis enim non peccauit? Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Omnibus qui audiunt intrat tremor in cor, si credunt

Scripturæ Dei. Si enim sibi sine causa tundũt homines A pectora, mentiuntur quia tundunt pectora si iusti sunt: & in eo quòd mentiuntur Deo, fiunt peccatores. Si ergo veraciter sibi tundunt pectora, peccatores sunt. Et quis nostrûm non sibi tundit pectus? Et quis nostrûm non elidit oculos ad terram sicut ille publicanus, & dicit: Domine propitius esto mihi peccatori? Si ergo o- Lucæ 18.c. mnes peccatores, & nemo inuenitur sine peccato, omnibus timendus est gladius in ceruices, quia Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Nõ puto, fratres mei, quia omnium peccatorum; sed in membro quod percutit, ibi designat quos peccatores percutiat. Non enim dixit: Dñs iustus concidet man⁹ peccatorum: aut, Dominus iustus concidet pedes peccatorũ, non dixit: sed quia peccatores superbos volebat intelligi, superbi autem omnes ceruicati sunt, qui nõ solùm faciũt mala, sed nec agnoscere volunt: & quãdo obiurgantur, Ecce fecisti, saltẽ agnosce quid feceris: Odit Deus peccato- B rem, oderis & tu, coniungere Deo, simul persequimini peccatum tuum: iustificant se, & dicunt: Non, inquit; Ego bene feci, Deus malè fecit. Quid hoc est? Ego nihil mali feci, inquit, quia Saturnus fecit, quia Mars fecit, quia Venus fecit. Ego nihil feci, stellæ fecerunt. Iustifi- al. ordinauit. cas te, accusas Deum qui fecit stellas, qui †ornauit cęlũ. Itaque quoniam iustificas peccatum tuum, & superbis aduersus Deum, quia te facis extra culpã, & Deum in culpa, & tantum erexisti ceruicem tuam, & cucurristi contra Deum, sicut scriptum est in Iob, dicebat de im- Iob.15.c. pio peccato, currẽs aduersus Deũ in crassa ceruice scuti sui, & ibi ceruicem nominauit, quia sic te erigis, & nõ elidis oculos ad terrã, & tũdis pectus, & dicis: Domine propitius esto mihi peccatori, sed iactas te de meritis tuis: Et vis mecum, inquit Deus, iudicio contẽdere, intrare mecum ad iudicium, cùm debeas in reatu tuo satisfacere Deo, & clamare ad illũ quod clamatur in alio C Psal. 129.a. Psalmo: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Clamate ad illum: quod clamatur in alio Psalmo: Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Quoniam hæc non vis dicere, sed iustificas facta tua aduersus sermonem Dei, Psal.40.c. venit in te quod sequitur scriptura, & dicit: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: Confundantur & auertantur retrorsum omnes qui oderũt Sion.) Qui oderunt Sion, oderunt ecclesiam. Sion ecclesia est. Et qui intrant in ecclesiam fictè, oderunt ecclesiam. Qui nolunt obseruare verbum Dei, oderunt ecclesiam. Sed super dorsum meum fabricauerũt. Quid factura est ecclesia, nisi portatura vsque in finem? Sed quid de illis sequitur & dicit? Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur aruit.) Fœnum tectorũ, herba est quæ nascitur in tectis: in solario integulato. In alto vi- D detur: & radicem non habet. Quanto melius humilius nasceretur, & lætius viresceret. Modò nascitur altius ad celeriorem ariditatem. Nondum euulsum est, & aruit. Nondũ finiti sunt in iudicio Dei, & iã non habent succum viriditatis. Attendite opera ipsorũ, & videte quia exaruerunt. Sed viuunt, & hic sunt: nõdum ergo auulsi sunt. Aruerũt, sed nondum auulsi sunt. Facti sunt sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. Et venient messores, sed non de illis implent manipulos. Venturi sunt enim messores, & collecturi sunt triticum in horreũ, & zizania alligabũt, & mittent in ignẽ. Sic & fœnum tectorum expurgatur, & quicquid inde euellitur, in ignem mittitur: quia & priusquã euelleretur aruit, & non inde implet messor manus. Sequitur enim & dicit: Non replebit manum suam messor, & sinũ suum qui manipulos colligit.) Messores autem angeli sunt, dicit Dominus. Et non dixerunt transeuntes viam, benedictio Domini super vos, benediximus vos in nomine Domini.) Nostis enim, fratres, quãdo transitur per operantes, est consuetudo vt dicatur illis, Benedictio Domini super vos. Et magis ista consuetudo erat in gente Iudæorum. Nemo trãsibat & videbat aliquos facere aliquod opus in agro, vel in vinea, vel in messe, vel aliquid eiusmodi: non licebat transire sine benedictione. Alij sunt qui manipulos colligunt, alij sunt trãseuntes viam. Qui manipulos colligunt, non de illis replent manus, quia non colligitur ad horreum fœnum tectorum. Qui sunt qui manipulos colligunt? Messores. Qui sunt messores? Dominus dixit: Messores autem an- Matth.13.f geli sunt. Qui sunt transeũtes? Illi qui iam per viã istam, id est, per vitam istam transierunt hinc ad patriã. Apostoli transeuntes erant in ista vita, Prophetæ transeũtes erãt. Quos benedixerunt Prophetæ & Apostoli? Illos in quibus radicem charitatis viderunt. Quos autem inuenerunt in tectis eminere, & superbire in ceruice scuti sui, dixerũt contra illos quod futuri erant, benedictionem autem Domini super eos non dederũt. Ergo omnes istos malos quos portat ecclesia, qui legitis in scripturis, inuenietis maledictos designatos ad antichristũ pertinere, ad diabolum pertinere, ad paleam pertinere, ad zizaniã pertinere. Et multa innumerabilia per similitudinem dicũtur de illis: Quia nõ omnis qui dicit mi- Matth.7.c. hi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Nullam inuenis scripturam quę de illis bene loquatur, quia transeuntes viam non illos benedixerunt. Transeuntes prophetę omnia mala de illis dixerunt. Ecce & iste quẽ portamus Dauid transiit viam: audistis quid de illis dixit: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur & auertãtur retrorsum omnes qui oderunt Siõ. Fiant sicut fœnũ tectorum, quod prius quàm euellatur aruit. Non replebit manum suam messor, & sinum suum qui manipulos colligit. Hæc de illis dixit. Nõ ergo supra illos iste trãsiens benedixit, & impletum 1.Ioan.3. est etiã per illũ ꝙ ipse dixit: Et nõ dixerunt transeuntes viam, benediximus vos in nomine Dñi. Et isti transeũtes siue prophetæ, siue patriarchę, siue apostoli quicunque transierunt, si bene viuimus fratres, benedixerunt nos in nomine Domini. Quando me, inquis, benedixit Paulus? Quando me benedixit Petrus? Attẽdite in scripturis, vide si bene viuis, & vide ibi benedictum te fuisse. Omnes bene viuentes benedixerunt. Et qm̃o benedixerunt? In nomine Domini, non in nomine suo, sicut hæretici. Qui enim dicũt, quod nos damus, hoc est sanctum: in nomine suo volunt benedicere, nõ in nomine Domini. Qui autem dicũt, non sanctificat nisi Deus, nec quisquã est bonus nisi dono Dei, ipsi in nomine Domini benedicunt, non in nomine suo: quia amici sunt spõsi, nolunt esse adulteri sponsæ.

IN PSALMVM CXXIX. ENARRATIO.

QVONIAM vos non solùm oculis corporeis, sed etiam corde vigilare præsumimus, intelligenter nos cantare oportet: De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.) Etenim vox hæc ascendentis est pertinens ad canticum graduum. Debet itaque vnusquisque nostrum videre in quo profundo sit, de quo clamet ad Dominum. Clamauit de profundo Ionas de ventre ceti. Erat non so- Ionæ 2.a. lùm sub fluctibus, verumetiam in visceribus beluæ: nec tamen illud corpus & illi fluctus intercluserunt orationem ne perueniret ad Deum, & venter bestiæ non potuit tenere vocem deprecantis. Penetrauit omnia, dirupit omnia, peruenit ad aures Dei: si tamen nunc dicen- dicẽdum est, quia diruptis omnibus peruenit ad aures A Dei, quãdo aures Dei in corde precantis erãt. Vbi enim Deum præsentem non habet, cuius fidelis est vox? Veruntamen & nos debemus intelligere de quo profundo clamemus ad Dominum. Profundũ enim nobis est vita ista mortalis. Quisquis se in profundo intellexerit, clamat, gemit, suspirat, & donec de profundo eruatur, & veniat ad eũ qui super omnes abyssos sedet, super cherubin, super omnia quæ creauit, non solùm corporalia, sed etiam spiritalia, donec ad eum veniat, donec ab illo liberetur imago ipsius, quod est homo, quæ in hoc profundo tanquam assiduis fluctibus exagitata detrita est, & nisi renouetur & reparetur à Deo, qui illam impressit quando formauit hominẽ; idone⁹ potuit esse homo ad casum suum, non est idoneus ad resurrectionem suam. Semper in profundo est: nisi liberetur, vt dixi, semper in profundo est. Sed cùm de profundo clamat, surgit de profundo, & ipse clamor non eum permittit multũ in B imo esse. Valde enim in profundo sunt, qui nec clamãt Prou.18.a. de profundo. Dicit Scriptura: Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnet. Iam videte fratres quale profundum sit, vbi contẽnitur Deus. Cùm quisque viderit se quotidianis peccatis obrutum, aceruis quibusdam & molibus quibusdam iniquitatũ premi, si dictũ illi fuerit vt Deum roget, irridet. Quibus modis? Primò dicit: Si Deo displicerent facinora, ego viuerẽ? Si curaret Deus res humanas, ad tãta scelera quæ feci, non solùm viuerem, sed & bene mihi esset? Solet enim hoc illis euenire qui multum in profundo sunt, & prosperantur in iniquitatibus suis. Et tanto magis in profundum merguntur, quanto magis vidẽtur esse felices: fallax enim felicitas, ipsa est maior infelicitas. Deinde & hoc solẽt homines dicere: Iam quoniam multa feci & damnatio imminet, hoc perdo quòd nõ facio quicquid possum. Et ex hoc perdor, cur non facio quicquid C possum? Quomodo solẽt desperati latrones dicere: Sic me occisurus est iudex pro decem homicidiis, quomodo pro quinque, quomodo pro vno. Quare iam non faciam? Quicquid mihi occurrerit facio. Hoc est, peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit. Sed Dominus Iesus Christus qui nec profunda nostra contempsit, qui vsque ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionem omnium peccatorum, etiam de profundo excitauit hominem, vt clamaret de profundo sub molibus peccatorum, & perueniret vox peccatoris ad Deum. Vnde clamantis, nisi de profundo malorum? Et videte quia vox peccatorum clamat de profundo: De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendẽtes in vocem deprecationis meæ.) Vnde clamat? De profundo. Quis est ergo qui D clamat? Peccator. Et qua spe clamat? Quia qui venit soluere peccata, dedit spem etiam in profundo posito peccatori. Ideo quid sequitur post istas voces? Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?] Ecce aperuit de quo profundo clamaret. Clamat enim sub molibus & fluctibus iniquitatum suarum. Circumspexit se, circumspexit vitam suam, vidit illam vndique flagitiis & facinoribus coopertam. Quacunque respexit, nihil in se bonum inuenit, nihil illi iustitiæ serenũ potuit occurrere. Et cùm tanta & tam multa peccata vndique & cateruas scelerum suorum videret, tãquam expauescens clamauit: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Non dixit, ego non sustinebo: sed, quis sustinebit? Vidit enim propè totam vitam humanam circumlatrari peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis, nõ inueniri cor castum, præsumens de sua iustitia. Si ergo cor castum non potest inueniri quod præsumat de sua iustitia, præsumat omniũ cor de misericordia Dei: & dicat Deo: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Quare autem spes est? Quoniam apud te propitiatio est.] Et quę est ista propitiatio, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocens fusus deleuit omnia peccata nocentium: pretium tantum datum redemit omnes captiuos de manu captiuãtis inimici. Ergo apud te propitiatio. Nam si nõ esset apud te propitiatio, si iudex solum esse velles & misericors esse nolles, obseruares omnes iniquitates nostras, & quæreres eas, quis sustineret? Quis ante te staret & diceret: Innocens sum? Quis staret in iudicio tuo? Spes ergo vna est: Quoniã est apud te propitiatio. Propter legem tuam sustinui te Domine.) Quam legem? Quę reos fecit? Data est enim lex sancta, iusta, bona Iudæis, sed reos eos potuit facere. Non data Gal.3.d. est lex quæ posset viuificare, sed quæ ostẽderet peccata peccatori. Peccator enim oblitus erat se, nec videbat se. Data est illi lex, vt videret se. Fecit reum lex, liberauit lator legis. Lator enim legis imperator est. Lex data est quæ terreat & constringat in reatum: & non soluit lex à peccatis, sed ostendit peccata. Et fortè sub ipsa lege positus, animaduertit iste in profundo quanta fecerit contra legem, & sic exclamauit dicens: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Est ergo lex misericordiæ Dei, lex propitiationis Dei. Illa timoris fuit, est alia lex charitatis. Lex charitatis dat veniam peccatis, delet præterita, admonet de futuris. In via non deserit comitem, comes fit ei quẽ ducit in via. Sed concordandum est cum aduersario, dum es cum eo in via. Est enim sermo Dei aduersarius tuus, quamdiu cum illo non concordas. Concordas autem, cùm cœperit te delectare facere quod dicit sermo Dei. Iam qui erat aduersarius, fit amicus: sic finita via, non erit qui tradat te iudici. Ergo propter legem tuam sustinui te Domine, quia dignatus es legem misericordiæ afferre, mihi dimittere omnia peccata mea, dare mihi de cætero monita ne te offendam. In ipsis monitis si quid fortè titubauero, dedisti mihi remedium quo te orem, dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos Matth.6.b dimittimus debitoribus nostris. Hanc legem statuisti mihi, vt quomodo dimitto, dimittatur mihi. Propter hanc legem sustinui te Domine. Expectaui quãdo venias & liberes ab omni necessitate, quia in ipsa necessitate non deseruisti legem misericordiæ. Audi quam legem dicat, si nondum intellexisti quia legem modò dicit charitatis. Audi Apostolum: Inuicem Gal.6.a. onera vestra portate, & sic implebitis legem Christi. Qui portant inuicem onera sua, nisi qui habent charitatem? Qui non habent charitatem, graues sunt sibi: qui autem habent charitatem, portant se. Læsit te aliquis, petit veniã. Si non dimittis, nõ portas onus fratris tui: si dimittis, portas infirmum. Et tu si fortè in aliquã infirmitatẽ incideris quasi homo, oportet vt sic te portet & ille, quẽadmodum & tu. Audi quid præcesserit. Fratres, inquit, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et ne fortè quia spiritales monuerat, veluti securi sibi viderentur, continuò subiecit: Intendens teipsum, ne & tu tenteris. Deinde quod commemoraui subiunxit: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Vnde dicit: Propter legem tuam sustinui te Domine. Dicuntur cerui quãdo transeunt freta in proximas insulas pascuæ gratia, capita super se inuicem ponere: & vnus qui ante est solus portat caput, & nõ ponit super alterum. Sed cùm & ipse defecerit, tollit se ab interiore parte & redit

poſterius,vt & ipſe in altero requieſcat: & ſic portāt o-
mnes onera ſua,& perueniunt ad quod deſiderant, &
non patiuntur naufragiū, quia quaſi nauis eſt illis cha-
ritas. Itaq; charitas portat onera, ſed nō timeat ne pre-
matur talibus oneribus: ne peccatis ſuis vnuſquiſque
prematur,attendat. Nam quando portas infirmitatem
fratris tui,non te onerant peccata ipſius. Planè ſi con-
ſentias,iam tua te premūt,nō alterius. Quiſquis enim
conſenſerit peccatori, non alienis, ſed ſuis grauatur.
Conſenſio enim ad peccatum alterius,tuum fit pecca-
tum, & non eſt quare queraris quòd peccata aliena te
Pſal.49.c. premant. Dicitur enim tibi: Premūt te,ſed tua. Vidiſti
furem,cucurriſti cum eo. Quid eſt hoc? Pedibus ambu
laſti ad furtum; imò mente coniunxiſti te furto. Quod
ipſius ſolum erat,factum eſt & tuum: quia placuit tibi.
Si autē diſplicuerit tibi,& oraueris pro eo,& depreca-
tus veniam dederis, vt poſſis libera frōte dicere in pre-
Matt.6.b. cibus tuis quas tibi iuriſperitus cęleſtis dictauit: Dimit-
te nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-
ribus noſtris: didiciſti portare onera fratris tui,vt & ali⁹
Gal.6.a. portet ſi qua ſunt tua, & fiat in vobis quod ait Apoſto-
lus: Inuicem onera veſtra portate,& ſic implebitis legē
Chriſti. Ita ſecurus cātas quod modò dictū eſt: Propter
legem tuā ſuſtinui te Domine. Hanc autem legem qui
nō ſeruat,nō ſuſtinet Dominum: nec ſi velit ſuſtinere,
cauſa eſt quare ſuſtineat,inaniter ſuſtinet. Venturus eſt
enim Dominus,& inuēturus peccata tua: quod autem
perfecta iuſtitia vixiſti,non eſt inuenturus. Homicidia
fortè. Grauia ſunt enim & valde maiora. Non eſt inuē-
turus adulteriū? Non eſt inuenturus furta? Non eſt in-
uenturus rapinam? Non eſt inuēturus maleficia? Nō eſt
inuenturus idololatriam? Non eſt iſta inuēturus. Nihil
Matt.5.d. eſt ergo inuenturus? Audi ſermonē Euangelij: Qui di-
al. immaniſſimis. xerit fratri ſuo,fatue. Ab iſtis etiā peccatis linguæ † mi-
nutiſſimis quis abſtinet? Sed fortè dicis: Parua ſunt.
Reus erit,inquit,gehēnæ ignis. Si paruum tibi videtur
aut modicū fratri dicere,fatue,vel gehēna ignis videa-
tur tibi magna. Si contemnebas minus peccatum,vel
pœnæ magnitudine deterrere. Sed dicis: Minora ſunt,
minuta ſunt,ſine quibus nō poteſt eſſe iſta vita. Cōgere
minuta,& faciunt ingētem aceruū. Nam & grana mi-
nuta ſunt, & tamen maſſam faciunt: & guttæ minutæ
ſunt,& flumina implent,& moles trahunt. Ideo & ille
conſiderans quàm multa minuta peccata quotidiana
committat homo, ſi nihil aliud vel per cogitationes &
linguam,attendit quàm multa ſunt:& ſi attendit quàm
minuta ſint, videt per multa minuta fieri aceruum ma-
gnum,& non quaſi peccata ſua priſtina cogitās, ſed ip-
ſam fragilitatem humanam, iam aſcendēs clamat: De
profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vo-
cem meam: Fiant aures tuæ intendentes in vocem de-
precationis meæ: Si iniquitates obſeruaueris Domine,
Domine quis ſuſtinebit? Vitare poſſum homicidia,a-
dulteria,rapinas,periuria,maleficia,idololatriam. Nū-
quid & peccata linguæ? Nūquid & peccata cordis? Scri
1.Ioan.3.a. ptum eſt: Peccatum iniquitas eſt. Quis ergo ſuſtinebit,
ſi tu iniquitates obſeruaueris? Si nobiſcū ſeuerus iudex
agere volueris,non miſericors pater, quis ſtabit ante o-
culos tuos? Sed eſt apud te propitiatio, propter legē tuā
Gal.6.a. ſuſtinui te Domine. Quæ & qualis lex eſt iſta? Inuicem
onera veſtra portate,& ſic implebitis legē Chriſti. Qui
Matt.6.a. portant inuicem onera ſua? Qui fideliter dicūt: Dimit-
te nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-
ribus noſtris. Suſtinuit anima mea in verbum tuum.)
Nemo ſuſtinet,niſi qui nondum accepit quod promiſ-
ſum eſt. Nam qui iā accepit, quid ſuſtinet? Accepimus
remiſſionē peccatorū, ſed promiſſum eſt nobis regnū
cælorū. Debita noſtra deleta ſunt,ſed merces noſtra ad-
huc futura eſt. Accepimus veniam,ſed æternam vitam
nondum tenemus. Sed qui dedit veniam, ipſe promiſit
vitam æternam. Si verbum noſtrum eſſet, deberemus
timere: quia verbum Dei eſt,nō fallit. Securi ergo ſpe-
ramus in eius verbo qui fallere nō poteſt. Sperauit ani-
ma mea in Dominum à vigilia matutina vſque ad no-
ctem.) Quid eſt quod ait, Vno die ſperauit in Dominū,
& finita eſt tota ſpes ipſius? A vigilia matutina vſque ad
noctem ſperauit Iſraël in Dominum. Iſta vigilia matu-
tina, finis noctis eſt: hinc & vſque ad noctem ſperauit
anima mea in Dominū. Ergo intelligendū eſt,ne pute-
mus vno die nobis ſperandū eſſe in Dominum à vigilia
matutina vſque ad noctem. Quid ergo,fratres, putatis
hoc eſſe, à vigilia matutina vſque ad noctem ſperauit
anima mea in Dominū? Quia Dominus per quē nobis
dimiſſa ſunt peccata, in vigilia matutina reſurrexit à Mar.16.b.
mortuis, vt hoc ſperemus in nobis futurum quod præ-
ceſſit in Domino. Iā enim peccata noſtra dimiſſa ſunt,
ſed nōdum reſurreximus. Si nōdum reſurreximus,nō-
dum in nobis factū eſt quod præceſſit in capite noſtro.
Quid præceſſit in capite noſtro? Quia & caro ipſius ca-
pitis reſurrexit: ſpiritus illius capitis nūquam mortuus
eſt. Sed quod in eo mortuum eſt,reſurrexit. Reſurrexit
autem tertia die: & quodammodo hoc nobis dixit Do-
minus: Quod in me vidiſtis,ſperate in vobis: id eſt,quia
erit reſurrectio, reſurgetis & vos. Sed ſunt qui dicant:
Ecce reſurrexit Dominus, nunquid propterea ſperan-
dum eſt & me poſſe reſurgere? Vtiq; propterea. In hoc
enim reſurrexit Dominus, quod à te accepit. Nō enim
reſurgeret,niſi mortuus eſſet. Nō autem mortuus eſſet,
niſi carnē portaſſet. Quid accepit à te Dominus? Car-
nē. Quid venit ipſe? Verbū Dei,quod erat ante omnia, Ioan.1.a.
per quod facta ſunt omnia. Sed vt acciperet abs te ali-
quid, verbū caro factum eſt,& habitauit in nobis. Ac-
cepit abs te quod offerret pro te. Quomodo accepit à
te ſacerdos quod pro te offerat, quando vis placare
Deum pro peccatis tuis. Iam factum eſt,ita factum eſt.
Sacerdos noſter à nobis accepit quod pro nobis offer-
ret. Accepit enim à nobis carnē: in ipſa carne victima
factus eſt,holocauſtum factus eſt, ſacrificiū factus eſt.
In paſſione ſacrificium factus eſt,in reſurrectione inno-
uauit illud quod occiſum eſt, & tanquam primitias
tuas dedit Deo,& ait tibi: Conſecrata ſunt iam omnia
tua,quādo tales primitiæ tuæ de te datæ ſunt Deo. Spe-
ra ergo & in te futurū quod præceſſit in primitiis tuis.
Ille ergo quia à vigilia matutina reſurrexit, cœpit ani-
ma noſtra ex hoc ſperare. Et quouſque? Vſque in no-
ctem,quouſque moriamur. Omnis enim mors noſtra
carnalis,quaſi ſomnus eſt. Cœpiſti ſperare ex quo reſur
rexit Dominus, noli deficere ſperare quouſque exeas
ab hac vita. Nam ſi nō vſque ad noctem ſperaueris,de-
letur totum quod ſperaueras. Sunt enim homines qui
incipiunt ſperare,ſed non perſeuerant vſque ad noctē.
Incipiunt pati tribulationes aliquas,incipiunt pati ten-
tationes, vident homines malos & iniquos felicitate
temporali pollere:& quoniam talia ſperabant de Dño
vt hic eſſent felices,attendūt eos quia ſcelera fecerunt,
habere quod ipſi habere deſiderabāt, & deficiūt pedes
eorum,& deſinunt ſperare in Domino. Quare? Quia nō
à vigilia matutina cœperūt ſperare. Quid eſt hoc? Non
hoc ſperare cœperunt de Domino, quod præceſſit in
Domino ab illa vigilia matutina: ſed ſperabant de Do-
mino,vt ſi eſſent xpiani,haberēt plenam domū frumē-
to,vino & oleo,auro & argento,nullus eorū moreretur
immaturus. Si quis eorum nō haberet filios, acciperet:
ſi vxorem non duxiſſet, duceret: non abortiret non ſo-
lùm aliqua mulier in domo eius,ſed nec pecus eius: nō
aceſcerent cupæ eius, non grandinaretur vinea eius.
Qi

Qui ſic ſperabat in Dominum,animaduertit his rebus
Pſal.72.b. abundare eos qui non colunt Dominum, & defecerūt
pedes eius,& non ſperauit vſque ad noctem: quia non
cœpit à vigilia matutina ſperare. Quis ergo ſic incipit
à vigilia matutina ſperare? Qui hoc ſperat de Domino
quod cœpit oſtendere à vigilia matutina, in qua reſur-
rexit. Antea enim nemo reſurrexerat ſemper victurus.
Intendat charitas veſtra. Reſuſcitati ſunt iam mortui
ante aduentū Domini. Nam Helias reſuſcitauit mor-
3.Reg.17.d. tuum,& Heliſæus; ſed reſurrexerunt iterum morituri.
4.Reg.4.f. Dominus ipſe quos reſuſcitauit, morituri reſurrexerūt:
Lucæ 7.c. Lucę 8.g. ſiue ille iuuenis filius viduæ, ſiue illa puella duodecim
Ioan.11.f. annorum filia archiſynagogi, ſiue Lazarus. Aliter re-
ſuſcitati ſunt omnes morituri. Semel nati ſunt, ſed bis
mortui ſunt. Nemo reſurrexerat nunquam moriturus,
niſi Dominus. Quādo autem reſurrexit Dominus nū-
quam moriturus? A vigilia matutina. Hoc ſpera & tu
de Domino,reſurrecturum te, non quomodo Lazarus
reſurrexit, nō quomodo filius viduæ & archiſynagogi
filia reſurrexerunt, non quomodo quos ſuſcitauerunt
antiqui prophetę: ſed reſurrecturum te ſpera quomodo
Dominus, vt poſt reſurrectionem qua reſurrexeris non
te iam timeas moriturum: & cœpiſti ſperare à vigilia
matutina. Spera autem vſq; ad noctē, quouſq; finiatur
hæc vita, quouſque ſit nox vniuerſi generis humani in
occaſu ſeculi. Quare hucuſq;? Quia poſt hanc vitæ no-
ctem iam non erit ſpes,ſed ipſa res. Spes enim quæ vi-
Rom.8.e. detur,non eſt ſpes. Apoſtolus dicit: Quod enim videt
quis,quid ſperat? Si autem quod nō videmus ſperamus,
per patientiam expectemus. Si ergo patiēter expectare
debemus quod non videmus, vſq; ad noctē ſperemus:
id eſt,vſq; ad finem huius vitæ noſtræ vel ſeculi. Cùm
autē nox iſta tranſierit,iam veniet quod ſperabamus:&
non iam ſperabimus,nec tamen deſperati erimus. Eſt
enim vituperatio deſperatorum:& aliquando deteſta-
mur hominem,& dicimus,nō habet ſpem. Nō ſemper
malū eſt non habere ſpem. In hac vita cùm ſumus, ma-
lū eſt non habere ſpem. Qui enim modò ſpem non ha-
bet,rem poſtea non habebit. Ergo modò ſpem debe-
mus habere. Sed cùm res venerit, nunquid ſpes erit?
Quod enim videt quis, quid ſperat? Veniet Dominus
Deus noſter primò,formam ipſam in qua crucifixus eſt
& reſurrexit demonſtraturus generi humano, vt videāt
pij & impij. Illi videāt,& gratulentur inueniſſe ſe quod
crediderunt antequā viderent: & illi erubeſcant nō ſe
credidiſſe quod videbunt. Erubeſcentes damnabūtur,
Mat.25.d. & gratulati coronabūtur. Dicetur confuſis,Ite in ignē
æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius; dice-
tur gaudentibus: Venite benedicti patris mei,percipite
regnū quod vobis paratum eſt ab origine mūdi. Quod
cùm acceperint, iam ſpes non erit,quia res tenebitur.
Trāſacta ergo ſpe,trāſibit nox illa. Sed donec fiat,à vi-
gilia matutina ſperet anima noſtra in Domino: & redit
ad illud; A vigilia matutina, Speret Iſraël in Dominū.
A vigilia matutina vſque ad noctem,ſperet anima mea
in Dominum. Sed quid ſperabit? A vigilia matutina
ſperet Iſraël in Dominum. Non ſolùm ſperet Iſraël in
Dominū,ſed à vigilia matutina ſperet Iſraël. Ergo cul-
po ſpem ſeculi,quando ſperatur de Deo? Non. Sed alia
ſpes eſt Iſraël propria. Non pro ſummo ſuo bono ſperet
Iſraël diuitias,non ſalutē corporis, non abundantiam
terrenorum: immo tribulationem hic habiturus eſt, ſi
fortè contigerit illi pro veritate pati aliquas moleſtias.
Non enim nō ſperabant in Deū martyres, & tamen ta-
lia ſunt paſſi,qualia latrones,qualia iniqui: ſubiecti ad
beſtias,ignib⁹ concremati,gladio percuſſi,vngulis exa-
rati,catenis obſtricti,carcere necati. Iſta omnia mala
paſſi,non ſperabant in Dominū? Aut ideo ſperabant, vt
iſtis malis carentes,hac vita fruerentur? Nō planè,quia
à vigilia matutina ſperabant. Quid eſt hoc? Conſidera-
bant illam vigiliam matutinam qua reſurrexit Domi-
nus eorum,& videbāt quia antequam reſurgeret, talia
& ipſe paſſus erat,qualia & ipſi patiebantur, & nō deſ-
perabant etiam ſe poſt tales paſſiones reſurrecturos ad
vitam æternam. Sperauit Iſraël in Dominum à vigilia
matutina vſque ad noctem. Quoniam apud Dominū
miſericordia eſt,& multa apud illum redemptio.] Ma-
gnificè. Melius dici non poſſet loco ſuo, propter illud
quod dixit: A vigilia matutina ſperet Iſraël in Domi-
num. Quare? Quia vigilia matutina reſurrexit Dominus:
& hoc debet ſperare corpus, quod in capite præceſſit.
Sed ne ſuggeratur iſta cogitatio, Capiti licuit reſurge-
re,quia peccatis non premebatur,& nullum peccatum
erat in illo: quid nos facturi ſumus? Sperabimus talem
reſurrectionem qualis in Domino præceſſit, cùm pec-
catis noſtris aggrauemur? Sed vide quid ſequitur: Quo-
niam apud Dominum miſericordia, & multa apud illū
redemptio: Et ipſe redimet Iſraël ab omnibus ini-
quitatibus ſuis.] Ergo ſi premebatur peccatis ſuis,adeſt
miſericordia Dei. Ideo præceſſit ille ſine peccato, vt de-
leat peccata ſequentium. Nolite in vobis præſumere,
ſed à vigilia matutina præſumite. Videte caput veſtrum
reſurrexiſſe & aſcendiſſe in cælum. In illo culpa non
erat,ſed per illum veſtræ culpæ delebuntur. Ipſe redi-
met Iſraël ab omnibus iniquitatibus ſuis. Quia Iſraël
vendere ſe potuit,& fieri venundatus ſub peccato: re-
dimere ſe ab iniquitatibus non poteſt. Ille potuit redi-
mere,qui ſe non potuit vendere. Qui nō commiſit pec-
catum,ipſe eſt redēptor à peccato: Ipſe redimet Iſraël.
Vnde redimet? Ab illa iniquitate,an ab illa? Ab omni-
bus iniquitatibus ſuis. Non ergo timeat acceſſurus ad
Deum aliquas iniquitates ſuas: tantummodo accedat
pleno corde,& deſinat iam facere,quæ antea faciebat,
& non dicat,illa iniquitas nō mihi dimittitur. Si enim
hoc dixerit, propter ipſam quam putat ſibi non dimit-
ti, non ſe conuertit, & faciendo cætera non illi dimit-
titur & illud † quod non timebat. Quia feci, inquit, al. quod tenebat.
ſcelus magnum,& non mihi poteſt dimitti: iam faciam
& cætera. Hoc enim perdo quod non facio. Noli time-
re. In profundo es, noli contemnere de profundo cla-
mare ad Dominum,& dicere: Si iniquitates obſeruabis
Domine, Domine quis ſuſtinebit? Obſerua illum, & ex-
pecta illum,& ſuſtine propter legem ipſius. Quam legē
tibi dedit? Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di- Matt.6.b.
mittimus debitoribus noſtris. Spera te reſurrecturum,
& tunc futurum omnimodo ſine peccato, quoniam
ille ſurrexit qui primus fuit ſine peccato. A vigilia ma-
tutina ſpera. Noli dicere: Ego non ſum dignus pro-
pter peccata. Non es dignus: ſed multa apud illum
redemptio, Et ipſe redimet Iſraël ab omnibus ini-
quitatibus ſuis.

IN PSALMVM CXXX. ENARRATIO.

IN iſto pſalmo commendatur nobis humilitas ſer-
ui Dei & fidelis, cuius voce cantatur, quod eſt vni-
uerſum corpus Chriſti. Sæpe enim admonuimus cha-
ritatem veſtram, non quaſi vnius hominis cantantis
vocem accipi debere, ſed omnium qui ſunt in Chriſti
corpore. Et quia in illius corpore ſunt omnes, tāquam
vnus homo loquitur. Et ipſe eſt vnus qui & multi ſunt.
Multi enim ſunt in ſeipſis, vnus ſunt in illo qui vnus
eſt. Ipſum eſt autem etiam templum Dei, de quo di-
cit Apoſtolus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod 1.Cor.3.d
eſtis vos. Omnes qui credunt in Chriſtum, & ſic cre-
dunt vt diligant. Hoc eſt enim credere in Chriſtum,
diligere

diligere Christũ non quomodo dæmones credebant,
Iac.2.d. sed non diligebant Christum, & ideo quamuis crederent, dicebant: Quid nobis & tibi est fili Dei? Nos autẽ
Matt.8.d. sic credamus, vt in ipsum credamus diligẽtes eũ, & nõ dicamus, quid nobis & tibi est: sed dicamus potius, ad
1.Pet.2.a. te pertinemus, tu nos redemisti. Omnes ergo qui sic credũt, tanquam lapides sunt viui, de quibus templum
Gene.6. Dei ædificatum est, & tanquam ligna imputribilia quibus arcã illa compacta est, quæ in diluuio mergi non potuit. Hoc autem templum est, id est ipsi homines, vbi rogatur Deus & exaudit. Quisquis enim præter templum Dei orauerit Deum, non exauditur ad illam pacem supernæ Hierusalem: & si exauditur ad quædam
Matt.8.d. temporalia, quæ Deus & Paganis donauit. Nam & ipsi
Mar.5.b. dæmones exauditi sunt, vt irent in porcos. Exaudiri ad
Luce 8.d. vitam æternam aliud est, nec conceditur nisi ei qui in templo Dei orat. Ille autem in tẽplo Dei orat, qui orat in pace ecclesiæ, in vnitate corporis Christi, quod corpus Christi constat ex multis credentibus in toto orbe
Ioan.4.d. terrarum: & ideo exaudiur, quia orat in templo. Ipse enĩ orat in spiritu & veritate, qui orat in pace ecclesiæ:
Ioan.2.c. non in illo tẽplo vbi figura erat. Secũdũ figuram enim Dominus exclusit homines de tẽplo illo, qui sua quærebant: id est, propter vendendum & emẽdum ibant in templum. Si autem figura erat illud templũ, manifestũ est quia & corpus Christi, quod est verum templũ, cuius imago erat, habet permixtos ementes & vendentes, id est sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Sed excluduntur inde flagello resticulæ. Restis enim peccata si-
Esa.5.d. gnificat, sicut dicitur per prophetam: Væ eis qui trahũt peccata velut restem longam. Illi autẽ trahunt peccata longa, qui addunt peccata peccatis: qui cùm fecerint vnum peccatum, vt cooperiant illud, faciunt alterum. Quomodo enim vt restis fiat additur spartum sparto, non autem in rectum it, sed torquetur: sic omnia prauа facta quæ sunt peccata cùm adduntur sibi, & addendo peccato peccatum, & peccatum ad peccatum annectitur, fit restis longa. Quorum semitæ prauæ, & flexuosi gressus eorum. Quò valet autem ista restis, nisi vt inde ligẽtur ei manus & pedes, & proiiciatur quisque in tenebras exteriores? Meministis enim dictũ de quodam
Matt.22.b. peccatore in Euangelio: Ligate illi manus & pedes, & proiicite illum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Non ergo esset vnde illi ligarẽtur ma-
Prouc.5.d. nus & pedes, nisi ipse sibi restem fecisset. Vnde apertissimè alio loco scriptum est: Criniculis peccatorũ suorum vnusquisque constringitur. Ergo quia de peccatis
Ioan.2.c. suis homines vapulant, ideo Dominus flagellum de re-
Phili.2.c sticula fecit, & inde expulit de templo omnes qui sua quærebant, non quæ Iesu Christi: huius autem templi
Ioan.4.d. vox est in psalmo. In hoc templo, vt dixi, rogatur Deus, & exaudit in spiritu & veritate: non in illo corporali. Nam illic vmbra erat, in qua demonstraretur quod vẽturum erat. Ideo illud iam cecidit. Cecidit ergo domus orationis nostræ? Absit. Non enim illud templum quod cecidit hoc potuit dici domus orationis, de qua dictũ est: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus
Matt.21.b. gentibus. Audistis enim quid dixerit Dominus Iesus Christus: Scriptũ est: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis eã spelũcam latronũ. Nũquid illi qui voluerunt facere domum
Ioan.2.c. Dei speluncam latronum, fecerunt vt rueret templum? Sic & illi qui malè viuunt in ecclesia catholica, quantum in ipsis est domũ Dei volunt facere speluncã latronum, nec ideo euertunt templũ. Veniet enim tempus quãdo de reste peccatorũ suorũ foras mittantur. Hoc autẽ tẽplum Dei, hoc corpus Christi, hæc congregatio fidelium vnam vocem habet, & tanquam vnus homo

A cantat in Psalmo. Eius vocem iã in multis psalmis audiuimus, audiamꝰ & in isto. Si volumꝰ nostra vox est, si volumus aure audimus cantantẽ, & nos corde cantamus. Si autem nolumus, erimus in illo tẽplo tanquam ementes & vendẽtes, id est, nostra quærentes. Intramus ecclesiam, non ad ea quæ placent oculis Dei. Viderit ergo in numero vestro quis quomodo audiat, vtrum audiat & irrideat, vtrum audiat & post se ponat, vtrum audiat & cõsonet, id est sentiat hic vocem suam, & adiungat vocem cordis sui voci psalmi huius. Tamẽ vox psalmi huius non tacet: instruãtur qui possunt, imò qui volunt: qui nolunt, non impediant. Commendetur nobis humilitas, inde cœpit:

Expositio Psalmi.

B DOMINE non est exaltatũ cor meũ. Sacrificium obtulit. Vnde probamus quia sacrificiũ obtulit? quia humilitas cordis sacrificiũ est. Dicitur in alio psalmo: Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique. Pſal.50.d. Satis volebat facere Deo pro peccatis suis, propitiare illũ volebat, vt acciperet indulgentiã peccatorũ. Et quasi quærens vnde illũ propitiaret: Si voluisses, inquit, sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Ergo superflue quærebat aut arietes, aut tauros, aut aliquam talem victimã, vnde placaretur Deus. Quid ergo? Quia holocaustis nõ delectatur Deus, nõ accipit sacrificium, & sine sacrificio placatur? Si nullum sacrificiũ est, nullus sacerdos. Sed habemus sacerdotem in cælis, qui pro nobis interpellat patrẽ. Intrauit enim in sancta Hebr.9.b sanctorum, in interiora veli, quò non intrabat sacerdos in figura nisi semel in anno, sicut & Dominus in toto Rom.6.b. tẽpore semel oblatus est. Ipse obtulit se, ipse sacerdos, ipse victima, & intrauit in sancta sanctorum semel, & iã
C non moritur, nec mors ei vltrà dominabitur. Securi simus quia habemus sacerdotem, ibi offeramus & hostiã. Videamus quod sacrificiũ debeamus offerre, quia holocaustis non delectatur Deus noster, sicut audistis in psalmo. Sed ibi sequitur & ostendit quid offerat: Sa- Pſal.50.d. crificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Si ergo humiliatũ cor Pſal.130.a. sacrificium Deo est, sacrificium obtulit, qui dixit: Dñe non est exaltatum cor meum. Vide alio loco sic offerẽtem. Dicit Deo: Vide humilitatem meam & laborem meũ, & dimitte omnia peccata mea. Domine non est exaltatum cor meũ, Neque in altũ elati sunt oculi mei: Neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Hoc planius dicatur, & audiatur. Nõ fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus: nec quæsiui aliq̃d supra vires meas, vnde me apud imperitos iactarẽ. Intendat charitas vestra. Magna res Act.8.c. cõmendatur. Quomodo Simõ ille magus in mirabilibus ingredi volebat super se, propterea plꝰ illũ delectauit potentia Apostolorum, quàm iustitia Christianorũ.
D At vbi vidit per manus impositionem Apostolorum, & per orationes eorũ Deum dare fidelibus spiritum sanctũ, & quia tunc per miraculũ demonstrabatur aduentus spiritus sancti, vt linguis loquerentur, quas non didicerant omnes super quos veniebat spiritus sanctus. Nec ideo modò nõ datur spiritus sanctus, quia linguis non loquũtur qui credunt. Ideo enim tunc oportebat vt linguis loquerentur, vt significarent omnes linguas Christo credituras. Vbi impletum est q̃ significabatur, miraculũ ablatũ est. Cùm ergo hoc videret Simon ma- Ibidem. gus, voluit talia facere, nõ talis esse: & nostis quia etiam pecunia putauit comparandũ spiritum sanctum. Erat ergo de talibus qui in templũ intrant ad emendum & vendendum: emere volebat, quod vẽdere disponebat.

Et verè

Et verè fratres mei, quia talis erat ille, & sic intrauerat
Matt.11.b. ad eos: Dominus illos expulit de templo qui columbas vẽdebãt. Columba autem spiritum sanctum significabat. Volebat ergo Simon emere columbam, & vẽdere colũbam. Accessit Dominus Iesus Christus qui habi-
Ioan.2.c. tabat in Petro, & flagello resticulæ expulit foras malũ mercatorem. Ergo sunt homines quos delectat miraculum facere, & ab eis qui profecerũt in ecclesia miraculum exigunt, & ipsi qui quasi profecisse sibi videtur, talia volunt facere, & putant se ad Deum nõ pertinere si non fecerint. Dominus autem deus noster, qui nouit quid cui tribuat, & vt seruetur cõpago corporis in pace, alloquitur ecclesiam per Apostolum: Nõ potest di-
1.Cor.12.c cere oculus manui, opus te non habeo; aut iterũ caput pedibus, opus vobis non habeo. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum corpus auditus, vbi odoratus? Ergo in membris nostris videtis, fratres, quomodo singula officium suum habent mẽbra. Oculus videt & nõ audit, auris audit & non videt, manus operatur, nec audit nec videt, pes ambulat, nec audit nec videt, nec facit quod facit manus. Sed in vno corpore si sit sanitas, & nõ aduersum se litigent membra, & auris videt in oculo, & oculus audit in aure: nec obiici potest auri q̃ non videt, vt dicatur ei: Nihil es, minor es. Nunquid videre & discernere colores potes, quod facit oculus? Respõdet enim auris de pace corporis, & dicit: Ibi sum vbi est oculus, in eo corpore sum: in me nõ video, in illo cũ quo sum video. Ita cùm auris dicit, oculus mihi videt: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & aures dicũt, manus nobis operantur: manus dicũt, oculi & aures nobis
al. cooperantur. vident & audiunt: oculi & aures & manus dicũt, pedes nobis ambulant. Omnia in vno corpore †cùm operantur, si sit ibi sanitas & concordent membra, gaudent &
1.Cor.12.d congaudent sibi. Et si aliquid molestię sit in aliquo mẽbro, non se deserunt, sed compatiuntur sibi. Nunquid quia in corpore pes, quasi longè videtur ab oculis? Illi enim sunt locati in sublimitate, illi autem infrà positi. Quando fortè per spinam calcauerit, deserunt oculi: & non sicut videmus totum corpus contrahitur, & sedet homo, curuatur spina dorsi, vt quæratur spina quæ hæsit in planta? Omnia membra quicquid possunt faciũt, vt de infimo exiguo loco spina, quæ inhæserat, educatur. Sic ergo, fratres, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuum, non illud quærat, sed quẽrat ne discordet in corpore: quomodo si auris quærat videre, discordare potest. Nam quod non accepit, non potest facere. Sed si ei obiectum fuerit & dictum, si iustus esses, resuscitares mortuos quomodo resuscitauit Petrus. In Christo enim maiora videntur fecisse Apostoli, quàm ipse Dominus. Sed vnde fieri potest, vt plus
Ioan.14.b. valeant sarmenta quàm radix? Quomodo autem quasi maiora videntur fecisse illi quàm ille? Ad vocẽ Domini D
Act.5.c. surrexerunt mortui, ad vmbram transeuntis Petri surrexit mortuus. Maius hoc videtur quàm illud. Sed xp̃s facere sine Petro poterat, Petrus nisi in Christo nõ po-
Ioan.15.a. terat: Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Cùm ergo hoc audierit homo qui proficit, quasi obiectã calumniã ab ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquantur in cõpage corporis Christi respondeat
1.Cor.12.e. & dicat: Quid dicis? Non es iustus, quia nõ facis miracula? Possis & auri dicere: Non es in corpore, quia non vides. Fac, inquit, & tu sicut & Petrus fecit. Sed Petrus & mihi fecit, quia in eo corpore sum in quo Petrus fecit. In illo quod potest possum, à quo diuisus non sum. Quòd minus possum, cõpatitur mihi: & quòd plus potest, congaudeo. Ipse Dominus desuper clamauit pro
Act.9.a corpore suo: Saule Saule, quid me persequeris: & ipsum nemo tangebat, sed pro corpore in terra laborãte caput

de cælo clamabat. Si ergo, fratres, vnusquisque quod
A potest iustè egerit, & in eo q̃ alius plus potest, nõ inuiderit, sed congratulatus fuerit tanquam in vno corpore cum eo constitutus: pertinet ad eũ vox ista psalmi, Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum in magnis, neq; in mirabilibus super me. Quod enĩ excessit vires meas, ait, non quæsiui: non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Nam ista exaltatio de abundantia gratiarũ quàm sit timenda, ne quis de dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatem, & faciat quod scriptum est: Quãto Eccl.3.c magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Quàm ergo timenda sit superbia de dono Dei, etiam atque etiã commendãdum est charitati vestræ, maximè quia psalmus breuissimus permittit nos loqui. Paulus Apostolꝰ quamuis ex persecutore factus sit prædicator, abundantiorem gratiam cõsecutus est in omni labore apostolico, quàm cęteri Apostoli: vt magis Deus ostenderet suum esse quod dat, non
B hominis. Quomodo solent medici potẽtiam suæ artis in desperatis ostendere: sic & Dominus noster Iesus Christus medicus & Saluator noster in desperato, qui persecutor ecclesiæ fuit, ostendit magnitudinem artis
1.Cor.15.b suæ, vt non solùm eum Christianũ faceret, sed & Apostolum, nec tantum Apostolum, sed ficut ipse dicit, plus omnibus illis laboraret. Excellentissimæ ergo gratiæ fuit. Et videtis, fratres, quia modò in ecclesia Pauli Apostoli epistolæ vigent, magis q̃ coapostolorum eius. Alij enim non scripserunt, sed tãtùm locuti sunt in ecclesia. Nam quæ proferuntur ab errantibus sub nomine ipsorum, quia non sunt ipsorum, improbantur, nec acceptantur ab ecclesia. Alij autem qui scripserunt, nec tãtum, nec tanta gratia scripserunt. Cùm ergo esset magnæ gratiæ, & magna dona meruisset à Deo, quid dicit
2.Cor.12.b
C quodam loco? Propter magnitudinẽ autẽ reuelationũ ne extollar. Intendite, rem tremendam vobis dico: Propter magnitudinẽ, inquit, reuelationũ ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanę, qui me colaphizet. Quid est hoc, fratres? Ne extolleretur tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer. Et à quo? Ab angelo satanæ. Quid est hoc? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores autem corporum plerunq; immittuntur ab angelis satanæ, sed hoc non possunt nisi permissi. Nam & Iob san-
Iob.2.cctus sic probatus est. Permissus est ad eum probandum satanas, & percussit eum vulnere, vt vermibꝰ putresceret. Immundus enim permittebatur, & sanctus probabatur. Nescit diabolus quãta bona de illo fiant, etiam
Ioan.11.d cùm sæuit. Sæuiẽs intrauit in cor Iudæ, sæuiẽs tradidit Christum, sæuiens crucifixit: & crucifixo Christo, redemptus est orbis terrarũ. Ecce sęuitia diaboli diabolo obfuit, nobis autem profuit. Sæuiẽdo enim quos tenebat amisit, redemptos sanguine Domini, quem cùm sæuiret effudit. Si sciret tantum damnum se passurum, non funderet in terram pretium quo redemptum est genus humanum. Sic ergo ille angelus satanæ quasi libẽter permissus est colaphizare Apostolum, sed tamen Apostolus curabatur. Et quia illud quod medicus apposuerat, molestum erat infirmo: rogauit medicum vt auferret. Quomodo cùm medicus apponit visceribus aliquod forte epithema, molestũ & ardens, inde tamen curandus est ille cuius viscera tumebant: cùm ille inde ardere cœperit & cruciari medicamẽto, rogat medicũ vt auferat medicamentum. medicus autem consolatur, monet eum patientiam, quia nouit quàm vtile sit quod apposuit. Ita & Apostolus sequitur & dicit, cùm dixisset: Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet [prædixit autem quare:

Ne magni-

Ne magnitudine reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, q̃ me colaphizet] propter quod ter Dominum rogaui, vt auferret eum à me, hoc est dicere: Rogaui medicum, vt auferret à me
2.Cor.12.c.i molestum epithema, quod mihi apposuerat. Sed audi vocem medici: Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quid apposuerim, ego noui vnde ægrotes, ego noui vnde saneris. Si ergo charissimi, potuit Paulus apostolus extolli magnitudine reuelationum, nisi acciperet angelum satanæ qui se colaphizaret; quis de se possit esse securus? Tutius videtur ambulare qui minus accepit, sed si non peruersè quærat quod rectè non accepit. Quærat sine quo nõ potest esse in corpore Christi, aut sine quo malè est illic. Tutior est enĩ in corpore digitus sanus, quàm lippiens oculus. Digitus exigua quædam res est, oculus magnifica, multũ potest. Et tamen melius est digitum esse, & sanum esse, quàm oculum esse & perturbari, lippire, excæcari. Nõ ergo quærat quisque in corpore xpi nisi sanitatẽ. Secundum sanitatem habeat fidem, & ex fide mũdabitur cor eius, ex mundatione cordis videbit
Mat.5.a. illam faciẽ, de qua dictum est: Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et qui fecit miracula, & qui non fecit miracula in corpore Christi, non debet gaudere nisi de facie Dei. Redierunt Apostoli, & dixerunt
Lucæ 10.c. Domino, cùm missi essent à Domino: Ecce Domine, in nomine tuo etiam dæmonia nobis subiecta sunt. Vidit Dominus quòd tentaret eos superbia ex potẽtia miraculorũ: & ille qui medicus venerat sanare tumores nostros: & ferre infirmitates nostras, continuò ait: Nolite in hoc gaudere quia dæmonia vobis subiecta sunt, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Non omnes Christiani boni dæmones eiiciunt, omnium tamen nomina scripta sunt in cælo. Non eos voluit gaudere ex eo quòd proprium habebant, sed ex eo quòd cum cæteris salutem tenebant. Inde voluit gaudere Apostolos, vnde gaudes & tu. Intendat charitas vestra. Nullus fidelis habet spem, si nomen eius nõ est scriptũ in cælo. Omnium fidelium qui diligunt Christum, qui ambuãt viã eius humiliter, quam ipse docuit humilis, nomina scripta sunt in cælo. Cuiusuis contemptibilis in ecclesia, qui credit in Christum & diligit Christum & amat pacẽ Christi, nomen scriptum est in cælo, cuiuslibet quem cõtemnis. Et quid simile ipse & Apostoli, qui tanta miracula fecerunt? Et tamẽ Apostoli reprimuntur ex eo quòd de bono proprio gaudebant, & iubentur hinc gaudere vnde gaudet, & ille contemptibilis. Nõ immeritò, fratres mei, cum ista humilitate dicit: Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis, neque mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam: Quemadmodũ qui ablactatus est à lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam.] Videtur enim velut maledicto se obstrinxisse. Quomodo alio loco in psalmo dicit: Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis, &c. sic videtur & hic dixisse: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Quasi dicturus esset, illud mihi contingat, q̃mo & ibi: Si reddidi retribuentibus mihi mala, contingat mihi illud. Quid? Decidã meritò ab inimicis meis inanis. sic & hic, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, quẽadmodũ qui ablactatus est à lacte super matrem suã, sic retributio in animam meam. Intẽdite. Nostis quia quibusdã infirmis dicit Apostolus:
1.Cor.3.a. Lac vobis potũ dedi, non escã: nõdum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Sunt infirmi qui non

Psal.7.a.

A sunt idonei valido cibo, volunt se tendere ad id quod capere non possunt. Et si aliquid vtcunque acceperint, aut visi sibi fuerint capere quod non ceperunt, extollũtur inde & superbiunt: inde videtur sibi quasi sapiẽtes. Hoc autem contigit omnibus hęreticis: qui cùm essent animales & carnales, defendendo sententias suas praua, quas falsas esse non potuerunt videre, exclusi sunt de catholica. Dicã charitati vestræ quod possum. Dñs noster Iesus Christus nostis quia verbum Dei est, secũdum illud Ioannis: In principio erat verbum, & verbũ
Ioan.1.a. erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Panis ergo est, inde viuũt angeli. Ecce panis paratus est tibi: sed cresce de lacte; vt ad panẽ peruenias. Et q̃mo, inquis, cresco de lacte? quod tibi factus est Christus ad infirmitatem tuam, hoc primò crede & fortiter tene. Quomodo ergo mater cùm vi-
B derit filiũ minus idoneum ad capiendũ cibum, ipsos cibos ei dat, sed traiectos per carnem suam: [nam ipse est panis de quo infans pascitur, quo & mater eius pascitur: sed ad mẽsam infans minus idoneus est, ad mamillam idoneus est. Panis ergo de mensa traiicitur per matris mamillam, vt sic peruenìat idem alimẽtum ad paruum infantẽ.] sic Dominus noster Iesus Christus cùm esset verbum apud patrem, per quod facta sunt omnia, qui cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est
Philis.2.a. esse æqualis Deo, qualem caperent pro modo suo angeli, & vnde in cælo potestates & virtutes intellectuales pascerentur: homo autem infirmus & carne inuolutus iaceret in terra, nec posset ad eum peruenire panis cælestis, vt panem angelorum manducaret homo, & Psal.77.c. Exod.16.b. Ioan.1.b. manna descenderet ad veriorẽ populum Israël, verbũ 1.Cor.5.a. caro factum est, & habitauit in nobis. Quapropter ipsis 1.Cor.2.a.
G infirmis Paulus apostol⁹ hoc dicit, quos dicit animales & carnales: Nunquid dixi me scire aliquid in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum? Nam Christus erat & nõ crucifixus, In principio erat verbum, & ver- Ioan.1.a.
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et quia ipsum verbum caro factum est, & ipsum verbum crucifixum est: sed non est mutatum in hominem, homo in illo mutatus est. Mutatus est homo in illo vt melior fie- Mat.16.b.
ret quàm erat, non vt ipsa substantia verbi conuerteretur. Per id ergo quod homo erat, mortuus est Deus: & per id quod Deus erat, excitatus est homo, & resurrexit, & ascendit in cælum. Quicquid passus est homo, non potest dici non passus est Deus, quia Deus erat hominem assumendo, sed non est mutatus in hominem: quomodo non potes dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur. Et quando quereris vel amicis vel in iudicio, hoc dicis iudici: Conscidit me. Nõ dicis,
D conscidit birrhum meum: sed, conscidit me. Si potuit & meruit vestis tua dici tu, quæ nõ est tu, sed vestis tua; quanto potius meruit audire caro Christi, templum verbi vnitum cùm verbo: vt quicquid in carne pateretur, Deus ipse pateretur: quamuis verbum nec mori potuerit, nec corrumpi, nec mutari, nec occidi: sed quicquid horũ passum est, in carne passum est. Et noli mirari, quia verbum nihil passum est: nec anima hominis potest pati aliquid occisa carne, dicente ipso Domino:
Mat.10.b. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autẽ non possunt occidere. Si anima non potest occidi, verbũ Dei poterat occidi? Et tamen quid dicit? Flagellauit me, colaphizauit me, percussit me, dilaniauit me, totũ hoc non fit in anima: & tamen nõ dicit nisi me, propter vnitatem consortij ipsius. Dñs ergo noster Iesus Christus panis, se fecit nobis lac, incarnatus & apparẽs mortalis: vt in eo finiretur mors, & non aberraremus à verbo, credentes in carnem quod factum est verbum.

Hinc

Hinc crescamus, ipso lacte nutriamur: antequã validi
A simus ad capiendum verbum, non recedamus à fide lactis nostri. Illi autem hæretici volentes disputare de eo quod non poterant capere, dixerunt quia filius minor est quàm pater, & dixerũt, quia spiritus sanctus minor est quàm filius: & fecerũt gradus, & immiserunt in ecclesiam tres deos. Non enim possunt negare Deum esse patrem, nec possunt negare filium Deum, nec possunt negare spiritum sanctũ Deũ. At si pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, inæquales sunt, & non sunt eiusdem substantiæ: non vnus Deus est, sed tres dij: Disputantes ergo quod capere non poterant, elati sunt in superbiã, & factum est eis quod dicitur in isto psalmo: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: quemadmodum qui ablactatus est à lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam. Mater enim ecclesia Dei est, vnde illi separati sunt, vbi lactari & nutriri debebant: vt crescerent ad capiendũ verbum
B Deum apud Deũ, in forma Dei æqualem patri. Visa est hic quidẽ ab his qui ante nos ista tractauerunt, & alia sententia, & alius intellectus in his verbis; quem nõ tacebo charitati vestræ. Hoc enim dixerũt: Omnis superbus displicet Deo, & debet se humana anima humiliare ne Deo displiceat, & toto corde intueri quod dictũ
Eccle.4.c. est: Quanto magnus es humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiam. Sed rursus sunt quidã homines, qui cùm audierint quia humiles esse debent, dimittunt se, nihil volunt discere, putantes quia si aliquid didicerint superbi erunt: & remanent in solo lacte. Quos re-
Hebr.5.d. prehendit scriptura, dicens: Et facti estis opus habentes lacte, nõ solido cibo. Sic enim nos Deus vult nutriri lacte, vt non ibi remaneamus: sed crescẽdo per lac, ad solidum cibum peruenìamus. Ergo non debet homo extollere cor suum in superbiã, sed debet eleuare in do-
Psal.112.a C ctrinam verbi Dei. Nam si leuãda anima non esset, nõ diceretur in alia voce psalmi: Ad te Domine leuaui animam meam. Et nisi seipsa anima super se effundat, non perueniet ad visionem Dei, & ad cognitionem substantiæ illius incommutabilis. Nam modò cùm adhuc in
Psal.41.a. carne est, dicitur ei: Vbi est Deus tuus? Sed intus est Deus eius, & spiritaliter intus est, & spiritaliter excelsus est: non quasi interuallis locorum, quomodo per interualla loca altiora sunt. Nam si talis altitudo quærenda est, vicũt nos aues ad Deũ. Ergo intus Deus altus est, & spiritaliter altus: nec perueniet anima vt contingat eũ, nisi transierit se. Nã quicquid de Deo sentis secundum corpus, multũ erras. Multum infans es, si sentis de Deo etiã secundũ animam humanam, quòd Deus aut obliuiscatur, aut ita sapiat vt desipiat, aut faciat aliquid & pœniteat eũ: omnia enim istã posita sunt in scripturis, vt nobis lactentibus commendaretur Deus, non vt propriè
D de illo sic audiamus ista, & intelligamus quasi pœniteat Deum, & modò aliquid discat quod nõ nouerat, & intelligat quod non intelligebat, & reminiscatur quod oblitus erat. Talia enim animæ sunt, non Dei. Nisi ergo
Exod.3.d. homo transierit & modum animæ suæ, nõ videbit quia
Psal.41.a. Deus est quod est: qui dixit, Ego sum qui sum. Itaq; illi cui dicebatur, vbi est Deus tuus, quid dixit? Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Vt autem inueniret Deum suum, quid egit? Hæc meditatus sum, inquit, & effudi super me animam meã. Vt inueniret Deũ, effudit
1.Cor.14.d. super se animã suam. Non ergo sic tibi dicitur, humilis esto vt nõ sapias: humilis esto propter superbiam, altus esto propter sapientiam. Audi euidentem sententiam de hac re: Nolite pueri effici mẽtibus, sed malitia infantes estote, vt mentibus perfecti sitis. Certè explicatum est, fratres mei, vbi nos Deus voluit esse humiles, vbi al-

A tos: humiles propter cauendam superbiam, altos ꝓpter capiendam sapientiam. Lactare vt nutriaris: sic nutrire vt crescas, sic crescе vt panem manduces. Cùm enim cœperis panem manducare, ablactaberis, id est, iã tibi non opus erit lacte, sed solido cibo. Et hoc videtur dixisse: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meã: id est, si non mẽte, sed malitia paruulus fui. Quod significãs, dixit superiora verba: Domine non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Ecce quia malitia paruulus fui. Sed quia sensu non fui paruulus, si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: retribuatur mihi quod retribuitur paruulo, qui ablactatur à matre, vt iam panem sim idoneus manducare. Et hæc ergo, fratres, sententia non displicet, quia non est contra fidem. Mouet me tamen, quia non tãtùm dictum est, quemadmodum qui
B ablactatus est à lacte, sic retributio in animã meam: sed additum est: quemadmodum qui ablactatus est à lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam. Hinc mihi nescio quid tale occurrit, vt videam quia malè dictum est. Ablactatur enim non infans, sed iam grandiusculus. Qui autem infirmus est prima infantia, quæ vera infantia est, super matrem suam est. Si fortè fuerit à lacte ablactatus, extinguitur. Non frustra ergo additum est, super matrem suam. Ablactari enim omnes possunt crescendo. Qui crescit & sic ablactatur, bonum est illi: qui autem adhuc super matrem suam est, perniciosum. Ergo cauendum, fratres, & timendum est, ne quis ante tempus ablactetur. Nã omnis grandis puer separatur à lacte. Sed ne quis tũc à lacte separetur, quando adhuc super matrem suam est. Cùm autem portatur manibus matris, qui portatus est vtero [portatus est enim vtero vt nasceretur, portatur
C manibus vt crescat] lacte opus habet, adhuc super matrem suam est. Non ergo velit tunc exaltare animam suam, cùm fortè minus idoneus est ad capiendum cibum, sed impleat præcepta humilitatis. Habet vbi se exerceat: credat in Christum, vt possit intelligere Christum. Videre verbum non potest, capere non potest æqualitatem verbi cum patre, æqualitatem spiritus sancti cum patre & verbo, nondum potest videre, credat, hoc est fugat. Securus est, quia cùm creuerit, manducabit, quod non poterat antequam fugendo crescеret: &
Eccl.3.e. habet vbi se extendat. Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: id est, ad quæ capienda minus idoneus es. Et quid facio, inquis? Sic remanebo? Sed quæ præcepit tibi Dominus illa cogita semper. Quæ tibi præcepit Dominus? Fac misericordiam, pacem ecclesiæ noli dimittere, in hominem spem noli ponere,
D desiderando miracula noli tentare Deum. Si iam Mat.13.d. in te est fructus cognoscis, quia cum bonis toleras zizania vsque ad messem, quia cum mihi ad tempus potes esse, non in æternum. Palea hic tibi mixta est in hoc tempore in area, in horreo tecum non erit. Hæc quæ tibi præcepit Dominus, illa cogita semper. A lacte non separaberis quoadusque super matrem tuam es, ne prius fame moriaris, antequàm panem manducare sis idoneus. Crescès, erunt validæ vires tuæ: & videbis quod non poteras, & capies quod non capiebas. Quid ergo? Cùm videro quæ non poteram videre, & cepero quæ non poteram capere, iam securus ero? Perfectus ero? Non, quamdiu hic viuis. Ipsa est perfectio nostra, humilitas. Audistis quo conclusit modo apostolica lectio, si hæsit in memoria vestra: quomodo ille qui accepit colaphum ne extolleretur in reuelationibus, quãta ei reuelabãtur, propter ipsam magnitudinẽ reuelationũ, quia poterat extolli, nisi acciperet angelum satanæ.

Et tamen

Et tamen cui tanta reuelabantur, quid ait? Fratres, ego
Phili.3.c. meipsum nõ arbitror apprehendisse. Paulus dicit: Fra-
tres, ego meipsum non arbitror apprehendisse: quia ad
2.Cor.12.b hoc accepit colaphizantem angelum satanæ, ne extol-
leretur in magnitudine reuelationũ suarũ. Quis audet
dicere quia comprehẽdit? Ecce Paulus non apprehẽdit
& dicit, non me arbitror apprehendisse. Et quis ais ô
Paule? Adhuc curro, inquit, vt apprehẽdã. Adhuc Pau-
lus in via est, & tu te putas in patria? Vnũ autẽ, inquit,
quæ retro sunt oblitus. Hoc fac & tu, & vitam præteri-
tam malam obliuiscere. Si te delectauit aliquãdo vani-
tas, non te delectet. Quæ retro oblitus, inquit, in ea quę
ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad
palmã superuæ vocationis Dei in Christo Iesu. Audio
vocẽ dei desuper, & curro vt apprehendam. Non enim
dimisit me in via remanere, quia nõ cessat alloqui me.
Ergo fratres, non cessat Deus alloqui nos. Nã si cessat,
quid est quod agimus? Quid est quod agunt lectiones
diuinæ & cãtica diuina? Obliuiscimini ergo quæ retro
sunt, & in ea quæ ante sunt vos extẽdite. Sic fugite lac,
vt crescatis ad cibũ. Cùm ergo veneritis, in patria gau-
debitis. Et adhuc attendite Apostolum sequi ad palmã
supernæ vocationis. Dicit enim: Quotquot ergo perfe-
cti, hoc sapiamus. Non loquor, inquit, imperfectis, qui-
Hebr.5.d bus adhuc nõ possum loqui sapiẽtiam, qui adhuc lacte
potantur, non solido cibo pascuntur: sed illis dico, qui
iam manducant solidũ cibũ. Iam videntur esse perfecti,
1.Cor.13.d quia intelligunt æqualitatem verbi cum patre. Adhuc
non sic vident quomodo videndũ est, facie ad faciem:
adhuc ex parte in ænigmate. Currãt ergo, quia cùm via
finita fuerit, tunc redimus ad patriam. Currant, currãt,
Philip.3.c. extẽdant se. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Et
si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.
Si fortè erras in aliquo, quare non redis ad lac matris?
Quia si non extollimini, quia si non exaltatis cor vestrũ
quia si non ingredimini in mirabilibus super vos, sed
seruatis humilitatem, reuelabit vobis Deus quod aliter
sapitis. Si autẽ hoc ipsum quod aliter sapitis, defendere
vultis, & pertinaciter astruere, & cõtra pacem ecclesiæ:
fit vobis maledictum hoc quod dixit, super matre cùm
estis, & foris à lacte separabimini, foris à visceribus ma-
tris fame moriemini. Si autem perseueraueritis in pace
catholica: si quid fortè aliter sapitis quã oportet sapere,
Iac.4.b. Deus vobis reuelabit humilibus. Quare? Quia deus su-
1.Pet.5.b. perbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ideo ad
hoc conclusit hic psalmus: Speret Israël in Dominum,
ex hoc & vsque in seculũ.] Quod enim scriptũ est Grã-
cè, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος hoc expositum est, ex hoc
& vsque in seculum. Sed non semper seculi nomẽ hoc
seculum significat, sed aliquando æternitatem: quia
æternum duobus modis intelligitur. Vsque in æternũ,
id est, aut semper sine fine: aut quousque veniamus ad
æternitatem. Hic ergo quomodo intelligendum est?
Quousque veniamus ad æternitatem, speremus in Do-
minum Deum: quia cùm venerimus ad æternitatẽ, iam
spes non erit, sed ipsa res erit.

IN PSALMVM CXXXI. ENARRATIO.

IVSTVM quidem erat charissimi, vt fratrem potius
audiremus collegam meum, præsentem omnibus
nobis. Et modò non negauit, sed distulit. Et ideo hoc
indico charitati vestræ, vt mecum promissum teneatis.
Non fuit autem absurdum charitati vestræ, vt prior
obtemperarẽ iubenti. Extorsit enim mihi vt esset mo-
dò auditor meus, eo sanè pacto vt & ego sim ipsius:
Matt.23.d quia in ipsa charitate omnes eius auditores sumus, qui
vnus in cælo nobis magister est. Ergo animum inten-
dite ad psalmũ, quem in ordine, sicut nostis, tractãdum
habemus. Est etiã ipse prænotatus: Cãticum graduũ.]
& aliquanto cæteris sub eodem titulo prolixior:. Non
ergo immoremur, nisi vbi necessitas coẽgerit: vt totum
si Dominus permiserit, explicare possimus. Quia & vos
non tanquam rudes omnia debetis audire, aliquid &
de præteritis auditionibus adiuuare nos debetis, ne
omnia tanquam noua à nobis dici necesse sit. Et noui
quidẽ esse debemus, quia vetustas nouis obrepere non
debet, sed etiam crescendũ & proficiẽdum est. De ipso
quippe profectu ait Apostolus: Et si exterior homo no-
2.Cor.4.c. ster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diẽ.
Nõ sic proficiamus vt ex nouis veteres efficiamur, sed
ipsa nouitas crescat. Memento Domine Dauid, &
omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit Domino, vo-
tum vouit Deo Iacob.] Dauid secundum fidem rerum
gestarum vnus homo erat, rex Israël, filius Iesse. Erat
quidem & ipse mansuetus, sicut eum indicat atque cõ-
1.Reg.24.c mendat Scriptura diuina, & ita mansuetus vt nec per-
secutori suo Sauli malũ pro malo reddiderit. Seruauit
autem erga eum tantam humilitatem, vt illum regem
fateretur, se autem canem. Et nõ proteruè nec superbè
cùm esset in Deo potentior respondebat regi: sed cum
placare potius affectabat humilitate, quàm concitare
superbia. Etiam in potestate datus est ei Saul, & hoc à
Domino Deo, vt ei faceret quicquid vellet. Sed quia
non præceptum illi erat vt occideret, sed tantũ in pote-
state datum illi erat] Licet autem homini vti potestate
sua] ad lenitatem potius deflexit quod ei deus cõcessit.
Qui si vellet occidere, careret inimico. Sed quomodo
diceret, Dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto
Matt.9.a. debitoribus meis? In speluncam intrauit Saul vbi erat
Dauid, nesciens quod illic esset Dauid. Ad necessaria
1.Reg.24.d vẽtris ille intrauit. Surrexit Dauid sensim & lentè post
ipsum, præscidit illi de veste panniculum quẽ illi osten-
deret, vt nosset quia habebat illũ in potestate: & nõ ne-
cessitate, sed voluntate pepercerat, & noluit occidere.
Fortè ipsam mansuetudinem cõmendauit modò Deo,
dicens: Memento Domine Dauid, & omnis mansue-
tudinis eius. Hoc secundũ rerum gestarum fidẽ, quam
Scriptura diuina, vt diximus, continet. Sed solemus in
psalmis nõ ad literam attendere, sicut in omni prophe-
tia, sed per literã scrutari mysteria. Et meminit charitas
vestra, quia cuiusdã hominis vocem in omnibus psal-
mis solemus audire: qui vnus habet caput & corpus.
Caput autem in cælo est, corpus in terra. Sed quò præ-
cessit caput, & corpus secuturum est. Et iam non dico
quis caput sit, qui corpus sint: quia scientibus loquor.
Commendatur ergo humilitas Dauid, commendatur
mãsuetudo Dauid: & dicitur Deo, Memento Dñe Da-
uid, & omnis mãsuetudinis eius. Ad quã rem memẽto
Domine Dauid? Sicut iurauit Dño, votum vouit Deo
Iacob. Ergo ad hoc memẽto, vt impleat quod promisit:
Ipse Dauid vouit tãquam in potestate habens, & rogat
Deum vt impleat quod vouit. Est deuotio vouẽtis, sed
est humilitas deprecantis. Nemo præsumat viribus suis
se reddere quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipse
adiuuat vt reddas. Quid ergo vouit videamus, & hinc
intelligimus quemadmodũ sit accipiẽdus in figura Da-
uid. Dauid autẽ interpretatur manu fortis. Erat enim
magnus belligerator. Præsumens quidem de Domino
Deo suo, cõfecit bella omnia, prostrauit omnes inimi-
cos suos Deo se adiuuante, quemadmodũ se habebat
illius imperij dispensatio: præfigurans tamen fortẽ ma-
nu quendam ad debellãdos inimicos, diabolum & an-
gelos eius. Hos autẽ inimicos ecclesia debellat. Et quo-
modo debellat? Mansuetudine. Mãsuetudine enim ipse
rex noster vicit diabolũ. Sæuiebat ille, iste sufferebat.
Victus

Victus est qui sæuiebat, vicit qui sufferebat. In ista
mansuetudine corpus Christi, quod est ecclesia, vin-
cit inimicos. Sit manu fortis, operando vincat. Cùm
autem corpus Christi est templũ, & domus, & ciuitas:
& ille qui caput corporis est, habitator domus est, &
sanctificator tẽpli est, & rex ciuitatis est. Quomodo
ecclesia omnia illa, sic Christus omnia ista. Quid ergo
vouemus Deo, nisi vt simus templũ Dei? Nihil gratius
ei possumus offerre, quàm vt dicamus ei quod dicitur
in Esaia, Posside nos. Equidẽ in istis possessionib⁹ ter-
renis patrifamiliãs præstatur, quãdo ei datur possessio.
Nõ sic est possessio quę est ecclesia. Ipsi possessioni præ-
statur, vt à tali possideatur. Quid ergo dicit? Sicut iura-
uit Dño, votũ vouit Deo Iacob. Videamus quod vo-
tum, nisi vt simus tẽplũ Dei? Nihil gratius ei possumus
offerre, quã iure iurare. Iurare est firmè promittere. At-
tendite votũ hoc, id est, quod vouerat quo ardorę vo-
uerit, quo amore, quo desiderio: & tamen ad hoc im-
plendum Dñm deprecatus est dicens; Memento Dñe
Dauid, & omnis mansuetudinis eius. In hac mansue-
tudine votũ vouit, vt sit domus Dei. Si introiero in
tabernaculũ domus meæ, si ascendero supra lectũ stra-
tus mei. Si dedero somnũ oculis meis.) Parum visus est
dicere, somnũ oculis meis. Et palpebris meis dormi-
tationem. Et requiẽ temporibus meis si dedero, quo-
adusq; inueniam locũ Dño tabernaculũ Deo Iacob.)
Vbi quærebat locũ Dño? Si mansuetus erat, in se quæ-
Esa.66.c. rebat. Quomodo est eũ locus Domini? Audi Prophe-
tam: Super quẽ requiescet spiritus meus, nisi super hu-
milem & quietum & trementem verba mea? Vis ergo
esse locus Dñi? Esto humilis & quietus, & tremens ver-
ba Dei, & tuipse efficeris quod quæris. Si enim in te
non fiat quod quæris, in altero quid tibi prodest? Ope-
ratur quidem Deus aliquando per Euangelistam sa-
lutem alterius tantùm, si ipse dicit & non facit: & fit
per linguã eius in alio locus Dño, non autem fit ipse
locus Domino. Qui autem quæ docet ipse bene fa-
cit, & sic docet, fit locus Domino cũ eo quem docet:
quia omnes credentes vnum locum faciunt Domino.
Act.4.g. In corde enim habet locum Dominus, quia vnum cor
est omnium in charitate copulatorum. Quã multa mi-
lia crediderunt, fratres mei, quando pretia rerum sua-
rum posuerunt ante pedes Apostolorum! Sed quid de
illis dicit Scriptura? Certè facti sunt templũ Dei, non
tantum templa Dei singuli, sed & omnes simul tem-
plum Dei. Facti sunt ergo locus Domino. Et vt no-
ueritis quia vnus locus factus est Domino in omnib⁹,
Act.4.f. Scriptura dicit, Erat illis anima vna & cor vnum in
Deum. Multi autem ne faciant locum Domino, sua
quærunt, sua diligunt: potestate sua gaudent, priuatũ
suum concupiscunt. Qui autem vult facere locũ Do-
mino, non de priuato, sed de communi debet gaude-
re. Hoc illi fecerunt de rebus suis priuatis, fecerunt il-
las cõmunes. Quod habebant suum, nũquid amiserũt?
Si soli haberent, & vnusquisq; suũ haberet, hoc solum
haberet quod suum habebat. Cũ autem quod propriũ
erat commune fecit: & ea quæ erant cæterorum, ipsius
facta sunt. Intendat charitas vestra, quia propter illa
quæ singuli possidemus, existunt lites, inimicitiæ, di-
scordiæ, bella inter homines, tumultus, dissensiones
aduersum se, scãdala, peccata, iniquitates, homicidia.
Propter quæ? propter ipsa quæ singuli possidemus.
Nunquid propter ista quę communiter possidemus li-
tigamus? Aërem istum communiter ducimus, solem
communiter omnes videmus. Beati ergo qui sic faciũt
locum Domino, vt priuato suo non gaudeant. Talem
enim describebat iste qui dicebat, Si introiero in ta-
bernaculum domus meæ. Priuatum hoc erat. Sciebat
priuato se impediri, ne faceret locũ Domino, & ea cõ-
memorat quæ ad seipsum pertinebant. Non introibo
in tabernaculum domus meæ, donec inueniam? Quid?
Cùm inueneris locum Domino, intrabis in taberna-
culum tuũ? An ipsum erit tabernaculum tuum, vbi in-
ueneris locum Domino? Quare? Quia ipse eris locus
Domini, & cum eis qui fuerint locus Domini, vnum
eris. Abstineamus ergo nos, fratres, à possessione rei
priuatæ, aut ab amore, si non possumus à possessione:
& facimus locum Domino. Multum est ad me, ait ali-
quis. Sed vide quis sis facturus locũ Domino. Si vellet
apud te hospitiũ habere aliquis senator (non dico sena-
tor, procurator alicuius magni secundũ seculũ) & di-
ceret, offendit me quiddam in domo tua: & si amares
hoc, auferres tamen ne eũ offenderes cuius amicitiam
ambires. Et quid tibi prodest hominis amicitia? Fortè
ibi non solũ nullũ auxiliũ, sed & periculum inuenires.
Nam multi non periclitabantur antequã maioribus
iungerentur: exoptarũt maiorum amicitias, vt maiora
pericula incurrerent. Securus opta amicitiam Christi.
Hospitari apud te vult, fac illi locum. Quid est, fac illi
locũ? Noli amare teipsum, illum ama. Si te amaueris,
cláudis contra illũ: si ipsum amaueris, aperis illi. Si au-
tem aperueris & intrauerit, non peries amando tu, sed
inuenieris cum amato. Si introiero in tabernaculum
domus meę, si ascendero super lectum stratus mei. Pri-
uata eũ res ipsa vbi homo acquiescit, superbos facit:
ideo dixit, si ascendero. In re quã priuatim quisq; possi-
det, necesse est superbus sit. Inde se enim tendit homo
ad hominẽ, cũ ambo sint caro. Quid est homo, fratres?
Caro. Et quid est alter homo? Altera caro. Et tamen
caro diues extendit se contra carnem pauperem: quasi
aliquid illa caro attulerit quando nata est, aut aliquid
auferat quando moritur. Ad hoc plus habuit, vt plus
tumeret. Iste autem qui vult inuenire locum Domino,
dicit: Si ascendero super lectum strati mei, si dedero
somnum oculis meis. Multi enim cũ dormiunt, non
faciunt locũ Domino. Tales excitat Apostolus: Surge
Eph.5.e. qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chri-
stus. Et alio loco, Nos autem qui diei sumus, vigilem⁹
1.Thess.5.b. & sobrii simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt:
& qui inebriantur, nocte ebrij sunt. Noctẽ dicens ini-
quitatem, in qua illi obdormiũt, cupiẽdo ista terrena.
Et oẽs istæ felicitates quæ videtur seculi, somnia sunt
dormiẽtiũ. Et quomodo qui videt thesauros in som-
nis, dormiẽs diues est, sed euigilabit & pauper erit. Sic
omnia ista vana huius seculi de quibus homines gau-
dẽt, in somno gaudent. Euigilabũt quãdo nolunt, si nõ
modò euigilãt quãdo vtile est: & inuenient somnia illa
Psal.72.c. fuisse, & transisse, sicut dicit Scriptura, Veluti somniũ
Psal.75.b. exurgentis. Et alio loco, Dormierunt somniũ suum, &
nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis.
Dormierũt somnũ suũ, finitus est somnus, & nihil in-
uenerunt in manibus suis: quia in somnis videbant di-
uitias transituras. Istẽ ergo qui vult inuenire locũ Do-
mino, dixit etiã, Si dedero somnũ oculis meis. Sũt autẽ
quidã qui non dormiunt: sed dormitant. Aliquantum
retrahunt se ab amore temporaliũ, & rursus reuoluun-
tur in eum; quasi dormitantes caput crebrò inclinant.
Euigila, excute somnum, dormitando casurus es. Non
vult Psalmus oculis suis dare somnum, nec palpebris
dormitationem, cum qui vult inuenire locum Domi-
no. Nec requiem, inquit, temporibus meis. A requie
tẽporum somnus venit ad oculos. Tempora circa ocu-
los sunt. Veluti futurus somnus, grauedo temporum
est. Nam omnibus dormituris grauari tempora inci-
piunt: & cùm senserint sibi grauari tempora, iam im-
minet somnus. Qui si dandus est oculis, dat re-
quiem

quiem tẽporibus ſuis,& venit ſomnus. Si non dederit
requiem temporibus ſuis,non venit ſomnus. Cũ ergo
cœperit te aliquid temporale delectare ad peccatum,
iam grauantur tibi tempora. Vis euigilare, & non dor-
mire nec dormitare? Noli te credere tali delectationi,
maiores dolores habebis quã ſuauitates. Iſta delecta-
tione quaſi confricans frontem excutis ſomnũ, & pa-
ras locum Dño,donec inuenias locũ Domino, taber-
naculum Deo Iacob. Quanquam aliquando dicitur
tabernaculũ Dei domus Dei, & domus Dei taberna-
culũ Dei: diſtinctius tamen accipitur, fratres chariſſi-
mi,tabernaculum eccleſia ſecundũ hoc tẽpus. Domus
autem eccleſia cæleſtis Hieruſalem, quò ibimus. Ta-
bernaculũ enim tanquã militantiũ & pugnantium: ta-
bernacula militum in procinctu,in expeditione,vnde
contubernales dicuntur milites,quaſi tabernacula ea-
dem habentes & habitantes. Quamdiu ergo habemus
hoſtem cum quo pugnemus,tabernaculum Deo faci-
mus. Cũ autem trãſierit tempus pugnæ, & venerit pax
illa quæ præcellit omnẽ intellectũ, ſicut dicit Apoſto-
Phil.4.b. lus, Et pax Dei quæ præcellit omnem intellectũ: quan-
tumcunq; enim cogitaueris de pace illa, minus eã ca-
pit animus adhuc in iſta corporis grauedine conſtitu-
tus: cùm venerit illa patria,iam domus erit, nullus ad-
uerſarius tentabit vt tabernaculũ vocetur. Non pro-
cedemus ad pugnandum, ſed permanebimus ad lau-
Pſal.83.b. dandũ. Quid enim dicitur de illa domo? Beati qui ha-
bitant in domo tua,in ſecula ſeculorum laudabunt te.
In tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabim⁹.
Quare? Quia gemitus eſt peregrinãtiũ,laudatio iam in
patria commanentiũ. Hic primò quæratur tabernacu-
lum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Effrata.) Quã
eam? Sedem Domini. Audiuimus in Effrata. Inueni-
mus eam in campis ſaltuũ.) Ibi audiuit,ibi inuenit. An
alibi audiuit,& alibi inuenit? Quæramus ergo quid ſit
Effrata, vbi audiuit: itẽ quæramus quid ſit in campis
ſaltuũ, vbi inuenit. Effrata verbum Hebræũ, interpre-
tatur Latinè ſpeculũ, ſicut tradiderunt qui verba He-
bræa in ſcripturis poſita in aliam linguam tranſtule-
runt, vt ad nos perueniret intellectus. Nã ex Hebræa
tranſtulerunt in Græcam, & ex Græca tranſlata ſunt
nobis in Latinam. Fuerunt enim qui vigilarunt in ſcri-
pturis. Si ergo Effrata ſpeculũ, illa domus quæ inuen-
ta eſt in campis ſaltuũ, in ſpeculo audita eſt. Speculũ i-
maginem habet. Omnis prophetia imago futurorum.
al. *in futurorũ imaginẽ.* Domus ergo Dei † futura, in imagine prophetiæ præ-
dicata eſt. Audiuimus enim illam in ſpeculo, id eſt, au-
diuimus in Effrata, inuenimus in campis ſaltuũ. Qui
ſunt campi ſaltuũ? Campi ſyluarũ. Nõ enim quemad-
modum vulgo dicitur, Saltus ille, verbi gratia, centu-
rias habens tot. Saltus propriè, locus adhuc incultus
& ſylueſter dicitur. Nam & quidam codices, in cam-
pis ſyluæ habent. Qui ergo erant campi ſaltuũ, niſi gẽ-
tes incultæ? Qui erant campi ſaltuũ, niſi vbi adhuc ve-
pres erant idololatriæ? Sic tamen quomodo vepres ibi
erant idololatriæ, ibi inuenimus locũ Domino taber-
naculum Deo Iacob. quod audiuimus in Effrata, in-
uenimus in cãpis ſaltuũ. quod prędicatum eſt in ima-
gine Iudęis, manifeſtatum eſt in fide gentiũ. Intrabi-
mus in tabernaculum eius.) Cuius? Domini Dei Ia-
cob. qui intrant vt inhabitent, ipſi ſunt qui intrant vt
inhabitentur. In domum tuam vt inhabites intras, in
domum Dei vt inhabiteris. Eſt enim melior Domi-
nus, qui cùm te cœperit inhabitare, beatum te facit.
Nam ſi tu ab illo non inhabiteris, miſer eris. In ſua po-
Luc.15.c. teſtate eſſe voluit ille filius qui dixit, Da mihi partem
patrimonij quę me contingit. Bene ſeruabatur apud
patrem, ne cum meretricibus diſſiparetur. Accepit, fa-
cta eſt in eius poteſtate. Profectus in regionem lon-
ginquam, effudit omnia cum meretricibus. Paſſus eſt
tandem famem, recordatus eſt patrem, reuerſus eſt vt
pane ſaturaretur. Ergo intra vt inhabiteris, & nõ quaſi
tuus ſis, ſed illius. Intrabimus in tabernaculũ eius. A-
dorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.) Cuius pe-
des? Domini, an ipſius domus Domini? Domus enim
Domini eſt, vbi dicit quia debet adorari. Adorabimus
in loco vbi ſteterunt pedes eius. Præter quàm domum
ſuam, non exaudit Deus ad vitam æternam. Ille enim
ad domum Dei pertinet, qui eſt in charitate cõpagi-
natus lapidibus viuis. Qui autem charitatem non ha-
buerit, ruinam facit: & illo ruente domus ſtat. Nemo
enim minetur domui vbi eſſe quaſi lapis cœpit, ſi rue-
re voluerit: quaſi aliquid domui noceat. Sic enim ſu-
perbiebat & primus populus Iudæorũ dicens, Neque
enim fraudaturus eſt Deus patrem Abraham, cui pro-
miſit tanta de ſemine eius: & faciebant omnia mala tã-
quam ſecuri de pollicitatione Dei, quia non pro illo-
rum meritis qui ſcelera faciebant, ſed pro meritis A-
brahæ parceret eis, & qualeſcũq; malos filios Abrahæ
cõgregaret in domũ ſuã ad vitã æternã. Sed quid Ioã-
nes? Generatio, inquit, viperarum. Quando ad illũ ve- Matt.3.b.
nerunt ipſi filij Abrahæ, vt baptizarentur in aqua pœ-
nitentiæ, non eis dixit, Generatio Abrahæ, ſed vipera-
rum. Tales eñ erant quales quos imitabantur: non fi-
lij Abrahæ, ſed filij Amorrhæi, Chananæi, Gergeſæi,
Hiebuſæi, & omniũ qui offenderunt Deum. Ipſorum
filij erant, quia ipſorũ facta ſectabantur. Generatio vi-
perarũ, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite
ergo fructũ dignũ pœnitentiæ. Et ne dixeritis, patrem
habemus Abrahã. Potens eſt enim Deus de lapidibus
iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Neſcio quos lapides tunc
videbat in campis ſaltuũ, vnde ſuſcitati ſunt filij Abra-
hæ. Filij enim magis qui fidẽ imitati ſunt, quã qui de
carne nati ſunt. Nemo ergo minetur domui Dei: quaſi
dicat, ſubtraho me, & ruet domus. Bonũ eſt enim illi
vt coędificetur & habeat charitatẽ. Nam ſi ipſe ruerit,
ſtabit domus. Itaq; fratres, in his eſt domus Dei, quos
prædeſtinauit & præſciuit perſeueraturos. De illis di-
ctum eſt, vbi ſteterũt pedes eius. Sũt enim qui nõ per-
ſeuerant, nec ſtant pedes eius in eis. Nõ ſunt ergo ipſi
Eccleſia: non ipſi pertinent ad illud modò tabernacu-
lum, tunc domũ. Sed vbi non ſteterũt pedes eius? Qm̃
abũdauit iniquitas, refrigeſcit charitas multorum. In
his in quibus charitas refrigeſcit, non ſtant pedes eius.
Sed quid ſecutus eſt? Qui autẽ perſeuerauerit vſq; in fi- Matt.24.b.
nem, hic ſaluus erit. Ecce in quibus ſteterũt pedes ei⁹:
in eo loco adora, id eſt, de talibus eſto in quibus ſtete-
rũt pedes Dñi. Si autẽ de ipſa domo intelligere volue-
ris, vbi ſteterunt pedes Dñi: pedes tui in Chriſto ſtent.
Tũc autẽ ſtabũt pedes, ſi perſeueraueris in xp̃o. Quid
enim dicitur de diabolo? Ille homicida erat ab initio, Ioan.8.f.
& in veritate non ſtetit. Diaboli ergo pedes non ſtete-
runt. Item de ſuperbis quid dicit? Non veniat mihi pes Pſal.35.c.
ſuperbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Ibi
ceciderũt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec
potuerunt ſtare. Ergo domus Dei cuius pedes ſtant.
Vnde ille gaudens Ioannes quid ait, Qui habet ſpon- Ioan.3.d.
ſam ſponſus eſt, amicus autem ſponſi ſtat & audit eũ.
Si non ſtat, non audit eum. Et gaudio gaudet propter
vocem ſponſi. Meritò ſtat, qui propter vocem ſponſi
gaudet. Nam ſi propter vocem ſuam gauderet, cade-
ret. Iam videtis ergo quare ceciderint, qui ad vocem
ſuam gaudẽt. Amicus autem ille ſponſi dicebat, Hic Ibidem.
eſt qui baptizat. Quidam dicunt, Nos baptizamus. Ad
vocem ſuam gauiſi ſtare non potuerunt: & non per-
tinent ad iſtam domum de qua dicitur, vbi ſteterunt
pedes

pedes eius. Exurge Domine in requiem tuam. Dño
dormienti dicit, exurge. Iam noſtis quis dormiuit, &
quis ſurrexit. Ipſe enim quodam loco dicit in Pſalmo,
Pſal.56.b. Dormiui conturbatus. Bene illi dicitur, Exurge Dñe
in requiem tuam. Iam nõ coturbaberis: quia Chriſtus
Rom.6.b. ſurgens à mortuis, iam non moritur, mors ei vltra non
Pſal.3.a. dominabitur. Ipſius eſt vox in alio pſalmo, Ego dor-
miui & ſomnum cepi, & exurrexi; quoniam Dñs ſu-
ſcipiet me. Ipſe dormiuit, ipſi dicitur, Exurge Dñe in
requiẽ tuam, Tu & arca ſanctificationis tuæ.) Id eſt,
al. & exurge †, vt exurgat & arca ſanctificationis tuæ, quã
ſanctificaſti. Ipſe caput noſtrũ: arca eius, Eccleſia eius.
Surrexit prior, ſurget & Eccleſia. Non autem auderet
ſibi reſurrectionem corpus promittere, niſi prius exur-
geret caput. Exurge Domine in requiem tuam, tu &
arca ſanctificationis tuæ. Et corpus Dñi noſtri Ieſu
Chriſti quod ex Maria natum eſt, intellectum eſt à
quibuſdam arca ſanctificationis: vt hoc diceret, Exur-
ge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificatio-
nis tuæ. Cum corpore exurge, vt palpent qui non cre-
debant. Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca
ſanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iuſtitiã,
& ſancti tui lætentur.) Te exurgente à mortuis, & eũte
Rom.1.b. ad patrem, regale illud ſacerdotiũ induatur fidẽ, quia
iuſtus ex fide viuit: & accepto pignore Spiritus ſancti,
lætentur membra ſpe reſurrectionis, quæ præceſſit in
Rom.12.c. capite. Eis enim Apoſtolus dicit, Spe gaudentes. Pro-
pter Dauid ſeruum tuũ, ne auertas faciẽ Chriſti tui.)
Hoc Deo patri dictum eſt. Propter Dauid ſeruũ tuũ,
ne auertas faciem Chriſti tui. Crucifixus eſt Domin⁹
in Iudæa: crucifixus eſt à Iudæis: ab ipſis turbatus dor-
miuit. Inter quorum ſæuiẽtium manus dormiuit, ad
Pſal.40.c. eos iudicandos ſurrexit, & dicit quodam loco, Et ſu-
ſcita me, & reddam illis: & reddidit, & redditurus eſt.
Nam quanta poſtea Iudæi paſſi ſunt occiſo Domino,
norunt ipſi. De ipſa ciuitate vbi illum occiderunt, om-
nes expulſi ſunt. Quid ergo? Etiam omnes de ſtirpe
Dauid perierunt, & de tribu Iuda? Non. Nam credi-
derunt inde aliqui, & multa milia hominum credide-
runt inde, & hoc iam poſt reſurrectionem Domini.
Sæuierunt vt crucifigerent, & poſtea cœperunt videre
fieri miracula in nomine Chriſti crucifixi, & plus con-
tremuerunt tantum poſſe eius nomen, qui quaſi inter
Act.2.f. manus eorum nihil poterat, & compuncti corde iam
credentes diuinitatem occultam fuiſſe in illo quẽ cæ-
teris ſimilem hominibus putauerunt, & conſilium pe-
Ibidem. tentes ab Apoſtolis, audierunt, Agite pœnitentiam, &
baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti. Ergo quia ad iudicandos eos à quib⁹
crucifixus eſt, ſurrexit Chriſtus, & auertit faciem ſuam
à Iudæis, & conuertit ad gentes, tanquam rogaturus
Deum propter reliquias Iſraël, dicit ei: Propter Da-
uid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui. Si
Eſa.10.c. palea damnata eſt, frumẽta colligãtur. Reliquiæ ſaluæ
Rom.9.f. fiant, ſicut dicit Eſaias: Et planè factę ſunt reliquiæ ſal-
1.Cor.15.a. uæ. Inde erant duodecim Apoſtoli, inde plus quàm
Act.1.g. quingenti fratres, quibus ſe Dñs demonſtrauit poſt re-
ſurrectionem: inde tot milia baptizata, quæ pretia re-
rum ſuarum ante pedes Apoſtolorum ponebant. Ergo
impletum eſt quod hic rogatus eſt Deus: Propter Da-
uid ſeruum tuum ne auertas faciem Chriſti tui. Iu-
rauit Dominus Dauid veritatem; & non pœnitebit
eum.) Quid eſt, iurauit? Promiſſum per ſeipſum firma-
uit. Quid eſt, non pœnitebit eum? Non mutabit. Non
enim dolorem pœnitentiæ patitur Deus, aut in aliquo
fallitur, vt velit corrigere in quo errauit. Sed quomo-
do hominem cùm pœnitet mutare vult quod fecit: ſic
vbi audis, quia pœnitet Deũ, mutationẽ ipſam ſpera.
Aliter illam facit Deus, quamuis nomine pœnitentiæ
appellet, aliter tu. Tu enim facis, quia erraueras: ille
autem facit, quia vindicat, aut quia liberat. Mutauit
regnũ Saul cùm pœniteret eũ, ſicut dictũ eſt. Et in eo
ipſo loco vbi ſcriptura dicit, Pœnituit eum, ibi paulo
pòſt dicitur: Nõ enim ſic eſt vt homo, vt pœniteat eũ. 1.Reg.15.f.
Cùm ergo mutat opera ſua per incommutabile cõſi-
lium, propter ipſam non conſilij, ſed operis mutatio-
nem pœnitere dicitur. Hoc autem ſic promiſit, vt nõ
mutet: quomodo dicitur & illud, Iurauit Dominus, &
non pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternũ ſecundum
ordinem Melchiſedec. Sic & hoc quia ita promiſſũ
eſt vt non mutaretur, quia neceſſario futurum erat &
permanſurum: dixit, Iurauit Dominus Dauid verita- Pſal.109.a.
tem, & non pœnitebit eũ: Ex fructu ventris tui ponam
ſuper ſedem tuam.) Poterat dicere, ex fructu femoris
tui. Quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud qui-
dem ſi diceret, verũ diceret: ſed ſignificantius dicere Luc.1.a.
voluit, ex fructu vẽtris: quia de femina natus eſt Chri-
ſtus, quò vir non acceſſit. Quid ergo? Iurauit Domin⁹
Dauid veritatem, ex fructu ventris tui ponam ſuper ſe-
dem tuam: Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meũ,
& teſtimonia mea hæc quæ docebo illos: & filij eorũ
ſedebunt in æternũ ſuper ſedem tuam.) Si filij tui cu-
ſtodierint, & filij eorum ſedebunt in æternum. Meri-
tum filiis parentes faciũt. Quid ſi filij ipſius cuſtodie-
rint, & filij eorum non cuſtodierint? Quare ad meritũ
patrũ promittitur beatitudo filiorum? Quid enim ait?
Non ait, ſi cuſtodierint filij tui, & filij eorum ſedebũt
in æternum. Nõ ait, ſi cuſtodierint filij tui, ſedebũt ſu-
per ſedẽ tuam: & ſi cuſtodierint filij eorum, & ipſi ſe-
debũt ſuper ſedẽ tuã: ſed ait, Si filij tui cuſtodierint, &
filij eorũ ſedebũt ſuper ſedem tuã, niſi quia filios hic
voluit intelligi fructus ipſorum? Si filij tui, inquit, cu-
ſtodierint legem meã, & mandata mea hæc quæ doce-
bo eos, ſeruauerint, filij tui, & filij eorũ ſedebunt ſuper
ſedẽ tuã: id eſt, hic erit fructus ipſorũ, vt ſedeant ſuper
ſedem tuã. Modò enim fratres omnes qui laboramus
in Chriſto, omnes qui cõtremiſcimus verba ipſius, qui
quomodocũq; conamur facere voluntatem ipſius, &
ingemiſcimus petentes, vt adiuuet nos quo impleã-
mus q̃ iubet, nũquid iam ſedemus in illis ſedibus bea-
titudinis quæ nobis promittũtur? Non. Sed mandata
tenentes ſperamus hoc futurum. Ipſa ſpes tanquam in
filiis dicta eſt: quia hominis in hac vita viuentis ſpes fi-
lij ſunt, fructus filij ſunt. Propterea & homines excuſã-
tes auaritiã ſuã dicũt ſe filiis ſuis ſeruare quod ſeruant:
& nolentes dare inopi, pietatis nomine excuſant, quia
filij eorum ſpes eorum ſunt. Omnes homines enim
qui ſecundũ hoc ſeculũ viuũt, ſpem ſuã dicũt filios ge-
nerare & relinquere. Ideo nomine filiorum ſpem ipſã
poſuit & ait, Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meũ,
& teſtimonia mea hęc quę docebo illos, & filij eorum
ſedebũt in ęternũ ſuper ſedem tuã: id eſt, tales fructus
habebũt, vt ſpes eos non fallat, vt illuc veniãt quò ſpe-
rant ſe venturos. Modò ergo tanquã patres ſunt, ho-
mines ſpei futurę. Cũ autẽ adepti fuerint q̃ ſperant, fi-
lij ſunt, quia illud quod adipiſcũtur, pepererũt & gene-
rauerunt in operibus bonis. Et hoc illis ſeruatur in po-
ſterum, quia & ipſa poſteritas in filiis appellari ſolet.
Aut ſi filios ipſos homines accipis, intellige & de ipſis
dictum, Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, &
teſtimonia mea hęc quę docebo eos: vt iſte ſit ſenſus,
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſti-
monia mea hęc quę docebo illos, & filij eorum, id eſt,
ſi cuſtodierint: vt hic ſubdiſtinguas, & inde inferas,
ſedebunt in ęternum ſuper ſedem tuam, id eſt, &
filij tui & filij eorum, ſed omnes ſi cuſtodierint. Quid
ergo

ergo si non custodierint? Perit promissio Dei? Non. Sed ideo dictum est, & ideo promissum est, quia prædicauit Deus. Quid nisi † crediturus? Sed ne aliquis quasi minaretur promissis Dei, & in potestate suâ vellet ponere quod promisit Deus vt impleretur: ideo ei iurauit & dixit: In quo ostendit, quia sine dubio vêturum est. Quomodo ergo posuit ibi, si custodierint? Ne iã glorieris de promissis, & dimittas te non custodire. Tunc eris filius Dauid, si custodieris. Si autem non, nõ eris filius Dauid. Filiis Dauid promisit Deus. Noli dicere, filius sum Dauid, si degeneras. Si Iudæi illud non dicunt qui de ipsa stirpe nati sunt, imò dicunt illud, sed delirant: apertè enim Dñs ait, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. Inde illos negauit filios, quia facta non faciebant. Nã quomodo nos dicimur filij Dauid, qui de eius stirpe nõ sumus secundũ carnem? Restat vt filij non simus, nisi imitando fidem, nisi colendo Deũ sicut & ille coluit. Si ergo quod tibi per stirpem nõ speras, per facta non vis assequi: quomodo in te cõplebitur, quia sedebis super sedẽ Dauid? Et si non in te cõplebitur, putas quia nõ complebitur? Et quomodo inuenit eam in campis saltuum? Et quomodo steterunt pedes eius? Qualiscunque ergo fueris, illa domus stabit: Quoniam elegit Dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi.) Sion, ipsa est Ecclesia, ipsa est & Hierusalẽ, ad cuius pacem currimus, quæ non in angelis, sed in nobis peregrinatur, quę † ex parte meliore expectat partem redituram, vnde nobis literæ venerunt quæ quotidie recitãtur. Ipsa ciuitas, ipsa est Sion quam præelegit Dominus. Hæc requies mea in secula seculorum.) Iam Dei verba sunt, Requies mea, ibi requiesco. Quantum nos amat Deus, fratres, vt quia nos requiescimus, se dicat requiescere. Non enim ipse aliquando turbatur, aut sic requiescit: sed ibi se dicit requiescere, quia nos in illo requiem habebimus. Hic habitabo, quoniã præelegi eam. Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus.) Omnis anima quæ intelligit se deserta omni auxilio, nisi solius Dei, vidua est. Quomodo enim Apostolus describit viduam? Quæ autem verè vidua est & desolata, sperabit in Dominum. Agebat autẽ de istis viduis quas omnes dicimus in Ecclesia. Dixerat autem, quæ in deliciis agit, viuens mortua est: & non illam numerauit inter viduas. Describẽs autẽ viduas sanctas, quid ait? Quæ autem verè vidua est & desolata, sperabit in Domino, & persistet in precibus & obsecrationib⁹ nocte ac die. Ibi subiecit, Quæ autem in deliciis agit, viuens mortua est. Vnde ergo vidua est? Quia non habet auxiliũ aliunde, nisi solius Dei. Illæ quæ habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorũ. Desertæ videntur viduæ, & robustius est auxiliũ earum. Ergo tota Ecclesia vna vidua est, siue in viris, siue in feminis, siue in cõiugatis, siue in maritatis feminis, siue in adolescentib⁹, siue in senibus, siue in virginibus. Omnis Ecclesia vna vidua est, deserta in hoc seculo: si sentit illud, si nouit viduitatem suam. Tunc enim auxilium præsto est illi. Nõnne agnoscitis istam viduam in Euangelio, fratres mei, cũ diceret Dominus oportere semper orare & nõ deficere? Erat quidam iudex in ciuitate, dixit, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, & interpellabat eum quædam vidua quotidie & dicebat: Vindica me de aduersario meo. Et interpellando quotidie vidua, fregit illũ. Ait enim ipse iudex apud se, qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur: Etsi Deum non timeo, nec homines erubesco, vel propter tædiũ quod mihi facit ista vidua, vindicabo eam. Si audiuit iudex malus viduam ne tædium pateretur, Deus non audit Ecclesiam, quam hortatur vt deprecetur? Item,

A pauperes eius saturabo panibus. Quid est fratres? Simus pauperes, & tunc saturabimur. Multi præsumentes de seculo, & superbi Christiani sunt: adorãt Christum, sed non saturantur. Saturati enim sunt, & abundant in superbia sua. De talibus dicitur: Opprobrium eis qui abundant, & despectio superbis. Isti abundant, & ideo manducant: sed non saturantur. Et quid de illis dictũ est in psalmo? Manducauerunt & adorauerunt oẽs diuites terræ. Adorant Christum, venerantur Christum, supplicant Christo: sed non saturantur sapientia & iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autẽ, id est humiles corde, quanto plus esuriunt, tanto plus manducant: tanto enim plus esuriunt, quanto à seculo inanes sunt. Qui plenus est, quicquid illi daturus es, respuit: qa plenus est. Da mihi esurientem, da mihi de quibus dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabũtur: & e-
B runt hi pauperes de quibus modò dicit, Et pauperes eius saturabo panibus: quia & in ipso Psalmo vbi dictum est, Manducauerũt & adorauerũt omnes diuites terræ, dictũ est illic & de pauperib⁹, & prorsus eo modo quo & in isto psalmo: Edent pauperes & saturabũtur, & laudabũt Dominũ qui requirũt eũ. Vbi dictũ est, Manducauerũt & adorauerunt omnes diuites terræ; ibi dictum est: Edent pauperes, & saturabuntur. Quare quando diuites dicti sunt adorasse, saturati non dicti sunt: quando autem pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et vnde saturati? Hæc saturitas, fratres, qualis est? Deus ipse est panis. Panis vt lac nobis fieret descendit ad terram, & ait suis: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Ideo illic in psalmo, Edent pauperes, & saturabũtur. De quo satiabuntur? Audi quod sequitur: Et laudabunt Dominum qui requirunt eum. Estote ergo pauperes, estote in membris illius viduæ: non sit
C auxilium vestrum nisi in vno Deo. Pecunia nihil est, nõ inde auxilium habebitis. Multi propter pecuniam præcipitati sunt, multi propter pecuniam perierunt. Multi propter pecuniam multam quæsiti sunt à raptoribus. Tuti essent, si non haberent quare quærerentur. Multi de amicis potentioribus præsumpserunt: ceciderunt illi de quibus præsumpserunt, & inuoluerunt eos qui de se præsumpserant. Respicite exempla generis humani. Quid magnum est quod vobis dicitur? Non solum de scripturis ea loquimur, legite ea in orbe terrarum. Attendite non præsumere de pecunia, de amico homine, de honore & iactantia seculi. Tolle ista omnia, sed si habes illa: age Deo gratias, si contemnis illa. Si autem inflaris inde, noli attendere quando eris præda hominum: iam diabolo præda es. Si autem de his rebus non præsumpseris, eris in membris illius viduæ, quæ est Ecclesia, de qua dictum est, Viduam e-
D ius benedicens benedicam: eris & pauper, de qualibus dictum est, Et pauperes eius saturabo panib⁹. Aliquando autem, quod non est prætermittendum dicere, inuenis pauperem superbum, & diuitem humilem: quotidie patimur tales. Audis pauperem quasi gementem sub diuite, & quando potentior premit diues, tunc illum humilem vides: aliquando nec tunc, sed & tunc superbum: vnde vides, quid esset, si aliquid haberet. Ergo pauper Dei in animo est, non in † sacculo. Procedit aliquando homo habens plenã domum, vberes terras, multa prædia, multum auri & argenti, nouit quia in ipsis non est præsumendum, humiliat se Deo, facit inde bene, ita cor ipsius erigitur ad Deũ, vt nouerit quia non solũ nihil illi prosunt diuitiæ ipsæ, sed & impediunt pedes ipsius, nisi ille regat & ille subueniat: & numeratur inter pauperes qui saturãtur panibus. Inuenis alium mendicũ inflatum, aut

aut ideo non inflatum, quia nihil habet, quærentẽ tamen vnde infletur. Non attendit Deus facultatem, sed cupiditatem: & iudicat eũ secundũ cupiditatẽ, quia inhiat rebus tẽporalibus, non secundũ facultatem quam non ei contigit adipisci. Vnde de diuitibus dicit Apostolus: Diuitibus huius seculi præcipe non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui nobis præstat omnia abundanter ad fruendum. Quid ergo faciant de diuitiis suis? Sequitur & dicit, Diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, cõmunicent. Et vide quia hic pauperes sunt. Thesaurizent, inquit, sibi fundamentũ bonũ in futurũ, vt apprehendant verã vitam. Cũ apprehenderint, tunc erũt diuites. Quando autem non eam adhuc habent, nouerint se pauperes. Ita fit vt omnes humiles sancto corde, & in charitate gemina constitutos, quicquid habuerint in hoc seculo, inter pauperes suos numeret Deo⁹, quos saturat panibus. Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt.) Iam in fine
B psalmi sumus, paululũ aduertat charitas vestra. Sacerdotes eius induã salutari, & sancti eius exultatione exultabũt. Quis est salutaris noster, nisi Christus noster? Quid est ergo, sacerdotes eius induam salutari? Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et sancti eius exultatione exultabũt. Vnde? Exultatione: quia induti sunt salutari, non in se. Lux enim facti, sed in Domino: nam erant antè tenebræ, & ideo subiecit, Ibi suscitabo cornu Dauid.) Vt de Christo præsumatur, ipsa erit altitudo Dauid. Cornu enim significat altitudinẽ. Et qualem altitudinem? Non carnalẽ. Ideo omnia ossa carne inuoluta. Cornu excedit carnẽ. Altitudo spiritalis, cornu est. Quæ autẽ altitudo spiritalis est, nisi de Christo præsumere: non dicere: Ego facio, ego baptizo, sed hic est qui baptizat? Ibi est cornu Dauid. Et vt noueritis, quia est cornu Dauid, attendite
C quid sequatur, Paraui lucernam Christo meo.) Quæ est lucerna? Iam nostis Dñi verba de Ioanne, ille erat lucerna ardẽs & lucens. Et quid ait Ioãnes? Hic est qui baptizat. In hoc exultabunt sancti, in hoc exultabunt sacerdotes: quia omne quod ipsorum bonũ est, non est ipsorũ, sed illius. Et quia ille habet potestatem baptizãdi, securus accedit ad tẽplũ eius omnis qui accipit baptismũ: quia nõ hominis, sed illius est in quo suscitatum est cornu Dauid. Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.) Super quẽ? Super Christũ meũ. Christo enim meo cũ dicit, vox est patris qui dicit, Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Qui dicit, Ibi suscitabo cornu Dauid, Deus est. Ipse dicit, Paraui lu-
D cernam Christo meo, quia & Christus noster & Christus patris, Christ⁹ noster est, cũ saluat nos & regit nos, quomodo & Dñs noster est, filius autẽ patris: Christus autẽ & noster & patris. Nã si patris Christus non esset, non diceretur superius, Propter Dauid seruũ tuũ ne auertas faciẽ Christi tui. Super istum autẽ florebit sanctificatio mea. Super Christum floret. Nemo hominũ sibi illam assumat, quia ipse sanctificat: alioquin non erit verum, Super ipsum autem florebit sanctificatio mea. Gloria sanctificationis florebit. Sanctificatio ergo Christi in ipso Christo, potestas sanctificationis Dei in Christo. Florebit enim quod dixit, ad gloriam vult pertinere. Quando enim florent arbores, tũc pulchræ sunt. Ergo sanctificatio in baptismo, inde floret, & clarer. Vnde cedat mundus hic pulchritudini? Quia in Christo floret. Nam pone illam in hominis potestate, quomodo floret, quando omnis caro fœnũ, & omnis claritas carnis vt flos fœni?

IN PSALMVM CXXXII.

enarratio.

PSALMVS brevis est: sed valde notus & nominatus. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnũ.) Ita sonus iste dulcis est: vt & qui psalteriũ nesciũt, ipsum versum cantẽt. Tam dulcis est, quàm dulcis est charitas, quæ facit fratres habitare in vnum. Et hoc quidẽ, fratres, nõ indiget interpretatione, aut expositione, quàm bonũ & quàm iucundum sit habitare in vnum. Sed ea quæ sequuntur habent aliquid quod pulsantibus aperiatur. Veruntamen vt ab isto versu descendat nobis intellectus vniuersæ texturæ Psalmi, hoc primũ etiam atque etiam cõsideremus: vtrum de omnibus Christianis dictum sit, quã bonum & quã iucundum sit habitare fratres in vnũ: an aliqui sint certi atq; perfecti qui habitant in vnum, nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam, à qui-
B bus tamen descendat ad cæteros. Ista enim verba psalterij, iste dulcis sonus, ista suauis melodia, tam in cantico quã in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnũ concupierũt: iste versus fuit tuba ipsorum. Sonuit per omnem orbem terrarum, & qui diuisi erant, congregati sunt in vnum. Clamor Dei, clamor Spiritus sancti, clamor propheticus non audiebatur in Iudæa: & auditus est in totõ orbe terrarũ. Aduersus istum sonũ surdi erãt inter quos cantabatur: & apertis aurib⁹ inuẽti sũt, de quibus dictum est: Quibus non est nunciatũ de illo videbunt, & qui nõ audierũt intelligẽt. Veruntamen dilectissimi, si consideremus, de illo pariete circũcisionis prius nata est ista benedictio. Num enim omnes Iudæi perierunt? Et vnde Apostoli, filij prophe-
tarũ, filij excussorũ! Sicut iã scientibus loquimur. Vnde illi quingẽti, qui Dominũ post resurrectionem vi-
C derunt, quos cõmemorat Apostolus Paulus? Vnde illi centũ viginti, qui simul erant in vno loco post resurrectionem Dñi & ascensionẽ in cælũ: quibus in vno loco constitutis superuenit Spiritus sanctus die Pentecostes missus de cælo, sic missus sicut promissus? Oẽs inde erant. Ipsi primò habitauerunt in vnum, qui omnia quæ habebant vendiderunt, rerumq; suarum pretia ad pedes Apostolorũ posuerunt, sicut in Actibus Apostolorum legitur, Et distribuebatur vnicuique sicut cui-
que opus erat, & nemo dicebat aliquid propriũ, sed erant illis omnia communia. Et quid est, in vnũ? Et erat illis, inquit, anima vna & cor vnũ, in Deum. Ergo ipsi prius audierunt, Ecce quã bonũ & quã iocundũ habitare fratres in vnũ. Primi audierunt, sed nõ soli audierunt. Nõ enim vsq; ad illos ista dilectio & vnitas fratrum venit. Venit enim & ad posteros ista charitatis
D exultatio, & votum Deo. Vouetur enim aliquid Deo, & dictum est, Vouete & reddite Dñio Deo vestro. Melius est autẽ non vouere, quã vouere & non reddere. Sed debet esse impiger animus, vt & voueat & reddat: ne cũ se minus idoneũ putat ad reddendum, piger sit ad vouendum. Planè nunquam reddet, si de suo se putauerit redditurum. Ex voce huius Psalmi appellati sunt & monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet catholicis. Quando vos rectè hæreticis de circũcellionib⁹ insultare cœperitis, vt erubescendo saluentur: illi vobis insultant de monachis. Primò si comparandi sunt, vos videte: si verbis nostris opus est, iam laboratis! Non opus est, nisi vt admoneam vnumquenque vt attendat: solùm attendat & comparet. Quid opus est vt verbis nostris comparentur ebriosi cum sobriis, præcipites cum consideratis, furentes cum simplicibus, vagantes cum congregatis? Sed tamen dicere consueuerunt: Quid sibi vult nomen mo-

nachorum? Quãto melius dicimus nos quid sibi vult A
nomen circellionum? Sed non, inquiunt, vocãtur cir-
celliones, fortè corrupto sono nominis eos appellamꝰ.
Dicturi sumus vobis integrum nomen ipsorum? Fortè
circumcelliones vocantur, non circelliones. Planè si
hoc vocantur exponant quid sint? Nam circumcellio-
nes dicti sunt, quia circũ cellas vagantur. Solent enim
ire hac atque illac, nusquam habentes sedes, & facere
quæ nostis, & quæ illi norunt, velint nolint. Verunta-
men charissimi, sunt & qui monachi falsi sunt. Et nos
nouimus tales: sed nõ periit fraternitas pia, propter eos
qui profitentur quod nõ sunt. Tam sunt enĩ monachi
falsi, quã & clerici falsi, & fideles falsi. Omnia ista tria
genera, fratres mei, quæ aliquando vobis cõmendaui-
mus, & vt puto non semel: habent bonos suos, habent
Matt.24.d. malos suos. De tribus enim ipsis generibus dictum est:
Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur: Et
duo in lecto, vnꝰ assumetur, & vnus relinquetur: Et duę B
in molẽdino, vna assumetur, & vna relinquetur. In a-
gro sunt, qui gubernant Ecclesiã. Vnde dicit Aposto-
1.Cor.3.b. lus, videte si non in agro erat: Ego plantaui, Apollo ri-
gauit; sed Deus incrementum dedit. In lecto autẽ eos
intelligi voluit qui amauerunt quietem: per lectum e-
nim quietem voluit intelligi, non se miscentes turbis,
non tumultui generis humani, in otio seruientes Deo:
& inde tamen vnus assumetur, & vnus relinquetur.
Sunt ibi probi, & sunt ibi reprobi. Ne expauescatis
quando ibi inueniuntur reprobi. Nam & latent qui-
Matt.24.d. dam, qui non inueniũtur nisi in fine. Duæ item in mo-
lendino: ex nomine generis feminei appellauit, plebes
enim intelligi voluit. Quare in molendino? Quia in
isto mundo versantur, vbi molendinum intelligitur,
quia sic vertitur mundus iste quomodo mola: vę enim
quos conterit. Sic ibi versantur fideles boni, vt vna ex
eis consumatur, altera assumatur. Quasdã enim actio- C
nes mundi faciunt dilectores seculi, fraudatores, simu-
latores. Alij autem sic ibi sunt quomodo ait Aposto-
1.Cor.7.f. lus, Et qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtentes
sint. Præterit enim figura huius mundi: Volo vos sine
solicitudine esse. Audis quæ assumantur de molendi-
no? Certè enim multa peccata vidẽtur ad diuites per-
tinere. Cũ enim plus agunt, & plus administrant, &
plus ad eos pendet res familiaris ampla: difficile est
vt non plura peccata cõtrahant. Et de illis dictum est,
Matt.19.c. Quia facilius est intrare camelũ ꝑ foramẽ acus, quã
diuitem in regnum cælorũ. Et cũ contristati essent di-
scipuli pro illis de quibus iam desperabant, consolatus
est eos Dominus dicens: Quæ hominibus impossibilia
sunt, Deo facilia sunt. Quomodo autẽ illud facile fa-
cit Deus? Audi Apostolum, si non negligas quod præ-
1.Tim.6.d. cepit: Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi, non su-
perbè sapere. Inuenis enim pauperem superbientem, D
diuitem humilem, Christianum bene considerantem,
quia illa omnia prætereunt & præterfluunt, quia ni-
hil attulit in hunc mundũ, nihil potest de mundo au-
Luc.16.f. ferre, cogitantẽ quemadmodum diues ille qui arde-
bat in flamma apud inferos: guttam sibi destillari de
digito desiderauit eius qui micas de mensa eius con-
cupierat. Cogitantes ista, faciunt quod ait Apostolus,
1.Tim.6.d. Neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vi-
uo, qui præstat nobis omnia abundãter ad fruendum.
Diuites sint, inquit, in operibus bonis, facilè tribuant,
communicent, thesaurizent. Et quid inde illis lucri?
Ibidem. Thesaurizent sibi fundamentum bonũ in futurum, vt
apprehendant verã vitã. Ecce quæ assumetur de molẽ-
dino. Qualis autem diues ille erat qui induebatur pur-
pura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, & ia-
centẽ ad ianuã suã pauperẽ contẽnebat, relinquetur:
quia de molendino vna assumetur, & vna relinquetur.
Sic dicit & Ezechiel de tribus personis, in quibus non
absurdè tria hæc genera intelligimus. Cũ miserit Do- Ezech.14.e
minus gladiũ in terra, & si fuerint in medio eorũ Noë,
Daniel & Iob, non liberabunt filios neq; filias: sed ipsi
soli salui erunt. Iam illi olim liberati sunt, & in istis tri-
bus nominibus tria genera quædam significauit. Noë
significat rectores Ecclesiæ, quia ipse arcam in diluuio Gene.7.
gubernauit. Daniel autem vitã quietam elegit in cæli- Daniel.6.
batu seruire Deo, id est, vxores non quærens. Erat vir & 14.
sanctus in desideriis cælestibus vitam gerens: tentatus
in multis, & inuentus aurũ obrizum. Quàm quietus e-
rat, inter leones securus erat? Ergo in nomine Danie- Daniel.6.f.
lis, qui etiam vir desideriorum est appellatus, sed vtiq;
castorum atq; sanctorũ, significantur serui Dei: de qui-
bus dicitur, Ecce quàm bonũ & quã iocundum habi- Psal.132.a.
tare fratres in vnũ. In nomine Iob significatur vna illa Iob 1.
de molendino, quæ assumetur. Habebat enim vxorẽ, Matt.24.d.
habebat filios, habebat multas diuitias: & tam multa
habebat in isto seculo, vt diabolus hoc ei obiiceret, ꝗa
non gratis, sed propter ea quæ acceperat, colebat Deũ.
Hoc obiecit aduersarius sancto viro, & in tentationi-
bus suis probatus est quàm gratis Iob coleret Deum,
& non propter illa quæ acceperat, sed propter eũ qui
dederat. Amissis itaq; omnibus repentina afflictione
& tentatione, amissa hæreditate, amissis hęredibus, so-
la coniuge sibi relicta non ad consolationẽ, sed ad tẽ-
tationem: ait quod nostis, Dñs dedit, Dñs abstulit, si- Iob 1.d.
cut Domino placuit ita factũ est, sit nomen Domini
benedictũ. Impletũ est in eo quod quotidie cantamus,
si & moribus consonemus: Benedicam Dominũ in o- Psal.33.a.
mni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Ergo in istis
tribus hominibꝰ significata sunt tria genera hominũ,
& in illis tribus rursus in euangelio quæ commemora-
ui. Quid ergo dicunt illi qui nobis de nomine mona-
chorũ insultant? Fortasse dicturi sunt, Nostri non vo-
cãtur Circumcelliones: vos illos ita appellatis contu-
melioso nomine, nam nos eos ita non vocamus. Di-
cant quid eos vocent, & audietis. Agonisticos eos vo-
cant. Fatemur & nos honesto nomine, si & res conue-
niret. Sed interim illud videat charitas vestra: Qui no-
bis dicũt, ostendite vbi scriptum sit nomen monacho-
rũ; ostendant vbi scriptum sit nomen Agonisticorũ.
Sic eos appellamus, inquiunt, propter agonem. Certãt
enim illi, & dicit Apostolus, Certamen bonum certa- 1.Tim.6.6
ui: qui sunt qui certant aduersus diabolum & præua-
lent milites Christi, Agonistici appellantur. Vtinã er-
go milites Christi essent, & non milites diaboli, à qui-
bus plus timetur Deo laudes, quã fremitus leonis. Hi
etiã insultare nobis audent, quia, fratres, cũ vidẽt ho-
mines, Deo gratias dicunt. Quid est, inquiũt, Deo gra-
tias? Itáne surdꝰ es vt nescias quid sit Deo gratias? Qui
dicit Deo gratias, grãs agit Deo. Vide si nõ debet frater
Deo gratias agere, quando videt fratrẽ suũ. Num enim
non est locus gratulationis, quãdo se inuicem vident
qui habitant in Christo? Et tamen vos, Deo gratias no-
strum ridetis: Deo laudes vestrum plorant homines.
Sed certè reddidistis rationẽ de nomine quare appel-
letis Agonisticos. Ita fiat vt appellatis: ita fiat, omnino
fauemus. Præstet Dominus vt illi contra diabolũ cer-
tent, & non contra Christũ, cuius persequuntur Ec-
clesiam. Tamen quia certant, dicitis Agonisticos, &
inuenistis vnde appelletis, quia dixit Apostolus, Bo- 2.Tim.4.b.
num agonem certaui. Quare ergo & nos non appel-
lemus monachos, cùm dicit Psalmus, Ecce quàm bo-
num & quàm iocundum habitare fratres in vnum?
μόνος enim vnus dicitur: & non vnus quomodocun-
que, nam & in turba est vnus, sed vna cũ multis vnus
dici

dici potest: μόνος non potest, id est, solus: μόνος enim v- A
nus solus est. Qui ergo sic viuunt in vnum, vt vnũ ho-
minem faciant, vt sit illis verè quod scriptum est, vna
Act.4.f. anima & vnũ cor, multa corpora, sed non multæ ani-
mæ multa corpora, sed nõ multa corda: rectè dicitur
μόνος id est vnus solus. Vnde & ille vnus sanabatur in
piscina. Respondeant nobis & exponant qui insultant
nomini monachorũ, quare ille qui inuentus est trigin-
taocto annos habens in infirmitate, hoc respondisset
Ioan.5. Domino: Cùm mota fuerit aqua nõ habeo qui me de-
ponat, alius ante me descendit. Descenderat vnus, iam
alius non descendebat. Vnus solus sanabatur, vnitatẽ
Ecclesiæ figurabat. Meritò insultant nomini vnitatis,
qui se ab vnitate præciderũt. Meritò illis displicet no-
men monachorũ, quia illi nolunt habitare in vnũ cũ
fratribus: sed sequentes Donatum, Christũ dimiserũt.
Hæc de vno, & vno solo audiuit charitas vestra: iam
iocũdemur cũ Psalmo, vt sequentia videamus. Breuis B
est, potest à nobis curri quantũ Dñs suggerit. Puto enĩ
ex his quæ dicta sunt patere posse quæ sequuntur, quã-
uis illa videantur obscura, Ecce quã bonum & quàm
iucundũ habitare fratres in vnum. Ostendebat qui di-
cebat, ecce. Videmus & nos fratres, & benedicimus
Deũ: & oramus vt dicamus & nos, ecce. Et cui rei si-
miles sunt dicat Psalmus, Sicut vnguentum in capite,
quod descendit in barbam, barbam Aaron.) qui erat
sacerdos. Quis est sacerdos, nisi vnus sacerdos qui in-
trauit in sancta sanctorum? Quis est sacerdos, nisi qui
fuit & victima & sacerdos: nisi ille qui cũ in mundo nõ
inueniret mundũ quod offerret, seipsum obtulit: in ca-
pite ipsius vnguentum, quia totus Christus cum Ec-
Act.2.d.e. clesia. Sed à capite venit vnguentum. Caput nostrum
Christus est, crucifixum & sepultũ, resuscitatum ascẽ-
dit in cælũ, & venit Spiritus sanctus à capite. Quò? Ad
barbam. Barba significat fortes, barba significat iuue- C
nes, strenuos, impigros, alacres. Ideo quando tales de-
scribimus, barbatus homo est, dicimus. Ergo illud pri-
mum vnguentum descendit in Apostolos, descendit
in illos qui primos impetus seculi sustinuerũt. Descẽ-
dit ergo in illos Spiritus sanctus. Nã & illi qui primũ
in vnũ habitare cœperunt, persecutionem passi sunt.
Sed quia descenderat vnguentum in barbã, passi sunt,
non victi. Etenim & caput iam passum præcesserat,
vnde descendit vnguentum. Præcedente tali exẽplo,
quis vinceret barbam? Ex illa barba erat Stephanus
sanctus. Et hoc est non vinci, vt charitas nõ vincatur
ab inimicis. Nã visi sunt sibi vicisse qui persecuti sunt
sanctos. Illi cædebant, illi cædebantur: illi occidebãt,
illi occidebantur. Quis non putaret illos vincere, illos
vinci? Sed quia nõ victa est charitas, ideo vnguentum
descendit in barbam. Attende Stephanũ. Sæuiebat in D
Act.7.f. illo charitas: sæuiebat in eos cũ audirent, rogauit pro
eis cũ lapidarent. Quid enim ait cũ audirẽt? Dura cer-
uice & incircumcisi corde & auribꝰ vos semper resti-
tistis spiritui sctõ. Vide barbã. Nũquid adulauit? Nũ-
quid timuit? Illi cũ audirẽt ista quæ in illos dicebãtur,
sæuiebant. Quasi sæuiebat enim Stephanus, sæuiebat
ore, corde diligebat: & nõ est victa ipsa charitas in eo.
Nã illi aberrãtes à verbo tanquã tenebræ fugientes à
lumine, ad lapides currere cœperunt, Stephanũ lapi-
dare. Sicut antea Stephani verba lapidabant illos, sic
postea lapides eorũ Stephanũ. Quando debuit plus ira-
sci Stephanus, quando lapidabatur, an quando audie-
batur? Ecce mitis factus est cũ lapidaretur, & sæuiebat
cũ audiretur. Quare sæuiebat cũ audiretur? Quia muta-
re volebat eos à quibus audiebatur. Venientibus inse
lapidibus nõ victa est charitas: quia vnguentum à ca-
pite in barbã descenderat, & audierat ab ipso capite,
Diligite inimicos vestros, & orate pro eis qui vos per- Matth.5.g
sequuntur. Audierat ab ipso capite pendente in cruce,
& dicente, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Luc.23.e.
Eo modo ergo vnguentũ à capite descenderat in bar-
bam, quia & ille cũ lapidaretur, fixo genu ait; Dñe ne Act.7.g.
statuas illis hoc peccatũ. Ergo ille tanquã barba erat.
Multi enim fortes erant, & multas persecutiones passi
sunt. Sed si nequaquã à barba descendisset vnguentũ,
modò monasteria non haberemus. Sed quia descẽdit,
& in oram vestimenti: sic enim ait, quod descendit in
orã vestimenti eius.) secuta est Ecclesia de veste Dñi,
peperit monasteria. Nam vestis sacerdotalis Ecclesiã
significat. Ipsa est vestis de qua dicit Apostolus, Vt ex- Ephe.5.f.
hiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentẽ macu-
lam neq; rugam. Mundatur vt non habeat maculam,
extenditur vt non habeat rugã. Vbi eam extendit ful-
lo, nisi in ligno? Videmus quotidie à fullonibus tuni-
cas quodammodo crucifigi. Crucifiguntur, vt rugam
non habeant. Quid est ergo ora vestimẽti? Fratres mei,
in ora vestimenti quid accepturi sumus? Ora, finis ve-
stimenti est. Quid accepturi sumus in fine vestimenti?
An quia in fine tẽporũ habitura erat Ecclesia fratres
habitantes in vnũ? An in ora perfectionem intelligi-
mus, quia in ora vestimentũ perficitur? Et illi perfecti
qui norunt habitare in vnũ, illi perfecti qui legem im-
plent. Quomodo autem impletur lex Christi ab eis qui
habitant fratres in vnum? Audi Apostolum, Inuicem Gal.6.a.
onera vestra portate, & sic implebitis legem Christi.
Hæc est ora vestimenti. Quomodo, fratres mei, intel-
ligimus, in quam oram dicat quòd potuit descendere
vnguentum? Non puto quòd oram vestimenti in late-
ribus voluit intelligi. Sunt enim oræ in lateribus: sed à
barba descendere vnguentũ ad oram potuit, quæ in
capite est, vbi aperitur † capitium. Tales sunt qui ha- al. caput.
bitãt in vnum, vt quomodo per oras istas intrat caput
hominis vt vestiat se: sic per concordiam fraternam
Christus intrat, qui est caput nostrum, vt vestiatur &
hæreat illi Ecclesia. Quid alius dicit? Sicut ros Hermõ,
qui descendit super montẽ Sion.) Hoc voluit intelligi
fratres mei, gratiam Dei esse quòd fratres habitant in
vnum: non ex suis viribus, non ex suis meritis, sed ex
illius dono, sed ex illius gratia, sicut ros de cælo. Num
enim terra sibi pluit? Aut nõ quicquid genuerit arescit,
nisi pluuia desuper descendat? Dicit quodam loco in
Psalmo, pluuiam voluntariam segregans Deus hære- Psal.67.b.
ditati suæ. Quare dixit voluntariam? Quia non meritis
nostris, sed illius voluntate. Quid enim boni meruimus
peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Ex Adam
Adam, & super Adam multa peccata nascuntur. Quis-
quis nascitur, Adam nascitur, damnatus de damnato,
& addidit malè viuendo super Adam. Quid ergo boni
meruit Adam? Et tamen misericors amauit, & sponsus
dilexit, non pulchram, sed vt faceret pulchram. Ergo
gratiam Dei dixit rorem Hermon. Sed Hermon quid
sit, nosse debetis. Mons est quidam longè disiun-
ctus ab Hierusalem, id est, à Sion. Itaque mirum est,
quòd sic ait, Sicut ros Hermon qui descendit super
montem Sion, cùm mons Hermon longè sit disiun-
ctus ab Hierusalem. Nam trans Iordanem esse di-
citur. Ergo aliquid in interpretatione Hermon quæ-
ramus. Nomen enim Hebræum est, & habemus in-
terpretationem ab eis qui illam linguam nouerunt.
Hermon interpretari dicitur lumen exaltatum. A
Christo ergo ros. Nam nullum lumen exaltatum, nisi
Christus. Quomodo exaltatum est? Primò in cruce,
postea in cælo. Exaltatus in cruce cùm humiliaretur,
sed humiliatio illius non potuit nisi alta esse. Hominis
dispensatio minor minórq; fiebat, quæ significabatur
in

in Ioanne: Dei dispẽsatio in Domino nostro Iesu Chri- A
Luc.1.e. sto crescebat, quod & natalibus eorũ ostenditur. Nam
Luc.2.a. ille natus est, sicut tradit Ecclesia, octauo calendas Iu-
lias, cũ iam incipiunt minui dies: Dñs autem natus o-
ctauo calendas Ianuarias, quando iam dies incipiunt
crescere. Audi ipsum Ioannẽ confitentem: Illum opor-
Ioan.3.d. tet crescere, me autẽ minui. Et passiones ipsorũ hoc in-
dicant. Dñs in cruce exaltatus est, ille cæso capite di-
minutus est. Ergo lumen exaltatum, Christus: inde est
ros Hermon. Sed quicũque vultis habitare in vnum,
optate rorẽ istũ, compluimini inde. Alioquin nõ pote-
ritis tenere quod profitemini, nec profiteri audere po-
teritis, nisi ille intonuerit: nec permanere poteritis, nisi
eius sagina nõ desit vobis: ipsa enim sagina descendit
super montẽ Sion. Iam montes Sion, magni in Sion.
Quid est Sion? Ecclesia. Et qui ibi sunt mõtes? Magni.
Quos significant montes, hos significat barba, hos si-
gnificat ora vestimenti. Barba non intelligitur nisi in B
perfectis. Non ergo habitant in vnũ, nisi in quibus per-
fecta fuerit charitas Christi. Nã in quibus non est per-
fecta charitas Christi, & cùm in vno sint, odiosi sunt,
molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant cę-
teros, & quærunt quid de illis dicant: quomodo in iũ-
ctura inquietum iumentũ non solum nõ trahit, sed &
frangit calcibus quod iunctum est. Si autẽ habet rorẽ
Hermon, qui descendit super montem Sion, quietus
est, placatus, humilis, tolerans, pro murmure precem
fundens. Nam murmuratores oẽs magnifice descripti
Eccl.33.a. sunt quodam loco Scripturarũ. Præcordia fatui sicut
rota carri. Quid est, pręcordia fatui sicut rota carri? Fœ-
num portat & murmurat. Non enim potest rota carri
quiescere à murmure. Sic sunt multi fratres, non ha-
bitant in vnum nisi corpore. Sed qui sunt, qui habitãt
Act.4.f. in vnũ? Illi de quibus dictum est: Et erat illis anima v- C
na, & cor vnum in Deũ: & nemo dicebat aliquid suũ
esse, sed erant illis omnia communia. Designati sunt,
descripti sunt, qui pertineant ad barbam, qui pertineãt
ad oram vestimenti, qui numerentur inter mõtes Siõ.
Et si sunt ibi alij murmuratores, meminerint dicti Do-
Matt.24.d. mini: Vnus assumetur, & vnus relinquetur. Quoniam
ibi mandauit Dñs benedictionem.) Vbi mandauit? In
fratribus qui habitant in vnũ. Ibi præcepit benedictio-
nem, ibi benedicunt Dñm qui habitant concorditer.
Nam in discordia non benedicis Dñm. Sine causa di-
cis quia lingua tua sonat benedictionẽ Dñi, si corde
Psal.61.a. non sones. Ore benedicis, & corde maledicis. Ore suo
benedicebant, & corde suo maledicebant. Nunquid
verba nostra sunt? Significati sunt quidam. Benedicis
Dominum cùm oras, & sequeris in prece tua, & ma-
ledicis inimico tuo. Hoc est quod audisti ab ipso Do-
Matt.5.g. mino: Diligite inimicos vestros? Si autem facias, vt di- D
ligas inimicum tuum, & ores pro eo, ibi mandauit Do-
minus benedictionẽ suam: ibi habebis: Vitam in secu-
lum.) Id est, in æternũ. Multi enim amantes vitã istã,
maledicunt inimicis suis. Pro quare, nisi pro ista vita,
nisi pro commodis secularibus? Vbi te angusta-
uit inimicus tuus, vt cogaris maledicere? In terra an-
gustatus es, migra, habita in cælo. Quomodo, inquies,
habitabo in cælo homo carne indutus, carni deditus?
Corde præcede, vt prosequaris corpore. Noli surdus
audire. Sursum habe cor, & nemo te angustabit in cę-
lo. Et ideo bene sequitur & alius Psalmus.

IN PSALMVM CXXXIII. *enarratio.*

ECce nunc benedicite Dominum omnes serui
Domini: Qui statis in domo Domini, in atriis do-
mus Dei nostri.) Quare addidit, in atriis? Atria amplio-
ra spatia domus intelliguntur. Qui stat in atriis, nõ
angustatur, non premitur, quodammodo dilatatur. In
latitudine mane, & potes diligere inimicũ tuum: quia
non ea diligis vbi ab inimico angustias pateris. Quo-
modo intelligeris stare in atriis? Sta in charitate, & stas
in atriis. In charitate latitudo est, in odio angustia. Au-
di Apostolum: Ira & indignatio, tribulatio & angustia Rom.2.b.
in omnẽ animam hominis operantis malum. De lati-
tudine autem charitatis quid dicit? Quoniam charitas Rom.5.a.
Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum,
qui datus est nobis. Vbi audis diffusionem, intellige la-
titudinẽ. Vbi audis latitudinem, intellige atria Domi-
ni: & habebis veram benedictionem Domini, quando
non maledicis inimicis. Alloquitur enim spiritus eos,
qui patiũtur tribulationem, vt gloriẽtur in tribulatio-
nibus: & dicit eis: Ecce nunc benedicite Dñm omnes
serui Domini. Quid est, ecce nunc? In hoc tempore.
Nã post transactas tribulationes, manifestum est quia
benedictioni Dñi vacabimus. Et dictum est: Beati Psal.83.b.
qui habitant in domo tua, in secula seculorum lauda-
bunt te. Qui tũc benedicturi sunt sine defectu, hic in-
cipiunt benedicere Dñm: hic in tribulationibus, in tẽ-
tationibus, in molestiis, inter aduersitates seculi, inter
insidias inimici, inter fraudes & impetus diaboli. Hoc
est: Ecce nunc benedicite Dñm omnes serui Dñi, qui
statis in domo Domini. Quid est, qui statis? Qui perse-
ueratis: quia dictum est de quodam, qui archangelus
fuit: Et in veritate nõ stetit. Et dictũ est de amico spõ- Ioan.8.f.
si: Amicus autem spõsi stat & audit eũ, & gaudio gau- Ioan.3.d.
det propter vocẽ sponsi. Ergo qui statis in domo Dñi,
in atriis domus Dei nostri: In noctib⁹ extollite manus
vestras in sancta, & benedicite Dominum.) Facile est
benedicere in diebus. Quid est, in diebus? In rebus pro-
speris. Nox enim tristis res est, dies est læta. Quando
tibi bene est, benedicis Dñm. Quando filium deside-
ras & nascitur, benedicis Dominũ. Liberata est vxor
tua à periculo partus, benedicis Dñm. Ægrotabat fili⁹,
liberatur, benedicis Dominũ. Ægrotabat filius, fortè
quæsisti mathematicum, sortilegum: fortè non de lin-
gua, sed de moribus tuis exiit maledictio in Dominũ,
exiit de moribus & de vita tua. Noli gloriari quia lin-
gua benedicis, si vita maledicis. Quomodo, inquis, vita
maledico? Quia attenditur vita tua & dicitur: Ecce
Christianus, ecce quales sunt Christiani. Blasphema-
tur propter te Christus. Ecce cùm vita tua maledicat,
quid ꝓdest quòd lingua tua benedicit? Benedicite er-
go Dominũ. Quando? In noctibus. Quando benedixit
Iob? quando tristis nox erat. Ablata sunt omnia quæ
possidebantur: ablati filij quibus seruabantur. Quã tri-
stis nox! Sed videamus si non in noctibus benedicit:
Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino pla- Iob 1.d.
cuit ita factũ est, sit nomen Domini benedictum. Quã
nox atrox! Percussus vlcere à capite vsq; ad pedes, pu-
trefactus liquescebat in se. Tũc Eua ausa est eũ tentare:
Dic aliquid in Deũ tuum, & morere. Audi benedicẽ-
tem in noctib⁹: Locuta es, inquit, quasi vna ex insipiẽ-
tibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domi-
ni, mala non toleramus? Ecce quid est, in noctibus ex-
tollite man⁹ vestras in sancta, & benedicite Dominũ.
Quid dixit Iob? Locuta es tanquam vna ex insipienti- Iob 2.c.
bus mulieribus. Adam putris repulit Euam, tãquam
dicẽs: Sufficit quod ꝓpter te mortalis effectus sũ. Va- Gen.3.
lueras in paradiso, sed vinceris in stercore. Magna gra-
tia Dei. Sed vnde hoc, nisi quia ros Hermon compluc-
rat illam animã, & dederat Dominus suauitatẽ, vt ter- Psal.84.d.
ra nostra daret fructũ suum? In noctibus extollite ma-
nus vestras in sancta, & benedicite Dominum. Bene-
dicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.)
Plu-

Plures hortatur vt benedicant, & ipse vnũ benedicit, A
Psal.132.a. qui ex pluribus vnum fecit: quia bonũ & iocũdum est
habitare fratres in vnũ. Pluralis numerus fratres, sed
singularis, habitare in vnũ. Ideo benedicat te Domin⁹
ex Sion, qui fecit cælum & terram. Nemo vestrûm di-
cat: Ad me non peruenit ista benedictio. Putas quis est
quẽ dixit, Benedicat te Dominus ex Sion? Vnum be-
nedixit. Esto vnum, & perueniet ad te benedictio.

IN PSALMVM CXXXIIII. *enarratio.*

VALDE nobis dulce esse debet, & dulce nobis esse
gaudendum est, quò nos Psalmus iste cohortatur.
Dicit enim: Laudate nomẽ Domini.) Causamque ip-
sam quare iustum sit vt laudemus nomen Domini, cõ-
tinuò subiecit: Laudate serui Dominũ.) Quid iustius?
quid dignius? quid gratius? Etenim si nõ laudauerĩt ser-
ui dominũ: superbi, ingrati, irreligiosi erũt. Et quid fa- B
ciunt nõ laudando dominũ, nisi vt seuerũ sentiãt do-
minum? Neque enim seruus ingratus si dominũ suum
laudare noluerit, ideo efficit vt seruus non sit. Laudes,
non laudes: seruus es. Sed si laudes, propitiabis: si non
laudes, offendis. Bona ergo exhortatio & vtilis, vnde
magis satagere debemus quẽadmodum laudandus sit
Deus: quàm dubitare laudandũ. Laudate ergo nomen
Domini. Hortatur nos Psalmus, hortatur nos prophe-
ta, hortatur nos spiritus Dei, hortatur postremò nos
ipse Dominus, vt laudemus Dominũ. Nõ enim laudi-
bus nostris ille crescit, sed nos. Deus nec melior fit si
laudaueris, nec deterior, si vituperaueris: sed tu laudã-
do bonum, melior eris, vituperando deterior. Bon⁹ au-
tem ille manet vt est. Si enim seruos suos ipsos bene
de se meritos, prædicatores verbi sui, rectores Ecclesiæ
suæ, veneratores nominis sui, obtemperatores manda-
ti sui id docet, vt in conscientia sua habeant dulcedi- C
nem bonæ vitæ suæ, ne corrumpantur laudibus, ne frã-
gantur vituperationibus hominũ: quãto magis ipse in-
commutabilis super omnia qui hæc docet, nõ vtique
maior fit si laudaueris, nec minor si vituperaueris? Sed
quoniam nobis expedit laudare Dominum, misericor-
diter iubet vt laudemus eũ, nõ arroganter. Audiamus
ergo quid dicit: Laudate nomẽ Domini, laudate serui
Dominum. Non aliquid incongruũ facitis, laudando
serui Dominum. Et si semper tantummodo serui esse-
tis, deberetis laudare Dominum: quãto magis debetis
laudare Dominum serui, vt esse mereamini & filij? Sed
Psal.32.a. quoniam scriptũ est in alio Psalmo, Rectos decet lau-
Eccl.15.b. datio: & item alibi scriptum est, Non est speciosa laus
Psal.49.d. in ore peccatoris: itémque alibi dicitur: Sacrificiũ lau-
dis glorificauit me, & ibi via est in qua ostẽdam illi sa-
Psal.49.c. lutare Dei. & consequenter: Peccatori autẽ dixit De⁹,
Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ D
meũ per os tuũ? tu autẽ odisti disciplinã, & proiecisti
sermones meos post te: ne fortè quisquã, quoniã dictũ
est, laudate serui Dominum, etiam si in domo ista ma-
gna fuerit malus seruus, putet sibi prodesse laudẽ Do-
mini, continuò quales sint qui laudare debeant Do-
minum, subiicit & docet: Qui statis in domo Domini,
in atriis domus Dei nostri.) Qui statis, non qui ruitis.
Illi autem stare dicuntur, qui in mãdatis eius perseue-
rãt, qui in fide non ficta, & spe firma, & charitate synce-
ra seruiunt Deo, & honorant Ecclesiam eius, & nõ dãt
offensionem malè viuendi eis qui venire volunt, & in
via lapides offensionis inueniunt. Ergo qui statis in do-
mo Domini, laudate nomen Domini. Grati estote, ne
foris erretis. Quia ergo statis, parúmne est vobis? vbi
laudandus est qui nos erexit iacentes, & fecit in do-
mo sua stare & ipsum agnoscere ipsúmque laudare? Par-
uum ne hoc beneficiũ est, quòd stamus in domo Do-
mini? Hic interim in hac peregrinatione, in hac domo
quod etiam peregrinationis tabernaculũ dicitur, quia
hic stamus, nunquid parũ grati esse debemus? Nónne
cogitandũ est quia hic stamus? Nónne cogitandum est
quid facti fuerimus? Nónne cogitandum est no-
bis vbi iacebamus, & quò collecti sumus? Nónne
cogitandũ est quia omnes impij Dominũ nõ quære-
bant, & ipse illos nõ quęrentes quæsiuit, ipse inuentos
excitauit, ipse excitatos vocauit, ipse vocatos introdu-
xit, & in domo sua stare fecit? Hęc quisquis cogitat, &
ingratus non est, omnino despicit se prę amore Domi-
ni sui, à quo sibi tanta præstita sunt. Et quoniam nõ ha-
bet quid pro tantis beneficiis Deo retribuat, quid ei
restat nisi gratias agere, nõ repẽdere? Ad ipsam gratia-
rũ actionẽ pertinet, & calicem Domini accipere, & no- Psal.115.a.
men eius inuocare. Nam quid retribuat Domino seru⁹
pro omnibus quę retribuit illi? Ergo qui statis in domo
Domini in atriis dom⁹ Dei nostri, Laudate Dominũ.)
Quid dicturus sum quare laudetis? Quoniã bonus Do-
minus. Breuiter vno verbo explicata est laus Domini
Dei nostri. Bonus Dominus, sed bonus nõ vt sunt bo-
na quæ fecit. Nam fecit Deus omnia bona valde: non Gene.1.d.
tantum bona, sed & valde. Cælum & terram & omnia
quæ in eis sunt bona fecit, & valde bona fecit. Si hæc
omnia bona fecit, qualis est ille qui fecit? Et tamẽ cùm
bona fecerit, multóque sit melior qui fecit quã ista quę
fecit: nõ inuenies melius quod de illo dicas, nisi quia
bonus est Dominus, si tamen intelligas propriè bonũ
à quo sunt cętera bona. Omnia enim bona ipse fecit:
ipse est bonus quẽ nemo fecit. Ille bono suo bonus est;
non aliunde participato bono. Ille à seipso bono bo-
nus est, nõ adhærẽdo alteri bono. Mihi autem adhęre- Psal.72.d.
re Deo bonũ est qui non eguit à quo fieret bonus, sed
eguerunt illo cætera vt fierent bona. Vultis audire quã
singulariter ille sit bonus? Dominus interrogatus di-
xit, Nemo bonus, nisi vnus Deus. Hanc singularitatem Matt.19.c.
bonitatis eius, & præterire breuiter nolo, & commen-
dare congruè non sufficio. Metuo ne si hinc citò tran-
siero, ego ingratus inueniar. Item metuo ne hoc cùm
explicandum suscepero, sub tãta laudis Dominicæ sar-
cina fatiger. Sic tamen fratres accipite me & laudantẽ
& non sufficientẽ, vt etiam si non impletur illius laudis
explicatio, acceptetur laudatoris deuotio. Approbet
me voluisse, ignoscat non impleuisse. Ineffabili dulce-
dine teneor cum audio bonus Dominus: consideratis-
que omnibus & collustratis quæ forinsecus video quo-
niam ab ipso sunt omnia, etiam cùm mihi hæc placẽt,
ad illum redeo à quo sunt, vt intelligam quoniã bonus
est Dominus. Rursum cũ ad illum quantũ possum in-
gressus fuero, interiorẽ mihi & superiorẽ inuenio: quia
sic bonus est Dominus, vt istis nõ indigeat quo sit bo-
nus. Denique ista non laudo sine illo: illũ autẽ sine istis
perfectũ non indigum, incommutabilẽ, nullius bonũ
quærentem quo augeatur, nulli⁹ malũ timentem, quo
minuatur, inuenio. Et quid dicã amplius? Inuenio in
creatura cęlum bonum, solem bonum, lunam bonam,
stellas bonas, terram bonã, quæ gignuntur in terra, &
radicibus nixa sunt, bona, quæ ambulãt & mouentur
bona, & quæ volitant in aëre & natant in aquis bona.
Dico & hominem bonum. Homo enim bonus de bo- Matt.12.c.
no thesauro cordis sui profert bonum. Dico & angelũ
bonum, qui non est lapsus superbia: Et diabolus factus
est bonus, & esset si inhæreret, ei obediendo à quo fa-
ctus est. Omnia ista dico bona, sed tamen cum suis
nominibus, cælum bonum, angelum bonum, homi-
nem bonum. Ad Deum autem cùm me refero, puto
melius nihil dicere quàm bonum. Ipse quippe Do-

minus noster Iesus Christus dixit: Homo bonus. & ipse itē dixit: Nemo bonus nisi solus Deus. Nónne stimulauit nos ad inquirendū & ad distinguēdū quid sit bonū, & alio bono bonū, & bonū seipso bonū? Quàm ergo bonū est, à quo sunt omnia bona? Omnino nullū inuenias bonū, quod non ab illo sit bonū. Bonum bona facieas sicuti est propriè, sic & bonū est propriè. Neque enim ea quæ fecit nō sunt, aut iniuria illi fit cū dicimus nō esse quę fecit. Quare enim fecit, si nō sunt quæ fecit? Aut quid fecit, si nō est quod fecit? Cū ergo sint & illa quæ fecit, venitur tamen ad illius cōparationem: & tanquā solus sit, dixit: Ego sum qui sum. Et dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos. Nō dixit: dñs Deus ille omnipotens, misericors, iustus: quę si diceret, vtique vera diceret. Sublatis de medio omnibus quibus appellari potest, & dici Deus, ipsum esse se vocari respōdit: & tanquā hoc esset ei nomē: Hoc dices eis, inquit: Qui est, misit me. Ita enim ille est, vt in eiº cōparatione ea quæ facta sunt, nō sint illi cōparāda, quoniā ab illo sunt: illi autem nō comparata sunt, quoniam ab illo sunt. Illi enim cōparata nō sunt, quia verum esse, incōmutabile esse est: quod ille solus est. Est enim est, sicut bonorū bonū, bonū est. Cogitate & videte quoniā quicquid aliud laudatis, ideo laudatis quia bonū est: Insanit qui laudat quod nō est bonū. Si laudes iniquū eo ipso quod iniquus est, nónne & iu iniquus eris? Si laudes furē eo ipso quòd fur est, nónne & tu particeps eris? Si laudes iustū in eo ipso quòd iustus est, nōne & tu habes in te patrem laudando? Nō enim laudares iustū, nisi amares: nō amares, si nihil inde haberes. Si ergo quicquid aliud laudamus, ideo laudamus quia bonum est: nulla tibi maior causa & melior, & firmior dari potuit, quare laudes Deū, nisi quia bonus est. Ergo laudate Dominum, quoniam bonus est. Quādiu dicamus eius bonitatem? Quis corde concipiat, aut cōplectatur quā bonus sit Dominus? Sed ad nos redeamus, & in nobis illū agnoscamus, & in operibus artificem laudemus: quia ipsum contemplari idonei nō sumus. Et si contemplari idonei aliquando erimus, cùm fuerit mundatū cor nostrum fide, vt postremò gaudeat veritate: nūc quoniā ipse à nobis videri nō potest, opera eius videamus, ne sine eius laude remaneamº. Ergo dixi: Laudate Dominū quoniā bonus est: Psallite nomini eius quoniam suauis est. Fortè esset bonus & suauis non esset, si tibi non daret posse gustare. Talem autem se præbuit hominibus, vt etiam panē de cælo miserit, & filium suum æqualē, qui hoc est quod ipse, dederit hominē faciendū, & pro hominibus occidendū: vt per hoc quod tu es, gustes quod non es. Multū enim ad te erat gustare suauitatem Dei, quia remota erat illa & nimis alta: tu autem nimis abiectus & in imo iacens. In magna ista separatione missus est mediator. Nō poteras ad deū homo, Deus factº est homo, vt quoniam homo potes ad hominē, qui nō posses ad Deum, per hominem venires ad Deū: & factus est mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus. Sed si homo solum esset: hoc sequendo quod es, nunquā peruenires. Si Deus solùm esset, non comprehendendo quod non es, nunquam peruenires. Deus factus est homo, vt hominem sequendo, quod potes, ad Deum peruenias, quod non poteras. Ipse est mediator, inde factus est suauis. Quid suauius pane angelorum? Quomodo ergo non est suauis Dominus, quando panem angelorum manducauit homo? Non enim aliunde viuit homo, & aliunde viuit angelus. Ipsa est veritas, ipsa est sapientia, ipsa est veritas Dei: sed quomodo ea perfruuntur angeli, tu non potes. Illi enim quomodo perfruuntur? Sicuti est, In principio erat verbum, & verbū

Marc. 10.
Exod. 3. d.
Ioā. 6. d. e. f.
1. Tim. 2. b.
Psal. 77. c.
Ioan. 1. a.

A erat apud Deum, & Deus erat verbum, per quod facta sunt omnia. Tu autem quomodo contingis? Quia verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Vt autē panem angelorum manducaret homo, creator angelorum factus est homo. Psallite ergo nomini eius quoniā suauis est. Si gustastis psallite, si gustastis quoniā suauis est Dominº, psallite: si bene sapit quod gustastis, laudate. Quis tam ingratus est vel coquenti vel pascenti, vt cùm fuerit pulmento aliquo delectatus, non reddat gratiā laudando quod gustat? Si de his non tacemus, de illo qui dedit omnia, tacebimus? Psallite nomini eius, quoniā suauis est, & audite iam opera eius. Tēdebatis enim vos fortassis videre bonum omniū bonorū, bonū à quo sūt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, & bonū quod sine cęteris bonum est: tēdebatis vos vt videretis, & fortè in extendenda acie mētis vestræ deficiebatis. Hoc enim ex me coniicio, sic patior. Sed & si
B est aliquis, sicut fieri potest & valde potest, acie mentis fortior me, & cōtuitum cordis sui diu figit in eo quod est: laudet ille vt potest, & quomodo nos non possumº laudet. Gratias tamen illi qui in hoc Psalmo tēperauit laudē suam, vt & firmorū esset & infirmorum. Nā & in illa missione serui sui Moysi cùm diceret, Ego sum qui sum: Et dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos: quia ipsum propriè esse menti humanę difficile erat capere, & mittebatur homo ad homines, quamuis non ab homine, continuò temperauit laudem suam, & hoc de se dixit quòd capi dulciter posset. Nō in eo voluit remanere quod laudabatur, quò non posset laudator attingere. Vade, inquit, dic filiis Israël, Deus Abrahā & Deº Isaac & Deus Iacob misit me ad vos: hoc mihi nomen est in æternum. Certè Domine nomē illud habes: quia & tu dixisti, Ego sum: Qui est misit me ad vos. Vnde modò nomen mutasti, vt diceres, Deus Abrahā & Deus
C Isaac & Deus Iacob? Nónne tibi videtur ratio eius respondere & dicere, Quod dixi, ego sum qui sum; verum est, sed non capis: quod autem dixi, ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac & Deus Iacob, & verū est & capis? Quod enim ego sum qui sum, ad me pertinet: quòd autem Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob, ad te pertinet. Et si deficis in eo quod mihi sum, cape quod tibi sum: Et ne fortè quisquam putaret illud quod dixit Deus, ego sū qui sum, & qui est misit me ad vos, hoc solum ęternū ei nomē esse: quod autem dixit Deus, ego sum Deus Abrahā & Deus Isaac & Deus Iacob, tēporale nomē esse: non curauit Deus cùm dixisset, Ego sū qui sum, & qui est misit me ad vos, dicere quòd hoc ei nomen sit in æternū: quia etsi hoc non diceret, intelligeretur. Est enim verè est, & eo ipso quod verè est, sine initio & sine termino est. Quod verò propter hominem est, ego sum Deus Abrahā & Deus Isaac & Deus Iacob,
D ne ibi suboriretur humana solli citudo, quia hoc temporale est, nō sempiternū, securos nos fecit, quia de tēporalibus ad æternam vitā nos perducit. Hoc, inquit, mihi nomē est in æternū, nō quia æternus Abraham & æternus Isaac & æternus Iacob, sed quia Deus illos facit æternos postea sine fine. Habuerunt quippe initiū, sed finem non habebunt. In Abraham & Isaac & Iacob totam Ecclesiam eius cogitate, omne semen Israël cogitate: omne autem semen Israël, non solùm quod est ex carne, sed etiam quod est ex fide. Apostolus enim gentibus loquebatur quibus dicebat: Si ergo vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. Benedicimur ergo omnes in Deo Abraham & Isaac & Iacob. Arborem quidem benedixit quandam, eámque oliuam creauit, sicut dixit Apostolus, ipsos patriarchas sanctos vnde effloruit populus Dei. Sed hæc arbor oliuæ putata est, non ampu-

Exod. 3. d.
Galat. 3. d.

putata, & inde super bi rami fracti sunt: ipse est blas-
A phemus & impius populus Iudæorū. Manserūt tamen rami boni & vtiles: nam inde Apostoli fuerunt.

Et cùm ibi rami vtiles relicti essent, per Dei misericordiam insertus est & oleaster gentium, cui dicit Apostolus: Tu autem cùm esses oleaster insertus es in illis, & particeps pinguedinis oliuæ factus es. Noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriatis, non tu radicē portas, sed radix te. Hæc vna arbor est pertinens ad Abraham & Isaac & Iacob: & quod plus est, magis ad Abraham & Isaac & & Iacob pertinet oleaster insertus quàm rami confracti. Illi enim per fragmentum iā nō ibi sunt, oleaster non ibi erat & ibi est. Illi per superbiā frangi meruerunt: iste per humilitatem inseri meruit. Illi amiserunt radicem, iste tenuit eam. Cùm ergo audistis Israël Dei, Israël pertinentem ad Deū, inde nolite vos facere alienos. Oleaster quidē fuistis, sed oliua e-
B stis, participes pinguedinis oliuæ. Nā vultis nosse in Abrahā & Isaac & Iacob quomodo sic insertus oleaster, ne putetis vos ad hāc arborē non pertinere, quia non pertinetis carnaliter ad semen Abraham? Dominus quando miratus est fidem Centurionis illius, qui non erat de populo Israël, sed erat de populo gentium: Propterea, inquit, dico vobis, quia multi ab Oriente & Occidente venient. Ecce iam oleaster in manu insertoris, multi ab Oriente & Occidente venient. Videmº quid ferat inserendum, vbi inserat videamus. Et recūbent, inquit, cum Abrahā, Isaac & Iacob, in regno cælorum. Videmus & quid inseruit, & vbi inseruit. De ramis superbis naturalibus quid dicit? Filij autem regni ibūt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Res prænunciata, res impleta. Ergo psallite Domino quoniam suauis est, & attēdite quæ circa nos fecit. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israël in
C possessionē sibi.) Laudate, psallite, quoniam fecit ista. Talia dico quæ capere valeatis. Cæteras gētes sub angelis posuit: Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionem sibi. Gentē suā fecit agrum quem coleret, quem ipse seminaret. Quāuis ipse omnes gentes condiderit, cæteras angelis cōmisit, sibi istā possidendam seruandámque deputauit: Hunc populū, hunc Iacob. Meritò illius, an gratia sua? De nōdum natis ait, Maior seruiet minori. Apostolus dixit. Quod meritum habere nondum nati potuerunt, antequam quisquā eorum egisset aliquid boni aut mali? Non ergo se extollat Iacob, non glorietur, non suis meritis tribuat. Antè est præcognitus, antè prædestinatus, ante electus: nō suis meritis electus, sed gratia Dei inuentus & viuificatº. Sic & omnes gentes. Nam vt insereretur quid meruit oleaster, amaritudine baccarū, sterilitate syluestri? Lignum quippe erat syluæ, nō agri Dominici, & tamen
D ille per misericordiam suā & oleastrū inseruit in oliuā. Sed adhuc non erat insertus oleaster, quādo Dominus elegit sibi Iacob, Israël in possessionē sibi. Et quid Propheta? Quoniam ego cognoui quòd magnus est Dominus.) Mente volante ad superna, erecta à carne, trāscendente creaturam, cognouit quia magnus est Dominus. Non omnes possunt videdo cognoscere: laudāt quod fecit, quoniam suauis est. Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionē sibi. Et hic illum laudas: Nā & ego cognoui, quia magnus est Dominus. Propheta loquebatur, qui intrauit in sanctuarium Dei, qui audiuit fortè ineffabilia verba, quę nō licet homini loqui, qui dixit quod posset ab hominibus dici, & tenuit, apud se quod nō posset dici. Ergo & audiatur ad quod possumus, & credatur ad quod non possumus. Ad quod possumus audiatur, quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionem sibi: ad quod non

Rom. 11. c.
Matth. 8. b.
Rom. 9. b. c.
Rom. 11. c.
1. Cor. 12. b

A possumus credatur, quia ipse cognouit quòd magnus est Dominus. Si illi diceremus, rogamº te, explica magnitudinem illius: nónne fortè responderet nobis, non est valde magnus, quem video, si à me poterit explicari? Redeat ergo ad opera eius & dicat nobis: Habeat ipse in conscientia magnitudinē Dñi, quia vidit, quā nobis credendā cōmēdauit; quò nostros oculos pducere non potuit: enumeret quædā quę hic Dominus fecit, vt & nobis, qui magnitudinē illius sicut ille videre non possumus, dulcescat ex operibº suis quæ capere possumus. Quia ergo, inquit, cognoui quod magnus est Dominus: Et Deus noster super omnes deos.) Quos deos? Sicut dicit Apostolus: Etsi sunt qui dicantur dij in cælo & in terra, sicut sunt dij multi & domini multi; nobis tamen vnus est Deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Dicantur dij homines. Dictū
B est enim, Deus stetit in synagoga deorū: dictū est, Ego dixi dij estis & filij altissimi omnes: nōne super homines Deus? Sed quid magnū si super homines Deus? Et super angelos Deus, quia angeli nō fecerūt Deum, angelos fecit Deus: & necesse est super omnia quæ fecit, sit ipse qui fecit. Cognoscēs ergo magnitudinem Domini iste, & vidēs eum super omnem esse creaturam, non tantum corporalem, sed etiam spiritalē: Rex magnus, inquit, super omnes deos. Ipse est summus Deus, qui super se non habet Deū. Opera eius dicat, ipsa capiuntur. Omnia quęcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.) Quis autem comprehendat hæc? Quis enumeret opera Dñi in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis? Si cōprehēdere omnia nō possumus, tamen omnia inconcussè credere & tenere debemº, quoniā quicquid creaturarū in cęlo, quicquid in terra, quicquid in mari & in
C omnibus abyssis, à Domino factū est: quia omnia quæ voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, sicut iā diximus. Non omnia quæ fecit coactus est facere, sed omnia quæcūque voluit fecit. Causa omnium quæ fecit, voluntas eius est. Facis tu domū: quā si nolles facere, sine habitatione remaneres. Necessitas coegit te facere domum, non libera voluntas. Facis vestem: quia si non faceres, nudus ambulares. Ad faciēdā ergo vestem necessitate duceris, non libera voluntate. Conseris montem vitibus, semen spargis: quia nisi feceris, alimenta non habebis. Omnia hęc necessitate facis. Deus bonitate fecit, & nullo quod fecit egūit: ideo omnia quæcunque voluit fecit. Putas habemus & nos quod libera voluntate faciamus? Ea enim quæ diximº ex necessitate facimus: quia si nō faceremus, egentes & inopes remaneremus. Inuenimus aliquid quod libera
D voluntate faciamus? Inuenimus planè, cùm ipsum Deū amando laudamus. Hoc enim libera voluntate facis, quando amas quod laudas: non enim ex necessitate, sed quia placet. Vnde iustis & sanctis Dei placuit Deº, etiam flagellans eos. Quādo iniquis omnibº displicet, placuit illis: & sub flagello eius, in ærumnis, in laboribus, in vulneribº, in egestate cōstituti laudauerūt Deū. Non eis displicuit nec torquēs. Hoc est gratis amare, nō quasi ꝓposita acceptione mercedis, quia ipsa merces tua summa Deus ipse erit, quem graris diligis: & sic amares debes, vt ipsum pro mercede desiderare nō desinas qui solus te fatiet, sicut Philippus desiderabat cū diceret, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Meritò, quia hoc de libera voluntate facimus, & de libera voluntate facere debemus, quia delectati facimus, de hinc amādo facimus: quia & si corripimur ab illo, nobis nunquā displicere debet, quia semper iustus est. Hoc dixit ille laudator eiº, In me sunt Deus vota tua, quæ

1. Cor. 8. a.
Psal. 81. a.
1. sent. dist. 4 & hæc itaque.
Ioan. 14. c.
Psal. 55. c.

A quæ reddam laudationes tibi. Et alio loco, Voluntariè Psal.53.b. sacrificabo tibi. Quid est, voluntariè sacrificabo? Voluntariè laudabo te; quia sacrificium laudis, inquit, glorificabit me. Si cogereris offerre Domino tuo sacrificium gratum illi & acceptum, sicut antea vouebātur sacrificia in vmbra futurorum, fortè non inuenires in grege tuo placitum taurū, in capris hircum aræ Domini dignum, nec in ouili tuo arietē dignū ad victimā Domino tuo, & non inueniens satageres quid faceres, & diceres fortè Deo: Volui & non habui. Nūquid potes de laude dicere, volui & non habui? Ipsum voluisse, laudasse est. Non enim verba à te quærit Deus, sed cor. Neque enim potest quisquam dicere, & linguam non habui. Si quis obmutescit aliqua valetudine, linguam nō habuit, & tamen laudē habuit. Si enim Deus aures carnales haberet, & sono tui corporis indigeret, idcirco cùm remansisses sine lingua, sine laude etiā remaneres. B Nūc verò quia cor quærit, cor inspicit, intus testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator: sufficit vt of- Rom.10.c. feras voluntatem. Cùm potes, ore cōfitere ad salutem: cùm autem non potes, corde crede ad iustitiā. Corde laudas, corde benedicis, corde in arā consciētiæ victi- Luc.2.b. mas sacras imponis: & respōdetur tibi: Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Ille igitur Deus qui omnipotens est in cęlo & in terra, omnia quæcunque voluit fecit: tu in domo tua non facis omnia quæ vis. Ille in cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, tu fac vel in agro tuo omnia quæ vis. Multa vis, & non potes in domo tua facere omnia quæ vis. Contradicit fortè vxor, contradicūt filij, aliquādo & seruulus contumacia contradicit, & nō facis quod vis. Sed facio, inquis, quod volo: quia in non subdito ac contradicente vindico. Nec hoc facis cùm vis. Aliquando vindicare vis & non potes: aliquādo minaris, & antequā facias quod C minaris moreris. Putamus in teipso facis quod vis? Frenas omnes cupiditates tuas? Forsitan frenas. Nunquid efficis ipse vt cupiditates non surgant quas frenas? Certè enim hoc vis, non titillari molestia cupiditatū tuarum: & tamen caro concupiscit aduersus spiritum, & Gal.5.c. spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis. Tu in teipso non facis quod vis, Deus autem noster in cælo & in terra omnia quæcūque voluit fecit. Ipse tibi dat gratiam vt in teipso facias quod vis: nisi enim ipso adiuuante, nec in te facis quod vis. Etenim cùm ille scilicet Paulus non faceret in se quod vellet, idcirco quia caro concupiscit aduersus spiritū, spiritus autē aduersus carnem, vt non ea quę vultis faciatis, cùm de Rom.7.d. se ipse gemeret, dicens: Condelector legi Dei secundū interiorem hominē, video autem aliā legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuū me ducentem in lege peccati quę est in membris meis: quia D non solum in domo sua, nec solum in agro suo, sed in carne sua vel in spiritu suo non impleuit quę volebat, clamauit ad Deum qui omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra: & dixit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ille bonus, & ille suauis tanquam responderet ei, continuò subiecit, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Hanc ergo suauitatem amate, hanc suauitatem laudate. Intelligite Deum qui omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, ipse & in vobis faciet quod vultis, ipso adiuuante voluntatem vestram implebitis. Sed dum non potestis, confitemini: cùm poteritis, gratias agite. Iacentes clamate, erecti superbire nolite. Ille ergo in cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, in mari & in omnibus abyssis. Suscitans nubes ab extremo terræ.) Videamus ista opera Domini in eius creatura. Veniunt enim nubes ab extremo terræ ad medium, & pluunt: vnde surrexerint nescis. Ergo indicat illud propheta ab extremo terrę, siue ab imo, siue à circundatione finium terræ. Vnde vult excitat nubes, tamen à terra. Fulgura in pluuiam fecit.) Nā fulgura sine pluuia terrerēt te, & nihil tibi darent. Fulgura sunt, contremiscis: pluit, gaudes. Fulgura in pluuiam fecit: qui terruit, ipse vt gauderes fecit. Qui educit ventos de thesauris suis.) Ab occultis causis vnde nescis. Quia enim flat vētus sentis: qua causa flat, vel de quo thesauro rationis eductus sit, nescis: debes Deo tamen pietatem credendi, quia non flaret nisi iussisset ille qui fecit, nisi produxisset ille qui creauit. Videmus ergo hæc in creatura ista, laudamus, miramur, benedicimus Deū. Videamus quæ fecit in omnibus propter populū suū. Qui percussit primogenita Ægypti.) Etenim illa diui- Exod.11.d. na dicta sunt quæ amares, & nō erant dicta quæ timeres. Attendite, quia & quādo irascitur facit quod vult. Percussit primogenita Ægypti, Ab homine vsque ad pecus. Immisit signa & ꝓdigia in medio tui Ægypte.) Nostis, legistis quanta per Moysen fecerit manꝰ Domini in Ægypto ad terrēdos, ad contundēdos, ad deiiciendos superbos Ægyptios. In Pharaonē & in omnes seruos eiꝰ. Parū est in Ægypto. Quid posteaquàm eductus est inde populus? Qui percussit gentes multas.) Quæ possidebant terram, quam volebat Deꝰ dare populo suo. Et occidit reges fortes, Seon regem Amor- Num.21.c. Iosue 13.a. rhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaā.) Omnia ista quomodo cōmemorat breuiter Psalmus, sic ea legimus in aliis libris Dominicis, & magna ibi manus Domini. Quando tu vides quæ facta sunt in impios, caue ne fiant in te. Ad hoc enim in illos facta sunt, vt tu trāsires & eos non imitareris, & talia nō patereris. Tamē vide quia flagellū Domini est super omnē carnem. Ne putes te non videri quando peccas, ne putes te contemni, ne putes Dominū dormire: attende exempla beneficiorum Dei cùm ea recolis, & cū vindictam Dei recolis time. Omnipotens est, & ad consolandum, & ad castigandū: ideo sunt ista vtilia cū legūtur. Quando autem pius videt quod passus est impius, purgat se ab omni impietate, ne veniat & ipse in talem pœnam, talémque vindictam. Bene ergo hæc accepistis. Quid deinde fecit Deus? Expulit impios: Et dedit terram eorū hæreditatem, hæreditatē Israël seruo suo. Deinde exultatio laudis eius, Domine nomen tuum in seculum.) Post ista omnia quæ fecisti. Quid enim video quæ fecisti? Inspicio creaturam tuam quam fecisti in cælo, inspicio hanc imam partem vbi habitamus: & hinc video beneficia tua nubium, ventorum, pluuiarum. Populum tuum attendo. Eduxisti eos de domo seruitutis, & signa & prodigia fecisti inter inimicos eorum, punisti eos quos molestos patiebantur, impios de terra sua eiecisti, reges eorum occidisti, terram eorum populo tuo dedisti. Vidi omnia, & impletum est os meum laude: dixi, Domine nomen tuum in secula.

Expositio mystica.

HÆc quidem ad literam quomodo scripta sunt videmus, nouimus, laudamus. Si autem aliquid significant, non sim onerosus dum explico vt potero. Ecce in ipsis hominibus possum agnoscere, quia in Psal.113.b. cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit. Cælum enim æthereum spiritales accipio, terram carnales: ex his duobus tanquam cælo & terra constat Ecclesia Dei, & ad spiritales pertinet prædicatio, ad carnales pertinet obsecundatio. Nam & cæli enarrant Psal.18.a. gloriam Dei, & facta manuum eius annunciat firmamentum. Si autem terra Dei non esset plebs Dei, non dice-

1.Cor.3.b. diceret Apostolus: Dei ædificatio, Dei agricultura estis: sicut sapiēs architectus fundamentum posui, alius superædificat. Ergo ædificium Dei sumus, & ager Dei 1.Cor.9.a. sumus. Quis, inquit, plantat vineam, & de fructu eius non percipit? Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deꝰ incrementū dedit. Ergo & in Ecclesia sua, & in prædicatoribus suis, & in plebibus suis, tanquā in cælo & in terra omnia quęcūque voluit fecit. Parū est in eis: in mari & in omnibus abyssis, omnia quæcunque voluit fecit. Mare sunt omnes infideles, omnes nondū credētes: & in eis omnia quæcūque voluit fecit. Nō enim sæuiunt infideles, nisi permittātur, aut vindicatur in eos quādo peruersi sunt, nisi iusserit ille qui fecit omnes gētes. Puta quia mare est & nō terra, nunquid ideo à potestate Dei omnipotentis alienū est? Et in mari & in omnibus abyssis quæ voluit fecit. Qui sunt abyssus? Latētia corda mortalium, profundæ cogitationes hominū. Quo- Psal.10.b. modo & ibi facit Deus quod vult? Quia Dominus interrogat iustū & impiū: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Et vbi illum interrogat? Alibi scri- Sapien.1.c. ptū est, In cogitationibus impij interrogatio erit. Ergo & in omnibus abyssis omnia quæcunque voluit fecit. Latet cor bonū, latet cor malū: abyssus est & in corde bono, & in corde malo. Sed hæc nuda sunt Deo, quē nihil latet. Consolatur cor bonū, torquet cor malum. Omnia ergo quæ voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Suscitans nubes ab extremo terrę.) Quas nubes? Prædicatores verbi veritatis suę. De Esa.5.b. quibus nubibus alio loco irascēs vineæ suæ dicit, Mādabo nubibus meis ne pluant super illam imbrem. Et parū est excitasse nubes de Hierusalē vel de Israël, quas misit prædicare Euangeliū suū in toto orbe terrarū: de Psal.18.a. quibus nubibus dictū est, In omnē terrā exiuit sonus e- Matt.24.b. orum, & in fines orbis terræ verba eorū. Parū est hoc: sed quia ipse Dominus ait, Prædicabitur hoc Euangelium regni in toto orbe terrarū, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis: excitat nubes ab extremo terrę. Nā crescēte Euangelio, vnde erunt prędicatores Euangelij in finibus terrę, nisi ibi excitet nubes Hier.10.c. ab extremo terrę? De ipsis autem nubibus quid operatur? Fulgura in pluuiā fecit.) Minas ad misericordiam flexit, de terroribus irrigauit. Quomodo de terroribus irrigauit? Quando tibi minatur Deus per Prophetam & per Apostolū, & times, nónne coruscatio terruit te? Sed cùm pœnitendo corrigeris & agnoscis hoc misericordia fieri, in pluuiam vertitur fulguris terror. Qui educit ventos de thesauris suis.) Eosdem puto prędicatores & nubes & ventos: nubes propter carnem, vētos propter spiritum. Nubes enim videntur, venti sentiūtur & non videntur. Denique quoniam carnē videmus esse de terra: nubes, inquit, excitat ab extremo Ioan.3.b. terrę. Expressit vnde excitat nubes: venit ad vētos, quia spiritus hominis ignoratur vnde veniat. Producēs, in- Exod.12.d. quit, ventos de thesauris suis. Paululū attendite, & cæ- Psal.135.b. tera videamus. Qui percussit primogenita Ægypti, ab homine vsque ad pecus.) Primogenita nostra salua sint in Domino, quoniam ipse ea dedit nobis. Molesta autem pœna est, & nimium terribilis plaga mors primogenitorum. Quæ sunt primogenita nostra? Mores isti nostri quibus nūc seruimus Deo, ipsa sunt primogenita nostra. Primitias enim habemus ipsam fidem, vnde incipimus. Ecclesiæ quippe dictum est, Et venies & pertransies ab initio fidei: & nemo incipit bene viuere, nisi à fide. Fides ergo nostra in primogenitis nostris est. Quando custoditur fides nostra, cætera subsequi possunt. Nam quando purgantur homines quotidie proficiendo in melius, meliúsque viuendo, ipso interiore homine renouato de die in diem, sicut dicit A Apostolus, Etsi exterior noster homo corrumpitur, in- 2.Cor.4.c. terior autē renouatur de die in diem, ideo fit quia primogenita fides viuit: de qua primogenita fide & Apostolus ait: Nō solū autē, sed & nosipsi primitias spiritus Rom.8.d. habentes, id est, dantes iā Deo primitias spiritus nostri: hoc est, ipsam fidem tanquā primogenita nostra: tamē in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectātes redemptionē corporis nostri. Si ergo magna Dei gratia est, vt conseruetur fides nostra: magna pœna est occidere primogenita, quando homines in afflictione Ecclesiæ constituti perdūt fidē. Affligunt enim Ecclesiā, vt perdant fidē: nam & ipsa Ægyptus afflictio interpretatur. Quicūque ergo affligūt Ecclesiam, quicūque scandala Ecclesiæ immittunt, etsi Christiani appellantur, moriuntur primogenita eorū. Erunt infideles, & erunt inanes, habentes tātum nomen & signū. In corde autem primogenitum suum sepelierunt, vsqueadeò, vt B quando eis aliquid dixeris, propter bonā vitā, ꝓpter spē vitæ ęternæ, & propter timorem ignis æterni, apud se subsannēt: aut si tales sūt vt audeāt corā te, os torqueāt & dicant, quis huc inde reuersus est? dicunt sibi homines quod volunt. Et Christianꝰ est. Sed quia affligens occisus est primogenitus eius, mortua est fides eius: & hoc ab homine vsque ad pecus. Dicam, fratres, quod sentio. Homines intelligas spiritaliter significari tanquam doctos, propter rationalem animā, quod est homo: pecora verò indoctos, sed tamen habentes fidem, nam non haberent primogenita. Sunt docti qui affligunt Ecclesiam, schismata & hæreses faciendo. Proinde nec in illis inuenis fidem, quoniam facti sunt Ægyptus, id est, afflictio populo Dei. Occisa sunt primogenita eorum, trahunt post se turbas indoctas, ipsa sunt pecora. In hac ergo afflictione qua ecclesia affligitur, moritur in affligentibus fides. Moriuntur primogenita C & in ipsis doctis & indoctis, quia occidit Deus primogenita Ægyptiorum ab homine vsque ad pecꝰ. Immisit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius.) Pharao rex Ægyptiorum. Nomen attendite, & videte quemadmodum ista faciat Deus. Rex in omni gente prior est. Ægyptus afflictio est, Pharao dissipatio. Afflictio ergo regē habet dissipationem: quia illi qui affligunt Ecclesiam, dissipati affligunt. Vt enim affligant, dissipantur: quoniam rex ducit, populus sequitur. Præcedit dissipatio, sequitur afflictio. Audite, audite, nomina hęc interpretatione typica & sapientia plena. Nec vnum inuenis ex istis nominibus quod boni aliquid interpretetur, vbi exercuit Deus iram suā. Percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Dic quos reges & quas Num.21.e. gentes? Seon regem Amorrhæorū. Audite nomina grauida sacramentis. Seon regē, inquit, Amorrhæorū oc- D cidit. Occidit planè: & nūc occidat à cordibus seruorū suorū, & à tentationibus Ecclesiæ suæ, ne cessent manus eius in occidēdis talibus regibus & talibꝰ populis: interpretatur enim Seon tentatio oculorum: Amorrhæi interpretantur amaricantes. Iam hic videte si intelligere possumus quomodo amaricantes regem habeant tentationem oculorum. Tentatio oculorum non est nisi mendacium oculorum: habet colorem, veritatem non habet. Iam quid mirum est si amaricantes talem habeant regem, mendacem regem? Nisi enim mendacium & simulatio præcedat, non sunt amaricantes in Ecclesia: inde enim amaricant, quia fingunt. Præcedit tentatio oculorum, amaricatio sequitur: & in ipso diabolo præcessit. Nam si tentatio oculorum non est, quomodo transfigurat se 2.Cor.11.c. velut in angelum lucis? Occidat manus Domini & illum & illos: illum ne inducat, illos vt corrigantur.

Etenim

Etenim in vnoquoque homine occiditur ille rex, quãdo dãnat simulationẽ, & diligit veritatẽ. Manus Dei nõ quiescit id agere. Nã quẽadmodũ egit ad literam tũc, sic agitur nũc spiritaliter: vt impleat nũc quod tũc prophetice prænũciauit. Occidit etiã aliũ regẽ & aliũ populum eius. Et Og regẽ Basan.) Et hic quã mal? Og interpretatur cõclusio: Basã interpretatur cõfusio. Malus est rex ille, qui intercludit viã ad Deũ. Hoc enim agit diabolus, semper opponendo figmẽta sua, opponẽdo idola sua, opponẽdo se necessariũ per arrepticios sortilegos, augures, aruspices, magos, sacra dæmoniorũ, concludit viã. Quomodo per Christũ id agitur vt pateat via quę fuerat interclusa (nã per eũ redemptus quidam dicit, Et in Deo meo transgrediar murum) sic diabolus modò nihil aliud agit nisi vt intercludat viã, ne credatur in Deũ. Si enim creditur in Deum, patet via: & ipse Christus est via. Si autẽ non creditur in eũ, intercluſa est via. Si autẽ interclusa fuerit quia nõ creditur, quid restat nisi vt cũ venerit qui non credebatur, confundantur qui nõ crediderũt? Quare? Quia cõclusio præcedit, sequitur cõfusio. Conclusio præcedit vt rex, sequitur cõfusio tanquã plebs. Quos modò cõclusit vt nõ credãt in Christum, quãdo apparuerit Christus, omnes confundentur, & traducẽt eos ex aduerso iniquitates eorũ. Tunc dicẽt impij cõfusi, Quid nobis profuit superbia? Magna mysteria, fratres mei. Dissipatio ex afflictione, dissipantur vt affligãtur. Magna mysteria, tentatio oculorũ, id est, fallacia rex amaricantiũ: fallunt enim vt amaricent. Cõclusio rex confusionis. Concluduntur enim ne transeant ad fidẽ: & cùm venerit in quem credimus, confundentur. Et omnia regna Chanaan.) Occidit Deus. Chanaan interpretatur paratus humilitati. Humilitas quasi bonũ aliquod significat, sed si sit vtilis humilitas: nã mala humiliatio pœnalis est. Si enim humiliatio non pertineret ad pœnam, non diceretur: Qui se exaltat, humiliabitur. Non enim beneficiũ illi præstatur, quando punitur vt humilietur. Chanaã ergo modò superbus est. Omnis impius, omnis infidelis exaltat cor suum: nõ vult credere in Deũ. Sed hæc exaltatio parata est humilitati in diẽ iudicij: tunc humiliabitur quãdo non vult. Sunt enim vasa iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem. Modò extollant se, garriant, extendant se super fideles, irrideant fideles, irrideant Christianos: dicant, anicularia sunt ista quæ dicunt de die iudicij. Ista elatio eorum parata est humiliationi. Quando venerit iudex qui modò annunciatus irridetur: tunc iste qui modò superbit, non vtiliter, sed pœnaliter humiliabitur. Modò autem non humiliatur, sed paratur humilitati: id est, paratur dãnationi, paratur victimæ. Omnia ergo ista euertit Deus, corporaliter tunc, quando patres nostri educti sũt de terra Ægypti: euertit spiritaliter nũc, nec cessat manus eius vsque in finem. Ideo ne istas potentias Dei tunc putes deractas cessasse: Domine, nomẽ tuũ, inquit, in seculo.) Id est, non cessat misericordia tua, non cessat manus tua in seculo ista facere, quę tunc prænunciasti figurando: omnia enim illa in figura contingebant in illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos finis seculorum obuenit.

Num.21. g. Psal.17.c. Ioan. 14.a Sap.5.b. Iosue 13.a Luc.14.c. & 18.c. Rom.9.c. 1.Cor.10.c

Domine memoriale tuum in generationem & generationem.) Generatione ista & generatione altera. Generatione qua fideles efficimur, & per baptismum renascimur: generatione qua à mortuis resurgemus, & angelis coniuncti viuemus in æternum. Memoriale tuum Domine & super generationem istam, & super illam generationem: quia nec nunc nos oblitus est vt vocaret, nec tunc obliuiscetur vt coronet. Memoriale tuum Domine in generationem & generationem. Quoniam iudicabit Dominus plebem suam.) Cõpleuit certè omnia illa in populo Iudæorũ. Nunquid iam remanserunt opera eius postquã induxit plebem suã in terrã repromissionis? Adhuc planè iudicabit Dominus plebẽ suã. Et in seruis suis aduocabitur.) Iam iudicauit ipsam plebem: excepto iudicio futuro, iudicata est plebs Iudæorum. Quid est, iudicata? Separati inde sunt iusti, & remanserũt iniusti. Si autem mẽtior aut mẽtiri existimor, quia dixi, iã iudicata est: audi Dominũ dicentẽ, In iudiciũ veni in hunc mundũ, vt qui nõ vidẽt videãt, & qui vident cæci fiant. Excæcati sunt superbi, illuminati sunt humiles. Iudicauit ergo plebem suam. Ipsum iudicium dixit Esaias: Et nunc tu domus Iacob, venite & ambulemus in lumine Domini. Parum est hoc, sed quid sequitur? Dimisit enim plebem suam domum Israël. Ipsa est domus Iacob, quæ est domus Israël: qui enim Iacob, ipse est Israël. Nostis sanctas literas, & puto quòd vobis veniat in mentem, quia ipse Iacob quando vidit angelum secum luctari, tunc accepit nomen vt appellaretur Israël. Vnus homo est siue Iacob siue Israël, vna persona est: domus Iacob, & domus Israël, vna gens, vna plebs: hanc inuitat, & hanc dimittit. Et nunc iã certè occidisti Christum ô domus Iacob, iam occidisti Christum, iam caput ante crucem agitasti, iam pendentem irrisisti, iam dixisti, Si filius Dei es descẽde de cruce: iam rogauit medicus, phreneticis, Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Certè iã fecisti ista omnia, & nunc crede in eũ quem occidisti, bibe sanguinẽ quem fudisti. Et nũc tu domus Iacob testimoniũ ex te exponere cupio quod hic dixit. Quoniam iudicabit Dominus plebẽ suam, & in seruis suis aduocabitur. Iudicasse enim intelligitur plebẽ suã, separando in ipsa plebe sua bonos à malis, fideles ab infidelibus, Apostolos à Iudæis mendacibus. Hoc significauit, vt dicere cœperam, per Prophetã dicẽs: Iã post illa mala omnia ô tu domus Iacob, venite ambulemus in luce Domini. Quare vobis dico, venite ambulemus in luce Domini? Ne remanendo in Iudaismo, nõ peruenietis ad Christũ. Quare? Nõ semper ibi prophetatus est Christus? Sed nunc dimisit plebem suam, domũ Israël. Venit dom⁹ Iacob, quia dimisit plebem suam domũ Iacob. Venit dom⁹ Israël, quia dimisit plebẽ suam domum Israël. Quæ venit, & quæ dimissa est, nisi quia hoc est iudiciũ, vt qui nõ vident videant, & qui vident cæci fiant? Iudicabit ergo Dominus plebem suam. Separauit ergo, & non ibi inueniet quos in regnũ suũ restituat? Planè inueniet. Et in seruis suis aduocabitur. Nõ repulit, ait Apostolus, plebẽ suã quam præsciuit. Et vnde probat? Nam & ego Israëlita sum. Ergo iudicabit Dominus plebem suã, separando bonos à malis: hoc est, in seruis suis aduocabitur. Quibus? A gentibus. Quantæ enim gentes credendo venerunt? Quanti fundi, quanta loca deserta modò veniũt? Veniunt inde nescio quanti, credere volunt, & dicim⁹ eis, Quid vultis? Respondent, Nosse gloriam Dei. Credite fratres, mirati nos & gaudere ad talem vocem rusticanorum. Veniunt nescio vnde, excitati à nescio quo. Quid dicam à nescio quo? Imò scio à quo: quia nemo venit, inquit, ad me, nisi quem pater traxerit. Veniunt subitò de sylua, de deserto, de remotissimis & arduis montibus ad Ecclesiam, & hanc vocem habent plerique & penè omnes eorum, vt videamus verè intus docentem Deum. Impletur scriptura prophetica qua dictum est, Erunt omnes docibiles Deo. Quid desideratis, dicimus illis: & illi, Videre gloriam Dei. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Credunt, consecrantur, clericos sibi ordinari exigunt. Nónne impletur, & in seruis suis aduo-

Ioan.9.g. Esa.1.b. Gene.32.f Matt.27.c. Luc.23.c. Ioan.6.c. Esa.54.c. Ioan.6.c.

aduocabitur? Denique post istam totam dispositionẽ & dispensationẽ, conuertit se spiritus Dei ad exprobrãda & irridenda idola quæ iã irridentur à cultorib⁹ suis: Idola gentiũ argentũ & aurũ.) Ista omnia Deo facienti, qui in cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, qui iudicabit plebẽ suam, & in seruis suis aduocabitur: quid restat figmentũ, nisi ridendũ, nõ adorandũ? Idola gentiũ dicturus erat, fortasse vt contẽnere emus ista omnia: dicturus erat idola gentiũ, nõ dico lapides & ligna, gypsum & testam: nõ hæc dico, vilis materia est. Illud quod valde amant, vel quod valde honorant dico, idola gentiũ argentũ & aurũ. Certè aurum est, certè argentum est. Nunquid quia lucet argẽtũ, lucet aurũ, ideo oculos habent & vident? Sic quomodo argẽtum est, quomodo aurum est, vtile fortè auaro, non religioso, imò verò nec auaro vtile, sed vtile bene vtẽti, & per eius erogationẽ cælestem thesaurũ acquirenti: tamen nũc cùm ista insensata sint, quid facitis homines de argento & auro deos? Quos deos facitis, nónne videtis quòd nõ videãt? Oculos habent & nõ videbũt, aures habent & non audient. Nares habent & non odorabunt, os habent & non loquentur. Manus habent & non operabuntur, pedes habent & non ambulabunt.) Omnia ista artifex, faber argentari⁹, aurifex facere potuit, & oculos, & aures, & nares, & os, & manus, & pedes: sed nec lucem oculis, nec auditum auribus, nec vocem ori, nec sensum narib⁹, nec motũ manibus, nec iter pedibus dare potuit. O homo, rides; iam proculdubiò quod fecisti, si à quo factus es agnouisti. De illis autẽ qui nõ agnouerũt, quid dicitur? Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidũt in illis.) Et creditis fratres, exprimi in eis quandam similitudinem idolorũ, non quidem in carne eorum, sed in interiore homine eorũ. Nã aures habent & non audiunt: ad illos quippe clamat Deus: Qui habet aures audiendi audiat. Oculos habent & non vident. Habẽt enim oculos corporis, sed nõ habent oculos fidei. Denique impletur hæc prophetia per omnes gentes. Videte quomodo dictum sit per Prophetam. Nihil allegoricũ, nihil figuratum cõmemoro. Propriam, expressam, simplicem, manifestam audite prophetiam prædictam, videte completam. Præualuit, inquit, Dominus aduersus eos, propheta dicit Sophonias. Aduersus repugnantes, & aduersus rebellantes, & de occisione fidelium martyres facientes, sed tamen nescientes, præualuit Dominus aduersus eos. Et quomodo præualuit? In Ecclesia sua, videmus quia præualuit aduersus eos. Volebant paucos Christianos extinguere, occidere: sanguinẽ fuderunt, de sanguine occisorum tanti exurrexerunt, à quibus illi interfectores martyrũ superarẽtur. Tamen & modò quærunt vbi abscõdãt idola sua, qui primò Christianos propter idola trucidabant. Nõne præualuit aduersus eos Dominus? Vide si facit quod sequitur, Præualuit Dominus aduersus eos. Et quid fecit? Exterminauit omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum vnusquisque de loco suo, omnes insulę gentium. Quid est hoc? Nónne prædictum erat? nónne completum est? nónne vt legitur sic videtur? Et illi qui remanserunt, oculos habent & non vident, nares habent & non odorantur. Non sentiunt illum odorem, Christi bonus odor sumus, sicut dicit Apostolus, in omni loco. Quid prodest, quia nares habent & non odorantur tam suauem odorem Christi? Verè in illis factum est, & verè de illis dictum est, Similes illis fiant omnes qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Sed quotidie credunt per miracula Christi Domini, quotidie aperiuntur oculi cæcorum, & aures surdorum, inspirantur nares insensatorum, diſ-

Sap.15.d. Matt.11.b. Soph.2. 2.Cor.2.d.

solũtur ora mutorũ, constringuntur manus paralyticorũ, corrigũtur pedes claudorum, de lapidibus istis excitantur filij Abrahæ. Quibus omnibus iã dicatur, Domus Israël benedicite Dominũ.) Omnes filij Abrahæ: & sic de lapidibus istis suscitãtur filij Abrahæ. Manifestum est quia illi sunt magis domus Israël, qui pertinent ad domũ Israël, qui pertinent ad semen Abrahæ, non carne, sed fide. Domus Israël benedicite Dominum. Sed fac domũ Domini illam dici, & populũ Israël vocari: crediderunt inde Apostoli, & milia circũcisorũ. Domus Israël benedicite Dominũ, Domus Aaron benedicite Dominũ, Domus Leui benedicite Dñm.) Benedicite populi Dominũ, hoc est, domus Israël generaliter. Benedicite prępositi, hoc est, dom⁹ Aaron: benedicite ministri, hoc est domus Leui. Quid de cæteris nationibus? Qui timetis Dominum benedicite Dominum.) Omnes ergo vna voce dicamus quod sequitur: Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.) Ex Sion & Hierusalem. Sion speculatio, Hierusalem visio pacis. In qua Hierusalem nunc habitaturus est? In illa quę cecidit? Nõ, sed in illa matre nostra quæ est in cælis, de qua dictũ est, Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virũ. Nunoergo Dñs est Sion, quia speculamur quoad veniat: nũc tamẽ quã diu in spe viuimus, in Sion sumus. Finita via habitabimus in illa ciuitate quæ nũquã ruitura est, quia & Dominus habitat in ea, & custodit eam, quæ est visio pacis æterna Hierusalẽ, pacis illius, fratres mei, cui laudãdæ lingua nõ sufficit, vbi nullum hostem iã sentiem⁹, nec in Ecclesia, nec extra Ecclesiã, nec in carne nostra, nec in cogitatione nostra. Absorbebitur mors invictoriam, & vacabimus ad videndum Deũ in pace æterna, ciues Hierusalem facti ciuitatis Dei.

Matt.3.a. Gal.4.d.

IN PSALMVM CXXXV.

enarratio.

CONFITEMINI Domino quoniam bonus, quoniam in æternũ misericordia eius.) Psalmus iste laudem continet Dei, & eodẽ modo in omnibus suis versibus terminatur. Proinde quamuis hic in laudem Dei multa dicantur, maximè tamen eius misericordia cõmendatur: sine cuius cõmẽdatione apertissimè nullũ versum claudi voluit, per quẽ Spiritus sanctus cõdidit psalmũ. Memini autẽ me in psalmo cẽtesimoquinto, qui similiter incipit, quoniã codex quẽ intuebar, nõ habet In æternũ, sed In seculũ misericordia ei⁹, quęsisse quid potius intelligere deberemus. In Græco enim sermone scriptum est, εἰς τὸν αἰῶνα, quod & in seculũ & in æternum interpretari potest. Sed quid illic vt potui disseruerim, etiã hic retexere longũ est. In isto autem psalmo etiã idẽ ipse codex nõ habet in seculũ, quod plerique habẽt: sed, in ęternum misericordia eius. Quod etsi post iudiciũ, quo in fine seculi viui & mortui iudicãdi sunt, missis iustis in vitã æternã, iniquis autẽ in ambustionẽ æternã, nõ sint deinceps futuri quorũ adhuc misereatur Deus, rectè tamen intelligi potest in æternũ futurã misericordiam ei⁹, quã suis sanctis fidelibũsque largitur: non quia in æternum miseri erũt, & ideo in æternum misericordia eius indigebũt: sed quia ipsa beatitudo, quã misericorditer miseris præstat, vt esse miseri desinant, & beati esse incipiant, nõ habebit finẽ, ideo in æternum misericordia eius. Quòd enim iusti erim⁹ ex iniquis, sani ex infirmis, viui ex mortuis, & immortales ex mortalibus, beati ex miseris, misericordia eius est. Hoc autem quod ita erimus, in æternum erit: ergo in æternum misericordia eius. Proinde cõfitemini Domino: id est, cõfitendo laudate Dominum, quoniam bonus. Nec pro hac cõfessione aliquid estis temporale sumpturi: quoniam in æternum

Matt.24.d.

misericordia eius, id est, beneficiũ quod vobis misericorditer præstat, in æternũ est. Quod autẽ habet, quoniam bonus, græcus habet ἀγαθὸς: non sic habet in Psalmo centesimo & quinto, quod ibi est quoniam bonꝰ, Græcus habet χρηστὸς. Ideo non nulli illud interpretati sunt, quoniam suauis est. ἀγαθὸς autem nõ vtcũque bonus, sed excellentissimè bonus est. Deinde sequitur, Confitemini Deo deorũ, quoniã in æternũ misericordia eius: Cõfitemini Domino dominorũ, quoniam in æternũ misericordia eius.) Qui nam sint dij & domini, quorũ deorũ & dominorũ sit Deus & Dominꝰ qui est verus Deus, meritò quæri solet. Et scriptũ inuenimus in alio Psalmo, deos etiã homines appellatos, sicuti est,
Psal. 81. a. Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autẽ deos discernit. Et paulò pòst, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem vt homines moriemini, & sicut vnꝰ
Ioan. 10. f. ex principibus cadetis. Quod testimonium etiã Dominus in Euangelio cõmemorat dicẽs, Nónne scriptũ est in lege vestra, quia ego dixi dij estis & filij excelsi? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundũ, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filiꝰ Dei sum? Non ergo quia boni sunt omnes, sed quia sermo Dei ad illos factus est, appellati sunt dij. Nã si propterea quia boni essent omnes, non sic eos diiudicaret. Cũ enim dixisset, Deus stetit in synagoga deorũ: non ait, in medio deos & homines discernit: tanquã ostendens quid intersit inter deos & homines: sed in medio, inquit, deos discernit. Deinde sequitur, Vsquequò iudicatis iniquitatẽ? & cætera. quæ vtique nõ omnibus, sed quibusdam dicit, quia discernẽs dicit, & tamen in medio deos discernit. Sed quæritur si homines ad quos sermo Dei factus est dij vocantur, vtrum & angeli vocandi sunt dij: cùm hominibus iustis & sanctis maximum præmiũ promittatur æqualitas angelorũ. Et in Scripturis quidẽ nescio vtrũ vel possit, vel facilè possit reperiri, apertè dictos angelos deos: sed cùm de Domino Deo dictum esset, Terribilis super omnes deos, cur
Psal. 95. a hoc dixerit, continuò velut exponẽdo coniunxit, Quoniam dij gentiũ dæmonia. Super tales deos dixit Dominum terribilẽ in sanctis suis quos cælos fecit, à quibꝰ dæmonia terrerẽtur. Sic enim sequitur, Dominus autẽ cælos fecit. Non ergo dij sine additamento, sed dij gẽtium dęmonia: superius tamen terribilis, inquit, super omnes deos. non ait, super omnes deos gentiũ; quãuis intelligi hoc voluerit, addendo quod sequitur, Quoniã dij gentiũ dæmonia. Quod quidem in Hebræo dicitur nõ ita esse scriptũ, sed dij gẽtiũ simulacra. Quod si verum est, multo magis credendi sunt Septuaginta diuino spiritu interpretati, quo spiritu & illa dicta sunt quæ in Hebræis literis sunt. Eodẽ nãque operante spiritu, etiã hoc dici oportuit quod dictũ est, Dij gentium dęmonia: vt intelligeremꝰ sic etiã in Hebræo positum, Dij gentium simulacra; vt dæmonia potius quę sunt in simulacris, significarentur. Nã quod attinet ad ipsa simulacra quæ Græcè appellantur, idola, quo nomine iam vtimur pro Latino, oculos habẽt & nõ vident, & cætera quæ de his ideo dicuntur, quia omni sensu carẽt: quocirca nec terreri possunt, quia nisi ea quæ sentiunt, terreri vtiq; nõ possunt. Quomodo ergo dictum est de Dño, Terribilis est super omnes deos, quoniam dij gẽtium simulacra, nisi per simulacra intelligantur dæmonia quę terreri possunt? Vnde ait & Apostolus,
1. Cor. 8. a Scimus quia nihil est idolum: hoc enim rerulit ad materiã terrenã sensu carentem. Item ne quisquam putaret non esse aliquam viuentem sentientémque naturam, quæ gentium sacrificiis delectetur, adiunxit: Sed
1. Cor. 10. c. quæ immolant gẽtes, dæmoniis immolant & nõ Deo.

A Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Si ergo nusquam in eloquiis diuinis reperitur sanctos angelos appellatos deos, ea mihi causa potissimum occurrit, ne in isto nomine homines ad hoc ædificarentur, vt ministerium vel seruitium religionis quæ Græcè liturgia, vel latria dicitur, sanctis angelis exhiberent: nec quod ipsi exhiberi ab hominibꝰ volunt, nisi illi Deo qui & ipsorum & hominũ Deus est. Vnde multo vtilius angeli vocãtur, qui Latinè nũcij nuncupantur: vt per nomẽ nõ substãtiæ, sed officij, satis intelligamus illum Deum à nobis cos coli velle quẽ nunciant. Totam ergo istã quæstionem breuiter Apostolus soluit, vbi ait, Nam etsi sunt
1. Cor. 8. b. qui dicantur dij, siue in cælo siue in terra, quẽadmodũ sunt dij multi & domini multi, sed nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Confiteamur ergo Deo deorum, & Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius. Qui
B facit mirabilia magna solus.) Sicut in omnium versuũ nouissimis partibus positum est, Quoniam in æternum misericordia eius, sic & in omnium capitibus quamuis nõ sit positum, subaudiẽdum est, cõfitemini. Quod in Græco euidẽtius apparet. Appareret autẽ & in Latino, si eandẽ locutionẽ transferre potuissẽt interpretes nostri. Quod quidem in isto versu possent, si dicerent facienti mirabilia. Quod enim nos habemus, Qui facit mirabilia; Græcus habet, facienti mirabilia, vbi necessariò cõfitemini subauditur. Atque vtinam vel pronomen adderẽt, vel dicerent, ei qui facit, vel ei qui fecit, vel ei qui firmauit: quia etiam sic facilè intelligeretur cõfitemini esse subaudiẽdum. Nunc verò ita obscurũ factum est, vt qui codicem Græcum siue nescierit inspicere, siue neglexerit, possit putare, qui fecit cælos, qui firmauit terram, qui fecit luminaria ma-
C gna, quoniam in ęternum misericordia eius, ideo dictum quasi propterea ista fecerit, quoniam in æternum misericordia eius, cùm ad eius misericordiam illi pertineant quos de miseria liberat, non autem vt eius misericordię fuisse intelligamus facere cęlum & terram, & luminaria, cùm illud sit bonitatis eius qui Gen. 1. d. creauit omnia bona valde. Creauit autem omnia vt essent: hoc verò misericordię, vt à peccatis nostris mundet nos, & à miseria liberet in ęternum. Ita ergo nos alloquitur Psalmus, Confitemini Deo deorum, confitemini Domino dominorum, confitemini ei qui facit mirabilia magna solus: Confitemini ei Qui fecit cælos in intellectu.) Confitemini ei Qui firmauit terram super aquas.) Confitemini ei Qui fecit luminaria magna solus.) Cur autem confiteamur, in omnium versuum finibus ponit: Quoniam in æternum misericordia eius. Sed quid est, qui facit mirabi-
D lia magna solus? An quia multa mirabilia fecit per angelos & per homines? Sunt quędam magna quę solus Deus facit, & ipsa exequitur dicens, Qui fecit cęlos in intellectu, qui firmauit terram super aquas, qui fecit luminaria magna solus. Ideo & hic addidit, solus, quia cętera mirabilia quę dicturus est, per homines fecit. Cùm enim dixisset, Qui fecit luminaria magna solus, quę sunt eadem luminaria, secutus aperuit, Solem in potestatem dici, Lunam & stellas in potestatem noctis.) Deinde incipit dicere quę per angelos vel per homines fecerit. qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum.) Et cętera. Vniuersam igitur creaturam nõ vtique Deus per aliquam creaturam, sed solus fecit. Cuius creaturę quasdam partes excellentiores commemorauit, ex quibus vniuersa cogitaremus: intelligibiles cęlos & visibilem terram. Et quoniam sunt etiam cęli visibiles, commemoratis

moratis eorum luminaribus, totũ cæleste corporeũ vt ab ipso factum acciperemus, admonuit: quanquam id A quod ait, Qui fecit cælos in intellectu, vel, sicut alij interpretati sunt, in intelligentia, vtrũ cęlos intelligibiles significare hoc modo voluerit, an in suo intellectu, vel in sua intelligentia fecisse cælos, hoc est, in sua sapiẽtia,
Psal. 103. c sicut alibi scriptũ est, Omnia in sapiẽtia fecisti: eo modo insinuãs vnigenitum verbũ, quæri potest. Sed si ita est vt in suo intellectu fecisse accipiamus Deum cælos, cur tãtum de cælis hoc ait, cùm omnia in eadẽ sapientia fecerit? An ibi tantũ exprimẽdum fuit, vt in cæteris etiam tacitum posset intelligi, vt iste sit sensus, Qui fecit cælos in intellectu, qui fundauit terram super aquas: vt & hic subaudias in intellectu, Qui fecit luminaria magna solus, solem in potestatẽ diei, lunã & stellas in potestatẽ noctis, vtique in intellectu? Quomodo ergo solus, si hoc est in intellectu, vel in intelligẽtia quod est in sapiẽtia, id est, in verbo vnigenito? An quia trinitas nõ B sunt tres dij, sed vnus Deus, ad id refertur quod solus Deus fecit, quia creaturã non per creaturam fecit? Sed quid est, qui firmauit terrã super aquas? Obscura enim quæstio est: quia terra grauior videtur vt non portari aquis, sed aquas potius portare credatur. De qua re ne aduersus eos qui se putant ista certis rationibus cõperisse, contentiosè Scripturas nostras defendere videamur, siue illud ita siue aliter sit, habemus quod de proximo intelligamus. Terram quæ habitatur ab hominibus, & terrestria continet animalia, quæ alio modo in
Genes. 1. b Scripturis arida dicitur, sicut scriptũ est, Appareat arida, & vocauit Deus aridã terram, super aquas esse fundatam, quòd aquis circumfluentibus supereminet. Nõ enim quæ dicitur litoraria ciuitas super maria fundata, ita sub ea mare est, quẽadmodum sunt aquæ sub spelũcarũ cameris, aut sub nauibus supernatãtibus: sed ideo super mare dicitur, quia inferiori mari in primos fines C
Exod. 14. c. f. supereminet. Sic dictus est Pharao exisse super aquam: ita enim habet Græcus, quod quidam Latini habẽt ad aquam: sic Dominus super puteum sedebat, quòd ambo superiores essent quàm flumen & puteus, ille iuxta flumen, iste iuxta puteũ. Si autem etiam aliquid aliud quod ad nos magis pertinet ista dicta significant, Fecit Deus cęlos in intellectu, spiritales sanctos suos, quibus non tantum credere, verumetiã intelligere diuina donauit: hoc qui nondũ possunt, & solam fidẽ firmissimã tenent, tanquam infra cælos terræ nomine figurantur. Et quia in baptismo quẽ acceperunt incõcussa credulitate consistunt: ideo dictũ est, Firmauit terram super aquas. Item quia dictum est de Domino Iesu Christo, quòd in illo sint oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: hæc autẽ duo, id est, sapientiã & scientiam distare inter se aliquid, alia quoque scripturarum testantur eloquia, maximè loquente sancto Iob, vbi quodã-
Iob 28. d modo singula definiũtur: Dixit autẽ homini, Ecce pietas est sapientia, abstinere autẽ à malo scientia est: non D incongruenter intelligimus sapientiã in cognitione & dilectione eius quod semper est, atq; incõmutabiliter manet, quod Deus est. Nam & quod ait, Ecce pietas est sapientia, θεοσέβεια dicta est in Græco: quod vt totũ Latinè exprimatur, Dei cultus dici potest. Abstinere autẽ à malo, quod dixit esse scientiã, quid est aliud, quàm in medio nationis tortuosæ & peruersæ tanquã in nocte huius seculi cautè prudentérq; versari: vt abstinendo quisque ab iniquitate nõ cõfundatur tenebris, proprij muneris luce discretus? Cùm ergo quodã loco Apostolus concordẽ gratiarũ Dei varietatẽ in hominibus Dei vellet ostendere, hæc in primis duo posui dicens, Alij quidẽ datur per spiritum sermo sapientiæ: hoc esse
1. Cor. 12. b. arbitror, solem in potestatẽ dici. Alij sermo scientię secundũ eundem spiritum, hoc est lunam. Deinque quodammodo stellas cõmemorari puto in eo quod dicitur, Alij fides in eodem spiritu, alij curationum donatio in vno spiritu, alij operationes virtutũ, alij prophetia, alij diiudicatio spiritũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ. Nihil enim horũ est, quod in huius seculi nocte non sit necessariũ: quæ cùm transierit, necessaria ista non erunt, ideo in potestatem noctis. In potestate quippe ait, vel diei vel noctis, vt potestas esset die lucere vel nocte: quod in spiritalibus donis sic intelligitur, quia dedit potestatẽ filios Dei fieri. Qui per-
Ioan. 1. b cussit Ægyptum cũ primogenitis eorum. Percussit &
Exod. 12. c seculum cum his quæ præcipua putãtur in seculo. Qui eduxit Israël de medio eorũ.) Eduxit etiam sanctos ac
Exod. 13. c fideles suos de medio malorum. In manu potẽti & brachio excelso.) Quid potẽtius, quid excelsius eo de quo dictũ est, Et brachium Domini cui reuelatum est? Qui B diuisit mare rubrum in diuisiones.) Diuidit etiã baptismum: vt vnus atque idem baptismus aliis sit in vitam, aliis sit in mortem. Et eduxit Israël per medium eius.) Educit etiam innouatum populũ suum per lauacrũ regenerationis. Et percussit Pharaonẽ & virtutem eius in mari rubro.) Celeriter interimit, & peccatum suũ reatúmque eius per baptismũ. Qui traduxit populum suũ in deserto.) Traducit & nos in huius seculi ariditate & sterilitate, ne in ea pereamus. Qui percussit reges ma-
Num. 21. e gnos, & occidit reges fortes.) Percutit atque occidit etiã à nobis diabolicas & noxias potestates. Seon regẽ Amorrhæorum.) Germẽ inutile vel tentationẽ calentẽ, quod interpretatur Seon: regem amaricantiũ, quod interpretatur Amorrhæorũ. Et Og regẽ Basan.) Coaceruantem, quod interpretatur Og: & regem cõfusionis: quod interpretatur Basan. Quid enim coacetuat diabolus, nisi cõfusionẽ? Et dedit terrã eorum hæredi-
Iosue 13. a tatem, hæreditatẽ Israël seruo suo.) Dat etiã quos diabolus possidebat hæreditatẽ semini Abrahæ, quod est Christus. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et redemit nos ab inimicis nostris.) Sãguine vnigeniti sui. Qui dat escã omni carni.) Hoc est, omni hominum generi, nõ tantum Israëlitarum, sed & gentium: de qua esca dicitur, Caro mea verè est esca. Confitemini Deo
Ioan. 6. f cæli, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.) Quod hic ait, Deo cęli, credo aliter dicere voluit quod suprà iã dixerat, Deo deorum. Nam quod ibi deinde subiunxit, hoc etiã hic repetiuit. Cõfitemini Domino dominorũ. Sed etsi sunt quid dicun-
1. Cor. 8. a tur dij, siue in cælo, siue in terra, quẽadmodum sunt dij multi & domini multi: sed nobis vnus est Deus pater, ex quo omnia & nos in ipsum, & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum: cui confitemur quoniam in æternum misericordia eius.

IN PSALMVM CXXXVI.
Præfatio.

OBLITOS vos esse nõ arbitror commendasse nos vobis, imò cõmemorasse nos quòd omnis eruditus in sancta ecclesia nosse debet vnde ciues simus, & vbi peregrinemur, & peregrinationis nostræ causam esse peccatum, reuersionis autem munus remissionem peccatorum, & iustificationẽ gratiæ Dei, duas ciuitates permixtas sibi interim corpore & corde separatas currere per ista volumina seculorum vsque in finẽ. Audistis & nostis. Vnam cui finis est pax æterna, & vocatur Hierusalem: alterã cui gaudium est pax temporalis, & vocatur Babylonia. Interpretationes etiam nominum, si non fallor, tenetis: Hierusalẽ interpretari visio-

nem pacis, Babyloniã confusionẽ. Hierusalẽ in Babylonia captiua tenebatur nõ tota: ciues enim eius & angeli sunt: sed quod attinet ad homines prędestinatos in gloriã Dei futuros per adoptionẽ cohæredes Christi, quos de ipsa captiuitate redemit sanguine suo. Particulam ergo istã ciuitatis Hierusalem captiuã teneri in Babylonia ꝓ peccato, incipere autẽ inde exire prius corde per confessionem iniquitatis & charitatem iustitiæ, deinde postea in fine seculi etiã corpore separandam; cõmendauimus in eo Psalmo, quẽ primò hic cum vestra dilectione tractauimus, qui ita incipit, Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votũ in Hierusalẽ. Hodierna autem die decãtauimus: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion.) Videte quia in illo dictũ est, Te decet hymnus Deus in Siõ: hic autẽ, Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion. Illa Sion vbi decet hymnus Deum. Quę sunt ergo flumina Babylonis, & quid est nostrum sedere & flere in recordatione Sion? Si enim ciues inde sumus, non tantũ hoc cantamus, sed & agimus. Si ciues sumus de Hierusalẽ, id est, de Sion & in ista vita, in ista confusione huius seculi, in istã Babylonia non ciues habitamus, sed captiui detinemur, oportet vt nõ tantum ista decantemus, sed & faciamus affectu cordis pio, religioso desiderio æternæ ciuitatis. Habet & hæc ciuitas quę Babylonia dicitur, amatores suos cõsulentes paci tẽporali, & nihil vltrà sperantes, totúmque gaudium suum ibi figentes & ibi finiẽtes, & videmus eos pro republica terrena plurimũ laborare: sed in ea quicũque fideliter versantur, si non ibi appetãt superbiã & periturã elationẽ otiosamque iactantiã, sed veram fidẽ exhibeant, quã possunt, quãdiu possunt, quibus possunt, ad quãtum videt terrena, & ad quãtum intelligunt speciẽ ciuitatis, non eos finit Deus perire in Babylonia: prędestinauit enim eos ciues Hierusalem. Intelligit captiuitatem eorum Deus, & ostendit illis aliam ciuitatẽ, cui verè debeãt suspirare, pro qua debeãt cuncta conari, ad quã capessendam debeant ciues suos secum peregrinos quantũ valuerint adhortari. Propterea dicit Dominus Iesus Christus, Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est. Et rursum dicit, Si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis dabit vobis? Tamẽ charissimi attendite flumina Babylonis. Flumina Babylonis sunt omnia quæ hic amãtur & transeunt. Nescio quis amauit, verbi gratia, agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare animum, inde percipere voluptatẽ: attendat exitum, & videat illud quod amauit nõ esse fundamentũ Hierusalẽ, sed fluuiũ Babylonis. Alius dixit, magna res est militare. Omnes agricolæ formidãt eos qui militant, obsequũtur eis, tremunt eos. Si fuero agricola, timebo militarẽ: si fuero militaris, timebor ab agricola. O insane, in alium te Babylonis fluuiũ præcipitasti, turbulentiorem & rapaciorem: & cùm tu timeri vis à minore, time maiorẽ potestatẽ, te ipso maior fieri potest subitò qui te timet, nunquã autẽ erit minor quem debes timere. Aduocatũ esse, inquit, magna res est, potentissima eloquẽtia in omnibus habere susceptos, pendentes ex lingua diserti patroni sui, & ex eius ore sperãtes, vel dãna, vel lucra, vel mortẽ, vel vitam, vel perniciẽ, vel salutẽ. Nescis quò te miseris. Alius & iste fluuius Babylonis est: & quod multũ sonat, strepitus aquæ saxa percutit. Attende quia fluit, attende quia labitur: & si attendas, quia fluit & labitur, caue quia trahit. Nauigare, inquit alius, & negotiari magnũ est, scire multas prouincias, lucra vndique capere, non esse obnoxiũ in ciuitate alicui potenti, semper peregrinari, & diuersitate negotiorum & nationum animum pascere, & augmẽtis lucrorum diuitem remeare. Fluuius est & iste Babylonis. Lucra tua quando stabunt? Quando præsumpturus, quando securus eris ex his quæ acquiris? Quanto eris ditior, tanto timidior. Vno naufragio nudus exibis, & rectè te plãges in flumine Babylonis, quia noluisti sedere & flere super flumina Babylonis. Alij ergo ciues sanctæ Hierusalem intelligẽtes captiuitatem suam, attendunt humana vota & diuersas hominum cupiditates hac atque illac rapientes, trahentes, impellentes in mare. Vident hæc, & non se mittunt in flumina Babylonis, sed sedẽt super flumina Babylonis, & flent super flumina Babylonis, vel illos qui rapiuntur, vel seipsos qui in Babylonia esse meruerunt: sedentes tamen, hoc est humilitate humiliati. Super flumina ergo Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion. O sancta Sion, vbi totum stat, & nihil fluit. Quis nos in ista præcipitauit? Quare dimisimus conditorẽ tuum & societatem tuam? Ecce inter fluentia & labentia constituti, vix quisquã raptus à flumine, si tenere lignũ potuerit, euadet. Humiliati ergo in captiuitate nostra sedeamus super flumina Babylonis, nõ nos audeamus in illis fluminibus præcipitare: nec nos audeamus in nostræ captiuitatis malo atq; tristitia superbè erigere, sed sedeamus & sic fleamus. Sedeamus super flumina Babylonis, non infra flumina Babylonis: talis sit humilitas nostra, vt nos non mergat. Sede super flumina, noli in flumine, noli sub flumine: sed tamẽ sede humilis, loquere non quomodo in Hierusalem. Ibi enim stabis, quia de ipsa spe loquitur alius Psalmus, & cantat dicens, Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Ibi erigeris, si te hic pœnitendo & confitendo humiliaueris. In atriis ergo Hierusalem stantes erant pedes nostri. Super flumina verò Babylonis sedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion. Inde oportet vt fleas recordando Sion. Multi enim flent fletu Babylonico, quia & gaudent gaudio Babylonis. Quia gaudent lucris & flent damnis, vtrũque de Babylonia est. Flere debes, sed recordando Sion. Si recordando Sion fles, & quando tibi secundum Babyloniam bene est oportet vt fleas. Propterea dicitur in quodam Psalmo, Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Quid est quod dicit, inueni? Nescio quam tribulationem quasi quærendam inuenit, tanquam quæsitam. Et cùm inuenisset, quo lucro inuenit? Nomen Domini inuocauit. Multum interest vtrũ inuenias tribulationem, an inueniaris à tribulatione. Dicit enim alio loco: Dolores inferni inuenerunt me. Quid est, inuenerunt me dolores inferni? Quid est, tribulationem & dolorem inueni? Quando te repentè occupat tristitia perturbatis tibi rebus secularibus quibus oblectabaris, & quibus delectabaris: quando te repentina ipsa inuenit tristitia, vnde te nõ putabas posse fieri tristem, accidit, & tristis efficeris, inuenit te dolor inferni. Te enim sursum putabas, veruntamen deorsum eras: & cùm te dolor inferni inueniret, ibi te inuenisti deorsum qui sursum putabas te esse. Inuenisti enim te dolore affectum grauiter tristitia alicuius mali, vnde fortè præsumpseras te non fore tristem: inuenit te dolor inferni. Cùm autem bene est tibi, arrident omnia secularia, nullus tuorum obiit, nihil in vinea tua fortè vel aruit, vel grandinatum est, vel sterile apparuit, non acuit cupa tua, nõ abortum passum est pecus tuum, nõ exhonoratus es in aliqua dignitate secundum seculum constitutus, vndique amici tui & viuunt & seruant tibi amicitiam, clientes non desunt, filij obsequuntur, serui contremiscunt, coniunx concors, felix dicitur domus: ibi inuenis tribulationem, si aliquid potes, vt inuenta tribulatione inuoces nomen Domini. Peruersum

Psal. 64.a

Luc. 16.c

Psal. 114.a

Psal. 17.a

sum aliquid videtur docere sermo diuinus, flere in lętitia, & in mærore lætari. Audi in mærore lætantẽ: Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Flentem autẽ in lętitia, vide si inuenit tribulationẽ. Attẽdat quisquã ipsam felicitatẽ suã, qua exultauit anima eius, & tumuit quodammodo gaudio & extulit se, & dixit, Felix sum. Attendat si nõ fluat illa felicitas, si potest certus esse de illa quia manet in æternum. Si autẽ non est certus, & videt fluere vnde gaudet, fluuius Babylonis est: sedeat supra & fleat. Sedebit autem & plorabit, si recordatus fuerit Sion. O pax illa quã videbimus apud Deũ! ô illa sancta æqualitas angelorũ! ô illa visio & spectaculũ pulchrũ! Ecce in Babylonia pulchra sunt quę tenẽt: nõ teneant, nõ decipiãt. Aliud est solatium captiuorũ, aliud gaudium liberorũ. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.) Habent organa sua ciues Hierusalẽ, Scriptura Dei, præcepta Dei, promissa Dei, meditationẽ quandam futuri seculi: sed cùm agũt in medio Babyloniæ, organa sua in salicibus eius suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa: & hoc loco ita posita, vt nõ aliquid boni possit intelligi de salicibus. Alibi autẽ forsitã potest. Modò ligna intelligit sterilia, nascẽtia super flumina Babylonis. Rigãtur hæc ligna de fluminibus Babyloniæ, & nullum fructum ferunt. Sicut sunt homines cupidi, auari, steriles in omni opere bono: ita ciues Babylonię, vt etiã ligna sint illius regionis, ex istis voluptatibus rerũ transeuntiũ pascuntur, tanquam irrigata à fluminibus Babyloniæ. Quæris fructũ, & nusquã inuenies. Quando tales patimur, versamur cum eis qui sunt in medio Babylonis. Multum enim interest inter mediũ Babylonis, & exteriora Babylonię. Sunt qui nõ sunt in medio eius, id est, nõ tanta concupiscẽtia seculi, & delectationibus obruũtur. Qui verò, vt apertè dixerim & breuiter, multũ mali sunt, in medio Babylonis sunt, & ligna sterilia, tanquã salices Babylonis. Quando illos videmus, & tã steriles eos inuenimus, vt difficile nobis appareat in eis aliquid vnde possint duci ad fidem rectam, vel ad bona opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad concupiscentiã liberationis à captiuitate mortalitatis. Scripturas nouimus quas eis dicamus. Sed quia nullum fructũ in eis inuenimus vnde incipiamus, auertimus ab ipsis facię, & dicimus, Adhuc isti nõ sapiunt, nõ capiunt: quia quicquid illis dixerimus, sinistrum & aduersum habebunt. Ergo differẽdo circa eos Scripturas, suspẽdimus organa nostra in salicibus: nõ enim dignos habemus qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inserendo alligamus, sed differendo suspẽdimus. Salices enim sunt Babyloniæ ligna infructuosa, pasta in tẽporalibus voluptatibus, tanquam fluminibus Babyloniæ. Et videte si nõ hoc sequitur Psalmus: In salicibus, inquit, in medio eius suspendimus organa nostra. Quoniã illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos, verba canticorũ. Et qui abduxerũt nos, hymnum.) Subaudis, interrogauerunt nos. Verba canticorũ & hymnum interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos. Qui nos duxerũt captiuos? Fratres, quos sensimus aliquãdo captiuatores nostros? Sensit quidẽ illa Hierusalem Babylonios, Persas, Chaldæos, & illarum gentiũ & regionum homines captiuatores suos: & hoc postea, non quando isti Psalmi cãtabantur. Sed iã diximus charitati vestræ omnia quæ secundum literã: in illa ciuitate contingebant, figuras nostras fuisse: & facilè potest demonstrari captiuos nos esse. Non enim respiramus iam in auras illius libertatis: non enim fruimur puritate veritatis, & illa sapientia quæ in seipsa manẽs innouat omnia. Delectationibus tẽporalium rerum tẽtamur, & colluctamur quotidie cum suggestionibus illicitarum voluptatum: vix respiramus vel in oratione, captiuos non esse intelligimus. Sed qui nos captiuos duxerũt? Qui homines? quæ gens? quis rex? Si redimimur, captiui eramus. Quis nos redemit? Christus. A quo nos redemit? A diabolo. Diabolus ergo & angeli eius captiuos nos duxerunt, nec ducerẽt nisi consentientes. Nos ducti sumus captiui. Captiuatores nostri dixi qui sint. Ipsi sunt etiã latrones vulnerantes illum viatorem, qui descendit ab Hierusalẽ in Hiericho: quẽ sauciatũ semiuiuũ reliquerunt. Hũc ille custos noster, id est, Samaritanus, Samaritanus enim custos interpretatur, cui obiectũ est à Iudæis, & dictum, Nónne verũ dicimus, quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes? Et ille obiectorum duorum vnum respuit, & vnũ tenuit: Ego, inquit, dæmoniũ non habeo: nõ autẽ dixit, ego nõ sum Samaritanus. Si enim ille Samaritanus nõ custodierit, vtiq; perimus. Samaritanus ergo trãsiens vidit sauciatũ & vulneratũ derelictũ à latronibus, & sicut nostis, collegit. Sicut aliquãdo latronum nomine ponũtur, qui nobis plagas peccatorum inflixerunt, iã per nostræ captiuitatis cõfessionẽ: sic & captiuatores nostri ipsi dicuntur. Isti ergo qui captiuos duxerunt nos, diabolus & angeli eius, quãdo nobis dixerunt, & quando nos interrogauerunt verba canticorum? Quid ergo intelligimus? Quia cùm tales nos interrogant, in quibus diabolus operatur, intelligendus est ipse nos interrogare qui in eis operatur. Apostolus dicit, Et vos cùm essetis mortui in delictis & peccatis vestris, cùm viueretis in illis secundũ seculum mundi huius, secũdum principem potestatis aëris huius, spiritus qui tunc operabatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos, inquit, aliquando conuersati sumus. Ostendit se redẽptum de Babylonia, & cœpisse iã exire. Sed tamen adhuc quid dicit? Quia cum hostibus nostris cõfligimus. Et ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones, tulit intẽtionem nostrã Apostolus ab odio hominũ, & direxit in luctam quorũdam spirituum quos non videmus, & cum ipsis cõfligimus. Ait enim, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines quos videtis, à quibus mala videmini pati, qui vobis important persecutiones: nã pro ipsis orare pręcepti sumus. Nõ est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, id est, aduersus homines: sed aduersus principes & potestates, & rectores mũdi tenebrarũ harum. Quid dixit, mundi? Dilectorẽ mundi. Quos dixit dilectores mũdi, hos appellauit & tenebras, id est, iniquos, scelerato, infideles, peccatores: quibus iã credentibus gratulatur hoc modo vt dicat, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Ergo constituit nos luctam habere cũ illis principibus: ipsi nos duxerunt captiuos. Quomodo autẽ diabolus intrauit in cor Iudæ vt traderet Dominum, non autẽ intraret nisi ille locũ daret: sic multi mali homines de media Babylonia per desideria carnalia & illicita locũ dando diabolo & angelis eius in cordibus suis, vt in illis & de illis operetur, aliquando interrogãt nos, & dicunt nobis, Exponite nobis rationem. Pagani plerique dicunt ista nobis, Exponite nobis rationẽ, Quare venit Christus, & quid profuit Christus generi humano? Aliquando interrogant nos & dicunt nobis, Nónne ex quo venit Christus, peiora sunt in rebus humanis quàm fuerunt antea, & feliciores tunc erant res humanæ quàm modò? Dicant nobis Christiani, Quid boni attulit Christus? Vnde feliciores putẽt res humanas, quia venit Christus? Vides enim si theatra & amphitheatra & circi starent incolumes, si nihil caderet de Babylonia, si vbertas esset circumfluentiũ voluptatum hominibus cantaturis & sal-

Rom. 5.a

Luc. 10.f

Ioan. 8.f

Ephes. 2.a

Ephes. 6.b

Ephes. 5.b

Ioan. 13.a

Sap. 7.d.

taturis ad turpia cantica, si libido scortãtium & meretricantium haberet quietẽ & securitatem, si non timeret famẽ in domo sua qui clamat vt pantomimi vestiãtur: si hæc oĩa sine labe, sine perturbatione aliqua fluerẽt, & esset securitas magna nugarum, felicia essent tẽpora, & magnam felicitatẽ rebus humanis Christus attulisset. Quia verò cæduntur iniquitates, vt extirpata cupiditate plãtetur charitas Hierusalẽ, quia miscentur amaritudines vitę tẽporali, vt æterna desideretur, quia erudiuntur in flagellis homines paternã accipiẽtes disciplinam, ne iudiciariam inueniant sententiã, nihil boni attulit Christus, & labores attulit Christus. Et incipis dicere homini quanta bona fecerit Christus, & nõ accipit. Proponis enim illi eos qui faciunt quod modò
Matth. 19. audistis in Euangelio, Vendunt oĩa sua, & dãt pauperibus, vt habeant thesaurũ in cælis, & sequantur Dominũ. dicis illis, Ecce quod attulit Christus: Quàm multi faciunt ista, vt distribuant res suas egenis, & fiunt pauperes, non necessitate, sed voluntate, sequentes Deum, sperantes regnũ cælorum. Irrident isti quasi stultos. Et talia, inquiunt, bona attulit Christus, vt perdat homo res suas, & cùm dat egenis, remaneat egenus? Quid ergo facies? Bona Christi nõ capis. Alius enim te impleuit, qui aduersarius est Christo, cui dedisti locũ in corde tuo. Priora tẽpora respicis, & quasi lætiora tibi videntur fuisse tẽpora pristina, quæ sic erant tanquã oliuæ pendentes in arbore, ducentibus ventis quasi quadam libertate auræ perfruentes vago quodã desiderio suo. Ventũ est vt oliua mitteretur in torcular. Nõ enim semper pendere habebat in arbore, iã finis est anni. Nõ
Psal. 8. 80. 83. sine causa inscribuntur Psalmi quidã pro torcularibus: in arbore libertas, in torcularibus pressura. Cùm enim res humanæ conteruntur & premuntur, attendis quia crescit auaritia, attende quia crescit & cõtinentia. Quare tam cæcus es, vt amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas? Et hoc non sine causa. Qui enim malè versantur, publicè noti sunt. Qui autem se conuertunt ad Deum, & à sordibus malarum cupiditatum purgantur, occulti sunt: quia & in ipso vel ex ipso torculari amurca apertè fluit, oleũ occultè eliquatur. Acclamatis ad ista, & gaudetis ad ista: quia iam potestis sedere super flumina Babylonis, & flere. Illi autẽ qui captiuos duxerũt nos, quãdo intrant in corda hominum, & interrogant nos per linguas eorum quos possident: & dicunt nobis, Cantate nobis verba canticorum. Reddite nobis rationẽ aduẽtus Christi, & quæ est alia vita? Nolo credere, doce me rationẽ, quare mihi imperas vt credam? Respondeo illi, & dico, O homo quomodo nõ vis tibi imperem vt credas? Plenus es malis cupiditatibus. Si bonam dicam illam Hierusalem, non eam capis, oportet vt exinaniaris quo plenus es, vt possis impleri quo inanis es. Ergo noli facilè huic aliquid dicere: lignum est salicis, lignum est sterile. Noli percutere organum vt sonet, suspende potius. Sed ille D dicturus est, Dic mihi, canta mihi, redde mihi rationẽ. Noui quis dicat, non bono animo audis, non sic pulsas vt tibi dignum sit aperiri. Ille te impleuit qui me captiuum duxit, ipse me interrogat de te. Astutus est, dolosè quærit: non quærit quid discat, sed quid reprehendat. Ergo ego non dicã, suspendam organum meum. Sed quid dicturus est adhuc? Cantate nobis verba canticorum, cantate nobis hymnũ: Cantate nobis de canticis Sion.) Quid respondemus? Babylonia te portat, Babylonia te cõtinet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur: non nosti capere nisi quod fulget ad tempus, æterna meditari ignoras, non capis quod interrogas. Quomodo cantabimus cãticum Domini in terra aliena?) Verè fratres sic est. Incipite velle prædicare veritatem quãtulamcunque nostis, & videte quàm necesse A sit vt tales patiamini irrisores & exactores veritatis, plenos falsitatis. Respondete illis exigentibus à vobis quæ capere non possunt, & dicite ex fiducia sancti cãtici vestri, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Sed vide quomodo verseris inter eos, ô popule Dei, ô corpus Christi, ô generosa peregrinatio. Non es hinc, aliunde es: ne cum illi qui tibi dicunt, Cãtate nobis verba canticorum, dicite nobis hymnum, cantate nobis de canticis Sion, quasi amantur à te, & affectas amicitias eorũ, & times talibus displicere, incipiat te delectare Babylonia, & obliuiscaris Hierusalem. Hoc ergo timẽs vide quid subiiciat, vide quid sequatur. Passus est enim homo iste qui cantabat, & iste homo nos sumus si volumus. Passus est vndique talia interrogantes & adulatione blandientes, mordaciter reprehendentes, falso laudantes, quod nõ capiunt exi- B gentes, quo pleni sunt fundere nolentes: & inter turbas talium tanquam perielitans, erexit animum ad recordationem Sion, & constrinxit se talis anima iuratione quadam, & ait, Si oblitus fuero tui Hierusalem.) Inter verba captiuantium, inter verba doloforum, inter verba malè interrogantium, quærentium & discere nolẽtium. Ecce inde erat ciuis ille qui Dominũ interroga-
Matth. 6. b. uit, Magister bone quid faciam vt vitam æternã consequar? Nónne de vita æterna quærens quasi canticum Sion interrogauit? Serua mandata, ait illi Dominus. Et ille de fastu cùm audisset, respondit: Iam omnia hæc, inquit, impleui à iuuentute mea. Et Dominus dixit illi quiddam de canticis Sion, & nouerat quòd non caperet: sed exemplum dedit nobis quomodo multi quærant quasi consilium ad vitam æternam, & tamdiu nos laudant quamdiu respondeamus quod quærũt. Dedit de illo documentum, tanquam nobis dicturis aliquando talibus hominibus, Quomodo cantabimus canticũ C Domini in terra aliena? Ecce ait, Vis esse perfectus? Vade vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Vt discat multa cantica de canticis Sion prius impedimenta reiiciat, expeditus ambulet, ne vllo onere prægrauetur: & discet aliquid de canticis Sion. Ille autem cõtristatus abscessit. Dicamus post illum, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Et ille quidẽ discessit, spem tamen diuitibus Dominus dedit. Nam cõtristati discipuli dixerunt, Quis nam potest saluus fieri? Et respõdit eis, Quod hominibus impossibile est, facile est Deo. Habent enim & diuites quendam modum suum, & acceperunt canticum de Sion, canticum de quo A-
1. Tim. 6. d postolus dicit, Præcipe diuitibus huius seculi nõ superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Adiungens quid debeant agere, iam tangit organa, non suspendit. Diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Hoc canticum de canticis Sion diuites acceperunt, primò non superbè sapere. Extollunt enim diuitiæ: & quos extollũt, flumina illa extollunt. Quid ergo his præcipitur? Ante omnia non superbè sapere. Quod faciunt diuitiæ, hoc caueant in diuitiis: caueant in diuitiis superbiam. Ipsum enim malum est quod important maximè diuitiæ incautis hominibus. Non enim aurum malum est, quod Deus condidit, sed malus est homo auarus relinquens creatorem conuersus ad creaturam. Hoc ergo sibi præcaueat ne sit superbus, & super fluuium Babylonis sedeat. Hoc ergo illi dictum est, Non superbè sapere. Ergo sedeat, neque sperret in incerto diuitiarum. Ergo super flumina Babylo-

bylonis sedeat. Si enim sperauerit in incerto diuitiarũ, trahitur à flumine Babylonis. Si verò humiliauerit se A & non superbierit, & non sperauerit in incerto diuitiarum, sedet & super fluuium, suspirat æternæ Hierusalẽ recordatus Sion: & vt perueniat ad Sion, erogat. Ecce habes canticum quod diuites acceperunt de canticis Sion. Operentur, tangant organum, non vacent, cùm inuenerint hominẽ dicentem sibi, Quid est quod agis? Perdis res tuas tanta erogando, thesauriza filiis tuis. Cùm viderint non capere, & intellexerint lignum esse salicis: non facilè dicãt quare agant, & quid agant, suspendant organa in salicibus Babylonis. Præter salices autem cantent, non cessent, operentur. Non enim perdunt quod erogant. Seruo commendant & tutum est, Christo commẽdant & perit? Audistis canticum diuitum de canticis Sion, audite & canticum pauperum.
1. Tim. 6. b. Idẽ Apostolus loquitur: Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Victũ & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & desideria multa, stulta & noxia, quæ mergunt hominẽ in interitum & perditionem. Hæc sunt flumina Babylonis. Radix est enim omniũ malorũ auaritia, quã quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerũt se doloribus multis. Ergo cõtraria sunt ista cãtica? Non sunt contraria.
Ibidem. Videte quid diuitibus dictũ sit, Nõ superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed magis bona operari, tribuere, thesaurizare sibi fundamentum bonũ in futurum. Pauperibus autem quid dictum est? Qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationẽ. Non dixit, qui diuites sunt: sed, qui volunt diuites fieri. Nam si iã diuites essent, alterum canticũ audirent. Diues audit vt eroget, pauper autẽ audit ne desideret. Sed cùm inter tales versamini qui non capiunt canticũ Sion, suspendite, vt dixi, organa in salicibus in medio eius: differte C quæ dicturi estis. Incipiunt esse ligna fructuosa, mutãtur arbores, & habebunt fructum bonum. Ibi iam licet nobis cãtare in aures audientium. Sed cùm inter istos obstrepentes, male interrogantes, veritati resistentes versamini, obstringite vos nõ eis velle placere, ne obliuiscamini Hierusalem: & dicat vna anima vestra, facta vna ex multis pace Christi, dicat ipsa captiua Hierusalem hic agens in terra, Si oblitus fuero tui Hierusalem: Obliuiscatur me dextera mea.) Vehemẽter se cõstringit, fratres mei: obliuiscatur me dextera mea, atrociter se obligauit. Dextera nostra est vita æterna, sinistra nostra est vita temporalis. Quicquid facis propter vitam æternam, dextera operatur. Si charitati vitæ æternæ in operibus tuis miscueris concupiscentiam vitæ temporalis, aut laudis humanę, aut alicuius cõmodi secularis: cognouit sinistra tua quid faciat dextera tua. Et nostis esse in præcepto Euangelij, nesciat sinistra tua quid fa-
Matth. 6. a ciat dextera tua. Si oblitus ergo, inquit, fuero tui Hierusalem, obliuiscatur me dextera mea. Et verè si con- D tingit. Prænunciauit, non optauit. Talibus qui obliuiscũtur Hierusalẽ, hoc contingit quod dixit, Obliuiscitur illos dextera eorum. Vita enim æterna manet in se: illi remanent in delectatione temporali, & faciunt sibi dextrum quod sinistrum est. Intendite ad ista, fratres, propter dexteram insinuem hoc vobis, quantum Dominus donat ad salutem omnium. Meministis fortasse hic me aliquando tractasse de quibusdã, qui quod sinistrum est, faciunt dextrum: id est, qui temporalia bona plus habent, & in istis beatitudinẽ ponunt, ignorantes quæ sit vera felicitas, vera dextera. Hos scriptura filios alienos dicit tanquã ciues non Hierusalem, sed Baby-
Psal. 143. c lonię: dicit enim quodã loco psalmus, Domine libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Se- A quitur enim & dicit, Quorum filij sicut nouellæ cõstabilitæ: filiæ eorum ornatæ sicut similitudo tẽpli: cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc: oues eorum fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis: boues eorũ crassæ: non est ruina sepis, nec clamor in plateis eorũ. Nunquid habere istam felicitatẽ, hoc est peccare? Nõ, sed facere illam dexterã cùm sit sinistra. Propterea secutus quid ait? Beatum dixerũt populum cui hæc sunt. Ecce vnde locutum est os eorum vanitatem, quia beatum dixerunt populũ cui hæc sunt. Tu quidem qui docebis Hierusalem, qui non obliuisceris Hierusalem, ne obliuiscatur te dextera tua, ecce illi qui locuti sunt vanitatem, beatũ dixerunt populum cui hęc sunt: dic mihi tu canticum Sion. Beatus, inquit, populus cuius est Ibidem.
Dominus Deus ipsius. Interrogate corda vestra, fratres, si desideratis bona Dei, si desideratis ciuitatẽ illã B Hierusalem, si cõcupiscitis vitam æternam. Omnis ista terrena felicitas sinistra vobis sit, illa sit dextera quam semper habebitis. Et si habueritis sinistram, nolite de sinistra præsumere. Nónne corripis eum qui de sinistra voluerit manducare? Si mensæ tuæ iniuriam putas fieri manducante conuiua de sinistra: quomodo non fit iniuria mensæ Dei, si quod dextrum est, sinistrũ feceris, & quod sinistrũ est, dextrũ feceris? Quid ergo? Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuiscatur me dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero.) Id est, obmutescam, inquit, nisi tui meminero. Vt quid enim loquitur? vt quid sonat qui cantica Siõ non sonat? Ipsa est lingua nostra, canticum Hierusalẽ. Canticum delectationis seculi huius lingua aliena, lingua barbara est, quã in captiuitate didicimus. Ergo mutus erit Deo, qui oblitus fuerit Hierusalem. Et parum est meminisse: nam & hostes meminerunt eius, volentes eã euertere. Quæ est ciuitas ista, dicunt, qui sunt Christiani? & quales sunt Christiani? O si non essent Christiani! Vicit iã captiua turba captiuatores suos, & tamẽ murmurant & sæuiũt, & volunt interficere apud se peregrinantẽ sanctam ciuitatẽ: sicut voluit ipsum populum interficere Pharao, quando masculos natos occidebat, & feminas relinquebat, virtutes præfocabat, concupiscentias nutriebat. Parum ergo est meminisse, vide quomodo memineris. Quædam enim cum odio meminimus, quędam cũ amore. Cùm ergo dixisset, Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuiscatur me dextera mea, Adhæreat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero: addidit statim, Si non præposuero Hierusalem in principio iocũditatis meæ.) Ibi est enim summa iocunditas, vbi Deo perfruimur, vbi de fraternitate cohærente, & ciuica societate securi sumus. Nullus ibi tẽtator nos violabit, nullus vel aliquã illecebram percellere poterit, nihil ibi delectabit, nisi bonum. Morietur ibi omnis necessitas, orietur ibi summa felicitas. Si non præposuero Hierusalẽ in principio iocunditatis meę: D Et conuertit se ad Dominum contra hostes ipsius ciuitatis, Memento Domine filiorum Edom.) Edom ipse Genes. 25. d
dictus est qui & Esau: audistis enim modò cùm Apostolus legeretur, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Duo filij erant in vno vtero, ambo gemini in vtero Re- Rom. 9. e
becce, filij Isaac, & nepotes Abrahę. Nati sunt ambo, Genes. 25. e
vnus ad hęreditatem, alter ad exhęredationẽ. Fuit autẽ hostis fratris sui iste Esau, quia prę uenit benedictionem eius filius minor: & impletũ est, Maior seruiet minori. Maior ergo quis est, & minor quis est, & quis est maior qui seruiet minori, modò intelligimus. Maior Ibidem.
videbatur populus Iudęorum, minor ex tẽpore populus Christianorum. Et videte quomodo maior seruit minori. Illi portant codices, nos viuimus de codicibus

ipsorum. Sed vt generaliter de omnibus intelligatis, fratres, maiorem & minorẽ, maior dicitur homo carnalis, & minor dicitur homo spiritalis, quia prius est
1.Cor.15.f carnalis, & postea spiritalis. Habes Apostolũ apertè dicentem, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cælo est. Ibi autem suprà dixerat; Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. Animalẽ autem eundem dicit quem carnalem ostẽdit. Homo qui nascitur, animalis esse incipit, carnalis esse incipit. Si se conuertat à captiuitate Babyloniæ, in reditu Hierusalem renouatur, & fit renouatio quędam secundũ nouũ & interiorem hominẽ: & fit minor tẽpore, maior potestate. Ergo Esau oẽs carnales, Iacob autem omnes significat spiritales: minores electi, maiores illi reprobati. Vult & ipse eligi? Fiat minor. Edom autẽ appellatus est de cibo quodã lenticulę rubro, id est rosco quodam
Genes.25.d cibo. Bene cocta erat lenticula defricata, concupiuit
& 27.f iste Esau à fratre suo Iacob, & cessit illi primatum suũ, victus concupiscentia manducãdæ illius lenticulæ. Ille autem cessit cibum voluptatis, & sumpsit honorem dignitatis. Ita ex placito quodam inter eos factum est, vt ille maior, ille minor sit, vt maior seruiret minori: & appellatus est Edom. Interpretatur autem, quantũ dicunt qui illam linguam nouerunt, Edom, sanguis: nã & Punicè Edom sanguis dicitur. Noli mirari. Ad sanguinẽ
1.Cor.15.f pertinent omnes carnales. Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Non illuc pertinet Edom, pertinet illuc Iacob, quia caruit cibo carnali, & sumpsit honorẽ spiritalem. Ille verò factus est inimicus. Omnes carnales spiritalibus inimici sunt. Omnes tales concupiscentes præsentia, insequuntur eos quos vident meditari æterna. Contra hos iste respiciens in Hierusalẽ, & rogans Deum vt eruatur à captiuitate, quid dicit? Memẽto Domine filiorũ Edom. Libera nos à carnalibus, ab eis qui imitãtur illum Edom, qui fratres maiores sunt, sed hostes sunt. Prius nati sunt, sed posterius nati vicerũt ad primatum: quia cõcupiscentia carnis illos deiecit, contempta concupiscentia istos erexit. Viuunt & inuident & persequuntur. Memento Domine filiorum Edom, In diem Hierusalem.) Diem Hierusalẽ quo laborauit, quo captiuata est: an diẽ illum felicitatis Hierusalem quo liberatur, quo peruenit, quo æternitati sociatur? Memento, inquit, Domine, noli obliuisci filiorũ Edom. Quorum? Dicẽtium, Euacuate euacuate, vsque dum fundamentum in ea.) Istum ergo diem memento, quando euertere volebant illi Hierusalem. Quantas enim persecutiones passa est Ecclesia? Quomodo dicebant filij Edom, id est, carnales homines, subditi diabolo & angelis eius colentes lapides & ligna, sequentes concupiscentiam carnis, Extinguite Christianos, tollite Christianos, nec vnus remancat, euertite vsque ad fundamentum? Nónne dicta sunt hæc? Et cùm ista dicerentur, persequentes improbati sunt martyres coronati sunt. Dicentium euacuate, euacuate vsque dum fundamentum in ea. Filij Edom dicunt, Euacuate euacuate: & Deus dicit, seruite. Cuius verba possunt supe-
Genes.25.e rare, nisi Dei, qui dixit, Quia maior seruiet minori? Eua-
Rom.9.c cuate euacuate vsque dum fundamẽtum in ea. Et conuertit se ad illam, Filia Babylonis infelix.) Infelix ipsa exultatione tua, ipsa præsumptione tua, & inimicitiis tuis. Filia Babylonis infelix. Ciuitas ipsa dicitur Babylon & filia Babylonis, quomodo Hierusalem & filia Hierusalem, & quomodo Sion & filia Sion, hoc more appellatur ecclesia & filia ecclesiæ. Propter successionem dicitur filia, propter prælationem dicitur mater.

Fuit prima quædam Babylonia, nunquid ipse populus
A in ea permansit? Per successionem Babyloniæ, facta est filia Babylonis. O filia Babylonis infelix tu! Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.) Infelix tu, beatus ille, Quid enim tu fecisti, & quid retribuetur tibi? Audi, Beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, Quam retribuisti nobis.) Quam retributionem dicit? Ad hoc clauditur psalmus, Beatus qui tenebit, & elidet infantes tuos ad petram.) Illam dicit infelicem, beatum autem qui retribuet ei retributionem quam retribuit nobis. Quærimus, quam retributionem? Beatus, inquit, qui tenebit & elidet infantes tuos ad petram: Ipsa est retributio. Quid enim fecit nobis Babylonia ista? Iam
Psalm.64.d cantauimus in illo psalmo, Sermones iniquorum prę-
ualuerunt aduersus nos. Quando enim nati sumus, paruulos nos inuenit ista confusio seculi huius: & suffocauit nos errorum diuersorum vanis opinionibus adhuc infantes. Nascitur infans futurus ciuis Hierusalem, &
B in prædestinatione Dei iam ciuis: sed interim captiuatus ad tempus, quando discit amare quod insusurrauerint parentes. Instruunt & docent illum auaritiam, rapinas, mendacia quotidiana, diuersas culturas idolorum & dæmoniorum, remedia illicita præcantationum & ligaturarum. Quid facturus est adhuc infans, anima tenera, attendens ad maiores quid agant, nisi vt quod eos viderit agere hoc sequatur? Babylonia ergo persecuta est paruulos nos, sed Deus dedit nobis agnitionem sui iam grandibus, vt non sequeremur errores parentum nostrorum: quod & tunc com-
memoraui prædictum à Propheta, Ad te gentes ve-
Hier.16.d nient ab extremo terræ, & dicent, Verè mendacium coluerunt patres nostri, vanitatem quæ illis non profuit. Iam inuenies dicunt qui occisi erant paruuli sequendo ipsas vanitates: Proiiciendo autem vanitates, & reuiuiscendo in Deum proficiant, & retribuant
C Babyloniæ. Qualem retributionem ei retribuent? Quam retribuit nobis. Paruuli eius vicissim elidantur & moriantur. Qui sunt paruuli Babyloniæ? Nascentes malæ cupiditates. Sunt enim qui cum veteri cupiditate rixantur. Quando nascitur cupiditas, antequam robur faciat aduersum te mala consuetudo, cùm paruula est, cupiditas nequaquam prauæ consuetudinis robur accipiat, cùm paruula est elide illam. Sed
times ne elisa non moriatur, ad petram elide. Petra 1.Cor.10.b
autem erat Christus. Fratres, organa in operando non cessent, vobis inuicem cantate cãtica Sion. Quàm libenter audistis, tam libentius agite quod audistis: si non vultis esse salices Babyloniæ, pasti de fluminibus eius, & fructum nullum afferentes. Sed suspirate in æternam Hierusalem: quò præcedit spes vestra, sequatur vita vestra. Ibi erimus cum Christo. Christus nobis modò caput: gubernat nos modò desuper, amplectetur secum in illa ciuitate cùm æquales erimus an-
D gelis Dei. Non auderemus hoc suspicari de nobis, nisi promitteret veritas. Hoc ergo concupiscite, fratres, hoc die noctúque cogitate. Quicquid de mundo feliciter arriserit, nolite præsumere: nolite libenter colloqui cum cupiditatibus vestris. Hostis maior est, occidatur ad petram. Breuis hostis est, elidatur ad petram. Et maiores ad petram occidite, & minores ad petram elidite. Petra vincat. In petra ædificamini, si non vultis tolli aut à fluuio, aut à ventis, aut à pluuia. Si vultis armati esse contra tentationes in seculo, crescat & roboretur desiderium Hierusalem æternæ in cordibus vestris. Transiet captiuitas, veniet felicitas: damnabitur hostis extremus, & cum rege sine morte triumphabimus.

IN PSALMVM CXXXVII. ENARRATIO.

TITVLVS psalmi huius breuis & simplex est, neque
A nos tenet, sciẽtes cuius figuram portauerit Dauid, & in eo etiam nosipsos agnoscentes, quia & nos membra sumus illius corporis. Agnoscamus ergo hic vocẽ Ecclesiæ, simúlque gaudeamus quòd in ea esse meruimus, cuius vocem cantantis audiuimus. Totus titulus est, Ipsi Dauid.) Videamus ergo quid ipsi Dauid. Confitebor tibi Domine in toto corde meo.) Solet nobis psalmi titulus indicare quid agatur intus. Hic autem quoniam titulus nõ hoc indicat, sed tantùm cui canetur indicat: quid agatur in toto psalmo primus versus annunciat, Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo. Hanc ergo confessionẽ audiamus. Sed prius cõmemoro vobis confessionem in scripturis, cùm confitemur Deo, duobus modis dici solere: vel peccatorũ, vel laudis. Sed confessionẽ peccatorum omnes nouerũt, laudis autem cõfessionem pauci aduertunt. Nam ita nota
B est confessio peccatorum, vt in quocunq; scripturarũ loco auditum fuerit, Confitebor tibi Domine: aut, cõfitebimur tibi: continuò iã consuetudo sit intelligẽdi, vt manus currant ad pectus tundendũ: vsqueadeò non solent homines intelligere confessionẽ esse nisi peccatorũ. Sed nunquid & ipse Dominus noster Iesus Chri-
Matt.17.d stus peccator fuit, qui ait in Euangelio, Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ? Secutus enim ait, quid cõfiteretur: vt intelligeremus confessionem laudis eius, non iniquitatis. Confiteor tibi, inquit, pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Laudauit patrẽ, laudauit Deum: quia nõ despicit humiles, sed despicit superbos. Et hic talem cõfessionem audituri sumus, laudis Dei & gratulationis. Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo. Totum cor meum in aram tuæ cõfessionis impono, holocaustum laudis tibi offero. Holocaustum enim dicitur sacrificium, vbi totum incenditur.
C Græcè quippe ὅλον, Latinè totum dicitur. Vide quemadmodum offerat holocaustũ spiritale: qui dicit, Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo. Totũ, inquit, cor meum flãma tui amoris accendat. Nihil in me relinquatur mihi, nec quo respiciam ad meipsum: sed totus in te æstuem, totus in te ardeam, totus diligam te, tanquam inflammatus abs te. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, Quoniã audisti verba oris mei.) Cuius oris mei, nisi cordis mei? Ibi enim habemus vocem quam Deus exaudit, quam prorsus auris humana
Dan.13.d.e non nouit. Clamabãt certè qui Susannam accusabant, & ad cęlum oculos non leuabant: illa tacebat, & corde clamabat. Vnde illa meruit exaudiri, inde isti puniri. Est ergo os intus: ibi rogamus, inde rogamus. Et si hospitium vel domum Deo præparauimus, ibi loquimur, ibi exaudimur. Non enim est ille longè ab vnoquoque nostrum positus: in quo viuimus, mouemur & sumus.
D Act.17.f Longè te à Deo nõ facit, nisi iniquitas sola. Deiice medium parietem peccati, & cũ illo es quem rogas. Audisti, inquit, verba oris mei, Confitebor tibi: Et corã angelis psallam tibi.) Non enim coram hominibus psallã, sed coram angelis psallam. Psalteriũ meum, gaudium meum. Sed gaudium meum de inferioribus, corã hominibus est: gaudium meum de superioribus, corã an-
Esa.48.d. & 57.d gelis est. Non enim nouit impius gaudiũ iusti. Non est gaudere impiis, dicit Dominus. Gaudet iniquus in popina, gaudet martyr in catena. Quomodo gaudebat sancta ista Crispina cuius hodie solennitas celebratur? Gaudebat cùm tenebatur, cùm ad iudicẽ ducebatur, cùm in carcerem mittebatur, cùm ligata producebatur, cùm catasta leuabatur, cùm audiebatur, cùm dãnabatur. In his omnibus gaudebat: & eam miseri mise-

ram putabant, quæ coram angelis gaudebat. Adorabo
A ad templum sanctum tuum.) Quod templum sanctum tuum? Vbi habitabimus, vbi adorabimus. Currimus enim vt adoremus. Grauidum cor nostrum parturit, & vbi pariat quærit. Quis est ille locus vbi adorandus est Deus? Qui mundus? Quod ædificium? Quę denique sedes in cęlo & inter stellas? Quęrimus in Scripturis san-
ctis, & inuenimus in verbis Sapientiæ, Ego, inquit, erã Prouer.8.d
cũ illo. Ego eram ad quã aggaudebat quotidie. Et dicit opera eius, & exponit nobis sedẽ ipsius. Quam? Quãdo validas, inquit, faciebat in summo nubes, quando sedẽ suã segregabat super ventos. Sedes autẽ eius templum eius. Quò ergo ibimus? Super vẽtos adoraturi sumus? Si super ventos adoratur, aues nos vincunt. Si autẽ in-
telligamus ventos animas, id est, ventorum nomine si- Psal.17.a
gnificatas animas, sicut ait quodam loco scriptura, Vo- Genes.2.b
lauit super pennas ventorũ: hoc est, super virtutes animarum: vnde & flatus Dei dicitur anima tanquam vẽtus, non vt iste intelligatur ventus quo corpus propellente sentimus, sed eius nomine significetur aliquid inuisibile, quod neque oculis cerni potest, nec sentiri auribus, nec odoratu duci, nec palato gustari, nec manu cõtrectari: quod est vtique vita quædam qua viuimus, quæ anima dicitur. Si hos ventos intellexerimus, non est quare quæramus pẽnas visibiles, vt cum auibus volemus ad orãdum ad templum Dei, sed super nosipsos inuenimus Deũ sedere, si eius fideles esse voluerimus. Videte si hoc non est, Templum enim Dei sanctum est,
ait Apostolus, quod estis vos. Certè tamen, quod ma- 1.Cor.3.d
nifestum est, in angelis habitat Deus. Ergo cùm gaudium nostrum de spiritalibus rebus, nõ de terrenis bonis assumit cãticum Deo, vt psallat coram angelis sanctis: ipsa congregatio angelorum templũ Dei est, adoramus ad templum Dei. Ecclesia deorsum, & Ecclesia sursum: Ecclesia deorsum in omnibus fidelibus, & Ec-
C clesia sursum in omnibus angelis. Sed descẽdit ad Ec- Matth.4.b
clesiam deorsum Dominus angelorum, & ei angeli in
terra ministrauerunt ministranti nobis. Non enim, in- Matth.20.d
quit, veni ministrari, sed ministrare. Quid nobis ministrauit, nisi quod hodiẽque manducamus & bibimus? Cùm ergo Dominus angelorum nobis ministrauit, nõ desperemus nos futuros æquales angelis. Maior enim angelis descendit ad hominem, & creator angelorum suscepit hominem, Dominus angelorum mortuus est
pro homine. Adorabo ergo ad templũ sanctum tuum. Psal.5.b
Intelligo templum tuum non manu factum, sed quod tu fecisti tibi. Et confitebor nomini tuo, in misericordia tua & veritate tua.) In duobus istis cõfitemur: sicut enim & in alio psalmo legitur, Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. In duobus istis confitemur: in tua misericordia, & in tua veritate. Misericordia pecca-
torem respexisti, veritate promissionem reddidisti. In Psal.24.b
tua ergo misericordia & veritate confitebor tibi. Has
D etiam ego pro meis viribus reddo quas mihi donasti, faciens misericordiã & veritatẽ: misericordiam in subueniendo, veritatem in iudicando. His adiuuamur à Deo, his promeremur Deũ. Meritò ergo misericordia & veritas vniuersæ viæ Dñi. Non sunt aliæ viæ quibus ad nos veniat: non sunt aliæ viæ quibus ad illum veniamus. Quoniam magnificasti super omne nomẽ sanctũ tuum.) Qualis ista gratulatio, fratres? Magnificauit nomen suum sanctũ super Abrahã. Credidit enim Abra- Genes.14.b
ham Deo, & deputatum est illi ad iustitiã. Cæteræ om- Rom.4.a
nes gentes idolis immolabant, & dæmonibus seruiebant. Natus est ex Abraham Isaac, magnificatus est super illam domum Deus: inde Iacob, magnificatus est Deus, qui dicit, Ego sum Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob: inde duodecim filij Israël, inde populus Exod.3.d

Israël liberatus ab Ægypto, ductus per mare rubrum, exercitatus in eremo, eiectis gentibus in terram promissionis collocatus est. Magnificatum est nomen Domini super Israël. Sed inde & virgo Maria, inde Dominus Christus mortuus propter peccata nostra, resurgens propter iustificationem nostram, implens fideles spiritu sancto, mittens prędicari per gentes, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorum. Et ecce magnificauit super omne nomen sanctum suum. In quacũque die inuocauero te, citò exaudi me.) Quare citò? Quia tu dixisti, Adhuc loquẽte te dicã, Ecce assum. Quare citò? Quia iã non peto felicitatem terrenã, didici sanctum desiderium de Nouo testamento. Non peto terram, non fœcunditatem carnalem, nõ salutem temporalem, non inimicorum subiectionẽ, non diuitias, non honores. Nihil horum peto, ideo citò exaudi me. Quia docuisti me quid petam, da quod peto. Dicamus huic, Tale aliquid petis? Audiamus nos & videamus, eructet petitionem suã, & videamus quid petat: & discamus per eũ petere, vt mereamur accipere. Veneras ad Ecclesiã, nescio quid hodie petiturus. Quid putamus veneras petiturus? Veneras cũ desiderio tuo, nescio quo, vtinã innocenti, & si carnali. Sed remoue iniquitatem, remoue carnalitatem: disce quid petas, quid hodie celebres attende. Natalitium sanctæ & beatæ feminę celebras, & fortè † felicitatẽ terrenam desideras. Illa propter desideriũ sanctum diuisit felicitatẽ quam habebat in terra: dimisit filios flentes & tanquam crudelem matrem dolentes, quia velut perdiderat humanam misericordiam, quæ ad diuinam festinabat coronam. Nesciebat verò illa quid desideraret, quid calcaret? Imò verò nouerat psallere coram angelis Dei, eorũque desiderare consortium, amicitiã sanctã & puram vbi vlterius nõ moreretur, vbi iudicẽ nosset apud quem non valere posset mendacium. Quid ergo? In illa vita nulla sunt bona? Imò verò ibi sola sunt bona, non malis mixta bona, securitates in quibus gaudeas quãtum vis, & nemo dicat tibi, tempera te. Hic autẽ de bonis terrenis gaudere molestum est, & periculosum nimis: ne sic gaudeas vt hæreas, & gaudendo malè † pereas. Nam vnde Deus miscet tribulationes gaudiis terrenis: nisi vt tribulationẽ sentientes & amaritudinem, discamus æternã desiderare dulcedinẽ? Quid ergo petit, videamus: quo meritò dixerit, Citò exaudi me. Quid enim petis vt citò exaudiaris? Multiplicabis me.) Multis modis multiplicatio intelligi potest. Est multiplicatio terrenæ generationis secundũ primam generationis naturæ nostræ benedictionẽ, quã audiuimus: Crescite & multiplicamini, & implete terrã, & dominamini ei. Sic ne ille volebat multiplicari, qui dicebat, Citò exaudi me? Et ista planè multiplicatio fructuosa est, & non venit nisi de benedictione Domini. Iã quid dicam de aliis multiplicationibus? Multiplicatus est ille auro, ille argẽto, ille pecoribꝰ, ille familia, ille possessionibus, ille his omnibus. Multę sunt terrenę multiplicationes, felicior autem filiorũ: quanquam hominibus auaris etiã ipsa fœcũditas molesta est. Timent enim ne pauperes relinquantur, qui multi nasci potuerũt. Quæ sollicitudo plerosque ad impietatem coẽgit, vt obliuiscerentur quòd parentes essent, omnique humanitatis affectu expoliati, exponerent filios suos, vt eos facerẽt alienos: proiiceret quæ peperit, colligeret quæ nõ peperit: illa contemneret, illa diligeret: illa frustra mater carne, illa verior voluntate. Cùm ergo sint multę multiplicationes, & multa genera multiplicationum, quam multiplicationem quærit qui dixit, Citò exaudi me? Ait enim, Multiplicabis me. Expectamus audire in quibus. Audi ergo. In anima mea.) Non in carne mea, sed in anima mea. Multiplicabis me in anima mea: Est ne adhuc quod addatur, ne fortè & multiplicatio in anima non continuò felicitatem significet? Etenim curis & furiis homines in anima multiplicantur. Multiplicatus videtur in anima, in quo etiam multiplicata sunt vitia. Ille tantummodo auarus est, ille tantummodo superbus, ille tantummodo luxuriosus, iste & auarus & superbus & luxuriosus. Multiplicatus est in anima sua, sed malo suo. Multiplicatio ista egestatis est, nõ vbertatis. Ergo quid tu qui dixisti, Citò exaudi me, & te abstulisti ab omni corpore & ab omni terrena re, ab omni desiderio seculari, vt diceres Deo, multiplicabis me in anima mea? Adhuc explana quid desideres. Multiplicabis me, inquit, in anima mea, Virtute.) Expressum votum, expressum desiderium, ab omni confusione circumcisum. Si diceret, Multiplicabis me: terrena, nescio quæ, cogitares: addidit, in anima mea. Rursus, ne in anima vitia cogitares: addidit, virtute. Nihil est quod amplius à Deo desideres: si vis bona & vera fronte dicere, Citò exaudi me. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ.) Ita fiet, & ita fit, & quotidie fit: & ostenditur non frustra dictum, nisi quia erat futurum. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ. Sed & ipsi cùm tibi confitentur, cùm laudant te, non terrena desiderent à te. Quid enim reges terræ desideraturi sunt? Nónne iam habent ipsum imperium? Quicquid amplius desiderauerit homo in terra, vsque ad imperium est desiderium eius. Quid amplius potest? Altior sublimitas necessaria est. Sed fortasse quanto altior, tanto periculosior est. Ideóque reges quanto sunt in maiore sublimitate terrena, tanto magis humiliari Deo debent. Et quid faciant? Quoniam audierunt omnia verba oris tui.) O Domine, omnia verba oris tui. Nescio in qua gente abscondita erant lex & prophetæ, omnia verba oris tui. Sed in gente Iudæorum sola erant omnia verba oris tui: quam gentem laudans Apostolus ait, Quid ergo amplius est Iudæo? Aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primùm quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Ibi erant verba Dei. Sed da mihi illum Gedeon quendam sanctum virum tempore Iudicum: videte quale signum petiuit à Domino. Ponam, inquit, vellus in area, compluatur vellus, area sicca sit. Et factum est. Complutum est vellus solum, area sicca erat. Petiit iterum signum. Area tota compluta sit, & solum vellus siccum inueniatur. Et hoc factum est. Compluta est area, sicco vellere. Primò complutum vellus sicca area, postea compluta area sicco vellere. Quid vobis videtur area fratres? Nónne orbis terrarum? Quid vellus? Tanquam gens Iudæa in medio orbe terrarum habens gratiæ sacramentum, non in manifestatione, sed in nube secreti, tanquam in velamento pluuiam in vellere. Venit tempus quando reuelaretur pluuia in area: manifestata est, non operta. Factum est ergo quod dictum est, Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quoniam audierunt omnia verba oris tui. Quid est Israël quod abscondebas? Quamdiu abscondebas? Expressum est vellus, exiit de te pluuia. Solus Christus suauitas pluuiæ. Ipsum solum non agnoscis in scripturis, propter quem factæ sunt scripturæ. At verò omnes reges terræ confiteantur tibi Domine, quoniam audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.) Cantent in viis Domini reges terræ. In quibus viis Domini cantent? De quibus suprà dictum est, In misericordia tua & veritate tua, quoniam vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Non ergo sint reges terræ superbi, sed

Rom. 4.d
Matth. 3.a
Psal. 101.a
Esa. 58.c
al. celebritatem.
Gen. 1.d
al. hæreas.
Psal. 24.b

sed humiles sint. Tunc cantent in viis Domini, si humiles sint: ament, & cantabunt. Nouimus viatores cantatores: cantant, & peruenire festinant. Sunt cãtica mala tanquam veteris hominis, sed cãticum nouum pertinet ad hominem nouum. Ambulent ergo & reges terræ in viis tuis, ambulent & cantent in viis tuis. Quid cantent? Quoniam magna est gloria Domini, non regum. Vide quomodo reges voluit cantare in viis humiliter portantes Dominum, non se extollẽtes aduersus Dominum. Nam si se extulerint, quid sequitur? Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit.) Volunt ergo reges respici? Humiles sint. Quid si se extulerint in superbiã? Latere ipsius oculos possunt? Ne fortè quia audisti, humilia respicit, superbus velis esse: & dicas in anima tua, Humiles respicit Deus, me non respicit, faciam quod volo. Quis enim me videt? Hominem latet, Deus non vult me videre quia humilis non sum: ille autem humilia respicit, quod volo facio. O importune, nunquid hoc diceres, si scires quid amare deberes? Ecce si nollet te videre Deus, hoc ipsum nõ times, quia te non vult videre? Si salutes aliquem maiorem patronũ tuum, & intentus in aliud non te videat, quomodo tibi anima dolet? Si autem Deus te non videat, securum te putas? Non te videt Saluator, & videt deprædator? Et tamen & ipse te Deus videt. Nõ te putes non videri, imò roga vt merearis videri à quo videris. Dictum est enim, Oculi Domini super iustos. Quia nõ super iniustos, faciant ergo quod volunt iniusti: oculi Domini super iustos. Sequatur adhuc, Et aures eius † in preces eorum. Iniusti autem qui securos se putabãt, quia non sunt oculi Domini super eos, nõ timent, quia non sunt aures eius ad preces eorum. Nónne melius & oculi eius super nos, & aures eiꝰ ad preces nostras? Sed cùm facis ea super quæ nõ vis esse oculos Domini, nõ mereris precibus tuis & aures Domini: & tamen malè faciendo à te non auertis oculos Domini. Quid enim ibi sequitur? Vultus autem Domini super faciẽtes malum. Sed ad quid? Vt perdat de terra memoriam eorũ. Vides te videri, vides te latere non posse? Cùm ergo quicquid feceris videatur, quare hoc non facis vnde placere mereris? Ergo & hic quid? Quoniã magna est gloria Domini, quoniã excelsus Dominus & humilia respicit. Excelsa autẽ quasi non respicit: Humilia enim respicit. Excelsa.) Quid? A longè cognoscit.) Quid sibi ergo præstat superbus, nisi vt à longè videatur: non vt non videatur? Ne putes te ideò securum esse debere, quòd minus te bene videat, qui à lõgè te videt. Tu enĩ quod à longè vides non bene vides: Deus etsi à longè te videt, perfectè te videt, & tecum non est. Hoc agis, non vt minus perfectè videaris: sed vt non sis cum illo à quo videris. At verò humilis quid sibi præstat? Propè est Dominus his qui obtriuerũt cor. Erigat se ergo superbus quantum voluerit: certè in alto habitat Deꝰ, in cælo est Deus. Vis tibi propinquet? Humilia te. Nã tanto à te erit altior, quanto tu elatior. Excelsa autem à longè cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me.) Verum est. In quacunque tribulatione fueris, cõfitere, inuoca: liberat te, viuificat te. Sed tamẽ aliquid hic debemus melius intelligere, quo iam familiarius inhæreamus Deo dicamúsque ei, Citò exaudi me. Dixerat enim, Excelsa à longè cognoscit: & excelsa superba non norunt tribulationem. Nõ norunt, inquam, tribulationem, de qua dicitur alio loco, Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Quid enim magnum si tribulatio te inueniat? Si aliquid potes tu, inueni tribulationẽ. Et quis est, inquis, qui inueniat tribulationẽ? Aut quis illã vel quærat? In medio tribulationis es, & nescis? Vita ista parua tribulatio est? Si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur non se esse cum eo quod desiderat? Sed vnde tibi non videtur ista tribulatio? Quia non amas. Ama alteram vitam, & videbis quia ista vita tribulatio est: quacunque prosperitate fulgeat, quibuslibet deliciis abũdet atque circumfloreat. Quando nondũ est illud gaudium sine vlla tentatione certissimum, quod nobis in sine seruat Deus: sine dubio tribulatio est. Ergo intelligamus & huius tribulationẽ, fratres. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Non sic ait, tanquam diceret, Si fortè euenerit mihi tribulatio aliqua, liberabis inde me. Sed quomodo? Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: id est, aliter nõ viuificabis me, nisi in medio tribulationis ambulauero. Væ ridentibus, beati lugẽtes. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Super iram inimicorum meorũ extendisti manũ tuã, & saluũ me fecit dextera tua.) Sæuiant inimici, quid possunt facere inimici? Pecuniã tollere, expoliare, proscribere, in exiliũ mittere, doloribus tormentisque cruciare: ad postremũ si permissi fuerint, & occidere. Nunquid amplius? Tu autem Domine super iram inimicorũ meorum extẽdisti manum tuam, super id quod mihi possunt facere inimici tu extendisti manũ tuã. Non enim inimici possunt me separare à te. Tu autem amplius vindicas, quia adhuc differs me. Super iram inimicorũ meorum extendisti manum tuam. Sæuiat quantum potest inimicus, non me separat à Deo. Tu autem Domine adhuc me non recipis, adhuc me in peregrinatione conteris, adhuc gaudiũ dulcedinẽmque tuam non præbes. Nondum inebriasti me ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ nondum potasti. Apud te enim est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Sed ecce dedisti primitias spiritus, & credidi in te, & seruio mente legi Dei: tamen in nobis ipsis adhuc ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redemptionẽ corporis nostri. Hanc autẽ vitam nobis peccantibus dedit Deus, vbi etiam necesse est vt conteratur Adã in sudore & labore vultus sui, ~~cùm terra ei tribulos & spinas parit.~~ Nũquid ~~aliquis inimicus plus potuit procurare?~~ Super irã inimicorũ meorum ~~extendisti manum tuã, sed~~ tamen non ad desperationem. Sequitur enim, Et saluum me fecit dextera tua. Potest & sic intelligi, Super irã inimicorũ meorum extendisti manum tuam: irascebantur inimici, vindicasti me de inimicis, peccator videbit & irascetur, dentibus suis frendet & tabescet. Vbi sunt qui dicebant, Pereat nomen Christianorum de terra? Certè aut moriuntur, aut conuertũtur. Ergo super itã inimicorum extẽdisti manum tuã, quamdiu diceretur quod scriptũ est: Inimici mei dixerunt mala mihi, quãdo morietur & peribit nomen eius? quando delebitur nomen Christianorũ de terra? Cùm dicitur ista, partim crediderunt, partim perierunt, pauci timidi remãserunt. Quanta ira inimicorum sæuiebat, quando sanguis martyrum fundebatur? Quomodo se putabãt nomen Christianorũ delere de terra? Super iram inimicorum meorum extẽdisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Ecce illi qui martyres persequebantur, memorias martyrum inquirunt, aut vbi adorent, aut vbi se inebtient: quærunt tamen. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Secundum desiderium saluum me fecit dextera tua. Est quædam salus in dextera tua: nam est altrea salus in sinistra. Salus tẽporalis & carnalis in sinistra est, salus æterna cũ angelis in dextera est. Ideo iam in ipsa immortalitate positus Christus dici-

Psal. 33.c
al. ad.
Psal. 144.d
Psal. 115.a
Luc. 6.
Psalm. 35.a
Rom. 8.d
Genes. 3.d
Psalm. 111.b
Psal. 40.b

Marc. 16.g tur sedere ad dexteram Dei. Non enim Deus habet in
seipso dexteram aut sinistram, sed dextera Dei dicitur A
felicitas illa: quæ quoniam oculis ostendi non potest,
tale nomẽ accepit. Hac dextera tua saluum me fecisti,
non secundum salutẽ temporalem. Nam Crispina oc-
cisa est: sed nunquid deseruit illam Deus? Nõ illam fe-
2. Mach. 7. cit saluam in sinistra, sed fecit in dextera. Machabæi
Daniel. 3.c quanta tormenta perpessi sunt? Tres autem pueri in
mediis ignibus deambulando laudauerunt Deum. Il-
lorum salus in dextera, istorum etiam in sinistra. Ali-
quãdo ergo non saluat in sinistra sanctos suos, sed sem-
per saluat eos in dextera. Impios autem plerũque salu-
at in sinistra, non saluat in dextera. Nam illi qui per-
sequebantur Crispinam, sani erant in corpore. Illa oc-
cisa est, illi viuunt. Illorum salus in sinistra est, illius in
dextera. Et saluũ me fecit dextera tua. Domine retri-
bues pro me.) Ego non retribuo, tu retribues pro me.
Sæuiant inimici quantum libet, tu retribues quod ego
non possum. Domine retribues pro me. In ipso capite
nostro attẽdite. Reliquit enim nobis exemplum vt se- B
1. Pet. 2. d quamur vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec in-
uentus est dolus in ore eius: qui cùm malediceretur,
non re maledicebat dicẽs, Domine retribues pro me.
Cùm iudicaretur, non comminabatur, sed comm en-
Ioan. 8.f dabat se illi iustè iudicãti. Quid est, Domine retribues
pro me? Ego, inquit, non quæro gloriam meam, est qui
quærat & iudicet. Non vosmetipsos vindicantes cha-
Rom. 12.d rissimi, Apostolus dicit: sed date locum iræ. Scriptum
Deut. 32.c est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Do-
minus. (Domine retribues pro me.) Est hic & alius in-
tellectus non negligendus, & fortè magis eligendus.
Domine Iesu Christe retribues pro me. Ego enim si
reddam, rapui: tu quod non rapuisti, soluisti. Domine
retribues pro me. Vide illum retribuentem pro nobis.
Venerunt qui tributum exigerent: exigebant tributũ
didrachmas, id est, duas drachmas in vno homine.
Ventum est ad Dominum vt solueret tributũ, imò nõ
Matth. 17.d ad ipsum, sed ad discipulos: & dictum est ad illos, Ma- C
gister vester non soluit tributum? Illi retulerũt ad Do-
minum. Et ille, Reges terræ à quibus exigunt tributũ?
à filiis suis, an ab alienis? Responderunt, Ab alienis. Er-
go, inquit liberi sunt filij. Sed tamen ne scandalizemus
Ibidem. eos, ait Petro, Vade mitte hamum in mare, & qui pri-
mus piscis ascenderit, aperi os eius & inuenies stateré,
id est, duas didrachmas. Stater ponderis genus est, ha-
bens quatuor drachmas. Inuenies ibi, da illis pro me
& te. Domine, retribues pro me. Meritò habemus pri-
mum piscem hamo captum, hamo comprehensum.
Primum surgẽtem de mari primogenitum à mortuis.
In eius ore inuenim⁹ duas didrachmas, id est, quatuor
drachmas: in eius ore inuenimus quatuor Euangelia.
Istis quatuor drachmis ab exactione huius seculi libe-
ramur: per quatuor Euangelia debitores non remane-
bimus. Ibi enim peccata nostra omnia soluuntur. Re-
tribuit ergo pro nobis: Gratias misericordiæ ipsius.
Nihil debebat: pro se non reddidit, sed pro nobis red-
Ioan. 14.d didit. Ecce, inquit, venit princeps mundi huius, & in
me nihil inueniet. Quid est, in me nihil inueniet? Nul-
lum peccatum in me inueniet: quare occidat me, non
habet. Sed vt sciant omnes, ait, quia volũtatem patris
mei facio, surgite eamus hinc. Quid est, surgite eamus
hinc? Id est, non ex necessitate, sed voluntate patior,
reddens quod non debeo. Domine retribues pro me,
Domine misericordia tua in æternũ.) Quid desiderẽ?
Hier. 17.c Non diem hominum. Non laboraui subsequẽs te Do-
mine, & diem hominum non concupiui, tu scis. Ecce
martyr sancta Crispina si desideraret diem hominum,
negaret Christum. Plus hic viueret, sed in æternũ non
viueret. Maluit in æternum viuere, quàm paulò am-
plius temporaliter viuere. Denique Domine miseri-
cordia tua in æternum, non ad tempus volo liberari.
Misericordia tua in æternum, qua martyres liberasti,
& sic citò de hac vita abstulisti. Domine misericordia
tua in æternum, Opera manuum tuarum ne despicias.)
Non dico, Domine ne despicias opera manuum mea-
rum, non me iacto de operibus meis. Exquisiui quidẽ Psal. 76.a
Dominum manibus meis nocte coram eo, & non sum
deceptus: sed tamen non commendo opera manuum
mearũ. Timeo ne cùm inspexeris, inuenias plura pec-
cata quàm merita, Hoc solum rogo, hoc dico, hoc im-
petrare desidero: Opera manuum tuarum ne despi-
cias Opus tuum in me vide, non meum. Nam meum si
videris, damnas: tuum si videris, coronas. Quia & quę-
cunque sunt bona opera mea, abs te mihi sunt, & ideo
tua magis quàm mea sunt. Audio quippe ab Apósto- Ephes. 1.8
lo tuo, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex
vobis, sed Dei donum est: non ex operibus, ne fortè
quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati
in Christo Iesu in operib⁹ bonis. Ergo siue in eo quòd
homines sumus, siue in eo quòd ex nostra impietate
mutati & iustificati sumus, Domine opera manuum
tuarum ne despicias.

IN PSALMVM CXXXVIII.

enarratio.

PSALMVM nobis breuem paraueramus, quem mã-
daueramus cantari à lectore: sed ad horã quantum
videtur perturbatus, alterum pro altero legit. Malui-
mus ergo nos in errore lectoris sequi volũtatem Dei,
quàm nostram in nostro proposito. Si ergo vos in
eius prolixitate aliquandiu tenuerimus, nobis non im-
putetis: sed credatis Deum nos non infructuosè labo-
rare voluisse. Neque enim frustra in primo peccato
nostro pœnam accepimus, vt in sudore vultus nostri Genes. 3.d
panem manducemus. Tantũ si panis est, attendite. Pa-
nis autẽ est, si Christus est. Ego sum, inquit, panis viuus Ioan. 6.e
qui de cælo descendi. Quem manifestatũ nobis habe-
mus in Euangelio, ipsum quæramus & in Prophetis.
Hunc ibi non vident super quorũ cor adhuc velamen 2. Cor. 3.d
positum est, vnde audiuit charitas vestra hesterno die.
Nobis autẽ quia sacrificiũ vespertinũ crucis Domini Matth. 27.f
conscidit velũ, vt pateant iam tẽpli secreta: quamdiu
nobis Christus prædicatur, & si cum labore & sudore
manducandus est panis. Loquitur autẽ Dñs noster Ie-
sus Christus in Prophetis aliquando ex persona capi- Marc. 16.d
tis nostri, qui est ipse Christus saluator, sedens ad dex-
terã patris, qui etiã propter nos natus de virgine, & sub Luc. 2.b.
Pontio Pilato, qualia nostis, passus est: fuso innocente Luc. 23.f
sanguine, quod est pretium nostrum, redemit nocẽtes
à captiuitate in qua detinebamur à diabolo, donando Colos. 2.e
nobis delicta, & ipso pretio nostro sanguine suo delẽs
chirographũ quo debitores tenebamur, Ipse est rector
& sponsus & redemptor ecclesiæ, caput nostrum. Et D
vtique si caput est, habet corpus. Corpus autẽ eius san
cta ecclesia, quę etiam coniunx eius: cui dicit Apósto-
lus, Vos autem estis corpus Christi & membra. Totus 1. Cor. 12.d
itaque Christus caput & corpus, tanquam integer vir,
quia & femina de viro facta est, & ad virum pertinet:
& dictum est de primo coniugio, Erunt duo in carne Genes. 2.d
vna. Hoc autem ad mysteriũ interpretatur Apostolus
non frustra esse dictũ de illis duobus hominibus, nisi
quia in eis iam figurabatur Christus & ecclesia: nam
hoc sic exponit Apostolus, Erunt duo in carne, inquit, Ephes. 5.g
vna. Sacramẽtum hoc magnum est: Ego autem dico,
in Christo & ecclesia. Dicit etiam ipsum Adam for-
mam futuri, Qui est, inquit, forma futuri. Si ergo Adã Rom. 5.c.
forma futuri: quomodo de latere dormiẽtis Eua facta Genes. 2.d
est

est, sic ex latere Domini dormientis, id est, in passione
Ioan. 19.f morientis & in cruce percussi de lancea manauerũt sa-
cramenta quibus formaretur ecclesia. Nam de futura A
Psal. 3.a eadẽ passione sua sic dicit in alio Psalmo, Ego dormiui
& somnũ cepi & exurrexi, quoniã Dominus suscipiet
me. Ergo dormitio intelligitur passio. Eua de latere
dormientis, ecclesia de latere patientis. Loquitur ergo
Dominus noster Iesus Christus in prophetis aliquãdo
ex voce sua, aliquando ex voce nostra, quia vnum se
Genes. 2.d facit nobiscum, sicut dictum est: Erunt duo in carne
vna. Vnde dicit & ipse Dominus in Euãgelio cùm de
Matth. 19.a coniugio loqueretur: Igitur iam non sunt duo, sed vna
caro. Vna caro, quia de nostra mortalitate carnem su-
scepit. Non autem vna diuinitas, quia ille creator, nos
creatura. Quicquid igitur Dominus loquitur ex per-
sona susceptæ carnis, & ad illud caput pertinet, quod
iam ascendit in cælum, & ad ista membra quæ adhuc
in terrena peregrinatione laborant. Pro quibus labo-
rantibus membris cùm ea Saulus insequeretur, clama-
Act. 9.a uit de cælo, Saule Saule quid me persequeris? Audia- B
mus ergo loquentem Dominũ nostrum Iesum Chri-
stum in prophetia. Cãtati enim sunt ipsi Psalmi longè
Luc. 2.b antequam Dominus de Maria virgine nasceretur, non
antequam Dominus esset. Semper enim creator om-
niũ, aliquando autem & natus ex creatura. Diuinita-
tem illam credamus, & quantum possumus intelliga-
mus æqualem patri. Sed illa diuinitas patri æqualis, fa-
cta est particeps nostræ mortalitatis, non de suo, sed de
nostro: vt & nos efficeremur participes diuinitatis ei⁹,
non de nostro, sed de ipsius.

Expositio Psalmi.

DOMNE probasti me & cognouisti me.) Dicat
hoc ipse Dñs Iesus Christus, dicat & Domino pa-
tri. Non enim dominus eius pater eius, nisi quia digna-
tus est nasci secundũ carnem. Pater est Dei dominus
Philip. 2.a hominis. Vis nosse cui pater est? Æquali sibi filio. Apo-
stolus dicit, Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam
arbitratus est esse æqualis Deo. Huic formæ pater est C
Deus æquali sibi formæ, vnigenito filio nato de substã
tia sua. Propter nos autem vt reficeremur, & efficere-
mur participes diuinitatis eius reparati ad vitam æter-
nam, quia ipse, vt dixi, factus est particeps mortalitatis
nostræ: quid de illo ait Apostolus ibi vbi dixerat, Qui
cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse æ-
qualis Deo: Sed semetipsum, inquit, exinaniuit, formã
serui accipiens, in similitudine hominũ factus, & habi-
tu inuentus vt homo? Erat autẽ in forma Dei æqualis
Ioan. 10.f patri, & accepit formã serui qua minor est patre. Vnde
& 14. d vtrunque dicit in Euangelio: &, Ego & pater vnũ su-
mus: &, Quoniã pater maior me est. Ego & pater vnũ
sumus, secundũ formã Dei: pater maior me est, secun-
dum formã serui. Ergo quia & pater & dominus est,
pater formæ Dei, dñs formę serui. Dicat ergo ipse, nec
miremur, nec scãdalizemur, quia filius Dei vnicus di-
cit, Domine probasti me & cognouisti me. Probasti, & D
cognouisti: non quia nõ nouerat, sed quia aliis notum
fecerat. Probasti me, inquit, & cognouisti me: Tu co-
gnouisti sessionẽ meã & resurrectionem meam.) Quid
hic sessio? Quid hic resurrectio? Qui sedet, humiliat se.
Sedit ergo Domin⁹ in passione, surrexit in resurrectio-
ne. Tu, inquit, hoc cognouisti, id est, tu voluisti, tu ap-
probasti: secundum voluntatẽ tuam factum est. Si au-
tem volueris accipere vocem capitis ex persona cor-
poris, dicamus & nos, Tu cognouisti sessionem meam,
& resurrectionem meam. Sedet enim homo, quando
humiliat se in pœnitentia: surgit autem remissis pec-
Psal. 126.a. catis, quando erigitur in spem vitæ æternæ. Propterea
& in alio Psalmo dicitur, Surgite posteaquam sedistis
qui manducatis panem doloris. Panem doloris pœni-
tentes manducãt, qui cantant in alio Psalmo, & dicũt,
Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte. Psal. 41.a
Quid est enim, surgite posteaquã sedistis? Nolite exal-
tari, nisi prius humiliati fueritis. Multi enim volũt sur-
gere antequã sederint: volunt se iustos videri, antequã
peccatores se esse confessi sunt. Ergo si ex persona ca-
pitis nostri accipis, sic intellige: Tu cognouisti sessionẽ
meam & resurrectionẽ meã: passionem meam & resur-
rectionẽ meam. Si ex persona corporis, Tu cognouisti
sessionẽ meam & resurrectionem meam: coram oculis
tuis & peccata confessus sum, & tua gratia iustificatus
sum. Intellexisti cogitationes meas de longinquo.)
Quid est de longinquo? Cùm adhuc in peregrinatione
sum, antequam ad illam patriã veniam, tu cognouisti
cogitationem meam. Attendite illum filiũ minorem:
quia ipse etiã factus est corpus Christi, ecclesia de gen- Luc. 15. 8
tibus veniens. Ierat quippe in longinquũ filius minor.
Duos enim filios habebat quidam paterfamiliãs: filius
maior nõ longè ierat, sed in agro operabatur, & signi-
ficat sanctos in lege facientes opera & præcepta legis.
Genus autẽ humanum quod defluxerat in idolorum
culturam, in longinquo fuerat peregrinum. Quid tam
longè ab eo qui fecit te, quàm figmentũ quod tibi ipse
fecisti? Profectus est ergo filius minor in regionẽ lon-
ginquam, portans secum substãtiam suam, & sicut no-
uimus in Euãgelio, dissipauit eam viuens prodigè cum
meretricibus, & famem passus applicauit se cuidam
principi regionis illius: & ille cũ porcis pascendis præ-
posuit, de quorum siliquis & reliquiis cupiebat satura-
ri, nec poterat. Et post laborem & trituram, & tribula-
tionem & egestatem, venit illi in mentem pater, & vo-
luit redire, & sic ait: Surgam, & ibo ad patrem meum.
Surgam dixit, sederat enim. Eius ergo vocem hic ag-
nosce dicẽtis, Tu cognouisti sessionẽ meam & resurre-
ctionẽ meã. Sed in egestate, surrexi in desiderio panis
tui. Intellexisti cogitationes meas de lõginquo, longè
enim eram profectus. Sed vbi nõ est quẽ deserueram?
Intellexisti cogitationes meas de longinquo: propte-
rea sic dicit Dominus in Euangelio, Quia occurrit illi
pater veniẽti. Verè, quia intellexerat cogitationes eius Luc. 15.d
de longinquo. Semitã meam & limitẽ meũ inuestiga-
sti.) Semitam, inquit, meam. Quam, nisi malã, quã ille
ambulauerat vt patrem desereret, quasi occultus esse
possit ab oculis vindicãtis? Aut verò in illa egestate cõ
tereretur, aut porcos pascere poneretur: nisi pater vel-
let flagellare longinquũ, vt reciperet propinquũ? Ergo
tanquã deprehensus fugitiuus sequente se vindicta le-
gitima Dei vindicãtis in affectiones nostras, quacun-
que ierimus & quocũque progressi fuerimus agnosci-
mur. Tanquã ergo deprehensus fugitiuus loquitur. Se-
mitam meã, & limitẽ meũ inuestigasti. Quid est, semi-
tam meã? Quà profectus sum. Quid est, limitẽ meum?
Quousque peruenì. Semitã meam & limitem meũ in-
uestigasti. Limes meus ille longinquus, non fuit longè
ab oculis tuis. Multum ieram, & tu ibi eras. Semitam
meam & limitem meum inuestigasti. Et omnes vias
meas præuidisti.) Non dixit, vidisti, sed præuidisti.
Antequam eas irem, antequam eas ambularem præui-
disti eas: Et permisisti me in labore ire vias meas, vt si
nollem laborare, redirem ad vias tuas. Quoniam non
est dolus in lingua mea.) Quare hoc dixit? Quia ecce
fateor tibi, ambulaui semitam meam, factus sum lon-
ginquus à te: discessi à te cum quo mihi bene erat, &
bono meo malè mihi fuit sine te. Nam si mihi bene es-
set sine te, nollem forsitan redire ad te. Ergo iste confi-
tens peccata sua, dicens corpus Christi iustificatum,
non in se, sed illius gratia: dixit, Non est dolus in lingua

mea. Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima & antiqua.) Cognouisti nouissima mea, quando porcos
Luc. 15.c pauis: cognouisti antiqua mea, quando à te partem substantiæ meæ expetiui. Antiqua mihi fuerunt exordia malorum nouissimorum. Antiquum peccatum, quando lapsi sumus: nouissima pœna, quãdo in istam mortalitatẽ laboriosam periculosamque peruenimus, Atque vtinam nobis ista sint nouissima. Erit ista nouissima, si iam redire voluerimus. Est enim alia quibusdam
Matth. 25.d impiis nouissima, quibus dicetur, Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Nos autem fratres, hucusque deseruimus Deum: vsque ad huius vitæ mortalitatem sufficiat labor noster. Recordemur panem patris nostri, recolamus beatitudinem domus
Luc. 15.d patris nostri. Nõ nos delectent siliquæ porcorum, doctrinæ dæmoniorum. Ecce tu Dñe cognouisti omnia nouissima, & antiqua mea: nouissima quò perueni, antiqua vbi te offendi. Tu finxisti me, & posuisti super me manũ tuam.) Finxisti me. Vbi? In ista mortalitate iam ad labores, ad quos omnes nati sumus. Nõ enim quisquam nascitur, nisi quẽ Deus finxerit in vtero matris suæ: aut vlla creatura est cuius non est ille plasmator. Sed finxisti me in isto labore, & posuisti super me manum tuã, vindicem manum grauantem superbum. Ita enim salubriter deiecit elatũ, vt erigat humilem. Tunc finxisti me, & posuisti super me manũ tuam. Mirificata est scientia tua ex me, inualuit, non potero ad illam.) Aliquid quod obscurũ quidem est, sed non cum parua
Exod. 33.d & 34.a dulcedine intelligitur, aduertẽtes audite. Moyses sanctus Dei erat famulus cum quo loquebatur Deus per nubem, quia temporaliter loquens vtique per assumptam creaturam loquebatur seruo suo: id est, non per substantiam suam, sed per assumptam aliquam corporalem creaturam, per quem voces illæ fierent, & humanis atque mortalibus aurib' personarent. Sic enim loquebatur tunc Deus, nõ quomodo loquitur in substantia sua. Quomodo enim loquitur in substantia sua? C
Locutio Dei, verbum Dei est: verbũ Dei Christus est.
Ioan 1.a. Verbum illud non sonat & transit, sed semper incommutabiliter manet verbũ, per quod facta sunt omnia. Cui verbo dicitur (ipsa est enim & sapientia Dei) Mu-
Psal. 101.d tabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Et alio
Sapien. 7.d loco de sapientia cùm Scriptura diceret, In seipsa manens, ait, innouat oĩa. Illa ergo sapiẽtia stans, si dici debeat vel stans, dicitur autẽ propter incõmutabilitatẽ, nõ propter immobilitatẽ: & codẽ modo se semper habẽs, nullo loco, nullo tẽpore variata, nusquã aliter quã hic aut ibi, nunquã aliter quàm nũc aut antea, ipsa est locutio Dei. Locutio verò illa, quæ fiebat ad Moysen, ad hominẽ fiebat per syllabas, per transeuntes sonos. Non autẽ fierent ista, nisi Deus assumeret talẽ creaturam per quã huiusmodi sermonẽ, & voces emitteret, Moyses sanctus nouerat istam locutionem Dei assumptis quibusdam corporeis creaturis fieri: & sic desiderauit, & concupiuit videre ipsam speciem Dei, & loquenti secum Deo dixit, Si inueni gratiam ante te, o-
Exod 33.d stende mihi temetipsum. Cùm hoc vehementer concupisceret, & hoc quadam, si dicendum est, amica familiaritate, qua ipse dignatus est, extorquere vellet Deo, vt videret eius maiestatem & faciem, quomodo dici potest facies Dei: ait illi, Non potes videre faciem meam. Nemo enim vidit faciem meam, & vixit: sed ponam te in spelunca petræ, & transibo, & ponam super te manum meam: cùm autem transiero, posteriora mea videbis. Et ex his verbis natum est alterũ ænigma, id est, obscura quædam figura rerum. Cùm transiero, posteriora mea videbis, dicit Deus: quasi ex alia parte habeat faciem, ex alia dorsum. Absit à nobis tale aliquid de illa maiestate sẽtire. Nã qui hoc sentit de Deo,
A quid ei prodest, quòd templa clausa sunt? Idolum in corde suo fabricat. Sunt ergo in illis verbis magna mysteria. Loquebatur Dominus, vt dixi, per creaturã, quomodo vellet famulo suo. Intellecta est illic persona ipsius Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. Qui Philip 1.a
quidem secundum formam Dei, qua æqualis est patri similiter oculis humanis inuisibilis est sicut & pater. Si enim sapientia humana videri oculis non potest, virtus & sapientia Dei videri oculis carneis potest? Sed quia erat Dominus opportuno tempore carnem susceptu-
rus, vt oculis etiam carneis propter salubritatẽ curandæ intus mentis appareret, quando ita apparere opus
Exod. 33.d esset: hoc prædicens Moysi figuratè ait, Faciem meam videre non potes, posteriora mea videbis, sed cũ transiero. Vt autem non videas faciem meam, manus mea erit super te. Transire quid fuit Domino, nisi quod Eu-
Ioan. 13.e angelista dicit, Cùm autem venisset hora, vt trãsiret B Iesus de hoc mundo ad patrem? Nam ipsum transitum significat pascha. Quod enim Hebraico verbo dicitur pascha, Latinè trãsitus interpretatur. Quid est, faciem meam non videbis, sed posteriora mea videbis? Cuius personam gerebat ille Moyses, quando ei dictum est,
Exod. 33.d Faciem meam nõ videbis, sed posteriora mea videbis, & hoc cùm transiero. vt autem non videas faciẽ meã, ponam super te manũ meam? Faciem suã, dixit prima sua: & quodammodo posteriora sua, transitum de hoc mũdo passionis suæ. Apparuit Iudæis, nõ eum cognouerunt. Eorum personam gerebat Moyses quando ei dicebatur, Faciem meam nõ potes videre. Vnde autẽ non viderunt Deum in carne positum? Quia grauata
Esa. 6.c erat super eos manus Dñi. De illis enim dixerat Esaias, Incrassa cor populi huius, & oculos eius graua. Eorum
Psal. 31.a vox est in alio Psalmo, Quoniam grauata est super me manus tua. Vt ergo non cognoscerent tunc diuinitatem Christi, grauati sunt. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Non crucifixo autem Domino, sanguis illius non redimeret orbem
Rom. 11.d terrarum. Quid egit Deus, nisi quod ait Apostolus, altitudinem diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei: vbi exclamat, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quã incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso
Ibidem. sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Apostolus hoc dicit: quia superi' dixerat, Cæcitas ex parte Israël facta est, vt plenitudo gentium intraret, & sic oĩs Israël saluus fieret. Ex cæcati sunt ergo ex parte Iudæi meritò superbiæ suæ, quia se iustos dicebant: & ex cæcati
Exod. 33.d crucifixerũt Dñm. Posuit super eos manũ suam ne vi-
Ioan. 13.a derent eum, donec transiret, scilicet de hoc mundo ad patrẽ. Videamus si posteaquã transiit viderunt poste-
Ioan. 20. & 21. riora eius. Resurrexit Dñs, apparuit discipulis suis & D omnib' qui in eũ iam crediderãt: nõ eis à quibus crucifixus erat, quia super illos manũ posuerat donec trãsiret. Ascendit autẽ in cælũ quadraginta diebus factis
Act. 1.a cum discipulis suis. Impleto autẽ die Pẽtecostes, misit
Act. 2.a eis Spiritum sanctũ. Repleti Spiritu sancto, cœperunt omnium linguis loqui qui in vna nati erant, & vnã solam didicerant. Expauerunt & exhorruerunt tantum miraculum milia eorum qui crucifixerant Dominum: compuncti corde de tanto miraculo, quæsierunt consilium ab Apostolis qũid facerent, posteaquã eis prædicatus est Christus mirantibus vnde idiotæ homines linguis omnibus loquerẽtur. Per Petrũ igitur apostolũ annũciato eis Christo, quẽ in cruce cõtempserant, quẽ tanquã mortalẽ hominẽ irriserant, cui propterea insulta-

insultabãt, quia de cruce nõ descendebat, cùm vtique maius multo fuerit quod fecit de sepulchro resurgere, quàm de cruce descẽdere. Annũciato ergo sibi Christo dixerunt, Quid faciemus? Illi qui sequerũt in Domi-
num quẽ videbãt, iam consiliũ petũt salutis: & dictum
Act. 2.a. est eis, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; vestrũm in nomine Domini nostri Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra. Ecce viderunt posteriora eius, cuius faciẽ videre nõ potuerunt. Manus enim eius erat super oculos eorũ: non semper, sed donec trãsiret. Posteaquã trãsiit, abstulit manus ab oculis eorũ. Ablata manu ab oculis suis, dicũt discipulis, Quid faciemus? Primò sequi, postea pij: primò irati, postea timidi: primò duri, postea flexi: primò cæci, postea illuminati. Puto quòd agnoscamus & in hoc Psalmo voces huiusmodi
Rom. 11.d etiam gentiũ recordantiũ infidelitatẽ suam. Conclusit enim Deus oẽs in infidelitate, vt omnium misereatur. Tu finxisti me, & posuisti super me manũ tuam. Mirificata est scientia tua ex me, inualuit, & nõ potero ad il- B
lam. Veluti posuisti super me manũ tuam. Mirus mihi factus es, nõ te cõprehendo cum quo eram. Quàm fa-
Luc. 15.c. cilis mihi erat vultus patris quando dixi, Da mihi substantiam meã quæ me contingit. Ecce profectò in regionem longinquã & fame contrito, multum mihi est, & labor est ante me, non possum percipere quod dimisi. Mirificata est, inquit, scientia tua ex me. Ex peccato meo factũ est, vt mirificata mihi esset, & incõprehensibilis mihi existeret. Nã erat mihi facilitas contẽplandi te, quando non superbia reliquerã te. Mirificata est, inquit, scientia tua ex me. Inualuit, non potero ad illam: subaudis, ex me. Nõ potero ad illam ex me. Cùm ergo potero, nõ potero nisi ex te. Ecce inuenis in lõginquo fugitiuũ non latere oculos eius à quo fugit. Et quò iturus est iã, cuius limes est inuestigatus? Videte quid di-
Sap. 1.b cit, Quò ibo à spiritu tuo?) Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarũ. Quis potest fugere in mundo ab illo spiritu, quo plenus est mundus? Quò ibo à spiritu C
tuo? Et quò à facie tua fugiã?) Locũ quærit quò fugiat ab ira Dei. Quis est locus recepturus fugitiuũ Dei? Homines qui suscipiunt fugitiuos, quærũt ab eis à quo fugerint, & quẽ seruum inuenerint alicuius Domini minus potentis, tanquã sine vllo timore suscipiunt, dicẽtes in corde suo, non habet iste talem dominum, à quo possit inuestigari. Cùm autem audierint dominum potentẽ, aut non suscipiunt, aut cum magno timore suscipiunt: quia homo potens falli potest. Vbi nõ est Deus? Quis fallit Deum? Quem non videt Deus? A quo fugitiuum suum non repetit Deus? Quò ergo ibit fugitiuus iste à facie Dei? Vertit se huc atque illuc, quasi quærens locum fugæ suæ. Si ascendero, inquit, in cælum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades.) Tandẽ cognouisti male fugitiue, nullo pacto te posse fieri longè ab eo à quo longinquare voluisti. Ecce ille vbique est. Tu quò iturus es? Inuenit consilium, & hoc ab illo qui eum iam D
reuocare dignatur inspiratum. Si ascendero in cælũ tu ibi es, si descẽdero in infernum ades. Si me extulero te inuenio repressorẽ, si me abscõdero te inuenio inquisitorem: & non inquisitorem tantũ, sed & inuestigatorẽ. Si enim superbiero de iustitia mea, tu ibi es cuius est
Prouer. 18.a vera iustitia. Si peccando venero in profundum malorum, & confiteri contẽpsero dicens, Quis me videt, in
Psal. 6.a inferno enim quis confitebitur tibi? etiam illic ades vt vindices. Quò ergo iturus sum, vt à facie tua fugiam, id est, iratum te non sentiam? Hoc consilium inuenit: Sic fugiam, inquit, à facie tua, sic fugiam à spiritu tuo: ab vltore spiritu, à vindice facie sic fugiam. Quomodo? Si recipiam pennas meas in directũ, & habitauero in extremis maris.) Sic possum fugere à facie tua. Si in ex-
A trema maris vult fugere à facie Dei, ibi non erit ille à quo fugit; de quo dixit, si descendero in infernũ, ades? Mirum si in extremis maris non est, qui nec apud inferos deest. Sed noui, inquit, quomodo fugiã ab ira tua. Recipiendę sunt pennæ meæ nõ in prauum, sed in directum, vt nec in superbã erigar præsumptionẽ, nec in perditam mergar desperationẽ. Quas pẽnas vult assu-
mere, nisi duas alas, duo præcepta charitatis? In quibus Matth. 22.d
duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ. Has, inquit, alas, has pennas si recipiã sic, & habitabo in extremis maris, possum fugere à facie tua ad faciem tuã, & à facie irati ad faciem placati. Quid enim est extremum maris, nisi finis seculi? Illuc iam volemus spe & desiderio, habentes alas geminæ charitatis: non sit nobis requies, nisi in extremis maris. Nã si alibi requiem habere voluerimus, in mare præcipitabimur. Volemus quousque finiatur mare, suspendamus nos pennis geminæ dilectionis. Ad Deum interim spe volemus, & illum
finem maris spe fideli præmeditemur. Quis autem nos B
perducat, attendite. Ille ipse cuius faciem irati volumus fugere. Quid enim sequitur? Si descendero in infernum ades, si recipiam pennas meas in directum. Recipiam, inquit. Ergo amiserat. Si recipiam pennas in directum, & habitabo in nouissima maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & adducet me dextera tua.) Hoc meditemur fratres charissimi, hæc sit spes nostra, hæc sit consolatio nostra. Recipiamus pennas per charitatem, quas amisimus per cupiditatem. Cupiditas enim viscum facta est pennarum nostrarum: elisit nos de libertate aëris nostri, id est, aurarum illarum liberarum spiritus Dei. Inde elisi perdidimus pennas, & fuimus quodammodo captiuati in aucupis potestate: inde nos sanguine suo redemit, quem fugimus vt caperemur. Nutrit nobis pennas de præceptis suis, & erigimus iam eas sine visco. Non amemus mare, sed volemus in extrema maris. Nemo trepidet, sed nemo de pennis suis præsumat: quia & pennatos nisi ipse erigat, nisi ipse deducat, præcipitabimur in profunda maris lassati & fatigati, quasi præsumentes de viribus nostris. Opus ergo est vt habeamus pennas, & opus est vt ipse deducat. Adiutor enim noster est. Habemus liberum arbitrium: sed ipso libero arbitrio quantum possumus, nisi nos adiuuet ille qui iubet? Etenim illuc manus tua deducet me, & adducet me dextera tua. Et considerans longinquitatem viæ, quid sibi dixit? Et dixi, fortasse tenebræ conculcabunt me.) Ecce enim iam credidi in Christum, iam erigor duabus alis geminæ charitatis, & abundat iniquitas huius seculi: & quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sic dixit Dominus, Quoniam abundauit iniquitas, re- Matt. 24.b
frigescet charitas multorum. In ista vita inter tanta scandala, inter tam multa peccata, inter tantas turbas quotidianarum tentationum, quotidianarum suggestionum malarum, quid facio, inquit? Quomodo peruenio ad extrema maris? Audio terribiliter à Domino, Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Denique deinde subiecit, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Attendens lõgitudinẽ viæ, dixi mihi, Fortasse tenebræ conculcabunt me: Et nox illuminatio mea in deliciis meis.) Facta est mihi nox illuminatio: quia in nocte me desperaueram posse transire tantum mare, & tantam viam superare, & venire ad extremum perseuerando vsque in finem. Gratias illi qui me quæsiuit fugitiuum, qui terga mea flagelli plaga percussit, qui me vocando ab interitu reuocauit, qui fecit mihi illuminatam noctem. Nox est enim quandiu ista vita agitur. Quomodo est nox illuminata? Quia Christus descendit in noctem.

Accepit Christus carnem de isto seculo, & illuminauit
Luc. 15.b. nobis noctẽ. Perdiderat enim drachmam mulier illa, A
accendit lucernã. Sapientia Dei perdiderat drachmã.
Quid est drachma? Numus, in quo numo imago erat
Genesi.1.d ipsius Imperatoris nostri. Factus est enim homo ad
imaginẽ Dei, & perierat. Et quid facit mulier sapiens?
Accendit lucernã. Lucerna de luto est, sed habet lucẽ
qua inueniatur drachma. Lucerna ergo sapiẽtiæ, caro
Christi. De luto facta est, sed verbo suo lucet, & inuenit
perditos, & nox illuminatio in deliciis meis. Facta
est mihi nox in deliciis. Deliciæ nostrę Christus. Videte
quemadmodum de illo modò gaudeamus. Clamores
isti vestri, gaudia ista vestra vnde sunt, nisi de deliciis?
Vnde autẽ istę delicię, nisi quia nox illuminata est,
nisi quia Dominus Christus nobis prædicatur? Quia
quæsiuit vos antequã quæreretis eum, & inuenit vos
vt inueniretis eum. Et nox illuminatio mea in deliciis
meis. Quoniã tenebræ non obtenebrabuntur à te.) Tu
ergo noli tenebrare tenebras tuas, & Deus illas nõ te- B
nebrat, sed magis illuminat, quia illi dictũ est, ipsi cãto
Psal. 17.c in alio Psalmo, Tu illuminabis lucernã meã, Domine,
Deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autẽ tenebrant
tenebras suas, quas Deus nõ tenebrat? Homines
mali, homines peruersi. Cùm peccant, vtique tenebræ
sunt: dũ non confitẽtur peccata sua quæ fecerunt, sed
insuper defendunt, tenebrant tenebras suas. Ergo iam
si peccasti, in tenebris es: sed confitẽdo tenebras tuas,
mereberis illuminari tenebras tuas. Defendendo autẽ
tenebras tuas, tenebraberis tenebris tuis. Et quando
euades à duplicibus tenebris, qui in simplicibus labo-
rabas? Vnde autẽ Domin⁹ non tenebrat tenebras no-
stras? Quia nõ nos sinit impunita habere peccata. Fla-
gellat nos in istis laborib⁹, & erudit nos. Tota ista mi-
seria generis humani in qua gemit mundus, noueritis
fratres, quia dolor medicinalis est, non sentẽtia pœna-
lis. Videte quia dolor vbique, vbique metus, vbiq; ne-
cessitas, vbique labores. Crescit auaritia, sed in malis.
C Si ad hoc Deus hic talibus flagellis erudit nos vt nõ te-
nebrẽtur tenebræ nostræ, agnoscamus nos, sub pœna
flagelli esse, & benedicamus Deũ miscentẽ iam amari-
tudines dulcedini vitæ tẽporalis: ne tẽporaliũ delicia-
rũ delectatione cæcati, nõ desideremus delicias æter-
nas, nec velimus finire mare & habitare in nouissimo
maris. Sæuiãt ergo fluctus maris. Quãto plus sæuiunt
fluctus maris, tanto se illa cũ pennis colũba suspendit.
Nõ ergo tenebrat Deus tenebras nostras: quia miscet
flagella peccatis nostris, & amaritudines prauis dulce-
dinibus nostris. Non nos tenebrem⁹ tenebras nostras
defendẽdo peccata nostra, & nox illuminatio in deli-
ciis nostris Quoniã tenebrę non obtenebrabũtur à te.
Et nox tanquã dies illuminabitur.) Nox tanquã dies.
Dies nobis prosperitas seculi, nox nobis aduersitas se-
culi. Sed si cognoscamus ob meritũ peccatorũ nostro-
rũ nos aduersitates pati, & dulcia nobis sunt flagella
D patris, ne sit amara sententia iudicis: sic habebimus te-
nebras noctis huius, quomodo lumen noctis huius. Si
nox est, quomodo ibi lux est? Nox est, quia erratur hic
à genere humano. Nox est, quia nondũ venim⁹ ad illũ
diẽ quẽ nõ coarctat hesternus & crastinus: sed est dies
perpetuus, sine ortu, quia sine occasu. Nõ est ergo hic:
sed quandã lucem suã nox ista habet, & tenebras suas.
Quare sit generaliter nox diximus. Quæ est lux noctis
huius? Prosperitas & felicitas seculi huius gaudiũ tem-
porale, honor tẽporalis, quasi lux est noctis huius. Ad-
uersitas autẽ & amaritudo tribulationũ vel ignobilitas
tanquã tenebræ sunt noctis huius. In hac nocte, in hac
mortalitate vitæ humanæ habent homines lucem, ha-
bent homines tenebras: lucem prosperitatẽ, tenebras
aduersitatẽ. Sed vbi venerit Dominus Iesus Christus,
& habitauerit animam per fidem, & promiserit aliam
lucem, & inspirauerit & donauerit patientiam, & mo-
nuerit hominẽ non delectari prosperis, ne frangatur
aduersis: incipit homo fidelis indifferenter vti mundo
isto, nec extolli quando res prosperæ accedũt, nec frã-
gi quando res aduersę sunt, sed vbique Dominũ bene-
dicere: non solum quando abundat, sed etiam quãdo
amittit: non solùm quando sanus est, sed etiam quãdo
ægrotat: vt sit in illo vera illa cantio, Benedicã Domi- Psal. 33.a
num in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Si
ergo semper, quando lucet nox ista, & quãdo obscura
est nox ista, quando arridet prosperitas, quando tristis
est aduersitas, semper sit laus eius in ore tuo: & fiet tibi
quod modò dictũ est, Sicut tenebræ eius, ita & lumen
eius.) Non me conculcant tenebræ eius; quia non me
extollit lumen eius. Ecce habes lumen ipsius in Iob.
Abũdabat omnibus rebus. Lux noctis in illius diuitiis
B prima describitur. Quãtis rebus & quanta copia redũ-
dabat, lux erat noctis eius. Putauit inimicus propterea
illum talem virũ colere Deum, quia illa omnia dona-
uerat ei: & petiuit vt auferrentur ab eo. Factæ sunt te-
nebræ noctis illius, quæ primò habebat lucẽ. Nouerat
tamen ille, siue lux ibi esset, siue tenebræ, illam noctem
esse, in qua peregrinaretur à Deo suo: & habebat inte-
riorem lucem ipsum Deum suum, per quam lucem in-
teriorem indifferenter haberet siue tenebras noctis il-
lius, siue lucẽ. Propterea quia in luce noctis illius, id est
in rerum abundantia colebat Deum: ablatis illi omni-
bus rebus, posteaquam factæ sunt tenebræ illius, quid
dixit ille? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Do- Iob.1.d
mino placuit ita factum est, sit nomen Domini bene-
dictum. In nocte sum quadã vitæ huius. Dominus, in-
quit, habitat cor meum, illuminauit mihi solatiis qui-
busdam noctem, quando dedit copias rerum tempo-
ralium. Subtraxit ipsam lucem temporalẽ, & quasi te-
nebrata est nox. Sed quia sicut tenebræ eius, sic & lu-
C men eius: Dominus dedit, Domin⁹ abstulit, sicut Do-
mino placuit ita factum est, sit nomẽ Domini benedi-
ctum. Non sum tristis in nocte hac: quia sicut tenebræ
eius, ita & lumen eius. Vtrũque transit, vt qui gaudent 1.Cor.7.f
tanquam non gaudentes sint, & qui flent tanquam nõ
flentes sint: quia sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.
Quoniã tu possedisti renes meos Domine.) Non sine
causa sicut tenebræ eius, sic lumen eius. Intus est pos-
sessor, qui nõ solùm cor tenet, sed etiam renes: non so-
lùm cogitationes, sed etiã delectationes. Ipse ergo pos-
sidet vnde me delectaret aliquid lucis in nocte, ipse te-
net renes meos: nõ noui delectari nisi de luce interiore
sapiẽtiæ ipsius. Quid ergo? Nõ delectaris de proseri-
tate rerũ, de felicitate temporũ, de honoribus, de diu-
itiis, de familia? Non delector, inquit. Quare? Quia si-
cut tenebrę eius, ita & lumen eius. Vnde tibi ista indif-
D ferentia, vt sicut tenebræ eius, sic sit tibi & lumen eius?
Vnde? Quoniam tu possedisti renes meos Domine: Su-
scepisti me de vtero matris meæ.) Dum essem in vtero
matris meæ, nõ indifferẽter habebã in tenebras illius
noctis, & lucẽ illius noctis. Etenim vterus matris meę,
cõsuetudo ciuitatis meæ fuit. Quæ est illa ciuitas? Quæ
nos progenuit in captiuitate. Nouimus Babyloniam
illam, de qua hesterno die locuti sumus, vnde proficis-
cuntur oẽs, qui credũt & suspirant illi luci Hierusalem
cælesti. Ergo ego dixi, ex vtero matris meæ susceptus
sum à Domino: inde mihi tenebræ noctis huius, &
lux huius noctis indifferentes factæ sunt. Qui autem
est in vtero matris illius Babyloniæ, gaudet prospe-
ris seculi, frangitur aduersitatibus seculi, non nouit
gaudere nisi aliquid prosperum eueniat, secundum
tem-

tempus, nec nouit contristari nisi aliquid aduersum e-
ueniat secũdum tempus. Iam exi de vtero Babyloniæ, A
incipe cantare hymnũ Domino. Egredere & nascere,
Galat. 1.c suscipiet te Deus ex vtero matris tuæ. Quis Deus? De⁹
ille apostoli Pauli qui dixit, Cùm autem placuit Deo
al. predicare. qui me segregauit de vtero matris meæ, † reuelare filiũ
suum in me. Quæ enim erat mater eius? Sinagoga. Et
ibi quid didicerat, nisi quod habebant & didicerant
ipsi Iudæi & ipse populus? Nomen in illis remanserat
laudis Dei, facta autem in eis non inueniebantur. Erãt
in eis verba Dei, quasi folia in arbore, & fructus nus-
Matth. 21.b quam. Talem arborem fici sicut nostis, cùm Dominus
inuenisset, maledicto arefecit. Inuenit enĩ in ea folia,
& fructum non inuenit: quandã nobis arborẽ figura-
bat. Nam fructũ eorum tempus nondum erat. Quod
omnes homines nouerant, artifex cæli & terræ non
nouerat? Ergo ille qui Paulũ segregauit ab vtero ma-
tris suæ, ipse & nos segregauit ab vtero matris nostræ.
Cuius matris nostræ? Babyloniæ illius. Suscepti ergo
ex vtero illo, iam incipiamus habere aliam spem. Pro- B
misit, fratres, quate gaudeatis, fructus facite positi in
alia spe. Iam non nouimus malum nisi offendere Deũ,
& non perduci ad illa quæ promisit: nec nouimus bo-
nũ nisi promereri Deũ, & perduci ad illa quæ promit-
tit. Quid illa bona mundi huius, & mala mundi huius?
Indifferẽter habeamus, quia iam suscepti ab vtero ma-
tris nostrę indifferẽter ea habentes, dicimus, Sicut te-
nebræ eius, sic & lumen eius. Nec felicitas huius seculi
nos beatos facit, nec aduersitas miseros: Opus est iusti-
tiam tenere, fidem diligere, sperare in Deum, diligere
Deũ, diligere & proximum. Post istos labores habebi-
mus indefessam lucem, habebimus diem sine occasu
transit quicquid est in ista nocte lucidum & tenebro-
sum: Quoniam tu possedisti renes meos Domine, su-
scepisti me ex vtero matris meæ. Cõfitebor tibi Dñe,
quoniã terribiliter mirificatus es.) Terribiliter miri-
ficatus es: eo ipso quòd te miramur, tu terribilis es, cũ
tremore gaudemus. Timemus enim ne de donis tuis C
nos extollentes per superbiam, mereamur amittere
quod humilitate percepimus. Confitebor tibi Dñe,
quoniã terribiliter mirificatus es. Mirabilia opera tua
Deus, Et anima mea cognoscit valde.) Iam cognoscit
anima mea valde, quoniam suscepisti me ex vtero ma-
tris meæ. Antea verò mirificata est scientia tua ex me,
inualuerat, nec poteram ad illam. Ergo ex me inualue-
rat, nec poteram ad illam. Vnde modò anima mea co-
gnoscit valde, nisi quia nox illuminatio in deliciis meis
est, nisi quia venit mihi gratia tua & illuminauit tene-
bras meas, nisi quia tu possedisti renes meos, nisi quia
tu suscepisti me ex vtero matris meæ? Nõ est abscõdi-
tum os meũ à te, quod fecisti in abscõdito.) Os suũ di-
cit. Quod vulgo dicitur ossum, Latinè os dicitur. Hoc
in Græco inuenitur. Nã possemus hic putare os esse ab
eo quod sunt ora, nõ ossum corruptè ab eo quod sunt
D ossa. Nõ est ergo absconditũ, inquit, os meũ à te, quod
fecisti in abscondito. Habeo in abscõdito quoddã os-
sum. Sic enim potius loquamur. Melius est vt reprehẽ-
dant nos Grãmatici, quã non intelligant populi. Ergo
est, inquit, quoddã ossum meũ intus in abscondito. Tu
fecisti intus ossum mihi in abscondito, & nõ est abscõ-
ditũ à te. In abscondito enim fecisti, sed nũquid & tibi
hoc abscondisti? Hoc ossum meũ factum est à te in ab-
scondito, homines non vidẽt, homines nõ nouerunt:
tu autem nosti qui fecisti. Quod ergo os dicit fratres?
Quæramus illud, in abscondito est. Sed quia Christia-
ni in nomine Dñi Christianis loquimur, modò inue-
nimus quid sit ossum huiusmodi. Firmitas quædã est
interior, quia in ossibus firmitas & fortitudo intelligi-
tur. Est ergo quædã animę interior vis, vbi firmitas nõ
frangitur. Quælibet tormenta, quęlibet tribulationes,
quælibet huius seculi aduersitates vndique sæuiant, il-
lud quod Deus in abscõdito fecit firmũ, in nobis fran-
gi non potest, nõ cedit. A Domino enim facta est quę-
dam firmitas patientiæ nostræ, de qua dicitur in alio
psalmo: Veruntamẽ Deo subiecta est anima mea quo- Psal. 61.b
niam ab ipso patientia mea. Et attẽde apostolũ Paulũ,
habẽtem intus hoc genus firmitatis. Quasi tristes, in- 2. Cor. 6.b
quit, semper autem gaudentes. Vnde quasi tristes? Cõ-
tumeliis, opprobriis, persecutionibus, flagellis, plagis,
carceribus, catenis, lapidationibus. Quis nõ eos mise-
ros tunc existimaret? Nec illi ipsi persecutores sæuirẽt
in eos, nisi putarent eos miseros fieri persecutionibus
suis. Illi enim eos ex sua infirmitate coniiciebant, qui
non habebant ossum absconditum interius. Illi verò
qui habebant, hominibus foris tristes videbãtur, intus
autẽ gaudebant Deo: cui non erat absconditũ ossum
ipsorum quod fecerat in abscondito. Aperit autẽ hoc
ossum in abscondito factũ à Deo idem apostolus Pau-
lus his verbis: Non solum autẽ, inquit, sed etiam glo- Rom. 5.a
riamur in tribulationibus. Parũ est quia non es tristis,
sed & gloriaris? Sufficiat tibi tristem non esse. Parũ est,
inquit, Christianis. Tale ossum mihi fecit in abscondi-
to, vt parum sit non frangi, nisi etiã glorier. Vnde glo-
riaris? In tribulationibus, scientes quia tribulatio pa-
tientiam operatur. Vide quomodo formata sit illa fir-
mitas intus in corde. Scientes quoniam tribulatio pa-
tientiam operatur, patiẽtia probationẽ, probatio spẽ,
spes autem non confundit: quoniam charitas Dei dif-
fusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui
datus est nobis. Sic formatũ atque firmatũ est ossum
illud absconditũ, vt faciat nos etiam gloriari in tribu-
lationibus. Sed videmur hominibus miseri, quia ab-
sconditũ est ab eis quod habemus intrinsecus. Nõ est
absconditũ os meũ à te quod fecisti in abscondito. Et
substãtia mea, in inferioribus terræ.) Ecce in carne est
substantia mea, in inferioribus terræ est substãtia mea,
& habeo tamẽ ossum intrinsecus quod formasti, quod
faciat me nõ cedere omnib⁹ persecutionibus inferio-
ris huius regionis, vbi est adhuc substantia mea. Quid
enim magnum est, si fortis est angelus? Magnum est si
fortis est caro. Et vnde fortis est caro? Vnde fortè vas
fictile, nisi quia factũ est ibi ossum in abscõdito? Et sub
stãtia mea in inferiorib⁹ terræ. Quid de illis qui minus
firmi sunt Loquitur enĩ, vt iã cõmẽdaui, Christus. Sed
multa dicta sunt ex persona corporis audi & ex perso-
na capitis, & nõ quasi distinguit, vt inducat ipsas perso-
nas, modò caput, modò corpus. Si enim distinguit, &
quasi diuidit, nõ erunt duo in carne vna. Si autem duo 1.Cor.6.
sunt in carne vna: noli mirari si duo sunt in voce vna.
Quando Dñs noster Iesus Christus passus est, discipuli
nõdũ habebãt illud ossũ interius, nõdũ illis erat firma-
tũ robur patiẽtiæ, & latebãt se, nesciebãt vires suas: &
ausus est Petrus pmittere societatẽ mortis cũ Domini
passione, & nõ se nouerat ęgrotus, medicus autẽ noue-
rat ægrotũ. Quid autẽ factũ est? Tecũ, inquit, ero vsq;
ad mortẽ. Amen dico tibi, prius quã gallus cantet, ter Matth. 26.c
me negabis. Respõsio medici verior inuẽta est, quàm
ægroti præsumptio. De his ergo dicit, Non est abscõ-
ditũ os meũ à te, quod fecisti in abscondito. In quibus
est ipsum os firmatũ intrinsecus, & maximè robur pas-
sionis in ipso Domino nostro & saluatore Iesu Chri-
sto, qui cùm voluit sedit, cũ voluit surrexit, cum voluit
dormiuit, cùm voluit euigilauit. Quia potestatem, in-
quit, habeo ponendi animã meam, & potestatem ha- Ioan. 10.c
beo iterũ sumendi eam. Quid de illis in quibus nõ erat
fortitudo illa formata atque firmata? Quid de illis?

Vide quid dicat Deo patri, Imperfectum meum viderunt oculi tui.) Imperfectum meũ, Petrum pollicentẽ & negantẽ, præsumentẽ & deficientẽ, viderunt tamẽ
Luc. 22 g oculi tui. Nã quòd eum & ipse Dñs respexit, sicut scriptũ est in Euãgelio, iam post tertiã negationẽ cõmonitus quid ei prædixerit Dñs, Exiit foras & fleuit amarè. Fletus ille de respectione Dei fuit, quia imperfectum meũ, inquit, viderũt oculi tui. Nã ille imperfectus titubãs in Domini passione, proculdubiò periret, sed viderũt eum oculi tui: non solũ ipsum, sed & omnes qui imperfecti fuerũt, donec Christi resurrectione firmarentur. Apparuit enim oculis eorũ non perisse in Domino quod mortuũ erat: & factũ est os illud in abscõdito eorum, vt nec ipsi iam timerẽt mori. Imperfectũ meũ viderunt oculi tui, Et in libro tuo omnes scribentur.) Non solũ perfecti, sed etiã imperfecti. Nõ timeãt imperfecti, tantũ proficiant. Nec quia dixi, nõ timeãt, ament imperfectionem, & ibi remaneant vbi inuenti sunt. Tantũ proficiant, quantum in ipsis est. Quotidie addant, quotidie accedãt, tamẽ à corpore Domini nõ recedãt: vt in vno corpore, & in his membris cõpaginati possint mereri de se dictã esse vocẽ istam, Imperfectum meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Per diem errabunt, & nemo in eis.) Dies
Ioan. 12 f hic adhuc erat Dominus noster Iesus Christus. Vnde dicebat, Ambulate dum diẽ habetis. Sed per diẽ errabũt imperfecti ipsius. Putauerũt & ipsi Dũm nostrum Iesum Christũ tantũmodo hominẽ esse, nõ habere in se occultã diuinitatẽ, non esse occultè Deum, sed hoc solum esse quod videbatur: hoc & ipsi putauerunt. Nã & ipse Petrus, de illo enim potissimum loquimur, in quo nobis etiã nõ desperatæ firmitatis exemplũ propositũ est: dixerat Domino idẽ Petrus, cùm interro-
Matth. 16. c gasset quid illũ dicerent homines, Tu es Christus filius Dei viui. Et dixerat ei Dominus, beatus es Simõ bar-Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Quare? Quia dixerat eũ filiũ Dei. C Ibi paulo pòst eodẽ loco in ipsa cõtextione verborũ, cœpit Dñs de passione sua futura dicere. Ille autẽ Petrus qui iam illum confessus fuerat filiũ Dei, timuit ne sicut filius hominis moreretur. Erat & filius Dei, erat
Philip. 2. a. Ioan. 14. d & filius hominis: filius Dei in forma Dei æqualis patri, filius hominis in forma serui, qua minor est patre. Vẽturus erat ad passionẽ vtique ex forma serui. Quid timuit Petrus? Ne in forma serui periret forma Dei, & nõ potius præsumpsit, quia ex forma Dei reuiuiscere
Matt. 16. d. forma serui. Ait illi, Absit à te Dñe, propitius tibi esto. Et Dñs qui illũ beatum dixerat in illa voce, Vade post me satanas, inquit: neque enĩ sapis quæ Dei sunt, sed q̃ hominũ sunt. Iã dudũ quia dixerat, Tu es Christ⁹ filius Dei viui, audiuit: nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater me⁹ qui in cælis est: ideo petra, ideo beatus. Modò autẽ quia nõ ex patris reuelatione, sed ex carnis infirmitate respõderat, satanas appellatus est. Nõ sapis, D inquit, quæ Dei sunt, sed q̃ hominũ. Et hic erat Chri-
Matth. 8. c Matth. 18. c Ioan. 11. f stus, fratres: inter illos ambulauerat, ventis imperauerat, ante oculos ipsorũ fluctus calcauerat, ante oculos ipsorũ quatriduanũ mortuũ suscitauerat, ante oculos ipsorũ tanta miracula fecerat, & tamẽ trepidauerũt in passione eius, quasi amisissẽt eũ de quo frustra præsumpserãt: sed per diẽ errabãt, & nemo in eis. Nemo prorsus, nec ipse qui dixerat, Tecũ vsque ad mortẽ ero. Di-
uc. 22 d Ioan. 16. d. xerat enim illis, Veniet hora vt me relinquatis solũ, & eat vnusquisque in viã suã. Sed nõ sum solus, quia meũ est pater. Cum illo erat pater, & ipse cũ patre, & in
Ioan. 10. g illo pater, & ipse in patre: & ipse & pater vnũ, & illi timuerũt cùm moreretur. Quare, nisi quia per diẽ errauerunt, & nemo fuit in eis? Per diẽ errabũt, & nemo in A eis. Sed quid est errabũt per diẽ? Nũquid peribunt? Et vbi est, Imperfectũ meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo oẽs scribentur? Ergo quãdo per diẽ errauerũt? Cũ hic positũ Dũm non intellexerunt. Et quid sequitur? Mihi autẽ valde honorificati sunt amici tui Deus.) Idẽ ipsi qui per diẽ errauerũt & nemo in eis fuit, amici tui facti sunt: & valde mihi honorificati sunt. Factũ est in eis os illud post resurrectionẽ Dñi in abscondito, & pro eius nomine passi sunt, in cuius passione trepidauerũt. Mihi autẽ valde honorificati sunt amici tui Deus. Valde confortati sunt principatus eorũ. Facti apostoli, facti duces ecclesiæ; facti arietes ducentes greges: Valde confortati sunt principatus eorum, Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabuntur.) Per illos qui per diẽ errauerunt, & nemo erat in eis, ecce nata est tãta multitudo, quæ iam sicut arena numerari non potest, nisi à Deo. Dixit enim, super arenam multiplicabũtur: & tamen dixerat, dinumerabo eos. Illi ipsi numerati, super
B arenam multiplicabuntũr. Ei quippe arena numerata Matth. 10. d est, cui numerati sunt capilli capitis nostri: Dinumerabo eos, & super arena multiplicabũtur. Exurrexi, & adhuc sum tecũ.) Exurrexi, & adhuc sũm tecũ, quid est? Iam passus sum, inquit, sepultus sum, ecce surrexi, & adhuc me non intelligunt secũ. Adhuc tecũ sum, id est, nondum cum ipsis: quia me nondum agnoscunt. Sic enim legitur in Euãgelio: Quia post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, sibi apparentẽ non conti-
Matth. 18. d nuò cognouerunt. Est & alius sensus: Exurrexi, & adhuc sum tecũ, vt hoc tempus significare voluerit, quo adhuc in occulto est ad dexterã patris: antequã reueletur in claritate qua venturus est ad iudicandũ de viuis & mortuis. Et deinde dicit, quid interea per totum hoc tẽpus dum iam resurrexit & adhuc cum patre est, patiatur hic per commixtionẽ peccatorũ in corpore suo, quod est ecclesia, & per separationẽ hæreticorum. Sequitur enim & dicit, Si occideris Deus peccatores viri sanguinum declinate à me: Quoniã dices in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas.) Videtur sic connecti ordo verborum: Si occideris Deus peccatores accipient in vanitate ciuitates suas. Sic enim occisos vult intelligi, cùm per superbiã qua intumescunt, amittunt gratiã qua viuũt. Spiritus enim sanctus
Sapien. 1. b disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Sic occiduntur peccatores, quia obscurati intelligentia alienantur à via Dei. Amittunt enim confessionẽ propter elationẽ: atque ita in eis occisis fit quod scriptum est, A mortuo homine
Eccle. 17. a tanquam qui non sit, perit cõfessio. Et sic accipiunt in vanitate ciuitates suas, id est, populos suos vanos eorũ vanitatem sectantes: cùm inflati iustitiæ nomine persuadent, vt dirupto vnitatis vinculo eos tanquã iustiores cæci & imperiti sequãtur. Et quia plerumque hinc inueniunt occasionẽ separandi se ab vnitate Christi, dum malos accusant cum quibus se cõmunionẽ nolle habere cõfingunt. Et quia fieri potest, vt non tantũ infament innocẽtes, quos tanquã malos se fugere simulant, sed etiam vera de quibusdã malis sui similibus dicunt, inter quos triticũ Christi seruato vnitatis vin-
Matt. 3. c culo gemit: propterea interposuit, Viri sanguinum declinate à me, quoniam dices in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas: id est, ideo seducent in separationem propriã populos suos vanitate propria corrumpendos, quia tu in cogitatione dices, viri sanguinum declinate à me: vt scilicet meritò superbię peccatores in spiritu occisi, propterea ciuitates suas, hoc est, populos suos in vanum accipiant: hoc est, in erroris vanitatem separando traducant, & quasi offensi commixtione palearum, dirupta vnitate triticum deserãt: quia

quia ipsum triticũ, id est, bonos fideles monet, vt ante ventilationem quæ nouissima futura est, nõ apertè se à A malis segregẽt, ne adhuc eis cõmixtos deserãt bonos, sed per bonam conuersationẽ & dissimilitudinem vitæ quodãmodo tacitè illis dicat corpus Christi, viri sanguinũ declinate à me. Hoc enĩ eis voce Dei dixit, quæ vox in cogitatione est, sicut eã Deus dicit in cogitatione sancti populi sui. Viri autem sanguinũ qui sunt, nisi
1. Ioan. 3. c. qui oderunt fratres? Sicut Ioãnes dicit, Qui odit fratrẽ suum, homicida est. Hoc ergo non intelligentes occisi peccatores, quomodo dicat Deus malis in cogitatione bonorũ, Viri sanguinũ declinate à me, accusant in eis communionẽ malorum: & se per has calumnias separando, accipiũt in vanitate ciuitates suas. Hęc vox quę modò in cogitatione bonorũ dicitur malis, aperta erit
Matth. 7. d in illa die quãdo eis dicetur à capite ipso nostro: Nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Nunc autem dicit corpus Christi, quod est Ecclesia, Quid est quod mihi calũniãtur superbi, quòd B quasi me maculent aliena peccata, & propterea separãdo se, accipiunt in vanitate ciuitates suas? Nónne eos
Matth. 13. f. Ibidem. 3. c qui oderãt te Dñe, odio habui?) Vt quid à me peiores exigunt etiã corporalem à malis separationem, vt ante tempus messis simul cũ zizaniis eradicetur & triticum: vt ante tẽpus ventilationis perdã sustinentiam tolerãdi paleam: vt antequam oĩa genera piscium ad finẽ seculi tanquã ad littus separanda perueniant, retia pacis vnitatisq; dirumpam? Nunquid malorũ sunt sacramẽta quæ accipio? Nunquid eorum vitæ factisque cõmu-
Psal. 68. b nico consentiendo? Nónne eos qui oderãt te Domine, odio habui? Et super inimicis tuis tabescebã.) Nónne cùm zelus domus tuæ comederet me, videbam insen-
Psalm. 118. (53) satos, & tabescebã? Nónne & tædium detinebat me à peccatoribus derelinquentibus legem tuã? Qui enim sunt inimici tui, nisi qui vita sua indicãt quàm oderint legem tuã? Hos ergo cùm odissem, cur mihi calumniãtur qui accipiunt in vanitate ciuitates suas, quòd mihi imputari possint eorũ peccata quos oderã, & super quibus zelo dom⁹ Dei tabescebã? Sed vbi est, Diligite ini-
Matth. 5. g micos vestros? An quia vestros dixit, nõ Dei? Benefacite, inquit, eis qui oderunt vos. Non ait, qui oderunt Deũ: ideo iste secutus dixit, Nónne eos qui oderunt te Dñe, odio habui? nõ dixit, qui oderũt me. Et super inimicis tuis tabescebam: tuis dixit, nõ meis. Sed qui nos propterea oderũt, & propterea inimici nobis sunt, quia Deo seruimus: quid aliud quàm eũ oderunt, & eius inimici sunt? Nũquid ergo tales inimicos nostros diligere
al non debemus nos debemus †? Aut nõ propter Deũ persecutionẽ patiuntur, quibus dicitur, Orate pro persequẽtibus vos? Ergo attende q̃ sequitur, Perfecto odio oderam illos.) Quid est, perfecto odio? Oderã in eis iniquitates eorũ, diligebã conditionẽ tuã. Hoc est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter D homines diligas. Nam ecce vide quid adiũgat, Inimici facti sunt mihi.) Non iam tantũ Dei, sed suos inimicos ostẽdit. Quomodo ergo in eis impleuit, quod & ipse dixit, Nónne eos qui oderãt te, odio habui; & quod Dñs prę̃cepit, Diligite inimicos vestros? Quomodo implebit hoc, nisi illo perfecto odio: vt hoc in eis oderit q̃ iniqui sunt, hoc diligat quod homines sunt? Nam & tẽpore veteris Testamẽti quo visibilibus suppliciis carnalis populus coërcebatur, homo ad nouũ Testamentũ per intelligentiã pertinẽs famulus Dei Moyses, quomodo oderat peccatores cùm pro eis orabat, & quomodo nõ oderat cùm eos occidebat, nisi quia perfecto odio oderat eos? Ea nãque perfectione sic oderat iniquitatẽ quam puniebat, vt diligeret humanitatem pro qua orabat. Cùm ergo corpus Christi ab impiis & iniquis etiam corporaliter in fine separandum, nunc inter eos interim gemat: & cũ illi occisi peccatores tãquam de malorum cõmunione bonis calũniando, & se quasi per occasionem malorũ magis à bonis & innocentibus separãdo, sic accipiãt in vanitate ciuitates suas, vt multi mali adhuc restent qui eorũ separationẽ non sequãtur, sed à bonis vsq; in finẽ tolerãdi, in eadem permix-
Matth. 13. c tione remaneãt: quid inter hæc agit corpus Christi, siue centenũ, siue sexagenũ, siue tricenum fructum afferens cũ tolerãtia? Quid agit proxima Christi in medio filiarum, sicut lilium in medio spinarum? Quæ sunt vo-
Cant. 2. a ces eius? quæ cõsciẽtia? quæ species filiæ regis intrinsecùs? Ecce audi quid dicat, Proba me Deus & scito cor meum.) Tu Deus, tu proba, tu scito, nõ homo, non hæreticus: qui nec probare nouit, nec scire potest cor meũ, vbi tu probas & scis quia nõ consentiam factis malorũ, & illi me putant cõtaminari posse peccatis aliorum: vt dum ego in lõginqua peregrinatione mea facio quod in alio Psalmo gemo, id est, Cum iis qui oderant pacẽ
Psal. 119. b eram pacificus, donec peruenią ad illam visionẽ pacis, quod interpretatur Hierusalẽ, quæ est mater oĩm nostrum, ciuitas æterna in cælis: ipsi litigando & calumniando seq; separando accipiãt non planè in æternitate, sed in vanitate ciuitates suas. Proba ergo me Deus, & scito cor meum: Scrutare me & cognosce semitas meas.) Vt quid hoc? Attẽde quid sequitur. Et vide, inquit, si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.) Scrutare, inquit, semitas meas, id est, cõsilia & cogitationes meas: & vide si via iniquitatis sit in me siue faciendo, siue cõsentiendo, & deduc me in via æterna. Quid aliud dicit, quam deduc me in Christo? Quid est
Ioan. 14. d enim via æterna, nisi qui est vita æterna? Æternus enim est qui dixit, Ego sum via, veritas & vita. Si ergo aliquid inueneris in via mea q̃ displicеat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est, tu deduc me in via æterna, vbi C nulla est iniquitas: quia & si quis peccauerit, aduocatũ
1. Ioan. 2. a habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ. Ipse est exoratio pro peccatis nostris: ipse est vita æterna sine peccato: ipse est vita æterna sine supplicio. Magna sacramẽta, fratres. Quomodo nobiscũ loquitur spirit⁹ Dei? quomodo nobis facit in hac nocte delicias? Quid est hoc, rogam⁹ vos fratres? Inde dulciora, quo obscuriora. Cõficit nobis potionẽ ad amorem suũ, quibusdam modis suis miris. Mirificat ipsa dicta sua, vt cùm ea diceremus quæ iã noueratis, tamẽ quia ex illis locis eruebantur quę obscura videbãtur, tanquã noua fieret ipsa cognitio. Nũquid nõ noueratis fratres, quia in Ecclesia Dei tolerãdi sunt mali, & schismata nõ sunt faciẽda? Nũquid iã non sciebatis, quia intra illa retia quę capiũt bonos & malos pisces, perdurãdũ est vsq; ad littus: nec
Matth. 13. f retia rũpenda sunt, quia in littore separabũtur boni ad vasa, & mali proiicientur? Iã ista noueratis, versus autẽ istos Psalmi huius nõ intelligebatis. Expositũ est quod non intelligebatis, & innouatum est quod noueratis.

IN PSALMVM CXXXIX. PRÆFATIO.

IVSSERVNT Domini fratres, & in ipsis Dominus omnium, vt ipsum Psalmum afferam, ad vos intelligendum, quantum Dominus donat. Adiuuet orationibus vestris, vt ea dicã quæ oportet me dicere, & vos audire: vti omnibus nobis vtilis sit sermo diuinus. Nõ
2. Thes. 3. a. enim omnibus vtilis est, quia non est omnium fides. Fides autem sic est in anima vt radix bona, quæ pluuiam in fructum ducit: perfidia verò & error diabolicus &
1. Tim. 6. cupiditas mala radix omnium malorũ, sicut radix spinarum etiã dulcem pluuiam ad punctiones conuertit. Quid habet Psalmus iste, credo cùm cantaretur aduertisse vos: quoniã conqueritur & gemit, & Deo precem fundit inter malos cõstitutũ corpus Christi: Eius enim

vox est in omni tali prophetia, tanquã illius inopis, id
Matth. 5. a est egentis, nondũ satiati, esurientis & sitientis iustitiã, A
cui quędam saturitas promissa in fine seruatur. Interim
hic nunc sitiat & esuriat, gemat & pulset & quærat. Pe-
regrinationis illecebris nõ delectetur, non putet patriã
seculum, vnde vt liberaretur Christus aduenit: quia
Christus caput nostrũ esse voluit, caput scilicet cuiusdã
corporis. Non enim potest dici caput, vbi corpus nul-
lũ est cui sit caput. Proinde si caput Christus, & alicuius
corporis caput est Christus. Corpus illius capitis san-
cta Ecclesia est, in cuius nos mẽbris sumus, si caput no-
strũ diligimus. Audiamus ergo voces corporis Christi,
hoc est, nostras, si sumus in Christi corpore: quia quis-
quis ibi nõ fuerit, in eis erit inter quos illud corpus ge-
mit. Proinde aut in illo corpore eris, vt gemas inter
malos: aut non eris in illo corpore, & in eis eris inter
quos malos gemit corpus quod gemit inter malos: aut
membrũ Christi, aut hostis corporis Christi. Nec isti B
inimici & aduersarij corporis Christi vno modo intel-
liguntur, aut vno modo agunt. Versipellis est enim qui
in eis regnat, & qui eis vtitur tanquam vasis suis. Cæte-
rùm multi ab illo liberantur, & in corpus Christi tran-
seunt, & qui sint, & quid futuri sint, nouit ille qui illos
redemit sanguine suo nesciẽtes. Sunt autem quidã per-
seuerantes in malitia sua, ad Christi corpus non perti-
nentes, & ipsi noti ei vtique cui nihil ignotum est. Inte-
rim illi qui iã compaginati sunt cum mẽbris eius: non-
dum habẽtes resurrectionem futurã, in qua perit om-
nis gemitus, & laus succedit, in qua omnis tribulatio
morietur, & erit sine fine exultatio: nondũ ergo haben-
tes hoc in re, sed tamen tenentes in spe, gemunt ex de-
siderio quodã, & orant se liberari ab hominibus malis,
inter quos necesse est viuere & bonis. Non enim sepa-
ratio iã cuique tuta est. Illius enim erit separatio, qui nõ
nouit errare. Quid est, qui nõ nouit errare? Vt nec ma-
lum traiiciat ad dexterã, nec bonum ad sinistram. Nos C
autem in hac vita difficile est vt nosipsos nouerimus,
quãto minus debemus de quoquã præproperam ferre
sententiam? Quia si hodie malum nouimus, cras qualis
futurus sit ignoramus: & fortè quem vehemẽter odi-
mus, frater noster est, & nescimus. Securi ergo odimus
in malis malitiam, & diligimus naturam & creaturam:
vt quod ibi fecit Deus amemus, quod ibi fecit ipse ho-
mo, oderimus. Fecit enim Deus ipsum hominem, fecit
autem homo peccatum. Dilige quod fecit Deus, odi
quod fecit homo. Sic enim persequeris quod fecit ho-
mo, vt liberetur quod fecit Deus.

In finem Psalmus ipsi Dauid.

Rom. 10. a FInem non intendas alium, quàm tibi ab Apostolo
præstitutum est. Finis enim legis Christus, ad iustitiã
omni credẽti. Ergo cùm audis Psalmũ dicere, In finẽ,
corda conuertãtur ad Christum. Tanquã enim præco
Psalmi est titulus Psalmi, veluti dicẽs, Ecce veni, & in-
de dicturus sum, de quo cãtaturus: Nam & ipsi Dauid, D
Rom. 1. a non intelligo nisi ipsum qui factus est ex semine Dauid
secundùm carnem. Interim propter genus cõgruit no-
men. Genus carnale à Dauid, genus spiritale supra Da-
Ioan. 8. g nid. Et nõ solùm ante Dauid, sed ante Abrahã: nec an-
te Abraham tantũ, sed ante Adã: nec ante Adam tan-
tum, sed ante cælum & terrã, ante omnes angelos, ante
omnes potestates & virtutes, ante oĩa visibilia & inui-
sibilia. Quare? Quia vt hæc essent, omnia per ipsum fa-
Ioan. 1. a cta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Ergo quia ex semine
Dauid non secundùm diuinitatẽ, qua creator est ipsius
Dauid: sed secundùm carnẽ Dauid dignatus est voca-
ri in prophetia, in ipsum finẽ intende, quia ipsi Dauid
canitur Psalmus: & corporis eius vocẽ audi, & esto in
corpore eiꝰ. Vox quã audisti tua fiat, & ora & dic quod
sequitur.

Expositio Psalmi.

EXime me Domine ab homine maligno.) Non ab
vno, sed ab ipso genere: nec à vasis tantũ, sed ab ip-
so principe, id est, ab ipso diabolo. Quare enim ab ho-
mine si à diabolo? Quia & ipse in figura homo dictus
est: Venit inimicus homo, & superseminauit zizania. Matth. 13. d
Et cùm dixissent serui ad patrẽfamiliãs, Nónne bonũ
semen seminasti, vnde apparuerunt zizania? Respon-
sum est, Inimicus homo hoc fecit. Ab isto ergo homi-
ne maligno ora quantum potes vt libereris. Quia non
est tibi colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed Ephes. 6. b
aduersus principes & potestates, & rectores mundi te-
nebrarum harũ, id est, rectores peccatorũ. Quod quidẽ
& nos fuimus, nam audiuimus modò vocem Apostoli, Ephes. 5. b
Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in Domino.
Iã ergo lux facti, non in nobis, sed in Domino, oremus
non tantum contra tenebras, id est, contra peccatores
quos adhuc diabolus possidet, sed etiam contra ipsum B
principem eorum diabolum, qui operatur in filiis diffi-
dẽtiæ. A viro iniusto erue me.) Hoc est, ab homine ma-
ligno, quod est à viro iniusto. Malignum enim ideo di-
xit, quia iniustum, ne fortè aliquem iniustum bonum
esse putes. Sunt enim multi iniusti quasi non nocentes,
non sunt sæui, non sunt asperi, nõ sunt persequentes &
præssuras hominibus facientes: sed tamẽ vnde iniusti?
Quia alio quodãmodo, luxuriosi, ebriosi, voluptatibus
dediti. Quomodo nulli nocet qui sibi non parcit? In-
nocens enim ille est qui non nocet, non autem qui sibi
nocet. Tibi autem quomodo potest non nocere, qui
sibi nocet? Sed respondes, In quo mihi nocet? non
enim inuasit rem meam, aut appetiuit salutem meam.
Luxuria sua pascitur, suis voluptatibus delectatur. Sed
si iniquitas habet voluptates, ipse inquinatur. Mihi
quid pertinet, cui molestus non est? Nocet tibi saltem
vel exemplo, quia viuit tecum, & ad quod agit inuitat. C
Nónne cùm eum vides fortè in illis sordibus prospe-
rari, duceris talium delectatione factorum? Et si non
consentis, saltem inuenisti quod expugnes. Quomo-
do ergo tibi non nocebat, qui laboras vincere quod
fecit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus, &
necesse est noxius sit, siue sit blandus siue sit ferox.
Quisquis in illum incurrerit, quisquis laqueis eius fue-
rit captus, inueniet quam sit noxium quod putabat le-
ne. Etenim fratres, & spinæ non pungunt in radicibus.
Erue spinas de terra, contrecta radices ipsarum, & vi-
de si sentis dolorem. Tamen illud vnde dolorem sen-
tis in superficie, de illa radice processit. Itaque non vo-
bis placeant homines quasi lenes & blandi, amatores
tamen carnalium voluptatum, & inquinatarum cu-
piditatum sectatores non vobis placeant. Et si adhuc
videntur lenes, radices spinarum sunt. Nam talibus fa-
ctis per luxuriam plerunq; effundunt quod habebant.
Et quomodo quærũt implere quod effunderunt? Nũ-
quid iam parcunt rapinis & cogitationibus fraudium
omni generi malignitatis exquirendæ? Iam vides ma-
lum hominem quem putabas antea lenem. Quando
illum videbas inebriari, bonus erat: modò iam furem
vides, latronem times. Processerunt spinæ de illis radi-
cibus. Quando sentiebas lenes radices spinarum, tunc
si posses incenderes, & non esset vnde prodiret quod
te modò pungeret. Proinde fratres mei, corpus Chri-
sti vel membra Christi gementia inter tales malos,
quoscunque videtis procliues ferri in malas libidines
& in perniciosas voluptates, tũc reprehendite, & tunc
castigate, tunc vrite. Incendatur radix, & non est vn-
de spina procedat. Si autem non potueritis, certi esto-
te quòd eos habebitis inimicos. Tacere possunt, oc-
cultare inimicitias suas possunt, amare vos non pos-
sunt.

sunt. Sed quoniã amare vos non possunt, & necesse est,
vt qui oderunt vos mala vobis quærant, nõ vacet lin- A
gua & cor vestrum dicere Deo, Exime me Domine ab
homine maligno, à viro iniusto erue me. Qui cogitaue-
runt iniustitias in corde.) Quid enim, quia non audent
proferre in lingua, & seruant in corde? Propter eos enĩ
dixit qui plerunque in labiis bona loquuntur. Audis
vocem iusti, sed nõ est cor iusti. Nam quid profuit hoc
addere, vt diceret: Qui cogitauerunt iniustitias in cor-
de? Ab eis me libera, ibi sit potentissima manus tua ad
eruendũ me. Facile est enim deuitare apertas inimici-
tias, facile est auerti ab inimico prompto & manifesto,
cuius iniquitas iã etiam in labiis est. Ille est molestus, il-
le occultus. Ille difficilè deuitatur, qui in labiis bona
portat, & in corde occultat mala. Qui cogitauerunt in-
iustitias in corde. Tota die cõstituebãt bella.) Quid est,
bella? Cõtra quæ pugnarẽ tota die mihi constituebãt.
Inde enim hoc nascitur de talibus cordibus, quicquid
est cõtra q̃ pugnat Christianus. Si seditio, si schisma, si B
hæreses, si contradictio turbulenta, non hoc erumpit
nisi de illis cogitationibus quæ tegebantur: & quando
labia bona loquebãtur, tota die cõstituebant bella. Pa-
cata audis verba, sed belli cõstitutio à cordibus nõ di-
scedit. Quod enim dictũ est, Tota die, sine intermissio-
ne significat; id est, toto tẽpore. Acuerunt linguas suas
sicut serpentes.) Si adhuc quæris hominẽ, aspice simi-
litudinem. In serpente maxima astutia est & dolus no-
cendi, propterea etiã serpit. Nõ enim vel pedes habet,
vt eius vestigia cùm venit audiãtur. In eius itinere ve-
lut lenis est tractus, sed nõ est rectus. Ita ergo repunt &
serpunt ad nocendũ, habentes occultum venenum &
sub leni contactu. Et ideo sequitur, Venenum aspidum
sub labiis eorũ.) Ecce est illud sub labiis: vt aliud sub la-
biis, aliud in labiis aduertamus. Quos etiã apertè ma-
Psal. 27. a nifestat alio loco vbi dicit: Qui loquuntur pacem cum
proximo suo, mala autẽ sunt in cordibus eorum. Con- C
serua me Domine de manu peccatoris, ab hominibus
iniustis erue me.) Ipsi sunt, noti sunt: nõ hoc opus est in-
telligere, sed agere. Orare opus est, nõ quærere qui sint.
Sed quomodo ores aduersus huiusmodi homines, a-
perit tibi in cõsequẽti. Multi enim aduersus malos im-
peritè orant. Qui cogitauerũt, inquit, supplantare gres-
sus meos.) Adhuc potest carnaliter accipi. Habet quis-
que inimicũ in negotio, cogitat ei fraudẽ facere, & ei
auferre pecuniã, qui versatur in cõmuni negotio. Ha-
bet quisque inimicũ vicinum, & cogitat malũ ingerere
domui eius, aliquid de re ipsius minuere, & vtiq; dolo
cogitat, fraude cogitat, machinamẽtis diaboli hæc ip-
sa gestit implere, nemo dubitat. Sed tamen nõ propter
ista isti cauendi sunt, sed ne insidiando tibi adducãt te
ad se, id est, à corpore Christi separẽt te, & faciant te de
corpore suo. Sicut enim bonorũ caput Christus est, sic
illorum caput diabolus. Qui cogitauerunt, inquit, sup- D
plantare gressus meos. Quid est, supplantare gressus
meos? Non quasi vt erres in negotio quod cum illo ha-
bes, & decipiat te in causa quæ tibi cõmunis est in foro
cum illo. Supplantauit gressus tuos, si te impedierit in
via Dei, vt illud quod rectũ intendebas titubet, aut la-
batur à via, aut cadat in via, aut recedat de via, aut re-
maneat in via, aut retro reuertatur vnde venerat. Quic-
quid tibi tale fecerit, supplãtauit te, decipit te. Contra
huiusmodi insidias ora, ne perdas cæleste patrimoniũ,
ne amittas Christum cohæredem, quia victurus es in
æternum cũ eo qui te fecit hæredem. Nõ enim talis te
fecit hæredẽ: cui mortuo succedas, sed cũ quo in æter-
num viuas. Absconderunt superbi muscipulam mihi.)
Totum corpus diaboli explicauit breuiter cùm ait, su-
perbi. Inde est quòd & iustos plerũque se dicunt, cùm
sint iniqui: Inde est quòd nihil illis tam noxiũ est, quàm
cõfiteri peccata. Ipsi sunt qui cùm sint falsi iusti, neces- A
se est vt inuideãt veris iustis. Nemo enim inuidet alteri
in eo quod nõ vult vel esse vel videri. Alius tibi inuidet
quia diues es, aut diues vult esse vt tibi inuideat, aut pu-
tari vult diues. Alius tibi inuidet, quia clarus es & no-
bilis, aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic
omnia quæ videntur bona in hoc seculo & putantur,
quod quisque vult habere & in quo vult excellere, vel
cuius rei famã captat, in eo tibi inuidet. Isti autem qui
falsi iusti sunt, videri volunt iusti cùm nõ sint, & neces-
se est vt quẽ viderint verum iustũ, inuideant illi, & hoc
cum illo agant quomodo amittat vnde gloriatur. Inde
veniunt omnes seductiones & supplantationes. Hoc Gen. 3. e
prior ipse diabolus voluit, qui cadens stanti homini in-
uidit: & quia ipse amisit regnũ cælorum, hominẽ illuc
peruenire noluit, & non vult. Et id agit nunc vt homo
illuc non perueniat vnde ipse eiectus est. Quia ergo su-
perbus est ipse, & ideo inuidus quia superbus, omne
corpus ipsius taliũ corpus est. Sed nos oremus contra
illum qui corrigi nõ potest, & pro ipsis qui possunt, vt
dicamus homini iniusto, Quare inuides iusto, ô homo
iniuste? Quia vis videri iustus? Citò fac quod meliꝰ est,
& facilius eris. Quodvis videri esto rebus, ita diliges cui
inuidebas, quia quod illũ doles esse, eris & tu, & amabis
in eo te, & ipsum in te. Etenim si inuideres diuiti, non
esset in potestate tua vt diues esses. Si inuideres hone-
sto alicui senatori nobili, non esset in potestate tua vt
nobilis tu esses & clarus. Si inuideres pulchro, nunquã
te pulchrum faceres. Si inuideres forti & valido, nun-
quam tibi vires dares. Si inuides iusto, res in voluntate
est. Esto quod doles esse alterum: non enim empturus
es quod tu nõ es, & alius est. Gratis cõstat, citò cõstat.
Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Illi autem su- Lucæ. 2. b
perbi absconderunt muscipulã, quæ fierunt supplãtare
gressus meos. Et quid fecerunt? Et restes extenderunt
muscipulas pedibus meis.) Quas restes? Notum est hoc
verbũ in Scripturis, & inuenimus alibi quid significent
restes. Dominus flagellum de resticulis fecit, vnde ex- Ioan. 2. c
pulit eos de tẽplo qui ibi malè versabãtur: & significa-
uit nobis quomodo intelligamus restes, quia criniculis Prouer. 5. d
peccatorũ suorũ vnusquisque cõstringitur. Dicit enim
alia Scriptura, & apertè Esaias, Væ iis qui trahunt pec- Esaiæ. 5. d
cata sicut restem longã. Quare autẽ dicitur restis? Quia
omnis peccator perseuerãs in peccatis suis, addit pec-
cata peccatis: & cùm deberet accusatione peccati sui
corrigi, defensione duplicat quod confessione posset
auferre, & plerunque aliis peccatis vult munitus esse
propter illa quæ cõmisit. Fecit adulterium, & ne occi-
datur, parat homicidium: addit peccato peccatũ. Rur-
sum si ei contigerit facere homicidium, iam qui vnum
crimẽ timebat, duo timet: & vtique cùm videat se plu-
ra timere quàm antea timebat, non cogitat minuere
quod fecit, sed addere quod nondũ fecit. Quærit fortè
& maleficium. Tria ecce habet. Inde iam quis cogitet?
quis finiet restim peccatorũ? Et optimè dicitur restis.
Vt enim torqueatur restis additur, & nõ addũtur recta
fila, sed torta. Prauitas sibi connexa ducitur in lõgum,
& non cogitat præcidere quod malè texuit, sed adde-
re, producere, in longum protendere: vt habeat in fine Matth. 22. b
vnde illi ligentur manus & pedes, & proiiciatur in te-
nebras exteriores. Hæc autem peccata sua tendunt iu-
stis, quando eis suadent facere mala quæ ipsi faciunt.
Ideo dixit, Restes extenderunt muscipulam pedibus
meis; id est, de peccatis suis me deiicere voluerunt. Et
vbi hoc? Iuxta semitas scandalum posuerunt mihi.)
Non in semitis, sed iuxta semitas. Semitæ tuæ, præce-
pta Dei sunt. Illi scandala iuxta semitas posuerunt: tu

noli recedere à ſemitis, & non irrues in ſcandala. Nec
volo dicas, &ſi prohiberet illos Deus ponere mihi ſcã-
dala iuxta ſemitas, & non ibi ponerent. Immo permiſit
Deus ponere ſcãdala illos iuxta ſemitas, vt tu nõ rece-
das à ſemitis. Iuxta ſemitas ſcãdala poſuerunt mihi. Et
quid reſtat? Quod remediũ inter tanta mala, in iſtis tẽ-
tationibus, in iſtis periculis? Dixi Dño, Deus meus es
tu.) Illi homines ſunt, & nõ mei: tu & Deus & meus es.
Dixi Domino, Deus meus es tu. Magna vox orationis,
mouet fiduciã. Nunquid illorum non eſt Deus? Cuius
enim nõ eſt Deus, qui eſt verus Deus? Sed tamen pro-
priè eorum eſt qui eo fruũtur, qui ei ſeruiunt, qui liben-
ter ſub ipſo ſunt. Nã & mali quãuis inuiti, ſub ipſo ſunt.
Illi appellant Deũ à quo coronentur, ſub illo illi fugiũt
à quo dãnentur. Et iniquus qui nõ vult habere Domi-
nũ Deum ſuũ, quò fugiet Deum omnium? Bonum eſt
illi ergo vt cõuertatur ad Deũ omnium, faciatq; illum
cõuerſione ſuũ: & poſitus inter tales peccatores, ſedu-
ctores, hypocritas, ſuperbos dicat ad Deum quem ſui
conuerſione ſibi fecit Deum ſuũ: Dixi Domino, Deus
meus es tu. Percipe auribus Domine vocẽ deprecatio-
nis meæ.) Simplex quidẽ ſententia eſt, & facilis ad in-
telligendũ, ſed tamen delectat fortè cogitare quare nõ
dixerit, Percipe auribus deprecationem meã, ſed velut
euidẽtius exprimens affectũ animi ſui, ait, vocẽ depre-
cationis meæ, vitã deprecationis meę, animã depreca-
tionis meæ, nõ quod ſonat in verbis meis, ſed vnde vi-
uunt verba mea. Cæteri enim ſtrepitus ſine anima, ſoni
dici poſſunt, voces nõ poſſunt. Vox propriè animato-
rum eſt, viuorũ eſt. Quàm multi autẽ deprecãtur Deũ,
& non ſentiunt Deũ, nec bene cogitant de Deo? Sonũ
deprecationis habere poſſunt, vocem nõ poſſunt, quia
vita ibi non eſt. Huius qui viuebat, quia Deum ſuũ in-
telligebat, & à quo liberaretur videbat, & à quib⁹ libe-
raretur ſentiebat, ipſa erat vox deprecationis eius: ipſã
commẽdans auribus Dei dicat, Domine Domine. Tu
Domine Domine, id eſt, tu veriſſime Domine, nõ qua-
les Domini homines, nõ quales Domini, qui emũt ſac-
cello, ſed qualis Dominus, qui emit ſanguine. Domine
Domine virtus ſalutis meæ.) Id eſt, qui das vires ſaluti
meæ. Quid ſibi vult, virtus ſalutis meæ? Cõquerebatur
de ſcãdalis & inſidiis peccatorũ, & circumlatrantibus,
& circuminſidiantibus malignis hominibus vaſis dia-
boli, de ſuperbis inuidẽtibus iuſtis, inter quales neceſſe
eſt vitam ducere, cũ hic viuimus in peregrinatione no-
ſtra hac. Talia verò ſcandala abundãtia futura Domi-
Matt. 24. b nus prædixit, & ait, Abundabit iniquitas; & quoniam
abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Sed
adiunxit ſtatim ſolatium: Qui perſeuerauerit vſque in
finem, hic ſaluus erit. Attẽdit iſte & timuit, & abundã-
tia iniquitatũ turbatus reſpexit ſpẽ: quia qui perſeuera-
uerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Extendit ſe perſeue-
rare, & vidit longam viã: & quia perſeuerare magnum
eſt & difficile, ipſum orauit ad perfectionẽ perſeueran-
tiæ ſuæ, à quo illi iuſſum eſt, vt perſeueraret. Certè ſal-
uus ero, ſi perſeuerauero vſque in finẽ: ſed perſeuerãtia
ad virtutem pertinet, vt merear ſalutẽ. Tu es virtus ſa-
lutis meæ, tu me facis perſeuerare, vt perueniam ad ſa-
lutẽ. Domine Domine virtus ſalutis meæ. Et vnde ſpe-
ro, quia tu es virtus ſalutis meæ? Obumbraſti ſuper ca-
put meũ in die belli.) Ecce modo adhuc pugno, pugno
foris contra fictos bonos, pugno intus contra cõcupi-
ſcentias meas: quoniã video aliam legem in membris
meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuum me du-
Rom. 7.d centẽ in lege peccati, quę eſt in mẽbris meis. Miſer ego
homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gra-
tia Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ. Igitur
laborãs in hoc bello, reſpexit ad gratiã Dei: & qui iam
cœperat æſtuare & areſcere, tanquã vmbram inuenit
A ſub qua viueret. Obumbraſti ſuper caput meum in die
belli, id eſt, in æſtu, ne fatigarer, ne areſcerẽ. Ne tradas
me Domine à deſiderio meo peccatori.) Ecce quò mi-
hi valeat vmbraculum tuum, vt æſtũ non patiar à me-
ipſo. Et quid mihi peccator faceret ille, quantumlibet
ſæuiret? Sæuierũt enim iniqui, martyres traxerunt, eos
catenis ligauerunt, carceribus incluſerũt, gladio ferie-
runt, beſtiis ſubiecerunt, ignibus conſumpſerunt. Hæc
omnia fecerunt, ſed non eos tradidit Deus peccatori-
bus, quia nõ ſunt traditi à deſiderio ſuo. Illud ergo ora
quantum potes, vt à deſiderio tuo non tradat te Deus
peccatori. Tu enim deſiderio tuo facis locum diabolo.
Ecce enĩ diabolus propoſuit lucrũ, & inuitauit ad frau-
dem. Lucrum habere nõ potes, niſi fraudẽ feceris. Sed
lucrum eſca eſt, fraus laqueus. Sic attende eſcam, vt vi-
deas & laqueũ, quia lucrũ non potes adipiſci, niſi frau-
dem feceris: fraudem autẽ ſi feceris, capieris. Nõ ideo
B capieris, quia inuenieris. Aliquando enim nõ inuenie-
ris, ſed ab hominibus, à Deo autẽ capieris & traheris &
occideris. Omnis enim qui talia facit, perimit ſeipſum.
Ibi eſt ergo eſca, ibi eſt & laqueus. Frena deſiderium, &
non cades in laqueum. Si autem vicerit te deſiderium
eſcę, mittit tibi collum in laqueum, & capiet te auceps
animarũ. Ne tradas me à deſiderio meo peccatori, in-
de obumbratur in die belli. Deſideriũ enim æſtus facit:
vmbraculum autẽ Domini tẽperat deſiderium, vt poſ-
ſimus refrenare quo rapiebamur, vt non ita æſtuemus,
vt ad laqueum perducamur. Cogitauerunt aduerſum
me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.) Habes & Pſal. 12.b
alio loco, Qui me premunt, exultabunt ſi motus fuero.
Tales ſunt & iſti, quia talis eſt & ipſe diabolus. Quando
ſeduxerit hominem gaudet, triumphat de illo: exalta-
tur ipſe, quia ille humiliatus eſt. Quare autẽ ille humi-
liatus eſt? Quia malè exaltatus fuit: & ille qui de illo
C triumphat, humiliabitur. Tales ſunt enim omnes, qui
gaudent de malo: videntur ſibi ad tempus gloriari, ſu-
perbire, ceruicẽ erigere. Nõ vos delectet exaltatio eo-
rum, eſcam habent in faucibus & hamum. Ibi eſt quo
delectantur, ibi eſt quo trahuntur. Ne derelinquas me,
ne fortè exaltentur; id eſt, non de me triumphent, non
de me gaudeãt. Caput circumitus eorum, labor labio-
rum ipſorum teget eos.) Me, inquit, vmbra alarum tua-
rum teget, obũbraſti enim mihi in die belli. Ipſos quid
teget? Caput circumitus eorum. Ipſa ſuperbia. Quid eſt
circumitus ipſorum? Vt circumeant & nõ ſtent: in gy-
rum eant erroris, vbi iter eſt ſine fine. Qui enim in lon-
gum it, aliunde incipit, alicubi finit. Qui in gyrum it,
nuſquam finit. Ipſe eſt labor impiorum, qui demon- Pſal. 11. b
ſtratur in alio Pſalmo euidentiùs: In circumitu impij
ambulant. Sed circumitus eorum caput, ſuperbia eſt: Eccl. 10.b
quia initium omnis peccati ſuperbia. Vnde autem ſu-
D perbia labor labiorum ipſorum? Omnis enim ſuper-
bus fictus eſt, omnis fictus mendax. Laborant homi-
nes loqui mendacium, nã veritatem tota facilitate lo-
querentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit. Nã
qui verum vult dicere, non laborat: ipſa enim veritas
ſine labore loquitur. De homine ergo hoc dixit Deo,
Me proteget vmbraculum tuum: ipſos teget menda-
cium ipſorum. Sed ipſum mendacium ipſorum, labor Pſal. 7.c
eſt labiorum ipſorum. Ecce parturiuit iniuſtitiam, cõ-
cepit dolorem, & peperit iniquitatem. In omni enim
opere malo labor eſt, & omne opus malum cogitatum,
mendacium ducem habet. Non enim eſt veritas, niſi
in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in
mendacio, veritas quid clamauit? Venite ad me omnes Matth. 11.d
qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ipſa
eſt vox clamans ad laborantes in alio Pſalmo, Filij ho- Pſal. 4. a.
minum

minum vſquequò graui corde, vt quid diligitis vanita-
Hier. 9.b tem, & quęritis mendaciũ? Apertè audi alio loco labo-
rem in mẽdacio. Docuerũt linguas ſuas loqui menda-
cium, vt iniquè agerent laborauerunt. Caput circumi-
tus eorum, labor labiorũ ipſorum teget eos. Decident
ſupra eos carbones ignis in terra, & deijcies eos.) Quid
eſt, in terra? Hic adhuc in hac vita, hic ſuper illos deci-
dãt carbones ignis, & deiicies eos. Qui ſunt carbones
ignis? Nouimus iſtos carbones. An alij ſunt iſti, & alij
illi de quibus dicturi ſumus? Iſtos enim video ad pœnã
valere: illos autem quos cõmemoraturus ſum, ad ſalu-
tem. Dictum eſt enim de quibuſdam carbonibus, cùm
homo peteret aduerſum linguam ſubdolam auxilium:
Pſal. 119. Quid detur tibi aut quid adiicietur tibi ad linguã ſub-
dolam? Sagittę potentis acutæ, cũ carbonibus vaſtato-
riis: id eſt, verba Dei cor transfigentia, & vetuſtatẽ pe-
rimentia, amoremq; gignẽtia, & exempla hominũ qui
mortui erant & reuixerunt, & nigri erant, & fulgentes
effecti ſunt. Carbones enĩ tenebræ ſunt, color indicat.
Sed cùm ad eos acceſſerit flãma charitatis, & ex mor-
Epheſ. 5.b tuis reuixerĩt; audiãt ab Apoſtolo: Fuiſtis enim aliquã-
do tenebrę, nunc autẽ lux in Domino. Ipſi ſunt carbo-
nes, fratres, quos intuemur quãdo volum⁹ mutare vi-
tam trãsfixi ſagitta Dei, & impediũt nos malæ linguæ
hominũ, de qualibus hic modò quærebatur, & volunt
ſeducere à via veritatis, potiusq; inducere ad errores
ſuos, & dicere nobis, quia ſi profeſſi fuerimus, non im-
plebimus. Attendimus carbones illos. Qui erat heri
ebrioſus, hodie ſobrius eſt. Qui erat heri adulter, hodie
caſtus eſt. Qui erat heri raptor, hodie largitor. Omnes
iſti carbones ignis ſunt. Accedunt exẽpla carbonũ ad
vulnus ſagittarũ. Non enim timeo dicere vulnus, cùm
clamet ipſa ſponſa, vulnerata charitate ego ſum: & fit
ibi vaſtatio fœni, propter quod & dicuntur carbones
vaſtatorij. Vaſtatur fœnũ, ſed purgatur aurũ: & mutat
homo ex morte vitã, & incipit eſſe etiã ipſe carbo fla-
1. Tim. 1.c grans, qualis carbo erat Apoſtolus, qui prius fuit perſe-
cutor & blaſphemus & iniurioſus, niger & extinctus.
Miſericordiã verò cõſecutus, accenſus eſt de cælo: vox
Chriſti accendit illum. Periit in eo tota nigredo, cœpit
feruẽs ſpiritus quo accẽdebatur, accẽdere. Tales ergo
& hic intellecturi ſumus carbones ignis, qui cadunt ſu-
per iſtos malos, & deiiciunt eos? Planè nõ prohibemur
hunc habere intellectũ. Video hic nobis eluceſcere nõ
improbabilem ſeu reprehenſibilẽ ſentẽtiam. Intelligo
illos carbones cadere ſuper iſtos, vt deiiciãtur. In alios
enim veniunt vt accendantur, in alios vt deijciãtur. Ip-
2. Cor. 2.d ſe enim carbo dicebat, Quibuſdã ſumus odor mortis
in mortẽ, quibuſdam ſumus odor vitæ in vitã. Vident
enim iuſtos flãmantes ſpiritu, candentes luce, & eis in-
uidendo cadunt; hoc eſt quòd ſuperueniẽt illis carbo-
nes ignis in terra, & deiicientur. Quid eſt, in terra? Ad-
huc hic ſunt in hac vita, excepta illa pœna quæ ſerua-
tur impiis. Carbones iſti illos deijciunt, antequam ve-
niat ignis æternus. Decident ſuper eos carbones ignis
in terra, & deiicient eos: In miſeriis non ſubſiſtẽt.) Ve-
nit illis miſeria & nõ tolerant, iuſtus autẽ ſubſiſtit: quo-
Rom. 5.a modo ille ſubſiſtit qui dicit: Sed & gloriamur in tribu-
lationibus, ſcientes quoniã tribulatio patientiã opera-
tur, patientia probationẽ, probatio ſpem. Spes autem
non confundit, quoniã charitas Dei diffuſa eſt in cor-
dibus noſtris per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis.
At verò ſuper illos cùm ceciderit aliqua preſſura, ali-
qua miſeria nõ ſubſiſtunt, cadunt. Quando enim tales
patiuntur huiuſmodi preſſuras, nõ valent tolerare, de-
cidunt in iniquitates malas, quia traduntur à deſiderio
ſuo peccatori. Vir linguoſus nõ dirigetur ſuper terrã.)
Vir linguoſus amat mendacia. Quid enim illi eſt volu-
ptas, niſi loqui? Non enim attẽdit quid loquatur, dum
A loquitur. Non poteſt fieri vt iſte dirigatur. Qualis ergo
eſſe debet ſeruus Dei, accenſus illis carbonibus, & ipſe
carbo ſalutaris effectus? Qualis eſſe debet? Vt magis
optet audire quàm dicere, ſicut ſcriptum eſt, Sit autem Iacobi 1.c
omnis homo velox ad audiendũ, tardus autem ad lo-
quendum. Et ſi fieri poteſt hoc cupiat, non habere ne-
ceſſitatem loquẽdi & docendi. Ecce enim dico chari-
tati veſtræ, fratres mei. Loquimur nos modò ad vos, vt
aliquid doceamus vos. Quanto melius ſi oẽs ſciremus,
& nemo doceret alterũ, vt non eſſet alius loquẽs, alius
audiens: ſed omnes audiẽtes vnum illũ cui dicitur, Au- Pſal. 50. b
ditui meo dabis gaudiũ & lætitiã? Vnde & ille Ioãnes,
non tã gaudebat quia prædicabat & quia loquebatur,
ſed gaudebat quia audiebat. Ait enim, Amicus autem Ioan. 3.d
ſponſi ſtat & audit eũ, & gaudio gaudet propter vocem
ſponſi. Itaque fratres, citò dixerim charitati veſtræ, ibi
B vnuſquiſque probet ſe, non vt loquatur, ſed vt de alio
locutionis officium exigat. Gaudium autẽ taciturnita-
tis intus habeat in voluntate, vocẽ doctrinæ in neceſſi-
tate. Quando enĩ opus eſt voce doctrinæ? Quando pa-
teris imperitum, quando pateris indoctum. Si ſemper
delectat te docere, ſemper vis habere imperitũ quem
doceas. Si autẽ beneuolus es, & vis omnes doctos eſſe,
non vis ſemper habere quos doceas: & non erit in vo-
luntate exercitatio vel probatio doctrinæ tuæ, ſed in
neceſſitate. Gaudiũ tibi ſit in auditione Dei: neceſſitas
tibi ſit in locutione tua: & non eris vir linguoſus, ne nõ
dirigaris. Quare vis loqui, audire nõ vis? Semper foras
exis, intrò redire detractas. Qui enĩ te docet, intus eſt:
quando tu doces, tanquam foras exis ad eos qui foris
ſunt. Ab interiore enim audimus veritatem, & ad eos
qui foris à noſtro corde ſunt, loquimur. Quòd enĩ dici-
mur eos in corde habere de quibus cogitamus: ſecun-
C dùm imaginẽ quandam dicimur, quã de illis habemus
impreſſam. Nam ſi omnino intus ipſi eſſent, ſcirẽt vti-
que quid in corde noſtro eſſet: atque ita vt eis loquere-
mur opus nõ eſſet. Si autem hoc te delectat quod foris
agis, vide ne tumeſcas foris, & nõ poſſis redire per an-
guſtum, & nõ poſſit tibi dicere Deus tuus, Intra in gau- Matt. 25. b. c
dium Dñi tui: ſed dicat tibi quia forinſecùs erat quod Matt. 22. b
amaſti: Ligate ei manus & pedes, & mittite eũ in tene-
bras exteriores. Vbi enim oſtẽdit malum eſſe mitti ex-
terius, ibi oſtendit bonũ eſſe intraſſe interius. Nã ſeruo
bono quid dicit? Intra in gaudiũ Domini tui. Malo au-
tem ſeruo, Proijcite eum in tenebras exteriores. Non
ergo amemus magis exteriora, ſed interiora. De inte-
rioribus gaudeamus: in exterioribus autem neceſſitatẽ
habeamus, non † voluptatẽ. Vir linguoſus non dirige- al. voluntatẽ
tur ſuper terram. Virum iniuſtum mala venabuntur in
interitũ.) Veniunt mala, & non ſubſiſtit: ideo dixit, ve-
nabuntur in interitum. Multis enim bonis, multis iuſtis
euenerunt mala: & tanquã inuenerunt eos mala. Nam
D ideo dixit, venabũtur, quia vnuſquiſque abſcondere ſe
vult à malo: ſed cùm inuenitur à malo, quaſi factus eſt
in venationem. Nunquid autem ſoli mali fugiũt à ma-
lis, quando quærũtur à malis? Nónne & bonis dictum Matth. 10. c
eſt: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in
aliam? Ergo quando mali perſequebãtur bonos, id eſt,
martyres noſtros, cùm eos comprehenderunt, venati
ſunt eos: ſed nõ ad interitum. Preſſa eſt enim caro, co-
ronata eſt anima: & eiecta eſt anima de carne: nec car-
ni aliquid factũ eſt, quòd obeſſet in poſterum. Incenſa
ſit caro, percuſſa ſit caro, laniata ſit caro: nunquid ideo
ſubtracta eſt creatori, quia data eſt in manus perſecu-
toris? Ille qui creauit ex eo quod nõ erat, nõ reparabit
melius quàm erat? Ergo quandocunq; capti ſunt iuſti,
venati ſunt quidẽ illos mali, ſed nõ ad interitũ. At verò

illi, qui non dirigentur & linguosi sunt, mala eos venabuntur ad interitum. Quare? Quia in miseriis nõ subsi- A
stent. Cognoui quia faciet Dominus iudiciũ egentis.)
Egens iste non est linguosus. Qui enim linguosus est,
abundare vult, esurire nescit. Illi autẽ egentes sunt qui-
Matth.7.b bus dicitur, Pulsate & aperietur vobis, quærite & inue-
nietis, petite & dabitur vobis. Ille egens est de quo di-
Matth. 5.a citur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi
saturabuntur. Gemunt inter scandala malorũ, ipsi pre-
cantur ad caput suũ, vt eruãtur ab homine malo, & ab
homine maligno liberẽtur, & de manibus iniustorum
eruantur. Ipsi ergo sunt quorũ causam Dominus non
negliget: etsi modò pressuras patiuntur, apparebit glo-
ria ipsorũ cùm apparuerit caput ipsorũ. Talibus enim
Coloss. 3.a hic cõstitutis dicitur, Mortui estis, & vita vestra abscõ-
dita est cum Christo in Deo. Ergo pauperes sumus, ab-
Ioan. 6.c. scondita est vita nostra: clamemus ad panem. Est enim
panis viuus, qui de cælo descendit, & qui in via reficit
nos, in patria saturabit nos. Modò enim, vt duremus, B
reficimur. Nam necesse est esuriamus quoadusque sa-
tiemur. Cognoui quia faciet Dominus iudiciũ egẽtis.
Certus erat iste, quoniã faciet Dominus iudiciũ egen-
tis. Et causam pauperũ.) Ostẽdit iniquis quomodo di-
ligit iustos suos, ostendit diuitibus quomodo diligat
pauperes suos. Diuites dixit superbos, pauperes dixit
humiles. Diuites dixit per abundantiã non quærentes,
pauperes dixit per desiderium suspirantes. Faciet Do-
minus causam ipsorum. Veruntamen iusti confitebun-
tur nomini tuo.) Et quãdo agis causam ipsorũ, & quã-
do facis iudicium ipsorum, tuo nomini confitebuntur.
Meritis suis nihil tribuunt, non tribuent totũ nisi mise-
ricordiæ tuæ. Veruntamẽ iusti confitebuntur nomini
tuo. Et quia iusti confitebũtur nomini tuo, vt quãtum-
cunque iusti fuerint, nihil sibi assumãt de suo, nihil sibi
tribuant de suo. Quid fiet, vt dirigant cor? Quia quãdo
ad se flectunt, torquent cor: quãdo autem ad Dominũ C
intendũt, dirigũt cor. Et vbi erit voluptas, vbi requies,
Ephes. 5.b vbi gaudiũ, vbi beatitudo? Nunquid in se? Non: sed in
quo sunt lux. Nunc autẽ lux in Domino, dixit. Ideo vi-
de quid sequitur, vide quo cõcludit. Inhabitabunt re-
cti cum vultu tuo.) Malè enim illis fuit in vultu suo, be-
Genes. 3.d ne illis erit cum vultu tuo. Quando vultum suum ama-
uerunt, in sudore vultus sui panẽ manducauerunt. Re-
deant, & deterso sudore, finitis laboribus, percunte ge-
mitu, veniet illis facies tua abundans sufficientia. Nihil
quærent amplius, quia melius nõ habent, amplius non
te deserent, ne deserãtur à te. Etenim post resurrectio-
Psal. 15. nem de Domino quid dictũ est? Adimplebis me lętitia
cum vultu tuo.) Sine vultu suo non nobis daret lætitiã.
Ad hoc purgamus vultum nostrum, vt gaudeamus ad
1. Ioan. 3. vultum ipsius. Filij enim Dei sumus, sed nõdum appa-
ruit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes
ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Quia inha-
bitabunt recti cũ vultu tuo. Putamúsne cum vultu pa-
tris, & non cũ vultu filij? an cũ vultu filij, & nõ cum vul-
tu patris? An vnus quodãmodo vultus patris & filij &
Spiritus sancti? Videamus si non nobis ipse filius pro-
mittit vultum suum, vnde nos lætos faciat. Modò hoc
capitulum in Euangelio, quod huic Psalmo attestare-
Ioan 14.c tur, Dominus Deus inspirauit, vt legeretur. Ait enim
ipse Dominus, Qui audit præcepta mea & custodit ea,
ipse est qui diligit me. Et qui diligit me, diligetur à pa-
tre meo, & ego diligam eum, & ostẽdam illi meipsum.
Quale promisit præmium dilectissimi? Nunquid eum
non videbãt quibus se ostendere promittebat? Nónne
ante illos erat? Nónne facies carnis illius adiacebat o-
culis eorũ? Quid est quod volebat ostẽdere videntibus
se? Sed quia talẽ videbãt discipuli qualem crucifixerãt
Iudæi: erat autem Deus in carne illa occultus, hominẽ
autem possent videre homines, Deum verò non pos-
sent, quãuis in homine: Quia beati mundo corde, quo- Matth. 5.e
niam ipsi Deum videbunt. Dedit formam hominis, &
piis & impiis: seruauit formam Dei mundatis & piis, vt
iucundemur in illo, & bene nobis in æternum sit cum
vultu ipsius.

IN PSALMVM CXL. PRÆFATIO.

AVDISTIS, fratres, admonitionem & petitionem
nostram ex ore Apostoli, cùm eius modò Epistola
legeretur. Ait enim, Orationi instãtes, vigilãtes in illa, Coloss. 4.a
orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiũ
verbi ad loquendum mysterium eius, vt manifestẽ il-
lud, sicut oportet me loqui. Hæc verba etiam mea de-
putare dignemini. Sunt enim in Scripturis sanctis pro-
funda mysteria, quæ ad hoc abscondũtur ne vilescant,
ad hoc quæruntur vt exerceant, ad hoc aperiuntur vt
pascant. Psalmus quẽ modò cantauimus, in multis sen-
tẽtiis sub obscurus est. Cùm adiuuante Domino ea quę
dicta sunt, erui & exponi cœperint, videbitis hoc vos
audire quod iam noueratis. Sed ideo multipliciter di-
cta sunt, vt varietas locutionis fastidiũ tolleret verita-
tis. Quid enim amplius, fratres, vel salubrius audituri &
cognituri estis, quàm diliges Dominum Deum tuũ ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente
tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum? Sed
ne putetis hæc duo præcepta parua esse, in his duobus
præceptis tota lex pendet & prophetæ. Quicquid ergo Matt. 22.d
salubriter mente concipitur, vel ore profertur, vel de
qualibet diuina pagina exculpitur: non habet finẽ, nisi
charitatem. Hæc autem charitas nõ qualiscunque est.
Nam & malè viuentes irretiuntur sibi societate perdi-
tæ conscientiæ, & dicũtur amare se, nolle discedere ab
inuicem, suis collocutionibus conciliari, desiderare se
absentes, gaudere ad præsentiam suã. Amor iste tarta-
reus est. Viscum habet quo deiiciat in profundum, non
pennas quibus leuet in cælum. Quæ est autem ista cha-
ritas, vt à cæteris quæ appellantur charitates segrega-
retur & distingueretur? Ea quæ charitas dicitur vera
Christianorũ, à Paulo definita est, atq; ita suis quibus-
dam terminis circumscripta, cùm sit diuinitate infini-
ta, vt omnimodo discernatur à cæteris. Finis enim, in- 1. Tim. 1.a
quit, præcepti est charitas. Posset huc vsque dicere. Nã
aliis locis vbi tanquam scientibus loquebatur, hucvsq;
dixit: Plenitudo, inquit, legis est charitas. Et non dixit Rom. 13.e
qualis charitas. Ideo ibi nõ dixit, quia dixit alibi. Non
enim vbique omnia dici aut possunt aut debent. Ergo
hic plenitudo legis charitas. Quærebas fortè, quę cha-
ritas? qualis charitas? Audi alio loco, Finis præcepti est
charitas de corde puro. Iam videte vtrum inter se la-
trones habeant charitatem de puro corde. Purum cor D
in charitate hoc est, quando diligis hominem secun-
dùm Deum: quia & teipsum sic debes diligere, vt non
erret regula, Diliges proximum tuum tanquã teipsum.
Si enim malè te diligis & inutiliter, ita & proximum
diligendo quid ei consulis? Quomodo autem te malè
diligis? Quomodo te inuenit Scriptura, quæ nemi-
nem palpat, & conuincit, quia non te diligis, immo
conuincit, quia & odis te. Qui autem, inquit, diligit Psalm. 10.b
iniquitatem, odit animam suam. Si ergo diligis ini-
quitatem, putans quòd teipsum diligas, erras: ita & si
proximum diligas, ad iniquitatem duces, & dilectio
tua laqueus erit dilecti. Charitas ergo de puro corde 1. Ti. 1. b
est, quæ est secundùm Deum, & conscientia bona, &
fide non ficta. Ista charitas definita ab Apostolo, habet
duo præcepta, dilectionis Dei, & dilectionis proximi.

In

In nullis Scripturis aliud inquiratis, nemo vobis aliud
præcipiat. Quicquid obscurũ est in Scriptura, hæc ibi A
occulta est: quicquid ibi planũ est, hæc ibi aperta est. Si
nusquam aperta esset, non te pasceret: si nusquã occul-
ta, nõ te exerceret. Hęc charitas clamat de corde puro,
de corde talium in his verbis qualis hic modò orat. Et
quis iste sit, citò dixerim, Christus est. Audituri enim
estis verba quæ de Domino nostro Iesu Christo indi-
gnè accipiuntur, & putabit parum intelligens temerè
1. Pet. 2.d me dixisse Christi esse personam in hoc Psalmo. Quo-
modo enim potest de Domino nostro Iesu Christo, de
illo agno immaculato, de illo in quo solo nõ est inuen-
Ioan. 14.d tum peccatum, qui solus verissimè dicere potuit, Ecce
venit princeps mundi huius, & in me nihil inueniet, id
est, nullam culpam, nullum reatum: qui solus quod non
rapuit exoluebat, qui solus innocentem sanguinem fu-
dit, filius Dei vnicus carnẽ accipiens, non qua ipse mi-
nueretur, sed qua nos augeret. Quomodo ergo de ista
Psal. 140.a persona rectè accipitur, Pone Domine custodiam ori B
meo, & ostium continentiæ circum labia mea, vt non
declines cor meum in verba maligna, ad excusandas
excusationes in peccatis? Manifestissimè quippe est
sensus, Custodi Domine os meũ ianua quadã & ostio
præcepti tui, vt in verba maligna non declinetur cor
meũ. Quæ verba maligna? Quibus excusantur peccata.
Ne, inquit, peccata mea malim excusare quàm accusa-
re. Hæc verba in ipsum Dominum nostrũ Iesum Chri-
stum non cadunt. Quæ enim ille peccata cõmisit, quæ
cõfiteri potius quàm defendere debuisset? Nostra ver-
ba ista sunt. Certè Christus loquitur. Si nostra verba
sunt, quomodo Christus loquitur? Et vbi est charitas
de qua loquebar? Nescitis quia ipsa vnum nos fecit in
Christo? Charitas clamat ad Christum de nobis, cha-
ritas clamat de Christo pro nobis. Quomodo charitas
Ioël. 2. g clamat ad Christum de nobis? Et, Omnis qui inuo-
cauerit nomẽ Domini, saluus erit. Quomodo charitas
Act. 9.a de Christo pro nobis? Saule Saule quid me perseque-
1. Cor. 12.d ris? Vos, inquit Apostolus, estis corpus Christi & mem-
bra. Si ergo ille caput, nos corpus, vnus homo loqui-
tur: siue caput loquatur, siue mẽbra, vnus Christus lo-
quitur. Et capitis est propriũ loqui etiã in persona mẽ-
brorũ. Ipsam nostrã consuetudinem aduertite. Primò
quomodo loqui in mẽbris nostris non potest nisi ca-
put. Iam verò caput nostrũ quomodo loquatur in per-
sona omnium membrorum, aduertite. In angusto tibi
pedem aliquis calcat, calcas me dicit caput. Vulnerauit
tibi aliquis manũ, vulnerasti me dicit caput. Caput tuũ
nullus tetigit, sed loquitur vnitas cõpaginis corporis
tui. Omnium membrorum tuorũ personam illa quæ in
capite est lingua suscepit, ipsa pro omnibus verbis fun-
gitur. Sic ergo audiamus Christum loquẽtẽ: sed vnus-
quisque agnoscat ibi vocem suam, tanquam hærens in
Christi corpore. Aliquãdo enim dicturus est verba in D
quibus nullus nostrũ inueniat personã suam, sed ad so-
lum caput pertineant, non se tamen separat ex verbis
nostris & ad sua propria tollit, vel à suis propriis nõ ad
Genes. 2.d nostra redit. De ipso enim & de Ecclesia dictũ est, Erũt
duo in carne vna. Vnde & ipse in Euãgelio dicit de hac
Matth. 19.a ipsa re: Iam igitur nõ sunt duo, sed vna caro. Hæc noua
non sunt, sæpe à vobis audita sunt, sed per occasiones
necesse est commemorentur, primò quia ipsę Scriptu-
ræ quas tractamus ita sibi sunt innexę, vt multa in mul-
tis repetantur: & vtile est. Cura enim mundi spinas ha-
bet, effocat semina: oportet sępius à Domino comme-
morari, quod cogit mundus obliuisci.

Expositio Psalmi.

DOmine clamaui ad te, exaudi me.) Hoc oẽs possu-
mus dicere. Hoc nõ dico, totus Christus dicit. Sed

magis ex persona corporis dictum est, quia & cùm hic
esset carnẽ portans orauit, & ex persona corporis ora-
uit ad patrẽ, & cùm oraret globi sanguinis de toto cor-
pore eius destillabant. Sic scriptum est in Euangelio:
Orauit Iesus intẽta oratione, & sudauit sanguinẽ. Quid Lucæ 22.c
est, de toto corpore sanguinis effluxio, nisi de tota Ec-
clesia martyrum passio? Domine clamaui ad te, exaudi
me. Intende voci deprecationis meę, dũ clamauero ad
te.) Iam finitum negotiũ clamandi putabas, cùm dice-
res, clamaui ad te. Clamasti, iã noli esse securus. Si fini-
ta est tribulatio, finitus est clamor. Si autẽ manet tribu-
latio Ecclesiæ, & corporis Christi vsque in finẽ seculi,
non tantùm dicat, clamaui ad te, exaudi me: sed, inten-
de voci deprecationis meæ dum clamauero ad te. Di-
rigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo, ele-
uatio manuum mearũ sacrificium vespertinũ.) Hoc de
ipso capite solere dici, omnis Christianus agnoscit. De- Matth. 27.f
clinante enim iam die in vesperum, Dominus in cruce
animam deposuit recepturus, nõ amisit inuitus: Sed ta-
men & ibi nos figurati sumus. Quid enim illius pepẽdit
in ligno, nisi quod de nobis accepit? Et vnde fieri po-
test, vt aliquando Deus pater dimittat & deserat vnicũ
filium, qui vtique cum illo vnus Deus est? Et tamen no-
stram infirmitatẽ figens in cruce, vbi vetus homo no-
ster, sicut dicit Apostolus, cõfixus est cruci cum illo, ex Rom. 6.a
voce ipsius hominis nostri clamauit, Deus meus Deus Psal. 21.a
meus, vt quid me dereliquisti? Illud ergo est sacrificium Matth. 27.e
vespertinum, passio Christi, crux Christi, oblatio victi-
mæ salutaris, holocaustum acceptũ Deo. Illud sacrifi-
cium vespertinum fecit in resurrectione munus matu-
tinũ. Oratio ergo purè directa de corde fideli, tãquam
de ara sancta surgit incensum. Nihil est ergo delectabi-
lius odore Domini. Sic oleant omnes qui credũt. Ve-
tus ergo homo noster, Apostoli verba sunt, cõfixus est
cruci cum illo, vt euacuaretur, inquit, corpus peccati,
C vt vltrà non seruiamus peccato. Inde & in ipso Psalmo
cùm dictum esset, Deus meus Deus meus, vt quid de-
reliquisti me, lõgè à salute mea: statim subiectũ est, ver-
ba delictorũ meorum. Quorum delictorũ, si caput at-
tendas? Et tamẽ eius fuisse vocem in Psalmo, ipse testa-
tus est: in cruce ipsa verba dixit, ipsum versum pronũ-
ciauit. Non est relictus humanę coniecturæ locus, nul-
lus negandi aditus qualicũque Christiano. Quòd lego
in Psalmo, hoc audio à Domino. In ipso etiam Psalmo
agnosco quod in Euãgelio lego, Foderũt manus meas, Psalm. 21.d
& pedes meos; dinumerauerunt oĩa ossa mea. Ipsi verò
considerauerunt, & conspexerunt me, diuiserunt sibi
vestimenta mea, & super vestẽ meam miserũt sortem.
Hæc omnia sicut prædicta, ita facta; sicut audiuimus,
ita & vidimus. Ergo si Dominus noster Iesus Christus
nos figurans in charitate corporis sui, quãuis esset ipse
sine peccato, dixit, verba delictorũ meorum: dixit au-
tem hoc ex persona corporis sui: quis audet in mẽbris D
eius dicere nõ se habere peccatum, nisi qui fuerit ausus
se falsæ iustitiæ nomine efferre, & Christũ falsitatis ar-
guere? Fatere ergo ô membrum, quod pro te pronun-
ciauit caput tuũ: quod vt fateamur, quod vt faciamus,
ne nos iustificemus ante cõspectum solius iusti, qui iu-
stificat impiũ, subiecit iam sui corporis vocem, Pone Rom. 4.d
Domine custodiam ori meo, & ostium cõtinentię cir-
ca labia mea.) Non dixit claustrum continentiæ, sed
ostium. Ostium & aperitur & clauditur: Ergo si ostium
est, & aperiatur & claudatur. Aperiatur ad confessionẽ
peccati, claudatur ad excusationem peccati. Ita enim
erit ostium continentiæ, non ruinæ. Quid enim nobis
prodest hoc ostium cõtinentiæ? Quid orat ex persona
corporis Christus? Vt nõ declines, inquit, cor meũ in
verba maligna.) Quid est, cor meũ? Cor Ecclesiæ meæ,

cor vtiq; corporis mei. Verba illa mea attẽdite vbi nobis regula figitur, Saule Saule quid me persequeris? A
Act.9.a
Math.25.d
cùm ipsum nemo tetigisset. Esuriui, & cibastis me: sitiui, & potũ dedistis mihi: & cætera. Et illi, Quãdo te vidimus esurientẽ aut sitientem? Et ille, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc Christianis inusitata esse non debent, maximè in quibus regulæ fixæ sunt, & cæterorũ intelligendorũ, & aut non turbabuntur, aut citò corrigẽtur. Sicut ergo ibi dicturi sunt iusti,
Ibidem.
Dñe, quare dixisti, Esuriui & dedistis mihi mãducare, quando vidimus te esurientem? Et ille responsurus est, Cũ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: Sic & hic dicamus in Christo intus in interiore homine nostro,
Ephes.3.d
quia ibi per fidẽ habitare dignatur. Nõ enim absens est à nobis, & nõ est cui dicamus, cùm ipse dicat, Ecce ego
Matth.28.d
vobiscum sum vsque ad consummationẽ seculi. Dicamus ergo illi & nos, quoniam vocẽ eius in hoc Psalmo accepimus. Eius enim vox est, quod nemo negat, eleuatio manuũ mearũ sacrificium vespertinũ. Dic ergo consequenter, Pone Domine custodiam ori meo, & ostiũ continentiæ circa labia mea: vt non declines cor meum in verba maligna, Ad excusandas excusationes in peccatis.) Quare sic oras Domine? Quæ peccata tua excusaturus es? Respõdet, Cùm vnum ex mẽbris meis
Matth.25.d
sic orat, ego sic oro: sicut respondet, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Cùm autẽ non declinatũ fuerit cor tuum ô membrum Christi, cùm cor tuum non fuerit declinatũ in verba maligna, ad excusandas accusationes in peccatis, Cum hominibus operãtibus iniquitatem.) Et non communicabis cum electis eorũ. Hoc enim sequitur, Et non combinabo cũ electis eorum.) Qui sunt electi eorum? Qui seipsos iustificãt. Qui sunt electi eorum? Qui sibi iusti videntur, & contẽnunt
Luc.18.b
cæteros, sicut Pharisæus ille in tẽplo dixit, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines. Qui sunt C
Lucæ 7.f
electi eorũ? Hic homo si propheta esset, sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Agnoscitis vocẽ alterius Pharisæi qui Dominũ inuitauerat, quando mulier illa quæ erat in ciuitate peccatrix venit & accessit ad pedes ei? Illa impudica quondã frontosa ad fornicationẽ, frontosior ad salutem, irrupit in domũ alienam. Sed ille qui ibi discũbebat, non erat alienus. Non extranea quẽlibet conuiuã, sed ancilla Dominum suũ secuta est. Accessit ad pedes, quia eius vestigia sequi cupiebat: lauit lacrymis, tersit capillis. Pedes Christi qui sunt, nisi per
Esaiæ 52.b
quos peragrauit totum mundũ? Quàm speciosi pedes
Rom.10.c
eorũ qui annunciant pacẽ, qui annũciant bona. Pedes
Matth.10.d
ergo Domini quanti susceperũt, vt suscipiendo iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti acciperent: & susceperũt prophetam in nomine prophetæ, vt mercedẽ prophetæ acciperẽt. Et quicunque potum dederit, inquit, vni ex minimis istis, calicẽ aquæ frigidẽ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suã. Qui ergo tali humanitate pedes Domini suscipit, quid D
impendit, nisi quæ habebat in domo superflua? Meritò quia capilli quasi superflui sunt, inde illa pedas Dñi detergebat. Superflua tua necessaria fiũt tibi, si inde fueris obsecutus pedibus Domini. Ergo illa curari volebat, conscia magni vulneris. Sed nũquid magnum vulnus, & paruus medicus? Pharisæi autẽ nolebant se tangi ab immundis, vitabant omnẽ contactum peccatorũ: & si quãdo fortè necessitate tangebantur, abluebant se. Et propè baptizabant per oẽs horas non tantũ se, sed &
Matth.23.c
vasa sua, lectos suos, calices, paropsides, sicut Dominus in Euangelio commemorat. Cùm ergo ille Pharisæus nosset hanc mulierẽ, quæ vtique si ad pedes illius Pharisæi accederet, repelleret eã, ne sanctitas eius polluretur: habebat enim eã in corpore, nõ in corde, & quia non habebat eã in corde, vtiq; falsam habebat in corpore. Quia ergo ille eã repulsurus esset, cùm hoc Dominus nõ fecit, existimauit eũ nescire quæ illa esset, & dixit apud semetipsum: Hic si esset ppheta, sciret quæ Lucæ 7.f
mulier illi accessit ad pedes. Nõ dixit, repulisset eã: sed, sciret quę esset: tanquã esset cõsequẽs, vt si sciret repelleret. Ex illo ergo quòd non eã repulit, etiã nescisse eũ pro certo suspicatus est. Dñs autem sic habebat oculos in illam mulierem, vt aures haberet in corde Pharisæi. Itaque audita cogitatione eius, proposuit similitudinẽ quam nostis. Duo debitores erãt cuidam fœneratori, vnus ei debebat quingẽtos denarios, alter quĩquaginta. Cùm non haberent ambo vnde redderent, donauit ambobus. Quæro abs te, inquit, quis eũ plus dilexit? Et ille respondit iã coactus veritate aduersus seipsum proferre sententiam. Credo, inquit, Domine, quia ille cui plus donauit. Et conuersus ad mulierẽ, dixit ad Simo-
B
nem, Vides istã mulierem? Introiui in domũ tuã, osculum mihi nõ dedisti, illa autẽ nõ intermisit pedes meos osculari. Aquã mihi ad pedes nõ dedisti, illa lachrymis suis lauit mihi pedes. Oleum mihi nõ dedisti, illa vnxit vnguento. Propter quod dico tibi, dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Quare? Quia confessa est, quia fleuit, quia non declinatum est cor eius in verba maligna ad excusãdas excusationes in peccatis, non cõbinata est cum electis eorũ, id est, defendẽtibus se. Nõ enim & huic ipsi mulieri si declinaretur cor eius in verba maligna, deesset defensio peccatorũ. An non quotidie pares eius in turpitudine, sed nõ pares in confessione, meretrices, adulteræ, flagitiosę defendũt peccata sua: Si latuerint, negant: si autẽ vel deprehẽsæ atq; conuictę fuerint, vel publicè id egerint, defendunt. Et quàm facilis defensio earũ, quàm cita, sed quàm præceps, quàm quotidiana & quàm sacrilega? O si Deus
hoc nollet, non facerẽ! Hoc voluit Deus, fortuna hoc voluit, hoc voluit fatũ. Non dicit, Ego dixi Domine miserere mei: nõ quomodo illa peccatrix ad pedes medici veniẽs: Sana animam meã, quoniam peccaui tibi. Psal.40.a
Et ista, fratres mei, defensio qualiũ est? Non solùm indoctorũ, sed etiam doctorũ. Sedent & cõputãt sidera, interualla, cursus, volubilitates, status, motus, intẽdũt, describũt, cõiiciunt. Docti magni videntur. Totũ hoc doctum & magnum, defensio peccati est. Eris adulter, quia sic habes Venerem. Eris homicida, quia sic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu: & Venus adultera, non tu. Vide ne pro Marte & Venere tu damneris. Deus enim qui damnaturus est, nouit quia tu es qui dicis, non ego iudici scienti. Porrò ipse mathematicus qui tibi fabulas laqueorum tuorum etiam vendit, vt non vel gratuitam compares mortẽ. Emis enim mortem à mathematico pretio, qui contempsisti vitam à Christo gratis. Ipse ergo mathematicus si vxorem suã paulò petulantius viderit conuersari, aut aliquos alienos improbè attendere, aut fenestrã crebrò repetere: nónne arripit, verberat, & dat disciplinã in domo sua? Respondeat illi vxor, Si potes, Venerem cæde. Nónne & ille respondebit, Fatua, aliud est quod competit rectori, aliud profertur emptori. Ergo electi eorum qui sunt? Electi malorum, electi impiorum, cũ quibus non est combinandum, id est, cum quibus non est habenda societas. Qui sunt autem? Arbitrantes se iustos, & contemnentes cæteros quasi peccatores, sicut erant illi Math.23.c
Pharisæi; aut quia ipsa peccata manifestè vel comprehenduntur, vel publicè fiunt, defendentes & asserentes ne aliquid culpæ eorũ tribuatur. Et vt ipsi nihil mali fecisse videantur & iudicentur, sed totum Deus, qui vel sic creauit hominem dicunt, vt stellas composuit, vel res humanas negligit. Defensiones sunt electorum seculi.

seculi. Sed dicat mẽbrũ Christi, dicat corpus Christi, dicat Christus ex persona corporis sui: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, cũ hominibus operantibus iniquitatẽ, & non combinabo cum electis eorum. Nostis fratres, quod non est prætermittendũ, quasi iustos eminẽtiores in se tenentes velut primũ gradum iustitiæ, electos vocari apud Manichæos. Qui nouerũt recognoscant,
Matt.10.b
qui nesciebant audiant. Electi quidẽ Dei sunt omnes sancti, & habemus hoc in Scripturis sanctis. Sed vsurparunt sibi illud nomen, & quasi familiarius sibi applicuerunt, vt tanquã propriè iam electi appellẽtur. Qui sunt isti electi? Quibus si dixeris, peccasti, statim illam defensionẽ impiam & peiorẽ cæteris magisque sacrilegam proferunt: Non ego peccaui, sed gens tenebrarum. Quæ est ista gens tenebrarũ? Quæ bellũ gessit cũ Deo. Et ipsa peccat, cùm tu peccas? Ipsa, inquit, quia commixtus sum illi. Deus qui te commiscuit, quid timuit? Hoc enim dicunt quòd illa gens tenebrarum re-
B
bellauerit aduersus Deum antequam mũdus fieret: & ille timens & cauens ne regna eius illo aduenientẽ hostili impetu vastarentur, misit huc mẽbra sua, substantiam suam, hoc quod ipse est, si aurũ, aurũ; si lux, lucẽ. Quicquid illud est, hoc misit & miscuit visceribus gẽtis tenebrarũ, dicunt, & fabricauit inde mundũ. Et nos animæ, inquiunt, de ipsis mẽbris Dei sumus: sed premimur hic visceribus gentis tenebrarum, & quicquid peccare dicimur, illa gens peccat. Se quidem videntur excusare à peccato: sed Deũ suũ non excusant à crimine timoris, nec ipsam substantiã Dei sui à crimine corruptibilitatis. Si enim incorruptibilis Deus, si incommutabilis, si incontaminabilis, si immaculabilis, si impenetrabilis, quid ei factura erat gens illa? Fecisset illa quem vellet impetũ, quomodo terreret impenetrabilẽ, inuiolabilẽ, incontaminabilem, incommutabilẽ & incorruptibilem? Si ergo talis Deus, crudelis: quia sine causa huc vos misit, cui nihil noceri poterat. Quare vos C
misit? Ecce gens tenebrarũ illi nocere nõ poterat. Ipse autem vobis grauiter nocuit, & ipse magis quàm illa hostis vester fuit, quanquã & ipsa vobis nocere potuit. Potuistis premi, potuistis captiuari, potuistis inquinari potuistis corrũpi: potuit ergo & ille. Frustum enim & quodãmodo portiuncula naturę ipsius conuincit massam. Quale & illud quod huc misit, tale est & illud q̃ ibi remansit. Hoc ipsi dicunt. Ipsi fatentur quia hæ duę substantiæ sunt: vna illa, & vna ista. Libri eorũ hoc habent: & si negant, legũtur, & conuincũtur. Quid ergo? Vt in hoc vno exordio nihil amplius dicam, non dicã peiora, non dicã sceleratiora: in hoc ipso exordio quo bellum inducunt videte quemadmodũ debellentur, & vbi pugnatum aduersus Deum à gente tenebrarum dicunt, ipsi in eorum verborum pugna capiuntur. Nõ enim est quod dicant, aut quò refugiant. Sed vis ô nefande, falsè, electe defendere peccatũ tuum, vt quando D
aliquid mali feceris, non tu fecisse videaris. Quæris in quem peccatum tuũ refundas, & refundis in gentem tenebrarum. Sed ad Deum attende, si non in illum refundis. Si enim posset gens tenebrarũ quam fingitis, hoc tibi diceret, Quid me accusas? Potui aliquid facere Deo tuo, an non potui? Si potui, fortior illo sum. Si non potui, quare me timuit? Si non timuit, quare huc te misit vt tanta hic patiaris, cùm sis membrum ipsius, cùm sis substantia ipsius? Si non timuit, inuidit. Si hoc timore nõ fecit, crudelitate fecit. Quàm ergo iniquus est cui nihil nocere poterat, & fecit vt mẽbris suis hic tantum noceretur? An poterat noceri? Ergo incorruptibilis non est. Cùm vis ergo te defendere de peccato tuo, laudare non potes Deum. In laude Dei non capereris, nisi in tua iactareris. Transi ad vituperatio-
A
nem tuam, & laudabis Deum. Redi ad verba psalmorũ quos execramini, dic, Ego dixi Domine miserere mei, Psal.40.a
sana animã meam, quoniã peccaui tibi: Ego dixi, ego peccaui, non fortuna, non fatum, non gens tenebrarũ. Si ergo tu peccasti, iam vide quemadmodum pateat laus Dei, in qua angustabaris cùm te velles defendere. Melius in peccatis tuis angustaris, & in illius laude dilataris. Iã ergo cõfesso peccato tuo, vide quemadmodũ laudetur Deus: quia & iustus est cùm te punit persecuerantem, & misericors cùm liberat confitentem. Non ergo, inquit, declines cor meũ in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis: vt dicam quia gens tenebrarũ fecit quod ego feci. Cum hominibus operantibus iniquitatem. Quam iniquitatẽ? Dicamus aliquam eorũ iniquitatẽ nefandam. Audite iniquitatẽ nefariam Manichæorum publicam, quam cõfitentur. Expedire dicunt homini fœneratorẽ esse quàm agri-
B
colam. Quæris causam, & reddunt rationẽ. Vide si ratio illa non dementia nominanda est. Qui enim in vsuram, inquiunt, dat pecuniam, non lædit crucem luminis. Multi non intelligunt, sed exponam. Qui autem, inquiũt, agricola est, multũ lædit crucẽ luminis. Quæris quam crucem luminis? Membra, inquiunt, illa Dei quæ capta sunt in illo prœlio, mixta sunt vniuerso mũdo, & sunt in arboribus in herbis, in pomis, in fructibus. Dei membra vexat, qui terrã sulco discindit. Dei membra vexat, qui herbam de terra vellit. Dei membra vexat, qui pomum carpit de arbore. Hæc ne faciat in agro falsa homicidia, facit in fœnore vera homicidia. Panem mendicanti non porrigit. Videte si potest esse maior iniquitas ista iniustitia. Panem mendicanti non porrigit. Quæris, quare? Ne vitam quę est in pane, quam dicunt membrũ Dei, substantiam diuinam mẽdicus ille accipiat, & liget eam in carne. Quid ergo vos? Quid? Quare manducatis? Carnẽ nõ habetis? Sed nos, inquiunt, quia fide Manichæi illuminati sumus, o-
C
rationibus & psalmis nostris qui electi sumus purgamus inde vitam quæ est in illo pane, & mittimus illam ad thesauros cælorum. Tales sunt electi, vt nõ sint saluãdi à Deo, sed saluatores Dei. Et ipse est Christus dicunt, crucifixus in toto mundo. Ego in Euãgelio Saluatorẽ acceperam Christũ, vos autẽ estis in libris vestris saluatores Christi. Estis planè blasphematores Christi, & ideo à Christo non saluãdi. Ergo vt buccella non detur mẽdico, ne ploret in buccella membrum Christi, mẽdicus fame moriturus est? Falsa misericordia in buccellã, facit verũ homicidiũ in homine. Sed qui sunt isti electi eorũ? Non declines cor meũ in verba maligna, & non cõbinabo cum electis eorũ. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me.) Videte peccatorẽ confessorem. Emẽdari se vult misericorditer potius quàm laudari fallaciter. Emendabit me iustus in misericordia, si iustus est si misericors est, quãdo me videt peccantẽ. Hoc vtique quædam membra Christi dicunt, de quibusdam mẽbris Christi dicunt, in vno corpore dicunt. Dignatur loqui Dominus ex
D
persona emẽdatoris, nec respuit personam emendati vel emendantis. Oĩa enim mẽbra in illo, & ipse dicit, Emendabit me iustus in misericordia. Quis iustus te emendaturus est? Caput oĩa mẽbra emendat. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me. Arguet me sed in misericordia: arguet, sed non odit: & eo magis arguet, quia non odit. Et iste quare inde gratias agit? Quia corripe sapientem, & amabit te. Emendabit me Prouer.9.b
iustus, quia persequitur? Absit. Hic est potius emendandus, si odio emendat. Quare ergo emendat? In misericordia. Et arguet me. In quo? In misericordia.

Oleum autē peccatoris non impinguabit caput meū.)
Quid est, oleū peccatoris non impugnabit caput meū?
Non crescet caput meū de adulatione. Falsa laus adu-
latio est: falsa laus adulatoris; hoc est oleū peccatoris.
Propterea & homines cū falsa laude aliquē irriserint,
hoc etiam de illo dicunt, Vnxi illi caput. Amate ergo
argui à iusto in misericordia, nolite ergo amare lauda-
Matt. 25.a. ri à peccatore cum irrisione. Habetote oleū vobiscū,
& non quæratis oleum peccatoris. Sapientes enim illæ
virgines secum portabant oleum, id est, cōscientia il-
larum illis testimonium perhibebat. Oleum gloria est,
fulget, nitet in superficie. Sed bona debet esse gloria,
Galat. 6.b & vera gloria, vt ibi sit intus in vasis suis. Audi quid est
in vasis. Probet autem se homo, & tunc in semetipso
habebit gloriā, & non in altero. Quid est in vasis suis?
2. Cor. 1.c Audi ipsum Apostolū: Nam gloria nostra hæc est, te-
stimonium conscientiæ nostræ. Postremò quia in cor-
pore Christi es, & adhuc portas mortalitatē quādam:
al. tibi. tu ibi esto iustus, & in te esto iustus. Peccatores, vin-
dica in te: redi ad conscientiam tuā & exige de te pœ-
nas, crucia teipsum. Ita enim offers sacrificium Deo,
quia si voluisses sacrificium dedissem: vtique, ait pec-
cator, holocaustis non delectaberis. Quid ergo?
Nullū accipit sacrificiū? Sacrificiū Deo spiritus contri-
bulatus, cor contritū & humiliatum Deus nō spernit.
Humilia cor tuum, cōtere cor tuum, crucia cor tuū? &
tu teipsum emendabis in misericordia. Non enim odi-
sti te cū sæuis in te. Eris in parte emendata iustus, quā-
uis sis adhuc in emēdanda peccator. Ex qua parte enī
tibi displices, iustus es: ex qua parte tibi displicet in te
quod iniustū est, iustus es: & ex qua tibi displicet in te
quod iustū est, iniustus es. Vis videre quàm iustus sis?
Hoc in te tibi displiceat quod & Deo. Iam cōiunxisti
te volūtati Dei, si in teipso nō quod ille fecit, sed quod
ille odit odisti. Ex eo quòd odisti in te q̄ fecisti, quod
odit & ille qui hoc non fecit, cœpisti in te esse seuerus,
erit ille misericors. Parcet, quia tu nō pepercisti. Ergo
ex quo cōiunctus es oculis eius, & condelectaris legi
eius, & hoc in te arguis quod lex eius arguit, & hoc in
te tibi displicet quod & oculis Dei displicet, vide quā
iustus es. Ex quo autem lapsus, fecisti ea quæ displicēt
Deo, & fragilitate quadā infirmitatis humanæ prola-
beris in illa, & adhuc portas infirmitatē carnis, & ge-
mis cuiusdā reluctationis cōsciētia: ex hac parte iustus
es, & ex hac iniquus & peccator es. Quomodo, inquies,
ex quadā parte iustus, ex quadā parte peccator? Quid
est quod dicis? Laboramus, videmur loqui contraria,
nisi nobis subueniat Apostolica authoritas. Audi illud
ab Apostolo, ne me malus intellector accuses. Conde-
Rom 7.d lector enī, inquit, legi Dei secundū interiorē hominē.
Ecce iustus. An nō est iustus qui cōdelectatur legi Dei?
Vnde ergo peccator? Video aliam legē in mēbris meis
repugnantē legi mentis meæ, & captiuū me ducentē
in lege peccati. Adhuc bellum aduersus me gero, nō-
dum sum totus instauratus ad imaginem fabricatoris
mei, cœpi resculpi, & ex ea parte qua reformor, displi-
cet mihi quod deforme est. Ergo quādiu ita sum, quid
spero? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christū Dominū
nostrum. Gratia Dei quæ cœpit iam resculpere, gratia
Dei quę infundit suauitatē, vt iam per interiorē homi-
nē condelecteris legi Dei: inde cætera sanabuntur, vn-
de & ista sanata sunt. Geme adhuc vulneratus, castiga
1. Cor. 9.d te, displice tibi. Nō sic pugno, inquit, quasi aërem cæ-
dens, sed castigo corpus meum & in seruitutē redigo,
ne fortè aliis prædicans ipse reprobus inueniar. Nun-
quid qui castigat corpus, odit corpus? Si quis castigat
seruum, odit seruum? Si quis verberat filium, odit filiū?

Et vt aliquid cōiunctius eloquamur, caro tua tanquā
cōiunx tua est. Hoc ipse Apostolus dicit; Nemo vnquā
A carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut Ephes. 5.g
& Christus Ecclesiam: Certè caro tanquā cōiunx est,
& nemo carnē suam odio habet, Tamen quid alio lo-
co? Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduer-
sus carnē. Concupiscit aduersus te, tanquā cōiunx tua: Galat. 5.d
ama & castiga, donec fiat in vna reformatione vna cō-
cordia. Quando istud erit? Quoniam modò clamas, Rom. 7.d
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mor-
tis huius? Nunquid separabitur à te hoc corpus, & tūc
securus eris? Et quid est, In nobismetipsis ingemiscimus
adoptionē expectantes redemptionē corporis nostri? Rom. 8.d
Reparatur ergo à mortalitate ad immortalitatē, & iā
non resistit, quia non est mortalitas quæ resistat. Pro-
pterea castiga corpus tuū: modò doma quod postea
recipias, modò deficiat & tunc sufficiat. Nā in hac vita
reparari non potest quādiu mortale geritur. Nō te de-
ponat, nō te abrūpat. Porta, erudi, castiga, reparabitur
B in fine. Et quia nemo vnquā carnē suam odio habuit, Ephes. 5.g
resurget & caro. Sed quomodo? Etiam tūc luctaturus
sum? Oportet, inquit, corruptibile hoc induere incor-
ruptionē, & mortale hoc induere immortalitatē. Ergo 1. Cor. 15.g
cùm dicitur, Emēdabit me & arguet me: siue sit frater,
siue sit proximus, siue sit vicinus, siue tu ipse, in miseri-
cordia debes argui & emēdari. Oleū autē peccatoris
non impinguet caput meū. Sed quid facio, dicis mihi?
Patior adulatores, nō cessant perstrepere, laudāt in me
quæ nolo, quæ ergo paruipendo laudant in me, quod
ego charum habeo reprehēdunt in me adulatores, fal-
laces, deceptores. Magnus vir ille, verbi gratia, Caius,
Cnæus, magnus doctus, sapiens. Sed quare? Nunquid
quia Christianus? Nā magna doctrina, & magnę literę,
& magna sapiētia. Si magna sapientia, approba quòd
Christianus est. Si magna doctrina, doctè legit. Postre
mò quod tu vituperas, hoc ei placet quem laudas. Sed
quid? Laudatio illa non indulcat, oleū peccatoris est.
C Sed non cessat dicere, non inde impinguet caput tuū,
id est, noli gaudere ad talia, id est, noli annuere, noli cō
sentire, noli inde gratulari. Et si ille attulit oleum adu-
lationis, sed caput tuum integrū mansit, non inflatum
est, non tumuit. Si enim inflatū fuerit & tumuerit, facit
pondus & præcipitabit te. Oleū autem peccatoris nō
impinguet caput meū. Quoniam adhuc & oratio mea
in beneplacitis eorū.) Expecta, modò me vituperant,
ait Christus. In primis tēporibus Christianorū vndiq;
reprehendebantur Christiani. Adhuc expecta, & ora-
tio mea in beneplacitis eorum erit. Veniet tēpus quā-
do superent hominum malitiam tundentiū sibi pectus
& dicentium, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos Matth. 6.b
dimittimus debitoribus nostris. Iam quot remanserūt
qui sibi erubescunt pectus tundere? Ergo reprehen-
dant, toleremus. Reprehendant, oderint, accusent, de-
trahant: adhuc & oratio mea in beneplacitis eorū. Ve-
D niet tempus quando oratio mea placebit illis. Erigent
enim se quasi iusti viribus suis, vincentur in lucta, quia
superbè se erexerūt, elidētur, trahentur à peccatis, vi-
debunt se iniquos implebūtur quæ dicta sunt per pro-
phetas, incipiet timeri iudiciū, cōuertet se animę acies
ad conscientiā peccatorum, & placebit illa oratio, Di-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris. O verbosa defensio iniquitatis! Certè
iam hoc populi dicunt, & populorum pectora tun-
dentium tonitruus non quiescit. Rectè nubes tonāt in
quibus iā habitat Deus. Vbi est illa verbositas, vbi est
illa iactantia, Iustus sum, nihil mali feci? Certè cùm in
Scripturis sanctis fueris contemplatus normā iustitiæ,
quantumcunque profeceris, inuenies te peccatorem.
Profe-

Profecisti, iam vnum Deū colis, optimè, nō fornicaris
ab eo ad idola, ad mathematicos, ad sortilegos, ad ha-
A ruspices, ad augures, ad maleficos. Ista enim fornicatio
est à Domino Deo, iam es in aliquo numero membro-
rū Christi. Iam incipe videre etiā illa peccata so cieta-
Exod. 20.b tis humanæ. Non occidis quenquā, non adulteras cu-
iusquam vxorē, nō vxori tuę eundo ad alteram iniuriā
facis, nō vlla pessima corruptela te contaminas, absti-
nuisti manus à furto, linguā à periurio, cor à concupi-
scendo rem proximi tui. Iam iustus es. Attēde cætera
noli iam superbire. Nihil ne peccas in lingua? non pro-
Matth. 5.d laberis in verbū durum? Sed quid magnum dicis? quid
magnū? Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ
ignis. Cōtremiscit iam tota illa superbia. Ecce iam nō
valde facit vnde Deus videatur impietate aliqua blas-
Tobie. 4.c phemari. Non irruit in aliquē lædendum, non facit al-
Matth. 7.b teri quod pati non vult. Quid de lingua? quis illam do-
mat? Sed ecce iam & ipsam frenasti: quanquā quis tan-
tus vt hoc omnino perficiat? Sed ecce iā & ipsam fre-
B nasti. Quid facis de cogitationibus tuis? quid facis de
tumultu & caterua rebellantiū desiderio rum? Non eis
das membra. Ita credo & video: sed tamē cogitationes
al. auferūt te aliquando inclinantur, & † afferunt se plerunque in o-
ratione genibus fixis. Corpus prosternis, collū curuas
confiteris peccata, Deum adoras. Video corpus vbi ia-
ceat, quæro vbi volitet animus. Video membra iacen-
tia: videamus si stet conscientia, videamus si fixa est in
eum quem adorat. Sic autem cogitationibus plerun-
que tanquam æstu maris abripitur, & tempestate tolli-
tur in aliud atque aliud. Modò si mecum loquereris, &
subitò auerteres te ad seruū, & dimitteres me nō dico
à quo aliquid petebas, sed cum quo ex æquo loquebā-
ris, non mihi iniuriam factā deputarē? Ecce quid facis
quotidie Deo. Qualem modò dixi, fratres? Iam eū qui
solum Deum colit, qui Christū confitetur, qui patrem
& filium & Spiritum sanctum vnum Deum nouit, qui
non post eum fornicatur, qui non adorat dæmones,
qui auxilia sibi à diabolo nō requirit, qui tenet Eccle-C
siam catholicam: de cuius fraude nemo cōqueritur, de
cuius pressura non gemit vicinus infirmus, qui vxorē
alienam non tentat, qui contentus est sua, aut qui nec
1. Cor. 7.a ipsa sua, sed quomodo licet & quomodo permittit a-
postolica authoritas & disciplina, vbi cōsensus est am-
borum, aut vbi nōdum ducta est. Qui iam talis est, de-
prehenditur tamen in istis quæ iam dixi. Venit ergo
tempus quod dictū est, Adhuc & oratio mea in bene-
placitis eorum, siue quam docuit, siue qua interpellat
pro nobis. In istis ergo quotidianis peccatis omnibus
quæ spes est, nisi humili corde dicam in oratione Do-
Matth. 6.b. minica, quæ iam in beneplacitis nostris est, non defen-
1. Ioan. 1.a dentium peccata nostra, sed confitentiū, Dimitte no-
bis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris: & aduocatū habeamus apud patrem nostrum
Iesum Christum iustum, vt ipse sit propitiatio pro pec-
catis nostris? Modò loquantur superbi, vincuntur nu-
mero, vincuntur populis. Tota terra à solis ortu vsque
ad occasum laudate nomen Domini. Quid faciūt pau-
ci aliter disputantes? Iudices sunt impiorum. Sed quid
ad te? Vide quid sequitur, Absorpti sunt iuxta petram
iudices eorū. Quid est, absorpti sunt iuxta petrā? Petra
1. Cor. 10.a autem erat Christus. Absorpti sunt iuxta petrā. Iuxta,
id est, comparati, iudices magni, potentes, docti. Ipsi
dicuntur iudices eorum, tanquam iudicantes de mo-
ribus, & sententiam proferentes. Dixit hoc Aristote-
les. Adiūge illum petræ, & absorptus est. Quid est Ari-
stoteles? Audiat, dixit Christus: & apud inferos con-
tremiscit. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Ad-
iunge illos petræ, compara authoritatē illorum autho-

ritati Euangelicæ, cōpara inflatos crucifixo. Dicamus
eis, Vos literas vestras cōscripsistis in cordibus super-
A borum, ille crucem suam fixit in cordibus regum. Po-
stremò mortuus est & resurrexit: mortui estis, & nolo
quærere quemadmodū resurgatis. Ergo absorpti sunt
iuxta petram istam iudices eorum. Tamdiu videntur
aliquid dicere, donec cōparentur petræ. Propterea si
inuentus fuerit aliquis eorum hoc dixisse quod dixit
& Christus, gratulamur illi, nō sequimur illū. Sed prior
fuit ille quàm Christus. Si quis vera loquitur, prior est
quàm ipsa veritas? O homo attende Christū non quā-
do ad te venerit, sed quando te fecerit. Potest & ægro-
tus dicere, Sed prius ego cecidi in lectū, quā medicus
ad me venisset. Vtique ideo ille posterior venit, quia tu
prius cecidisti. Videte itaque textū Psalmi, A dhuc &
oratio mea in beneplacitis eorum. Sed erūt multi qui
contradicāt: Absorpti sunt iuxta petrā iudices eorum.
Quid ergo erit? Audient verba mea, quoniā præualue-
runt.) Præualuerunt verba mea verbis eorum. Dicta
B sunt ab eis quædā disertè, sed à me vera. Aliud est lau-
dare loquacem, aliud laudare veracem. Audiāt verba
mea, quoniam præualuerūt. Vnde præualuerunt? Quis
eorum comprehēsus est in sacrificio cū his legibus ista
prohiberentur, & non negauit? Quis eorum compre-
hensus est adorare idolū, & non clamauit, Non feci, &
timuit ne conuinceretur? Tales ministros diabolus ha-
bebat. Vnde autē præualuerunt verba Domini? Ecce
ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Nolite Mat. 10.b.a
timere eos qui occidunt corpus, animā autem nō pos-
sunt occidere: sed potius eum timete, qui & corpus &
animā potest mittere in gehennā ignis. Dedit timorē,
subiecit spem, inflammauit charitatem. Nolite, inquit,
timere mortem. Mortem timetis? Prior morior. Ne
vel capillus vester pereat, formidatis? Prius integer in
carne resurgo. Meritò audistis verba eius, quoniā præ-
ualuerunt. Ducebantur & occidebantur, cadebant &
stabant. Et quid est factum de tot mortibus martyrū,
nisi vt ipsa verba præualerent, & tāquam irrigata terra
sanguine testium Christi, pullularet vbique seges Ec-
clesiæ? Audient, inquit, verba mea, quoniā præualue-
runt. Vnde præualuerunt? Iam diximus, cùm prædicā-
tur à non timētibus. Quid non timētibus? Nec exilia,
nec dāna, nec mortē, nec crucē. Nō enim mortē solā,
sed nec crucem qua morte nihil videbatur execrabi-
lius. Ipsam Dominus suscepit, ne discipuli eius mortē
quidem non timerent, sed nec genus mortis horresce-
rent. Ergo à nō timentibus cum dicuntur hæc præua-
luerunt. Quid ergo mortes illæ omniū martyrū? quid
fecerunt? Audi, Sicut crassitudo terrę dirupta est super
terram, Dissipata sunt iuxta infernū ossa nostra.) Iuxta
infernum dissipata sunt ossa martyrum; id est, corpora
testium Christi. Occisi sunt enim martyres, & quasi
præualuerunt qui occiderunt. Præualuerunt illi perse-
quendo, vt præualerent verba Christi prædicando. Et
D quid factū est de mortibus sanctorū? Sicut crassitudo
terræ dirupta est super terrā, dissipata sunt iuxta infer-
nū ossa nostra. Quid est, crassitudo terrę dirupta est su-
per terrā? Nouimus crassitudinē terræ cōtemptibilia
quęque esse. Quæ sunt quasi contēptibilia hominibus,
fœcundant terram. Nam dictū est & in quodam Psal- Psal. 78.a
mo, iacuisse mortes sanctorū, & non fuit qui sepeliret.
Sed illæ oēs mortes factæ sunt crassitudo terræ. Quo-
modo accipit terra quandam pinguedinem de rebus
contēptibilibus & abiectis, sic ex eo quod contempsit
hic mundus accepit crassitudinem terræ, vt inde seges
Ecclesiæ feraciùs pullularet. Iam nostis fratres, quia
cōtemptibilia terræ huius, de quibus pinguescit terra,
nec appellare volo, nec dicere decet. Talis est quędam

sagina terræ,& quædam pinguedo, & contemptibile est hominibus, & quasi sordidum est,& abiicitur. Sed quid fecit hic,vt iam & ipsius verbis vtar? (Psal. 112.a) De terra erexit inopem,& de stercore exaltauit pauperẽ: vt collocaret eum cum principibus, cum principibus populi sui. Prostratus est enim in terra, tanquã pinguedo terræ,diruptus est super terrã: sicut iacuit ille Lazarus vlcerosus: (Lucæ 16 c) (Psal. 115.a) sed tamẽ ab angelis sublatus est in sinũ Abrahæ. Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Sicut contẽptibilis est seculo,ita pretiosa est agricolæ. Nouit enim ibi vtilitatẽ & vberem succũ,& nouit quid affectet,& quid eligat, vnde seges fertilis surgat: sed contẽnit eam iste mũdus. (1. Cor. 1.d) Nescitis quia contẽptibilia mũdi elegit Deus, & ea quæ non sunt tãquam quæ sint,vt ea quæ sunt euacuẽtur? De stercore erectus Petrus & Paulus: & cùm occiderẽtur,contẽnebantur. Modò iam saginata inde terra,exurgẽte segete Ecclesiæ,ecce quod est nobile & præcipuum in mundo,imperator venit Romã. Quò festinat? Ad templũ imperatoris,an ad memoriã piscatoris? Sicut enim crassitudo terræ dirupta est super terrã,dissipata sunt iuxta infernũ ossa nostra. Quoniam ad te Domine oculi mei, in te speraui,ne auferas animam meam.) Cruciati sunt enim in persecutionibus,& multi defecerunt. Et quia de captiuitate persecutionis dixit,Sicut crassitudo terræ dirupta est super terram; Dissipata sunt ossa nostra iuxta infernũ: occurrit multos defecisse & multos periclitatos esse, & tanquã in mediis tribulationibus persecutionũ emissa est vox precantis, Quoniã ad te Domine oculi mei. Non curo quid minẽtur qui circumstant,ad te Domine oculi mei. Plus figo oculũ meũ in promissis tuis, quàm in minis eorum. Noui quid pro me passus sis,quid mihi promiseris. Ad te Domine oculi mei,in te speraui,ne auferas animam meã. Custodi me à muscipula quam statuerunt mihi.) Quæ erant muscipulæ? Si consentis,parco. In muscipula posita est esca vitæ huius. Si amat auis hanc escam,cadit in muscipulam. Si autẽ auis talis est vt dicat, (Hier. 17.c) Et diẽ hominis non cõcupiui tu scis: oculi eius non recedent à Deo, & ipse euellet de laqueo pedes eius. Custodi me à muscipula quam statuerunt mihi, Et ab scandalis eorum qui operantur iniquitatẽ.) Duas res dixit, ambas inter se distinguendas. Muscipulã statuisse persecutores dixit, scandala verò ab eis qui consenserunt & apostatauerũt & ex vtroque vult se custodiri. Hinc sæuiũt minantes, hinc labuntur consentiẽtes. Timeo ne talis sit iste quẽ timeam,nec talis sit iste quem imiter. Hæc tibi facio,si non consenseris. Custodi me à muscipula quã statuerunt mihi: Ecce frater tuus iam cõsensit, & ab scandalis eorum qui operantur iniquitatem. Cadent in retia eius peccatores.) Quid est ergo fratres,cadent in retia eius peccatores? Sed non oẽs peccatores: quidam peccatores qui vsque adeò sunt peccatores, vt sic ament vitam istã,vt præponant illam vitæ æternæ, cadent in muscipulã eius. Sed quid dicis? Putas isti tales cadunt in retia eius? (Matth. 16.f) Sed quid de discipulis tuis ô Christe? Ecce cùm ferueret persecutio, quando dimiserunt te omnes solum,& ierunt vnusquisque in sua, prædixisti hoc,quia præuidisti. Nõ enim quia tu prænũciasti, tu fecisti,aut tu in quoquã te negasti. Sed ecce illi qui tibi cohærebant,in tua tentatione & persecutione, qua te inimici requirebant crucifigendũ,defecerũt. Et vnus ille audax qui tibi promiserat, quia tecũ esset vsque ad mortẽ, audiuit quidẽ à medico quid in se ageretur ægrotus. Febriens enim sanũ se dixerat,cordis venã ille tangebat. Ventũ est ad tentationẽ,ventũ est ad probationẽ,ventũ est ad accusationẽ, & iam ipse interrogatus,nõ ab aliqua magna potestate,sed ab infimo mãcipio,& hoc femina, ab ancilla interrogatus succubuit. Negauit ter. Semel negato,cùm cõmemoraretur, negauit iterum. Bis negato,cùm cõmemoraretur, negauit tertiò. Hoc prædixerat Dñs: non præceperat, non coẽgerat. Aut si ꝓpterea putatur Petrus rectè fecisse, quia hoc prædixerat Domin⁹: rectè fecit & Iudas qui tradidit eum, quia & hoc prædixerat Dominus. Absit fratres mei. Hęc vox illorũ electorũ est,qui etiam peccata sua defendunt potius quàm fatentur. Petrum ipsum potius attendamus. Si nihil peccauit,quare fleuit? Non interrogemus de Petro,nisi lachrymas Petri. Fideliores testes de illo non inuenimus. Fleuit amarè,inquit. (Matt. 26.g) (Ioan. 14.d) Nondũ idone⁹ erat passioni: Sequeris me postea, illi dictum erat. Adhuc futurus erat firmus, confirmatus Domini resurrectione. Ergo nondum erat tempus vt dispergerentur illa ossa iuxta infernũ. Nam videte quàm multi defecerunt vsque ad ipsos primos hærentes ori eius. Etiam ipsi defecerunt. Quare hoc? Singularis ego sum donec transeam.) Hoc enim sequitur in Psalmo. Suprà dixerat,Custodi me Domine à muscipula quam statuerũt mihi, & ab scandalis qui operantur iniquitatẽ. A muscipula & à scandalis, & à terrentibus,& à lapsis. Sed quia in eius passione etiam illi primi qui futuri erant duces Ecclesiæ & colũnæ terrę defecerunt, nondũ factum erat quod ait in alio Psalmo, (Psal. 74.a) Ego confirmaui columnas eius. Quid ait? Singularis ego sum donec transeam. Hæc vox in persona capitis, singularis ego sum donec transeã. Quid est singularis? In passione tu solus pateris,tu solus occideris ab inimicis. Singularis ego sum donec transeã. Quid est,donec transeam? (Ioan. 13.a) Euangelista dicit,Cùm autem venisset hora vt Iesus transiret de hoc mundo ad patrẽ. Quid est ergo donec transeã,nisi de hoc mundo ad patrem? Tunc enim confirmaui columnas eius, id est, columnas terræ,quando in mea resurrectione didicerũt plenè mortem non esse timendam. Donec ergo transeam,singularis sum: cùm transiero, multiplicabor. Multi me imitabuntur,multi patientur pro nomine meo. Vnus ego sum donec transeam,multi in me vnus erunt dũ transiero. Singularis ego sum donec transeam. Audite etiã mysterium verbi eius. Secundum Græcam locutionẽ Pascha videtur passionẽ significare, πάσχειν enim pati dicitur: secundũ Hebræam autem linguam sicut interpretati sunt qui nouerunt,Pascha transitus interpretatur. Nam etsi interrogetis bene Græcos, negant Græcum esse Pascha. Sonat ibi quidem πάσχειν, id est pati, sed non solet sic deflecti. Passio enim πάθος Gręcè dicitur,nõ Pascha. Ergo pascha sicut dicũt qui nouerũt, & qui nobis quod legeremus interpretati sunt, transitus interpretatur. Ideo vẽtura passione Domini,tãquã ipso verbo loquerẽtur Euangelista: Cùm venisset,inquit, hora vt transiret Iesus de hoc mundo ad patrem Pascha hic ergo sonuit in hoc versu,Singularis ego sum donec transeam. Post pascha iam non ero singularis, post transitum non ero singularis. Multi imitabuntur, multi consequentur,Et si postea sequentur, quid erit? Singularis ego sum donec transeam. Quid est quod Dñs ait in hoc Psalmo,singularis ego sum donec transeam? quid est ꝙ exposuimus? Si intelleximus, attende ipsius verba in Euangelio: (Ioan. 12.d) Amen amen dico vobis,inquit,nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit,multum fructum affert. Hoc autem ibi ait vbi etiã dixit, Cùm exaltat⁹ fuero à terra,omnia traham ad meipsum. Nisi granum frumenti,inquit,cadens in terram mortuum fuerit,ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructũ affert. Ergo illi grano multa seges debebatur sed expecta,mortificetur adhuc,quia granum nisi

nisi terrã ceciderit & mõrtificatũ fuerit,solũ remanet. Ergo solus erat antequam esset mortificat⁹. Propterea & Petrus nondũ habebat tales vires: accepturus erat vires sequendi,nõ habebat præcedẽdi. (Ioan. 13.a) Propter Christũ enim,id est,propter confessionem nominis Christi quo Christiani sumus, nemo mortu⁹ est ante Christũ, ne fortè occurrat vobis. Multi enĩ mortui sunt & martyres sunt,multi & prophetæ talia passi sunt, nõ tamen ideo moriebãtur,quia prenũciabant Christũ, sed quia peccata hominũ dicebant in eos,& eorũ iniquitatibus liberiùs resistebãt,& habẽtur inter martyres. Iustè etenim si nõ pro nominis Christi cõfessione,tamen pro veritate occisi sunt. Vsqueadeò autẽ pro ipso nomine, id est,pro confessione nominis Christi nemo mortuus est antequã granũ illud caderet in terrã, cuius ex persona dictũ est,Singularis ego sum,donec transeã: vt & (Mat. 14. a.b) ipse Ioãnes qui recens interfectus erat, ab iniquo rege donatus puellæ saltatrici,non propter hoc interfectus sit,quia cõfessus est Christũ. Potuit itaq; & inde occidi & hoc à multis. Si ꝓpter aliud occisus est ab vno,quãto potius propter Christũ potuit occidi ab his ipsis qui occiderũt Christũ? Perhibebat enim de Christo testimoniũ Ioannes. Illi qui audiebant Christũ, ipsum occidere volebãt, & eum qui testimoniũ perhibebat nõ occidebãt. Quia enĩ si fieret impetus propter Christũ in Ioannẽ,nõ negaret. Erãt quippe in illo vires magnę, (Ioan. 3.d) quibus appellatus est amicus spõsi. Magna in illo gratia, (Matth. 11.d.) magna excellẽtia: Inter natos mulierũ nemo exurrexit maior Ioãne Baptista. Ergo in illũ impetus factus est,qui nõ habebat tales vires. Fit impetus in Petrum, non fit in Ioannẽ. Etenim vires ipsas Petrus pòst accepit,tunc autẽ infirmus fuit. Pro Christi nomine ille interrogatur qui vires non habebat. Ille qui habebat vires,non patitur persecutionẽ propter Christũ: ne pro nomine Christi antecederet Christũ. Non occiditur à Iudæis,qui perhibebat liberum testimonium Christo, quem occiderunt Iudæi: & occiditur ab Herode quia dicebat ei: Non tibi licet habere vxorem fratris tui. Neque enim frater eius sine posteritate decesserat. Pro lege quidẽ veritatis,pro æqualitate, pro iustitia. Ideo sanctus,& ideo martyr, sed non tamen pro illo nomine quo Christiani sumus. Quare hoc nisi vt impleretur,Singularis ego sum donec transeam.

IN PSALMVM CXLI. ENARRATIO.

SOLENNITATI martyrum sicut deuotio celebritatis vestræ,ita nostræ seruitutis sermo debetur. Sed meminisse oportet charitatẽ vestrã, hesterna die quã multa dicta sint. Non enim quia propter auiditatẽ interioris oris vestri per totum sermonẽ tanquam recẽtes affuistis, propterea obliuisci debemus infirmitatis cõmunis: primò quia & honorare oportet verba præclara,sicut scriptũ est: Præclara autem verba sapientiæ sunt,Domini Dei sunt, quæ per nos tanquã per vascula vobis ministrãtur. Etsi fictilia sunt vasa,sed panis cęlestis est. (2. Cor. 4.b) Apostolus dicit, Habemus thesaurum istũ in vasis fictilibus,vt eminẽtia virtutis sit Dei. Qui autem thesaurus,idem & panis. Nam si nõ idem esset thesaurus & panis,non de ipso thesauro alibi scriptum esset, (Prou. 20.c) Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum. Vnde admonemus charitatem vestram, vt ea quæ audiendo tãquam ventre memoria conditis,rursus reuoluendo & cogitando quodammodo ruminetis. Hoc est enim,thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autẽ stultus glutit illum. Breuiter dixit, Sapiens ruminat stultus non ruminat. Hoc autẽ apertè & Latinè quid est? Sapiens cogitat ea quæ audierit, stultus autẽ audita obliuioni (Leuit. 11.a) tradit. Neque enĩ propter aliud in lege mũda ea dicta sunt animalia quæ ruminant, immũda quæ non ruminãt: nam creatura Dei omnis munda est. Artifici Deo tam mũdus est porcus quàm agnus. Creauit enim oĩa (Gen. 1.d) bona valde: & omnis creatura Dei bona est, dicit Apostolus,& omnia munda mũdis. (ad Titũ 1.d) Cùm ergo in natura vtrunque sit mundũ,significatione tamen agnus significat aliquid mũdum,porcus significat aliquid immũdum. Agnus significat innocentiã sapientiæ ruminantis: porcus significat immũditiam stultitiæ obliuiscentis. Breuis Psalmus pro solẽnitate dictus est,videamus an possit etiã breuiter tractari. Voce mea ad Dominũ clamaui. Sufficeret,voce ad Dominum clamaui: fortè non frustra additum est mea. Multi enim clamant ad Dominũ,non voce sua, sed voce corporis sui. Homo ergo interior in quo cœpit habitare Christus per fidẽ, voce sua,non strepitu labiorum, sed in affectu cordis clamet ad Dominũ. Nõ vbi homo audit ibi Deus audit. Nisi voce pulmonũ & laterum & linguæ clames, homo te nõ audit. Cogitatio tua clamor est ad Dominum. Voce mea ad Dominum clamaui, Voce mea ad Dominũ deprecatus sum.) Quod dixit clamaui,exposuit cùm dixit,deprecatus sum. Clamant enim ad Dominum & qui blasphemant. In superiori versu clamorem posuit,in sequenti clamorem exposuit. Quasi exigeretur,quo clamore clamasti ad Dominũ? Ad Dñm inquit,deprecatus sum. Clamor me⁹,deprecatio mea: non conuicium,non murmur,non blasphemia. Effundam ante eum precẽ meã.) Quid est ante eum? In conspectu eius. Quid est in conspectu eius? Vbi videt,Vbi autem non videt? Ita enim dicimus vbi videt, quasi alicubi non videat. Sed in isto cœtu rerum corporaliũ vidẽt & homines,vident & animalia: ille autem videt, & vbi homo non videt. Nam cogitationem tuam nullus hominum videt,Deus autem videt. Ibi ergo effunde precem tuam, vbi solus ille videt qui remunerat. Nam in abscondito te Dominus Iesus Christus iussit orare: sed si agnoscas cubiculum tuum,& mundes, ibi rogas Deum. Cùm autem oratis,inquit,nolite fieri sicut hypocritæ, qui stant in plateis & vicis orantes, vt (Matth. 6.a) videantur ab hominibus. Tu autem cùm oras intra in cubiculũ tuum,& claude ostium, & deprecare Deum tuum in occulto: & qui videt in occulto reddet tibi. Si homines reddituri sunt, effunde ante homines precẽ tuam. Si Deus redditurus est, effunde ante eum precẽ tuam,& claude ostium tuum,ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare vt irrumpat,si clausum inuenerit,trãsit. Ideo Apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere, ostiũ cordis non parietum, ibi enim & cubiculum: quia ergo in nostra potestate est hoc ostium claudere,Neque detis,inquit,locum diabolo. (Ephes. 4.f) Etenim si intrauit & possidet,attende quia tu negligenter clausisti,aut claudere neglexisti. Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tanquã duas habet valuas,cupiditatis & timoris. Aut cupis aliquid terrenum,& hac intrat: aut times aliquid terrenum, & hac intrat. Timoris ergo & cupiditatis ianuam claude cõtra diabolum,aperi ad Christum. Quomodo ipsas valuas aperis ad Christum? Cupiendo regnum cælorum, timendo ignem gehennarum. Per cupiditatem seculi diabolus intrat,per desiderium vitæ æternæ Christus intrat. Per timorem pœnarum temporalium diabolus intrat,per timorem ignis æterni Christus intrat. Ecce martyres clauserunt ianuam contra diabolum, Christo aperuerunt. Promisit eis multa mundus iste: riserunt, clauserunt valuam cupiditatis aduersus diabolum. Minatus est mundus iste bestias, ignes, cruces: non timuerunt, clauserunt timoris valuam contra diabolum. Videamus si aperuerunt illas Christo:

Matt.10.d Qui confessus me, inquit, fuerit corã hominibus confitebor illum & ego coram patre meo qui est in cælis. A
Amauerunt ergo regnũ cælorum, vbi eos cõfitebitur
Matt. 25. d Christus. Quomodo eos confessurus est Christus? Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi. Confitebitur illos ad dexterã positos. Videamus si timoris valuam Christo aperuerunt, quam diabolo clauserunt. Vno eodemque loco Dominus monet hoc, vt & diabolo claudatur, &
Matth.10.c sibi aperiatur. Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autẽ non possunt occidere. Monuit vt timoris valua in faciem diabolo elideretur. Ergo nihil est timendũ? Nõ ergo aperitur aditus timoris Christo, qui clausus est diabolo? Statim subiecit tanquã dicẽs, Exclusisti illũ, aperi mihi. Sed eum timete, inquit, qui habet potestatem animam & corpus occidere in gehenna ignis. Iam ergo si credidisti & aperuisti Christo, claude cõtra diabolum. Intus est Christus, ibi habitat. Effunde ante eum precẽ tuam, noli quærere vt delongè te exaudiat. Non enim longè est sapientia Dei, quæ B
Sap. 8.a pertendit à fine vsque ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Ecce intus est apud te, ante eum effunde
Psal.74.b precem tuam. Ibi sunt aures eius, quia neque ab oriente, neque ab occidẽte, neque à desertis mõtibus, quoniam Deus iudex est. Si iudex est, qualẽ causam geras in corde tuo, vide. Effundam ante eum precẽ meam. Tribulationem meam in conspectu eius annunciabo.) Repetitio est, & in superioribus duobus versibus, & in his consequẽtibus. Sentẽtiæ duæ sunt, sed vtraque bis dicta. Vna est illa, Voce mea ad Dominũ clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Altera est, Effundam ante eum precem meam, tribulationẽ meam in conspectu eius annũciabo. Quod enim est ante eũ, hoc est, in conspectu eius: & quod est, precẽ meam effundam, hoc est, tribulationẽ meam annũciabo. Quãdo hoc facit? In persecutione positus loquitur. Dum deficit à me spiritus meus.) Quare deficit à me spiritus tuus ô martyr in tribulatione posite? Vt nõ mihi arro- C
gem vires meas, vt sciam quòd alius in me operatur ip-
Matth.10.e sam virtutẽ. Cùm autem vos tradent iudicibus, sicut monuit Dominꝰ quos martyres facere volebat, nolite cogitare quid loquamini: nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritꝰ patris vestri qui loquitur in vobis. Ergo deficiat spiritus tuus, loquatur spiritus Dei. Meritò
Matth,5.b eos pauperes facere volebat spiritu: Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cęlorũ. Beati ergo pauperes spiritu suo, diuites spiritu Dei. Omnis enim homo qui spiritũ suũ sequitur, superbus est. Subdat spiritum suum, vt capiat spiritum Dei. Ibat in culmen, resideat in vallem. Si ierit in culmen, denatat ab illo aqua: si in valle resederit, implebitur ex ea, & fit ille venter de quo scriptum est, Flumina aquæ viuæ fluent
Ioan.7.f de vẽtre eius. Ergo dum defecit à me spiritus meus, in conspectu tuo annũciaui tribulationem meam, humilis factus: consitens tibi deficiẽte spiritu meo, cùm sim D
plenus spiritu tuo. Et audierũt fortè homines, quia defecit in me spiritus meus, & desperauerunt de me, & dixerunt, Cepimus eum, oppressimus eũ: Et tu cognouisti semitas meas.) Illi enim me deiectum putabant, tu me stantem cernebas. Illi qui persequebantur & com-
Psam.19.b prehenderãt, implicatos putabãt pedes meos, sed illis obligati sunt pedes & ceciderunt, nos autẽ surreximus
Psal.24.c & erecti sumus. Oculi mei semper ad Dominũ, quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Perseueraui ambu-
Matth.10.e lãdo. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Illi oppressum me putabant, sed ego ambulabam. Vbi ambulabam? In semitis quas illi non videbãt qui me captum putabant, in semitis iustitiæ tuæ in semitis præceptorũ tuorum. Tu enim cognouisti semitas meas, persecutor non eas cognouit. Nam nõ in eis mihi inuideret, si in eis mecũ ambularet. Quæ sunt istę semitæ nisi viæ illæ de quibus alio loco dicitur, Nouit
Dominus viam iustorũ, & via impiorum peribit? Non Psal.1.b
dixit, viã impiorũ non nouit: nouit viã iustorũ, impiorũ peribit. Quod enim non nouit, peribit. Multis locis Scripturæ inuenimus, quia Dei agnoscere seruare est, Dei agnoscere custodire est: non agnoscere, damnare est. Vnde enim qui nouit oĩa dicturus est in fine, Non
noui vos? Nõ inde gaudeant & dicant, non puniemur, Matth.7.d
quia non nouit nos iudex. Iã puniti sunt, si eos non nouit iudex. Quæ ergo dictæ sunt viæ quas nouit Dominus, ipsæ hic dictæ sunt semitæ, quo ait, tu cognouisti semitas meas. Omnis enim semita via est, nõ oĩs via semita est. Quare ergo viæ illę semitę sunt dictę, nisi quia angustæ sunt? Via lata impiorũ, via angusta iustorum. Quæ via, ipsæ & viæ: quemadmodũ quæ Ecclesia, ipsæ Ecclesiæ, & quod cælum, ipsi cæli. Pluraliter dicũtur, & singulariter dicuntur. Propter vnitatẽ Ecclesię, vna
Ecclesia vna est colũba mea, vna est matri suę. Propter Cant.6.d
cõgregationes fraternas per loca multæ sunt Ecclesię. Ecclesiæ, inquit, Iudææ quæ erant in Christo, gaudebant quòd ille qui nos persequebatur, nũc euangelizat Galat.1.d
fidẽ, quam aliquando vastabat, & in me glorificabant Deũ. Ecclesias sic dixit, & vnã Ecclesiam sic dicit, Sine
offensione estote Iudęis & Græcis, & Ecclesiæ Dei. Sic 1.Cor.10.g
ergo & viæ & via, & semitæ & semita. Quare semitæ, & quare semita? Quomodo quare Ecclesiæ & Ecclesia rationẽ reddidimus, debemus & hic reddere rationẽ. Semitæ dictæ sunt Dei, quia multa præcepta sunt: & quia eadem multa præcepta ad vnum redigũtur, quia
plenitudo legis charitas, propterea viæ istæ in multis Rom.13.e
præceptis ad vnã colliguntur & vna dicũtur, quia via nostra charitas est. Videamus si charitas via est. Audiamus Apostolũ: Et adhuc supereminentiorẽ viam vo- 1. Cor.12.d
bis demonstro. Quam dicis ô Apostole, supereminentiorẽ viam? Quam dico audi. Si linguis hominũ loquar
& angelorũ, charitatem autem nõ habeam, factus sum 1.Cor.13.a
velut æramentum sonans, aut cymbalũ tinniens: & si habuero prophetiam, & sciero omnia sacramẽta & omnem scientiã, & si habuero omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum: & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatẽ autem non habeã, nihil mihi prodest. Ergo charitatẽ dixit supereminentiorem viam. Magna via ista, fratres, magnum miraculũ habet. Hæc via certè quia supereminentior est, excellentior est: hoc enim supereminet quod excelsum est. Nihil excellentius est via charitatis, & non in illa ambulant nisi humiles. Has ergo semitas dicit præcepta charitatis. In me omnis. Tu ergo, inquit, cognouisti semitas meas: tu nosti quia ꝙ pro te patior, amore patior. Tu nosti, quia charitas in me omnia tolerat: tu nosti, quia etsi trado corpus meũ vt ardeam, habeo illam, sine qua illud non prodest hõmini. Quis autẽ nouit vias istas hominis, fratres mei: nisi verè ille cui dictũ est, tu cognouisti semitas meas? Omnia enim facta humana ante oculos hominũ, incertũ est quo corde fiant. Et quàm multi impij metiẽtes semetipsos ex semetipsis, dicunt de nobis quòd ista in Ecclesia quærimus, honores, laudes, vtilitates temporales? Quàm multi dicunt me propterea loqui vobis, vt acclametis & laudetis me, & hunc me habere finem, & hanc intẽtionem cùm loquor? Et quomodo eis ostendo non ea intentione me loqui? Restat vt dicã, Tu cognouisti semitas meas. Quomodo illi sciunt, quod ne vos scitis? Quomodo illi sciunt, quod vix ego scio? Neque enim

ego

1.Cor.4.a ego meipsum diiudico: qui enim diiudicat me Dominus est. Nescio quid de se Petrus nesciens præsumpsit, A
& aliud videbat medicus in viribus eius. Ergo piè pureque clametur ad Dominum: quia verè clamatur, tu cognouisti semitas meas. Sed vis vt ducat te per istas
Psal. 31.c semitas? Esto mitis, esto mãsuetus, nõ ferox, nõ superbus, nõ excussa & erecta ceruice, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Cùm enim fueris mitis, cũ fueris mansuetus, insidebit Dominus, & ducet te per
Psal.24.b vias suas. Dirigit enim mitis in iudicio, docebit mansuetos vias suas. Tu ergo cognouisti semitas meas. In via hac quã ingrediebar, absconderunt mihi muscipulam.) Via hæc quã ingrediebar, Christus est: ibi illi absconderũt muscipulã, qui persequũtur in Christo propter nomen Christi. Ibi ergo absconderunt muscipulã mihi, qui ibi me scandalizant. Quid in me zelant? quid in me persequuntur? Quod Christianus sum. Si ergo hoc persequuntur quod Christianus sum, in via quam ingrediebar, abscõderunt mihi muscipulã. Quantum B
in ipsis est, in via qua ingrediebar, ipsi absconderunt muscipulam mihi. Quantũ ad eorum cupiditatem pertinet, quantũ ad eorũ conatum, quãtum ad eorum votum, in ipsa via me voluerunt habere muscipulam, qua
Psal.1.a. caperer. Sed nouit Dominus viam iustorum, & tu cognouisti semitas meas. Hoc quidẽ illi voluerunt: sed tu eos non permisisti in te ponere scandalũ, quia tu es via mea. Nam & hæretici in nomine Christi nobis volunt abscõdere scandalũ, & ipsi falluntur. Quod ipsi in hac via putant se ponere, extra viã ponunt, quia & ipsi extra viã sunt. Muscipulã ponere nõ possunt, vbi ipsi nõ sunt. Sed dictũ est hoc secundum cupiditatẽ ipsorum, secundũ votum & opinionẽ eorum: nam expressè ali-
Psal.136.a bi dictum est, Iuxta semitas scandala posuerunt mihi. Hoc quod dictum est, in via, secundũ cupiditatem eorum, & votum dictum est. Illud quod dictum est, iuxta viam, id est, iuxta semitam: secundum veritatem dictũ est. Reuera enim non ponunt in C
Ioan.14.a ipsa via, quia Christus est via. Sanè iuxta semitas ponunt. Non eos Christus finit ponere in via, ne non sit quà eamus: finit tamẽ eos ponere iuxta viam, vt de via non declinemus. In via se putat ponere scandalum Paganus, quãdo mihi dicit, Colis Deum crucifixum. Reprehendit crucẽ Christi, quam non intelligit. In Christo se ponere putat, quod iuxta viam ponit. Non egrediar à Christo, & nõ incidam à via in muscipulam. Insultet ille crucifixo Christo, videam ego in frontibus regum crucem Christi. Quod irridet, ibi saluor. Nihil est superbius ægro, qui deridet medicamentũ suum. Si non derideret, acciperet & ipse, & sanaretur. Crux illa signum est humilitatis, ille autem superbia nimia non agnoscit vnde sanetur tumor animæ suæ. Si autem ego agnosco, in via ambulo. Vsque adeò de cruce nõ erubesco, vt non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter atque a- D
liter accipimus. Quædam sicut nostis ore accipimus, quædam per totũ corpus accipimus. Quia verò in frõ-
Lucæ 9.c te erubescitur, illi qui dixit, Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram patre meo, qui in cælis est: ipsam ignominiam quodammodo & quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit. Audis hominẽ insultare impudenti & dicere, frontem nõ habet. Quid est, frontem nõ habet? Impudens est. Nõ habeam nudam frontẽ, tegat eam crux Domini mei. Ergo in via quam ingrediebar, absconderũt muscipulam mihi, quantum in ipsis est, non iuxta viam posuerunt: ego autem tutus ero, si de via nõ recessero. Igno-
Eccl. 9.d. ras quia in medio laqueorũ ingrederis, ait Scriptura. Quid est, in medio laqueorum? In via Christi: & hinc laquei, & hinc laquei. Laquei à dextris, laquei à sini-
A stris. Laquei à dextris, prosperitas seculi: laquei à sinistris, aduersitas seculi. Laquei à dextris promissiones, laquei à sinistris terrores. Tu in medio laqueorũ ingredere, à via noli discedere: nec promissio te capiat, nec terror elidat. In hac via quã ingrediebar, absconderũt muscipulã mihi. Cõsiderabam in dexterã, & videbã.) In dexteram considerabat, & videbat: in sinistram qui considerat, excæcatur. Quid est in dexterã cõsiderare? Vbi erunt illi quibus dicetur, Venite benedicti patris
mei, possidete regnum. Erunt enim quidam in sinistra, Matth.25.d
quibus dicetur, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Fremente ergo toto mundo & minante in persecutionibus, crebrescentibus vndique insultationibus hominum atque terroribus, ille contemnens præsentia, respiciebat in futura, attẽdebat in dexteram vbi futurus est, vbi esse meditabatur, illuc attendebat & videbat, & ideo omnia ferebat: illi autẽ qui persequebantur, non videbant. Ideo cùm diceret, B
Considerabam in dexteram, & videbã: secutus ait, Et non erat qui cognosceret me.) Cùm enim toleras omnia, quis nouit quid attẽdas: vtrum in dexterã oculum dirigas, an in sinistrã? In eo quod toleras, si laudem hominũ quæris, in sinistram attẽdisti. In eo quod toleras, si promissa Dei quæris, in dexteram attendisti. Attendisti in dexterã, videbis: attendisti in sinistrã, excæcaberis. Sed & cùm vides in dexteram, non erit qui te agnoscat. Quis enim te cõsolatur, nisi Dominus cui dicis, Et tu cognouisti semitas meas? Nec erat qui cognosceret me. Periit fuga à me.) Tanquã circumclusum se dicit. Periit fuga à me. Insultãt persecutores, oppressus est, captus est, circũclusus est, victus est, periit fuga ab illo. Ab illo periit fuga qui non fugit. Qui autẽ non fugit, patitur quicquid potest pro Christo: id est, non fugit animo. Nam corpore fugere licet, concessum est, permissum est: Domino dicente, Si vos persecuti fue- Matth.10.d
rint in vna ciuitate, fugite in aliam. Qui ergo non fugit animo, periit ab illo fuga. Sed interest quare nõ fugiat, quia circũclusus est, quia captus est, an quia fortis est. Et à capto enim periit fuga, & à forti periit fuga. Quæ ergo fuga cauenda est? quæ fuga à nobis pereat? De qua Dns dicit in Euãgelio, Quia pastor bonus animã
suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui Ioan.10.b
non est pastor, cùm viderit lupum veniẽtem, fugit, cũ viderit prædonem, quare fugit? Quia non est ei cura de ouibus. Talis fuga ab isto perierat, siue ab ipsius capitis persona accipiamus hanc vocẽ illius Christi Domini, qui pro omnibus mortuus est: siue à mẽbris eius martyribus nostris, quia & ipsi pro fratribꝰ passi sunt. Audi Ioannẽ dicentẽ, Sicut enim ille animã suam pro 1. Ioan. 3.c.
nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sed cũ illi ponũt, Christus ponit: quia cùm illi patiũtur persecutionẽ, iste clamat, Quid me persequeris? Periit fuga à me. Et non est qui exquirat animam Act.9.b
meã.) Ergo non est qui exquirat animam ipsius? Videt homines velle sæuire in necem suam, velle effundere sanguinẽ ipsius, Quomodo non est qui requirat animã eius? Et hoc duobꝰ modis accipitur. Quomodo perire fugam accipitur duobus modis, quia & à capto & à forti perit fuga: sic duobus modis quæritur anima hominis, aut à persecutoribꝰ, aut à dilectoribus. Ita ergo non est, qui requirat animam meam. De illis dixit certè, qui persequuntur animam meam, & non quærunt animam meam. Si autem requirãt animam meam, inuenient inhærẽtem tibi: & si norunt eam quærere, norunt & imitari. Nam vt noueritis quæri animam hominis, & à persecutoribus, inde alibi dicitur, Confun- Psal. 39.d
dantur & reuereantur, qui quærunt animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi, tu es ſpes mea.) Quando tolerabam, quãdo tribulabar, dixi, tu es ſpes mea. Spes mea hic, ideo tolero. Portio autẽ mea non eſt hic, ſed in terra viuentiũ.) Dat Deus portionem in terra viuẽtium, ſed non aliquid à ſe extra ſe. Quid dabit amanti ſe, niſi ſe? Intende ad orationẽ meam, quia humiliatus ſum nimis.) Humiliatus à peccatoribus, humiliatus in confeſſione. Humiliat ſe inuiſibiliter, humiliatus ab hoſtibus viſibiliter. Erigitur ergo ab illo viſibiliter & inuiſibiliter. Inuiſibiliter erecti ſunt iam martyres: viſibiliter erigentur, cùm corruptibile hoc inducrit incorruptionẽ in reſurrectione mortuorum, cùm & hoc ipſum in quod ſolùm perſecutores fæuire potuerunt, instaurabitur, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autẽ nõ poſſunt occidere. Et quid perit? quid occidunt? Vel hoc eis permittetur, vt quod occiderint pereat? Non periet. Audi ipſius Domini promiſſionẽ: Amen dico vobis, capillus capitis veſtri non periet. Quid ergo de cæteris mẽbris ſollicitus es, vbi damnũ capilli non erit? Erue me à perſequentibus me.) A quibus putatis quod oret vt eruatur? Ab hominibus qui perſequebantur. Ita verò ipſi homines ſunt hoſtes noſtri? Habemus alios hoſtes inuiſibiles, qui aliter perſequuntur. Homo perſequitur vt occidat corpus, perſequitur alius vt illaqueet animã. Et ideo per vaſa ſua, quia de illo dictũ eſt, Operatur in filiis diffidentiæ, per vaſa ſua, id eſt, per homines in quib⁹ operatur, agit perſecutionem corporis: vt intus fiat ruina cordis. Nam ſi cadente corpore ſtat anima: muſcipula cõminuta eſt, & nos liberati ſumus. Ergo ſunt & alij hoſtes noſtri, à quibus deprecari debemus Deũ vt eruat nos, ne ſeducant nos, vel fractos moleſtiis ſecularib⁹, vel inductos illecebris. Qui ſunt iſti hoſtes? Videamus ſi ab aliquo ſeruo Dominico apertè deſcribũtur, ab aliquo milite perfecto, qui cũm illis cõgreſſus eſt. Audi Apoſtolum dicentẽ: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ. Nolite quaſi odia veſtra cõuertere in homines, & eos vobis hoſtes exiſtimare, & eorũ inimicitiis vos conteri putare, Iſti homines quos timetis, caro & ſanguis ſunt, nõ eſt vobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ. Sic voluit dicere, contemnens hominum mortalitatẽ. Et aduerſus quos? Aduerſus principes, inquit, & poteſtates, & rectores huius mũdi tenebrarum harũ. Expaueras, cùm audires, rectores mũdi. Si rectores mũdi iſtius, nũquid prẽter mundũ iturus es, vbi illos nõ patiaris? Præter mũdũ iturus es, vbi ab eis eruaris? Sic ergo accipe mũdi & tenebrarũ harũ rectores, nõ rectores cæli & terræ: nam ipſa fabrica Dei eſt. Cẽlum & terra mũdus dicitur, & homines mali mundus. Quare & iſti mũdus? Quia diligunt mundũ: & ideo tenebræ, quia impij. Ideoque iã ex ipſo numero credentibus multis, quid dicit Apoſtolus? Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Antequam eſſetis ergo lux, cùm tenebrę eſſetis, attẽdite quẽ rectorẽ habuiſtis. Quem rectorẽ habẽt iniqui, niſi diabolũ, quomodo pij & fideles rectorẽ habent Chriſtũ? Ergo diabolũ & angelos eius rectores mundi appellauit: id eſt, rectores dilectorum mundi, rectores peccatorũ, quod eſt tenebrarũ harum. Ipſos habemus inimicos, à quib⁹ debemus deprecari Dominũ vt eruamur. Audi mundum, & mundũ apertè vno loco in Scriptura ſancta, in Euangelio, mundũ quem fecit Deus, mundũ quem regit diabolus: id eſt, dilectores mũdi. Homines enim ipſos fecit Deus, dilectores mũdi non eos fecit. Mundum enim diligere peccatum eſt, peccatũ autem non fecit Deus. Audi ergo, vt dicere cœperam, mundum & mundum. In hoc mundo erat, dictum eſt. De quo dictum eſt, In hoc mundo erat, niſi de ſapientia Dei,

1. Cor. 15. g
Matth. 10. a
Luc. 21. d
Epheſ. 2. a
Epheſ. 6. b
Epheſ. 5. b
Ioan. 1. b

quod eſt Chriſtus Ieſus, de qua dictum eſt, quod paulò antè cõmemoraui. Pertendit à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit oſa ſuauiter? Attingit enim vbique propter ſuã mũditiam, & nihil in quinatũ in illã incurrit. Ergo in hoc mũdo erat, & mũdus per ipſum factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. Audiſtis duos mundos: mundus per eũ factus eſt, & mundus eum non cognouit. Non mundus qui factus eſt per Ieſum, ab illis principibus & poteſtatibus tenebrarum harũ regitur, ſed mundus qui non cognouit Ieſum, id eſt, dilectores mundi, peccatores & iniqui, ſuperbi & infideles. Vnde mundus peccatores? Quia diligũt mundũ, & diligẽdo inhabitant mundũ: quomodo domus dicitur & fabrica & inhabitantes. Bona domus plerunque, bona fabrica: & bona domus, quia boni cõuerſantur in ea. Et caue domũ iſtã, quia mala eſt. Duobus modis dicitur, mala eſt domus hęc: caue fortè propter ruinam, ne aliquid cadat & te premat. Dicitur & ſic alio modo, quẽadmodum caue domũ iſtam tam malã, ne incurras in laqueũ venantium, ne pauper opprimaris à diuite, nè fraudẽ aliquã patiaris. Quomodo ergo domus & domus, ſic mundus & mundus. Quare enim & iuſti, cùm ſint & ipſi in mũdo, non dicuntur mundus? Quia dicit Apoſtolus, In carne autẽ ambulantes nõ ſecundũ carnem militamus: conuerſatio enim noſtra in cælis eſt. Habitat hic iuſtus in carne, ſed corde cum Deo eſt. Et ipſe appellatur mundus, ſi ſine cauſa audit, ſurſum cor: ſi autẽ eſt cauſa quare audit, ſurſum cor habet. Mortui enim eſtis dicit, & vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in Deo. Quorũ autẽ vita hic eſt, id eſt, quorũ deſideriũ & amor hic hæret, hic conteritur, hic implicatur, bene dicuntur habitatores mũdi. Et bene dicuntur mũdus, illi qui inhabitant in mundo: ſicut bene dicũtur domus, illi qui inhabitãt domũ. Mundus ergo & mundus: mũdus per eum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Ecce mundus factus eſt per Dominum, ecce mundus qui nõ cognouit Dominũ. Lauda tu fabricam, & ama fabricatorẽ: & noli amare habitare in fabrica, ſed habita in fabricatore. Erue me à perſequẽtibus me: Quoniam corroborati ſunt ſuper me.) Quis dixit corroborati ſunt ſuper me? Corpus Chriſti clamat, Eccleſiæ vox eſt, membra Chriſti clamant. Multum creuit numerus peccatorũ. Quoniam abũdauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Erue me à perſequẽtibus me, quoniam corroborati ſunt ſuper me. Erue de carcere animam meam, vt cõfiteatur nomini tuo.) Carcer iſte à prioribus variè intellectus eſt. Et fortè ipſe eſt carcer qui & ſcribitur in titulo, ſpelũca. Titulus enim Pſalmi huius ita ſe habet: Intellectus ipſi Dauid, cùm eſſet in ſpelunca, oratio.) Quæ ſpelunca, ipſe & carcer. Duo quædam intelligẽda propoſuimus, ſed vnũ cùm intelleximus, vtrunque erit. Merita carcerem faciunt. Nam in vno quodam habitaculo, alteri domus eſt, alteri carcer eſt. Illi qui cuſtodiunt homines incluſos, & ſi in domo ſua cuſtodiant, illi qui arctius cuſtodiuntur, in carcere ſunt: nunquid & illi in carcere dicendi eſſe ſunt? Vnum habitaculum & illi. Alteri fecit domum libertas, alteri carcerem ſeruitus. Quibuſdam ergo viſum eſt, quòd ſpelunca & carcer mũdus iſte ſit. Et hoc orat Eccleſia, vt de carcere educatur: id eſt, de hoc mundo, de ſub ſole, vbi omnia vanitas. Dicitur enim, omnia vanitas & præſumptio ſpiritus in omni opere hominis quo ipſe laborat ſub ſole. Ergo extra iſtum mũdum neſcio quam requiem pollicetur nobis Deus quo futuri ſumus: fortè ideo de loco iſto clamamus, Educ de carcere animam meam. Anima noſtra per fidem & ſpem in Chriſto eſt, ſicut paulò antè iam dixi. Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: corpus

Sap. 8. a
Ioan. 6.
Epheſ. 6. b
2. Cor. 10. d
Coloſſ. 3. a
Eccleſ. 1. a
Pſalm. 141. b
Coloſſ. 3. a

pus autem noſtrum in iſto carcere, in iſto mũdo. Si diceret, Educ de carcere corp⁹ meũ, ſecuri acciperemus carcerem mundum. Fortaſſe tamẽ propter aliqua, quę nos tenent deſideria terrena, contra quæ luctamur & dimicamus, quia video aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ: rectè dicimus, Educ animam meã de hoc mundo, id eſt, de laboribus & preſſuris huius ſeculi. Nõ enim caro quam tu feciſti, ſed corruptela carnis & preſſuræ & tentationes carcer mihi ſunt. Aliqui autẽ dixerunt carcerem iſtũ & ſpeluncam corpus hoc eſſe, vt hoc ſit, educ de carcere animã meã. Sed & iſte intellectus vacillat aliquãtulum. Quid enim magnum, educ de carcere animã meam, educ de corpore animam meã? Latronum animæ & ſceleratorum nónne exeunt de corpore, & eunt in peiores pœnas quàm hic pertulerunt? Quid enim magnũ petitur, educ de carcere animã meam: cùm ſiue ſerò ſiue citò, neceſſe ſit hinc exire? Fortè iuſtus dicit, iam moriar, educ de carcere iſto corporis animam meam. Si nimis feſtinat, nõ habet charitatem. Deſiderare quidẽ hoc debet & concupiſcere, ſicut Apoſtolus ait, concupiſcentiã habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo enim magis optimũ. Sed vbi eſt charitas? Ergo ſequitur, Manere in carne, neceſſariũ propter vos. Si de corpore ergo educat Deus quãdo voluerit, poſſet dici & corpus noſtrũ carcer, non quia carcer eſt quod fecit Deus, ſed quia pœnale & mortale. Duo enim cõſideranda ſunt in noſtro corpore, figmẽtum Dei & pœna meriti. Tota iſta forma, ſtatus, inceſſus, mẽbra ordinata, ſenſuum diſpoſitiones, videre, audire, olfacere, guſtare, contingere, omnis hæc cõpago & fabricæ diſtinctio, nõ potuit fieri niſi à Deo, qui oſa operatus eſt, cæleſtia, terreſtria, ſumma & ima, viſibilia & inuiſibilia. Quid ergo ibi pœnale noſtrum? Quod corruptibilis caro, quod fragilis, quod mortalis, quod indigens: hoc nõ erit in prẽmio. Nõ enim corpus nõ erit, cùm corpus reſurgat. Sed quid ibi non erit? Corruptio: corruptibile enim hoc induet incorruptionẽ. Ergo ſi caro tibi carcer eſt, non corpus eſt carcer tuus, ſed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonũ eſt: corruptionem intulit iuſtus, quia iudex eſt. Illud habes de beneficio, illud habes de ſupplicio. Hoc ergo fortè dixit, Educ de carcere animam meam, educ de corruptione animam meam. Si ſic intelligamus, non eſt blaſphemia, intellectus cõſtat. Ad extremũ fratres, ſicut arbitror, hoc dixit, educ de carcere animam meam, educ de anguſtia. Gaudenti enim homini & carcer latus eſt, & triſti pratum anguſtũ eſt. Ergo orat ſe educi ab anguſtia. Quamuis enim in ſpe latitudinem habeat, in re tamen prẽſenti anguſtatur. Attende anguſtias Apoſtoli: Non habui requiem ſpiritui meo, dixit, quia nõ inueni Titum fratrem meũ. Alio loco: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis ſcãdalizatur, & ego nõ vror? Qui ergo & infirmabatur & vrebatur, nónne in pœnis & carcere erat? Sed iſtæ pœnæ ex charitate coronã parturiunt. Vnde iterum dicit, Supereſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Ad hoc valet. Educ de carcere animam meã, vt confiteatur nomini tuo. Iam educta de corruptione, quid habet confiteri? Peccata non ibi ſunt, ſed laudes ſunt. Duobus autem modis confeſſio intelligitur, & in peccatis noſtris, & in laude Dei. In peccatis noſtris nota eſt confeſſio, & ita nota omni populo, vt quando auditum fuerit nomen confeſſionis in lectione, ſiue in laude dicatur, ſiue de peccatis dicatur, currant pugni ad pectus. Notũ eſt ergo nomen confeſſionis de peccato: confeſſionẽ in laude quęramus. Vbi inuenimus? Habetis in Scripturis: Et hæc dicetis in confeſſione, Opera Domini vniuerſa,

Rom. 7. d
1. Cor. 15. g
2. Cor. 2. d
2. Cor. 11. g
1. Tim. 4. b

quoniam bona valde. Ergo hic confeſſio laudis eſt. Alio loco ipſe Dominus dicit, Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ. Quid cõfitebatur? Nunquid peccata? Chriſti ergo confiteri, erat laudare. Et audi laudem patris, Quia abſcõdiſti hæc, inquit, à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Quia ergo poſt iſtas † corruptiones anguſtas habitabimus in domo Dei, tota vita noſtra nõ erit niſi laus Dei. Iã ſæpe vobis expoſitum eſt, quia recedente neceſſitate oſa negotia neceſſitatis intercidũt: quoniã non erit quid ibi agamus. Nõ dico die ac nocte vbi nox nõ eſt, ſed toto die cùm vn⁹ dies eſt, nõ erit quid ibi agamus, niſi laudemus quẽ diligimus, quia tũc & videbimus. Modò non viſum deſideramus & laudamus: tunc viſum quod amamus, quomodo laudabimus? Sine fine erit laus, quia ſine fine amor. Quia ergo hoc ibi agemus, ideo educ de carcere animã meã, vt confiteatur nomini tuo. Beati enim qui habitãt in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Modò impedit carcer, quia corpus quod corrũpitur, aggrauat animã. Nunc corpus aggrauat animam meam: nã & tunc habebimus corpus, ſed corpus quod non corrũpitur. Ergo carcerẽ facit nõ corpus ſed corruptio. Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Iã vox quæ ſequitur, ex capite ſonat Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et eſt talis ipſa, qualis heſterna vltima. Heſterna enim vltima, ſi meminiſtis hęc fuit: Singularis ego ſum donec tranſeã. Et hic quæ eſt vltima? Me ſuſtinebunt iuſti, quoadusque retribuas mihi.)

Eccl. 39. c
Matth. 11. d
al. corruptionis anguſtias.
Sap. 9. c
2. Reg. 15. d
Matth. 9. b
1. Tim. 2. b

IN PSALMVM CXLII. ENARRATIO.

DE Pſalmo quem cantauimus, iã loquar quod Dominus dederit charitati veſtræ. Heſterno die Pſalmus breuior tractabatur, ſed ſpatiũ tẽporis dabat nobis copiam de paucis multa dicendi. Nunc quoniam prolixior Pſalmus eſt, non debemus tãtum in ſingulis verſibus immorari: ne fortè non cõcedat Dominus facultatem, vt totũ peragrare valeamus. Titulus Pſalmi eſt, Ipſi Dauid, quando eũ filius ſuus perſequebatur.) In Regnorũ libris nouimus hoc factũ eſſe, extitiſſe inimicũ Abſalon patri ſuo, geſſiſſe contra illum non ſolùm ciuile, verumetiã domeſticum bellum: illũ autem non deiectum iniquè, ſed humiliatũ piè, accepiſſe à Domino diſciplinam: ſuſtinuiſſe medicinã, non retribuentẽ iniquitati iniquitatem, ſed pãratũ cor habuiſſe ad ſequendam Domini voluntatẽ. Ille Dauid ita laudabilis: ſed alius Dauid verè manu fortis, quod interpretatur Dauid Dominus noſter Ieſus Chriſtus agnoſcẽdus eſt nobis. Præterita enim illa facta figuræ fuerant futurorum: nec diu commendandum eſt quod ſæpe audiſtis, quod optimè retinetis. Quęramus ergo in hoc Pſalmo Dominum & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtũ prẽnunciantem ſe per hanc prophetiã: & quid futurũ eſſet in hoc tempore, per ea quæ pridem facta ſunt prædicantem. Ipſe enim ſe in prophetis prædicabat, quoniã ipſe eſt verbum Dei: nec illi tale aliquid dicebant, niſi pleni verbo Dei. Annunciabant ergo Chriſtum pleni Chriſto: & illi cum venturum præcedebant, quos præcedentes nõ deſerebat. Agnoſcamus ergo quẽadmodum & Chriſtũ perſequebatur filius ſuus: habebat enim filios, de quibus dicebat, Non icunãt filij ſpõſi quamdiu cum eis eſt ſponſus. Cùm autẽ ab eis ablatus fuerit ſponſus, tũc icunabunt filij ſponſi. Ergo filij ſponſi, Apoſtoli: & inter hos perſecutor Iudas diabolus. Paſſionẽ itaque ſuã in hoc Pſalmo prędicaturus eſt Chriſtus, audiamus. Rurſus autẽ ad hoc intẽtam facimus charitatem veſtram, nõ docẽdo quod ignoratis, ſed admonendo quod noſtis: Dominum & Saluatorẽ noſtrum Ieſum Chriſtum caput eſſe corporis ſui, illum vnũ eſſe mediatorem Dei & hominum, hominẽ Ieſum, natum

Apoc. 12. b ex virgine, tanquam in solitudine, sicut in Apocalypsi
A audiuimus. Per solitudinẽ quippe arbitror, quòd solus
ita natus est. Hunc enim illa mulier peperit, recturũ po-
pulum in virga ferrea. Hæc autẽ mulier, antiqua est ci-
Psalm. 86.a uitas Dei, de qua in Psalmo dicitur, Gloriosa dicta sunt
de te, ciuitas Dei. Hęc ciuitas initiũ habet ab ipso Abel,
Gen. 4. b sicut mala ciuitas à Cain. Antiqua ergo ista ciuitas Dei
semper tolerans terrã, sperans cælum, quæ etiã Hieru-
salem vocatur & Sion. Vtique de nato quodã in Sion,
& conditore ipsius Sion, Psalmus quidam dicit, Mater
Psal. 86.b Siõ dicet homo. Quis homo? Et homo factus est in ea,
& ipse fundauit eã altissimus. Denique ipse in Sion fa-
ctus est homo, sed humilis factus est homo: & idẽ ipse
altissimus fundauit eã ciuitatẽ in qua factus est homo.
Apoc. 12. a Itaque & illa mulier sole cooperiebatur, sole ipso iusti-
tiæ, quem nõ cognoscunt impij: qui dicturi sunt in fine,
Sap. 5. a Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ lu-
xit nobis, & sol non ortus est nobis. Est ergo quidã sol
B Matth. 5. g iustitiæ, qui non oritur impiis. Cæterùm istum solẽ fa-
cit oriri super bonos & malos. Ergo & amicta erat sole,
& gestabat visceribus masculum paritura. Idẽ ipse erat
condens Sion, & nascens in Sion. Et illa mulier ciuitas
Dei, eius luce protegebatur, cuius carne grauidabatur.
Meritò & lunã sub pedibus habebat, quia mortalitatẽ
crescentis & decrescentis carnis virtute calcabat. Ergo
ipse Dominus Iesus Christus caput & corpus: voluit
enim etiã loqui in nobis, qui dignatus est mori pro no-
bis, mẽbra sua nos fecit. Aliquando itaque ex persona
membrorum suorũ loquitur, aliquando ex persona sua
tanquã capitis nostri. Habet aliquid ille quod dicat si-
ne nobis, nos verò sine illo nihil possumus dicere. A-
Coloss. 1.d postolus dicit, Vt suppleã quæ desunt pressurarũ Chri-
sti, in carne mea. Vt suppleã, inquit, quæ desunt pressu-
rarum, non mearũ, sed Christi: in carne, non iam Chri-
sti, sed mea. Patitur, inquit, adhuc Christus pressuram,
C non in carne sua, in qua ascendit in cælum, sed in carne
mea, quæ adhuc laborat in terra. Christus, inquit, pres-
Galat. 2.d suram patitur in carne mea: Viuo enim nõ iã ego, viuit
verò in me Christus. Nisi enim Christus & in membris
suis, hoc est, fidelibus suis pressurã ipse pateretur, Sau-
lus in terra Christũ in cælo sedentem non persequere-
tur. Denique apertè hoc exponens quodã loco: Sicut
Rom. 12.b enim corpus vnũ est, inquit, & mẽbra multa habet, oĩa
autem mẽbra corporis cùm sint multa, vnũ est corpus:
ita & Christus. Non ait, ita & Christus & corpus: sed
corpus vnum mẽbra multa, ita & Christus. Totũ ergo
Christus. Et quia totum Christus, ideo caput de cælo:
Act. 9. b Saule, inquit, Saule, quid me persequeris? Tenete hoc,
& fixum omnino cõmendate memoriæ, tanquam filij
ecclesiasticæ eruditionis & fidei catholicæ, vt agnosca-
tis Christum caput & corpus, eundemq; Christũ ver-
bum Dei vnigenitum æqualem patri: & inde videatis
D quanta gratia pertingatis ad Deũ, vt ipse voluerit esse
nobiscũ vnus, qui est cum patre vnus. Quomodo cum
Ioan. 10.f patre vnus? Ego & pater vnum sumus. Quomodo no-
Galat. 3.c biscum vnus? Non dicit, inquit, & seminibus tanquam
in multis: sed tanquam in vno, & semini tuo, quod est
Christus. Sed ait aliquis, Si Christus semen Abrahæ,
nunquid & nos? Mementote, quia semẽ Abrahę Chri-
stus: ac per hoc si & nos semen Abrahæ, ergo & nos
Christus. Quomodo vnũ corpus multa membra, ita &
Rom. 12.b Christus. Et quotquot in Christo baptizati estis, Chri-
Galat. 3 d stum induistis. Nẽpe semen Abrahæ Christus, nec cõ-
tradici potest apostolicis apertissimis verbis, & semini
tuo quod est Christus. Videte quid nobis dicat: Si autẽ
vos Christi, ergo semen Abrahæ estis. Ideo magnũ est
Genes. 2.d illud sacramentum, Erunt duo in carne vna: Apostolus
Ephes. 5 g dicit, Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico
in Christo & in Ecclesia. Christus & Ecclesia, duo in
carne vna. Refer ad distãtiam maiestatis duo: duo pla- Ioan. 1.a
nè. Non enim & nos verbum, non enim & nos in prin-
cipio Deus apud Deum, non enim & nos ille per quem
facta sunt omnia. Venitur ad carnem, & ibi Christus &
ille & nos. Non ergo miremur in Psalmis. Multa enim
dicit ex persona capitis, multa ex persona membrorũ:
& hoc totum tanquã vna persona sit, ita loquitur. Nec
mireris, quia duo in voce vna, si duo in carne vna. Iu-
das filius sponsi persequens sponsum. Hoc tunc conti-
git. An & futurorum exemplum præmissum est? Mul-
tos enĩ falsos fratres passura erat Ecclesia, vt & adhuc
& vsque in finem sponsum illum filius persequatur. Si Psal. 54.b
enim inimicus exprobrasset mihi, sustinuissem vtique
ait: Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuis-
set, abscondissem me vtique ab eo. Quis est inimicus?
Quis est qui oderat me? Qui dicit, Quis est Christus?
Homo fuit Christus, nec viuere potuit cùm vellet vi-
uere: & mortuus est, inquiunt, nolens, euictus, crucifi-
xus, occisus. Inimici ista dicunt. Apertus iste inimicus
est, ait Christus: odit me, apertas mihi indicit inimici-
tias. Facile est istũ vel tolerare vel vitare. Quid facio de
Absalon? Quid facio de Iuda? Quid de falsis fratribus?
Quid de malis filiis & tamen filiis, qui non contra nos
blasphemant Christum, sed nobiscũ adorant Christũ,
& in nobis persequuntur Christum? De quibus conse-
quenter in eodẽ Psalmo dicitur: Alium facile erat per- Psal. 54.c
ferre, cum qui oderat me: vel abscõdere me ab eo. Ab-
scondis enim te à Pagano intrans Ecclesiam. Quando
autem & ibi inuenis quod times, quid quæris vbi te ab-
scõdas? Denique ille ipse Apostolus qui gemit in peri-
culis à falsis fratribus, Foris, inquit, pugnæ, intus timo- 2. Cor. 7.b
res. Si ergo is qui oderat me super me magna locutus
fuisset, abscõdissem me vtiq; ab eo. Tu verò vnanimis
meus. Vnanimem dicit, tanquam vnum in Christo. Est Psalm. 54.c
ergo Ecclesiæ quod ferat foris, gemat intus, inimicos
tamen suos deputet foris & intus: foris facilius euita-
biles, intus difficilius tolerabiles. Dicat ergo Dominus
noster, dicat Christus nobiscum totus Christus.

Expositio Psalmi.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe
precem meã.) Hoc est exaudi, quod percipe auri-
bus. Repetitio, confirmatio est. In veritate tua exaudi
me in tua iustitia.) Ne vtcũque accipiatis, cùm dicitur,
in tua iustitia. Commendatio est enim gratiæ, ne vnus-
quisq; nostrũ iustitiã suam deputet. Hæc enim iustitia
Dei est, quam vt habeas Deus dedit. Nã qui voluerunt
de sua iustitia gloriari, quid de illis dicit Apostolus? Te- Rom. 10.a
stimoniũ eis, inquit, perhibeo, quia zelũ Dei habẽt. De
Iudæis loquens, Zelum Dei, inquit, habent, sed non se-
cundùm scientiã. Quid est, non secundùm scientiam?
Quam enim tu cõmendas vtilem scientiam? Nunquid
illam quæ cùm sola fuerit inflat, quæ nisi comitata fue-
rit charitate, non ædificat? Non vtique ipsam: sed illam 1. Cor. 7.d
scientiam comitem charitatis, magistram humilitatis.
Vide si ipsa est. Zelum, inquit, Dei habent; sed non se-
cundùm scientiam. Exponat quam dicit scientiam.
Ignorantes Dei iustitiam & suam volentes constitue- Rom. 10.a
re, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Qui ergo volunt cõ-
stituere, iustitiam suam? Qui quod bene fecerint sibi
imputant, quod malè, Deo: omnino peruersi. Denique
recti erunt, cùm hoc ipsum conuerterint. Peruersus
ideo, quia quod malè Deo, quod bene tibi. Rectus
eris, quando quod malè feceris tibi, quod bene feceris
Deo. Non enim ex impio iustè viueres, nisi ab illo iu- Rom. 4.a
stus factus qui iustificat impium. Ergo, inquit, in veri-
tate

Philip. 3.b tate tua exaudi me, in tua iustitia, non in mea: vt inue-
A niar in illo non habens meã iustitiam quæ ex lege est,
sed eam quæ ex fide. Ecce in tua iustitia exaudi me, nõ
quæ ex lege est, sed ea quæ est ex fide. Ad me enĩ cùm
respicio, nihil aliud meũ quàm peccatũ inuenio. Et ne
intres in iudicium cũ seruo tuo.) Qui cum illo volunt
intrare in iudiciũ, nisi qui ignorantes Dei iustitiam, suã
Esaiæ 58.a volunt constituere? Quid est quòd ieiunauimus, & non
vidisti; defraudauimus animas nostras, & nescisti? Tan-
quam dicentes, Fecimus quod iussisti, quare nõ reddis,
quod promisisti? Respõdet tibi Deus: Vt accipias quod
promisi, ego dedi vt faceres; quare acciperes, ego de-
Hier. 2.f di. Denique superbis talibus loquitur Propheta: Quid
vultis mecũ in iudicio cõtendere? Omnes dereliquistis
me, dicit Dominus: Quid vultis mecũ in iudicium in-
trare, & vestras iustitias cõmemorare? Cõmemorate
iustitias vestras, ego noui facinora vestra. Quomodo
approbabo iustitiã, vbi damnabo superbiam? Meritò
B Matth. 11.d iste humilis in corpore Christi discens à capite, quoniã
mitis est & humilis corde: Ne intres, inquit, in iudiciũ
cum seruo tuo. Non litigemus: nolo tecũ habere cau-
sam, vt ego proponam iustitiã meam, tu conuincas ini-
quitatem meam. Ne intres in iudicium cum seruo tuo.
Quare hoc? Quare timet? Quoniam non iustificabitur
coram te omnis viuens.) Omnis viuens, hic vtique vi-
uens, in carne viuens, moriturus viuẽs, natus homo, ex
hominibus viuens, de Adam, Adam viuens. Omnis ita
viuens iustificari fortè potest coram se, non coram te.
Quomodo coram se? Sibi placens, tibi displicens: corã
te autem nõ iustificabitur omnis viuens. Noli ergo in-
trare mecum in iudicium Domine Deus meus. Quan-
tumlibet rectus mihi videar, producis tu de thesauro
tuo regulã: coaptas me ad eã, & prauus inuenior. Ne in-
Matth. 5.d tres in iudicium cũ seruo tuo. Bene, cum seruo tuo. In-
C Lucæ 12.g dignum est tibi cũ seruo tuo intrare in iudiciũ, nec qui-
dem cũ amico tuo: quia vobis dico amicis meis nõ di-
ceres, nisi ex seruis amicos tu ipse fecisses. Tu licet di-
cas amicum, ego cõfiteor seruũ. Misericordia indigeo,
Luc. 15.c fugitiuus redeo, pacem quæro, non sum dignus vocari
filius tuus. Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, quoniã
Ecclesi. 11.d non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Ante
mortẽ ne laudes hominem quẽquam: Omnino omnis
homo viuens. Quid ipsi arietes, quid ipsi Apostoli, de
Psal. 18,a quorum prole dicitur, Afferte Domino filios arietum?
Philip. 3.c Ex his Paulus est, qui dicit non se esse perfectum. Non
quia iam acceperim, inquit, aut iã perfectus sim. Deni-
que fratres, vt citò agnoscatis, ipsi didicerunt orare
quod oramus, ipsis data est regula postulandi à iurispe-
rito cælesti. Sic orate, inquit. Et cùm quædã præmisis-
set, posuit & hoc vt dicerent arietes nostri, duces ouiũ,
& præcipua membra pastoris, & congregatoris vnius
Matth. 6.d gregis: ipsi didicerũt dicere, Dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non
D dixerũt, Gratias tibi qui dimisisti nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed, dimit-
te sicut & nos dimittimus. Orabant autẽ vtique iã fide-
les, iã Apostoli: Nam ista oratio Dominica magis fide-
libus datur. Si debita illa tantũmodo dicerentur, quæ
per baptismũ dimittuntur: catechumenis congrueret
magis orare, Dimitte nobis debita nostra. Dicãt ergo
Apostoli, dicant, Dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris. Et cùm eis dictũ
fuerit, quare hoc dicitis? Quæ debita vestra? Respon-
deant, quoniã non iustificabitur in conspectu tuo om-
nis viuens. Quoniam persecutus est inimicus animam
meam, humiliauit in terra vitã meam.) Vide nos, vide
caput nostrum pro nobis: Quoniam persecutus est ini-
micus animam meã. Persecutus est planè & diabolus
animam Christi, & Iudas animam magistri: & nunc ad Matt. 26.d & c.
persecutionẽ corporis Christi idem diabolus manet,
Iudas autẽ Iudæ succedit. Nõ ergo deest de quo dicat
& corpus: Quoniã persecutus est inimicus animã meã,
humiliauit in terra vitã meã. Humiliauit, inquit, in ter-
ra vitam meã: alio loco dicitur, Curuauerunt animam
meam. Quid enim nobiscũ agit quisquis persequitur, Psal. 56. c
nisi vt relicta spe cælesti terrã sapiamus, persecutori ce-
dentes terrena diligamus? Et illi quidẽ quantũ in ipsis
est hoc agũt, nobis autẽ hoc non contingat, quibus di-
citur, Si resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt sapi- Coloss. 3.
te, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum
sunt quærite, nõ quæ super terrã. Mortui enim estis. Nã
non iustificabitur corã Deo omnis viuens. Illi ergo vel
apertè sæuiendo, vel occultè insidiando conantur per-
ducere vitam nostrã ad terram. Cõtra hos vigilemus,
vt dicere possimus, Nostra autẽ cõuersatio in cælis est. Philip. 3. d
Humiliauit, inquit, in terra vitã meam inimicus. Col-
locauerũt me in tenebrosis sicut mortuos seculi.) Hoc
à capite expeditius auditis, & expeditius hoc in capite
agnoscitis. Ille enĩ pro nobis mortuus factus est, sed nõ
mortuus seculi. Qui enim mortui sunt seculi? Et quo-
modo ille nõ erat mortuus seculi? Mortui seculi meri-
tò, mortui mercedẽ recipientes iniquitatis, & mortem
ducẽtes ex peccati propagine: ex illa voce qua dicitur,
Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in pecca- Psal. 50.b
tis mater mea in vtero me aluit. Venit autẽ ille per vir-
ginem; assumẽs carnẽ, non iniquitatem carnis, assumẽs
carnem mundã mundatricem. Illi autem quem pecca-
torem putabant, tanquã mortuum seculi deputabant.
At ille qui in alio Psalmo dixit, Quæ non rapui, tunc Psal. 68.a.
exoluebam: & qui dixit in Euangelio, Ecce venit prin- Ioan. 14.d
ceps mundi, præpositus mortis, operis mali persuasor,
supplicij exactor, veniet, inquit, & in me nihil inueniet.
Quid est, in me nihil inueniet? Nullam culpã, nihil qua-
re mori debeam. Sed vt sciant oẽs quia voluntatẽ, in- Ibidem.
quit, patris mei facio, surgite eamus hĩc. Vt moriar, in-
quit, voluntatẽ patris mei facio, non autẽ morte sum
dignus. Nihil feci vnde moriar, sed facio vt moriar: vt
illi per innocentis mortẽ liberentur, qui habebãt qua-
re morerentur. Collocauerũt me in tenebrosis tanquã
in infernis, tãquã in sepulchro, tãquã in passione velut
mortuum seculi, eum qui dicit, Factus sum sicut homo Psalm. 37.e
sine adiutorio inter mortuos liber. Quid est, liber? Qua-
re liber? Quia omnis qui facit peccatũ, seruus est pecca- Ioan. 8.d
ti. Denique nõ solueret à vinculis, nisi liber à vinculis.
Ille liber mortem occidit, vinculũ vinxit, captiuitatem
captiuauit, & collocauerunt eũ in tenebrosis tanquam
mortuos seculi. Et tædium, inquit, passus est in me spi-
ritus meus.) Recordamini, Tristis est anima mea vsque
ad mortem. Videte vocẽ meam. Nunquid nõ apparet
ipse trãsitus à capite ad membra, à membris ad caput? Matth. 26.d
Tædium, inquit, passus est in me spiritus meus. Agno- Philip. 3.d
scimus, Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Sed & il-
lic nos eramus. Trãsfigurauit enim in se corpus humi-
litatis nostræ, conformans corpori gloriæ suæ: & vetus
homo noster cõfixus est cruci cum illo. In me turbatũ Rom 6.a
est cor meũ.) In me, inquit, non in aliis. Illi enim me de-
seruerunt, & illi qui inhæserãt recesserunt, & me ipsum
quia mori videbant, aliud aliquid putauerũt, & à latro- Lucæ 23. f
ne victi sunt, qui tunc credidit quando illi defecerunt.
Inde ad membra, Memoratus sum dierum antiquorũ.)
Nunquid memoratus est ille dierum antiquorum, per
quẽ factus est omnis dies? Sed loquitur corpus, loqui-
tur vnusquisque illius gratia iustificatus, inhærẽs illi in
charitate, & deuotus in humilitate: loquitur & dicit,
Memoratus sum dierum antiquorũ, Meditatus sum in
omnibus operibus tuis.) Quia vtique oĩa bona tu feci-

sti, & nihil constitisset quod à te constitutum nõ esset.
Creatura tua spectaculũ mihi facta est: Quæsiui in opere artificẽ, & in conditis omnibus conditorem. Quare
hoc? Vt quid hoc, nisi vt hoc intelligeret quicquid in
Rom. 10. a se boni esset, ab illo factũ esse: ne ignorãs iustitiam Dei
& suam volens constituere, iustitiæ Dei subiectus non
esset, vt ei cõueniret vox illa superior, in veritate tua & in iustitia tua? In omnibus ergo Dei operibus & meditatione omnium operũ Dei gratiam insinuat, gratiam commendat, gratiã se inuenisse gloriatur, gratiam qua gratis salui facti sumus, quia & gratis salui facti sumus. Quid gloriaris in tua iustitia? quid te extollis ignorans Dei iustitiã? Dedisti fortè aliquid vt saluus esses? Quid dedisti vt homo esses? Respice ergo conditorẽ vitę tuę, substantiæ & iustitiæ & salutis authorẽ. Meditare in facturis manuũ eius, quia & iustitiã quæ in te est, ad ma-
Ephes. 2. b num eius inuenies pertinere. Audi Apostolum hoc te docentem: Non ex operibus, inquit, ne fortè quis extollatur. Opera bona non habemus? Habemus planè: B
sed vide quid sequitur: Ipsius enim sumus figmentum, dixit: Ipsius sumus figmentũ. Fortè naturã qua homines sumus cõmemorare voluit, hoc appellato figmento? Non planè: de operibus loquebatur. Non, inquit, ex operibus, ne quis fortè extollatur. Sed nõ coniiciamus, sequitur, Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Noli ergo putare te aliquid operari, nisi in quantũ malus es. Auerte ab opere tuo te, ad opus illius qui fecit te: ipse format, & ipse quod formauerat & tu exterminasti, reformet. Vt enim sis, ipse operatus est: vt bonus sis, si bonus es, ipse ope-
Philip. 2. b ratur. Cum tremore, inquit, & timore vestrã ipsorum salutem operamini. Si nostrã ipsorum salutem operamur, quare cum timore, quare cum tremore, cùm sit in
al. quod. potestate nostra† qua operamur? Audi quare cũ timore & tremore: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Ergo cum timore C
& tremore, vt delectet in cõualle operari nostrum artificem. Sic enim operatur tanquã in deiectis, qui iudicat in gentibus, & replet ruinas. In facturis manuũ tuarũ meditatus sum.) Vidi ergo & inspexi opera tua: quia nihil boni esse in nobis potest, nisi abs te fiat qui nos fe-
Iacobi. 1. c cisti. Et quid feci cùm videre à te omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum esse descendens à patre luminũ, apud quem non est commutatio, nec momenti obũbratio? Cùm hoc videre auersus ab opere malo quod feceram in me, extendi manus meas ad te. Extẽdi, inquit, manus meas ad te, anima mea velut terra sine aqua tibi.) Complue, inquit, me ad faciẽ-
Psal. 84. d dum fructũ bonum. Dominus enim dabit suauitatem, vt terra nostra det fructũ suum. Extendi manus meas ad te, anima mea velut terra sine aqua tibi: nõ mihi, sed tibi. Sitire tibi possum, me irrigare nõ possum. Anima mea velut terra sine aqua tibi, quia sitiuit anima mea
Psalm. 41. a ad Deum viuũ. Quando veniam, nisi quando venerit? Sitiuit anima mea ad Deum viuũ, quia anima mea velut terra sine aqua tibi. Abundat mare, inũdat, copio-
Genes. 1. b sum est: fluctuat, sed amarũ est. Discreta est aqua, apparuit arida anima mea: irriga eam, quia velut terra sine aqua tibi. Citò exaudi me Domine.) Quæ enim mora quando sic sitio, ad inflammãdam sitim meam? Pluuiã differebas, vt hauriẽs imbiberẽ, non respuerem quod influeres. Si ergo ideo differebas, iam da: quoniã anima mea velut terra sine aqua tibi. Citò exaudi me Do-
Psalm. 76. a mine: Defecit spiritus meus.) Impleat me spiritus tuus, quia defecit spiritus meus. Ipsa est causa, vt citò exau-
Matth. 5. a. dias, quia defecit spiritus meus. Factus sum iam pauper spiritu, beatum me fac in regno cælorum. In quo enim viuit spiritus eius superbus est, spiritu suo extollitur cõ-

tra Deum. Fiat in illo bene quod alibi scriptũ est, Au- Psal. 103. d
feras spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum
reuertuntur: vt confitentes dicant, Memento quia pul- Psal. 102. e
uis sumus. Cùm autẽ dixerint, quia puluis sumus memento: tunc dicant, Anima mea velut terra sine aqua
tibi. Quæ enim tam terra sicca quàm puluis? Sed citò
exaudi me Domine, complue me, confirma me, ne sim Psal. 1. a
puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Citò exaudi me Domine, defecit spiritus meus, non differatur inopia mea. Abstulisti spiritum meum vt deficerem, & in puluerem meum cõuerterer, & dicerem tibi, Anima meavelut terra sine aqua tibi: fac etiã quod in alio Psal- Psal. 103. d
mo dicitur, Auferes spiritũ eorum, & deficient. Emitte spiritũ tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.
Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transie- 2. Cor. 5. d
runt. In spiritu suo vetera transierunt, in spiritu tuo noua facta sunt. Ne auertas faciem tuã à me.) Auertisti à superbo. Etenim aliquando abundabam, & in abun-
dantia mea elatus eram. Ego enim dixi aliquando in B
abundantia mea, non mouebor in æternum. Dixi non Psal. 29. b
mouebor in abundantia mea, ignorãs iustitiam tuam, Rom. 10. a
& constituens meam: sed tu Domine in voluntate tua Psal. 29. b
præstitisti decori meo virtutem. Dixi in abundantia mea non mouebor, verùm autem à te mihi erat quicquid abundabam. Et vt hoc probares à te mihi fuisse, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Post hanc conturbationẽ in qua factus sum, quia auertisti faciem tuam post tædium spiritus mei, post cõturbatum cor meum in me, ex eo quòd auertisti faciem tuam, iã factus sum sicut terra sine aqua tibi: Ne auertas faciem tuam. Auertisti à superbo, redde humili. Ne auertas faciem tuam à me: quia si auerteris, Similis ero
descendentibus in lacum.) Quid est, descendentibus Prou. 18. a
in lacum? Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnet. Illi descendunt in lacum, qui etiam
confessionem perdunt: contra quod dicitur, Ne coar- C Psal. 68. b
ctet super me puteus os suum. Hanc profunditatem lacum appellat plerunque Scriptura, in quam profunditatem cùm venerit peccator, contemnit. Quid est, cõtemnit? Iam nec vllam prouidentiam deputat: aut si deputat, ad eam se pertinere non putat. Proponit sibi peccandi licentiam, sine spe veniæ habenis iniquitatis effusis. Non dicit, reuertar ad Deum, vt reuertatur
ad me: nec audit, Conuertimini ad me, & reuertar ad Malach. 3. b
vos, quoniam veniens in profundum malorum contemnit. A mortuo enim, inquit, tanquam si non sit, Eccl. 17. d.
perit confessio. Ne ergo auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quoniam in te speraui.) Ecce in nocte sum, sed in te speraui donec no- Psalm. 56. a
ctũrna transeat iniquitas Habemus enim, vt dicit Pe- 2. Pet. 1. c.
trus, certiorem propheticum sermonem, cui bene fa-
citis intendentes tanquam lucernæ lucenti in obscu- D
ro loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Manè ergo appellat, post finem seculi, cùm viderimus quod in seculo credimus. Manè enim Psalm. 5. a
exaudies vocem meam, manè astabo tibi & contemplabor. Auditam fac mihi manè misericordiam tuam,
quoniam in te speraui. Si enim quod non videmus spe- Rom. 8. c
ramus, per patientiam expectamus. Patientiam quærit nox, lætitiam donabit dies. Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quoniam in te speraui. Sed hic quid, donec veniat manè? Non enim sufficit manè sperare, sed aliquid opus est & agere. Quare aliquid
agere? Quoniam dicit in alio Psalmo, Deum exquisi- Psalm. 76. a
ui in die tribulationis meæ: tanquam in tempore noctis meæ Deum exquisiui. Quomodo exquisisti? Manibus meis nocte coram eo, & non sum deceptus.

Mani-

Manibus quærẽdus est nocte Deus. Quid est manibus?
Matth. 6. a Bonis operibus, sed bonis operibus corã eo. Cũ enim A
facis eleemosynã, noli tuba canere. Pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi. Quia ergo ita sperãdum est manè, & ita nox ista toleranda est, & in ipsa patientia donec dies illucescat perseuerandum est, quid interea hic agẽdũ? Ne fortè per temetipsum acturus es aliquid, vt merearis perduci ad manè? Notã fac mihi Domine viam in qua ingrediar.) Ideo lucernam propheticã accendit, ideo ipsum Dominũ tanquã in testa carnis mi-
Psal. 21. b sit, qui etiam dixit, Exaruit velut testa virtus mea. Ambula ad prophetiam, ambula ad lucernã prædictorum futurorum, ambula ad verba Dei. Nondũ vides verbũ
Ioan. 1. a in principio, Deum apud Deum: ambula ad formã seruũ, perduceris ad formã Domini. Notam fac mihi Domine viam in qua ingrediar: Quoniam ad te leuaui animam meã.) Leuaui ad te, non cõtra te. Apud te est foris
Psal. 55. c vitæ, ad te leuaui animam meã, tanquam vas ad fontẽ attuli. Imple ergo me, quoniã ad te leuaui animã meã. B
Exime me de inimicis meis Domine, quia ad te confugi.) Qui aliquando à te fugi, ad te confugi. Fugit enim
Genes. 3. b Adam à facie Dei, & abscondit se inter ligna paradisi, vt de illo diceretur in libro Iob, Tãquam seruus fugiẽs
Iob. 3. Dominum suũ, & cõsecutus est vmbram. Fugit à facie Domini sui, & consecutus est vmbram. Ad vmbram enim fugit inter ligna paradisi. Væ si permãserit in vm-
Sap. 5. b bra, ne postea dicatur, Transierunt omnia tanquã vm-
al. ego. bra. Exime me de inimicis meis. Non† enim hic inimi-
Ephes. 6. b cos homines cogito. Non est nobis colluctatio auersus carnẽ & sanguinem. Sed aduersus quos? Aduersus principes & potestates, rectores mundi. Cuius mundi? Non enim cæli & terræ: nõ enim regunt quod nõ fecerunt. Rectores mundi. Sed cuius mundi? Tenebrarum
Ephes. 5. b harum. Quarum tenebrarũ? Vtique iniquorum. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.
Ephes. 6. b Rectores mundi tenebrarum harũ, rectores iniquorũ: C
contra hos habetis luctamen. Magnum prœliũ vobis est, hostẽ non videre & vincere. Aduersus rectores mũdi tenebrarum harũ, diabolum scilicet & angelos eius,
Ioan. 1. b non illius mundi rectores, de quo dicitur: Et mundus per eũ factus est; sed illius mũdi de quo dicitur: Et mũdus eũ non cognouit. Exime me de inimicis meis Domine, quia ad te cõfugi. De inimicis meis, nõ Iuda, sed qui impleuit Iudam. Illum patior visum, illũ expugno
Ioan. 13. c nõ visum. Accepit enim buccellã Iudas, & introiuit in eũ satanas: vt iste Dauid persecutionẽ pateretur à filio suo. Quàm multos Iudas diabolus implet, indignè accipientes buccellã ad iudicium suum? Qui enim man-
1. Cor. 11. g ducat & bibit indignè, iudiciũ sibi manducat & bibit. Non malũ est quod datur, sed bonũ malo in iudicium datur. Bene esse nõ potest malè accipienti quod bonũ est. Ergo exime me ab inimicis meis, quia ad te cõfugi.
Psal. 138. b Ergo quia ad te confugi, vel quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælũ, tu illic es. Quò enim fugerem? Quò ibo à spiritu tuo? Si ascendero in cælũ, tu ibi es; si descẽdero in infernũ, ades. Quid ergo restat? Si assumpsero pennas meas vt colũba, & volabo in extrema maris; id est, vt spe habitem in finem seculi. Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Exime me de inimicis meis, quoniã ad te confugi Domine: Doce me vt faciam voluntatem tuam, quoniam tu es Deus meus.) O confessio, ô præscriptio, quoniã tu es, inquit, Deus meus. Ad aliũ curram refici, si ab alio factus sum. Tu es totum meũ, quia tu es Deus meus. Patrem quærã propter hæreditatẽ? Tu es Deus meus, nõ solùm da-
Psal. 15. a tor hæreditatis, sed ipsa hæreditas. Dñs pars hæreditatis meæ. Dominũ quæram propter redemptionem? Tu es Deus meus. Patronum quæram propter liberatio-

nem? Tu es Deus meus. Postremò creatus recreari cupio. Tu es Deus meus qui creator meus, qui creasti me per verbum tuũ, & recreasti me per verbum. Sed creasti me per verbum Deum, manentẽ apud te: recreasti per verbum carnẽ factum propter nos. Doce ergo me vt faciam voluntatem tuã, quoniam tu es Deus meus. Si non me docueris, faciã voluntatem meã, & deserer me Deus meus. Doce me vt faciã volũtatẽ tuam, quoniã tu es Deus meus. Doce me. Non enim tu eris Deus meus, & ego ero magister meus. Videte quẽadmodum gratia cõmendetur. Hoc tenete, hoc imbibite, hoc vobis de corde nullus excutiat. Nec habeatis zelum Dei, Rom. 10. a
sed non secundùm scientiã: ne ignorãtes Dei iustitiam, & vestram volentes constituere legẽ, iustitiæ Dei non sitis subiecti. Verba certè Apostoli agnoscitis. Dicite ergo ista, Doce me vt faciã voluntatem tuã, quoniam tu es Deus meus. Spiritus tuus bonus.) Non meus malus, Spiritus tuus bonus. Deducet me in terram rectã.) B
Quia spiritus meus malus deduxit me in terrã peruersam. Et quid ego merui? Quæ mea opera bona sine tuo adiutorio cõputantur, vnde impetrarẽ dignusq; essem deduci à spiritu tuo in terram rectam? Quæ opera mea, vel quę merita mea? Propter nomen tuũ Domine viuificabis me.) Attendite ergo quantũ potestis gratiæ cõmendationẽ, qua gratis salui facti estis. Propter nomen tuũ Domine viuificabis me. Non nobis Domine non Psal. 113. b
nobis, sed nomini tuo da gloriã. Propter nomen tuum Domine viuificabis me. In tua iustitia.) Nõ in mea. Nõ quia ego merui, sed quia tu misereris. Nã si meũ ostenderẽ meritũ, nihil abs te mereretur, nisi suppliciũ. Auulsisti merita mea, inseruisti dona tua. Propter nomẽ tuum Domine viuificabis me. In tua iustitia educes de tribulatione animam meã: & in tua misericordia ad interitum deduces inimicos meos. Et perdes omnes tribulantes animam meam, quoniam seruus tuus sum ego.)

C

IN PSALMVM CXLIII. ENARRATIO.

PSALMI huius titulus breuis est numero verborum, sed grauis põdere mysteriorum. Ipsi Dauid ad Goliam.) Prœlium hoc factũ tempore patrũ nostrorum, de Scripturis sanctis recolit mecum charitas vestra. Cùm enim aduersus populum Dei alienigenę dimicarent, prouocauit vnus vnũ, Golias Dauid: in quo certa- 1. Reg. 17. f
mine volũtas Dei pro cuiusque partis victoria probaretur. Sed quid de victoria satagimus, quãdo prouocãtem prouocatumque cernimus? Prouocauit impietas pietatem, prouocauit superbia humilitatẽ, postremò prouocauit diabolus Christũ. Quid miramini diabolũ victum? Ille erat grandis statura corporis: iste autẽ statura paruus, sed fide magnus. Accepit arma bellica sanctus Dauid, vt aduersus Goliam procederet.) Hæc ar-
D ma per ætatem & paruã (vt diximus) staturam corporis portare non valuit: Abiecit onerantia, non adiuuãtia: accepit quinque lapides de flumine, & posuit in vase pastorali. His armatus corporaliter, nomine autẽ Dei spiritaliter, processit & vicit. Hoc quidem ille Dauid. Sed mysteria perscrutemur. Proposueramus enim titulum istũ breuem numero verborum, sed grauẽ pondere mysteriorum. Veniat in mentem Apostolica illa
sententia, Omnia hęc in figura contingebãt in illis: ne 1. Cor. 10. a
impudẽter videamur quęrere aliquid absconditũ, vbi possit dici totũ sine mysterij profunditare simpliciter dictum. Habemus ergo authoritatem facientem nos intentos ad quærendum, vigiles ad inuestigãdum, deuotos ad audiendum, fideles ad credendum, impigros ad faciẽdum. In Dauid Christus: sed sicut soletis intelligere eruditi in schola eius, Christus caput & corpus.

Nõ ergo sic audiatis aliquid ex persona Christi, quasi ad vos non pertineat qui estis mẽbra Christi. Hoc tanquam fundamẽto posito, videte quæ sequãtur. Nostis multis sacramẽtis visibilibus & corporalibus oneratũ esse populum primũ, circũcisione, negotioso illo quodam sacerdotio, & templo figuris pleno, multiplicibus holocaustorum sacrificiorũque generibus. Hęc Dauid noster tanquã arma prementia non adiuuantia posuit.
Galat. 3.d Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Vt quid ergo lex? Sequitur: Sed cõclusit, inquit, Scriptura oĩa sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Denique iste Dauid, scilicet Christus caput & corpus, tempore reuelationis noui testamenti, tempore insinuandæ & com-
1. Reg. 17. f mendandæ gratiæ Dei, quid fecit? Arma posuit, quĩq; lapides tulit: arma vt diximus onerãtia posuit, ergo sacramenta legis, sacramenta illa legis quæ non sunt imposita gentib⁹, posuit quæ non obseruamus. Meministis enim quanta in veteri lege legamus & nõ obseruemus, sed tamen ad aliquam significationem premissa & proposita esse intelligamus: nõ vt abiiciamus legẽ Dei, sed vt sacramenta promittentia, impleta promissione nõ celebremus. Quod enim promittebãt, venit. Gratia enim noui Testamẽti in lege velabatur, in Euãgelio reuelatur. Velum remouimus, quod velabatur agnouimus. Agnouimus autem in gratia, gratiam Domini nostri Iesu Christi, capitis & Saluatoris nostri, qui
Matth. 27. f pro nobis crucifixus est; quo crucifixo etiã velum templi conscissum est. Denique arma ille posuit, tanquam onera sacramentorũ veteris legis, & ipsam legem accepit. Quinque enim lapides quinque libros Moysi significant. Tulit ergo illos quinq; lapides de flumine. Nostis quid sit fluuius. Labitur enim mortale seculum, & prętefluit quicquid venit in mundũ. Erant ergo in flumine tanquam in populo illo primo, lapides illic erant inutiles, vacabant, nihil proderant, transibãt super fluuios. Quid fecit Dauid vt lex ipsa vtilis esset? Accepit
Rom. 13. e gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest. Ple-
Rom. 5. a nitudo enim legis est charitas. Et vnde est ista charitas? Vide si non ex gratia. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Quia ergo gratia fecit impleri legẽ, significatur autẽ gratia lacte. Hoc enĩ est in carne gratuitũ, vbi mater non quærit accipere, sed satagit dare. Hoc mater gratis dat, & contristatur si desit qui accipiat. Quomodo ergo ostendit Dauid legem sine gratia operari nõ posse, nisi cùm illos lapides quinque, quibus significabatur lex in libris quinque, coniungere volens gratiæ, posuit in vase pastorali, in quo lac mulgere consueuerat? His armatus, gratia vtique armatus, & ideo præsumens nõ de se, sed de Domino suo, processit aduersus Goliã superbum, se iactantem, de se præsumentem. Tulit vnum lapidem, iecit inimicum, in fronte percussit, cecidit ex eo loco corporis, vbi signum Christi non habuit. D Hoc quoque licet attendas: Quinque lapides posuit, vnum misit. Libri quinque lecti sunt, sed vnitas vicit.
Rom. 13. e Plenitudo enim legis, vt paulò antè commemorauimus, charitas. Et Apostolus ait: Sufferentes inuicem
Ephes. 4. a in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Deinde illo percusso atque deiecto, gladium eius abstulit, & inde caput illi abscidit. Et hoc fecit noster Dauid, deiecit diabolum de suis. Quando autem credunt magni eius quos ille in manu habebat, & de quibus cæteras animas trucidabat, conuertunt linguas suas contra diabolum, & sic Goliæ de gladio suo caput inciditur. Mysterium tituli pro temporis breuitate tractauimus, videamus quid habeat ipse Psalmus.

Expositio Psalmi.

A Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, & digitos meos ad bellũ.) Vox nostra est si corpus Christi nos sumus. Benedicamus Dominũ Deum nostrum, qui docet manus nostras ad prœlium, & digitos nostros ad bellũ. Repetitio sentẽtiæ videtur. Quod est manus nostras ad prœliũ, hoc est digitos nostros ad bellũ. An aliquid interest inter manus & digitos? Digitis vtique operatur & manus. Non itaq; absurdè accipimus digitos pro manibus positos. Veruntamẽ in digitis agnoscimus diuisionẽ operationis, & tamen radicẽ vnitatis. Vide illam gratiam; dicit Apostolus: Alij quidẽ per spiritum datur sermo sapiẽ- 1. Cor. 12. b
tiæ, alij sermo scientiæ secundùm eundẽ spiritum, alij fides in eodẽ spiritu, alij donationes curationũ in vno spiritu, alij genera linguarũ, alij prophetia, alij diiudicatio spirituũ. Omnia autem hæc operatur vnus atque B idẽ spiritus. Radix est vnitatis diuidẽs propria vnicuique prout vult, alij illud, alij hoc. Diuisiones sunt operationis. His ergo digitis pugnat corpus Christi procedens in bellũ, procedens in prœliũ. Iam prœliorum & bellorum genera cõmemorare fortasse longum est, & gerere facilius est quàm explicare. Habemus vnũ bellum quod cõmemorat Apostolus: Non est vobis col- Ephes. 6. b
luctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, id est, aduersus homines à quibus videmini pati molestias: non aduersus ipsos pugnatis, sed aduersus principes & potestates & rectores mundi. Et ne intelligeres mũdi, cæli & terræ, ostendit quid diceret; tenebrarũ, inquit, harum: mundi scilicet, nõ qui per ipsum factus est, quia & mũdus per eum factus est, sed mundi qui eũ non cognouit, quia & Ioan. 1. b
mundus eũ non cognouit. Hæ tenebræ nõ sunt natura, sed voluntate. Anima enim per semetipsam non lucet: Psal. 17. e
quia humiliter & veraciter cantat: Tu illuminabis lu- C cernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Et apud te, inquit, fons vitæ, in lumine tuo vide- Psalm. 35. e
bimus lumen. Nõ in lumine nostro, sed in lumine tuo. Nam & oculi nostri lumina vocãtur: & tamen lux extrinsecùs si desit, etiã sani & patẽtes, in tenebris remanebunt. Ergo bellum gerimus aduersus rectores tene- Ephe. 6. b
brarum harũ, rectores scilicet infidelium, diabolum & angelos eius, rectores gladij eius, de quo pugnat diabolus aduersus fideles. Sed quomodo Golię prostrato 1. Reg. 17. f
tollitur gladius, vt ipsi Goliæ caput de gladio suo amputetur: ita cùm credũt ipsi infideles dicitur eis, Fuistis Ephes. 5. b
enim aliquãdo tenebrę, nunc autẽ lux in Domino. Pugnastis de manu Goliæ, iã in manu Christi tollite caput Goliæ. Hoc enim vnũ prœlium, alterum autẽ vnicuiq; in seipso. Modò genus hoc belli ex apostolica epistola legebatur, Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiri- Galat. 5. c
tus aduersus carnẽ, vt nõ ea quæ vultis, faciatis. Et hoc graue bellũ, & quod est molestius, internũ. In quo bello si sit quisque victor, illos quos nõ videt inimicos cõ- D tinuò superabit. Non enim tentat diabolus vel angeli eius, nisi quod in tè carnaliter dominatur. Nã quomodo vincimus illos hostes quos non videmus, nisi quia carnales interiores motus nostros sentimus? His cõfligimus: illis percutimur, & illos percutimus. In amore pecuniæ dominatur auaritia. Dominante tibi auaritia, diabolus forinsecùs lucrum cũ fraude proponit. Plerũque enĩ ad lucrũ non peruenis, nisi fraudẽ feceris. Proponit ergo ille forinsecùs auaritię tuæ quam intus non vicisti, quã non domuisti, quam nõ tibi subiecisti: proponit tanquã athletæ suo agonotheta malus fraudẽ & lucrũ, opus & præmium. Fac & tolle. Tu autẽ si calcas auaritiam, si tibi interitus non dominatur, † quã si sen- aliquas sentiens.
ties vinces, iam diabolũ insidiantem non sentis. Si ergo edomuisti auaritiam, attendis alterum proponentem opus

opus & præmium. Quid ille proposuit? Fraudem & lucrum. Quid & iste proponit? Innocentiam & coronam. A Fac & tolle, & ille dicit, & iste. Iã tu prœliator interior, si non es victus auaritia, sed victor auaritiæ: illũ attẽdis, & hunc vincis. Discernis enim vtrunq; & dicis, Hic video opus & præmiũ, illic autem escã & laqueũ. Neque enim aliquid dicis in te, quod nõ pertineat ad te. Etenĩ ex peccato diuisus es aduersum te. Trahis cõcupiscentiæ propaginẽ & traducem mortis. Habes cõtra quod pugnes in te, habes q̃ expugnes in te. Sed habes quem inuoces, vt pugnantem adiuuet te, & vincentẽ coronet te, qui non existentẽ fecit te. Quomodo, inquis, vincã? Ecce ipse Apostolus difficillimum prœliũ proponit, & quàm laboriosum sit aut fortè insuperabile, si nõ intel-
Galat. 5. c ligo ipse ostẽdit. Caro, inquit, cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, vt nõ ea quæ vultis vos faciatis. Quomodo me iubes vincere, cùm ille dicat, vt nõ ea quæ vultis faciatis? Quęris quomodo? Attẽde ad gratiã vasis pastoralis, lapidẽ de flumine in exceptorio B lactis pone. Ecce & ego tibi dico, immò tibi ipsa veritas dicit. Prorsus nõ facis quod vis, pugnãte carne aduersus spiritũ tuum. Si ad istã pugnam de te præsumis: admonẽdus es, ne frustra audieris, Exultate Deo adiu-
Psal. 80. a tori nostro. Si enim per te impleres totum, non esset necessarius adiutor. Rursus si tu ipse tua volũtate nihil ageres, non vocaretur adiutor. Adiutor enim aliquid agentẽ adiuuat. Deniq; cùm dixisset, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, vt nõ ea quę vultis faciatis, & proposuisset te ante te, veluti deficiẽ-
Galat. 5. e tem te in te, cõtinuò misit ad adiutorem. Quòd si spiritu ducimini, nõ adhuc estis sub lege. Qui enim sub lege est, non implet legẽ, sed premitur à lege: sicut ille Dauid sub armis erat. Ergo si spiritu duceris, vide quis te adiuuabit vt impleas quod velis. Adiutor tuus, susceptor tuus, spes tua, qui docet manus tuas ad prœliũ, &
Galat. 5. e digitos tuos ad bellũ. Manifesta enim sunt, inquit, opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditię, idolorũ C seruitus, luxuria, veneficia, contentiones, inimicitiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnũ Dei non possidebũt. Non qui aduersus talia confligũt, sed qui talia agunt. Cùm enim confligis aliud est opus, cũ vincis aliud est opus, cùm pacẽ & requiem habes aliud opus est. Hæc dum exẽplis demõstro paucis aduertite. Suggeritur aliquod lucrũ, delectat: habet fraudem, sed magnũ est lucrũ, delectat, non cõsentis. Pugnam vide: adhuc suadetur, adhuc instatur, adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat, periclitatur. Vidimus pugnã, cætera videamus. Contẽpsit iustitiam vt fraudẽ faceret, victus est: contẽpsit lucrũ vt iustitiæ seruiret, vicit. In his tribus victum doleo, pugnanti metuo, victori cõgaudeo. Sed etiã ille qui vicit, nũquid omnino egit in eo vt prorsus cũ pecunia nõ attentet, aut nihil in eo excitet delectationis, quãuis superabilis, quãuis contẽptibilis, quãuis non solùm cui non consentiat, sed cum qua nec pugnare dignetur? Inest tamẽ aliqua delectationis titillatio. Ista titillatio, & ille hostis iã nec pugnat nec regnat: inest tamẽ, & quasi moratur in carne mortali, quod nõ erit. Ducetur enim totũ in victoriam, sed postea. Modò autem corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ, & ideo eidẽ corpori inest peccatũ, etsi non regnat peccatum: spiritus autẽ vita est propter iustitiam. Si autẽ qui
Rom. 8. e suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Ibi iã nec quod pugnet erit, nec quod titillet: totũ cedet in pace. Non enim contraria natura cõtra aliam naturam pugnat, sed tãquam in domo maritus & vxor. Si aduersus se dissentiãt, molestus & periculosus labor: A si maritus vincatur & vxor dominetur, pax peruersa. Si autem vxor marito dominãti subiiciatur, pax recta: non tamẽ aliquid ex alia natura, quia ex homine facta mulier viro. Caro tua, cõiunx tua, famula tua. Quodlibet deputa, opus est vt subiicias: & si pugnas, vt prosit pugna. Hoc enĩ expedit inferius subiici superiori: vt & ille qui sibi subiici vult quod est inferius, se subiiciat superiori suo. Agnosce ordinẽ, quęre pacẽ. Tu Deo, tibi caro. Quid iusti⁹? Quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi. Serui tu ei qui fecit te, vt tibi seruiat quod factũ est propter te. Non enim hunc ordinẽ nouimus, neq; hũc ordinem commendauimus, tibi caro & tu Deo: sed tu Deo, & tibi caro. Si autẽ contemnis tu Deũ, nunquam subiicietur tibi caro. Qui non obtẽperas Domino, torqueris à seruo. Nũquid si nõ prius tu Deo, vt deinde tibi caro, poteris dicere hæc verba, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, & B digitos meos ad bellũ? Prœliari vis indoctus, dãnaberis victus. Primò ergo te subdas Deo, deinde illo docente te & adiuuãte prœlieris & dicas, Qui docet man⁹ meas ad prœliũ, & digitos meos ad bellũ. Et cùm prœlieris, quia dũ prœlieris, periclitaris, dic quę sequũtur in prœlij periculo cõstitutus: Misericordia mea.) Non vincar. Quid est hoc, misericordia mea? Præbes mihi misericordiã, & in me extitisti misericors, an donasti mihi vt & ipse sim misericors? De nulla enim re sic vincitur inimicus, quàm cũ misericordes sum⁹. Omnino parat calũnias ad iudicium, & nõ potest falsa obiicere, quia nõ est apud quẽ. Si enim apud hominẽ iudicẽ nobiscum ageret, posset eũ mentiendo fallere, & nos grauare criminationibus falsis. Quia verò apud talẽ iudicẽ causa nostra cum illo est qui falli nõ potest: ideo ambit vt ad peccatum seducat, vt habeat vera quæ obiiciat. Et vbi fortè aliquibus eius fraudibus succũbit humana fragi-
C litas, sequatur in cõfessione opus humilitatis, exerceatur in operibus misericordię & pietatis. Oĩa delentur, cũ ex vero corde & plena fiducia dicim⁹ illi qui videt, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Dic toto corde, Matth. 6. b
dic tota fiducia, dic securus, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, aut noli dimittere si nõ dimittimus. Quod etsi nõ dixeris, Noli dimittere si nõ dimittimus: prorsus nõ dimittit si nõ dimittimus. Neq; enĩ vt tu sis impunitus peccator, erit ille mẽdax ꝓmissor. Vis, inquit, vt dimittã? Dimitte. Est & aliud opus misericordię. Vis vt dem? Da. Vno loco positũ est in Euãgelio, Dimittite Lucæ 6. a
& dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Aliquid, inquit, & cõtra te teneo, aliquid & tu cõtra alterũ tenes: dimitte, & dimitto. Aliquid petis à me, aliquid petit alter à te: da, & do. Et quæ dimittit, & quæ dat? Nõnne Rom. 5. a
charitas? Et vnde charitas nisi per Spiritũ sanctum qui datus est nobis? Si ergo per opera misericordiæ noster
D vincitur inimicus, & opera misericordiæ habere non possemus, nisi charitatẽ haberemus, charitas autẽ nobis nulla esset, nisi per Spiritũ sanctũ acciperemus: ille docet manus nostras in prœliũ, & digitos nostros ad bellũ, illi rectè dicimus, Misericordia mea, à quo habemus etiã vt misericordes simus. Iudiciũ enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiã. Parua putatis Iacobi. 2. a
opera misericordię? Libet & de his aliquid dicere. Attendite primò istã sentẽtiã de sancta Scriptura deprõptam, quã modò commemorau̇i. Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, Sine misericordia iudicabitur qui misericordiam non fecit antequã iudicaretur. Quid deinde? quid sequitur? Superexaltat autẽ misericordia iudiciũ. Quid est hoc, fratres, superexaltat autẽ misericordia iudiciũ? Superponitur misericordia iudicio, in quo inuẽtum fuerit opus Ibidem.

misericordiæ. Et si habuerit aliquid fortè in iudicio
quo puniatur, tanquã vnda misericordiæ peccati ignis
extinguitur. Superexaltat autẽ misericordia iudicium.
Quid autẽ cùm talibus subuenit, & cũ tales liberat, &
cùm talibus ignoscit, iniustus est Deus? Absit. Et ibi iu-
stus est. Nõ ei enĩ tollit misericordia iustitiã, nec iustitia
Lucæ 6.e misericordiã. Vide enim si nõ iustus est: Dimitte, & di-
Matth. 7.a mitto: da, & do. Vide si nõ iustus est: In qua mẽsura mẽsi
fueritis, in ea remetietur vobis. Ad hoc enĩ, in qua mẽ-
sura. Non enim mensura eiusdẽ generis est: sed ad hoc
eadẽ mẽsura, ignosce, & ignosco. Est apud te mensura
veniæ dãdæ, inuenies apud me mensurã veniẽ accipiẽ-
dẽ. Est apud te mẽsura tribuendi quod habes, inuenies
apud me mensurã accipiendi quod non habes. Misori-
cordia mea, Et refugiũ meũ, susceptor meus & erutor
Galat. 5.c meus.) Multũ laborat prœliator hic tenẽs concupiscẽ-
1. Cor. 15.g tẽ aduersus spiritũ carnem. Tene quod tenes. Tũc erit
plenè quod vis, cũ absorpta fuerit mors in victoriam:
quãdo resuscitatũ mortale hoc corpus trãsferturin ha-
bitudinẽ angelicã, & in cælestẽ subuolat qualitatem.
1. Thes. 4.d Mortũi, inquit, in Christo resurgẽt primi, deinde & nos
viuẽtes qui reliqui sumus, in aduentu Dñi simul rapie-
mur cũ illis in nubibus obuiã Christo in aëra, & sic sẽ-
per cum Dño erimus. Ibi absorbebitur mors in victo-
riã. Ibi dicetur, Vbi est mors cõtentio tua? Vbi est mors
aculeus tuus? Non enim relinquetur nec in animo nec
in corpore quod rebellet aduersus amorẽ Dei. Plena
victoria, plena pax. De hac nobis prœliãtibus dicitur,
Psal. 33.b Venite filij, audite me, timorẽ dñi docebo vos. In prœ-
lio estis, in cõtentione cõfligitis: & tamen tandẽ quan-
dam requiẽ desideratis. Quis est homo qui vult vitã, &
diligit videre dies bonos? Quis est qui nõ dicat, ego? Ibi
vita, ibi dies boni, vbi caro nihil concupiscit aduersus
spiritum: vbi nõ dicitur pugna, sed gaude. Sed quis est
qui hos dies nõ velit? Oĩs homo certè dicit, ego. Audi
quid sequitur. Video quia laboras, video quia in pu-
gna, in periculo diuersaris. Audi quid sequitur. Docet
Psal. 33.c manus ad prœliũ, digitos in bellũ. Contine linguã tuã
à malo, & labia tua ne loquãtur dolũ. Declina à malo,
& fac bonũ. Quomodo enim poteris facere bonũ, nisi
declinaris à malo? Quid quẽro vt vestias, quãdo adhuc
expolias? Quid quæro vt dones, quando adhuc rapis?
Declina à malo, & fac bonũ. Qua mercede? Non sub te
ploret primò pauper, vt gaudeat de te pauper. Declina
à malo, & fac bonũ. Qua mercede? Nã modò pugnas.
Quære pacẽ & persequere eã. Disce, dic, Misericordia
mea & refugium meũ, susceptor meus & erutor meus,
protector meus. Susceptor meus ne cadã, erutor ne hę-
reã, protector ne feriar. Protector meus, & in ipso spe-
raui.) In his omnibus, in toto labore meo, in omnibus
prœliis meis, in omnibus difficultatibus meis in ipso
speraui. Qui subdit populũ meum sub me.) Ecce caput
nostrum loquitur nobiscum. Domine quid est homo
quoniã innotuisti ei?) Totũ quod est, hoc est quoniam
Psal. 8.b innotuisti ei. Quid est homo quoniã innotuisti ei. Aut
filius hominis quoniã æstimas eũ?) Æstimas cũ, tãti fa-
cis, tãti pẽdis: ordinas, nosti sub quo ponas, supra quid
ponas. Æstimatio enim est, quanti pretij sit quidque.
Quanti æstimauit hominẽ, qui pro eo vnici sanguinem
fudit? Quid est homo quoniam innotuisti ei? Cui, quid
innotuisti? Quid est filius hominis quoniã æstimas eũ?
Quoniam tanti eũ pendis? Et quanti eũ pendis, tanti eũ
æstimas: pretiosum quiddam esse ostendis. Non enim
Deus sic æstimat hominem, quomodo homo æstimat
hominẽ. Quando inuenit homo seruũ venalem, carius
emit equũ quàm hominẽ. Ille quãti te æstimet vide, vt
Rom. 8.f possis dicere, Si Deus ꝓ nobis, quis cõtra nos? Et quãti
te æstimauit qui filio ꝓprio nõ pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit eũ? Quomodo non & cũ illo oĩa no-
bis donauit? Qui hãc annonã dedit pugnanti, quid ser-
uat vincenti? Ego sum, inquit, panis viuus qui de cælo
descẽdi. Hęc est annona prœliantiũ, de hõrreis inuecta Ioan. 6.e
Dominicis, vnde pascũtur angeli: quia panẽ angelorũ
mãducauit homo. Post prœlia verò & hanc annonam Psal. 77.c
quid seruat? quid dabit victorib', nisi ꝙ in alio Psalmo
dicitur, Vnã petij à Domino, hanc requirã, vt inhabi- Psalm. 26.b
tẽ in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: Vt cõ-
tẽpler delectationẽ Domini, & ꝓtegat me templũ eius?
Quid est homo quoniã innotuisti ei, aut filius hominis
quoniã æstimas eũ? Quẽ? Homo vanitati similis factus
est.) Et tamẽ innotuisti ei & æstimas eum. Homo vani-
tati similis factus est. Cui vanitati? Tẽporibus prętterla-
bẽtibus & prętterfluẽtibus. Vanitas enim ista dicitur, in
cõparatione cuiusdã semper manentis & nunquã defi-
cientis veritatis. Nã & ista creatura est loci sui. Impleuit
enim Deus terrã, sicut scriptũ est, bonis suis. Quid est,
B suis? Sibi congruẽtibus. Sed hęc oĩa terrena, volatica,
trãsitoria, si cõparẽtur illi veritati vbi dictum est, Ego Exod. 3.d
sum qui sum: totũ hoc quod trãsit vanitas dicitur. Euanescit enim per tẽpus, tanquã in auras fumus. Et quid dicã amplius quã id ꝙ Apostolus Iacobus dixit, volens
homines superbos ad humilitatẽ redigere? Quæ enim, Iacobi. 4.d
inquit, vita vestra? Vapor est ad modicũ apparẽs, deinceps exterminabitur. Ergo homo vanitati similis factus est, peccãdo vanitati similis factus est. Nã quando est primùm cõditus, veritati similis factus est: sed quia peccauit, quia recipit digna, vanitati similis factus est.
Pro iniquitate enim erudisti hominẽ, dixit in alio Psal- Psal. 38.d
mo, & tabescere fecisti sicut araneã animã eius. Inde & hoc, Homo vanitati similis factus est. Ibi quid ait? Ecce veteres posuisti dies meos. Hic quid ait: Dies eius sicut vmbra prętterunt.) Attendat sibi homo in diebus vm- Iob 8.b
braæ suæ, vt faciat aliquid dignũ desideratæ luci suæ: &
C si in noctis vmbra est, quærat diẽ. Dies enim huius va-
nitatis, cognoscenti homini dies est tribulationis, siue
aliqua incõmoditate & aliqua molestia noceat nobis,
siue aliqua prosperitate mũdus arrideat, totum timen-
dum & gemendum est, quoniã tentatio est vita huma- Iob 7.a
na super terrã. Vnde dicitur, Tota die contristatus am-
bulabã. Solatiis opus habemus, & quicquid nobis nũc Psal. 37.a
exhibet Deus cùm prosperè exhibet non est gaudium
beatorũ, sed cõsolatio miserorũ. Itaq; agat aliquid, in-
quã, homo dignũ desiderata luce in istis diebus vmbrę
suę, & in nocte inquirat Deũ, sicut scriptum est: In die
tribulationis meę Deum exquisiui manibus meis nocte Psalm. 76.a
corã eo, & nõ sum deceptus. Quã dicit diẽ tribulatio- Psalm. 76.a
nis, nisi quã dicit & noctẽ? Manibus meis nocte coram
eo. Adhuc in nocte sumus, & ad prophetię lucernã vi-
gilamus. Aliquid promissum est, quod adhuc expecta-
tur. Sed quid ait Apostolus Petrus? Habemus certiorẽ 2. Pet. 1. c.
D propheticũ sermonẽ, cui benefacitis intẽdẽtes tanquã
lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies luceſcat,
& lucifer oriatur in cordibus vestris: Ipse dies, præmiũ
nostrum ibi est. Ibi, Manè exaudies vocem meã, manè Psalm. 5.a
astabo tibi & contemplabor. Ergo operare quamuis in
nocte manib. tuis, id est, bonis operibus inquire Deum
antequam veniat dies ille qui te lætificet, ne veniat qui
te mæstificet. Vide enim quàm securus opereris, quia
non desereris ab illo quem quæris. Manibus meis, in- Psalm. 76.a
quit, Deum exquisiui nocte corã eo: vt pater tuus, qui Matth. 6.a
videt in occulto, reddat tibi, ideo corã eo. Intus habeas
misericordiã, charitatẽ: ne aliquid facias quasi studio
placendi hominibus: manibus meis, operibus meis. In
vmbra, in hac vita: vbi ipse videt, non vbi placere ho-
minibus studeo. Et quid sequitur? Et nõ sum deceptus.
Homo vanitati similis factus est, dies illius tanquam
vmbra

Psal. 8.a vmbra transeunt: & tamen innotuisti ei. Et quid æsti-
mas eũ? Dñe inclina cælos tuos, & descende.) Corpus A
Christi, humilis Dauid, gratia plenus, de Deo præsũ-
mens, pugnãs in hoc seculo, inuocat adiutorium Dei,
Inclina cælos tuos & descẽde. Qui sunt cæli inclinati?
Apostoli humiliati. Isti enim cæli enarrant gloriã Dei.
Psal. 18.a Et de his cælis enarrãtibus gloriam Dei mox dicitur,
Non sunt loquelæ neque sermones, quorũ nõ audian-
Ibidem. tur voces eorũ. In omnẽ terram exiuit sonus eorum, &
in fines orbis terræ verba eorũ. Cùm enim isti cæli e-
mitterent voces suas per oẽs terras, & facerent mira-
bilia, coruscante de illis & intonante Domino mira-
culis & præceptis, putati sunt dij descẽdisse de cælo ad
homines. Nam quidã ex gentibus hoc putãtes, eis etiã
sacrificare voluerũt. Tunc illi videntes sibi deferri in-
debitũ honorẽ, expauescẽtes & detestantes, & eos qui
sic errabant corrigẽtes, vt ostenderẽt eis motũ animi
Act. 14. c sui, cõsiderunt vestimenta sua, & dixerunt: Quid hoc
facitis? Homines & nos sumus passibiles, sicut & vos. B
Et cœperũt sub his verbis cõmẽdare excellentiã Dñi
nostri Iesu Christi, humiliãtes se vt cõmẽdaretur Deꝰ:
quia inclinati erant cæli vt descenderet Deus. Inclina
ergo cælos tuos, & descẽde. Factũ est. Tange montes,
& fumigabunt.) Montes superbos, elationes terrenas,
tumidas granditates: Tange, inquit, tange istos mõtes.
De gratia tua da istis montibus & fumigabũt, quia fa-
tebũtur peccata sua. Fumus confitentiũ peccatorum,
extorquebit & lacrymas humiliatorũ superborũ. Tan-
ge montes, & fumigabũt. Quãdiu nõ sunt tacti, magni
Psalm. 47.a sibi videntur. Dicturi sunt, tu magnus es Dñe, dicturi
Psalm. 82.d sunt & mõtes, Tu solus altissimus super omnem terrã.
Sed sunt quidã cõspirantes, cõueniẽtes in vnũ aduer-
Psal. 2.a sus Dominũ, & aduersus Christum eius. Conuenerũt,
Act. 4.c conspirauerunt. Corusca coruscationes, & disperges
eos.) Crebresce miraculis tuis, & soluetur conspiratio
eorum. Corusca coruscationes, & disperges eos. Iam
miraculis territi, non audebunt aliquid cõtra te, & in
ipsis miraculis expauescentes hæsitabunt. Quis est iste,
qui tãta potest? Quis est iste, qui sic exaltatur? cuius no-
men tantum valet? Cùm dicunt, quis est iste, credituri
sunt: coruscasti miraculis, & dispersisti malam cõsen-
sionem eorũ. Emitte sagittas tuas, & cõturbabis eos.)
Sagittæ potentis acutæ, præcepta tua, dicta tua feriant
cor eorũ. Emitte sagittas tuas, & cõturbabis eos. Vul-
nerentur malè sani, vt sanentur bene vulnerati: & di-
cant iam in Ecclesia, & in corpore Christi cõstituti di-
cant cũ Ecclesia, Quoniã vulnerata charitate ego sum.
Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Emitte ma-
num tuã ex alto. Quid postea? Quid in fine? Quomodo
2. Thess. 4.d vicit corpus Christi? cælesti adiutorio. Venit enĩ ipse
Dominus in voce archãgeli, & in tuba Dei descendet
de cęlo: ipse Saluator corporis, manus Dei. Emitte ma-
num tuam ex alto, Et exime me, & erue me de aquis
multis.) Quid est, de aquis multis? De populis multis.
D Quibus populis? Alienigenis, infidelibus, siue foris op-
pugnãtibus, siue intus insidiãtibus. Exime me de aquis
multis, in quibus me exercebas, in quibus me ad exuẽ-
dum à sordibus voluebas. Hæc est illa aqua contradi-
ctionis. Exime me, & erue me de aquis multis. Audia-
mus iã de istis aquis multis à quibus eruet Deꝰ corpus
Christi sui, à quibus eruet Deus humilitatem Dauid.
Quid est, de aquis multis? Quid dixisti, ne aquæ aliter
intelligãtur? Quid dixisti aquas multas? Quid dixi, audi
De manu filiorũ alienorũ.) Audite fratres, inter quos
viuamus, à quibus erui desideremus. Quorum os locu-
tum est vanitatem.) Hodie vos oẽs, si non ad hæc diui-
na spectacula verbi Dei congregati essetis, & eis hac
hora permixti viueretis, quantas vanitates audiretis?
Quorum os locutum est vanitatẽ. Quãdo denique lo-
querites illi vanitatẽ, audirẽt vos loqui veritatẽ? Quo-
rum os locutum est vanitatẽ, Et dextera eorũ dextera
iniquitatis.) Quid tu inter eos cũ vase pastorali habẽte 1. Reg. 17.f
quinque lapides? Dic mihi aliter: eãdẽ legem quam si-
gnificasti quinque lapidibus, significa & aliter. Deus,
canticũ nouum cantabo tibi.) Canticum nouũ gratia
est. Canticum nouũ, hominis noui est canticũ nouum;
testamẽti noui est. Cantabo tibi, inquit, canticũ nouũ.
Sed ne putes gratiam à lege discedere, cùm magis per
gratiam lex impleatur, In psalterio decem chordarum
psallam tibi.) In psalterio decem chordarũ, in lege de-
cem præceptorũ: ibi tibi psallam, ibi tibi gaudeam, ibi
tibi cantem canticũ nouũ, quia plenitudo legis chari- Rom. 13.e
tas est. Cæterũ qui non habent charitatẽ, portare psal-
teriũ possunt, cantare non possunt. Ego itaque, inquit,
inter aquas contradictionis cantabo tibi canticũ no-
uum: & nunquam strepitu suo facient aquæ contradi-
ctionis, vt obmutescat psalterium meum. In psalterio
decem chordarum psallam tibi. Qui dat salutem regi-
bus.) Iam fumantibus montibus. Qui redemit Dauid
seruum suum.) Agnoscitis Dauid, estote Dauid. Vnde
redemit Dauid seruum suum? Vnde redemit Christũ?
Vnde redemit corpus Christi? De gladio maligno e-
rue me.) De gladio nõ sufficit, addit maligno. Procul-
dubiò est gladius benignus. Quis est gladius benignꝰ?
De quo Dominus dicit, Nõ veni pacẽ mittere in ter- Matth. 10.d
rã, sed gladiũ. Separaturus enim erat fideles ab infide-
libus, filios à parentibus, & cæteras necessitudines di-
rempturus, gladio putredinẽ abscindenti, mẽbra autẽ
Christi sananti. Est ergo benignus gladius bis acutus
vtroque acumine prępotẽs, veteris & noui Testamẽti,
narratione præteritorum, & promissione futurorũ. Est
ergo iste gladius benignus: ille autẽ malignus est, quo
illi loquuntur vanitatem, quia benignus est, quo Deus
loquitur veritatem. Ergo à gladio maligno erue me.
C Filij quippe hominum dentes eorũ arma & sagittæ, & Psalm. 56.b
lingua eorum gladius acutus. Ab hoc gladio maligno
erue me. Quẽ dixit modò gladium, ipsas superiùs dixit
aquas multas. Erue me de aquis multis. Quas dixi a-
quas multas, ipsum dico gladium malignũ. Deniq; de
aquis multis cùm dixisset, secutus est de manu filiorũ
alienorũ, quorum os locutũ est vanitatẽ. Et vt noueris
ipsos dici, cùm & hic dixisset, de gladio maligno erue
me: secutus est, Et exime me de manu filiorũ alieno-
rum quorũ os locutũ est vanitatẽ.) Similiter sicut ibi:
Et quod sequitur, Dextera eorũ dextera iniquitatis.)
Hoc & suprà posuerat, quãdo eos dixerat aquas mul-
tas. Tu enim ne aquas multas bonas putares, exposuit
eas in gladio maligno. Nũc ergo exponat, quod dixit,
Quorũ os locutũ est vanitatẽ, & dextera eorũ dextera
iniquitatis. Quã vanitatẽ locutum est os eorũ? Et quo-
modo dextera eorũ dextera iniquitatis? Quorum filij
D ipsorũ velut nouellæ cõstabilitæ in iuuẽtute sua.) Feli-
citatẽ ipsorũ vult enumerare. Attendite filij lucis, filij
pacis: attẽdite filij Ecclesiæ, mẽbra Christi: attendite
quos dicat alienigenas, quos dicat filios alienos, quos
dicat aquas cõtradictionis, quos dicat gladium mali-
gnũ. Attẽdite obsecro: quia inter istos periclitamini,
inter horũ linguas aduersus carnis vestræ desideria di- Ephes. 7.b
micatis. Inter horũ linguas positas in manu diaboli de
quibus pugnat, colluctationem habetis, non aduersus
carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potesta-
tes, & rectores mundi tenebrarum harum; hoc est, ini-
quorũ. Attendite, vt discernatis vos: attendite, ne pu-
tetis veram felicitatem esse quam sibi optant homines
aut infirmi aut maligni. Ecce fratres, certè filios alie-
nos dixit, certè aquas multas, certè gladium malignũ.

Videte vanitatẽ quã loquuntur, & cauete ne talia loquamini, cauete ne talia loquẽtes imitemini quorũ os locutũ eſt vanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Quã vanitatẽ, locutũ eſt os eorũ, & quę dextera eorũ iniquitatis eſt dextera? Audi, Quorũ filij ipſorũ velut nouellæ cõſtabilitæ à iuuẽtute ſua. Filiæ eorum cõpoſitæ, & ornatæ ſicut ſimilitudo tẽpli. Cellaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in hoc. Oues eorum fœcundæ, multiplicãtes in egreſſibus ſuis, boues eorũ craſſæ. Nõ eſt ruina ſepis, nec exitus, nec clamor in plateis eorũ.) Ergo nõ eſt iſta felicitas? Interrogo filios regni cælorum, interrogo progeniẽ reſurrectionis in æternũ, interrogo corpus Chriſti, membra Chriſti, tẽplum Dei. Ergo nõ eſt felicitas habere filios incolumes, filias ornatas, plena cellaria, abundantiã pecorũ, nullã ruinã, non dico parietis ſed nec ſeipſis nullum tumultum & clamorẽ in plateis, ſed quietẽ, pacẽ, abundantiã, copiã rerũ in domibus, in ciuitatibus? Ergo nõ eſt iſta felicitas? Aut debẽt eam iuſti defugere? Aut nõ inuenis domũ iuſti abũdantẽ rebus his omnibus, plenã iſta felicitate? Gen. 12.a. & 13.b Non erat domus Abrahæ abundãs auro, argẽto, filiis, familia, pecoribus? Nõnne Iacob ſanctus patriarcha Geneſ. 31.b fugiẽs à facie Eſau fratris ſui in Meſopotamiã ſeruiens, ditatus egreſſus eſt, & egit gratias Domino Deo ſuo, quia in virga ſua tranſiit fluuiũ, & egreſſus eſt cum tanta abundãtia pecorũ atque filiorũ? Quid dicimus? Non eſt iſta felicitas? Sit licet, ſed ſiniſtra. Quid eſt ſiniſtra? Temporalis, mortalis, corporalis. Nolo illã iam diffugias, ſed neque dexterã putes. Non enim iſti ideo maligni, ideo vani, quia his abundabant: ſed quia id quod ſiniſtrũ eſſe debuit, in dextera ponebãt. Ideo & dextera eorũ dextera iniquitatis, ideo os eorũ locutũ eſt vanitatẽ: quia hoc in dextera poſuerunt, quod in ſiniſtra habere debuerunt. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Pſal. 101. d Deũ, æternitatẽ, annos Dei non deficientes, de quibus dicitur, Et anni tui nõ deficiẽt. Ibi dextera, ibi eſſe debet deſideriũ noſtrũ. Pſal. 61. b Siniſtra vtamur ad tẽpus, dexterã deſideremus in æternũ. Diuitiæ ſi affluãt, ne apponatis cor. Si enim diuitiis fluctibus cor appoſueritis, quod ſiniſtrũ eſt, dextrũ facietis. Corrigite vos agnoſcite ſapientiã amplectentẽ vos: Cant. 2.b cui dictũ eſt, Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera eius cõplectetur me. Videte amatoria ſancta cantica, videte Cantica canticorũ, nuptiarũ celeſtiũ, Chriſti & Eccleſiæ. Quid dicit ſponſa de ſponſo? Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Siniſtra ſub capite, dextera ſuper caput. Amplectentis enim deſuper brachiũ ſuper caput, ſiniſtra autẽ ſubter caput. Siniſtra, inquit, eius ſub capite meo. Non enim me deſeret, & in tẽporalibꝰ neceſſariis: ſed tamẽ ipſa ſiniſtra ſub capite erit. Non capiti præponetur, ſed ſub capite erit: vt dextera eius cõplectatur me, pollicens vitã æternam. Ita enim ſiniſtra ſub capite, ſi dextera ſuper caput: impletur 1 Tim. 4 c quę quod ad Timotheũ ſcriptũ eſt, Promiſſionẽ habẽs vitæ præſentis & futuræ. Promiſſionẽ, inquit, habens vitæ præſentis & futurę. Quid in pręſenti? Siniſtra ſub capite. Quid in futuro? Dextera eius cõplectetur me. Math. 6.d Tẽpori neceſſaria quæritis? Quærite primùm regnum Dei, id eſt, dexterã, & hæc oĩa apponentur vobis. Habebitis hic, inquit, & diuitias & gloriã, & in futuro ſeculo vitã æternam: & ſiniſtra continebo infirmitatem Math. 19.d veſtram, & dextera coronabo perfectionẽ veſtrã. An fortè Apoſtoli relinquẽtes omnia ſua, aut pauperibus quod habebant diſtribuẽtes, ſine diuitiis in hoc ſeculo remanſerũt? Et vbi eſt illa promiſſio ſiniſtræ, Accipiẽt in hoc ſeculo ſepties tantum? Multiplicationẽ promiſit. Et reuera quid deſit homini Dei? Si quis fortè infidelis eſt, vnã domũ aut paucas habet: fidelis hominis totus mundus plenus diuitiarũ eſt. Vide ſiniſtram eius plenã ſub capite: accipiet in hoc ſeculo ſepties tantum. Hieronymus in prologis Bibliorum. cap. 8 Vide dexterã cõplectẽtẽ, & in futuro ſeculo vitã æternã. Meritò & alio loco de ipſa ſapiẽtia dicitur, Prouerb. 3.c In dextera eius anni vitæ, & in ſiniſtra eius diuitiæ & honor. Vnde ergo iſti vaniloqui? Quare vanitatẽ locutũ eſt os eorũ? Quia dextera eorũ dextera iniquitatis. Nõ ergo eos arguo, quia filij eorũ velut nouellæ conſtabilitæ à iuuentute ſua, nec quia filiæ eorũ ornatæ ſicut ſimilitudo tẽpli, nec quia cætera abundantia & pax terrena aderat eis. Sed quare arguo? Beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt.) O loquentes homines vanitatẽ! Beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt. Perdiderũt veram dexteram maligni, peruerſi: beneficia Dei vniuerſi ſe veſtierunt. O maligni, ô vaniloqui, ô filij alieni! Beatũ dixerunt populũ cui hæc ſunt. Quod ad ſiniſtrã erat, ad dexterã poſuerunt. Beatũ dixerunt populum cui hæc ſunt. Quid tu Dauid? Quid tu corpus Chriſti? Quid vos mẽbra Chriſti? Quid vos non filij alieni, ſed Dei? Quoniam vaniloqui filij alieni, beatũ dixerunt populũ cui hæc ſunt. Vos quid dicitis? Beatus populus cuius Dominus Deus ipſius.) Habete ergo ſiniſtrã: ſed in ſiniſtra deſiderate dexteram, vt ponamini ad dexteram. Ad ſiniſtram enim habuerunt Chriſtum, apud quos eſuriuit, Matt. 25.d & dederunt ei manducare: ſitiuit, potũ dederunt: hoſpes fuit, ſuſceperunt: nudus fuit, veſtierũt. Hoc totum de ſiniſtra abſtulerunt, & ad dexterę opera trãſtulerunt, vt ad dexterã ponerentur. Dixerunt ergo vaniloqui filij alieni beatũ populũ cui hæc ſunt: vos dicite nobiſcũ, Beatus populus cuius Dominus Deus ipſius.

IN PSALMVM CXLIIII. PRÆFATIO.

LAVDARE vobiſcum Dominum deſiderauimus: & quoniam hoc cõcedere dignatus eſt, vt laus quã illi dicimus habeat ordinem ſuum, ne fortè aliquo exceſſu quem laudat offendat, melius iter laudis in Scriptura Dei quærimus, ne ab ipſa via, nec in dexterã nec in ſiniſtram digrediamur. Audeo enim dicere charitati veſtræ: vt bene ab homine laudetur Deus, laudauit ſe ipſe Deus. Et quia dignatus eſt laudare ſe, ideo inuenit homo quemamodũ laudet eum. Neque enim hoc poteſt dici Deo quod dictum eſt homini, Non te laudet os tuum. Prou. 27.a Vt enim ſe homo laudet, arrogantia eſt: vt Deus ſe laudet, miſericordia eſt. Prodeſt amare quẽ laudamus: bonum amando, nos meliores efficimur. Itaque quoniam hoc nobis prodeſſe nouit vt amemus eum, laudando ſe amabilem ſe facit: etenim in eo vobis conſulit, quia ſe amabilem facit. Exhortatur ergo cor noſtrũ in laudem ſuam: & ſpiritu ſuo impleuit ſeruos ſuos vt laudarent eum. Et quoniam ſpiritus eius in ſeruis ſuis laudat eum, quid aliud quam ipſe laudat?

Expoſitio Pſalmi.

Aleph א EXaltabo te Deus meus rex meus, & benedicã nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.) Videtis inchoatam eſſe laudem Dei, & vſque in finem Pſalmi laus ipſa perducitur. Denique titulus Pſalmi Rom. 1.a eſt, Laus ipſi Dauid.) Et quoniam dictus eſt Dauid qui venit ad nos ex ſemine Dauid, ipſe autẽ rex noſter eſt, regens nos, & introducẽs nos in regnum ſuum: intelligitur laus ipſi Dauid, laus ipſi Chriſto. Chriſtus autẽ ſecundum carnẽ Dauid, quia filius Dauid: ſecundum diuinitatem autẽ creator Dauid, & Dominus Dauid. Denique & Apoſtolus cùm honoraret primũ populũ Dei, vnde & Apoſtoli ipſi crediderunt, & multæ Eccleſiæ primæ factæ ſunt, facientes in multis hominum milibus quod modò ex Euãgelio diues vnus audiuit, & triſtis abſceſſit, id eſt, vendentes omnia quæ habebant, & diſtribuentes pauperibus, & perfectionem in Domino requirentes: cùm ergo laudaret ipſum populum

Rom. 9.a lum primũ, ſic ait: Quorũ patres & ex quibus Chriſtus ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Quia itaque ex ipſis Chriſtus ſecũdum carnẽ ideo Dauid. Quia verò ipſe eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula: ideo, exaltabo te Dñe Deus meus rex meus, & benedicã, inquit, nõmen tuũ in ſeculũ, & in ſeculũ ſeculi. Fortè in ſeculũ, hic: in ſeculũ autem ſeculi, in æternũ. Modò ergo incipe laudare, ſi in æternũ laudaturus es. Qui laudare non vult in tranſitu huius ſeculi, obmuteſcet cùm venerit ſeculũ ſeculi. Proinde ſequentibus verſibus propè hoc dixit. Ne quis etiam aliter intelligeret quod ait, Laudabo nomẽ tuum in ſeculum: & quæreret aliud ſeculũ quando laudaret: Beth. ב Per ſingulos inquit, dies benedicam te.) Lauda ergo & benedic Dominũ Deũ tuũ per ſingulos dies: vt cùm finiti fuerint ſinguli dies, & venerit ſine fine vnus dies, eas ex laudibus in laudẽ, ſicut ex virtutibus in virtutẽ. Per ſingulos, inquit, dies benedicam te: non tranſiet dies quo te nõ benedicã. Nec mirũ eſt, ſi leto die tuo, benedicis Deũ tuũ. Quid ſi fortè illuxerit aliquis triſtis dies ſicut ſe habent humanæ res, ſicut eſt abundantia ſcandalorum, ſicut eſt multiplicatio tentationum? Quid ſi ergo aliquid accidat triſte homini, deſines laudare Deũ? deſines benedicere creatorẽ tuũ? Si deſinis, mentitus es dicendo, Per ſingulos dies benedicã te Domine. Si autẽ non deſinis, & ſi tibi videtur in die triſti malè, erit tibi in Deo tuo bene. Eſt enim & quando malè eſt tibi, vbi bene tibi ſit. Si enim in aliquo malo malè eſt tibi, proculdubiò in aliquo bono bene tibi erit. Et Lucæ 18.d quid tam bonũ quàm Deus tuus: de quo dictũ eſt, Nemo bonus niſi vnus Deus? Nam quã ſit ſecura iſta laudatio, & quã ſit ſecurũ hoc bene, intellige de ipſo bono. Nã ſi gaudes de bono quod tibi accidit per diem, fortaſſe tranſit alio die bonũ hoc vnde gaudes. Bene fuit mihi, bonum diem duxi: quia fortè lucra venerũt aut inuitatus es, aut in epulis diu fuiſti. Gaudes, quia in epulis diu fuiſti: alter dolet, quia non erubuiſti. Veruntamen de quocũq; tali bono gaudeas, certè tranſitoriũ Pſal. 36. eſt. Si autẽ gaudeas in Domino Deo tuo, audies dicẽtem Scripturã, Delectare in Domino. Tanto firmius gaudebis quãto eſt ille certior in quo gaudebis. Si enĩ gaudes de numo times furem. Si autẽ gaudes de Deo, quid times? Ne tibi quiſquã auferat Deum? Deũ nemo tibi auferet, ſi tu eũ non dimiſeris. Nõ enĩ ſic eſt Deus, quomodo lux iſta de cælo fulgens. Non quãdo volumus ad eã accedimus, quia nõ in omni loco lucet. Per infirmitatẽ noſtrã fortè fit, vt hyeme nos delectet eſſe in ipſa luce. Nunc autẽ per ęſtatem videtis, quia magis eum locũ quæſiuimus, vt in ipſa luce non ſtaremus. In Deo autẽ tuo quãdo ſtas, & in lumine eius veritatis de- Pſal. 33.a lectaris, non quæris locũ quò ad eũ accedas: ſed conſcientia accedit, & cõſcientia recedit. Quod dictũ eſt, Accedite ad eum, & illuminamini: animo dictum eſt, non vehiculo. Affectibus dictum eſt, non pedibus. Et cùm in eo ſtabis, æſtus nõ patieris. Spiritus enim ſpirabit tibi, & ſub alis eius ſperabis. Vides enim habere te quomodo delecteris per ſingulos dies. Nõ enim te dimittet Deus tuus, etiã ſi aliquid triſte acciderit. Quàm enim triſte erat quod ſancto viro Iob acciderat, quã repẽtè, quã multa mala, quẽadmodũ oĩa de quibus gaudere putabatur, nõ de quibus gaudebat, diabolo tẽtante ſubtracta ſunt, quẽadmodũ & filij mortui ſunt? Periit quod ſeruabatur, perierunt quibus ſeruabatur, nec tamen periit qui & illud & illos dedit. Quin & ipſi filij præſenti ſeculo perierunt, agnoſcendi & recipiendi in futuro. Ille tamen vir habens aliud vnde gauderet, in quo verum erat quod modò commemorauimus, Per ſingulos dies benedicam te: nũquid quia ille dies quo totum perierat triſtis illuxit, ideo lux interior in corde defecit? Stetit quippe in luce, & ait: Iob. 1.d Dominus dedit, Dñs abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factũ eſt, ſit nomẽ Domini benedictũ. Ergo per ſingulos dies laudauit, qui etiã in die tam triſti laudauit. Breue magiſteriũ eſt vt ſemper laudes Deũ veroq; corde, nõ falſo dicas, Benedicã Dñm in omni tẽpore, ſemper laus eiꝰ in ore meo. Breue magiſteriũ eſt ſcilicet vt noueris eũ miſericorditer dare cũ dat, miſericorditer auferre cũ tollit nec te credas à miſericordia eiꝰ derelinqui, qui tibi aut blanditur dãdo ne deficias, aut corripit exultantem ne pereas. Siue ergo in eius donis, ſiue in eiꝰ flagellis, lauda eum. Laus flagellãtis, medicina eſt vulneris. Per ſingulos, inquit, dies benedicam te. Prorſus per ſingulos, dies, fratres, benedicite: omnino quicquid acciderit, benedicite Deũ. Etenim ne accidat aliquid quod ferre nõ poteſtis, ipſe facit. Ideo cũ timore debes eſſe quando tibi bene eſt, neq; te ad hoc parare, quaſi nunquam tẽteris. Si enim nunquã tẽtaris, nunquã probaris. Nõne melius eſt tẽtari & probari, quã non tentatũ reprobari? Gimel. ג Et laudabo nomẽ tuũ in ſeculũ, & in ſeculũ ſeculi. Magnus Dñs & laudabilis valde.) Quantum dicturus erat? Quæ verba quæſiturus? Quantã conceptionẽ cõcluſit in vno valde? Cogita quantũ vis. Quando autem poteſt cogitari qui capi non poteſt? Laudabilis eſt valde? Et magnitudinis eius nõ eſt finis.) Ideo dixit valde quia magnitudinis eius non eſt finis: ne fortè incipias velle laudare, & putes te laudando poſſe finire, cuius magnitudo finẽ nõ poteſt habere. Noli ergo te putare eũ, cuiꝰ magnitudinis finis nõ eſt, ſufficiẽter poſſe laudare. Nõne ergo melius eſt vt quomodo ipſe nõ finitur, nec laus ipſius finiatur? Illius magnitudo ſine fine eſt, & tua laudatio ſine fine ſit. De magnitudine eius quid dictum eſt? Magnitudinis eius nõ eſt finis. De tua laude quid? Laudabo nomen tuũ in ſeculũ, & in ſeculum ſeculi. Ergo ſicut eius magnitudinis non eſt finis, tuæ laudis non erit finis. Nõ enim cùm mortuus fueris Pſal. 113. d in hac carne, deſines laudare Dñm. Dictũ eſt quidem, Eccl. 17.d Non mortui laudabunt te Dñe: ſed illi de quibus dicitur, A mortuo velut qui non ſit, perit cõfeſſio: non illi de quibus dixit, Qui credit in me, licet moriatur viuet Ioan. 11.d quia Deus Abrahã & Deus Iſaac & Iacob, nõ eſt Deus mortuorũ, ſed viuorũ. Si enim nunquã niſi ipſius eris, nunquã à laude ipſius tacebis. Timere poteris, ne dum hic viuis ipſius ſis: & cùm mortuus fueris, nõ ipſius ſis. Audi Apoſtolum promittentẽ tibi ſecuritatẽ, Rom. 14.b ſiue viuimus Domino viuimus, ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus ſiue morimur, Domini ſumꝰ. Et vnde factum eſt vt eius ſis & mortuus? Quia pretio ſui ſanguinis te redemit & mortuus. Quomodo perdit ſeruum mortuũ, cuius mors eſt pretiũ tuũ? Ideo cùm Ibidem. dixiſſet, Siue viuimus ſiue morimur, Domini ſumus, vt oſtenderet ſuũ pretium. Ad hoc enim, inquit, Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorũ dominetur. Veruntamen quia magnitudinis eius non eſt finis, & eum quem non capimus laudare debemus: ſi enim capimus, magnitudinis eius eſt finis: ſi autẽ magnitudinis eius nõ eſt finis, capere ex eo aliquid poſſumus, Deũ tamen totum capere non poſſumus: tanquam deficientes in eius magnitudine, vt reficiamur eius bonitate, ad opera reſpiciamus, & de operibus laudemus operantem, de conditis conditorẽ, de creatura creatorem. Videamus quæ hic fecerit, quæ nobis nota ſunt, quæ nobis manifeſta ſunt. Illius enim immenſa bonitas & interminabilis magnitudo, quanta alia fecit quæ nos non nouimus? Quandoquidem aciem oculorum noſtrorũ vſque ad cælum extẽdimus, & à ſole & à luna & à ſtellis rurſus reuocamus ad ter-

ram:& hoc totū ſpatiū eſt vbi vagatur acies noſtra.Vl-
tra cælos quis extendat vel aciē mētis,nō dicā carnis? A
Ergo quantū nota ſunt nobis opera eius,laudemus eū
Rom.1.c per opera eius.Inuiſibilia enī eius à cōſtitutione mun-
di,per ea quę facta ſunt intellecta cōſpiciuntur.Gene-
Daleth. ratio & generatio laudabit opera tua.)Omnis genera-
ד tio laudabit opera tua.Fortè enim oīs generatio dicta
eſt, generatio & generatio. Non enim tādiu dicturus
erat generatio & generatio , quādiu finiret numerum
omniū generationū:ſed repetitio loquētis , in infinitū
miſit animū cogitantis. Ecce iſta generatio quæ nunc
in carne eſt , tranſitura hinc ſicut venit , laudat opera
Dei:& illa cui ſuccedenti cedit,laudabit vtique opera
Dei,& poſt illā erit alia.Et vſque in finem ſeculi quàm
multæ generationes? Hoc ſignificans ait,generatio &
generatio laudabit opera tua. An fortè duas quaſdam
generationes inſinuare voluit iſta repetione?Sumus
enim in iſta generatione filij Dei, erimus in alia gene-
ratione filij reſurrectionis. Appellauit Scriptura filios B
reſurrectionis,ipſam reſurrectionē regenerationē vo-
Matt.19.d cauit.In regeneratione,inquit, cū ſederit filius homi-
Matt.22.c nis in maieſtate ſua. Itē in alio loco: Nō enim nubent
neque vxores ducent,cū ſint filij reſurrectionis. Ergo
generatio & generatio laudabit opera tua. Laudamus
nunc opera Domini,cum in hac mortalitate viuimus.
Et ſi laudamus cōpediti,quomodo laudabimus coro-
nati? Ergo hęc nūc attendamus in hac generatione o-
pera Domini,in cuius laude dicitur,Generatio & ge-
neratio laudabit opera tua, quoniā magnitudinis tuæ
non eſt finis. Opera tua intueri licet, vt tu lauderis qui
talia operaris. Et virtutem tuā annunciabunt.)Neque
enim opera tua laudabunt, niſi vt virtutē tuā annun-
cient.Proponuntur laudes pueris in ſchola , & omnia
talia proponūtur quæ laudentur, quorū Deus eſt ope-
rator.Proponitur homini laus ſolis,laus cæli, laus ter-
ræ,vt ad minora veniā,etiā laus roſę,laus lauri.Omnia
iſta opera Dei ſunt.Proponuntur,ſuſcipiūtur,laudan- C
tur:opera celebrātur,de operatore tacetur. Ergo in o-
peribus volo laudare creatorē, ingratū non amo lau-
datorē.Laudas quicquid fecit, taces de illo qui fecit?
Quaſi verò niſi ille tantus eſſet, inuenires quod lauda-
res.In eo ꝙ vides,quid ibi laudatur?Species,vtilitas,a-
liqua virtus,aliqua potētia rerū iſtarū. Si pulchritudo
te delectat,quid pulchrius faciēte?Si vtilitas laudatur,
quid illo vtilius qui fecit omnia? Si virtus laudatur,
quid illo potentius à quo facta ſunt omnia, à quo etiā
facta nō dimittuntur,ſed reguntur & gubernātur om-
nia?Non ergo quēadmodum quidā eloquentes muti,
laudantes creaturā,obliuiſcentes creatorē: non ſic te
laudat generatio & generatio in ſeruis tuis, cùm lau-
dat opera tua.Sed quomodo laudat? Et virtutem tuā
annunciabunt.In laudandis operibus tuis, virtutē tuā
annunciabunt. Laudatores iſti, ſancti & boni, fideles,
veri laudatores, nō ingrati gratiæ cū laudāt opera Dei D
hæc atque illa,ſumma & ima, cæleſtia & tereſtria, in-
ter ipſa opera Dei quæ laudant, & ſeipſos inueniunt,
quia in operibus Dei & ipſi ſunt. Qui enim fecit om-
nia,ipſe nos fecit inter omnia.Proinde ſi laudes opera
Dei,& te laudaturus es:quia & tu opus Dei es. Vbi eſt
Prou.27.a ergo,Non te laudet os tuū? Ecce inuentū eſt quomo-
do & te laudare poſſis,& arrogās nō ſis. Deū in te lau-
da,nō te:non quia tu es talis, ſed quia ille fecit te: non
quia tu aliquid potes,ſed quia poteſt ille in te & per te:
ac per hoc laudabūt te, & virtutē tuam annūciabunt,
non ſuam,ſed tuā.Diſcite ergo laudare. Intuētes ope-
ra, miramini artificem:gratias agendo,nō arrogando.
Laudate quia ipſe fecit,quia ſic cōſtituit,quia talia do-
nauit. Denique vide quæ ſequuntur:Virtutem,inquit,
tuam annunciabunt,Et magnificentiam glorię ſancti- He. ה
tatis tuæ loquentur,& mirabilia tua narrabunt,Et vir- Vau. ו
tutem metuendorum tuorū dicent, & magnitudinem
tuam enarrabunt.)Memoriā abundātiæ ſuauitatis tuæ
eructabunt.Non niſi tuam.Iſte operum conſiderator,
vide ſi deflexus eſt ab operāte ad opus: vide ſi decidit
ab eo qui fecit, ad ea quæ fecit. Ab his quæ facta ſunt
gradum ſibi fecit ad eum, non ab illo ad iſta caſum.Si
enim amaueris hæc plus quàm illum, nō habebis illū.
Et quid tibi prodeſt abundare operibus,ſi te deſerit o-
perator?Certè ama & hæc:ſed plus illum ama, & hæc
propter illum ama.Annuncia virtutem eius, magnifi-
centiam gloriæ ſanctitatis eius loquere, mirabilia eius
enarra,virtutem metuendorū, dic. Iſte enim amabilis
eſt & terribilis.Non enim blanditur & nō minatur. Si
non blandiretur,nulla eſſet exhortatio: ſi nō minare-
tur,nulla eſſet correctio.Dicēt ergo laudatores tui, &
virtutem metuendorum :virtutē creaturæ tuæ puniē-
tis,& diſciplinā dantis dicent non tacebunt. Nō enim
prædicabunt regnum tuum æternū, & tacebunt ignē
æternum. Laus enim Dei in via te conſtituens, oſten-
dere tibi debet & quid diligas,& quid timeas, & quid
appetas,& quid fugias,& quid eligas, & quid reiicias.
Tempus electionis nūc eſt,acceptionis poſtea erit.Di-
catur ergo virtus metuendorum.Et magnitudinē, in-
quit,tuam:enarrabūt eam. Sic infinitam, ſic quemad-
modum magnitudinis tuæ non eſt finis:non de illa ta-
cebunt.Illam,inquam, magnitudinē tuam de qua ſu-
periùs dixerat, & magnitudinis non eſt finis: enarra-
bunt eam.Quomodo enarrabunt eam ſi finis non eſt?
Enarrabunt eam, cùm laudabunt eam. Et quia finis
eius non eſt, ſic & laudis eius non erit finis. Probemur
quia non erit finis laudis eius.Beati,inquit,qui habitāt Pſalm.83.b
in domo tua,in ſecula ſeculorum laudabunt te.Et ma-
gnitudinem tuam illam, illam infinitam, enarrabunt
eam.Memoriam abundātiæ ſuauitatis tuæ eructabūt.) Zain. ז
O epulas felices! Quid manducabunt qui ſic eructa-
bunt?Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ.Quid eſt,
memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ?Quia nos obli-
tus non es, cùm nos obliti te fueramus. Omnis enim
caro oblita erat Deū, ille tamen opera ſua nō eſt obli-
tus.Hæc memoria eius ſuper nos, quia nō nos oblitus
eſt,prædicanda eſt, enarranda eſt:& quia valde dulcis
eſt,māducanda & eructanda eſt. Sic manduca vt eru-
ctes,ſic accipe vt des.Māducas cùm diſcis, eructas cū
doces:manducas cùm audis,eructas cū prædicas:hoc
tamen eructas quod māducaſti. Denique ille auidiſſi-
mus epulator Ioannes Apoſtolus, cui non ſufficiebat Ioan.13.c
ipſa menſa Domini, niſi diſcūberet ſuper pectus Do-
mini,& de arcano eiꝰ biberet diuina ſecreta, quid eru-
ctauit?In principio erat verbum,& verbum erat apud Ioan.1.a
Deum.Memoriā ergo abundantiæ ſuauitatis tuæ eru-
ctabunt.Quomodo non ſufficit memoriam tuam, nec
memoriam abundantiæ tuæ, vel memoriam ſuauita-
tis tuæ, ſed memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ?
Etenim quid prodeſt ſi abundet & inſuaue eſt? Item
moleſtū,ſi ſuaue & paruum eſt. Ergo memoriā abun-
dantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt,quia nō es tu oblitus
noſtri:& nō oblitus cōmonuiſti nos,vt & nos reducas
in memoriam.Commemorabuntur enim & conuer- Pſal.21.d
tentur ad Dominū vniuerſi fines terræ.Quia ergo me-
moriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, intel-
ligentes in ſe nihil boni eſſe quod à te non ſit, nec po-
tuiſſe conuerti ad te,niſi cōmonerentur abs te: nec re-
duci potuiſſe in memoriam tui ſi tu obliuiſcereris illo-
rū:Hæc conſiderātes in gratia tua,Et iuſtitia tua exul-
tabūt.)Hæc,inquā,in tua gratia conſiderātes, exulta-
bunt iuſtitia tua,nō ſua.Fratres, ſi vultis eructare gra-
tiam,

tiam,bibite gratiā.Quid eſt,bibite gratiā?Diſcite gra-
tiam,intelligite gratiā.Nos antequā eſſemus,omnino A
nō eramus:& facti ſumus homines, cū ante nihil eſſe-
Epheſ.2.a mus.Deinde iam ipſi homines ex traduce illius pecca-
toris & maligni eramus,& filij iræ natura, ſicut & cæ-
teri.Attēdamus ergo gratiā Dei,nō ſolū qua fecit nos
verūetiā qua refecit.Cui ergo debemus, quia ſumus:
illi debemus,quia & iuſtificati ſumus.Nemo quaſi tri-
buat Deo,quia eſt:&ſibi tribuat,quia iuſtus eſt.Melius
eſt enim quod tibi vis tribuere, quàm ꝙ illi.Melius eſt
enim aliquid eſſe quia iuſtus es,quā quia homo es. In-
ferius aliquid das Deo,& ſuperius tibi. Totū illi da,in
Gen.2.b toto ipſum lauda:non cadas de manu artificis.Vt eſſes
quis fecit? Nónne ſcriptū eſt, quia ſumpſit Deus limū
de terra,& formauit hominē? Antequam homo eſſes,
limus eras:antequam limus eſſes,nihil eras. Sed nō de
iſto ſolo figmento gratias agas artifici tuo. Audi aliud
eius figmentū vbi te fecit.Non ex operibus,ait,ne for-
ad Titū 3.b tè quis extollatur.Sed quid dixit,Nō ex operibus, ne B
Epheſ.2.b quis extollatur:ſuperiùs quid commemorauit? Gratia
ſalui facti eſtis per fidē: & hoc vt ſalui eſſetis per fidē,
non ex vobis. Apoſtoli verba ſunt, non mea, Gratia
ſalui facti eſtis per fidē:& hoc vt ſalui eſſetis per fidem,
non ex vobis. Quamuis hoc ipſum quod dixerat gra-
tia,vtique non ex vobis: ſed ne quis aliter intelligeret,
planius hoc aperire dignatus eſt.Da intellectorem, &
totū dixit. Gratia ſalui facti eſtis.Vbi audis gratiā gra-
tis intellige.Si ergo gratis,nihil tu attuliſti, nihil merui
ſti.Nam ſi meritis aliquid redditum eſt merces eſt, nō
Rom.10.a gratia. Gratia, inquit, ſalui facti eſtis per fidē.Expone
illud apertius propter arrogātes,propter ſibi placētes,
propter ignorantes Dei iuſtitiā & ſuam volentes con-
ſtituere.Et hoc idē apertius:Et hoc,inquit, quòd gra-
ad Titū 3.b tia ſalui facti eſtis,non ex vobis, ſed Dei donū eſt. Sed
& nos fortè aliquid fecimus,vt dona Dei mereremur.
Nō ex operibus,inquit,ne fortè quis extollatur.Quid
ergo?Nos bene non operamur?Immo operamur. Sed
quomodo?Ipſo in nobis operante: quia per fidē locū C
damus in corde noſtro,ei qui in nobis & per nos bona
Epheſ.2.b operatur.Audi enim vnde opereris bona: Ipſius enim
ſumus figmentū,creati in Chriſto Ieſu in operibus bo-
nis,vt in illis ambulemus.Iſta eſt ſuauitas abundās me-
moriæ ipſius circa nos. Hanc ructando prædicatores
eius,iuſtitia eius exultabūt,nō ſua. Quid ergo vt ſimus
& laudemus, vt iuſtitia tua exultemus, & memoriam
abundantiæ ſuauitatis tuæ eructemus? Quid ergo nos
feciſti Dñe, quē laudamus?Dicamus,& cùm dicimus
Heth. laudemus:Miſericors & miſerator Dñs,longanimis &
ח multum miſericors.)Suauis Deus omnibus,& miſera-
tiones eius in oīa opera eius.Niſi ille talis eſſet, de no-
bis repetitio nulla eſſet.Attende ad teipſum,quid me-
rebaris peccator?Contemptor Dei, quid merebaris?
Vide ſi occurrit tibi niſi pœna, ſi occurrit tibi niſi ſup-
pliciū.Vides ergo quid tibi debebatur, & quid dede- D
rit qui gratis dedit.Data eſt venia peccatori, datus eſt
ſpiritus iuſtificationis, data eſt charitas & dilectio, in
qua oīa bona facias:& ſuper hæc dabit & vitam æter-
nam,& ſocietatē angelorum.Totum de miſericordia.
Merita tua nuſquā iactes, quia & ipſa tua merita illius
dona ſunt.Et iuſtitia tua exultabunt.Miſericors & mi-
ſerator Dominus, qui feciſti omnia gratis. Longani-
mis.Quantos enim ſuſtinet peccatores? Miſericors &
miſerator Dominus,in his quibus veniam dedit:in his
quibus non dedit adhuc,longanimis, non dānans ſed
Malach.3.b expectans,ipſa expectatione clamans, Conuertimini
ad me, & conuertar ad vos. Et nimia longanimitate,
Ezech.33.a Nolo,inquit,mortem impij, tantū vt reuertatur & vi-
uat.Ille quidē longanimis.Tu autē ſecundū diuritiam
cordis tui & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in
die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei,qui reddet vni- Rom.2.a
cuique ſecundū opera ſua.Non enim modò ſic longa-
nimis in ſuſtinendo,vt nunquàm iuſtus in vindicando
Diſtribuit tempora.Vocat te nunc,exhortatur te nūc:
expectat donec reſipiſcas,& tu tardas?Magna eius mi-
ſericordia, & in hoc quod diē vitæ tibi incertū fecit,
vt neſcias quādo hinc emigrabis:& cùm quotidie ſpe-
ras te migrare,aliquando cōuertaris.Et in hoc magna
eius miſericordia.Cæterū ſi ſtatuiſſet diem, omnibus
faceret abūdare peccata de ſecuritate.Dedit ergo ſpē
veniæ,ne deſperādo amplius pecces: & ſpes & deſpe-
ratio timēda eſt in peccatis. Videte vocē deſperantis
ad augēda peccata,& videte vocē ſperantis ad augen-
da peccata:& quomodo vtriq; voci occurrit prouidē-
tia & miſericordia Dei. Audi vocē deſperantis: Iam,
inquit,damnādus ſum quare nō facio quicquid volo?
Audi & vocē ſperantis: Miſericordia Domini magna
eſt,quando me cōuertero dimittet mihi omnia.Quare
nō facio quicquid volo?Deſperat vt peccet, ſperat vt
peccet. Vtrunque metuendū eſt, vtrunque periculo-
ſum.Væ à deſperatione,væ à peruerſa ſpe. Vtriq; huic
periculo & vtriq; malo quomodo occurrit miſericor-
dia Dei?Quid dicis tu qui deſperādo volebas peccare?
Iā dānandus ſum,quare nō facio quicquid volo?Audi
Scripturā: Nolo mortē impij,tantum vt reuertatur &
viuat.Hac voce Dei reducitur in ſpē: ſed timendus eſt Ezec.33.a
alius laqueus,ne ipſa ſpe amplius peccet.Quid ergo &
tu dicebas,qui ſpe magis peccas?Quando me conuer-
tero,omnia mihi Deus dimittet,faciā quicquid volo.
Audi & tu Scripturā: Nō tardes cōuerti ad Dominū, Eccleſ.5.b
neq; differas de die in diē:ſubitò enim veniet ira illius,
& in tempore vindictæ diſperdet te. Noli ergo dice-
re:Cras me conuertam, cras Deo placebo: & omnia Eccl.15.a
hodierna & heſterna dimittūtur mihi.Verum quidem
dicis,quia Deus conuerſioni tuæ indulgētiam promi-
ſit,ſed dilationi tuæ diem craſtinū non promiſit. Sua- Teth. ט
uis Dominus omnibus,& miſerationes eius in omnia
opera eius.)Quare ergo damnat? Quare flagellat? An
quos damnat, an quos flagellat, non ſunt opera eius?
Planè opera eius.Et vis noſſe quia ſuper omnia opera
eius miſerationes eius? Inde eſt illa longanimitas, qua
facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos. Nónne Matth.5.g
miſerationes eius in omnia opera eius, qui pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos? Nónne miſerationes eius in omnia
opera eius?Longanimis expectat peccatorem dicens:
Conuertimini ad me,& conuertar ad vos.Nónne mi- Malach.3.b
ſerationes eius in omnia opera eius? Et cùm dicit, Ite Matt.25.d
in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis
eius:hic nō miſeratio eius,ſed & ſeueritas eius.Miſera-
tio eius reddita eſt operibus eius:ſeueritas eius eſt non
in opera ſua,ſed in opera tua.Deniq; ſi tollas opera tua
mala,& nō in te remaneāt niſi opera eius, nō te dimit-
tet miſeratio eius: ſi autem tu non dimittis opera tua,
erit ſeueritas eius in opera tua,non in opera ſua.Cō- Iod. י
fiteantur tibi Domine omnia opera tua, & ſancti
tui benedicant te.) Omnia opera tua confiteantur
tibi. Quid enim? Terra non eſt opus eius? Ligna
non ſunt opera eius? Pecora, beſtiæ, piſces, volatilia
non ſunt opera eius? Planè & hæc opera eius. Et
quomodo ei confitebuntur & hæc? Video quidem
in angelis confiteri illi opera eius: etenim opera eius
ſunt angeli. Et homines opera eius ſunt: & cùm con-
fitentur illi homines, opera eius illi confitentur.Nun-
quid ligna & lapides vocem habent cōfeſſionis?Pror-
ſus cōfiteantur ei omnia opera eius.Quid dicis?Et ter-
ra & ligna omnia opera eius.Si omnia laudant, cur nō
omnia confitentur? Confeſſio enim non peccatorum

tantũ dicitur,ſed & laudis:ne fortè vbicunque auditis
confeſſionẽ, putetis iam non eſſe niſi peccati. Vſque-
adeò enĩ hoc putatur,vt quãdo ſonuerit de diuinis elo
quiis,cõtinuò ſit cõſuetudo pectora tũdere. Audi quia
eſt & laudis confeſſio. Nunquid Dñs Ieſus Chriſtus
Matth.11.d habebat peccatum?Et tamen ait,Confiteor tibi pater
Domine cæli & terræ.Cõfeſſio eſt ergo in laude.Pro-
inde quid accipiendũ, Confiteantur tibi Domine oĩa
opera tua?Laudent te oĩa opera tua. Sed talis quæſtio
redit ad laudẽ,qualis erat in confeſſione.Si enim pro-
pterea confiteri non poterunt terra, ligna & quæque
inſenſata,quia vocẽ non habent confitendi: ideo nec
laudabunt,quia vocem non habẽt prædicãdi. Nónne
tamen oĩa tres illi pueri enumerãt deambulantes inter
flammas innoxias,quibus ſpatiũ erat, non ſolum non
ardendi,ſed etiã laudandi Deum? Omnibus dicunt à
Daniel. 3.c cæleſtibus vſque ad terrena,benedicite, hymnum di-
cite,ſuperexaltate eũ in ſecula.Ecce quomodo dicunt
hymnũ.Nemo hoc ſentiat, quòd mutus lapis aut mu-
tum animal habet rationẽ intelligẽdi Deum. Hoc qui
putauerunt,multum à veritate aberrauerũt. Deus or-
dinauit oĩa,& fecit omnia. Quibuſdã dedit ſenſum &
intellectũ & immortalitatẽ,ſicut angelis: quibuſdam
dedit ſenſum & intellectũ cũ mortalitate, ſicut homi-
nibus:quibuſdã dedit ſenſum corporis,nec intellectũ,
nec immortalitatẽ,ſicut pecoribus:quibuſdã verò nec
ſenſum,nec intellectũ,nec immortalitatẽ, ſicut herbis
lignis,lapidibus,tamen & ipſa in genere ſuo deeſſe nõ
poſſunt, & gradibus quibuſdam ordinauit & ornauit
creaturã,à terra vſque ad cælũ, à viſibilibus ad inuiſi-
bilia,à mortalibus ad immortalia.Iſta contextio crea-
turę,iſta ordinatiſſima pulchritudo,ab imis ad ſumma
cõſcendẽs,à ſummis ad ima deſcendẽs, nuſquã inter-
rupta,ſed diſſimilib⁹ tẽperata,tota laudat Deũ. Quare
ergo tota laudat Deũ?Quia cùm eã conſideras & pul-
chrã vides, tu in illa laudas Deũ. Vox quædã eſt mutæ
terræ,ſpecies terræ. Attẽdis eius ſpeciẽ,vides eius fœ-
cunditatẽ,vides eius vires,quomodo cõcipiat ſemen,
quomodo plerũque afferat quod non eſt ſeminatum.
Vides,& cõſideratione tua tanquã interrogas eam: &
ipſa inquiſitio interrogatio eſt. Cùm autẽ inquiſieris
admirans & perſcrutatus fueris, & magnã vim & ma-
gnam pulchritudinẽ, præclaramq́; virtutẽ inueneris,
quoniã apud ſe & à ſe habere hanc virtutẽ non poſſet:
continuò tibi venit in mentẽ quia non potuit à ſe eſſe,
niſi ab illo creatore.Et hoc quod in illa inueniſti, vox
cõfeſſionis ipſius eſt,vt laudes creatorẽ. Nónne cõſi-
derata vniuerſa pulchritudine mũdi huius, tãquã vna
voce tibi ſpecies ipſa reſpondet, non me ego feci, ſed
Deus?Ergo confiteatur tibi Domine oĩa opera tua,&
ſancti tui benedicãt te. Vt in confeſſione operũ tuorũ
ſancti tui te benedicãt ipſi ſancti tui inſpiciãt creaturã
confitentẽ,& illorũ vocem audi benedicentẽ.Etenim
Caph. cùm ſancti tui benedicunt te,quid dicũt? Gloriam re-
כ gni tui dicent,& potentiam tuã loquẽtur.) Quàm po-
tens Deus qui fecit terram,quàm potẽs Deus qui im-
pleuit terram bonis,quàm potẽs Deus qui dedit vitas
ſuas propriis animalibus,quàm potens Deus qui ſemi-
na diuerſa dedit viſceribus terræ, vt germinarẽt tantã
varietatẽ fruticũ & fructuũ, cum tanta ſpecie arborũ:
quàm potẽs Deus,quàm magnus Deus. Tu interroga,
creatura reſpondet, & de reſponſione tanquam con-
feſſione creaturæ tu ſancte Dei benedices Deum; Et
Lamed. ל potentiam tuam loquentur. Vt notam faciãt filiis ho-
minum potentiam tuam, & gloriã magnitudinis de-
coris regni tui.) Sancti ergo tui commendãt gloriam
magnitudinis decoris regni tui,magnitudinis decoris
gloriam.Eſt quædã magnitudo decoris regni tui; hoc

A eſt,regnum tuum habet decorem & magnũ decorem:
quandoquidem quicquid habet decorem, à te habet
decorem.Ipſum regnum tuum qualẽ decorem habet?
Non nos terreat regnum,habet & decorem quo dele-
ctemur.Etenim quale illud decus eſt? Quo perfruẽtur
ſancti quibus dicetur,Venite benedicti patris mei,per Matt.25.d
cipite regnum Dei. Vnde ibunt?Quò ibũt? Videte fra-
tres,& ſi poteſtis quantum poteſtis cogitate decorem
regni illius quod venturũ eſt:vnde eſt in oratione no-
ſtra,Veniat regnum tuum.Ipſum enim regnum opta- Matth.6.b
mus vt veniat,hoc regnum venturũ ſancti prædicant.
Mundum iſtum attendite,decorem habet.Quẽ deco-
rem habet terra,mare,aër,cælum, ſidera? Omnia hæc
nónne omnẽ conſideratorem terrent? Nõne pulchri-
tudo ipſa ſic eminet, vt quaſi pulchrius nihil inueniri
poſſit? Et hic viuis in iſto decore, iſta pulchritudine
propè iam ineffabili.Hic viuunt tecum & vermiculi &
mures,& oĩa terræ repentia,iſta tecum viuũt in decore
B iſto.Quale decus eſt illius regni,vbi tecum non viuunt
niſi angeli?Ideo parum fuit, vt diceret gloriã decoris.
Potuit enim dici,& gloriam decoris cuiuſlibet ſpeciei
etiam in hoc mundo conſtitutæ, vel de terra viuentis,
vel de cælo fulgentis: ſed magnitudinis decoris regni
tui aliquid cõmendat quod nondũ videmus,quod nõ-
dum viſum credimus,quod creditũ deſideramus,pro-
pter cuius deſiderium omnia ſuſtinemus.Eſt ergo ma-
gnitudo decoris cuiuſdam: ametur antequã videatur,
vt cùm viſa fuerit teneatur. Regnum tuum.)Quod re- Mem. מ
gnum dico? Regnum omniũ ſeculorũ. Nam & regnũ
huius ſeculi habet decorẽ ſuum:ſed non eſt ibi magni-
tudo illa decoris, qualis eſt in regno omniũ ſeculorũ.
Et dominatio tua in omni generatione & generatio-
nẽ.) Hęc eſt illa repetitio,vel omnẽ generationẽ ſigni-
ficans,vel generationẽ illam quæ erit poſt hanc gene- Nun. נ
rationem.Fidelis Dominus in verbis ſuis,& ſanctus in
omnibus operib⁹ ſuis.)Fidelis Dominus in verbis ſuis.
C Quid enim promiſit & non dedit?Fidelis Dominus in
verbis ſuis. Adhuc quædam promiſit & non dedit:
ſed creditur illi ex his quæ dedit. Fidelis Dominus in
verbis ſuis.Poſſumus illi credere tantũmodo dicenti.
Noluit ſibi credi dicenti,ſed voluit teneri Scripturam
ſanctã:quomodo ſi diceres alicui homini cùm aliquid
promitteres,Nõ mihi credis,ecce ego ſcribo tibi. Et-
enĩ quia generatio vadit,& generatio venit,& ſic trãſ-
currunt iſta ſecula cedẽtibus ſuccẽdentibusq́ue mor-
talibus:Scriptura Dei manere debuit, & quoddã chi-
rographũ Dei quod oẽs tranſeuntes legerẽt, & viam
promiſſionis eius tenerẽt. Et quãta ſunt quæ reddidit
ex iſto chirographo? Dubitãt homines credere illi de
reſurrectione mortuorũ & de futuro ſeculo, quod ſo-
lum iam reddendũ reſtat, quando ſi faciat rationẽ cũ
infidelibus,erubeſcũt infideles?Si dicat tibi Deus,chi-
rographũ meũ tenes,iudicium promiſi de redditione
D bonorum & malorũ,regnum ſempiternũ fidelibus, &
non vis?credere? Ibi in chiragrapho meo lege omnia
quæ tibi promiſi,deduc mecum rationẽ:certè vel cõ-
putando quæ reddi potes me credere redditurum eſſe
quod debeo. In ipſo chirographo habes promiſſum
vnicum filium, cui non peperci, ſed pro vobis omni-
bus tradidi eum.Iam computa in redditis,lege chiro- Rom.8.f
graphum.Promiſi ibi, per filium meum pignus Spiri-
tus ſancti me daturum, computa redditum. Promiſi Act.2.c
ibi ſanguinẽ & coronas martyrum glorioſiſſimorum,
computa redditũ: admoneat te maſſa debiti mei. Sed
& hæc gloria martyrũ vt redderetur tibi promiſſa in
chirographo,vbi ſcriptũ eſt, Propter te mortificamur Pſalm.43.d
tota die,vt hoc redderetur,Fremuerũt gẽtes & popu- Pſalm.2.a
li meditati ſunt inania, Aſtiterunt reges terræ,& prin-
cipes

cipes conuenerunt in vnum aduerſus Dominũ, & ad-
uerſus Chriſtum eius. Principes conuenerunt in vnũ,
conſpirantes aduerſus Chriſtianos.Quid?Ipſorũ regũ
fidem, nónne & promiſi in cirographo, & reddidi in
Pſal.71.c effectu?Attende vbi promiſi, Adorabunt eum omnes
reges terræ, omnes gentes ſeruient illi. Ingrate, legis
debitũ,cernis redditũ,non credis promiſſum?Lege a-
Pſal.2.a liud in chirographo meo:Quoniã fremuerunt gentes:
Pſal.40,b Quoniã inimici mei dixeruut mala mihi,hoc eſt Chri-
ſto:Quando morietur & peribit nomẽ eius?Quoniam
hæc omnia fecerũt atque dixerunt, lege quod promi-
Sophon.2. ſi,cui me ſoluẽdo obſtrinxi.Præualebit Dominus ad-
uerſus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terræ,
& adorabunt eũ vnuſquiſque de loco ſuo.Nempe iam
prępualuit,exterminat omnes deos gentiũ terræ.Nón-
ne & hoc facit,& hoc redit?Ante oculos omnium po-
nit ſolutionẽ debitorũ ſuorum.Quædam reddidit ſub
maioribus noſtris,quæ nos nõ vidimus:quædam red-
didit temporibus noſtris,quæ illi non viderũt.Per oẽs
generationes reddidit quæ ſcripta ſunt.Et quid reſtat?
non ei creditur?His omnibus redditis quid reſtat? Ec-
ce feciſti rationẽ,tanta reddidit.Nũquid propter pau-
ca reſidua infidelis eſt factus?Abſit.Quare? Quia fide-
lis Dominus in verbis ſuis,& ſanctus in omnibus ope-
Samech. ס ribus ſuis. Confirmat Dominus oẽs decidentes.) Sed
quos omnes decidentes? Omnes omnino decidentes,
Pſal.5.c ſed modo quodã decidentes. Etenim multi decidunt
ab eo,multi autẽ decidũt à cogitationibus ſuis. Si ha-
bebant malas cogitationes decidunt ab eis, & confir-
mat Dñs omnes decidentes. Qui aliquid amittunt in
iſto ſeculo & ſancti ſunt,veluti exhonorãtur in iſto ſe-
culo,ex diuitibus fiunt pauperes,ex honoratis fiũt ab-
iecti,& tamen ſancti Dei ſunt, tanquã decidẽtes ſunt.
Prou.24.b Sed confirmat Dominus oẽs decidẽtes.Septies enim
cadit iuſtus & reſurgit,impij autem infirmabuntur in
malis.Quando mala accidunt impiis, infirmantur ibi.
Quando mala accidunt iuſtis, cõfirmat Dominus oẽs
decidentes.Deciderat Iob à gloria priſtinæ lucis tem-
poralium rerum,quibus nitebat ad tempus, deciderat
à gloria domus ſuæ. Vultis noſſe quantum deciderat?
In ſtercore ſedebat, & confirmauit Dominus decidẽ-
tem,Quantũ confirmauit? Vt & in ipſo graui vulnere
quo per totũ corpus percuſſus erat reſponderet vxori
tentanti,quã ſolam ſibi diabolus reliquerat adiutricẽ:
Iob.2.c Locuta es tanquã vna ex inſipientibus mulieribus. Si
bona percepimus de manu Domini,mala nõ ſuſtinea-
mus?Quomodo cõfirmauerat decidentẽ? Confirmat
Pſal.36.c Dominus oẽs decidentes.Cũ ceciderit,inquit,iuſtus,
non cõturbabitur, quoniã Dominus confirmat manũ
eius.Et erigit omnes eliſos.)Omnes ad ſe pertinentes.
Ain. ע Nam Deus ſuperbis reſiſtit. Oculi omnium in te ſpe-
rant,& tu das eſcam illis in opportunitate.) Prorſus
tanquã reficiens ægrotum in opportunitate, quando
debet accipere tunc das, & quod debet accipere, hoc
das.Itaque aliquãdo deſideratur ab illo & nõ dat, no-
uit horam dandi qui curat.Quare iſta dico,fratres?Ne
quis quãdo fortè non fuerit exauditus aliquid iuſtum
petens à Deo:nam quãdo iniuſtũ aliquid petit,in pœ-
nam ſuam exauditur: ſed aliquid non iniuſtum petens
ſi fortè non fuerit exauditus,nõ minuatur animo, non
deficiat, expectent oculi eius ad eſcam quã ille dat in
opportunitate.Quando non dat, ideo non dat ne ob-
ſit quod dat.Neque enim aliquid iniuſtum petebat A-
poſtolus,quando rogabat vt auferretur ab eo ſtimulus
carnis,angelus ſatanæ à quo colaphizabatur,& tamen
rogauit & non accepit, quia tempus adhuc erat exer-
cendæ infirmitatis,non eſcæ opportunitatis. Sufficit,
2.Cor.12.c inquit,tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate perfici-

tur.Petiit Iob tẽtandũ diabolus,& accepit. Attendite Iob.1.b
A fratres mei:magnũ myſteriũ diſcendũ, repetendũ, te-
nendum animo,nunquã obliuiſcendũ, propter abun-
dãtiam tentationũ in iſto ſeculo.Quid dicam? Reuera
comparandus Apoſtolus diabolo?Apoſtolus rogat &
non accipit,diabolus petit & accipit. Sed non accepit
Apoſtolus propter perfectionẽ ſuam,accepit diabolus
ad damnationem ſuam. Denique ipſe Iob accepit ſa-
nitatẽ in opportunitate. Dilatus eſt enim vt probare-
tur,& diu ſedit in puluere, & multa dixit: & rogabat
Deum vt auferrẽtur ab eo iſta, & Deus nõ auferebat.
Citius diabolũ exaudiuit ad eum tentandum, quẽ ip-
ſum Iob ad ſanandũ.Diſcite ergo non murmurare ad-
uerſus Deum,& quando non exaudimini: ne deficiat
in vobis quod ſuprà ſcriptũ eſt,Per ſingulos dies bene-
dicam te. Ipſe filius, ipſe vnicus patris vtique venerat
ſoluere quod non debebat, mori in manibus peccato-
rum,ſanguine ſuo delere chirographũ mortis noſtræ.
B Ad hoc venerat: & tamen vt tibi oſtenderet exemplũ Philip.3.d
patiẽtiæ,transfigurauit corpus humilitatis noſtræ cõ-
forme corpori gloriæ ſuæ.Pater, inquit, ſi fieri poteſt, Matth.26.d
trãſeat calix iſte à me.Et vt impleret,quãuis nõ accipe
ret ꝙ petere videbatur, per ſingulos dies benedicã te:
verùm non quod egò volo, ait, ſed quod tu vis pater.
Oculi omniũ in te ſperant: & tu das eſcam illis in op-
portunitate.Aperis tu manũ tuã, & imples omne ani- Pe. פ
mal benedictione.)Etſi non das aliquando,das tamen
in opportunitate:differs,non aufers, & hoc in oppor-
tunitate.Iuſtus Dominus in omnib⁹ viis ſuis.) Et quã- Zade. צ
do cædit & quando curat iuſtus eſt,& apud eũ iniqui-
tas non eſt. Denique omnes ſancti in tribulationibus
cõſtituti,prius iuſtitiã eius laudauerũt, & ſic beneficia
petiuerũt.Prius dixerũt,iuſtũ eſt quod facis. Sic roga- Daniel.3.a d.c.& 9.b.c d.e.
uit Daniel,ſic alij ſancti:Iuſta ſunt iudicia tua,bene paſ
ſi ſum⁹,rectè paſſi ſumus. Nõ dederunt Deo iniuſtitiã
ſuam,non ei dederũt iniquitatẽ & ſapientiam. Lauda-
uerunt primò flagellantem,& ſic ſenſerunt cibantem:
C Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis.Nemo putet illũ
iniuſtum,quando mali aliquid fortè patitur:ſed ipſius
iuſtitiã laudet,& ſuam iniuſtitiã accuſet.Iuſtus eſt Do-
minus in omnibus viis ſuis. Et ſanctus in omnib⁹ ope- Kuph. ק
ribus ſuis.Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus
eum.)Et vbi eſt illud, Erit enim cùm inuocabunt me, Prouer.1.d
& non exaudiã eos?Ergo vide quod ſequitur, Omni-
bus qui inuocãt eum in veritate.)Nam multi eũ inuo-
cant nõ in veritate.Aliud ab illo quærunt, non ipſum
quærunt. Quare amas Deũ? Quia dedit mihi ſanitatẽ
Iſtud manifeſtũ eſt,quia ipſe dedit.Nõ enim ab vllo eſt
vlla ſalus,niſi ab illo.Quia dedit mihi, inquit, vxorem
diuitẽ qui nihil habebã, & ſeruientẽ mihi. Et hoc ipſe
dedit verũ dicis. Dedit,inquit,filios,& multos & bo-
nos,dedit familiã,dedit omnia bona.Ideo amas?Ideo
nihil amplius quæris?Eſto eſuriens, adhuc pulſa ad ia-
D nuã patrisfamiliâs,habet adhuc ꝙ det.In mendicitate
es cũ omnibus his quæ accepiſti,& neſcis. Pannoſam
carnem mortalitatis adhuc portas, ſtolã illam gloriæ
immortalitatis nũquid accepiſti, & quaſi iam ſatiatus
non rogas?Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia Matth.5.b
ipſi ſaturabuntur. Ergo ſi bonus eſt Deus,quia iſta ti-
bi dedit: quanto beatior eris cùm ſeipſum tibi dede-
rit?Deſideraſti tanta ab illo,rogo te deſidera & ipſum.
Neque enim verè dulciora ſunt iſta quàm ille, aut ex
aliqua parte comparãda ſunt illi. Ergo qui Deũ ipſum
à quo accepit de quibus gaudet, præponit his omnib⁹
rebus quas accepit, ipſe inuocat Deũ in veritate.Nam
vt noueritis ſi talibus hominibus proponatur,& dica-
tur,quid ſi iſta omnia de quibus gaudes, velit tibi au-
ferre Deus,iam nõ amabitur:nõ erit qui dicat, Domi-

Iob. 1.d nus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita
factũ est: sit nomen Domini benedictũ. Sed fortè cui A
abstulit, quid dicit? De° quid tibi feci? Quare mihi ab-
stulisti, & illis dedisti? Iniquis das, & tuis tollis. Accusas
Deũ quasi iniustũ, & laudas te quasi iustũ. Conuertere,
accusa te, lauda illũ. Tunc eris rectus, cùm in omnibus
bonis quę facit Deus tibi placet: in omnibus malis quę
pateris, Deus tibi non displicet. Hoc est inuocare Deũ
in veritate. Qui sic inuocãt Dominũ, exaudit eos: pro-
pe est, id est, nondũ dedit quod vis, ibi est tamen. Quo-
modo medicus si fortè aliquid imponat vel oculo vel
visceribus quod vrendo sanet, si roget æger vt tollatur
illi, medicus expectat tẽpus, nõ facit quod rogat æger,
non tamẽ recedit. Et prope est, & nõ facit: & ideo ma-
gis non facit quia prope est. Curando enim imposuit
quod imposuit, & curãdo non facit quod rogatur. Nõ
te exaudit ad præsentem voluntatem, exaudiendo, ad
futuram sanitatẽ: & hoc vtique ad voluntatem. Nam
vtique sanus esse vult, etiam qui vri non vult. Prope est B
ergo Dominus omnibus inuocantibus eũ. Sed quibus
omnibus? Omnibus qui inuocant eũ in veritate. Tales
omnes confirmat decidentes, qui inuocant eum in ve-
Res. ritate. Voluntatẽ timentiũ se faciet.) Faciet, faciet: etsi
non faciat ad horam, tamẽ faciet. Certè si ideo times
Deum vt tu facias ipsius voluntatem: ecce & ipse quo-
dammodo ministrat tibi, facit voluntatẽ tuam. Et pre-
ces eorum exaudiet, & saluos faciet eos.) Vides ad hoc
exaudire medicum vt saluos faciat. Quãdo hoc? Audi
Rom. 8.c Apostolum dicẽtem, Spe enim salui facti sumus. Spes
autem quæ videtur, non est spes. Si autem quod non
videmus speramus, per patientiam expectamus: salu-
1. Pet. 1.a tem scilicet, quam dicit Petrus paratam reuelari in tẽ-
pore nouissimo. Custodit Dominus omnes diligentes
Schin. se, & omnes peccatores disperdet.) Videtis quia est a-
pud eum seueritas, apud quem tanta suauitas. Saluos
faciet omnes sperantes in se, omnes fideles, omnes ti-
mentes se, omnes inuocantes se in veritate: & omnes
peccatores disperdet. Quos omnes peccatores, nisi C
perseuerantes in peccatis, Deum, non se reprehendere
audentes contra Deum quotidie disputantes, veniam
delictorum desperantes, & ipsa desperatione delicta
cumulantes, aut veniam sibi peruersè promittentes, &
ex ipsa promissione à peccatis & impietate non rece-
Matt. 25.d dentes? Veniet tempus vt separẽtur isti omnes, & fiant
illæ duæ partes, vna ad dexteram, altera ad sinistram:
& accipiant iusti regnum æternum, & eant illi in ignẽ
æternum. Et omnes peccatores disperdet. Quoniam
hæc ita sunt, & audiuimus benedictionem Domini,
opera Domini, mirabilia Domini, misericordias Do-
mini, seueritatem Domini, prouidentiam in omnibus
operibus eius, confessionẽ omnium operum eius: quid
Tau. in laude eius concludat attendite: Laudem Domini
n loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen
sanctum eius in seculum, & in seculum seculi.

D

IN PSALMVM CXLV. ENARRATIO.

DELICIÆ spiritus nostri diuina cantica, vbi & fle-
tus sine gaudio non est. Fideli homini & peregri-
no in seculo, nulla est iucundior recordatio, quàm ci-
uitatis illius vnde peregrinatur: sed recordatio ciuita-
tis in peregrinatione, non est sine dolore at que suspi-
rio. Spes tamen reditus nostri certa etiam peregrinan-
do tristes cõsolatur & exhortatur. Rapiant cor vestrũ
verba Dei, & possessor vester vindicet sibi possessionẽ
suam, id est, mentes vestras, ne auertantur à liud.
Vnusquisque vestrum totus hic sit, vt hic nõ sit; id est,
totus sit in verbo Dei quod sonat in terra, vt ab eo ex-
altetur, & non sit in terra. Ideo enim Deus nobiscum,
vt & nos cum illo. Qui enim vt nobiscum esset descen-
dit ad nos, facit vt cum illo possimus ascendere ad se.
Interim ipse peregrinationem nostram non fastidiuit;
quia nusquam est peregrinus, qui cõdidit omnia. Ecce
Psalmus sonat. Cuiusdam vox est, quæ si vultis vestra
est, exhortantis animam suam ad laudandum Deum,
& dicentis sibi, Lauda anima Dominum.) Aliquando
enim in tribulationibus atque in tẽtationibus præsen-
tis vitæ velis nolis cõturbatur anima, cuius perturba-
tionem in alio Psalmo alloquitur, dicens: Quare tristis Psal. 4.b
es anima mea, & quare conturbas me? Vt autem aufe-
rat ei eandẽ perturbationem, suggerit gaudiũ nõdum
de re, sed de spe, & ait illi perturbatæ & anxiæ, tristi &
mærenti, Spera in Dominũ, quoniam adhuc confite-
bor illi. Spe qua se erexit, & in confessione constituit,
quasi diceret ei anima sua quæ illum tristitia cõturba-
bat: Quid mihi dicis, spera in Deum? Reuocat me con-
scientia peccatorũ. Ego noui quæ commisi, & dicitur;
Spera in Dominum. Commouisti, verum est. Vnde ta-
men speras? Quoniam confitebor illi. Sicut edit Deus
peccata sua defendentem, sic subleuat confitentẽ. Hac
ergo spe accepta, quæ spes non potest esse sine gaudio,
quamuis in rebus simus difficilibus secundũ istam vi-
tam, & plenis procellarum & tempestatũ: hac tamen
spe erecta anima, quia gaudet in spe, sicut dicit Apo-
stolus, Spe gaudentes in tribulatione patientes: ac- Rom. 12.c
cipit erectionem quandam in Deum vt laudet Deũ, &
dicitur ei, Lauda anima mea Dominũ. Sed quis dicit?
Et cui dicit? Quid dicimus fratres? Caro dicit, Lauda
anima mea Dominũ? Et potest caro bonũ cõsilium a-
nimæ suggerere? Vt multũ sit edomita caro, & à Do-
mino impertitis viribus nostræ seruituti subiecta, vt
omnino ita seruiat nobis sicut conditionale mancipiũ,
sufficit vt nõ impediat. Deinde charissimi, vbique cõ- Genesi.d
silia à melioribus petuntur. Et si bonũ quiddã est ani-
ma nostra, & bonum quiddam est caro nostra, quia v-
trunque ille creauit qui fecit omnia bona valde. Quã-
uis ergo in generibus propriis vtrunque sit bonum, ta-
men dicit Apostolus corpus quidẽ mortuũ est propter Rom. 8.b
peccatum. Est itaque & illud corpus quale nobis pro-
mittitur, & nondũ habemus, in cuius redemptione spe
gaudemus, dicente Apostolo: In nobismetipsis inge- Rom. 8.d
miscimus adoptionẽ expectantes redemptionẽ cor-
poris nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autẽ quæ
videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autẽ quod non videmus speramus, per patientiã
expectamus. Quãuis ergo bonũ aliquod sit corpus no-
strũ, tamen quãmdiu mortale propter peccatũ quãdiu
indigens, quamdiu corruptibile, quãdiu ita mutabile
vt ne puncto quidem tẽporis consistat in se, proculdu-
bio tale est, vt optemus redemptionẽ illius, qua sit ali-
quãdo non tale. Sed quale erit aliquãdo? Quale idem
Apostolus dicit alio loco, Oportet corruptibile hoc 1. Cor. 15.f
induere incorruptionem, & mortale hoc induere im-
mortalitatẽ. Sed etiã cũ fuerit tale corpus nostrũ, cor-
pus iam cæleste & spiritale, corpus angelicũ in societa-
te angelorum, nec sic dabit consilium animæ. Semper
enim corpus, quoniam corpus est, infra animam est, &
quæuis anima vilis excellentissimo corpore excellen-
tior inuenitur. Nec vobis hoc quasi mirabile videatur,
quia & vilis anima quælibet peccatrix melior est quo-
libet magno & præstantissimo corpore. Nõ est melior
meritis, sed natura. Est quidem anima peccatrix, est
quibusdam cõcupiscentiarum sordibus inquinata: ta-
men melius est etsi sordidum aurum, quàm purgatis-
simum plumbum. Ita currat animus vester per cuncta
creaturas, & videbitis quod dicimus non esse incre-
dibile: vt quamuis anima vituperabilis sit, tamen lau-
dabilior corpore. Duo quædã sunt, anima & corpus.
Animam

Animã vitupero, corpus laudo. Animã vitupero quia
iniqua est, corpus laudo quia sanũ est. Tamẽ in suo ge- A
nere animã laudo, vel in suo genere animã culpo: & in
suo genere corpus laudo vel culpo. Si à me interroges
quid sit melius, vtrũ quod vituperaui, an quod laudaui:
mirabilẽ responsionẽ recepturus es. Ego certè illud vi-
tuperaui, & ego hoc laudaui. Interrogatus tamen quid
sit melius, respondeo esse melius quod vituperaui, eo
quod laudaui. Si miraris in his duobus, attẽde illa duo
in prõptu posita, quæ cõmemoraui de auro & plumbo.
Ecce vituperaui aurum, nõ bonum aurum, sordidũ est,
non ita fulget, non ita purgatum, hoc plumbum opti-
mum, nihil purgatius. Illud vituperaui, hoc laudaui, &
posui ante te vtrunque: vituperãs vnum, laudãs aliud.
Post hanc vituperationẽ laudationemq; meã interro-
ga me quid horũ sit melius: respõdebo, Aurum melius
est etiã sordidum, quàm plumbũ purgatum. Vnde me-
lius? Et quare vituperasti? Quare vituperaui? Quia non-
dum est aurum quod potest esse. Quid potest esse? pur- B
gatum & melius. Quia nondũ purgatum est, vituperatũ
est. Plumbum quare laudatum est? Quia iã purgatũ est,
ita vt melius esse nõ possit. Itẽ dicis mihi equum opti-
mum, & hominẽ pessimum: tamẽ equo laudato prępo-
nis hominẽ vituperatum. Si enim interrogeris ex his
duobus quid sit melius, respõsurus es, homo: nõ meri-
tis, sed natura. In artibus dicis optimum sutorẽ, verbi
gratia, & reprehẽdis aliquẽ iurisperitũ quòd multas le-
ges ignoret. Sutorẽ laudasti, iurisperitũ reprehendisti.
Ex his tamẽ duobus quære quis sit melior. Imperitior
iurisperitus perfecto sutori præponitur. Intẽdat chari-
tas vestra. Ita multis rebus laudatis, aliisq; vituperatis,
interrogati plerunque res vituperatas pręponimus re-
bus laudatis. Natura animę prestantior est quàm natu-
ra corporis, excellit multũ, res spiritalis est, res incor-
porea est, vicina est substãtiæ Dei. Inuisibile quiddam C
est, regit corpus, mouet mẽbra, dirigit sensus, prępara
cogitationes, exerit actiones, capit rerũ infinitarũ ima-
gines. Et quis est tandẽ fratres charissimi, qui sufficiat
laudibus animæ? Et si in animæ laudibus deficitur, quæ
laus est eius qui animã condidit? Et tamen tãta est eius
gratia, vt dicat homo iste, Lauda anima mea Dominũ.
Quis potest laudare Deũ? Si diceret teipsam lauda, for-
tasse deficeret: Lauda, inquit, Deum. Conare pietatis
affectu, deficies in laudibus eius. Expedit tibi deficere
laudando Deum, quàm proficere laudando te. Cùm
enim laudas Deum nõ explicas quod vis, extẽditur in
interiora cogitatio tua, ipsa extẽsio capaciorẽ te facit,
eius quẽ laudas. Quis ergo est vt dicere cœperam qui
dicit, Lauda anima mea Dominum? Caro nõ dicit. Sit
licet corpus angelicum, inferius est quàm anima, cõsi-
lium superiori dare nõ potest. Infelix est ipsa anima, si
à corpore expectet cõsiliũ. Caro bene obediẽs, famula
est animę. Illa regit, hęc regitur. Illa imperat, ista famu-
latur. Quando potest caro dare hoc consilium animæ? D
Quis est ergo qui dicit lauda anima mea Dominũ? Ni-
hil inuenimus amplius in homine, quàm carnẽ & ani-
mã. Totus homo hoc est, spiritus & caro. An fortè ipsa
anima sibi dicit, & sibi quodãmodo imperat, & se ex-
hortatur atque excitat? Quibusdã enim perturbationi-
bus ex quadã sui parte fluitabat, ex quadã verò parte,
quam vocãt mentẽ rationalem, illã qua cogitat sapiẽ-
tiam, inhærens Domino iam & suspirans in illum, ani-
maduertit quasdam suas inferiores partes perturbari
motibus secularibus, & cupiditate quadã terrenorum
desideriorum ire in exteriora, relinquere interiorem
Deum: reuocat se ab exterioribus ad interiora, ab infe-
rioribus ad superiora, & dicit, Lauda anima mea Do-
minum. Quid tibi placet in seculo? Quid est quod vis
laudare? Quid est quod vis amare? Quacunq; corporeis
sensibus te cõuerteris, occurrit tibi cælum, occurrit ti- A
bi terra. Quod amas in terra, terrenũ est: quicquid amas
& in cęlo, corporeũ est. Vbiq; amas, & vbique laudas.
Quomodo laudãdus est ille qui fecit illa quæ laudas? Iã
ergo diu occupata vixisti, & desideriorum diuersitate
verberata, portas plagas saucia, diuisa per amores mul-
tos, vbiq; inquieta, nusquã secura. Colligere ad teipsã,
quicquid tibi foris placebat, quęre quẽ habeat autorẽ.
Nihil melius in terra, verbi gratia, quàm hoc: & illud
aurum, argentum, animalia, arbores, amœnitates, totã
terrã cogita. Quid melius in cælo sole, luna, sideribus?
Totum cælum cogita. Oĩa ista simul bona valde, quia Genes. 1.d
fecit Deus oĩa bona valde. Vndiq; pulchritudo operis,
quę tibi cõmendat artificẽ. Miraris fabricã, ama fabri-
catorẽ. Non occuperis in eo quod factũ est, & recedas
ab illo qui fecit. Hæc enim quibus occuperis sub te fe-
B cit, quia sub seipso te fecit. Si hærebis superiori, calca-
bis inferiora: si autẽ recedas à superiori, ista tibi in sup-
plicium cõuertentur. Sic enim factum est, fratres mei.
Accepit homo corpus tanquã in famulatum, Deũ autẽ
Dominũ habens, corpus seruũ, habens supra se condi-
torẽ, infra se quod sub illo cõditum est: in medio quo-
dã loco rationalis anima cõstituta, legẽ accepit, hęrere
superiori, regere inferiorẽ. Regere non potest inferio-
rẽ, nisi regatur à meliore. Trahitur ab inferiore, deser-
uit ergo meliorẽ. Nõ potest regere quod regebat, quia
regi noluit à quo regebatur. Modò ergo redeat, laudet:
consilium sibi det ex luce Dei ipsa anima per rationalẽ
mentẽ, vnde concipit cõsilium fixum in æternitate au-
toris sui. Legit ibi quiddã tremendũ, laudandum, amã-
dum, desiderãdum & apperẽdum. Nondum tenet, nõ-
dùm capit, coruscatione quadã perstringitur, nõ est tã
valida vt maneat ibi. Itaque ad sanitatẽ colligit se quã-
C dam, & dicit, Lauda anima mea Dominũ. Et quid est,
fratres? Nónne laudamus Dominũ? Nónne quotidie
hymnum nos cãtamus? Nónne quotidie pro modulo
nostro sonat os nostrũ, parturit cor nostrũ laudes Dei?
Et quid est quod laudamus? Magnum est quod lauda-
mus, sed quo laudamus adhuc infirmũ est. Quando im-
plet laudator excellentiã laudati? Ecce homo stat, cã-
tat Deo aliquanto prolixius, & sæpe labia mouẽtur ad
cantum, cogitatio autẽ nescio per quæ desideria vola-
bat. Stabat ergo mẽs nostra quodammodo ad laudem
Dei, & anima nostra per diuersas cupiditates vel curas
negociorum hac atq; illac fluitabat. Quasi desuper at-
tendit ipsa mẽs ad fluitantẽ hac atque illac, & eius in-
quietudinẽ molestiarũ quasi cõuersa alloquitur. Lau-
da anima mea Dominum. Quid est quod de aliis rebus
satagis? Quid est quod te occupat cura rerum terrena-
rum atque mortalium? Sta mecum, lauda Dominũ. Et
quasi ipsa anima prægrauata, & nõ valens ita consiste-
re vt dignum est, respõdet menti, Laudabo Dominum
in vita mea.) Quid est in vita mea? Quia modò in mor- D
te mea sum. Ergo prius exhortare te, & dic, Lauda ani-
ma mea Dominum. Respondet tibi anima tua, Laudo
quantum possum, tenuiter, exiliter, infirmiter. Quare?
Quia quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Do- 2. Cor. 5.a
mino. Quare sic laudas Dominum, non perfectè, non
stabiliter? Interroga Scripturam, Quia corpus quod Sap. 9.c
corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena
inhabitatio sensum multa cogitãtem. Tolle mihi cor-
pus quod aggrauat animam, & laudo Dominũ. Tolle
mihi terrenam habitationẽ deprimentẽ sensum multa
cogitantem, vt à multis in vnũ cõstuam, & laudo Do-
minum. Quamdiu autem ita sum, non possum, prægra-
uor. Quid ergo? Silebis & nõ laudabis perfectè Domi-
num? Laudabo Dominum in vita mea. Quid est in vita

Psal.141.b mea? Spes mea tu es hîc. Spes mea es tu hîc, dicimus:
portio autē mea nō hîc, sed in terra viuentiū. Nam ista A
terra moriētiū est: hac trāsimus. Sed interest quò: quo-
niam & malus homo peregrinatur hîc, & bonus homo
peregrinatur hîc. Non enim bonus trāsit, & malus hîc
permanet: aut malus transit, & bonus hîc permanet.
Ambo transeūt, sed non ambo ad vnū. Duo erant, pau-
Lucæ 16.f per vlcerosus ad ianuā iacens diuitis, & diues indutus
purpura & bysso, in epulis quotidie splendidis. Ambo
hic erant, ambo hinc transierunt, sed non ad vnum lo-
cum: diuersa loca suscipiunt, quia diuersa merita per-
ducunt. Trāsijt pauper in sinū Abrahæ, & transijt diues
in tormenta inferorum. Vicini corpore in terra: ille in
Lucæ 16, f domo, ille ante ianuā. Post mortem tantum separati, vt
dicat Abrahā, Inter nos & vos chaos magnum firma-
tū est, Ergo fratres, quoniā spes hic pascit, vita autē no-
stra perfecta nō est, nisi illa quę promittitur, hic gemi-
tus, hic tētationes, hic angustiæ, hic mœrores, hic peri-
cula: laudabit anima nostra Dominū quomodo laudā- B
Psal. 83. b dus est, secundū quod dicitur in alio Psalmo, Beati qui
habitāt in domo tua, in secula seculorū laudabunt te:
quando totū negocium nostrū ipsa laus erit. Sed quan-
do hoc? In vita mea. Modò enī quid est? Posset tibi di-
cere, mors mea. Vnde mors tua? Quia peregrinor à do-
mino. Si enim hærere illi vita est, recedere ab illo mors
est. Sed quid te cōsolatur? Spes. Iam viuis in spe: de spe
lauda, de spe canta. Vnde mors tua est nō cantes, vnde
viuis, canta. Mors tua est de mœrore huius seculi, viuis
in spe seculi futuri. Laudabo, inquit, Dominum in vita
mea. Et quomodo laudabis Dominum Deū tuū? Psal-
Psal.103.d lā Deo meo quàm diu sum) Qualis illa laudatio, psallā
Deo meo quàm diu sum? Videte fratres mei, quale erit
illud esse. Vbi sempiterna laudatio erit, sempiternū esse
erit. Ecce modò es. Nūquid psallis Deo quàm diu es?
Ecce psallebas: auertisti te ad aliquod negociū, iā non
psallis, & es. Ecce es, & nō psallis. Fortassis etiā cupidi- C
tate inclinatus ad aliquid, nō solùm non psallis, sed &
offendis auditū eius, & es tamē. Quæ erit illa laudatio,
vbi quàm diu es laudes? Sed quid ait, quàm diu sum?
Aliquando fortè nō erit? Immo in æternum erit ipsum
diu, & ideo verè diu erit. Nam quicquid finē habet in
tēpore, quamlibet longū sit, diu non est. Psallam Deo
meo quàm diu sum. Interim bene laudabis Dominum
in vita tua, psallis Deo tuo de futuro quàm diu es. Bene
hic quicquid præsumendū est de illo spera. Nō nos de-
ferat spes in ista peregrinatione & tentatione, in istis
improbitatibus & insidiis inimici, circūstrepētibus vn-
dique tētationibus seculi, vndiq; in laboribus & ango-
ribus constitutos. Quid ergo faciemus? Audi quid se-
quatur, Nolite cōsidere in principes.) Fratres, magnū
hic negociū accepimus, diuina vox est, & desuper so-
nat nobis. Modo enim nescio qua infirmitate humana
anima quādo fuerit tribulata, hic desperat de domino, D
& vult præsumere de homine. Dicatur homini in affli-
ctione aliqua constituto, Est quidā homo magnus, per
quē possis liberari: arridet, gaudet, erigitur. Quòd si di-
catur illi, Liberat te Deus, quasi desperatione frigescit.
Promittitur auxilium mortalis, & gaudes: promittitur
immortalis, & tristis es? Promittitur tibi quòd liberet
te cum liberandus, & tanquā aliquo magno auxilio
exultas: promittitur ille liberator qui liberatore nō in-
diget, & quasi ad fabellā desperas. Væ talibus cogita-
tionib. lōgè peregrinātur: verè misera & magna mors
est in eis. Appropinqua, incipe desiderare, incipe quæ-
rere & agnoscere eū à quo factus es. Non enim deseret
opus suū, si ab opere suo nō deseratur. Cōuerte ergo te
ad illū cui dicis, Laudabo dnm in vita mea, psallā Deo
meo quàm diu sum. Monet enim nos iā impletus spiri-
tu tanto iste, & dicit quasi de lōgè remotis, & lōgè pe-
regrinantibus, & nō solùm Deum nō volentibus lau-
dare, sed nondū vel de Deo sperantibus. Nolite confi-
dere in principes, Et in filios hominū, in quibus nō est
salus.) In vno filio hominis salus, & in ipso nō quia fili
hominis, sed quia filius Dei. Non propter id quod su-
scepit ex te, sed propter id quod seruauit in se. Ergo in
nullo homine salus: quia & in illo ideo salus, quia Deus
qui est super oīa deus benedictus in secula. De Christo
dictū est, ex quibus Christus secundum carnē. Ex qui-
bus? Ex Iudæis, ex patribus Christus secundum carnē.
Sed nunquid hoc totū Christus quod secundū carnē?
Non. Neque enim secundum carnē id est, super omnia
Deus benedictus in secula. Ideo in illo salus, quia Dñi Rom. 9. a
est salus. Dicit enī alius Psalmus, Domini est salus, & su-
per populum tuū benedictio tua. Et sine causa sibi af- Psalm. 3. d
rogāt homines, quia dant salutē: sibi dent: Respōde su-
perbo homini, Gloriaris quia dicis te dare mihi salutē,
tibi da. Vide si habes eā. Considerās bene fragilitatem
tuā, vides quia nondū habes. Ergo noli monere vt ex-
pectē à te, sed expecta mecū. Nolite confidere in prin-
cipes, & in filios hominū, in quibus non est salus. Ecce
nescio qui principes procedūt, nescio vnde, & dicunt,
Ego baptizo: & ego quod dedero, hoc est sanctū: & si
ab illo vel alio acceperis, nihil accepisti: si à me accepe-
ris, aliquid accepisti: O homo, ō princeps inter filios
hominum, vis esse inter principes quibus nō est salus?
Ideo ergo habeo salutē, quia tu mihi das? Tuū est enim
quod das? Aut verò etiā tu das? Vel hoc dicendum est,
quia tu das? Dicat & fistula quia & ipsa dat aquā, dicat
& canalis quia ipse manat: dicat & præco, quia & ipse
liberat. Ego in aqua attendo fontē, in voce præconis
agnosco iudicē. Non eris tu planè autor salutis meæ:
ille erit de quo securus sum, de te incertus sum. Si nō sis
arrogās, non solùm ego de te incertus sum, sed & tu de
te. Ab illo ergo mihi salus qui est super oīa, quia Domi-
ni est salus: tu inter filios hominum, tu inter principes.
Sed audio vocē Psalmi, Nolite confidere in principes,
& in filios hominū à quibus nō est salus. Secundū tur-
bam hominum, quid sunt isti filij hominū: Quid sit vis
scire? Exiet spiritus eius, & reuertetur in terram suam.)
Ecce totum quod loquitur, nesciens quàm diu loqua-
tur: minatur, nesciens quādiu viuat. Subitò exiet spiri-
tus eius, reuertetur in terrā suam. Nunquid quādo vult
exiet spiritus eius? Exiet, & quando non vult exiet, &
quādo nescit reuertetur in terram suam. Exeunte spiri-
tu, caro reuertetur in terram. Sed quia caro erat quæ
sic loquebatur, De me enim præsume, & ego tibi do:
non dicerēt nisi illi de quibus dictū est, quoniam caro
sunt. Exiet spiritus eius, & reuertetur in terrā suā. In illa Genes. 6. d
die peribūt oēs cogitationes eius.) Vbi est typhus? Vbi
est superbia? Vbi est iactātia? Sed fortè ad locum bonū
transijt, ad iustos: si tamen transijt. Nā qui sic loquebā-
tur, nescio quò trāsierit. Loquebatur enim superbia, &
nescio quò transeant tales homines: nisi quia inspicio
alterū Psalmum, & video malum eorum esse trāsitum.
Vidi impium exaltari super cedros libani, & transiui, Psal. 36. d
& ecce non erat, & quæsiui eum & nō est inuentus lo-
cus eius. Iste pius qui transijt, & non inuenit impium,
illic peruenit vbi non est impius. Ergo fratres, omnes
audiamus, fratres dilecti Deo omnes audiamus, in
qualibet tribulatione, in quolibet desiderio muneris
diuini: non fidamus in principes, nec in filios hominū,
in quibus non est salus. Totum hoc mortale, transito-
rium & caducum est. Exiet spiritus eius & reuertetur
in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitatio-
nes eius. Quid ergo facimus, si in filios hominum, si in
principes non est sperandum? Quid facimus? Beatus
cuius

cuius Deus Iacob adiutor est eius.) Non ille homo aut
ille homo, non ille angelus, aut ille angelus, sed beatus A
cuius Deus Iacob adiutor est: quia & ipsi Iacob sic fuit
adiutor, vt de Iacob faceret Israël. Magnū adiutorīū,
Israël iā videns Deum. Hic ergo positus & peregrinus
nondū videns Deum, si habueris adiutorē Deū Iacob,
ex Iacob eris Israël, & eris videōs Deum: & periet omnis
labor, & omnis gemitus, transient curę mordaces, suc-
cedēt laudes felices. Beatus cuius Deus Iacob adiutor
est eius, huius Iacob. Quare iste beatus, interim adhuc
in hac vita gemēs? Spes illius in Dominū Deū ipsius.)
Ideo beatus, quia spes ipsius in Dominū Deum ipsius.
In quo est spes ipsius, ipse erit res ipsius. Fratres, an for-
tè erraui, quia dixi rē nostram futurum Deum? Quid si
Psal.141.b dicerem hæreditatē nostram futurum Deū? Spes mea
es tu portio mea in terra viuentiū. Tu eris portio mea:
eris tu possessio & possidebis. Possessio Dei eris: & pos-
sessio tua erit Deus. Tu eris possessio eius vt colaris ab
eo, & ipse erit possessio tua vt colas eū. Nam & tu colis B
Deum, & coleris à Deo. Rectè dicitur, colo Deū. Quo-
modo autē color à Deo? Inuenimus apud Apostolum,
1. Cor. 3. b Dei, inquit, agricultura estis, Dei ædificatio estis. Et
Ioan. 15. a Dominus, Ego sum, inquit, vitis, vos estis sarmenta, &
pater meus agricola. Colit te ergo Deus vt sis fructuo-
sus, & colis Deū vt sis fructuosus. Tibi bonū est quod
te colit Deus, bonū est tibi quòd colis Deum. Cultor
Deus si recedat ab homine, desertus fit ipse homo: cul-
tor homo si recedat à Deo, desertus fit ipse homo. Nec
crescit Deus accedēte te, nec decrescit discedente te.
Ergo erit ipse possessio nostra vt nos pascat, & erimus
possessio eius vt nos regat. Spes illius in Dñm Deum
ipsius. Quis est iste Dominus Deus ipsius? Attēdite fra-
tres. Multi enim habent multos deos, & dicūt eos do-
1. Cor. 8. c minos suos & deos suos. Sed dicit Apostolus, Et si sunt
qui dicātur dij, siue in cęlo, siue in terra, quemadmodū
sunt dij multi, & Domini multi: nobis tamē vnus Deus
pater, ex quo oīa, & vnus Dominus Iesus Christus, per
quē omnia. Ergo sit ipse spes tua Dominus Deus tuus,
in illo sit spes tua. In Domino Deo suo est spes etiā il-
lius qui colit Saturnum, in Domino Deo ipsius est spes
qui colit Martē, qui colit Neptunū, qui colit Mercuriū:
Philip. 3. d plus addo, qui colit ventrē, de quibus dictū est, Quorū
Deus vēter est. Ergo ille illius deus, atq; ille illius. Quis
huius beati? Quia spes ipsius in Domino Deo ipsius. Sed
quis est iste? Qui fecit cælū & terrā, mare & omnia quæ
in eis sunt.) Fratres mei, magnū Deum habemus. Bene-
dicamus nomen sanctū eius, quia dignatus est facere
nos possessionē suam. Nondum vides Deū, non potes
amare plenè quod nondū vides. Quæ vides, ipse fecit.
Miraris mundū, quare non artificē mundi? Suspicis cę-
lum, & exhorrescis: cogitas vniuersam terrā, & cōtre-
miscis maris magnitudinē. Quando cogitationem oc-
cupas, respice innumerabilitatē stellarum. Respice tāta D
genera seminū, tantas diuersitates animaliū, quicquid
natat in aquis, repit in terra, volitat in aëre, circumit in
cælo, oīa ista, quàm magna, quàm pra clara, quàm pul-
chra, quàm stupenda? Ecce qui fecit hæc omnia, Deus
tuus est. Pone ibi spem tuam, vt sis beatus. Spes illius,
in Dominum Deum ipsius. Quem? Qui fecit cælum &
terram, mare & oīa quæ in eis sunt. Magnum habemus
Deū, Attendite fratres, magnum bonū Deum facientē
talia. Quid ergo hinc cogitauit Deus vt faceret? Si ta-
men dicendū est de Deo, cogitauit cælum & terrā, ma-
re, & omnia quæ in eis sunt. Fortè dicturus erat homo
iste, Video quidē omnia magna ista, cælum & terram,
mare & omnia quæ in eis sunt fecit Deus: quando me
cōputat Deus inter ea quæ fecit? Et verè ego pertineo
ad curā ipsius, & modò de me cogitat Deus, aut scit an
viuam? Quid est hoc quod dicis? Nō surrepat tibi mala
cogitatio in cor, de his esto de quibus paulo antè lo-
quebamur, Laudabo Dominū in vita mea, psallā Deo
meo quàm diu sum. Sed iste talis alios alloquitur, ne-
scio quos tepidos, quos exhortatur, & quasi vetat &
veretur ne desperāt de se, quia non sunt in cōputo Dei.
Multorū enim sunt tales cogitationes. Sed ideo dese-
runt Deū, & pergūt per quęlibet peccata, quia nō cre-
dunt curare Deū quid agant. Audi eloquia diuina, no-
li de te desperare. Qui curauit facere te, nō curat reface-
re te: Nónne Deus tuus est, qui fecit cælum & terrā &
mare? Si ista sola diceret, fortè respōderes tu, Deus qui
fecit cælum & terrā, & mare, magnus Deus: sed nūquid
cogitat de me? Et ipse te fecit, diceretur tibi. Quomo-
do? Nunquid ego sum cælū, aut ego sum terra, aut ego
sum mare? Et quid es? Manifestū est, nec cælū sum, nec
terra sum, nec mare sum: sed in terra sum. Vel hoc con-
cedis mihi quia in terra es. Audi quia nō tantùm cælū
& terram, & mare Deus fecit. Fecit enim cælū & terrā, B
& mare, & omnia quæ in eis sunt. Si ergo oīa quæ in eis
sunt, & te. Parum dico te: passerē, locustam, vermicu-
lū, nihil horū non ille fecit, & cura est illi de omnibus.
Non ad præceptū cura est, nā præceptum soli homini
dedit. Dicit enim Psalmus, Homines & iumēta saluos
facies Domine, secundū multitudinē misericordię tuę Psal. 35. a
Deus. Multitudinē, inquit, misericordiæ tuæ, secūdum
hanc saluos facies homines, & iumenta. Et apostolus, 1. Cor. 9. b
Nūquid de bobus cura est Deo? Nūquid cōtraria sunt
ista? Quid enim ait apostolus? Nunquid de bobus perti-
net ad Deū? Vbi est præceptū, Bouī trituranti os nō in- Deut. 25. a
frenabis: ibi de bobus nō cogitauit Deus? Itaq; quosdā
boues voluit significari. Nō enim hoc curat Deus mo-
nere quid agatur cū bobus, habet hoc natura ipsa hu-
mana. Sic factus est homo, vt norit consulere iumentis
suis, nec inde pręcepta à Deo accepit, sed insinuatū est
C illi in mentē à Deo, vt possit & sine pręcepto facere, fe-
cit illū talē Deus. Sed quomodo regit pecus, regēdus
est ab alio, ab eo à quo regitur præceptum accepit. Ad
præcepti ergo tenorē non est de bobus cura Deo: sed
ad prouidentiā vniuersitatis, qua creauit oīa & mundū
regit, homines & iumēta saluos facies Domine. Inten- Psalm. 35. a
dat charitas vestra. Hic fortè aliquis dicat mihi, De no-
uo testamēto est, quia nō de bobus pertinet ad Deum:
homines & iumēta saluos facies Domine, de veteri te-
stamēto est. Sunt qui calūnientur & dicant, nō sibi cō-
sonare ista duo testamēta. Ne fortè aliud dicat in vete-
re, aliud in nouo, & flagitet de me sentētiā de nouo ta-
lē qualis hæc est, Homines & iumēta saluos facies Do-
mine Quid facio? Nihil tam in capite noui testamenti,
quàm euangeliū. In euangelio inuenio quia omnia ista
pertinent ad Deū, nemo erit iā qui contradicat. Nun-
quid enī apostolus euāgelio cōtrarius erit? Audiamus
ipsum Dominū, principem & magistrum apostolorū.
Respicite, inquit, volatilia cęli, quia nō seminant neque Matth. 6. d
metūt, neq; congerūt in horrea: & pater vester cælestis
pascit illa. Ergo & præter hominē animalia ista perti-
nēt ad curā Dei vt pascantur, non vt legem accipiant.
Quod ergo ad dandā legē attinet, de bobus cura Deo
non est, quod autē ad creanda, ad pascēda, gubernāda
& regenda, omnia ad Deum pertinēt. Nónne duo pas- Matt. 10. d
seres asse væneunt, Dominus Iesus Christus dicit: &
vnus ex eis non cadet super terram sine volūtate patris
vestri? Quanto magis vos pluris estis illis? Nolite ergo
dicere, non pertineo ad Deum. Pertinet ad Deum ani-
ma tua, pertinet ad Deum corpus tuū: quia Deus fecit
& animam tuam & corpus tuum. Dicis fortè, Non me
numerat Deus in magna multitudine. Accedit tibi Ibidem.
mirum de euangelio, Capilli capitis vestri omnes nu-

merati ſunt. Ergo Deus meus eſt, & in illo ſpes mea, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. A Quid autē ad me pertinet? quid agit de mē? Qui cuſtodit veritatē in æternum.) Et amandū Deum commendauit, & timendum, qui cuſtodit veritatē in æternum. Quam veritatē in æternū, quam & in quo cuſtodit veritatem? Facientem iudicium iniuriam accipientibus.) Vindicat iniuriā accipientes, fratres mei, facit illis iudicium. Quibus? Qui accipiunt iniuriā, puniens omnes iniurioſos. Si ergo fauebit iniuriā accipientibus & puniet iniurioſos, vide modò de quorū numero eſſe vis. Vide, attende vtrum in eis velis eſſe qui iniuriam accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit vox apoſtolica, & dicit tibi, Iā quidem omnino delictum eſt, quia iudicia habetis vobiſcum. Quare non magis iniuriā patimini? Corripit homines quia nō patiuntur iniuriā. Non vt patiaris moleſtiam te hortatur, ſed vt patiaris iniuriā: nō enim omnis moleſtia iniuria eſt. Quicquid enim iure pateris, nō eſt iniuria. Ne fortè diceres, & ego inter iniuriā paſſos numeror: nam illud in illo loco, & illud cauſa illa paſſus ſum. Vide ſi iniuriā paſſus es. Latrones multa patiuntur, ſed non iniuriam. Scelerati, malefici, effractores, adulteri, corruptores, oēs patiuntur multa mala, ſed nulla eſt iniuria. Aliud eſt pati iniuriam, aliud eſt pati tribulationem aut pœnā, aut moleſtiam, aut ſuppliciū. Conſidera vbi ſis, quid egeris vide, quare patiaris vide, & ibi vides quid patiaris. Ius & iniuria contraria ſunt. Ius enim eſt quod iuſtū eſt: neque enī omne quod ius dicitur, ius eſt. Quid ſi aliquis cōdat ius iniquum? Nec ius dicēdum eſt, ſi iniuſtum eſt: illud ergo verum ius, quod etiā iuſtum eſt. Vide quid feceris, nō quid patiaris. Si ius feciſti, iniuriā pateris: ſi iniuriā feciſti, ius pateris. Quare iſta dixi, fratres? Vt nō ſe extollant hæretici. Quando fortè aliquid patiuntur ex iuſſionibus principū terrenorum, non ſe numerēt inter eos qui iniurias accipiunt, & dicāt, Ecce Pſalmus cōſolatur me: ego enim Deum colo, qui iudicium faciet iniuriā accipientibus. Rectè quæro vtrum iniuriā accipias. Si ius feciſti, iniuria eſt quam pateris. Ius eſt exuſſlare Chriſtum? Ius eſt rebelli ſuperbia erigere altare? Ius eſt parcentibus perſecutoribus tunicæ Ioan. 19. c Chriſti, eccleſiā Chriſti conſcindere? Porrò ſi hoc ius nō eſt, quicquid pro hoc pateris, ius eſt. Nō es ergo de his qui patiuntur iniuriā. Lego aliquid manifeſtius ex euāgelio, Beati, inquit, qui perſecutionē patiūtur. Expecta. Quid feſtinas? Quid dicis, ego ſum? Expecta, inquam, totū legam. Audiſti, beati qui perſecutionē patiūtur: iā tibi neſcio quid cœperas arrogare. Si permittis, totum lego: vide quid ſequatur, Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā. Modò dic, ego ſum. Si audes dicere, ego ſum, ſuperiora quę dixi retractemus: aut ne lōgū ſit, hoc vnum interrogo, Si dānaueris vnū hominem, cuius cauſam neſcis, audes te dicere tenere iuſtitiā? Aut ſi quid pro hac re paſſus eſſes, iniuriam nominares? Erigis te in temerariū tribunal cordis tui, vnde prēcipiteris, & audes ferre ſententiā de homine cuius cauſam neſcis? Hoc ſi de vno homine faceres, eſſes iniuſt': facis hoc de toto orbe terrarū, & iuſtus es? Fratres chariſſimi, & quæ eſt quæ patitur iniuriam, niſi eccleſia catholica, quæ tāta iſta perpetitur? Inter tot ſcādala hæreticorū gemit, & videt per malas ſuaſiones & fraudes rapi de gremio ſuo infirmos, paruulos pertrahi per neſcio quæ ſecreta malarū ſpelūcarum, rebaptizati, exuſſlari in eis Chriſtum, occidi in eis nō mortale illud ſuum: quod homines ſunt, ſed illud quod in æternum victuri ſunt. Suadetur homini dicere, non ſum Chriſtianus, & iuſtitia vocatur. Acceſſurus es ad epiſcopum: dicit tibi, Vide ne dicas te eſſe Chriſtianum. Si enim dixeris te eſſe Chriſtianum, nō es acceptūrus. Vt autem accipias, dic te non eſſe. Quid mones Chriſtiane? Quid doces? Certè perſecutionē pateris. Tanto tu verius perſecutionē pateris, quanto tu verior perſecutor. Quando imperatores perſequebantur Chriſtianos, minādo cogebant, quod tu efficis ſuadendo. Perſuades Chriſtiano vt neget ſe eſſe Chriſtianum. Quod tu ſuadēdo facis, hoc perſecutores occidēdo nō fecerunt. Sub te viuit homo qui negat ſe eſſe Chriſtianum, negat & viuit. Perdidit iam vitā, cadauer tibi loquitur. Qui percuſſus eſt gladio perſecutoris, cecidit, & viuit: cui loqueris, ſtat & cecidit. Hęc faciēs, quicquid paſſus fueris, iniuria erit? Nolo tibi blādiaris: ſi hęc iniuſta ſūt, omnia quæ facis, quicquid pateris iuſtū erit. Cui autē facit iudicium, qui cuſtodit veritatē in æternū? Iniuriā patientibus. Iā tu procede, & dic ratiocinationib. illis tuis bonis & quaſi acutis & ſubtilibus, quia tu paſcis, & B dic, Famelicus poteſt paſcere, id eſt, peccator poteſt dare ſanctū? Famelicus poteſt paſcere? Languidus poteſt ſanare? Ligatus poteſt ſoluere? Iſta ſunt veluti magna & ſubtilia, quibus decipiūt imperitos. Claudat illis os Pſalmus iſte, Dat eſcā eſurientibus.) Ecce nihil à te expecto, Deus dat eſcā eſurientibus. Quibus eſuriētibus? Omnibus. Quid eſt, omnibus? Omnibus animalibus. Omnibus hominibus ipſe dat eſcā. Et nullā eſcā ſeruat dilectis ſuis? Si habent aliā famē, habent & aliam eſcam. Quęramus primò famē ipſorum, & inueniemus Matth. 5. b eſcā ipſorum, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, quoniā ipſi ſaturabuntur. Famelici Dei eſſe debemus. Ante ianuā conſpectus illius in orationem mendicemus, ipſe dat eſcam eſurientibus. Quid eſt quòd te hæretice iactas, quia tu ſoluis, tu erigis, tu illuminas? Videlicet quia tu liberat' iā es, & tu ſtas, & tu lumē es? Abſit. Superius attende, Nolite cōfidere in principes & in filios C hominum, à quibus non eſt ſalus. Non ipſi dant ſalutē. Ergo recedite hæretici de medio. Dominus ſoluit cōpeditos, Dominus erigit eliſos, Dominus ſapientes facit cæcos.) Id eſt, eos qui cæci ſunt facit ſapiētes. Optimè per hanc ſententiā expoſuit nobis oēs ſuperiores, ne fortè cùm dixiſſet, Dominus ſoluit compeditos, ad illos cōpeditos referremus, qui fortè propter aliquam noxam ligantur ferro à dominis ſuis. Quia autē dixit, Erigit eligos, occurrit nobis aliquis, aut offendens, aut cadens, aut equo lapſus. Eſt alius caſus, ſunt aliæ cōpedes: quomodo ſunt alię tenebrę, & alia lux. In eo quod dixit, Sapiētes facit cæcos, noluit dicere illuminat cæcos, ne & hoc carnaliter intelligeres: ſicut illuminatus eſt à Domino, cuius oculos luto de ſputo facto inūxit, Ioan. 9. d & ſaluum eum fecit. Ne tale aliquid ſperares cùm de ſpiritalibus loquitur, oſtendit quandā lucem ſapientiæ qua illuminantur cæci. Ergo quomodo illuminantur cæci luce ſapientiæ, ſic ſoluuntur compediti, ſic erigūtur eliſi. Vnde ſumus ergo cōpediti? vnde eliſi? Corpus noſtrum ornamentū nobis fuit: peccauimus, & cōpedes inde accepimus. Quę ſunt cōpedes noſtrę? Mortalitas ipſa. Audi apoſtolum Paulum, quia & ipſe adhuc in hac peregrinatione compeditus erat. Quanta peragrauit compeditus iſte? Non illi fuerunt graues compedes, cum ipſis cōpedibus toto orbi euangelium prædicauit: ſpiritus charitatis rapuit compedes, & circumiuit quantum potuit. Sed tamen quid dicit? Con- Philip. 1. d cupiſcentiā habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quid eſt, diſſolui? A compedibus mortalitatis abſolui. Et tamen miſericordia adhuc volebat eſſe in compedibus propter alios compeditos, quibus miniſtraret, Manere, inquit, in carne, neceſſarium propter vos. Dominus ergo ſoluit compeditos, id eſt, ex mortalib. immortales facit. Dominus erigit eliſos. Quare eliſi ſunt? Quia erecti

erecti erant. Quare eriguntur? Quia humiliati ſunt. Ce- A
Geneſ. 3. a cidit atque eliſus eſt Adā. Ille cecidit, Chriſtus deſcendit. Quare deſcēdit qui nō cecidit, niſi vt leuaretur qui cecidit? Dominus ſapientes facit cęcos. Dominus diligit iuſtos.) Ideo facit iudiciū iniuriam accipientibus. Et qui ſunt ipſi iuſti? Modò quatenus iuſti, quēadmodum habes, Dominus cuſtodit proſelytos.) Proſelyti, aduenæ ſunt. Omnis eccleſia gentiū, proſelyta eſt. Aduentitia enim eſt ad patres, non de carne eorum nata, ſed imitādo filia. Dominus tamen cuſtodit, nō aliquis homo. Orphanū & viduā ſuſcipiet.) Nemo putet quaſi pupillum propter hæreditatē, aut viduam propter neſcio quod negociū ſuum. Equidem & iſtis Deus opitulatur, & in omnibus officiis generis humani bonū opus facit, qui pupillum conſolatur, qui viduā non deſerit: ſed ſecundum quendā modum omnes pupilli ſumus, abſente patre, non mortuo. Pupillus enim ſecundū homines, mortuo patre fit. Et ſi verum quæratis fratres, quia anima nō moritur, viuunt parētes noſtri, & magis B abſentibus patribus ſumus pupilli. Qui pupilli ſunt, ſi mali fuerint, in pœnis viuunt: ſi boni fuerint, in requie viuunt. Omnia integra ſunt creatori: tamen nos quàm diu ſumus in corpore hoc, & peregrinationis locū incolimus, abſens eſt pater noſter ad quē clamamus, Pa-
Matth. 6. a ter noſter qui es in cælis. Ideo eccleſia vidua: quaſi abſente ſponſo, abſente viro. Veniet ille qui illam modò protegit, nō viſus, ſed deſideratus. Magno enī deſiderio rapimur, & amore eius quē non videmus, deſideramus. Inhęrebimus amplexibus viſis, ſi nondū viſis fide detinemur. Ergo & pupillū & viduā quid voluit intelligi, fratres? Deſtitutos omni ope & auxilio. Deſtituta anima in ſeculo, ipſa ſibi ſperet adiutorium Dei. Quicquid hîc habueris, aurū habeas, præſumpſiſti inde: iam non es proſelytus, nō es orphanus, non in viduam numeraris. Amicū habes: ſi de illo præſumpſeris, & Deū dimiſeris, non es deſtitutus. Habes hæc omnia, non in- C de præſumis, nō inde ſuperbis: pupillus Dei es, & vidua Dei. Suſcipit ergo deſtitutos, hoc dixit: Suſcipit pupillum, ſuſcipit & viduā. Et viam peccatorum exterminabit.) Quæ eſt via peccatorum? Irridere iſta quæ dicimus. Quis pupillus? Quæ vidua? Quod regnum cælorū? Et quæ pœna inferorum? Fabellæ iſtæ Chriſtianorum
1. Cor. 15. d ſunt. Ad quod video, ad hoc viuā. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Vide ne tale aliquid perſuadeant, ne per aurē in cor intrent, & ſpinas inueniant in aurib. tuis. Qui cœperit ſic intrare, pūctus abſcedat.
Ibidem. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Sed fortè hîc dicturus es, Quare ergo felices ſunt? Ecce nec Deum colunt, & oīa mala quotidie committūt, abundant rebus his quibus ego egēs laboro. Noli zelare in peccatores. Quid accipiant, vides: quid illis ſeructur, non vides. Et vnde, inquit, video quod nō video? Omnino habet oculos fides: & maiores oculos, & poten- D
Pſal. 10. e tiores & fortiores. Hi oculi neminē deceperūt, hi oculi ſunt ſemper in Dūm, & vt ipſe euellat de his laqueis pedes tuos. Via peccatorum placet tibi, quia lata eſt, & multi per illā ambulant. Latitudinem eius vides, finem eius non vides. Ecce vbi finitur, præcipitiū eſt: vbi finitur, profunditas quædā barathri eſt. Lætantes, & ſpaciātes in iſta via, illo fine mergūtur. Sed extēdere oculos nō potes vt videas ipſum finē, crede ei qui videt. Et quis eſt qui videt? Homo? Fortè nemo homo: ſed Dominus Deus tuus venit ad te, vt crederes Deo. Num
Matth. 7. b enim & Domino tuo non es crediturus, qui ait, Lata & ſpecioſa eſt via quæ ducit ad interitū, & multi ſunt qui ingrediuntur per illā? Hanc viam exterminabit Dominus, quia ipſa eſt via peccatorum. Et dum exterminata fuerit via peccatorū, quid nobis reſtat? Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum Matth. 25. d eſt ab origine mundi. Ad hoc cōcluſit Pſalmiſta, Et viā peccatorum exterminabit? Et quid tu? Regnabit Dñs in æternum.) Gaude, quia tibi regnabit: gaude, quia tu eris regnū eius. Vide enim quid ſequitur. Es certè ciuis de Sion, nō de Babylonia, id eſt, nō de ciuitate peritura huius ſeculi, ſed de Sion ad tēpus laborante & peregrinante, in æternū autē regnatura. Audiſti ergo finē, inde es. Regnabit Dominus in æternū, Deus tuus Siō.) O Sion, Deus tuus regnabit in æternum. Nunquid ſine te regnabit Deus tuus? In generatione & generatione.) Bis dixit, quia nō potuit ſemper dicere. Nec putes quia verbis finitis finitur æternitas. Æternitas in verbo quatuor ſyllabis conſtat, in ſe ſine fine eſt. Non potuit tibi niſi ſic cōmendari, Deus tuus regnabit in generatione & generatione. Parū dixit, Si tota die diceret, anguſtū eſſet. Si tota vita ſua diceret, nónne aliquādo conticeſceret? Ama æternitatē: nullo fine regnabis, ſi finis tibi Chriſtus eſt, cū quo regnabis in ſecula ſeculorū, Amē.

IN PSALMVM CXLVI. ENARRATIO.

INtenti audiebamus cùm Pſalmus præſens cātaretur: & nō omnes qui audiebamus etiam intelligebamus. Quanto magis ergo intentè nunc audiendus eſt, ſi vt ſpero & cupio adiuuātibus omniū audientium orationibus, ſi quid hîc fortè obſcurū eſt, Deo donāte reuelabitur: vt ſit fructuoſus auditus, nec inanis redeat auditor qui intentus affuit cùm audiret? Vnde cœpit? nobis dicitur, laudate Dominum. Dicitur hoc omnib. gētibus, nō ſolis nobis. Et iſtam vocē per loca quidē ſingula ſonantē à lectoribus, ſingillatim audiūt eccleſiæ: vna vox tamen Dei ſuper oēs non tacet, vt laudemus eū. Et quaſi quæreremus quare laudare Deum debeamus, videte quam cauſam attulit. Laudate Dominum, inquit, quoniā bonus Pſalmus.) Hæc eſt merces tota laudantiū, laudemus Dominū. Quare? Quoniā bonus Pſalmus. Vellē ego, inquit aliquis, laudare Dominū, ſi mihi aliquid pro iſta laude donaret. Quis enim laudat gratis vel hominē? Expectāt ergo aliquam mercedem laudatores hominum. Nullámne mercedem expectare, aut petere, aut ſperare debet laudator Dei? Laudatur infirmus, & ſperatur de eo aliquid. Laudatur omnipotens, & nulla merces eſt? An fortè hoc cupio, quod ille dare non poteſt? Quid homo deſiderat, quod in manu Dei non ſit? Cùm laudaueris hominē, fortè hoc cupis quod ab illo præſtari nō poteſt. Deū ſecurus lauda: quē nemo poteſt dicere nō poſſe præſtare, quod tu poteris deſiderare. Propoſita ergo ſpe mercedis alicuius laudare debemus Deum, nō tamē daturum quicquid cupimus. Pater eſt enim, & quod mali cupiunt filij, non dat. Laudemus & ſperemus, & deſideremus, non illud, aut illud, ſed quod iudicat dandū eſſe quem laudamus. Ille enim nouit quid nobis dari expediat, nos autē intendamus quid nobis proſit accipere. Apoſtolus ait, D Quid enim oremus ſicut oportet, neſcimus. Et ipſe idē Rom. 8. e apoſtolus Paulus ſperabat ſibi prodeſſe, ſi auferretur ab eo ſtimulus carnis ſuæ, angelus ſatanæ à quo colaphizabatur, ſicut ipſe confitetur, & ait, Propter quod 2. Cor. 11. b Dominum ter rogaui vt auferret eū à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur. Deſiderauit aliquid, nō conceſſum eſt ad voluntatem, vt † conſolaretur ad ſanitatē. Hîc ergo quid nobis al. cōſulatur. propoſitū eſt? Laudate, inquit, Dominū. Quare laudamus Dominū? Quoniam bonus Pſalmus. Ipſe Pſalmus laus Domini eſt. Hoc ergo ait, Laudate Dominū quoniam bonū eſt laudare Dominū. Non ſic prætereamus laudare Dominum: dictū eſt & tranſijt, factū eſt & ſiluimus, laudauimus & tacuimus, cātauimus & cōquieuimus. Imus in aliud fortè agendū quod reſtat, & aliæ

actiones cùm occurrerint nobis, laudatio diuina cessabit in nobis? Non sic prętereamus laudare Dominum, A non sic. Nã lingua tua ad horã laudat, vita tua semper laudet. Inde ergo bonus Psalmus. Psalmus quippe cantus est nõ quilibet, sed ad psalterium. Psalterium autem quoddam organum est cãtilenæ, sicut lyra, sicut cithara, & huiusmodi organa, quæ inuẽta sunt ad cantandũ. Qui ergo psallit, nõ sola voce psallit: sed assumpto etiã quodam organo quod vocatur Psalteriũ, accedẽtibus manibus voci cõcordat. Vis ergo psallere? Non solùm vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua cõcordent cũ voce tua. Cùm ergo voce cantaueris, silebis aliquãdo: vita sic canta, vt nunquã sileas. Negocium agis, & fraudẽ cogitas, siluisti à laude Dei: & quod grauius est, non solùm à laude siluisti, sed in blasphemiam perrexisti. Cùm ergo Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum: & cùm blasphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas Deũ. Itaque ad auriũ exhortationem canta voce: corde ne sileas, vita ne taceas. Nõ cogitas in negocio fraudẽ, psallis Deo. Cùm manducas & bibis, psalle: non intermiscẽdo sonorum suauitates ad aures aptas, sed modestè & frugaliter & temperanter manducando & bibẽdo. Quia hoc dicit
1. Cor. 10. g apostolus, Siue mãducatis, siue bibitis, siue quid facitis, oĩa in gloriã Dei facite. Si ergo bene agis, & quod manducas & bibis, & ad refectionẽ corporis sumis reparationemq; membrorũ, gratias agens ei qui tibi prębuit mortali & fragili ista supplementorum solatia: & cibus tuus & potus tuus laudat Deũ. Si verò modũ naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites: quantaslibet laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphemat. Post cibum & potũ requiescas vt dormias: nec in lecto aliquid turpiter agas, nec excedas vltra cõcessam licentiã in lege Dei. Sit castus cum cõiuge thorus: & si est cura propagandi libe-
1. Cor. 6. d ros, nõ sit effrenata luxuries libidinum. Defer in lecto tuo cõiugi tuæ honorẽ: quia mẽbra Christi estis ambo, ambo ab illo conditi, ambo sanguine ipsius reparati. Hæc agens laudas Deum, nec omnino silebit laudatio tua. Quid cùm somnus aduenerit? Et cùm dormis, non te excitet à quiete mala conscientia tua: & innocentia somni tui laudat Deũ. Si ergo laudas, non tantùm lingua tua canta, sed etiã assumpto bonorũ operũ psalterio: quoniã bonus psalmus. Laudas cùm agis negociũ, laudas cùm cibum & potũ capis, laudas cũ in lecto requiescis, laudas cùm dormis. Quando nõ laudas? Perficietur in nobis laudatio Dei cùm ad illã ciuitatẽ ve-
Matt. 22. c nerimus, quãdo effecti fuerimus æquales angelis Dei, quãdo nos nulla corporalis necessitas vlla ex parte sollicitat, non fames, nõ sitis interpellat, nõ æstus fatigat, non frigus cõstringit, non febris deijcit, nõ mors finit. Ad illam perfectissimã laudem exerceamus nos laudatione ista in bonis operibus. Propterea cùm dixisset, D Laudate Dominũ quoniã bonus psalmus, Deo nostro, inquit, iocunda sit laus.) Quomodo [illegible] Deo nostro iocunda laus? Si bene viuendo [illegible] quia tunc erit illi iocunda laus. Alio [illegible], Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si ergo in ore peccatoris spe-
Eccl. 15. b ciosa laus nõ est, iocunda nõ est. Hoc enim iocũdum, quod speciosum. Vis ergo vt Deo tuo iocunda sit laus? Noli bonæ cantilenæ tuæ obstrepere moribus malis. Deo nostro iocunda sit laus. Quid dixit? Qui laudatis, bene viuite. Laudatio impiorũ offendit Deum. Plus ille attẽdit quid viuas, quàm quid sones. Certè cum eo quem laudas, pacẽ habere vis. Quomodo cũ illo quæris pacẽ, quando à teipso dissonas? Quomodo, inquies, à memetipso dissono? aliud sonat lingua, aliud indicat vita. Deo nostro iocunda sit laus. Potest enim laus iocunda esse homini, cùm audit concinnis acutisq; sen-
tentiis & suaui voce laudantẽ. Sed Deo nostro iocũda sit laus: cuius aures nõ ad os, sed ad cor, non ad linguã, sed ad vitã laudatoris patent. Quis est Deus noster, cui iocunda sit laus? Dulcescit nobis, cõmendat se nobis: gratias dignationi eius. Dignatur enim commẽdare se nobis, non quasi aliquid præstaturis, sed multa ab illo potiùs accepturis. Quomodo ergo cõmendat se nobis Deus? Audite apostolum Paulum. Commendat autẽ, Rom. 5. b inquit, dilectionẽ suam Deus in nobis. Quomodo cõmendat? Audite, ipse dicat apostolus, vt cõparetur & psalmo, Commendat, inquit, dilectionẽ suam Deus in nobis. Quomodo cõmendat? Quoniã cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quid ergo seruat laudatoribus, qui sic se cõmendat peccatoribus? Quia ergo sic dixit apostolus commẽdasse Deũ nobis dilectionẽ suam, vt Christus moreretur pro impiis, nõ vt impij remanerent, sed vt morte iusti ab iniu-
B stitia sanarentur: hìc quid audis, cùm dixisset, Deo nostro iocunda sit laus? Videamus si ipsa est commẽdatio, quã dixit apostolus, Quia Christus pro peccatoribus & pro impiis mortuus est. Ædificans, inquit, Hierusalẽ Dominus, & dispersiones Israëlis colligens.) Ecce ædificans Hierusalem Dominus colliget dispersiones populi ipsius. Populus enim Hierusalẽ populus Israël. Est Hierusalẽ æterna in cælis, vbi ciues etiam angeli sunt. Quid ergo ibi Israël? Si hominem illum nepotẽ Abra- Gen. 31. f hæ cõsideres, qui dictus est & Iacob, quomodo angelos intelligimus Israël? Si interpretationẽ nominis discutiamus, quia & ipse Iacob, mutato nomine vocatus est Israël, magis ibi nomen Israël, & vtinam & nos sequentes simus Israël. Quid enim interpretatur Israël? Videns Deum. Omnes ergo ciues illius ciuitatis videndo Deum gaudẽt in illa magna ciuitate & ampla & cęlesti, spectaculum eis Deus ipse est. Sed nos ab illa ciui-
C tate peregrinamur, peccato expulsi, ne ibi remaneremus, & mortalitate prægrauati ne illò rediremus. Respexit Deus peregrinationem nostrã, & ille qui ædificat Hierusalem, restituit lapsam partem. Vnde restituit lapsam partem? Dispersiones Israël colligens. Cecidit enim pars quædam, & facta est peregrina. Hanc peregrinam misericorditer vidit Deus, & quæsiuit nõ quærentes se. Vnde quæsiuit? Quem misit ad captiuitatem nostram? Misit redemptorem, secũdum quod ait apostolus, Commẽdat, inquit, Deus dilectionem suam in Rom. 5. b nobis, quoniam cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Misit ergo ad captiuitatem nostram redemptorem filium suum. Porta, inquit, tecum saccum, ferto ibi precium captiuorũ. Induit enim se ille mortalitatem carnis, & ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. Illo sãguine collegit dispersiones Israël. Et si ille collegit olim dispersos, quomodo satagẽdum D est vt colligãtur modò dispersi? Si collecti sunt dispersi, vt in manu artificis ad ædificium formarentur, quomodo colligendi sunt, qui de manu artificis inquietudine ceciderunt? Ædificans Hierusalẽ Dominus. Ecce quem laudamus, ecce cui laudem tota vita nostra debemus. Ædificans Hierusalem Dominus, & dispersiones Israël colligens. Quomodo colligit? Quid agit vt colligat? Qui sanat contritos corde.) Ecce quomodo colliguntur dispersiones Israël, vt sanentur contriti corde. Qui cor non conterunt, non sanantur. Quid est enim conterere cor? Notum sit charissimi, fiat vt sanari possitis. Dictum est enim multis aliis scripturarum locis, & maximè illo loco voce nostra quidam cantans dicebat, Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem Psal. 50. vtique. Deo dicebat, Si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis autem non delectaberis. Quid ergo

ergo? Sine sacrificij oblatione remanebim? Audi quid
te velit offerre. Sequitur & dicit, Sacrificiũ Deo spiri- A
tus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Sanat ergo contritos corde, quia illis propinquat vt sanet: sicut dicitur in alio loco, Prope est
Psal. 33. d Dũs his qui obtriuerũt cor. Qui obtriuerũt cor? Humiles. Qui non obtriuerũt cor? Superbi. Contritum sanabitur, elidetur elatũ. Ad hoc enim fortè eliditur, vt cõtritum sanetur. Ne velit ergo, fratres, cor nostrum esse erectum, antequã sit rectum. Malè erigitur quod non primò corrigitur. Qui sanat contritos corde, Et alligat contritiones corũ.) Sanat, inquit, cõtritos corde, sanat ergo humiliatos corde, sanat confitentes, sanat seipsos punientes, in se seuerũ iudicium exercentes, vt possint esse illius misericordiã sentientes. Tales sanat, sed perfecta eorũ sanitas trãsacta mortalitate fiet, quãdo cor-
1. Cor. 15. g ruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc
induerit immortalitatẽ: quãdo nihil erit quod ex car- B
nis labe sollicitet, nõ solùm nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modò, fratres mei, quãtæ illicitæ delectationes animũ tangunt, quãuis eis non consentiamus, vt mẽbra nostra iustitiæ seruiant, nõ iniquitati: tamẽ vel delectari talibus, etsi non consentis, nõdum est perfecta sanitas. Sanaberis ergo, corde sanaberis cõtrito. Noli erubescere, contere cor: tales sanat Deus. Sed quid ago, inquies, modò? Cõde-
Rom. 7. d lector enim legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ: video autem aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentẽ in lege peccati. Quid agis? Contere cor, confitere: age, dic sequentia, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc enim dicere, infelix homo, iã cor cõtercre est. Ille sperat felicitatẽ, qui confitetur infelicitatẽ. Dic ergo,
Ibidem Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: vt respondeatur tibi, Gratia Dei per Iesum
Christum Dominũ nostrũ. Quomodo autẽ liberabit C
ipsa gratia Dei, vnde nunc pignus accepimus? Audi cũ-
Rom. 8. b dem apostolũ. Corpus quidẽ, inquit, mortuũ est propter peccatum, spiritus autẽ vita est propter iustitiã. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum Christũ ex mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Hoc ergo pignus accepit spiritus noster: vt incipiamus fide seruire Deo, & ex
Rom. 1. b fide appellari iusti. Quoniam iustus ex fide viuit. Quicquid autẽ nobis adhuc repugnat & resistit, de mortali-
Rom. 8. c tate carnis est, & hoc sanabitur. Viuificabit enĩ, inquit, & mortalia corpora vestra, per inhabitantẽ spiritũ eius in vobis. Ad hoc pignus dedit, vt cõpleat quod promisit. Quid ergo nũc in hac vita, quãdo adhuc cõfessores sumus, nondũ possessores? Quid in hac vita? Quid fiet? Quomodo curabitur? Sanat contritos corde. Sed perfecta sanitas tũc erit, quãdo diximus. Nunc ergo quid? Alligat contritiones corũ. Qui curat, inquit, contritos D
corde, quorũ perfecta sanitas in resurrectione iustorũ erit: alligat modò cõtritiones corum. Quæ sunt alligamenta contritionũ? Sicut medici alligãt fracturas. Aliquando enĩ intelligat & hoc charitas vestra, & notũ est cis qui animaduerterũt, vel à medicis audierũt: aliquãdo prauè & distortè firmata, vt corrigant medici, frangunt, & faciũt vulnus nouũ, quia mala erat sanitas prau-
Osiæ 14. d a. Sic ergo rectę sunt, inquit scriptura, vię Domini, sed prauicordius in illis scãdalizabitur. Quid est prauicordius? Torticordius, tortum cor habẽs. Putat torta esse oĩa quæ dicũtur à Deo, putat praua esse omnia quę fecit Deus, & displicent illi oĩa iudicia Dei, maximeq; in quibus ipse corripitur, & sedet & disputat quàm malè faciat Deus, quia nõ pro eius voluntate facit. Distortũ cor prauum cor est: quod non se corrigit ad Deum, & A
Deũ vult distorquere ad se. Quid ergo dicit Deus desuper? Tortus es, æquus sum. Si tu rectus esses, sentires æquitatem meã. Quemadmodũ si in pauimentũ æquale poneres distortum lignũ, non collocaretur, vndique nutaret, vndiq; agitaretur, quod non loci inæqualitas, sed distortio ligni facit: sicut ait scriptura, Quàm bonus
Israël Deus rectis corde. Quid ergo tortũ est cor? Quo- Psal. 72. c
modo dirigitur? Et tortũ est & durum. Iam ergo tortũ & durum frangatur, cõteratur vt dirigatur. Tu dirigere cor tuũ non potes: tu frange, ille dirigat. Quomodo tu frangis? quomodo tu cõteris? Confitendo, puniẽdo peccata tua. Quid aliud significat pectorũ tunsio? Nisi fortè putamus ossa nostra aliquid peccasse, cùm tundimus pectus. Sed significamus nos cor conterere, vt à Dño dirigatur. Sanat ergo cõtritos corde, & contritũ cor habẽtes: & sanitas ipsius cordis tunc erit perfecta,
cùm & corporis reparatio implebitur quæ pmissa est. B
Nunc interea quid facit medicus? Alligat contritiones tuas, vt tu possis peruenire ad plenissimã firmitatẽ: donec cõsolidetur quod fractũ est, quod alligatũ est. Quæ sunt ista alligamenta? Tẽporalia sacramẽta. Alligamẽta medicinalia sunt cõtritionis nostræ, sacramẽta interim tẽporalia quibus habemus consolationẽ: & ista oĩa quæ loquimur vobis, ipsa quæ sonãt, & trãseunt, quicquid in ecclesia geritur temporaliter, alligamenta sunt cõtritionũ. Quemadmodũ enim medicus perfecta sa-
nitate detrahit ligaturã: sic in illa ciuitate Hierusalem Matt. 22. a
cùm æquales angelis facti fuerimus, nũquid putatis ibi nos accepturos esse quod hìc accipimus? Aut ibi recitandũ est nobis euangeliũ, vt fides nostra permaneat? aut imponẽda est manus ab aliquo præposito? Ista oĩa alligamenta fracturæ sunt. Perfecta sanitate detrahentur: sed ad eã non peruenietur, nisi alligarentur. Sanat
C ergo cõtritos corde, & alligat cõtritiones eorum. Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnibus eis nomina vocans.) Quid magnũ Deo, numerare multitudinẽ stellarũ? Hoc & homines conati sunt. Viderint vtrum implere potuerint: nõ tamen conarentur, nisi se impleturos esse sperarent. Illis dimittamus quid potuerint, & quousq; peruenerint: Deo autẽ non puto esse magnũ numerare omnes stellas. An fortè numerum ne obliuiscatur, recẽset? Et magnũ est aliquid Deo stellas numerare, cui capilli capitũ numerati sunt? Manifestum est, fratres, aliquid velle Deum intelligere nos in eo q̃ ait, Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus eis, in- Matth. 10. d
quit, nomina vocãs. Sunt stellæ quædam lumina in ecclesia cõsolantia noctẽ nostram, oẽs quibus dicit apostolus, In quibus apparetis tanquã luminaria in mũdo. Philip. 2. c
In ista, inquit, natione tortuosa & peruersa, in quibus apparetis tãquam luminaria in mundo verbũ vitæ habentes. Illas stellas numerat Deus. Omnes secũ regnaturos, oẽs aggregandos corpori vnigeniti sui numeratos habet, & numerat eos. Qui indignus est, nec numerabitur. Et multi crediderũt, vel multi se qualicunque adũbrata specie fidei, populo eius applicuerunt: nouit tamen ille quid numeret & quid vẽtilet. Nam tanta est celsitudo euangelij, vt fieret quod dictũ est, Annuncia- Psalm. 39. b
ui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sunt ergo in populis & supernumerarij quodãmodo. Quid est, supernumerarij? Plus quàm ibi futuri sunt. Intra parietes istos plures sunt, quàm futuri sunt in regno Dei, in illa Hierusalem cęlesti: ipsi super numerum sunt. Animaduertat quisque vtrum luceat in tenebris, vtrum in iniquitate seculi tenebrosa non seducatur: si non fuerit seductus nec victus, tanquam stella erit, quã iã numerat Deus. Et omnibus, inquit, eis nomina vocans: ibi est totũ præmium. Habemus nomina quædã,

nomina apud Deum? vt nouerit Deus nomina nostra,
hoc optare debemus, hoc agere, hoc satagere quãtum A
possumus, nõ de aliis rebus gaudere, nec de donis qui-
busdã spiritalibus. Videat charitas vestra. Multa dona
1. Cor. 12.d sunt in ecclesia, sicut apostolus dicit, Alij quidẽ per spi-
ritũ datur sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientiæ secũdum
eundẽ spiritũ, alij fides in eodẽ spiritu, alij donatio cu-
rationũ, alij diiudicatio spirituũ, id est, vt diiudicet in-
ter bonos malosq; spiritus, alij linguarum genera, alij
prophetia. Quãta dixit? quàm multa dixit? Multi donis
talibus malè vsi, audiẽt in fine, Non noui vos. Et quid
Matth. 7.d dicturi sunt in fine, quia audiẽt, Nõ noui vos? Domine
nónne in nomine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo
dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas
fecimus? In nomine tuo oĩa ista. Et quid dicet eis? Nũ-
quam noui vos, discedite à me oẽs qui operamini ini-
quitatẽ. Quid est ergo esse iã lumen cęli consolans no-
ctẽ, & quod nõ vincatur à nocte? Adhuc, inquit, super-
1. Cor. 13.a eminentiorẽ viam vobis demõstro. Si linguis hominũ B
loquar & angelorũ, charitatẽ autem nõ habeam, factus
sum vt æramentũ sonans, aut cymbalũ tinniens. Quale
donum est loqui linguis angelorum & hominũ? Tamẽ
si charitatẽ, inquit, non habeã, æramentũ sum sonans,
aut cymbalũ tinniens. Si sciero, inquit, oĩa sacramenta
& omnem scientiã, & si habuero omnẽ prophetiam, &
omnem fidẽ, ita vt montes transferã: quanta ista dona
sunt? Charitatem autẽ non habeam, inquit, nihil sum.
Quale est illud donũ martyrij, & distributionis rerum
suarũ? Et tamen si distribuero, inquit, oĩa mea pauperi-
bus, & tradidero corpus meũ vt ardeat, charitatem au-
tem nõ habeam, nihil mihi prodest. Qui ergo nõ habet
charitatem, & si ad tẽpus habet hæc dona, auferẽtur ei.
Auferetur ei quod habet, quia quiddam non habet. Et
ipsum quiddã hoc non habet vnde cætera teneantur,
& ipse nõ pereat. Quid est illud quod modò ait Domi-
Matth. 13.b nus, Qui habet, addetur ei: qui autẽ non habet, & quod C
habet auferetur ab eo? Qui ergo nõ habet, & quod ha-
bet auferetur ab eo. Habet gratiam possidẽdi, sed non
habet charitatem vtendi. Quia ergo illud nõ habet, &
quod habet auferetur ab eo. Propterea discipuli vt ha-
berẽt charitatẽ, quos volebat facere in cęlo stellas am-
bulãtes supereminẽtem viam, ille qui numerat multi-
tudinem stellarũ & omnibus eis nomina vocans, cùm
redirent discipuli quò missi erãt, exultauerunt & dixe-
rũt: Domine, ecce spiritus immũdi subiecti sunt nobis
propter nomen tuũ. Et ille qui numerat multitudinem
stellarũ, & omnib. eis nomina vocãs, sciens multos di-
Lucæ 10.d cturos esse, Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus?
quibus dicturus est in finẽ, Non noui vos: quia eos non
numerauit in multitudine stellarũ, nec eis nomina vo-
cauit: Nolite, inquit, in hoc gaudere quia spiritus vobis
subiecti sunt, sed gaudete quia nomina vestra scripta
sunt in cælo. Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & om-
nibus eis nomina vocans. Magnus Dominus noster.) D
Implet' est gaudio, eructauit ineffabiliter: nescio quid
dicere nõ valebat, & cogitare quomodo valebat. Ma-
gnus Dominus noster, Et magna virtus eius, & intelli-
gentię eius nõ est numerus.) Ille ipse qui numerat mul-
titudinẽ stellarũ, numerari non potest. Magnus Domi-
nus noster, & magna virtus eius, & intelligẽtiæ eius nõ
est numerus. Quis hoc exponat? quis dignè vel cogitet
quod dictum est, Et intelligentiæ eius nõ est numerus?
Atque vtinam infundat se vobis, & vbi nos deficimus,
quia ipse potens est, ipse illustret mẽtes vestras, vt scia-
tis quid sit, intelligentiæ eius non est numerus. Videtis
enim fratres. Nunquid est numerus arenæ? Nobis non
Matt. 10.d est, Deo est. Cui capilli capitis nostri omnes numerati
sunt, & arena numerata est. Quicquid ergo infinitum
mundus iste cõplectitur, etiã si non homini, tamen est
Deo, parũ dico Deo, angelis numeratũ est. Intelligen-
tiæ eius non est numerus. Excedit oẽs numerarios in-
telligentia eius, numerari à nobis nõ potest. Ipsum nu-
merũ quis numerat? Numero numerãtur, quæcunque
numerãtur. Si quicquid numeratur, numero numera-
tur, numeri nõ potest esse numerus: numerari numerus
nullo pacto potest. Quid ergo est apud Deũ? Vnde fe-
cit oĩa, & vbi fecit omnia, cui dicitur, Omnia in mẽsu- Sap. 11.d
ra & numero & põdere disposuisti? Aut quis ipsam mẽ-
surã, & ipsum numerũ, & ipsum põdus vbi Deus om-
nia disposuit aut numerare potest, aut metiri, aut appẽ-
dere? Ergo intelligentiæ eius nõ est numerus. Cõtices-
scãt humanæ voces, requiescãt humanæ cogitationes.
Ad incõprehensibilia nõ se extendant quasi cõprehẽ-
suri, sed tanquã participaturi: participes enim erimus.
Nõ hoc quod capimus erimus, nec totũ capiemus: sed
participes erimus, quia dictũ est de Hierusalẽ cuius di-
spersiones colligit, dictũ est de illa quiddam magnum, B
Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio Psalm. 147.d
eius in idipsum. In idipsum quid ait, nisi quod mutari
nõ potest? Cętera quę sunt creata, aliter & aliter possũt
esse: qui autẽ creauit, aliter & aliter non potest esse. Id-
ipsum ergo ille est, quoniã dictum est ei, Mutabis ea & Psal. 101.d
mutabuntur, tu autẽ idem ipse es, & anni tui non defi-
cient. Igitur si ipse idẽ ipse est, & mutari ex nulla parte
potest: participãdo eius diuinitatem erimus & nos im-
mortales in vitã æternã. Et hoc nobis pignus datũ est
de filio Dei quod iã dixi sanctitati vestræ, vt antequam
efficeremur participes immortalitatis ipsius, fieret ipse
prior particeps mortalitatis nostræ. Sicut autem ille
mortalis, nõ de sua substãtia, sed de nostra: sic nos im-
mortales, nõ de nostra substãtia, sed de ipsius. Partici-
pes ergo erimus, nemo dubitet, Scriptura hoc dixit. Et
cuius rei participes erimus, quasi partes sint apud Deũ,
aut per partes diuidatur Deus? Quis ergo explicat quo- C
modo sint participes vnius simplicis multi? Non ergo
exigatis quod apertè antè dici nõ posse puto quàm vi-
deatis, sed redite ad remediũ Saluatoris: cõterite cor,
cõfringatur animi duritia, cõteratur animi duritia, cõ-
teratur animi pertinacia, accusetur in malo, renascatur
in bono. Diriget ipse, alligabit fracturã, cõsolidabit sa-
nitatem: & non erunt iã impossibilia nobis, quę modò
impossibilia sunt. Bonũ est enim vt cõfiteatur infirmi-
tatem, qui vult peruenire ad diuinitatem. Intelligentię
eius non est numerus. Ideo quid debeas facere in diffi-
cultate intelligẽdi, ostendit tibi cùm consequenter di-
cit, Suscipiens mãsuetos Dominus.) Verbi gratia, Non
intelligis, parũ intelligis, non cõsequeris. Honora scri-
pturã Dei, honora verbũ Dei, etiã non apertum: differ
pietate intelligentiã. Noli proteruus esse, accusare aut
obscuritatẽ, aut quasi peruersitatem scripturæ. Peruer-
sum hìc nihil est, obscurũ autem aliquid est, nõ vt tibi
negetur, sed vt exerceat accepturũ. Ergo quando ob-
scurũ est, medicus illud fecit vt pulses. Voluit vt exer- Matth. 7.b
cereris in pulsando, voluit vt pulsanti aperiret. Pulsan-
do exerceberis, & exercitatus latior efficieris: latior fa-
ctus, capies quod donatur. Ergo noli indignari quod
clausum est. Mitis esto, mãsuetus esto. Noli recalcitrare
aduersus obscura, & dicere, Melius diceretur, si sic di-
ceretur. Quando enim potes tu sic dicere aut iudicare
quomodo dici expediat? Sic dictũ est quomodo dici
debuit. Non corrigat æger medicamẽta sua. Nouit ea
medicus modificare: ei crede qui te curat. Ideo quid
sequitur? Suscipiens mãsuetos Dñs. Noli ergo resistere
aduersus clausa Dei: mansuetus esto, vt suscipiat te. Si
autem resistis, audi quid sequatur: Humilians autem
peccatorum,

catorum. Humiliãs autẽ peccatores vsque ad terram.
Quos peccatores, nisi cõtrarios mãsuetis? Ex eo quip- A
pe quod ait, Suscipiens mansuetos Dominus, humiliãs
autẽ peccatores vsque ad terrã: speciem quãdam pec-
catorũ ex predicta mãsuetudine voluit intelligi. Pec-
catores ergo hoc loco immites, & eos qui mãsueti nõ
sunt intelligimus. Quare humiliat vsque ad terrã? Re-
prehendunt intelligibilia, terrena sensuri sunt. Hoc fe-
cit & omnibus qui voluerunt irridere legem antequã
nossent: non enim fuerunt mãsueti. Intelligat charitas
vestra. Extitit quædam perditissima secta Manichæo-
rum, acceptas scripturas & lectas irrisit: reprehendere
voluit quod non intelligebat, & exagitando & repre-
hendendo nõ intellecta multos illaqueauit. Sed humi-
liati sunt, qui hoc facere voluerunt, vsque ad terrã. Nõ
sunt permissi intelligere cælestia, terrena sapuerunt.
Quicquid audis in fabulis ipsorum, nõ nisi blasphemia
est, & quædã figmenta imaginum corporalium: quan-
doquidem volentes intelligere Deum, vsque ad lucis B
istius visibilis cogitationem venerunt, vltrà ire nõ po-
tuerunt, & tales campos lucis fecerunt in regno Dei,
qualem viderũt hunc solem quasi fructum lucis illius.
Totum autem hoc quod per terram carnis tangitur,
terra est Deo, habem' enim vnde videamus, vnde au-
diamus, vnde odoremus, vnde gustemus, vnde tanga-
mus. Caro ista per quinque nuncios quosdã, quos ap-
pellam' sensus, percipit nõ nisi corporalia: intelligibi-
lia verò & spiritalia mente capiũtur. Quia ergo illi ob-
scuritatẽ scripturarũ irriserunt, quæ propterea clausa
erat, vt pulsantes exercerentur, nõ vt paruulis negarẽ-
tur, humiliati sunt vsq; ad terram, vt cogitare amplius
non possint, quã quod per terram percipitur. Per terrã
quid dico? Per carnẽ. Caro enĩ ista terra est, & de terra
facta est. Quicquid per oculos capis, ad terrã pertinet,
quicquid per aures, quicqd per olfactũ, quicquid per
gustum, quicquid per tactũ, ad terrã pertinet: quia per
terram percipitur. Illi ergo nõ valebant intelligere in-
telligentiam cuius non est numerus, quia intelligentiæ C
eius non est numerus. Reprehendentes scripturas my-
sticis quibusdã rebus salubriter tegentes intelligẽtiam
vt paruuli exerceantur, & ipsa reprehensione immites
facti, quod contrariũ est mansuetis, humiliati sunt vs-
que ad terrã, vt incorporalẽ Deum sentire nõ possent,
& quicquid de Deo cogitarent, non nisi corporaliter
cogitarent. Humilians ergo est Deus peccatores vsque
ad terram. Quid ergo debemus facere nos, si nolumus
humiliari vsque ad terrã? Quia magnũ est ꝓficere vsq;
ad intelligibilia, magnũ est proficere vsq; ad spiritalia,
magnũ est eò peruenire cor, vt nouerit esse aliquid q̃
non per loca extẽ datur, nec per tẽpora varietur. Qua-
lis est enim species sapiẽtiæ? quis illã cogitet? longa est?
quadrata est? rotunda est? Modò hic & modò ibi est?
Cogitat sapientiã nescio quis in Oriẽte, cogitat illã a-
lius in Occidente: si bene illam cogitãt, in tanta loco-
corũ diuersitate positi, ambobus tota præsto est. Quid
est hoc? quis illud capit? Istam substantiã, istã quandam
diuinã incõmutabilemq; naturã quis capit? Noli festi-
nare, poteris capere. Audi quod sequitur. Incipite Do-
mino in confessione.) Hinc incipe, si vis peruenire ad
intelligentiã perspicuã veritatis. Si vis à via fidei per-
duci ad possessionem speciei, incipe in confessione. Te
prius accusa: te accusato, Deũ lauda. Inuoca quẽ non-
dum nosti, vt veniat & sciatur: non vt ipse veniat, sed
vt te ad se perducat. Quomodo ipse venit, vnde nun-
quã discedit? Ipsa est enim perfectio sapientiæ. Vbique
est, & longè est à malis. Vbique est, inquã, & longè est
à malis qui vbique sunt. Rogo vos, à quibus longè est
quod vbique est? Vbi putatis, nisi quia iacẽt in diffimi-
litudine sua, exterminantes in se similitudinẽ Dei? Dis-
similes facti recesserũt, reformati redeãt. Vnde, inquit, A
reformabimur? Incipite Domino in confessione. Post
confessionẽ quid? Sequantur bona opera. Psallite Deo
nostro in cithara.) Quid est, in cithara? Quod iã expo-
sui, sicut illud in psalterio psalmus: sic & cithara, nõ so-
lũ voce, sed opere. Psallite Deo nostro in cithara, Ecce
confitemini, operamini opera misericordiæ, psallite
Deo nostro. Cui Deo nostro? Qui cooperit cęlum nu-
bibus.) Quis est, qui cooperit cœlũ nubibus? Qui cõte-
git scripturam figuris & sacramentis. Ille qui humiliat
peccatores vsque ad terrã, ille qui suscipit mansuetos,
cooperit cælũ nubibus. Et quis videat cælũ quod co-
opertũ est nubibus? Noli timere, audi quod sequitur.
Qui cooperit cælũ nubibus, Qui parat terrę pluuiam.)
Qui cooperit cælũ nubibus, Expauisti, quia non vides
cælũ: cùm pluerit, fructificabis, & serenũ videbis. Co-
operit cælũ nubibus, qui parat terræ pluuiã, fortè hoc
fecit Dominus Deus noster. Nisi enĩ haberemus occa-
sionẽ obscuritatis scripturarũ, ista vobis nõ dicerem'
quibus gaudetis. Hęc ergo pluuia fortasse est ad quam
gaudetis. Exprimi vobis per linguã nostrã non posset,
nisi Deus nubibus figurarũ cælũ scripturarũ cooperi-
ret. Ad hoc ergo ille cooperit cælũ nubibus, vt paret
terrę pluuiã. Ad hoc obscura esse voluit dicta prophe-
tarũ, vt haberent postea serui Dei quod interpretando
influerent super aures & corda hominum, excipientiũ
de nubibus Dei saginã lætitiæ spiritalis. Qui cooperit
cælũ nubibus, qui parat terræ pluuiã. Qui exoriri facit
in montibus fœnũ, & herbã seruituti hominum.) Ecce
fructus pluuiæ. Qui exoriri, inquit, facit in montibus
fœnũ. Nũquid nõ & in terra humili? Sed quid magnũ
est in mõtibus? Mõtes dicit excelsos seculi: aliqua ma-
gna dignitate præditos, hoc loco mõtes accipe. Et nõ
est mirum, quia duo minuta misit nescio quæ vidua in Matt. 21.d
gazophylaciũ, terra attulit fœnũ, terra humilis: & mõs
attulit Zacchæus ille maior publicanorũ. Hoc enĩ erat Lucæ 19.b
mirabilius, quia mons attulit fœnũ. Quanto enim elati
sunt homines, tãto auari sunt: & quanto in hoc seculo
maiores, tanto plus amãt diuitias. Vnde ille tristis ab-
scessit, qui consiliũ vitæ æternæ petebat à Dño, & ap-
pellauit eũ magistrũ bonũ dicẽs, Quid faciam vt vitã Matth. 19.d
æternam habeã? Et ille, Serua mandata. Quæ? Et dixit,
Mandata legis. Hæc omnia feci à iuuentute mea. Vnũ,
inquit, tibi deest. Vis esse perfectus, vade, vẽde oĩa tua
quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in
cælo, & veni sequere me. Qui dixit Dñs. Ecce mõs es
accipe pluuiam, & da fœnũ. Quid enĩ daturus es? Nõ-
ne fœnum? Etenim ista omnia quę ecclesiæ ad neces-
sitates seruiẽtium Deo dantur à diuitibus, quid sunt nisi
fœnũ? Carnalia enim sunt, & ad tẽpus apparentia: sed
nõ inde aliquid carnale conquiritur. De rebus vilibus
quid emas attende: Apostolus enĩ ait ostendens fœnũ 1. Cor. 9.b
esse illud, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnũ
est si carnalia vestra metamus? Et audi quia carnalia D
fœnum sunt. Omnis caro fœnũ & omnis charitas ho- Esaiæ 40.b
minis vt flos fœni. Ergo ille tristis abscessit: & ait Do- Matt. 19.c
minus, Quàm difficilè diues intrat in regnum cælorũ?
Hoc ergo magnũ, quia exoriri facit in montibus fœ-
num. Et quomodo exoriri facit in montibus fœnum,
si diues ille audito quòd res suas deberet dare paupe-
ribus, tristis abscessit? Quomodo postea respõdit apo-
stolis contristatis? Quæ hominibus impossibilia sunt,
Deo facilia sunt. Ergo ille exoriri facit in montibus
fœnum, cui omnia facilia sunt. Nam nihil esset steri-
lius durissimis montibus. Pluit ille qui facit exoriri
in montibus fœnum & herbam seruituti hominum.
Cui seruituti? Ipsum Paulum attende. Nos autem, in- 2. Cor. 4.b

quit, seruos vestros per Iesum Christũ. Qui dicebat, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metuamus? seruũ se dixit: seruim⁹ enim vobis fratres. Nemo se nostrũ dicat quasi maiorẽ vobis esse:
Matt. 20 d erimus maiores, si fuerimus humiliores. Quicunque autẽ vult esse maior vestrũ, Domini sententia est, erit vester seruus. Ergo exoriri facit in mõtibus fœnum & herbam seruituti hominũ. Paulus quidẽ apostolus manibus suis viuens, ipsum fœnum montiũ noluit accipere, voluit indigere, sed tamẽ montes dabant fœnũ. Num quia illa noluit accipere, propterea mõtes dare non debebant, aut steriles remanerent? Debẽtur pluuiæ fructus, debetur seruo cibus, sicut Dominus ait,
Matt. 10. b Mãducate quæ ab ipsis sunt. Et ne putarent aliquid de suo donare, Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Itaq; fratres, quoniã cõtigit iam ex ista occasione aliquid loqui vobis, maximẽ quia loquimur, talia nos nõ quærẽtes à vobis, & ideo liberius dicim⁹: Sed etsi quẽreremus, fructum vestrum quæreremus, & non vestras opes, sed vestrã iustitiã: tamẽ admoneo breuiter, quoniã iam multa diximus, & aliquando sermo finiendus est, si vultis non esse steriles, vt reddatis pro pluuia fœ-
Hebr. 6. b cunditatẽ, ne dãnetur postea sterilitas vestra. Minatur enim Deus terræ sterili & spinosæ ignẽ, sicut fructuosę horreum parat. Efficite vt vosipsos exigatis, efficimini exactores vestri. Christus tacitus exigit: & maior est vox tacẽtis, quia in euãgelio non tacet. Nõ enim verè tacet cùm dicit, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula.
Lucæ 16. c Nõ tacet ipse, audite vocẽ eius. Nemo enĩ à vobis potest exigere: nisi fortè exactione opus est, vt qui vobis in euãgelio seruiunt, petant à vobis. Si ad hoc ventum fuerit vt petant, videte ne quod vos à Deo petistis, frustrà petatis. Ergo estote exactores vestri, ne aliquid illi qui in euangelio seruiunt vobis, nõ dicã. petere cogãtur, nam fortè nec coacti petent: sed ne silentio vos ar-
Psal. 40. a guant. Vnde scriptum est, Beatus qui intelligit super e- C genũ & pauperẽ. Cùm dicit, qui intelligit super egenũ & pauperẽ, non expectat vt petat. Intellige super illũ. Alius te quærit indigẽs, aliũ tu debes quærere indigẽtem. Vtrũque dictũ est, fratres mei: Et omni petẽti te
Lucæ 6. d da, modò lectum est. Et alio loco scriptura dicit, Sudet eleemosina in manu tua, quousq; inuenias iustũ, cui eã tradas. Alius est qui te quærit, aliũ tu debes quærere: nec eũ qui te quęrit relinquas inanẽ, omni enim petẽti teda. Sed ali⁹ est quẽ tu debes quærere: Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias iustũ cui des. Nũquã hoc facietis, nisi aliquid de rebus vestris sepositũ habueritis, quod cuiq; placet pro necessitate rei fami-
Ioan. 13. d liaris suæ, tanquã debitũ quasi fisco reddendũ. Si non habet rempublicã suã Christus, non habet fiscum suũ. Fiscus enim scitis quid sit? Fiscus enim saccus est, vnde & fiscellæ & fiscinæ dicuntur. Ne putetis quia aliquis draco est fiscus, quia cum timore auditur exactor fisci. D Fiscus saccus est publicus. Ipsum habebat Domin⁹ hic in terra, quãdo loculos habebat: & ipsi loculi Iudę erãt commissi. Iudã traditorẽ patiebatur Dominus & furẽ, & in ipso ostendens vbique patientiã suam: tamen illi qui conferebant, in loculos Domini conferebãt. Nisi fortè putatis quia Dominus ibat & petebat aut indigebat, cui angeli seruiebant: qui de quinque panibus tot milia hominũ pauit. Quare ergo egere voluit, nisi vt daret exemplum montibus vt parerent fœnum, ne contra pluuiam sterilitatẽ redderent? Præcidite ergo aliquid, & deputate aliquid fixũ, vel ex annuis fructibus, vel ex quotidianis quæstibus vestris. Nam quasi diuino videris dare, & necesse est vt trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non debueras.

A Exime aliquã partẽ reddituũ tuorũ. Decimas vis? decimas exime, quanquã parum sit. Dictũ est enim, quia Pharisæi decimas dabant, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Et quid ait Dñs? Nisi a- Matth. 5. c
bundauerit iustitia vestra plusquã Scribarũ & Pharisæorũ, non intrabitis in regnum cælorum. Et ille super quem debet abundare iustitia tua, decimas dat: tu autẽ nec millesimam das. Quomodo superabis eum, cui nõ æquaris? Qui cooperit cælum nubibus, qui parat terræ pluuiã, qui exoriri facit in montibus fœnũ, & herbam seruituti hominũ, Et dat pecoribus escam ipsorũ:) Pecora ista dicit greges Dei. Non fraudat Deus gregem suum esca sua per homines, quorũ seruituti herbã fa-
cit exoriri. Vnde dicit apostolus, Quis pascit gregẽ, & 1. Cor. 9. a
de lacte gregis non percipit? Qui dat pecoribus escam ipsorum, Et pullis coruorum qui inuocant eum.) Hoc fortè putabimus, quia corui Deũ inuocant, vt det illis escam? Ne hoc cogitetis, irrationalẽ animã inuocare B Deũ: non nouit anima inuocare Deũ, nisi sola rationalis. In figura accipite dictũ, nec putetis, sicut impij quidã dicunt, reuolui animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos. Hoc à cordibus vestris excludite, & à fide vestra. Anima humana facta est ad i- Genes. 1. d
maginẽ Dei, non dabit imaginem suam cani & porco. Quid est ergo, Et pullis coruorũ qui inuocant eũ? Qui sunt pupilli coruorũ? Israëlitæ se solos iustos esse dicebant, quia legẽ acceperãt: cæteros oẽs omniũ gentium homines peccatores dicebãt. Et verè omnes gẽtes in peccato, in idololatria, in adoratione lapidũ atque lignorũ erant. Sed nunquid sic remanserũt? Et si nõ ipsi corui patres nostri, tamen pulli coruorũ nosipsi inuocamus Deum. Dat pecoribus escam ipsorum, & pullis
coruorum qui inuocant eum. Ipsi sunt pulli coruorũ, 1. Pet. 1. d
quibus dicit Petrus. Quia non corruptibili argẽto vel auro redempti estis de superuacua vestra cõsuetudine à parentibus vestris tradita. Proficientes enĩ pulli coruorum qui simulacra colere videbantur parentũ suorum, conuersi sunt ad Deũ. Et audis modò pullũ corui C
inuocantẽ vnũ Deũ. Quid ergo? Dimisisti parentẽ tuã, dicis pullo corui? Dimisi planè. Ille enĩ coruus non inuocans Deũ, ego pullus corui inuoco Deum. Et pullis coruorum qui inuocant eum. Non in potentatu equi voluntatẽ habebit.) Potentatus equi est superbia. Videtur enim equus veluti ad suggestũ hominis accõmodatus, vt altior incedat. Et reuera est in eo ceruix, indicans quandã superbiã. Non se extollãt homines in suis dignitatibus, nõ se sublimes putent honoribus caueãt ne in equo indomito precipitẽtur. Vide enim quid dictũ est in alio psalmo, Hi in curribus, & hi in equis, nos Psal. 19. b
autẽ in noĩe Dñi Dei nostri magnificabimur. Hoc est illi in honorib⁹ tẽporalibus, nos autẽ in noĩe Dñi Dei nostri magnificabimur. ꝓpterea illis quid accidit? Videte quid sequitur. Illis obligati sunt pedes & cecide-
runt, nos autem surreximus & erecti sumus. Nõ in potentatu equi voluntatẽ habebit, Nec in tabernaculis viri bene sentiet.) In tabernaculis, inquit, viri. Est enim tabernaculum Domini, ipsa sancta ecclesia toto orbe diffusa. Hæretici diuidẽtes se ab ecclesiæ tabernaculis, sibi tabernacula posuerunt: non in ipsis tabernaculis viri bene sentiet Deus. Sed pullum coruorum attende dicentem, Elegi abijci in domo Domini, magis quàm Psal. 83. d
habitare in tabernaculis peccatorum. Etenim si alicui bono, pio, confitenti infirmitatẽ suam, pullo corui inuocanti Deũ contigerit fortè in ecclesia carere honore temporali: non it extra ecclesiam, nõ sibi facit extra ecclesiam tabernaculũ, in quo non bene sentiat Deus. Sed quid dicit? Elegi abiici magis in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Nec in taber-

in tabernaculis viri bene sentiet. Sed quid adiungit? Bene sentiet Dominus in timẽtibus eum, & in his qui A
sperant in misericordia eius.) Bene sentit Dominus in timentibus eum. Sed nũquid sic timetur Deus, quomodo & latro? Nã & latro timetur & bestia timetur, & homo iniustus & potẽs timetur multum. Bene sentiet Dñs in timentibus eum. Sed quomodo in timentibus eum. Et in his qui sperãt in misericordia eius. Ecce timuit eum Iudas traditor Christi, sed non sperauit in
Matt. 27. a misericordia ipsius. Postea enim pœnituit eum quòd tradiderit Christũ: & dixit, Peccaui, quia tradidi sanguinẽ iustũ. Bene quidẽ timuisti, sed si sperares in misericordia eius quẽ timuisti. Ille desperando abiit, & laqueo se suspendit. Ergo sic time Dñm, vt speres in misericordia eius. Si times latronẽ, ab alio speres auxiliũ, & non ab eo quem times: si sic times, poscis auxilium ab eo quem nõ times aduersus eum quẽ times. Si sic times Deum, & ideo times Deũ quia peccator es, à quo accepturus es auxiliũ aduersus Deum? Quò iturus es? B
Quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatũ. Placabis enim eum, si speres in misericordia ipsius: atq; ita de cætero peccare caueas, vt de præteritis depreceris, vt tibi dimittantur à Domino, cui est honor & imperium cum patre & spiritu in secula seculorum, Amen,

IN PSALMVM CXLVII. ENARRATIO.

MEminit charitas vestra de psalmo quem modò cantauimus, in hodiernũ diem nos distulisse sermonem. Ipse enim erat, & die dominico lectus est, & tractandus ipse susceptus est. Sed quia euangelica lectione tunc permoti, præ magnitudine timoris nostri & vestræ vtilitatis immorati sumus in eo quòd nobis
Matt. 24. d Dominus Diem nouissimũ commendauit, cautosque nos & vigilantes expectare voluit aduentũ suum, terrens etiã exemplo, ne damnaret iudicio, sic futurũ dicens aduentũ filij hominis, sicut in diebus Noë: man-
Lucæ 17. f ducabant & bibebant, emebant, vendebãt, nubebant, C
vxores ducebant, donec introiret Noë in arcã, & venit diluuium, & perdidit oẽs. Solliciti ergo & magno timore concussi: quis enim si credit non timeat? in eo sumus quantũ potuimus immorati, vt de vestris moribus vitaque vestra & omnium nostrũ, sermo produceretur, quo possimus illum diem non solùm securi expectare, sed etiam desiderare. Si enim amamus Christũ, vtique aduẽtum eius desiderare debemus. Peruer-
Matth. 6. b sum enim est, & nescio vtrũ verum, quem diligis timere ne veniat: orare, Veniat regnum tuum, & timere ne exaudiaris. Vnde autẽ timor? quia iudex venturus est? nunquid iniustus? nunquid maleuolus? nunquid inuidus? nunquid postremò ab altero expectãs nosse causam tuam, ne fortè ille quem instruxisti, vel præuaricatione te decipiat, vel minori facũdia & facultate deficiens, innocentiæ tuæ bonũ verbis demonstrare non
possit? Nihil horum? Quis ergo venturus est? quare nõ D
gaudes? quis venturus est iudicare te, nisi qui venit iudicari propter te? Non timeas accusatorẽ, de quo ipse
Ioan. 12. c dixit, Princeps huius mundi missus est foras. Non timeas malũ aduocatũ: ille enim tibi modò aduocatus est, qui tunc iudex futurus est. Ille erit, & tu, & tua causa, sermo causæ tuæ, testimoniũ conscientię tuæ. Quisquis ergo futurũ iudicẽ times, præsentem conscientiã tuam modò corrige. Parúmne tibi est quod præterita non requiret? Sine reliquo spatio tẽporis tunc iudicabit, sed quod cum tanto spatio tẽporis modò præcipit tunc etiam corrigi non licebit. Modò quis prohibet? Hoc cùm vehementer cõmendaremus dominico die, quia reuera, quia propè hoc solum dicendum est, non parum temporis effluxit, & coacti sumus hunc psalmũ susceptũ ad tractandum in hunc diem differre. Modò ipse præsto est, intendamus in eũ, imò in Deũ, qui hos sermones per misericordiã suam in spiritu sancto dispensare dignatus est: ita vt ipse nouit expedire infirmitatibus nostris. Quis enim æger consiliũ dare medico audet? Cùm legeretur credo, aut omnes aut multos vestrum animaduertisse quòd habeat aliquos versus ad quos aperiẽdos pulsandũ est: maximeque vbi ait, Qui dat niuem velut lanam nebulam velut cinerẽ spargit: qui mitit crystallum suum velut frusta panis, in faciẽ frigoris eius quis subsistet? His enim auditis quisquis ea accipit ad literam, opera quidem diuina cogitauit. Quis enim dat niuẽ, nisi Deus? & quis nebulã spargit, nisi Deus? crystallum quis durat, nisi ipse Deus? Et habent hæc tria similitudines cõgruas appositas. Neque enim dissimilis est lana niui, aut cinis nebulæ, aut frusta panis candido nitori, & candori crystalli. Est enim crystallum species quædam in modum vitri, sed candidũ est. Hoc autẽ genus traditur ab eis qui nouerunt, vnde dubitare non debemus, quoniã fidelissima scriptura testimoniũ dicit. Traditur enim crystallus durata per multos annos, & non resoluta niue ita congelascere, vt resolutio non facilis fit. Niues præteritæ hyemis facilè dissoluit æstas adueniens: non enĩ eis ad cõfirmandam duritiã accessit annositas. Vbi autẽ niues multæ per annos multos super inuicẽ missæ fuerint, & copia sua violentiã æstatis euicerint, non ęstatis vnius, sed multarum, præsertim in his terrę partibus, id est, in aquilonia plaga, vbi nec ęstate sol perferuẽtissimus inuenitur: ipsa diuturna & annosa duritia reddit hanc speciẽ, quæ crystallum dicitur. Intẽdat charitas vestra Quid est ergo crystallũ? Nix est glacie durata per multos annos, ita vt à sole vel igne facilè dissolui non possit. Hoc propterea aliquanto diutius exposuimus, quia multi ignorãt: nec illi qui hoc fortè norunt, de re quã nouerunt onerosum debent habere sermonem adhibitum: non propter se, sed propter eos qui non nouerunt. Hæc ergo cùm audistis personante lectore, non dubito vos diuersa cogitasse, dixisse aliquos, & verum dixisse, magna opera Domini: vnde particula quædã cõmemorata est, & ipsa terrena & propè omnibus annis nota, quomodo ningat Deus, quomodo nebulam spargat, quomodo etiã crystallũ solidet. Alios dixisse sibi, Putásne sine causa ista in scripturis posita sunt, aut verè hoc totũ habẽt ꝙ sonãt? Nõ nobis aliquid innuit nix ista & lana, nebula & cinis, crystallus & panis? Sed quare sic scriptura loqui voluit, ꝑ quasdã quasi caligines similitudinum? quãto melius apertius loqueretur? Quare vel quęro vel hæsito, quid sibi illa verba exigãt quare in audiẽdo vel laboro? quare plerunque audito psalmo indoctus abscedo? Hoc est, ꝙ paulo antè dixit, Patere te curari, ita sanandus es. Multum superbus & præceps est æger, qui & medicũ monere audet, etiam
hominẽ. Consiliúmne audebit dare ęger medico? Vbi D
homo ægrotat, & De⁹ curat, magnũ pietatis & sanitatis indiciũ est. Antequam scias quare quid dictum sit, crede ita dici debuisse vt dictũ est. Hæc enim pietas faciet te capacẽ, vt quæras quod dictũ est: & cùm quæsieris inuenias, & cũ inueneris gaudeas. Assit ergo nobis apud Dominũ Deum nostrũ iste affectus precum vestrarũ: etsi nõ propter nos, certè propter vos donare dignetur, quod hîc absconditum latet. Modò ergo putate nos quoniam cuiusdam spectaculi editionis diuinæ diem promisimus: pronunciatis his versibus & nondũ expositis, inuolutas quasdã editoris nostri farcinas pretulisse. Vtique ad hoc inuolutę proferũtur, vt euolutæ expectentur: vos autẽ non tantũ intueri, sed & vestiri paramini. Dixeramus autem die dominico, si

meminit charitas vestra qui affuistis, ipsam euangelicã lectionem, quæ nos diutius tenuit, vt psalmi expositio differretur, congruam lectam fuisse eidẽ psalmo. Hoc tunc diximus, sed ostendere non valuimus, quia psalmũ distulimus. Hodie itaque demonstranda est & ipsa congruentia. In euangelica illa lectione territi sumus
Matt. 24. d de die nouissimo. Terror ille securitatẽ parturit: territi
Lucæ 17. f enim præcauemus, præcauẽtes securi erimus. Quomodo enim præpostera securitas in terrores impellit, ita ordinata sollicitudo securitatẽ parit. Territi enim sumus ne præsentem vitam deficientẽ, volaticam, transitoriã, sic amemus, quasi alia nulla sit: si enim alia nulla est, amemus hanc si alia vita nulla est, feliciores nobis
2. Cor. 15. e sunt qui ad amphitheatrum hodie vigilarũt. Quid enĩ ait apostolus? Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Est ergo alia vita. Interroget quisque vestrũm in fide sua, sed dormit fides. Merito fluctuas, quia Christ⁹ dor
Matth. 8. c mit in naui. Iesus enim dormiebat in naui, & nauis fluctuabat in aquis & tẽpestatibus multis. Fluctuat ergo cor quando Christus dormit: Christus semper vigilat. Quid est ergo, Christ⁹ dormit? Fides tua dormit. Quid adhuc dubitationis tẽpestate iactaris? Excita Christũ, excita fidem tuã. Conspice oculis fidei vitam futuram propter quam credidisti, propter quã signo eius signaris: qui propterea duxit hanc vitam, vt tibi ostenderet quã sit contemnenda quã diligebas, & quàm sit sperãda quã non credebas. Si ergo fidẽ excitaueris, & oculos eius in nouissima miseris, futurũque seculũ in quo gaudebimus post alterũ Domini aduẽtum, post iudicium peractũ, post traditũ iustis regnũ cælorum: si illã vitam cogitaueris, & illius vitę negocium ociosum, de quo sæpe locuti sumus, charissimi, nõ fluctuabit negocium nostrũ: ociosum negotium plenũ solius dulcedinis, nulla interpellatũ molestia, nulla fatigatione sauciatum, nulla nube perturbatum. Negocium nostrum quod erit? Laudare Deum, amare & laudare, laudare
Psal. 38. b in amore, amare in laudibus. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorũ laudabũt te. Quare, nisi quia in secula seculorũ amabunt te? quare nisi quia in secula seculorũ videbũt te? Hoc ergo, fratres mei, quale spectaculũ erit in visione Dei? Vident homines venatorẽ & delectantur: vę miseris si nõ se correxerint. Qui enĩ vident venatorẽ & delectantur: videbũt Saluatorem, & contristabũtur. Quid illis miserius, quibus Saluator saluti nõ erit? Non ergo mirũ, quia illis quibus voluptati est homo † pugnans, non erit saluti Deus liberans.
al. pugnans. Nos autẽ fratres, si non in eius mẽbris meminimus, si concupiscimus, si perseueramus, videbimus & gaudebimus. Erit illa ciuitas purgatis omnibus ciuibus suis, nullo admixto seditioso aut turbulento, inimicus ille qui modò inuidet, ne ad illã patriã veniamus, illic cuiquã insidiari nõ poterit: quia nec esse ibi permittetur. Si enĩ modò excluditur de corde credẽtiũ, quomodo excludetur de ciuitate viuentiũ? Quid erit fratres, quid erit rogo vos, esse in illa ciuitate, de qua loqui tantum gaudium est? Huic futuræ vitæ corda præparare debemus. Quisquis ei cor præparauerit, totã istã vitam cõtemnit: cõtẽpta ista securũ facit expectare diẽ, de quo expectando Dñs terruit. Cùm ergo psalmus iste dicat nobis, & cantet de illa vita futura, euangeliũ autẽ terruerit de præsenti: psalmus facit amorẽ futuræ, euangeliũ facit timorẽ prę̃sentis. Nec de futura delectatione tacetur in literis noui Testamẽti, & multo magis in eis, vbi nõ tanquã inuolucris quibusdã proferũtur illa, quæ intelligẽda sunt: sed ibi videntur aperta, vt hic in-
Matt. 24. d telligãtur obscura. Cùm ergo dicit nobis euãgelium. Obseruate diẽ nouissimũ venturum, diẽ aduentus filij hominis, quia illos malè inuẽturus est, qui modò secũri sunt, ideo quia peruersè securi sunt: securi sunt enim
A in voluptatibus seculi, cùm deberẽt esse securi domitis cupiditatibus seculi: iam vtique illi vitæ nos præparauit apostolus, in verbis quæ tunc etiã commemorui.
1. Cor. 7. a De cætero fratres tempus breue est. Reliquum est vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui emunt tanquã non ementes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui flent tanquã non flentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquã non vtentes sint: præteriit enim figura huius mundi. Volo vos sine sollicitudine esse. Qui gaudium totũ suum totãque felicitatem suã constituit in manducando, bibendo, vxorẽ ducendo, emendo, vendẽdo, vtendo mũdo isto, sine sollicitudine est talis: sed præter arcã, væ illi à diluuio. Quisquis
1. Cor. 10. g autem siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit, omnia in gloriam Dei facit: & si aliqua tristitia est de rebus secularibus, sic flet, vt intus in spe gaudeat: & si
B aliqua lætitia est in rebus secularibus, sic gaudet, vt intus spiritaliter timeat, nec donet se corrumpendũ felicitati, nec se det aduersitati frangendũ. Hoc est enim flere tanquam non flentem, & gaudere tanquam non gaudẽtem. Quisquis & si habet vxorẽ, eius infirmitati compatiens, reddit, non exigit debitum: aut si propter propriam infirmitatem ducit vxorem, plangẽs potiùs quia sine vxore esse non potuit, quàm gaudẽs quia dixit. Quisquis vendit, quod nouit, quia & si maneret beatũ non faceret, quisquis quod emit nouit quia trãsiet: & de his omnibus etsi abundantibus, etsi circumfluentibus nõ præsumit, facitq; ex eo quod habet misericordiã cũ eo qui nõ habet, vt & ipse accipiat quod nõ habet ab illo qui oĩa habet. Quisquis talis est, securus expectet diem nouissimũ, quia non est præter arcã.
Genes. 6. a Iam inter ligna imputribilia cõputatur, ex quibus arca fabricatur. Non ergo timeat venturum Dominũ, sed speret & desideret. Non enim veniet illi ad inferendas pœnas, sed ad finiendas molestias. Hoc autem fit desiderio illius ciuitatis. Quod ergo monuit euãgeliũ, im-
C pletur eius ciuitatis desiderio quod psalmus cantat, ita congruit euangelium huic cantico. Et quam ciuitatẽ psalmus iste cantat, audiamus. Audiamus & cantemus gaudium nostrũ: cùm hoc audimus, cãticum Dei nostri est. Non enim tantũ cantamus quãdo voce & labiis sonamus canticũ. Est & cãticũ intus, assunt labia, quia sunt & aures cuiusdã intus. Voce cantamus, vt nos excitemus: corde cantemus, vt illi placeamus. Aggæi & Zachariæ psalmus) dicitur. Aggæus & Zacharias pro-
1. Esdræ. 6. a phetæ fuerunt. Erant autem prophetę isti iam in captiuitate Hierusalem illius, quæ in terra portauit vmbrã cuiusdam ciuitatis cælestis. In illius ergo ciuitatis captiuitate cùm essent in Babylonia, prophetauerũt prophetæ isti reparationem Hierusalem, prophetauerunt ciuitatem nouam ex reparatione veteris, liberato po-
D pulo à captiuitate. Agnoscimus & istam captiuitatem, si verè agnoscimus nostram peregrinationem. In hoc enim mundo, in his tribulationibus seculi, in hac turba multiplici scandalorum, quodammodo in captiuitate gemimus, sed erigimur: prænunciatur ciuitas nostra noua æqualis futura. Nam & post istorum prophetationem, & visibiliter contigit vt totum explicaretur, quod ad persoluendam imaginem pertinebat. Reparata est Hierusalem post septuaginta annos
Hier. 25. a & 29. b captiuitatis. Sic Hieremias propheta septuaginta annis septenario illo numero omnem volubilitatem huius temporis signat: septenario enim numero voluũtur dies: hi, sicut nostis, iidem abeunt, iidem redeunt. Post septuaginta ergo annos cùm prophetauit Hieremias reparari ciuitatẽ Hierusalem, factum est vt & ibi significaretur imago futurorũ. Significatum est nobis post omnẽ istã volubilitatẽ temporis, quæ septenario numero voluitur, futuram illam ciuitatẽ nostram iam in æternitate in vno die. In illa quippe habitatione tẽpus non voluitur, quia habitator ibi non labitur. Hanc cùm viderent in spiritu prophetæ: videbant illam, dicebant de ista. Sed hæc dicebant de ista, quæ in illam ducerent: & illa omnia quæ fiebant secundum tempus secundum corporales motiones, secundum actus hominum, signa erant & prænunciationes futurorum. Audiam⁹ iam cantari ciuitatem illam, & erigamur ad eam. Multum enim nobis eam cõmendat spiritus Dei, infundens nobis amorem illius: vt ei suspiremus, & in peregrinatione ingemiscamus, & ad illam venire desideremus. Amemus illam, & ipsum amare ambulare est. Ecce amemus illam ex ore sancto, ex ore prophetico & Dei spiritu dicentis:

Expositio Psalmi.

COllauda Hierusalem Dominũ.) In captiuitate adhuc constituti, vident illos greges, imò vnũ gregẽ omniũ ciuium, vndique collectorum ad illam ciuitatẽ
B vident gaudiũ massæ post trituras, post ventilationem iam missæ in horreum, nihil timentis, nihil laboris & molestæ patientis: & adhuc hic positi, & in ipsa cõtritione cõuersantes præmittunt gaudiũ spei, & anhelãt in illam quasi coniungentes corda sua angelis Dei, & futuro illo populo secũ in gaudio permãsuro. Collauda Hierusalẽ Dñm. Quid enim factura es ô Hierusalẽ? Trãsiet certè & labor & gemitus. Quid factura es? aratura, seminatura, nouellatura, nauigatura negociatura es? Quid factura es? An in illis operib⁹ quãuis bonis & de misericordia venientibus exercerite adhuc oportet? Considera numerum tuum, consideravndique so-
Matth. 25. d cietatem tuã. Vide vtrum aliquis esuriat cui porrigas panẽ, vide si aliquis sitiat, cui des calicẽ aquæ frigidæ, vide vtrũ aliquis modò apud te peregrinus est quem hospicio recipias, vide vtrum aliquis sit æger quem
G visites, vide vtrum aliquis est qui litiget, quem cõcordes, vide vtrum aliquis moriatur quem sepelias. Quid ergo factura es? Collauda Hierusalem Dominũ. Ecce hoc est negociũ tuũ. Sicut solet in titulis scribi, vtere felix, collauda Hierusalem Dominũ. Estote Hierusalẽ mementote de quibus dictum est, Domine, in ciuitate tua imaginẽ ipsorum ad nihilum rediges. Hi sunt qui modò gaudẽt talibus pompis: inter illos sunt qui propterea hodie non venerũt, quia munus est. Cui munus est? cui damnum? Aut vnde munus? aut vnde damnũ? Non enim illi tantũ qui talia edunt, damno feriuntur, sed maiori damno percutientur, qui talia libenter intuentur. Illorum arca auro exinanitur, istorum pectus iustitiæ diuitiis expoliatur. Plangũt plerique editores vendentes villas suas. Quomodo debent plãgere peccatores perdentes animas suas? Itáne ad hoc clamauit Dominus dominico die, Vigilate: vt hodie sic vigila-
D retur? Obsecro vos ô ciues Hierusalem, adiuro vos per pacem Hierusalem, per redemptorem, per structorẽ, per rectorem Hierusalem, vt cõuertatis pro illis preces ad Dominum. Videant, sentiant quia nugãtur: & multum intenti in illa spectacula quæ illis placent, aliquãdo & se spectent, sibique displiceant. In multis enim iã factũ gaudemus, & aliquando nos quoque ibi sedimus & insaniuimus: & quàm multos putamus ibi nunc sedere, futuros non solùm Christianos, sed etiam episcopos? Ex præteritis futura coniiccimus: ex his quę iã facta sunt, quæ Deus facturus est prę̃nunciamus. Vigilent preces vestræ, nõ gratis gemitis fratres. Prorsus illi qui euaserunt deprecantes pro his qui periclitantur, quia & ipsi fuerunt in numero periclitantiũ, exaudiũ-

A tur, & abstrahet Deus à captiuitate Babiloniæ plebẽ suã, redimet omnino & eruet, & perficietur numerus sanctorũ gestantiũ imaginẽ Dei. Non ibi erunt quorũ imaginẽ De⁹ in captiuitate sua spernet, & ad nihilũ re-
Psal. 72. e diget: qa & ipsi in ciuitate sua, & in ciuitate sua, hoc est Babylonia, imaginẽ eius ad nihilũ redegerũt. Erit ille populus laudãs Dñm, quẽ præuidet modò spiritus ꝓphetiæ: & dicit vt exultem⁹ in spe, & desiderem⁹ ipsam rem. Collauda Hierusalẽ Dominum, lauda Deũ tuum Siõ.) Collauda, quia ex multis cõstas: lauda, quia vnũ
1. Cor. 10. e facta es. Multi inquit Apostolus, vnũ sumus in Christo Iesu quomodo ergo multi collaudamus, quomodo vnũ laudam⁹? Idem multi qui vnũ, quia ille in quo vnũ semper vnus. Quare, inquit hæc Hierusalem, collaudo Dominum, & laudo Deum meũ Sion? Quæ Sion, ipsa Hierusalem. Diuersis causis duo nomina. Hierusalem dicta est visio pacis, Sion dicta est speculatio. Videte si aliud sonant ista nomina nisi spectacula: ne putent gẽ-
B tes se habere spectacula, & nos non habere. Aliquãdo dimisso theatro aut amphitheatro, cùm cœperit ex illa cauea euomi turba perditorũ, aliquãdo tenẽtes in animo phantasias vanitatis suæ, & memoriã suã pascentes rebus non solũ inutilibus, sed & perniciosis, gaudẽtes in eis tanquam in dulcibus, sed pestiferis: vidẽt plerunque, vt fit, transire seruos Dei, cognoscunt ipso habitu vel vestis, vel capitis, vel fronte, notos habent, & dicũt apud semetipsos & secum, O miseros istos, quid perdunt? Fratres, rogemus Dominũ pro beneuolentia ipsorum, quia bonũ illud putant. Bene nobis volunt. Sed qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam. Si odit animã suam, quomodo amabit animam tuã? Tamen ipsa peruersa & inani & vana beneuolentia, si beneuolẽtia dicenda est, dolẽt nos perdere quod amãt: oremus ne perdant quod amamus. Videte qualem Hierusalem exhortetur ad laudẽ, vel potius præsentiat laudaturã. Non enim illius ciuitatis laudes tunc cùm videbimus & amabimus & laudabimus, voce prophetica & ex-
G hortãdæ & excitãdæ sunt: propterea modò dicũt hoc ꝓphetæ, vtpote quantũ possunt in hac carne cõstituti, futura gaudia beatorũ eructantes in aures nostras, vt excitent amorẽ illius ciuitatis. Fetueamus desiderio, non simus spiritu pigri. Sed videte qualẽ Hierusalẽ dicit laudaturã Deũ, & vnde laudaturã: perfectionẽ quã dam beatitudinis. Collauda, inquit, Hierusalẽ Dominum, lauda Deum tuũ Sion. Et quasi diceret, vnde secura laudabo? Quoniã confirmauit, inquit, vectes portarum tuarũ.) Attendite fratres mei. Confirmauit, inquit, vectes portarũ tuarũ. Vectium confirmatio non est portarũ apertarũ, sed clausarũ. Vnde pleriq; codices habent, cõfirmauit seras portarum tuarũ. Attẽdat charitas vestra. Conclusam Hierusalem dicit laudare Dominũ. Collauda Hierusalẽ Dominũ, lauda Deum tuum Sion. Collaudamus modò, laudamus modò, sed
D inter scandala. Multi quos nolumus intrant, multi & si nolumus exeunt: ideo crebrescũt scandala. Et quoniã Matt. 24. b abundauit iniquitas, ait veritas, refrigescẽt charitas multorum: propter intrantes quos diiudicare nõ possumus, & exeuntes, quos tenere non possumus. Quare hoc? Quia nondum perfectio, nondum illa beatitudo. Quare hoc? Quia adhuc area, nondum horreum. Tunc ergo quid nisi vt non timeas tale aliquid? Collauda enim Hierusalem Dominum, lauda Deum tuũ Sion: quoniam confirmauit vectes portarum tuarum. Confirmauit. Nondum dixit, apposuit: tantùm, confirmauit vectes portarum tuarum. Nemo exeat, nemo intret. Nemo exeat, gaudemus: nemo intret, timemus. Ne hoc timeas cùm intraueris. Dicitur tantummodo, esto in numero virginum, quæ portarunt

Matth. 25. a oleũ secum: virgines enim illæ animas significant. Nõ enim verè quinque erũt, sed in quinq; illis milia sunt. In numero illo quinario milia intelliguntur, non fœminarũ tantùm, sed & virorũ: quia vterque sexus dicitur fœmina, quia ecclesia: & vterque sexus, hoc est ecclesia, dicitur virgo. Desponsaui vos vni viro, virginẽ castã exibere Christo. Paucorũ est virginitas in carne, oĩm debet esse in corde. Virginitas carnis, corpus intactũ: virginitas cordis, fides incorrupta. Ergo dicitur virgo tota ecclesia, & masculino genere appellatur populus Dei: vterq; sexus populus Dei, & vnus populus, & vnicus populus: & vna ecclesia, & vna colũba, atque in virginitate milia sanctorũ. Ergo quinque virgines oẽs animas intraturas in regnum Dei significant: non sine causa quinario numero, quoniã quinque sunt corporis sensus notissimi omnibus. Per quinque enim ianuas intrat aliquid per corpus ad animã: aut per oculos intrat quod concupiscas malè aut per aures, aut per olfactum aut per gustũ, aut per contactum. Per has quinque ianuas quisquis non admiserit corruptionẽ, inter quinq; virgines cõputatur. Admittuntur autem corruptiones per illicita desideria. Quid autẽ liceat & quid nõ liceat, pleni sunt libri scripturarũ. Ergo opus est vt sis in illis quinq; virginibus. Nõ timebis q̃ dictũ est, Nemo intret. Dicitur enim hoc, & fiet hoc. Sed cũ intraueris, nemo contra te claudit: sed te ingresso, claudẽtur portę Hierusalẽ, & firmabuntur vectes portarũ eius. Nã si tu esse volueris aut nõ virgo corde, aut etsi virgo, inter fatuas virgines: foris remanebis, & frustrà pulsabis. Quæ sunt fatuæ virgines? Et ipsæ quinq; sunt. Quæ, nisi aĩæ quæ habent istã continentiã carnis, vt vitẽt corruptelas ab omnib⁹ sensibus veniẽtes, quos sensus iã enumerauĩ? Quæ vitant veluti corruptiones veniẽtes vndique, & nõ in conscientia gerunt bonũ suũ corã oculis Dei: sed placere inde volũt hominibus, & iudiciũ sequuntur alienũ. Fauores vulgi aucupãtur, viles sibi sunt, cũ spectatoribus esse charæ volunt: nõ eis sufficit conscientia. Meritò nõ portant oleũ secũ. Oleũ autẽ est ipsa gloriatio, propter nitorẽ & splẽdorẽ. Sed

Galat. 6. b quid dicit apostolus? Vide virgines sapiẽtes portantes oleũ secũ. Opus autẽ suum probet vnusquisque, & tũc in semetipso habebit gloriã, & non in altero. Hæ sunt ergo virgines sapientes. Stultæ autẽ accendunt quidẽ lampades, videntur quidẽ lucere opera eorum, sed de-

Matt. 25. a ficient & extinguentur, quia non de oleo interiore pascuntur. Et dormiunt oẽs tardãte sponso: quia ex vtroque genere hominũ obdormiscũt in mortẽ, & de illis fatuis, & de his sapientibus tardante aduẽtu Domini, ituri in mortem istam corporalẽ & visibilẽ quã somni

1. Cor. 11. g loco scripturas ponere notũ est omnibus Christianis: cùm diceret de ægrotantibus apostolus, Propterea in vobis, inquit, multi infirmi & ægri, & dormiunt sufficienter. Dormiunt, inquit, moriũtur. Sed ecce venturus est sponsus, & oẽs surgent, sed non oẽs intrabunt. Deficient opera stultarũ virginũ, non habentiũ oleum conscientiæ, nõ inuenient à quibus emãt, quod illis so-

Matth. 25. a lebant vendere adulatores. Ab irridentibus enim dicitur, nõ ab inuidentibus, Ite emite vobis. Petierãt enĩ stultæ à sapientibus, & dixerant eis, Date nobis oleũ, quia faces nostræ extingũtur. Quid illę sapientes? Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendẽtes & emite vobis. Hoc admonere erat, Quid vobis modò prosunt, à quibus emere soletis adulationẽ. Et cũ eunt, inquit, intrarũt illæ, & clausum est ostium. Cũ eunt corde, cùm talia cogitãt, dum se ab illa intentione alienant, & retrò præterita sua recordantur, eunt quasi ad vendentes: & non inueniũt tunc fauentes, nõ inueniunt tunc laudantes à quibus solebant laudari, & quasi excitari ad bona opera, non robore bonæ conscientiæ, sed incitamento linguæ alienæ. Et illud quod A dictũ est, Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, magna consideratione humilitatis dictũ est. Oleũ enim quod gestamus in conscientia, iudicium est nostrum de nobis metipsis quales simus: & difficile est vt de se quisq; perfectè iudicet. Fratres mei, quãtumlibet homo profi- Ibidem. Philip. 3. c ciat, quantumlibet se ad anteriora extendat, & præterita obliuiscatur: iam dicit sibi, bene est, procedit regula de thesauris Dei, examinant liquidũ. Et quis glo- Prou. 20. b riabitur castum se habere cor? Et quis gloriabitur mũdum se esse à peccato? Sed quid dixit scriptura? Iudiciũ Iacobi. 2. c sine misericordia ei qui non fecit misericordiã. Quantumcunque proficias, sperabis in misericordiam. Nã si iustitia sine misericordia prolata fuerit, in quolibet quod damnet inueniet. Quæ nos consolatur scriptura? Quæ hortatur ad misericordiam faciendã, vt omnino crebrescamus in erogando quod amplius habemus. B Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam si inania quæramus, nihil sufficit. Fratres, quærite quod sufficit operi Dei: non quod sufficit cupiditati vestræ. Cupiditas vestra non est opus Dei. Forma vestra, corpus vestrum, anima vestra, hoc totũ opus Dei. Quære quæ sufficiant, & videbis quàm pauca sint. Viduæ suffecerunt duo numi ad faciendã mise- Marci. 12. d ricordiam, suffecerunt duo numi ad emendũ regnum Dei. Ad vestiẽdos totiens venatores quid sufficit editori? Videte quia non solũ pauca sunt, quæ vobis sufficiant, sed nec ipse Deus multa à vobis quærit. Quære quantũ tibi dederit, & ex eo tolle quod sufficit: cætera quæ superflua iacẽt, aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum, necessaria sunt pauperũ. Res alienæ possidentur, cùm superflua possidẽtur. Faciens ergo huiusmodi misericordias, & illã præcipuè quæ gratis constat, Di- Matth. 6. b mitte sicut dimittimus: qua non nisi charitatẽ erogas, quæ crescit cùm erogas. Faciẽs ergo & feruens in ipsis bonis operibus misericordiæ, quæ iam bona opera, vt C iam diximus, tunc non erunt necessaria, quia nullus erit miser in quẽ facienda sit misericordia: expectabis securus iudiciũ, non tam securus de iustitia tua, quàm securus de misericordia Dei, quia & tu misericordiam præstitisti. Iudiciũ enĩ sine misericordia illi qui nõ fe- Iacobi. 2. c cit misericordiã. Superexaltat autẽ, inquit, misericordia iudiciũ. Ne putetis fratres, quia tunc nõ est iustus quando nostri nõ miseretur, aut recedit à regula iustitiæ suæ. Et cùm damnat, iustus est: & cũ miseretur, iustus est. Quid enim tam iustũ, quã reddere misericordiam præroganti? Quid tam iustũ, quàm vt in qua mẽ- Matth. 7. a sura mensi fueritis, in ea remetiatur vobis? Da egenti fratri. Cui fratri? Christo. Si ergo quia fratri Christo, Rom. 9. b & quia Christo Deo, qui est super oĩa benedictus in secula: Deus egere à te voluit, & tu manus retrahis? Certè tu porrigis manũ, & petis à Deo: audi scripturã, Eccles. 4. d Non sit manus tua porrecta ad accipiendũ, & ad dan- D dum collecta. Erogari sibi vult Deus ex illo quod dedit. Quid enim das quod ille nõ dedit? Quid enim habes quod non accepisti? Aut verò non dico Deo, sed 1. Cor. 4. b cuilibet de tuo das aliquid? De illius das, qui iubet vt des. Prærogator esto, non inuasor. Hæc ergo faciẽs, & si bona humilitate dicis de illo oleo, ne fortè non suf- Matth. 15. b ficiat nobis, intras & clauditur. Audi Apostolum hoc 1. Cor. 4. a dicentẽ, Mihi autẽ minimum est, vt à vobis diiudicer. Quando enim potestis diiudicare cõscientiam meam? Quando examinare quo animo facio quicquid facio? Quantum possunt homines de alio iudicare? Plus homo vtique ipse de se: sed Deus plus de homine, quàm homo de se. Ergo si talis fueris, intrabis, in quin-que illis virginibus eris: cæteræ fatuæ excludentur. Nã hoc habes

habes in Euangelio, Claudetur ostiũ, & stabunt & cla-

Matth. 25. b mabunt, aperi nobis, & non aperietur: Quoniã confir- A mauit vectes portarũ tuarũ. Cõfirmauit, inquit, vectes portarũ tuarũ: securã fta, securã lauda, sine fine lauda. Fortiter clausæ sunt portę tuæ: non exit amicus, nõ intrat inimicus. Confirmauit vectes portarũ tuarũ. Benedixit filios tuos in te. Nõ vagantur foris, nõ peregrinãtur, intus gaudẽt, intus laudant, intus benedicũt, intus non parturiũt, quia iam neminẽ pariunt. Filij sunt, sancti sunt: isti filij sancti iam laudantes & gaudentes, parturiti & parti sunt matre charitate, inclusi sunt colligente charitate. Audi charitatem parturientẽ illos: qua præditus Paulus Apostolus, nõ solùm paternum, sed & maternum amorẽ congerens in filios, Filij mei,

Gal. 4. a inquit, quos iterum parturio. Cùm Paulus eos parturiebat, charitas eos parturiebat. Cùm charitas eos

Rom. 5. a parturiebat, Dei spiritus parturiebat. Charitas enĩ Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Ergo colligat, quos parturiuit & pepe- B rit. Modò iam intus filij sunt, securi sunt. Volarunt de nido timoris, volarũt in cælestia, volarũt in æterna: iã nihil metuunt temporale. Benedixit filios tuos in te. Quis? Qui posuit fines tuos pacẽ.) Quomodo exultatis oẽs? Hanc amate fratres mei. Multũ delectamur, quãdo clamat de cordibus vestris pacis dilectio. Quomodo nos delectauit? Nihil dixerã, nihil exposuerã, versum pronũciaui, & exclamastis. Quid de vobis clamauit? Dilectio pacis. Quid ostendi oculis vestris? Vnde clamatis si nõ amatis? Vnde amatis si non videtis? Inuisibilis est pax. Quis est oculꝰ, quo visa est vt amaretur. Neq; enim acclamaretur, nisi amaretur. Hæc sunt spectacula quæ exhibet Deus rerũ inuisibiliũ. Quãta pulchritudine intellectus pacis corda vestra percussit? Quid iã ergo loquar de pace, aut de laude pacis? Præuenit oĩa verba mea vester affectus: non impleo, non possum, infirmus sum. Differamus omnes laudes pacis ad illam patriã pacis. Ibi eam plenius laudabimus, vbi eam plenius habebimus. Inchoatam in vobis si sic a- C mamus, perfectã quomodo laudabimꝰ? Ecce hoc dico ô filij dilecti, ô filij regni, ô ciues Hierusalem, quoniam in Hierusalẽ visio pacis est: & oẽs qui habent & amant pacem, benedicuntur in ea, & ipsi intrant cùm claudũtur portæ, & firmantur vectes. Hanc quam nominatã sic amatis & diligitis, ipsam sectamini, ipsam desiderate: ipsam in domo, ipsam in negocio, ipsam in vxoribꝰ, ipsam in filiis, ipsam in seruis, ipsam in amicis, ipsam in inimicis diligite. Ipsa est pax quã non habent hęretici. Quid agit pax in huius adhuc regionis incertis, in ista peregrinatione mortalitatis nostræ: cùm adhuc nemo est alteri cõspicuus, nemo videt cor alterius? Quid agit pax? De incertis non iudicat, incognita non cõfirmat. Procliuior est ad bene credendũ de homine, quàm ad malè suspicandũ. Nõ se multũ dolet errare, cùm bene credit etiam de malo. Perniciosa autẽ, cùm malè sen- D serit fortè de bono, nesciens qualis sit. Quid perdo si credo quia bonus est? Si incertũ est, licet vt caueas ne fortè verũ sit: nõ tamẽ dãnes tanquã verũ sit. Hoc pax

Psal. 33. e iubet. Quære pacẽ, ait, & sequere eã. Hæresis quid monet? Damnat incognitos, dãnat totũ mundũ, periit totus mundus, nullus est Christianus, Aphrica remansit. Bene iudicasti. De quo tribunali dicis tu sentẽtiam in orbẽ terrarũ? In quo foro ante te mundus stetit? Nolo mihi credatur, sed nec tibi: Christo credatur, spiritui

Galat. 3. b Dei per pphetas credatur, legi Moysi credatur. Quid

Genes. 22. d dixit Moyses de futuris his tẽporibus? Ad Abrahã dictũ est, In semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. An dubitas quid sit semen Abrahæ? Puto quia cũ Apostolus dixerit, non dubitabis: aut si de Apostolo dubitabis, quare pax pax, & nõ est pax? Quid dicit Apostolus? A-

Galat. 4. brahæ dictæ sunt pmissiones & semini eius. Nõ dixit, & seminibus, tã quã in multis, sed tanquã in vno, & semini tuo, q̃ est Christus. Ecce ante milia annorũ dictũ est Abrahæ, In semini tuo benedicẽtur omnes gentes. Quod ante milia annorũ dictũ est, & ab vno creditum est, modò iã videmus impletum. Hoc legimus, hoc intuemur, & tu resistis de trãsuerso veniens? Quid dicturus? Noli credere. Cui? Spiritui Dei? Deo loquenti ad Abrahã? Et cui credo? Tibi? Nõ hoc dico, inquies. Nõ hoc dicis? Non dicis, mihi potius crede quam spiritui Dei, & Deo loquẽti ad Abrahã? Quid ergo mihi dicis? Ille dedit, & ille tradidit. De euãgelio recitas hoc, de apostolo, de prophetis? Discute oẽs scripturas, lege mihi hoc ex eis quibus credo, tibi enim nõ credo. Vnde lecturus es? Hoc mihi pater meus, ait, hoc mihi auus meus, hoc mihi frater meus, hoc mihi episcopus meꝰ. Sed hoc Abrahæ Deus, In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Audit vnus homo & credit, & fit in multis post multa tẽpora. Quando dictũ est, creditur: quando impletur, dubitatur? Hoc ergo dixit Moyses, dicant & prophetę. Vide cõmercium redẽptionis nostrę: Christus pependit in ligno. Vide quãto emit, & sic videbis quid emit. Empturus est aliquid, ipsũ aliqd nondũ scis. Vide quanti, & videbis quid. Sanguinẽ fudit, sangui-

Psal. 21. e ne suo emit, sanguine Agni immaculati emit, sanguine vnici filij Dei emit. Quid emptũ est sanguine vnici filij Dei? Adhuc vide quanti, Propheta longè antequã fieret, dixit, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Magnum pretium video Christi, videam quid emisti: Cõmemorabuntur & conuertentur ad Dñm vniuersi fines terræ. In vno codemque psalmo emptorẽ video, & pretium, & possessionem. Emptor Christus est, pretium sanguis, possessio orbis terrarum. Voces ipsas propheticas audiamus, contradicẽtes litigatoribus hæreticis. Ecce possessio Domini mei. Vis lego in Psalmo, Commemora-

Psalm. 21. d buntur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in cõspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Et vide iurgantem, vide ius defendentem, Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ipse qui emit Christus, nõ qui apostatauit Donatus, Adorabunt. Rectè, adorabunt, oẽs patriæ gẽtium in conspectu eius. Quare rectè? Quoniã Domini est regnum, & ipse dominabitur gentiũ. Illud Moyses, hoc prophetæ, & alia multa milia. Quis numerat testimonia de Ecclesia toto terrarum orbe diffusa? quis numerat? Non sunt tot in orbe hæreses cõtra Ecclesiã, quot sunt testimonia legis pro Ecclesia. Quę pagina nõ hoc sonat? Quis versus non hoc loquitur? Omnia clamant pro vnitate Dominica, quia posuit fines Hierusalẽ pa-

Apocã. 22. a cem. Tu contra ista latras hæretice? Vnde meritò dicitur in illa ciuitate, quod scriptum est in Apocalypsi, Canes foras. Tu contra ista latras. Vnde iudicasti de orbe terrarum, vt dicere cœperã? Quo tribunali? Præsumptione videlicet cordis tui. Altum tribunal, sed ruinosum. Dixit hoc Moyses, dixerunt hoc prophetæ: & nondum credunt qui se Christianos videri volunt. Torquebatur quidam diues apud inferos, desiderauit aquæ stillam de digito contempti ante ianuam suam pauperis, quoniam vrebatur in flammis. Et cùm ei nõ daretur, quia iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: cùm ergo ei nõ daretur, dixit ad Abraham, Pater Abraham, mitte Lazarum. Habeo

Lucæ. 16. f ibi quinque fratres, annunciet eis quæ hic patior, & ne ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et quid illi Abraham? Habent illic Moysen & prophetas. Et ille, Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis re-

Ibidem g. surrexerit, credét. Et Abrahã, Si Moysen, inquit, & ꝓphetas non audiunt, nec si quis à mortuis resurrexerit, credent. De quibus dixit, Habent ibi Moysen & prophetas? De his vtiq; qui adhuc viuebãt, quibus adhuc tempus correctionis largum erat, qui nondũ venerant in loca illa tormentorũ. Habẽt ibi inquit, quos audiãt, Moysen & prophetas. Non credunt his, sed si quis à mortuis resurrexerit credẽt. Si Moysen & ꝓphetas nõ audiunt, nec si quis à mortuis resurrexerit credẽt, sententia Abrahæ est. Abrahæ sententia vbi? Et vnde? De quodã excelso loco, & pleno quietis & felicitatis, quẽ vidit ille qui cruciabatur in flamma leuatis oculis suis, quãdo in eius gremio, id est, in eius secreto, vidit pauperẽ feliciter exultantẽ, inde prolata est ista sententia. Vide de quo tribunali. Ibi enim habitat Deus, quia in
Philip. 1.d sanctis habitat Deus, Vnde optat Apostolus, & dicit,
Lucæ 23.f dissolui & esse cùm Christo, multo magis optimũ. Et latroni illi dicitur, Hoc die mecũ eris in paradiso. Ergo Dñs cum Abraham & in Abrahã manens, dixit istam sententiã, Habent ibi Moysen & prophetas: si illos nõ audiunt, neque si aliquis à mortuis resurrexerit credẽt ei. O hæretici, habetis Moysen & prophetas: viuitis, adhuc potestis audire, adhuc licet corrigi, animo sitatẽ frenare, veritatẽ tenere adhuc conceditur. Disceptate vobiscum vtrum audiendus sit Moyses & prophetæ, qui fidei suæ testimonia tãtùm exhibuerunt: cũ videamus sic currere res humanas, vt ab ipsis prædictæ sunt. Quid dubitatis adhuc credere Moysi & prophetis? Quid dubitatis audire? An fortè quæritis resurgentẽ à
Lucæ 16.f mortuis, vtrũ & ipse vobis dicat de Ecclesia sua? Quæsiuit hoc diues apud inferos, aliquem mitti ex mortuis ad fratres suos: reprehensus est quia hoc quæsiuit. Sufficere debuerunt fratribus eius Moyses & prophetæ. Ad hoc ille frustrà quæsiuit, vt vos iam exẽplo admoniti ne frustrà & serò quærẽtes, sicut ille torqueamini:
Genes. 22.d & audiatis Moysen & prophetas. Quid dixit Moyses:
Psal. 21.d In semine tuo benedicentur, oẽs gentes. Quid dixerũt
C ꝓphetæ? Cõmemorabuntur & cõuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Adhuc mihi dicturus es, Surgat aliquis ex mortuis. Ego non credo, nisi aliquis inde venerit & dixerit, O Domine, gratias misericordiæ tuæ. Voluisti mori, vt aliquis ab inferis surgeret: & ipse aliquis non quicunque, sed veritas surrexit ab inferis: qui verũ de inferis diceret, & si ad inferos nõ veniret. Et tamẽ propter voces imperitorũ malorũ, ecce ipse mortuus est, ecce resurrexit ab inferis. Quid dicis hæretice? Quid dicis? Modò te audiam, finitæ sunt oẽs
Luc. 16.f.g excusationes tuę. Et si verba derides diuitis apud inferos cõstituti, surrexit à mortuis Christus. Dignatus vel ipsum audire? Ecce quia fortè similis es diuiti mortuo viuus desiderabas surgere ab inferis. Nõ pater tuus, nõ auus tuus, nõ illi surrexerunt qui nescio quos nomine traditionis infamauerũt. Sed ecce nõ infamauerũt, verũ dixerũt. Vis nosse quã nihil ad me? Audiamus simul D quid dixerit qui surrexit à mortuis. Quid pluribus immorer? Audiamus, iam aperiatur Euangeliũ, legatur ꝙ factum est tanquã fiat: ponantur ante oculos nostros gesta prętérita, propter cauenda futura. Ecce Christus surgens à mortuis, ostẽdit se discipulis suis. Nuptię ipsius, ipse sponsus, Ecclesia sponsa. Ecce sponsus qui dicebatur mortuus, absumptus, finitus: ecce integer resurrexit, ecce ostenditur oculis discipulorũ, ecce præbetur cõtrectantibus manibus, ecce retigerũt cicatrices, quę desperatę sunt vulnera. Exhibuit se oculis eorum videndũ, manibus contrectandũ, putabãt spiritũ
Lucæ 24 f esse. Desperauerãt enim de salute sua. Exhortatur eos, cõfirmat in fide: Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Tangunt,

A gaudẽt, trepidãt. Et cùm adhuc trepidarent præ gaudio, sic habet scriptũ, & sic certa sunt: quæ multũ læta sunt, vix creduntur. Dubitatio quædam veluti tardius credentis, condit voluntatem tenentis. Necesse est vt plus homo gaudeat, cũ venerit quod desperauerat. Nã ad ipsum gaudiũ condiendũ & augendũ, noluit se statim cognosci. Tenuit visus discipulorũ suorũ, illorum duorũ quos inuenit in via colloquẽtes iam in desperatione & dicentes, Nos autẽ sperabamus quia ipse esset redẽpturus Israël. Putarant hoc, iam nõ putabant. Iam spes cũ eis non erat, & Christus cum eis erat: & qui se reddidit, & spem reduxit. Postea ergo dixit, posteaquã cum illi in panis fractione cognouerunt, & obtulit se aliis discipulis suis, cùm putarent spiritũ esse dixit: Pal- Ibidem.
pate & videte quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cũ adhuc præ gaudio trepidarẽt: Habetis hîc, ait, quod mãducetur? Accepit, benedixit, manducauit, & dedit eis. Expressa est veritas
B corporis, ablata est oĩs suspicio falsitatis. Quid deinde? Non sciebatis quia oportebat impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalmis de me? Et
Lucæ. 24.g quia illi credebant Moysi & prophetis: verũ enim erat ꝙ dixit Abrahã, Si Moysen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credẽt. Quia ergo credebant Moysi & prophetis, non erãt de ipsis quos reprehendit Abrahã: audierũt quod ait Dominus, Nõ sciebatis quia oportebat impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalmis de me? Ecce qui crediderũt Moysi & prophetis, videte quemadmodũ ex ipsorum testimonio credunt ei qui surrexit à mortuis, Tunc aperuit illis sensum vt intelligerẽt Scripturas, & dixit eis, Quoniã sic scriptũ est, & sic oportebat Christum pati, & à mortuis resurgere tertia die. Habes iam sponsum ecclesiæ. Et non hinc tacuit Moyses, non hinc tacuerunt prophetæ: Christum resurrecturum à mortuis tertia die, passurum, resurrecturũ. Descriptus est nobis sponsus, vt non erremus. Sed nescio qui existunt, & quia nõ erramus in sponso, & ipsi videntur ea quæ & nos credere de sponso, vt à mẽbris sponsi nos auocent, dicunt nobis, Ipse est quidem sponsus quem credetis, quẽ & nos credimꝰ: sed sponsa nõ est ipsa ecclesia quã tenetis. Et quæ illa est? Pars Donati. Et hoc quod tu dicis, hoc tu dicis, an sponsus? Tu dicis, an Deꝰ per Moysen? Ecce ecclesiam teneo: dictũ est à Moyse,
Gen. 22.d 26. In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Tu dicis, an
Genes. 22.d spiritus Dei per prophetas? Ecclesiam teneo: dictũ est
Psal. 21.d per prophetam, Cõmemorabuntur & conuertentur ad Dominũ vniuersi fines terræ. Ecce iam teneo testimoniũ legis & testimoniũ prophetarum: audiamus & eũ qui surrexit à mortuis. Ostẽdit se sponsum, tenemꝰ cum. Confirmauit demonstrãdo, exhibẽdo testimonia. Hoc enim Moyses, hoc prophetæ dixerunt: quia
Lucæ 24.f oportebat pati Christũ, & resurgere tertia die. Iã ergo quia tenemus ambo sponsum ex ipsis verbis, & puto quia iam incipis mecũ credere & his verbis, Moysi & prophetis: credamus & ei qui resurrexit à mortuis. Sequatur, & dicat, O Domine, video iam sponsum Christum: factum est, ne quis me auocet à membris sponsæ tuæ, & non sis mihi caput, si ego in membris eius non fuero. Dic mihi de ecclesia aliquid, qui iam de sponso eius non dubito. Audi & de ecclesia, sequitur & dicit, Prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum. Nihil verius quàm prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum. Sed hoc vbi? Alij enim dicunt, Ecce hîc alij ecce illic.
Matt. 24.b Et quid ipse? Nolite credere. Exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dicent, Ecce hic, & ecce illic. Non enim de ipso capite dicunt, ecce hîc & ecce illic

Matth. 6. b illic. (Notum est enim quòd Christus in cælis est.) sed
Matt. 28.d de ecclesia vbi Christus est, qui ait, Ecce ego vobiscum A sum omnium gentium. Ergo fratres, cœpit ecclesia ab Hierusalem, vt per omnes gentes propagaretur. Quid euidentius hoc testimonio legis & prophetarũ ipsius Domini? Apostolorum vbique personant voces, red-
Lucæ 24. d dẽtes testimoniũ spei nostræ in vnitate corporis Christi. Gaudete in frumentis, tolerate zizania: gemite in tritura, suspirate in horreum. Veniet illud tempus quo gaudebimus, confirmatis vectibus portarum Hierusalem. Intret qui intraturus est: qui illuc manifestus intrabit, huc fictus non intret. Qui autem huc fictus intrat, foris est. Foris est & nescit: ventilabrum probabit, vectes probabũt. Qui modò verè intus & veraciter intus, ibi firmiter intus. Qui autem hîc tolerando intus, ibi gaudendo intus. Fines enim Hierusalem pax, quia posuit, inquit, fines tuos pacẽ. Modò desideramus pacem, quã hîc habemus in spe. Adhuc enĩ in nobis ipsis
Matt. 5. b qualis pax? Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus
Galat. 5. c autem aduersus carnẽ. Vbi plena pax in vno homine? Quando erit plena in vno homine, tunc erit plena in omnibus ciuibus Hierusalem. Quando erit plena pax?
1. Cor. 15. g Quando corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem: tũc plena pax, tũc firma pax. Nihil litigat aduersus animam in homine, nõ ipsa aduersum se ex quadã parte saucia: non carnis fragilitas, non indigentia corporis, non fames, non sitis, non frigus, non æstus, non lassitudo, non vlla inopia, non prouocatio rixæ, nõ certè ipsa sollicita cautela & vitandi inimici & diligendi. Hæc omnia, fratres mei, litigant aduersum nos, nondum est plena & perfecta pax. Quod clamastis, qui iam dudum nominata pace ex desiderio clamastis, clamor vester de siti erat, nõ de saturitate: quia ibi erit perfecta iustitia, vbi perfecta pax. Modò esurimus & sitimus iustitiam. Beati qui esu-
Matth. 5. b riunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabũtur. Quo-
C modo ipsi saturabuntur? Cùm ad pacem venerimus. Ideo cùm dixisset, qui posuit fines tuos pacem, quia ibi saturitas & nulla indigentia: subdidit statim, Et adipe frumenti satians te.) Fratres, quoniam pax ipsa de qua loquimur nondum est in totis nobis, id est, in vnoquoque nostrũm tota, adhuc fortè spiritum vestrũm delectat audire. Sed si nihil resistit & rebellat ex corpore, finiemus Psalmum. Fatigatos vos nusquam video, tamẽ vereor, nouit Deus, ne oneri sim vobis aut quibusdam fratribus: & video studia multorum exigentium hunc laborem de me & sudorem, quẽ credo in Domino non futurum infructuosum. Gaudeo tantã esse voluptatem in veritate verbi Dei: vt studium vestrũ bonum in bono & de bono, vincat studium insanorum currentium in amphitheatrum. Nunquid illi si tam diu starẽt, adhuc spectarent? Ergo fratres, audiamus cætera, quia hoc vultis. Assit Dominus, assit & viribus &
D mentibus nostris. Qui posuit fines tuos pacem, ad illam Hierusalem dicit: & adipe frumenti satians te. Transiit
Ioan. 6. c fames & sitis iustitiæ, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti, nisi panis ille qui descendit de cælo ad nos? In patria ipsa quomodo saturabit, qui in peregrinatione sic pauit? Iã modò de ipsa peregrinatione nostra locuturus est, qua venitur ad illam Hierusalem vbi collaudabimus Dominum. Laudabimus Dominum Deum nostrum, nos Hierusalem, nos Sion: quoniam confirmabuntur vectes portarum nostrarum. Etenim ille qui tunc satiabit adipe frumenti, quid facit in ista peregrinatione. Qui emittit verbum suum terrę.) Ecce in terra laboramus fessi, languidi, pigri, frigidi. Quãdo leuaremur ad adipem frumenti & satietatem, nisi mitteret verbum suum terræ qua grauabamur, terræ qua impediebamur à reditu? Misit verbum suum, non de-

Exodi.6.b seruit, etiam in eremo pluit manna de cælo. Qui emittit verbum suum terræ, & venit ad terras verbum eius. A Quomodo eius? Aut quod est verbum eius? Vsque in velocitatem currit verbum eius.) Non dixit velox est verbum eius: currit verbũ eius vsque in velocitatem. Intendamus fratres, non potuit eligere melius verbũ. Calidus calore calescit, frigid⁹ frigore frigescit, velox velocitate velox fit. Quid calidius ipso calore, quo calet quicquid fit calidũ? Quid frigidius ipso frigore, quo frigescit quicquid frigidũ fit? Quid ergo velocius ipsa velocitate, qua velox fit quicquid velociter currit? Possunt dici multa velocia, & alia magis, alia minus: & tanto quæque res velox est, quanto est particeps velocitatis. Illa res magis est particeps velocitatis, ergo magis velox: aut minus particeps velocitatis, ergo minus velox. Ipsa itaque velocitate quid velocius? Ergo quousque currit? Vsque in velocitatẽ. Quantũuis auge quod velox est verbum, & dic, velocius est quàm illud aut illud, quàm aues, quàm vẽti, quàm angeli. Nunquid aliquid horum tantum, quanta ipsa velocitas, vsque in ipsam velocitatẽ? Velocitas ipsa quid est, fratres? Vbique est, non est in parte. Hoc pertinet ad verbum Dei non esse in parte, vbique esse per seipsum verbum, ex quo Dei virtus & Dei sapiẽtia est nondum assumpta carne.
1.Cor.1.d Si cogitemus Deum in forma Dei, verbum æquale patri: ipsa est sapientia Dei, de qua dictum est, Attingit à
Sap.6.a fine vsque ad finem fortiter. Quãta velocitas? Attingit à fine vsque ad finẽ fortiter. Sed fortè immobilitate attingit. Si immobilitate tãquam moles aliqua saxea impleat locum aliquem, dicitur quòd attingit eiusdẽ loci à fine vsque ad finem, non tamen motu. Quid ergo dicimus? Non habet motum verbũ illud, Et sapientia illa stolida est? Et vbi est quod dicitur de sapientiæ spiritu? Cùm multa dicerẽtur. Acutus, inquit, mobilis, certus, incoinquinatus. Sic vtique sapiẽtia Dei mobilis. Si ergo mobilis: quãdo hoc tangit, illud nõ tangit: aut hoc tangit, illud deserit. Et vbi est velocitas? Hoc facit velocitas, vt & vbique semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Sed cogitare ista non possumus, pigri sumus. Quis ista cogitet? Et reuera fratres, quoniam dixi quomodo potui, si tamẽ potui, si intellexi: & quomodo po-
Ephes.5.d tuistis intellexistis. Sed quid dicit apostolus? Ei autem qui potens est facere supra quàm petimus aut intelligimus. Quid hîc ostendit? Quia quotiẽscũque intellexe-
Sap.6.c rimus, non intelleximus sicuti est. Quare hoc? Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animã. Ergo in terra frigidi sumus. Velocitas enim feruens est: & omnia feruentiora velociora, omnia frigidiora tardiora. Nos tardi, ergo frigidi. Illa autem sapientia currit vsque in
Psalm.18.a velocitatem. Ergo feruentissima est, Nec est qui se abscõdat à calore eius. Nos ergo qui frigidi corporis tarditate, vinculo terrenæ vitæ huius corruptibilis onere, nullámne spem habemus ad capiẽdum verbum, quod D vsque in velocitatem currit? An verò ille quamuis ex corpore in infima depressos deseruit? Nónne ipse prædestinauit nos, antequam in isto mortali & pigro corpore nasceremur? Qui ergo prædestinauit nos, dedit terræ niuem. Ipsos nos. Iam enim veniamus ad illos Psalmi versus sub obscuros, incipiãt illa inuolucra euolui, quoniã vos verbum Dei quanto magis per nos dicitur, tãto auidiores inuenit. Ecce nos pigri in hac terra quasi congelauimus hîc. Et quomodo contingit niuibus: sursum enim gelant & in ima decidunt: sic fri-
Matt.24.b gescente charitate decidit humana natura in has terras, & pigro corpore inuoluta velut nix facta est. Sed in ista niue sunt prædestinati filij Dei. Dat enim ille niuem velut lanam.) Quid est, velut lanam? Id est, de niue quam dedit istis pigris adhuc spiritu & frigidis, quos prædestinauit, adhuc facturus est aliquid. Lana enim materies vestis est. Lana cùm videtur, veluti præparatio est aliqua ad vestem. Ergo quia prędestinauit hos qui ad tempus frigidi repunt in terra, & nondum feruent spiritu charitatis, de prædestinatione enim adhuc loquitur, veluti lanam dedit hos Deus, & facturus est inde vestem. Meritò in monte vestis Christi fulsit sicut nix. Fulgebat vestis Christi sicut nix, tanquam de illa lana iam facta erat tunica: de qua lana, id est, de niue quam dedit sicut lanam, adhuc prædestinati, pigri erant. Sed expecta, vide quid sequatur. Quia sicut lanam dedit eos, fit inde tunica. Quomodo enim dicitur ecclesia corpus Christi, dicitur & vestimentum Christi ipsa ecclesia: inde est illud quod ait apostolus, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem Ephes.5.f maculam aut rugam. Ergo exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam: faciat sibi B vestem de illa lana, quam prædestinauit in niue. Adhuc in hominibus incredulis & frigidis, & pigris, faciat vestem de hac lana. Vt abluatur à maculis, mundetur fide: vt rugam non habeat, tendatur in cruce. Qui dat niuem sicut lanam. Iam si prædestinati sunt, vocandi sunt: Quos enim prædestinauit, illos & voca- Rom.8.f uit. Iam quomodo vocantur ex languore corporis illius, vt sani fiant? quomodo vocantur? Audi euange- Matth.9.b lium, Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Incipit ergo iam prædestinatione niuis illius cognoscere torporem suum, accusare peccatum suum: incipit vocatione venire ad pœnitentiam. Meritò ergo qui dat niuem velut lanam propter confectum tunicæ futuræ, etiam propter vocationem in pœnitentiam. Nebulam velut cinerem spargit.) Nebulam, inquit, velut cinerem spargit. Quis? Qui dat niuem sicut lanam. Quos enim prędestinauit, vocat in pœnitentiam: quia quos prædestinauit, illos & vocauit. Cinis autem C ad pœnitentiam pertinet. Audi vocantem ad pœnitentiam, cùm exprobrauit quibusdam ciuitatibus, dicens, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Matt.11.a Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim, inquit, in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Ergo nebulam velut cinerem spargit. Quid est, nebulam velut cinerem spargit? Cùm vocatur quisque ad intelligendum Deum, & dicitur illi, cape veritatem: incipit velle capere veritatem, non sufficit, videt se quandam caliginem pati, quam antea non videbat. Adhuc est ergo illa nebula, vt noueris nescire te, & noueris quid scire oporteat, & videas te inualidum ad illud sciendum quod oportet sciri. Nam si in ista nebula iam antè præsumpseris scire, audies ab apo-
Galat.6.a stolo, Qui se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oportet eum scire. Ergo nondum comprehendisti, adhuc nebulam pateris. Sed non te deseruit qui accendit tibi lucernam carnis suæ. Non erres in nebula, fide sequere. Sed quia conaris videre & non potes, pœniteat te peccatorum: quia nebula velut cinis sparsa est. Quid iam te pœniteat? Contumacem te fuisse aduersus Deum. Quid iam te pœniteat? Secutum te fuisse vias tuas malas. Peruenisti in istam difficultatem illius beatæ visionis: & erit tibi salubris nebula, quam sicut cinerem spargit Deus. Tu ipse es adhuc nebula, sed velut cinis. Adhuc enim pœnitentes volutantur in cinere, fratres mei, tanquam similes se contestantes: dicentes Deo suo, cinis sum. Di-
Genes.18.d xit enim quædam Scriptura, Despexi meipsum & distabui, & æstimaui me terram & cinerem. Hæc est humilitas pœnitentis. Quando Abraham loquitur ad Deum suum, & quando vult sibi aperiri incendium Sodomorum: Ego, inquit, terra & cinis sum. Quomodo

modo fuit ista semper humilitas in magnis & sanctis viris? Nebulã ergo velut cinerem spargit. Quare? Quia A
Rom.8.f desperatio est? Absit. Sequitur enim, Emittet verbum
Matth.9.b quos prædestinauit illos & vocauit, qui non venit vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Qui mittit crystallum suã velut frusta panis.) Non denuò laborãdum est dicere quid sit crystallus. Prælocuti enim sumus; & credo non excidisse charitati vestræ. Quid est ergo, mittit crystallum suã velut frusta panis? Quomodo nix illa ipsius, quia prædestinatorum est, quomodo nebula illa ipsius, quia aduocantur ad pœnitẽtiam, qui prædestinati sunt ad salutem: sic est quodãmodo crystallum ipsius. Quid est crystallum? Multum obduruit, multum congelauit: non iã sicut nix facilè solui potest. Nix multorum annorũ tempore durata & serie seculorum, crystallũ dicitur. Et hoc mittit velut frusta panis. Quid hoc sibi vult? Fuerunt nimis duri, non iã niui, sed crystallo cõparandi: & ipsi prædestinati sunt & vocati, & quidam eorũ ita vt pascerent alios, & essent vtiles & B aliis. Et quid opus est, vt numerem⁹ multos fortè quos nouimus, illum aut illũ? Occurrit vnicuique cogitanti ex iis quos nouit, quàm fortè duri & pertinaces & obnitentes aduersus veritatẽ fuerunt, & modò prędicant veritatem: facti sunt frusta panis. Quis ille vnus panis?
1.Cor.10.c Multi, inquit apostolus, vnũ corpus sumus in Christo. Vnus panis, vnũ corpus multi sumus, ipse dicit. Ergo si vnus panis totũ corpus Christi, membra Christi frusta panis sunt. De quibusdã duris facit mẽbra sua, & vtilia ad alios pascẽdos. Quid imus per multos? Notissimum illũ Paulũ apostolum intueamur. Nihil nobis isto viro notius, nihil suauius, nihil in Scripturis familiarius est. Et si fuerint qui ex tanta duritia cõuertantur in quanta ipse fuit, panis fient. Ipso proposito ad exemplum, oẽs occurrant: vt explicetur sensus iste, Mittit crystallum
Philip.3.a suam sicut frusta panis. Ecce crystallus erat apostolus Paulus, durus, obnitẽs veritati, clamans aduersus euãgelium, tanquã indurans aduersus solẽ. Iste quàm durus fuit crescens in lege, eruditus ad pedes Gamalielis legis doctoris. Nõ audiebat Moysen & ꝓphetas Christum prædicantes. Magna duritia. Certè gentes nõ audierant prophetas, nõ audierant Moysen: frigidi erant, sed crystallũ non erant. Ille qui credebat in verbis prędicãtibus Christum, & Christo venienti nõ credebat, nimis obduruauerat. Quia ergo crystallum erat, nitidus videbatur & candidus: sed durus & nimium gelidus.
Philip.3.b.5 Quomodo nitidus & candidus? Hebræus ex Hebræis,
Act.8.a.& 22.a secundũ legem Pharisæus. Vide nitorẽ crystalli. Audi duritiam crystalli. Secundum æmulationẽ persequens ecclesiam Dei inter lapidatores sancti Stephani mar-
Act.7.g tyris, vbi erat iste durus, & fortè cæteris durior. Omnium lapidantiũ vestimenta seruabat, vt oĩm manibus lapidaret. Ergo videmus niuẽ, nebulam, crystallũ: bonum est vt ille spiret & soluat. Si enim ille non spirauerit, si nõ ipse duritiam glaciei huius dissoluerit, In faciẽ frigoris eius quis subsistet?) In faciẽ frigoris eius? Cu- D ius? Dei. Vnde est eius frigus? Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce nõ aperit sensum, ecce nõ infundit gratiam. Soluatur homo si potest gratiæ, nõ potest stultitiæ. Quare nõ potest? In faciem eius quis subsistet?
Rom.7.d Video ergo congelascentẽ illum, & dicentem, Video aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati, quæ est in
Ibidem membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ecce frigesco, ecce congelasco, quo calore soluar vt curram? Quis me liberabit de corpore mortis huius? In faciẽ frigoris eius quis subsistet? Et quis seipsum liberabit, si ille deseruerit? Et quis liberabit? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrũ. Audi & hîc gratiã Dei. Qui mittit crystallum suã sicut frusta panis, in faciem frigoris eius quis subsistet? Ergo desperatio est? Absit. Sequitur enim, Emittet verbum suum, & tabefaciet ea.) Non ergo desperet nix, nõ desperet nebula, nõ desperet crystallũ. De niue tanquam de lana conficitur & tunica. Nebula illa in pœnitentia Rom.8.f salutem inuenit: quia quos prædestinauit, illos & vocauit. Sed licet sint inter prædestinatos durissimi, & multo quasi tempore congelauerint, & crystallus facti fuerint: non erũt duri misericordiæ Dei. Emittet verbum suum, & tabefaciet ea. Quid est tabefaciet ea? Ne fortè in malo intelligatis tabefaciet: liquefaciet, dissoluet. Duri sunt enim per superbiam. Meritò & superbia stupor dicitur: quicquid enim stupidum est, frigidum est. Rigorem passi homines quotidie dicũt, obstupuit. Ergo superbia stupor est. Emittet verbum suum, & tabefaciet ea. Et reuera cumuli niuis cùm calefiũt, deliquescunt in humilitate. Quomodo ergo quasi montem ni-
Act.7.f uis erigit stupor, sic stultos erigit superbia. Emittet verbum suum, & tabefaciet ea. Ecce venit illud crystallũ
Act.9.a Saulus post cædem & lapidationem Stephani, duritia quadam stupidus in Christum, petiit literas à sacerdotibus, vt vndique exhibeat Christianos anhelans cædes. Durus est iste & gelidus contra ignem Dei. Sed quanquam esset durus, quãquam gelidus, ecce ille qui emittet verbum suum, & tabefaciet ea, clamauit de cę-
Ibidem. lo feruidus, Saule Saule, quid me persequeris? Vna illa voce, tanta illa duritia crystalli resoluta est. Emittet ergo verbum suum, & tabefaciet ea. Non desperetur de crystallo, quanto minus de niue vel de nebula? De ipsa crystallo non desperetur. Audi vocem quandam crystalli, Qui prius fui blasphemus, persecutor & iniurio-
1.Tim.1.e sus. Sed quare soluit crystallum Deus? Ne de se nix ipsa desperet. Ait enim, Ideo misericordiã consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem patiẽtiam, C ad informationem eorũ qui credituri sunt illi in vitam æternam. Clamat ergo Deus ad gentes, Solui crystallum, venite niues. Emittet verbum suum, & tabefaciet ea. Spirabit spiritus eius, & profluẽt aquæ.) Ecce cry-
Ioan.7.f stallum & niues resoluuntur, cunt in aquas: qui sitiunt veniant & bibant. Saulus durus vt crystallum, Stephanum est persecutus ad mortem. Paulus iam in aqua viua gentes vocat ad fontem. Spirabit Spiritus eius, & profluent aquæ. Spiritus feruens, vnde dictũ est in alio
Psal.125.d psalmo, Cõuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Captiua enim Hierusalem tanquam congelauerat in Babylonia: flat auster, soluitur rigor captiuitatis, & currit in Deum feruor charitatis. Spirabit spiritus eius, & profluent aquæ: fiat in eos fons aquę salientis in vitam æternam. Annuncians verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël.) Quas iustitias, & quæ iudicia? Quia & quicquid hîc humanum genus antè perpessum est cùm esset nix, & nebula, & crystallus, merito perpessum est superbiæ & elationis in Deum. Recurramus ad originẽ casus nostri, & videamus quia verissimè in psalmo cantatur, Priusquam humiliarer ego deliqui. Sed qui dicit, Priusquam humiliarer ego Psalm.118. deliqui: ipse dicit, Bonum mihi est quoniam humilia- Theth. sti me, vt discam iustificationes tuas. Has ergo iustificationes à Deo didicit Iacob, qui fecit ipsum Iacob Gen.32.f luctari cum angelo: in cuius angeli persona ipse Dominus erat luctatus. Tenuit, vim fecit vt teneret, inualuit vt teneret: fecit se teneri misericordia, non infirmitate. Luctatus ergo Iacob præualuit, tenuit: & quem videbatur vicisse, rogat vt benedicatur ab eo. Quomodo intelligebat cum quo luctatus fuerat, quem tenuerit? Quare violenter est luctatus, & tenuit? Quia re- Matth.11.b gnum cælorum vim patitur, & qui vim faciunt diripiunt illud. Ergo quare luctatus? Quia cum labore.

Exodi.6.b ſeruit, etiam in eremo pluit manna de cælo. Qui emit-
tit verbum ſuum terræ, & venit ad terras verbum eius. A
Quomodo eius? Aut quod eſt verbum eius? Vſque in
velocitatem currit verbum eius.) Non dixit velox eſt
verbum eius: currit verbũ eius vſque in velocitatem.
Intendamus fratres, non potuit eligere melius verbũ.
Calidus calore caleſcit, frigido frigore frigeſcit, velox
velocitate velox fit. Quid calidius ipſo calore, quo ca-
let quicquid fit calidũ? Quid frigidius ipſo frigore, quo
frigeſcit quicquid frigidũ fit? Quid ergo velocius ipſa
velocitate, qua velox fit quicquid velociter currit? Poſ-
ſunt dici multa velocia, & alia magis, alia minus: & tan-
to quæque res velox eſt, quanto eſt particeps velocita-
tis. Illa res magis eſt particeps velocitatis, ergo magis
velox: aut minus particeps velocitatis, ergo minus ve-
lox. Ipſa itaque velocitate quid velocius? Ergo quouſ-
que currit? Vſque in velocitatẽ. Quantũuis auge quod
velox eſt verbum, & dic, velocius eſt quàm illud aut il-
lud, quàm aues, quàm vẽti, quàm angeli. Nunquid ali-
quid horum tantum, quanta ipſa velocitas, vſque in ip-
ſam velocitatẽ? Velocitas ipſa quid eſt, fratres? Vbique
eſt, non eſt in parte. Hoc pertinet ad verbum Dei non
eſſe in parte, vbique eſſe per ſeipſum verbum, ex quo
Dei virtus & Dei ſapiẽtia eſt nondum aſſumpta carne.
1.Cor. 1.d Si cogitemus Deum in forma Dei, verbum æquale pa-
tri: ipſa eſt ſapientia Dei, de qua dictum eſt, Attingit à
Sap.6.a fine vſque ad finem fortiter. Quãta velocitas? Attingit
à fine vſque ad finẽ fortiter. Sed fortè immobilitate at-
tingit. Si immobilitate tãquam moles aliqua ſaxea im-
plear locum aliquem, dicitur quòd attingit eiuſdẽ loci
à fine vſque ad finem, non tamen motu. Quid ergo di-
cimus? Non habet motum verbũ illud, Et ſapientia illa
ſtolida eſt? Et vbi eſt quod dicitur de ſapientiæ ſpiritu?
Cùm multa dicerẽtur. Acutus, inquit, mobilis, certus,
incoinquinatus. Sic vtique ſapiẽtia Dei mobilis. Si er-
go mobilis: quãdo hoc tangit, illud nõ tangit: aut hoc
tangit, illud deſerit. Et vbi eſt velocitas? Hoc facit ve-
locitas, vt & vbique ſemper ſit, & nuſquam incluſa te-
neatur. Sed cogitare iſta non poſſumus, pigri ſumus.
Quis iſta cogitet? Et reuera fratres, quoniam dixi quo-
modo potui, ſi tamẽ potui, ſi intellexi: & quomodo po-
Epheſ.5.d tuiſtis intellexiſtis. Sed quid dicit apoſtolus? Ei autem
qui potens eſt facere ſupra quàm petimus aut intelligi-
mus. Quid hîc oſtendit? Quia quotiẽſcũque intellexe-
Sap.6.c rimus, non intelleximus ſicuti eſt. Quare hoc? Corpus
enim quod corrumpitur, aggrauat animã. Ergo in ter-
ra frigidi ſumus. Velocitas enim feruens eſt: & omnia
feruentiora velociora, omnia frigidiora tardiora. Nos
tardi, ergo frigidi. Illa autem ſapientia currit vſque in
Pſalm.18.a velocitatem. Ergo feruentiſſima eſt, Nec eſt qui ſe ab-
ſcõdat à calore eius. Nos ergo qui frigidi corporis tar-
ditate, vinculo terrenæ vitæ huius corruptibilis onere,
nullámne ſpem habemus ad capiẽdum verbum, quod D
vſque in velocitatem currit? An verò ille quamuis ex
corpore in infima depreſſos deſeruit? Nónne ipſe præ-
deſtinauit nos, antequam in iſto mortali & pigro cor-
pore naſceremur? Qui ergo prædeſtinauit nos, dedit
terræ niuem. Ipſos nos. Iam enim veniamus ad illos
Pſalmi verſus ſub obſcuros, incipiãt illa inuolucra euol-
ui, quoniã vos verbum Dei quanto magis per nos di-
citur, tãto auidiores inuenit. Ecce nos pigri in hac terra
quaſi congelauimus hîc. Et quomodo contingit ni-
ibus: ſurſum enim gelant & in ima decidunt: ſic fri-
Matt.24.b geſcente charitate decidit humana natura in has ter-
ras, & pigro corpore inuoluta velut nix facta eſt. Sed
in iſta niue ſunt prædeſtinati filij Dei. Dat enim ille ni-
uem velut lanam.) Quid eſt, velut lanam? Id eſt, de niue
quam dedit iſtis pigris adhuc ſpiritu & frigidis, quos
prædeſtinauit, adhuc facturus eſt aliquid. Lana enim
materies veſtis eſt. Lana cùm videtur, veluti præpa-
ratio eſt aliqua ad veſtem. Ergo quia prędeſtinauit hos
qui ad tempus frigidi repunt in terra, & nondum fer-
uent ſpiritu charitatis, de prædeſtinatione enim adhuc
loquitur, veluti lanam dedit hos Deus, & facturus eſt
inde veſtem. Meritò in monte veſtis Chriſti ſicut
nix. Fulgebat veſtis Chriſti ſicut nix, tanquam de illa
lana iam facta erat tunica: de qua lana, id eſt, de niue
quam dedit ſicut lanam, adhuc prædeſtinati, pigri
erant. Sed expecta, vide quid ſequatur. Quia ſicut la-
nam dedit eos, fit inde tunica. Quomodo enim dici-
tur eccleſia corpus Chriſti, dicitur & veſtimentum
Chriſti ipſa eccleſia: inde eſt illud quod ait apoſtolus,
Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam non habentem Epheſ.5.f
maculam aut rugam. Ergo exhibeat ſibi glorioſam ec-
cleſiam non habentem maculam aut rugam: faciat ſibi
veſtem de illa lana, quam prædeſtinauit in niue. Ad-
B huc in hominibus incredulis & frigidis, & pigris, fa-
ciat veſtem de hac lana. Vt abluatur à maculis, mun-
detur fide: vt rugam non habeat, tendatur in cruce.
Qui dat niuem ſicut lanam. Iam ſi prædeſtinati ſunt,
vocandi ſunt: Quos enim prædeſtinauit, illos & voca- Rom.8.f
uit. Iam quomodo vocantur ex languore corporis il-
lius, vt ſani fiant? quomodo vocantur? Audi euange- Matth.9.b
lium, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœni-
tentiam. Incipit ergo iam prædeſtinatione niuis illius
cognoſcere torporem ſuum, accuſare peccatum ſuum:
incipit vocatione venire ad pœnitentiam. Meritò ergo
qui dat niuem velut lanam propter confectum tunicæ
futuræ, etiam propter vocationem in pœnitentiam.
Nebulam velut cinerem ſpargit.) Nebulam, inquit,
velut cinerem ſpargit. Quis? Qui dat niuem ſicut la-
nam. Quos enim prędeſtinauit, vocat in pœnitentiam:
quia quos prædeſtinauit, illos & vocauit. Cinis autem
C ad pœnitentiam pertinet. Audi vocantem ad pœni-
tentiam, cùm exprobrauit quibuſdam ciuitatibus, di-
cens, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Matt.11.a
Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in
vobis, olim, inquit, in cilicio & cinere pœnitentiam
egiſſent. Ergo nebulam velut cinerem ſpargit. Quid
eſt, nebulam velut cinerem ſpargit? Cùm vocatur quiſ-
que ad intelligendum Deum, & dicitur illi, cape veri-
tatem: incipit velle capere veritatem, non ſufficit, vi-
det ſe quandam caliginem pati, quam antea non vide-
bat. Adhuc eſt ergo illa nebula, vt noueris neſcire te,
& noueris quid ſcire oporteat, & videas te inualidum
ad illud ſciendum quod oportet ſciri. Nam ſi in iſta
nebula iam antè præſumpſeris ſcire, audies ab apo-
ſtolo, Qui ſe putat aliquid ſcire, nondum ſcit quem- Galat.6.a
admodum oportet eum ſcire. Ergo nondum compre-
hendiſti, adhuc nebulam pateris. Sed non te deſeruit
qui accendit tibi lucernam carnis ſuæ. Non erres in
nebula, fide ſequere. Sed quia conaris videre & non
potes, pœniteat te peccatorum: quia nebula velut
cinis ſparſa eſt. Quid iam te pœniteat? Contumacem
te fuiſſe aduerſus Deum. Quid iam te pœniteat? Se-
cutum te fuiſſe vias tuas malas. Perueniſti in iſtam
difficultatem illius beatæ viſionis: & erit tibi ſalubris
nebula, quam ſicut cinerem ſpargit Deus. Tu ipſe es
adhuc nebula, ſed velut cinis. Adhuc enim pœniten-
tes volutantur in cinere, fratres mei, tanquam ſimi-
les ſe conteſtantes: dicentes Deo ſuo, cinis ſum. Di-
xit enim quædam Scriptura, Deſpexi meipſum & di- Geneſ.18.d
ſtabui, & æſtimaui me terram & cinerem. Hæc eſt
humilitas pœnitentis. Quando Abraham loquitur ad
Deum ſuum, & quando vult ſibi aperiri incendium
Sodomorum: Ego, inquit, terra & cinis ſum. Quo-
modo

modo fuit iſta ſemper humilitas in magnis & ſanctis
Rom.8.f viris? Nebulã ergo velut cinerem ſpargit. Quare? Quia A
Matth.9.b quos prædeſtinauit illos & vocauit, qui non venit vo-
care iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam. Qui mittit
cryſtallum ſuã velut fruſta panis.) Non denuò laborã-
dum eſt dicere quid ſit cryſtallus. Prælocuti enim ſu-
mus; & credo non excidiſſe charitati veſtræ. Quid eſt
ergo, mittit cryſtallum ſuã velut fruſta panis? Quomo-
do nix illa ipſius, quia prædeſtinatorum eſt, quomodo
nebula illa ipſius, quia aduocantur ad pœnitẽtiam, qui
prædeſtinati ſunt ad ſalutem: ſic eſt quodãmodo cry-
ſtallum ipſius. Quid eſt cryſtallum? Multum obduruit,
multum congelauit: non iã ſicut nix facilè ſolui poteſt.
Nix multorum annorũ tempore durata & ſerie ſeculo-
rum, cryſtallũ dicitur. Et hoc mittit velut fruſta panis.
Quid hoc ſibi vult? Fuerunt nimis duri, non iã niui, ſed
cryſtallo cõparandi: & ipſi prædeſtinati ſunt & vocati,
& quidam eorũ ita vt paſcerent alios, & eſſent vtiles & B
aliis. Et quid opus eſt, vt numerem multos fortè quos
nouimus, illum aut illũ? Occurrit vnicuique cogitanti
ex iis quos nouit, quàm fortè duri & pertinaces & ob-
nitentes aduerſus veritatẽ fuerunt, & modò prędicant
veritatem: facti ſunt fruſta panis. Quis ille vnus panis?
1.Cor.10.c Multi, inquit apoſtolus, vnũ corpus ſumus in Chriſto.
Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus, ipſe dicit. Ergo ſi
vnus panis totũ corpus Chriſti, membra Chriſti fruſta
panis ſunt. De quibuſdã duris facit mẽbra ſua, & vtilia
ad alios paſcẽdos. Quid imus per multos? Notiſſimum
illũ Paulũ apoſtolum intueamur. Nihil nobis iſto viro
notius, nihil ſuauius, nihil in Scripturis familiarius eſt.
Et ſi fuerint qui ex tanta duritia cõuertantur in quanta
ipſe fuit, panis fient. Ipſo propoſito ad exemplum, oẽs
occurrant: vt explicetur ſenſus iſte, Mittit cryſtallum
Philip.3.a ſuam ſicut fruſta panis. Ecce cryſtallus erat apoſtolus
Paulus, durus, obnitẽs veritati, clamans aduerſus euã-
gelium, tanquã indurans aduerſus ſolẽ. Iſte quàm du-
rus fuit creſcens in lege, eruditus ad pedes Gamalielis
legis doctoris. Nõ audiebat Moyſen & ꝓphetas Chri-
ſtum prædicantes. Magna duritia. Certẽ gentes nõ au-
dierant prophetas, nõ audierant Moyſen: frigidi erant,
ſed cryſtallũ non erant. Ille qui credebat in verbis prę-
dicãtibus Chriſtum, & Chriſto venienti nõ credebat,
nimis obduruauerat. Quia ergo cryſtallum erat, nitidus
videbatur & candidus: ſed durus & nimium gelidus.
Philip.3.b.c Quomodo nitidus & candidus? Hebræus ex Hebræis,
Act.8.a.& 22.a ſecundũ legem Phariſæus. Vide nitorẽ cryſtalli. Audi
duritiam cryſtalli. Secundum æmulationẽ perſequens
eccleſiam Dei inter lapidatores ſancti Stephani mar-
Act.7.g tyris, vbi erat iſte durus, & fortè cæteris durior. Om-
nium lapidantiũ veſtimenta ſeruabat, vt oĩm manibus
lapidaret. Ergo videmus niuẽ, nebulam, cryſtallũ: bo-
num eſt vt ille ſpiret & ſoluat. Si enim ille non ſpirauer-
it, ſi nõ ipſe duritiam glaciei huius diſſoluerit, In faciẽ
frigoris eius quis ſubſiſtet?) In faciẽ frigoris eius? Cu- D
ius? Dei. Vnde eſt eius frigus? Ecce deſerit peccatorem,
ecce non vocat, ecce nõ aperit ſenſum, ecce nõ infun-
dit gratiam. Soluatur homo ſi poteſt gratiæ, nõ poteſt
ſtultitiæ. Quare nõ poteſt? In faciem eius quis ſubſiſtet?
Rom.7.d Video ergo congelaſcentẽ illum, & dicentem, Video
aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis
meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati, quæ eſt in
Ibidem. membris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius? Ecce frigeſco, ecce congelaſco,
quo calore ſoluar vt curram? Quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? In faciẽ frigoris eius quis ſubſiſtet?
Et quis ſeipſum liberabit, ſi ille deſeruerit? Et quis lib-
erabit? Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ.
Audi & hîc gratiã Dei. Qui mittit cryſtallum ſuã ſicut
fruſta panis, in faciem frigoris eius quis ſubſiſtet? Ergo
A deſperatio eſt? Abſit. Sequitur enim, Emittet verbum
ſuum, & tabefaciet ea:) Non ergo deſperet nix, nõ de-
ſperet nebula, nõ deſperet cryſtallũ. De niue tanquam
de lana conficitur & tunica. Nebula illa in pœnitentia Rom.8.f
ſalutem inuenit: quia quos prædeſtinauit, illos & voca-
uit. Sed licet ſint inter prædeſtinatos duriſſimi, & mul-
to quaſi tempore congelauerint, & cryſtallus facti fue-
rint: non erũt duri miſericordiæ Dei. Emittet verbum
ſuum, & tabefaciet ea. Quid eſt tabefaciet ea? Ne fortè
in malo intelligatis tabefaciet: liquefaciet, diſſoluet.
Duri ſunt enim per ſuperbiam. Meritò & ſuperbia ſtu-
por dicitur: quicquid enim ſtupidum eſt, frigidum eſt.
Rigorem paſſi homines quotidie dicũt, obſtupuit. Er-
go ſuperbia ſtupor eſt. Emittet verbum ſuum, & tabe-
faciet ea. Et reuera cumuli niuis cùm caleſiũt, deliquę-
ſcunt in humilitate. Quomodo ergo quaſi montem ni-
uis erigit ſtupor, ſic ſtultos erigit ſuperbia. Emittet ver- Act.7.f
bum ſuum, & tabefaciet ea. Ecce venit illud cryſtallũ
Saulus poſt cædem & lapidationem Stephani, duritia Act.9.a
quadam ſtupidus in Chriſtum, petiit literas à ſacerdo-
tibus, vt vndique exhibeat Chriſtianos anhelans cæ-
des. Durus eſt iſte & gelidus contra ignem Dei. Sed
quanquam eſſet durus, quãquam gelidus, ecce ille qui
emittet verbum ſuum, & tabefaciet ea, clamauit de cę-
lo feruidus, Saule Saule, quid me perſequeris? Vna illa Ibidem.
voce, tanta illa duritia cryſtalli reſoluta eſt. Emittet er-
go verbum ſuum, & tabefaciet ea. Non deſperetur de
cryſtallo, quanto minus de niue vel de nebula? De ipſa
cryſtallo non deſperetur. Audi vocem quandam cry-
ſtalli, Qui prius fui blaſphemus, perſecutor & iniurio- 1.Tim.1.e
ſus. Sed quare ſoluit cryſtallum Deus? Ne de ſe nix ipſa
deſperet. Ait enim, Ideo miſericordiã conſecutus ſum,
vt in me oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patiẽtiam,
C ad informationem eorũ qui credituri ſunt illi in vitam
æternam. Clamat ergo Deus ad gentes, Solui cryſtal-
lum, venite niues. Emittet verbum ſuum, & tabefaciet
ea. Spirabit ſpiritus eius, & profluẽt aquæ.) Ecce cry- Ioan.7.f
ſtallum & niues reſoluuntur, cunt in aquas: qui ſitiunt
veniant & bibant. Saulus durus vt cryſtallum, Stepha-
num eſt perſecutus ad mortem. Paulus iam in aqua viua
gentes vocat ad fontem. Spirabit Spiritus eius, &
profluent aquæ. Spiritus feruens, vnde dictũ eſt in alio
pſalmo, Cõuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut Pſal.125.a
torrens in auſtro. Captiua enim Hieruſalem tanquam
congelauerat in Babylonia: flat auſter, ſoluitur rigor
captiuitatis, & currit in Deum feruor charitatis. Spira-
bit ſpiritus eius, & profluent aquæ: fiat in eos fons aquę
ſalientis in vitam æternam. Annuncians verbum ſuum
Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſraël.) Quas iuſtitias, &
quæ iudicia? Quia & quicquid hîc humanum genus an-
tè perpeſſum eſt cùm eſſet nix, & nebula, & cryſtallus,
merito perpeſſum eſt ſuperbiæ & elationis in Deum.
D Recurramus ad originẽ caſus noſtri, & videamus quia
veriſſimè in pſalmo cantatur, Priuſquam humiliarer
ego deliqui. Sed qui dicit, Priuſquam humiliarer ego Pſalm.118.
deliqui: ipſe dicit, Bonum mihi eſt quoniam humilia- Theth.
ſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Has ergo iuſtifi-
cationes à Deo didicit Iacob, qui fecit ipſum Iacob Gen.32.f
luctari cum angelo: in cuius angeli perſona ipſe Do-
minus erat luctatus. Tenuit, vim fecit vt teneret, inua-
luit vt teneret: fecit ſe teneri miſericordia, non infir-
mitate. Luctatus ergo Iacob præualuit, tenuit: & quem
videbatur viciſſe, rogat vt benedicatur ab eo. Quo-
modo intelligebat cum quo luctatus fuerat, quem te-
nuerit? Quare violenter eſt luctatus, & tenuit? Quia re- Matth.11.b
gnum cælorum vim patitur, & qui vim faciunt diri-
piunt illud. Ergo quare luctatus? Quia cum labore.

Quare vix tenemus, quod facilè amiſimus? Ne facile recipiendo quod amiſimus, diſcamus perdere quod tenemus. Laboret homo vt teneat: tenebit ad firmitatem quod tenuerit poſt laborem. Ergo hæc iudicia ſua Deus manifeſtauit Iacob & Iſraël. Apertiùs dicam, id eſt, quia & iuſti qui hîc ſunt, labores, pericula, moleſtias, paſſiones pro merito patiuntur iuſto iudicio Dei: quia ille ſolus poteſt dicere, ſine cauſa paſſus ſum, qui ideo non ſine cauſa, quia propter nos: qui ſolus poteſt
Pſal. 65.a dicere, Quæ non rapui tunc exoluebam: qui ſolus po-
Ioan. 14.d teſt dicere, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. Et quaſi diceretur ei, Quare ergo pateris: ſequitur & dicit, Sed vt ſciant omnes quia voluntatem patris mei facio, ſurgite eamus hinc. Cæteri omnes merito ſuo, iudicio Dei, & pro iuſtitia quæ patiuntur, non ſibi arrogent, quaſi habeant paſſionem innocentiæ, qualis in Chriſto erat. Audi a-
1. Petri, 4.d poſtolum Petrum, Tempus eſt, inquit, vt iudicium
B incipiat à domo Domini. Exhortans martyres & teſtes Dei vt omnes minas frementis ſeculi patientiſſimè tolerent in ſemetipſis, ait illis, Tempus eſt inchoationis iudicij ex domo Dei. Si autem initium à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluus fiet; peccator & impius vbi parebunt? Annuncians verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſraël. Non fecit ſic vniuerſæ genti.) Nemo vos fallat: non nunciatum eſt alicui genti hoc iudicium Dei, quomodo patiantur iuſti & iniuſti. Quomodo? Pro merito omnes. Quomodo? In gratia Dei, non in ſuis meritis liberantur ipſi iuſti. Non annunciatum eſt hoc vniuerſæ genti: ſoli Iacob, ſoli Iſraël. Quid ergo nos facimus, ſi non annunciauit vniuerſæ genti, ſed tantùm Iacob, tantum Iſraël? Vbi etimus nos? In Iacob & in Iſraël. Iudicia ſua non manifeſtauit eis.) Quibus? Omnibus gentibus. Et quomodo vocatæ ſunt niues ſoluto cryſtallo? Quo-
C modo vocatæ ſunt
Rom. 11.c gentes iuſtificato Paulo? Quomodo, niſi vt eſſent in Iacob? Præciſus eſt oleaſter, vt inſereretur in oliuam. Iam ad oliuam pertinent, iam non debent dici gentes: ſed vna gens in Chriſto, gens Iacob, gens Iſraël. Quare gens Iacob & gens Iſraël?
Genc. 22. d Quia Iacob de Iſaac, Iſaac de Abraham. Abrahæ autem quid dictum eſt? In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc idem dictum eſt ad Iſaac, hoc & ad Iacob. Pertinemus ergo ad Iacob: quia pertinemus ad Iſaac, pertinemus ad Abraham. Semen enim Abrahæ, non me vel quolibet homine, ſed apoſtolo ſan-
Galat. 3 e cto interpretante, Chriſtus eſt: & ipſe ait, Non dicit & ſeminibus tanquam in multis, ſed tanquam in vno, & ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Si vnum ſemen, vnus Iacob, vnus Iſraël, & omnes gentes vnum in Chriſto. Ergo ad omnes pertinet gentes quod reuelauit ipſe Iacob & ipſe Iſraël: & illi ſoli in aliis gen-
D tibus deputandi ſunt, qui nolentes credere in Chriſto, nolunt recedere ab oleaſtro & inſeri oliuæ. Remanebunt in ſyluoſis ramis ſteriles & amari. Gaudeat Iacob qui eſt ſupplantator Eſau, quia ſupplantauit fra-
Gen. 17.f trem. Cęcitas enim ex parte Iſraël facta eſt, vt plenitu-
Rom. 11. d do gentium intraret. De Iacob factus eſt Iſraël. Quid eſt Iſraël? Iam omnes audiamus, omnes Iſraël, ſiue qui hîc eſtis in membris Chriſti, ſiue qui foris & non foris, & per omnes gentes vbique foris, vbique intus: audiat ipſe Iſraël, qui ex Iacob fact⁹ eſt Iſraël. Quid eſt Iſraël? Videns Deum. Vbi videbit Deum? In pace. In qua pace? Pace Hieruſalem: Quia poſuit, inquit, fines tuos pacem. Ibi laudabimus, omnes vnus in vno ad vnum erimus: quia deinceps multi diſperſi non erimus.

IN PSALMVM CXLVIII. *Enarratio.*

MEDITATIO præſentis vitæ noſtræ in laude Dei eſſe debet: quia exultatio ſempiterna futuræ noſtrę vitę, laus Dei erit. Et nemo poteſt idoneus fieri futuræ vitæ, qui ſe ad illam modò non exercuerit. Modò ergo laudamus Deũ, ſed & rogamus Deũ. Laus noſtra lætitiam habet, oratio gemitum. Promiſſum eſt enim nobis aliquid, quod nondum habemus: & quia verax eſt qui promiſit, in ſpe gaudemus: quia tamen nondum habemus, in deſiderio gemimus. Bonũ eſt nobis perſeuerare in deſiderio, donec veniat quod promiſſum eſt, & tranſeat gemitus, & ſuccedat ſola laudatio. Propter hæc duo tempora, vnum quod nunc eſt in tentationibus & tribulationibus huius vitæ, alterum quod tunc erit in ſecuritate & exultatione perpetua, inſtituta eſt nobis etiam celebratio duorum tẽporum, ante paſcha & poſt paſcha. Illud quod eſt ante paſcha, ſignificat tribulationem, in qua modò ſumus: quod verò nunc agimus poſt paſcha, ſignificat beatitudinem, in qua poſtea erimus. Ante paſcha ergo quod celebramus, hoc & agimus: poſt paſcha autem quod celebramus ſignificamus, & nondum tenemus. Propterea illud tempus in iciuniis & orationibus exercemus, hoc verò tempus relaxatis iciuniis in laudibus agimus. Hoc eſt enim, Halleluia.) quod cantamus: quod Latinè interpretatur, vt noſtis, laudate Dominum. Ideo illud tempus ante reſurrectionem, hoc tempus poſt reſurrectionem Domini eſt. Quo tempore ſignificatur vita futura, quã nondum tenemus: quia quod ſignificamus poſt reſurrectionem Domini, tenebimus poſt reſurrectionem noſtram. In capite enim noſtro nobis vtrũque figuratum eſt, vtrunque demonſtratum eſt. Paſſio enim Domini oſtendit nobis vitam præſentis neceſſitatis, qua
C oportet & laborare & tribulari, & ad extremum mori. Reſurrectio verò & clarificatio Domini oſtendit nobis vitam quam accepturi ſumus, cùm venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et quodãmodo mali omnes cantare nobiſcũ poſſunt halleluia. Si autem in malitia ſua perſeuerauerint, canticum vitæ noſtræ futuræ dicere poſſunt labiis, ipſam verò vitam, quæ tunc erit in ea veritate, quæ nunc ſignificatur, obtinere non poſſunt, quia noluerũt meditari antequam veniret, & tenere quod venturum erat. Nunc ergo fratres, exhortamur vos, vt laudetis Deum: & hoc eſt quod vobis omnes dicimus, quando dicimus halleluia. Laudate Dominum, dicis tu alteri, dicit ipſe tibi: cùm ſe omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur. Sed laudate totis votis: id eſt, vt non ſolùm lingua & vox veſtra laudet Deum, ſed & conſcientia veſtra, vita veſtra, facta veſtra. Etenim laudamus modò in eccleſiis quando congregamur. Cùm quiſque
D diſcedit ad propria, quaſi ceſſat laudare Deum. Non ceſſat bene viuere, & ſemper laudat Deum. Tunc deſinis laudare Deum, quando à iuſtitia, & ab eo quod illi placet declinas. Nam ſi à vita bona nunquam declines: lingua tua tacet, vita tua clamat, & aures Dei ad cor tuum. Quomodo enim aures noſtræ ad voces noſtras, ſic aures Dei ad cogitationes noſtras. Non poteſt autem fieri, vt habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes: Facta enim de cogitatione procedunt. Nec quiſquam poteſt aliquid facere, aut ad aliquid agendum membra mouere, niſi primò præceſſerit iuſſio cogitationis: quomodo de interiori palatio quicquid iuſſerit Imperator, per imperium Romanorũ emanat, quicquid videris agi per prouincias. Quantus motus fit ad vnam iuſſionẽ Imperatoris intus ſedẽtis?

Moues

Mouet ſolùm ille labia cùm loquitur, & mouetur omnis prouincia cùm fit q̃ loquitur. Sic & in vnoquoq; A noſtrũm intus eſt imperator, int⁹ in corde ſedet. Si bonus bona iubet, bona fiunt: ſi malus mala iubet, mala fiunt. Cùm ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt iubere niſi bona? Cùm poſſidet diabolus, quid poteſt iubere niſi mala? In tuo autem arbitrio Deus te eſſe voluit, cui pares locum: Deo an diabolo? Cùm paraueris, qui poſſedit ipſe imperabit. Ergo fratres, non tantùm ad ſonum attendite cùm laudatis, ſed Deum toti laudate: cantet vox, cantet vita, cantent facta. Et ſi eſt adhuc gemitus, tribulatio, tentatio, ſperate tranſitura omnia, & illum vẽturum diem quo ſine defectu laudabimus. Ecce iſte Pſalmus, quoniam manifeſtus eſt, currendus eſt nobis. Diſtribuit enim vniuerſam creaturã laudãtem Deũ, & tanquàm hortatur, vt laudet, quaſi inuenerit tacẽtem.

Expoſitio Pſalmi.

B

LAVDATE Dominum de cælis.) Quaſi inueniret tacẽtes in cælis laudem Domini exhortatur vt ſurgant & laudent. Nunquam cæleſtia laudes conditoris ſui tacuerunt, nũquam terreſtria Deum laudare ceſſarunt. Sed planè ſunt quædam quæ habent ſpiritum laudandi Deum in eo affectu quo eis placet Deus. Nemo enim laudat, niſi quod ei placet. Sunt autẽ alia quæ ſpiritum vitæ, & intellectum ad laudandum Deum non habent, ſed quia & ipſa bona ſunt, & in ordine ſuo integrè diſpoſita ſunt, & ad pulchritudinem vniuerſitatis referuntur, quã condidit Deus, ipſa quidem per ſe voce ſua, & corde ſuo non laudant Deum: ſed cùm ab intelligentibus conſiderantur, per ipſa laudatur Deus: & cùm per ipſa laudatur Deus, quodammodo & ipſa laudant Deum. Verbi gratia, Laudant Deum in cælis oĩa quæ habent ſpiritum vitæ, & intellectũ purum ad eum contemplandum, & ſine faſtidio & defectu diligendũ.
C Laudant autem Dominum per intellectum in terra diſcernendi bonum & malum, & per intellectum cognoſcendi creaturam & creatorem, homines qui iſta cogitant, & quibus tribuit Dominus mentem diſcernendi iſta delectandi atque laudandi. Homines poſſunt. Pecora nunquid habent huiuſmodi intellectum? Si haberent huiuſmodi intellectum pecora: non nobis diceret
Pſal. 31.e Deus, Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quando hortatur nos, vt non ſimus ſicut pecora ſine intellectu, oſtendit nobis quia homini tribuit intellectum ad laudandum Deum. Arbores nunquid vel vitam habent ipſam qua ſentiant ſicut pecora? Nam pecora, etſi ſenſum interiorẽ rationalem, & mẽtem intelligentem atque diſcernentem non habent, quam homo habet, vt laudent Deum: habent tamen vitam manifeſtam, ſicut oẽs nouimus, appetendi cibũ, vtilia ſumendi, noxia reſpuendi, ſenſus corporalia di-
D ſcernendi, viſum ad colores, auditũ ad voces, olfactum ad odores, guſtũ ad ſapores, motus vel ad voluptates, vel ad moleſtias cognoſcẽdas. Intelligimus hæc, & videmus ante oculos noſtros. Non habent rationem intelligendi, ſed habent ſpiritum corporis animati, & vitam manifeſtam. Arbores autem nec ipſam habent, & tamen omnia laudant Deum. Quare laudant Deum? Quia cùm iſta videmus, & conſideramus creatorẽ, qui ea fecit, de illis naſcitur in nobis laus Dei: & cùm ipſorum conſideratione laudatur Deus, oĩa laudãt Deum. Cœpit ergo iſte de cælo, laudant omnia, & dicit laudate. Quare cùm laudent, dicit laudate? Quia delectatus eſt in eo quod laudãt, & placuit ei quaſi adiũgere hortationem ſuã. Quomodo ſi venias ad homines bonum aliquod operantes cũ gaudio, ſiue in vinea, ſiue in meſ-

ſe, ſiue in aliqua agricultura: placet tibi quod faciunt, A & dicis, Facite, agite. Nõ vt tunc incipiant facere quãdo dicis: ſed quia placet tibi quod facientes inueneris, adiungis gratulationem, & exhortationem tuam. Dicendo enim facite, & exhortando facientes, voto quaſi facis cum illis. In hac ergo exhortatione plenus ſpiritu propheta dicit hæc: & Pſalmus eſt Aggæi & Zacharię, ſic habet titulum. Iſti duo prophetæ eo tempore quo 1. Eſdræ 5.
captiuus populus tenebatur in Babylonia, prophetabant etiã futurum finem captiuitatis: vt reſtauraretur ciuitas Hieruſalem, quæ bello ceciderat. Significauerunt ergo nobis in myſterio vitam futuram, vbi laudabimus Deum poſt captiuitatem vitæ præſentis, vbi erit innouatio ciuitatis illius magnæ Hieruſalem, vnde peregrini ſuſpiramus captiui adhuc ſub onere & ſarcina corporis mortalis, vnde adhuc gemimus in peregrinatione, exultabimus autem in patria. Qui autem non gemit peregrinus, non gaudebit ciuis, quia deſiderium non eſt in illo. Prophetæ ergo iſti ſancti magnam conſolationem præbuerunt tunc captiuato populo ſecundum carnem, id eſt, conſtituto in Babylonia ſub regibus alienigenis. Oſtendebant enim per prophetiam, futurum tempus liberationis à captiuitate inſtauratio-
nis Hieruſalem. Sed illa omnia in figura geſta ſunt, ha- 1. Cor. 10. c
bent veritatem ſuam. Figurata ſunt in antiquis, preſentia oſtendũtur in nobis. Modò ergo quid dicit apoſto-
lus? Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Do- 2. Cor. 5. a
mino. Nondum ſumus in patria. Quando erimus in patria? Quando triumphabimus deuicto inimico diabolo, quando mors nouiſſima inimica deſtructur: tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoriam.
Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? 1. Cor. 15. g
Quando ergo nulla erit mortis contentio quæ modò eſt, & facit nos gemere ex defectu & mobilitate rerum, ex fragilitate carnis humanæ? Contendunt nobiſcum
C quotidie tentationes, contendunt nobiſcum quotidie delectationes, etſi non conſentiamus, tamen moleſtiã patimur: & contendimus, & magnum periculum eſt ne qui contendit vincatur. Si autem non conſentiendo vincamus, moleſtias tamen patimur reſiſtẽdo delectationibus. Non ceſſat, & non moritur hoſtis, niſi in reſurrectione mortuorum. Sed præſumamus, fidamus,
erigunt nos Aggæus & Zacharias, cantant futuram li- 1. Eſd. 5. a
berationem noſtram. Si illi populo cantauerunt & impletum eſt, Chriſtiano populo quod cantatur non implebitur? Securi eſtote, non tantummodo in iſta peregrinatione vitæ huius, ſed quomodo hîc agatis videte. Non vobis placeat amor Babyloniæ, ne obliuiſcamini ciuitatem Hieruſalem. Etſi corpus noſtrum adhuc in Babylonia tenetur, cor noſtrum ad Hieruſalem præmittatur. Laudet ergo tota creatura Dominum, quia hoc ibi facturi ſumus quod hîc præmeditamur. Lau-
D date Dominum de cęlis. Laudate eum in excelſis.) Primò de cælis dicit, poſtea de terra: laudatur enim Deus qui fecit cælum & terram. Cæleſtia tranquilla ſunt, pacata ſunt: ibi ſemper gaudium, nulla mors, nulla ægritudo, nulla moleſtia, ſemper laudant Deum beati. Nos autem adhuc in imo ſumus, ſed cùm cogitamus quomodo illic laudetur Deus, cor ibi habeamus, & nõ ſine cauſa audimus, ſurſum corda. Leuemus cor ſurſum, ne putreſcat in terra: quoniã placet nobis quod ibi agunt angeli. Modò nos ſpe, poſtea re, ſed cùm illuc venerimus. Laudate ergo eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ ſuper Dan. 3 e
cęlos ſunt laudent nomen Domini.) Quando explicat omnia numerando? Sed tamẽ ſummatim quaſi omnia

perstrinxit,& conclusit omnia cælestia laudantia creatorem suum.Et quasi diceretur ei, quare illum laudãt, quid illi debent,quid illis contulit vt laudent eum?Sequitur,Quoniam ipse dixit & facta sunt,ipse mandauit
Psal. 32.b & creata sunt.Non mirum si opera laudent operatorẽ, non mirum est si facta laudent factorem,non mirum si creatura laudet creatorem. Ibi & Christus nominatus
Ioan. 1.a est,& quasi nõ audiuimus nomen ipsius.Quis est Christus? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbũ: hoc erat in principio apud Deum.Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil.Per quid facta sunt?Per verbũ,Quomodo hîc ostendit,quia per verbum facta sunt?Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Nemo dicit, nemo mandat,nisi verbo.Statuit ea in seculum & in seculum seculi.) Omnia cælestia, oĩa superiora, virtutes omnes atque angelos,ciuitatẽ quandã supernam,bonam,sanctã,beatam.Vnde quoniã peregrinamur,miseri adhuc
B sumus: & quò redituri in spe beati,& quò cùm redierimus,in re beati.Statuit ea in seculum & in seculũ seculi.Præceptum posuit,& non præteribit.)Quale præceptum putatis habere cælestia& angelos sanctos?Quale præceptum dedit illis Deus?Quale,nisi vt laudent illũ? Beati quorum hoc est negocium,laudare Deum. Non arant,non seminant,non molunt,non coquunt.Opera enim sunt ista necessitatis,ibi necessitas non est.Nõ furantur,nõ deprædantur, non adulterãtur. Opera enim sunt ista iniquitatis,ibi iniquitas non est.Non frangunt panem esurienti,non vestiunt nudũ,non suscipiunt peregrinum,non visitant ægrotum,non concordant litigiosum,nõ sepeliunt mortuũ.Opera enim sunt ista misericordiæ, ibi autẽ nulla miseria est in qua fiat misericordia. O beati. Putamus erimus nos sic? Eia suspiremus,de suspirio gemamus.Et quid sumus vt ibi simus? Mortales,proiecti, abiecti, terra & cinis.Sed qui pro-
C misit,omnipotẽs est.Si ad nos attẽdamus,quid sumus? Si ad illum,Deus est,omnipotens est.Non est facturus angelum ex homine,qui fecit hominem ex nihilo?Aut verò pro minimo habet Deus hominẽ, propter quem mori voluit vnicũ suum? Attendamus ad indicium dilectionis & promissionis Dei. Tales arras accepimus. Tenemus mortem Christi, tenemus sanguinẽ Christi. Quis mortuus est?Vnicus.Pro quibus mortuus est?Vtinam pro bonis, vtinam pro iustis. Sed quid? Etenim
Rom. 5.b Christus,ait apostolus,pro impiis mortuus est.Qui donauit impiis mortem suam,quid seruat iustis nisi vitam suam? Erigat ergo se humana fragilitas, non desperet, non se collidat,non se auertat,non dicat,Non ero.Qui promisit, Deus est, & venit, vt promitteret: apparuit hominibus,venit suscipere mortem nostram, promittere vitam suam. Venit ad regionem peregrinationis nostræ accipere quod hîc abundat, opprobria, flagella,colaphos,sputa in faciem,contumelias,spineam coronam,suspensionem in ligno,crucem,mortem. Hæc
D abundant in regione nostra,ad talia commercia venit. Quid hîc dedit? Quid hîc accepit? Dedit exhortationem, dedit doctrinam, dedit remissionem peccatorũ: accepit contumelias, mortem,crucem. Attulit nobis de illa regione bona, & in regione nostra pertulit mala. Promisit tamen nobis quòd ibi futuri simus vnde
Ioan. 17.d venit:& ait,Pater,volo,vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum.Tanta præcessit dilectio,quia vbi nos eramus fuit nobiscum, vbi ipse est erimus cum illo. Quid tibi promisit Deus,ô homo mortalis?Quia victurus es in æternum.Non credis? Crede, crede.Plus est iam quod fecit,quàm quod promisit. Quid fecit? Mortuus est pro te.Quid promisit? Vt viuas cum illo. Incredibilius est quòd mortuus est æternus, quàm vt in æternum viuat mortalis.Iam quod incredibilius est tenemus. Si pro-
A pter hominem mortuus est Deus, non est victurus homo cum Deo? Non est victurus mortalis in æternum, propter quem mortuus est qui viuit in æternum? Sed quomodo mortuus est Deus? Et vnde mortuus est Deus? Et potest mori Deus? Accepit ex te, vnde moreretur pro te.Non posset mori,nisi caro:non posset mori,nisi mortale corpus.Induit se vbi moreretur pro te,induet te vbi cum illo viuas.Vbi se induit morte?In virginitate matris.Vbi te induet vita?In æqualitate patris. Elegit sibi hîc thalamum castum,vbi coniungeretur sponsus sponsæ.Verbum caro factum est,vt fieret caput ec- Ioann.1.b
clesiæ. Verbum enim ipsum non est pars ecclesiæ: sed vt esset caput ecclesiæ,carnẽ assumpsit. Quiddam nostrum iã sursum est, quod hîc accepit vbi mortuus est, vbi crucifixus est.Iam quædam primitiæ tuæ præcesserunt,& dubitas quia secuturus es?Ergo conuertat se &
B ad terrena, quia iam dixit laudes cælestium. Laudate Dominum de terra.) Superius enim vnde cœpit? Laudate Dominum de cælis, & enarrauit cælestia: modò audi terrestria.Dracones & omnes abyssi.Abyssi,profunditates aquarũ sunt: maria omnia, & nubilosus istẽ aër ad abyssum pertinet.Vbi nubes,vbi venti,vbi tempestates,vbi pluuiæ,coruscationes,tonitrua,grãdines, nix,& quicquid vult Deus fieri super terras de isto humido & caliginoso aëre, totum hoc terræ nomine appellauit, quia in imis mutabile est atque mortale: nisi fortè putatis quia sursum pluit stellis. Omnia ista hîc fiunt propè ad terram. Et aliquando sunt homines in cacuminibus montium,& nubes sub se vident,& fiunt plerunque pluuiæ:& apparent bene intentis omnia ista que perturbato aëre concitantur, hîc fieri in ista mundi parte infima.Propterea ad istam caliginosam, id est, ad hunc aërem tanquam ad carcerem dãnatus est dia-
C bolus, de apparatu superiorum angelorum lapsus cum angelis suis:nam apostolus hoc de illo dicit, Secũdum Ephes.2.d
principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ.Et alius apostolus dicit,Si enim Deus 2.Pet.2.a
angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos seruari: infernum hoc appellans, quòd inferior pars mundi sit. Noli ergo cogitare quid accepit diabolus, sed quid perdidit. Omnia ergo ista videtis qualia sunt, mutabilia,turbata,terribilia,corruptibilia: tamen habent locum suum, habent ordinem suum, implent & ipsa vniuersi pulchritudinem pro modo suo, & ideo laudant Dominum. Conuersus ergo ad illa tanquam exhortans& ipsa,immo exhortans nos,vt eorum consideratione laudemus Dominum (sic enim laudant Deum cùm considerata pariunt laudem Dei) cœpit dicere, Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi. Dracones circa aquam versantur, de speluncis procedunt,feruntur in aëra:concitatur propter
D cos aër. Magna quædam sunt animantia dracones, maiora non sunt super terram. Propterea inde cœpit dicere, Dracones & omnes abyssi. Sunt autem speluncæ aquarum latentium, vnde flumina, vnde fontes procedunt,vt fluant super terram:aliò occultè subter eunt, & totum hoc atque omnis ista humida natura aquarum simul cum mari & isto infimo aëre,abyssus vel abyssi vocantur, vbi viuunt dracones & laudant Deum. Quid? Putamus quia choros faciunt dracones, & laudant Deum? Absit. Sed vos considerantes dracones, attendite artificem draconum, & creatorem draconum: & cùm miramini dracones, & dicitis, Magnus Deus qui hæc fecit, dracones laudant Deum de vocibus vestris. Dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ

quæ faciunt verbum eius.) Quare addidit,quæ faciunt
A verbum eius? Multi stulti non valentes contemplari & discernere creaturam locis suis & ordine suo, sub nutu & iussu Dei agẽtem motus suos,visum est illis quia superiora omnia Deus gubernat,inferiora verò despicit, abiicit,deserit, vt nec curet ista,nec regat, sed casibus regantur quomodo possunt,quà possunt: & mouent illos qui dicunt aliquando sibi, sed non dicant tibi, id est,ne audiendo tu consentias quando ista dicunt.blasphema enim sunt & execrabilia Deo. Si Deus plueret nunquid plueret in mari?Qualis,inquiunt,prouidentia Getulia sitit,& mare compluitur. Acutè sibi videntur tractare. Quibus dicendũ est hoc,Getulia sitit,ne tu si-
Psal. 142.b tires.Bonũ enim erat,vt diceres Deo, Anima mea ve-
Psal. 62.a lut terra sine aqua tibi: quod alio loco apertè dicitur, Sitiuit tibi anima mea, quàm multipliciter tibi & caro
Matt. 5.b mea. Et Dominus in Euangelio, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Iste enim iã
B saturatus est qui talia disputat,& quasi sibi doctus videtur,nec vult discere,ideo non sitit.Nam si sitiret,vellet discere:& inueniret,quia totum Dei prouidentia sit in terra,&miraretur disposita etiã membra pulicis. Attẽdat charitas vestra.Quis disposuit mẽbra pulicis &culicis,vt habeant ordinem suũ,habeant vitam suam,habeant motum suũ?Vnam bestiolam breuem,minutissimam cõsidera quam volueris. Si consideres ordinem membrorũ ipsius, & animationem vitæ qua mouetur, pro se fugit mortẽ,amat vitam,appetit voluptates, deuitat molestias, exerit sensus diuersos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeũ culici quo sanguinem sugat? Quàm tenuis fistula est qua sorbet? Quis disposuit ista? Quis fecit ista? Expauescis in minimis, lauda magnũ.Hoc itaque tenete fratres mei,nemo vos de fide excutiat,&de sana doctrina.Qui fecit in cælo angelum,ipse fecit in terra vermiculũ:sed angelum in cœlo pro habitatione cœlesti, vermiculũ in terra pro habi-
C tatione terrestri. Nũquid angelũ fecit repere in cœno, & vermiculũ in cœlo? Distribuit sedibus habitatores: incorruptionẽ incorruptis sedibus dedit,corruptibilia corruptibilibus locis.Totum attende,totũ lauda. Qui ergo disposuit mẽbra vermiculi,non gubernat nubes? Et quare in mare pluit?Quasi nõ sint in mari,quę alantur pluuia:quasi non ibi fecit pisces, quasi ibi non fecit animalia. Attendite quomodo currunt pisces ad aquã dulcem.Et quare,inquit, pisci pluit, & mihi non pluit aliquãdo?Vt cogites te in regione esse deserti,& in peregrinatione vitæ:vt amarescat tibi vita præsens,vt futuram desideres,aut vt flagelleris,& corripiaris & corrigaris.Quomodo autẽ distribuit propria regionũ?Ecce quia de Getulia locuti sumus, pluit hîc propè omni anno,&omni anno dat frumentũ.Seruari hîc frumentum nõ potest,citò corrumpitur, quia omni anno datur.Ibi,quia rarò,& multũ datur, & diu seruatur. Sed
D fortè putas, quia ibi deserat Deus homines, aut nõ ibi secundum iocunditatem suã & laudant, & glorificant Deum? Apprehende inde Getulũ, pone inter istas arbores amœnas:fugere hinc vult,& redire ad nuda Getuliæ.Omnib.ergo locis Deus,regionibus,tẽporibus, sua quæque distribuit & ordinauit. Et longum est cõmemorare diligentiorem considerationem omniũ rerum.Quis illã explicat?Tamen qui oculos habẽt,multa ibi vidẽt.Cùm viderint placẽt, cùm placuerint laudantur,non tanquã ipsa,sed ille qui fecit:ita omnia laudabunt Deũ.Hæc considerans spiritus prophetiç,cùm dixisset,Ignis,grãdo,nix,glacies, spiritus tempestatis, quæ oĩa turbata videntur quibusdã stultis, & quasi casibus agitari, addidit, quæ faciunt verbum eius. Non tibi ergo videntur casibus moueri, quæ verbo Dei in omni motu suo deseruiunt. Quò vult Deus, illuc lucet ignis:illuc fertur nubes,siue pluuiã,siue niuẽ,siue grandinem portet. Et quare aliquando percutiunt mõtem fulmina,& nõ percutiunt latronẽ?Quodcunq; possum dicere pro captu mentis meæ, quantum Deus donare dignatur,maiores maiora nouerint, & amplius intelligant:& det vobis Deus plus sapere quàm dico, tamen cum tẽperantia sine superbia.Possum ergo pro modulo meo dicere, quare percutiant montẽ,& non percutiant latronẽ:quia fortè adhuc latronis conuersionem quærit,& ideo percutitur mons,qui non timet,vt mutetur homo,qui timet.Aliquando & tu cùm das disciplinam,terram feris,vt infans expauescat. Et aliquãdo ferit,& quem vult hominẽ.Sed dicis mihi,Ecce cædit innocentiorem,&dimittit sceleratiorem.Noli mirari: vndecunque mors pio bona est.Vnde autẽ scis,illi sceleratiori,si se mutare noluerit,quid pœnarũ in occulto seruetur?Nónne mallent fulmine incendij potius interire,quibus in fine dicetur,Ite in ignẽ æternum? Opus Matt.ha.d
est, vt innocens sis. Quid enim? Malũ est mori naufragio,& bonũ est mori febre?Siue inde, siue inde moriatur,quęre qualis sit qui moritur: quò post mortẽ iturus est, non vnde de vita exiturus, quacunque occasione hinc exituri sumus. Quibus exitibus martyres exire meruerunt?Nunquid febribus?Quomodo multi optãt vt febribus soluantur?Alij vno ictu gladij,alij ignibus, alij bestiis? Et deuorauerũt bestiæ corpora martyrum, & non timuerunt ne perirent corpora ipsorum. Vndique enim Deus reducet corpora sanctorum suorũ, cui Matt. 18.d
capilli capitis nostri numerati sunt. Et quando voluit, Dan. 3.g
tres pueros ab igne liberauit. Nunquid ideo Machabæos in igne deseruit? Illos apertè liberauit, istos occultè coronauit.Nouit igitur Deus quid agat.Tu time, 2.Machab. 7.a
& bonus esto.Vndecunque voluerit vt exeas hinc,paratum te inueniat. Inquilinus enim es, non possessor
C domus.Locata est enĩ tibi domus. Domus ista tibi lo- Psal. 118.
cata est,non donata,& si nolis,migrabis: & non eã tali Gimel.
conditione accepisti, vt quasi tempora certa tibi sint. Quid dixit Dominus Deus tuus? Quãdo voluero,cùm dixero,migra,paratus esto.Expello te de hospitio, sed dabo domũ.Inquilinus es in terra,eris possessor in cœlo. Quicquid ergo hîc accidit cõtra voluntatẽ nostrã, noueris non accidere,nisi de voluntate Dei, de prouidẽtia ipsius,de ordine ipsius,de nutu ipsius, de legibus ipsius:& si nos non intelligimus quid quare fiat,demus hoc prouidentiæ ipsius, quia non fit sine causa, & non blasphemabimus. Cùm enim cœperimus disputare de operibus Dei:quare hoc,quare illud,& non debuit sic facere,malè fecit hoc,vbi est laus Dei?Perdidisti halleluia. Omnia sic considera quomodo placeas Deo, & laudes artificem.Quasi si intrares in officinam fortè fabri ferrarij,non auderes reprehendere folles,incudes, malleos.Et da imperitum hominem nescientem quid quare sit,& omnia reprehendit. Sed si non habeat peritiam artificis, & habeat saltem considerationem hominis, quid sibi dicit? Non sine causa hoc loco folles positi sunt. artifex nouit quare, & si ego non noui. In officina non audet vituperare fabrum: & audet reprehendere in hoc mundo Deum? Ergo quemadmodum ignis,grando,nix,glacies,spiritus tempestatis,quæ faciunt verbum eius:sic omnia quę vanis videntur in rerum natura temere fieri, non faciunt nisi verbum eius, quia non fiunt nisi iussu eius. Deinde dicit vt Dominũ laudent. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri, Bestiæ & oĩa pecora, reptilia & volatilia pennata.) Deinde ad homines, Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines,senes cum iunioribus laudent nomen Domi-

ni.) Explicata est laus de cælo, explicata est laus de terra. Quia exaltatum est nomen eius solius.) Nemo hominum quærat exaltare nomen suum. Vis exaltari? Illi te subde qui non potest humiliari. Exaltatũ est nomen eius solius. Confessio eius in cælo & in terra.) Quid est confessio? Quia ipse confitetur? Non. Sed quia illũ omnia confitentur, omnia clamant: omnium pulchritudo quodammodo vox eorum est confitentium Deum. Clamat cælum Deo, Tu me fecisti, non ego. Clamat terra, tu me condidisti, non ego. Quomodo ergo clamant ista? Quando considerantur, & hoc inuenitur: ex tua consideratione clamãt, ex voce tua clamant. Confessio eius in cælo & in terra. Attende cælum, pulchrũ est: attende terram, pulchra est: vtrunque simul valde pulchrum est. Ipse fecit, ipse regit, ipsius nutu gubernãtur, ipse traiicit tempora, momenta ipse instaurat, per seipsum instaurat. Omnia ergo ista laudant illum, siue in statu, siue in motu, siue de terra deorsum, siue de cælo sursum, siue in vetustate, siue in renouatione. Cùm vides hæc & gaudes, & attolleris in artificem, & inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta contueris, Rom. 1. c
confessio eius in cælo & in terra: id est, confiteris ei de rebus terrenis, cõfiteris ei de rebus cælestibus. Et quia ipse fecit omnia, & melius illo nõ est aliquid, quicquid fecit intra illum est: & quicquid in his tibi placet, minus est quàm ipse. Nõ ergo ita tibi placeat quod fecit, vt recedas ab eo qui fecit. Sed si amas quod fecit multo magis eũ qui fecit. Si pulchra sunt quæ fecit, quanto magis pulchrior est qui fecit? Confessio eius in cælo & in terra. Et exaltabit cornu populi sui.) Ecce quod prophetabant Aggæus & Zacharias. Modò cornu populi 1. Esdræ. 5. a
sui humile est in trituris, in tribulationibus, in tentationibus, in tunsione pectorum. Quando exaltabitur cornu populi sui? Quando venerit ipse Dominus, & ortus fuerit sol noster, non iste qui oculis videtur & oritur Matth. 5. g
super bonos & malos: sed de quo dicitur, Vobis qui Malac. 4. a
timetis Deum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et de quo dicturi sunt superbi & impij, Iustitiæ lu- Sap. 5. b
men non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Ipse erit æstas nostra. Modò fructus per hybernum in radice non apparent, attendis quasi aridas arbores per hyemem. Qui non nouit videre, aridam putat vitem: & fortè iuxta est quæ verè aruit. Similes sunt ambæ per hyemem. Illa viuit, illa mortua est: sed illius vita & illius mors in abscondito est. Æstas procedit: vita illius clarificatur, mors illius manifestatur. Procedit honor foliorum, fœcunditas fructuum: vestitur vitis in facie ex eo quod habet in radice. Ergo modò fratres, tales sumus, quales sunt & alij homines, Quomodo nascuntur, manducant, bibunt, vestiuntur, transigunt vitam istam: sic & sancti. Aliquando res ipsæ decipiunt homines, & dicunt, Ecce postquam cœpit esse Christianus, nunquid non ei dolet caput? Aut quia Christianus est, quid habet plus à me? O vitis arida, D
attendis iuxta te vitem nudam in hyberno: sed non aridam, per æstatis vim. Et veniet Dominus honor noster qui latebat in radice: & tunc exaltabit cornu populi sui, post captiuitatem in qua mortaliter viuimus.
1. Cor. 4. a Vnde dicit apostolus, Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Sed dicis mihi, Vbi est radix mea? Vbi est fructus meus? Si credis, nosti vbi est radix tua. Ibi est enim, vbi est fides tua, vbi est spes & charitas tua. Audi apostolum,
Col. 3. a Mortui enim estis. Quasi per hyemem mortui apparebant. Audi qui viuunt: Et vita vestra abscondita est, inquit, cum Christo in Deo. Ecce vbi habes radicem. Quando ergo honore ornaberis? quando fœcundaberis fructu? Audi illum sequentem, Cùm Chri- Ibidem.
A stus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Et exaltabit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius.) Hymnus scitis quid est? Cantus est cum laude Dei. Si laudas Deum & non cantas, non dicis hymnum. Si cantas & non laudas Deum, non dicis hymnum. Si laudas aliquid quod non pertinet ad laudem Dei, & si cantando laudes, non dicis hymnum. Hymnus ergo tria ista habet: & canticum, & laudem, & Dei. Laus ergo Dei in cantico, hymnus dicitur. Quid est ergo, hymnus omnibus sanctis eius? Accipiãt sancti eius hymnum, dicant sancti eius hymnum: quia hoc est quòd accepturi sunt in fine hymnum sempiternum. Ideo alio loco dicit Psalmus, Sa- Psal. 19. d
crificiũ laudis glorificabit me, & ibi est via qua ostendam illi salutare meum. Et beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hoc est hymnus
B omnibus sanctis eius. Qui sunt sancti eius? Filij Israël, populi appropinquantes sibi.) Nemo dicat, Non sum filius Israël. Ne putetis Iudæos filios Israël esse, & nos non esse filios Israël. Audeo vobis dicere fratres mei, illi non sunt, & nos sumus. Audite quare. Quia maior est natus secundum spiritum, quàm natus secundum carnẽ. Vnde Israël? Ex Abraham, quia Isaac ex Abraham, Israël ex Isaac. Quomodo placuit Deo Abraham? Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Quisquis imitatus fuerit Abraham, filius est Abrahæ. Quisquis degenerauerit à fide Abraham, perdidit progeniem Abrahæ. Iudæi degenerauerunt, perdiderunt. Imitati sumus nos, inuenimus. Audi quia illi perdiderunt. Quid illis dicit Dominus dicentibus, filij sumus Abrahæ? Ausi sunt ostentare se, & erigere ceruicem de nobilitate generis iusti. Et quid illis Dominus? Si filij Abrahæ essetis, facta vtique Abrahæ Ioan. 8. c
C fecissetis. Si ergo perdiderũt ipsi quòd filij sunt Abrahæ, inuenimus nos vt filij simus Abrahæ. Credendo quippe inuenimus, quod illi non credendo amiserunt. Quia credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad Rom. 4. d
iustitiam. Et semen Abrahę Christus, & in Christo nos Gen. 15. a
sumus: & ex Israël populus, de quo populo Maria, de qua Maria Christus, in quo Christo nos, ergo filij Israël. Et quomodo addidit, vt discerneret nos? Filij Israël, populo appropinquanti sibi.) Attẽdite Iudæos: si propinquant, ipsi sunt. Et fortè appropinquant, dicit mihi aliquis. Quotidie cantant & ipsi Psalmum, & cantant hymnos Dei. Non auditis quid eis dixit Propheta? Populus hic labiis me honorat, cor autem eo- Psal. 49. d
rum longè est à me. Si illorum cor longè est, nostrum Matth. 15. b
autem proximum est: quia credimus, quia speramus, quia diligimus, quia Christo adiuncti sumus, quia membra ipsius facti sumus. Nunquid membra longè sunt à capite? Si essent longè, & diuisa essent, non dice- Matt. 28. d
ret, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Si separata essent, non de cælo diceret, Saule Saule quid me persequeris? Si Act. 9. a
non in nobis esset, non diceret, Esuriui & dedisti Matt. 25. d
mihi manducare. Et cùm dicerent illi Quando te vidimus esurientem? Respondit, Cùm vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce populus, ecce appropinquans Israël: & cum illo modò spe, postea rẽ.

IN PSALMVM CXLIX.
exhortatio.

LAVDEMVS Dominum & in voce, & in intellectu, & in opere bono. Et sicut nos hortatur iste Psalmus, Cantemus ei canticum nouum. Sic enim incipit:

Expo-

Expositio Psalmi.

CANTATE Domino cãticum nouum.) Vetus homo, vetus canticum: nouus homo, nouum canticũ Vetus Testamentum, vetus canticum: nouum Testamentum, nouum canticum. In veteri Testamẽto promissiones sunt temporales & terrenæ. Quisquis terrena diligit, vetus canticum cantat. Qui vult cantare cãticum nouum, diligat æterna. Ipsa dilectio noua est & æterna. Ideo semper noua, quia nunquam veterascit. Nam si bene consideres, antiquum est hoc. Quomodo ergo est nouum? Nũquid fratres mei, vita æterna mo- Ioan. 1. a
dò nata est? Vita æterna ipsa Christus, & secundum diuinitatem non modò natus est: quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si quæ per ipsum facta sunt, antiqua sunt: quid est ipse per quẽ facta sunt? Quid nisi æternus, & patri coæternus? Sed nos delapsi in peccatum, peruenimus ad vetustatem. B
Nostra enĩ vox est in illo Psalmo, vbi dicitur cum gemitu, Inueteraui in omnibus inimicis meis. Inuetera- Psalm. 6. a
uit homo per peccatum, innouatur per gratiã. Omnes ergo qui innouantur in Christo, vt ad vitam æternam incipiant pertinere, canticum nouum cantant: & hoc canticum pacis est, canticum hoc charitatis est. Quisquis se à coniunctione sanctorum separat, non cantat canticum nouum. Secutus est enim vetustã animositatem, non nouam charitatem. In noua charitate quid est? Pax, vinculum sanctæ societatis, compago spiritalis, ædificium de lapidibus viuis. Vbi est hoc? Non in vno loco, sed per vniuersum orbem terrarum. Audi, hoc de alio Psalmo sic dicitur, Cantate Domino can- Psal. 95. a
ticum nouum, cantate Domino omnis terra. Ex hoc intelligitur, quia qui non cum omni terra cantat, canticum vetus cantat, quælibet verba de ore eius procedant. Quid enim attendo quid sonet, cùm video quid cogitet? Et tu, inquis, vides quid cogitet? Facta indicãt. C
Nam oculus in conscientiam non penetrat. Attendo quid agat, & ibi intelligo quid cogitet. Neque enim si quisque, verbi gratia, comprehenderet hominem in furto, in homicidio, in adulterio, cogitationes ipsius in corde videret, sed in factis. Sunt quædam quæ intus latent: sed sunt & multa quæ procedunt in opera, & manifesta fiunt etiam hominibus. Cùm ergo essent illi qui se à compage Christi charitatis & societate sanctæ ecclesiæ separarunt: mali intus apud se, non nouerat nisi Deus. Venit & tentatio: superauit illos, & patefecit hominibus quod nouerat Deus. Non enim fructus ostenditur nisi in factis. Vnde dictum est, Ex fructibus Matth. 7. c
eorũ cognoscetis eos. Dixit enim Dominus ad quosdam qui ouium vestitum sciniduunt, intus autem sunt lupi rapaces. Et ne fortè fragilitas humana dignoscere non posset lupum sub ouina pelle ait, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quærimus fructus charitatis, in- D
uenimus spinas dissensionis. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo canticum eorum vetus est, cantemus nos canticum nouũ. Iam diximus fratres, omnis terra cantat canticum nouũ. Qui cum omni terra non cantat canticum nouũ, dicat quod vult, linguis sonet halleluia, dicat tota die, dicat tota nocte, non valde aures meæ inclinantur ad vocẽ cantantis, sed quero mores operantis. Interrogo enim & dico, Quid est quod cantas? Respondet, Halleluia. Quid est halleluia? Laudate Dominum. Veni, simul laudemus Dominum. Si tu laudas Dominum, & ego laudabo Dominũ. Quare in discordia sumus? Charitas laudat Dominũ, discordia blasphemat Dominum. Et vultis iam nosse vbi cãtetis canticum nouum? Quæ dicturus est in ipso Psal-
A mo, videte quomodo fiant & vbi fiant, vtrum per omnes gentes fiant ista, an in vna aliqua parte terrarum: & hinc plenius intelligetis ad quem pertineat canticum nouũ, iam quidem manifestum est illud, quod de alio Psalmo commemoraui, Cantate Domino canticum nouum. Et vt ostenderet in cantico nouo esse fructũ Psal. 95. a
charitatis & vnitatis: addidit, Cantate Domino omnis terra. Nemo se separet, nemo se disiungat: triticum Matth. 3. c
es, ferto paleam quousque ventiletur. De area vis excuti? Si triticum esses foris ab area, inuenirent te volatilia, & colligerent te. Adde quia eo ipso quo discedis & volas, paleã te esse indicas. Sed quia leuis eras, venit ventus, & de sub pedibus boum ablatus es. Qui autem triticũ sunt, ferunt trituram: gaudent quia grana sunt, gemunt inter paleam, expectant ventilatorem quem cognoscant redemptorem. Cantate Domino canticum nouum, Laus eius in ecclesia sanctorũ.) Hæc est ecclesia sanctorum, ecclesia frumentorum toto ter-
B rarum orbe diffusorum, per agrum Domini disseminata, quod est hic mundus: ipso Domino exponente cùm de seminante diceret, quia homo seminauit bonum semen in agro suo, & venit inimicus & super- Matth. 13.
seminauit zizania? Et dixerunt pueri patrisfamiliãs, Nõ- Matth. 13.
ne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde hic sunt zizania? Et respondit illis, Inimicus homo hoc fecit. Voluerunt colligere zizania, & compescuit illos dicens, Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea fasciculos ad comburendum, triticum autem meum reponite in horrea. Postea interrogauerunt eum discipuli dicentes, Narra nobis parabolam zizaniorum. Et ipse exponit omnia: vt nullus homo cordi suo tribuat quod ibi intellexerit, sed magistro cæli exponenti. Nemo dicat, exposuit sibi quomodo voluit. Si parabolã prophetæ exponeret Deus, quando ipse per eos loquebatur quod dicebant: quis auderet dicere, non sic debere exponi? Multo magis quando ipse exposuit quod proposuit ipse, quis audet contradicere manifestæ veritati? Cùm autẽ Dominus parabolam hanc exponeret, ait, Qui autẽ seminat bo- Matth. 13. a
num semen, est filius hominis: se vtique demonstrans. Bonum verò semen, filij sunt regni, ipsa est ecclesia sanctorum: zizania autem filij sunt maligni. Ager est hic mundus. Iam videte fratres, quia per mundum seminatum est bonum semen, & per mundum seminata sunt zizania. Nunquid in parte triticum, & in parte zizania? Per totum triticum, & per totum zizania. Ager Domini mundus est, non Aphrica. Nõ quomodo fert terra ista Getuliæ sexagenum aut centenũ, & Numidia fert denũ: non sic est Deo ager suus. Vbique illi fertur fructus, & centenus, & sexagenus, & tricenus: tu tantũ vide quid velis esse, si cogitas ad Domini fructum pertinere. Ergo ecclesia sanctorum, ecclesia catholica est. Ecclesia sanctorum non est ecclesia hæreticorum. Ecclesia sanctorum illa est, quam præsignauit Deus antequam videretur, & exhibuit vt videretur. Ecclesia sanctorum erat antea in codicibus, modò in gẽtibus. Ecclesia sanctorũ antea tantummodo legebatur, nunc & legitur & videtur. Quãdo solũ legebatur, credebatur: modò videtur & contradicitur. Laus eius in ecclesia sanctorum. Lætetur Israel in eo qui fecit eum.) Quid est Israel? Videns Deũ. Hoc enim interpretatur nomẽ Israel. Qui videt Deum, in ipso lætetur à quo factus est. Quid est ergo fratres, quia diximus nos ad ecclesiã pertinere sanctorum? Nunquid iam videmus Deum? Quomodo sumus Israel, si non videmus? Est quædam visio huius temporis, erit altera visio futuri temporis. Visio quæ modò est, per fidem est: visio quæ

futura est, per speciem erit. Si credimus, videmus: si amamus, videmus. Quid videmus? Deum. Vbi est ipse
1. Ioan. 4. b Deus? Interroga Ioannē: Deus charitas est. Benedicamus nomen eius sanctū: & gaudeamus in Deo, si gaudemus in charitate. Quisquis habet charitatē, vt quid illū mittimus longè vt videat Deum? Conscientiā suā attendat, & ibi videt Deū. Si charitas ibi non habitat, non ibi habitat Deus si autem charitas ibi habitat Deus ibi habitat. Vult illū fortè videre sedentē in cælo, habeat charitatē, & in eo habitat sicut in cælo. Ergo simus Israel, & lætemur in eo qui fecit nos. Lætetur Israel in eo qui fecit eum. In eo qui fecit eum lætetur, nō in Arrio non in Donato, non in Ceciliano, nō in Proculiano, non in Augustino. In eo lætetur qui fecit eum. Nos, fratres, non vobis commendamus nosmetipsos, sed commendamus vobis Deum, quia commendamus vos Deo. Quomodo vobis Deum cōmendam? Vt diligatis cū bono vestro, nō bono ipsius: quia
Ibidem. mal o vestro, si eum non diligitis, non malo ipsius. Nō enim minus habebit Deus diuinitatem, si homo in illo non habuerit charitatē. Tu crescis ex Deo, non ille ex te: & tamen tantū nos dilexit prior antequā eum diligeremus, vt filiū suum vnicū mitteret mori pro nobis.
Ioan. 1. b Qui fecit nos, factus est inter nos. Quomodo nos ipse fecit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Quomodo factus est inter nos? Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ergo ipse est in quo debemus lętari. Nemo sibi arroget, nemo sibi deroget partes ipsius: ab ipso est lætitia quæ nos fecit felices. Lætetur Israel in eo qui fecit eum, Et filij Sion exultēt in rege suo.) Ipse Israel, filij ecclesiæ sunt: quia Siō fuit quidem vna ciuitas quæ cecidit. In eius reliquiis habi-
Galat. 4. d tabant quidam sancti temporaliter: sed Sion vera & Hierusalem vera, quia ipsa Sion quæ Hierusalē, æterna est in cælis, quæ est mater nostra. Ipsa nos genuit, ipsa
al. manens bi. est ecclesia sanctorū, ipsa nos nutriuit, ex parte peregrina, ex magna parte † manens in cœlo. Ex parte qua
Lucæ 2. b immanet in cælo, beatitudo angelorū est: ex parte qua peregrinatur in hoc seculo, spes est iustorū. De illa dictum est, Gloria in excelsis Deo: de hac dictum est, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui ergo in hac vita gemunt & desiderant illam patriam, currant dilectione, non pedibus corporis: non quærant naues, sed pennas, duas alas charitatis apprehēdant. Quę sunt
Matt. 22. d duæ alæ charitatis? Dilectio Dei, & dilectio proximi. Peregrinamur enim, suspiramus, gemimus. Venerunt ad nos literę de patria nostra, ipsas vobis recitam°. Lętetur Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo. Quod dixit, qui fecit eum, hoc dixit in rege suo. Quod audistis Israel, id sunt filij Sion: & quod audistis, in eo qui fecit eum, hoc est in rege suo. Filius Dei qui fecit nos, factus est inter nos: & rex noster regit nos, quia creator noster fecit nos. Ipse est tamen per quē facti sumus, qui est per quem nos regimur: & ideo
1. Regū 10. 2. & 16. c Christiani, quia ille Christus. Christus à chrismate di-
Exodi 30. d ctus est, id est, ab vnctione. Reges autē vngebantur & sacerdotes. Ille verò vnctus est & rex & sacerdos. Rex
al. verè pugnauit pro nobis, sacerdos obtulit se pro nobis. Quando pugnauit pro nobis quasi victus est, † iure autem vicit. Crucifixus est enī, & de cruce sua, in qua erat fixus, diabolum occidit: & inde rex noster. Vnde autē sacerdos? Quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod daret? Mundā victimā. Quam victimam? Quid mundū potest offerre peccator? O inique, ō impie, quicquid attuleris immundū est, & aliquid mundū pro te offerēdum est. Quære apud te quid offeras, non inuenies. Quere ex te quod offeras, nō delectatur arietib°, nec ircis, nec tau-

ris. Omnia ipsius sunt, etsi non offeras. Offer ergo illi
A mundum sacrificiū. Sed peccator es, impius es, sed cōscientiam inquinatā habes. Poteris fortè aliquid mūdum offerre, purgatus: sed vt purgeris, aliquid pro te offerendum est. Quid ergo pro te oblaturus es, vt mūderis? Si mundatus es, poteris offerre quod mundum est. Offerat ergo seipsum mundus sacerdos, & mūdet, hoc est quod fecit Christus. Nihil mundum inuenit in hominibus, quod offerret pro hominibus: seipsum obtulit mundā victimam, hostiam immaculatā. Felix victima, vera victima, mūda victima, hostia immaculata. Non ergo hoc obtulit, quod nos illi dedimus: immò hoc obtulit quod à nobis accepit, & mundum obtulit. Carnem enim à nobis accepit, hanc obtulit. Sed vnde illam accepit? De vtero virginis Mariæ, vt mundam offerret pro immundis. Ipse rex, ipse sacerdos, in eo lætemur. Laudent nomē eius in choro.) Et chorus quid significat? Multi nouerūt chorum: & quia in ciuitate loquimur, propè omnes norunt. Chorus est con-
B sensio cantantium. Si in choro cantemus, concorditer cantemus. In choro cantantiū quisquis voce discrepauerit offendit auditū, & perturbat chorum. Si vox inconuenienter cantatis disturbat concentū cantantiū, quomodo disturbat hæresis dissonans concentū laudantium? Chorus Christi iam totus mundus est. Chorus Christi ab Oriente in Occidentē consonat. Videamus si tantū extenditur chorus Christi. Dicit Psalmus alius, A solis ortu vsque ad occasum laudate nomen Domini. Laudent nomen eius in choro. In tympano & psalterio psallant ei.) Quare assumit tympanum & psalterium? Vt nō sola vox laudet, sed & opera. Quando assumuntur tympanum & psalterium, manus con-
cinunt voci. Sic & tu quando halleluia cantas, porri- Matt. 15. d
gas & panem esurienti, vestias nudum, suscipias peregrinum: non sola vox sonat, sed & manus consonat, quia verbis facta concordant. Assumpsisti organū cōsentiant digiti linguæ. Et ipsum mysterium tympani,
C & psalterij non est tacendum. In tympano corium extenditur, in psalterio chordæ extenduntur: in vtroque organo caro crucifigitur. Quā bene psallebat in tympano, & psalterio, qui dicebat, Mihi mūdus crucifixus Galat. 6. d
est, & ego mundo. Ipsum psalterium, vel tympanū tollere te vult, qui amat canticum nouum, qui te docet
Matt. 16. d quando tibi dicit, Qui vult esse meus discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum: extendatur in ligno, & ficcetur à concupi-
scentia carnis. Nerui quanto plus fuerint extenti, tan-
Philip. 3. c to acutiùs sonant. Vt ergo acutè sonaret Pauli Apostoli psalterium, quid dixit? Quæ retrò oblitus, in ea quæ antè sunt extentus, sequor ad palmam supernæ vocationis. Extendit se ipse: tetigit Christus, & sonuit dulcedo veritatis. In tympano & psalterio psal-
D lant ei. Quoniam bene facit Dominus in populo suo.) Quid tam beneficum, quàm mori pro impiis? Quid tam beneficū, quàm sanguine iusto delere chirographum peccatoris? Quid tam beneficum, quàm dicere, non ad me pertinet, quod fuistis, estote quod non fuistis? Benefecit Dominus in populo suo dimittendo peccata, promittendo vitam æternam. Benefacit auersum conuertere, pugnantem adiuuare, vincentem coronare. Benefecit Dominus in populo suo. Et exaltabit mansuetos in salutem. Exaltātur enim & superbi, sed non in salutem. Mansueti in salutem, superbi in mortē: id est, superbi ipsi se exaltant, & Dominus eos humiliat: mansueti autem ipsi se humiliāt, & Deus eos exaltat. Et exultabit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria.) Aliquid vobis dicere, audite attentiùs de gloria sanctorum. Nemo enim est, qui non
A amet gloriam. Sed gloria stultorum popularis illa quæ dicitur, habet illecebrā delectationis, vt ad laudē suā, & honorem vanorum hominum quisque commotus, velit sic viuere, vt prædicetur ab hominibus quibuscunque quomodocumque. Hinc homines insani effecti, & inflati typho, inanes intus, foris tumidi, etiā res suas perdere volunt, donando scenicis, histrionibus, venatoribus, aurigis. Quanta donant, quanta impendunt? Effundunt vires, nō patrimonij tantùm, sed etiā animi sui. Isti fastidiunt pauperem, quia nō clamat populus, vt pauper accipiat: clamat autē populus, vt venator accipiat. Illi ergo vbi eis non clamatur, nolunt erogare: vbi clamatur ab insanis, insaniunt omnes, & sunt omnes insani, & qui spectatur, & qui spectat, & qui donat. Insana ista gloria reprehenditur à Domino, improbatur ante oculos omnipotentis. Et tamen, fratres mei, Christus sic improperat suis, & dicit, Non à vobis accepi tantum quantum acceperunt venatores: & illis
B vt donaretis, de meo donastis. Ego autē nudus eram,
Matt. 25. d & non vestistis me. Et illi, Et quando te vidimus nudū, & nō vestiuimus te? Et ille, Cùm vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Sed eum vis vestire, qui tibi placet, in quo tibi Christus displicet. Vestire vis venatorē, quo fortè victo erubescas. Christus nunquā vincitur: & diabolum vicit, & pro te vicit, & tibi vicit, in te vicit. Talem victorem vestire nō vis. Quare? Quia minus clamatur, quia minus insanitur. Propterea isti qui tali gloria delectantur, in conscientia sua nihil habent. Quomodo exhauriūt arcas, vt vestes niteant: sic exinaniunt ipsam conscientiam, vt nihil ibi habeant preciosum. Sancti autem qui exultant in gloria, quomodo exultent, nō opus est vt nos dicamus: ipsius psalmi audite sequentem versum. Exultabūt sancti in gloria. Lætabuntur in cubilibus suis.) Non in theatris, nō in amphitheatris, non in circis, non in nugis, nō in foris: sed in cubilibus suis. Quid est in cubilibus suis? In
C cordibus suis. Audi apostolum Paulum exultantem in
2. Cor. 1. c cubili suo, Nam gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ. Rursum timendum est, ne quisquam apud seipsum fiat sibi placens, & quasi superbus de cōscientia sua glorietur. Debet enim quisque cum tre-
Psal. 2. b more exultare: quia donum Dei est vnde exultat, non meritum suum. Etenim sunt multi sibi placentes, & iustos se esse arbitrantes, & procedit aduersus illos alia
Prou. 20. b pagina dicens, Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mūdum se esse à peccato? Est ergo quidā modus in conscientia gloriandi: vt noueris fidem tuam esse synceram, noueris esse spem tuā certam, noueris charitatē tuam esse sine simulatione. Sed quoniam multa sunt adhuc fortè quæ possunt offendere oculos Dei: lauda eum qui tibi ista donauit, tunc perficiet quod donauit. Propterea cùm dixisset, Lætabuntur in cubilibus suis, ne quasi sibi placentes viderentur, adiunxit statim, Exultationes Dei in faucibus
D eorū.) Sic lætabuntur in cubilibus suis, vt non sibi tribuant quòd boni sunt, sed illum laudent à quo acceperunt quod sunt, à quo vocantur vt perueniant ad id q̃ nondum sunt, & à quo sperant perfectionē: cui gratias agunt, quia inchoauit. Exultationes Dei in faucibus eorum. Iam videte sanctos, videte gloriam eorum, videte per vniuersum mundū, videte quòd exultationes Dei sint in faucibus eorū. Et frameæ bis acutæ in manibus eorum.) Framea appellatur, quam vulgo spatam dicunt. Sunt enim gladij ex vna parte acuti, ipsæ sunt machæræ. Ipsæ autem frameæ, ipsæ & romphææ, ipsæ etiam spatæ appellātur. Magnū mysterium habet hoc genus ferramenti, quod ex vtraque parte acutum est.

Ipsæ frameæ sunt acutæ in manibus eorū. Frameas bis
A acutas intelligimus sermonem Domini, & vna framea est: sed ideo multæ dicuntur, quia multa ora sunt, & multæ linguæ sunt sanctorum. Sermo Dei, gladius bis Hebr. 4. c
acutus. Vnde bis acutus? Dicit de temporalibus, dicit de æternis. In vtroque probat quod dicit, & eum quē ferit separat à mundo. Nónne ipse est gladius, de quo Dominus dicit, Non veni pacem mittere in terrā, sed Matt. 10. d
gladium? Audite quomodo venit disiungere, quomodo venit separare. Disiungit sanctos, disiungit impios, separat à te quod te impedit. Filius vult seruire Deo, pater non vult: venit gladius, venit sermo Dei, diuidit filium à patre. Filia vult mater non vult: gladio diuidūtur ab inuicem. Nurus vult, sed socrus non vult: veniat gladius bis acutus, afferat promissionem vitæ præsentis & futuræ, consolationem temporalium, æternorū perfruitionem. Ecce gladius ex vtraque parte acutus, promittens temporalia, in quibus nos nō fefellit. Nōne ecclesia Dei per totum mundum nō erat? Ecce est. Antea legebatur & non videbatur, modò sicut legitur ita cernitur. Quicquid temporaliter nobis promissum est, ad vnam partem gladij pertinet: quicquid in sempiternum, ad alteram partem gladij pertinet. Habes spem futurarum rerum, habes consolationem præsentiū, noli retrahi ab eo qui vult retrahere. Pater, mater, soror, vxor sit, amicus sit, non te retrahant: & vtilis tibi erit gladius bis acutus. Vtiliter te ille separat, malè tu conglutinas. Venit ergo Dominus noster ferēs gladium bis acutum: promittens æterna, implens temporalia. Nam ideo duo testamenta dicuntur. Quæ erant ergo frameæ bis acutæ in manibus eorum? Duo testamenta, ad gladium bis acutum pertinent. Vetus testamentum terrena promittit, Nouū æterna. In vtroque sermo Dei verax inuentus est, vt gladius bis acutus. Quare ergo in manibus, & nō in linguis? Et frameę bis acutæ, inquit, in manibus eorum. In manibus dixit, in
C potestate. Acceperunt ergo sermonem Dei in potestate, vt vbi vellent dicerent, cui vellent dicerēt: non timerent potestatem, non contemnerent paupertatem. In manibus enim habebāt gladium, quā volebant vibrabant, versabant, percutiebant: & hoc totum erat in potestate prędicantium. Nam si non est in manibus sermo, ne fortè aliquis dicat, quomodo sermo est gladius bis acutus, & quomodo in manibus? Si ergo sermo non est in manibus, quare scriptum est, Factus est Aggæi 1. 8
sermo Domini in manu Aggæi prophetæ? Nunquid, fratres, sermonē suum De° in digitis ipsius fecit? Quid est, in manu ipsius factus est? In potestate illi datum est prædicare sermonē Domini. Postremò possumus etiā has manus aliter intelligere. Nā qui locuti sunt, in lingua habuerunt sermonē Dei: qui scripserunt, in manibus. Et frameæ bis acutæ in manibus eorū. Iam fratres videtis sanctos armatos. Attēdite strages, attēdite glo-
D riosa prælia. Si enī imperator, & miles: si miles, & hostis: si bellū, & victoria. Quid fecerunt isti habentes in manibus frameas bis acutas? Ad faciēdas vindictas in gentibus.) Videte si non est vindicta facta in gentibus. Quotidie ipsa fit, hoc agimus & nos loquendo. Attēdite quomodo cæsæ sunt gētes Babyloniæ. Illi reddit duplū: sic enī de illa scriptū est, Reddite illi duplū, ad quod fecit. Quomodo redditur duplū? Bellant sancti, educunt frameas bis acutas: fiunt strages, fiunt occisiones, separationes. Quomodo illi duplum redditur? Illa quando poterat persequi Christianos, carnem occidebat, Deum non confringebat. Modò illi duplū redditur: & Pagani extinguntur, & idola franguntur. Quomodo, inquies, Pagani occiduntur? Quomodo, nisi cùm Christiani fiunt? Quæro Paganū & non inue-

Act. 10.b nio, Christianus est: ergo mortuus est Paganus. Nam si
non occiduntur, vnde dictum est Petro, Macta & mã-
Act. 9 b duca? Vnde ipse Saulus occisus est persecutor, & Pau-
lus erectus est prædicator? Quæro Saulẽ persecutorẽ,
& nõ inuenio, occisus est. Vnde? De framea bis acuta.
Galat. 2. d Sed quia occisus est in se, & viuificat' in Christo, ideo
confidens dicit, Viuo autem iam nõ ego, viuit verò in
me Christus. Quomodo illi fit, sic per illum. Etenim
cùm factus esset prædicator: accepit & ipse in manib'
frameam bis acutam, ad faciendam vindictam in gẽ-
tibus. Et ne verè tu putares homines ferro percuti,
sanguinem fundi, vulnera in carne fieri, sequitur & ex-
ponit, Obiurgationes in populis.) Obiurgatio quæ est?
Correptio. Procedat ex vobis framea bis acuta. Noli-
te cessare, dedit illam vobis Deus pro modulo vestro.
Qualis homo es qui idola colis? Dic amico tuo, si ta-
men remansit cui dicas, Qualis homo es qui dimisisti
eum à quo factus es, & adoras quod fecisti? Melior est
faber quàm quod fabricat faber. Si fabrum adorare B
erubescis, adorando quod faber fecit non erubescis?
Cùm cœperit erubescere, cùm cœperit cõpungi, feci-
sti vulnus de framea: peruenit ad cor, moriturus est vt
viuat. Frameæ bis acutæ in manibus eorũ: ad faciendã
vindictam in gentibus, obiurgationes in populis. Vt
alligent reges eorũ in compedibus, & nobiles eorũ in
vinculis ferreis. Vt faciant in eis iudiciũ cõscriptum.)
Facilè exposuimus quomodo de frameis cadãt vt ex-
urgant, separentur vt congregentur, vulnerẽtur vt sa-
nentur, moriantur vt viuant. Sed quid faciemus? Quo-
modo exponemus, ad alligãdos reges eorum in com-
pedibus? Reges gentium alligandi in compedibus, &
nobiles eorum in vinculis, addidit ferreis. A deftote vt
agnoscatis quod nostis. Isti enĩ versus quos cœpimus
exponere, obscuri sunt: sed illud quod ex illis dicturus
sum, nõ est nouum. Iam notum est vobis, quod modò
nõ discere opus habeatis, sed commemorari. Ad hoc
autẽ voluit Deus obscurè poni quosdam versus suos, C
non vt aliquid nouum de illis eruatur: sed vt quod iam
inusitatum erat, obscuris expositis innouetur. Noui-
mus reges factos Christianos, nouimus nobiles gen-
tium factos Christianos. Sunt hodieque & fuerunt, &
erunt, & nõ cessant frameæ bis acutæ in manibus san-
ctorum. Quomodo ergo ligatos compedibus & vin-
culis ferreis intelligimus? Scit charitas vestra & eruditio,
quia in ecclesia nutriti estis, & soletis audire diuinas
lectiones, quoniam infirma mundi elegit Deus, vt
confunderet fortia: & stulta mundi elegit Deus ad cõ-
fundendos sapientes, & ea quæ non sunt tanquam ea
quæ sunt, vt quæ sunt euacuentur. Sic enim ait apostolus,
1. Co. 1. d Videte vocationem vestram fratres, quia nõ multi
sapientes secundũ carnẽ, non multi potẽtes, nõ multi
nobiles, sed stulta mũdi elegit Deus, & infirma mũdi,
vt confunderet fortia: & ignobilia & contemptibilia
elegit Deus, & ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, D
vt ea quæ sunt euacuentur. Venit Deus Christus prodesse
omnibus. Sed elegit prodesse imperatori de pi-
scatore, non piscatori de imperatore: & elegit ea quæ
nullius momẽti erant in mundo. Ipsos impleuit spiritu
sancto, dedit eis frameas bis acutas, prædicare præce-
Matt. 28. d pit euangeliũ, & ire per totũ orbem terrarũ. Fremuit
mundus, erexit se leo aduersus agnũ: sed fortior leone
inuentus est agnus. Leo victus est sæuiendo, agnus vi-
cit patiendo. Cõuersa sunt corda hominum ad timorẽ
Christi, cœperunt reges, cœperunt nobiles miraculis
cõmoueri, prophetiæ adimpletione turbari, videre in
vnũ nomen concurrere genus humanum. Et quid fa-
cerent? Multi elegerunt ignobilitatem: & dimittentes
domos suas, & substãtias suas distribuẽtes pauperibus,

A cucurrerunt ad perfectionẽ. Tali enim imperfecto di-
citur à Domino, Si vis perfectus esse, vade vende om-
nia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & Matth. 19. a
habebis thesaurũ in cælo. Multi ex nobilibus fecerunt
hoc, sed cessauerunt isti nobiles esse gentium, elegerũt
paupertatem in seculo, nobilitatẽ in Christo. Multi aũ-
tem tenent ipsam nobilitatem in Christo, tenẽt regias
potestates, & sic sunt Christiani. Ipsi sunt tanquam in
compedibus, & tanquã in vinculis ferreis. Vnde hoc?
Ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt: Eccles. 6. a
compedes sapientiæ, compedes verbi Dei. Quare ergo
vincula ferrea, & non aurea? Ferrea sunt quãdiu timẽt:
ament, & aurea erunt. Attendat charitas vestra quid
loquar. Audistis modò apostolũ Ioannem, Timor nõ 1. Ioan. 4. d
est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit ti-
morem, quia timor tormentum habet. Hoc est vincu-
lum ferreum. Et tamen nisi timore incipiat homo Deũ
colere, non peruenìet ad amorẽ. Initium sapientiæ ti- Psal. 110. b
mor Domini. Incipit ergo à vinculis ferreis, finitur ad Proverb. 1. a
torquem auream. Dictum est enim de sapiẽtia, Et tor- Eccles. 6. c
quem auream circa tuam ceruicem. Non tibi impone-
ret torquem auream, nisi primum in compedibus fer-
reis te alligasset. Sed cœpisti à timore, consummaris à
sapientia. Quàm multi sunt qui propterea nolunt malè
facere, quia gehennas timent, quia cruciatus timẽt, &
nondum amant iustitiam. Si illis promitteretur impu-
nitas, & diceretur eis, Facite quod vultis securi, impu-
nitum erit vobis, emitterẽt progressus libidinum sua-
rum in quæque nequissima. Et maximè fratres mei,
maximè reges & nobiles, quibus non facilè dicitur,
quid fecisti? Nam pauper homo & si non timeat Deũ,
quia nullarum virium est, nullarum facultatũ, ne cùm
se commouerit in supplicium rapiatur: cessat timore
hominis, & si non Dei. Potentes autem mundi reges,
nobiles, nisi Deum timeant quid timebunt? Sed præ-
dicatur illis, & percutiuntur framea bis acuta. Dicitur
illis, quia est qui ponat alios ad dexteram, alios ad sini-
stram: vt dicat eis qui à sinistris sunt, Ite in ignẽ æter- Matt. 25. d
num, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nondum
diligunt iustitiam, sed timent pœnam: & timẽdo pœ-
nam, iam acceperunt compedes, & in vinculis ferreis
erudiuntur. Venit ad nos potens homo de seculo, of-
fendit illum vxor sua, aut fortè cõcupiuit alterius pul-
chriorem, aut alteram ditiorem: vult dimittere eam
quam habet, & non facit. Audit à seruo Dei, audit à
propheta, audit ab apostolo, & nõ facit: audit ab eo in
cuius manibus est framea bis acuta: Nõ facies, nõ licet
tibi non permisit Deus dimitti vxorem, excepta causa Matth. 5. c
fornicationis. Audit hoc, timet & non facit. Pedes le-
ues iam progrediebãtur in lapsum, compedibus tenẽ-
tur: habet vincula ferrea, timet Deum. Dicitur illi,
Damnabit te Deus si feceris, iudex est supra oẽs: audit
gemitum vxoris tuę, reus teneberis in conspectu eius.
Hac concupiscentia blanditur, hac pœna deterretur.
Ibat enim ad consentiẽdum prauæ cupiditati, nisi vin-
cula ferrea retinerent. Dicam quod plus est. Sed dicit,
Continere iam volo, nolo iam vxorem: Non potest.
Quid si tu vis, & illa non vult? Nunquid per continen-
tiam tuam debes illam facere fornicariam? Si alij nup-
serit te viuo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus 1. Cor. 7. a
compensare tale damnum. Redde debitũ, & si nõ exi-
gis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi com-
putabit, si quod non debetur exigis: sed reddis quod
debetur vxori. Times, non facis: concutiuntur vincu-
la tua. Audi quia vinculis ferreis cõstrictus est. Alliga- 1. Cor. 7. b
tus es vxori, ne quæsieris solutionem. Durũ est, ferreũ
est. Nam quando Dominus hoc ait, ostendit quia vin-
culum est ferreũ. Adolescentes audite. Vincula ferrea
sunt,

sunt, nolite pedes mittere, ne cũ miseritis, arctius cõ-
stringamini compedibus. Tales compedes consolidãt A
vobis & episcopi manus. Nunquid non fugiunt in ec-
clesiam cõpediti, & soluuntur hîc? Hi viri fugiunt huc
volentes dimittere vxores suas, & hîc arctiùs colligã-
tur. Nemo soluat has compedes. Quos Deus cõiunxit,
homo non separet. Sed dura sunt vincula. Quis nesciat
Matt. 19. b. illam duritiam? Doluerunt apostoli & dixerunt, Si tã-
lis est causa cum vxore, non expedit nubere. Si vincu-
la ferrea sunt, non opus est vt illic pedes mittantur. Et
Dominus, Non omnes capiunt verbum istud, sed qui
1. Cor. 7. a potest capere capiat. Alligatus es vxori, ne quæsieris
solutionem: quia alligatus es vinculis ferreis. Solutus
es ab vxore, ne quæsieris vxorem: non te abliges vin-
culis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum.)
Hoc est iudicium quod faciunt sancti super omnes gẽ-
tes. Quare conscriptũ? Quia ista antea conscripta sunt,
& modò complentur. Ecce modò fiunt: aliquando le-
gebantur & non fiebant. Et conclusit ita, Gloria hæc B
est omnibus sanctis eius.) Per totum mundum, & per
vniuersas gentes hoc sancti agunt, & sic glorificantur:
sic exaltant Deum in faucibus suis, sic lætantur in cu-
bilibus suis, sic exultant in gloria sua, sic exaltantur in
salutem, sic cantant canticum nouum, sic dicunt hal-
leluia, corde, ore, vita, Amen.

IN PSALMVM CL.

Præfatio.

QVAMVIS ordo Psalmorum, qui mihi magni sa-
cramenti videtur continere secretum, nondũ mi-
hi fuerit reuelatus, tamen quia omnes centũ quinqua-
ginta numerantur, etiam nobis qui totius ordinis eorũ
altitudinem adhuc acie mentis non penetrauimus, in-
sinuant aliquid, vnde non impudenter quantum Do-
minus adiuuit, disputare possimus. Primùm quinde-
narius numerus, ex quo iste multiplicatur. Quod enim
valent quindecim in ordine singulorum, hoc valent
centum quinquaginta in ordine denariorũ, quoniam
quindecies deni eos faciunt. Hoc valent mille quingẽ- C
ti in ordine centenariorum, quoniam quindecies cen-
teni sunt. Hoc valent quindecim millia in ordine mil-
lenariorum, quoniam quindecies milleni sunt. Quin-
denarius ergo numerus concordiam significat duũm
testamẽtorum. In illo enim obseruatur sabbatũ, quod
Exod 20. b significat quietem: in isto Dominicus dies, qui significat
resurrectionem. Sabbatũ autem est dies septimus:
Dominicus verò post septimum, quid nisi octauus, idẽ
qui primus habendus est? Ipse enim dicitur etiam vna
Marci 16. a sabbati, vt deinde fit secũda, tertia, quarta, & deinceps
vsque ad septimum sabbatum. A Dominico autẽ vs-
que ad Dominicum octauus est dies: vbi Testamenti
noui reuelatio declaratur, quod in veteri tãquam sub
terrenis promissionibus tegebatur. Septem porrò &
octo quindecim sunt. Tot sunt & cantica quæ appel-
lantur graduum, quoniam totidem fuerunt etiam tẽ-
pli gradus. Deinde etiam quinquagenarius numerus
magnum sacramentum per se gerit. Constat enim de
septimana septimanarũ, addito vno tãqu.ã ipso octauo
ad quinquagenarium numerum terminãdum. Septies
quippe septẽ quadragintanouem faciunt: quibus vnus
additur, vt fiant quinquaginta. Qui numerus quinqua-
genarius vsqueadeò magnæ significationis est, vt ex
Act. 2. a Domini resurrectione tot dieb' completis, ipso quin-
quagenario die venerit super eos qui in Christo fue-
rant congregati spiritus sanctus. Qui spiritus sanctus
in scripturis septenario præcipuè numero commẽda-
Apoc. 1. d tur, siue apud Esaiam, siue in Apocalypsi: vbi apertissi-
mè septẽ spiritus Dei perhibentur, propter operationẽ
septenariam vnius eiusdemque spiritus. Quæ operatio

septenaria per Esaiam prophetam ita cõmemoratur: Esaiæ 11. a
R. Requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapiẽtiæ &
intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scię-
tiæ & pietatis, spiritus timoris Domini. Ipse debet in-
telligi timor Domini castus. permanens in seculum se- Psal. 18. b
culi. Seruilem autem timorem consummata charitas 1. Ioan. 4. d
foras mittit, & nos liberos facit ne seruilia opera facia-
mus, quæ sabbato prohibentur. Charitas autem Dei Rom. 5. a
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui
datus est nobis. Hinc quoque spiritus sanctus septena-
rio numero commendatur: quinquagenariũ verò etiã
in quadraginta & decẽ Dominus dispertitus est. Die Act. 1. b
quippe quadragesimo post resurrectionem suam ascẽ-
dit in cælos, ac deinde completis diebus decem misit Act. 2. a
spiritum sanctum: quadragenario scilicet numero tẽ-
poralem in hoc mundo cohabitationem cõmendans,
quoniã quaternarius in quadragenario numerus præ-
ualet. Quatuor autem partes habet mundus & annus:
denario verò addito, velut mercede pro impleta lege
in bonis operibus reddita, ipsa æternitas figuratur.
Hunc quinquagenarium triplum habet centesimus &
quinquagesimus numerus: tanquam eum multiplica-
uerit trinitas. Vnde & hac causa non inconuenienter
intelligimus iustum numerum esse Psalmorũ. Nam & Ioan. 21. b.
in illo numero piscium qui capti sunt retibus post re-
surrectionem missis, ad centum quinquaginta additis
tribus, velut admonitio videtur facta, in quot partes
debeat iste numerus dispertiri: vt ter habeat quinqua-
genos. Quanquam ille numerus piscium habeat & aliã
rationem multo subtiliorem & iocundiorẽ, quod de-
cem & septẽ in trigonum missis: id est, ab vno vsque ad
decem & septem omnibus computatis, ad eundẽ nu-
merum peruenitur. In decem autem lex, in septem ve-
rò gratia significatur: quia legem non implet, nisi cha-
ritas Dei diffusa in cordibus nostris per spiritũ sanctũ, Rom. 5. a
qui septenario numero significatur. Quod ergo quidã
omnium psalmorum quinque libros esse crediderunt:
illud secuti sunt, quotiens in fine psalmi dictum fuerit,
fiat fiat. Sed huius dispertitionis rationẽ cùm vellem Psal. 40. c
comprehendere, nõ valui: quia nec ipsæ quinque par- 71. d. 88 g6
tes æquales sunt inter se, & si non scripturæ quantita- 105. g.
te, saltem psalmorum ipso numero, vt tricenos habe-
rent. Et si vniuscuiusque libri finis est, fiat fiat: cur liber
quintus idemque vltimus nõ eodem fine sit termina-
tus, meritò quæri potest. Nos autem scripturæ cano-
nicæ autoritatem sequentes, vbi legitur, Scriptum est Act. 1. d
enim in libro psalmorum: vnum psalmorum librum
esse nouimus. Et video quidem quomodo & hoc ve-
rum sit. Et illud & illud si verũ est, huic verò non relu-
ctetur. Fieri enim potest, vt aliqua consuetudine lite-
rarum Hebraicarum vnus liber dicatur, qui cõstat ex
pluribus: sicut ex ecclesiis pluribus vna constat eccle-
sia, & ex pluribus cælis vnum cælũ. Non enim cælorũ
aliquod prætermisit qui dixit, Auxiliũ meũ à Domi- D Psal. 120. a
no, qui fecit cælũ & terram. Et cùm scriptura dicat, Et
vocauit Deus firmamentũ cælum, & aquas esse super Genes. 1. c
firmamentum, hoc est super cælũ: non mentitur tamẽ
eadem scriptura dicens: Et aquæ quæ super cælos sunt Psal. 148. a
laudent nomen Dñi, quia non ait, super cælum. Et vna
terra ex multis terris. Nam & orbem terræ, & orbem
terrarum, quotidiana consuetudine dicimus. Et qui Psal. 92. a
ait, Scriptum est in libro psalmorum, quanquam mos Psal. 97. b
loquendi sic se habeat, vt vnum insinuare librum esse
voluisse videatur: tamen respõderi potest in libro psal-
morum esse dictum, in aliquo libro eorum quinque.
Quod in vsu locutionis vsque adeò vel nõ est, vel raro
est, vt etiam duodecim prophetarum vnum librũ esse Act. 7. c
ideo persuadeatur: quia similiter legitur, Sicut scriptũ

est in libro prophetarũ. Sunt etiam qui vniuersas omnino scripturas canonicas vnum librum vocent, quòd valde mirabili & diuina vnitate concordent. Et hinc
Psal. 39. b esse dictũ, In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam: vt sic intelligatur per filiũ pater fecisse mundum. Cuius conditio, principiũ scripturarũ est in libro Genesios. Vel magis quia prophetia videtur esse non facta narrans, sed futura prænũcians. (Nõ enim ait, quod fecerim, sed, vt faciam: siue, vt facerem
Genes. 2. d voluntatem tuam) ad illud hæc sentẽtia referenda est, quod in primis partibus eiusdem libri scriptũ est, Erũt
Ephes. 5. g duo in carne vna. Quod sacramentũ magnum dicit apostolus, in Christo & ecclesia. Quanquã & iste psalmorum liber potest significatus intelligi, vt dictũ est,
Psal. 39. b In capite libri scriptum est, de me, vt faciam voluntatẽ tuam. Sequitur enim, Deus meus volui, & legem tuã in medio cordis mei. De ipso quippe accipitur, pphetatus in capite libri huius psalmus ipse primus, Beatus
Psalm. 1. a vir qui nõ abiit in consilio impiorum, & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiarũ non sedit, B
Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Vt hoc sit quòd dictum est,
Psal. 39. b Deus meus volui, & legẽ tuam in medio cordis mei. Quod autem sequitur, Euangelizaui iustitiam tuam in ecclesia magna: cõgruentiùs ad illud refertur, Et erunt duo in carne vna. Siue ergo illud, siue hoc intelligatur quod dictum est, In capite libri, liber iste psalmorũ per quinquagenos, si per ipsos quinquagenarios articulos interrogetur: magnum aliquid & valde dignum cõsideratione respondet. Non enim frustra mihi videtur quinquagesimus esse de pœnitẽtia, centesimus de misericordia & iudicio: centesimusquinquagesimus de laude Dei in sanctis eius. Sic enim ad æternam beatãque tendimus vitam: Primitus peccata nostra damnãdo, deinde bene viuendo: vt post cõdemnatam vitam malam, gestamque bonam, mereamur æternã. Secundum propositum enim occultissimę iustitiæ bonitatis-
Rom 8. f que suæ, Deus quos prædestinauit, illos & vocauit: & C quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autẽ iustificauit, ipsos & glorificauit. Prædestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præscientia. Tria verò reliqua in nobis fiunt, vocatio, iustificatio, & glorificatio. Vocamur predicatione pœni-
Matth. 4. c tentiæ. Sic enim cœpit Dominus euangelizare, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorũ. Iustificamur in vocatione misericordiæ, & timore iu-
Psal. 53. a dicij. Hinc est quod dicitur, Deus in nomine tuo saluũ me fac, & in virtute tua iudica me. Non timet iudicari, qui impetrauit antè saluari. Vocati, renunciamus diabolo per pœnitentiam, ne sub iugo eius remaneamus. Iustificati, sanamur per misericordiam, ne iudicium timeamus. Glorificati, transimus in vitam æternam, vbi Deum sine fine laudamus. Ad hoc pertinere arbitror
Luc. 13. g quod Dominus ait, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates D perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Quod etiam in triduo suæ passionis & dormitionis, & euigilationis ostẽdit. Crucifixus est enim & sepultus, & resurrexit. In cruce de principibus & potestatibus triũphauit, in sepulchro requieuit, in resurrectione exaltauit. Pœnitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita æterna
Psal. 50. a glorificat. Pœnitentiæ vox est, Miserere mei Deus secundum magnã misericordiã tuam, Et secundũ multitudinem miserationum tuarũ dele iniquitatem meã. Hæc offert sacrificium Deo spiritũ cõtribulatum, cor
Psal. 100. a contritum & humiliatum. Iustitiæ Christi vox est in electis suis, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, psallã & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Per misericordiã quippe adiuuamur ad faciendam iustitiam, vt securi ad iudicũ veniamus: vbi disperdunturde ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem. Quo versu psalmus iste concluditur, Et vitæ æternæ vox est.

Expositio Psalmi.

LAVDATE Dominum in sanctis eius.) Vtique meis quos glorificauit. Laudate eum in firmamẽto virtutes eius. Laudate eum in virtutibus eius.) Vel vt alij interpretati sunt, In potentatibus eius. Laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius. Omnia ista ipsi sunt sancti eius: quomodo dicit apostolus, Vt nos
2. Cor. 5. d simus iustitia Dei in ipso. Si ergo iustitia Dei quã fecit in eis, cur non & virtus Dei quam fecit in eis, vt resurgerent à mortuis? Nam & in Christi resurrectione virtus maximè commẽdatur, quia in passione infirmitas fuit, dicente apostolo, Et si crucifixus est ex infirmita-
2. Cor. 13. a te, sed viuit ex virtute Dei. Et alio loco, Ad cognoscẽ-
Philip. 3. b dum, inquit, eum, & virtutẽ resurrectionis eius. Optimè autem ait, In firmamento virtutis eius. Firmamentum est enim virtutis, quia iam non morietur, & mors
Rom. 6. b ei vltra non dominabitur. Cur non & potentatus Dei dicantur, quos in eis fecit? Immò ipsi sunt potentatus eius, quomodo dictũ est, Nos sum⁹ iustitia Dei in ipso.
1. Cor. 5. d Quid enim potentius quã regnare in æternũ, sub pedi-
Hebr. 10. c bus positis omnibus inimicis? Cur non ipsi sunt etiam
Psal. 50. a multitudo magnitudinis eius? Non quia ipse magnus est, sed quia magnos eos fecit, tam multos, hoc est, milia miliũ. Sicut aliter intelligitur iustitia, qua est ipse iustus, aliter quã in nobis fàcit, vt nos simus iustitia eius. Idẽ ipsi sancti, sunt in omnibus musicis organis deinceps significati, ad laudãdum Deum. Quod enim proposuit dicens, Laudate Dominum in sanctis: hoc exequitur, variè significãs eosdem ipsos sanctos eius. Laudate eum in sono tubæ.) Propter laudis excellentissimam claritatẽ. Laudate eum in psalterio & cithara.) C Psalterium est de superioribus laudãs Dominũ, cithara de inferioribus laudans Deum: tanquam de cęlestibus & terrestribus, tanquã eum qui cælum & terrã fecit. Iam quippe in alio psalmo exposuimus psalterium desuper habere sonorũ illud lignum, cui neruorum series vt meliorem sonũ reddat incumbit, quod lignum cithara inferius habet. Laudate eum in tympano & choro.) Tympanũ laudat Deum, cùm iã in carne mutata nulla est terrenę corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanũ, exiccato atq; firmato. Chor⁹ laudat Deũ, quãdo laudat eũ pacata societas. Laudate eũ in chordis & organo.) Chordas habet & psalteriũ & cithara, quæ superius cõmemorata sunt. Organum autem generale nomen est omnium vasorũ musicorum, quamuis iam obtinuerit cõsuetudo vt organa propriè dicantur ea quæ inflantur follibus: quod genus significatum hic esse non arbitror. Nam cùm organũ vocabulũ Græcũ sit, vt dixi, generale omnibus musicis in-
D strumẽtis, hoc cui folles adhibẽtur, alio Gręci nomine appellant. Vt autẽ organũ dicatur, magis Latina & ea vsitata est & vulgaris consuetudo. Quod ergo ait in chordis & organo: videtur mihi aliquod organũ quod chordas habeat, significare voluisse. Non enim sola psalteria & citharæ chordas habent. Sed quia in psalterio & cithara propter sonũ ab inferioribus & superioribus aliquid inuentũ est, quod secũdũ hanc distinctionẽ possit intelligi, aliud nos in ipsis chordis quęrere admonuit: quia & ipsæ sunt caro, sed iã à corruptione liberatæ. Quib⁹ fortasse ideo addidit organũ, nõ vt singulæ sonẽt, sed vt diuersitate cõcordissima cõsonẽt sicut ordinantur in organo, Habebunt enim etiã tunc sancti

sancti Dei differentias suas consonantes, non dissonãtes, id est, cõsentiẽtes, nõ dissentiẽtes: sicut fit suauis- A simus concentus ex diuersis quidem, sed non inter se aduersis sonis. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.) Cymbala inuicem se tangunt vt bene sonẽt, ideo á quibusdam labiis nostris comparata sunt. Sed melius intelligi puto in cymbalis quodammodo laudare Deum, dum quisque honoratur à proximo suo, non à seipso: & inuicem honorantes dant laudẽ Deo. Ne quis autem cymbala intelligeret quæ sine anima sonant, ideo putò additum, in cymbalis iubilationis. Iubilatio namque, id est ineffabilis laus, non nisi ab anima proficiscitur. Nec prætereũdum existimo quod musici dicunt, & res ipsa manifesta est, tria esse genera sonorum, voce, flatu, & pulsu. Voce, vt est per fauces & arterias, sine organo aliquo cãtantis hominis. Flatu, sicut per tybiam, vel quid eiusmodi. Pulsu, sicut per citharam, vel quid eiusmodi. Nullum itaque genus hic prætermissum est. Nam vox est in choro, flatus in tuba, pulsus in cithara tãquam mens, spiritus, corpus, sed per similitudines, non per proprietates. Quid ergo proposuit, Laudate Dominũ in sanctis eius? Quibus hoc dixit, nisi eis ipsis? Et in quibus vt Deum laudent nisi in seipsis? Vos enim sancti eius, inquit, virtus A eius estis, sed quam fecit in vobis, Et potentatus eius, & multitudo magnitudinis eius, quam fecit & ostẽdit in vobis. Vos estis tuba, psalterium, cithara, tympanũ, chorus, chordæ, & organum, & cymbala iubilationis bene sonantia, quia consonantia. Vos estis hęc omnia: nihil hîc vile, nihil hîc transitorium, nihil ludicrum cogitetur. Et quia sapere secundum carnem mors est, Omnis spiritus laudet Dominum.)

D. AVRELII AVGVSTINI ORATIO, *quam post singulos sermones atque tractatus dicere consueuit.*

CONVERSI ad Dominum Deum patrem omnipotentem, puro corde ei, quantum potest paruitas nostra, maximas atque veras gratias agamus: precantes toto animo singularem mãsuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque à nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis fidem multiplicet, mentem gubernet, spirituales cogitationes cõcedat, & ad beatitudinem suam perducat: Per Iesum Christum filium suum Dominum nostrum, qui cum eo viuit & regnat in in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

OCTAVI TOMI OPERVM D. AVGVSTINI
FINIS.

CASTIGATIONES, ET VARIÆ LECTIONES,

TOMI OCTAVI.

PAG. 3. col. 1. a. *Præfatio quæ incipit*, Cùm non solùm diuinæ veruametiam, *abfuit in omnibus* MS.

PAG. 4. *col.* 1. *a. Prologus qui incipit*, omnis scriptura diuinitus inspirata, *deest quoque in* MS.

col. 2. *b. Ea pars quæ tractat de titulo primi psalmi quæ incipit* diuersa sunt, *& finitur his verbis*, superest vt de ipso psalmo tractemus, *defuit antiquissimo exemplari* MS. *Gemblacensi, reliqua habuerunt. Vide Augustinum sub finem noni psalmi.*

PAG. 5. *col.* 1. *a.* trahens eos in radice disciplinæ suæ MS. *sic habent*, trahens eos in via in radices disciplinæ suæ.

Ibid. col. 2. *b.* resurgent. MS. resurgunt.

Ibid. c. exustum fuerit. MS. 2. arserit.

Ibid. non quia aliquid Dominus nescit. *Exẽplaria* 2. MS. *habent*, non quia aliquid Dominus ignoret.

PAG. 6. *col.* 1. *c.* diuinius accipitur secũdum id dictum, hodie genui te, MS, 4. *sic legũt*, diuinitus accipitur secundũ id dictum ego hodie genui te.

Ibid. d. quas possideas. MS. 2. quas postulaueras.

Ibid. d. vt oẽs gentes intelligamus. Possessionẽ autem tuã proeo quod dictum est hæreditatẽ tuã. MS. *sic*, vt omnes gentes intelligamus possessionem tuam.

Ibid. col. 2. *b.* valere. *lege.* valeret, *ex* MS. 3.

Ibid. c. & iam nunc. MS. etiam nunc.

Ibid. d. puniuntur: *lege*, puniantur.

PAG. 7. *col.* 1. *a.* à cuius facie fugisse quanquã historicè possit accipi. MS. *sic*, à cuius facie fugisset. Quanquã historicè possit accipi.

Ibib, c. Seipsum nõ potest MS. 2. seipsũ nõ potest saluũ facere.

Ibid. qui Christum contemnerent. MS. 1 qui Christum contẽpserunt.

Ibid. secundum hominem dicitur Deo. MS. 2. secundum hominem dicit Deo.

Ibid. d. mentem ipsam humanam sic accipiendam puto. *lege*, Mentem ipsam humanam hic accipiendam puto. 3.

Ibid. col. 2. *a.* sed hoc ab ipsius persona non potest accipi. MS. *sic*, sed hoc ad ipsius personam non potest accipi.

Ibid. d. quanta est multitudo. *lege*, quanta eum multitudo. 3.

PAG. 8. *col.* 1. *b.* cui cõfirmati erant. *lege*, cui cõformati erãt. 3.

Ibid. qui iam terrenarum. MS. quia terrenarum.

Ibid. d. Loquitur ergo. MS. Loquatur ergo.

Ibid. col. 2. *a.* membra cætera consequentur. MS. membra cætera consequuntur.

Ibid. c. mentem ducit in lege peccati. MS. 2. mentem vrget in lege peccati.

PAG. 9. *col.* 1. *a.* Hæc est super vnumquenque nostrũm. MS. 3. hoc est super vnumquemque nostrũm.

Ibid. col. 2. *a.* vt in illo. *lege*, aut vt in illo. 3.

PAG. 10, *col.* 1. *b.* proprer peruersitatem generis humani. MS, propter diuersitatem generis humani.

PAG. 11. *col.* 1. *a.* vt ipsa. *lege*, vt & ipsa. 3.

Ibid. quis iste sit clamor qui interior. *lege*, quis iste sit clamor, quam interior. 3.

Ibid. col. 2. *a.* vt non mane viderentur. *lege*, vt nõ mane videretur. 3.

Ibid. b. illa locutione intelligendum est quia. *lege*, qua *&c.*

PAG. 12. *col.* 1. *b.* aut paulatim parit. *lege*, & paulatim parit. 3.

Ibid. d. concepit laborem. MS. concepit dolorem: 3.

PAG. 13. *col.* 1. *c.* adeo quod scriptum est. *lege*, ab eo quod scriptum est.

Ibid. Quarto proficientem se atque promouentem orat. *lege*, Quarto proficiente atque promouente orat. 3.

Ibid. Quinta prophetia. *lege*, Quinto prophetia est. 3.

Ibid. col. 2. *b.* quod nescire nos Dominus voluit. MS. quod scire nos Dominus noluit. 3.

Ibid. c. datum est, vt, *Aliàs*, datum est, &.

PAG. 14. *col.* 2. *d.* delectatione tenetur infirmitatis. *aliàs*, delectatione tenetur infirmitas. 3.

PAG. 15 *col.* 1. *c.* Nam & hi etiam si nesciuntur. *al.* Nam & hi etiam si nesciunt 3.

PAG. 16. *col.* 1. *a.* vt tãquã gemẽtẽ. *le.* vt quia tanquã gemẽtẽ 3

Ibid. etiam omnes peruersos motus. *lege*, & omnes, *&c.*

Ibid. d. Resurgens Dominus. *lege*, Resurgẽs etiam Dominus.

Ibid. col. 2. *d.* qui ergo non reddit tribuẽtib. *lege*, retribuentib.

PAG. 17. *col.* 1. *a.* Decidam ergo. MS. 2. decidam merito.

PAG. 18. *col.* 1. *b.* cùm peccatores christianos deseret. MS. 3. deserit.

Ibid. col. 2. *a.* quando etiã ecclesiam illa. *lege*, quando etiã illa.

Ibid. miranda videbatur. *lege*, miranda videbantur. 3.

PAG. 19. *col.* 1. *d* iustis lumine suo & terrore impiis coruscabit MS. 3 *sic* iustis suis lumen, & terrores impiis corruscabit.

PAG. 21. *col.* 1. *c.* vt authoritate commotus. *al.* commonitus. 3.

Ibid. d. possit cum sanctis. *lege*, possit currere cum sanctis. 3.

Ibid. col. 2. *c.* qui superba loquacitate. MS. 2. per superbiam loquacitatis.

PAG. 22. *col.* 1. *b.* mutat. vitæ æternæ atque secularis inchoatur. *lege*, mutatione vitę terrenę atque secularis inchoatur. 3

Ibid. c. Filius autem hominũ *lege*, filios autem hominum.

Ibid. col. 2. *a.* clarificatio quia. *lege*, clarificatio quam.

Ibid. c. facilis expeditio est. *al.* facilis expositio est.

PAG. 23. *col.* 1. *a.* ne quisquam descendens. *lege*, ne quisque descendens.

Ibid. b. focum dederit vel nubib. *lege*, locũ dederit vel nauib.

Ibid. col. 2. *b.* Non enim dixit Filius Dei tantũ. *lege*, Non enim dixit Filius Dei, sed tantum.

PAG. 24. *col.* 1. *b.* dictus est ille quia *lege*, dictus est ille, qui 3.

Ibid. c. conuertit vt dominari potest. *lege*, conuertit vbi dominari potest. 3.

Ibid. col. 2. *c.* effiglem tanquam vmbram. *lege*, effigiem & tanquam vmbram.

PAG. 25. *col.* 1. *c.* in vestro. *lege. in* nostro.

Ibid. d. & Deus hominibus credentibus profuit. MS. 3. *habent*, & Deus in homine credentibus profuit.

Ibid. Non quemadmodum iudicat homines. *lege*, Nõ quemamodum iudicant homines.

Ibid. col. 2. *a.* oportune excipit cognitionẽ nominis Dei. nam nomen ipsum Dei nunc vsquequaque vulgatũ est. MS. *sic*, oportune excipit cognitio nominis Dei. Nã nomen ipsum Dei non vsquequaque vulgatum est. 3.

Ibid. d. Et facta sunt & non desinunt fieri. *lege*, Et factũ est & non desinet fieri.

PAG. 26. *col.* 1. *a.* Huic respondetur. *lege*, Huic responderetur.

Ibid. b. pauper pro nobis factus est. *adde*, cùm esset diues.

Ibid. col. 2. *a.* Qui cùm paruus est. *lege*, Qui cum praui est.

Ibid. c. non locis sed affectionibus animorum. MS. non locis sed affectationibus morum.

PAG. 27. *col.* 1. *b.* sed etiã laudator audit. *al.* laudatur auditor.

Ibid. col. 2. *c.* qua nihil periculosi. MS. 1. qua nihil perniciosius.

PAG. 28. *col.* 1. *c.* Ne oneri illi sit pœna. MS. ne onerosa sit illi pœna.

Ibid. qui dissimulata vindicta, elaborant ne irascantur. *aliàs*, qui dissimulãtes vindictã, ne laborent vt irascantur. 2. MS.

PAG. 29. *col.* 1. *a.* Ecclesiæ veræ in atris. *l.* Ecclesiæ veræ matris

Ibib. col. 2. *c.* menstruis casibus. *lege*, menstruis cursibus.

Ibid. d. tanquam illo defectu. MS. 1. tanquam illa à defectu.

PAG. 30. *col.* 1. *b.* & plurimi non viderunt. MS. 3. *habent*, & plurimi viderunt.

Ibid. c. Nam & dantis. lege, Nam si & dantis.

Ibid. d. qui tẽpora traditionis & Macarianæ inuidiæ non nouerunt. MS. *sic*, qui tempore traditionis & Macarianæ inuidiæ non nocuerunt.

PAG. 31. *col.* 1. *a.* siue ad desuadendam superbiam. *alias*, siue ad desudandam superbiam.

PAG. 32. *col.* 2. *a.* qui solus videt. *al.* quod solus videt.

PAG. 33. *col.* 1. *b.* hi quos vacabat. *lege*, hi quos vocabat.

Ibid. d. quo nos refugiamus. *al.* quo nos reficiamus. 3.

PAG. 34. *col.* 2. *c.* sicut ille aduersarius. *al.* sicut leo aduersarius

PAG. 35. *col.* 1. *a.* in his qui te intelligũt. *aliàs*, in his qui me intelligunt. 3.

Ibid. b. totum Christi caput & corpus. *lege.* totus Christus, caput & corpus. 3.

Ibi. col. 2. *b.* Obiurgationes figuratę. *al.* Obiurgationes. figurat.

Ibid. c. in aquam eadem terra fulguratæ. *duo* MS. *sic*, in aquam, id est, terrorem figuratæ. *Vnum* G. MS. *habet*, in aquam, id est, terram fulgoratam.

Ibid. Vt in profundo rerum humanarum auditemus cęlestia. 3. MS. Vt haberemus eam, & in profundo, &c.

Ibid. d. ad affligendam & perdendam. *al.* peruertendam. 3.

Ibid. istam temporalem vitam. MS. *addit*, meam. A.

PAG. 36. *col.* 2. *a.* hæreditatem sperãtes filij possidemus. *lege*, hęreditatem speratam filij possidebimus. G.

Ibid. a. Via fidei, *aliàs*, fides.

Ibid. b. protectionem salutis meæ. *al.* tuæ.

Ibid. Ne impediant. 3. MS. Nec impedient.

Ibid. Persequar effectus *lege*, affectus carnales meos. 3.

Ibid. c. Deiectus illis. 1. MS. dilectis. G.

Ibid. d. ante faciem venti. 1. MS. iuxta faciem.

Ibid. Si dimisertimus eũ, omne, *al.* Si dimiserimus eum viuũ, sæculum, *&c.* 3.

PAG. 37. *col.* 1. *a.* nouũ Testamentum respuunt. 1. MS. noua respuerunt. A.

Ibid. col. 2. *a.* ipsum enim penetrauit. *lege*, ipsam.

PAG. 38. *col.* 1. *c.* Si enim non fuerint. 1. MS. Si mei non fuerint.

Ibid. col. 2. *a.* nõ est enim gratia nisi gratuita. 1. MS. nõ enim gratis si non gratuita. A.

Ibid. b. Repetitio confirmatio est. 3. MS. confirmata.

Ibid. d. non solum hominem manibus. *lege*, non solum hominem fecit manibus. 2.

PAG. 39. *col.* 1. *a.* quo digni non fuimus. 1. MS. quod digni.

Ibid. & eo se ostendit dignum. *al.* commendat dignum. A.

PAG. 40. *col.* 1. *a.* tam multum hoc, hæretico parum. 3. MS. tamẽ multum, *&c.*

Ibid. c. Nam quando quisque ipse delicto. *lege*, ipso delicto. 3.

Ibid. col. 2. *d.* quando venias ad nuptias. *al.* à nuptiis.

PAG. 41. *col.* 1. *a.* sed secundum cor tuum, quo scisti. 3. MS. qui scisti.

Ibid. d. pro nobis offers te. 2. MS. offeres te.

Ibid. col. 2. *a.* prius hauserat benedictionem. 2. MS. prius auxerat, *&c.*

Ibid. d. & non faciemus mirabilia tua. *lege*, & nota faciemus.

PAG. 42. *col.* 1. *a.* Longè factus est. *lege*, Longè factus es.

Ibid. b. sine semine in carne natus sum. *aliàs*, sine semine incarnatus sum. 3.

Ibid. col. 2. *a.* quod apprehẽsus abductus sum. *aliàs*, adductus. 3.

Ibid. & rugitur crucifige. *lege*, rugitus. 3.

Ibid. firmamenta corporis. *aliàs*, fundamenta.

Ibid. passionis accessit liquefacta, *al.* tanquam liquefacta.

Ibid. col. 2. *a.* consortẽsque non ferentium. 1. MS. non fieri volẽtium.

PAG. 43. *col.* 1. *a.* exciderat enim gentibus. *lege*, exciderat enim Deus gentibus.

Ibid. Manducauerunt & adorabunt. *lege*, adorauerunt. 3.

Ibid. Solus enim videt quomodo porrò cadãt, *lege*, procidãt. 3.

Ibid. c. & sic nos facit moneri. *al.* moueri. 3.

Ibidem d. Irrident Christum in re apta. *al.* Irrisere. A.

Ibid. ecce quid hic habes. *al.* quod.

Ibid. col. 2. *a.* dixit Paulus Christo bonum odorẽ esse. *lege*, Christi. 3.

Ibidem b. digna res planctu, quando canitur surdis. *al.* luctu.

Ibidem c. quantum angustia temporis patiatur. *lege*, patitur. 3.

Ibid. Istum versum primum. 1. MS. Iterum.

Ibid. & habitabit in nobis. *lege*, habitauit.

PAG. 44. *col.* 1. *d.* Paulus enim dicit. *dele*, enim.

Ibid. in corpore suo constitutis, *al.* constitutus.

Ibid. col. 2. *d.* flagellabatur, & nemo subueniebat. 1. MS. & non subueniebatur.

Ibid. putis deturpabatur, & nemo subueniebat. *non habetur in* MS.

Ibid. clamat Deus meus. *al.* clamabat. A.

Ibid. non subuenitur. *al.* non subueniebatur. 2.

Ibid. b. Modo ipsum quod explicẽ. 1. MS. Modo qui explicẽ. A.

Ibid. d. firmum factum est nomen meum. 1. MS. firmius. A.

PAG. 45. *col.* 1. *c.* Qui canino more latrant. 1. MS. CCCO. A.

Ibid. Audistis quæ passus est, quid orauit. 1. MS. & quid. A.

Ibid. Quomodo in ecclesia magna? *non habetur in* MS.

Ibi. co. 2. *c.* Ad partẽ Africę remãsisse. 1. MS. Ad fructũ Africã. A.

Ibid. est ecclesia magna, *non habetur in.* MS.

Ibid. quia in extrema parte remansit. 1. *Ms* ab extrema. A.

Ibid. Et cùm adhuc audent dicere. *Ms.* Et adhuc au.

PAG. 46. *col.* 1. *b.* Adhuc dicunt, nos sumus. 1. *Ms.* dicant.

Ibid. c. fossus est saccus. 3. *Ms.* fusus.

Ibid. d. Psalmum attẽdite, Psalmum legite. 1. *Ms.* solũ. *vtrobique.*

Ibid. col. 2. *b.* nescio qui persecutores incendere volebãt. 1. *Ms*, persecuturi. A.

Ibid. d. Solet fieri, vt fratres quando. *lege*, Solet fieri, fratres, vt quando.

Ibid. d. Inter affines illum & illum, quæritur hæres. 2. *Ms.* non erit. A.

Ib. Inter quos affines quæritur? 1. *Ms* Quærit inter quos affin.

PAG. 47. *col.* 1. *a.* Sed & vos. *al.* Sedat vos. 3.

Ibid. & non communicare cum Christo vnitati. 1. *Ms.* communi cum Christo vnitate. A.

Ibid. Non cum illo in cælo regnare. 3. MS. & cum illo in cælo regnare.

Ibid. b. Ecce ecclesiam quam ostendo. 1. MS. quam ecclesiam.

Ibid. ecce qui emit. 1. MS. quid.

Ibid. Quid ad defensionem possessionis. 1. MS. Quia.

Ibid. c. quando Maximinianistas. 1. MS. Maximianistas.

Ibid. vindicet illud possessioni suæ. 1. MS. possessione sua.

Ibid. Nunquid titulos mutat? *al.* titulus mutatur. A.

Ibid. d. Sic & illi qui baptismum. *lege*, illis.

Ibidem aut delemus titulos. 1. *manusc.* silemus.

Ibid. non recedat quod legitur. 1. *manusc.* quod hodie legitur.

PAG. 48. *col.* 1. *a.* patefactis sibi cælestibus impleuit quod ait, *lege*, impleuit.

Ibid. b. Persoluta est quę debebatur. 1. MS. Resoluta.

Ibid. supra te pergit ille. 1. MS. pergar.

Ibid. d. Confundantur iniquè facientes vana. 1. MS. iniqui.

Ibid. Confundantur iniquè faciẽtes. 1. MS. iniqui, faciẽtes vana.

Ibid. col. 2. *a.* Hoc reminiscere, quia, *&c.* 1. *manusc.* Et hoc.

Ibid. b. qui non erigunt ceruicem. 3. *manusc.* rapiunt.

Ibid. alterum merita diiudicando. *lege*, iudicando.

Ibid. Et ideò vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, duo aduentus Filij Dei. *dele*, misericordia & veritas.

Ibid. d. Firmamentum est Dominus timentium eum. 1. MS. timentibus.

PAG. 49. *col.* 1. *b.* ne declinem ad imitationem. 1. MS. decliner.

Ibid. & rectitudine adhæserunt mihi. 1. MS. adhærent.

Ibid. col. 2. *a.* Ne comperdas cum impiis. *al.* perdas.

Ibid. c. minus faceret quàm iubetur. *al.* quod. 3.

Ibid. Et ecce hoc deponere. *lege*, hoc est deponere.

PAG. 50. *col.* 1. *a.* Sunt proximi nostri. 1. MS. Sunt enim proximi.

Ibid. Ideoque quia non scimus. 1. MS. qui.

Ibid. c. propè completur nostram nauigium. 3. MS. oppletur.

Ibid. cõuigilante tecum Iesu. Quid est autem dormire Iesum. 3. *manusc.* cum vigilat tecum quidem Iesus aut dormit Iesus.

Ibid. Et dicit anima tua. 3. *manusc.* dabitat.

Ibid. d. ad hoc Christianus factus es, vt in seculo isto floreres, & in futuro postea in inferno miserrimè torquereris? Quia hic mali florent, *&c.* 3. MS. ad hoc Christianus factus es, vt in seculo isto floreres? Et torqueris quia hic mali florent, qui cum diabolo postea torquebuntur.

Ibid. col. 2. *c.* interrogatus conscientiam suam. *lege*, interrogãs. 3.

Ibidem d. Ad hoc enim hodie. 1. *manusc.* Adhuc.

Ibidem. ne comperdas cùm impiis. *al.* perdas.

Ibid. Quid enim est ne comperdas? 1. MS. ne cũ impiis perdas.

PAG. 51. *col.* 1. *a.* Ille titubat inter malos. 3. *manusc.* ille enim titubat.

Ibid. b. spes mea in hoc erit. 3. *manusc.* erat.

Ibid. c. Aliquando non es in concilio, & ibi sedes. *al.* es in cõcilio, nec ibi sedes. 2.

Ibid. Contingit ex officio pietatis. 1. *manusc.* & officium.

Ibid. d. qui pro nobis se primus obtulit. 1. *manusc.* primo.

Ibid. col. 2. *b.* Deus lumen est. *non habetur in manuscr.*

Ibid. d. Domus Dei, quæ ecclesia, adhuc, *&c.* 3. *manusc.* Domus Dei ecclesia est, adhuc, *&c.*

PAG. 52. *col.* 1. *a.* gloriæ suæ. *lege*, tuæ.

Ibid. in quibus sic habitet Deus. *lege*, in quibus ergo sic habitat Dominus. 3.

Ibid. b. donum Dei habent, & nolunt. 3. MS. habent quidem, & nolunt.

Ibid. Habent quidam donum Dei. 3. *Manuscr.* quidem.

Ibi. d. Iudica quiduis, tantũ iudica. 1. MS. iudica quoluis tantũ.

Ibid. si in aliquo repugnauerimus, anathema sumus. 1. MS. repugnauero. sim.
Ibid. col. 2. a. considerato Deo. 3. MS. considerante.
Ibid. illam profert. 1. MS. addit, *rem.*
Ibid. c. non inuenitur quod aiunt. 1. MS. audiunt.
Ibid. d. clausis oculis. *al.* clausit oculos. 3.
Ibid. nulla visione veri luminis animatus. *non est in* MS.
PAG. 55. *col. 1. a.* Nō solùm qui me tribulant inimico animo reprehendentes. 3. MS. *lege*, amico.
Ibid. Si insurgat aduersùm me bellum. in hanc ego sperabo. 1. MS. in hoc.
Ibid. b. Eo fine scilicet, vt in fide perseuerante appareat mihi, *&c.* 3. MS. vt in fine perseuerantí.
Ibid. c. Exaudi Domine vocem meam interiorem. MS. *non habent*, meam.
Ibid. d. Ne te quærens, in aliud incurram. *quædam* MS. alium.
Ibid. Dominus autem, qui potest ipse dare mihi se. 1. MS. quia.
Ibid. col. 2. a. Nam me non nouit, cui ex hoc, *&c.* *al.* mouit. 3.
Ibid. sic ego quoque linguas mentientium, *&c.* 3. MS. si.
Ibid. c. quia ista nisi illo inspirante non diceremus vel gemeremus MS. *non habent*, vel gemeremus.
Ibid. quia voces sunt iudicātes miseriam nostram. *le.* indicātes.
PAG. 54. *col. 1. b.* & timeo potentissimum omnium. 3. MS. time.
Ibid. c. nihil in me moritur nisi mortale. Erit in me aliquid quo persecutor peruenire non possit. 3. MS. *habent*, ne si mortale erit in me aliquid quod persequatur peruenire nō possim, vbi habitat Deus meus.
PAG. 55. *col. 1. b.* Qui ruit leuatur: qui descendit, ascendit *non est in* MS.
Ibid. c. eductas à sensibus carnis, & imaginatas nescio quo phātasmate. 3. MS. imaginantes nescio quę phantasmata.
Ibid. & quicquid occurrerit quod cogitare possitis, dicite, non est illud. 3. MS. & quia vel occurrit quod cogitare possetis.
Ibid. d. perfruar deliciis meis securus. MS. *non habent*, meis.
Ibid. col. 2. b. Propterea ergo non impudenter vnā illam petiui. 1. MS. imprudenter.
Ibid. Quomodo abscondit me, *&c. lege*, Quoniam.
Ibid. c. si nos sumus in diebus malorum. 3. MS. si non.
Ibid. Quid est absconditum tabernaculi ipsius? 1. MS. Quod.
Ibid. Et fortè ipse sacerdos est absconditum tabernaculū Dei. *lege*, tabernaculi. 1.
Ibid. d. & fecit nos abscōditum tabernaculum eius. *lege*, nobis.
Ibid. vt tabernaculi eius alia membra ipsius credentes in eum sit. *lege*, vt tabernaculum eius alia membra ipsius credentes in eum sint.
PAG. 56. *col. 1. b.* Quicquid te delectauerit in arte. *aliàs*, parte.
Ibid. vndique tibi omni resonant conditorem. *lege*, omnia.
Ibid. c. mouens membra, sensu exercens. 3. MS. sensus exerens.
Ibid. d. Transiet oratio, succedat laudatio. *lege*, succedet.
Ibid. col. 2. a. remansit illa vna quam petit. 3. MS. illi.
Ibidem. Quæsiui vultum tuum Domine. MS. *non habent*, Domine.
Ibi. b. O quomodo se fixit in ista vna petitione. MS. *nō habēt* O.
Ibid. c. & exaltatione gaudiorum gratulatus non se caperet. *lege*, exultatione. 3.
PAG. 57. *col. 1. c.* respub. quædam dicitur, quem modo videtis. *lege*, quam.
Ibid. d. O vanitas generis humani. *aliàs*, inanitas. 3.
Ibid. plus habes istos colere, vti non dicam plus. 3. MS. vbi.
Ibid. Ergo quid facies eos colendo. *aliàs*, facis. 1.
Ibid. col. 2. b. Iam ergo assumptus à Domino. *lege*, assumptus est à Domino.
Ibid. c. Iuxtà quod dicitur in libro Iob. *Ms. non habent*, iuxta.
Ibid. d. Sibi semper mentiatur, mihi autē non mētiatur. *quædam* MS. *posteriori loco habent*, mentitur.
PAG. 58. *col. 1. a.* exultans gaudio, & gentes in laboribus. *lege*, gemens. 3.
Ibid. b. Augeamus & vocem Domini desuper exhortantis nos. *lege*, Audiamus. 3.
Ibid. & donec peragamus istam peregrinationem, qua dilaturus est non ablaturus. *&c.* 1. MS. quia.
Ibid. col. 2. b. non cognoscerent Deum, quem consilio. *&c.* 2. MS. *habent*, quo.
Ibid. c. Non est illa plebs ignorans iustitiam Dei. MS. *non habent*, est.
Ibid. Non enim per se fortem se putauit. MS. putabit.

PAG. 59. *col. 1. b.* Vox Domini commouentis ad fidem gentes quasdam sine spe & sine Deo. *&c.* 3. MS. *habent*, quondam.
Ibid. d. Nam superiori psalmo. 1. MS. in superiori.
Ibid. col. 2. a. Saluum fecisti me à conditione profundæ cæcitatis, atque infimi limi, corruptibilis carnis. *aliàs*, à fimo. 3.
Ibid. d. quod nihil mihi ex me, sed omnia bona ex te. 3. MS. *add ūt*, qui es Deus omnia in omnibus.
PAG. 60. *col. 1. c.* sed aduersus principes, & potestas. *lege*, potestates.
Ibid. d. vel adhuc fortassis habere reliquias. MS. haberi.
Ibid. col. 2. a. quàm Ioannes baptista, nec in natis mulierum exurrexit. *aliàs.* qui. 3.
Ibid. c. quid dicunt? *Ms.* 3. sed quid dicunt.
Ibidem d. quod dictum est illi, cui dictum est. *Ms.* cum.
Ibidem Et istos respuit ecclesia. *Ms.* 3. *habent*, istis respondet.
PAG. 61. *col. 1. a.* Quid ergo, quoniam Dominus factus est infirmus propter te. 3. MS. quod.
Ibidem Et sic intelligas, quia qui homo. *&c.* 1. MS. *habet*, si.
Ibid. d. faciant non quicquid volunt, sed sicut desuper permittuntur. *al.* quicquid. 3.
Ibid. col. 2. a. non enim continuò quem vult occidit. 3. MS. & non.
PAG. 62. *col. 1. c.* & tamen Christiani sunt, vt cor eorum. *&c.* 3. MS. ita. vt.
Ibid. d. Sic dicit Apostolus. MS. Sicut.
Ibidem Quid ergo illis fecit ignis tribulationis? Probauit eos. *aliàs*, Quod ergo ille facit ignis? Probabit.
PAG. 63. *col. 2. c.* Vt hominem illi putarent, abscondit se. 3. MS. *habent*, illum.
PAG. 64. *col. 1. a.* In finem psalmus ipsi mediatori. 3. MS. ipsi Dauid mediatori.
Ibid. in persecutoribus. 3. MS. in persecutionibus.
Ibid. & defectus fidei per orbem. *aliàs*, defectu. 3.
Ibid. d. Statuisti in spatioso pedes meos. 1. MS. in loco spatioso.
Ibid. col. 2. a. & mihi promiserit Deus meus. 1. MS. & quid.
Ibid. b. in peregrinatione huius terræ iuxta me. MS. 3. *habent*, vitæ.
PAG. 65. *col 1. b.* cum eam tribulationem nimis intenderem. *lege*, ex tribulatione. 2.
Ibid. c. ita vt quodammodo de memoria labantur inferna. 3. *Manusc.* interna.
Ibid. d. Ille enim videt quod nos videmus, qui fieri hominem in mētis excessum cōcedit. 3. MS. *habēt*, ille enim videt quod nos videmus in mentis excessu.
PAG. 66. *col. 1. c.* erubescentia corrigentis. *Manusc.* congruenti.
Ibid. d. Et fit traducentibus, *&c.* 1. *Manusc.* fiet.
Ibid. col. 2. a. b. Ignorantes enim Dei iustitiam suam, volentes constituere. *lege*, & suam volentes constituere.
Ibid. c. quia in eo spero qui non confundit. 3. *Manuscr. habent*, quia qui in eo sperat non confunditur.
PAG. 67. *col. 1. a.* Vbique prēsens est, si cordis oculis ad eā pateat. *lege*, oculus.
Ibid. col. 2. a. Ergo corpus Christi loquitur. Educes, *&c.* 3. *Manu. habent*, Enutries me, & educes.
Ibid. & viæ illi qui in muscipulam illam cadit. *lege*, væ.
Ibid. b. simul impinguebatur: in hoc corpus totum impinguebatur. *lege*, impingebatur, *vtrobique.*
Ibid. c. Non patitur furorem imperatoris, & patitur. 1. *Manusc. habet*, sed.
Ibid. capti sunt in illo reticulo. 1. *Manuscr.* retiaculo.
PAG. 68. *col. 1. a.* Qui timendo mori mentitur. *lege*, moritur. 3.
Ibid. b. Vnde hoc, nisi quia obseruando. *dele*, quia.
Ibid. c. Et effici quidem, angeli vellemus. *lege*, quod 3.
Ibid. col. 2. d. statuisti in spacioso. 3. *Manusc.* in loco spacioso.
Ibid. alij sentiunt felicitatem iustitiæ. *aliàs*, facilitatem. 3.
PAG. 69. *col. 1. a.* alia aliud paterentur. 3. *Manuscr.* illud.
Ibid. b. Vnde ergo ista existit tribulatio. 1. *Manusc.* extitit.
Ibid. Quia etiam nauigia premerent. 1. *Manuscr.* Qui.
Ibid. c. tribulatio cum dolorem habet congruum. *Manusc. habent*, tribulatio enim hæc, *&c.*
Ibid. d. quod intus viuit in spiritu Christi. 3. *Manuscr. habent*, de spiritu.
Ibid. col. 2. a. non odisti Filium: ei seruis hæreditatem. 1. *Manusc. habet*, & tu ei seruas.
Ibid. male viuens prauis moribus. 2. *manuscr. habent*, vadens. 1. *manusc. habet*, euadens.

Ibid. ideò vt recens ita euelleretur. 1. MS. euellatur.
Ibid. & in odium non conuerteretur. 1. MS. conuertatur.
Ibid. nam si & extinguitur, iam odium est. *dele*, &.
Ibid. b. Hoc autē animaduertat vnusquisque, qui in pace, hoc est, qui in Christo, qui pacem Dei cōmendauit, vocatus est; & in cuius natiuitate summa pax per angelum nūciata est hominibus: si pro aliqua parua vel magna causa in odium proruperit, nullam societatem cum pace. hoc est, Christo habere poterit, nisi per dignam emendationem pœnitentiæ, Sequitur. *totum hoc deest in* MS. 3. *videlicet.* A. C. G.
PAG. 70. *col. 1. c.* Contingit illis res veri prouerbij. 3. MS. Contigit.
Ibid. col. 2. a. Respondet conscientia tua, non sum. 1. MS. *non habent*, tua.
Ibidem c. videbant me, id est, qui nouerant. *lege*, Qui videbant *& cætera.*
Ibid. Planius prædictum & apertius prophetatum est. 3. MS. *habent*, prædicatum.
PAG. 71. *col. 1. a.* Quoniam obaudisti vocem meam. 1. MS. voci meæ.
Ibid. in aliquo inuoluto sacramento. MS. *habent*, inuolucro sacramenti.
Ibid. b. tanquam mortuus fuerim à corde ipsorum. 1. MS. *habet*, fierem.
Ibid. ecce quid faciunt non boni Christiani. 1. MS. *habet*, quæ.
Ibid. col. 2. a. Ergo dicit, Ego autem, *&c.* 1. MS. dicat.
Ibid. d. Quantam vultis pecuniam à me accipite. 1. MS. *habet*, accipere.
PAG. 72. *col. 1. a.* quia existimasti donum Dei pecunia comparare. 1. MS. comparari.
Ibid. quia pecunia te putas posse emere. MS. *non habent*, posse.
Ibid. b. quædam verò & ea rariora. 3. MS. tardiora.
Ibid. col. 2. b. Quando discernuntur qui gemunt & à quibus geniatur. *lege*, pro quibus. 3.
Ibid. inuocaui te Deum, qui non possit. *&c.* MS. *nō habēt*, Deū.
Ibid. d. & insuper plenum est inuidia, *non habetur in* MS.
PAG. 73. *col. 1 a.* Confusionem vtique illam in æternum. *lege*, Confusione vtique illa.
Ibidem b. qui quasi damnationem mortem crucis turpem putant. 3. MS. *habent*, damnationis.
Ibid. col. 2. c. Vis viuere Christianus? 3. MS. vt Christianus.
Ibid. d. & quem vocatis intret. 3. MS. inuocatis.
PAG. 74. *col. 1. b.* vbi dicebantur laudes Dei. 1. MS. Deo.
Ibid. col. 2. b. & tanquam iam perire incipiens in mari. *lege*, incipientis. 1.
Ibid. c. Fortè donec efferatis. *lege*, Ferte.
Ibid. d. Aliquib. & hic retribuet, & vidim°, & didicimus quia retribuit. 1. MS. *habet*, & videmus, & dicimus quia retribuet.
PAG. 75. *col. 1. a.* Istæ gemmæ laudis Dei vnde sunt? *aliàs*, geminæ laudes.
Ibidem. Istæ gemmæ laudis Dei non exirēt. *aliàs*, geminæ laudes. 3.
Ibid. c. & confortetur cor vestrum? 3. MS. cor vestrum Omnes
PAG. 67. *col. 1. c.* quid valet quia antemnam optimè tenet. 3. MS. *habent*, artemonem.
Ibid. col. 2. c. Aliter enim dicimus, finitus est cibus: aliter dicimus, finita est tunica quæ texebatur. Finitur vt perfecta sit. *lege*, Finitur cibus vt non sit, finitur tunica vt perfecta sit. *ita habent* 3. MS.
Ibid. Pro spe conscientiam posuit. *lege*, bonam consciētiam. 3.
Ibid. Te ipsum audi ô Apostole. MS. *habent*, audio.
PAG. 77. *col. 1. b.* Pro bonis operibus speras tibi. MS. sperasti.
Ibid. col. 2. b. quam bona opera non præcesserunt, quam bona opera consequuntur. *lege posteriori loco*, sed quam bona opera, *&c.* 1.
Ibid. c. Titulus psalmi est, Ipsi Dauid intelligentia. Ipsi Dauid intelligentia, qua intelligitur, *&c. Hoc cum prima enarratione psalmi deest in* 3. MS. *videlicet*, A. C. G.
PAG. 78. *col. 2. b.* tanto plus robur eorum & fortitudo deficit. 3. MS. *habent* labor.
PAG. 79. *col. 1. a.* Exponit regulam legis suæ. 1. MS. Exponit Deus.
Ibid. d. innouarentur ossa eius: id est, virtus eius esset robusta in Domino. *lege sic*, id est, virtutes eius. Esset robustus in Domino, quia inueniretur in se infirmus.

gnoscit se. 1. MS. *habet*, respiciet *&* agnoscet.
Ibidem b. Quam leuis fuit manus subleuātis, tam grauis manus humiliantis. *dele.*, tam grauis manus humiliantis.
Ibidem c. Attendite fratres? magna res, dixi, pronunciabo. *lege*, dixit. 1.
Ibidem. Non dixi pronunciaui. *lege*, Non dixit. 1.
Ibidem d. Quia dixi pronunciabo. *lege*, dixit. 1.
Ibid. Non dixit, pronunciabo iniustitiam Domino. *lege*, Nunc dixit. *&*, iniustitiam meam Domino. 1.
Ibid. Fatum mihi fecit, stellę me fecerunt. *lege.* stellæ meæ. 2.
PAG. 80. *col. 1. a.* Ad hæc enim magni viri sunt, & qui prætendunt peccata sua. *aliàs*, magni viri sunt, qui defendūt, *&c.* 2.
Ibid. & computant stellas. 1. MS. & qui computant.
Ibid. b. qui quasi digerunt in digitis facta humana. *al.* fata. 2.
Ibidem col. 2. a. cum audis primo ad te, deinde ad Deum. *lege*, cum. 3.
Ibid. Multæ aquę sunt variæ doctrinæ. Dei vna est. *lege*, Doctrina Dei vna est. 2.
Ibid. b. nulla prouidentia aliquid geritur. *al.* regitur. 1.
Ibid. c. Hæc aqua vitę salutaris. 3. MS. *habent*, viæ.
Ibid. Quid aliud docuit baptizatus qui peccatum non fecit. 1. MS. non habebat.
PAG. 81. *col. 1. b.* Quid est, statuam te in via hac qua gradieris? Vt hæreas ibi, & vt ab ea non aberres. *aliàs*, non vt hæreas ibi, sed vt ab ea, *&c.* 3.
Ibid. c. Sed quid times, ne cùm habeas oculos ad Deum. 3. MS. habes.
Ibid. d. Postquam promisit huic & intellectum. MS. *non habet*, postquam.
Ibid. Ipsum os tuum constringetur, quo iactas, *&c.* 3. MS. confringetur.
Ibid. col. 2. a. domat Deus iumentum cui insidet. *aliàs*, insidat. 1.
PAG. 82. *col. 1. a.* Aut non gubernat Deus res humanas, nec cura est illi de hominibus. 3. *Manuscr.* omnibus.
Ibid. Quomodo distortum lignum, & si disponas. *le.* ponas.
Ibid. nec adiungitur, sed semper agitatur. MS. *non habent*, sed.
Ibid. c. Ne te sine flagello speres futurum, nisi cogites exhæredari. 3. MS. nisi fortè cogites.
Ibid. Quid omnem? MS. Quid? An omnem!
Ibid. col. 2. a. Rectos decet laudatio, 3. MS. collaudatio.
Ibid. d. Consilium verò Domini, quo beatum non facit. 2. MS. *habent*, quod beatum. *&c.*
PAG. 83. *col. 1. a.* Respexit super omnes qui inhabitant carnē. 3. MS. *habent*, terram.
Ibid. In abundantia autem virtutis suæ nō erit saluus. 3. MS. *habent*, salus.
Ibid. Quia si salutem quæris, ecce oculi Domini super timentes eum. 3. MS. dilectio.
Ibid. b. Et ideò sperabimus venturos ad Deū. *lege*, vēturos nos ad Deum. 3.
Ibid. col. 2. b. illum omnipotentem, te infirmum, corrigēs te. 3. MS. & corrigens te.
Ibid. c. Quod quidem malè, si iustum, non est malè. 1. MS. si iustum est.
Ibid. Et quod est benedicam, hoc est, laus eius ore meo. *lege*, in ore meo. 1.
Ibid. d. Nemo dicat, quis ergo iustus? aut quando ero iustus? 3. MS. Nemo dicat, quis ego? aut quando ego iustus?
PAG. 84. *col. 1. a.* quo subscribamini, tamen dignè cogitate. *al.* quo subscribatis. 3. tantum. 2.
Ibid. sic nemo nō audet dicere, fidelis sum. G. Sic nemo audeat dicere, fidelis sum. A. Sic nemo audeat dicere, fidelis non sum.
Ibidem Fides tua, iustitia: quia, *&c.* 3. MS. iustitia est tua: quia *&c.*
Ibid. b. Discite habere in corde quod habet omnis homo in lingua, quod vult Deus hoc agat. MS. *non habent hîc* hoc agat.
Ibid. col. 2. b. quid tibi contulerit præceptorum, quia doctrina cœlesti te imbuerit. 3. MS. qua doctrina.
PAG. 85. *col. 1. a.* Qui non amat, friguit, obriguit. MS. *non habent*, obriguit.
Ibid. Ametur, sed illa pulchritudo quæ cordis oculos quærit. *non habetur in* MS.
Ibid. Ametur, sed illa pulchritudo quæ laudatur. Iustitia incēdit animos. 1. MS. *habet*, quæ laudata, iustitia incēdit animos.

Ibid. b. Quod dico difficile est, non potest timens adhuc animus MS. *non habent*, timens.

Ibid. c. Et quando nos reprehendunt homines in his rebus, in quibus ei quem diligimus placemus, quomodo praui habemur apud reprehensores nostros? Quomodo ab illis contemnimur & omnino nihili pēdimur? 1. MS. *habet*, quomodo prauos habemus reprehensores nostros? Quomodo illos contemnimus & omnino nihili pendimus? 1.

Ibidem. Amatores lubrici & damnabiles fœminarum. 2. MS. amabiles.

Ibid. non curant eos quibus displiceant. 3. MS. displicent.

Ibid. d. Non illud discunt, nisi homines nouī. 1. MS. dicunt.

Ibid. Cantate ei canticum nouum. 1. MS. Domino.

Ibid. Bene cantet ei. 1. MS. cantate.

Ibid. col. 2. a. quis affert Deo bene cantare. 3. MS. offerat.

Ibid. quasi explicare possis vnde delectetur. 2. MS. vnde Deus delectetur.

Ibid. b. Et si eum fari non potes. *quædam* MS. *non habent*. Et.

Ibid. d. Fac ita, quia Deus facit ita. 1. *Ms.* Fac ista quia facit.

Ibid. neminem deserit laborantem & exclamantem ad se. *quædam* MS. *non habent*. ad se.

PAG. 86. *col. 1. b.* Misericors est & iustus. *aliàs*, misericors est iniustis.

Ibidem Nunquid autem iudicium amisit. MS. *aut* 1. *habet*, &.

Ibidem. vt conuersus & non conuersus æqualiter habeantur. 1 *Ms.* videantur.

Ibid. c. Si inde recessisset à iudicio. *aliàs*, & iudicium.

Ibid. col. 2. a. A te remansit iniustè adiutus, à Deo recessit iustè damnandus. 1. MS. A te recessit iniustè adiutus, à Deo remāsit iustè damnandus.

Ibidem. Nónne flecteretur ille potens ad misericordiam. MS. *non habent*, potens.

Ibid. b. Quum laborem fratres æquo animo toleremus. 1. MS. toleramus.

Ibidem. Hinc autem incipit pars quę restat, quam modò cantabimus lege cantabamus. 2.

Ibid. c. d. Idipsum enim exigitur, quia noluit accipere cum daretur. 1. MS. quod.

Ibid d. & sic nos exigat vt inanes dimittat. *aliàs*, vt inanes non dimittat. 2.

Ibid. Nemo nostrum in accipiendo dormiat, ne ad reddēdum malum excitetur. *aliàs*. malè. 3.

PAG. 87. *col. 1. a.* Sic & nunc dictum est, accipe misericordiā. 1. MS. accipite.

Ibid. c. & spiritus oris eius Spiritus sanctus. 1. MS. Spiritus sanctus est.

Ibid. col. 2. b. & contrectatis membris suis agnitus à discipulis suis. MS. *habent*, & contrectatis membris agnitus discipulis suis.

Ibid. c. Si ergo misericors vt impleas terram misericordia. 1. *Ms.* Si ergo ita es misericors.

Ibid. Quid non turbat, nisi fortè quia satiatur. 2. *M.* nisi fortè quia citò satiatur.

Ibid. Mitto, inquit, quia cœli sunt vt terram compluāt. 1. *Ms.* fiunt.

PAG. 88. *col. 1. a.* Cum ergo antea mare in martyribus liberis fluctus sęuiebat. MS. *non habent*, in martyribus.

Ibid. b. intus tenent quod non audent emittere. 1. MS. *habet*. amittere. G. *&* 1. *habet*, dimittere. A.

Ibid. col. 2. a. Quid formidaturus es aliquid de cœlo, aliquid de mari? 1, *M.* aliquid de cœlo, aliquid de terra, aliquid de mari?

Ibid. Conquiescat & malitia hominum, cupiditas hominum. cupiditatem nocendi potest homo habere propriā, potestatem autem si ille non dat, nō habet. *pro his omnibus.* 1. MS. *habet*, Et malitia hominum cupiditatem nocendi habere potest propriam, potestatem autem si ille nō dat, non habet. A. *In antiqua lectione distinctio ante* propriam, *posita, est postponenda.*

Ibid. Definita sententia Apostoli est. 1. *Ms.* Definitiua.

PAG. 89. *col. 1. a.* & ideò peruersi sunt homines qui mali volunt esse, miseri nolunt. 1. *Manuscr.* quia.

Ibidem b. Quæro ergo quid habeas, vt beatus sis. 3. *Manuscr. habent*, Quære.

Ibid. c. Tu melior es, tu fortior es. *aliàs*, potior, *vel*, potētior, *vt habet.* A.

Ibid. d. Si ergo corporis tui bonum animus est. 1. MS. animus tuus est.

Ibid. col. 2. a. Iste qui tibi præstitit omnia, iste qui fecit vt esses. 1. *Manusc. videlicet*, G. *habet*, animam.

Ibid. b. ipsum visurus, ipsum habiturus es. 3. *Manusc.* bibiturus.

Ibid. c. faciendo nobis Deum possessionem, cuius sit Dominus. 3. *Manusc.* cum.

Ibid. Ecce Dominus tuus est tibi quasi baculus. 3. *Manusc.* Dominus tuus factus est tibi, *&c.*

Ibid. Scriptura dixit, impleuit fiduciam, remouit dubitationē. 3. Ms. impleuit fiducia dubitationem tuam.

PAG. 90. *col. 1. a.* Cuius est fundus iste? Illius. Cuius est iste? Illius. Cuius est iste? 2. MS: Cuius illius? Illius cuius est iste.

Ibid. Est quidem senator, & illud aut aliud vocatur. 1. MS. aut illud vocatur.

Ibid. Vnde vt eius simus laborare debemus. 3. MS. ciues.

Ibid. b. Hęreditas est enim Dei ipsi omnes, & ipsius omnes. De cælo respexit Dominus. 2. MS. *habet*, Et ipsos omnes, de cælo respexit Dominus. *sic legendum.*

Ibid. Vnde plerunque egentes misericordia. 1. *Manusc.* rogantes misericordiam.

Ibidem. quia illa peccata non vult videri, quī dicit. *legendum* ille. 3.

Ibid. c. singula quædam dans nobis. 2. MS. singula quædā corda dans nobis.

Ibid. col. 2. b. potest si aliquid ingruerit. 1. MS. irruerit.

Ibidem. Et redarguuntur homines, qui sibi quærunt mala iumenta occasiones mendaciorum. 3. MS. *sic habent*, Et redarguuntur mala iumenta, homines qui sibi quærunt occasiones mendaciorum.

PAG. 91. *col. 1. c.* Non enim turbabitur dum exigitur. *lege*, exigetur.

Ibidem col. 2. a. Dicunt illi, quid nos quæritis. 3. MS. Dicant.

Ibid. Respondemus, fratres nostri estis. Dicunt, ite à nobis. 3. *Ms. habent*, Respondeamus. *&*, dicant.

Ibid. b. Aliquid enim pro salute ipsorum egimus in consilio. 3. MS. agimus in consilio.

PAG. 92 *col. 1. a.* & vna pugna. 1. MS. in vna pugna gloriam, securitatémque regno & regi, & populo comparauit. *lege*, regni. 3.

Ibid. b. Vt quid mihi arreptitium adduxistis? 1. MS. arreptiuum istum adduxistis?

Ibid. Videtur ergo ad ipsam historiam pertinere. 2. MS. *habent*, *sic*, Pro ista ergo figuratione furoris videtur ad ipsam historiam pertinere. A. C.

Ibid. c. neque hoc sine causa scriptū est, nomine commutato. MS. & nomine commutato.

Ibid. d. quæ videtis authoritate apostolica ex misterio futurarum rerum. MS. in.

Ibid. col. 2. c. Ergo antequam ibi regnarent Iudæi, vbi erat ille sacerdos Melchisedech. 3. MS. ibi erat.

PAG. 93. *col. 1. a.* & per humilitatē mamillæ & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. 3. MS. vt *&*, pascat.

Ibid. d. Hærentes enim illi sacrificio secundum ordinē Aaron. MS. 3. Habentes enim sacrificium.

Ibid. col. 2. a. & non hic quæremus figuras futurorum. 1. MS. ibi.

PAG. 94. *col. 1. a.* Clauseramus ostia contra Christum, & aperiamus diabolo. *legendum*, aperueramus.

Ibid. Cōtra vitam ęternam clausum cor habeamus. *legendum*, habebamus.

Ibid. col. 2. a. fraudemus eos quibus iam redditum est quod debemus. *alias*, reddendum. 3.

Ibid. patientes aures nostras inuenient. *aliàs*, patentes. 1.

Ibid. ne ista modo occupentur. 1. MS. isti.

Ibidem d. & peruenit ad speciem. 1. *Ms.* vsque ad.

PAG. 295. *col. 1. a. a.* vt possit Christian. esse angelus, qui iā dicat. Benedicam Dominum. In quis: Quando benedicam Dominū? Ait tibi aliquis: Quādo tibi benefacit. *le.* vt possit Christianus esse angelus, qui ait: Benedicam Dominū. Quando benedicam Dominum? quando tibi benefacit.

Ibid. b. Fugiunt enim hæc. *aliàs*, Fiunt enim hæc. 3.

Ibid. quia cum commendaret corpus & sanguinem suum. *lege*, commendat. 3.

Ibid. d. Ecce habes exemplum benedicentis in omni tempore. 2. *Ms.* benedicentis Dominum in omni tempore.

Ibid. d. col. 2. d. Et quid dicā fratres de illis qui sic amāt Deum vt inuideant aliis? 3. MS. Et quid dicam fratres? erubescant qui sic amant Deum vt inuideant aliis.

Ibidem. Excitate ergo in vobis amorem fratres. *aliàs*, Amatorem. 1.

PAG. 96. *col. 1. a.* Rapite ad amorem vt si magnificant Dominum. 1. MS. magnificabant.

Ibid: Magnificate Dominum & exaltemus. 1. MS. Magnificate Dominum mecum & exaltemus.

Ibid. b. Vox est ecclesiæ, clamans illis qui se præcipitauerunt. *al.* præciderunt. 1. MS.

Ibid. col. b. Quicquid tibi dedero vtilius est quam ego. *legendum.* vilius.

Ibid. Nondum potes totum. *aliàs*, totus. 3.

PAG. 97. *col. 1. b.* non vides quia pœnam gestas in vultu. *lege*, nónne. 2.

Ibid. Ideò non exauditis quia diues es, fortè clamaueras & exaudiaris. *legendum.* Ne forte clamares & nō exaudieris. 3.

Ibid. Immitit angelus Domini in circuitu timentium eum. 3. MS. Immittet. *& sic in sequentibus*, Immittet. *pro*, immittit. 3.

Ibid. c. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. 1. MS. quam suauis, *&c.*

Ibid. d. qui figuratè sacramentum Dominicum ostendebat. 2. MS. qui in figura nescio quid ostendebat.

Ibid. Salua salute Garsei. *habet* A. Gausei. *alia habent*, ait, eius.

Ibid. col. 2. b. pompa tanti funeris celebratur. *al.* pompa funeris tam celebrata, *quædam habent*, tanta.

Ibid. c. & mittit caput in laqueum diaboli. *lege*, misso capite. 2. A. C.

PAG. 98. *col. 1. a.* Si intelligas panem, ille enim dixit: Ego sum panis viuus. *lege*, Si non intelligis panem, ille dixit: Ego sum. *&c.*

Ibid. Putate fratres quia ego dico. 3. MS. Putaris.

Ibid. b. An quisquā est in vobis qui non diligit vitā MS. nobis.

Ibid. c. Alia nolebat occidere filiū suum, & exigebat illa quæ prior occiderat filium suum. G. exurgebat.

Ibid. d. Si operarius tuus diceret: vasto istam vineam. 3 MS. & vasto istam vineam & exigo à te mercedem meam. *non habetur in* MS. meam.

Ibid. col. 2. b. Parum est vt non expolies vestitum. MS. *non habēt*, vestitum.

Ibid. Nam hic tibi pacem fecit panis. 3. MS. facit. *sic legendum.*

Ibid. d. Concordes simus, sic diligamus proximum quomodo nos. *lege*, Concordes simus hic, diligamus, *&c* 3.

Ibid. Sed non possunt nisi existere rixæ aliquæ. 2. MS. A. C. aliqua scandala.

Ibid. d. Sed medicus est, adhuc putre habes nescio quid. Clamas: 3. MS. A. C. G. *legunt*, putredinem habes. Nescio quid clamas.

PAG. 99. *col. 1. b* Accendere & lædere flamma non potuit, laudantes Deum. 3. MS. Accedere.

Ibid. iuxta illum duo latrones. 2. MS. latrones erant.

Ibid. col. 2. b. Vnus habuit pœnam suam & hic & in æternum. 3. MS. in futurum,

Ibid. Verè magnus Dominus & misericordia ei? vera, qui nobis, *&c.* 3. *Ms.* & misericordia eius, verè qui nobis, *&c.*

Ibid. d. An verum dicit tibi mathematicus, & verum non est quod dixit tibi Christus? 3. MS. A. C. C. & verū est, dicit Christus, & falsum est?

PAG. 100. *col. 1. a.* Nam si hæc interrogatis, respondent vobis falso, 1. MS. falsum.

Ibid. b. Nouerit charitas vestra. 1. MS. nouerit etiam charitas vestra.

Ibid. Ab illo enim omnes audiuimus. 3. MS. audiamus.

Ibid. c. vt ad illum venire mererentur? 1. MS. peruenire.

Ibid d. & in eis verbis vbi nos agnoscimus. 1. MS. eius. A.

Ibid. & vtique ipse Christus. 1. MS. ipse est Christus.

Ibid. col. 2. a. Sicut enim nos vt amemur ab illo habemus. 1. MS. armemur. A.

Ibid. c. d. Et quando ille dicitur exurge nos excitamur, *lege*, exurgere. 3.

PAG. 101. *col. 1. a.* Cum diceret enim rectores mundi, dicebat quippe diabolo. 1. MS. de diabolo.

Ibid. b. Conclusum est aduersus eum, quia quid loquatur aduersus sanctos. 3. MS. quod.

Ibid. c. Maximè suggeritur humano cordi ab inuisibilibus expugnantibus inimicis. 3. MS. inuisibiliter.

Ibid. In alio quippe psalmo hoc reprehendit in omnibus. 3. MS hominibus.

Ibid. d. Quis est ille qui dicat: Non est qui requirat animam meam. 3. MS. Id est qui benè requirat. Quis est ille qui crucifigitur? non est qui dicat. A. C. G.

Ibid. persecutores illi hostes inuisibiles adierunt. 3. MS. illam.

Ibid. col. 2. a. Sed ecce in angustiis tibi constituto. *&c.* MS. *nō habent*, Sed. *nec*, tibi.

PAG. 102. *col. 1. b.* De his qui conuertantur, accipe quod dictū est. 3. MS. conuertuntur.

Ibid. c. Sunt ista mala magnæ pœnæ hominum. 1. MS. Sunt ista duo mala. A.

Ibid. d. certo iudicio, bono, iusto. *&c.* 1. MS. certè iudicio bono, iusto. A.

Ibid. col. 2. a. Illius malo magnū bonum operatus est. 1. MS. operaturus erat. A.

Ibidem Et quia illa schola Christi in duodecim nō deficit, *lege*, defecit.

Ibid. c. vt aliquid possit intendere 1. MS. aliud. A.

Ibid. In ipsa iniquitate quam mihi absconderunt. 1. MS. In ipsa inquam quam mihi, *&c.* A.

PAG. 103. *col. 1. c.* Nam dixi Domino Deus meus es tu. 3. MS. dixit.

Ibid. d. Et hinc fortè aduerterunt. *al.* auertunt.

Ibid. qua luce sua. 1. *Manuscrip.* qui.

Ibid. col. 2. b. Illi autem qui viuebant vt deponerētur. MS. quia.

Ibid. fortè ideo pauperes, quia non te adiuuat ille Deus. MS. illius Deus.

Ibid. c. Huc vsque psalmus lectus est hodie, huc vsque tractādus est, ne in fastidium veniant. 2. MS. huc vsque tractandus est, cras in die persequemur, ne in fastidium veniāt. A. C.

PAG. 104. *col. 1. a.* Christum cum audis. 2. MS. Vocem Christi.

Ibid. vt eius exemplo commoniti. MS. & exemplo.

Ibid. b. c. Nónne & in te insurgentium corda noueras? *aliàs*, interrogantium.

Ibid. d. Aut potest iustè damnari nisi qui malus cognoscitur 3. MS. Aut potest iustè damnare nisi bonus cognitor? A. C. G.

Ibid. Vitiis ægistis MS. Vitia estis. A.

Ibid. col. 2. a. non cogitare quemadmodum respondeamus inimicis nostris. MS. *non habent*, nostris.

Ibid. b. & corripientem & consulentem. *al.* consolantem.

Ibid. d. Maria ex Adam mortua propter peccatum Adæ, Adā mortuus est. MS. *non habent*, Adæ *neque*, est.

PAG. 105. *col. 1. c. d.* Sed & ibi nos oramus. Quando eum dereliquit. 3. MS. eramus. *&*, Quando enim eum.

Ibidem col. 2. a. Vt lugens & contristatus hic humiliabar. MS. sic. A.

Ibid. c. Illuc propinquanti dixit. MS. Illi propinquanti, non tibi reuelauit caro & sanguis, inquit, sed *&c.*

PAG. 106. *col. 1. a.* Quicquid faciant, Christus in cælo est: quicquid faciant. 2. MS. Quicquid volunt faciant, Christus in cælo est: quicquid volunt faciant.

Ibid. c. neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, *non habetur in* MS.

Ibid. col. 2. b. Non in id quod mecum habet latro cōmune, sed in illud, quo beati qui persecutionem patiuntur. 3. MS. quod beati, *&c.*

Ibid. c. nec tamen ille desistit à salute ægrotantis. 2. MS. ægri eroganda. A. C.

PAG. 107. *col. 1. b.* Lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? 3. *Manuscr.* nisi laudem?

Ibid. c. sed quia voluntas aduersa est. 3. *Manuscr.* auersa.

Ibid. col. 2. a. vt intelligat quātum Deus dederit. 2. *Manusc.* quod Deus dat. A. C.

Ibid. c. At illam quærit, ac timet ne inueniat illā. *lege*, hac illam quærit, hac timet ne inueniat illam. 3.

Ibid. noli illam facere. Et ille qui dolose agebat. MS. noli illam facere, inquis. Et qui dolosè agebat. A.

PAG. 108. *col. 1. a.* quia cum ita viuerent eam fructuosè noluerunt. MS. noluerunt agere. A. C. G.

Ibidem a. b. Ite in ignem æternum qui præparatus est. *Manuscr.* paratus.

Ibid. in cubili. Cubile ergo, id est. cor nostrū laboremus mundare, vt ibi possit nobis bene esse. *le. ex* MS. 3. In cubili ergo cor nostrū laboremus mundare, vbi possit nobis bene esse

Ibid. in foro, in iurgiis, in iniuriis, in contentionibus. MS. *non habent*, in iniuriis.

Ibid.c. Si ibi inuenisti fortè coniugem, *Manuscr.* Si tibi. *&c.* A.

Ibid. cum ipsa cõiungere, quiesce intus in cubili tuo. *Manuscr.* cum ipsa requiesce intus in cubili tuo. A.

Ibid. col.2.b. Præsumit de eo qui iussit vt pugnet & vincat hostem, adiurus adiuuante: Iste autem malitiam odio habuit. *Manuscr.* ab adiuuante. *&.* malitiam non odio habuit. *sic omnia* MS.

Ibid.b. sed non illa quam expectaturus est. *aliàs*, quæ excepta est. 2.

Ibid. d. intelligit, audiuit, quantum puto, charitas vestra. *lege* intelligit, enim, quantum puto. *&c.* 3.

PAG.109.*col.*1. *b.* Quando mutatur per prædicatores Deus. MS. *habent*, minatur. A.

Ibid. Et quomodo quando oritur sol, prius luce montes illustrat. 3. *Manuscr.* vestit.

Ibid.d. Repellit eos à se. MS. *non habent*, eos.

Ibid.col.2.a. Non vult à sponso amari. *legendum*, sponsa. 3

Ibid.c. Ergo fuit concupiscentia quam vincere noluerũt, non cui traderentur iudicio Dei, sed qua digni haberentur qui traderentur in concupiscentias reliquas. Vide quid de illis superius dixit. *lege*, quam vincere noluerunt. cui traderentur iudicio Dei. Sed vt digni haberentur qui traderentur, vide quid de illis. *&c.*

PAG.110.*col.*1.*a.& b.* Ista carnalis & temporalis. 2. MS. temporalis salus.

Ibid.b. Non solum à iumentis, sed ab hominibus. *lege*, sed & ab hominibus.

Ibid.d. & sic in veteri testamento seruiant, vt ad nouum perueniant. *al.* seruantur. A.C.G.

PAG.111.*col.*1.*c.* Non enim inerat Adæ primo homini, sed venit illi pes superbię. 3. MS. deerat. A.C.G.

Ibid. & mouit illum manus peccatoris, id est, manus diaboli superba. *al.* superbum. 3.

Ibid.col.2.a. Satage humilis fieri in Deo. 3. *Ms.* Humilis figere. A.C.G.

Ibid. vt ad illud profundum peruenirent, vbi peccator qui contemnit cecidit. Ceciderunt. *lege*, vbi peccatores, qui cõtemnunt ceciderunt. A.C.G.

Ibid.b. Quia qui iniqui sunt, in superbia ceciderunt. *Ms.* in superbiæ pede.

Ibed. Serpens obseruat calcaneum: quando tibi veniat pes superbiæ. *Ms. habent*, Serpens obseruat quando tibi. *&c.*

Ibid. c. Primo ille in veritate non stetit. *lege*, Primo ille qui in veritate. *&c.*

Ibid. sed cogitaui quia intentio vestra præcideretur. 3. *Ms.* intentio nostra. A.C.G.

Ibid.d. non solum sicut magister aliquid docuit, sed sicut magister aliquid non docuit. 3. MS. sed sicut magister aliquid non totum.

PAG.112.*col.*1.*a.* Tecum paratus sum vsque ad mortem. 2. MS, tecum ero vsque ad mortem. A.C.

Ibid. col. 2. *b.* Alij ista negligunt, quibus dicetur, Esuriui. *lege*, quibus dicetur ibi. Esuriui. *&c.*

PAG.113.*col.*1.*a.* Sed si alta radix est charitatis tuæ, sicut multarum arborum gloria per hyemem, transit frigus. *&c. quædam* MS. *non habent*, gloria,

Ibid.c.d. Esto. Roget. quia & ista Deus facit. *lege*, Ista roget, quia. *&c.* A.C.

Ibid.col. 2.*d.* Has vias ambula quas nouit Dominus: & si ambulas in eis, non te fallunt. *aliàs*, & si laboras in eis. *&c.* A.C.

PAG.114.*col.*1.*b.* Nihil tam diu, quam vt calix sitienti præparetur. *al.* temperetur.

Ibid.d. Tuus certe dies vltimus longè abesse non potest. 1. MS. Tuus certus dies vltimus. *&c.*

Ibid.col.2.c. in multitudine postremò opũ diuersarum, vinolentiæ, *&c.* 3. MS. odoriferarum rosarum. A.C.G.

Ibid.d. Hoc cantabimus, qui versus longè quidem est in isto psalmo ab his tractatis versib⁹. Sed quia ipsum cãtabimus. *&c.* 3. MS. *habẽt*, cantauimus, *vtrobiq; pro*, cantabimus. A. C.G.

PAG.115.*col*1.*a.* & prauitas tua nõ te permittet planari recto. 3. MS. parari recto. A.C.G.

Ibid. & iussi sumus, & obtẽperare debemus. 3. MS. debuimus.

Ibid.b, Ægrè enim & iniustus iustũ. & iustus iniustum: oneri sibi sunt. *le.* Ægrè enim fert & iniustus Iustum. *&c.* 3.

Ibidem d. Vnde autem Dominus irridebit eum? *Manusc.* irridet eum? A.

Ibid. Sed Dominus prospicit, tu autem non prospicis. indicabit tibi, qui prospicit. 3. *Ms.* quæ prospicit A.C.G.

Ibid. sed qui scit, non te celabit. A. celauit.

Ibid. Non parua pars scientia est. *lege*, scientiæ est.

Ibid.col.2.b. Multis enim fulget aurum, quibus fides non fulget. *dele*, quibus.

PAG.116.*col.*2.*a.* Fratres autem responso admonitum Saulum. *&c.* MS. admoniti. A.

Ibid. Ille qui eas nouit, scit per quam rectã ducat mansuetos suos 1. MS. A. per quàm rectum.

Ibid. b. Deus nouit illa. Nunquid in tanta manifestatione, in quãta non possumus dicere, cum vel æquati fuerimus angelis? *lege*, Deus nouit illa, in tanta manifestatione. *&c. absque nota interrogationis.*

Ibid.c. Cùm sanus factus fuerit ille, nec inuenit quid dictum rependat. *lege*, dignum rependat. 3.

Ibid.d. Qui dicit quod sperabam non inueni. A. ego quod sperabam.

PAG.117. *col.*1. *a.* quomodo non fallit cuius tale pignus tenemus. *lege*, quomodo nos fallit, *&c.*

Ibid. b. Et vniuersis qui Deum non habent, pecunia, amicitia, gloria, facultates mundi, serui, & quæcunque, *&c. lege*, Et vniuersi qui Deum non habent, pecuniæ, amicitiæ, gloriæ, facultatibus mundi seruiunt, & quæcunque. *&c.* A.C.

Ibid.c. vt appareret eũ non delectatione sed necessitate fecisse. *le.* non dilectione sed necessitate fecisse.

Ibid.col.2.a. Quamdiu enim hic viuitur crastinus dies ignoratur. A. *habet*, crastinus dies semper ignoratur.

Ibid. b. Fumus à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipsa elatione in globum magnum intumescit. 3. MS. in globum magnum erumpens intumescit. A.C.G.

Ibid. Ab illa enim magnitudine non fundata & solidata, sed pendente & inflata, it in auras atque dilabitur. 3. MS. euanuit in auras atque in ventos dilabitur. A.C.G.

Ibid.d. Tu autem ad diuitias eius pios oculos intende. A. *habet*, Tu tandem ad diuitias. *&c.*

PAG.118.*col.* 1. *b.* Quoniam benedicentes eum possidebunt terram hęreditate, erunt eius cohæredes: terram illam, terram viuentium. *lege*, erunt eius cohæredes in terra illa viuentium. A.C.

Ibid.d. Noli tantum attendere qua iturus est, sed & quo venturus sis. *dele*, est.

Ibid. Sed planè fratres posset esse longa tribulatio pro æterna felicitate. A. *habet* Sed tamen.

*Ibid.col.*2,*b.* Hinc dicere cœperam, viam Christi si vis. A. *habet*, hic dicere. *&c.*

Ibid. Cum ceciderit iustus non conturbabitur, quoniam Dominus firmat manus eius. *lege*, confirmat. A.

PAG.119.*col.*1.*a.* Non mirum est & modo non desunt corpori Christi diffuso, non desunt per totũ orbem. *lege*, nõ desunt corpori Christi diffuso per totum orbẽ. *delete*, non desunt, *posteriori loco.*

Ibid.b. Sed valeat, inquit in Cęcilianum iudicium patrum nostrum. *legendum*, nostrorum. 3.

Ibid. Sed valeat & in te. *dele.* Sed.

Ibid. episcopi sentientes cum Maximiniano adhuc diacono ipsius. 3, MS. *habent*, ad hoc diaconi.

Ibid. quam etiam gestis allegauerunt. *lege*, alligauerunt. 3.

Ibid.c. & quo effugiant non inueniant. 3. MS. & qua effugiant.

Ibid. quia re vera facta maiorum suorum ipsi mutauerunt. *le.* ipsi imitati sunt.

PAG.120. *col.* 1.*a.* qui in omnia sanctus & in nullo reprehensibilis haberetur. 3. MS. habeatur.

Ibid.b. Scandala igitur Primiani & ipsius nequitia singularis. A *habet*, ipsa nequitia.

Ibid. vt horum criminum authorem necesse esset penitus amputare, *legendum*, amputari.

Ibid. qui recens ordinatus impietatẽ schismatis facere nõ metuit. MS. qui recens ordinatus est. *reliqua non haberentur in* MS.

Ibidem. c. Itémque Salgamum consentirent. *aliàs*, conspirarent. 2.

Ibid. præcidens de frustro frustum. 3. MS. de fructu fructum.

Ibid.col. 2.*a.* Semper inde se defendunt, inde se excusant. *aliàs*, Semper vnde se defendunt, *&c.*

Ibid.d. Et cum tractaret idem sequentia recitauit. Præter alia illicita eius admissa. 3. MS. *habent*, Præterea alia illecebrosa, *&c.* A.C.G.

Ibid. Atque adeo non immemores, *&c. al.* Atque ideo.

PAG.121.*col.*1. *b.* Secũdus Iacundianen. episcopus subscripsi. *aliàs*, Secundinus.

Ibid.d. dignare acceptare Cæcilianum innocentẽ damnatum, quia noluit exire. *&c. lege* dignare acceptare Cecilianum innocentem qui noluit exire.

Ibid.col.2.a. Modo intus est Felicianus. *aliàs*, Modo iniustus est Felicianus. 3.

Ibid.c. Iudices Numidas apud quos te purgares tu ipse adisti. *al.* audisti. 3.

PAG.122.*col.*1.*b.* Pars nouissima psalmi huius indiscussa nobis & intractata remãserat. A. *habet*, induscussa nobiscum, *&c.*

Ibid. non quidem secundum disputationem nostram, *legendum*, dispositionem nostram.

Ibid. sed tamen prẽter dispositionem suam. 3. MS. *habent.* sed tamen non præter, *&c.*

Ibid.c. fortè nõ ei occurrit iustus quẹrens panẽ. A. ei occurrat.

Ibid.d. certè verum est quod in ecclesia stãs deuota voce personui. MS. *habent*, tam deuota voce.

*Ibid.col.*2.*b.* Hunc ergo si possumus aperto isto tecto submittamus ad Deum. 3. MS. Age si possumus aperto isto tecto submittere te ad Dominum. A.C.G.

PAG.123.*col.*1.*d.* Domine mutuum accepi, fide dic me. *al.* fide duc me. 3.

*Ibid.col.*2.*c.* Sic respice ad psalmum alium. *le.* Sed respice.

Ibid.d. Quid ploras stulte praui cordis. *aliàs*, parui cordis.

PAG.124.*col.*1.*a.* Contemnis illum quando flagellatur, expauescis quando ditatur. *al.* & parcis quando ditatur. 3.

Ibid.c.d. Noli carnaliter nam decipieris de semine impiorum, Omnia opera impiorũ peribunt. *lege*, Noli carnaliter, nam decipieris. Sed semen impiorum, omnia opera impiorũ peribunt. A.C.G.

*Ibid.col.*2.*a.* Ecce ille panis. A. *habet*, Ecce ille est panis.

Ibid.b. Dicit enim quod in libro sapiẽtiæ dicere prædictũ est. A. *habet*, Dicit enim quod eum in libro, *&c.*

Ibid.d. qui non sperat aliam vitam. *aliàs*, qui non se parat ad aliam vitam. 3.

PAG.125.*col.*1.*b.* Quos fidei oculos qui non habent dolẽt felicitatem impiorum. 3. MS. delectantur felicitate impiorum.

Ibid.c. Quo nunc habet potestatem. 3. MS. Quomodo habet.

*Ibid.col.*2.*d.* Tantũ de meis præteritis. Quid dicam? 3. MS. Tantum de meis præteritis timeo. Quid, *&c.*

PAG.126.*col.*1.*a*, qui & trãs mare communicationem vniuersæ ecclesiæ tenet. 3. MS. communionem.

Ibid d. ne laborantes causa defensionis nostræ. 3. MS. *habent*, ne laborantes cura defens. A.C.G.

Ibid.col. 2.*a.* & curam gero pro peccato meo. A. *habet*, geram.

Ibid.c. Sine dubio iste in nescio qua inquietudine erat. A. *habet.* Sine dubio iste, inquis, in nescio qua, *&c.*

Ibid. qui tam cum gemitu requiem recordabatur, *dele*, tam.

PAG.127.*col.*1.*a.* & talem me reddes, cui iam emendatio igne non opus sit. *lege*, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit.

Ibid.c.d. Nõ enim incerta est spes nostra, vt de illa dubitemus. MS. *habent*, aut de illa dubitamus.

*Ibid.col.*2.*a* spe securus esto. MS. spe securus es.

Ibid.b. quum comparo istam sanitatem illi sanitati. *Ms.* quia comparo.

Ibid.c. & agnoscemus quæ de passione Christi dicuntur. c. *habet*, & nos agnoscemus quia de pass.

PAG.128.*col.*1.*b.* Sed quomodo ibi ibi caput loquebatur pro corpore, & hic caput dicit, *dele semel*, ibi *&* *lege*, sic & hic.

Ibid.c. Expone iustitiã ire Dei: ne te excusare videaris. *Ms. habent*, ne te debere videaris.

Ibid. col. 2. *a.* Iam quomodo hoc explicetur in vita humana, quis hoc non nouit? *aliàs*, quis hoc nouit? 3.

Ibid.c. Quam diu enim recordatur quo nondum habet. 3. MS. quod nondum habet.

PAG.129.*col.*1.*a.* Aperuit oculos carnis. *aliàs*, Apparuit oculis carnis.

Ibid.b. non videt vbi non sit. *al.* nunc non videt vbi sit. A.C.

*Ibid.col.*2.*a.* Aut si dicimus nos orare. *al.* Aut sicut.

Ibid.d. Latuerat ergo Adam. *al.* Habuerat.

PAG.130.*col.*1.*b.* Quid dicam iam de inimicis. *al.* de amicis. c.

Ibid. col. 2. *a.* Nostis quid dixi. Proximos dixi. c. *habet*, Nostis quia dixit, Proximos dixit.

Ibid.d. Et sicut ouis coram tondente se non aperuit os suum. MS. *habent*, coram tondente se sine voce non aperuit, *&c.*

PAG.131.*col.*1.*a.* Monuit te quid facias si fortè incurrerit tibi tribulatio. *lege*, occurrerit.

Ibid.b. Quia erãt tũc asperi, immites, gaudẽt se inuenisse, *&c.* MS. *habent*, Quærunt tunc asperi, immites, gaudentes se inuenisse.

Ibid.c. Non enim nasceretur nisi de Adã. *aliàs*, Nõ enim pateretur. A.C.

PAG.132.*col.*2.*a.* quia sic ore tacemus vt corde clamare possimus. c. *habet*, quia si ore tacemus, corde clamare possumus.

Ibid.b. ea quæ ima sunt cogitantes. MS. ea quæ vana sunt.

PAG.133.*col.*1.*b.* vt quisquam lingua nõ labatur. MS. quisque.

Idib. c. aliquãdo perturbata studio dicendi, deficit in diligẽtia agnoscendi. 3, *Manuscr. habent*, deficit indigentia agnoscendi. A.C.G.

Ibid.c.d. nec audiẽdo ignoscit, sed calumniatur inuidẽdo. MS. nec audiendo agnoscit. *sed infrà sequitur*, veniam dent.

Ibid.d. Illi sic audiunt vt quod probant laudent: quod autem improbant inter illa fortè quæ laudant. 3. *Manuscr. habent*, inter multa.

*Ibi.col.*2.*a.* Nisi autem animalis inueniretur, quomodo calumniaretur? MS. quando calumniaretur.

Ibi. Quid enim dicas turgidis, turb. *&c.* 23. Quid enim dicat.

Ibid. Quid dicas sancto & pio & de religione transilienti eos. 3. *Manuscr.* Quid dicat sanctum & pium & de religione trãsiliens eos.

PAG.134. *col.* 1. *a.* & cessauerat dolor ille qui factus est à calumniantibus. *lege*, qui factus erat.

Ibid. Videbam insensatos, & tacebam, non arguebam. *lege*, tabescebam?

Ibid.c. & de sua imperfectione confitebatur: aliud in se intuẽs, alibi quærens. *lege*, aliud alibi quærens.

Ibid. vide quid agas attende quid dicat. *al.* vide quid agat.

*Ibid.col.*2.*c*, Quid autem magis videatũr non esse, quàm si dicturus sim esse istos dies meos. 3. *Manuscr.* Quid autem magis videatur esse quàm si dicturus sit te mensum esse istos dies meos? A.C.G.

PAG.135.*col.*2. *b.* Sed intus dicitur, intus vtrumque sentit G. Sed intus discitur.

Ibid. fluctuaui in dispensatione numerorũ dominicorum. c. *habet*, numerorum dierum dominicorum.

Ibid.c. Veruntamen sic quomodo hic sum, quandiu carnem mortalem porto. MS. *habent*, Veruntamen sic quomodo hic sum, quandiu hic sum, quandiu in hoc seculo sum, quãdiu carnem, *&c.*

Ibid.c. Sub sole habet euigilare, dormire, mãducare, bibere, esurire, sitire, vigere, *&c. al.* viuere, *pro*, vigere.

PAG.136.*col.*1 *b.* Non tecum ago, non commemoro, non exaggero, quicquid mali habet auaritia vanitatis tuę. G. quicquid aliud mali.

Ibid.c. Filiis meis, inquit, seruo. *lege*, inquis.

*Ibid.col.*2.*a.* Certe seruare vis auaritiæ, vide, fortè & ipsi auaritiæ cõgruat consiliũ meũ. *lege*, Certe seruire vis auaritiæ, vide forte & ipsi auaritiæ non congruit cõsilium meum. A.C.

Ibid. Habere enim vis quod habes & non perdere, ostendam tibi locum vbi ponas. MS. ostendo. *&c.*

Ibid. Forte enim possessus possidebit, quod à te habebit non tenebit. MS. possidebit te, & quod à te habebit, *&c.*

Ibid.b. Nunquid eas huc tecum adduxisti? G. Attulisti?

Ibid.c. Credo in Christum, quia saluum erit quod posui, nemo accedat, nemo auferat. MS. nemo accedet, nemo auferet.

Ibid. Non perdes, quod ego accipio. MS. *habent*, Nõ perducam quod ego accipio?

Ibid.d. ille qui sciret machinamenta quædam occulta locorũ suorum tibi diceret, funde: securus, hinc illuc perueniet. 3. non tibi diceret, funde, cursus hinc illuc perueniet?

PAG. 137. *col.* 1. *a.* Qualis iste? Iam magnus. *Manuscr.* Quam magnus?

Ibid.b. Nunc autem quantumcũque transilierit Idithum, adhuc expectat. *lege*, adhuc expectatur. G.

Ibid. Hæc videri ab hominibus possunt est quædã substantia. *lege*, esse quædam substantia G.

Ibid.d. sic quędam te transiliſſe vt reſtet aliud ad quod omnibus transactis transiliendum eſt. *Manuſcr.* ad quod omnino transiliendum eſt.

Ibid.col.2.c. Sed tamen quis ita defecit vt nõ velit ſe & recreari, & reformari ſine cauſa putamus fratres factum fuiſſe, *aliàs*, Sed tamen quis ita deficit, vt velit ſe recreari & reformari? *&c.* A, C. G.

Ibid. d. quia non niſi à transiliente videre potuit. *lege*, videri potuit. G.

P A G. 138. *columna* 1. *d.* Ipſa eſt ergo gratia beneficij Dei prima, redigere nos ad confeſſionem infirmitatis. *Manuſcrip.* redire nos, *& cætera.*

Ibid. & col. 2. *a.* Profeciſti: qui ſis hodie ſcis, quid facturus ſis craſtino neſcis. *lege*, quid ſis hodie, hodie ſcis, quid futurus ſis craſtino neſcis.

Ibid.col. 2. *d.* Nónne quãto magis creſcunt ſcandala. *aliàs*, crebreſcunt.

P A G. 139. *col.* 2. *a.* ita modo draconem conculcabit, ne nobis inſidietur. MS. conculcet.

Ibid. c. Sed cum interrogari cœperis ab epiſcopo quis ſis. MS. quid ſis.

Ibid. d. Si habet culpam qui negat, quis eſt qui docet negare. MS. quid eſt qui docet, *&c.*

Ibid. Itáne verò tu extra culpã es, qui facis docendo Chriſtianus. MS. quia facis, *&c.*

P A G. 140. *col.* 1. *a.* Tu autem diſcidiſti te, ab ædificatione reuocas. MS. ab ædificio reuocas.

Ibid. & quantum poſſumus reprimere conamur diſputando, conuincendo, conueniendo, terrendo, tamen omnes diligendo. MS. tamen in omnibus diligendo.

Ibid. per anguſtias multiformes & inceſſabiles tentationes quibus abundat hæc vita, quid facturi ſumus? MS. *habent*, & ineuitabiles tentationes.

Ibid.b. Nõ vides perbreues agnos capitibus pulſare vbera matrum vt lacte ſatientur? *Manuſcr.* Non vides teneros agnos, *& cætera.*

Ibid.c. Ergo & quum malus eſſes attendebat te, ſed Dominus attendebat tibi. 3. *Manuſc.* attendebat te, ſed non attẽdebat tibi. A. C. G.

Ibid.d. Cui enim parum eſt eſſe peccatorem niſi etiam non ſit peccatorum ſuorum cõfeſſor, ſed defenſor altior in profundo eſt MS. altius in profundo eſt.

Ibid.col. 2. *c.* participem eum facis malitiæ tuæ. Non ergo laudans inuocas. 3. MS. participem eum facis malitiæ tuæ. Si participem eum facis malitiæ, non ergo, *&c.*

Ibid.d. Hæc feciſti & tacui, ſuſpicatus es inique quod ero tibi ſimilis. 3. *Manuſcripta*, ſuſpicatus es iniquitatem quod ero. *& cætera.*

P A G. 141. *col.* 1. *c* Et cernitis ordinatos gradus per Paulum. *aliàs* Et charitas ordinat hos gradus per Paulum. 3.

Ibid.col. 2. *b.* Sed turbæ ſtrepunt, turbæ feſtinant, turbę colluctantur. *al.* collætantur.

Ibid.c. Ipſe certè auerſum correxit, ipſe ducit rectũ. c. *habet*, ipſe ducit ad regnum.

Ibid. & tam diu tenebas auaritiam donec ad littora peruenires. c. *habet*, & tam diu extendebas auaritiam.

P A G. 142. *col.* 1. *a.* & ad ſanitatẽ perueniat, hortor vt reficiat. 2.. MS. & ad ſanitatem non perueniat.

Ibid. Quam multi hæc agnoſcunt, vident ſe inuicem: 3. Quam multi hic ſe cognoſcunt, vident. *&c.*

Ibidem b. Vt adducant inſanos, vt amando ibi ſpeciem veritatis, incurrant laqueum falſitatis. *aliàs*, Vt abducant inſanos. A. C.

Ibidem col. 2. *b.* ſi ceciderint confitentes, ipſi ad numerum pertinent. *aliàs*, ſi crediderint confitentes. 3.

Ibid. Rurſus ab eis ipſis ſi minus eſt curritur ad amphitheatrum. *lege*, Rurſus ab eis ipſis, ſi mimus eſt curritur, *&c.*

Ibid.d. Nunquid pauper ille qui clamat? victor ipſe veſtitur pro victo illi inſultatur. 3. MS. Nunquid pauper qui illi clamat victori, ipſe veſtitur? Pro victo, *&c.* A. C. G.

Ibid. Agonem quippe iuſtum nõ cupiditas, ſed charitas facit. *al.* Agonem quippe iſtum.

P A G. 143. *col.* 1. *a.* Quia temporis ſui verbum fuit, & pro tẽpore placuit. MS. & pro tempore ſuo placuit.

Ibid.c. Vbi ſunt ſacrificia illorum. Certè perierunt, certè ablata ſunt. *lege*, certe ablata ſunt nunc.

Ibid. Adhuc promittis, iam accipe. *lege*, Adhuc promittis iam accipere.

Ibid.d. Clamat ad me, ſed ſurdus eſt qui ſanguinem fudit, quia non bibit. MS. quia non viuit.

P A G. 144. *col.* 1. *d.* Vnde ſalutare ipſe Chriſtus. MS. ſalutare ipſius Chriſtus.

Ibid.col. 2. *c.* Non auderem cõuerti niſi ſecurus de remiſſione: non auderem perſeuerare niſi ſecurus de permiſſione. MS. non durarem perſeuerare.

P A G. 145. *col.* 1. *b.* Prius effice quod tibi præcipitur: ſana cor, munda cor. *&c. aliàs*, Purus efficere quod tibi, *&c.* G.

Ibid. Et dicit, ſanato non erit onerioſum. MS. Et plus dicit.

Ibid.col. 2. *a.* Et attendebam ad dexteram, id eſt, non ad impios Iudæos. MS. in dexteram.

Ibid. b. Quare illos ergo dicit vt retrorſum redeant. *lege*, illis.

Ibid.c. Dicit aliquis, eſto Chriſtianus. MS. Dicit aliquis alicui, eſto Chriſtianus.

Ibid.d. Qui autẽ tibi dixerit, tãto melior nemo ſit in factis malis, quoniam laudatur peccator. *&c. Manuſcr. habent*, Qui autem tibi dixerit, tanto melior, nemo ſic in factis malis, *&c.*

P A G. 146. *col.* 1. *a.* Qui enim orauit, conuertantur retrorſum. c. *habet*, Cum enim orauit.

Ibid.col. 2. *a.* Venient dies tribulationum & malorum tribulationes venient. *aliàs*, & maiorum tribulationum venient.

Ibid.c. Quod non eſt neceſſe nõ fiat: ſufficiat diei malitia ſua, ſurſum corda habeamus. *al.* ſurſum corde habitemus.

Ibid.d. Ibi ſcriptum eſt de eccleſia, & videtur quia eſt. MS. & videtur quia ita eſt.

P A G. 147. *col.* 1. *b.* Cum enim viderent multitudinẽ ſequi authoritatem eius, & diuinitatem & maieſtatẽ miraculis præſentatam. *al.* miraculis præfulgentem.

Ibid.col. 2. *d.* Mortuus eſt ex infirmitate hominis, cæterũ Deus non moritur. *al.* Deus non mori potuit.

P A G. 148. *col.* 2. *a.* Veniant ad fidem qui dubitant, non dicant quis implet? MS. quis hoc implet.

P A G. 149. *col.* 1. *b.* Si vſtus eſt qui putredinem non habebat, *&c. aliàs.* Si ſectus eſt.

Ibid.c. non dico hoc mihi facit fatum, nõ dico adulterũ mefecit Venus. MS. non dico hoc mihi fecit.

Ibid.d. Iam iſta diximus & hic cœpimus. *&c. Manuſcr.* & hinc cœpimus.

Ibid.col. 2. *c.* Aduerſum me omnes in idipſum, quando melius mecum in idipſum? *le.* quanto melius. *&c.*

Ibid. Quo animo dixerint, non quod dixerunt attendit. MS *habent*, non quid dixerunt.

P A G. 150. *col.* 1. *b.* Et enim homo pacis meæ in quem ſperaui. MS. *habent*, Ecce enim homo pacis meę in quem ſperaui.

Ibid.c. Hoc ex forma ſerui, hoc ex perſona inopis & pauperis. *&c.* MS. hoc ex forma inopis.

Ibid. columna 2. *d.* Apud illos ſunt prophetę & lex, in qua lege & in quibus prophetis Chriſtus prædicatus eſt. c. *habet*, prædictus eſt.

Ibid. Nempe Iudęi inimici ſunt. MS. inimici noſtri ſunt.

P A G. 151. *col.* 1. *d.* Dicuntur enim Chriſtiani filij ſponſi. *lege*, Dicti ſunt enim.

Ibidem columna 2. *d.* & quæris fortè vnde delecteris, deſidera vnde delecteris. *quædam Manuſcr. non habent*, deſidera vnde delecteris.

Ibid. Habet Deus vnde te reficiat, & impleat venientem ad ſe, ſitientem poſt interemptionem ſerpentium. *Manuſcr.* & ſitientem, *&c.*

P A G. 152. *col.* 1. *a.* Vtrum ergo bibendi an lauandi neſcimus. G. *habet*, an lauandi cauſa neſcimus.

Ibid. d. Nónne plus habet deceptionis quàm delectationis. *adde*, & dilectionis?

Ibid. Quia paganus ſi hoc mihi diceret, nónne & illi & ego poſſum dicere. *lege*, ſi hoc mihi dixerit.

Ibi.col. 2. *a.* & intellectus ſcriptus eſt pſalmus filiis Chore. MS. & in intellectu ſcriptus eſt.

Ibid.c. ſed pertractem vtrum ſit aliquid intus quod videam. c. *habet*, quod videat.

P A G. 153. *col.* 1. *d.* Suſcepi cognoſcere, hoc labor eſt ante me donec eam in ſanctuarium Dei. c. *habet*, donec introeam.

Ibid. Et hoc ille à ſanctuario Dei cognouit, in nouiſſima intellexit. MS. Et hoc ille in ſanctuario.

Ibid.col. 2. *a.* Feſta cum hic hominis celebrant ſuę luxurię, conſuetudinem

ſuetudinem habent conſtituere organa. *le.* Feſta cum hic homines celebrant ſuæ quoque luxuriæ. *&c.*

P A G. 154. *col.* 1. *a.* Illa perfecta in nobis ſalute erimus in domo Dei videntes ſine fine. *lege*, viuentes ſine fine. c.

Ibid.b. Nunquid à Deo turbatur? *lege*, Nunquid ad Deum turbatur?

Ibid. Ab incommutabili reficiebatur. *lege*, Ad incommutabile.

Ibid.col. 2. *a.* Ergo gaudete quoniam velle vos video. *lege*, Ergo audite. 3.

Ibid. Si profunditas, eſt abyſſus, putamus quod cor hominis abyſſus eſt? *lege*, putamus non cor hominis, *&c.* A. C. 6.

Ibidem b. Nunquid & ipſi abyſſus? *lege*, Nunquid & ipſi non abyſſus? 3.

P A G. 155. *columna* 1. *a.* Paruáne iudicia ſunt iſta? *Manuſcr.* ſunt tua iſta?

Ibid.c. recordans dulcedinem fontis illius qua ductus ſum. *aliàs*, dulcedinem vocis illius.

Ibid.col. 2. *a.* Tentator ille diabolus ſcandalis vbique creſcens. *al*, crebreſcens.

P A G. 156. *columna* 1. *b.* Deſiderium impiorum peribit: de deſiderio autem noſtrorum niſi certus eſſet pollicitator dubitare deberemus. *lege*, de deſiderio autẽ iuſtorum niſi certus. *&c.* 3.

Ibid.c. Quod vt ſimus ab illo erimus qui dixit: Qui perſeuerauerit, *&c. al.* Quod iuſſum eſt ab illo qui dixit. *&c.*

Ibid.d. Et nunc habes quid agas. *lege*, quod agas.

Ibidem columna 2. *c.* Domus autem de qua dixit: Beati qui habitant in domo tua, *& cæt. aliàs*, Domus autem quid erit? Beati qui. *&c.*

Ibid. De ſancta Eccleſia eius introibo ad altare Dei. *quædam* MS *non habent*, eius.

P A G. 157. *col.* 1. *d.* Vide ſi non eſt iſta allocutio. *lege*, Videte.

Ibid.col. 2. *b.* procedit examen ab illius oculis, procedit regula exequens non fallaciter. *lege*, regula exæquans.

Ibid.c. & in iſta humili confeſſione ſecurus alloquere turbantẽ te. *al.* & inſta humili confeſſione, ſecurus alloquere. *&c.*

P A G. 158. *col.* 1. *a.* Tales nos inueniat, vt ſecuros inueniat lux Dei, veritas Dei. *lege*, & veritas Dei.

Ibidem, qui iam venit ſubire pro nobis mortem. *Manuſcr. addunt*, Amen.

Ibid.b. Hinc ergo vox martyrum, Propter te mortificamur tota die. *quædam omittunt*, martyrum.

Ibid.col. 2. *a.* non ad inſipientiam mihi reputabis ſed ad intellectum, *quædam* MS. *non habent*, reputabis.

Ibid. Quid eſt ad intellectũ non exaudies? Id eſt, me nõ exaudies ad temporalia, *&c. al.* Ideò me non exaudies, *&c.*

Ibid. Et cum videtur relinquere tollit quod malè deſideraſti, & docet quid debeas bene deſiderare. *aliàs*, vt doceat quid debeas, *&c.*

Ibid. b. Illi ſperauerunt & liberaſti eos, ego ſperaui & dereliquiſti me. *al.* egóne ſperaui & dereliquiſti me? A. C. G.

Ibid.c. Sed quid eſt hoc, quia talibus ſignis eis adfuiſti, vt præſens intelligereris? *diſtingue ſic:* Sed quid eſt hoc, quia talibus ſignis eis adfuiſti? Vt præſens intelligereris.

P A G. 159. *col.* 1. *a.* ſeruari autem viſionem in futurum, facie ad faciem intelligitur, quando venerit, *&c. quædam* MS. *non habent*, intelligitur.

Ibid. Etſi ergo tunc patres noſtri non te viderunt facie ad faciem ſecundum quod tu es, etiamſi iſta viſio ſeruatur in reſurrectione, tamen etſi angeli adfuerũt, *&c. quædam* MS. *non habent*, in reſurrectione.

Ibid.b. Ergo & præterita ſic ſunt nobis narrata, *&c. lege*, Ergo ſi & præterita. *&c.*

Ibid.col. 2. *d.* accipiendum regnum à Chriſto cũ angelis in ſempiternum. MS. cum ſanctis in ſempiternum,

P A G. 160. *col* 1. *b. c.* de illa muliere quę nupſit ſeptem fratribus ſibimet ſuccedentibus, cuius eorum in reſurrectione futura erat, vox deficiebat, & reſpondere non poterant. *Manuſcr.* cuius eorũ in reſurrectione erit vxor, deficiebant, & reſpondere, *&c.*

Ibid.col. 2. *b.* ſed non vos dimiſi à via, quam anguſtam vos doceo, *lege*, in via.

Ibid.c. Quoniam humiliaſti nos de loco infirmitatis. MS. in loco infirmitatis.

Ibidem Etenim requirit Deus aliquando. *Manuſcr.* Etenim ideò requirit.

P A G. 161. *col.* 1. *c.* Sed quare perſequuntur? Deleuerunt, occiderunt eos qui crediderunt in te, neſcio quem malè mortuum. *lege*, Sed quare perſequuntur, delent, occidunt eos qui crediderunt in te, neſcio quem male mortuum?

Ibid. Adhuc eis dormis: exurge, vt intelligant quia reſurrexiſti. *al.* exurge, intelligant, *&c.*

Ibid. col. 2. *c.* contriſtatus eligis aliquando magis amittere de iuſtitia, quam vel nummum de pecunia. *aliàs*, quam vel minimum de pecunia. c.

P A G. 162. *col.* 1. *d.* Mirantur mutata, legant prædicta. c. *habet*, Vident mutata.

Ibid. Sed & vnuſquiſque noſtrum fratres ex vetere homine in nouum mutatur: ex infideli fidelis fit, c. *habet*, fidelis ſit.

Ibid.col. 2. *a.* Aſſumpta eſt eccleſia ex genere humano, vt caput eſſet eccleſiæ ipſa caro verbo coniuncta. *quædam* MS. *non habent*, ipſa caro verbo coniuncta.

Ibid.b. Euertit fœditatem, ſeruauit pulchritudinem. *aliàs*, formauit pulchritudinem.

Ibid. ſi conſideres miſericordiam qua factus eſt & ibi pulcher eſt. MS. qua factum eſt.

Ibid.d. Ecce inquit eructauit cor meũ verbum, *&c. Manuſcr.* Ecce incipit.

P A G. 164. *col.* 1. *c.* Etiam hominem quem Deus ante omnia prætulerat. *al.* quem Deum ante omnia, *&c.*

Ibid.d. Sed iam de nobis dictum eſt. *aliàs*, Sed etiam de nobis dictum eſt.

Ibid.col. 2. *a.* Et quod dictum eſt, lingua mea calamus ſcribe, *&c. quædam Manuſcr. non habent*, Quod dictum eſt.

Ibid. Velociter autem ſcribentis voluiſſe ſe dicere vt ſignificaret, *quædam* MS. *non habent*, ſe.

P A G. 165. *col.* 1. *a.* Accingere gladiũ tuum, & ſermonem circa femur potentiſſime. MS. ſermonem tuum circa. *&c.*

Ibid. in illa veluti humilitate ſeminis eſſe magnitudinem numinis. *aliàs*, nominis.

Ibid. b. Iuſtitiam accipe qua ſemper eſt ſpecioſus & pulcher. *lege*, qua ſemper es ſpecioſus.

Ibid. Prædicantur, exhibita ſunt, *&c. lege*, Prædicabantur.

Ibid. c. Præſentatus eſt Chriſtus expectatio generis humani. *aliàs*, expectioni generis humani.

Ibid.d Dextera ſua deductus eſt: id eſt, potentia ſua. *quædam* MS. *non habent*, id eſt.

Ibid.col. 2. *a.* O ſagittam acutam potentiſſimam, qua accepta accidit Saulus vt eſſet Paulus. *lege*, qua accepta cecidit Saulus, *&c.*

Ibid.b. Erat autem ſedes regni populi Iudaici temporalis. *quædam* MS. *non habent*, populi.

Ibid.c.d. Dirigere ad illam, tene illã. c. *habet*, Dirige te ad illam *&c.*

Ibid.d. Quomodo & ſacerdos à ſanctificando nos, ita & rex à regendo nos. *Manuſcr.* ad ſanctificandos nos, ita & rex ad regendos nos.

P A G. 166. *col.* 1. *a.* Quid? Odit iniquitatem. *lege*, Quid odit? Iniquitatem, *&c.*

Ibid.col. 2. *c.* Dominus vidit Nathanaẽlem in euangelio & ait. MS. quando ait.

P A G. 167. *col.* 1. *a.* ad quem aſcendant corde, id eſt, caput eius. *quædam* MS. *non habent*, id eſt caput eius.

Ibidem columna 2. *b.* Filiæ quidem regum filiæ apoſtolorũ tuorum: ſed in honore tuo, quia ſemen illud ſuſcitauerũt fratri. *Manuſcripta. habent*, quia ſemen illi ſuſcitauerunt fratri ſuo.

P A G. 168 *col.* 1. *a.* & ſic alloquatur propheta. & ſic alloquatur Apoſtolus tanquam filiam. c. *vtrobique habet.* alloquitur.

Ibidem c. Fœdam te ille genuit cum peccatricem fecit: pulchrã te iſte regenerat, qui iuſtificat impium. *lege*, impiam. c.

Ibid.d. & ipſe donauit vnde impleantur, & à vobis impleantur. *Manuſcr. habent*, & ipſe donauit vnde impleãtur, nobis implentur.

Ibid.col. 2. *d.* Sit ergo talis eleemoſyna tua in occultó. MS. *quædam non habent*, talis.

P A G. 169. *col.* 1. *c.* vt nouerint virgines quæ non adducũtur in templum regis, non ſe ad iſtas nuptias pertinere. *aliàs*, nõ ad ſeſtas nuptias pertinere.

Ibid.col. 2. *a.* quia principes eius ſunt memores nominis eius in omni generatione & generatione: id eſt, quam diu tranſeat hoc ſæculum. MS. *quædam non habent*, id eſt.

Ibid.c. Proinde quia crux Domini noſtri cauſa fuit qua clauſa aperirentur. *lege*, clauis fuit.

Ibid.d. Vt facias tibi potentem amicum, refugium tibi videtur.*quædam* MS,*non habent*.tibi.

PAG.170.*col*.1.*b*.Sed à ſeipſo ſunt turbationes quæ inueniũt hominem nimis: acerbiores enim non ſunt: tanto ſunt acerbiores quanto ſunt interiores.*al*. tanto non ſunt acerbiores quanto non ſunt interiores.A.C.G.

*Ibid.*Videte chariſſimi cum ligna deaſciantur à fabris & probantur,Ms.*habent*,deiiciuntur à fabris.

Ibid.c. Si enim magnas tribulationes habere ſe dicit debitor fiſci,confeſſus & intuens anguſtias rei familiaris ſuæ.3.MS. confoſſus & intuens.

Ibid. tribulationes magnas ſe pati dicit, nec vſquam reſpirat niſi in ſpe indulgentiæ rerum terrenarũ.2.*Manuſcr*. regum terrenorum.A.C.

Ibid.d. cum ab eis occideretur, quam altus & excelſus apud Deum factus eſſet,qui ſpiritu ſancto idiotas impleret. MS. ſpiritu ſuo.

Ibid.col.2.b. Paulò ante ſoliciti,ſubito ſecuri, ex tribulationibus nimiis in magna tranquillitate poſiti ſunt.*quædam non habent*,ſunt.

Ibid.c. Adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis, id egit vt eſſet tranquillitas magna.MS.vt ibi eſſet.

PAG.171. *col*.1.*b*. Crediderunt enim quidam illorum, & adhæſerunt Apoſtolis prædicãtibus.MS. & acceſſerunt Apoſtolis.*non habent*,prædicantibus.

*Ibid.col.2.a.*Si ergo ſequitur ſanctificationis nomen,manifeſtum eſt, fluminis illos impetus de ſpiritu ſancto intelligendos,quo lætificatur & ſanctificatur omnis pia anima. *quædam* MS.*non habent*,lętificatur &.

*Ibid.c.*Et quomodo turbate?& quid conturbate?MS. Vt quid conturbate?

Ibid. Adorabunt eum reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. MS. Adorabunt eum omnes reges,&c.

Ibid.d. Hoc impletum eſt in eo quod cõmemorauimus,quãdo tranſlati ſunt mõtes in cor maris: quando dictũ eſt, Ad vos miſſi eramus,*quædã* MS.*non habent*.quando dictum eſt.

PAG.172.*col*.1.*b*.Omnis medicꝰ qui venit ad infirmũ,aliadie infirmari poteſt pręter illum.*quædã non habent*,præter illum.

Ibid. d. Ecce iam venit, euigila credendo, euigilantes pulſat. Ms.euigila creſcendo.

*Ibid,col.2.a.b.*Quid eſt,Venite aſcendamus?Venite & credite. *lege*,Venite eſt credite.c.

*Ibid.d.*Scuta, vana pręſumptio ſuæ protectionis. MS. *habent*, vana præſumptionis protectio.

PAG.173. *col*. 1. *a*. Quid poſtea in te eſſe cupiebas?MS.*habent*, Quid poſtea?In te eſſe cupiebas.A.C.G.

*Ibid.d.*Dominus Deus noſter fidem in qua viuimus &ex qua viuimus per libros ſanctos, ſcripturas ſanctas,&c.MS. per libros ſuos.

*Ibid.col.2.a*Vt quando audit ſit ſimilis manducanti,cum audita in memoriam reuocat,&c.MS.cum autem audita,&c.

Ibidem. Tali ergo modo eadem dicuntur,&c.Ms.Alio ergo modo,&c.

Ibid.b. Multo magis attenditis.Ms.attendiſtis.

Ibid. d. Agnoſcimus humilitatem Domini noſtri, & non de illa erubeſcimus.Ms.Agnoſcimus enim humilitatem, &c.

PAG.174 *col*.1. *c*. videtis ſic exaltari in nomine Chriſti eccleſiam Chriſti,vt omnes,&c.Ms.& videtis.&c.

PAG. 175.*col*. 1.*b*. Modo autem fratres non oculum quem adoramus.*lege*,oculis.

*Ibid.col.2.a.*potens eſt enim & damnare quos odit,& illi reddere quod promiſit. *aliàs*,quos promiſit.

Ibid. d. Sani enim ſibi videbãtur & periculoſius ægrotabãt, quãdo medicũ nõ cognoſcẽtes occidebant. *lege*, Sani enim ſibi videbantur,cum periculoſius ægrotarẽt quãdo,&c.5.

PAG.176.*col*.2.*a*.per quos ſit vt nomen Dei blaſphemetur in gentibus,*quædam* Ms.*non habent*,in gentibus.

PAG.177.*col*.1.*a*.credentes in Chriſtum colliniati ſunt illi ciuitati.Ms.collimati ſunt.&c.

*Ibid..b.*Vnde niſi gratia illuminatæ per Chriſtum. *aliàs*, gratia illuminante.

PAG.178.fol.1.*a*.Euertantur & ſubiiciantur Chriſto : id eſt, omnis ſuperbia gentium conterenti, &c. *quædam Manuſcr. non habent*,id eſt,

*Ibid.b.*Commemorabuntur & conuertuntur ad Dominum, *lege*,conuertentur.

*Ibid.c.*Illi qui primo non audierunt, poſtea audientes admirati ſunt.*quædam manuſcr.non habent*,poſtea audientes admirati ſunt.

*Ibid.d.*cum & hinc,hoc eſt ex his verbis & obſcuritatibus exculptum fuerit & erutum quod noſtis. C.*habet*, ex his verſibus exceptum.

PAG.179.*col*.1.*a*. Da hominem expertũ,& putat inaniter fieri quod boues mittuntur.*lege*, Da homini expertum,&c.

*Ibid.c.*Ne autem putetis filias Iudę Iudęas eſſe,Iuda confeſſio eſt.*lege*,filios Iudæ Iudæos eſſe. &c.

Ibid.d. Dicatur eis qui male viuunt.MS.Dicitur eis,&c.

Ibid. col. 2. b. Maiorem violentiam habuerunt oculi flentium ſuorum,quam perſecutiones inſectantium. *lege*, Maiorem violentiam.

*Ibid.*Sed lachrymæ quantælibet & quantolibet impetu fluerent,quomodo ardorem charitatis extinguerẽt? MS. Quãdo ardorem.

Ibid.c.& concordantes in angulo, euangelium diſpenſatione diuiſerunt,charitate iunxerunt.MS.charitate vinxerunt.

PAG.180.*col*. 1. *d*. & admittit ad ſe male ſuadentis ſerpentis blanditias.MS.*non habent*,ſerpentis.

Ibid. Clamauit enim per Apoſtolos Dominus noſter Ieſus Chriſtus,clamauit tot linguis in quas miſit. MS.*nõ habẽt*.in.

*Ibid.col.2 d.*nõ habeat aliquis & cupiat,& infletur,inter diuites & reprobos eum deputat Deus.Ms.non habeat aliquid & cupiat,&c.

PAG.181.*col*.1.*d*.Quod&ideò fructuosè dicunt,quia audiũt. MS.*non habent*,Quod.

*Ibid.col.2.b.*Audio dicete ſoli.*legendum*,audeo.

Ibid.c.& quia ſemper cum patre,cum patre iudicat.Ms. cum patre ſemper iudicat.

Ibidem d. Huic viſioni in fine reddemur. MS.in finem reddimur.

PAG.182.*col*.1,*a*.Dicat mihi quo vadat.*al*.qua euadat.c.

*Ibidem.*Qui ergo timet mortem,non eſt quo vadat.*aliàs*, qua euadat.c.

Ibid: Qui autem timet damnationem quam audient impij. Item ignẽ in æternum,& quo vadat.*lege*, eſt qua euadat.

Ibid. d. ſed gloriemur in eo, quód nobis permiſit humilibus altitudinem.*al*.qui nobis promiſit,&c.

Ibid,Qui poſt reſurrectionem dixit,Vade dic fratribus meis. frater noſter voluit eſſe: & cum dicimus,Pater noſter.*lege*, & cum Deo dicimus,&c.

PAG.183.*col*. 1 *a*. Quid illi profuerunt illæ diuitiæ?Mutauerũt vicem ambo.*lege*,Mutauerunt vices ambo.

*Ibid.c.*Quid dicant etiam in ſapientem?Morte turpiſſima cõdemnemus illum.*al*Quid dicunt etiam in ſapientia?

Ibid.col.2.b. Collige quod ibi tibi ſit in poſterum. *aliàs*, quod ibi tibi proſit in poſterum.

Ibid. Sed mortuus eſt ille diues, & tale ibi funus factum eſt, *lege*,& tale illi funus, &c.

*Ibid.c.*Ille qui non dedit precium redemptionis animæ ſuæ, qui non intellexit interitum,quia vidit ſapientes morientes, factus eſt imprudens, & inſipiens. MS. qui factus eſt, &cætera.

*Ibid.d.*nec potuit ſic loqui ſcriptura vt ſeparet eos à miſeria quorum vitam improbat.*lege*,vt ſepararet.

*Ibid.*Et quid putatis intelligere fratres.C.*habet*,Et quid putatis intelligo,fratres?

PAG.184.*col*.1.*a*.& miſericordia motus curauit vulnera eius. MS. *non habent*,motus.

*Ibid.b.*Quid tibi diceret diues Quid, fratres.2.MS. Quid tibi diceret diues,Habeo quinque fratres.A.C.

PAG. 185.*columna* 1, C.ipſum habent authorem qui primò pro ſuperbiam cadens inuidit ſtanti,& morte inuiſibili deiecit ſtãtem,vt etiam morte inuiſibili perderet *aliàs*,vt etiam panderet viſibilem mortem. *vel*, vt etiam viſibilem mortem penderet.

*Ibidem col.2.b.*Nónne qui dormit morti ſimilior eſt? C.*habet*, mortuo.

*Ibid.d.*qui &intus multi dormiunt,& vigilare nolunt,à ſuis à Chriſtianis audiunt. *Manuſcr. ſic habent*, à ſuis Chriſtianis audiunt.

PAG.186.

PAG. 186.*col*.1.*a*.Sed qui malè agunt,& viam ſęculi eligunt. mors paſtor eſt eis.Qui autem eligunt nomen Dei,vita paſtor eis.*al*.Qui autem eligunt viam Dei.3.

*Ibid.c.*Quid enim credimus in capite? Quoniam qui viderũt, ipſi nobis annunciauerunt. *lege*, Quod enim credimus in capite.qui viderunt ipſi.&c.

*Ibid.col.2.b.*quia fortè incurrit tibi lucrũ cũ fraude, & potuiſti facere ipſum lucrum cum fraude,diues eſſe.*lege*,&potuiſti ſi faceres ipſum lucrum cum fraude, diues eſſe.

Ibid.c. Futura promiſit qui reſurrexit, pacem in hac terra & requiem non promiſit.MS. pacem in hac terra, & requiem in hac vita non promiſit.C.

*Ibid.d.*Remanent enim illa omnia, & tulit ſecum.*aliàs*,& tollit ſecum.C.

PAG. 187.*col*.2.*c*. Aliquando in negocio veſtro auditis verũ, & blaſphematis, eccleſiam blaſphematis. 1. MS. *habet*, & ſi blaſphematis.C.

PAG.188.*col*.1.*a*.Pręualuiſſe videtur iniquitas ſuper iuſtitiam, quia occidit Cain iniuſtus Abel iuſtum innocentem. *aliàs*, in nocte.A.C.

*Ibid.*Vnus enim Deus non factus,& verè Deus ipſe ſolus.MS. & verus Deus.

PAG. 189.*col*. 2. *d*. Non ſilet à monendo, ſilet à vindicando, *aliàs*,ſilet à iudicando.C.

PAG.190.*col*.2.*c*. Et cùm tanti & magni eſſent, ait euãgeliſta; retia non ſunt dirupta.MS.*habent*,Et cum tam magni eſſent,

PAG. 191 *col*.1.*d*.Cum ergo manifeſtum ſit,multos cum Domino iudicaturos, alios verò non tã ex æquo,ſed pro meritis iudicandos.&c.*lege*,alios verò nõ tamen ex æquo,ſed. & cætera.

Ibi.col.2.a. Et gratias agit dicens, quia tandem aliquando repullulaſtis pro me facere.*lege*,pro me ſapere.

*Ibid.b.*Vocat & terram,non tamen conterendam, ſed diſcernendam.*aliàs*,non tamen concernendam.

Ibid. Primò enim cum commixtos vocauit, quando locutus eſt Deüs eorum.*aliàs*.cum concretos.

PAG.192.*col*.1.*d*.Preciũ quęris à Deo:vt aliquid tibi det Deus, vt quod tibi dederit,tuum ſit?*aliàs*,Præmium quæris.

PAG. 193.*col*.1. *b*.Quid cum illo non eſt,de illo nõ eſt, de quo dicitur,Si aſcendero.&c.*dele*, de illo non eſt.

Ibid. col. 2. b. & cuius miſericordia tibi dimittitur, quicquid tuum mali habes.MS.*habent*, quicquid tuum malum habes.

*Ibid. d.*Hoc enim ipſum quod cum Deo nondum ſumus, hoc ipſum quo inter tentationes moleſtiáſque verſamur. *lege*, hoc ipſum quod inter tentationes.&c.

PAG.194 *col*.1.*b*. Bene facis quidem, ſi hoc facis : ſed vide ſi iam ſecurus ſis.*Manuſcr*. ſed vide ne iam ſecurus ſis.

*Ibid.col.2.c.d.*Sedẽs aduerſus fratrem detrahebas.*lege*, fratrem tuum.

PAG.195 *col*.1.*b*. Vindictam ſuperſedi, ſeueritatem meam diſtuli.C.*habet*,à vindicta ſuperſedi.

*Ibid.*Deum quia non pateris vltorem, vis habere participem. *Manuſcr*.vis tenere participem.

PAG.196.*col*.1.*c*.*d*. Niſi vt oretis pro eis quos abſentes facit alienus & peruerſus affectus. *aliàs*,quos abſentia facit alienos,& peruerſus affectus.

*Ibid.col.2.c.d.*Alij verò audientes ſalubriter,in caſu fortes,metiuntur infirmitatem ſuam.*Manuſcr.habent*,in caſu fortis.

PAG.197.*col* 1.*b*.non concupiſcebat alienam,non adulterata Vxore occidit virum.*Manuſcr*.non concupiuit.

PAG. 198. *col*. 1.*c*.Videt futurum iudicem, iudicandum à peccatoribus iuſtum.&c.C.*habet*,Videt futurum iudicem iudicandum,iudicandum à peccatoribus iuſtum.

*Ibid.col.2.a.*Nouimus enim ex baptiſmo Chriſti ſolui peccata, & baptiſmũ Chriſti. &c. *lege*,Nouimus enim & baptiſmo Chriſti.&c.

*Ibid.c.*Meritò ergo in Adam omnes moriũtur,in Chriſto autem omnes viuificantur.*lege*,viuificabuntur.

PAG.199.*col*.1.*c*.Gaudebo audiendo te,non loquendo contra te.Peccaſti,quid defendis te loquendo?*Manuſcr. non habent*, te loquendo.

*Ibid.d.*Quis es enim vt te defendas?Idoneus es tu ad accuſandum te.Noli dicere,aut nihil feci, aut quid magnum feci, &c.*aliàs*,Idoneus eſto ad accuſandum te.

Ibid. Si faciendo peccatum nihil te dicis deliquiſſe, nihil eris, nihil accipies.*Manuſcr*.nihil te dicis feciſſe.

PAG.200.*col*.1.*a*.Et quando ſe homo pronum facit ad terrenas concupiſcẽtias,incuruatur quodammodo.C.*habet*, incuruatior quodammodo.

*Ibid.a.b.*voluit ire & percutere eum : prohibetur à Dauid. C. *habet*,ſed prohibetur.

Ibid.col.2.b. maluit pius interpres minus Latinè aliquid dicere quàm minus propriè. MS. Maluit potius interpres, & cætera.

PAG.201.*col*. 1. *a*. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique. In illo tempore erat Dauid quãdo ſacrificiũ victimarum, animalium offerebatur Deo. *lege*, quando ſacrificia victimarum animalium offerebantur Deo.

*Ibid.col.2.a.*Valde inutiliter,valde pernicioſe ſentiet filius patris lenitatem, vt iuſtè poſtea Dei ſentiat ſeueritatem. MS. *non habent*,iuſtè.

*Ibid.*Qui enim?Si ipſe non peccat,& nõ facit quod filius eius: *lege*,Quid enim?

*Ibid.d.*Non ergo ſperemus meliorem viam,qua præceſſit eamus.*aliàs*,molliorem viam.

PAG.202.*col*.2.*d*.Ipſa magis mutatio nominis in myſterium fecit nos eſſe intentos,ne tanquam res hiſtoriæ perſequaris,& ſecreta vela contemnas MS.& ſacrata vela.

PAG.203.*col*.2.*c*. Quid prodeſt homini ſi totum mũdum lucretur,ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſibi faciat. MS.*non habent*,ſe autem ipſum perdat.

PAG. 204.*col*. 1. *a*. Ergo acuat nouaculam ſuam Doëch.*lege*, Ergo acuat ſicut nouaculam linguam ſuam Doëch.

PAG.205.1.*col*.1.*b*.Hoc fiet à iuſtis in iſtũ Doëch. MS. hoc fiet tunc à iuſtis.

*Ibid.d.*Nõ enim tunicas inſpecturi ſumus in regno cælorum, ſed veſtis cuiuſq. fulgor iuſtitiæ deputabitur. MS.ſed veſtis cuiuſque fulgor.&c.

*Ibid.col.2.a.*Vt noueris,quia non diuitiæ puniuntur, habebat Abraham multum auri,argenti.&c. *lege*, quia non diuitiæ culpantur.

*Ibidem b.*Denique illis quid præcepit? MS. Denique ille quid præcepit?

PAG.206.*col*.2.*c*.Namque& ipſe poſtea illuminatus eſt: & illis quos perſequebatur mẽbris inſertus eſt.*lege*, & illis quæ perſequebatur.

PAG. 207. *col*. 1. *a*. At verò alio intellectu diſcuſſo,ïuenietur eſſe in pluribus.&c.MS.diſcuſſum.

Ibid.col.2.c.d. Tu illuminabis lucernam meam Domine Deus meus,illuminabis tenebras meas. &c.*Manuſcr*.illumina tenebras meas.

*Ibid.d.*Sic ergo & hic Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum.*lege*,Sic ergo & hic.&c.

PAG.208.*col*.2.*b*.Nam cum dicitur,Deus da mihi diuitias.*lege*,Nam cum dicis,Deus &c.

*Ibid.*Deus non implet arcam,ſed pectus.MS.Deus non implet domum.

*Ibidem d.*ibi timuerũt vbi non eſt timor.*lege*,vbi non erat timor.

Ibidem. Dixerunt enim, Si dimiſerimus eum, venient Romani, & tollent nobis, & locum & regnum.*Manuſcr*. & gentem.

PAG.209. *col*.2.*c*.Hoc velis & tu,ignoras qui tibi promiſerit, qui ad te veniet,quid in ſeipſo hic oſtenderit.*lege*,Hoc velles & tu,ignoras quid tibi promiſerit.

PAG.210.*col*.1.*d*.Dixerunt apud ſe,ecce mali florẽt:puto malos amat Deus,& delectatur tẽporali flore iniquorũ,conuerſi ſunt ad iniquitatem vt interirent.*lege*,& delectati tẽporali flore iniquorum,conuerſi ſunt.&c.

Ibid. col. 2. c. Ita planè eſt maledictum, ſi iudicat te in virtute ſua: ſi non te ſaluauerit in nomine ſuo.*lege*, ſed ſi non te. & cætera.

PAG.211.*columna* 2.*b*.Hodie in corde meo gaudium inuenio. quia ſine cauſa dicunt quidam.Quis oſtendet nobis bona? *aliàs*, Hodie in cordis mei gaudio inuenio quia ſine cauſa. & cætera.

*Ibidem c.*In virtute tua diſperde illos.Puto quia florẽt modò, puto quia exoriuntur ſicut fœnum.*Manuſc.habent vtrobique*: Puta.

*Ibidem d.*Dicã tamen,capiat qui poteſt,quomodo poteſt:Credat qui nõ poteſt,& ora vt poſſit.*lege*,oret vt poſſit.*dele*,&.

Ibid. & PAG. 212.*col*.1. *a*.Victimas quæram de grege ouiũ,A-

rietem eligam, taurum aliquem in armentis prospiciã, thura certè de terra Sabæorum offeram? Aliter quid faciam? *dele.* Aliter.

Ibid.col.2.c. Cur dicitur intellectus ipsi Dauid? *Dele.*

Ibid.d. vidit eos remãsisse in carne, & dimisisse diuinitatem. MS. & amisisse.

PAG.213.*col.* 1 *a.* Intelligamus membra Christi, & in membris suis intelligatur Christus. MS. Intelligant membra Christi.

PAG.214.*col.*1.*d.* Ira verò fratres si fuerit inueterata, iã odiũ est MS. Ira verò fratris.

Ibidem. Aliquando odisti & corripuisti irascentem. MS. & corripis.

*Ibid.col.*2.*a.* Quid erat facturus contra quem tibi securitatem tuus Dominus dederat, dicẽs, Nolite timere eos, *&c.c.habet*, Dominus promittebat.

PAG. 215. *col.* 1.*b.* Nunquid ergo desunt hoc tempore? Plures abundant illis qui ea curant. c. *habet*, qui eas curant.

Ibid.c. Viuit ille oculus, viuit vita tua. EST enim amissa dilectio mors tua est. *dele*, est. *&* (,)

Ibid.d. Ecce elongaui fugiens & mansi in deserto. In quo deserto? Vbicunque fugeris congregabunt se cęteri. *aliàs*, Vbicunque fueris.

*Ibid.col.*2..*c.* Submerge Domine, & diuide linguas eorum. Attende tribulantes se. *lege*, Attendit.

Ibid. & optauit hoc non de ira fratres. *al.* fratribus.

PAG.216. *col.* 1. *c.* expectet qui eum saluum facit à pusillanimitate & tempestate. MS. saluum faciat.

Ibid. Intueatur caput exemplum vitæ suæ. MS. viæ suæ.

Ibid. Sed audiant extendentis manus, venite ad me omnes. *lege*, extendentem manus.

*Ibid.col.*2.*b.* Ideò ergo tu quærebas solitudinẽ & pennas, ideò murmuras contra hæc. Ferre non potes contradictionem. *&c. lege*, ideò murmuras, & ferre non potes.

Ibid. Requiesce in his qui tecum intus sunt, & noli quærere solitudinem. c. *habet*, solutionem.

Ibid. Qui sunt dulces cibi? Non omnes qui adsunt nouerũt: sed non amaricent qui nouerunt. MS. sed non amaricentur.

PAG.217.*col.*1.*d.* Tu exclama ad Dominum, noli ad Donatũ: nemo tibi sit pro Domino Dominus, qui sub Domino noluit esse conseruus. *al.* ne tibi sit,

PAG.218. *col.* 1. *c.* Vt intelligamus voluntatem illius. Etenim hæreticis exerta est catholica. *al.* asserta.

Ibid. Multa enim latebant in scripturis: & cum præcisi essent hæretici, quęstionibus agitauerunt ecclesiam Dei. MS. & cũ præcessissent.

Ibid.d. Vnde dicuntur & in arte argentaria exclusores, id est, ex quadam confusione massæ ad suæ formæ expressores. *dele*, ad. *vel lege*, ad suam formam. A. M,

Ibid. ne perirẽt infirmi solicitati quęstionibus impiorum, sermonibus & disputationibus suis obscura legis in publicum deducerent. *lege*, deduxerunt. 3.

*Ibid,col.*2.*b.* Verbum vitæ æternæ habes, ad quem ibimus? Intelligite obsecramus vos. *aliàs*, Intendite.

Ibid.d. Et vide quis portus te excipiet. *aliàs*, quia portus te excipit. 3.

PAG.220. *col.* 1. *a.* Accedit tentatio quasi interrogatio, & inuenitur homo à seipso, qui latebat & semetipsum, sed artificem non latebat. 3. MS. quia latebat.

Ibid. b. Et fit plerunque vt stans iuxta te coniunctus sit tibi, quia hoc amat quod tu. *non habetur in quibusdam* MS.

Ibid. Quid ergo sibi vult quod ad ipsum titulum adhuc pertinet, quia tenuerunt eum allophyli in Heth. *lege*, Geth.

Ibid.d. Vua in vite pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde manat. 1. MS in vite grauidatur. c.

PAG.221.*col.*2.*b.* rursus si dicas tuum, ita quasi à te sit, cũ dicis tuum, amittis quod acceperas. *aliàs*, quod dicis tuum.

PAG.222.*col.*1.*a.* Et ingrediebantur vt viderent, & nemo dicit non intres vt videas. *aliàs*, non intras.

Ibid.a.b. Tales enim peccatores seruos volens intelligi Dominus, secundum illum intellectum euangelicum, quo omnis facit peccatum, seruus est peccati. *lege*, quo omnis qui facit peccatum.

Ibid. b. Alter videt te, imitatur te, quia & tu vt disceres talem ferre, caput tuum contemplatus es. *aliàs*, vt disceres talem te facere.

*Ibid.col.*2.*b.* Omnes sustineat anima mea foris latrantes, intus occultantes. 3. MS. foris latrones.

Ibid.c. tu ora pro eis, & noli dicere, Nũquid ecce talem hominem Deus correpturus est, tam malum, tam peruersum? c. *habet*, correcturus.

PAG. 223, *col.* 2.*c.* Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. *lege*, ex hoc in hoc.

PAG. 224. *col.* 2. *a.* Sed de agro tuo aliquid daturus es? Ipse pluit vnde haberes. 3. MS. vt haberes.

Ibid.d. PAG.225.*col.*1. *a.* Poterat enim illa tũc virum amplius amare, si pulchritudinem interiorẽ sustineret inspicere, quia ille pulcher erat coram oculis Dei. *al.* si pulchritudinem interiorem nosset & inspiceret.

PAG. 227.*col.*2.*a.* Populus ille minutus male deceptus, male seductus à principibus sacerdotum Iudæorum. MS. *non habent*, sacerdotum.

PAG.228.*col.*1.*b.* Et quid tibi fecerũt ô Domine? Exultet hic propheta. *lege*, Exultat.

Ibid.b. Illos sæuientes, illum tolerantem: illos insultantes, illum quasi victum vidit in spiritu. 3. MS. *habent*, exultantes.

*Ibid.col.*2.*c.* Sed iam te tradidit in manus fortè latronis, aut in manus alicuius iniusti: vel circumuenire te satagit apud iudicem, & tu in pressura es, ille lætatur. *al.* aut in manus alicuius iniusti, vel circumuenti à se iudicis.

PAG.229.*col.*1.*d.* sine vlla caligine visionis, sine interpolatione aliqua falsitatis: vident, diligunt, *&c. aliàs*, interpellatione. 3.

*Ibid.col.*2.*c.* Non enim & scriptum non habebant, sed legere nolebant. *al.* Non enim est scriptum quia non habebant.

PAG.130. *col.* 1.*d.* Vides fortasse etiã indigentem vagari. MS. vacare.

Ibidem. Si vincit cupiditas, cur non potius veritas? *aliàs*, Sed vincit. 3.

Ibid.col. 2.*a.* Ecce cogitas aurum negare, ecce cogitas hæreditatem amici tui prorsus abscondere. 3. MS. ecce cogitas hæredi amici tui.

Ibid.c. Videte ergo si nõ sequãtur se voces istæ. MS. *nõ habẽt*, se.

PAG.232.*col.*1.*a.* Aspis cũ cœperit pati incantatorẽ Marsum, qui eam quibusdã carminibus propriis euocat, sicut sunt multa etiã magica, audite quid facit. MS. *hab.* machinamẽta.

Ibid.c. Vbi venit ad commemorationem Christi, quem illi omnino audire nollent. MS. noluerunt.

Ibid.d. Nam ibi hoc fecerũt vbi nominatus est Christus. MS. non ibi hoc fecerunt. 2.

*Ibid.col.*2.*c.* Reuocat à recordandis cum delectatione pręteritis, & cum quadam concupiscentia fruendis. MS. Reuocat recordantes cum delectatione à præteritis, & cũ quadam concupiscentia fruendi.

Ibid. ne te alligando, præsentia non permittant peruenire ad futura. *al.* ne te aliquando.

Ibid. d. Offer omnia membra tua percutienti, dummodo caput integrum serues. MS. dummodo caput in te serues.

PAG.233.*col.*1.*d.* Quærit Deus imaginem suam, reddite. Non perdat ex vobis Cæsar numũ suũ: non perdat Deus in vobis numum suum. MS. *habent*, Non perdit ex vobis Cæsar.

PAG.234.*col.*1,*c.* Ille vel conniuens, vel non intelligens, vsus tamen est lege sicut iudex. MS. Ille vel cohibens.

PAG.235.*col.*1.*a.* Gestas in sinu prunas perforata tunica: gestas in corde adulterium, & integra est anima? MS. gestas in cogitatione adulterium.

Ibid.c. Initium peccati hominis apostatare à Deo. *lege*, Initium peccati omnis.

*Ibid.col.*2.*b.* Priusquam producat spinas vestras rhamnus, tanquam viuentes tanquam in ira combibit eos. MS. cõbibet.

Ibid.b.c. Herba est rhamus & modo tamen est spina. *le.* Herba est rhamnus. *& pro*, spina, MS. *habent*, pœna.

PAG. 237.*col*2.*a.* Aut verò sic ad nos venit vt illũ deseresset, aut sic illum dimisit, vt ab illo discederet? 3. MS. aut sic illã misit.

Ibid. quia tũc vetus homo noster simul crucifixus est cũ illo, MS. *non habent*, tunc.

Ibid.b. Refert hoc ergo ad corpus Christi. 3. MS. Refer.

Ibid.c. Factum est hoc in carne Christi, fiet & in nobis: *lege*, fit & in nobis. 3.

PAG.238.2.*col.a.* & hœdus visus est eis agnus, & qui veluti hœdum occiderunt, ab agno redimi non meruerunt. MS. & quia veluti hœdum.

PAG. 239. *col.* 1. *d.* Cum ergo talis esset Christus, & ideò contemptus, & ideò lapis offensionis & petra scandali. *lege*, id est, contemptus, id est, lapis.

PAG. 241.*col.*2.*d.* Quisnã non cognoscit gẽtes subiectas imperio Romano? Quæ quidem erãt quãdo omnes Romani facti sunt. *aliàs*, Quis iam cognoscit gentes subiectas Romano Imperio? Quę quid erant quando omnes. *&c.* 3.

PAG.242.*col.*1.*b.c.* Dominus autem Deus noster, sicut eũ videtis bonam hanc terram visitare imbribus solennibus. *dele*, bonam. 3.

Ibid.c. & de corde suo fructus quæret. *lege*, nostro. 3.

*Ibid.col.*2.*a.* Per omnes gẽtes manent certè, & Iudæi sunt, nec destiterunt esse quod erant: id est, gens ista non ita cessit in iura Romanorum vt amiserit formam Iudæorum. *al.* non ita cessit iniuriæ Romanorum.

Ibid. Nam omnes, quia multi eorum conuersi ad eum quem occiderunt, & in eum credẽdo, veniam de effusione ipsius sanguinis meruerunt. *lege*, Non omnes.

Ibid.c. Nunc itaque quoniam nondũ fatigati estis ad audiendum erigite corda vestra. MS. fatigati estis in audiendo.

Ibid.d. Et continuò intulit, delicta oris eorũ sermones labiorum eorum, hoc est illud occide non ipsos. *lege*, Delicta oris eorum sermonem labiorum meorum, hoc est illum occide non ipsos.

Ibid. & PAG.243.*col.*1.*a.* Disperge ergo illos, & deduc eos, id est, noli deserere cum dispergis: quia non deserendo habes quod illis agas. MS. qui non deserendo.

PAG.243.*col.*1.*b.* Extincta quippe morte in moriẽte, & resurgente vita de morte in viuente. 3. MS. à viuente.

*Ibid.col.*2.*a.* Quando infirmior tunc fortis sum. Nam hoc vitio. MS. tunc potens sum. *lege*, Num hoc vitio.

PAG.244.*col.* 1.*c.* Mortuus est inter manus Iudæorum & redemit multitudinem gẽtium, effusus est sanguis ac profuit, sed conuersis omnibus profuit. 3. MS. *habent*, hac fusus est.

Ibid.d. Quia multiplicatæ sunt infirmitates eorum: nam si ibi adhuc sani viderentur. *&c. lege*, nam si sibi.

*Ibid.col.*2.*a.* Quia pro nihilo habes omnes gentes. 3. MS. habebis.

Ibid. Veniant ad angulum, ibi conueniant, ibi concurrant: ibi pacis osculum inuenient. *lege*, inueniant.

Ibid. De diuerso veniant, sed in aduersum conueniant. *lege*, sed in aduersum non veniant 3.

Ibid. In angulo autem teneant se, & tota iam ecclesia ex vtroque pariete quid dicat. *al.* ex vtraque parte.

Ibid. Ego autem cantabo potentiã tuã, & exultabo mane misericordiam tuam: MS. misericordia tua. *& sic in seq.*

PAG.245.*col.*1.*b.* quando scilicet figurauit ecclesiam ex multis constantem, distantem vsque ad fines terræ. *lege*, distentam vsque 3.

Ibid.c. cum succendit Mesopotamiam Syriam, & Syriã Sobal. *lege*, Mesopotamiam Syriæ. *& sic postea in sequentibus.*

PAG.246. *col.*2.*a.* Ostendi plebi tuæ dura. *lege*, Ostendisti.

Ibid.d. Sed modo non accipis, non enim iam venit tempus vt accipias. 3. MS. Si modo.

PAG.247. *col.*1. *d.* Moriantur mali pro vetusta vanitate sua. *aliàs*, Moriantur alij. 3.

*Ibid.col.*2.*b.* Et vnde fructificatio fortitudinis eius? *lege*, fortitudo eius.

Ibid.c. Quia enim præcessit te, debes sequi. MS. tu debes.

PAG.248.*col.*1.*b.* Nescis Iudęos malè vrendo lege, Christum occidisse? Ergo propera, & qua præcessit rex tuus sequere. 3. MS. Ergo spera, & quo præcessit.

Ibid c. Sæuiant tribulationes, bulliat scandalis mundus, extẽdam calciamentum meum vsque in Idumæã: vsque ad eos ipsos qui terrenam vitam diligunt. *aliàs*, degunt. 3.

*Ibid.col.*2.*a.* Vox tonitrui tui in rota. Ipsa est ciuitas circunstãtiæ, quæ dicta est rota. 3. MS. Rota ipsa est.

Ibid.b. quando bestiis subiiciebantur. 3. *Manusc.* subigebantur.

PAG.249.*col.*1.*b.c.* Ostendit se esse per omnes gentes toto orbe terrarum, non in magna gloria. 3. *Manuscr. omittunt*, non.

*Ibid.col,*2.*d.* quo cũ fugero, non solum vitabo tela inimici, sed etiam in illum quæ voluero securus ipse iaculabor. *Manusc.* in illum quem voluero.

PAG.251.*col* 1.*b.* Perseuera vota reddere in isto die. 3. MS. Perseuera, redde vota in isto die.

*Ibid.col.*2.*d.* Nã quisque pro modulo nostro exoluimus quod debemus, & pro posse virium nostrarum quasi canonem passionum inferimus. *aliàs*, pro possessione. 3.

PAG. 252. *col.* 1. *a.* Rex huius ciuitatis Christus est: ipse enim dicit? Mater Sion. MS. ipse enim ei dicit.

*Ibid.col.*2.*a.* Intendo enim euangelio quodam loco, & monet me, puto quod & vos. *lege*, & mouet me. 3.

Ibid.b.c. Si diceret, Multi enim sunt vocati, & plures electi, pauci verò reprobi: in paucis fortè verisimilius intelligeremus vnũ illum. 3. MS. in paucis verissimè melius intelligeremus.

PAG.253.*col.*1.*a.* Dulcis est enim vna patria, & vera vna patria. 3. MS. dulcis enim vna patria, & verè vna patria.

Ibid.b. Procul dubio intelligis iam natos fuisse multos homines. 3. MS. intelligas.

PAG.254. *col.*1. *a.* Conspirati oderunt, comminuti credunt. 3. MS. immutati credunt.

Ibid. Dicitur enim vinum vetus veteres homines. 3. *Manusc.* acetum vetus.

Ibid.d. Quæ patientia mea inter tanta scandala? *dele*, mea.

*Ibid.col.*2.*d.* Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates. *Manusc.* principes.

PAG.255.*col.*1.*d.* Tu sitis: qui cõtra te ista cogitant, ab eis quos bibis produntur. *aliàs*, Tu siti. *Manuscr.*

*Ibid.col.*2.*a.* Pascet te qui fecit te. Si pascit latronem, nõ pascet innocentem? *lege*, Qui pascit, 3.

Ibid.b. Diues es, & ecce iã non concupiscis adhuc habere quia multa habes. 1. *Manuscr.* iam non concupiscas. M.

PAG.256.*col.*1.*b.* & effundens super se animam suam peruenit ad principium, & verbũ Dei apud Deum. *aliàs*, & verbum Deum apud Deum. 3.

Ibid. col. 2.*b.* Et quis illi dicit, quid fecisti? *lege*, Et quis illi dicat. 3.

Ibid. Diabolo potestas quędam est, plerunque tamen vult nocere & non potest. *aliàs*, Diabolus. 3.

Ibid.b.c. Noli ergo timere, nisi permissum aliquid facere tẽtatorem. *lege*, Noli ergo timere permissum. 3.

Ibid.c. Noli dicere, & quare dat tantam potestatem, & non de potestate habet æquitatem. *aliàs*, & non dat misericordiã. 3.

Ibidem. Facere potest aliquid Deus vt tu nescias quare faciat: inique tamẽ facere non potest. *Manusc.* iniquitatem tamen.

PAG.257.*col.*1.*a.* Vbi est ergo ista iustitia? Quęres in terra. Absit. Non enim aurum vt lapides preciosos quæris, iustitiam quærens. *lege*, aut lapides.

Ibid.b. Si videris nudũ, vesti eũ: hoc enim iustitia est, hoc enim tibi præcepit Dominus. *Manuscr.* hæc. *vtroque loco.*

Ibid. c. iustus sine dubitatione, iustus qui non habebat peccãtum. *Manuscr.* qui non habet.

Ibid.d. Quanta bona agit passio Domini. *lege*, agit.

*Ibidem col.*2.*b.* Quod voluit, imputatur iniquitati impij: quod permissum est, imputatur potestati Dei. 3. MS. quod permissus est.

Ibidem b. Vide quid tibi fecerit iniquus, quid iustus. *Manuscr.* inimicus.

Ibid. c. Post tractatum cum mathematicus in populo mõstraretur. *Manusc.* Et post tractatum de psalmo sexagesimoprimo cum mathematicus in populo monstraretur, de eo idẽ ipse intulit. C. A.

Ibidem d. Modò sicut de illo credendum est, horruit mendacium, & multorum hominum interitũ: se aliquando à diabolo sensit illectum. *aliàs*, & multorum hominum illector, se aliquando à diabolo, *&c.*

PAG. 258.*col.*2. *a.* & ista diligentia misericordia est, ne ille seductor retrahat cor & oppugnet. *al.* redeat ad cor. 3.

*Ibid.col.*2.*c.* quicquid patitur ecclesia ipsius in tribulationibus huius seculi, in tentationibus, in necessitatibus, in angustiis, quibus illam oportet erudiri. MS. quia sic illam oportet erudiri.

Ibidem d. Et hoc est desertum vbi multum sititur. 3. MS. Et sic.

PAG. 259.*col.*1.*d.* Et videte quanta desideria sint in cordibus hominum. Alius desiderat argentum. 3. MS. *habent*, Alius desiderat aurum, alius desiderat argentum.

Ibid. Videtis desideria ista, quomodo ardent in cordibus hominum. 3. quomodo sunt in cordibus.

PAG.260.*col.*1.*d.* sed remanebit siti moriturus, nec viam inueniet, nec consolationem, nec aquam, *&c.* MS. nec consolatorem.

PAG.261.*col.1.c.* Est aliud quod nobis seruat.MS.Est aliquid.

Ibid.d. Nõ enim hoc pro magno desiderat vt pingues arietes, vt pingues porci illi mactarentur. *le.*desiderauit.

Ibid.col.2.b. Habentes patriam nostram, quæcunque terrenæ sunt semper ibi esse non possumus.*lege*,quęcũque terrena. *aliàs*,semper ibi habere,c.

Ibid.c.d. Si memoratus sum tui super stratum meum in diluculis meditabar in te.*Ms*.meditabor.*similiter in sequentibus.*

PAG.263. *col.1.c.* Nunquam enim tantas tribulationes carne tolerarent, nisi magnam quietem mente conciperent. *al.* conspicerent.3.

Ibid.d. Exaudi Deus orationem meam cũ deprecor.3. MS.cum tribulor.

*Ibid.col.2.b.c.*Intendite. Parũ ergo erat Domino hortari martyres verbo,*&c.*MS.Dominum.

*Ibid.c.*non tacuit vitia eorum, vt ipsa potius eis displicerent, non medico à quo sanabantur.*lege*,non medicus.

PAG.265.*col.1.a.* Ergo isti defecerunt scrutantes scrutationes. *lege*,Ibi ergo isti.3.

Ibid.c. Accedat homo ad cor altum & exaltabitur Deus. MS. Accedet.

*Ibid.col.2.d.*Dormientes testes adhibes: verè tu ipse obdormisti,qui scrutando talia fecisti.*al.*defecisti.3.

PAG.266.*col.1.b.*qui intelligebant quia in omnibus suis malis perscrutationibus consiliorum vtique defecerunt. *aliàs*, vbique defecerunt.3.

*Ibid.col.2.c.d.*iã quia manifesta sunt omnia,quæ prędicta sunt omnia,quæ credita sunt omnia, sub omni cælo, lætabitur iustus inDomino.MS.quia prædicata sunt omnia,quia credita,*&c.*

PAG.267. *col.1.c.*Terremur quia timemus:docete nos nõ timere,& non terremur.2.MS.Terremus quia timemus: docet nos non timere,& non terremus.

Ibid.col.2.b. Factũ est completis septuaginta annis,restitutum est templum quod deletum erat.*al.*deiectum.3.

*Ibidem c.*Ciuitas quidem illa terrena cuiusdam ciuitatis æternæ in cælis vmbram gerebat,*lege*, Ciuitas ergo quædã illa terrena.

*Ibid.d.*Illa Hierusalem Hiebusæorum:nam primò Hiebus dicebatur,inde gens Hiebusæorum deleta est.3.MS.eiecta est.

PAG.269.*col.1.b.* Aut venerunt pueri & non allati sunt infantes.2.MS.& non venerunt infantes.

*Ibid.col.2.c.*Morte enim succedente, profectò auferetur. *lege*, auferretur.

PAG. 270.*col.1.c.*Aliud quidem est bonum domus illius. *lege*, Aliud quiddam est.

*Ibid.col.2.b.*Audi illum regem cui ista dicuntur, qui venit vt te reducat,& se tibi fecit viam 2.*Ms*.& se tibi faciat viam.

Ibid. Aperuit modo appetitus de quo dixerat.2.MS.Apparuit modò.

PAG. 271. *col.1.d.* Ecce iam omnes timent antea qui turbati erant,timent iam omnes.Non timuerunt Christiani,& timentur iam Christiani.*aliàs*,Ecce iam omnes timent,antè aliqui turbati erant, timent iam omnes. *& lege*, Et timuerunt Christiani.*&c.*

Ibid. col.2.a. Attende quod tibi promisit Deus facienti iustitiã & contemne quod tibi promittit homo.3.MS.Attẽdis. *&*, contemnis.

*Ibid.b.*vt abducat iustitiam,&adducat iniustitiam.*lege*,vt à iustitia abducat,& adducat ad iniustitiam.

PAG.272.*col.1.a.*Lætetur in stillicidiis suis cum exoriretur,augeatur & roboretur, & capiet sapientiam. MS. augetur & roboratur.

*Ibid.d.*Laborauerunt prophetæ vt seminarent,& vos cũ falce intrastis ad illorum labores.MS.ad aliorum labores.

Ibid.col.2.b. aliud clamare sacrilegium,aliud clamare laudes. *lege*,laudes Dei.

Ibid.c.& hic haberent bona carnalia,& in resurrectione mortuorum talia sperabant,de æqualibus hic gaudebant,*lege*, de qualibus.

PAG. 273. *col.1.d.* Hic mihi dicis.Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus.Hic mihi dicis. Luceant. *&c. lege*, Hac mihi dicis,*vtrobique*.4.

*Ibid.*Non,ait Dominus,diuersa iubeo. Finem attende. 2. MS. Nam,ait Dominus,non diuersa iubeo.

PAG.274.*col.1.a.*Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. 4. MS. & velle & operari pro bona voluntate.

*Ibid.b.*Nam vt noueritis hoc esse factum de ipsa superbia Iudæorum quasi se ex operibus legis iustificantium, & ideò cadentium.2.MS.& ideò gaudentium.

*Ibid.col.2.d.*Multitudo potentiæ Domini secũdum quod homo factus est,in virtute resurrectionis apparet. 4. MS. Magnitudo potentiæ.

*Ibid.*Hanc commendat & Apostolus cum dicit: Non habens iustitiam quę ex lege est,sed eam quę est per fidem Christi, 4.MS.non habens meam iustitiam quæ ex lege est.

PAG. 275.*col.1.a.* Mendacium ergo illorum ad cõmendãdam multam potentiam tuam valebit.*al.*valebat.4.

*Ibid.a.b.*excepto eo quod dixerat de Iona, per aliã similitudinẽ hocipsum itẽ dixit: vt noueritis hoc propriũ signũ maximè commendatum.c.*habet*,hoc primum signum.

*Ibid.b.*Vnde Iudæi templum foris videbant,numen intus habitans non videbant.*al.*lumen intus.*&c.*

*Ibid.*Dixerunt enim falsi testes ad eum.*&c.le.*aduersus eum.

*Ibid.*Audiuimus enim eum dicentem,soluam templũ hoc.*dele*,enim.

*Ibid.col.2.a.*Nõne in multitudine potẽtiæ tuæ mentiti sunt tibi inimici tui?3.MS.mentientur tibi

*Ibid.*Mentiantur etiam ipsi.Quid dicturi sunt? Dicite, videamus:mentimini & vos.4.MS.*habens*,mentiemini & vos.

*Ibid.d.*Certe in aridam conuersum est mare:modo sitit aquã dulcem mundus,quia salsa plenus erat.4.MS.qui salsa.

*Ibid.*Vide flumen,alia veniunt & transeunt.4.MS.Videte.

PAG. 276. *col.1.a.*Non quęrat equum vt transeat,non erigatur superbia ad transeundum flumen: humilis transeat,& ocius transit.*al.*& tutius tranſit.4.

*Ibid.*Flumen enim modo est quando mortalis est.4.MS.mortalitas est.

*Ibid.col.2.c.*Quia multa passuri sumus.*lege*,passi sumus.4.

PAG.277.*col.1.a.*Quando sunt res angustæ, & aliquæ infelicitates sunt in hoc mundo,quasi ignis est. MS. quę infelicitates dicuntur in hoc mundo.

*Ibid.b.*Quod autem in sacramentis aqua baptismi,hoc etiam in tentationibus huius seculi angustia timoris. MS. *habent*, Quod autem in sacramentis hoc in tentationibus angustia timoris.

*Ibid.*Cum autem te ignis erepare non suffecerit.4.MS.non fecerit.

*Ibid.*Nam si dicas calorem,verum est. 4. MS. Nam si dicas calor est.

*Ibidem c.*Totum enim meum consumit ignis tuus.*lege*,consumat.

Ibidem Hoc autem erit in resurrectione mortuorum.*aliàs*,iustorum.4.

Ibid.col.2.d. Olim ad lapidẽ clamabam,ad lignum surdũ clamabam.*al.*Homo ad lapidem clamabam.4.

PAG. 278. *col.1.a.* Et exaltaui sub lingua mea.2.MS. Et exultaui.

*Ibid.b.*Vide si non in corde tuo conspicis iniquitatem,nefortè quod reprehẽdis in altero cogites facere.*aliàs*, cõcupiscis iniquitatem.2.

*Ibid.*quicquid triste minatum fuerit vt impellat ad malè faciendum,totum nihil est.*lege*,minata fuerit.4.

Ibid.c. Ibi suggeritur, non cesset suggestio, sed nõ fiat respectio.4.MS.Ibi suggerit,non cesset suggestio,sed fiet respectio.2.

*Ibib.d.*tamen ad profectum & mores bonos ab ipso inspiramur.3.MS.inspirantur.

*Ibid.*Et si suggeritur iniquitas,noli consentire.4.MS.Et si suggerit.

*Ibid,col.2.a.*Multi enim languescunt in orando,& in nouitate suę conuersationis feruenter orant.*&c.lege*,cõuersionis.4.

*Ibid.*Quasi securi sunt: vigilat hostis.MS.Quasi securi sunt.

PAG. 279.*col.1.a.*Deus autem qui omnia potest agricola noster est,securi sumus. 2.MS. securi sumus.

Ibid.col.2.b. & videt sibi subtractum esse quod calcabat, non ibi incumbebat,& dicit secura,Dominus dedit.*lege*, nõ vbi incumbebat.4.

Ibidem d. Surgit quotidie, currit ad Ecclesiam Dei,orat, audit lectionem, hymnum cantat, ruminat quod audit. *lege*, quod audiuit.4.

Ibid. apud se cogitat, recondit intus grana electa de area.4. *Ms*.collecta.

PAG.280.*col.1.a.* Metitur ex se,comparat ex viribus suis, & ideo fallitur.4.MS.compatitur ex viribus suis.

*Ibid.*ignorans ô homo verè tu tibi inimicus es.4,*Ms*.ignoras.

Ibid.c. Solis huius vultum illuminat super bonos & malos, vultum tuum illumina super nos.*lege*, Solis huius vultum illuminas.c.

*Ibid.d.*Mitte radium sapientiæ tuę,repellas tenebras nostras. *lege*, expellat.4.

Ibid. Nisi cognoueris temetipsam ô pulcherrima inter mulieres.4.MS.ô pulchra.

*Ibid.*O anima ecclesiæ speciosa,redẽpta sanguine agni immaculati attẽde quãti valeas.4.MS.O anima ecclesiæ preciosa.

PAG.295.*col.1.b.*& quanto magis silentia, tanto magis formidolosa,cantant tamen qui latrones timent.2.MS. cãtant tamen & qui latrones timent.

*Ibid.*Quid enim timetis confiteri,qui intenitis hanc viam.4. MS inuenistis.

Ibid.d. Nemo se fallat: gaudet iudicandus, qui timuit iudicaturum.4.MS.Nemo te fallit: gaudeat iudicandus,*&c.*

*Ibid.col.2.a.*Verè timere poteris causam tuam,vbi aduocatus tuus erit iudex tuus.2.MS. *cum interrogatione legant.*

*Ibid.*Sed timere poterunt ne malè iudicentur.*aliàs*, Sed timere potuerunt.4.

Ibid. Hic corrigantur,& non timeant cum iudicabuntur. *al.* vt non timeant. 2.

PAG.283.*col.2.d.*Iste est enim locus sanctus.*adde*, Domini. 4.

PAG. 284.*col.1.d.* oportet vt ostendatur secundum proprietatem carnalem qui tunc compediti,quique etiam habitãtes in sepulchris,educti sunt.4.MS. secũdum proprietatem corporalem.

Ibid.col.2.c. Nec in isto sensu mouere debet quod mons,non montes.2.MS.quod ait mons.

PAG.285.*col.1.a.*Vnde & Apostolus qui dixerat legem infirmam esse per carnem.4.*Ms*.infirmatam esse.

PAG.286.*col.2.c.*quam colũbæ illius deargentatæ partem in viriditate auri esse dicit,hoc est,in virore sapiẽtiæ, quẽ virorem melius non puto intelligi posse quam charitatẽ. 4. *Ms*.hoc est,in vigore sapientię,quem vigorem,*&c.*

PAG.287.*col.1.b.* Optime autẽ factum est vt loco psalmi huius,interpretes nostri non dicerent,*&c.*4.*Ms*.vt hoc loco.

Ibid. Porrò si isti cleri duo testamenta significant,quid aliud admonemur, nisi vt testamentis inter se consentientibus non repugnemus.*aliàs*,nisi vt ea testamenta inter se consentire non repugnemus.

*Ibid.c.d.*Nam qui Deo propterea seruiũt,vel potius propterea seruire volunt,*lege*,nolunt.4.

*Ibid.col.2.b.*Et qui tam beatè dormierunt.4. MS.tam bene.

PAG.289.*col.1.a.* Sed quid prodesset mandatũ nisi Dominus ibi sit de quo dicitur.4.MS.nisi Dominus ibi esset.

*Ibidem d.*Dominus quippe in illis in Sina sancto.4.MS.in Sina in sancto.

Ibid.col.2.c. Sed conquassabit capita eorum, quoniam qui se exaltat humiliabitur.4.MS.conquassauit.

Ibid. d. sed propter humilitatis & potentiæ documentum, & sanguine suo delendum nostrorum chirographum peccatorum,etiam suum esse voluit exitum mortis.*lege*, & patiẽtiæ documentum.

Ibid. Vtroque enim modo conquassantur & confringuntur capita inimicorum,cùm à superbia deiiciuntur, siue humilitate correcti,siue in ima tartari absorpti.4.MS.abrepti.

PAG. 290. *col.1.a.*nisi quia confunditur de peccatis suis,qui pro eis dimittentis precatur misericordiam. *lege*, dimittendis.4.

Ibid.b.& extra siccitatem.quia eius desideramus imbrẽ. *aliàs*, qua eius.4.

*Ibid.*in seipsum quippe conuertit Dominus, cum salubriter conuertit, & non est vtique ipse in profundo maris. 4.MS. & non est vtique ipse profundum maris.

Ibid. Non enim ille se conuertit, sed sibi conuertit eos qui in profundo huius sæculi iacent demersi pondere peccatorum.4.MS.sed ibi conuertit.

*Ibid.c.*Qui & si intelligatur, ibi se cõuerti ad liberãdos etiam tales non est incõgruum.3.*Ms*.ibi ipse conuerti.

Ibid.col.2.b. cũ aũt venit plenitudo temporum.4. MS.tẽporis.

PAG.291.*col.1.a.*Ecstasis namque est mentis excessus, quod aliquando pauore contingit, nõnunquam verò per aliquã reuelationem & alienationẽ mentis,*&c.*2.*Ms*. per aliquam reuelationem alienatione mentis,*&c.*A.*M.*

*Ibid.a.b.*Cùm Apostolus significet principes,ibi est & Beniamin. 4.*Ms*. Cùm apostolos significet principes, vbi est & Beniamin.

Ibid.b. & hoc loco principes ecclesiarum, ducésque eorum qui in ecclesiis benedicunt Dominum video commendari, non absurdè etiam istum sensum probo.3.*manuscr.* prodo.

*Ibid.col.2.b.*quæ ducuntur variis desideriis erroris semper discentes.*dele*,erroris.

*Ibid.d.*quod bonis in sacramentorum eius societate non obstat.*aliàs*,obsint.

PAG. 292.*col.1.a.* Hoc ergo prophetat vt ipsi potius dispergantur.2.*Manuscr.*profert.G.C.

*Ibid.*Gentes autẽ appellauit non propter generationes familiarum sed propter generarioues sectarum, vbi series successionis cõfirmauit errorẽ. 4. MS. sed propter genera sectarum,vbi series successionis confirmat errorem.

*Ibid.c.*Qua distinctione multorum codicũ,& authoritate digniorum consonanti sine dubio præferenda fides cõmendari mihi videtur.*distingue hoc modo*,Qua distinctione(multorum codicum,&authoritate digniorũ consonantia,sine dubio præferenda) fides commendari mihi videtur.4.

PAG. 293. *col. 1.d.* Christus enim hoc loquitur. *lege*, hic loquitur.4.

*Ibid.col.2.a.*magísq;nobis demõstrandum est, vbi eius mẽbra loquantur, vt ostendamus quia totus hic loquitur, quam dubitandum quod Christus loquitur.*lege*,loquatur.

*Ibid.c.*qui non propter aliquem leuandum descendimus,sed cecidimus.4.MS.propter aliquid.

Ibid.d. Granum illud est cõtemptum mundo quod videtur humiles dare voces.4.MS.contemptum modo.

PAG.294.*col.1.d.*An ego inhærens factus sum non esse substantia.4.*manuscr.* An ego inhærendo.

PAG.295.*col.2.a.*Sed quanta vox fuit,aut quam diuturna.4. *manuscr.*quanta illa vox fuit.

*Ibid.*Ille omnia verba dicebat.*aliàs*,vera dicebat.G.C.

PAG.296.*col.1.c.* An aliquid perdidit de domo sua diabolus? Iste discutiat raptor,*&c.lege*, An aliquid perdidit de domo sua diabolus iste?Discutiat,raptoris nihil.*&c.*4.

Ibid. Et tamen nihil rapuisse se dicit, peccatum attendens, nihil vsurpasse quod eius non erat.4.*manuscr.*non esset.

*Ibid.d.*Tu scis quare fieret, tu scisti imprudẽtiam meam, *lege*, Tu scisti quare.*&c.*4.

Ibid. col.2.b. Delicta nulla Christus habuit, fuit delictorum susceptor,non commissor. 4.*manuscr.* sed non commissor.

PAG.299.*col.1.c.*Propter inimicos autem meos erue & corpus meum.4.*manuscr.*erue me & corpus meum.

Ibid. Nihil enim inimicis meis proderit si solam animam liberauerit.*lege*,liberaueris.

PAG.300.*col.1.d.*Vel quia coram ipsis est muscipula, & incidunt.4.MS.non incidunt.

*Ibid.&col.2.a.*Quanto melius erat auerti à muscipula,peccatum cognoscere,errorem damnare,amaritudinem coërcere,*&c.*4.MS.amaritudine carere.

*Ibi.co.2.b.*at verò q futuræ spẽ nõ intelligũt.4.MS.futuræ vitę

*Ibid.c.*Perdat oculos mentis,sed tamen circũfluant omnia tẽporalia,felicem appellãt.4. MS.sed tamen circũfluat omnis abundantia rerum,fœlicem.*&c.*

*Ibid.d.*Quid profuit illis Caiphas dicẽdo,nos si istum dimiserimus sic.2.MS.Quid profuit illi Caiphæ dicere,*&c.*A.M.

PAG.302.*col.1.a.* Sed sunt diuites Christiani,Prorsus si Christiani sunt,pauperes sunt.4.*manuscr.*Sed sint diuites.

Ibid col.2. d. ne deficientes & forte acerbis persecutionem cedentes doloribus,*&c.aliàs*,crebris.G.C.

PAG.303.*col.2.c.*Factum est & aliud quod cõsequens fuit.4. *manusc.*Factum est & illud.

Ibid. d. In cogitationibus tanquam in abysso ligatus est diabolus.3.MS.tanquam in abysso visco ligatus,*&c.*

PAG.304.*col.1.b.*Audi ab Apostolo postea dicẽte.*lege*,Audiãt.

*Ibid.co.2.a.*Apertissimis vocibus Donato dicuntur ista cãtica. Euge,euge,*&c.alias*,dicuntur ista cantata.4.

PAG.306.*col.1.a.*In omnib' scripturis sanctis gratia Dei liberat nos,cõmẽdat se nobis. 4.MS.gratia Dei quæ liberat nos.

Ibid. Aderit Dominus vt ſic ea in corde concipiã quomodo dignũ eſt,& ſic ea promã,*&c.* 4.MS.*habẽt vtrobiq.*,ſic eam.

Ibid..*b.* Hæc eſt ergo tota ſcientia magna hominis,ſcire quia ipſa per ſe nihil eſt.4.MS.Hæc eſt ergo tota ſcientia magna hominem ſcire, *&c.*

Ibid.c. Sed ideò inquit miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci incredulitate.MS.in incredulitate.

*Ibid.*ad informationem eorum qui credituri ſunt in vitam æternam:id eſt,vnuſquiſque peccator,*&c.* *le.*id eſt,vt vnuſquiſque. 4.

*Ibid.col.*2.*c.*& tamen ait Apoſtolus.4.MS.ait illis Apoſtolus.

PAG. 307.*col.*2.*b.* Contempſerat imperatorem cum inſignibus armis & exercitu potente.3.MS. cum inſignibus armis, exercitu, poteſtate.

*Ibid.d.*Intus eſt hoſtis,lex illa in mẽbris, ſunt & foris hoſtes. Quo clamas?Ad illũ cui clamatũ eſt.3. MS.lex illa in mẽbris. Sunt & foris hoſtes,propter quos clamas ad illum, *&c.*

PAG.309.*col.* 1 *a.* Et fortè ipſa erat ſenectus eius, quia ex vetuſtate non incongruè ſenectus vocatur, ait Apoſtolus. 4. MS.Et ait Apoſtolus:Vetus,*&c.*

Ibid. Quid times ne derelinquat te,ne abiiciat in tempore ſenectutis.4.MS.in tempus ſenectutis.

*Ibid.d.& col.*2.*a.*Nõ ergo ideò dico,Deus quid tibi feci, quia nihil omnino mali feci vt iſta dign⁹ ſim pati 4.MS. quia nihil omnino mali feci,ſed quia non tantũ feci vt iſta, *&c.*

Ibidem c. 2.*b.* Fortè enim & oratio pro ipſis eſt quam audiſti. 4.MS.eſt iſta quam audiſti.

*Ibid.c.*Quando infirmor tunc fortior ſum.4.MS.tunc potens ſum.

*Ibid.d.*Non ei diſplicuit Ieſus,quia paſſurus erat lapidationẽ. *al.*quia paſſus erat.4.

PAG.310.*col.* 1. *d.* Ergo tota die laudẽ Dei dic, ſcilicet in proſperis & in aduerſis.4.MS.ſi & in proſperis & in aduerſis.

*Ibid.*Tota tamen die laudem Dei, vt non fruſtra cantaueris. MS.laudem Dei dic,vt non,*&c.*

Ibidem col. 2. *b.* Hinc enim auiditate neſcio qua acquirendi ô negociator, quando damnum paſſus fueris, blaſphemas.3. MS.blaſphemabis.

*Ibid.c.*neque enim non ſi vellem, poſſem agere ſine iſto vicio.3.MS.non poſſem agere ſine iſto vicio.

PAG. 311. *col.* 2. *c.* quiſquis alius ante ipſum motum deſcenderat non ſanabatur.*lege*,deſcenderet.4.

PAG. 312. *col.*1.*a.* In ipſa gratia glorians literaturam non cognoui:id eſt,homines de literatura præſumentes. *al.*homines de litera præſumentes.

*Ibid.col.*2.*b.* Expertus ergo malum quod non debuit experiri ſi crederet dicenti,Nolite tangere.4.MS.noli tangere.

*Ibid.d.*Nihil in me præceſſit, vnde mihi dicerem deberi quod dediſti.*lege*,nihil in me præceſſiſſe.4.

PAG.313.*col.*1.*b.* Quòd autem viam ingreſſus es,iuuentus eſt ipſa renouatio & initium fidei.3.MS.iuuentus ipſa renouabitur.

*Ibid.col.*2.*c.d.* Quia futuri erant inimici Chriſtianæ fidei, qui dicerent, ad certum tempus ſunt Chriſtiani, poſtea peribũt, & redibunt idola.4.MS.ad paruum tempus.

PAG.315.*col.*1.*a.*Quid illi deerat vt tangeret,niſi quia ſua poteſtate vbi voluit,præceptum rumpere delectauit.*lege*,ſua poteſtate vti voluit.4.

Ibid. Malè vagus malè præſumens,futurus mortuus recedẽdo à via iuſtitiæ.*al.*à vita iuſtitiæ.4.

*Ibid.*Certè captiuus clamat.MS.Ecce captiuus clamat.4.

*Ibid.b.*Bene tibi velles vt eſſet,recedendi ab illo bono.*lege*,recedenti.

*Ibidem.*Quid eſt hoc iterum? Cecidiſti ab altitudine ô homo. MS.*ſic habent*,Quid eſt hoc?Iterum cecidiſti,*&c.*

Ibid. c. Sequamur ne fortè poſteriora pſalmi ipſius exponant nobis,q́ ibi nondũ intelligimus.4. MS. quod hîc nondum.

*Ibid.col.*2.*a.* Vnde enim crederes niſi exemplum carnis præcederet aſſumptæ de maſſa carnis tuæ.4.MS.mortis tuæ.

PAG. 317.*col.* 1. *a.* Charitas enim non inflatur nec eſt veritas Dei in eo.*al.*vera charitas Dei in eo.

Ibid..*col.* 2. *d.* quibus donat ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo,vt alibi illi dicitur.*aliàs*,à talibus quippe illi dicitur.

PAG.318. *col.* 1. *a.* quæ tranſeunt deceſſione & ſucceſſione mortalium.2.MS.& acceſſione mortalium.

PAG.319.*col.*1.*a.* Tanquam diceretur, Orietur in diebus eius iuſtitia, quæ contradictionem ac rebellationẽ carnis vincat,& fiat pax in tantum creſcens & abundans, *&c.* 2. MS. rebellationem carnis vitat,& fit pax,*&c.*

*Ibid.col.*2.*a.* Ea quippe adduci ſolent quæ ambulare non poſſunt.*manuſcr.*quę ambulare poſſunt.

Ibid. d. Redimet ergo ab vſuris, remittendo peccata quibus debeantur ampliora ſupplicia,MS. quibus debebantur.

PAG.320.*col.*1.*c.*Omnes enim permiſſiones Dei in illo etiam, hoc eſt,in illo firmatæ ſunt. *lege*, hoc eſt, in Chriſto firmatæ ſunt.

*Ibid.col.*2.*a.*Adhuc ſupereminentẽ viã vobis demõſtro? Hoc enim & in primo proponitur munerum diuinorũ, vbi ait; fructus aũt ſpiritus eſt charitas.*lege*, Hæc enim & in primo.

PAG.321.*col.* 1.*b.*Vbique enim nobis innotuit Deus. *aliàs*, innuit Deus.

*Ibid.d.*De carne Abrahæ per Iſaac & Iacob,& ne multa commemoremus,per Mariam Dominus noſter *I*eſus Chriſtus. Quia verò radix erat in patriarchis, vnde oſtendemus? 2. *Manuſcr.* Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui vera radix erat in patriarchis erat.Vnde oſtendemus?

PAG.322.*col.*2.*b.c.* pro qualibus rebus ipſe Deo ſeruiebat. *lege*,ipſa.

PAG.323.*col.*1.*a.*intuentem illũ vegetat, hunc excruciat,non mutatus,ſed mutatum.2.non mutatur,ſed mutat.

*Ibid.b.*Iam bonum eſt fratres,in ipſis prophetæ verbis audiamus hunc quaſi taurum,de quo dixit.*lege*,de quo dixi.

Ibid. col. 2. *b.* Quis dicit diuiti, malè feciſti rapiendo res alienas?*lege*,Quis dicat diuiti.

PAG.324.*col.*1.*a.b.*Non ſolùm locuti ſunt iniquitatem: ſed etiam clarè, audientibus omnibus,Ego facio,*&c.* MS.audiẽtibus omnibus ſuperbè.

*Ibid.col.*1.*a.*Bene viuo & ego,& iniquus abundat. *manuſcr.*& inimicus abundat.

*Ibid.c.*Hanc ſcientiam vis proferre, quia ſine cauſa iuſtè viuunt,*al.*Hanc ſententiam vis proferre.

*Ibid.d.*Reprobaui generationem filiorum tuorum ſic:*dele*,ſic.

Ibid. Maiórne intellectus quàm in illis?*manuſcr.* maiórne intellectus in me,quàm in illis.

PAG.325. *col.* 1. *b.* Et fecit hoc,Nam dicit quandiu laborante ſe,*&c.*2.MS.Et facit hoc.

*Ibid.*vt cognoſcam quomodo & iuſtus ſit Deus, & res humanas curet,& non ſit iniquus,quod peccatores & ſcelera facientes felicitatem habent in hac terra.MS. quod peccãtes.

Ibid. c. Totum hoc quod vocatur humanũ genus, omnia iſta maſſa mortalitatis ventura eſt ad examen, vẽtura eſt ad libram, appendentur ibi opera hominum. Cuncta modo nubes inuoluit. MS. ſic diſtinguunt appendentur ibi opera hominum cuncta.Modo nubes inuoluit,*&c.*

*Ibid.d.*Non dixit,deieciſti eos quia eleuati ſunt.*lege*,elati ſunt. *& ſic in ſequentibus.*

*Ibid.*Si enim efferri iam cadere eſt, deieciſti eos dum extollerẽtur.*lege*, Sic enim efferri iã cadere eſt. Deieciſti eos.*&c.*2.

*Ibid.col.*2.*a.*Quomodo dicit,defecerunt?Quomodo qui intelligunt in nouiſſima.*lege*,intelligit.

Ibid.b. Itaque fratres mei, liberè loquens de hoc loco, veluti vnde libet, quia quando vobis miſcemur, magis vos ferimus quam docemus.*aliàs*,de hoc loco, vel de quolibet.

PAG.326.*col.*1.*a.*Vox eſt Synagogæ,id eſt,illius populi qui nõ ſeruiuit idolis.*Manuſc.*qui non ſeruit.

*Ibid.b.*Huius dextrę meę manum tenuiſti,id eſt,poteſtatẽ rexiſti. Quam poteſtatem? Dediſti eis poteſtatem filios Dei fieri.*Manuſcr.*Dedit eis.

*Ibid.*Iam quòd aſſumptus eſt,& in qua gloria eius quis explicat?*lege*,Iam quo aſſumptus eſt.

*Ibid.d.*Seruas mihi tu, ſed dicam vt poſſum,ſed date veniam. *dele prius*,ſed.

Ibid. Quid eſt fratres? inuenimus diuitias noſtras, eligat ſibi partes genus humanum.Videamus homines.*&c.al.* inueniamus diuitias.2.

*Ibid.col.*2.*a.*Magna fælicitas pars mea Deus.Quàm diu.In ſæcula. Quomodo? Ecce vide quomodo illum amauit.MS. Quoniam,ecce,vide quomodo illum amauit.

*Ibid.c.*Quod erit negocium tuum,niſi vt laudes quẽ diligis & facies te cum coamatoribus eius.2.MS. & facias tecum coamatores eius.

PAG.327.*col.*2.*b.*Cum ergo iam teneas promiſſa, quid quæris promittentia Saluatorem, iam habens? Hoc dico teneas promiſſa,non quod iam acceperimus vitam ęternam,*&c.* MS.Cum ergo iam teneas promiſſa, quid quæris promittentia? Saluatorem habens, iam in hoc teneas promiſſa. Non quod iam acceperimus,*&c.*

PAG.328.*col.*2.*a.*Quid eſt intuendo ſerpentem ſanari à ſerpẽte?Credendo in mortuũ ſanari à morte.MS.ſaluari à morte.

*Ibid.c.*Ad hæc & mõs Sion poteſt aliter intelligi.2.MS.At hic.

PAG.329.*col.*1.*c.*occiſus eſt Chriſtus vt eſſet in cruce quod attẽderet qui eſſet à ſerpẽte percuſſus.*lege*, quem attẽderet.2.

*Ibid.c.d.*Et Dominus ad inflatum tanquam veſicam inflatam pungens, Non haberes, inquit, in me poteſtatem, *&c.* MS. tãquam veſicam reflandam.

*Ibid.d.*Dixerũt in corde ſuo cognatio eorũ inter ſe.MS.in vnũ.

*Ibid.col.*2.*a.*Ergo nihil aliud cognoſcẽdum eſt,niſi quod huic decedenti ſucceſſit. Aut verò hoc promiſſum ſignum non auferretur niſi veniſſet quod promittebatur?*lege*,Ergo nihil aliud cognoſcendum eſt quod huic decedẽti ſucceſſit? Aut verò hoc promiſſum ſignum auferretur niſi veniſſet quod promittebatur?

*Ibid.b.*Veniet quia venit, & eum venturum eſſe manifeſtum eſt.*al.*Veniet qui iam venit.

PAG.330.*col.*1.*b.*Mare in amaritudine ſua gentes erant,terram illam vndique circumfluebant.MS. terrámque illam vndique circumluebant.

*Ibid.col.*2.*c.*Vt manarent liquorem ſapientiæ,vt manarẽt diuitias fidei,vt irrigarent falſitatem gentium.2.MS.ſalſitatem.

PAG.331.*col.*2.*a.*Tu feciſti omnes terminos terræ. Nónne & antea quam fundauit terram? MS. Nónne & ante quando fundauit,*&c.*

PAG.332.*col.*1.*d.*Ne reuertatur humilis cõfuſus.MS. Ne auertatur.

*Ibid.col.*2.*a.*Et quia non poſſum oſtendere Deum meũ, quaſi inane ſequor.Inſultatur mihi,nec paganus tantum,vel Iudæus, vel hæreticus, ſed aliquando frater ipſe catholicus torquet os,*&c.lege*,quaſi inane ſequar,inſultatur mihi.nec * paganus tantum.*&c.*

*Ibid.b.*Iam id agãt ſi placet,ita faciant,ita conentur: quia ipſi nolunt conuerti in melius,Deum conuertũt in peius. MS. conuertant.

*Ibid.c.*Et reſpondet,ſapis enim adhuc quia viuo.MS.Et reſpõdet(ſapit enim adhuc)quia viuo.

*Ibid.*quem ipſi etiam philoſophi porcum nominauerũt,quia voluptatem corpus ſummum bonum dixit:*lege*,corporis.

PAG.333.*col.*1.*c.*Si prudens porro videns,fide videtur porro: nam oculis vix ante pedes videtur.MS *addunt*,tota die.

*Ibid.col.*2.*d.*Audi orationem vt ignoſcat. *al.* Audi orantem.4.

PAG.334.*col.*1.*b.* Ad ſignificationem rei ſufficeret vnum fiat, ad ſignificationem firmamenti,acceſſit alterum fiat.*lege*,ad ſignificationem firmitatis.4.

*Ibid.b.c.*Vna eſt,inquit,interpretatio eorum:ſed quod bis vidiſti,ait,ad cõfirmationem valet.4.MS. quod rurſus vidiſti.

Ibid.col. 2. *a.* Euangelizabat Chriſtus ſeipſum, euangelizat ſe etiam in membris ſuis, *&c.*4.MS.Euangelizat Chriſtus.

Ibid. b. Prius prædicet iuſtitiam,& ſic iudicet iuſtitias. 4. MS. Prius præcedit iuſtitia, & ſic iudicat iuſtitias.

PAG.335.*col.*2.*b.*Quia tu iniquus es,& me tanquam iniquum putaſti.*dele*,tanquam.

Ibid.d. De nullo loco iudicat qui vbique ſecretus eſt. *lege*, De nullo loco non iudicat.

PAG.336.*col.*1.*b.*Si in aliquo loco eſſet non eſſet Deus. 4. MS. Si in alio loco eſſet,non Deus.

PAG.337.*col.*1.*b.*Non eſt dicturus, dimittar & eligam. 2. MS. dimittam.

*Ibid.col.*2.*b.*Excepta ergo tribu Leui,illa tribu ſacerdotũ quæ ſeruiebat templo,& de decimis viuebat cæterarũ omnium quibus terra diuiſa eſt, remanerent duodecim. *lege*, remanent duodecim.4.

*Ibid.*Nam primo de alia tribu datus eſt rex Saul, reprobatus eſt tanquam malus rex.MS.& reprobatus eſt.

PAG.338.*col.* 1.*a.*Non ergo inſultent Iudæi,quia iam nõ ſunt Iudæi.4.MS.qui iam non ſunt Iudæi.

*Ibid.col.*2.*a.*Sed quomodo ſum ſimilis, inquis, Deo, quando adhuc mihi diſpliceo?c.*habet*,diſplicet.

Ibid.b. Aduerſus tuam cõſuetudinem malã,aduerſus vetuſtatem vitæ tuæ malæ, quæ trahit te ad ſolitam & refrenatur à noua.*al.*& refrenat à noua.3.

*Ibid.*Pondere quodã vetuſtatis grauaris,clama & dic,Infœlix ego homo.*&c.*4.MS.deprimeris.

PAG.339.*col.*2.*c.*Ideò tales quia ſuperbias ſuas attendunt inamaricant hominibus pacificis in eccleſia. 4. MS. Ideò tales qui ſuperbias,*&c.*

Ibid. Illuminans tu, attende hic Tu, admirabilis à montibus æternis.2.MS. admirabiliter mirabilis à montibus æternis.

Ibid. Et quid eſt vita ęterna?Et quis eſt qui reſurrexit à mortuis?MS. Et quæ eſt vita æterna?

PAG.340.*col.*2 *b.*Hoc fortè dictur⁹ eſt: ſed melius eſt nõ aſcẽdere equum,& tamen ipſi equos ſuos accuſabunt.4.MS.& nõ aſcenderũt equum, & tunc ipſi equos ſuos accuſabunt.

*Ibid.c.*De cælo iaculatus es iudicium,terra timuit & quieuit. 4.MS.terra tremuit.*ſimiliter in ſequentibus.*

*Ibid.d.*Sed quia ſic debes recedere à peccatis,prima cogitatione confeſſus Deo, vt nõ tibi recedat de memoria quia peccator fuiſti.4.MS.primam cogitationem confeſſus Deo.

Ibid. Prima cogitatio confeſſionem habet & remiſſionem à vetere vita.*al.*receſſionem.

PAG.341.*col.*1.*a.*Et hæc cogitatio confitentis,iam Deũ appellat quem perſequebatur. 4. MS. Et hæc cogitatio confitens iam Dominum appellat.

*Ibid.c.*Si prima cogitatio trãſiit, ſed reliquiæ cogitationis ſolemnia celebrabunt.*lege*,Siquidem illa cogitatio tranſiit.

PAG.342.*col.*1.*d.*ipſi offerent munera qui humilitatẽ habent. 4.MS.quia humilitatem habent.

*Ibid.col.*2.*a.*Emitte ſpiritum tuum & creabuntur.MS.Emittes ſpiritum,*&c.*

PAG.344.*col.*1.*c.*In multis iã fortè iſte expertus erat magnam tribulationem, qui magis de illorum aliqua delectatione præſumpſerat. 4. MS. quam magis de illorum aliqua dilectione præſumpſerat.

*Ibid.*Percuſſus ergo ſcandalis abundãtibus quaſi multis vulneribus,clauſit contra ſe humanam conſolationem. 4.MS. clauſit ſe contra humanam conſolationem.

*Ibid.col.*2.*b.* Quomodo enim non anticipauerũt vigilias, qui vbique muſcipulas poſuerunt. MS.qui vbique ſcãdala, vbique muſcipulas poſuerunt.

PAG.345.*col.*1.*c.*Tædium inuenerat in hac vita:nuſquã fidem nuſquam ſecuram conſolationem.MS.nuſquam fidam.

*Ibi.col.*2.*a.* vt ibi eſſet & in eius operibus magis garriret,nõ in ſpiritu ſuo,non in eo quod erat,ſed in eo à quo factus erat. 4.MS.in eum à quo,*&c.*

*Ibid.b.*Modò me cœpit mutare excelſus,modò recepi aliquid, vbi ſecurus ſim.*lege*,modò cœpi aliquid.

Ibid. Sed affectus etiam nos tranſiliamus, nec ad temporalia gaudeamus.*aliàs*,Sed affectibus.4.

*Ibid.c.*Sed nunc audiamus, & ipſo dicente delectemur.*aliàs*, Sic nunc.4.

*Ibid.*Garriuit in operibus Dei, quãdo peruenit quo profecit. Et in affectionibus tuis gratiam,*lege*,garriam.

Ibid.d.& in his quæritur artifex,& inuenitur nuſquam diſplicens,& per omnia placens.MS.& ſuper omnia.

PAG. 346.*col.*1.*d.* Filios Iſraël & Ioſeph. Quomodo duos populos filios Iſraël & Ioſeph? 4. MS. Quomodo quaſi duos populos.

PAG.347.*col.*2.*a.*Quis audeat velut manifeſtas legendo percurrere parabolas & propoſitiones, quæ nominib⁹ ſuis indicãt altius perſcrutari oportere? 4.MS.altius ſe perſcrutari.

PAG.348.*col.*2.*a.*non habẽtes in eo fidem, quod contigerũt, ſed in his rebus ad quas rationabili comparatione deferuntur,*lege*,non habentes in eo finem.

PAG.349.*col.*1.*a.* Hæc eſt generatio, in qua nobis donata eſt regeneratio.4.MS.Hæc eſt noſtra generatio.

Ibid.& conſummata charitas foras mittit timorem,quoniam non ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt. 4. MS. quoniam nunc ſine lege.

PAG.351.*col.*1.*b.*Quæ ſi parabolę ſunt & propoſitiones, profecto ad aliquid comparandum referendæ ſunt.4. MS. ad aliquid comparando.

Ibi.d. Vt ſic ſtaret vnde tãquam fuiſſet incluſa,poteſt per ſuã gratiam cohibere fluida.*lege*,vnda.

*Ibid.col.*2.*d.*Qui non crediderunt in Deum,nec ſperauerũt in ſalutare eius.4.MS.Quia non crediderunt.

PAG.352. *col.1.a.* Adhuc esca erat in ore ipsorum.& ira Dei ascendit in eos.4.MS.super eos.

*Ibid.c.*vbi frigus & caligo præualent, id est, eloquentia quæ huic sæculo placet.4.MS.fauet.

Ibid.d. Ibi enim audierat ineffabilia verba, quæ in terra illi non licebat loqui,per verbum sonantia quasi per volatilia pennata.4.MS.per verba sonantia.

*Ibid.*Et inducendo in virtute sua Africũ,hoc est,per vẽtos meridianos feruẽtes& lucẽtes prędicantiũ spiritũ.4.MS.spirit'.

*Ibid.*Veniunt autem vltro isti venti ad homines,& apportant eis verba diuinitus missa:vt in suis sedibus & circa tabernacula sua colligantur eiusmodi volatilia.4.MS.colligant.

*Ib.*Et occidit in plurimis eorũ.4.MS.Et occidit plurimos eorũ.

*Ibid.*Hoc est,plurimos eorum,c.*habet*,præualentes.

PAG.353.*col.1.d.*quid respõdebimus,nisi eos dictos quia idem ipse popul' fuit per successionẽ filiorũ.*le.*nisi eos ductos.2.

Ibid.col.2.c. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.2.MS.tribulationis.

PAG.354.*col.1.a.b.* vt hinc intelligatur non hoc dicere quod potest putari, sed aliud potius quod magis debet aduerti, sicut est illud, Dominabitur à mari vsque ad mare. 4.MS. sed illud potius.

*Ibid.col.2.c.*Sed in hæc angelis longè amplior est potestas, & bonis,& malis.*al.*Sed hæc in angelis.2.

PAG.355.*col.1.a.*Vnde enim scyniphes facere magi Pharaonis minimè potuerunt? An quia hoc permissi ipsi angeli mali non sunt?*al.*non possunt.

Ibid.col.2.b. Si enim Deus pro nobis quis contra nos? Et inimicos nostros operuit mare:aboleuit in baptismo remissione peccatorum.*aliàs*,remissio peccatorum.2.

Ibid.c. Quod spiritualiter sic melius desiderandũ puto:vt ad cælestem gloriam vnde peccãtes angeli eiecti sunt,nos per Christi gratiam subleuemur.3.MS.subeamus.

PAG.356.*col.2.d.* noster autem Dauid ipse Iesus ab hominib' ad homines,à Iudæis ad gẽtes,tanquã secundũ parabolam ab ouibus ad oues allatus atque trãslatus est.4.MS.ablatus.

PAG.357.*col.1.a.*Hoc itaque significantes dẽtes tui,sicut grex detonsarum ascendentes de lauacro.4.MS.ascendens.

Ibid.d. Sed si sic possunt intelligi manus Dei. 4. MS. Sed sicut possunt.

Ibid.col.2.b. Non enim nesciendi indicantur quo reuelante præsciuntur.*lege*,nescienti.

PAG.358.*col.2.b.*Ipse est enim pax nostra,qui fecit vtraq; vnũ vt duos conderet in se vnum nouum hominem,faciẽs pacem,& coadunaret vtrosque in vno corpore Deo.4.MS.& commutaret vtrosque.

PAG.359.*col.1.b.*quasi quicquã eorum resurrectioni deperiret, ex occultis naturæ finibus torũ redintegraturo illo, cui & capilli capitis nostri numerati sũt.3.MS.redĩtegratur ab illo.

*Ibid.c.*circuitus eius per vniuersam terram.4.MS.circuitus eius est per,*&c.*

*Ibid.*Quoniam in omni parte eius persecutio sæuiebat. *aliàs*, Quando in omni.*&c.*

*Ibid.col.2.b.*Quamuis enim paternam correptionẽ fortissimè & piissimè perferrent,non tamen tacent.4.MS.perferant.

PAG.360.*col.1.b.*Nam si Christianorum conuentus inhibitos atque compressos à persecutoribus propheta velit intelligi.*aliàs*,inhabitatos.*& lege*,vellet.4.

*Ibid.c.*Anticipẽt vtique iudicium tuũ.MS.ad iudicium tuum.

Ibid. Super exaltat enim misericordia in iudicio.A.*habet*,misericordia iudicium.

*Ibid.col.2.a.*Nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum? 4. MS.dicant in gentibus.

Ibid. Est aliud vindictę genus quo ecclesiæ dilatationem & fœcunditatem in hoc sæculo post tãtas persecutiones,*&c.* 2.MS.delectationem.

PAG.361.*col.1.b.c.*Quomodo autẽ potest vincere in bono malum,in superficie bonus,& in abdito malus.4.MS. & in alto malus.

*Ibid.col.2.b.*Vnde & illud est in bonis accipiendum,*&c.*3.MS. Vnde & illud in bonis accipiet.

Ibid.c. Tibi enim exprobrauerunt,nomen tuum se arbitrãtes in seruis tuis delere de terra.4.MS.Ibi enim exprobrauerũt nomen tuum,te arbitrantes,*&c.*

Ibid. Sed pro loco intelligendum quid melius interpretatum sit.4.MS.interpretandum sit.

Ibid.d. Ista quidem generationis repetitio perpetuitatem significat.4.MS.Ista quippe.

PAG.362.*col.1.a.* Annunciabimus laudem tuam: quod superius dictum erat, Confitebor tibi.*le.* Confitebimur tibi 4.

Ibid.col.2.a. Appare enim coram fructificatione, coram filio dexteræ.4.MS.coram fructificato.

Ibid.d. Planè factum est, id est,de Asaph electi sunt qui irent ad gentes.*le.*Nam de Asaph.

PAG.363.*col.1.a.* Nouimus, factum est. Quæ gentes eiectæ sunt? 4.MS.Quot gentes.

PAG.365.*col.1.a.*Non enim deserit Deus dare nobis quod cũ magno gaudio spectemus.*al.*expectemus.4.

*Ibid.col.2.a.*ex aqua renatis cantatur psalmus Dominicæ congregationi.4.MS.congregationis.

Ibid.c. Hæc enim extruuntur ad tempus, ad recipienda corpora vel viuorum vel mortuorum necessaria sunt.*le.* Hæc enim quæ extruuntur.4,

PAG.367.*col.2.c.* Si dixeris corruptibilis, non à populo, à te ipso lapidaberis.MS.sed à teipso.

*Ibid.*Si autem dixeris in corruptibilẽ Deũ,corruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum?*lege*, incorruptibilis.

PAG.368.*col.1.c.* Scimus enim quia quæcunque lex dicit, his qui in lege sunt dicit.MS.loquitur.*vtrobique.*

*Ibid.*Et Israël non attendit mihi.MS.intendit.*similiter in seq.*

*Ibid.d.*Et dimisit eos secundum affectiones cordis eorum.*lege*, Et dimisi eos.

Ibid.col.2.a. Ibunt in adinuẽtionibus suis. Israël si in viis meis ambulasset.2.MS.suis.Si plebs mea audisset me, Israël.*&c.*

Ibid.col.2.b. Vtique quibus rebus renuncias, nisi factis malis factis diabolicis,factis à Deo damnatis,furtis, rapinis,*&c.* 4.MS.factis à Deo damnandis.

PAG.369.*co.1.a.*Certè ergo à talibus nõ corrept'.*le.*correctus.

Ibid.c. Fratres, sunt homines omnino contemptores seculi huius quibus non est gratum quicquid temporaliter fluit. 4 MS.quibus non est notum.

*Ibid.d.*Denique si veniat tentatio vincendi martyrij.3.MS.ducendi martyrij.G.*habet*,dicendi.

Ibid. col.2.c. quàm multi delectantur verbo eius ex cognitione sacramentorum eius.*lege*,& cognitione.

PAG.371.*col.1.a* partim etiam commutantur.*al.*cõmouentur.

*Ibid.*deinde ipsi Apost.& prophetæ, quorũ authoritate locus cælestis eligitur, vt eos sectando coædificemur.4.MS.eum.

*Ibid.d.*Timuit enim terra,cum te crucifigeret,*al.*crucifigerẽt.

*Ibid.*Quid nisi terram,hoc est,eos qui terrena sapiunt siue ipsum affectum in credentibus terrenæ cupiditatis & electionem assumens.*aliàs*,elationem.

PAG.372.*col.1.b.*Quoniam cogitauerunt vnanimiter, aduersus te testamentum disposuerunt.4.MS.simul aduersus te.

*Ibid.c.*Qui in malo non intelligitur melius, nisi cum ipsa historia cogitatur,*&c.*4.MS.Quod in malo.

Ibid. col.2.a. Quapropter isti inuisibiles & spiritales inimici adiuuant homines infideles.4.MS.Quia istos inuisibiles inimicos adiuuant,*&c.*

*Ibid.c.*Nam quid aliud inimici,nisi populum Dei possidere,id est,subiugare moliuntur, vt cadat in eorum impias voluntates *al.*vt cedat.4.

Ibid.d. Meminerimus sanè iram Dei sine vlla affectione turbulenta nos debere intelligere.4.MS.affectatione.

Ibid. Ira quippe eius dicitur ratio iustæ vindictæ. 4.MS.ratio iusta vindictæ.

PAG.373.*col.1.c.*Et quantum aduertit vobiscum charitas vestra.*lege*,nobiscum.

Ibid.col.2.b. Siue ergo hoc interpretetur filius Chore.3. MS. filius Chore.

PAG.374.*col.1.a.* Amãt enim qui fecit cælum & terrã, amant, & nondum cum eo sunt.*lege*,Amant eum qui fecit.c.

*Ibid.b.*Vt quid enim in statuam salis versa est, si non homines condit,*&c.*4.MS.Vt quid enim statua salis effecta,si *&c.*

Ibid. accepta indulgẽtia quasi vomuisti,& reuelatum est peccatum tuum.*al.*reuelatum est pectus tuum.4

*Ib.c.2.b.*Caput omniũ sanctorũ Christ' est.MS.omniũ nostrũ.

Ibid. edanius hãc vocem & prætermittamus desideriem nostrum.*lege*,& præmittamus.

*Ibid.c.*Defecit vua passa.*lege*,pressa.4.

PAG.375.*col.1.a.* Duo dixerat & duo reddidit, in similitudinem auium.3.MS.in similitudinibus.

*Ibid.b.*Passer

*Ibid.b.*Passer ergo ille qui cogitat domum suam, non recedit à turture quærente sibi nidũ,vt ponat.*&c.*vbi ponat.*&c.*

Ibid.col.2.a. Quid est autem quod dederat?quid concupiscit? *lege*,quod desiderat?

*Ibid.*ad illos honores peruenit,ad proconsulatum, ad præfecturam agendam.4.MS.agendo.

PAG.376.*col.1.a.* Securi ergo simus fratres, non nos satiabit nisi laus Dei.3.MS.*addunt*,amor Dei.

*Ibid.c.*Quid faciam de carnis pondere?MS.Quid facio.

Ibid. d. Quisquis suscepit eum:beatus enim, *&c. lege*, Quis? Qui suscepit eum.

*Ibid.col.2.a.*Quem locum diceret.quẽ disposuit.3.MS. Quem locum dicit.

*Ibid.*Collis est,mõs est,terra est,pratum est, propè omnia ista dictus est locus illeinon quod sit per proprietatẽ,sed per similitudinẽ.Videmus enim nunc per speculum in ęnigmate quid sit ille locus,tũc videbimus facie ad faciẽ. Quis explicet?3.MS.Sed quid sit per proprietatẽ non per similitudinẽ. Videmus enim nũc per speculum in ænigmate quid sit ille locus,tunc videbimus facie ad faciem quis explicet.

*Ibid.b.*Ipse nouit quò,ipse nouit qui disposuit,quò te vocat. 4.MS.ducat.

*Ibid.*Si enim data esset lex quæ posset viuificare,verè ex lege esset iustitia.3.MS.omnino ex lege.

*Ibid.d.*Ergo lex producebat ægrotos.*al* prodebat.3.

PAG.377.*col.1.a.*ingemuimus reuelãte peccato.*le.*rebellãte.3.

*Ibid.b.*in conuallibus plorationis & vtilitatibus dabit vnam virtutem seipsum.*al.*& vtilibus

*Ibid.col.2.a.*Quando enim non respexit in faciem Christi sui Deus?4.MS.Quando enim non respicit.

*Ibi.b.*prẽter ecclesiã catholicã volẽtes subleuari.4.MS.sublim.

*Ibid.c.*Ipse tamẽ nõ elegit esse nisi in domo Domini, in quocunque loco, non tamen extra lumen. *lege*, extra limen.4.

PAG.378.*col.1.c.* dat illis Deus ista propter communionẽ generis humani, propter abundantiam affluentiæ bonitatis suę.4.MS.propter abundantem affluentiam.

Ibid.col.2.b. quomodo in regnorum libro caluum Helisæum irriserunt pueri,dicebántque post illum,Calue, calue. *&c.* 3.MS.*non habent*,post illum.

*Ibid.d.*Quidam ergo ille populus cui datum est Testamẽtum vetus,figurabat Testamentum nouum.3.MS.Erat quidẽ ille populus cui datum est Testamentũ vetus:sed in veteri testamento figurabatur testamentum nouum.

PAG.379.*col.1.a.*Et cùm obsessa esset,liberabatur.*&c.*4. MS. Et cùm possessa esset.

*Ibid.*Quid igitur secundũ istos accepimus,quod ait, *&c. lege*, accipimus.4.

*Ibid.*Hoc enim dicit Apostolus, In Isaac vocabitur tibi semẽ. 3.MS.Hoc enim dicit Deus.

*Ibid.c.*Iam audisti legem,audi pugnam.*le.* audisti pugnam.3.

PAG.380.*col.2.a.* Venit ergo non fallax Apostolus Christi, & ait,Quid est quod de vobis speratis?*lege*,desperatis.4.

*Ibid.*Et fortè videndo patrem,non videndo filiũ,erimus beati?*posteriori loco dele*,videndo.4.

PAG.381.*col.1.a.* Hoc agendo, in eo quod adhibueras ad refectionem,ibi inuenias lassitudinem.4. MS .resumptionem.

*Ibid.c.*omnibus amantibus se,videntibus se plenos Deo,cum erit.*&c.al.*videntibus se,plenis Deo.4.

Ib.co.1.a.& prope illis erat Deus,qui gentibus longè erat.MS. & prope illis erat Deus.quàm gentibus.

PAG.382.*col.1.b.*Veritas de terra orta est,cõfessio ab homine: Homo enim peccator erat.4.MS.eras.*sic lege.*

Ibid.col.2.d.& veniet Christus,& ponet in via gressus suos,vt te informet vestigiis.*addè*,suis.G.

PAG.383.*col.1.a.*Et propterea cum eius sublimitatem diuinitatẽ q; intuemur, quando audimus.*&c. le.* Et propterea tunc eius.3.

*Ibid.b.*audimus etiam in aliqua parte Scripturarum velut gementem,orantem, confitentem : vt dubitemus ei tribuere verba hæc.4.MS.& dubitamus.

Ibid.c. Non potes aliquid dicere sine illo, & dicit aliquid sine te.4.MS.noli aliquid dicere.

Ibid.col.2.b. aut cùm lucrum rerum humanarum tenent, tantum meminerint.*&c.*4.MS.aut cum locum rerum.*&c.*

Ibid. Cum ergo talis est contemnens in se quicquid est vnde superbia solet inflare,pauper Dei est.4.MS.inflari.

PAG.384.*col.1.b.* Non est ita superbia elari, sed confessio non ingrati.*lege*,Non est ista superbia.*&c.*

Ibid.col.2.a. Audiant ergo & faciant, leuent ad cælum quod malè est in terra.*lege*,leuent ad illum.4.

*Ibid.d.*Quis est enim,fratres mei,homo.*&c.*quis hoc ferat?*lege*,qui hoc ferat.

PAG.385.*col.1.a.*Quomodo eam fugientem apprehẽdere valuit,& excidit tibi.*lege*.valuisti.

*Ibid.col.2.a.*Et non expediat aduersus stimulum calcitrare.*lege*,Etenim non expedit.

PAG.386.*col.1.a.*Quiã ergo tribulatio est.*lege*, Quid ergo tribulatio est.

*Ib.co.2.d.*Si diceres illi perdes villam tuam, fortè non à te tẽperaret manum:& dicis Christum perdidisse hæreditatem suam.*lege*,& dicit.3.

PAG.387.*col.2.b.*Aliud non diceretur inferius.*lege*,infernum.

*Ibid.*Si ergo illi parti hæc pars cõparatur,illa superna est, hęc inferna.*lege*,Si ergo illi parti hæc pars non comparatur.4.

*Ibid.d.*Non enim posset leuatis oculis videre,nisi ille esset superius.MS. Non eum posset.*&c.*

PAG.388.*col.1.d.*Si autem Christiana anima est,nouit,patitur. 3.MS.nouit quia mala patitur.

*Ibid.col.2.a.*Et non posuerunt te in conspectu suo.Quomodo non posuerunt?4.MS.proposuerunt.*vtrobique.*

PAG.389.*col.1.d.*Quid nobis profuit superbia,tunc dicẽt,modò dicant,& salubriter dicant.*lege*,& salubriter dicunt.

*Ibid.col.2.a.*Non vultis consolari:quia felices estis.4. MS. Dicite quia felices estis.

PAG.390.*col.1.c* Nam totus lectus est, & videtis quã exiguo corpore ad terminum vsque perductus *lege*, exiguo tẽpore.

*Ibid.*cum vestra charitate tractandus modo est, propositus à beatissimo præsente patre nostro.2.MS.papa nostro.c.M.

*Ib.c.2.c.*habes cõstitutionẽ tãtę ciuitatis.4.MS constructionẽ.

*Ibid.*Sed omnis ista compages vbi innititur, vel incumbit, vt nusquam cadat?*lege*,vbi incumbit.

*Ibid.d.*Neque enim ibi est angulus vbi videtur vt surgat in apicem:à fundo enim incipit. 2. MS. neque enim ibi est tantum angulus *& aliàs*,à fundamento enim incipit.

PAG.391.*col.2.b.*Ab omnibus istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in euangelio.*al.*quatuor partibus.

*Ibid.*Præcessit enim in capite,sequitur in corpore.4.MS.sequitur se in corpore.

*Ibid.c.*Iã de mensura passionũ nihil deest.*lege*,nihil mihi deest.

PAG.392.*col.1.a.*Ergo ædificemur in Christo super fundamẽtum Apostolorum &'prophetarum,in summo angulari lapide existente,*lege*,ipso summo.4.

*Ibid.c.*Regnum cælorum vim patitur:& qui faciunt,diripunt illud.*lege*,& qui vim faciunt.

*Ibid.d.*Memor ero Raab & Babylonis sciẽtibus in me.*dele*,in.

Ibid. Etenim alienigenæ, inquit, id est, pertinentes ad Raab, pertinentes ad Babylonem,& Tyrum.*lege*,& Tyrus.

PAG.393.*col.1.b.*ne quasi paremus nos talibus ibi perfrui,qualibus hic gaudeamus.*lege*,gaudemus.

*Ibid.*Sunt enim homines qui inuitantur ad cœnã optimã,vbi multa & preciosa ponẽda sunt:nõ prãdẽt.*le.* & nõ prandẽt.

*Ibid.col.2.a.*ego etiam fateor,cum multũ conatus essem,penetrare non potui.*lego*,ego eam,fateor,*&c.*4. (eius.

*Ib.c.*Emã quippe interpretari dicitur,fratres eius.4.MS.frater

PAG.394.*col.1.a.* Et ipse Dñs de seipso, Tristis est anima mea vsq.ad mortem. 4.MS.de seipso tunc ait illis,Tristis est.*&c.*

*Ibi.col.2.b.*factus sum ab eis nesciẽtibus quod faciebãt,velutã inueterati dormientes in sepulchro.*lege*,veluti vulnerati.4.

PAG.395. *col.1.a.* Scriptum est enim, maledictus omnis homo qui pendet in ligno.MS.*non habent*,homo. [pus.

*Ibid.d.*Si totũ corpus auditus,vbi odoratus?MS.*non habẽt*,cor-

PAG.396.*col.2.a.*& veritatẽ tuã in perditione,hoc est, in tali morte nihil bonũ valẽti credere atq;sentire?*al.*nihil horũ.4

PAG.397.*col.2.c.*Quia & ego in verbo meo fluctuarem,verbo tuo confirmarer.*lege*,Quia etsi ego.

PAG.398.*col.1.b.c.*Quod testamentum,nisi quo renouatur ad nouam hæreditatem.*lege*,renouamur.

PAG.399.*col.1.c.*Certè quem filiũ hominis vident,nubem vident.*lege*,Certè quia filium.4.

PAG.400.*col 1.a.*Dato tanto humilitatis exemplo,didiscerũt homines damnare superbiam suam, imitari humilitatem Christi.3.MS.humilitatem Dei.

*Ibid.col.2.a.*aut verba sufficient lętitię nostrę, aut lingua idonea erit expectare gaudium nostrum? *lege*, explicare.4.

Ibi l.c. Et exaltari quidem merebitur, sed in iustitia. *lege*, sed in iustitia tua. 4.

Ibi.d. in eius lumine ambulas, iustitia ei⁹ exaltaris. *al.* exultas. 4.

PAG. 401. *col.* 2. *a.* Isti sunt dies terræ. *lege*, Ita sunt. 4.

Ibid. b. Et ego primogenitum ponam eum, excelsum apud reges terræ. 4. *Ms.* præ regibus.

Ibid. Misericordiam vero meam non dispergam ab eò, neque nocebo eos 4. MS. ab eis.

PAG. 402. *col.* 1. *b.* Si enim dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipsos decipimus. 4. MS. seducimus.

Ibid. c. Pone quia volunt illi etiam cũ desperatione peccare, & stare omnino in peccato. 4. MS. & sic ire omnino in peccata.

Ibid. d. habentes tamen signum Christi, eunt in tales iniquitates, vt non possint nisi recitari inter eos, quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. 3. MS. vt nõ possit nisi recitari. & 4. MS. contra eos.

PAG. 403. *c.* 1. *b.* Quasi alius promiserit, ali⁹ euertit. *l.* euerterit.

PAG. 404. *col.* 1. *b.* Sãctum suum admirabilẽ fecit, inde omnes vanitates mundauit. 3. MS vnde omnes à vanitate mũdauit.

Ibid. c. Aut potest illos contemnere qui fecit illos: non eos cõuerteret, & *c.* 4. MS. vt non eos conuerteret.

Ibid. d. Ecce verè solus, omnino singulariter solus viuit. & nõ videbit mortem. *lege*, viuet, 4.

Ibid. & *col.* 2. *a.* Ille qui eruit animã suam de manibus inferni, ipse eruet animas fidelium suorum. 4. MS. ipse eruit.

PAG. 405. *col.* 1. *b.* ne accipiter ætheureus rapiat implumes adhuc pullos. 3. MS. accipiter aëreus.

Ibid. d. Attendite ergo charissimi, tenete omnes vnanimiter Deũ patrẽ & matrẽ ecclesiam. *al.* Tenete ergo charissimi. 4.

Ibid. col. 2. *b.* Nõ enim à sæculo Deus quia est ante sæcula, & *c.* *lege*, qui est ante sæcula.

PAG. 406. *col.* 1. *b.* Vnde & ea sibi apostoli Pauli proposuit intẽtio, quæ retro sunt obliuiscentis, vbi. & *c. le.* postposuit. 4.

PAG. 407. *col.* 1. *d.* sed in mansuetudine sinistrã flagellat, vt emendatam ad dexteram ponat. *le.* emendatum. 4.

PAG. 408. *col.* 1. *b.* Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere. 3. MS. & operari.

Ibid. c. Vnde dicitur, Signatum est super nos lumẽ vultus Domine. *le.* lumen vultus tui Domine. 4.

Ibid. col. 2. *a.* intremus per ianuam, sicut audistis lectionem euãgelij. *le.* intramus. 4.

PAG. 409. *c.* 1. *c.* Sperabo in eũ quoniã ipse eruet. *le.* eruetme. 4.

Ibid. col. 2. *b.* & inter consultatores mathematicorum Deum sinceriter colere. *le.* consultores.

Ibid. d. Illa rapta est ab aëris potestatibus, *le.* aëriis.

PAG. 410. *col.* 1. *a.* Attendat charitas vestra hirundines, passeres, & cyconias. *al.* anseres, & cyconias. 4.

Ibid. b. Veritas autem Dei. & *c.* discernit pœnitentiam à defendẽte. *lege*, pœnitentem.

Ibid. d. Norũt ista: sed quando cœpit persecutor instare vehementius. *lege*, cœperit. 4.

Ibid. col. 2. *b.* quiã persecutione facta non maneant illi in fide *lege*, non manent.

PAG. 411. *col.* 1. *b.* Apost. scilicet & qui dimiserũt omnia. *dele*, &

Ibid co. 2. *a.* Et audiunt in fine ad dexteram positi. *le.* Et audiẽt.

Ibid. b. Erant ibi aliqui qui non sibi promittebant. & *c.* 3. MS. Erant ibi alij

PAG. 412. *co.* 2. *d.* sed propter passionẽ illius pro nobis, & quod ad nos pertinet delictorum debitum soluit. 4. MS. & quod ad nos pertinet delictorum soluitur.

PAG. 413. *col.* 2. *a.* Sed nec illi peccatores. & *c. le.* Sed ne illi.

Ibid. d. altissimum refugium tuum. 4. MS. altissimum posuisti refugium tuum.

PAG. 415. *col.* 1. *a.* Talia desiderantes & discipuli, & volẽtes iã apparere sedem regni. *al.* appetere. 4.

Ibid. b. potentiam quærebant, sed per passionem humilitatis venitur ad potentiam regni. *al.* per patiẽtiam humilitatis. 2.

PAG. 416. *col.* 2. *b.* Ipse qui humilis visus est, ipse videbitur magnus. *al.* in specie videbitur magnus. 4.

PAG. 417. *col.* 1. *c.* Charitas autem non nouit crescere magis magísque. *le.* non nouit nisi crescere. 4.

Ibid. d. Nobis sabbatum indicit Deus Quare? *le.* Quale.

Ibid. col. 2. *b.* Modo aures tuæ positæ sunt in ter monentẽ Deũ & suggerentem serpentem. Quare hic flectũtur, hinc auertuntur? *le*, Quare huc flectuntur.

Ibid. Experis illum accusare. *al.* Expectas. 4.

Ibid. c. Ergõne ad hoc monet Deus nõ vt audiatur vt nõ peccet, sed accusetur quia peccas? *le.* monet Deus vt nõ solum non audiatur vt non pecces. & *c.*

PAG. 418. *col.* 1. *a.* Si laudo misericordiam quando bene est, reprehendo ergo crudelitatem. & *c. le.* reprehendam.

Ibid. d. Attendant ergo sententiam contra. & *c. le.* Attendite. 4.

Ibid. col. 2. *c.* Quando melius tunica tua periret quam anima tua? *lege*, Quanto melius. 4.

PAG. 419. *col.* 1. *a.* Eo ergo fine patere & tolera tribulationes in mũdo quemadmodũ attẽdisti in Christo. *l.* quas attẽdisti. 4.

Ibid. b. Quid tu tẽdium pateris & facis? 3. MS. Quod autem diu pateris & facis.

PAG. 420. *col.* 1. *d.* O miseri homines amatores mũdi, annũciãt vobis qui plantati sunt in Domino. *le.* in domo Domini. 4.

Ibid. col. 2. *d.* nec intelligebãt, quia Deus cum quiete operatur. *lege*, operatus est. 2.

PAG. 421. *co.* 1. *d.* Adestote cũ decore ad eos quib. & *c. le.* Esto. 4.

Ibid. col. 2. *c.* Gladius Domini vnde debellauit orbem terrarũ: occidendo spiritus nequitiæ. 4. MS. occidendo nequitiam.

PAG. 422. *col.* 1. *a.* Non ergo ad sacramentum tantum mundationis pertinebat. 4. MS. tanquam mundationis.

Ibid. b. Non est ista fortitudo si conuiciatus percutias. *aliàs*, si victus percutias. 4.

Ibid. c. Videtis fratres multi crediderunt in Christũ. 4. MS. multi credunt.

Ibid. d. quia & boni qui stabiles in fide, orbis terrarum est, ne quis diceret, in parte sunt. 4. MS. in partes sunt.

Ibid. Vide in orbem terrarum immobilem. *lege*, Vide orbem terrarum mobilem. C. M.

Ibid. col. 2. *a.* Modò ab iniquitate recedit. 3 MS. recedat.

Ibid. b. Quos dixit fortes superbos, quia quasi habent præsumptionem viriũ suarũ. *le.* Quos dixit fortes? superbos, & *c.* 4.

PAG. 424. *col.* 1. *b.* illa tenet impietas, quia videtur eos Deus negligere. *le.* illa tenet iniquitas, qua videtur, & *c.*

Ibid. col. 2. *a.* vt ipsam iustitiam diligant, & ex ea placere Deo velint, ab illa intelligant luce quadam intelligibili perfundi animam suam. *al.* ab illo intelligant. 4.

PAG. 425. *col.* 1. *a.* secunda sabbati, secunda feria, quid sæculares diem lunæ vocant. *le.* quem seculares.

Ibid. b. Veteres enim vates decepti. 4. MS. Veteres enim à seculo decepti.

Ibid. Hinc grande mysterium, & *c. lege*, Hic.

Ibid. col. 2. *d.* Nam cælum id est firmamentum, intelligitur per figuram libri legis. *lege*, liber legis. 4.

PAG. 426. *col.* 1. *a.* illa autem lux veritas non præterit. *lege*, lux veritatis. 4.

Ibid. In lumine, inquit, videbimus lumen. *lege*, In lumine, inquit, tuo vibedimus lumen. 4.

Ibid. b. ibi si sit cor nostrũ, nõ impellitur iniquitatibus hominum. *aliàs*, non conuellitur. 3.

Ibid. col. 2. *a.* Nescis illuc multos transituros quo & tu trãsisti? 4. MS. quia & tu.

Ibidem b. Ille captat somnum hominis vt aliquid inuolet. *aliàs*, vt aliquid violet.

Ibid. Nam illa veniet & vindicabit perseuerantes in nequitia sua. *lege*, Nam ille venit.

Ibid. c. Inuenis enim pauperem hominem, qui dando patitur aliquam iniuriam, non attendit nisi patronum suum in cuius fortè domo manet. *lege*, qui quando patitur.

PAG. 427. *col.* 1. *b.* Tetigit homines, non timuit aliquem. *al.* Tetigit omnes. 3.

PAG. 428. *col.* 1. *b.* De ipsa vindicta & taciturnitate. *lege*, De ipsa vindictæ taciturnitate.

Ibid. c. Et it illius thesaurus in sempiternũ, misericordia in eos, qui. & *c. al.* in sempiterna misericordia. 4.

Ibid. col. 2. *a.* Putas quia video peccata tua. 3. MS. facta tua.

Ibid. b. Erudit gentes, non ergo audiet? *lege*, arguet?

PAG. 429. *col.* 1. *a.* Relinquite ergo cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. 4. MS. quæ vana sunt.

Ibid. col. 2. *a.* Si imitatus fueris, non laborabis, quia ipse prædixit, Venite ad me, & *c. lege*, ipse dixit.

PAG. 430. *col.* 2. *b.* Quosdam enim infirmos in se præfigurans, id est, in corpore suo. 4. MS. vel in corpore suo.

PAG. 431. *col* 1. *a.* Iste gaudet coronandus, & tristis est ille coronatus? *le.* coronaturus? 4.

Ibid. col. 2. *d.* ipsa pericula nostra dulciorem nobis faciũt libertatem. *lege*, liberantem. 4.

PAG. 432. *col.* 1. *b.* Nónne figulus est, cũ fragiles, infirmos, & terrenos

renos facit. *lege*, cum fragiles, infirmos ęternos facit? 3.

Ibid. d. & non tibi permittit beatitudinem in ista vita. 3. MS. & non tibi promittit.

Ibid. col. 2. *c.* Et adhuc audi consonantia. *al.* consequentia.

Ibid. d. & in incredibilem modum æternæ gloriæ pondus operatur. *le.* æternum gloriæ pondus.

PAG. 433. *col.* 1. *b.* Et si fortè tẽtat fluctus cõcupiscentię, intueris quid promisit Deus: & dulcedo promissorũ faciat te cõtemptorem dulcedinum sæculi. *le.* intuere, & *.* faciet. 3.

Ibid. c. Captabunt animam iusti. *lege*, in animam. 4.

PAG. 434. *col.* 1. *c. d.* de præsẽti psalmo q̃ Dñs Deus oím nostrũ donare dignabitur, loquar. & *c. le.* omnium nostrum.

Ibid. d. Quid enim magis homo debet laudare, quã ibi q̃ sic sibi placet vt non possit sibi displicere? *le.* quod sic placet.

PAG. 435. *col.* 1. *a.* quẽadmodum iubilent vt per illam vocem indicetur animi affectus, verbis explicare non valentes quod corde conspicitur. *le.* concipitur. 3.

Ibi. b. Præueniam⁹ faciẽ ei⁹ in cõfessione. 4. MS. Preoccupem⁹.

Ibi. Venit ergo dicẽs vt recedam⁹ & *c.* 3. MS. venite ergo, dixit.

Ibid. c. In illa hora exultauit Iesus in Spiritu sãcto, & ait, Cõfitebor tibi pater. *lege*, Confiteor.

PAG. 437. *col.* 1. *a.* Non permittit fluctus operire quod seruit. *le.* quos seruat.

PAG. 438. *col.* 1. *b.* & tamẽ oportet aliquos intrare in requiẽm ipsius: non enim nulli debetur requies ipsius. *aliàs*, non enim nulli dabitur. 4

Ibid. col. 2. *a.* ruina illa vetus, cuius vmbrã habebat impletum illud vetus. *lege*, templum illud vetus. 4.

PAG. 439. *col.* 1. *b.* sic in illa parte quæ noluit cantare cũ Dño canticũ nouum, sed partẽ voluit struere, & hãc dealbatã, nõ solidatã, quid valet quod habet ianuã? *al.* sed parietẽ voluit struere, & hunc dealbatum, non solidatum. & *c.* 4.

Ibid. c. lancea percussus est. *al.* perforatus est.

Ibid. d. Et si tota die diceret, magnus, magnus: quid magnũ diceret? *lege*, quid diceret?

Ibid. col. 2. *b.* Non ergo exultẽt, non superbiant. *al.* insultent. 3.

Ibid. d. Volens enim explicare vt p̃ o terat. & *c. lege*, Voluit. 3.

Ibid. & quamuis magnus sit factor organi spiritus sanctus, tamen per angustias spiritus humani syllabas sonat. 3. MS. factor organi. & *.* per angustas.

PAG. 440. *col.* 1. *c.* Prius iustitiam dirige, & sequitur te potẽtia. *lege*, sequetur.

Ibid. d. Quid annunciauerunt illi qui syluam extirpauerunt? Iam ad ipsas gentes, & *c.* 4. MS. *habent*, quibus annunciauerunt. & *c. absque nota interrogationis.*

Ibi. co. 2. *a.* Ille me baptizauit. *lege*, baptizat. 3.

Ibid. c. Quare testimonia profero psalterij? *lege*, Quæ testimonia profero? Psalterij. 4.

PAG. 441. *col.* 1. *b.* Ligna syluarum erant, sed antequam irent in ædificium. 3. MS. *addunt*, ligna syluarum erant, sed antequam oliuam pararent.

Ibid. c. Væ qui hærent his rebus quas de sæculo pepererunt. *aliàs*, qua de sæculi spe pepererunt. 3.

Ibid. d. Venit primò, & postea iudicare terrã? exultantes inueniat eos qui primo aduentu crediderunt. *lege*, inueniet. 3.

Ibid. col. 2. *c.* Qui gaudebit ab auditu bonò non timebit. & *c.* *lege*, ad auditum bonum. 3.

PAG. 442. *col.* 1. *a.* Multi iusti & prophetæ voluerunt videre, & *c. aliàs*, Multi reges. 3.

Ibid. Quamuis enim ista viderunt in spiritu. *lege*, viderent.

Ibid d. Tanquam ergo perierat Iudęa tota, cum qua tota ipsi etiam Apostoli trepidauerunt. 3. Quàm tota? Ipsi, & *c.*

PAG. 443. *col.* 2. *a.* dubitas pronunciare quis eorũ ardeat pœnámque patiatur? Illéne cuius corpus vexatur, an cuius anima vexatur? *lege*, an cuius animus vastatur?

PAG. 445. *col.* 1. *a.* Inuidi tui, libertati tuę necesse est inuideãt: semper te velint possidere. *lege*, semper inuideant, sempérq; te velint possidere.

Ibid. col. 2. *b.* Si enim placuerit Domino Deo tuo permitte vt aliquis homo tibi nocéat. *lege*, permittere.

PAG. 446? *col.* 1. *a.* Videte Sion, exultauerunt filię Iudę. MS. Videte si non exultauerunt filiæ Iudæ.

Ibid. col. 2. *b. c.* quid ergo tibi ablatur⁹ est sæuiẽs, cũ cæperis odisse malignũ: qui diligis dñm, quid ablaturus? *le.* cũ cœperis odisse malignũ, quia diligis Dominũ? quid ablaturus? 3.

Ibid. c. Possumus dicere. Sicut Domino placuit ita factum est. *lege*, Possum dicere. 3.

Ibid. subiecit statim, Custodit Dominus animos seruorum suorum. *lege*, animas.

PAG. 447. *col.* 1. *a.* Nam non vos terreant potẽtiores: qui vos vocauit omnipotens est. *lege*, Nemo vos terreat, potentior est qui vos vocauit, omnipotens est. 3.

Ibid. c. d. Tu eleemosynas fecisti, quare cæcus mihi loqueris? *al.* Tu enim eleemosynas non fecisti: quare, & *c.* 4.

PAG. 448. *col.* 1. *c.* Ipsam dexteram, ipsum brachiũ, ipsum salutare, & *c. lege*, ipsa dextera.

Ibid. d. Cui notum fecit? parti, aut vniuerso? *le.* an vniuerso.

PAG. 449. *col.* 2. *b.* Sunt enim montes, qui venturo Domino iudicare terram contremiscunt. *le.* contremiscent. 4.

Ibid. c. ac si montes iusti gaudent, iniqui contremiscunt. 3. MS. contremiscant.

PAG. 450. *col.* 1. *b.* irascebantur qui colebant quod fecerunt. *lege*, quod fecerant. 3.

Ibid. c. & resurget in tẽpore suo idola quæ fregit Christus, nunquam iterum faciet faber. *dele*, & *. le.* nam idola. & *c.* 4.

Ibid. col. 2. *a.* Cherubi sedes Dei est, sicut scripturæ tradũt, cęlestis quędã sedes sublimis, quã nos nõ vidim. *le.* nõ videm⁹.

PAG. 451. *col.* 1. *c.* Exaudita est enim cum hoc faceret, & exauditur cum hoc faceret. *le.* & exauditur cum hoc facit. 4.

Ibid. quia videmus eos qui reliqui facti sunt insanire adhuc in voluntatibus suis malis *al.* in voluptatibus. 3.

PAG. 452. *col.* 2. *a.* in cuius amore adoras scabellum pedũ eius *lege*, in cuius honore. 3.

Ibid. Ne quis manducauerit carnem meam non habebit. & *c* *lege*, Nisi quis.

Ibid. c. Expropriat psalmus iste. *lege*, exprimit. 3.

Ibid. d. vt ibi crescerẽt, ibi roborarẽtur in spiritu. *al.* ibi probaretur in spiritu.

PAG. 453. *col.* 1. *d.* nã ipse insanienti populo & quærẽti idolũ permisit vt fieret. *le.* & furenti, idolum permisit vt fieret. 3

Ibid. col. 2. *a.* sed ad hoc vindicabit vt perficeret cœptum. *lege*, vindicabat.

Ibid. Hoc dico vt nouerint Christiani quia hinc cognouerunt Christum. MS. quia hic cognouerunt.

Ibid. b. Qualis illa vindicta? *al.* illi. 2.

Ibid. Sed Moyses voluit gestare figuram eorum. *le.* Sed Moysen voluit gestare.

PAG. 454. *col.* 1. *c.* iterum exaltemus illũ qui bonus est: & cum fuerit quomodo laudandus est. *le.* & cum sæuierit. 3.

PAG. 455. *col.* 1. *a.* sed quia vbiq; nouit se seminasse bñdictionẽ, vndiq; exigit iubilationẽ. 3. MS. seminasse spei benedictionẽ.

Ibidem. Iam iubilat Domino vniuersa terra: & quo d adhuc non iubilat. iubilabit. *le.* & quæ adhuc. 4.

PAG. 458. *col.* 1. *b.* Et cum accedere cœperis similis, & præsentẽm dicere Deum. & *c. lege*, præsentiscere. 4.

Ibid. col. 2. *d.* & PAG. 459. *col.* 1. *a.* Si tamen iam ipsi pauci homines boni, tamẽ bona cogitatio humana laudabilis, esse cũ talibus, & *c. lege*, Si tamen iam ipsi pauci, omnes boni, tamen bona cogitatio humana laudabilis. & *c.* 3.

PAG. 459. *col.* 2. *b.* Si vis cãtare misericordiam, & iudicium intellige: quia ideò parcit vt corrigas, non vt in malignitate permaneas. *lege*, vt corrigaris. 4.

PAG. 460 *col.* 1. *a.* Quare mẽbra ipsius modò gemunt per vniuersum orbem terrarum. *le.* Quære membra ipsius, modò gemunt. & *c.* 3.

Ibid. col. 2. *a.* Tollat grabatum suum, regat cor suum. 3. MS. regat corpus suum.

Ibid. d. & PAG. 461. *col.* 1. *a.* Ecce fortior est Paulus ventura morte. *lege*, Ecce fortis est.

PAG. 461. *col.* 1. *c.* Nunquid fortè quia malignus quando obuiam sit iusto in fico angusto. *lege*, vico.

Ibid. col. 2. *c.* Quomodo nobis proponit hæc, quando ipse non fecit? Acimitationem suam nos hortatur. 3. MS. quæ ipse nõ fecit? & *lege*, Ad imitationem, & *c.*

PAG. 462. *col.* 1. *a.* Quomodo enim aues ad muscipulam, aut pisces ad hamum non pascuntur, sed capiuntur. *dele*, non. 4.

PAG. 464. *col.* 2. *a.* Liberauit profectò & à diebus fumi. 4. MS. Liberatus est profectò.

Ibid. d. Oblitus eras manducare panem tuũ: sed iã de illo crucifixo cõmemorabuntur. & *c. lege*, sed iã illo crucifixo, & *c.*

Ibid. Ergo perpendo numum & fidem. *lege*, Ego appendo. 4.

PAG. 465. *col.* 1. *a.* volumus reparare: quãdo, & *c.* MS. separare.

PA. 466. *col.* 2. *c.* Nõ em quia ego cecidi, & tu senuisti: viges ad me liberãdũ, qui viguisti. & *c. le.* Nã viges ad me liberãdũ. 2.

PAG. 467. col. 2. d. Nonne cathenati, potius compediti? lege, potius quàm compediti. 4.

PAG. 468. col. 1. d. post illas pressuras annunciabatur in Sion nomen Domini. 4, Ms. annunciatur.

Ibid. col. 2. a. Ergo si ecclesia speculatio, vbi iam annunciatur nomen Domini. lege, ibi iam. 4.

PAG. 469. col. 1. d. Et annũciauit, nec vacua fuit vox ista. aliàs, nec tacuit vox ista. 3.

Ibid. col. 2. d. nihil horum stat: antequam veniat erit. le. antequam veniat non erit. 4.

PAG. 470. col. 2. b. ideo mihi annuncias exiguitatem dierum meorum. le. annuncia.

PAG. 471. col. 1. a. Et si exterior renouatur de die in diẽ, le. Etsi exterior homo noster corrũpitur, sed interior renouatur.

Ibid. d. metuendũ ne nos serui Dei simus, & filij nostri [&c. ibi futuri sint non nos. 4. Ms. & filij nominati.

Ibid. col. 2. b. præmitte fœtus quos sequaris, præmittendo non offerendo. le. non efferendo. 4.

Ibid. c. Benedicat anima mea Dominum. le. Benedic.

Ibidem d. videat si debet alium benedicere præter Dominum. aliàs, si debet aliud benedicere. 4.

PAG. 472. col. 1. b. Non te excitet cogitatio flagitij, non te excitet depositio furti. al. dispositio.

Ibid. d. Quid? q; ille donauerat? 4. Ms. q; ille non donauerat?

Ibid. Pro quibus bonis? Primò, quia es cum non esses. 4. Ms. non habent, cum non esses.

PAG. 475. col. 2. c. De alio enim dictum est, Omnipotenti te da. le. Omni petenti te da. 4.

Ibid. Et si diu non inuenitur: diu quære, & inuenies. 4. Ms. Et si diu inuenitur.

Ibid. Si non vobis, inquit, spiritualia seminauimus. le. Si nos vobis.

PAG. 476. col. 1. b. Qui donat histrionibus, qui donat aurigis. aliàs, auguribus. 2.

PAG. 477. col. 2. a. Quia & q; viuimus in flagellis & corruptione mortalitatis, de indignatione ipsius est. al. & correptione.

PAG. 478. col. 1. b. Sed quid est memento? perseuerat ergo in nos misericordia tua. le. perseueret.

Ibid. d. Quod excelsum est à te, tibi non denegauit. le. non denegabit.

Ibid. col. 2. b. Gaudeant illi qui timent eum. quia super eo misericordia eius. le. super eos.

PAG. 479. col. 1. b. sic vndiq; est, vt illi vndiq; iubiletur sic: vndique benedicitur vt vbique bene viuatur. le. vt illi vndique iubiletur: sic vndiq; benedicitur vt vndiq; bene viuatur.

Ibid. c. Die quidẽ nudiustertiano à nobis quantum meminisse dignamini abundanter refecti estis. dele, à nobis. 4.

Ibi. co. 2. a. Erecti ergo audituri sumus magna, læta & pulchra, &c. 4. Ms. magnalia & pulchra.

PAG. 480. col. 1. a. & adhærentes eidem de recto ad rectum, non iam vituperent. al. & adhærentes ei de non recto ad rectum. c. habet, eidem directo.

Ibid. c. beati misericordes, qm ipsi Deũ videbũt. le. mũdi cor- [des.

Ibid. Si enim cũ fœda sis, tibimetipsi displices, pulchro iam places. 4. Ms. tibimetipsi adhuc displices.

Ibid. col. 2. b. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse ęqualis Deo. le. esse se æqualem.

PAG. 481. col. 1. b. Quomodo fecit hoc vt indueret se sicut vestimentum, & lumen ecclesiam. 3. Ms. & lucem ecclesiam.

Ibid. c. d. Ergo & in extenta pelle multũ, longè es à facilitate Dei. le. ergo & in extendendam pellem. 4.

PAG. 482. col. 2. c. Non enim sic Deus protegit vt quasi subleuetur ab eo quem protegit. Ms. vt quasi sustentetur.

Ibid. d. deinde nos qui viuimus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in area. le. in aëra.

PAG. 484. col. 1. a. Nostra dilectio pennæ nostræ sunt, sed ille ambulat super pennas ventorum. aliàs. sed illa. 4.

Ibid. & b. Habentes latitudinem qua bene operamur, & longitudinem qua perseueramus. 4. Ms. quia, vtrobique.

Ibid. b. profundum autem dixi, vbi fixa erat pars crucis, & nõ videbatur, inde resurgebant quæ non videbantur. lege, quæ videbantur. 2.

Ibid. col. 2. b. Super firmitatem ipsius terræ, quã ei supponit vt cõtineretur, quę latet fortè oculis nostris. le. quã ei supposuit vt contineretur, quæ latet fortè oculos nostros.

Ibid. d. Merito ibi firmati, non inclinabimur. &c. 4. Ms. Meritò qui tibi firmati.

Ibid. Qui emittit fontes. lege, emittis.

PAG. 485. c. 2. d. Qui ptegit in aquis superiora eius. le. ptegis.

PAG. 486. col. 2. a. & ex eorum ministerio & nos aliquid discimus. le. discemus.

Ibid. d. est quidã meatus, quasi profũdus locus. al. metus. 4.

PAG. 487. col. 1. a. Quam multi modò, & falsi. le. falsi.

Ibid. Quid ergo quia iã fluctus amarissimi modũ acceperunt, vt liceat nobis talia etiam libere? 4. Ms. libere prædicare?

Ibid. b. Ergo cõuallis est: gratia Dei fons est. le. & gratia. 4.

Ibid col. 2. a. b. Itaq; ne acciperetur aliquis nõ de medio, sed de suo manans. 4. Ms. aliquis mons non de medio. &c.

Ibid. b. tamen hoc volebat vt medius inter montes curreret. alias, medios. 4.

PAG. 488. col. 1. a. nisi in illa vanitate compaginis omnes gentes significarentur. le. vnitate.

Ibid. col. 2 c. Fluunt enim & illi aquæ, inde bibit lepus, inde onager. le. & illis aquæ. 3.

PAG. 490. col. 1. a. Audiãtur quia petræ audiuntur. al. quia petram audiunt. 3.

PAG. 491. col. 1. d. sic de illo quem iuberis quęrere dictum est. aliàs. quem tu debes quærere. 4.

Ibid. col. 2. a. Ille enim petit, & in voce petẽtis agnosce cui des. 4. Ms. agnoscis.

Ibid. ille autẽ quanto minus petit, tãto magis tibi vigilandũ est vt præoccupes petiturũ: aut fortè modo nõ petiturũ & aliquãdo donaturũ vel damnaturum. dele, donaturum vel.

Ibid. c. Sic & in loculis habendis, & in exigenda quodãmodo annona, non petendo, sed præbendo indigentiam suscepit. le. non petenda sed præbenda. 3.

Ibid. Suscipit enim Zachæus, & gaudet. le. Suscipit eum. 4.

PAG. 492 col. 2. c. Videtur autem candidatio esse seculi huius, modò nitentis & fugientis in pompis suis. le. fulgentis.

Ibid. d. Sed invitã quandam cõmunem. le. sed ire in vitam. 4.

PAG. 493. col. 1. a. Vel fratres eius Andreas, &c. le. Vel frater.

Ibid. c. non pro pagano habere debent cedros Libani. le. non pro magno habere. 4.

PAG. 494. col. 1. a. ipsa enim sapientia dicit, Quærũt me mali, & nõ inueniunt. Quærent & nõ inuenient. Et quare? Oderũt enim sapientiam. Ms. habent, ipsa sapientia dicit, Quærent me mali, & non inuenient. Oderunt enim sapientiam.

Ibid. col. 2. c. qui dixerit de litera singularis non debet habere in capite nomen diaboli. le. de litera singulari.

Ibid. & angelos præuaricationis putatis me aliquid contrariũ dicere. lege. putet iis me aliquid contrarium dicere.

Ibid. d. ortus est sol, & accepit eam. 4. Ms. recepit,

PAG. 496. col. 1. a. nõne accendit lucernã carnis suæ, dũ pẽdet in cruce, & quæsiuit perditam dragmam? le. dum penderet.

Ibid. d. Qui adhuc in ista terra est morientium, nondum est in terra viuentium qua transitur. 4. Ms. transit.

Ibid. col. 2. d. Iã modo audite, intelligite, cauete: ipse tuum obseruabit caput, & tu eius calcaneum. le. ipsa tuum.

PAG. 498. col. 1. c. Sic est fictus vt illudatur, hic ad hũc locum, &c. 4. Ms. vt illudatur huic, ad hunc locum, &c.

Ibid. d. Si ergo aliquis magnus procurator offendat, & in pœna domini sui, &c. dele, in.

Ibid. col. 2. d. Nam illi quando boni? Probatur illis. al. Nam aliquando bonitas probatur illis.

PAG. 500. col. 1. b. c. Pręmissa enim laude inuocatio sequi solet, vbi desideria peccator allegat. 4. Ms. peccatorum allegãt. vel, peccatorem alligant.

Ibid. col. 2. a. Sic enim mites iocundantur, qui non amaro zelo eos iam bene operantes æmulantur. Ms. tam bene.

Ibid. c. Ac per hoc qui diligitur etiam præsens quæritur, dum charitate perpetua ne fiat absens optatur. al. agitur. 4.

Ibid. d. Qui est misit me ad vos, quod ex aliquantulacunque particula rara pura mens capit. dele, pura. 4.

PAG. 501. col. 2. b. Quod ex ipso verbo præcepto impleto daturus esset aliquid æternum. Ms verbo & præcepto.

PAG. 502. col. 1. a. Verba dixit Dei corripientis vel arguentis reges ne læderent sanctos patres. Ms. ne negligerent.

PAG. 503. col. 1. a. Sed ea cõscripta sunt in illa historia, quæ secundũ intentionem scribemus, in quo, &c. le. scribentis.

Ibid. d. Quis sapiens & indiget hęc? le. intelliget.

PAG. 504. col. 1. a. Libera enim laudatio, à lege narrantis & texentis historiam. lege, Libera enim est laudatio

Ibid. col. 2. a. Vbi non solum intelligendum est Dei seruos & electos filios promissionis, &c. dele, non solum. 4.

Ibid. c. Vt

Ibid. c. Vt hoc ergo tãquam in corpore psalmi. &c. dele, hoc. 4.

PAG. 507. col. 2. d. meliúsque purgantur inuocato Deo, quam firmantur irritato Deo. 4. Ms. quàm firmantur irato.

PAG. 508. col. 2. a. Qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Chanaan. 4. Ms. in terra Cham.

PAG. 509. col. 2. d. sed in creatura temporalibus motibus. &c. lege, sed in creaturæ.

PAG. 510. col. 1. b. qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ. lege, charitatis. 4.

PAG. 511. col. 2. b. Sacramento enim tanquam rubri maris, baptismo scilicet Christi sanguine consecrato, in sequentibus ægyptiis peccata delẽtur. 4. Ms insequẽtes ægyptij. sed præfero lectionem antiquam, faciendo, insequentibus, vnam vocem.

PAG. 512. col. 2. d. Esurientes & sitientes erant, anima eorum in ipsis deficit. Sed quare deficit? lege, defecit. vtrobique.

PAG. 514. col. 1. a. Quemadmodum superbis resistit, humilibus gratiam dedit. lege, restitit. 3.

Ibid col. 2. d. non possunt exercere hoc argentum, nisi quęstionibus inquietati hęreticorũ. 4. Ms. nõ possunt plenè exercere.

PAG. 515. col. 1. c. Iniquitas illa garriens contra vnitatẽ, & cogẽs manifestari veritatem, victa oppilabit os suũ. le. cõuicta.

Ibid. col. 2. d. Neutro illi titulo similis præter quod hic etiã positum est. 4. Ms. Ne vltra.

PAG. 516. col. 2. b. sed quia vlciscendi libido viciosa est, magísque ad iudicem pertinet inter malos hoc discernere. lege, inter alios. 4.

PAG. 518. col. 1. b. Sed quia non tenuit adoptationem in familia Dei. lege, adoptionem.

Ibid. d. Nũquid etiam de his quæ in suis post mortẽ cuiusque contingunt, vllus mortuos tãgit dolor? al. vllos mortuos. 4.

PAG. 519. col. 2. c. Modò quippe maledicta delectant. lege, malefacta. 4.

PAG. 520. col. 2. c. Nec aliud pater, aliud filius, &c. aliàs, Nec alios pater, alios filius. 4.

Ibid. col. 2. a. An & hoc in membris eius, hoc est, in sanctis eius apertius intelligitur? lege, aptius. 3.

PAG. 522. col. 2. a. Et respondit testimonium de hoc psalmo. lege, interposuit. 4.

PAG. 523. col. 1. b. c. Et iste est totus titulus, simplex sine figura quæstionis, sine vllo modo difficultatis. lege, nodo. 4.

PAG. 524 col. 2. a. Hinc sedet ad dexteram Dei patris resurgendo vbi fuit. Ms. Hinc sedit.

PAG. 525. col. 1. c. Viderunt eum, & qui crediderũt, &c. le eã. 4.

Ibid. col. 2. a. Discernamus, discutiamus. al. discamus. 4.

PAG. 528. col. 1. c. Hæc actio quietorum, hæc cura securorum. al. seculorum.

Ibid. col. 2. a. & quales tunc oportet, cum omnes iusti congregabuntur, excludat. 3. Ms. excludi.

PAG. 529. col. 1. b. vt etiam plurimi qui non dimiserunt omnia sua, &c. 4. Ms. qui dimiserunt omnia sua, &c.

PAG. 530. co. 2. d. Custode illo qui cõdidit secula. al. custodit. 4.

Ibid. Non enim frondebit & virescet. 4. Ms. frendet.

PAG. 531. col. 1. d. Vobis dicitur pueri Dominici. 4. Ms. pueri & Domini.

PAG. 532. col. 2. b. & sicut arena in ora maris misericordem atque innumeram multitudinem à sinistris fictilibus atque amaritudine impia segregat. lege, fluctibus. 4.

Ib. d. eadẽ se verbis agere quę illic factis agebãtur. al. figuris. 4.

PAG. 533. col. 1. b. Illis enim qui crediderunt ex Iudæis, in quorum numero principaliter Apostolos inuenimus, in angulari lapide copulantur. lege, copulamur.

Ibid. col. 2. d. qui estis domus Iacob secundum professionẽ hæredes. lege, promissionem.

PAG. 535. col. 2. b. seductus forma & commotus auctoritate quasi sapientium institorum. Ms. institutorum.

PAG. 536. col. 1. a. & quicquid eisdem lineamẽtis formatũ conspicit. lege, & quicquid non eisdem. 4.

Ibi. a. b. Sed enim & nos pleraque instrumẽta & vasa ex huiusmodi materia vel metallo habemus in vsum celebrandorũ sacramẽtorũ, quo ipso ministerio cõsecrata, &c. le. quę ipso.

Ibid. col. 2. a. qui ad illum in Christo cæteros imitatores præirent. 4. Ms. cæteros imitaturos.

PAG. 537. col. 1. d. nõ expectaui vt prius amitterem bona temporalia, quibus malè vtebar. aliàs, oblectabar. 4.

Ibid. co. 2. a. & me non solum excruciari aduersantibus huius sæculi. lege, aduersitatibus. 4.

Ibid terrenis nondum ad fruendum stabilibus bonis. aliàs, ad fruendum his talibus bonis. 4.

PAG. 540. col. 1. b. facilimè refelleretur ipsa confessione verborum, lege, contextione. 4.

Ibid. col. 2. c. Nec quisquis secundum quendam modum dici potest angelus bonus; sic à me cogitetur. ait, vt in eo confidere debeam. dele, ait. 4.

Ibi. d. quia illic ipse pius populus, quod est corpus Christi persecutores sensit, de cuius genere caro illa suscepta & suspẽsa est, pro qua factũ est quicquid, &c. lege, de quorum genere caro illa suscepta & suspẽsa est, & pro quo factũ est. &c. 4.

PAG. 541. col. 1. a. fecerunt eum nobis in passione dulciorem: lege, nobis ipsa passione. 4.

Ibid. col. 2. a. Illa confessio laudis est admirabilis vsque ad domum Dei. 4 Ms. Illa confessio laudis Dei.

Ibid. b. non vulnera medico ostendens, sed de præcepta sanitate gratias agens, lege, percepta.

PAG. 542. col. 2. c. Quicũque molitur inimicorum sanguinem fundere. 4. Ms. non habent; Quicunque molitur.

Ibid. reuocat ad viam, si audiatur vox ista diuina. 4. Ms. reuocat ad vitam.

PAG. 544. col 1. a. An ideò mens altitudine inflatur, vt humilitatem lingua mentiatur? 4. Ms. humilitate.

Ibid. c. Omnium autem quæ retrò oblitus. &c. lege, Vnum. 4.

PAG. 545. col. 1. b. In hac autem via Domini, id est, in fide quia quisquis ambulat. lege, in fide pia. 4.

Ibid. col. 2. a. Diceremus ergo nos nulla Gręcorum sapientium auctoritate teneri. aliàs, terreri. 4.

Ibid. d. sed peccatum meum per bonũ mihi operatur mortem nisi adiuuetur gratia. de. meũ. 4. & lege, nisi adiuuet gratia. 3.

PAG. 546. col. 2. b. Neque enim corrigit viam suam frater eius senior. 4. Ms. corrigeret.

Ibid. c. d. Sed indebita Dei misericordia sanatur debita nostra miseria. 3. Ms. sanantur debita nostra vulnera.

Ibid. d. Et hoc vnde posset, nisi eum auersum ad se ipse cõuerteret, cui dicitur, Deus tu conuertens viuificabis nos. 4. Ms. tu conuersus.

Ibid. Continuo diuinum quæsiuit auxilium. Nã in corde eius &c. 4. Ms. auxilium, ne in corde eius.

PAG. 584. col. 2. c. si penitus iam nõ esset, mortuus non oraret. lege, si penitus esset mortuus, non oraret. 4.

Ibid. non pro ea seruata præmium, sed vt seruetur auxilium. lege, non vt pro ea seruetur præmium. 3.

Ibid. d. hoc alio loco repetens ait, mãdata tua. le. alio modo. 4.

PAG. 549. col. 1. d. Vtinam quàm multis clara sunt, tam multis clara sint. lege, tam multis chara sint. 4.

Ibid. col. 2. d. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum. 3. Ms. ad regnum perpetuum.

PAG. 550. col. 2. c. & consolatio mea iustificationes tuæ. lege, & consilium meum.

PAG. 551. col. 1. b. & eius à Iudæis irrisam crucẽ tanquã humilitatis Christianæ medicinã. lege, totámq. humilitatis, &c. 4.

PAG. 552. col. 2. b. tanquam diceretur ei quomodo istam viam cucurristi, diligendo & Dei iudicia non obliuiscendo, &c. aliàs, viam veritatis eligendo & Dei iudicia, &c. 4.

Ibid. d. Viam mãdatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. lege, dilatasti. 4.

PAG. 553. col. 1. a. sed secundum testamentũ nouũ, de quo scriptum est per Hieremiam prophetam. al. nõ secundũ, &c. 4.

Ibid. in die qua apprehendi manum eorum. cum educerẽ eos. 4. Ms. vt educerem.

Ibid. col. 2. b. Sed quia & hoc non valet viribus propriis. 4. Ms. minus valet.

PAG. 554. col. 2. b. Proinde magni interest, cum aliquid boni facimus. 4. Ms. Proinde magnæ. Interest cum aliquid, &c.

Ibid. Officium quippe nostrum. non initio sed fine pensandũ est. aliàs, non officio. 4.

Ibid. d. Nam quid tã optãdum est hominibus, quam vt eis placeant, quæ debeant imitari? 4. Ms. qui se debeant, &c.

PAG. 555. col. 1. d. Nimirum de superiore sensu etiam iste ducẽdus est. aliàs, discendus. G.

Ibid. col. 2. b. atque ita malè suspicari non debet quilibet nõ videndo quod latet. 4. Ms. atque ita male suspicari eum libet quidlibet non videndo quod latet.

PAG. 556. col. 1. d. vel etiam martyrij palmã quam perdiderant reparata confessione sumpserunt. al. repetita confessione.

PAG. 557. col. 2. c. Hæc me cõsolata est in humilitate mea, quoniam verbum tuum viuificabit me. 4. Ms. viuificauit.

Ibid.d. quamuis Deus faciat certa dispositione, *&c.* 4. MS. quãuis hæc Deus faciat.

Ibid. & PAG. 558. *col.* 1. *a.* Hæc scilicet spes quæ data est humilibus. 4. MS. quæ dicta est.

PAG. 558. *col.* 2. *a.* memor fui iudiciorum tuorum super vasa iræ quę parata sunt in perditionẽ. 4. MS. quæ perfecta sunt.

PAG. 560. *col.* 1. *c.* In cuius gratiæ scientia vt perficiatur adiungit. 4. MS. vt proficiatur.

Ibid.d. Quando autem bonum opus quod lex imperat fit timore pœnæ, non amore iustitiæ. 4. MS. non delectatione.

Ibid.col. 2. *c.* tunc vtilis erit scientia, qua innotescat etiam sibi homo quid ipse meruerit. *al.* quia innotescet. 4.

PAG. 561. *col.* 1. *a.* Docet ergo Deus suauitatem inspirando delectationem. *lege*, delectationem charitatis. 4.

Ibid. quando Deus ea doces, sic docet vt ea sciendo sciamus aperiendo veritatem, sic docet vt faciendo faciamus inspirãdo suauitatẽ. 4. MS. *habent*, sic docet vt scienda sciamus aperiendo veritatem, sic docet vt facienda faciamus. *&c.*

PAG. 562. *col.* 1. *b.* Quoniam si operatoria Dei potentia rebus subtrahatur: nec aliquid, *&c. lege*, subtrahatur, intereunt: nec. *&c.* 4.

Ibid.col. 2. *a.* qui iam sic intelligit, & qui eloquia Dei se custodisse ante iam dixit. *al.* qui iam scit intelligere. 4.

PAG. 563. *col.* 1. *b.* Quã multa multitudo. *&c. le.* Quã magna. 4.

Ibid.d. Siue ergo generatio, quia hic in Dei filios adoptamur, *lege*, regeneratio. 4.

Ibid.col. 2. *d.* Fiat ergo cor immaculatum membrorum & corporis Christi. 4. MS. fit ergo.

Ibid. Ita donata nobis regeneratione, adiuti confessione, fusa precatione, fiat cor nostrum, *&c. al.* adiuncta confessione. c. & 4. MS. *habent*, sit cor nostrum.

PAG. 564. *col.* 1. *b.* Acceperat enim responsum diuinum, nõ se gustaturum mortem, donec videret, *&c.* 4. MS. nisi videret.

PAG. 567. *col.* 1. *d.* vt eã nõ tãquã seruus sine amore metuerẽ, sed casto amore vt filius diligerẽ, *&c. le.* sed casto timore. 4.

Ibid.col. 2. *c.* Erat enim lumen verum, non quod illuminatur vt homo. 2. MS. non quo illuminat homo.

PAG. 568. *col.* 2. *b.* sicut martyres dicũt à patre sibi, cuius donũ est. *&c.* 4. MS. cuius hæres est.

PAG. 569. *col.* 1. *d.* Et Apostolus, Cogitationibus ait accusantibus aut etiam excusantibus. 4. MS. defendentibus.

PAG. 570. *col.* 1. *d.* sed ligna, fœnũ, stipulam ædificat, nõ tamen respuit, nec cœptum deserit fundamentũ. MS. nec receptum

PAG. 571. *col.* 2. *c.* Mitor autem omnium quos in promptu habere potui codicũ nũquam me legisse. *le.* nusquã me, *&c.* 4.

PAG. 572. *col.* 1. *d.* qui ignorantes Dei iustitiã & suã quærẽtes statuere. 4. MS. & suam volentes constituere.

Ibi.col. 2. *b.* Omnem, inquit, viam iniquitatis odio habui. 4. MS. viam iniquam.

Ibid.c. Cælum & terra visibilia opera eius, dicunt, *&c. aliàs*, & inuisibilia opera. 4.

Ibid.d. & PAG. 573. *col.* 1. *a.* Hæc ipsa quæ præcepit Dominus, & quę iubet vt cogitentur. 4. MS. & quę iuberis vt cogitem.

PAG. 574. *col.* 1. *c.* Nam quæ fuit causa vt hoc Apostolus diceret? 4. MS. quæ fuit cura.

Ibid.col. 2. *a.* In quo corrigit adolescentior. *&c.* 4. MS. iunior.

Ibi.b. Ideo dixit, & viuã, quia si eo vsq; *&c. al.* quasi eo vsq; 4.

PAG. 575. *col.* 2. *a.* & magno vrgente orationis affectu non expectetur, *&c. al.* surgente. 4.

Ibid.c. Et vltimũ tempus iudicij nõ erit sine misericordia, quia coronat te, ait psalmus, *&c.* MS. qui coronat. 4.

PAG. 578. *col.* 1. *b.* Ipse enim rectos faciet cursus tuos. 4. MS. gressus tuos.

Ibid.col. 2. *b.* Breuis psalmus est, & valde vtilis ad cantandũ nobis, *dele*, ad cantandum nobis. 4.

PAG. 579. *col.* 1. *c.* honores altos cogitabant viã humilitatis nõ cognoscebant. *al.* nec cogitabant. 4.

Ibid.col. 2. *a.* Excedẽs enim mente omnẽ humanã fragilitatem, omnẽ seculi temporalitatẽ, omnia quęcũq; nascẽdo & occidẽdo euanescũt trãseũtia, hic habitabat corde, *&c. de.* hic. 4.

PAG. 580. *col.* 1. *d.* conuertis te ad aliud dissuadẽdi genus. 3. MS. suadendi.

PAG. 582. *col.* 2. *a.* Ascẽsus enim vtilis nobis nõ potest esse, nisi primò humilitatis à cõualle plorationis, *&c. al.* humilitate. 4.

Ibid.c. Venientes autem venient in exultatione, portãtes germina sua. 4. MS. semina sua

PAG. 583. *col.* 1. *a.* At verò qui istis inanibus omnibus aut non vtuntur. *dele*, inanibus. 4.

Ibid.c. Quære vnde cecidit, superbia cecidit. 4. MS. Quare: Vnde cecidit? superbia cecidit.

PAG. 586. *col.* 1. *a.* Quisquis ibi non scandalizatur, in ipsa ecclesia & in carne Christi, à luna non vritur. 4. MS. Quisquis ibi scandalizatur. *&c.*, à luna vritur.

Ibid.b. Nunquid non iste sol omnibus impiis oritur, illo instituente de quo dictum est. 4. MS. illo instruente.

Ibid.b. c. Omnis autem homo quãuis iam crediderit in Christum, aut ibi errat, aut ibi, si nõ, *&c. lege*, aut ibi errat, aut ibi non errat, si non, *&c.* 4.

Ibid.col. 2. *c.* in tribulationibus, ipsa non cadat deficiendo, *aliàs*, non cedat. 4.

PAG. 588. *col.* 1. *d.* perducere infirmitatẽ mentis ad cogitãdum idipsum. *al.* aciem mentis. 4.

Ib.co. 2. *b.* Vt autẽ tu efficiaris particeps idipsum. *le.* in idipsũ. 3.

Ibid. promissum est autem Abrahæ & Isaac & Iacob quod ex semine eorum. *&c. lege*, in semine. 4.

Ibid.c. quia tu modò fluctuas, & mutabilitate rerum & veritate mortalitatis, *&c. lege*, varietate. 4.

PAG. 589. *col.* 1. *a.* quãtis voluptatib. immutatur. *al.* voluntat. 4.

Ibid.col. 2. *a.* Mutatur enim & vertitur, si non participet eius qui est idipsum. *lege*, si non participatio eius. 4.

Ibid.b. Non pertinet ad Israël, qui nõ est videns Deum. 4. MS. non pertinent ad Israël, qui est videns Deum.

Ibid.c. Verè quia erant ibi iusti inter malos, quam diu nobis, omnes mali videbantur. *lege*, quando nobis. 4.

PAG. 591. *col.* 2. *a.* Iã verò quoniã ipse qui in cęlo positus est, & carne suscitata immortal. 4. MS. & carne subsistit immortal.

PAG. 592. *col.* 1. *a.* Quomodo omnis qui deficit nõ descendit, sed cadit. 4. MS. non ascendit.

Ibid. col. 2. *c.* ipsis verò vocatis Iudæis & Græcis Christũ Dei virtutẽ & Dei sapientiã, vt iam sit seruus populus, & sit ancilla ecclesia. 3. MS. & Dei sapientiam. Vtinam sit. *&c.*

PAG. 593. *col.* 2. *a.* Magnus sensus est videre quando vapulat, & quãdo illi bene est. *lege*, videre quia vapulat & quãdo. *&c.* 3.

PAG. 595. *col* 2. *c.* Præcesserunt quidem membra quædam de corpore illo de quo & nos sumus, quæ possunt esse in veritate & cantare. 4. MS. quæ possunt veritate cantare.

Ibid.d. Respexerunt in quasdam tribulationes. 4. MS. Respexerunt enim quidam tribulationes.

PAG. 596. *col.* 2. *d.* Moreretur enim more Ægyptiorum, non transiret more Israëlitarum. *aliàs*, morte Ægyptiorum. *&c.* exemplo Israëlitarum. 4.

PAG. 597. *col.* 1. *c.* Omnino sic pressi sunt, vt pene viui cõsentirent. 4. MS. consisterent.

Ibid.col. 2. *d.* Quære, quare: nihil occurrit. *lege*, Quære, quęre. 3.

PAG. 599. *col.* 1. *d.* aut quid sint montes, nisi tumores terrarum? *lege*, aut quid sunt montes. 4.

PAG. 600. *col.* 1. *b.* Modo tamen tu vide quos montes ames. 4. MS. quos colles ames.

Ibid.col. 2. *a.* sed quasi serui Christi, facientes bonam voluntatem Dei ex animo. *dele*, bonam.

Ibid. d. aut quia sic reprehendimus superbiam dominorum, *&c. aliàs*, sic repressimus. 4.

PAG. 602. *col.* 2. *b.* Gemimus in spe, consolamur in re. MS. *habet*, Gemimus in re, consolamur in spe.

Ibid. d. Iam ergo redempti in via non teneamus insidiantes hostes nostros. *lege*, non timeamus.

PAG. 604. *col.* 1. *b.* Dicunt ergo inter gentes Hierosolymitani captiui, Hierosolymitani redituri. 3. MS. redempti.

PAG. 606. *col.* 1. *d.* ipse intellectum aperit, ipse ad fidẽ applicat sensum vestrum. *al.* amplificat. 4.

Ib.co. 2. *a.* Custodiebat, cautus erat, vigilabat, *&c.* 4. MS. custos.

PAG. 608. *col.* 1. *b.* Gemuit illos ecclesia, parturit illos ecclesia. *lege*, Gemit illos. 4.

PAG. 609. *col.* 2. *c.* Qualiter me Deus benedicet? 4. MS. Aliter me Deus benedicit.

PAG. 610. *col.* 1. *a.* nisi nescio quid viderent quo se tenderent. *lege*, tenerent. 3.

Ibid.col. 2. *c.* Et omnes hærentes corpori Christi & effecti mẽbra Christi. 4. MS. Ecce omnes.

Ibid.d. ne exiliũ, ne damnatio, ne carcer. ne aliqua tribulatio. 4. MS. ne damnatio carceris.

PAG. 612. *col.* 1. *c.* Quæro enim quæ sint latera domus? Quid dicam? Parietes sunt quasi lapides fortes. MS. Quid? Dicam ne parietes sunt quasi lapides fortes.

Ibid.col. 2. *a.*

Ibid.col. 2. *a.* Ergo ipsa coniunx. & ipsa filij. MS. & ipsi filij.

PAG. 613. *col.* 1. *a.* nescio quabas, & non ex Sion. *de.* & non ex Sion. 4

Ibid. b. Fortè filij per te nascuntur spiritaliter de ista matre, qui sunt in nouellis oliuarum. *&c.* 4. MS. vt nouellæ.

Ibid.d. Optandũ illi fortè erat vt moreretur. *al.* certè erat. 4.

Ib.c. 2. *c.* mortẽ portam infirmitate corporis. 3. MS. infirmitatẽ.

PAG. 614. *col.* 1. *a.* Veniens non ibi inuenit quod manducet. *le.* Esuriens Dominus non ibi inuenit. 4.

Ibid.c. Nam qui pertinaces sunt, perseuerantes in malitia. *de.* perseuerantes. 4.

Ibi.col. 2. *c.* Sobrij estote iustè & nolite peccare. *le.* Sobrij estote & iusti. 4.

Ibid. d. Et quid? Cum odisse cœperit, incipit velle criminari. *&c. aliàs*, Et qui cum audire cœperit. 4.

PAG. 715. *col.* 2. *c.* Ligantur duo, & mittuntur ad iudicem, latro & colligatus. *al.* & collega tutus. 4.

PAG. 616. *col.* 1. *b.* Iustificas te accusas Deum qui fecit stellas, qui ornauit cęlum. *al.* qui ordinauit. 4.

Ibid.c. Sion ecclesia est. Et qui intrant in ecclesiam fictè, oderunt ecclesiam. 4. MS. *non habent*, Et qui intrant, &c.

Ibid.d. Non replebit manum suam messor. 4. MS. repleuit.

PAG. 617. *col.* 2. *a.* Quæ autem spes est? Quoniam apud te propitiatio est. *aliàs*, Quare autem spes est? 4.

Ibid. Quam legem? Quæ reos facit? *lege*, fecit. 4.

PAG. 618. *col.* 1. *b.* Ab istis enim peccatis linguæ minutissimis quis abstinet? *aliàs*, immanissimis. 4.

PAG. 619. *col.* 2. *c.* & faciendo cætera non illi dimittitur & illud quod non timebat. *alias*, & illud quod tenebat. 3.

PAG. 620. *col.* 1. *b.* quod est verum templum, cuius illa imago erat. *dele*, illa.

PAG. 621. *col.* 1. *b.* Omnia in vno corpore cum operantur si sit ibi sanitas. *al.* cooperantur. 4.

PAG. 622 *col.* 1. *b.* & ille qui medicus venerat sanare tumores nostros, & ferre infirmitates nostras, continuò ait, *&c.* 3. MS. & patefacere infirmitates nostras.

PAG. 623. *col.* 1. *a.* Mater enim ecclesia Dei est, vnde illi separati sunt, qui lactari & nutriri debebant. *al.* vbi lactari. 4.

Ibid. col. 2. *d.* Cresce, erunt validæ vires tuę: & videbis. *&c.* 4. MS. Cresces.

PAG. 624. *col.* 2. *a.* Et noui quidem esse debemus, quia vetustas nobis obrepere non debet. 4. MS. nouis obrepere.

Ibid b. Sed quia nõ præceptum illi erat, sed tantũ in potestate datum illi erat. 4. MS sed tantum in potestate illi datus est.

Ibid.d. Ergo ad hoc memento, vt impleatur quod promisit. 4. MS. vt impleat.

PAG. 625. *col.* 1. *b.* Super quem requiescet spiritus meus? Super humilem. *&c. lege*, nisi super humilem, *&c.*

Ibid.col. 2. *a.* Sed vide quid sis facturus locũ Dño. *le.* quis sis. 3.

Ibid. & diceret, offendit me quidã in domo tua. *le.* quiddã. 4.

Ibid.b. Si autem aperueris & intrauerit, non peries amãdo te, sed inuenieris cum amante. *lege*, non peries amando tu, sed inuenieris cum amato. 4.

Ibid.d. Et requiẽ, inquit, temporibus meis. 4. MS. nec requiem.

PAG. 626. *col.* 1. *a.* Ista cogitatione quasi confricans frontem. 4. MS. Ista delectatione.

Ibid.c. Domus ergo Dei futura, in imagine prophetiæ prædicata est 4. MS. Domus ergo Dei in futurorum imaginem.

Ibid.col. 2. *a.* Si enim superbierat & primus populus Iudęorum dicens. *le.* Sic enim superbiebat.

PAG. 627. *co.* 2. *a.* Tu & arca sẽctificationis tuæ. i. exurge, vt exurgat & arca sãctificationis tuæ. 3. MS. exurge, & exurgat & arca.

Ibid. Ipse caput nostrũ: arca eius ecclesia eius. Surrexit prior, surgat & ecclesia. *lege*, surget. 6.

PAG. 628. *col.* 1. *a.* Sed ideo dictum est, & ideo promissum est, quia prædicauit Deus. Quid nisi crediturus? *aliàs*, Quibus nisi crediturus? 4.

Ibid. b. ipsa est & Hierusalem ad cuius pacem currimus, quæ non in angelis, sed in nobis peregrinatur, quæ ex parte meliore expectat partem redituram. *al.* quæ partem meliorem expectat ex parte reditura.

Ibid. col. 2. *d.* Ergo pauper Dei in animo est non in sæculo. 4. MS. non in sæculo.

PAG. 629. *col.* 1. *d.* Vnde cessit mundus hic pulchritudini? 4. MS. Vnde cedat.

Ibid.col. 2. *b.* Sonuit per orbem terrarum. *&c.* 4. MS. Sonuit per omnem orbem terrarum.

Ibid & auditus est in orbe terrarum. 4. MS. in toto orbe.

PAG. 630. *col.* 2. *c.* Sed interim illud videat sanctitas nostra. *le.* vestra. 4.

PAG. 631. *col.* 1. *d.* Nã illi abhorrentes à verbo. 4. MS. aberrãtes.

Ibi.col. 2. *b.* sed à barba descendere vnguentum ad orã potuit, quæ in capite est vbi aperitur capitiũ. 4. MS. aperitur caput.

PAG. 632. *col.* 1. *b.* Nã in quibus nõ est perfecta charitas Christi, & cũ in vno sint, non in vnum habitant. Ergo si sunt, odiosi sunt, *&c. dele*, non in vnum habitant. Ergo si sunt. 4.

Ibid. pro murmure precem fundens. *al.* pacem dans. 2.

PAG. 633. *col.* 1. *c.* & ibi vir est in qua ostẽdam illi salutare Dei. 4. MS. salutare meum.

Ibid.col. 2. *d.* Dico & angelũ bonũ, qui nõ est lapsus superbia, & diabolus factus est, sed inhæret obediẽdo ei à quo factus est. *al.* nec diabolus factus est. 2. A. *habet*, Et diabolus facti est bonus, & esset, si inhæreret ei obediẽdo ei à quo factus est.

PAG. 637. *col.* 2. *d.* Tentatio oculorũ nõ est nisi mendaciũ oculorũ: habet rem, veritatem nõ habet. *le.* habet colorem. 3.

PAG. 638. *col.* 1. *b.* Dissipatio ex afflictione, dissipantur vt affligantur. 2. MS. Dissipatio rex afflictionis.

PAG. 639. *col.* 2. *b.* & vacabimus ad videndum Deum in pace. 2. MS. in pace æterna.

PAG. 641. *col* 1. *a.* Quid potentius, quid excellẽtius eo de quo dictum est. 4. MS. quid excelsius.

PAG. 643. *col.* 1. *c.* Ergo differendo circa eos scripturas, suspendimus organa nostra. *lege*, differendo. 3.

PAG. 644. *col.* 1. *b.* quæ sic erant tanquam oliuæ pendentes in arbore, ducentibus ventis quasi quadam libertate auræ perfluentes. *lege*, perfruentes. 4.

PAG. 646. *col.* 2. *c.* Quando nascitur cupiditas, antequã robur faciat aduersum te mala consuetudo, cũ paruula est, cupiditas nequaquã prauæ cõsuetudinis robur accipiat, cũ paruula est elide illã. MS. antequam robur faciat aduersum te mala cõsuetudo, tũ paruula est. Nõ enim cupiditas nequã prauæ cõsuetudinis robur acceperat. Cũ paruula est elide illã.

Ibid.d. nolite libenter colloqui cum voluptatibus vestris. 4. MS. cum cupiditatibus.

Ibid. In petra ædificamini, si non vultis tolli aut à ventis aut à pluuia. 4. MS. tolli aut fluuio, aut à ventis, *&c.*

PAG. 647. *col.* 1. *d.* Gaudet iniquus in pompa, gaudet martyr in catena. 4. in popina.

PAG. 648. *col.* 1. *b.* Natalitiũ sanctæ & beatę fœminę celebras, & fortè felicitatẽ terrenã desideras. *al.* & fortè celebritatẽ. 4.

Ibid.c. ne sic gaudeas vt hęreas, & gaudendo male pereas. *al.* male hæreas. 4.

PAG. 649. *col.* 1. *b.* Sed cum facis ea super quę vis esse oculos Domini, tunc mereris precibus tuis & aures Domini. 4. MS. Sed cum facis ea super quæ nõ vis esse oculos Domini, non mereris precibus tuis & aures Domini.

Ibid.d. Si aliquid pateris tu inuenis tribulationem. *lege*, Si aliquid potes, tu inueni tribulationem. 4.

Ibid.col. 2. *b.* Tu autem Domine super iram inimicorum extẽdisti manum tuam. MS. inimicorum meorum.

Ibid.b.c. Sed ecce dedi primitias spiritus, & credidi in te. *lege*, Sed ecce dedisti. 4.

PAG. 651. *col.* 1. *c.* Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus esse æqualis Deo. M. arbitratus est esse. *&c. similiter postea.*

Ibid.col. 2. *a.* Intellexi cogitationes meas de longinquo. *le.* Intellexisti.

PAG. 652. *col.* 1. *d.* sed ponam te in specula petræ, & transibo. *lege*, in spelunca. 4.

PAG. 653. *col.* 1. *b.* Nam erat mihi facilitas contemplandi te, quando in superbia reliqueram te. *lege*, quando non superbia reliqueram te. 3.

Ibid.col. 2. *c.* Nemo trepidet, sed nemo de pẽnis suis præsumat: quia & pennatos nisi ipse erigat. *&c. al.* nisi ipse regat. 4.

PAG. 655. *col.* 1. *a.* Cum autem placuit Deo, qui me segregauit de vtero matris meę, reuelare filium suum in me. 4. MS. prędicare filium suum.

PAG. 657. *col.* 1. *a.* Sicut Ioannes, Qui odit. *&c. lege*, Sicut Ioannes dicit.

Ibid.c. Nunquid ergo tales inimicos nostros diligere nos debemus? *aliàs*, diligere non debemus? 4.

Ibid.col. 2. *a.* sic accipiãt in vnitate ciuitates suas. *le.* in vanitate.

PAG. 658. *col.* 1. *b.* & erit sine fine exaltatio. *lege*, exultatio.

PAG. 659. *col.* 1. *a.* Sed quoniã amare vos nõ possunt, & necesse est, vt qui oderunt mala vobis quærant. 4. MS. oderunt vos.

Ibid.col.2.d. Quærit fortè & maleficum.*le.* maleficium.2.
Ibi. prauitas sibi cõnexa dicitur in lõgum.*le.* ducitur in longũ.
Ibid. Hæc autem peccata sua intendunt iustis.*le.* tendunt.
PAG. 660. *col.* 1. *d.* Extendit se perseuerare,& vidit longam vitam.*al.* longam viam.4.
Ibid.col.1.e. Qui in gyrum it nunquam finit.*al.* nuſquam. 4.
PAG. 661.*col.*2.*a.* Non enim attendit quid loquatur dum loquitur.*al.* dum loquatur. 4.
Ibid. Qualis ergo esse debet seruus Dei,accensus illis carbonibus.*le.* accensus.
Ibid. Quod enim dicitur eos in corde habere de quibus cogitamus.*le.* dicimur.4.
Ibid.c. in exterioribus autem necessitatem habeamus nõ voluptatem.4.MS.non voluntatem.
PAG.662.*col.* 1.*b.*& qui in vita reficit nos, in patria saturabit nos,*lege*,in via.4.
Ibid.c. Redeant,& deterso sudore.*&c.*3.MS.Redeunt.
Ibid. amplius non te deserent,ne deserantur à te, *al.* nec deserentur à te.4.
Ibid. col. 2.*d.* quia & teipsum sic debes diligere,& non erret regula,Diliges,*&c.* 4.MS.vt non erret.
PAG.663.*col.*1.*a.*de illo in quo solo non est inuentum mendacium.4.MS.peccatum.
PAG. 664. *col.* 1. *d.* Et prope baptizabant omnes horas non tantum se,*&c.*MS.per omnes horas.
PAG.665.*col.*2.*b.* Videte si potest esse maior iniquitas ista iniustitia.*aliàs*,ista iustitia.4.
Ibid.c. Videte peccatorem confessorem.4. MS. Videte peccatorum confessionem.
PAG.666.*col.*1.*a.*tu ibi esto iustus,& in te esto iustus.*al.* tu tibi esto,*&c.*4.
*Ibi.col.*2.*b.* siue tu ipse,in misericordia debet argui.*lege*, debes.
PAG.667.*col.*1.*b.*Sed tamen cogitationes aliquando inclinãtur,& afferunt se plerunque in oratione genibus flexis. *al.* & auferunt te plerunque.3.
PAG.669.*col.*1.*a.*Singularis eg[illegible]um donec transeã: & vt ipse Ioannes qui recens interfectus erat.*&c.lege*, vt & ipse.
Ibid. col. 2.*e.* Sed si agnoscas cubiculum tuum,& mundus ibi rogas Deum.*lege*,& mundes,ibi rogas Deum.
Ibid,Etenim si intrauit & possedit. attende quia tu negligenter clausisti.*aliàs*,& possidet.
PAG.670.*col.*1.*b.* Ibi sũt aures ei', quia neq; ab oriẽte,neq; ab occidẽte,neque à desertis montiũ.4.MS.desertis montibus.
PAG.672.*col.*1.*b.* Videamus si ab aliquo seruo Dominico apertè describuntur,ab aliquo milite præfecto qui cum illis congressus est.4.MS.milite perfecto.
PAG.673.*col.* 2.*a.* Quia ergo post istas corruptiones angustas habitabimus in domo Dei.*aliàs*, corruptionis angustias.4.
Ibid.d. Non iciunabunt filij sponsi quandiu cum eis est sponsus.4.MS.non iciunant.
PAG.674.*col.*2 *b.*Quid de malis filiis, & tamẽ filiis. qui cõtra nos blasphemant Christum.*le.* qui non contra nos.3.
PAG.676.*col.*1.*b.* Sed vt reiiciamus sequitur, ipsius enim sumus figmentum.*le.* Sed non coniiciamus.4.
Ibid. Si nostrã ipsorum salutem operamur, quare cum timore,quare cum tremore,cum sit in potestatenostra qua operamur?3.MS. quod operamur?
PAG.678.*col.*1.*b.*Agnouimus autem in gratia gratiam Domini nostri Iesu Christi.MS.*non habent*,gratiam.
Ibid.c. Erant ergo in flumine tanquam in populo illo primo, lapides illic erant inutiles, vacabant,nihil proderant, transibant sicut fluuius.*lege*, transibunt super fluuios.4.
*Ibid.col.*2.*c.* Verũtamen in digitis agnoscimus vnitatẽ:diuisionẽ operationis,& tamen radicem vnitatis.*de.* vnitatem.2.
Ibid.d. Tu autem si calcas auaritiam, si tibi interius non dominatur.quam si senties vinces, iam diabolum insidiantem non sentis.*al.* quasi sentiens vinces.3.
PAG. 679. *col.* 2. *b. c.* exerceatur in operibus misericordiæ & pietatis.3.MS.in operibus misericordia pietatis.
PAG.680.*col.*1.*c.* Audi quid sequitur,Doce manus ad prælũ. *lege*,Docet.3.
*Ibid.col.*2.*b.*sed quia peccauit,recipit digna,vanitati similis factus est.*lege*,quia recepit digna, vanitati similis factus est. 4.
PAG.681.*col.*1.*b.* Tange mõtes & fumigabunt. Quãdiu non tacti,magni sibi videntur.*le.* Quandiu non sunt tacti.
Ibid.d. Eximeme & de aquis multis.*lege*, & erue me de aquis multis.4.

PAG.684.*col.*2.*a.* Annuncia veritatẽ ei'. *le.* virtutem eius.4.
*Ibid.d.*Itẽ molestum,si suaue & parum est.*le.*& paruum est.
PAG.685.*col.*1.*c.*Attende ad idipsum, quid merebaris peccator:*le.*ad teipsum.4.
*Ibid.col.*2.*a.* & cũ quotidie speras, te aliquãdo cõuertas, *le.*& cum quotidie speras te migrare,aliquãdo conuertaris.3.
PAG.687.*col.*1.*c.*Prorsus tanquam reficiens ægrotum in opportunitate,quãdo debet accipere tunc das,& quod debet hoc das.*lege*,& quod debet accipere hoc das.
PAG.688.*col.*2.*b.*Vt multum sit edomita caro, & à Domino imperitis viribus nostræ seruituti subiecta.*le.*impertitis.
PAG.689.*col.* 1.*d.*ex quadam verò parte,quam vocant rationalem.*le.*quam vocant mentem rationalem.3.
Ibid. animaduertit quasdam suas infirmiores partes perturbari.*al.*inferiores partes.4.
*Ibid.col.*2.*a.* Quacunque corporeis sensibus conuerteris, occurrit tibi cœlum.3.MS.te conuerteris.
PAG.690.*c.*1.*c.*circũstrepẽtibus vndiq.tẽtationibus seculi,vndiq.in laborib.& angorib.cõstitutos.*al.* circũstrepẽtib' vndique tempestatibus, vndique in languoribus cõstitutos.4.
Ibid. Nouo enim modo,nescio qua infirmitate,*&c.al.* Modo enim nescio qua infirmitate.4.
PAG.692.*col.*2.*b.*Languidus potest sanare?Languidus potest soluere?*le.*Ligatus potest soluere.4.
*Ibid.d.*Quid est dissoluis? A compedibus mortalitatis.2.MS. A compedibus mortalitatis absolui.
PAG.693.*col.*1.*b.* viuunt parentes nostri, & magis absentibus patribus sunt pupilli.*le.*sumus pupilli.2.
*Ibid.c.d.*Et vnde inquit video quod non video?MS. quod non videtur?
*Ibi.d.*lętãtes,& si patiẽtes in ista via.*le.*&spaciãtes in istavia.1.
Ibid. col. 2. *b.* nec inanis redeat auditor qui intus adfuit cum audiret *le.*qui intentus adfuit.4.
*Ibid.c.*Vellem ego, inquit aliquis, laudare Dominum, si mihi aliud pro ista laude donaret.*lege*,si mihi aliquid. 4.
*Ibi.d.*Et ipse idẽ apostolus Paulus sperabat nisi prodesse,si auferretur ab eo stimulus carnis suæ.*le.*sperabat sibi prodesse.
Ibid. Desiderauit aliquid,non concessum est ad voluntatem, vt consolaretur ad sanitatem.*aliàs*,vt consulatur.2.
PAG.694.*col.*1.*c.* Hanc peregrinationem misericorditer vidit Deus.*lege*,Hanc peregrinam.3.
PAG.695.*col.*1.*c.* Quomodo curabitur? Sanat contritos corde.*lege*,Quomodo curabitur? 2.
PAG.696.*col.*1.*d.*nescio quid dicere non valebat,& cogitabat quomodo valebat.4.MS.& cogitare quomodo valebat.
Ibid.& col. 2.*a.*Quicquid ergo finitum mundus iste complectitur.*lege*,infinitum.3.
*Ibid.col.*2. *a.*Sic quicquid numeratur numero numeratur,numeri non potest esse numerus.*lege*,Si quicquid.4.
PAG.697.*col.*1.*d.*si bene illã cogitãt,in tãta locorũ diuersitate positi,ambobus prẹsto est.2.MS.ambobus tota præsto est.
*Ibid.col.*2.*a.*Qui cœperit cælũ nubibus.Expauisti, quia nõ vides cælum:cum pluerit,fructificabis.4.MS.complueris.
PAG.699.*col.*1.*d.*Quis ergo venturus est?quare non gaudes? quis venturus est iudicare te.*&c.*3.MS.quare non audis?
PAG. 700.*col.*1.*c.*Non ergo mirum,quia illis quibusvoluptati est homo pugnans,non erit saluti Deus liberans.*al.*Homo paganus.3.
*Ibid.d.*Quisquis ei cor præparauerit,totam istam contemnit. MS.totam istam vitam contemnit.
PAG.701.*col.*1.*b.*vident gaudiũ massæ post trituras,post vẽtilationẽ iam massæ in horreũ.*le.*iam missæ in horreum.4.
*Ibid.col.*2.*b.*vel fortè notos habent & dicunt apud semetipsos vel secum.*le.*vel frõte notos habent,& dicunt apud semetipsos & secum. 4.
*Ibid.*Fratres,rogemusDominum pro beneuolentia ipsorum, quia bonũ illi putant.*le.*quia bonum illud putant.3.
PAG.702.*col.*2.*a.*Fratres mei, quantumlibet homo proficiat, quantũlibet se ad interiora extendat,*&c.le.*ad anteriora.c.
*Ibid.a.b.*vt omnino crebrescamus in erogando quod amplius habebamus.*le.*habemus.4.
*Ibid.d.*De illius das,qui iubet vt des.Prærogator es, non inuasor,*aliàs*,Prærogator esto.4.
PAG.704.*col.*1.*d.*ecce tetigerũt cicatrices qui desperati, sunt vulnera.*lege*,quæ desperatæ,sunt vulnera.4.
*Ibid.col.*2.*a.*quæ multum lecta sunt vix creduntur.*lege*, quæ multum læta sunt.3.

Ibid.d. Nihil verius prædicati in nomine eius pœnitentiam. MS.Nihil verius quàm prædicari.
PAG.705.*col.*2.*a.*Intret qui intraturus est: qui illuc manifestus intrabit,huc victus non intret Qui autẽ huc victus intrat, *&c. lege*, fictus. *vtrobique.*
PAG.706.*col.*1. *d.* An verò ille quamuis ex torpore in infima depressos deseruit?*lege*,quamuis ex corpore.4.
*Ibid.col.*2.*c.*Nam si in ista nebula iam te præsumpseris scire. 4.MS.iam ante præsumpseris.
PAG.708.*col.*1.*a.* Non sibi arrogent quia habent passionem innocentiæ,qualis in Christo erat. *lege*, quasi habeant passionem innocentiæ.4.
*Ibid.col.*2. *c.*Et quodam modo mali omnes cantare nobiscum possunt halleluia.*al.*Et quidem modo.2.
*Ibid.*Si autem in malitia sua perseuerauerint,canticũ vitę nostræ futurę dicere possunt labiis.3.MS. dicere potuerunt.
*Ibid.d.*Nec quisquam potest aliquid.4.MS.aliquid facere.
PAG.709.*c.*1.*a.*Si bonus bona iubet,bona sunt.*le.*bona fiũt.4.
*Ibid.b.*Sunt autem quæ spiritum vitæ, & intellectũ ad laudãdum Deum non habent.4.MS.Sunt autem alia quæ,*&c.*
PAG 710.*col.*2.*d.* Quid?Putamus quia choros faciunt dracones,& laudant Deum abyssi?MS. & laudant Deum? Absit.
PAG.711.*col.*2.*a.* vt mutetur homo,qui timet aliquando. Et tu cum das disciplinam, terram feris, vt infans expauescat. MS.vt muterur homo qui timet. Aliquando & tu cum das disciplinam.*&c.*
Ibid.c. Omnia hic considera quomodo placeas Deo. MS. 4. Omnia sic considera.
PAG.712.*col.*1.*a.b.*ipse traiicit tempora,momenta ipse instaurat,per seipsum instaurat. Omnia ergo ista laudant illum. 4.MS.Per ipsum ergo omnia ista.*&c.*
*Ibid.d.*O vitis arida,attendis iuxta te vitem nudam in hyberno: sed non aridam, per æstatis vim.Et veniet Dñs honor nostER *&c.al.*sed non aridam.Æstas veniet honor noster.
PAG.713. *col.* 1. *b.* Secutus est enim vetustam animositatem, non nouam charitatem.*c.habet*, vetustam annositatem.
Ibid.c. Cum ergo essent illi qui se à compage Christi charitatis & societate sanctæ Ecclesiæ separarunt : malos intus apud se,non nouerat nisi Deus.*le.*mali intus,*&c.*4.
*Ibi.co.*2.*a.*Nemo se separet,nemo se distinguat.*le.* disiũgat.4.
*Ibid.*De area vix excutieris si triticum es.*le.* De area vis excuti?3.
PAG.714.*col.*1.*b.c.*Ipsa nos genuit,ipsa est Ecclesia sanctorũ, ipsa nos nutriuit, ex parte peregrina, ex magna parte manens in cœlo.3.MS.ex magna parte manes hic.
*Ibid.d.*Quando pugnauit pro nobis, quasi victus est,iure autem vicit.*al.*verè autem vicit.3.
*Ibi.col.*2.*a.*Offerat ergo seipsum mundus sacerdos,vt munder hoc, quod fecit Christus. *lege*, & mundet,hoc est quod fecit Christus,2.
PAG.715.*col.*1.*b.* Quomodo exhauriũt arcas vt vestes niteãr. *al.*mittant.4.
Ibid.c.d. Exaltationes Dei in faucibus eorũ. *le.* Exultationes. *similiter in sequentibus.*
PAG.716.*col.*1.*b.*peruenit ad cor,mortuus est vt viuat.4. MS. moriturus est.
*Ibid.*Vt alligent reges eorum in compedibus.4.MS.Ad alligãdos reges.
PAG.717.*col.*1.*a.*Alligatus es vxori,ne quæsieris solutionem: quia alligat' es in vĩculis ferreis.Solut' es ab vxore,ne quẹsieris vxorẽ:nõ te obliges vinculis ferreis.MS.Qui ligatus es in vinculis ferreis per vxorem ne te obliges vinculis ferreis.
PAG.718.*col.*2.*a.*Et si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei.*dele*,nostra.

FINIS.

PARISIIS,

Excudebat Carolus Rogerius, Impensis societatis Parisiensis.

1586.